Universidad de Deusto
Biblioteca

DIVI
Bernardi
Opera

Universidad de Deusto

OPERA BERNARDI.

DIVI BERNARDI
ABBATIS CLAREVALlis, ordinis Cistercienſis, Doctoris diſertiſsimi ac uere melliflui Opera omnia diuinæ inſtitutionis re fertiſſima, accuratiore iam denuo cenſura recognita ac repoſita.

¶ Rerum ac tractatuum ſeriem atq; catalogum, ſequens à tergo pagina commonſtrat.

¶ Excudebatur Lugduni, Anno

1538

BIBLIOTHECA COLLEGII SOCIETATIS JESU

FACULTAD DE TEOLOGIA

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ SER M A T

que tractatuum sancti Bernardi in hoc uolumine contentorum.

In primis eius sancta uita inscribitur.
Vita insup sancti Malachiæ ab eode Bernardo cõposita.
Tabula particularis sermonum.
Situatio Clarevallis.
Tabula sententiarum bibliæ à Bernardo expositarum.
Doctrina beati Bernardi.
Sermones eius de tempore & sanctis inter quos inseruntur homiliæ super euangelium Missus est. fo.1.
Sermones in dedicatione ecclesiæ. fo.67.
Sermones super psalmum Qui habitat. fo.70.
Sermones eiusdem de diuersis & utilibus materijs. fo.81.
Sermo magnus ad milites tẽpli.xiij.capla continẽs. fo.98.
Sermo iterum magnus ad clericos, continens capitula.xxxj. fo.101.
Sermones alij breuiores,q parui sermones noiant. fo.106.
Sententiæ eiusdem plures pulchræ & utiles. fo.116.
Sermones super cantica canticorum. fo.122.
Epistolæ beati Bernardi. fo.187.
Tractatus de cõsideratione ad Eugenium papam quinq; libros continens. fo.253.
Tractatus de gratia & libero arbitrio, ad Vuillermũ abbatem sancti Theodorici. fo.264.
Tractatus de præcepto & dispensatione ad abbatem Colobensem. fo.268.
Tractatus de diligendo deo ad Haimericum. fo.273.
Tractatus de gradibus humilitatis ad Godefridum quod est primum suum opus. fo.277.
Apologia eiusdem ad dominum Vuillermum abbatem sancti Theodorici. fo.281.
Expositio euãgelij.Ecce nos reliquimus omnia. fo.284.
De uita solitaria ad fratres de monte dei. fo.290.
Meditationes eius deuotæ. fo.298.
De interiori domo, id est de cõscientia ædificãda. fo.301.
De ordine uitæ,& morum institutione. fo.309.
Scala claustralium. fo.312.
Formula honestæ uitæ. fo.314.
Speculum monachorum. fo.315.
Deinde sermones nonnulli ab alijs prioribus sequestrati quòd non à Bernardo editi uisi sint.
Deinde Sermo sancti Bernardi de undecim oneribus.
Sermo sancti Bernardi de passione domini. fo.345.
De lamentatione uirginis Mariæ. fo.346.
Homilia de duobus discipulis cũtibus in Emaus. fo.348.
Deinde tabula generalis præcipuarum sententiarum huius uoluminis.
Nouissime Sermones domini Gilleberti super cãtica canticorum cum eorum tabula.

¶ IODOCVS CLICHTHOueus Neoportuensis benignis lectoribus salutem.

THESAVRVM IN AGRO abscondítũ tanti æstimauit q̃ inuenit, ut euãgelico tradẽte eloquio, uendítis oĩbus illũ cõparáuerit. Thesauri uerò occultati noĩe, non inepte nec absurde sanctorũ patrũ abstrusa scripta accipímus, quibus recondita sacrarũ literarũ sensa nobis elucidare curarũt. Sí quidẽ nõ aurũ, [illegible] rutilans, nõ argẽtũ cito periturũ, lapides preciosos, aliorũ direptioni obnoxios, se [illegible] defluxas opes aiæ, indeciduasq; gemmas lapillisq; nitidis pretiosiores: quãdoquí [illegible] explicant eloquia, quæ desiderabília & lapidem pretiosum multum, & dulcedinem. Eloquia enim domini eloquia [illegible] terminatum, probatum terræ, pur-gatum septuplum. Quæ quia sæpenumero nõ usq; quaq; captuí nostro peruia sese offerunt, magnopere amplectenda sunt antiquorum patrum opera, quibus obtectus ille thesaurus nobis reseratur, diuinarum scripturarum mysteria recluduntur, mores rectius instituuntur. Inter quæ sane opera à probatissimis auctoribus elucubrata beatissimi Bernardi uoluminа non postremo loco collocanda sunt. Si enim auctorem spectare libet: & uitæ sanctimonia, & præclara eruditione præstantissimus occurret. Si characterem ipsum, rationemq; scribendi: comperietur suauissima, & sine asperitatis offendiculo cum summa facilitate et gratia decurrens, ut melle dulcior uideat ex eius ore fluxisse oratio. Si denique materia quam pertractat exquiritur: aliud minime, nihil nisi quod in uolucra sacræ scripturæ in lucẽ proferat: aut mitia grauí uel borũ tonitruo et fulminet: aut ad uirtutem studiosius [illegible]. Hunc igit thesaurum hactenus in agro domini abscon[illegible]um, & iam tandem uigilantissima cura erutum uobis asciscite quicunq; sacrarum literarum ardenti flagrat[illegible] amore. Has ueras comparate diuitias: quæ non uerg[illegible]unt, nec à tineis eroduntur, aut à furibus effodiuntur, sed [illegible]ficientes, inoccíduas, nullo unquam fato interitras: qbus anima locupletata ad cælestia recta tutum capet iter, nec eam malus auferet error. Valete.

¶ IOHANNES EGIDIVS Nucerinensis ad lectorem.

Dat tibí mellifluus fœcunda uolumina doctor
Inter præclaras candide lector opes.
Omnia nunc uno clauduntur opuscula libro
Singula quæ uarijs sparsa fuere locis.
In quibus ampla patent nitidorum semina morum,
Fertile si uigili corde legatur opus.
Ob tam frugiferos gratissima dona labores
Debetur sancto gratia magna uiro.
Qui primus fecit magni pia iussa tonantis:
Post docuit fratres illa ferenda suos.
Sæpe feros homines dulci sermone trahebat
Lætior ad clare splendida claustra domus.
Diuitias spreuit, nullos amplexus honores
Supposuitq; suo colla superba iugo.
Flexit & ignaras ad olympica gaudia turbas:
Tantus in ardenti pectore feruor erat.
Denique tanta fuit placidi clementia patris
Esset ut ætatis gloria prima suæ.
Si cupis ergo bonos mores uitamq; perennem,
Hæc lege Bernardi scripta probata pij.

AD LIBRVM

I nunc, & tandem totum Bernarde per orbem.
Protinus exilias, uera fama cadit.
Diuinasq; tuis sermonibus exprime leges:
Crimina fac homines deseruisse uelint.
Vade precor, cunctis Bernarde legare suauis:
Flecte ad uirtutes pectora dura pias.
Tu quemcunq; iuuat sanctos cognoscere patres:
Bernardum relegas inclyta scripta colens.
Frigida iamdudum feruesset amore uoluntas:
Et mens doctrinæ dulcia mella ferat.

¶ IOANNES EGIDIVS Nucerinensis iterum ad lectorem.

I pede præcipiti totum Bernarde per orbem:
Horret adire tuos lingua comma libros.
Hæc tua magnificas monumenta ferentur in urbes:
Ne pereat turpi candida fama situ.
Postulat hoc grauium prudentia clarorum:
Quos trahit ad superos mens generosa lares

PRAEFATIO DOMINI

Alamani monachi Clareuallis, & postea Altissiodorensis episcopi in uitam sancti Bernardi abbatis.

VEnerando patri.P.dei prouidentia clareuallis abbati. Frater.A.Altissiodorensis ecclesiæ humilis quondam sacerdos: æternam in Christo salutē.¶Vitæ beatæ recordatiōis Bernardi clareuallis abbatis uirtutibus & miraculis tam admirandæ quàm imitandæ, plures in describendo extiterunt auctores:sumpta nimirum materia, quæ se copiosa inquirentibus offerebat. Quæ autem nos ex eadem narratione nonnulla omittentes,& apponentes per pauca,breuiore peristrinximus schedula:nō tā p̄sumptio,quàm(ut credimus)ratio persuasit. Primo q̄ scriptorū (tametsi uera sint) prolixitas: onerosa solēt esse legentibus. Deinde q̄ Godefridus uenerabilis lingonicæ sedis antistes, eiusdem patris Bernardi ſm carnē ꝓpinquus, ſm spm̄ in conuersione socius,& in laboribus coadiutor, quædā in pagina quā breuiandam suscepimus,primus ueritati cōsona denotabat:utpote qui ab infantia cū sancto illo nutritus, uisa melius quàm alius narrata didicerat. Morte uerò idē uenerabilis sacerdos p̄uentus: q̄ inde cœperat & optauerat, imperfectū reliquit.Sed & in serie ipsa descriptiōis,multiplex sensuū recapitulatio (ibidem plures eadē sæpe dixerunt,& si aliqñ dissimilibus uerbis. Necnō etiam si quis diligēter aduertat:ibidem quedā aspera inserta reperiūtur:uerbi gr̄a cōtra ecclesiasticæ & secularis potestatis autenticas sublimesq̄ personas. Absit aūt ut qcquam asperū uel amarum oliua illa suauitatem in domo dñi fructificans,erga quempiam reddat, cuius studiū semper fuit dum uixit in seculo, omnes hoies māsuetudinis suæ oleo demulcere. Sanè narrationis nostræ ueritas non incertam apud nos obtinet firmitatē:cum etiā plura ex his quæ uel ex eius ore sacratissimo,uel a dei religiosorū relatu cōperta cognouimus, sicut & mirabilium multitudinem sciēter prætereūtes:studio breuitatis duximus sequestranda. Si igitur puritatis uestræ examini nostra placuerit abbreuiatio (subtractis uel appositis aut emēdatis quæ uestræ uisa fuerint sanctitati)cū dei beneplacito, uestroq̄ fauore(ni fallimur)sine offendiculo poterit transcribenda exponi. Si autem nostræ humilitati,id est,idē opusculū penes nos potius occultare quàm p̄odere me mīme profutura temere uelle pandere uideamur. Explicit prologus.

INCIPIT VITA.

BERNARDVS BVRgūdiæ partibus Fontanis oppido patris sui oriundus fuit, parentibus claris secundū dignitatem seculi, sed dignioribus ac nobilioribus secundum christianæ religionis pietatem. Pater eius Thescelinus uir antiquæ & legitimæ militiæ fuit, cultor dei, iustitiæ tenax. Euangelicam nāq̄ ſm institutа præcursoris dñi militiā agens,neminem concutiebat, nemini faciebat calumniam, contentus stipendijs suis,quibus ad omne opus bonum abūdabat.Sic consilio & armis seruiebat temporalibus dominis suis,ut etiam domino deo suo non negligeret reddere quod debebat. Mater Aleth,ex castro cui nomē mons barrus, & ipa in ordine suo apostolicam regulam tenens subdita uiro, sub eo secundum timorem dei domum suam regebat, operibus misericordiæ insistens filios enutriens in omni disciplina.Septem quippe liberos genuit nō tā uiro suo quàm deo,sex mares,fœminā unā,mares omnes monachos futuros,fœminam sanctimonialem. Deo nāq̄(ut dictū est)nō seculo generans,singulos mox ut partu ediderat, ipsa manibus propriis dño offerebat. Propter quod etiā alienis uberibus nutriendos cōmittere illustris fœmina refugiebat, quasi cum materno materni quodāmodo boni infundēs eis naturam. Cum autem creuissent, quādiu sub manu eius erant,etsi omo magis quàm curiæ nutriebat, nō patiens delicatiores assuescere cibos, sed grossioribus & cōibus pascēs,& sic eos præparās & instituens dño inspirante,quasi cōtinuo ad eremum transmittēdos.Hæc cū in ordine filiorū tertiū Bernardū haberet in utero, somniū uidit prophetiæ futurorum,catellū scilicet totū cādidum, in dorso subrufum,& latrantem in utero se habere. Super quo territa uehementer,cū religiosum quendā uirum cōsuluisset,continuo ille spiritum prophetiæ concipiēs quo Dauid de sanctis prædicatoribus dño dicit.Lingua canū tuorum ex inimicis:trepidanti & anxiæ respondit. Ne timeas:Optimi catuli mater eris, qui domus dei custos futurus, magnos pro ea contra inimicos fidei editurus est latratus.Erit enim egregius prædicator, & tanquam bonus canis, gratia linguæ medicinalis, in multis multos morbos curaturus est animarum.Quo respōso mulier pia & fidelis quasi à deo suscepto,læta efficitur, & iam tunc in amorem nondum nati tota transfunditur, cogitans eum sacris literis erudiendum tradere ſm modum uisionis & interpretationis qua ei de illo tam sublimia promittebantur.Quòd & factum est.Mox enim ut fœlici partu edidit, non modo obtulit eum deo sicut de alijs agere consueuerat,sed sicut legit de sancta Anna matre Samuelis, quæ petitum à dño & acceptum filiū in tabernaculo eius destinauit perpetuo seruiturum: sic & ipsa eum in ecclesia dei acceptabile obtulit munus. Vnde & quàmcitius potuit in ecclesia castellionis quæ postmodum ipsius Bernardi opera à seculari conuersatione in ordinem regularium canonicorum promota cognoscitur magistris literarum tradens erudiendum,egit quicquid potuit ut in eis proficeret.Puer autem & gratia plenus, & ingenio naturali pollens:cito in hoc desiderium matris implenit. Nam in literarum quidem studio supra ætatem & præ coætaneis suis proficiebat,sed in rebus secularibus iam mortificationem futuræ perfectiōis uelut naturaliter inchoabat. Erat quippe simplicissimus in secularibus,amans habitare secum, publicum fugitans, mire cogitatiuus, parentibus obediens & subditus, omnibus benignus & gratus, domi simplex & quietus, foris rarus: & ultra quam credi posset uerecundus, nusquam multum loqui amans, deo deuotus, ut puram sibi puritiam suam conseruaret. Literarum etiam studio deditus, per quas in scripturis deum disceret & cognoscceret.

CVm adhuc puerulus grauī capitis dolore uexaretur,decidit in lectum. Adducta autem ad eum est muliercula quasi dolorem mitigatura carminibus. Quam cum ille appropinquantem sentiret cum carminalibus instrumentis:quibus hominibus de uulgo illudere consueuerat cū indignatiōe magna exclamās à se repulit & abiecit. Aderat nāq̄ solēnis illa nox natiuitatis dominicæ,& ad solennes uigilias omnes ut moris est parabantur. Cumq̄ celebrandi nocturni officij hora aliquantisper protelaretur,contigit sedentem expectantemq̄ Bernardum cum cæteris inclinato capite paululum soporari. Affuit illico puero suo se reuelans pueri Iesu sancta natiuitas, tenere fidei suggerens incrementa, & diuinæ in eo inchoās mysteria contemplationis. Apparuit enim uelut denuo procedens sponsus è thalamo suo. Apparuit ei quasi iterum ante oculos suos nascens ex utero matris uirginis uerbum infans, speciosus forma præ filijs hominum,& puerilli sancti in se rapiens mīme iam pueriles affectus. Persuasum autem esse animo suo fateri solebat:q̄ eum credit nunc horam fuisse dominicæ natiuitatis. Sed & facile est aduertere his qui eius adiutorium frequentauerunt,in quanta cum benedictione ea hora præuenerit dominus,cum in his quæ ad illud pertinent sacramentum,& sensus ei profundior,& sermo copiosior suppetere uideatur. Vnde [illegible]stmodum in laudem eiusdem genitricis & geniti,& [illegible]ius natiuitatis insigne edidit opusculum inter im[illegible]rum

Universidad de Deusto
Biblioteca

suorum seu tractatuũ, sumpta materia ex eo euãgelĩ loco ubi legitur. Missus est Gabriel angelus à deo in ciuitatem Galilææ, & cætera quæ ibi sequuntur. Neq; illud tacendũ q; ab ipsis iam puerilibus annis si quos poterat nummos habere, clandestinas faciẽs eleemosynas, & uerecũdiæ suæ morem gerebat, & pro ætate imo supra ætatem pietatis opera sectabatur.

Vm autem aliquãto tẽpore euoluto, proficiẽs ætate & gratia apud deum & homines puer Bernardus de puericia transiret in adolescentiam, mater eius liberis fideliter educatis, & uias seculi ingredientibus, quasi peractis omnibus quæ sua erant, feliciter migrauit ad dominum. Obdormiuit autem psallentibus qui conuenerant, & ipsa psallens, ut in extremis quoq; cum iam uox eius audiri non posset, adhuc moueri labia uiderentur, & lingua palpitans dñm cõfiteri. Demũ inter letaniæ supplicatiões, cũ diceretur, per passionẽ & crucem tuam libera eam dñe: eleuans manum signauit se, & emisit spiritũ, ita ut manũ nõ posset deponere quã leuarat. Ex hoc Bernardus suo iam more, suo iure uiciitare incipiens, eleganti corpore, grata facie pminens suauissimis ornatus moribus, acri ingenio præditus, acceptabili pollens eloquio: magnæ spei adolescens prædicabatur. Cui tãquam ingredienti seculũ, plures se uiæ seculi ipsius offerre cœperũt, & in oibus assurgere prosperitates uitæ huius, & magnæ spes undiq; arridere. Obsidebãt autem benignum iuuenis animũ sodalium dissimiles mores, & amicitiæ procellosæ, similem sibi efficere gestientes. Quæ si ei dulcescere perstitissent, necesse erat amarescere illi q; in hac uita dulcius cordi eius insederat, castitatis amorẽ. Cui præcipue inuidens coluber tortuosus, sparge bat laqueos tentationum, ac uarijs occursibus calcanco eius insidiabatur. ¶ Circa idem tempus instinctu dæmonis in lectũ dormientis insecta est puella nuda. Quam ille sentiens, cũ omni pace & silentio partem ei lectuli quã occupauerat cessit, & in latus alterũ se conuertit, atq; dormi uit. Misera uerò illa aliquandiu iacuit sustinens & expectans, deinde palpans & stimulans. Nouissime cũ immobilis ille persisteret, illa licet impudentissima esset erubuit, & horrore ingenti atq; admiratione perfusa, relicto eo surgens aufugit. ¶ Cõtigit item ut cũ socijs aliquantis apud matronã aliquam, Bernardus hospitaretur. Considerans aũt mulier adolescentem decorũ aspectu, capta est laqueo oculorum suorum, & in cõcupiscentiã eius exarsit. Cũq; tanquam honoratiori omniũ seorsum ei fecisset lectulum præparari, surgens ipsa de nocte impudenter accessit ad eum. Quam Bernardus sentiens, nec cõsilij inops, clamare cœpit, Latrones, latrones. Ad quam uocem fugit mulier, familia ois exurgit, lucerna accenditur, latro quæritur, sed minime inuenitur. Ad lectulos singuli redeunt, fit silentium, sunt tenebræ sicut prius, pausant cæteri, sed nõ illa misera requieuit. Exurgit denuo, & Bernardi lectulũ petit, sed denuo ille proclamat, Latrones, latrones. Quæritur iterum latro, latet iterum, nec ab eo qui solus nouerat publicatur. Vsq; tertio improba mulier sic repulsa, uix tandem seu metu seu desperatione uicta cessauit. Cum aũt die sequenti iter agerent, arguẽtes Bernardũ socij, quosnã toties ea nocte latrones somniauerit perquirebant. Quibus ille, ueraciter inquit aderat latro, & mihi castitatem hospita nitebatur auferre.

Inter hæc tamen cogitans & perpendens q; uulgò dicitur non esse tutum diu cohabitare serpenti, iugam meditari cœpit. Videbat enim mundum & principem eius exterius sibi multa offerentem, magnifice, spes maiores, sed fallaces omnes, & uanitatem uanitatum, & uanitatem omnia: ueritatem uerò ipsam interius iugiter audiebat clamantem ac dicentem. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Tollite iugum meum super uos, & inuenietis requiem animabus uestris. Perfectius uerò relinquere mundum deliberãs cœpit inquirere & inuestigare ubi certius & purius inueniret requiem animæ suæ sub iugo Christi. Inquirẽti autem occurrit Cisterciẽ innouatæ monasticæ religionis noua plantatio, messis multa, sed operarijs indigens, cum uix aliquis conuersionis gratia illuc declinaret, ob nimiam uitæ ipsius & paupertatis austeritatem. Quæ tamen cum animum uere deum quærentem minime terrerent posthabita omni hæsitatiõe ac timore, illuc uertit intentionem, posse se æstimans omnino ibi delitescere & abscondi. Vbi uerò de cõuersione tractantem, fratres eius & qui carnaliter eũ diligebãt persenserũt, oĩmodis agere cœperunt, ut aĩm eius ad studiũ possent diuertere literarũ, & amore scientiæ secularis, seculo arctius implicare. Qua nimirum suggestione (sicut fateri solet) propemodum retardati fuerãt gressus eius. Demum cum aliquãdo ad fratres pergeret in obsidione castri (q; Grãceium dicitur) cum duce Burgundiæ constitutos, cœpit in huiusmodi cogitatione uehementius anxiari. Inuentaq; in itinere media ecclesia quadã diuertit, & ingressus orauit cũ multo imbre lachrymarũ expandens manus in cælũ, & effundẽs sicut aquã cor suũ ante cõspectũ dñi dei sui. Ea igit die firmatũ est ppositum cordis eius. Nec uerò surda aure percepit uocẽ dicentis. Qui audit, dicat uenĩ. Siquidẽ ab illa hora sicut ignis qui cõburit siluã, & sicut flamma cõburẽs montes, hinc inde prius uicinora quæq; corripiens, postmodum in ulteriora progredies: sic ignis quem miserat dñs in cor serui sui uolens ut arderet, primo fratres eius aggreditur, solo minimo ad cõuersionem, minus adhuc habili seniori patri ad solatium derelicto, deinde cognatos & notos, socios & amicos, & de qbuscũq; poterat esse spes conuersionis. Primus omniũ Galdricus auunculus eius absq; dilatione aut hæsitatione in sententiam nepotis, & consensum conuersionis, uir honestus & potens in seculo, & in secularis militiæ gloria noiatus, dominus castri in territorio Eduẽsi q; Tuillũ dicitur. Cõtinuo etiã Bartholomæus occurrens iunior cæteris fratribus, & necdũ miles, sine difficultate eadem hora salutaribus monitis dedit assensum. Porrò Andreas Bernardo ẽt ipse iunior & nouus eo tẽpore miles uerbum fratris difficilius admittebat, donec subito exclamauit. Video inquit matrẽ meam. Visibiliter siquidem ei apparuit, serena facie subridẽs, & cõgratulans proposito filiorum. Itaq; & ipse continuo manus dedit, & de tyrone seculi factus est miles Xpi. Guido primogenitus fratrum, coniugio iam alligatus erat, uir magnus, & præ alijs iam in seculo radicatus. Hic primo paululũ hæsitans, sed cõtinuo rem perpendẽs & recogitans, conuersioni cõsensit, si tamen coniunx annueret. Verũ id quidẽ de iuuencula nobili, & paruulas filias nutrienti, penè impossibile uidebatur. At Bernardus de misericordia dñi spem cõcipiens certiorem, incunctanter ei spopondit amicam consensurã fœminã, aut celeriter mo rituram. Demũ cũ omnimodis illa renueret, uir eius magnanimus imo cã iam præuentus fidei uirtute in qua post modũ excellẽter enituit, uirile consiliũ dño inspirãte concepit, ut abijciẽs quicquid habere uidebatur in seculo, uitam instituret agere rusticanã, laborare scilicet manibus proprijs, unde suã sustẽtaret & uxoris uitã, quã inuitã dimittere non licebat. Interim superuenit Bernardus, qui undiq; alios atq; alios colligẽs discurrebat. Nec mora flagellat pdicta Guidonis uxor infirmitate grauĩ. Et cognoscẽs qa durũ sibi eẽt cõtra stimulũ calcitrare, accersito Bernardo ueniã deprecat, & prior ipsa cõuersiõis petit assensum. Denicq; iuxta morẽ ecclesiasticũ separata à uiro, inter ueniente parili uoto castitatis in cœtũ sanctimonialiũ trãsijt fœminarũ, religiose usq; hodie seruiens deo.

Secundus natu post Guidonem Gerardus erat miles in armis strenuus, magnæ prudentiæ, benignitatis eximiæ, & qui ab omnibus diligeretur. Qui cæteris ut dictum est primo auditu & prima die acquiescentibus (ut mos est sapientiæ secularis) leuitatẽ reputans, obstinato animo salubre cõsilium, & fratris monita repellebat. Tum Bernardus fide

iam igneus

Universidad de Deusto Biblioteca

ſam igneus, & fraternæ charitatis zelo mirū in modū: exaſperatus, ſcio (inquit) ſcio, ſola uexatio dabit intellectū auditui. Digitumq; lateri eius apponens, ueniet (inquit) dies, & cito ueniet, cū lancea lateri huic infixa, peruiū iter facier ad cor tuum, conſilio ſalutis tuæ quod aſpernaris, & timebis quidem, ſed minime moriēris. Sic dictum ſicq; factum eſt. Paucissimis interpoſitis diebus circumuallatus ab inimicis, captus, & uulneratus iuxta uerbū fratris, lanceam geſtans ipſi lateri eidemq; infixam loco cui ille digitum applicuerat trahebatur, & mortem quaſi iam præſentem metuēs clamabat. Monachus ſum, monachus ſum ciſtercienſis. Nihilominus tamen captus & recluſus in cuſtodia eſt. Vocatus eſt Bernardus per celerem nuncium, ſed nō uenit. Sciebam (inquit) & prædixerā q̄ durū eſſet ei contra ſtimulum calcitrare, nec tamen ad mortē ei uulnus hoc, ſed ad uitā. Et factū eſt ita. Siquidem de uulnere præter ſpem cito conualuit, propoſitum uerò ſeu uotum quòd uouerat non mutauit. Cumq; iam liber ab amore ſeculi hoſtilibus adhuc uinculis teneret, & hoc ſolum eſſet qd' cōuerſionis eius propoſitū retardaret: in hoc etiā cito affuit ei miſericordia dei. Venit frater eius laborās ut eruí poſſet: & nō profecit. Et cum nec ei loquí permitteret: accedens ad carcer clamauit. Scito frater Gerarde quia iturí ſumus in proximo, & monaſterium introiturí. Tu uerò quandoquidem exire non licet hic monachus eſto: ſciens quod uis & non potes, pro facto reputari. Cumq; Gerardus magis ac magis anxiaret: paucis interpoſitis diebus audiuit uocem in ſomnis dicentem ſibi. Hodie liberaberis. Erat autem ſacrum quadrageſimæ tempus. Circa ueſpertinam itaq; diei hora cogitans quod audierat, compedes ſuas tetigit: & ecce ferrum ex parte in manu eius crepuit: ut minus iam teneretur, & aliquatenus incedere poſſet. Sed quid ageret? Erat oſtium obſeratum: & pro foribus pauperum multitudo. Surrexit tamen: & non tam ſpe euadēdi quàm iacēdi tædio ſeu curioſitate tentandi, accedens ad oſtiū ſubterraneæ domus, in qua uinctus & clauſus erat, mox ut peſſulū tetigit, ſera tota in manibus eius collapſa eſt, & oſtiū domus apertū. Exiensq; pedetentim ſicut homo cōpeditus: ad eccleſiam ubi adhuc ueſpertina celebrabant, officia p̄tendebat. Porrò mendici qui pro foribus domus aſtabant uidentes quod fiebat, & diuinitus exterriti, in fugam uerſi ſunt, nihil clamantes. Cumq; iam eccleſiæ propinquaret: egrediēs quidā de familia domus captiuitatis ſuæ, germanus illius à quo cuſtodiebat, uidensq; eum ad eccleſiā properantē: tarde, inquit, Gerarde ueniſti. Expaueſcēte Gerardo: feſtina ait, adhuc ſuper eſt quod audias. Oculi quippe eius tenebantur: nec prorſus quid ageret intelligebat. Demum ad altiores gradus eccleſiæ cum adhuc compeditum data manu Gerardum ſubleuaſſet, introeunte illo eccleſiā, tunc primū quid ageretur agnouit: & conatus eū retinere non potuit. Hoc modo Gerardus à captiuitate amoris ſeculi huius, & captiuitate filiorū ſeculi liberatus: uotum quod uouerat fideliter exoluit. In quo potiſſimū notū fecit dñs à quāta pfectione ſanctæ conuerſationis gratiam iſte dei famulus Bernadus cœperit: qui in eius ſpū qui fecit quæ futura ſunt, qd' erat futurū uidere potuit quaſi iam factum. Præſentialiter quippe in latere fratris ei lancea apparebat quando digitum applicuit: ſicut poſtmodū ipſe confeſſus eſt, cū ab his interrogaretur quibus celare nō poterat. ¶ Cum autē die quadā Bernardus cum cæteris ſecū in eodem ſpū congregatis, quandā intraſſet eccleſiā: apoſtolicū illud capitulū legebatur. Fidelis deus quia qui cœpit in uobis opus bonū, ipſe pficiet uſq; in diē Chriſti Ieſu. Quod deuotus iuuenis haud ſecus accepit: quàm ſi de cælo ſonuiſſet. Exultans itaq; ſpūalis iam pater regñatorū in Xpo fratrū ſuorum, & manū dñi ſecū operantē intelligens: cœpit ex hoc prædicationi inſiſtere, & quoſcūq; poterat aggregare: cœpit nouū induere hoiem, & cū qbus de lrīs ſeculi ſeu de ſeculo agere ſolebat, de ſerms & conuerſione tractare: oſtendens gaudia mundi fugitiua, uitæ miſerias, celerem mortem, uitā poſt mortē ſeu in bonis ſeu in malis perpetuā fore. Quid multa? Quotquot ad hoc præordinati erāt, operāte in eis gr̄a dei, & uerbo uirtutis eius, & oro̅ne & inſtātia ſeruí eius, primo cunctati, deinde compuncti: alter poſt alterum credebant & conſentiebāt. Inter quos adiunctus eſt ei Hugo matiſconenſis: quí poſtea raptus à Pontiniaco cœnobio qd' ipſe ibidem abbas ædificauit, altiſſiodorenſi eccleſiæ præeſt merito & honore pontificis. Hic audiens de conuerſione ſocī & amici chariſſimi Bernardi, flebat quaſi perditum: quem ſeculo mortuum audiebat. Vbi autē data eſt utriq; primo facultas mutuí colloquiī: poſt diſſimiles lachrymas, & gemitus diſſimiliū dolorum: uerba uerbis cœperunt conferri, & res rebus comparari. Cūq; inter ipſa uerba familiaris amicitiæ, Hugoni, infunderetur ſpíritus ueritatis: aliam iam facíem habere cœperunt uerba mutuæ collocutiōis. Datis itaq; dextris in ſodalitium nouæ uitæ, lōge dignius ueriuscq; facti ſunt cor unum & anima una in Chriſto, quàm in ſeculo ante fuiſſent. Poſt paucos autem dies: nunciatur Bernardo ſubuerſum ab aliis eundem Hugonem à propoſito reſilire. Qui opportunitate inuenta, q̄ magnus quidā epiſcoporū conuentus illis in partibus haberetur, feſtinat ut reuocet pereuntem: iterumq; parturiat. Obſeruantes autem prædicti ſodales & ſubuerſores Hugonis, uiſo Bernardo prædam ambiunt ſuam, & oēm ei loquendi adimunt facultatem, omnē aditū intercludūt. At ille cū ei loquí nō poſſet: clamabat pro eo ad dñm. Quo orante cum lachrymis: ſubita & uehemens inundatio pluuiæ mox erupit. Conſederant aūt in cāpo, q̄ aer ſerenus eſſet: & nil tale ſperarēt. Diſperſi igit omnes ad repentinū imbrē: uicū proximū petunt. At Bernardus Hugonē tenens: mecū, ait, ſuſtinebis huiꝰ pluuiæ guttas. Cumq; ſoli remanſiſſent: dñs reddidit eis cōtinuo & aeris & animí ſerenitatē. Ibi renouatū eſt fœdus, & propoſitū cōfirmatum: quod non potuit deinceps uiolari. Videbat iſta pctōr & iraſcebatur, dentibus ſuis fremebat & tabeſcebat: iuſtus autem cōfidens in domino glorioſe de ſeculo triumphabat. Iāq; eo publicæ & priuatim prædicante, matres filios abſcondebant, uxores detinebāt maritos, amici amicos auertebāt: quia uoci eius ſpírituſſanctus tātæ dabat uocē uirtutis, ut uix aliquem aliquis teneret affectus. Creſcente ſiquidē numero eorū quí in hāc cōuerſionis unanimitatē cōſenſerāt, ſicut de primitiuis eccleſiæ filiis legit, multitudinis eorū erat cor unum & aīa una in dño: & habitabāt unanimiter ſimul: nec quiſquam aliorū audebat ſe cōiungere eis. Erat eñ eis caſtellioní dom̄ una, ppria & cōis omniū, ubi cōueniebāt, & cohabitabāt, & colloquebanť: quā ingredi uix audebat quí nō eſſet de cœtu eorū. Sed & ſi quis intrabat: uidēs & audiens q̄ ibí gerebanť ac dicebātur, conuincebať ab oībus, diudicabať ab oībus: & adorās dñm, & confitens q̄ uere deus eſſet in illis, aut ipē unanimitatí eorū adhærebat aut recedens flebat ſemetipſum, illos autem beatificabat. Hoc enim illis tēporibus, & in illis erat partibus inauditum ut alicuius adhuc in ſeculo cōmorantis conuerſio præſciret. Ipſi uerò quaſi menſibus ſex, poſt primū propoſitū in ſeculari habitu ſtabant: ut prionde plures congregarenť, dum quorundam negocia per id temporis expediebantur.

QVm aūt iam ſuſpecta eſſe inciperet multitudo, ne quē de numero eorū ſurriperet is qui tentat: placuit deo ſup, hoc reuelare quid futurū eſſet. Aſpiciebat eñ quidā eorū in uiſu noctis, & uidebat quaſi oēs cōſediſſe in domo una: & p ordinem ſingulos quaſi cōmunicare de cibo quodā miri candoris & ſaporis. Quē cæteris omnibus optime ſuſcipientibus, & cū gaudio magno: duos ex omni numero illo notabat à cibi illius partipatione uacuos remāſiſſe. Alter nāq; eorū nec ſumebat, alter quidem ſumere uidebať: ſed tāquàm minus caute ſumeret ſpargebať. Vtrūq; uerò poſtea, pbauit euentus. Alter enim priuſquā uentū eſſet ad rem, conuerſus retrorſum abiit & in ſeculum rediit: alter cœpit quidē cum cæteris opus bonum, ſed non perfecit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EAm uerò aduenìente die reddẽdi uoti, & cõplendi desiderij: egressus est de domo paterna Bernardus pater fratrũ suorum, cum fratribus suis filijs suis spiritualibus: quos uerbo uitæ Christo genuerat. Videns autem Guido primogenitus fratrum suorum, nuarduum fratrẽ suum minimum puerũ cum pueris alijs in platéæsia, inquit, frater nuarde: ad te solum respicit omnis terra possessionis nostræ. Ad quod puer nõ pueriliter motus: uobis ergo, inquit, cælũ, mihi terra? Nõ ex æquo diuisio hæc facta est. Quo dicto abeũtibus illis: modico post tẽpore, & ipe fratres secutus, nec à patre nec à propinquis seu amicis potuit detineri. Supererat de deo dicata domo illa pater cum filia: de quibus etiam suo loco dicemus.

EO tempore nouellus & pusillus grex cistercien sis sub abbate degẽs uiro uenerabili Stephano cum iam grauiter tædio ei esse inciperet paucitas sua, & omnis spes posteritatis decideret in quam sanctæ illius paupertatis hæreditas transfunderetur, uenerantibus omnibus in eis uitæ sanctitatem, sed refugientibus austeritatem) repente diuina hac uisitatione tam læta, tam insperata, tam subita, lætificatus est, ut in die illa respõsum hoc à spiritu sancto accepisse sibi domus illa uideretur. Lætare sterilis quæ nõ pariebas, erumpe & clama quæ non parturiebas: quia multi filij desertæ, magis quàm eius quæ habet uirum: de quibus postmodum uisura es filios filiorum usq; in multas generationes.

ANno ab incarnatiõe dñi Millesimo centesimo tredecimo, à cõstitutione domus cistercien. decimoquinto: seruus dei Bernardus annos natus circiter uigintiduos, cisterciũ ingressus cũ sociis amplius quã triginta, sub abbate Stephano: suaui iugo Christi collum submisit. Ab illa aũt die dedit dñs benedictionẽ, & uinea illa dñi sabaoth dedit fructũ suũ, extendens palmites suos usq; ad mare & ultra mare propagines eius. Hæc qdẽ fuere uiri dei conuersionis sanctæ principia. Conuersationis aũt eius insignia, quomodo uitã angelicã gerens in terris uixit: neminem enarrare posse puto, qui non uiuat de spiritu de quo ille uixit. Solius quippe donantis & accipientis est nosse: quãtũ ab ipso mox cõuersionis exordio præuenerit eũ dñs in bñdictionibus dulcedinis suæ, quãta repleuerit gra electionis, quõ ab ubertate domus suæ inebriauerit eum. Ingressus est aũt domum illam pauperem spũ, & eo adhuc tempore absconditã, ac penè nullã, intentione ibi moriendi à cordibus & memoria hoim, & spe delitescendi & latendi tãquàm uas perditũ: deo aliter disponente, & eũ sibi in uas electionis pparante, nõ solũ ad ordinẽ monasticũ confortandũ ac dilatandũ: sed ad portandũ nomẽ suũ corã regibus & gentibus & usq; ad extremũ terræ. Ipse uerò nil tale de se æstimãs, aut cogitãs: potius ad custodiã cordis sui & propositi cõstantiã hoc semp in corde, sæpe etiã in ore habebat. Bernarde, bernarde ad qd uenisti? Et sicut de dño legit, qa cœpit Iesus facere & docere, à prima die sui in cellã nouitiorũ ingressus, ipse cœpit agere in semetipso: qd' alios erat docturus, ipse cum nouitius esset in nullo sibi parcẽs, instabat omnimodis mortificare non solũ concupiscentias carnis, q̃ per corpus fiunt: sed & sensus ipsos p quos fiunt. Cũ eñ iam interiore sensu illuminati amoris dulcius ac frequentius sentire inciperet désursum sibi spirantem suauitatem, sensui illi interiori timens à sensibus corporis: uix tñ eis permittebat, quantũ sufficeret ad exterioris cũ hoibus conuersationis societatẽ. Qd' cũ cõtinui usus instantia in cõsuetudinẽ mitteret: consuetudo ipsa quodãmodo uertebat in naturã: totusq; absorptus in spũ, sæpe tota in deũ directa intẽtiõe, seu in meditatione spirituali tota occupata memoria uidens non uidebat, audiens non audiebat, nihil sapiebat gustãti: uix aliqd sensu aliquo corporis sentiebat. Iam quippe annum integrũ exegerat in cella nouitiorũ: cũ exiens inde, ignoraret adhuc an haberet domus ipsa testitudinẽ, quã solennus dicere eclaturam. Multo tempore frequentauerat intrans & exiens domum ecclesiæ: cũ in eius capite ubi tres erãt, unã tñ fenestrã esse arbitraret. Curiositatis eñ sensu mortificato nil huiusce modi sentiebat uel si eum forte aliquãdo cõtingebat uidere, memoria (ut dictũ est) alibi occupata non aduertebat. Sine memoria quippe sensus sentientis minus efficax est. Natura quoq; in eo nõ dissentiebat à gratia: ut in eo quoq; impletũ quodãmodo uideret esse qd' legit. Puer erã ingeniosus, & fortitus sum animam bonã: & cum magis essem bonus, ueni ad corpus incoinquinatũ. Ad contemplanda quippe spiritualia quæq; seu diuina cũ gra spũali, naturali quadã uirtute pollebat ingenij: fortitusq; etiã ipse in hoc aiam bonã, sensualitatem non curiose lasciuam, nec superbe rebellem, sed congaudẽtem spiritualibus bonis & studijs, & in eis quæ ad deũ sunt spõte subditã spiritui, & seruientem: corpus etiã nullius unquam contaminatum consensu flagitij ad seruiendum spiritui, in seruitio dei aptissimum instrumentum. Apparebat in carne eius gra quædam, spũalis tamen potius quàm carnalis. In uultu claritas præfulgebat, nõ terrena utiq; sed cælestis: in oculis angelica quædam puritas & columbina simplicitas radiabat. Tanta erat interioris eius hominis pulchritudo, ut euidentibus quibusdã indicijs foras erũperet: & de cumulo internæ puritatis & gratiæ copiosæ perfusus homo quoq; exterior uideret. Corpus omne tenuissimum & sine carnibus erat. Ipsa etiã sub tilissima cutis: in genis modice rubens. Illo nimirum quic quid caloris inerat naturalis: assidua meditatio & studiũ sacræ cõpunctionis attraxerat. Cæsaries ex flauo colorabat & candido, barba subrufa: circa finẽ uitæ eius respersa canis. Statura mediocritatis honestæ: longitudini tñ uicinior apparebat. Sed cũ caro in eo ex dono præuenientis gratiæ, & adiutorio subsequẽtis naturæ, & usu bono spũalis disciplinæ, uix iam aliquid cõcupisceret aduersus spñm: hoc est qd' spñs læderet: spũs supra uires, supra uirtutẽ carnis & sanguinis, tanta aduersus carnem cõcupiscebat: ut infirmũ animal cadens sub onere, resurgere non ualeret.

CVm autem placuit ei qui eum segregauit à seculo & uocauit ut ampliore gratia reuelaret in eo gloriam suam, & multos filios dei qui erãt dispersi per cum cõgregaret in unũ: misit in cor abbatis Stephani ad ædificãdam domum clarauallis, mittere fratres eius. Quibus abeuntibus, ipsum etiam præfecit abbatem: mirantibus sanè illis tanquam maturis & strenuis uiris, & timentibus ei: tum pro teneriores ætate iuuẽtutis, tum pro corporis infirmitate, & minori usu exterioris occupationis. Erat autem Clarauallis locus in territorio Lingonẽsi, nõ longe à fluuio Alba, antiqua spelunca latronum: quæ absinthialis uallis antiquit9 dicebatur. Ibi ergo in loco horroris & uastæ solitudinis consederunt uiri illi uirtutis, facturi de spelunca latronum, templum dei: & domũ orationis, ubi simpliciter aliquanto tempore deo seruierunt in pauptate spũs: in fame & siti: in frigore & nuditate: in uigiliis multis. Pulmẽtaria sæpius ex foliis fagi cõficiebantur. Panis (instar prophætici illius) ex ordeo & milio & uitia erat: ita ut aliqñ religiosus uir quidam appositum sibi panem in hospitio, ubertim plorans clã asportauerit quasi pro miraculo omnibus ostendendũ: q̃ inde uiuerent homines, & tales hoies. At uirum dei minus ista mouebant. Summa ei solicitudo de salute multorũ: quæ à prima die cõuersionis suæ usq; in finẽ tã singulariter sacrũ illius pectus nosci? possedisse: ut erga oẽs aias maternũ gereret uideretur affectũ. Erat ergo uehemẽs in præcordijs eius sancti desiderij, & sanctæ humilitatis conflictus. Modo eñ seipsum deficiens fatebat indignũ per quem fructus aliquis proueniret: modo oblitus sui æstuabat flagrantissimo ardore: ita ut nullã sibi nisi ex multorũ salute cõsolationem posse admittere uideretur. Sanè fiduciam charitas parie bat: sed eandem castigabat humilitas.

COntigit aliqñ peractis uigilijs, ut egressus foras & loca uicina circumiens oraret ad dñm: quatinus acceptum haberet obsequium suum & fratrũ suorum. Subito uerò stans in ipsa oratione, modice intercluſis oculis,

oculis,uidit undiq; ex uicinis montibus tantã diuersi habitus & diuersæ conditionis hominum multitudinem in inferiorem uallem descendere: ut uallis ipsa capere non posset. Quæ uisio quid portenderit:iam omnibus manifestum est. Hac ergo uir domini uisione magnifice consolatus,exhortatus est frater suos:commonens eos de miseri cordia dei numquã desperare. Cum autem quadam die Gerardus frater eius,cellararius domus, apud eũ conqueretur ad necessaria fratrum multa deesse:uir dei quantum interim ad præsentes angustias sufficere posset inquisiuit. Ille uerò duodecim libras respondit. Tunc dimittens eũ: ad orationem confugit. Post paululum uerò rediens Gerardus: mulierem quandam de castellione foris esse,& uelle ei loqui nunciauit. Ad quã cum egrederetur: procidens ad pedes eius eadem mulier duodecim librarum benedictionem ei obtulit:orationum suffragia implorãs uiro suo periculose ægrotanti. Quàm breuiter allocutus, dimisit à se:uade inquiens,sanum inuenies uirum tuum. Illa uerò abiens in domum suam:sicut audierat sic inuenit. Abbas uerò consolans pusillanimitatẽ cellararij sui: ad sustinẽdũ dominum decætero reddidit fortiorem. Nec tãtum semel hoc,sed sæpe cum huiusmodi instaret necessitas,ei certum est diuinum affuisse auxilium,unde non sperabatur. Propter quod uiri prudentes intelligẽtes manum domini esse cum eo:teneritudinem mentis eius quasi à delicijs paradisi nuper egressi:rerum exteriorum solicitudine inquietare pertimescebant:eas ipsi intra semetipsos ut poterant digerentes,& cum tantummodo de spiritualibus & interioribus consulentes. Ipse siquando pro ædificatione sermonẽ ad eos habebat:hominibus supra hominem loquens, uix intelligebatur. Tamen iuxta sententiam sancti Iob, nefas putantes contradicere sermonibus sancti:non excusabant infirmitatem suam,sed accusabant. Cumq; ad nutum arguentis humiliarentur,qui arguebantur:cœpit etiam spiritualí magistro aduersus fratres humiles & subiectos, zelus suus esse suspectus. Vnde factum est:ut fieret magistra magistri,pia humilitas discipulorum. Cogitabat enim eos multo meliora & uiciniora saluti suæ in silentio meditari, quàm ab ipso audirent:deuotius & efficacius salutem suã operari,quàm ex eius exemplo acciperent. Timebat uerò ex prædicatione sua eos scandalizari potius quàm aliquid ædificationis concipere. Cumq; super hoc turbaretur & contristaretur,& diuersæ cogitationes ascenderent in cor eius:post multos cogitationum fluctus,& cruciatus cordis decreuit ab exterioribus omnibus ad interiora se recolligere:& in solitudine cordis,& secreto silentij continere,donec misericordiæ suæ super hoc ei suam reuelaret dominus uoluntatem. Paucis autem postea euolutis diebus uidit in uisu noctis personam quandam cum claritate sibi astantem,& magna auctoritate præcipientem fiducialiter loqui,quicquid ei suggeretur in apertiõe oris sui:quoniã non ipse esset qui loqueretur,sed spiritus dei loqueretur in eo. Et extunc manifestius in eo & per eum loquens spiritussanctus,& sermonem ei potentiorem & sensum in scripturis abundantiorem suggerens:apud auditores quoq; gratiam ei addidit & auctoritatem,inde erat q; tam confidenter quàm utiliter loquebatur ad docendum,ad arguẽdum,ad corripiẽdum:ut dum prædicaret uerbũ dei quicquid afferebat in medium,sic patens & placens efficiebat, & circa id unde agebatur efficax ad monendum:ut mirarentur omnes in uerbis gratiæ quæ procedebant de ore eius. ¶Præfatus quoq; pater illius qui domi remanserat, ueniens ad filios suos appositus est ad eos. Qui cũ aliquantum tempus ibi fecisset:obijt in senectute bona. ¶Soror quoq; eorum in seculo nupta,& seculo dedita,cum in diuitijs & delicijs seculi periclitaretur, tandem aliquando inspirauit ei deus,ut fratres suos uisitaret. Cũq; uenisset quasi uisura uenerabilẽ Bernardum fratrem suum,& adesset cũ comitatu superbo & apparatu,ille detestans & execrãs eã tanquàm rhete diaboli ad capiendas animas, nullatenus acquiescebat exire ad uidendum eam. Quod audiens illa confusa & compuncta uehementer,cum nullus ei fratrum suorum occurrere dignaretur:,cum à fratre suo Andrea quem ad portam inuenerat monasterij,ob uestium apparatum stercus inuolutum argueretur: tota in lachrymis resoluta,& si peccatrix sum,inquit, pro talibus Christus mortuus est. Quia enim peccatrix sum:idcirco consilium & colloquium bonorum requiro. Et si despicit frater meus carnem meam:ne despiciat seruus dei animam meam. Veniat,præcipiat,quicquid præceperit, facere parata sum. Hanc ergo promissionem audiens, exijt ad eam cum fratribus suis frater eius. Et quia eam à uiro separare non poterat: primo uerbo omnem mundi gloriam in cultu uestium,& in omnibus seculi pompis interdixit, & formam uitæ matris suæ (in qua multo tempore uixerat cũ uiro) ei indixit:& sic eam dimisit. Illa uerò obedientissime parẽs præcepto,redijt ad propria:mutata repente secũdum omnipotentiam dexteræ excelsi. Stupebant autẽ omnes adolescentulam nobilem,delicatam,subita mutatione in habitu & uictu, in medio seculi uitam ducere eremiticam:instare uigilijs & ieiunijs,& continuis orationib9:& ab omni seculo prorsus se facere alienam. Biennio sic uixit cum uiro suo qui etiam uirtute eius perseuerantiæ uictus, tandem liberam à se demittens,facultatem ei concessit seruiendi deo cui se probauit. Illa uerò optata libertate potita, monasterium uillesium adiens, cum sanctimonialibus ibi deo seruientibus reliquum uitæ suæ deo uouit:ubi tantam ei gratiam dominus contulit sanctitatis, ut non minus animo quàm carne illorum probaretur uirorum dei esse germana.

CVm autem missus nouiter Clarãuallem Bernardus ordinandus esset,& sedes lingonensis uacaret,ad quam ordinatio ipsa respiciebat:quærẽtibus fratribus qui eum ducerent ordinandũ, obtulit se bona fama uenerabilis cathalaunensis episcopi, opinatissimi illius magistri Guillermi de campellis:illucq; eum transmittendum diffinijt. Sicq; factum est. Abijt autẽ cathalaunum assumpto secum elbodone monacho quodam cisterciense. Intrauit ergo prædicti episcopi domũ iuuenis exesi corporis & moribundi,habitu quoq; despicabilis,subsequente monacho seniore,& magnitudine & robore corporis eleganti:alijs ridentibus,alijs rem sicut erat interpretando uenerantibus. Cum autem quæreret quis eorum esset abbas,episcopus primus oculos in eum apertos habens agnouit seruum dei,& suscepit eum sicut seruũ dei. Cum autem primo in priuato colloquio,omni melius locutione prudentiam iuuenis magisq; proderet uerecũdia loquendi:intellexit uir sapiens diuinam uisitationem in aduentu hospitis sui:nec defuit hospitalitatis pia instãtia. Sumptaq; familiaritatis fiducia & libertate loquendi, habito ad alterutrum sancto colloquio melius eum cõmẽdabat cõscientia quàm uerba. Ex illa ergo die,& ex illa hora facti sunt cor unum & anima una in domino:intantum ut efficeretur Clareuallensium non sola domus episcopi: sed per ipsum tota ciuitas Cathalaunensis. Quinetiam remensis prouincia & gallia tota per eum in deuotionem excitata est ad reuerentiam uiri dei. Ab illo siquidem tanto episcopo,cæteri didicerunt suscipere eum & reuereri tãquàm angelum dei:ita ut futuri temporis præsensisse in eo gratiam uideretur homõ tantæ auctoritatis:sic affectus erga ignotum monachum,& monachum tantæ humilitatis. Modico uerò post tempore transacto, cum eousq; infirmitas abbatis ingrauescceret,ut iam non nisi mors,aut omni morte grauior mita speraretur:ab eodem episcopo uisitatus est. Cumq; uiso eo episcopus se nõ solum uitæ eius, sed & sanitatis spem habere diceret,si consilio eius acquiescens secundum infirmitatis suæ modum aliquam corpori suo curam pateretur impendi:ille uerò à rigore uel usu

Universidad de Deusto
Biblioteca

consuetudinis suæ minus facile flecti posset: profectus epi-
scopus ad capitulum cisterciense, ibi coram pauculis ab-
batibus qui conuenerant, pontificali humilitate & sacer-
dotali charitate toto corpore in terram prostratus, petijt
& obtinuit: ut toto anno uno in obedientiam sibi trade-
retur. Quid enim tantæ humilitati, in tanta posset autori-
tate negari? Reuersus itaq; claramuallem, extra claustra &
terminos monasterij domunculam unã ei fieri præcepit:
ordinans & mandans in cibo uel potu, siue in aliquo hu-
iusmodi, circa eum nullam teneri ordinis districtionem,
nullam de tota cura domus ad eum referri solicitudinem:
sed sibi eum usucre ibi secundum modum ab eo præstitu-
tum. Sic igitur ex præcepto episcopi & abbatum feriatus
ab omni solicitudine domus, deo uacabat & sibi: quasi in
delicijs paradisi exultans. Regium autem illud cubiculum
considerantibus, tantam sui reuerentiam incutiebat: ac si
ad altare dei ingrederentur. Sanè cuidam homini rustica-
no traditus erat ab episcopo ad obediendum: qui se eum
curaturum, iactitans pollicebatur. Et licet tam grauiter in
firmaretur offerebantur ei cibi, quos sanus quis uix præ
angustia famis attingeret: admirantibus & tabescentibus
qui uidebant: ipse autem in quem hæc fiebant indifferen-
ter cuncta sumens: æque omnia approbabat. Sensu quip-
pe corrupto, & emortuo penè sapore: uix aliquid discer-
nebat. Solã em̃ aquã sibi sapere dicebat: eo quòd dum su-
meret, fauces ei & guttur refrigerabat. ¶Nocte quadam
solito attentius orando effuderat super se animam suam:
cum tenuiter soporatus uoces audiuit tanquàm transeun
tis multitudinis copiosæ. Euigilans autem & easdem uo-
ces plenius audiens: cellam quoq; in qua iacebat egressus:
prosecutus est abeuntes. Haud procul aberat locus densis
adhuc spinarum ueprium q; frutetis abundans: sed nunc
longe mutatus ab illo. Super hunc aliquandiu stabant ue
lut alternantes chori hinc inde dispositi, & uir sanctus au-
diebat & delectabatur. Cuius tamen mysterium uisionis
non prius agnouit, quàm translatis post aliquot annos
non sine diuinis reuelationibus ædificijs monasterij, eo-
dem in loco positum oratorium cerneret: ubi uoces illas
audierat. Erat tunc temporis uidere clarenallis aurea secu
la: cum uiri uirtutis olim diuites in seculo & honorati, in
paupertate Christi gloriantes, ecclesiam dei plantarent in
sanguine suo: in labore & ærumnis: in fame & siti: in frigo-
re & nuditate, & angustijs multis: sanctæ illi ualli eam
quam postea habuit præparantes sufficientiam & pacem.
Erat cernere, quasi nouos cælos in terra & antiquorum
ægyptiorum monachorum patrum nostrorum antiquas
semitas: & in eis recentia sanctorum uestigia. Prima facie
ab introeuntibus claramuallem, per descensum montis,
deus in domibus eius cognoscebatur: cum in simplicita-
te & humilitate ædificiorum, simplicitatem & humilitatẽ
inhabitãtium, uallis muta loqueretur. Denique in ualle illa
plena hominibus, in qua nemini ociosum esse licebat, om-
nibus laborantibus & singulis circa iniuncta occupatis,
media die mediæ noctis silentium à superuenientibus in-
ueniebatur: præter laborum sonitus, uel si fratres in lau-
dibus dei occuparentur. Porrò silentij ipsius ordo & fa-
ma, tantam etiam apud seculares homines superuenien-
tes, sui faciebat reuerentiam: ut etiam ipsi non tantum pra
ua uel ociosa, sed aliquid etiam quod ad rem attineret, ibi
loqui uererentur. Loci uerò ipsius solitudo inter opaca
siluarum, & uicinorum hinc inde montium angustas, in
quo serui dei latebant, speluncam illam sancti patris Bene
dicti: quodammodo repræsentabat, in qua aliquando à
pastoribus inuentus est: ut cuius imitabantur uitam, ha-
bitationis etiam eius ac solitudinis formam aliquam ha-
bere uiderentur. Omnes quippe etiam in multitudine so-
litarij ibi erant. Valem nanq; illam plenam hominibus
ordinis ratione charitas ordinata, singulis solitariam fa-
ciebat: quia sicut unus homo inordinatus, etiam cum so-
lus est, ipse sibi turba est, sic ibi unitate spiritus & regula-
ris lege silentij: in multitudine hominum ordinata, soli-
tudinem cordis sui singulis ordo ipse defendebat. Domi-
bus uerò & habitaculis simplicibus, uictus inhabitan-
tium persimilis erat. Hæc ergo fuit in tempore illo sub ab-
bate Bernardo & magisterio eius, in clarissima & charissi-
ma ualle illa spiritualium schola studiorum, hic feruor re-
gularis disciplinæ: omnia eo faciente & ordinante, & ta-
bernaculum deo in terris ædificante ꝑm exemplar quod
ei in monte ostensum est: cum in solitudine cisterciensi cũ
deo in nube habitaret. Et utinam post rudimenta primæ
conuersationis circa semetipsum talem se exhibuisset, qua
lem erga cæteros: tam benignum, tam discretum, tam soli-
licitum. Sed continuo cum ab annuæ illius obedientiæ
uinculo solutus, & sui iuris effectus est: uelut arcus disten-
tus ad pristinum rigorem, & sicut torrens detentus, & di-
missus ad prioris cursus consuetudinem reuersus est: qua-
si repetens à semetipso pœnas diusculæ illius quietis, &
damna laboris intermissi. Videres hominem imbecillem
& languidum conari & aggredi quæcunq; uellet, minus
considerare quid posset: solicitum pro omnibus, circa se-
ipsum negligentem, omnibus in omnibus alijs obedien-
tissimum: sed de seipso uix aliquando seu charitati, seu po-
testati obedientem. Semper enim priora sua nulla repu-
tans maiora molicbatur ad non parcendum corpori, &
ad studijs spiritualibus robur addendũ: corpus suum ua-
rijs infirmitatibus per se attenuatum, ieiunijs insuper &
uigilijs sine intermissione atterendo. ¶Quid dicemus de
somno qui in cæteris hominibus solet esse refectio labo-
rum & sensuum, aut mentium recreatio? A principio suæ
conuersionis uigilabat quoad uixit ultra possibilitatem
humanam, nullumq; tempus magis se perdere conquere-
batur, quàm quo dormiebat: idoneum satis reputans cõ-
parationem mortis & somni: ut sic dormientes uideantur
mortui apud homines, quomodo apud deũ mortui dor-
mientes. In ipso nanq; tenuem uictum tenuis somnus co-
mitabatur, in neutro indulgebat corpori suo societatem:
nisi q; in utroq; sumpsisse aliquid, sat ei erat. Quantũ enim
ad uigilias, modus erat ei uigiliarum non totam noctem
deducere insomnem. Porrò ad comedendum uix aliquan
do uoluptate trahebatur: sed solo timore defectus. Etenim
comesturus, priusquam comederet: sola cibi memoria sa-
tur erat. Sic accedebat ad sumendum cibum, quasi ad tor
mentum. Laborabat siquidem caro eius multiplicibus in
firmitatum incommodis: ut in eis uirtus animi perficere-
tur. Quarum periculosior quidem in meatum altissimi
gutturis nil penitus siccum: uix solidum aliquid admit-
tentis, molestior erat defectus stomachi, uiscerumq; corru
ptio. Hæ continue: præter alias sæpius incidentes. Natu-
ra enim eius (cum teneræ nimis semper & delicatæ com-
plexionis fuisset) ieiunijs multis & uigilijs, frigore & la-
bore, durioribus & continuis exercitijs attrita: corrupto
stomacho crudũ continuo per os quod ingerebat reijcie-
bat. Quod siquidem naturali decoctione digestum trans-
fundebat ad inferiora: ibi nihilominus partibus illis cor-
poris non minoribus infirmitatum incommodis obsessis,
non nisi cum graui tormento egrediebatur. Si quid ante
residuum erat, ipsum erat alimentum qualecũq; corporis
eius, non tam ad uitam sustentandam: quàm ad differendã
mortem. Semper aũt post cibum, quantũ comedisset, qua
si pensare solebat. Si quando uel ad modicum mensuram
solitam excessisse se deprehendisset, non impune patieba-
tur. Sed & usus parcimoniæ sic ei uersus fuerat in naturã:
ut etsi aliquãdo corporalis sibi cuiusli bet refectionis, plus
aliquid solito uellet indulgere, uix posset. Orabat stãs die
noctuq; donec genua eius infirmata à ieiunio, & pedes ei
à labore inflati: corpus sustinere non possent. Multo tẽpo
re & quandiu occultũ esse potuit, cilicio ad carnem usus
est: ubi uerò sciri cõtigit: continuo illud abijciens, ad cõ-
munia

munia se conuertit. Summum enim erat ei studium, fugere admirationem: & tanquàm sese unum agere cæterorum. At persequebatur gloria fugitantem: sicut è regione captantes eam fugere consueuit. Prouerbium illud in ore ei frequenter, semper in corde: qui hoc facit quod nullus, mirantur omnes. Quo nimirum intuitu uitam regulamq; communem amplius æmulabatur: nisi in suis actibus præferens obseruantiæ singularis. In ipsis tamen communibus erat illi singularis puritas: & deuotio non communis. Cibus eius, cum pane lac: uel aqua decoctionis leguminum: uel pultes quales infantibus fieri solent: aliquando bucella panis in aqua penitus emolliti, cum exiguis sorbiciunculis erat. Cætera uel eius infirmitas non recipiebat: uel parcimoniæ studio ipse recusabat. Vino siquãdo utebatur raro & nimis modico: cum magis aquam & infirmitati suæ, & appetitui competere testaretur. Videbant eum & conuersationem eius medici & mirabantur: tantamq; uim eum in seipso causabantur inferre naturæ, ac si agnus ad aratrum alligatus arare cogeretur. Nam cum crebra illa ex corruptione stomachi, per hos eius indigestæ cruditatis eruptio aliis inciperet esse molestior: maxime autem in choro psallentium, non tamẽ illico collectas fratrum deseruit: sed iuxta locum stationis suæ, procurato ac defosso in terra receptaculo, doloris illius sic aliquandiu (prout potuit) necessitatem illam transegit. At ubi ne hoc quidem permisit intolerantia rei, tunc demum collectas deserere, & seorsum secum habitare compulsus est: nisi quantum consolationis gratia siue disciplinæ claustralis, aut certa necessitate conuentui cum fratrum oportebat interesse. Sic autem fuit ab initio, spiritu ualidus, corpore infirmus: nil tamen indulgentiæ circa corporis quietem seu refectionem, nisi remissionis de communi labore uel opere sibi fieri aliquando acquiescens. Cæteros nanque sanctos arbitrabatur & perfectos: se uerò sicut nouitium & incipientem, nequaquàm emeritorum perfectorumq; indulgentijs & remissionibus indigere: sed feruore nouitio, & ordinis districtione, & rigore disciplinæ. Propter quod communis uitæ seu conuersationis feruentissimus æmulator, cum opus aliquod manuum actitarent fratres quòd seu minor usus ei, seu imperitia denegabat: fodiendo, seu lingua cedendo & proprijs humeris deportando, uel quibuslibet æquæ laboriosis laboribus illud redimebat. Vbi uerò uires deficiebant, ad usiora quæq; opera confugiens, laborem humilitate recompensabat: & mirum immodum is qui tantam in cõtemplatione rerum spiritualium ac diuinarum acceperat gratiam: circa talia non solum occupari patiebatur, sed & plurimum delectabatur. Sed & mortificata ut dictum est sensualitate, ipse priuilegio maioris gratiæ, in uirtute spiritus simul & totus quodammodo exterius laborabat: & totus interius deo uacabat: in altero pascens conscientiam, in altero deuotionem. Laboris ergo tempore, & intus orabat, seu meditabatur: absque intermissione exterioris laboris: & exterius laborabat absq; iactura interioris suauitatis. Nam quicquid in scripturis spiritualiter sentiebat, maxime in siluis & in agris meditando & orando se accepisse confitebatur: & in hoc nullos aliquando seu magistros habuisse, nisi quercus & fagos loco illo suo gratioso inter amicos dicere solebat. Feriatus autem à labore uel opere exteriori: iugiter aut orabat, aut legebat, aut meditabatur. Ad orandum si se solitudo offerret: ea utebatur: si autem, ubicunque seu apud se, seu in turba esset solitudinem cordis ipse sibi efficiens: ubique solus erat.

¶Canonicas autem scripturas simpliciter ac seriatim libentius ac sæpius legebat: nec ullis magis quàm ipsarum uerbis, cas intelligere se dicebat: & quicquid in eis diuinæ sibi elucebat ueritatis, aut uirtutis: in primæ sibi originis fonte magis quàm in decurrentibus expositionum riuis sapere tastabatur. Sanctos tamen & orthodoxos earum expositores humiliter legens nequaquam sensibus eorum suos sensus æquabat, sed subijciebat formandos: & uestigijs eorum fideliter inhærens, sæpe de fonte unde illi hauserant, & ipse bibebat. Sic uoluit sapientia dei per infirma hominis illius, tot tantaq; confundere fortia mundi huius. Quid enim aliquando pro infirmitate qualibet eius remansit infectum, quod per eum secundum datam sibi gratiam fieri oporteret? Quis uostra ætate quantumuis corporis robusti & accuratæ ualitudinis, tanta aliquando fecit, quanta iste moribundus & languidus, ad honorem dei & sanctæ ecclesiæ utilitatem? O quãtum postea numerum hominum uerbo & exemplo traxit de seculo, non solum ad conuersionem sed ad perfectionem. Quantas ex eis per totum Christianum orbem constituit domos, seu ciuitates refugij. Quicunq; enim peccauerunt ad mortem, & æternæ mortis rei iudicandi fuerãt reminiscuntur & conuertuntur ad dominum: & fugiunt ad eas, & saluantur in eis: sed & quæ bona innumeris hominibus sigillatim præstitit pro causa, pro persona, pro loco, pro tempore quis enumeret? Vita uerò eius quæ omnibus proponebatur imitanda: frugalis continentiæ exemplo carere non debuit. In quo seruus dei etsi nimietate forsitan excessit: pijs certè mentibus non de nimietate, sed de feruore exemplum reliquit. Sanè non confundebatur ex hoc accusare seipsum (utpote qui uerebatur omnia opera sua) arguens se quòd seruitio dei & fratrum suorum abstulerit corpus suum: dum indiscreto feruore imbecille illud reddidit, ac penè inutile. Infirmus tamen, in opere dei potens factus est: uirtus nanq; dei uehementius in infirmitate eius refulgens, dignìorem quandam apud homines ei effecit reuerentiam: & in reuerentia auctoritatem: & in auctoritate obedientiam. Iam tunc enim ad opus prædicatiõis diuinitus aptabatur: ad quod (ut supra dictum est) ex utero matris suæ cum testimonio diuinæ reuelationis olim fuerat præsignatus. Et primum quidem circa resuscitãdum in monastico ordine antiquæ religionis feruorem, primitias iuuentutis suæ dedicauit: exemplo & uerbo, intra septa monasterij ad fratrum salutem omni studio uacans. Postmodum cum eum à communi conuersatione conuentus, infirmitatis necessitas plus solito sequestraret: hæc prima cœpit esse occasio, ut quasi hominibus de seculo expositus (quorum iam ad eum multitudo magna confluebat) ipse etiam præsentiam suam liberius eis ac liberalius accommodans, uerbum uitæ prædicaret. Cumq; longius à monasterio pro causis ecclesiæ communibus interdum obedientia traheretur: & quocunq; ueniret de deo filere non posset, & agere quæ dei sunt non cessaret: sic in breui apud homines innotuit, ut ecclesia dei tam utili membro in corpore suo reperto, uti ad quodcunque oportebat non dissimularet. Ab eo tempore copiosius addita est ei de die in diem manifestatio spiritus qui erat in eo ad utilitatem: sermo scilicet fœcundior sapientiæ & scientiæ, cum gratia prophetiæ: & operationes uirtutum, & diuersarum opitulationes sanitatum.

IRant autem huius beati uiri fratres & filij spirituales mirantes super his quæ audiebant & uidebant de eo. Nec tamen more carnalium in gloriam eleuabantur humanã: sed iuueníli eius ætati, & nouæ adhuc conuersationi spirituali solicitudine metuebant, in quo nimirum zelo Galdricus auunculus eius, & Guido primogenitus fratrum, cæteros anteibant: ut ipsos tanquàm geminos quosdã stimulos carnis suæ, ne gratiarum magnitudo eum extolleret, accepisse diuini tus uideretur. Neque enim parcebant uerbis durioribus exagitantes teneram uerecũdiam eius, calumniantes etiã bene gesta, signa omnia annihilantes: & hominem mansuetissimum nihilq; contradicentem: frequenter usque ad lachrymas, improperijs & opprobrijs affligentes. Narrare solebat uenerabilis episcopus Lingonensis Godefridus, sancti uiri & propinquus sanguine, & in conuer

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſione ſocius,& extũc per omnia indiuiduus comes primo miraculo quod per manum eius fieri uidit: prædictum ger manum eius affuiſſe Guidonem. Erat enim eis trãſitus per caſtrum, Nantonis, in territorio ſenonum: & iuuenis quidam cuius pedem fiſtula occupauerat: prædicti patris Bernardi, tactum & benedictionem cum multa ſupplicatione petebat. Signatus autem ſtatim conualuit: & poſt pauciſſimos dies regreſſi per idem oppidum, ſanum eum atq; incolumen inuenerunt. Cæterum ſæpe dictus beati uiri frater, ne ipſo quidem poterat compeſci miraculo quominus increpareret eum, & præſumptionis argueret, quòd acquieuerit tangere hominem: tanta ſiquidem charitate pro eo ſolicitus erat.

CVm autem aliquantum in Claraualle tempus uir domini Bernardus expleſſet: contigit uirũ nobilem, ipſius ſecundum carnem propinquũ Iosbertũ de Firmitate (qd̃ eſt oppidũ pximũ Clareuallenſi monaſterio) grauiter infirmari. Qui ſubito præoccupatus: amiſit penitus intellectum pariter & loquelam. Vnde & filius eius Iosbertus iunior, & omnes amici ſimul eo magis affligebantur dolore, quòd ſine confeſſione & uiatico uir magnificus & magnifice honoratus obiret. Cucurrit nuncius ad abbatem: neq; enim tũc in monaſterio erat. Venit: & inuenit eum iam triduo ſic tacentem. Cõpaſſus autem homini: ſed & motus lachrymis filij eius, & ſimul lugentium cæterorum, confiſus de miſericordia dei, ſermonem magnificum protulit eis dicens. Notum eſt uobis quòd homo iſte in pluribus grauauit eccleſias, oppreſſit pauperes, offendit deum, ſi mihi credidis ut eccleſijs reſtituantur ablata, & uſurpatæ in grauamen pauperum conſuetudines dimittantur: & loquetur adhuc & ſuorum confeſſionem faciet delictorum: diuina quoq; ſuſcipiet ſacramenta deuotus. Mirãtur omnes, lætatur filius, familia omnis exultat: quicquid præcipit homo dei firmiter ei promittitur, & impletur. Verum frater eius Gerardus, & Galdricus auunculus, qui erant cum eo nõ parum territi & turbati, ſecretius eum ſuper tali promiſſione conueniunt: durius arguunt, acrius inuehuntur. Quibus breuiter ſimpliciterq; reſpondens: facere, inquit, poteſt facile deus, qd̃ difficile credere uos poteſtis. Itaq; poſt ſecretam orationẽ: ad oblationem ſacrificij immortalis acceſſit. Quo offerente, nũcius ſuperuenit, qui indicaret præfatum Iosbertum libere iam loquentem: rogare obnixius, ut uir dei feſtinaret ad eum. Cui poſt oblatum ſacrificium uenienti cum lachrymis & gemitu peccata confeſſus, diuina ſacramenta ſuſcepit: & duobus aut tribus poſt hæc diebus uiuens & loquens, ea maxime quæ præceperat abbas ſanctus conſtituit ſine ulla retractatione ſeruari. Sed & diſpoſuit domui ſuæ, & elemoſynas dedit: & ſic demum chriſtiano more in bona ſpe miſericordiæ dei animã exalauit. Et hoc quidem ſignum in manu ſerui ſui effecit Chriſtus mundo celebre.

CIrca idem tempus accidit, ut auunculus eius Galdricus, qui zelo piæ ſolicitudinis eius manſuetudinem (ſicut prædiximus) duris increpationibus obruebat: grauiſſimis febribus laboraret. Demum ingraueſcente morbo, ipſa doloris magnitudine ſuperatus, abbatem humili ſupplicatione compellat, ut ſui miſereatur: & opem ſibi ferat quam cæteris conſueuit. At ille cuius ſpiritus ſuper mel dulcis, primum leniter breuiterq; commemorans crebas ſuper huiuſmodi obiurgationes ipſius, & imponens ei ne forte hæc diceret tentans eum: perſiſtenti tamen manum imponit: & febrem abſcedere iubet. Nec mora ad imperium eius reliquit eum febris: expertum in ſemetipſo qd̃ in cæteris arguebat. Idem quoq; Galdricus cum in Claraualle aliquantos iam peregiſſet annos: feruens ſpiritu, & totius boni æmulator ex hac luce migrauit. Qui ante unam ferè horam turbatus ad momentum, & toto corpore terribiliter motus infremuit: ſed ad priſtinam ſtatim ſerenitatem reuerſus, uultu deinceps placidiſſimo expirauit. Noluit autem dominus ſolicitum abbatis animum, huius rei cognitiõe fraudari. Siquidem poſt aliquot dies idem Galdricus apparens ei in uiſu noctis, cum omnia erga ſe proſpera eſſe ſciſcitanti reſpõderet: & in magna ſeſe gratularetur fœlicitate locatum: demum interrogatus quidnam ſibi uoluit tam acerba illa in morte tamq; repentina commotio. Dicebat autem qd̃ ea hora duo ſpiritus nequam, uelut in puteum horrendæ profunditatis eum præcipitare paraſſent, unde territ9 ita contremuit: ſed beato Petro accurrente ereptus, nihil ſenſit deinceps læſionis.

LOngum eſſet cuncta narrare quæ ſuper his qui ex hac uita diſceſſerant, & eorum felicitate, ſeu etiã neceſſitate, diuina ei gratia reuelare ab ipſis initijs conſueuit. Vnum tamen ex eis fuit: quod ob fratrum commonitionem, aliquoties etiam ipſe pater commemorare ſolebat. Frater quidam bonæ intentionis, ſed durioris erga cæteros fratres conuerſationis, & minus compatiens quàm deberet in monaſterio defunctus eſt. Poſt paucos autem dies uiro dei apparuit, uultu lugubri & habitu miſerabili: ſignificans non ad uotum ſibi cuncta ſuccedere. Interrogatus autem ab eo quid ſibi eſſet: quatuor dilaceratis ſeſe traditum querebatur. Ad quod uerbum continuo impulſus eſt: & quaſi præcipitanter expulſus à facie uiri dei. Qui grauius ingemiſcẽs: poſt tergum eius clamauit. Precipio, inquit, tibi in nomine domini: ut qualiter tecum agatur in proximo mihi iterum immoteſcas. Et conuerſus ad orationem pro eo & oblationem hoſtiæ ſalutaris: aliquos etiam fratrum quorum ampliorem nouerat ſanctitatem, eidem ſubuenire monebat. Nec uerò deſtitit: donec ſicut præceperat aliam reuelationem cognita eius liberatione meruit conſolari.

INfirmabatur aliquando ipſe uir dei: & uelut riuulus quidam flegmatis inceſſanter ab eius ore fluebat. Vnde exhauſto corpore, uſquequaque deficiens paulominus ad extrema deuenit. Conuenerunt itaq; filij & amici eius: uelut ad exequias tãti patris. Cumq; extremum iam trahere ſpiritũ uideretur: in exceſſu mentis, ante tribunal domini ſibi uiſus eſt præſentari. Affuit & ſathan: ex aduerſo improbis eum accuſationibus pulſans. Vbi uerò ille omnia fuerat proſecutus, & uiro dei pro ſua fuit parte dicendum: nihil territus aut turbatus ait: Fateor nõ ſum dignus ego: nec propriis poſſum meritis regnum obtinere cælorum. Cæterum, duplici iure illud obtinens dominus meus, hæreditate ſcilicet patris, & merito paſſionis: altero ipſe contentus, alterum mihi donat: ex cuius dono iure illud mihi uendicans, non cõfudor. In hoc uerbo confuſus inimicus, conuentus ille ſoluitus: & homo dei in ſe reuerſus eſt. Cumq; ex hoc magis diſſolutionem ſui corporis imminere ſperaret: uiſio altera longe diſſimilis eſt ſecuta. ¶ Siquidem uelut in littore quodam poſitus: uidebatur ſibi nauem quæ ſe transueheret expectare. Cumq; applicuiſſet nauis ad litus, feſtinabat ingredi: & illa cedens impingebat in aquam. Vſq; terrio ita faciens, tandem relicto eo nauis ibat: & non reuertebatur. Intellexit autem protinus necdum tempus ſuæ migrationis adeſſe. Adhuc tamen creſcebat dolor, eo utiq; magis moleſtus: quo minus iam eum ſpes imminẽtis exitus ſolabatur. ¶ Contigit autem adueſperaſcente iam die, ut cæteris fratribus iuxta conſuetudinem accedentibus ad lectionem collationum: ſolus abbas cum duobus fratribus ſibi aſſiſtentibus remaneret in diuerſorio in quo iacebat. Cumq; uehementius affligeretur, & ſupra uires dolor excreſceret: aduocans alterum è duobus iubet citius oratum ire. Excuſantem deniq; & dicẽtem, nõ ſum ego talis orator: obedientiæ auctoritate compellit. Itum eſt & oratũ ad altaria: quæ in eadẽ baſilica erãt tria. Primũ in honore beatæ dei genitricis, duo circũpoſita in honore beati Laurẽtij martyris: & beati Bñdicti abbatis.

Eadem

Eadem igitur hora affuit utro dei prædicta beata, uirgo duobus illis stipata ministris: beato scilicet Laurentio, & beato Benedicto. Aderāt autem in ea serenitate & suauitate quæ eos decebat: & tam manifeste, ut ex ipso introitu cellulæ personas quoque discerneret singulorum. Imponentesq; ei manus & loca doloris attactu pijssimo lenientes: omnem protinus ægritudinem depulerunt, siccatus est enim illico flegmatis riuus: & dolor omnis abscessit. Minus quidem iam stare poterat, sed erat sedens penè iugiter, & rarissime mouebatur: quoties subtrahere se negocijs poterat, aut orans, aut legens, aut scribens, aut insistēs doctrinæ & fratrum ædificationi: aut in sacra meditatione persistens. In quo nimirum studio spirituali gratiam obtinuerat singularem, ut non tædium in illo, non difficultatem aliquam sustineret: libere secum habitans, & deambulans in latitudine cordis sui: & ibidem exhibens Christo (ut monere alios ipse solebat) cœnaculum grande stratum. Frequenter tamen licet sic affectus diuino urgente metu, uel charitatis compellente spiritu, studium hoc lucris uberioribus postponebat: doctus quærere non quod sibi erat utile, sed quod multis. Desiderauerat autem ab initio omnimodo subtrahere se negocijs, & nusquam egredi: sed in monasterio residere. Quod & postmodum ex defectu corporis occasionem se reputans inuenisse opportunam: aliquando statuit, & aliquandiu tenuit: donec illum exire cogit necessitas grauis ecclesiæ dei, & summi pontificis, atque omnium abbatum sui ordinis iussio: quibus per omnia tanquàm patribus deferebat. Ex quorum etiam mandato, nouissimis quidem annis præter cucullam & tunicam laneo panno in modum clamydis decurtatæ, & pileo simili utebatur: inter tantos languores corporis & labores, nullis unquam uti pellibus acquiescens, in uestibus ei paupertas semper placuit: sordes nunquam. Nimirum animi fore iudices aiebat: aut negligentis, aut inaniter apud se gloriantis, aut gloriam affectantis humanam: incessus eius & habitus omnis, modestus & disciplinatus: præferens humilitatem, redolens puritatem, exhibens gratiam, exigens reuerentiam: solo uisu lætificans & ædificans intuentes. ¶ De risu frequenter auditum est ex ore illius dum cachinnos religiosorum hominum miraretur non meminisse se à primis annis suæ conuersationis aliquando sic risisse, ut non potius ad ridendum quàm ad reprimendum sibi uim facere oporteret. ¶ De ociositate uerborum uel nugis, cautus erat artificiose obseruare quod ad papam Eugenium scribens de sui cordis plenitudine eructauit. Nugæ si incidant interdum, inquit, ferendæ fortassis: referendæ nunquam. Prorumpendum sanè in serium quid, quod non modo utiliter, sed & libenter audiant: & supersedeant ociosis. Interueniendum caute & prudēter nugacitati. Tanto studio fugisse nugas, quanto odio persecutus sit detractiones facile potest aduerti. Qui uerò inuitus, & non ex cordis amaritudine uerbum proferret amarū: ex eo maxime animaduertebatur: quòd perfacile eiusmodi impetum cohibebat. Si quidem mirabatur quorundam improbitatem & duritiam hominum, quos aliquando forte turbatos excusationem quamlibet rationabilem, satisfactionem quamlibet humilem, admittere grauat: quòd ipsa suæ turbationis passio sic eos delectet ut oderint omne remedium: & omnimodis satagant ne semel orta commotio sedari ualeat & sanari. Increpatione rarius utebatur: monitis potius & obsecrationibus agens. Et quidem in libertate spiritus, excellenter enituit: cum humilitate & mansuetudine tamē: ut quodammodo uideretur, & uereri neminem, & omnem hominem reuereri. Qui uerò placabilem & persuasibilē quamq; eruditā linguam dederit ei deus, ut sciret quem & quando deberet proferre sermonem: quibus uidelicet cōsolatio uel obsecratio quibus exhortatio congrueret: nosse poterunt aliquatenus qui ipsius legerint scripta: & si longe minus ab eis qui uerba eius sæpius audierunt. Vocem in mediocri quidem corpore ualidam satis, intelligibilemq; ei contulerat: qui in opus prædicationis segregauerat illum ex utero matris suæ. Sermo ei quoties opportuna inueniebatur occasio, ad quascunq; personas de ædificatione animarum, prout tamen singulorum mores intelligentiam & studia nouerat: quibuscunq; congruens auditoribus erat. Sed rusticanis plebibus loquebatur, ac si semper in rure nutritus: sic cæteris quibuscunq; generibus hominum: uelut si omnem uestigandis eorum operibus operam impendisset. Litteratus apud eruditos, apud simplices simplex, apud spirituales uiros, perfectionis & sapientiæ affluens documentis, omnibus se coaptabat: omnes cupiens lucrifacere Christo, inde erat quòd Germanicis etiam populis loquens, miro audiebatur affectu: & ex sermone eius quem intelligere ut pote alterius linguæ homines non ualebant, magis quàm ex peritissimi cuiuslibet post eum loquentis interpretis intellecta locutione, ædificari illorum deuotio uidebatur: & uerborum eius magis sentire uirtutem. Cuius rei certa probatio tunsio pectorū erat & effusio lachrymarum. Tantam enim gratiam uirtus ei diuina contulerat: ut licet abiectus esse elegisset in domo dei, uberius tamen fructificaret quàm plures alij in sublime porrecti: & lucens amplius illustraret ecclesiam uelut de sub modio suæ humilitatis, quàm multi super candelabra constituti. Quoties eum necessitas aliqua foras monasterium trahebat: seminābat sup omnes aquas publice & priuatim annuncians uerbum dei. Quod tamen ipsum ex mandato summi pontificis actitabat: ad nutum quoq; præsulū cæterorum ubicunque eorum aliquem contigisset adesse: in omnibus eo magis sacerdotib⁹ deferens, quo plenius intellexerat, quæ ministris Xpi reuerentia deberetur. Innata enim erat ei à puero uerecundia: quæ & in eo usque ad diem perseuerauerit extremū. Inde erat q̄ licet magnus esset & excelsus in uerbo gloriæ: numquam tamen (sicut sæpe testatus est) in quālibet humili cœtu sine metu & reuerentia uerbū fecit: tacere potius desiderans, nisi aut obedientia aut conscientiæ propriæ stimulis urgeretur, cum timore dei & charitate fraterna.

CVmq; dilectus deo & hominibus Bernardus, in illa ualle sua & uicinis ciuitatibus & regionib⁹, multis & magnis floreret uirtutib⁹ & miraculis: cœpit magis ac magis in oculis omnū mirabilis & uenerabilis apparere. postmodū uerò feliciter in eo proficiēte & usu sanctæ prædicationis, & exēplo cōuersationis: rethe uerbi dei in manu piscatoris dei tam copiosas piscium rationalium multitudines cœpit concludere: ut de singulis eius capturis nauicula unius illius implerí posse uideretur. Vnde factum est ut in breui maiori miraculo præ omnib⁹ quæ in hac uita gessit miraculis, per unum hominē languidum cooperante gratia dei obscura usq; ad illud tēpus illa uallis: re & nomine Claraualis effi ceretur. Iam uerò ad candē claritatem cōfluente quotidie diuersarū regionum & ordinū multitudine copiosa: de locis angustioribus uallis illius, domus claustralis habitationis, nō sine diuinis quibusdam reuelationibus translatæ, spaciosiorem & planiorē locum inhabitantib⁹ præbēt. Iam domus ordinis illius, filiæ & filiæ filiarū domus ipsi⁹, citra ultraq; alpes, & maria, deserta plurima impleuerūt: quotidie confluentibus quibus locus erat quærendus. Si quidem petebantur fratres undiq; & mittebantur ab eo: cum beatos se æstimarent reges gentium & præsules ecclesiarum, ciuitates & regiones, quæcunque de domo illa & disciplina uiri dei, meruissent cōtubernium aliquod adipisci. Nam usque ad Barbaras nationes in quibus naturalis feritas naturam quodammodo exuit humanam, religio hæc per eum profecta est: ubi per eam bestiæ siluæ homines fiunt: & cum hominibus assuetæ cōuersari: discunt à finibus terræ cantare domino cantícum nouū. Cooperāte siquidem gratia spiritus sancti, quocūq; ibat plenus redibat, & sua eum plenitudo comitabatur: & alijs abeuntibus alijs succedentibus in locū eorū, nunquam in diebus eius sanctæ illius cōgregatiōis plenitudo minuebat. Nec

Universidad de Deusto
Biblioteca

tamē dimittebat ſuos quos à ſe tranſmittebat: ſed ubicūq; eſſent: ipſe ſemp paterna ſolicitudine erat cū eis. Ad eum enim quotidie ſeu læta, ſeu triſtia, filiorum ſuorum, reuertebantur. Sæpe etiā ſine omni relatione carnis & ſanguinis, ei diuinitus innoteſcebat, quid circa aliquos eorum longe à ſe diſtantes ageretur: ſi quid eis prouidendum, ſi quid in eis emendandum fuiſſet: tentationes quoq; & exceſſus eorum, infirmitate & obitus, & diuerſarum tribulationum incurſus. Nam & pro abſentiū fratrum certis neceſſitatibus, præſentibus circa ſe fratribus ſæpe oratione indixit: nonnunquàm etiam morientes in locis aliis ad ipſum per uiſionem acceſſiſſe noſcuntur, benedictionē ei⁹ & licentiam poſtulantes: nimirum agente hoc & obedientia miſſorum, & charitate mittentis.

ADerat aliquando coram ipſo monachus quidam Fuſniacēſis, continuo ad ſuos rediturus. Cumq; accepto reſponſo ſuper his pro quib⁹ uenerat: iam ab eo egrederetur in ſpiritu & uirtute Heliæ reuocans eum propheta dei, & nomine fratris cuiuſdam de domo illa præmiſſo: de occultis quibuſdam audientibus nonnullis, mandauit illi ut ea corrigeret. Sinautem iudicium ſuper ſe dei in proximo expectaret. Stupefactus ille cui loquebatur: quis hoc ei dixerit inquiſiuit. Quiſquis, inquit, dixerit mihi, tu uade, & dic quæ ego dico tibi: ne ſi diſſimulaueris, te quoque inuoluat par pœna peccati.

QVido frater hominis dei maior natu inter fratres ſuos, cui⁹ grauitatis & ueritatis fuerit uir: omnes nouerunt qui eum nouerunt. Hic aliquando cum de huiuſmodi uiris religioſis loqueretur: licet ſuo more & ſolito ſtudio fraternas uirtutes deprimeret, tandem cum eis inter quos tunc ſermocinabatur, nollet eſſe moleſtus: quæ, inquit, neſcio non dico uobis: ſed unū ſcio & expertus ſum, multa ei in oratione diuinitus reuelari. Cū iam dei famulus annos aliquot in Claraualle peregiſſet: ſubijt animū eius ut ſanctum Hugonē Crānopolitanū epiſcopū, & Cartuſienſes fratres deuotionis gratia uiſitaret. Quem prædictus ſanctus epiſcop⁹, tam gratāter & tam reuerenter ſuſcepit, diuinā intelligēs in eiuſdem hoſpitis ſui uiſitatione præſentiam: ut proſtratus ſolotenus adoraret. Videns autem ſeruus Chriſti, epiſcopum ætate grandeuum, celebrem opinione, ſanctitate conſpicuum, coram ſe, procidentem expauit uehementer: ipſe quoq; corruēs ante eum, ita dæmū ſuſceptus in oſculo pacis, humilitatem ſuam tanti uiri ueneratione confuſam, non ſine graui gemitu caſtabatur. In cuius pectore ſingularem obtinuit ex eo tempore locum: ut fierent deinceps duo illi filij ſplendoris cor unum & anima una: & ſe inuicem fruerētur in Chriſto. Cartuſiæ quoq; à uiro reuerendiſſimo Guidone priore uenerabili, & à cæteris fratribus, eodem affectu & ueneratione ſuſceptus eſt ſeruus Chriſti: exultantib⁹ illis in gaudio quia qualem eum per epiſtolam prius nouerant, talem inuenerunt & præſentē. Cæterum cum in reliquis omnibus ædificarentur, unum fuit quod prædictum priorem Cartuſienſem aliquatenus nouit: ſtramentum uidelicet animalis cui idem uir uenerabilis inſidebat, minus præferens paupertatem. Nec ſilentio præſſit æmulator uirtutis, quod mente concepit: ſed locutus uni è fratribus eius: aliquantulum ſe moueri confeſſus eſt & mirari. Cumq; ille ad patrē ſanctū quod audierat retuliſſet: nō minus ipſe miratus, quale illud eſſet ſtramentum quærebat: eo q; à Claraualle pergēs uſq; ad Cartuſiam nunquam illud attendiſſet: & uſq; in horam illam quale eſſet omnino neſciret. Neq; enim ſuum erat animal illud, ſed à quodam monacho Cluniacenſi commodatū: & erat ſicut ſternere ſibi ille ſolebat. Quod uerbū audiens prior, in eo potiſſimum mirabatur, q; ſic ille dei famulus abbas foris oculos circūcidiſſet, intus animū occupaſſet: ut quod ipſe primo offenderat uiſu, hoc ille tanti itineris ſpacio non aduertiſſet. Iuxta lacum etiam Lauſennæ toti⁹ diei itinere pergens penitus non attendit: aut ſe uidere non uidit. Cum enim ueſpere facto, de eodē lacu ſocij colloquerentur: interrogabat eos ubi lacus ille eſſet: & mirati ſunt uniuerſi.

CVm abbas ſanctus memorati gratia Guillermi epiſcopi Cathalaunum frequētaret: rediens aliquando traxit ſecum multitudinem nobilium & literatorum clericorum & laicorum. Quib⁹ in domo hoſpitum demorantibus dum nouellas plantationes cæleſtibus rigaret eloquijs, ſuperuenit portarius monachus nuncians, Stephanum de uitreio magiſtrum eorum adeſſe: ad renunciandum ſeculo, & cum eis manēdum. Quis alius de talis uiri aduentu non exultaſſet: præſertim cum uallis illa huiuſmodi frumento non multū adhuc abundaret? Ipſe uerò reuelante ſibi ſpiritu ſancto inſidias ſpiritualis nequitiæ, tacitus aliquantulum ingemiſcens: erupit uocem mirantibus uniuerſis. Malignus, ait, ſpiritus huc cum adduxit, ſolus uenit: ſolus reuertet. Obſtupuere omnes: qui prius audito eius aduentu non ſe poterant capere præ lætitia. Veruntamen ne puſillos adhuc filios ſcandalizaret: ſuſcepit hominem, & de perſeuerantia alijſq; uirtutum ſtudijs ſtudioſe commonuit: ſcīes & præuidens omnia promittentem nihil acturum, cum perſeueraturis in cellam nouitiorum probandum intromiſit. Vidit poſtea idem Stephanus, ſicut confeſſus eſt cum in cella nouitiorum demoraretur maurulum quēdam puerum ab oratorio ſe extrahentem. Vbi nouem ferme menſibus degens nouiſſime tamē defecit, & ut de eo prædictum fuerat ſicut ſolus uenerat, ſic ſolus receſſit. Vt ergo ad hunc dei hominem abbatem ſermo recurrat, tot & tanta ſunt facta per eum miracula: ut ſi quis omnia uelit aut uerbo pronunciare aut ſcripto: uel incredulitatem incredulis: uel faſtidioſis poſſit generare faſtidium. In omnibus autem uerbis & operibus ſuis quàm purus ei fuerit oculus intentionis: manifeſte denunciabat corpus lucidæ eius operationis. Cum enim mundi huius fugerit ſemper honorem: omnium bonorum non effugit auctoritatem. Cuius enim aliquando uoluntati ſic detulit: cuius conſilio ſic ſe humiliauit omnis poteſtas, tam ſecularis quàm eccleſiaſticæ dignitatis? Reges ſuperbi, principes & tyranni, milites & raptores ſic eum timebant & reuerebantur, ut uideatur in eis impletum quod in euangelio legitur. Ecce, inquit dominus diſcipulis ſuis, dedi uobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones: & ſuper omnem uirtutem inimici. Porrò inter ſpirituales, & ubi ſpiritualia ſpiritualiter examinabantur: longe ei alia auctoritas erat. Loquēte enim eo ſeu tractante, ſenſibus eius humiliter uel intelligentijs ſubmittebant cæteri ſenſus & intelligētias ſuas. In huius pectore uiri dei pari fœdere puritas ſuauitasq; conſederant: ſatis quidem utraque mirabilis: ſed mirabilior utriuſq; complexus. Inde eſt quòd & puritatem in eo ſuauitas amabilem faciebat, & ſuauitatem puritas acceptabilem: ut difficile fuerit æſtimare gratiæ, an reuerentiæ amplius obtineret. Quis enim tam rigidæ cōuerſationis, qui Bernardum Clareuallenſem non reueretur abbatem? Quis tam diſſolute, qui non erga eundem dulciter afficeretur? Dulciſſimis ſiquidem affectib⁹ plenum pectus ipſe gerebat: alios tamen arguens libere quoties opus erat, in ſpiritu lenitatis. Humaniſſimus erat in affectioē, magis tamen fortis in fide, & ut hinc breue proferatur exemplum, ſicut ipſe quoq; teſtatur, Germani ſui Gerardi & amici tam neceſſarij, ſiccis oculis celebrauit exequias: ſiccis oculis corpus eius tradidit ſepulturæ: ne affectus fidem uincere uideretur. Talem autem illum uberius perinde fructificaturum, manus diuina formauerat: ut auſteritatem ſuauitas morum tolleret: auctoritatē ſanctitas conſeruaret. Cui enim uel benignitas tanta eſſet oneri: uel tanta bonitas non eſſet honori? Difficile omnino uidetur: ex hiſtorijs aliquibus inuenire hominem unum conuerſantem adhuc cum hominibus, in uniuerſa terra tam celebre & amabile obtinuiſſe nomē, à ſolis ortu & occaſu, ab aquilone & mari. Vt enim illas memoremus prouincias ex quibus monumenta

menta certiora supereſſe noſcunt: & in eccleſia oriẽtali, & apud ſoles occiduos hybernorũ, & à meridie in remotis finib⁹ Hiſpaniarũ, & ab aqlone in inſulis q̃ procul ſunt, data tiæ, ſuctiæq; celeberrima ei⁹ opinio fuit. Crebras undiq; recipiebat eplas: & reddebat. Vndiq; exenia mittebãtur: undiq; eius benedictio petebat. Vnde nõ incongruũ ali⁹ qui d eps ille uſurpaſſe uidet, qui poſt ſacrũ eius obitum dñ fratres cõſolaret, inter cætera quoq; ueraciter in ipſi⁹ ꝓſecut⁹ eſt laudẽ, qa in oẽm terrã exiuit ſon⁹ eius: & in fines orbis terræ uerba illi⁹. Vincebat tñ ſublimitatẽ noſtr: humilitas cordis. Denique ſicut ſæpius fatebatur, inter ſum mos quoſq; honores & fauores pplorũ uel ſublimiũ perſonarũ, alterũ ſibi mutuatus hoiem uidebatur: ſecq; reputa bat abſentẽ, uelut quoddã ſomnium ſuſpicatus. Vbi uerò ſimpliciores ei fratres ut aſſolet familiariter loquebantur, amica eius humilitate fruentes: ibi ſe inueniſſe gaudebat, & in propriã rediſſe perſonã. Et cũ tanta uirũ hũc ſanctũ apud deũ & homines commendaret ſacrarũ inſignia uir tutum, teſtimonia circunuallarent ſanctitatis, cariſmata ſancti ſpiritus illuſtraret: charitas quæ totũ eum poſſide bat patiens & benigna, ſapientia uincebat malitiam: pa tientia impatientiam: ſuperbiam humilitate.

LAborabat ea tẽpeſtate ſub ſchiſmate Petri leo nis Romana eccl'ia. Eapropter cõuocato ſtam pis colloquio, Abbas ſanct⁹ ſpecialiter ab ipſo Francoꝝ rege & præcipuis qbuſq; põtificib⁹ accerſitus, ſicut poſtea fatebat nõ mediocriter pauidus & tremebundus aduenit: periculum quippe & pondus ne gocij non ignorans. In itinere tamen conſolatus eſt eum deus: oſtendens ei in uiſu noctis eccleſiã magnam concor diter in dei laudibus cõcinentem: unde ſperauit pacẽ ſine dubio prouenturã. Vbi uerò ad locũ uẽtum eſt celebrato priùs ieiunio, & precibus ad deũ fuſis, cum de eodem uer bo tractaturi, rex & epiſcopi cũ principib⁹ conſediſſent: unum omnium conſilium fuit, una ſententia, ut negocium dei, dei famulo imponeret: & ex ore eius cauſa tota pende ret. Quod ille timens licet ac tremens, monitis tamẽ uiro rum fidelitũ acquieſcens ſuſcepit: & diligenter proſecutus electionis ordinẽ, electorũ merita, uitam & famam prioris electi, aperuit os ſuum: & ſpiritus ſanctus impleuit illud. Vnus ergo omniũ ore locutus, ſuſcipiendũ ab omnibus ſummũ pontificem Innocẽtium nominauit: & ratum eſſe omnes pariter acclamauerunt. Et decantatis ex more lau dibus deo, obedientiã deinceps polliciti: electioni Inno centij omnes pariter ſubſcripſerũt. Interea idem domin⁹ papa multis in piſis & tuſcia & in alijs prouincijs ſalubri ter & poteſtatiue diſpoſitis, ualefacies Piſanis: & gratias agens: in prouinciã nauigio delapſus eſt. Et Burgundiã tranſiens: aurelianũ Franciæ urbem peruenit. Vbi occur rentib⁹ epiſcopis à rege pñſſimo Francorum Ludouico, alacriter & honorifice ſuſceptus eſt. Inde carnotũ deduci tur. Ibi glorioſus Rex anglorum Henricus ei cũ maximo epiſcoporum & procerum comitatu, à uenerabili abbate Clarauallenſi adductus occurrit: quem etiam papam potẽ ti eiuſdem abbatis admonitione perſuaſus, in patrẽ ſuum & paſtorem ſuſcepit. Reuerſis interim de Germania domi ni Papæ legatis, tã epiſcoporꝝ quàm regis lotharij conſen ſum & literas deferentibus: poſtmodum apud leodium ei dem Romanorꝝ regio occurrit. In omnibus his dñs papa abbatem ſanctum à ſe ſeparari non patiebatur: qui ubiq; opera pietatis exercens: oppreſſis patrocinia exhibebat. Itaq; papa Innocentius à rege honorifice ſuſceptus eſt: ſed uelociter obnubilata eſt illa ſerenitas, ſiquidẽ impor tune idẽ rex inſtitit, tempus habere ſe reputans opportu num eporũ ſibi reſtitui inueſtituras: quas ab eiuſdẽ præ deceſſore imperatore Henrico, per maximos quidẽ labo res, & multa pericula Romana eccl'ia uendicaret. Nec cõ ſilium ſuppetebat: expaueſcentibus Romani regis poten tiã: donec murũ ſe oppoſuit abbas ſanctus. Audacter eñ reſiſtens regi, uerbũ malignum mira libertate redarguit: mira auctoritate compeſcuit.

INde dñs papa reuerſus, nec longas in gallijs faciẽs moras, pfato regi poſtea Romã occurrit: & ab eo in lateranenſe palatiũ deductus eſt. Re licto igit Romæ Innocentio: al's imperator di gredit. Intelligẽs uerò Innocentius Romæ ſibi infructuo ſam eo tpe morã: rurſus piſas reuertitur: ibiq; aggregatis totius occidentis epiſcopis, alijsq; uiris religioſis: magnæ gloriæ ſynodus celebratur. Affuit per omnia conſilijs & diffinitionibus abbas ſanctus: eiq; reuerentia ab omnib⁹ impendebatur. Soluto cõcilio, ad reconciliandos Medio lanenſes dñs papa uirũ dei quem multis ſupplicationib⁹ expetierant à latere ſuo direxit: qui ſchiſma per anſelmũ in eadẽ urbe factũ ablueret: & ad unitatẽ eccleſiæ deuios reuocaret. Tranſcenſo itaq; Apennino ubi audierunt Me diolanenſes abbatem deſideratũ ſuis finibus propinqua re: longe à ciuitate miliaribus ſeptem, omnis ppl's obuiat: nobiles, ignobiles, equites, pedites, mediocres, pauperes quaſi de ciuitate migrarent, proprios lares deſerunt: & di ſtinctis agminibus incredibili deuotione & reuerentia ui rum dei ſuſcipiunt. Omnes illius pariter delectabant aſpe ctu: felices ſe præ alijs iudicantes qui eius poſſent frui au ditu. Deoſculabant etiam pedes illius: licet hoc ille mole ſte acciperet: ſed nulla poterat pronos & deuotos ratione cõpeſcere, nulla interdictione repellere. Et cum tractatum eſſet in publico de negocio ꝓpter qd' uir dei aduenerat: oblita fortitudinis ſuæ ciuitas, omnicq; ferocitate depoſi ta: obedientiæ ſe abbatis ſubſtrauit. Pacatis igit omnibus reconciliata eccleſia, firmatis inter plebes concordiæ pa ctionib⁹: alia cœperunt ei naſci negocia. Inſanienti quip pe diabolo, & in quibuſdã obſeſſis debacchanti oppoſitũ eſt Xpi uexillũ: & increpante uiro dei, de poſſeſſis atrijs ſuperueniente eminentiore uirtute, territa & tremebun da diffugere dæmonia. Inter eos igitur qui uexabantur, mulier grandeua, ciuis Mediolanenſis & honorata quon dã matrona: uſq; ad eccleſiã beati Ambroſij poſt btm̃ uirũ à multis tracta eſt. In cuius pectore pluribus annis diabo lus ſederat, & iam ita ſuffocauerat eã: ut uiſu & auditu & uerbo priuata frendẽs dentib⁹, & linguã ꝓtendens, mon ſtrũ non fœmina uideret. Sordida ei facies, uultus terribi lis, flatus fœtid⁹, inhabitatoris Sathanæ colluuia teſtabã tur. Hanc cum aſpexiſſet uir dei, nouit inhærentẽ ei & in uiſcatũ diabolũ: nec facile egreſſurũ de domo quã tanto poſſederat tempore. Conuerſus igit ad populũ (cuius in numera aderat multitudo) orare iubet attentius: & cleri cis & monachis ſecũ iuxta altare cõſiſtentibus, mulierem ibidẽ iubet conſtitui & teneri. Illa uerò reluctãs, & in dia bolica non naturali uirtute recalcitrans: nõ ſine aliorum iniuria ipſum abbatẽ pede pcuſſit. Quem diaboli auſum, manſuete ille contempſit: ad expulſionem non indignatio ne iræ, ſed pacifica & humili ſupplicatione deum inuocat adiutorem: & ad immolationem hoſtiæ ſalutaris accedit. Quoties tñ eadem ſacram hoſtiam ſignat: toties ad mulie rem quoq; conuerſus, eodem ſigno crucis edito, ſpñ ne quã athleta fortis impugnat. Nam & ille malignus quo ties aduerſus eũ ſignũ crucis intenditur, percuſſum ſe in dicans acrius fœuit: & recalcitrans cõtra ſtimulum quid nam tolleret prodit inuitus. Expleta autẽ oratione dñica: efficaci⁹ hoſtẽ aggreditur uir beatus. Patenæ ſiquidẽ cali cis ſacrum dñi corpus imponens, & mulieris capiti ſuper ponens: talia loquebatur. Adeſt inique ſpũs iudex tuus, adeſt ſumma poteſtas: iam reſiſte ſi potes. Adeſt ille q pro noſtra ſalute paſſurus, nunc, inqt, princeps mũdi ejcietur foras. Hoc illud corpus, qd' de corpe uirginis ſumptũ eſt: qd' in ſtipite crucis extenſum eſt: qd' in tumulo iacuit: qd' de morte ſurrexit: quod uidentibus diſcipulis aſcendit in cælũ. In huius ergo maieſtatis terribili poteſtate tibi ſpi ritus maligne præcipio: ut ab hac ancilla eius egrediens, contingere eam deinceps non præſumas. Cumq; eam in uitus deſerens, & manere ultra non ualens, attrocius affli ctaret malignus: tam magnam iram quàm modicum tem pus habens: rediens pater ſanctus ad altare fractionem ho

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtiæ ſalutaris rite cõpleuit, diffundẽdamq; in populũ pacẽ miniſtro dedit: & cõſeſtim pax & ſalus integra reddita eſt mulieri. Fugato diabolo, mulier mentis ſuæ compos effecta, redditis cum rõne ſenſibus, reuoluta intra fauces lingua, deum cõfeſſa gratias egit: & intuita curatorem ſuum pedibus eius aduoluta eſt. Ingens per eccleſiam attollitur clamor, perſonant æramẽta, benedicitur ab omnib⁹ deus: excedit ueneratio modũ: & ſeruũ dei gratulabunda ciuitas, liquefacta charitate, incredibiliter ueneratur.

IAm Papiam aduenerat, & fama uirtutum aduentũ eius præceſſerat, & cũ debito gaudio & apparatu tãtæ gloriæ uirũ ciuitas lætabunda ſuſcepit. Et ne diu populi deſideriũ dilatio ſuſpẽderet, qui ſicut Mediolani miracula facta audierat, ſignum ab eo optabat uidere: aduenit repente poſt eum ruſticus quidã, qui de Mediolano ſecutus eum fuerat, uxorẽ dæmoniacã ſecũ adducens: quã ante pedes eius lachrymabili uoce intrinſecas ꝓteſtans anxietates depoſuit. Nec mora: in cõtumeliam abbatis per os miſeræ mulieris diabolus locut⁹ eſt: & irridẽs ſeruũ dei, nõ, inquit, me de canicula mea hic porrulos edẽs, poterit expellere. Multa in hunc modum in uirũ dei iaculabat conuicia, ut blaſphemijs prouocatus impatiẽter ferret opprobria: & cõfunderet in præſentia populi, cum indignis ſe audiret ſermonibus laceſſiri. Sed uir dei aſtum eius intelligens, irriſorẽ irriſit: & ultionẽ non ipſe expetens, ſed ad deũ remittẽs: ad eccleſiã ſancti Syri dæmoniacã duci præcepit. Voluit quippe curatiõis illius gloriã dare ſancto: & primitias opationũ uirtuti ei⁹ aſcribi. At uerò ſctus Syr⁹ ad hoſpitẽ ſuũ remiſit negocium: nec in eccleſia ſua quippiã ſibi deferens, intactũ opus reduci uoluit ad abbatem. Reducit igit mulier ad abbatis hoſpitiũ: garriẽte p os ei⁹ diabolo & dicẽte: Nõ me Syrulus eijciet: nõ expellet Bernardus. Ad hæc ſeru⁹ dei rñdit. Nec Syrus, nec te Bernardus eijciet: ſed dñs Ieſus Chriſtus. Et conuerſus ad orationem, pro ſalute mulieris dño ſupplicabat. Tum uerò ſpiritus nequam uelut priori improbitate mutata: quãlibens, inquit, egrederer ab hac canicula grauiter moleſtatus in ea: quamlibens egrederer: ſed non poſſum. Interrogatus cauſam: quia necdum uult magnus dominus, ait. Cui ſanctus. Et quis eſt magnus domin⁹? Et ille: Ieſus nazarenus. Ad quem rurſum uir dei. Vnde enim Ieſum noſti, aut ſi unquã uidiſti eum? Vidi, inquit. Vbinam cum uidiſti? In gloria. Et tu in gloria fuiſti? Fui quidem. Et quomodo inde exiſtis? Cum lucifero, inquit, multi cecidimus. Hæc autem omnia uoce lugubri per os uetulæ audientibus omnibus loquebatur. Reſpõdente autem abbate ſancto, nunquid non in illam redire gloriam uelles & reſtitui in gradum priſtinum? Rurſum uoce mutata, & miro modo cachinnans: hoc, inquit, tardatum eſt. Et nihil ultra locutus. Orante autem attentius uiro dei nequiſſimus ille uictus abſceſſit: & mulier ſibi reddita: quantas potuit gratias egit. Reuertitur igitur uir cum muliere: & per totã uiam incolumitati eius congaudens: expectantibus amicis domui ſuæ redditur. Lætabãtur oẽs qui ordinẽ rei geſtæ audierant: ſed repente gaudiũ uertitur in mœrorẽ: quia ubi dom⁹ ſuæ limina mulier attigit, rurſus eã itrat diabol⁹, & infeſtior ſolito miſeram diſcerpit atrocius. Quid faceret miſer maritus, quo ſe uerteret, neſciebat. Cohabitare cum dæmoniaca moleſtiſſimũ: relinquere impium uidebatur. Surgit igitur maritus: & aſſumpta ſecum muliere, rurſum papiam reuertitur. Vbi cum uirum dei nõ inueniſſet uſq; Cremonã proſequit abeuntẽ. Indicat quid factum ſit: & ut gram inueniat lachrymabil⁹ deprecat. Nec deeſt piæ petitioni abbatis clemẽtia: ſed præcipit ut eccleſiam ciuitatis illi⁹ ingrediat: orãs expectet, donec ipſe ſequat. Itaq; memor pmiſſi: circa noctis crepuſculũ, cæteris dormitũ cũtibus, ipſe uno tñ pſequẽte, eccl'iã ingredit: & tota nocte illa orationi uacãs obtinuit à dño qd petebat: & impetrata mulieri ſanitate, iubet eã ſecurã reuerti ad ꝓpria. Sed cũ illa reditũ ad ſe diaboli ſicut iã experta fuerat, formidaret: collo ei⁹ alligari chartulã hæc uerba cõtinẽtẽ pcepit. In nomine dñi noſtri Ieſu Xpi præcipio tibi dæmon: ne hãc amodo mulierem præſumas cõtingere. Quod mandatum ſic expauit diabolus: ut mulieri regreſſæ ad propria numquam deinceps appropinquare præſumpſerit.

ERat quidẽ caro infirma, ſed ſpũs prõptus: & quo minus in corpe uel corpalib⁹ poterat delectari, amplius delectabat in dño: nec aliqua ſeculi hui⁹ ambitiõe pulſabat, q ſolis cæleſtib⁹ inhiabat. Quot eccl'iæ deſtitutæ paſtorib⁹, eũ ſibi in epm elegerũt. Elegit eũ domeſtica mater Lingonẽſis eccl'ia: elegit Cathalaunẽſis. Intra Italiã: ciuitas Ianuẽſis, & Mediolanũ ligurũ metropolis, hũc paſtorẽ & magiſtrũ optauerũt. Remis nobiliſſima Francie ciuitas, ſecũdæ Belgicæ puincie caput, ei⁹ plationẽ ambiuit. Omnib⁹ his uocatiõib⁹ poſtpoſitis, nõ ſolicitauit animũ ei⁹ honor ablat⁹: nec mot⁹ eſt pes ei⁹, ut ſe ad ſublimia iclinaret. Promotionẽ tñ quã in ſua pſona quoad potuit euitauit: in filijs qs de diuerſis regionib⁹ cõgregatos diuino mãciparat fuitio, dñs adimpleuit. De his em Roma Eugenius ſũmũ meruit hre põtificẽ. Præneſte, ſtephanũ habuit: toti⁹ gl'iæ uirũ. Oſtia: uirũ magnũ Hugonẽ. Prope urbẽ: ſub Oſberto pontifice, nepa refloruit. In tuſcia, piſis: magnũ eccl'iæ lumẽ balduin⁹ pſul effulſit. Citra alpes Lauſennæ, datus eſt Amede⁹ Seduno: Guarin⁹, Lingonis: Godefrid⁹, Alanus: Antiſiodoro, Nannetis: Bernard⁹. Belnaci: idemq; remis: Henric⁹. Tornaco: Gerard⁹, Eboraco: Henric⁹. Andreas: attrabati. In Hibernia, epi duo: re & noie Xpiani. In alemania, ciuitate curia Algotus ſapiẽtia ætate & gra reuerẽdus. In ipſa quoq; Romana curia: Henric⁹ & Bernard⁹, alter presbyter, alter diacon⁹: ordinati ſunt cardinales. Hæc luminaria de Claraualle & doctrina uiri dei Bernardi abbatis aſſumpta: fulgore religiõis pdictas illuſtrauere ciuitates. Rediens à tranſmontanis partibus pater ſanctus, iã alpes trãſcẽderat: & deſcẽdebãt in occurſum ei⁹ de ſummis rupib⁹ paſtores, & agreſte hoim genus & cõclamabãt álõge: bñdictionẽ petẽtes, regrediẽtes aũt ad caulas cũ gaudio colloquebant adinuicẽ: gras deo agentes q ſanctũ dñi uidiſſent, & optatæ bñdictiõis gram accepiſſent. Inde criſopolim trãſiẽs, & uſq; lingonas ſolẽniter deductus: tãdẽ Clarãuallẽ aduenit. Adſunt fratres cõgregati in unũ: & mira deuotiõe dilectũ patrẽ ſuſcipiũt. Agit ſine tumultu cũ omni grauitate lætitia. Laborabat adhuc eo tpe ſub ſchiſmaticoꝝ oppreſſiõe tota Burdegalẽſis ꝓuincia: & nõ erat q poſſet reſiſtere principi, q annuẽte Gerardo, Engoliſmẽſi epo & inſtillãte in cor ei⁹ diſceſſionis ſemina: factur⁹ erat ſchiſmatis defenſor & auctor. Is em Gerardus diu aplicæ ſedis in aquitania legatione functus, & nũc à magiſtratu tanto deiectus, nõ poterat ſe pati ſuæ ſolius eccl'iæ epm: qui ſe uiderat totius aquitaniæ principẽ & magrm. His igit duob⁹ ob hãc malitiã in unũ cõueniẽtibus qcũq; ſuſceptiõi Petri leonis nõ ſubſcribebãt: pſecutiõib⁹ expoſiti: alij dãnis, alij pſcriptiõib⁹ mulctabant: alij à ſedibus ꝓprijs pulſi exulare cõpellebant. Audiẽs hæc & hmõi, uir uenerabilis Gaufridus Carnotẽſis epus: cui à papa Innocẽtio aqtaniæ legatio fuerat cõmẽdata: uehementer indoluit: & ſuccurrẽdum periclitãti eccl'iæ poſtpoſitis alijs negocijs ſine ulla dilatiõe decreuit. Abbatẽ igit Clareuallenſem petit & obſecrat: ut ſibi ad tota mala eliminãda ſuccurrat. Aſſenſit uir dei, & ſe i ꝓximo cõgregationẽ monachorũ in Britãnia in locũ quẽ iuxta nãnetum comitiſſa Ermẽgardis parauerat, ducturũ intimat: & pmittit diſpoſita illa domo: ſe cũ eo in aquitaniã pfecturũ. Ibant igit ſimul: & pariter nãnetũ uenerũt. ¶Erat aũt in regiõe illa miſera mulier: q à quodã petulante diabolo uexebat. Habebat aũt uirũ: hui⁹ tñ tã execrabilis cõmercij prorſus ignarũ. Abutebat igit ea: etiã in eodẽ lecto cubante marito. Inuiſibiliter impuriſſim⁹ ille adulter: & incredibili uexabat libidine. Sex annis tñ latuit malũ: nec detexit mulier pdita, tanti crimínis probrũ. Septimo uerò anno confuſa eſt in ſeipſa, & expauit ꝓpter timorem dei: cuius iudicio ſingulis momentis timebat intercipi & dãnari. Confugit ad ſacerdotes: & piaculũ cõfitet. Peragrat loca ſancta,

& ſanctorum

MIra lo̅r: sed digna fide. Bernarde [Quid hoc est:]
Viuis adhuc: [uiuo] Nū ergo es mortuus: [Imo]
Et qd agis: [requiesco] Taces, an faris: [utrunq;]
Cur retices: [quia dormio] cur loqueris: [quia uiuo]
Quid lo̅ris: [sacra mystica] cui: [mea scripta legenti]
Num cunctis: [non] ergo quibus: [qui dulcia quærūt]
Nomen habes: [ita] Q̄d: [Bernardus] Num sine causa:
[Nō] Dic ergo quid hoc est: [Bernardus bona Nardus]
Cur Nardus: [ga fragro] quo fragramine: [dulci]
Cui fragras, & ubi: [lectori codice sacro]
Quod cognomen habes: [de Claraualle] manes hic:
[Mansi, sed modo non] ubi nunc: [in uertice montis]
Qualis eras in ualle manens: [humilis] modo quantus:
[Maior nunc sursum, quanto minor ante deorsum]
Nónne tui quicquam nallis tenet: [ossa] quousq;
[Donec cæleste fiat terrestre cadauer]
Hoc quando fiet: [omnis caro quando resurget.]

¶ Aliud epitaphium editum à domino Adam de sancto uictore.

CLaræ sunt ualles, sed claris uallibus abbas
Clarior, his clarum nomen in orbe dedit.
Clarus auis, clarus meritis, & clarus honore,
Claruit eloquio, religione magis.
Mors est clara, cinis clarus, clarūq; sepulchrum.
Clarior exultat spiritus ante deum.

¶ Aliud epitaphium.

ECce latet Clareuallis clarissimus abbas.
Qui summis summus, qui sibi paruus erat.
Religionis apex, lux mundi, laus monachorum.
Vox uerbi, pacis sanctio, iuris amor.
Instructus, uelox, sublimis, pauper, abundans,
Artibus, ingenio, sanguine, ueste, bonis.
Laudis eget titulo, cuius laus non sit ad omnes.
Cuius honor, cuius crescere fama fuit.
Nunc uerò quem plangit adhuc, quem prædicat orbis,
Si laudare uelim, laus mea laude caret.
Dura, malum, cūctos, tulit, horruit, ædificauit:
Vana, deum, requiem, spreuit, amauit, habet.

¶ Aliud epitaphium.

ARdēs Bernardus, aut arduus, aut bona Nardus.
Iure uocabatur, propter quod nunc celebratur.
Ardens feruore, uita sublimis, odore
Nardus, quæ uere uirtutis signa fuere.
Iste fuit per quem patuit doctrina sophiæ.
Præco dei, doctor fidei, citharista mariæ.

¶ Aliud epitaphium.

CVltor iustitiæ Bernardus, & arca sophiæ.
Incolit hunc tumulū, regnat & ante deum.
Sacrum nanq; loco corpus requiescit in isto,
Obtinet excelsum spiritus atq; polum
Christiferam matrem, cui uiuens purus adhæsit,
Consequitur moriens associandus ei.
Ipso nam mense quo scandit uirgula iesse,
Conscendit pariter hic super astra pater.

¶ Aliud epitaphium.

MEllifluus doctor Bernardus pacis amator
Hoc iacet in tumulo, magnificandus homo.
Ipse iacet, sed fama suæ probitatis in æuo
Virtutis merito non ruitura manet.
Vexillum fidei, populi candela, sophiæ
Puluinar, laudis summa, uir iste fuit.
Cui tria post obitum, uitam conferre laborant
Mens humilis, blandus sermo, pudica caro.
Mens bona disposuit, sermo docuit, manus egit:
Hinc bonus, hic melior, optimus inde fuit.
Insignis, pollens, largus, deuotus, abundans
Moribus, ingenio, munere, corde, bonis
Præbuit, instruxit, dispersit, respuit, emit
Exemplum, fratres, danda, cauenda, polum.

¶ Aliud epitaphium.

HOc in sarcophago pausat uirtutis imago,
Cui de fontanis carnis origo fuit.
Sic quadrauit eum uirtutis regula, nullam
Compulit in partem quælibet aura uirum.
Fratribus ipse suis uita præluxit, honore
Præfuit, exemplo profuit, ordo fuit.
Hinc sursum tendens Bernardus, & infima linquens,
Vallibus ex claris fulgida regna subit.

¶ Aliud epitaphium.

SErmonum pictor, morum decus instar, honesti
Fulsit Bernardus, quem tegit hic tumulus.
Pierídum lyrifer, uirtutum signifer, artis
Clauifer, ecclesiæ lucifer ipse fuit.
Eloquū splendor, manus obuia, frons sine nube.
Alloquio mitis, consilioq; bonus.
Libri uerborum, stellati floribus, ore
Percelebri, titulos eius ubiq; canunt.
Illic mysteriū preciosa monilia fulgent.
Illic eloquū balsama uera fluunt.
Peruius & liber stilus eius ad omnia sculpsit,
Pinxit, inaurauit, omne quod egit opus
Præter tot titulos quibus ille refulsit, in eius
Floruit illæsa carne pudoris ebur.
Et sic pro meritis, laudis uexilla reportans,
Cælica quæ meruit præmia uictor habet.

¶ Nicolaus hacqueuillæ, sacri senatꝰ Parisiē. præses æquissimus, de laudibus Bernardi & situatione Clareuallis.

ABdita uallis erat, medijs in montibus, alto
Et nemore & uiridi tunc adoperta rubo.
Hanc claram uallem merito dixere priores,
Mutarunt nomen uallis amara tuum.
Quam licet umbrosi circundent undiq; montes,
Nulla tamen toto clarior orbe fuit.
Hanc alba irriguus mediam perlabitur amnis,
Fons ibi perpetuo munere donat aquam.
Ad quam diue pater primum Bernarde colendam
Mitteris, illo iam tempore tantus eras.
Nondum difficilis iuueniles liquerat annos,
Mens tamen in tenera carne senilis erat.
Tunc fuit incultis hæc uallis consita dumis.
Tunc ibi non domitæ delituere feræ
Illo siluestres produxit tempore fructus.
Vitícolæ nulli, nullus arator erat.
Nullæ hominum sedes, uetus hæc spelunca latronum.
Nullus in hac poterat carpere tutus iter.
Ad postquàm claram uallem Bernarde petisti,
Et statuis sedes fratribus ipse tuis.
Tunc subito antiquam mutarunt omnia formam.
Aspera quæ fuerant, fertiliora facis
Vallis & in medio cellas, Christicq; dicatam
Ecclesiam, adductis fratribus ædificas.
Instruis angelicam hos in terris ducere uitam.
Psallere diuinas nocte dieq; preces.
Protinus immensum discurrit fama per orbem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Bernardusq́ pater cuncta per ora uolat.
Vndiq; concurrunt pueri iuuenesq́ senesq́
Flectere ad imperium colla superba tuum.
Non illos retinent matres, non melior ætas.
Non timet austeras alba senecta uias.
Non illos remorantur opes, non deniq; uana
Quæ uenit à claro sanguine nobilitas.
Ipseq́ mundanos spernens Henricus honores
Cuius erat frater gallica sceptra tenens,
Qui licet ipse foret regali sanguine cretus,
Se tamen imperio subdidit ille tuo.
Omnia regna tuo nutu Bernarde regebas,
Tantum uirtuti tunc adhibetur honos.
Siqua inter magnos fuerat discordia reges,
Omnia sunt uoto conciliata tuo.
Tunc etiam insani rabies uesana leonis,
Vexabat rapidis dentibus ecclesiam,
Sed tua pestiferas fregit prudentia ires,
Et finem tantis cladibus imposuit.
Testis aquitanas regnans Guillermus in urbes
Dum Bernarde tuos concidit ante pedes.
Tu quoq; fraternas acies dispergis in orbem,
Nullaq́ terra tuis fratribus absq; patet
Siue ea purpureos tellus quæ tendit ad ortus
Quæq; sub occiduo sole relicta iacet,
Quæcūq; aut gelidas terræ flectuntur ad Arctos.
Quæue sub australi noscitur esse polo
Aut ea quæ extremos nutrit populosa Britānos
Insula, quæ Oceano cingitur ampla mari:
Quàm longe Europe tenduntur deniq; fines,
Exquirunt fratres omnia regna tuos.
Omnia non possunt nunc carmina nostra notare,
Hæc pauca ex multis disseruisse sat est.
Nam grauis hæc nostras superat prouincia ires,
Vena cui fluitat suauior, ille canat.
Hæc mihi sufficiat raptim tetisse canendo.
Non facit ad tantum nostra camena uirum.

¶ Ad clareuallenses.

¶Post præcepta patris præsens dum uita superstes
Pergite, cum tacito nam fugit illa pede.
Nec uos pœniteat mūdi spreuisse ruentis
Tractandas paruo tempore delicias.
Tristia quæ modo sunt quæcunq;, & amara uidentur,
Gaudia post mortem non peritura parant.
Post lachrymas, gemitus, longa & suspiria uallis
In montem excelsum uos trahet ipse deus.

¶De uita & sancta conuersatione beati Bernardi Clareuallis abbatis, & glorioso eius fine, ac fundatione Clareuallis

ANno milleno centeno cum duodeno
Vno coniuncto numeri non exule puncto
Sanctus Bernardus uita famaq́ serenus
Vt redolens Nardus, & sancto flamine plenus
Christo doctore feruens uirtutis amore
Mundum cum flore tempsit deitatis honore.
Vndecies binos tunc natus circiter annos,
Tunc ter ibi quinos ordo compleuerat annos,
Plus quàm terdenis sociis sibi fœdere iunctis,
Spretis terrenis pro cæli culmine cunctis.
Clauditur in claustro de cister. corde sereno,
Mentis alabastro cælesti nectare pleno
Corde bono, uultu læto, non pectore tristi.
In domini cultu se mactat pro cruce Christi,
Spiritui cogit carnem seruire rebellem,
Hanc totamq́ coquit lex ignea, nil nisi pellem
Fert, maceratur homo, pinguescunt abdita mentis.
In cordis domo star gratia cuncta regentis,
Per quam uirtutum miro candore nitebat,
Peccatiq́ lutum ui tota despiciebat.
Vitas sanctorum sanctus studiose legebat,
Exemplis quorum fontem uitæ sitiebat.
Vere non potuit hunc sanctum flamma reatus,
Plurima nanq; fuit per tentamenta probatus.
Moribus & uoto fuit almo semper adhærens
Spiritui, toto nisu cælestia quærens.
Angelos cœtus exorat cum prece pura,
Deuoti fletus, quibus offert munera plura.
Cælitus impletus fastidit & hæc peritura,
Ordinat & lætus uitam per cælica iura.
Sic sol iustitiæ, Bernardum traxit ab huius
Mundi planicie, fallax est gloria cuius.
Deficit ut fœnum, perit ut flos atq; fauilla,
Cor gerit obscenum, quisquis cōfidit in illa.
Nam redit in cinerem, quæ quo plus tendit in altum,
Tanto per celerem descendit ad infima saltum.
Felix qui uoluit mundi postponere curam,
Et claustri potuit uitam cōtingere puram.
Angelico more claustralis uita potitur,
Nam sine rancore concors ibi reperitur.

ANnus millenus, ter quinis commemoratur,
Necnon centenus, uir sanctus quando creatur
Abbas, & patrum sequitur decreta priorum.
Fit doctor fratrum, fidei lux, regula morum,
Sobrius & castus, mitis, pius, atq; benignus.
Expers est factus, & laude per omnia dignus,
In uallem claram, uallem conuertit amaram.
Et domino charam deuotus cōstruit aram,
Annis terdenis octo, sed non sine pœnis.
Hanc uallem rexit, multos ad sidera uexit,
Et septingentos fratres moriens pater idem,
Laudibus intentos Christi dimisit ibidem.
Illis efficitur hæc uallis ianua cæli,
A quibus incolitur sacer ordo mente fideli.
Sensus corporeos uir iustus sensus refrenat,
Absoluitq́ reos, multorum corda serenat.
Prædicat, obsecrat, arguit, increpat, arcet & urget,
Corripit, attrahit, instruit, admonet ut mala purget.
Et quod dicebat alijs, prius ipse gerebat:
Facto complebat, & sic sua iussa ferebat.
Tradidit hanc formam Christus nobis imitandam,
Sed fugit hanc normam stultus, pestem quasi quandam:
Ventis uerborum linguæ dum laxat habenas,
Actus sanctorum spernens mentesq́ serenas.
Et tamen alta poli non scandit sermo, sed actus
Expers sitq́ doli, pro Christi nomine factus.
Sanctum ditauit Bernardum gratia duplex,
Hunc opus ornauit & uerbi copia supplex.
Sermo præcellens doctoris honore beauit,
Hunc opus excellens, ad cælica regna leuauit.
Annos sex decies & tres ætatis habebat,
Cæli quando quies hunc à mundo rapiebat.
Centum cœnobia, decies sex fecit abunde,
Addens subsidia, conuentus uiueret unde.
Implebat sanctum diuini feruor amoris,
Quem deus ad tantum prouexit culmen honoris.
Sic meritis dives mundo transiuit ab isto
Ad cæli ciues, sit laus & gloria Christo.
Amen.

O Pater alborum, dux & rector monachorum,
Cōsors sanctorum, duc nos ad regna polorum.

¶Lactis uirginei ros infusus faciei
Bernardi, dat ei dulcia uerba dei.

¶Fontanum castrum Bernardo contulit ortum,
Oblatos quinos contempsit pontificatus.

¶Beati Bernardi metricum testamentum. Et primo sui prioris interrogatio.

QVæ uitæ forma, qui mores, quæ sacra norma:
Quid deceat, quid non, instrue sancte pater.

¶Responsio ipsius Bernardi

QVæ feci primo, uobis facienda relinquo.
Nullum turbaui, discordes pacificaui.
Læsus sustinui, nec mihi complacui.

Canonizatio

CANONIZATIO SANCTI BERnardi Clareuallensis abbatis per Alexandrum papam tertium.

Anno Christi Millesimo centesimo sexagesimoquarto.

¶ Literæ apostolicæ de uita & commendatione sancti Bernardi quanto præconio excipiẽdus sit. Et primo ad prælatos ecclesiæ gallicanæ.

ALexãder epͣs seruus seruorũ dei uenerabilib⁹ fratrib⁹ archiepͣis, epͣis, & dilectis filiis abbatibus, aliisq; ecclesiarũ prælatis in regno Franciæ constitutis salutẽ & apostolicã benedictionẽ. Cõtigit olim dũ essemus Parisius constituti ut magni quidã ac uenerabiles uiri de canonizando sanctæ recordatiõis Bernardo quondã Clareuallen. abbate facerẽt mẽtionẽ, optates utiq; & pͣs nobis precib⁹ suggerẽtes ut in concilio qđ de proximo erat turonis celebrandũ, digno huic & laudabili uoto, celebrẽ daremus effectũ. Cuiq; nos eidẽ negocio fauorabili satis intenderemus affectu: superuenit multitudo & frequẽtia petitorũ, qui in diuersis prouinciis rẽ simile postulabãt. Vnde cũ uideremus nõ posse cõgruenter oĩbus satisfieri: statutũ pro scãdalo deuitãdo etiã in hoc differri, qđ oportebat pro tpe cæteris denegari. Nuper autẽ ex instãtia & deuotione Clareuallen. fratrũ, & aliarũ sublimiũ personarũ eisdẽ apud nos precibus innouatis reduximus ad memoriã nostrã, eiusdẽ beati uiri sanctã ac uenerabilẽ uitã: qualiter ipse singularis gr̃æ p̃rogatiua suffultus nõ solũ in seipso sanctitate ac religione p̃fulserit, sed etiã in uniuersa ecclesia dei fidei & doctrinæ lumine radiarit. Fructum uerò quẽ in domo dñi & uerbo operat⁹ est & exẽplo, nullus ferè termin⁹ sanctæ xp̃ianitatis ignorat: cũ usq; ad exteras quoq; barbaras natiões religiõis instituta trãsmiserit: atq; monasteriorũ fundationẽ extẽderit: & infinitã multitudinẽ peccatorũ per uiæ secularis latitudinẽ incedentẽ, ad spiritalis uitæ rectitudinẽ reuocarit. Specialr aũt sacrosctãm Romanã ecclesiã cui auctore dño p̃sidemus, ita quõdã sub grauis psecutiõis turbine laborãtẽ: tã uitæ merito quàm datæ sibi cælit⁹ sapiẽtiæ studio sustẽtauit: ut digne qdẽ & nobis & oĩb⁹ eiusdẽ ecclĩæ filiis in memoria habẽdus sit, & deuotiõe perpetua uenerãdus. In afflictione uerò corporis sui usq; adeo sibi mũdũ secq; mũdo reddidit crucifixũ: ut cõfidam⁹ martyrũ quoq; eũ merita obtinere sanctorũ, quẽ cõfessiõis ordine & parsimonia uitæ, tã lõgũ constat duxisse martyriũ. Quib⁹ oĩb⁹ pia cõsideratiõe pensatis, & in concilio fratrũ nr̃orũ expositis: cõfisi de mia dei cui pseueranter & fidelr militauit: necnõ & de btõr̃ petri & pauli aplorr̃ & eiusdẽ btissimi cõfessoris meritis p̃sumẽtes, eũ aplĩcæ sedis auctoritate catalogo sctõrũ ascribi madauimus, & cõmemoratiõis suæ festũ decreuim⁹ amodo publice celebrãdũ. Vos ergo q & eiusdẽ sedis aplĩcæ instituta suscipere & deũ in sctis suis cõsueuistis gliosius honorare, sic memoriã sctĩ hui⁹ celebretis i terris: ut p̃cib⁹ ei⁹ & meritis, digna p̃mia recipiatis in cælis. Datũ Anagniæ. xv. Kal'. Februarij.

¶ Item apostolicæ literæ ad regem Francie. Vnde supra.

ALexãder epͣs seru⁹ seruorũ dei: illustri Frãcorũ regi Salutẽ & aplĩcã bñdictionẽ. Nouit (ut credim⁹) regalis tuæ magnificẽtiæ celsitudo q̃ ea q̃ cũ honore dei grata tibi acceptaq; cognouim⁹: ad utilẽ semp effectũ magno & uolẽti aĩo p̃mouemus. Maxime aũt hoc in illis operib⁹ obseruam⁹: i qb⁹ specialr & honor dei, & suor̃ gl̃ia sctorũ declarat. Scientes q̃q; tibi fore gratissimũ: qcqd ad decorẽ ecclĩæ, & supni regis honorẽ auctoritate fuerit aplĩca cõstitutũ. Vñ qm̃ sctẽ recordatiõis Bernard⁹ q̃ndã abbas Clareuallis & deo sp̃ char⁹: & tã tibi quã uniuerso regno tuo grat⁹ extitit & accept⁹, eũ ad gl̃iã dei & exultationẽ ecclĩæ ac totius regni tui canonizãdũ decreuimus, & iter btissimos cõfessores festiua celebritate cõlẽdũ: tã de mia dei & btorũ petri & pauli aplorum eius cõfisi meritis: quàm suæ cõuersatiõis & sctimoniæ nõ ignari. Monem⁹ igit̃ xp̃ianissimæ serenitatis tuæ regiã pietatẽ, ut hoc cælestis gr̃æ donũ regno tuo te regnãte collatũ lætæ deuotiõis brachiis amplectaris: eiq; iã cælesti btitudine p̃fruẽti solita pietate deuotus existas, quẽ p̃ sua uenerabili sanctitate adhuc in terris positũ diligebas. Clareuallẽse uerò monasteriũ qđ fundauit, i q̃ etiã corp⁹ ei⁹ uenerabile requiescit, ita te ob reuerẽtiã ei⁹ hr̃e uolum⁹ cõmendatũ: ut eũ semp merearis habere patronũ. Datum Anagniæ. xv. Kal'. Februarij.

¶ Item eiusdem ad omnes abbates Cistercienſis ordinis.

ALexãder epͣs seru⁹ seruorũ dei dilectis filiis Cistercij, de firmitate, & põtigniaci, & Clareuallis, & morimũdi, atq; uniuersis abbatib⁹ cistercien. ordinis: salutẽ & apostolicã bñdictionẽ. Quoties honesta nobis oportunitas exhibet, ut fidei & deuotioni quam circa ecclesiam dei nr̃is tp̃ibus habuistis, possimus in aliquo p̃ meritis rñdere, opportunitatẽ ip̃am libẽter amplectimur: & i his maxime q̃ specialẽ noscunt redolere uirtutẽ uestris occurrere ꝓfectibus nõ moramur. Cõtigit aũt hoc tpe ut uerbũ qđ ab olim fuerat de beati Bernardi quõdã Clareuallis abbatis canonizatione ꝓpositũ, & p̃ quorũdã simília postulantiũ scãdalo à turonensis cõcilij celebratione dilatũ, ad nostrã reduceret (deo uolente) memoriã: & faciente nobiscũ signũ in bonũ qui hoc pietatis opus, nostris seruauit manibus consummandũ. Nos enim uitã & sanctitatẽ eiusdem beatissimi confessoris recordatione solicita memorantes: quomodo scilicet & in seipso religiõis & sanctimoniæ prærogatiua magnificus, & uniuersæ ecclĩæ dei, specialr autẽ ordini uro, fide & doctrina utilis extiterit: & copiosissime fructuosus: confisi de mia dei, & beatorũ apostolorũ Petri & Pauli, necnon de eiusdẽ sancti cõfessoris meritis p̃sumẽtes eũq; firm nostrorũ cõmunicato cõcilio (auctoritate aplĩ cæ sedis sctorum catalogo duximus ascribendũ, & diẽ de positionis ipsius in ecclĩa publice celebrãdũ. Vñ qm̃ hoc ita in gl̃iam & honorẽ summi cõditoris exuberat ut in uestrã quoq; ædificationẽ, cõsolationẽq; redundet: ura potissimũ interest oĩpotẽti deo gr̃as agere, qui modernis tẽporibus uirũ perfectæ & p̃dicabilis sanctitatis in uro ordine uoluit suscitare. Vos igit̃ munificentiæ donũ, speciali deuotione suscipite, & deum in sanctorũ suorũ glorificatiõe mirabilem, in huius celebratione specialiter honorate. Datum Anagniæ. xv. Kal'. Februarij.

¶ Item eiusdem ad Clareuallenſes.

ALexander epͣs seruus seruorum dei, dilectis filiis Gerardo abbati, & uniuerso conuentui Clareuallis: salutem & apostolicã benedictionẽ. Sicut de religione & pietate, quã circa deũ geritis nihil nobis restat ambiguũ: sic exhibite circa nos robur deuotionis & fidei clara semper est certitudine manifestum. Nõ enim poteratis: sed nec deinceps deo auctore poteritis à gratia sanctitatis apparere degeneres quos sancti patris constat esse hæredes, cui & gratia spiritalis abundauit ad meritum: & operum efficacia non defuit ad exemplum. Scitis nanq; & pia ueneratiõe recolitis qualiter beatæ memoriæ Bernardus cœnobij uestri primus abbas præcipuusq; fundator deo quidem pro uirtute religionis acceptus: & ecclesiæ dei pro plenitudine deuotionis & fidei extiterit gratiosus: ita ut merito deberetis haberi culpabiles, si imitationis & ueneratiõnis ipsius essetis in aliquo negligentes. Placuit ergo nobis quòd pro eo tanquam pro pio patre solicitudinem habuistis: & canonizationem ipsius uoto laudabili postulastis. Nos quibus cordi semper est pro multis (fili abba) tuæ deuotionis obsequijs, & totius domus uestræ studijs religiosis & pijs, uestris iugiter obtemperare precibus & profectibus aspirare, uoto huic clementer annuimus: ut nostram circa uos & gratiam & beneuolentiam comprobemus. Vita igitur eiusdem beatissimi confessoris ad memoriam reuocata, quomodo scilicet fide & religione atq; doctrina præfulserit quantoq; in ecclesia dei perspicuæ claritatis lumine radiarit, eũ fratrum nostrorum consilio habito confisi de misericordia dei & beatorum apostolorum Petri & Pauli, atq; de eiusdem sancti meritis præsumentes, catalogo sanctorum

duximus aſcribendum: diēcq; depoſitionis eius feſtiuū de cætero & celebrē obſeruādū. Vnde quia uestra potiſſimū intereſt ei⁹ & imitari uitā, & gloriā uenerari: ſatagite in oībus & ſtudete, ipſius ſcti prīs & inhærere uestigijs, & feſtū excolere ſctitatis, ut cuius cōuerſatiōis meruiſtis eſſe partí cipes: dígní habeamíní eíuſdē beatitudínís fore cōſortes: Datū Anagniæ, quintodecimo kalendas Februarij.

¶Incipit præfatio ſancti Bernardi abbatis in uitam ſancti Malachiæ epiſcopi.

SEmper quidē operæprecīū fuit, illuſtres ſanctorum deſcribere uitas, ut ſint in ſpeculū & exemplū ac quoddā ueluti condimentum uitæ hominum ſuper terram. Per hoc enim quodammodo apud nos etiam poſt mortē uiuunt: multoſq; ex his qui uiuentes mortui ſunt, ad uerā prouocant & reuocant uitam. Verū nūc maxime id requirit raritas ſanctitatis: & noſtra plane ætas inops uirorū. Quàm ſanè inopiā ſup nos adeo inualuiſſe ſentimus: ut nulli ſit dubium illa ſnīa nos ferirí, qm̄ abundabit iniquitas: refrigeſcet charitas multorū. Et ut ſuſpicor ego: aut p̄ſto: aut ppe eſt: de quo ſcriptū eſt: ſacie ei⁹ præcedet egeſtas. Ni fallor antixp̄s eſt iſte: quem fames ac ſterilitas totius boni, & præit, & comitat. Siue ígit nūcia iam præſentis, ſiue iam tāq; affuturi prænuncia, egeſtas in euidenti eſt. Taceo uulgus, taceo uilē filiorū huius ſeculi multitudinē: in ipſas eccleſiæ columnas uolo oculos leues. Quē mihi oſtēdas, uel de illorū numero qui uidētur dati in lucē gentiū, nō magis de ſublimi fumantem, quàm flammantem: Et ſi lumen qđ in te eſt, inquit, tenebræ ſunt: quātæ ſunt tenebræ: Niſi tu illos fortè (qđ non credo) lucere díxerís, qui quæſtū æſtimāt pietatē: qui in hæreditate dñi nō quæ dñi, ſed magis q̄ ſua ſunt quærītāt. Quid dico q̄ ſua ſunt: Perfect⁹ ſit & ſctūs etiā ſua q̄rēs, ſuaq; retinens: ſi ab alienis cor manusq; cōtíneat. Meminerit tamē q ſibí uſq; huc forte peruenīſſe uidetur, eūdem exígi ſctitatis gradum & ab ethnico. An nō milites ſuis iubent contenti ſore ſtipendijs, ut ſalui fiant: Magnū uerò eccleſiæ doctorí, ſi ſit ſicut un⁹ militū: aut certè (qđ ad illorū improperiū pphēta loquit) ſi ut ppls, ita & ſacerdos fuerit. O deformitatem. Itáne ſumm⁹ merito reputādus erit, qui à ſummo corruens gradu hærebit uix infirmo, ne abyſſo abſorbeatur: Quàm rarus tñ iſte ipē in clero. Quem item das mihi contentū neceſſarijs, cōtemptorem ſuperfluorū: Lex eſt tamē præfixa ab aplīs aplorū ſucceſſoribus. Victum & ueſtituí hñtes inquiūt, his cōtentí ſimus. Vbí forma hæc: In libris cernímus eam: ſed non in uiris. Habes uerò de iuſto, quía lex dei eius in corde ipſius: & nō in codice. Nec perfectionis is grad⁹. Perfectus carere & neceſſarijs paratus eſt. At gratis iſtud. Vtinā ſuperfluis ponatur modus: utinam nō cupiamus in infinitū. Sed qđ: Forte reperías qui hoc poſſit. Id quidē difficile: ſed uide quid egimus. Quærebamus uirū optimū: multorū liberatorē: & ecce laboramus in inueniendo, qui ſeipſum ſaluum facere poſſit. Optimus hodie eſt: qui nō eſt nimis malus. Vnde qm̄ à terra defecit ſanctus: uídeor mihí non ſuperuacue ex his qui empti ſunt de terra, reuocare ad mediū malachiā ep̄m: uirū uere ſanctum & nr̄orū quidē tēporū ſingularis ſapiētiæ & uirtutis. Iſte erat lucerna ardens & lucēs: nec extincta eſt tñ, ſed ſubmota. Quis mihi iure ſuccenſeat, ſi readmouero eā: Imo uerò nō eſt qđ mihi ingrati eſſe mei ſeculi hoīes debeant, & oīs deinceps gñatio uentura: ſiquem conditio tulit, reuocem ſtilo, ſi mundo reſtituā quo dignus nō erat mūdus: ſi ſeruē memoriæ hoīm, hoīem cuius memoria in benedictione ſit oībus qui legere dignabunt: ſi me excitāte amicū dormiētē, nox turturis audita fuerit in terra nr̄a dicēs, ecce ego uobiſcū ſum oīb⁹ diebus uſq; ad cōſummationē ſcli. Deinde ſepult⁹ apud nos eſt, nobis ſpāliter hoc op⁹ incūbit. Quid q̄ me inter ſpāles amicos ſanctus ille habebat, & eo loci ut nulli in hac parte gliæ ſcd̄m fuiſſe me credā: Nec merce de uacat: miſhi tantæ familiaritas ſanctitatis. Primitias iam ac cepi: in extremis poſitus erat, imo in principijs iuxta illud, Cū cōſummatus fuerit homo tūc incipit. Ac cucurri ego, ut benedictio morituri ſuper me ueniret. At ille cū iam membra alia mouere nō poſſet, fortis ad dādā benedictionē: eleuatis ſanctis manibus ſuper caput meū benedixit mihi, & benedictionē hæreditate poſſideo. Et quomodo ego illū ſilere queam: Poſtremo tu id mihi abba Congane inſumgis, reuerendus frater & dulcis amicus meus: ac tecum pariter (ut ex hybernia ſcribis) ueſtra illa omnis eccleſia ſanctorum. Libens obedio: præſertim q̄ nō eloquiū exígitís, ſed narrationem. Dabo uerò operam ut ea ſit pura & lucu lenta: deuotos informans, faſtidioſos non onerans. Sanè narrationis ueritas ſecura apud me eſt, intímata à uobís: haud alía proculdubío proteſtantibus quàm quæ certiſſi me comperta ſunt uobís.

¶Explicit præfatio.

¶INCIPIT VITA SANCTI MALACHIAE EPISCOPI.

MAlachías noſter ortus hybernía de populo barbaro, ibí educatus, ibí líteras edoctus eſt. Cæterū de natalí barbariæ traxít níhíl: nō magís quàm piſces maris de ſale materno. Q̄ uerò ſuaue qđ inculta nobís barbaríes tam urbanum protulit ciuem ſanctorum, & domeſticum dei: quí producit mel de petra, oleūq; de ſaxo duriſſimo: ipſe fecit hoc. Parentes tamen illí fuere genere & potētia magní: iuxta nomen magnorum quí ſunt in terra. At mater mente quàm ſanguíne generoſior, ſatagebat in ipſo ínitío uíarum ſuarum notas paruulo facere uías uítæ: hāc pluris illí exiſtímans uentoſa ſcientía literaturæ ſeculariſ. Ad utranq; tamen huic nō defuit ingenium pro ætate. In ſcholís líteras, domí tímorem domíní docebatur, & quotídianis profectibus reſpondebat ambobus ſatís magiſtro & matrí. Nempe à príncípío ſpíritum ſortítus eſt bonum, per quem erat puer docílís, & amabílís ualde, míre admodum omnibus per omnía gratioſus. Bibebat autem pro lacte de pectore materno aquas ſapientiæ ſalutarís, & ſiebat índíes ſeípſo prudentíor. Prudentíor dícam, an ſanctíor: Vtrunq; enim ſi díxero, non me pœnítebit: ueritatē enim dícam. Agebat ſenē moribus, annís puer: expers laſciuiæ puerílís. Cumq; ex hoc cunctís eſſet reuerentiæ & ſtuporí, non tamen índe ut aſſolet inſolentíor inueníebat: ſed magís quíetus & ſubditus in omní manſuetudíne. Nō impatiens magiſterij: non fugitans diſcíplínæ, non lectionis faſtidíens, non ludorum deníq; appetens: quod uel maxíme illa ætas dulce ac familíare habere ſolet. Et proficiebat ſupra omnes coætaneos ſuos: in ea quídem líteratura quæ illí cōpetebat ætatí. Nam in diſcíplína morum profectuq; uírtutum, etiā ſuper omnes docentes ſe in breuí enituit: non tā matre tñ, quàm unctione magiſtra. Hac ſolícitāte, haud ſegníter & in díuínis exercebatur: petere ſecretū, antícípare uígílías, meditarí in lege, refící parcíus: orare frequentíus. Et quía eccleſiā frequentare nec uacabat propter ſtudium, & pro uerecundía non líbebat: leuare puras manus in omní loco, ubí tñ ſecrete íd poſſet. Iā tunc ſiquidem caut⁹ fuit declínare uírus uírtutum, ínanem gloríam,

¶Eſt uícus prope cíuitatem in qua diſcebat puer: quo magíſter ei⁹ frequēter pergere ſolítus erat, ipſo ſolo comíte. Illo eūtib⁹ ambob⁹ pariter ip̄e (ut poſtea referebat) retrahebat pedē, ſiſtebat gradū, & ſtās à tergo magrī. Illo qdem nō cōperíēte expanſis ad cœlū manib⁹ rapti quodāmō ac ueluti iaculatā emíttebat or̄onē: & ſic diſſímulās magrum denuo ſequebatur. Iſtiuſmodí pío furto: puer ſæpíus eludebat comítē pariter & magrm. Nō eſt dícere oīa, q̄ ei⁹ prīcípía colore bonæ índolís decorauere, ad maíora atq; utíliora currendū. Vnū tñ refero adhuc: q̄ hoc meo quídem iudícío nō modo bonæ ſed & magnæ in puero dederit ínſigne ſpeí. ¶Excítus alíqñ opínione cuíuſdam magrī, erat enim famoſus

Universidad de Deusto Biblioteca

em famosus in disciplinis quas dicũt liberales) adiuit illũ discendi cupiditate. Quippe extrema iam pueritiæ captãs ad eas literas anhelabat. Intrans uerò domũ uidit uirũ ludentẽ fabula: crebrisq; sulcantem tractibus nescio quo notabili modo parietẽ. Et solo uisu offensus puer serius q; leuitatẽ redoleret: resiliuit ab eo ac deinceps illũ nec uidere curauit. Ita cũ esset studiosissim⁹ literarũ: præ honesto tñ spreuit eas uirtutis amator. Tali quodam præludio puer præparabat, ad eũ qui se manebat in fortiori ætate confictũ: iamq; ipse aduersariũ puocabat. Et malachiæ quidem pueritia sic erat. Porrò adolescentiã simili transiuit simplicitate & puritate: nisi q; crescẽte ætate crescebat simul illi sapientia & gratia apud deũ & homines.

HInc iam. i. ab incunte adolescentia eius cœpit manifestius apparere quid esset in hoie: & gra dei in illo uacua non uideri. Vides enim industrius adolescẽs quã in maligno mũdus positus sit, & cogitãs qualẽ spiritũ accepisset dicebat intra se. Non est spus huius mundi iste. Quid isti & illi: Non est societas alteri ad alterũ: non plus quã luci ad tenebras. Me⁹ ex deo est: & scio q; in illo donata sunt mihi. Inde mihi interim adhuc innocẽtia uitæ, inde cõtinẽtiæ decus, inde iustitiæ fames: inde quoq; illa securior q; secretior gl'ia mea ẽ testimoniũ cõscix meæ. Nil horũ mihi tutum sub principe mundi. Deinde habeo thesaurũ hunc in fictili uase. Verendũ ne impingat & frangat: & effundat oleũ lætitiæ qd' porto. Et qdẽ nõ impingere inter saxa & scopulos distortæ & anfractuosæ uiæ & uitæ huius, difficillimũ. Itáne in momẽto perdã simul oẽs qb⁹ ab initio puẽtus sum oẽs bñdictiões dulcedinis: Resigno illi pot⁹ à q' sunt & me pariter. Et ego eñ ipsi⁹. Perdo ipam ad tps aiam meã: ne pdã in æternũ. Et qd' sum & q̃ habeo oĩa, ubi mihi eq̃ salua, ut in manu auctoris: Quis ita ad seruãdũ solicit⁹, ad retinẽdũ potẽs ad restituẽdũ fidelis: Seruabit tuto: restituet opportune. Sine retractatione me do ad seruiẽdũ illi de donis suis. Nõ põt mihi perire ex omnibus: q̃ in opus pietatis expendero. Forte & sperare plus aliquid licet. Solet reddere cũ usura: qui dat gratis. Ita est: etiam cumulabit & multiplicabit in aĩa mea uirtutẽ. Hæc cogitauit & fecit: sciens absq; facto uanas esse cogitatiões hominũ. ¶Erat homo in ciuitate ardinacha: ipsa est in qua alit⁹ est malachias, & homo ille sanct⁹, & austeræ admodũ uitæ: inexorabilis castigator corpis sui. Cellã hñs iuxta ecclesiã, in ea manebat: sciunijs & obsecrationibus seruiens die ac nocte. Ad hunc se contulit malachias, formã uitæ accepturus ab eo: qui uiuũ se tali damnauerat sepultura. Et uide humilitatẽ. A primeua ætate ĩ sancta arte magrim (qd' dubiũ nõ est) habuerat deũ: & ecce factus est denuo discipulus hois, homo mitis & humilis corde. Si nesciebamus hoc uel solo nobis ipse ꝓbauit. Legãt hoc qui docere quæ nõ didicere conant, discipulos sibi coaceruantes, qui nunquã discipuli extitere: cæci duces cæcorũ. Malachias doctus à deo, doctorẽ nihilomin⁹ quæsiuit hoiem: & quidem caute & sapiẽter. Quid simile quæso afferre quibat in quo æque daret, caperétue experimentũ profectus suiꝰ Si malachiæ exemplum eis pro minimo est: pauli opus attendãt. Nónne euãgeliũ suum qd' non ab homine acceperat sed à Xpo, cũ hoibus tñ censuit cõferendũ, ne forte in uacuum curreret aut cucurrisset: Vbi ille securus non est: nec ego. Si quis hoc scit: uiderit ne nõ tam securitas sit quã temeritas. Sed hæc alterius tẽporis. Nũc uerò sonuit in ciuitate qd' factũ est: & cõmota est uniuersa ad inopinatam nouitatem. Stupebãt autẽ oẽs, & uirtutẽ mirabãtur: eoq; amplio quo minus usitatam in gẽte fera. Videres tunc reuelari ex multorum cordibus cogitatiões. Pleriq; humano affectu pensantes factũ plangere & dolere: q̃ dilectus omnibus delicatusq; adolescens, duris se adeo laboribus mancipasset. Alij suspicati leuitatem propter ætatẽ: diffidere de pseuerãtia, timere de casu. Nonnulli temeritatẽ causantes, indignari & fremere in eum: q̃ supra ætatẽ & uires inconsulte rem arduã fuisset aggressus. Verũ ille sine consilio egit nihil. Nã habuit cõsiliũ à ꝓpheta: qui ait. Bonũ est hoi si portauerit iugũ ab adolescentia. Et addit. Sedebit solitari⁹ & tacebit: quia leuauit se supra se. Sedebat sibi iuuenculus secus pedes Imarij, hoc eñ nomen uiro: & aut discebat obedientiam, aut se didicisse docebat. Sedebat ut quietus, ut mansuetus, ut hũilis. Sedebat & tacebat sciens fm prophetã cultũ iustitiæ esse silentiũ. Sedebat ut pseuerãs, tacebat ut uerecũdus: nisi q̃ suo illo silentio in dei auribus loquebatur cũ scto Dauid. Adolescẽtul⁹ sum ego & cõtẽpt⁹: iustificatiões tuas nõ sum oblitus. Et sedebat interim solitarius, qa & sine socio & sine exẽplo. Quis eñ añ malachiã districtissimũ uiri ꝓpositũ uel cogitaret attentare: Nempe mirabile oĩbus habebatur: non imitabile. Malachias imitabile persuasit: sedendo dũtaxat & tacendo. Intra paucos dies habuit imitatores non paucos: prouocatos exemplo sui. Ita q prio solitarius sedit & unicus pris sui, fit iam unus ex multis: fit ex unigenito primogenitus in multis fratribus. Et ut prior in cõuersiõe, ita in cõuersatiõe sublimior: & q añ oẽs uenit oĩm iudicio supra oẽs eminuit in uirtute. Et dignus uisus est epo pariter & magro: q ad diaconũ gradũ promouere. Et coegerũt eum. Hinc iã leuita dñi publice se ad omne op⁹ pietatis accinxit: plus uerò ad eas res in quibus aliqua iniuria uideret. Deniq; cura erat ei maxima in sepeliendis defunctis pauperib⁹, q̃ hoc sibi nõ nin⁹ humilitatẽ saperet, quã hũanitatẽ. Nec defuit nouo nostro tobiæ rediuiua à muliere tẽtatio: imo à serpente per mulierẽ. Germana eius indignitatẽ (ut sibi uidebat) officij exhorrẽs, quid facis, inquit, ô insane: Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Et hoc illi quotidie exprobrans ingerebat: sed rñdebat mulieri stultæ iusta stultitiã suã. Misera tu eloquij casti uocẽ tenes: sed uirtutẽ ignoras. Ita ad ministeriũ qd' coactus accesserat, deuotus tenuit: indefessus exercuit. Vñ & censuerũt etiã sacerdotale officiũ imponẽdũ illi. Et factũ est ita. Erat autem cum sacerdos ordinatus est: annos natus quasi uigintiquinq;. In qua eius utraq; ordinatiõe, si quid præter canonũ formam processisse uidetur: ut uere uidet (siquidẽ infra uicesimũquintum annũ leuiticum ministeriũ, infra triceſimũ adept⁹ est sacerdotij dignitatem) donãdũ sanè, tum zelo ordinatoris, tum meritis ordinati. Ego uerò istud nec in scto redarguẽdũ, nec usurpandũ cõsulo ei qui sctũs nõ fuerit. Nec contẽtus eps etiã uices suas cõmisit ei, seminare semẽ sctũ in gente nõ sctã: & dare rudi populo & sine lege uiuenti, legẽ uitæ & disciplinæ. Suscepit ille mãdatũ in omni alacritate: sicut erat spiritu feruẽs, nec talentis incubans, sed inhiãs lucris. Et ecce linguæ sarculo cœpit euellere, destruere, dissipare, de die in diem fatitans praua indirecta & aspera in uias planas. Exultabat ut gigas ad discurrendũ ubiq;: diceres ignem urentẽ in cõsumendo crimínum uepres: diceres securim uel asciam in deijciendo plantationes malas. Extirpare barbaricos rit⁹: plantare ecclesiasticos. Veternosas omnes (neq; enim pauce inueniebantur) abolebat superstitiones: seu quaslibet ubicũq; deprehendisset malignates immissas per angelos malos. Deniq; quicquid incõpositũ, quicquid indecorũ, quicqd distortũ obuiũ habuisset nõ parcebat oculus ei⁹, sed uelut grãdo grossos è ficubus, & sicut puluerẽ uentus à facie terræ, sic corã facie sua eiusmodi nitebatur totũ pro uiribus exturbare ac delere de populo suo. Et pro his omnib⁹ tradebat iura cælestia: optim⁹ legislator. Leges dabat plenas iustitiæ: plenas modestiæ & honestatis. Sed & apostolicas sanctiões, ac decreta sctõrũ patrũ: p̃cipueq; cõsuetudines sanctæ Romanæ eccliæ in cũctis eccliis statuebat. ¶Hinc est q̃ hodieq; in illis ad horas canonicas cantat & psallit: iuxta morẽ uniuersæ terræ: nam minime id ante fiebat ne in ciuitate quidẽ. Ipse uerò in adolescentia cantũ didicerat, & in suo cœnobio mox cãtare fecit cũ necdũ in ciuitate seu in epatu uniuerso cantare scirẽt uel uellent. Deinde usum saluberrimũ cõfessionis, sacramentũ cõfirmationis, cõtractũ cõiugiorũ: quæ oĩa aut ignorabãt, aut negligebãt: malachias de nouo instituit. Et de his ista pro exemplo sufficiant. Nam & per totũ historiæ textum breuitatis studio plurima præterimus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CVm esset illi studium & zelus maximus circa cultum diuinorum, & uenerationē sacramētorum, ne fortè de his aliquid cōstitueret uel doceret secus quā rit⁹ haberet uniuersalis ecclesiæ, subijt aīm adire epm Malchū qui se plenius de oībus īformaret. Hic erat senex plenus dierū & uirtutū: & sapiētia dei erat in illo. Natione quidē hybern⁹, sed in anglia conuersatus fuerat in habitu & proposito monachali uintoniēsi monasterio. De quo assumptus est in episcopū in lesmor ciuitatem mumoniæ: & ipsa nobilior inter cæteras regni illius. Ibi tāta ei dēsup collata est grā: ut nō mō uita & doctrina, sed & signis clareret. Quorū duo pono exēpli cā: ut oīb⁹ innotescat qualē in scia sctorū malachias habuerit pcepto rē. ¶ Puerū mēte captū ex his quos lunaticos uocāt: inter confirmandū sacra unctione sanauit. Hoc ita notū certūq; fuit: ut illū mox constituerit ostiariū domus suæ: uixeritq; idē puer incolumis in eo officio usq; ad uirilē ætatē. ¶ Surdo auditū restituit, in quo idē mirabile qdā cōfessus est: q̄ cum sanctus utriq; auriculæ hincinde digitos immisisset, duos quasi porcellos ex ipsis exire senserit. Pro his atq; huiusmodi fama crebrescēte, nomē grāde adept⁹ est: ita ut ad eū scoti hybernīq; confluerent, & tanquā unus oīm pater ab oībus coleret. Ad hūc ergo malachias accepta benedictione pris Imarij & ab epo missus, cū prospere peruenisset: benigne à sene susceptus est. Qui annos aliquot cū eo mansit, ut per hāc tēporis morā hauriret plenius de pectore ueterano: scies scriptū, quia in antiquis est sapia. Sed ne hoc quoq; ad cām defuisse reor, q̄ magn⁹ ille prouisor uniuersorū uoluit seruū suū malachiā in loco tam celebri notū fieri oīb⁹: qui erat oībus profuturꝰ. Nec eī poterat nō esse gratus: quib⁹ notus fuisset. Deniq; unū interim accidit p qd' ex aliqua pte q̄ notū deo erat in illo: manifestum fecit oībus. ¶ Inter regē mumoniæ q̄ est hyberniæ pars australis & germanū eius, orta simultate, & fratre facto superiori: rex pulsus regno cōfugit ad epm Malchū. Nō tamē ut ope illius regnū recuperaret: sed magis princeps deuot⁹ dedit locū iræ, & necessitatē in uirtutē cōuertit: priuatam eligēs ducere uitā. Cumq; eps regē suscipe debito honore pararet, abnuit ille: se malle inquiens tanquā unum ex illis esse pauperibus fratrib⁹ qui illi adhærerēt, regiū fastū deponere, & cōi pauptate fore cōtētū, expectare potius dīni uoluntatē quā p uim recipe regnū: nec uelle p suo honore terreno sanguinē hūanū effundere: qui cōtra se clamet ad deū de terra. Quo audito exultat eps, & admirat⁹ deuotionē satisfacit uoto. Quid plura? Tradit regi paupercula domus ad habitādū, & malachias in magīm: ad uictū panis cum sale & aq̄. Porrò ad delicias sufficiebat regi malachiæ psentia, uita, atq; doctrina: ita ut diceret ei: Q. dulcia fauc⁹ib⁹ meis eloquia tua, sup mel ori meo. Ad hæc p singulas noctes lachrymis suis stratū suū rigabat: sed & quotidiano aq̄ frigidæ balneo, male calētē extinguebat in carne libidinem. Et orans rex cū rege dicebat. Vide hūilitatē meam & laborē meū, & dimitte uniuersa delicta mea. Et nō amouit de⁹ orationē eius, & mīam suam ab eo. Et exaudita est oro eius: etsi secus quā intēderet ipe. Nā is qdē solicitus erat p aīa sua: sed uindex inocētiæ de⁹ hoībus oīdere uolēs qm̄ sunt reliquiæ hoī pacifico, parabat interim facere iudiciū iniuriā patiēti: qd' ille penit⁹ nō spabat. Et suscitauit deus spm̄ uicini regis: neq; eī unū est hybernia regnū, sed diuisa in plura. Hic itaq; uidens q̄ facta sunt repletus est zelo: & hinc qdē indignās pdonū libertati, & insolētiæ superborū, inde uerò miserās regni desolationē & regis deiectionem: descēdit ad cellulā paupis. Suadet reditū: sed nō psuadet. Instat tū, spondet opē, de effectu nō diffidere monet, deum affuturū promittit, cui nō poterūt resistere oēs aduersarij ei⁹. Proponit etiā oppssionē pauperū, pīæq; uastationē: & nō pficit. Cæterū accedente mandato epi, & malachiæ cōsilio, de quib⁹ ille pēdebat totus: uix tandē acquescit. Sequit rex regē: & iuxta uerbū regis sicut fuerat uolūtas ī cælo, tota facilitate pulsis prædonib⁹ reducit hō in sua cū exultatione suorū: regnoq; restituit suo. Dilexit extūc rex ille & semp reuerit⁹ est malachiā: eoq; ppēsius quo plen⁹ in sctō utro digna uenerati5e & amore cōpererat. Cui⁹ eīm tāta meruit in sua aduersitate familiaritatē: sanctitatē ignorare nō potuit. Propterea magis in sua psperitate perpetib⁹ illū amicitijs, deuotisq; colebat obsequijs: & libēter audiebat eū: & audito eo multa faciebat. Et de his satis. Verūtamen nō fortuitu factū reor q̄ ita iam tūc magnificauit eū dns in conspectu regū: sed quia uas electionis sibi erat ille, porraturus nomen suū corā regibus & principibus.

MOrtua est interim soror ei⁹ illa quā pfati sumus. Nec ptereūdæ uisiōes q̄s uidit de ea. Hui⁹ siqdē sctus carnalē exhorruerat uitā, & tāto zelo ut se deuouerit non uisurū eā in carne uiuētē. At illa carne soluta, solutū est uotū: & cœpit uidere in spū quā in corpore noluit. Quadā nocte audiuit p somniū uocē sibi dicētis, sororē ei⁹ stare foras in atrio: & ecce p totos trigīta dies nihil gustasse. Qui euigilās cito intellexit cuius escæ inædia marceret: & diligēter discusso nūero dierū quē audierat, ipm esse reperit ex quo p ea panē de cælo uiuū non obtulisset. Tū ille q sororis nō aiam oderat sed pctīm: beneficiētiā quā itermiserat rursum adorit. Neq; id frustra. Nō multū post uisa est illi pueniss ad limē ecclesiæ, necdum tī posse itrare: apparere etiā ī ueste pulla. Cumq; ille pseueraret curās ne q̄ die solita stipe frustrarē: sed' o uidit eā inueste subcādida ad missam qdē itra eccl'iā: sed altare cōtingere nō pmitti. Tertio tādē uisa est aggregari cœtui cādidatorū & ī ueste cādida. Vides lector quātū ualeat depcatio iusti assidua: Vere regnū cælorū uim patit: & uiolēti rapiunt illud. Nōne tibi uidet malachiæ oro uicem quodāmō effractoris exhibuisse cælestibus portis: qñ peccatrix mulier fraternis obtinuit armis, q̄ suis meritis negabat? Hæc uim Iesu bone tu q pateris facis, ualid⁹ & pius ad saluādū: faciēs mīam & potentiā in brachio tuo: & in sacro tuo seruās sanctis qui in terra sunt usq; in consummationē seculi. Hoc plane sacramētū potēs peccata consumere, debellare obuias potestates: inferre cælis reuertentes de terra.

ET dns qdē in regiōe lesmoren. sic p̄parabat dilectū suū malachiā ad gloriā nois sui. Verū q miserant eū mīnime iā serētes absentiā ei⁹: missis eplis reuocant illum. Quo reddito suis & qdē istructiore de oib⁹ q̄ oportebat: en op⁹ à deo paratū & suatū malachiæ. Vir diues & potēs qui locū bēchor & possessiones eius tenebat: inspiratus à deo cōfestim in manu ei⁹ sua omnia dedit, & se quoq;. Et is auūcul⁹ ei⁹: sed malachiæ spūs quàm carnis propinquitas pluris fuit. Ipm q̄q; locū bēchor de q̄ cognominabat tradidit ei princeps ut ædificaret ibi monasteriū, uel poti⁹ reædificaret. Nēpe nobilissimū extiterat añ sub prio pre cōgello: multa milia monachorū generās, multorū monasteriorū caput. Locus uerò sctus, fœcūdusq; sctorū, copiosissime fructificās deo: ita ut un⁹ ex filijs sctē illi⁹ cōgregatiōis noīe Iuanus, centū solus monasteriorū fundator extitisse ferat. Quod idcirco dixerim: ut ex hoc uno cōijciat lector quàm ingens fuerit reliqua multitudo. Deniq; ita hybernia scotiāq; repleuerunt genimina ei⁹: ut ea potissimū tpa dauidici illi uersiculi pciniss uideant. Visitasti terrā & inebriasti eā: multiplicasti locupletare eā. Flumē dei repletū est aquis, parasti cibū illorū, quoniā ita est præparatio ei⁹. Riuos eius inebrians, multiplica genimina eius: in stillicidijs ei⁹ lætabit germinans. Et in hūc modū cæteri q sequūtur. Nec modo in præfatas sed in exteras etiā regiōes quasi inūdatione facta illa se sanctorū examina effuderūt. E quibus ad has nostras gallicanas partes sanctus columbanus ascendēs lexouiēse cōstruxit monasteriū, factus ibi in gentem magnā. Aiunt tam magnā fuisse: ut succedentibus sibi uicissim choris cōtinuarent solēnia diuinorū, ita ut ne momentum quidem diei ac noctis uacaret à laudibus. Hæc de antiqua dicta sint benchorensis monasterij gloria. Hoc olim destructū à piratis ob insigne dignitatis antiquæ, malachias ueluti quandam replantaturus paradisum amplexus est: & quia multa corpora sanctorū dormirēt ibi. Nam ut taceā illa quæ in pace sepulta sunt: ferūt nōgētos simul

una die

una die à piratis occisos. Erat quidē ingēs loci illius possessio sed malachias solo cōtētus loco sctō, totas possessiones & terras alteri cessit. Siqdē à tpe quo destructū est monasteriū, nō defuit q illud teneret cum possessionibus suis. Nā & cōstituebant per electionē, etiā & abbates appellabātur: sed iste nō (etsi nō re) qd olim extiterat. Cumq; suaderet multi nō alienare possessiones, sed totū simul retinere sibi: non acquieuit paupertatis amator: sed fecit eligi iuxta morē q eas teneret: loco (ut p̄dixímus) retēto sibi & suis. Et fortassis cōsulti (ut post apparuit) integrū retinuisset, si nō magis suæ ꝓfecisset hūilitati, quā paci. Itaq; ex mandato p̄ris Imarī assumptis secū decē circiter fratrib⁹, uenies ad locū cœpit ædificare. Vbi quadā die cū in securi ipse secaret, casu ex operarijs un⁹ illo uibrāte in aera securim locū incaute occupauit quo ictus destinabat: & cecidit sup spinā dorsi eius, tāto utiq; impetu, quāto ille conatu impingere ualuit. Corruit ille, accurrere oēs: putātes aut percussum ad mortē, aut mortuū. Et tunica quidē scissa à summo usq; deorsum homo uerò illæsus inuētus est: tā modice & summatim perstricta cute ut uix in superficie uestigiū appareret. Stabat hō incolumis quē securis prostrauerat: intuētibus & stupētibus qui circūstabāt. Vñ & facti alacriores: prōptiores exinde ad opus inuēti sunt. Et hoc initiū signorum malachiæ. Porrò oratorium intra paucos dies consummatum est de lignis quidē leuigatis: sed apte firmiterq; cōtextū, opus scoticū, pulchrū satis. Et exinde seruit deo in eo sicut in diebus antiquis: simili quidē deuotione, etsi nō pari numero. Præfuit malachias loco illi tempore aliquāto, p̄re Imario ita constituēte: ipse rector, ipse regula fratrū. Legebāt in uita ei⁹ quō cōuersarent: & ipse ante illos p̄bat i iustitia & sctitate corā deo: nisi q p̄ter instituta cōia, multa singulariter faciebat, in qb⁹ poti⁹ p̄bat oēs: & aliorū nemo illū poterat ad tā ardua seq. Eo tpis & eo loci quidā infirmabat. Cui assistēs diabol⁹ & aperte loquens suggerebat ne unquā crederet monitis malachiæ: sed si intraret ad se cultello eū peteret & occideret. Quo cognito q illi ministrabāt ipso infirmo p̄dēte, uerbū perferūt ad malachiā præmunietes. At ille solita arma orationis arripies: impauidus hostē aggressus: & infirmitatem fugat & dæmonē. Erat autē nomē uiro Malchus. Frater est iste sm carnē Xp̄iani nr̄i mellifontis abbatis: ambo enim superstites adhuc sunt, sibi in spiritu modo germaniores. Nam ille ut liberatus est, continuo non ingratus, loco eodē conuersus ad dñm: habitum simul animūq; mutauit. Et cognouere fratres malignū inuidere bonis eorum: & ædificati sunt facti de reliquo cautiores. ¶ Clericū nomine michaelē dysenteria laborantem, & desperate: mittens ei aliquid de mē sa sua, eodem loco sanauit. Secūdo eundem ipsum grauissima infirmitate correptū: & corpore pariter curauit & mēte. Illico enim adhæsit deo & malachiæ seruo eius, timens ne deterius aliquid sibi cōtingeret, si denuo ingratus tāto inuenirer & beneficio & miraculo. Et nunc ut audiuimus præest cuidā monasterio sito in partibus scotiæ: & hoc nouissimū oim quæ ille fundauit. Pro huiusmodi augescebat indies & opinio & cōgregatio malachiæ: & grande ei nomē intus, & foris: mō tñ re grandius. Nempe ibi demorabatur etiā factus eps: q̄ locus esset uicinus ciuitati.

¶ Habitabat uir nobilis in uicinia Benchorēſis monaſterij. Cui⁹ uxor cū infirmaret ad mortē, rogat⁹ Malachias ut deſcēderet priuſquā more ref, infirmā unctурus oleo, deſcēdit, & intrauit ad eā. Quo uiſo exultat illa, ſpe aīata ſalutis. Et cū pararet ungere eā, uiſū eſt oīb⁹ differēdū poti⁹ uſq; mane. Erat eim̄ ueſpa. Acqeuit Malachias, & data bn̄dictiōe ſup ægrā exiuit cū his q ſecū erāt. At uerò poſt modicū ſubito clamor factus eſt, plāct⁹ & ſtrepit⁹ mult⁹ p totā domū, ſiqdē iſonuit q mortua cēt. Accurrit Malachias tumultu audito, & ſecuti ſūt eū diſcipuli ei⁹. Et accedēs ad lectū, ut certo cōperit expiraſſe, cōſternat⁹ eſt aīo, ſibi imputās q fraudata gra ſacrāmēti obierit. Et eleuatis ī cælū manib⁹, obſecro dñe inqt, inſipiēter egi, ego peccaui q diſtuli, nō iſta q̄uoluit. Hæc dicēs conteſtat⁹ eſt in audiētia oīm, nullā ſe recepturū cōſolationē, nullā daturū reqem ſpiritui ſuo, niſi quā tulerat liceret reſtituere gram. Et ſtās ſup eam tota nocte laborabat in gemitu ſuo: & p oleo ſctō largo imbre lachrymarū pfundēs mortuā uicē illi unctiōis quā poterat exhibebat. Ipſe qdē ſic. Ad ſuos aūt, uigilate inquit & orate. Itaq; in pſalmis illi, ille in lachrymis, noctē duxere puigilē. Et mane facto exaudiuit dñs ſctū ſuū, qa ſpūs dñi erat poſtulās pro eo: q poſtulat p ſanctis, gemitib⁹ inerrabilibus. Quid plura? Aperit oculos quæ fuerat mortua, & ut ſolent q de graui ſomno euigilāt, fricās ſibi manibus frontē & tempora, ſup lectū ſe erigit, & agnito Malachia inclinās deuote ſalutat eū. Et uerſo luctu in gaudiū, ſtupor apphēdit oēs, & qui uiderūt, & qaudierūt. Sed & Malachias gras agēs, bn̄dixit dñm. Et unxit eā nihilominus, ſciens in hoc ſacro remitti pctā, & q oro fidei ſaluet infirmū. Poſt hæc abijt ille, & illa cōualuit, & uiuēs incolumis tpe aliquāto ut glia dñi manifeſtaret in ea, peracta pnīa quā ſibi Malachias iniunxerat, in bona cōfeſſione iterū obdormiuit, & migrauit ad dñm.

¶ Fuit ītē mulier cui ſpūs iracūdiæ & furoris intantū dñaret, ut non ſolū uicini & cognati fugerent cōſortium eius. ſed filij quoq; ipſi uix ſuſtinerēt habitare cū ea. Clamor & rācor & tēpeſtas ualida ubiscūq; fuiſſet. Audax, & ardēs, & p̄ceps metuēda lingua, & manu, importabilis oīb⁹ & inuiſa. Dolētes filij tum p illa, tum pro ſeipſis trahūt illā ad pn̄tiam Malachiæ, lachrymabilem cū fletu querimoniā deponētes. Vir aūt ſctūs & periculū matris, & incōmodū miſerās filiorū, ſeorſum aduocat illam, fuerit ne confeſſa aliqn̄ pctā ſua, ſolicite percunctatur. Rn̄dit, nequaquā. Cōfitere ingt. Paret, & ille inſuḡes pœnitētiā cōfitēti oranscq; ſup eā ut dñs op̄s det ei ſpm̄ māſuetudinis, in noīe dñi Ieſu ne ultra iraſcat iubet. Seqtur tanta manſuetudo, ut pateat oīb⁹ nō eſſe aliud quàm admirabilem mutationē dexteræ excelſi. Ferē adhuc hodie uiuere, & tantæ eſſe patiētiæ & lenitatis, ut q̄ oēs exaſperare ſolebat, nullis modo exaſperari dānis, cōtumelijs, afflictionibus queat.

Si licet & me iuxta apl̄m abundare in ſenſu meo, accipiat qſq; ut ualet, ego iſtud ſuperiori ſuſcitatæ miraculo mortuæ cēſeo p̄ferendū, q exterior quidem ibi, hic uerò interior reuixerit hō. Et nūc curramus ad reliqua.

¶ Vir fm ſeculum honorabilis, fm deū timoratus, ueniens ad Malachiā queſtus eſt ſup ſterilitate aīæ ſuæ, ſupplicans ut ſibi obtineret ab oīpotente deo gram lachrymarum. Et ſubridēs Malachias q gratum haberet in hoīe ſeculari deſideriū ſpiritale, ſuā maxillā maxillæ illi⁹ quaſi blādiendo conīungēs, fiat (ingt) tibi ſicut petiſti. Tātos exīde & penè cōtinuos exit⁹ aquarū deduxerūt oculi ei⁹, ut illud ſcripturæ ei poſſe aptari uideret. Fons ortorū, puteus aquarū uiuentiū.

¶ Eſt inſula maris in Hybernia ab olim fœcūda piſcīū & mare ibi piſcoſum ualde. Pctis (ut creditⁿ) habitantiū, adempta copia ſolita, quæ multos habebat filios infirmata eſt & à tāta fundit⁹ ſui cōmoditate emarcuit. Dolentibus accolis, & iacturā grauē pplis ægre ferentibus, reuelatū eſt cuidā mulieri p̄cib⁹ Malachiæ poſſe afferri remedium. Idq; innotuit oībus ipſa, pdente. Nutu dei cōtigit adeſſe Malachiā. Dum eñ circuiret & repleret euangelio regionē, diuertit illuc, ut & ipſis eandē gram impartiret. At Barbari qbus erat maior cura de piſcib⁹, omni inſtantia flagitāt ut potius reſpicere dignetur ſuper ſterilitatem inſulæ ſuæ. Qui cum reſponderet ſe miniме ad hoc uenīſſe, hominū magis quàm piſcīū deſiderare capturā: uidens tm̄ fidē eorū, flexis in littore genib⁹ orauit ad dñm, ut licet indignis, indultū olim beneficiū tanta fide repetentib⁹ nō negaret. Aſcēdit oratio, aſcēdit & piſcīū multitudo, & forte uberior quàm in dieb⁹ antiqs. Et ipſa ppl'o terræ pſeuerās uſq; in hodiernū diē. Quid mirū ſi oro iuſti quæ penetrat cælos, penetrauit abyſſos, & de profundo maris tantas piſcīū copias euocauit?

¶ Venerūt aliqn̄ tres epiſcopi in uillā Fochart: quē dicūt locū natiuitatis Brigidæ uirginis: & quartus erat Malachias. Ad quē presbyter q hoſpitio ſuſceperat eos, quid facīā ingt q piſces non habeo? Quo rn̄dēte ut quæreret à piſcatoribus, Bienniū eſt ait q non inueniunt piſces in flumine, unde & piſcatores prorſus diffiſi etiā artī ſuæ renūciauerūt. Et ille. Præcipe, ingt, laxari rhetia in noīe dñi. Factum eſt, & capti ſunt ſalmones, xij. Sc̄'o miſerūt, & captis totidē: inopinatū inferūt mēſis & ferculū & miraculū. Et ut clare liqueat Malachiæ meritis hoc datum fuiſſe, alijs quoq; duobus ſequentibus annis cadē nihilomin⁹ ſterilitas pdurauit.

¶ Fuit quidam clericus in Leſmor, pbabilis ut ferē uitæ, ſed fidei non ita. Is ſciolus in oculis ſuis præſumpſit dicere in Euchariſtia eſſe tantūmodo ſacrm̄, & non rem ſacramenti, id eſt ſolam ſanctificationē & nō corporis ueritatē. Sup quo à Malachia ſecreto & ſæpe cōuent⁹ ſed in caſſum, uocat⁹ ad medium eſt, ſeorſum tm̄ à laicis, ut ſi fieri poſſet ſanaretur, & nō

Universidad de Deusto
Biblioteca

cõfunderet. Itaq; in cõuẽtu clericorũ data facultas homini est ꝓ sua ſnĩa rñdẽdi. Cumq; totis ingenĩ uiribus (quo nõ mediocriter callebat) asserere & defendere conaret errorẽ, Malachia cõtra dispũtãte & cõuincẽte, iudicio oĩm supãt, de cõuẽtu cõfusius qdẽ exĩt, sed nõ correct. Dicebat aũt se non rõne uictũ, sed ep̃i ꝓssum auctoritate. Et tu, inqt ꝺ Malachia, sine cã me hodie cõfudisti, aduersus ꝓfectõ ueritatẽ locut, & cõtra tuã ipsi cõsciam. Mœst Malachias ꝓ hoie sic idurato, sed magis fidei dolẽs iniuriã, timẽs piculũ, ecclĩam cõuocat, errãtẽ publice arguit, publice monet ut resipiscat. Suadẽtib hoc ip̃m ep̃is & uniuerso clero, cui nõ acqesceret, cõtumaci anathema dicũt, hæreticũ ꝓtestãtes. Nec sic euigilãs, oẽs inqt sanctis hoi poti quã ueritati. Ego ꝑsonã nõ accipio ut deserã ueritatẽ. Ad hoc uerbũ subito machãs sctũs, dñs inqt fateri te ueritatẽ faciat uel ex necessitate. Quo rñdẽte amẽ, soluit cõuẽtus. Tali ille iustus cauterio fugam meditat, infamis atq; inhonorus fore nõ sustinẽs. Et cõtinuo sua tollẽs exibat, cũ ecce subita corrept infirmitate sistit gradũ, uiribusq; deficiẽs eodẽ loco iactat se sup solũ anhel & fessus. Fortẽ incidẽs in id loci uagabũd insan offendit hoiem. qdnã sibi agat pcũctat. Rñdet graui se infirmitate teneri, & neq; ꝓcedere neq; redire ualentem. Et ille. Infirmitas ista haud alia inqt quàm ipsa mors est. Hoc aũt nõ dixit à semetip̃o, sed pulchre dñs per insanũ corripuit eũ, q sanis acqescere noluit cõsilijs senatorũ. Et addit. Reuertere domũ, ego te iuuabo. Deniq; ip̃o duce reuertit ĩ ciuitatẽ, reddit ad cor, & ad mĩam dñi. Eadẽ hora accitur ep̃s, agnoscit ueritas, abijcit error, cõfessus reatũ absoluit, petit uiaticũ, dat recõciliatio. & uno penè momẽto pfidia ore abdicat, et morte diluit. Ita mirãtib cũctis sub oĩ celeritate cõplet est sermo Malachiæ & scripturæ pariter dicẽtis, qa uexatio dat intellectum auditui. ¶ Inter ppos quarũdã regionũ orta aliq̃n grauis discordia est. Interpellat Malachias de cõponẽda pace inter eos. Et cũ eẽt alias impedit, inijũgit negocijũ hoc uni ep̃o. Illo excusante & negãte & dicẽte Malachiã nõ se q̃situ, se contẽptũ iri, frustra fatigari nolle: uade inqt, & dñs erit tecũ. Et ille: Acqesco, sed si me non audierint, scito me ad tuã p̃nitatẽ appellaturũ. Subridẽs Malachias, fiat inqt. Tũc ep̃s cõuocatis partib dictat formã pacis, acqescũt, recõciliãt adiuicẽ, fide hĩcinde data stabilit pax: & sic dimisit eos. At pars una uidens hostes factos securos, imparatos eẽ (qppe q pace facta mali nihil suspicarent) loq̃bant mutuo: & dicebat hõ ad ꝓximũ suũ. Quid uolum facere: Victoria præ manib est, & ultio de inimicis. Et cœpe iseq illos. Innotuit ep̃o qd̃ fiebat, & accurrẽs cõuenit ducẽ eorũ sup iniqtate & dolo, sed spretus ab illo est. Inuocauit nomẽ Malachiæ aduersus eũ: & nihilli pendit. Irridensq; ep̃m, putasne inqt ꝓpter te amittere debeamus malefactores nr̃os quos de tradidit in manus nr̃as? Et recordat uerbi sui ep̃s qd̃ habuerat cũ Malachia, ftẽs & eiulãs uerso uultu ad monasteriũ eius, ubi es ait hõ dei, ubi es: Nõnne hoc est p̃mi qd̃ tibi dicebã? Heu heu ueni ut facerẽ bonũ, & nõ malũ: & ecce ꝑ me oẽs, illi ĩ corpe, isti in aĩa pereũt. Multa in hũc modũ loquebat lamẽtãs & plangens, & quasi p̃ntẽ solicitãs & cõpellãs Malachiã adversus malignãtes. Interim uerò impñ cũ qb fecerant pacem, insequi nõ desistebant ad perdẽdum eos. Et ecce spiritus mendax in ore quorũdã uirorũ q eos decipet. Et occurrerũt illis ĩ uia uiri nũciãtes factã irruptionẽ in terras ipsor, ab aduersarijs in ore gladij cõsumi oĩa, & diripi bona eorũ, uxores quoq; ac liberos tolli & abduci. His auditis, reuersi sunt festinãter. Sequebant ultimi primos, quo irent aut qd accideret neciẽtes. Nec eñ oẽs audierant uiros loquentes. Cumq; uenissent & inuenissent nihil horũ quæ nũciata erãt, cõfusi sunt, deprehensi in malitia sua. Et cognouerũt spũi erroris se traditos ꝓpter nũcium Malachiæ quẽ deceperũt & nomẽ ei qd̃ spreuerũt. Porrò ep̃s audiẽs frustratos ꝓditores in iniquitate sua quã cogitauerant, cũ gaudio remeauit ad Malachiã, referens oĩa p ordinẽ quæ acciderãt sibi. ¶ Sciens Malachias eiusmodi occasiõe pacẽ esse turbatã, nactus opportunũ tẽpus, pacem per semet inter ipsos denuo reformare curauit, & firmare reformatã, datis & receptis altrinsecus fide & iuramento. Verum illi quibus ante pax fracta fuit, iniuriæ memores, neglecto pacto & p̃cepto Malachiæ, tractauerunt de uice reddẽda. Et cõgregati oẽs in unũ ibãt ut iparatos ꝓoccuparẽt, redderẽtq; i caput eor malũ qd̃ sibi facere cogitassent. Et magno flumine qd̃ ĩtererat facillime transuadato, fluuiolo quẽ nõ ꝓcul ab illo offendere, retẽti sũt. Neq; eñ iam fluuiolus sed planè fluuius ingens apparuit, ubiq; sui trãsire uolentib trãsitu negãs. Mirari oẽs tñ nũc esse, tãtillũ ante hac fuisse sciẽtes, & loq inter se. Vnde inundatio hæc: Aer seren est, imbres nõ sunt, nec ꝓxie fuisse memĩnim. Et si multũ pluisset, qs nostrũ unquã hacten memĩnit in quãtacunq; illuuie ita intumuisse ut opiret terrã, sata & prata ꝓuaderet: Digitus dei est iste, & dñs sepit uias nr̃as ꝓpter sctũ suũ Malachiã cui sum ꝓuaricati pactũ, trãsgressi mãdatũ. Ita & hi ĩfecto negocio ad sua æque cõfusi repedauerũt. Diuulgatũ est uerbũ ꝓ uniuersam regionẽ, & bñdicebãt deũ, q cõphẽdit sapiẽtes in astutia sua, & cõfringẽs cornua pct or sublimauit cornu Xp̃i sui. ¶ Aliqs de nobilib infensus regi, recõciliat est ꝓ manũ Malachiæ. Nec eñ regi satis fidebat ille ut pacẽ cum eo faceret nisi mediante Malachia, aut quẽ rex æque reuereret. Nec immerito, ut post apparuit. Nã factũ securũ & minime iã cauẽtem sibi captũ trusit in uincula, odio antiquo captus plus ipse. Regrit homo à suis de manu mediatoris. (Nec eñ aliud amici expectare quàm mortẽ). Quid faceret Malachias: Nõ est qd̃ possit nisi ut recurrat ad suũ illud solitũ unicumq; refugiũ. Cõgregato exercitu forti nimis turba magna discipulor suor adit hoiem, reqrit uinctũ, negat. Et Malachias. Iniq̃ inqt agis cõtra dñm, & contra me, & cõtra teip̃m, pactũ præuaricãs. Si dissimulas tu, sed nõ ego. Credidit se hõ fidei meæ. si cõtingat mori, ego ꝓdidi eũ, ego reus sanguinis ei. Quid tibi uisum est me proditorẽ, te ꝓuaricatorẽ constituere: Noueris me donec liberet nihil gustaturũ, sed neq; istos. Sic locutus intrat ecclesiã: deũ oĩp otẽte suis suorumq; anxijs gemitibus interpellat, ut iniuste addictũ dignet eripere de manu præuaricatoris & iniq. Et ea die cũ nocte sequẽti in ieiunio & oõne pstiterũt. Perlatũ ad regẽ qd fieret, & magis inde indu-



S cui Benchorẽsis monasteriũ cesserat possessiones, ingrat bñficio, extũc & deinceps insolentissime semp se habuit aduersus eum & suos, in oĩb infest ei, ubiq; ĩsidiãs detrahẽsq; actibus eius. At non impune hoc. Erat illi unicus filius q imitator patris audẽs aliquid & ipse in Malachiã, eodẽ anno mortuus est. Mortuus autẽ sic. ¶ Visum est Malachiæ debere construi in Benchor oratoriũ lapideũ, instar illorum quæ in alijs regionibus extructa cõspexerat. Et cũ cœpisset iacere fundamenta, indigenæ quidẽ mirati sunt, q in terra illa necdũ

illis necdū eiusmodi ædificia inuenirētur. Verū ille nequā (sicut erat p̄sumptuosus & insolens) non modo miratus est sed indignat⁹. Ex qua indignatione cōcepit dolorē, & peperit iniqtatē. Et factus susurro in pplis, nūc secrero detrahere, nunc blasphemare palā, notare leuitatē, nouitatē horrere, sumptus exaggerare. Istiusmodi uenenatis sermonibus solicitās & inducēs multos ad phibendū, sequi minime iniqt, & qđ nō nisi p nos fieri debet, cōtra nos fieri nō sinamus. Itaq; cum plurib⁹ quib⁹ suadere ualuit descēdit ad locū, repertū cōuenit hoīem dei prim⁹ ipse dux uerbi, q erat principiū mali. O bone uir, qd tibi uisum est nostris hāc inducere regionib⁹ nouitatē? Scoti sum⁹, nō galli. Quæ nā leuitas hæc? Quid op⁹ erat ope tā supfluo, tā supboc? Vñ tibi paupi & īopi sumpt⁹ ad pficiēdū? Quis perfectum uidebit? Quid istud præsumptionis, inchoare qđ nō queas nō dico pficere, sed nec uidere pfectū? Quāquā ametis magis est quàm prudētis conari qđ modū excedit, uincit uires, superat facultates. Cessa, cessa, desine à uesania hac. Alioquin nos nō sinim⁹, nō sustinemus. Hoc dixit, pdēs qd uellet nō qd posset cōsiderās. Nā de qbus p̄sumebat & secū adduxerat, uiso uiro mutati sunt, & iam nō ibāt cū eo. Ad quē uir sanctus tota libertate utens, miser inqt, opus qđ inchoatū uides, & iuides, sine dubio pficiet pfectū uidebūt multi. Tu uerò qa nō uis nō uidebis, & qđ nō uis, morieris: attēdito tibi ne in pctō tuo morāris. Ita est ille mortuus est, & opus cōpletū est, sed ille non uidit, q ut p̄fati sum⁹, anno eodē mortu⁹ est. ¶ Interim pater audito mox qd de filio uir sctūs p̄dixisset, sciens uerbū eius uiuū & efficax esse, interfecit inquit filiū meū. Et instigāte diabolo, tāto furore exarsit in illū, ut corā duce & maioribus ulydiæ, falsitatis & mēdacij arguere nō uereret hominē q ueracissim⁹ esset, ueritatis & discipulus & amator, & cōuitiū intulit, simiā appellās. Et Malachias qdē doct⁹ nō reddere maledictū, p maledicto, obmutuit, & nō apuit os suū dū cōsisteret pctōr aduersus eum. Sed nō dns oblitus sermōis sui quē dixerat, mihi uidictā & ego retribuā. Eadē die domū reuersus hō luit, linguæ effrenis temeritatem, ipso ultore quo instigatore laxarat. Arreptū in ignē p̄cipit dæmon, sed mox manib⁹ assistētiū extract⁹ est, adustus tñ corpis parte, & mēte captus. Et dū insaniret, uocatus Malachias uenit, repperitq; maledicū spumantia ora torquētē, horrēdis uocib⁹ & motib⁹ terrentē oīa, ac toto corpe agitatū uix posse teneri à pluribus: & orās p inimico uir toti⁹ pfectiōis exaudit⁹ est, sed ex parte. Nam illico qdē sctō orāte ille apuit oculos, & sensum recepit. Relict⁹ est aūt ei spūs dñi mal⁹ q eū collaphizet, ut discat nō blasphemare. Ctedim⁹ eum uiuere usq; adhuc, & usq; ad hæc tpa luere pctā grāde qđ peccauit in sanctū, certis tpibus, tñ ferunt lunaticū esse. Porrò p̄dictæ possessiones cū iā p sui imbecillitate & inutilitate eas tenere nō ualuit, in pace ad locū cui⁹ extiterāt redierūt. Nec renuit Malachias, post multā demū uexationē, pacis obtētū. Sed iā ad opus ædificij qđ Malachias aggressus est, sexmo recurrat. ¶ Et quidē nō erat Malachiæ nō dico unde pficeret, sed unde faceret quicquam. Erat aūt cor eius fiduciam habēs in domino. Dns uerò puidit, ut & si nō sperāti in pecuniæ thesauris, pecunia nō deesset. Quis enim alius fecit ut thesaurus eo loci reponeret, repositū nō reperiret usq; ad tēpus & op⁹ Malachiæ? Inuenit dei famul⁹ in dei marsupio qđ defuit suo. Merito qdē. Quid eīm iust⁹ quàm ut cui p deo non erat proprū, cū deo iniret cōsortium, & marsupium unū esset amborū? Fideli deniq; hoī tot⁹ mūdus diuitiarū est. Et quid est ille nisi quoddā marsupium dei? Deniq; ait. Me⁹ est orbis terræ, & plenitudo ei⁹. Inde est q Malachias reptos argēteos multos non reposuit, sed exposuit. Nā totū munus dei, in dei op⁹ iubet expēdi. Nō suas, nō suorū cōsiderat necessitates, sed iactat cogitatum suum in dño: ad quē utiq; recurrendū nō dubitat q̄ties necessitas postularit. ¶ Nec dubiū dei op⁹ esse, qđ deo reuelāte Malachias præuidit. Cōtulerat primū cū fratribus de opere illo, & multi præ inopia min⁹ libēter assentiebāt. Inde anxius dubiusq; quid ageret, cœpit inter orandū uehementer inquirere quænam foret uoluntas dei. Et die quadam de uia regredies, cum iam loco appropiaret, p̄spexit eminus, & ecce oratorium apparuit magnū lapideum & pulchrum ualde. Et intuēs diligenter situm, formam & compositionē, cum fiducia arripit opus, prius quidē indicata uisione seniorib⁹ fratribus, paucis tamē. Sanè totū quod attente notauit de loco & modo & qualitate, tanta diligētia obseruauit, ut peracto opere factum uiso simillimum appareret, ac si & sibi cum Moyse dictū audierit: Vide ut omnia facias fm exemplar quod tibi ostensum est in monte. ¶ Eodē uisionis genere id quoq; quod in Sabballino situ est, antequam fieret præostensum est illi non modo oratorium, sed & monasteriū totum. ¶ Transeunte illo per quādam ciuitatem, & multitudine magna cōcurrēte ad eum, casu uidit iuuenem inter alios uidēdi se curiosum. Ascenderat lapidē, & stans super summos articulos, extento collo, oculis & animo intendens in eum, quendam illi de nouo Zacheū exhibebat. Nec latuit Malachiam, sancto quidem spiritu reuelante, uerè illū uenisse in spiritu & uirtute Zachei. Dissimulauit tūc tamē, tacitusq; pertrāsiit. Cæterum in hospitio nocte ipsa narrauit fratrib⁹ quomodo illū uidisset, & quid præuidisset de illo. Die autem tertia: en ille cum uiro quodam nobili domino suo. Qui aperiēs uotum & desiderium iuuenis, rogabat ut à se commendatum recipere dignaretur, & habere decætero inter suos. Et Malachias agnoscens eū, non est opus (inquit) ut quē iam deus commendauit, homo commendet. Apprehensumq; manu sua tradidit abbati Congano nostro, & ille fratribus. Ipse uerò iuuenis (adhuc ni fallor uiuens) primus conuersus laicus Suriensis monasterij testimonium habet ab oībus q̄ sancte conuersetur inter fratres fm ordinem Cistercien sem. Et cognouerūt discipuli etiam in hoc Malachiam prophetiæ spiritum habuisse. Non solum autem, sed & in eo quod subiuncturi sumus. ¶ Cū sacramēta offerret, & appropiasset ei diaconus facturus aliquid pro officio suo, intuitus eum sacerdos ingemuit, q̄ sensisset pe nes illū latere quod nō cōueniret. Peracto sacrificio, secreto percunctatus de cōscientia sua, cōfessus est & nō negauit, illusum sibi p somniū nocte ipsa. Cui iniungens pœnitentiā, nō debueras inquit, hodie ministrasse, sed uerecunde te subtrahere sacris, & deferre tātis tamq; diuinis mysterijs, ut hac humilitate purgatus, dignius exinde ministrares. ¶ Item alia uice sacrificante illo, & orante hora sacrificij, ea quidem sanctitate & puritate cordis qua solitus erat, astante diacono uisa est columba intrare per fenestrā in claritate magna. Ea sacerdos perfunditur totus, ea subobscurior Basilica tota refulget. Columba uerò aliquandiu circumuolitans tandem residet super crucem ante faciem sacerdotis. Obstupuit diaconus, & pauens tum pro luminis, tum pro uolucris nouitate, quod illa sit rara auis in terra, cecidit super faciem suam, & uix palpitans sese erigere ausus est, uel quando officij sui necessitas postulauit. Post missam seorsum conuentus à Malachia sub periculo uitæ iubetur, nullaten⁹ prodere quod uidisset, quo ad uiueret ipse. ¶ Aliq̄n cum in Ardinacha esset, cum quodam coepo suo de nocte surgens cœpit memorias sanctorum quæ in cimiterio sancti Patritij multæ sunt orando lustrare. Et ecce unum de altarib⁹ subito ardere cōspiciūt. Ambo enim uiderunt uisionē hanc magnam, & ambo mirati sunt. Et Malachias intelligens signum esse magni meriti illius uel illorū quorum sub altari illo corpora requiescerent, currēs, & se medijs immergens flammis, expansis brachijs sacram amplexatus est aram. Quid ibi fecerit. Quid ue senserit, nemo qui sciat, sed q̄ amplius⁹ solito cælesti igne succensus ex illo igne exierit, fratrū qui cum eo tunc erāt reor neminem esse qui nesciat.

Hæc dicta sunt pauca quidē de pluribus sed multa pro tpe. Non enim signoꝝ tempora hæc, fm illud, signa nō uidimus: iam non est propheta. Vnde satis apparet Malachias meus quantus

Universidad de Deusto
Biblioteca

in meritis fuit, qui tã multus in signis extitit: & in ratitate tanta. Quo cũ antiquorũ gñe miraculorũ Malachias nõ claruit? Si bene aduertim⁹ pauca ipsa quæ dicta sunt, nõ ꝓpheria defuit illi, nõ reuelatio, nõ ultio impioꝝ, non gra sanitatũ, nõ mutatio mentiũ, non denicꝫ mortuorum suscitatio. Per oia bñdict⁹ de⁹, q sic amauit & ornauit eũ, q & magnificauit eũ in cõspectu regũ, & dedit illi coronã gloriæ. Amor probat in meritis, ornatus in signis, magnificatio in ultiõe inimicorũ glorificatio in præmiorum retributione. Habes diligẽs lector in Malachia qd mireris, habes & qd imiteris: nũc iam quid tibi ex his sperandum sit, studiosus attende. Nam finis horũ, preciosa mors est.

Et cũ stat⁹ aliqñ quonã in loco si optio det, extremũ malit agere diem (de hoc siquidẽ fratres quærebãt inter se quẽ sibi quisq; deligeret, cunctatur & nõ rñdet. Instãtib⁹ illis, si hinc migro inquit, nusquã libẽtius quàm unde unà cũ nostro apostolo resurgere possim. Dicebat aũt sanctũ patritiũ. Si peregrinari oportet, & ita pmittit de⁹, Clarãuallẽ delegi. Regressus item de tẽpore, die rñdit solemnẽ oim defunctoꝝ. Si simplex uotũ putat, impletũ est. Si ꝓphetia, ne iota ꝓteritur. Sicut audiuim⁹, sic uidimus de loco pariter & de die. Dicam⁹ breuiter quo ordine istud quãue occasiõe prouenerit. ¶ Aegre satis ferebat Hyberniam usq; adhuc pallio caruisse, utpote æmulator sacrorũ, quorũ ne uno q̃libet gẽtẽ suã uellet oino fraudari. Et recordatus sibi à papa Innocẽtio fuisse pmissum, inde magis tristari, ꝙ dum adhuc ille supfuit, nõ fuit missum pro eo. Et nactus occasionem, ꝙ papa Eugenius summam regiminis teneret, & eo tpis usq; in Frãciã appropiasse nũciaret, opportunitatẽ regrẽdi se inuenisse gauisus est. Præsumebat aũt de illo, utiq; uiro tali, & de tali assumpto ꝓfessiõe. Magis uerò ꝙ suæ Clareuallis specialis fili⁹ extitisset, nec timeret apud illũ se ullam sustinere difficultatẽ. Itaq; cõuocant epi, cõciliũ cogitur, tractata triduo quæ tpi immínerãt, die quarto apitur cõsiliũ de pallio regrẽdo. Placet, sed si ꝑ aliũ reqrat. Tamẽ ꝙa breuior uia, & ob hoc tolerabilior pegrinatio uideret, nõ fuit qui eius obuiare ꝓsumeret cõsilio & uoluntati. Et Malachias soluto cõcilio arripit iter. Prosequuntur eũ q cõuenerãt fratres usq; ad littus, non multi tñ, ipso nimirũ ꝓhibẽte. Ad quẽ un⁹ illoꝝ Catholic⁹ noĩe flebili uoce & fletu heu tu abis inqt, & in quãta penè quotidiana uexatione me deseris nõ ignoras, nec fers opẽ misertus mei. Si ego dign⁹ q patiar, fratres qd peccauerũt, q uix diem nocte mue ullam à tã laboriosa cura & custodia mei feriatã habere sinũtur? His uerbis & lachrymis filij (flebat em̃) paterna uiscera cõcussa sunt, & amplexat⁹ est eũ blãdiendo, impressoq; pectori ei⁹ signo crucis, cert⁹ esto inqt te eiusmodi nil passurũ donec redeã. Erat aũt epilepticus, & cadebat frequẽter: ita ut interdũ nõ semel, sed sæpi⁹ pateret in die. Hoc iã ꝑ sex annos morbo horrido laborabat, sed ad uerbũ Malachiæ, pfecte cõualuit. Ab illa hora nil tale perpessus est, nil tale ut cõfidimus deinceps ꝓpessurus, qa Malachias deinceps rediturus nõ est. ¶ In ipso ascẽsu nauis accedunt duo ex his q illi familiarius adhærebant, audentes & petentes aliqd ab eo. Quibus ille. Quid uultis? Non dicim⁹ inqũt, nisi spõdeas te daturũ. Spõdet. Et illi. Volum⁹ nobis certo pmitti à tua dignatiõe, te in Hybernia incolumẽ reuersurũ. Instare & cæteri oẽs. Tum ille parũper deliberans, pœnitere primo ꝙ se alligasset, qua exiret nõ inueniẽs. Angustiæ undiq;, dũ nil occurreret ab alterutro tutũ periculo, uoti uidelicet aut promissi. Visum est tandẽ id poti⁹ eligẽdũ, qđ in præsentiarũ pl⁹ urgeret, reliquũ supnæ cõmittẽdũ dispositioni. Annuit tristis quidẽ, sed magis illos noluit contristare, & respondens eis ut uolũt, ascẽdit nauẽ. Et cum iam ferè medũ iter æquoreũ peregissent, subito cõtrarius uentus nauem repellit, & reducit in terrã Hyberniæ. Descendẽs de nauí in ipso portu in quadam sua ecclesia pernoctauit. Et lætus gratias egit diuinæ cõsilio prouidentiæ, quo factũ est ut iam fecerit satis pro sua promissione. Mane uerò intrans nauem, ipsa die prospero cursu transfretauit, & uenit in scotiam. Die tertia puenit ad locũ qui uiride stagnũ dicitur, quem fecerat præparari ut ibi statueret abbatiam. Et relicto illic de filijs suis fratribus nostris monachorũ conuẽtu & abbate (nã secũ ad hoc ipsum eos adduxerat) uale dicẽs eis profect⁹ est. Et cũ trãsiret, occurrit ei rex Dauid, à quo recept⁹ cũ gaudio & retentus per aliquot dies, multaq; operatus placita deo, inchoatũ repetit iter. ¶ Et pertransiens scotiã in ipso introitu angliæ diuertit ad ecclesiam Gisiburnensem, ubi habitant uiri religiosi canonicam ducẽtes uitam, ab antiquo familiares ei pro sua religiositate & honestate. Ibi adducta est ad eum mulier patiẽs morbum quẽ canerum uulgo appellãt, ipso horrendum uisu: & sanauit eã. Nam ubi aqua cui benedixit, aspersa sunt ulcerũ loca, dolorem nõ sensit. Die uerò sequenti uix ulcera apparebãt. Abiens inde ad mare uenit, sed negatur transitus. Causa ni fallor fuit orta simultas quædã inter summũ pontificem & regẽ angliæ, ꝙ rex nescio qd mali suspicaretur de bono illo hoie si transiret. Nam neq; alios epos transire sinebat. Quod quidem impedimẽtum etsi fuit contrarium Malachiæ uoluntati, sed non uoto. Dolebat differri à desiderio suo, nesciens magis per hoc impletum iri. Nam si incontinenti transisset, opportebat transire etiam Clarãuallem, ut summum pontificem sequeretur. Iam enim abierat, & erat Romæ, aut prope Romam. Nunc uerò intercedente dilatione factum est ut tardius transfretans, ad locum & horam sanctissimi sui obitus opportune occurreret.

Vt à nobis susceptus est tanquã uerus ab occidente uenies, uisitans nos ories ex alto. O quãtũ nostræ Clareuallí irradiãs sol ille, claritatis adauxit, quàm iucundus ad eius introitũ dies festus illuxit nobis. Hæc dies quam fecit dñs, exultatũ & lætatũ in ea. Quàm celer & salies tremulus ac debilis mox ipse occurri. Quàm læt⁹ in oscula rui, quàm lætis brachijs missam cælitus mihi amplexatus sum gratiam. Quàm alacri uultu & animo mi pater introduxi te in domũ matris meæ, & in cubiculum genetricis meæ. Quàm festiuos deinde tecum duxi dies, sed paucos. Quid uerò ille uiscissim nobis? Nempe hilarem, nempe affabilem peregrinus noster omnibus se præbebat, omnib⁹ incredibiliter gratum. Quàm bonum & quàm iucũdum agebat hospitem apud eos quos nimirũ uidere uenerat à finibus terræ, non auditurus Salomonem sed exhibiturus. Denicꝫ audiuimus sapientiam eius, tenuimus præsentiam eius & tenemus. Iam quatuor aut quinq; dies huius nostræ solẽnitatis defluxerant. cum ecce die solẽni beati Lucæ euangelistæ missã in conuentu sua illa sancta deuotione celebrata, febre correptus lecto decubuit, & nos cum illo omnes. Extrema gaudij nostri mœror occupat, moderatior tñ, ꝙ leuior iterim febris esse uideretur. Videres discurrere fratres, dandi aut dos, uel accipiendi. Cui non dulce uidere illum? cui non dulcius ministrare illi? Vtrunq; suaue, utrunq; salutare. Et humanitatis erat præbere obsequiũ, & profectus cuiq; sui, cum gratiam reportaret. Assistere omnes, oẽs soliciti erant circa frequens ministeriũ, medicamẽta perquirere, adhibere fomenta, urgere sæpius ad gustandum. Ad quos ille, sine causa inquit hæc, sed charitate uestri facio quicqd insungitis. Sciebat enim immínere tempus suæ migrationis. Cumq; fratres qui cum eo uenerant, fidentius instaret dicentes non oportere diffidere de uita, nec enim signa mortis in eo aliqua apparerent: oportet inquit hoc anno Malachiã exire de corpore. Et infert. Ecce appropinquat dies quem (ut optime nostis) optaui semp ipsum fore diẽ resolutionis meæ. Scio cui credidi, & certus sum nõ fraudabor reliquo desiderij mei, qui partẽ iam teneo. Qui me sua misericordia perduxit ad locũ quẽ petij, terminũ quẽ æque uolui nõ negabit. Quod ad hoc corpusculũ attinet, hic reqes mea, quòd ad aiam, dñs ꝓuidebit, q saluos facit: sperantes in se. Nec parum spei repositum mihi in die illa qua mortuis tanta à uiuis beneficia impendũtur. Nec longe aberat dies ipsa cum talia loqueret. Interea iubet se sacro oleo

cro oleo ungí. Exeunte cõuentu fratrũ ut solẽniter fieret, nõ sustinuit ut ad se ascenderẽt, ipse descẽdit ad eos. Iacebat siquidẽ in solario, domo superiori. Vngitur, & sumpto uiatico fratrũ se orationibus, & fratres cõmendãs deo, ad lectum reuertit. Alto de solio descendebat pedibus suis, & rursum nihilominus suis pedibus ascendebat, & dicebat mortẽ esse in anuis. Quis hũc hoiem crederet moriturũ? Solus ipse & deus id scire poterãt. Non uultus pallidior, nõ macilẽtior uidebat, nõ rugata frons, nõ recõditi oculi, nõ nares extenuatæ, non cõtracta labia, non adusti dentes, non collũ exesum & gracile, nõ curui humeri, non caro exinanita in corpe reliquo. Hæc erat gra corpis ei⁹, & hæc glia uult⁹ eius, q̃ nõ euacuat ne in morte quidẽ. Talis quo ad uixit, talis & mortuus apparebat uiuẽti similior.

CVcurrim⁹ usq; huc, sed modo hæremus, qa Malachias cursum cõsummauit. Stat ille, & nos pariter stamus cum eo. Alioquin qs libenter curat ad mortẽ? Præsertim tuã pater sancte qs referre possit, qs uelit audire? Attũ dilexim⁹ nos in uita, in morte non separabimur. Fratres, nõ relinquamus in morte, quẽ in uita prosecuti sum⁹. Ab ulteriori scotia usq; huc cucurrit ille ad mortẽ, eamus & nos, & moriamur cũ eo. Oportet oportet dicere quàm cernere necesse fuit. Adest omnium sanctorũ clara ubiq; celebritas, sed iuxta ueterẽ sententiam, musica in luctu importuna narratio est. Adsumus, canimus uel inuiti. Flendo cantamus, & cantãdo flemus. Malachias etsi, non cantat, non plorat tamen. Quid enim ploret, qui appropinquat ad gaudium? Nobis qui relinquimur, relinquitur luctus, solus Malachias festũ facit. Quod enim non potest corpore, facit mente, sicut scriptum est. Cogitatio hominis cõfitebit tibi, & reliquiæ cogitationis diem festũ agent tibi. Deficiẽte illi corporis instrumento, silente organo oris, officio uocis cessante reliquũ est ut mentis iubilo solemnizet. Quidni solemnizet sanctis, q̃ sanctorũ ducit ad solẽnitatẽ? Exhibet illis quod mox sibi debebitur. Adhuc modicũ, & ipse unus ex ipsis est. Sub noctis crepusculo cum iam utcunq; diei à nobis expleta celebritas foret, Malachias appropinquauerat nõ crepusculo, sed auroræ. An nõ illi aurora, cui nox præcessit, dies autem appropinquauit? Itaq; febre inualescente, cœpit ex intimis ardẽs per omne corp⁹ erũpere sudor, ut quodammodo pertransiens per ignẽ & aquã, educeret in refrigerium. Iam despatur de uita eius, iam quisq; suũ iudicium reprehendit, iam nulli dubiũ Malachiæ sententiam prævalere. Vocamur, adsumus, & ille oculos leuans in circũstantes, desiderio desiderauit, inqt hoc pascha manducare apud uos. Gratias ago supnæ pietati, nõ sum fraudatus à desiderio meo. Vides hoiem securũ in morte, & necdum mortuum, iam certũ de uita. Nec mirum. Vidẽs adesse notẽ quàm expectauerat, & in ipsa diescere sibi, quasi de notẽ triumphans, uidetur insultare tenebris, & quodammodo loqui. Iam non dicã, forsitan tenebræ cõculcabũt me: quia hæc nox illuminatio mea in delicijs meis. Et blande nos cõsolans, habete inquit curam mei, ego uestri si licuerit nõ obliuiscar. Licebit autẽ. Credidi in deũ, & oĩa possibilia credenti. Amaui deũ, amaui uos, & charitas nunquã excidit. Et suspiciẽs in cælũ, deus (inqt) serua eos in noĩe tuo. Nõ solũ aũt eos sed & oẽs, qui p uerbũ ac ministeriũ meum, tuo se mancipauere seruitio. Deinde imponẽs manus singulis, & bñdicens oibus, pausatũ ire iubet, qa nõdũ uenerat hora eius. Imus, redimuscirca medium noctis, nam ea hora lux lucere in tenebris nũciatur. Impletur domus, adest cõgregatio tota, abbates quoq; multi qui conuenerãt. Psalmis & hymnis & canticis spualib⁹ prosequimur amicũ repatriantẽ. ¶ Anno ætatis suæ quinquagesimo q̃rto, loco & tpe quo prælegit & p̃dixit Malachias eps & legatus sanctæ apostolicæ sedis, uelut è manib⁹ nostris assumpt⁹ ab angelis, fœliciter obdormiuit in dño. Et uerè obdormiuit. Vultus placidus, placidi exitus indiciũ fuit. Et quidẽ oĩm oculi fixi in eum, nemo tamẽ qui quãdo exiuit aduertere potuisset. Mortuus uiuere, & uiuẽs mortuus putabat adeò nil intercidit quod alterutrũ distermi naret. Eadem uisuacitas uultus, serenitas eadẽ, qualis appa rere solet in dormiẽte. Diceres mortẽ nil horũ tulisse, magis auxisse plurimũ. Non est mutat⁹, sed ipse mutauit oẽs. Mirũ in modũ luctus & gemitus oĩm subito conquieuit, mutatur in gaudiũ mœror, planctũ cantus excludit. Effertur, ferũtur in cælũ uoces, infert oratorio abbatum humeris. Vicit fides, triũphat affectus, res in suũ deuenit statũ, cuncta gerũtur ex ordine, cuncta ex ratione procedunt.

ET reuera quid ratiõis habet immoderatius plãgere Malachiam, quasi non sit preciosa mors eius, quasi non sit magis somnus quàm mors, quasi nõ sit mortis portus, & porta uitæ? Malachias amicus noster dormit, & ego lugeam? Luctus iste usu se nõ ratiõe tuetur. Si dñs dedit dilecto suo somnum, & talem somnũ in quo hæreditas dñi, filij merces, fructus uentris, quid horũ uidetur fletũ indicere? Ego ne fleã illũ qui fletũ euasit? Ille tripudiat, ille triũphat, ille introduct⁹ est in gaudiũ dñi sui, & ego eũ plangã? Cupio mihi hæc, nõ illi inuideo. ¶ Interim parant exequiæ, offert pro eo sacrificiũ, consummantur ex more omnia cum summa deuotione. Stabat eminus puer cui emortuum pendebat à latere brachiũ, magis illi impedimẽto quàm usui. Quo cõperto, innuí ut accederet. Et apprehensam aridã manũ applicui ad manũ epi, & uiuificauit eam. Nẽpe uiuebat in mortuo gratia sanitatũ, & manus eius fuit mortuæ manui q̃ mortuo homini Helisæus. Puer ille dẽlõge uenerat, & manum quã pendẽtem attulerat, sanam in patriã reportauit. Iam oĩb⁹ rite peractis, in ipso oratorio sanctæ dei genitricis Mariæ, in quo sibi bene cõplacuit, Malachias tradit sepulturæ, anno ab incarnatione dñi Millesimo cẽtesimo quadrageſimooctauo, quarto nonas nouembris. Tuum est Iesu bone depositũ, quod nobis creditũ est: tu⁹ thesaurus reconditur penes nos. Seruamus illum resignandũ in tempore quo reposcendum censueris, tantum ut absq; cõtubernalibus suis non egrediatur, sed quem habuim⁹ hospitem, habeam⁹ ducem, tecum & cum ipso pariter regnaturi in secula seculorum. Amen.

¶ *Sermo sancti Bernardi abbatis in festiuitate sancti Malachiæ: qui legitur pro octo primis lectionibus eiusdem festiuitatis.*

IAquet dilectissimi q̃ dũ corpore retinemur, peregrinamur à dño: ac p hoc luctũ magis quàm gaudium miserandũ nobis indicit exilium, & cõscientia delictorum. Quia tñ apostolico ore gaudere cũ gaudentibus admonemur, in omnẽ nos suscitari lætitiam tempus & causa requirit. Nam si uerè (quod propheta sensit) exultãt iusti in cõspectu dei: exultat sine dubio Malachias qui in diebus suis placuit deo, & inuentus est iustus. In sanctitate & iustitia corã ipso ministrauit, placuit ministeriũ, placuit & minister. Quidni placuerit? Posuit sine sumptu euãgelium, repleuit euangelio patriã, suorum maxime feralẽ edomuit barbariem Hybernorũ, leui iugo Christi in gladio spiritus exteras subdidit nationes, usq; ad extrema terræ restituẽs hæreditatẽ suã illi. O ministeriũ fructuosum, ô ministrum fidelem. Nunquid nõ per ipsum filio est paterna adimpleta promissio? Nunquid nõ hunc olim intuebatur pater cum ad filium loquetur, dabo tibi gentes hæreditatẽ tuã, & possessionẽ tuã terminos terræ? Quàm libens saluator recipiebat quod emerat & emerat pretio sanguinis sui, ignominia crucis, horrore passionis? Quàm libẽs de manib⁹ Malachiæ, pro eo q̃ gratis ministraret. ¶ Ergo in ministro quidẽ gratum erat munus gratuitum, in ministerio autẽ placita conuersio peccatorũ. Grata inquã & placita in ministro simplicitas oculi, in ministerio autẽ salus populi. Quanquã etsi ministerij quidem minor efficientia sequeretur, nihilominus tamẽ ad Malachiã & ad opera eius ille merito respexisset, cui amica puritas, cui familiaris simplicitas, cuius iustitiæ est de intẽtione pensare opus, & de oculi qualitate totius æstimare corpis statũ. Nunc uerò magna opa dñi exquisita in omnes uolũtates & studia Malachiæ, magna & mul-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ta & bona ualde, etsi pro bona castæ intentionis origine meliora. Quod opus pietatis præterijt Malachiam: Pauper sibi, sed diues pauperibus erat. Pater orphanorū, maritus uiduarum, patronus extitit oppressorū. Hilaris dator, petitor rarus, acceptor uerecūdus. Pacis reformandæ inter discordātes fuit illi cura maxima, & efficacia multa. Quis æque pius ad cōpatiēdū, ad subueniēdū prompt⁹, ad corripiēdū liber? Nā & zelans erat, nec deerat scientia zeli ipsius moderatrix. ¶ Et quidē infirm⁹ infirmis, sed nihilominus potētibus potēs, superbis resistebat, tyrannos uerberabat, regū magister ac princípum. Ipse est qui regi orando ussum & malignanti tulit, & humiliato restituit. Ipse est qui pacis quam fecerat uiolatores spiritu erroris traditos frustratus est in malo quod facere cogitabant, ac denuo coegit ad pacem, confusos quidem & stupefactos in eo quod sibi cōtigerat. Ipse enim est cui aduersus alios pacti æque præuaricatores riuus officiosissime affuit, miro modo obiectu sui cuacuās molimina impiorū. Imbres nō erant, nō illuuies aquarū, non cōcursus nubiū, non liquefactio niuiū, cum subito factus est in fluuium magnum qui riuulus erat, & riuus ibat & intumescebat inundās & negans oīno transitum uolentibus malignari. Quanta audiuimus & cognouimus ea de zelo uiri, & ultione inimicorum, cum tm̄ esset suauis & mitis, & multæ misericordiæ oībus necessitatē patiētibus. Qui quasi unus omnium parens, usuebat oībus, quasi gallina pullos suos sic fouebat oēs, & in uelamento alarū suarū protegebat. Non sexus, nō ætas, nō cōditio discernebat aut persona, deerat nemini, expanso omnibus gremio pietatis. ¶ De quacunq; tribulatione clamaretur ad eum, propriam reputabat, nisi q̄ in sua patiens, in aliena compatiens erat, plerūq; & impatiens. Nonnunquā siquidē repletus zelo pro alijs in alios mouebat, ut eripiens inopes, & reprimens fortes, consuleret proinde oībus in salutē. Itaq; irascebatur, sed ne irascēdo peccaret, iuxta illud de psalmo: Irascimini, & nolite peccare. Non ira illi, sed ipse animo dīnabatur. Erat suimet potis. Sanè uictor sui, ira superari non poterat. Ira eius in manu eius. Vocata ueniebat, exiens non erumpens, nutu nō impetu ferebatur. Non urebatur illa, sed utebatur. Magna illi tam in hoc quàm in cunctis utriusq; hoīs sui motibus regendis uel cohibendis censuræ diligētia, & circumspectio multa. Non enim ita oībus intendebat ut se solum exponeret, solum curæ exciperet generali. Erat & sui solicitus. Seipsum custodiebat. Ita deniq; totus suus, & totus oīm erat, ut nec charitas à custodia sui, nec proprietas ab utilitate cōi cum impedire uel retardare in aliquo uideretur. Si uideres hoīem mediis immersum turbis, & implicitum curis, diceres patriæ natū, non sibi. Si uideres hoīem solū & secū habitantē, putares soli uiuere deo & sibi. ¶ Sine turbatione uersabat in turbis, sine ocio tempus quod ocio dederat trāsigebat. Quomodo ociosus, quando exercebatur in iustificationibus dñi? Nam etsi habebat tēpus liberum à necessitatibus plebiū, non tamen à sanctis meditationibus feriatū, non orandi studio, non ipso ocio contemplandi. Sermo illi in tēpore ociī aut serius aut nullus. Aspectus ei⁹, aut officiosus, aut demissus, & cohibitus intra se. Nempe (quod non mediocri laudi inter sapientes ducitur) oculus eius in capite eius, nusquā auolās nisi cū uirtuti paruisset. Risus aut indicans charitatis aut prouocans, rarus tm̄ & ipse. Equidē interdum eductus, excussus nunquā: qui ita nunciaret cordis lætitiā ut ori gratiā non minueret, sed augeret. Tam modestus ut leuitatis nō posset esse suspectus, tantillus tm̄ ut hilarē uultū ab omni tristitiæ neuo uel nubilo uendicare sufficeret. O munus perfectum, ô holocaustum pingue, ô obsequium gratū mēte & manu. ¶ Quàm bon⁹ odor deo in orationib⁹ ociosi, quàm bonus hoīb⁹ in sudoribus occupati. Pro huiusmodi ergo dilectus à deo & hoīb⁹ nō immerito hodie Malachias in cōsortio angelorū recipit: readeptus quod noīe dicebat. Et quidē ante angelus erat, nō min⁹ puritate quàm noīe: sed nunc felicius glorioſi in eo interpretatio noīs adimpletur, quando pari cum angelis gloria & felicitate lætatur. Congratulemur itaq; fratres cōgratulemur ut dignū est patri nostro, quia & pium est defunctum plangere Malachiam, & pium magis Malachiæ congaudere uiuenti. Numqd non uiuit? Et beate. Nimirū uisus est oculis insipientiū mori: ille aūt est in pace. Deniq; iam conciuis sanctorum & domesticus dei, psallit pariter & agit gratias dicens: Transiuimus per ignem & aquā, & induxisti nos in refrigerium. Trasiuit planè uiriliter, & feliciter pertransiit. Verus hebræus pascha celebrauit in spiritu, & nobis transiens loquebat. Desiderio desideraui hoc pascha manducare apud uos. Transiuit per ignem & aquam, quē nec tristia frāgere, nec detinere mollia potuerunt. Lætemur q̄ angelus noster ascēdit ad ciues suos pro filijs captiuitatis legatione fungens, corda nobis concilians beatoꝝ, uota illis intimans miserorum. Lætemur inquam & exultemus quia cælestis illa curia ex nobis habet cui sit cura nostri, qui suis nos protegat meritis, quos informauit exemplis, miraculis confirmauit. Sanctus pontifex qui in spiritu humilitatis hostias pacificas cælis frequenter inuexerat, hodie per semetipsum introiuit ad altare dei, ipse hostia & sacerdos. Migrante sacerdote sacrificij ritus in melius mutatus est, fons lachrymarum siccatus est, holocaustum omne conditur in lætitia & exultatione. ¶ Benedictus dñs deus Malachiæ qui tāti pontificis ministerio uisitauit plebem suam, & nunc assumpto eo in sanctam ciuitatem tantæ recordatione suauitatis nostram nō desinit consolari captiuitatē. Exultet in dño spiritus Malachiæ, q̄ leuatus pondere corporeæ molis, nulla iam feculenta uel terrena materia prægrauatur quominus tota alacritate ac uiuacitate corpoream omnem & incorpoream transiens creaturam pergat totus in deum, & adhærens illi unus sit cū eo spiritus in æternū. Domū istam decet sanctitudo, in qua tātæ frequentatur memoria sanctitatis. Sancte Malachia seruaeam in sanctitate & iustitia, misertus nostri qui inter tot & tantas miserias memoriam abundantiæ suauitatis tuæ eructamus. Magna est super te diuinæ dispensatio pietatis, qui te paruum fecit in oculis tuis, magnum in suis, qui magna fecit per te, saluās patriam tuam: magna fecit tibi, introducens te in gloriam suā. Festiuitas tua quæ merito tuis uirtutibus uotiua impenditur, tuis nobis efficiatur meritis & precibus salutaris. Gloria sanctitatis tuæ quæ à nobis frequentatur, continuatur ab angelis, sic erit nobis digne iucunda, si fuerit & fructuosa. Liceat nobis aliquas te migrante retinere reliquias de fructibus spiritus quib⁹ onustus ascendis, qui in tuo hodie tam delicioso cōuiuio congregamur. ¶ Esto nobis quæsumus Malachia sancte alter Moyses, uel alter Helias, impartiens & tu de tuo spiritu nobis. ipsorum siquidem in spiritu & uirtute uenisti. Vita tua lex uitæ & disciplinæ, mors tua mortis portus & porta uitæ: memoria tua dulcedo suauitatis & gratiæ: præsentia tua corona gloriæ, in manu dñi dei tui. O oliua fructifera in domo dei, ô oleum lætitiæ ungens & lucens, fouēs beneficijs, choruscās miraculis, fac nos eius qua fruetis lucis suauitatisq; participes. O odoriferum lilium in æternum ante dominum germinans & florens, & spargēs ubiq; uiuificū suauitatis odorem, cuius apud nos memoria in benedictione est apud superos, præsentia in honore, da canentibus te, tantæ plenitudinis participio non fraudari. O luminare magnum, & lux in tenebris lucens, signorum radijs & meritorum illuminans carcerem, lætificans ciuitatem, fuga de cordibus nostris uirtutū splendoribus tenebras uitiorum. O stella matutina eò cæteris clarior quò dei uicinior, similior soli, dignare præire nobis, ut & nos in lumine ambulemus quasi filij lucis, & non filij tenebrarum. O aurora diescens super terrā, sed superiores cæli plagas lux meridiana perlustrans, recipe nos in consortio luminis quo illuminatus & lateforis luces, & intus suauiter ardes: præstāte domino nostro Iesu Christo: qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat deus per omnia secula seculorum. Amen.

Breuis

BREVIS EXCERPTIO de uita & miraculis beati Bernardi, primi abbatis Clarevallis.

Laude claustralis concio, in sancti uiri bra-
uio:
Quem sublimauit hodie, Christus in thro
no gloriæ.
¶Bernardus clarus genere, clarior duce
fydere.
Iam nunc gaudet clarissimus, soli coniunctus proximus.
¶Hic uerus dei catulus, solicitus & sedulus
Domum eius custodiens, ab ea fel eiiciens.
¶Latratu fugans impios, fidei aduersarios.
Lingua languores auferens, donum salutis conferens.
¶Huic puero Christus natus, in somnis est præsentatus
Quasi nascens ex utero, risit colludens puero.
¶Mente clarum & facie, donis ornatum gratiæ
Trahebant hunc ad uitia, mundus caro dæmonia.
¶Hunc introducens domina, cameræ suæ limina
Nec promissis nec munere potuit secum flectere.
¶Porrò mulier alia, nudæ carnis præsentia
Nocte soli se obtulit, sed pudorem non abstulit.
¶Vnius noctis spacio, uenit altera tertio
Quã sentiens quid exigit, latrones clamans abigit.
¶Tangens germani latera, futura palmat uulnera
Dicens hic ferrum præuium, deo pandet cor peruium.
¶Voce uitæq; speculo, fugam docet à seculo
Viuens scribens & prædicans, uiam salutis indicans.
¶Quendam in cœtu præsulum, hortans fugere seculum
Imber abegit cæteros, nos tantum seruans liberos.
¶Annona famis spacio, usui raro proprio
Distributa pauperibus, sufficit his & fratribus.
¶Hæc est farina hydriæ, insarcpta sidoniæ
Heliam sic reficiens, & in se non deficiens.
¶Dum orat pro decedente imparato, mox repente
Rediit ad se moriens, agenda quæq; faciens.
¶Sacram offerens hostiam, fugauit epilentiam
Die cadenti septies, datur à morbo requies.
¶Chartam in imbris medio, suo scriptam imperio
Tam schedulam quàm literam, seruat ab imbre liberam.
¶Sumens sacratam hostiam, præter obedientiam
Nequiuit hanc traducere, nisi confesso scelere.
¶Muscarum turbam nimiam, perturbantem ecclesiam
Ab ecclesia depulit, dum maledictum intulit.
¶Puer incessanter plorans, pro quo fuit sanctus orans
A lugubri piaculo, sanatur eius osculo.
¶Pater offert natum suum claudum tumore genuum
Cui signum crucis indidit, & patri sanum reddidit.
¶Tactu mariæ uirginis, cum sanctis secum geminis
Morbus sancti depellitur quo moriens inspicitur.
¶Lites principium patriæ, sed & causas ecclesiæ
Sedauit, tractus longius, & agens efficacius.
¶Nobilibus ac ciuibus, inter se dissidentibus
Fit pacis reformatio, discreti sancti studio.
¶Per spiritum prophætiæ, haustum ex dono gratiæ
Cognouit quid acciderat, his quos longius miserat.
¶Horum casus & opera, tam aduersa quàm prospera
Tanquam consors itineris, dixit fratribus cæteris.
¶Surdus carens eloquio, mutus plenus dæmonio
Sancti probauit merita, plena salute reddita.
¶Cuidam durorum uiscerum, impetrauit cor tenerum
Deuotionis gratiam, & lachrymarum copiam.
¶Fugit honorem seculi, cleri decus & populi
Sedem metropolitani, remis & mediolani.
¶Ecclesiæ lingonen̄, necnon & cathalaunensis
Fieri præsul respuit, sed paupertatem maluit.
¶Petrus leonis mercede, trusus in romana sede
Delectus est à solio, ac cessit innocentio.
¶Vrbs mediolanensium, redit ad matris gremium
Subdens se donis gratiæ, sanctæ matri ecclesiæ.
¶Morborum genus uarium, ac uarietas febrium
Curantur medicamine, eius in dei nomine.
¶Infans lucis impatiens pedibusq; non gradiens
Oculis lucem patitur, & gradiens reuertitur.
¶Fit dæmonum electio, & claudorum erectio
Visusq; cæcis redditur, ac mutorum os loquitur.
¶Sic infra fines alpium, languorem curans uarium
Repulit præter alia, plus quàm septem dæmonia.
¶Dominam dæmon incubus, sumptis milibus artibus
Sex annis uiro nescio, fœdauit adulterio
¶Quem sanctus uoce præsulum, clericq; uocans populum
Cum cæreorum lumine, fugat in dei nomine.
¶Sic effulgens miraculis, carnis teritur stimulis
Qui dei seruant hominem, ne colligat rubiginem.
¶Donum quod tantis contulit, ipsum mente non extulit
Dante regenti sydera, tam doctrinam quàm prospera.
¶Doctores in ecclesia, præcellentes scientia
Aduersarios fidei, confudit athleta dei.
¶Horum errores abdicans, ueramq; fidem prædicans
Concilians schismaticos, ac munions catholicos.
¶Fit panum benedictio, fidei confirmatio
Fugans morbos fidelium, ex eisdem edentium.
¶Clericum paralyticum, regularem canonicum
Visitans morbum repulit, & sanitatem contulit.
¶Quod usui sibi fuit, post ipsum multis profuit
Languores sanans plurium, dans in multis remedium.
¶Quidam secum delegatus, cardinalis & legatus
Hunc secum fecit edere amoris miri fœdere.
¶Discum in quo sanctus edit, seruandum seorsum dedit
Febre graui post hæc stratus, utens disco fit sanatus.
¶In templariorum domo, ad mortem infirmus homo
Sancti tunicam patroni, sibi fecit superponi.
¶Cui mox salus est reddita, & ab ipso uox audita
Non mortuus reputatur, cuius uita sancto datur.
¶Bellãuallem frequẽtabat, homo quem dæmõ uexabat
Vt fratrum patrocinio, priuaretur dæmonio.
¶Abbas stolam seruauerat: qua sanctus usus fuerat
Hac dæmonem sic adiit, q̃ ualde clamans exiit.
¶Hunc dei reuelatio, adornauit præsagio
Quod futurorum plurium, fecit ipsum prænuncium.
¶Comitemq; campaniæ, discordem regi franciæ
Pacandum absq; dubio, sub quinti mensis spacio.
¶Regi francorum prætulit, quia præsules expulit
Puniendum cum gemitu, primogeniti obitu.
¶Regum, præsulum, comitum, ducum, baronum, militũ,
Ciuiumq; litigia, pacauit cum industria.
Luce.1. causam: & uerba ipsius & opa clamẽt. Ad q̃rẽdã q̃ppe ouẽ centesimã q̃ errauerat de montibus ꝓperauit, & vt cõfitẽ tur manifestius dño miæ eius, & mirabilia eius filijs hominũ: ꝓpter nos venit. Mira q̃rẽtis dei dignatio: magna dignitas ꝺois sic q̃siti. In qua si gloriari voluerit, nõ erit insipiens: non q̃ aliqd esse videat tanquã a seipso: sed q̃ tanti cum fecerit ipse q̃ fecit. Oës eñ diuitiæ oĩs gloria mundi, & quicqd in eo cõcupiscit, minus est ad hãc gloriam: imo
Iob.7. nec est aliquid in cõpatiõe eius. Dñe quid est homo quia magnificas eum: aut quid apponis erga eum cor tuum? Attamen velim nosse quid sibi voluerit q̃ ad nos venit ille: aut quare nõ magis iuimus nos ad illum? Nostra enim erat necessitas: sed nec est consuetudo diuitũ vt ad paupe res veniant: nec si præstare voluerint. Ita est fratres: nos magis ad eum venire dignum fuit: sed duplex erat impe-
I.Thi.19. dimentum. Nam & caligabant oculi nostri. Ille verò lucẽ habitat inaccessibilem: & iacentes paraliticí in grabato: diuinam illam non poterámus attingere cessitudinem: propterea benignissimus saluator & medicus animarum descendit ab altitudine sua: & claritatem suam infirmis oculis temperauit. Induit se laterna quadam illo vtiq; glorioso & ab omni labe purissimo corpore quod susceꝑit.
Esaie.19. Hæc est enim illa leuissima planè & præfulgída nubes: supra quam ascensurum eum propheta prædixerat: vt descẽderet in ægyptum. Tempus est iam: ipsum quoq; considerare tẽpus: quo saluator aduenit. Venit enim (quod & vos credimus non latere) non in initio nec in medio temporis, sed in fine. Nec incongrue factũ est, sed vere sapienter dispositũ sapientia: vt cum magis esset necessarium: tunc primo ferret auxilium: pronos ad ingratitudinem Adæ filios nõ ignorãs. Vere enim adueſperascebat: & inclinata erat iam dies: recesserat paulominus sol iustitiæ: ita vt exiguus nimis splendor eius aut calor esset in terris. Nam & lux diuinæ notitiæ parua admodum erat, & abundãte iniquitate feruor refrigerat charitatis. Iam nõ apparebat angelus: non loquebatur propheta: cessabant velut desperatione victi: præ nimia vtiq; duritia hominũ & obstinatiõe: at ego (ait filius) tunc dixi: ecce venio. Sic sic dum medium silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu iter perageret: omnipotens sermo tuus domine à regalibus sedibus venit. Quod & apostolus innuens aic-
Gala.4. bat. Quando venit plenitudo temporis: misit deus filium suũ. Nimirũ plenitudo & abũdantia tẽporaliũ: obliuionẽ & inopiã fecerat æternorũ. Oportune ergo tunc aduenit æternitas: quando magis temporalitas prævalebat. Nam vt cætera sileam: ipsa quoq; pax temporalis illo in tempore tanta fuit: vt ad hoïs vnius edictũ describeret vniuersus orbis. Habetis iam & psonã venientis: & locũ vtrũq; id est, à quo & ad quẽ venit: cãm quoq; & tps non ignoratis. Vnũ restat: via scilicet p quã venit: & hæc quoq; diligenter requirenda: vt possimus (sicut dignum est) ei occurrere. Verũtamẽ sicut ad operãdã salutẽ in medio terræ: venit semel in carne visibilis: ita quotidie ad saluandas aïas singulorũ ĩ spiritu venit & inuisibilis sicut scriptũ est. Spiritus ante faciem nostram christus dñs. Et vt noueris occultũ esse spũalẽ hunc aduentũ: In vmbra eius, inquit, vi- Treñ.4.
uemus inter gentes. Propterea dignũ est vt si non valet infirmus in occursum tãti medici procedere longius, saltem conetur erigere caput & aliquatenus assurgere venienti. Non te oportet ô homo maria transfretare: nõ penetrare nubes: nõ transalpinare necesse est. Non grandis, inquam, tibi ostenditur via: vsq; ad temetipm occurre deo tuo: prope est enim verbum in ore tuo & in corde tuo. Vsq; ad cordis cõpũctionẽ & oris cõfessionẽ occurre: vt saltem excas de sterquilinio miseræ cõscientiæ: qñ indignũ est illuc authorẽ puritatis intrare. Et hæc quidem de eo aduẽtu dicta sunt, quo singulorũ mentes inuisibili dignatur illustrare præsentia. Libet autem & manifesti aduentus viam considerare. Qñ viæ eius viæ pulchræ: & oës semitæ eius pacificæ. Prouer.3
Ecce inquit, sponsa: venit is saliens in montibus, trãsiliens colles. Venientẽ vides ô pulchra: sed cubantẽ videre ante Cañ.2.
non poteras. Dixisti eñ. Indica mihi quẽ diligit aïa mea: Cañ.2.
vbi pascas vbi cubes. Cubans pascit angelos in illas perpetuas æternitates: quos satiat visiõe æternitatis & immutabilitatis suæ: sed ne ignores te ô pulchra: qñ mirabilis facta est visio illa ex te: cõfortata est & nõ poteris ad eã. Verũtamen ecce egressus est de loco sancto suo: & qui cubãs pascit angelos ipse cœpit: sicq; sanabit nos: & videbit veniens & pastus: qui cubãs & pascens ante videri non potebat. Ecce venit hic saliens in montibus transiliens colles. Mõtes & colles patriarchas & prophetas accipe: & quẽ Matth.1.
admodum venerit saliens & transiliens in libro generationis lege. Abrahã genuit Isaac: Isaac genuit Iacob &c. Ex his montibus prodijt (vt inuenies) radix iesse: vnde iuxta Esaie.11.
prophetam. Egressa est virga, & exinde flos ascendit: super quem requieuit spiritus septiformis. Quod manifestius alio in loco aperiẽs idem propheta: Ecce, inquit, vir- Esaie.7.
go concipiet & pariet filium, & vocabitur nomẽ eius emanuel: quod interpretatur nobiscum deus. Quem eñ prius florem: ipsum deinde emanuelem: & quam dixerat virgam manifestius exprimens virginem nominauit. Sed necesse est altissimi huius sacramenti considerationem dici alteri reseruari. Digna est eñ ꝓprio sermone materia: præsertim q̃ in longum iam hodiernus sermo processerit.

In aduentu domini de uerbis Esaie ad Achaz
Pete tibi signũ, usq; butyrũ & mel. Sermo secundus.

AVdiuimus suadentẽ regi Achaz Esaiam: petere si Esaie.7.
gnum à domino: siue in profundum inferni: siue in excelsum supra. Audiuimus respõsionem eius formam quidam habentem pietatis, sed non virtutem. Propter hoc deniq; ab eo qui intuetur cor: & cui confitetur hominis cogitatio: meruit reprobari. Non Vñ supra
petam, inquit, & nõ tentabo dominũ. Elatus erat Achaz fastigio solij regalis astutus humanæ sapientiæ verbis. Audierat igitur Esaias à domino. Vade dic vulpi illi petat sibi signum à domino in profundum. Habet enim vulpis foueam: sed in infernum quoq; si descenderit adest qui comprehendat sapientes in astutia sua. Item. Vade, ait dominus, dic volucri illi: petat sibi signum in excelsum supra. Habet enim volucris nidum: sed & si in cælum ascenderit: illic est qui superbis resistens propria calcat virtute superborum & sublimium colla. Veruntamen dissimulat ille potestatis excelsæ seu incomprehensibilis profunditatis sapientiæ quærere signum: & propterea signum bonitatis & charitatis domui Dauid ipse dominus promittit:

promittit:ut quos nec potestas nec sapientia terruit: allíciat saltem exhibitio charitatis. Pōt tm in eo q̄ ait in profundum inferni,etiam charitas ipa qua maiorem nemo habuit,vt in infernū quoq; pro amicis moriendo descenderet,non immerito designari:ut præcipiatur achaz uel in excelsum regnantis expauescere maiestatē:uel descendentis ad inferos amplecti charitatem.Molestus est ergo non solū nobis,sed etiam deo,quisquis nec maiestatē cogitat
Esaiæ. 7. in timore:nec charitatē cū amore meditat.Propter hoc,inquit,dabit dominus ipse nobis signum: in quo manifeste & maiestas & charitas innotescat.Ecce uirgo concipiet & pariet filium,& uocabitur nomen eius emanuel: quod interpretatur nobiscū deus. Noli fugere Adam,quia nobiscum deus.Ne timeas ō homo:nec audito dei nomine terrearis:quia nobiscum deus. Nobiscum carnis similitudine:nobiscū utilitate.Propter nos uenit tāquā unus ex no
Vbi supra bis similis nobis passibilis. Deniq; butyrū, inquit, & mel comedet.Ac si dicat. Paruulus erit & uescet infantilibus
Ibidem. alimentis.Vt sciat,inquit,reprobare malum, & eligere bonum.Etiam hic bonū & malum audis:sicut in arbore uetita:sicut in ligno transgressionis.Sed multo melius à primo adam:secundus iste partitur.Eligens enim bonū,ma-
Psal. 108. lum reprobat:non sicut ille qui dilexit maledictionem: & uenit ei: & noluit benedictionē & elōgata est ab eo.Nam & in eo q̄ præmisit butyrū & mel comedet:aduertere poteris paruuli huius electionem. Tantum assit eius gratia ut quod præstat utcunq; sentire digne & accommodate ad intelligendum proferre concedat. A Duo sunt in lacte ouis:butyrum & caseus. Butyrum pingue & humidum:caseus ecōtra aridus & durus.Bene enim paruulus noster eligere nouit:qui butyrum comedēs,caseum utiq;
Psal.118 non comedit. Quæ est enim ouis centesima quæ errauit: & in psalmo loquitur:Errauí sicut ouis quæ perijt: Vtiq; genus humanū qđ benignissimus pastor quærit:alijs sanè nonagintanouē ouibus in montibus derelictis. In hac igitur oue duo reperies:naturam dulcem:naturam bonā & bonā ualde tāquā butyrū:& pctī corruptionē ut caseū. Vide ergo quàm optime puer noster elegit:qui naturam
Vñ supra. nostram sine ulla peccati corruptione suscepit. Nā de peccatoribus legis,coagulatum est sicut lac cor eorū:in qbus utiq; lactis puritatē corrupat fermētū malitiæ coagulum iniquitatis.Sic & apis habet mellis dulcedinē:habet etiā aculei punctionem.Apis uerò est quæ pascitur inter lilia quæ florigeram inhabitat patriam angelorum. Vnde & ad ciuitatem nazareth quod interpretatur flos aduolauit & ad suaue olētem perpetuæ uirginitatis florem aduenit illi insedit: illi adhæsit. Huius apis mel & aculeum non
Psal.100. ignorat:qui misericordiam ei & iudiciū cū propheta de-
Luc.9. cantat. Attamen ad nos ueniens,solum mel attulit & non aculeū,id est misericordiā & nō iudiciū:ita ut suadētibus q̄q; discipulis ut ciuitatē quæ suscipe eum noluit, p̄cipere igni consumi:responderit filium hominis non uenisse ut iudicaret,sed ut saluaret mundum.Nō habebat aculeū apis nostræ:quodammodo deposuerat illū:q̄n tanta indigna patiēs misericordiā exhibebat & nō iudiciū.Sed nolite sperare in iniquitate:nolite peccare in spe. Habet em̄ apis nostra q̄q; assumere aculeum suum,& acriter nimis
Iohar.3. infigere illū in medullas hominum peccatorum. Q̄n pater non iudicat quenquā:sed filio dedit oē iudiciū.Nunc autē paruulus noster butyrū & mel comedit:q̄n bonū naturæ humanæ diuinæ miæ sic uniuit in semetipso:ut esset homo uerus & pctm̄ nō habēs:deus misericors & iudiciū nō exhibens.Ex his manifestū iā arbitror quenā sit uirga de radice iesse procedēs:qs uerò flos sup quem requiescit spūs sactus. Q̄n vgo dei genitrix uirga est:flos filius eius. Flos itaq; filius uirginis,flos cādidus & rubicundus: electus ex milibus.Flos in quem prospicere desiderant angeli:flos ad cuius odorem reuiuiscunt mortui:& sicut ipe te
Cantic.1. statur,flos cāpi est & nō horti. Cāpus em̄ sine oī humano floret āminiculo:nō seminatus ab aliquo:nō desossus sarculo:nō impinguatus fimo.Sic oīno sic uirginis aluus floruit:sic inuiolata,integra,& casta mariæ uiscera tanquam pascuæ æterni uironis florē protulere:cuius pulchritudo nō uideat corruptionē:cuius gloria in perpetuū nō marcescat.O uirgo uirga sublimis:in quam sublime uerticem sanctum erigis:usq; ad sedentem in throno:usq; ad dominum maiestatis.Neq; em̄ id mirū,qm̄ in altum mittis radices humilitatis.O uere cœlestis planta: preciosior cūctis, sanctior uniuersis.O uere lignū uitæ qđ solū fuit dignum portare fructum salutis. Deprehensa est maligne serpens uersutia tua:mudata est planè falsitas tua. Duo imposueras creatori mendacij & inuidiæ infamaueras eum: sed in
utroq; conuictus es esse mentitus. Siquidem & ab initio Gene.3.
moritur cui dixeras:nequaquàm morieris:& ueritas do- Psal.11.6.
mini manet in æternum. Sed & nunc responde si potes, quam ei arborē:cuius arboris fructum inuidere potuit: qui ne hanc quidem uirgam electam & fructum sublimen negauit? Etenim q proprio filio nō pepercit:quō non aia simul cū illo donauit? Sed iam aduertistis (ni fallor) quoniam uirgo regia ipsa est uia per quam saluator aduenit: procedens ex ipsius utero tanquam sponsus de thalamo suo.Tenētes ergo uiam quam priore si meministis cœpimus inuestigare sermone: studeamus & nos dilectissimi ad ipsum p eā ascēdere:q per ipsam ad nos descendit: per eā uenire in gratiā ipsius qui p eā in nostrā miseriā uenit.

Per te accessum habeamus ad filium:ō benedicta inuentrix gratiæ,genitrix uitæ,mater salutis:ut per te nos suscipiat qui per te datus est nobis.Excusēt apud ipsum integritas tua culpam nostræ corruptionis:& humilitas deo grata nostræ ueniam impetret uanitati.Copiosa charitas tua nostrorum cooperiat multitudinem peccatorum: & fœcunditas gloriosa fœcunditatem nobis conferat meritorū.Domina nostra,mediatrix nostra, aduocata nostra: tuo filio nos reconcilia:tuo filio nos commenda: tuo nos filio representa.Fac ō benedicta per gratiam quam inueniſti:per prerogatiuam quam meruisti: per misericordiā quam peperisti:ut qui te mediante fieri dignitus est particeps infirmitatis & miseriæ nostræ,te quoq; interceden te particeps faciat nos gloriæ & beatitudinis suæ: iesus christus filius tuus dominus noster,qui est sup omnia deus benedictus in secula. Amen.

De triplici dñi aduentu & de septem columnis quas in nobis erigere debemus. Sermo tertius.unde supra.

IN aduentu domini quem celebramus:si personam uenientis intueor non capio excellentiam maiestatis. Si attēdo ad quos uenerit:dignationis magnitudinem expauesco. Stupēt certe angeli de nouo uidentes infra se, quem supra semper adorāt:manifeste iam & ascēdētes & descēdentes ad filiū hominis.Si cōsidero ppter quod uenerit:amplector quoad possum inæstimabilem latitudinem charitatis.Si modum cogito:exultationē agnosco humanæ conditionis.Venit siquidem uniuersitatis creator & dominus: uenit ad homines:uenit propter homines:uenit homo. C Sed
dicit aliquis.Quomodo uenisse dicitur:qui semper ubiq; Iohan. 1.
fuit? Erat quidem in mundo:& mundus per ipsum factus est:sed mundus eum non cognouit. Non ergo uenit qui aberat:sed apparuit qui latebat. Vnde & humanā in qua agnosceretur induit formam: qui nimirum in diuina lucem habitat inaccessibilem. Nec sanè inglorium maiesta- 1.Thi.6.
tí apparere in propria similitudine sua quam fecerat ab initio:nec indignum deo:à quibus in substantia sua non poterat agnosci in imagine exhiberi:ut qui fecerat hominem ad imaginem & similitudinem suam:ipse hominibus innotesceret factus homo.Huius ergo aduētus tantæ maiestatis:tantæ humilitatis:tantæ charitatis:tante etiā glorificationis nostræ:ab uniuersa ecclesia semel in anno solemnis memoria celebratur. Sed utinam ita semel ageretur: ut semper id quippe dignius.Quantæ enim insaniæ ut post tanti regis aduētum alijs quibusli ibet negotijs homines uelint seu audeāt occuppari:& non magis omissis oibus soli eius cultui uacēt:nec in eius p̄sentia cuiusquā

Universidad de Deusto
Biblioteca

meminerint cæterorũ? Sed non oĩm est qđ ait propheta.
Psal. 144 Memoriã abundãtiæ suauitatis tuæ eructabunt: siquidẽ nec oẽs hæc memoria pascit. Sane nemo qđ nõ gustauit: sed neq; qđ tĩ gustauit eructuat. Ructus quippe non nisi de plenitudine & satietate pcedit. Propterea quorũ secularis est mẽs & uita memoriã hãc & si celebrãt nõ eructuãt: sine deuotione & affectione dies istos arida quadã consuetudine obseruãtes. Deniq; quod dãnabilius est, ipsa quoq; inæstimabilis huius dignatiõis memoria dat in occasionẽ carnis: ut uideas eos tãta solicitudine diebus istis uestiũ gloriã: ciborũ parare delitias: ac si hæc & hmõi quærat in natiuitate sua christus: & ibi suscipiat dignus: ubi hæc accuratius exhibent. Sed ipm audi dicẽtẽ: Supbo oculo & insatiabili corde: eũ hoc non edebã: quid tanta ambitione nestes paras in natale meũ? Detestor ego supbiã: non amplector. Quid tanta solicitudine ciborũ copias reponis in tẽpus illud? Dãno ego carnis delitias: non accepto. Planè insatiabilis es corde tanta parans & ex tã longo: nã corpori utiq; & pauciora sufficerent: & quæ possent opportunius inueniri. A Celebrans ergo aduentũ meum labijs me honoras: sed cor tuum lõge est a me. Non me colis: sed deus tuus uenter est: & gloria in cõfusione tibi. Infelix oĩ-
Psal. 143. no q uoluptatẽ corporis & secularis colit gloriæ uanitatẽ. Beatus aũt populus cuius est dñs deus eius. Fres nolite uos æmulari in malignãtibus: neq; zelaueritis faciẽtes iniquitatẽ. Intelligite magis in nouissima eorũ & cõpatimini eis ex aĩo: & orate pro eis qui poccupati sunt ĩ delicto. Hæc eĩ faciũt miseri: quia ignorantiã dei habẽt. Nã si cognouissent nunquã dñm glorie tanta aduersum se insania prouocarẽt. Nos aũt dilectissimi excusationẽ de ignorãtia nõ habemus. Planè nosti eũ qsquis hic es: & si dixeris quia nõ noui eũ: eris similis secularibus mendax. Deniq; si eum non nosti: quis te huc adduxit: aut quomodo huc uenisti? Alioqn qñ tibi persuaderi posset charorũ affectib⁹ corporis uoluptatibus seculi, uanitatibus spõte abrenũciare & iactare cogitatũ tuum in dño, & oẽm solicitudinẽ in eũ proijcere, de quo nihil bene: immo tam male cõscientia teste meruerat? Quis tibi, inquã, persuadere id posset si ne scires qa bonus dñs sperantibus in se, aie quærẽti ipm: nisi cognouisses & tu qa suauis est dñs & mitis & multæ miæ & uerax? Hæc aũt unde nosti, nisi qa nõ solũ ad te: sed etiã in te uenit? B Triplicẽ eĩ eius aduẽtũ nouimus: ad hoĩes in hoĩes: cõtra hoĩes. Ad hoĩes quidẽ indifferẽtet, nõ aũt ita in hoĩes, aut cõtra hoĩes. Sed qa primus & tertius noti sũt, utpote manifesti: de scđo q spũalis & occultus est: ipm
Ioã. 14. audi dicentẽ. Si quis diligit me, sermonẽ meũ seruabit: & pater meus diliget eũ: & ad eum ueniemus & mansionem apud eũ faciemus. Beatus apud quẽ mansionẽ facies dñe iesu. Beatus in quo sapientia ædificat sibi domũ: excidens colũnas septẽ: beata aĩa que sedes est sapiẽtie. Quænã est il-
Psal. 88. la? Aĩa utiq; iusti. Merito planè: qa iustitia & iudiciũ præparatio sedis tuæ. Quis ĩ uobis est fratres: qui desiderat in aĩa sua sedẽ parare christo? Ecce quænã illi serica: quæ tapetia: qđ puluinar oporteat præparari. Iustitia, inquit, & iudiciũ præparatio sedis tuæ. Iustitia uirtus est: qđ suum est unicuiq; tribuẽs. C Tribue ergo tribus q̃ sua limt. Redde superiori: redde inferiori: rẽdde æquali: cuiq; qđ debes: & digne celebras aduentũ christi: parẽs ei in iustitia sedẽ suã: Redde, inquã, reuerentiã prælato & obedientiã: quarũ altera cordis: altera corporis est. Nec eĩ sufficit exterius obtẽperare maioribus nr̃is: nisi ex mtimo cordis affectu sublimiter sentiamus de eis. Qđ & si tã manifeste immoturit indigna prælati alicuius uita: ut nihil oĩno dissimulationis, nihil excusationis admittat: propter eum tamẽ à quo est ois potestas ipm quẽ modo talẽ nouimus excelsum reputare debemus: nõ psentibus personæ meritis: sed ordinationi diuinæ & dignitati ipsius officij deferentes. Sic & fratribus nostris inter quos uiuimus: ipso iure fraternitatis & societatis hũane: consilij sumus & auxilij debitores. Hæc enim uolumus: ut & ipsi nobis impendant consilium quo eruditatur ignorantia nostra: auxiliũ quo suuetur infirmitas nostra. Sed fortè erit inter uos qui tacitus respondeat dicens. Quod ego consilium dabo fratri: cui nec unum quidem dicere uerbum fas est absq; licẽtia? Quod ei auxilium impendere est, cum nec minimum aliquid agere liceat absq; obediẽtia? Ad quod ego. Non deerit ceĩ tẽ quod facias: tantum modo charitas fraterna non desit. Nullum ego consilium melius arbitror quàm si exẽplo tuo fratrem docere studeas q̃ oporteat, q̃ nõ oporteat fieri: prouocans eum ad meliora: & cõsulẽs ei non uerbo neq; lingua: sed opere & ueritate. An uerò utilius aut efficaciusauxiliũ aliquod est: quàm ut ores deuote p eo: ut non dissimules redarguere culpas eius: ut nõ modo nullũ ei offendiculum ponas: sed & solicitus sis quãtum præuales tanquã angelus pacis de regno dei scandala tollere, & occasiones scandalorũ penitus dimouere? Si talẽ te fratri auxiliariũ & cosiliariũ exhibes: reddis ei qđ debes: nec habet unde causetur. Porrò si cui fortè prælatus es: huic sine dubio teneris debitor solicitudinis amplioris. Exigit à te & ipse custodiã & disciplinã. Custodiã quidẽ ut possit cauere peccatũ. Disciplinã uerò ut qđ minus cauit: mihi me maneat impunitum. Quod & si nemini fratrum præesse uideris: habes tĩ sub te cui custodiã hãc & disciplinam oporteat exhiberi. Dico aũt corpus tuũ, quod sine dubio regendum accepit spiritus tuus. Debes ei custodiam ut non regnet in eo peccatum: nec mẽbra tua arma fiãt iniquitati. Debes & disciplinam ut dignos faciat pœnitentiæ fructus: castigatum, & subditum seruituti. Longè tamẽ grauiori & periculosiori debito tenent adstricti: q pro multis animabus reddituri sunt rationem. Quid ego infelix quo me uertam: si tantum thesaurum: si preciosum depositũ istud qđ sibi christus sanguine pprio pciosus iudicauit: contigerit negligentius custodire? Si stillãtem in cruce domini sanguinem collegissem, essetq; repositus penes me in uase uitreo, quod & portari sepius oporteret: quid animi habiturus essem in discrimine tanto? Et certe id seruandum accepi: pro quo mercator nõ insipiens ipa utiq; sapientia sanguinem illum dedit. Sed & habeo thesaurum istum in uasis fictilibus: & quibus multo plura quàm uitreis immere pericula uideãtur. Accedit sanè ad solicitudinis cumulũ, & pondus timoris: quod cũ & meã & proxi-
Esa. 21. mi cõscientiam seruare necesse sit: neutra mihi satis est nota. Vtraq; abyssus est imperscrutabilis: utraq; mihi nox est, & nihilomin⁹ exigitur a me utriusq; custodia, & clamatur: Custos qui de nocte: custes qui de nocte: Nõ est mihi dicere cũ cayn. Nũquid custos fratris mei sũ ego? sed est fateri humiliter cum ppheta: Quia nisi dñs custodierit ci-
Gen. 4. uitatẽ: frustra uigilat qui custodit eã. In eo tĩ excusabilis
Psal. 126. ego uideor, si ut predixi, debitam exhibeo custodiã pariter & disciplinã. Quod si priora quoq; quattuor nõ defuerint: dico aũt erga prælatos reuerentiã & obedientiã: cõsiliũ & auxiliũ erga fratres: quod ad iustitiã pertinet: non imparatã sedem inueniet sapiẽtia. D Et fortassis hæc uideantur sex colũnæ quas excidit in ipa domo quã ædificauit sibi, & septima quoq; quærẽda est si fortè & eã nobis notã facere ipsa dignet. Quid uerò prohibet sicut sex in iustitia, septimã quoq; intelligi in iudicio? Neq; eĩ iustitia sola, sed iusti tia, inquit, & iudiciũ præparatio sedis
Psal. 88. tuæ. Deniq; si p̃latis & æqualibus & iferioribus reddimus qđ oportet: nihil ne accipiet deus? At ei planè qđ debet retribuere nemo potest: p tã copiose accumulauerit super nos miam suã: q tã multa deliquerimus ei: q tam fragiles & nihil simus: q tam plenus & sufficiens ille sibi: & bonorũ oĩm nostrorũ nõ egẽs. Audiui tĩ dicentẽ eũ: cui incerta & occulta sapiẽtiæ suæ reuelauerat: quia Honor regis
Psal. 98. iudiciũ diligit. Nihil qđ in se est a nobis exigit ãplius: tĩ dicamus iniquitates nostras: & iustificabit nos gratis, ut gratia cõmendet. Diligit eĩ aiam quæ in cõspectu eius & sine intermissione considerat: & sine simulatione diiudicat semetipsam. Idq; iudicium non nisi propter nos a nobis exigit: quia si nosmetipsos iudicauerimus: non utiq; iudicabimur. Propterea sapiens ueretur omnia opera sua, scrutatur:

Universidad de Navarra Biblioteca de Humanidades

ſua,ſcrutatur,diſcutit,& diiudicat uniuerſa.Honorat qppe ueritatẽ:q& ſe & ſua oĩa in eo ſtatu quo ueritas habet & agnoſcit ueraciter:& humiliter cõfitetur. Audi deniq; Luc.17. manifeſtius à te iudiciũ exigi poſt iuſtitiã.Cũ feceritis,inqt,oĩa q̃ præcepta ſunt uobis:dicite,ſeruí inutiles ſumus. Hæc planè quod in hominem eſt digna ſedis præparatio dñio maieſtatis:ut & iuſtitiæ mandata ſtudeat obſeruare: & ſemper indignum ſeſe & inutilem arbitretur.

In aduentu dñi de duplici aduentu & pennis deargentatis. Sermo quartus.

DIgnum eſt fratres ut tota deuotiõe domini celebretis aduentũ:delectati tãta cõſolatione:ſtupefacti tanta dignatione:inflãmati tanta dilectione.Nec uerò ſolũ cogitetis aduẽtum quo uenit quærere & ſaluum facere qđ perierat:ſed & illũ niſi lon.imus quo uenìet & aſſumet nos ad ſeipm.Vtinã circa hos duos aduẽtus iugi meditatione uerſemini:ruminãtes in cordibus neſtris quãtũ in priore præſtiterit quãtũ promiſerit in ſcd'o.Vtinam certè dormiatis inter medios cleros. Hæc ſunt eĩ Cañ.2. duo brachia ſpõſi:inter quæ ſponſa dormiẽs aiebat.Læua eius ſub capite meo,& dextera eius amplexabitur me.Nã in ſiniſtra qdẽ eius (ſicut alibi legimus) diuitiæ & gloria: Prouer.3 in dextera longitudinis uitæ.In ſiniſtra eius,inqt,diuitiæ & gloria.Filij adam genus auarũ & ambitioſum audite.Quid uobis cũ terrenis diuitijs & gl'ia tẽporali:q̃ nec ueræ nec neſtræ ſunt: Aurũ & argentũ nõmie terra eſt rubra & alba:quã ſolus hoim error facit:aut magis reputat p̃cioſam: Deniq; ſi neſtra ſunt hæc tollite ea uobiſcũ.Sed hõ cũ interierit nõ ſumet oĩa:neq; deſcẽdet cũ eo gloria eius.Vere ergo diuitiæ nõ opes ſunt,ſed uirtutes:quas ſe 2.Corĩ.1. cum cõſciẽtia portat:ut imppetuum diues fiat. De gloria quoq; dicit apls.Gloria noſtra hæc eſt:teſtimoniũ cõſcie Roma.8. tiæ noſtræ.Hæc eſt utiq; uera gloria q̃ eſt à ſpiritu ueritatis.Ipſe eĩm ſpũs teſtimonium perhibet ſpiritui noſtro: q̃ filij dei ſumus.Gloria uerò quam ab inuicẽ accipiunt qui Pſal.6. gloriã (quæ eſt à ſolo deo) nõ requrũt, uana eſt. Quoniã uani filij hominũ:Inſipiẽs tu qui merces cõgregas in ſaccũ pertuſum:qui theſaurũ tuum alieno in ore conſtituis, ignoras q̃ arca iſta non claditur,nec ſeras habet: Quanto melius ſapiunt qui theſaurũ ſuum ipſi ſibi ſeruant:alijs non committunt: Verum nunquid ſemper ſeruabũt: Nũ Matt.25. quid ſemper abſcõdẽt: Veniet cum manifeſta erũt abſcondita cordis:quæ uerò fuerint oſtentata nõ comparebũt. Hinc eſt q̃ uenìente dño fatuarũ uirginum lampades extinguuntur,& qui receperũt mercedẽ ſuam à dño neſciũtur.Propterea dico uobis chariſſimi:utile eſt abſcondere magis quàm oſtẽtare:ſi quid habemus boni,ſicut & mẽdici cũ eleemoſynam petunt,non preciоſas ueſtes oſtẽdunt ſed ſeminuda mẽbra aut ulcera ſi habuerint: ut citius ad Luc.18. miſericordiã uidẽtis animus inclinetur. Quam regulam publicanus ille ſeruauit multo melius phariſæo,& iõ deſcendit iuſtificatus ab illo,ídeſt præ illo. Tempus eſt fratres:ut iudiciũ incipiat à domo dei. ¶ Quis finis corũ qui non obediunt euangelio: Quod iudicium his: qui in hoc iudicio nõ reſurgũt: Quicũq; enim iudicari diſſimulant eo iudicio quod nunc eſt:in quo princeps huius mundi eĩcitur foras:iudicem expectent:uel magis timeãt à quo cum ipſo principe ſuo foras eĩcientur & ipſi. Nos autem ſi perfecte iudicamur nunc:ſecuri ſaluatorem expectemus dominum noſtrum ieſum chriſtum:qui reformabit corpus humilitatis noſtræ: configuratum corpori claritatis ſuæ.Tunc fulgebunt iuſti,ita ut uideri poſſint docti pariter & indocti:fulgebunt enim ſicut ſol in regno patris eorum.Erit autem claritas ſolis ſeptempliciter: id eſt ſicut lux ſeptem dierum.Adueniens enim ſaluator reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ: ſi tamen prius fuerit cor reformatum & cõfiguratum humilitati cordis ipſius.Propter hoc q̃ dice- Matt.11. bat. A Diſcite à me quia mitis ſum,& humilis corde. Conſidera ſanè in his uerbis quoniam humilitas duplex eſt: altera cognitionis: altera affectionis que hic dicitur cordis.Priore cognoſcimus q̃ nihil ſumus: & hanc diſcimus à nobiſipſis & ab infirmitate propria:poſteriore calcamus gloriam mundi:& hanc ab illo diſcimus: qui exi- Philip.2. nanìuit ſemetipſum formam ſeruí accipiens: qui etiam quæſitus in regnum,fugit: quæſitus ad tanta probra & ignominioſum ſupplicium crucis,ſponte obtulit ſemetipſum. Sint ergo ſi dormire uolumus inter medios cleros:id eſt duos aduentus pennæ noſtræ deargentatæ:ut illam ſcilicet uirtutum formam teneamus: quam uerbo & exemplo commendauit chriſtus præſens in carne. In argento ſiquidem non incongrue intelligitur humanitas eius: ſicut in auro diuinitas. Omnis itaq; uirtus noſtra tam longe eſt à uera uirtute: quàm longè eſt ab ea forma:& omnis penna noſtra ad nihilum ualet ſi nõ fuerit deargentata. Magna quædam penna eſt paupertatis: qua tam cito uolatur in regnum cœlorum. Nam in alijs uirtutibus quæ ſequuntur:promiſſio futuro tempore iudicatur: paupertati non tam promittitur quàm datur. Vnde & præſenti tempore enunciatum eſt:quoniam ipſo- Mat.5. rum eſt regnũ cœlorum:cum in cæteris dicatur:hæreditabunt:conſolabuntur & ſimilia.Videmus autem pauperes aliquos qui ſi ueram haberent paupertatem: non adeo puſillanimes inuenirẽtur & triſtes: utpote reges & reges cæli. Sed hi ſunt qui pauperes eſſe uolunt: eo tamen pacto ut nihil eis deſit: & ſic diligunt paupertatem,ut nullam inopiam patiantur.Sunt & alij mites: ſed quandiu nihil dicitur uel agitur niſi pro eorum arbitrio.Patebit autem quàm longe ſint à uera manſuetudine ſi leuis oriatur occaſio. Hæc manſuetudo quomodo hæreditabit: quæ ante hæreditatem deficit: Alios quoq; lugentes uideo:ſed ſi de corde procederent ille lachrymæ: non tam facile ilico ſoluerentur in riſum. Nunc autem cum abundantius ociоſa uerba & ſcurrilia profluant quàm prius lachrymæ:lachrymas hmõi de his eſſe nõ arbitror:quibus conſolatio diuina promittitur:quandoquidem poſt illas tam facile conſolatio uilis admittitur.Alij tam uehementer contra aliorum delicta zelantur: ut uideri poſſent eſurire & ſitire iuſtitiam: ſi eſſet apud eos de ſuis quoq; peccatis idem iudicium:ſed nunc pondus & pondus utrũq; abominatio eſt apud deum.Nam contra alios tam impudẽter quàm inaniter æſtuãt:ſeipſos tam inſipienter quàm inutiliter palpant. Sunt alij miſericordes de his quæ ad ipſos non pertinent qui ſcandalizant ſi non datur omnibus abundanter: ſic tamen ut ipſi ne in modico quidem grauentur. Qui ſi miſericordes eſſent: de ſuo facere deberent miſericordiam:ſi non poſſent de terrena ſubſtãtia:de uoluntate bona darent his qui fortè cõtra eos peccare uiderentur indulgentiam:darent dulce ſignum,uerbum bonum: quod eſt ſuper datum optimum:ut eorum mentes ad pœnitẽtiam prouocarent.Deniq; & his & omnibus quos in peccato eſſe cognoſcerent: compaſſionem impẽderent & orationem.Alioquin miſericordia eorum nulla eſt: & miſericordiam conſequuntur nullam. Item ſunt qui peccata ſua ſic confitentur:ut uideri poſſent ex deſiderio mundandi cordis id agere(omnia enim in confeſſione lauantur) niſi q̃ ea quæ ipſi ſponte dicunt alijs: ab alijs patienter audire non poſſunt. Qui ſi uere mundari deſiderarent ut uidentur:non irritarentur:ſed haberẽt eis gratiam:qui ſuas illis maculas demonſtrarent. Sũt & alij qui ſi uiderint quempiam uel leuiter ſcandalizatum: ualde ſolliciti ſunt quomodo eum in pacem reducere poſſint & uiderentur pacifici: niſi quod eorum commotio ſi fortè quicquam contra eos factum dictumue uidebitur: tardius uniuerſis poterit difficiliuſq; ſedari. Qui nimirũ ſi uere pacem diligerent,haud dubium quin eã quæreret ſibiipſis.Deargentemus ergo pẽnas noſtras in xpi cõuerſatione,ſicut & martyres ſancti lauerunt ſtolas ſuas in eius paſſione.Imitemur quoad poſſumus eum qui ſic dilexit paupertatem,ut quamuis in eius manu eſſent fines terræ, tamen non habuit ubi caput reclinaret: ita ut diſcipulos

Universidad de Deusto
Biblioteca

adhærentes ei, legamus fame compulsos spicas manibus confricasse: cum per sata transirent: quicq; tanquã ouis ad occisionem ductus est: & sicut agnus coram tondente se obmutuit: & nõ aperuit os suum: quem & super lazarum & super ciuitatem fleuisse: & in orationibus pernoctasse legimus: risisse uerò aut iocasse nusquam: qui sic esuriuit iustitiam: ut cum propria non haberet: tantam pro peccatis nostris a seipso exegit satisfactionẽ. Vnde in cruce nihil aliud quàm iustitiam sitiebat: qui p inimicis mori nõ dubitauit: & orauit pro crucifixoribus suis: qui peccatũ non fecit: & imposita sibi ab alijs patienter audiuit: qui pro reconciliandis sibi peccatoribus tanta sustinuit.

De medio aduentu & triplici innouatione
Sermo quintus. unde supra.

OIximus nuper his qui deargentauerunt pennas suas: dormiendum inter medios cleros: duos significantes aduentus: sed ubi sit dormiendum nõ diximus. Tertius enim quidam aduentus est medius inter illos: in quo delectabiliter dormiunt qui cum norunt. Illi enim duo manifesti sunt: sed non iste. In priore quidem in terris ujsus: & cum hominibus conuersatus est: quando sicut ipse testatur: & uiderũt & oderunt. In posteriore uerò uidebit omnis caro salutare dei nostri. Et uidebunt in quem transfixerunt. Medius occultus est: in quo soli eũ in seipsis uident electi, & saluæ fiunt animæ eorum. In primo ergo uenit in carne & infirmitate, in hoc medio in spiritu & uirtute, in ultimo in gloria & maiestate. Per uirtutem enim peruenitur ad gloriam. Quia dominus uirtutum ipse est rex gloriæ. Et item alibi ait idem propheta. Vt uiderem uirtutem tuã & gloriam tuam. Aduentus siquidem iste medius, uia quædam est: per quam à primo ueniatur ad ultimum. In primo christus fuit redemptio nostra, in ultimo apparebit uita nostra. In isto ut dormiamus inter medios cleros, requies est & consolatio nostra. Sed ne cui forte inuenticia uideãtur: quæ de hoc aduentu medio dicimus: ipsum audite.

Baruc.3. Iohan.15. Luc.3. Iohan.9. ps.25. ps.62.

D Si quis diligit me, inquit, sermones meos seruabit: & pater meus diliget eum: & ad eum ueniemus. Sed quid est si quis diligit me sermones meos seruabit? Legi enim alibi. Qui timet deum faciet bona: sed plus aliquid dictũ sentio de diligente: quia sermones dei seruabit. Vbi ergo seruandi sunt? Haud dubium quin in corde: sicut ait propheta. In corde meo abscõdi eloquia tua, ut non peccem tibi. Sed quomodo in corde seruandi? An sufficit sola eos seruare memoria? At uerò sic seruanti dicet apostolus. Quoniam scientia inflat. Deniq; & memoriam facile delet obliuio. Sic serua sermonem dei: quomodo melius seruare potes cibum corporis tui. Nã & ille panis uiuus est: & cibus mentis. Panis terrenus dum in arca est potest à fure tolli: potest à mure corrodi: potest uetustate corrũpi. Vbi uerò comederis illum: quid horum timeas? Hoc modo custodi uerbum dei: beati enim qui custodiunt illud. Ergo trajciatur in uiscera quædam animæ tuæ: transeat in affectiões tuas & in mores tuos. Comede bonum: & delectabitur in crassitudine anima tua. Ne obliuiscaris comedere panem tuum ne exaresçat cor tuum: sed adipe & pinguedine repleatur anima tua: Si sic uerbum dei seruaueris: haud dubium quin ab eo seruieris. Veniet enim filius ad te cum patre: ueniet propheta magnus qui renouabit hierusalem & ille noua faciet omnia. Hoc enim facit hic aduentus: ut sicut portauimus imaginem terreni: sic portemus & imaginem cælestis. B Sicut fuit uetus adam effusus per totum hominem & totum occupauit: ita modo totum obtineat christus qui totum creauit: totum redemit: totum & glorificabit: quicq; totum hominem saluum fecit in sabbato. Erat in nobis aliquando uetus homo: præuaricator ille erat in nobis: tam in manu quàm in ore & in corde. In manu dupliciter: p facinus & flagitiũ. In ore similiter: per arrogantiam & detractionem. In corde quoq; per desideria carnis: & desideria gloriæ temporalis. Nunc autem si qua noua creatura in ipso uetera trã

Iohan.14. Eccli.15. ps.118. 1.Cor.8. Luc.11.

sierunt: & contra facinus in manu, innocentia: contra flagitium, continentia est. In ore contra arrogantiam uerbum confessionis, contra detractionem uerbum ædificationis: ut recedant uetera de ore nostro. In corde uerò cõtra carnis desideria charitas: humilitas contra gloriam temporalem. Et uide si non in his tribus christum dei uerbum recipiant singuli electorum: quibus dictum est. Pone me signaculum super brachium tuum: signum super cor tuum. Et alibi. Prope est uerbum in ore tuo: & in corde tuo. Cãt.8. Rom.10.

De triplici aduentu & carnis resurrectione
Sermo sextus. unde supra.

VOlo uos fratres non ignorare tempus uisitationis uestræ, sed ne illud quidem quid hoc tempore uisitetur in uobis. Animabus enim hoc tempus est non corporibus assignatum: quod uide licet longe dignior anima corpore, priorem sibi solicitudinem naturali uendicet dignitate. Sed & prior reparanda est: quam constat corruisse priorem. Anima siquidem corrupta in culpam, fecit ut corpus quoq; corrumperetur in pœnam. Deniq; si christi membra uolumus inueniri: sequendum nobis est sine dubio caput nostrum: ut uidelicet prima nobis reparandarum sit solicitudo animarum: pro quibus ipse iam uenit: & quarum prius mederi studuit corruptiõi. Corporis uerò curam illi temporis magis reseruemus, & differamus in illum diem quo reformandi corporis gratia est uẽturus: sicut meminit apostolus dicẽs. Saluatorem expectamus dominum nostrum iesum christum: qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. In priore siquidem aduentu tanquàm preco, uel magis uere preco ipsius Iohannes baptista clamat: Ecce, inquit, agnus dei: ecce q tollit peccata mundi. Non dicit morbos corporis: nõ molestias carnis: sed peccatum quod est morbus animæ & corruptio mentis. Ecce qui tollit peccata mundi. Vnde Vtiq; a manu: ab oculo: a collo: demum etiam à carne ipsa: cui altius infixum est. Tollit peccatum è manibus commissa peccata delens: tollit ab oculo purgans cordis intẽtionẽ: tollit à collo uiolentã remouens dãnationem: sicut scriptum est: Sceptrum exactoris eius superasti sicut in die madian. Iteruq; Computrescet iugum à facie olei. Et apostolus loquitur dicẽs, Vt nõ regnet peccatũ in uestro mortali corpore. Siquidẽ alio in loco ait idem apostolus. Scio, inquit, q nõ est in me bonum: hoc est in carne mea. Et alibi. Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Sciebat nimirũ nõ prius liberandũ se esse à pessima illa radice cũ carni infixa est: à lege peccati que est in membris nostris: donec & ab ipso corpore solueretur. Vnde & cupiebat dissolui & cũ christo esse: sciens q pcñm separans inter nos & deũ, penitus auferri non poterit: do nec liberemur à corpore. Audistis de quodã quẽ dñs curauit à dæmonio: qm̃ collidens & multum discerpens eũ dæmon exiuit ab illo. Itaq; dico uobis genus illud peccati qđ totiens cõturbat nos: concupiscentias loquor & desideria mala, reprimi quidem debet & potest per gratiam dei ut nõ regnet in nobis. Nec demus membra nostra arma iniquitatis peccato, & sic nulla damnatio est his qui sunt in christo Iesu: sed non eicitur nisi in morte: quãdo sic discerpimur ut anima separetur à corpore. Habes ad quid uenerit christus: & cui intẽdere debeat christianus. Propterea noli ô corpus: noli præripere tẽpora: potes ei impedire animæ tuæ salutem: tuam ipsius operari non potes. Omnia tempus habent: patere ut nunc anima pro se laboret: magis autem etiam collabora ei: quoniam si compateris & conregnabis. Quantum eius impedis reparationem: tantum impedis tuam: q nimirum ante reparari non poteris: donec suam in ea deus imaginem uideat reformatam. C Nobilem hospitem habes ô caro nobilem ualde, & tota salus tua pendet de eius salute. Da honorem hospiti tanto. Tu quidem habitas in regione tua: anima uerò peregrina & exul apud te est hospitata. Quæ so te:

Phil.3. Iohan.1. Eccl.2. 2.Tim.2. Esa.9. Esaiæ.10. Roma.6. Roma.7. Phil.1. Mar.9. Roma.6.

so te: quis rusticus: si forte nobilis & prepotens quispiam apud eum uoluerit hospitari: non libenter in angulo domus suæ, aut sub gradibus suis uel in ipsis cineribus accubabit: cedes hospiti suo locū sicut dignū est potiorem: Et tu ergo fac similiter. Iniurias uel molestias tuas ne reputaueris: tm ut hospes tuus honorifice possit apud te demorari. Honor tibi est ut pro eo interim te exhibeas inhonorū. Ac ne forte despicias aut parupendas hospitem tuum p eo q peregrinus tibi uidet & aduena: diligenter attende quid hospitis huius tibi psentia largiatur. Ipse enim est q tribuit oculis uisum: auditū auribus pstat: ipse est qui linguæ uocem: palato gustū: motū membris oibus subministrat. Si quid uitæ: si quid sensus: si qd in te decoris est: huius hospitis beneficiū recognosce. Deniq; discessus eius pbat: quid præsentia conferebat. Protinus em aia discede te lingua silebit: oculi nihil uidebūt: obsurdescent aures: corpus oe rigebit: facies expallescet. In breui quoq; totū cadauer putidū simul & putridū fiet, & decor ois insanie cōuertetur. Vt quid ergo pro temporali qualibet delectatione cōtristas & lædis hospitem istū: quā nec sentire quidem ullo modo poteras nisi per ipsum? Ad hæc si tantum tibi cōfert exul: & inimicitiarum causa à facie domini sui iectus: quātū tibi pstabit reconciliatus? Noli ō corpus noli impedire reconciliationē illā: qm grādis tibi exinde gloria paratur. Patiēter imo & libenter temetipsum expone
Gen.40. ad ois: nihil dissimules qd huic uideat reconciliationi posse prodesse. Dic hospiti tuo: qa recordabit dns tui, & restituet te in gradū pristinū & tu memento mei. Oino enim memor erit tui in bonū, si bene seruieris illi, & cū peruenerit ad dnm suū suggeret ei de te, & loquet bonū p bono hospite, dicēs: Cū in ultionem culpæ suæ exularet seruus tuus: paup quidā apud quē hospitatus sum fecit mecum mīam, & utinā retribuat p me dns meus. Primo siqdē ois sua, dehinc etiā semetipsum exposuit utilitatibus meis nō parcēs sibi propter me in iesuniis multis, in laboribus frequēter: in uigiliis supra modū: in fame & siti: etiā in frigore & nuditate. Quid igit? Profecto nō mentit scriptura q
Psal.144 dicit: Voluntatē timētiū se faciet: & depcationē eorū exaudiet. O si forte gustare dulcedinē hāc: si forte gloriā istā ualeas æstimare. Mira em dicturus sum: sed tm uera, & oino indubitata fidelibus. Ipse dns sabaoth dns uirtutū, & rex gloriæ: ipe descendet ad reformanda corpa nra, & cōfiguranda corpori claritatis suæ. Quāta erit illa gloria quàm ineffabilis exultatio: qn creator uniuersitatis q p aiabus iustificandis humilis ante uenerat & occultus: pro te glorificanda ō misera caro: sublimis ueniet & manifestus: nō iam in infirmitate: sed in gloria & maiestate sua? Quis cogitabit diem aduentus illius quando descendet cum plenitudine luminis: præcurrentibus angelis & tubæ cōcentu excitantibus de puluere corpus inops: & rapientibus illud obuiā xpo in aera? Quousque igitur caro misera: insipiens, cæca, demens, & prorsus insana caro: transitorias & caducas quærit consolationes, imo desolatiōes, si forte contingat repelli, & indignam iudicari hac gloria: magis autem nihilominus ineffabili in æternum excruciari pœna? Non sic obsecro fratres mei nō sic: quinimo delectetur in hmōi meditationibus aia nostra: quinetiam caro nra requiescat in spe saluatorē expectans dnm nostrum iesum christum, qui reformabit illam cōfiguratam corpori clari
Psal.62 tatis suæ. Sicut enim ait pphēta. Sitiuit in te anima mea: quàm multipliciter tibi caro mea. Desiderabat quidē anima prophetalis aduentum priorem: quo se nouerat redimendam: sed multo amplius caro desiderabat aduentum posteriorem & glorificationem suam. Tunc enim implebūtur desideria nostra, & plena erit maiestate domini ois terra. Ad quam gloriam: ad quam beatitudinem: ad quā demiq; pacem quæ exuperat oem sensum ipse sua nos mia perducat: nec confundat nos ab expectatione nostra: saluator quem expectamus iesus christus dominus noster: q est super omnia benedictus in secula.

De triplici utilitate aduentus domini. Sermo. VII.

SI deuote celebramus aduētū domini, id facimus qd oportet. Siquidem non mō ad nos: sed ppter nos uenit: q bonorū nostrorū nō eget. Verū nostræ qdē indigētiæ quātitatē manifestius ipsa dignationis eius indicat magnitudo. Nec modo periculum egritudinis ex ipo pcio medicaminis innotescit: sed & uaietudinū nmerus ex multitudine remediorum. Vt quid em diuisiones gratiarum sunt: si nō uidetur necessitatum ulla diuersitas? Et quidē difficile est uniuersas uno sermone prosequi indigentias quas experimur: sed occurrunt mihi interim tres cōes oibus & quodāmodo pricipales. C Nemo em reperitur in nobis: q nō interim & cōsilij & auxilij & præsidij indignus uideat. Nimirū gnalis est humano generi miseria triplex: & quotquot degimus in regione umbræ mortis: in infirmitate corpis: in loco tentationis si diligenter aduertimus: triplici hoc incōmodo miserabiliter laboramus. Nā & faciles sumus ad seducendū: & debiles ad operandū: & fragiles ad resistendum. Si discernere uolumus inter bonum & malum, decipimur: si tētamus facere bonum, deficimus: si conamur resistere malo: deiicimur & superamur. Necessarius proinde saluatoris aduentus: necessaria sic præoccupatis hoibus presentia xpi. Atq; utinam sic ueniat: ut copiosissima dignatione sua & in nobis per fidē habitans illuminet cæcitatē nostrā: & nobiscū manens adiuuet infirmitatē nostrā, & pro *Roma.8.* nobis stās fragilitatē nostrā protegat & ppugnet. Si em ille in nobis, qs iā decipiat nos? Si ille nobiscū, quid de cætero nō possumus in eo q cōfortat nos? Si ille pro nobis: qs cōtra nos? Fidelis consiliarius est: q nec falli omnino nec fallere queat, fortis auxiliarius q nō lassescat, pronus efficax q & ipm sathanā sub pedibus nris uelociter conterat: & oia eius machinamēta cōfringat. Nimirum ipse est dei sapia: cui semp in promptu sit instruere ignorātes, ipse dei uirtus cui facile sit & deficientes reficere, & eripere periclitantes. Ad hunc ergo tantum eruditorem fratres mei in omni deliberatione curramus: hunc tam strenuum adiutorem in omni opatione inuocemus: huic tam fido pugnatori in omni collectatione cōmittamus animas nostras: qui ad hoc ipsum uenit in mundum: ut habitans in hominibus: cū hominibus: p hominibus: & tenebras nostras illuminaret: labores leuaret: & pericula propulsaret.

Incipit præfatio beati Bernardi Abbatis in laudibus uirginis matris.

SCribere me aliquid & deuotio iubet, & phibet occupatio. Verūtamē qa ppediēte corpali molestia: fratrū ad psens nō ualeo sectari cōuentū: id tātillum ocij qd uel mihi de somno fraudans in noctibus intercipere simor: nō smā ociosum. Libet ergo tentare id potissimum aggredi: quod sæpe animum pulsauit: loqui uidelicet aliquid in laudibus uirginis matris, super illa lectione euangelica in qua luca referente dominice annunciationis continet historia. Ad qd sanè opus fa- *Luc.1.* ciēdum & si nulla fratrū quorum me profectibus deseruire necesse est, uel necessitas urgeat uel utilitas moneat: dū tamē ex hoc nō impediar quo ad quæq; ipsorū necessaria minus paratus inueniar: nō arbitror eos debere grauari si proprie satisfactio deuotioni.

Incipit homilia prima Bernardi Abbatis in laudibus uirginis matris.

MIssus est angelus Gabriel à deo in ciuitatē galilææ cui nomen nazareth: ad uirginē desponsatam uiro cui nomen erat Ioseph de domo Dauid, & nomen uirginis Maria. *Luc.1.* C Quid sibi uoluit euangelista tot ppria noia rerū in hoc loco tam signanter exprimere? Credo quia noluit nos negligēter audire: qd tam diligenter studuit enarrare. Nominat siquidē nunciū q mittit: dnm à quo mittit: virginē ad quam mittit: sponsum quoq; virginis: amborūq; genus: ciuitatē ac regionē propriis designat noib⁹. Vt qd hoc? Putasne aliqd horū supuacue positum sit? Nequaquā. Si em nec foliū de arbore si *Matt.10.* ne causa nec unus ex passeribus sine pre cælesti cadit sup

Universidad de Deusto
Biblioteca

terram:putē ego de ore ſcti euangeliſtæ ſupfluū diffluere uerbū:p̄ſertim in ſacra hiſtoria vbi? Nō puto.Plena qppe ſunt oia ſupernis myſteriis:ac cæleſti ſingula dulcedíne re dūdantia:ſi tñ diligentē habeāt inſpectorē:q nouerit fuge re mel de petra: oleūq; de ſaxo duriſſimo. Nēpe i illa die
Iobel.3. ſtillarūt mōtes dulcedinē:& colles fluxerūt lac & mel.Qñ
Eſai. 45. rorātibus cælis deſup:nubibusq; pluētibus iuſtū apta eſt terra læta germinās ſaluatorē:qñ dño dāte benignitatem
Pſal.84. & terra noſtra reddente fructum ſuū.Sup illum mōtē mō tiū mōtē coagulatū & pinguē mia & ueritas obuiauerūt ſibi, iuſtitia & pax oſculatæ ſunt.Illo quoq; in tēpore un? iſte inter cæteros mōtes nō modic? btūs hic uidelicet euā geliſta dū deſideratū nobis noſtræ ſalutis exordium ſuo melliſluo cōmēdauit eloquio:uelutí perflante auſtro atq; è uicino ſole radiāte iuſtitiæ:q̄dā ex eo ſpūalia fluxerunt
Pſal.14. aromata.Vtinā & nūc deus emittat uerbū ſuū,& liquefa ciat ea nobis:perflet ſpūs eius, & fiāt nobis intelligibília uerba euangelica:fiant in cordibus noſtris deſiderabília ſup aurū & lapidē p̄cioſum multū:fiant & dulciora ſuper
Textus. mel & fauum. A Ait itaq;.Miſſus eſt angelus Gabriel à deo nō arbitror hūc angelū de minoribus eſſe:q qualibet ex cauſa crebra ſoleant ad terras fingí legatiōe. Qđ & ex ei? noīe palā intelligi dař qđ inter p̄tatū fortitudo dei dicitur:& qa nō ab alio aliquo fortè excellētiore ſe ut aſſo let ſpū:ſed ab ipſo deo mitti phibef.Propter hoc ergo po ſitū eſt à deo,uel ideò dictū eſt à deo:ne cui uel beatorum ſpirituū ſuū deus antequā uirgini reuelaſſe putef cōſiliū, excepto dūtaxat archāgelo Gabriele qui utiq; tātæ inter ſuos inueniri potuerit excellētiæ:ut tali & noīe dign? ha beref & nuncio.Nec diſcordat nomē a nuncio. B Dei qppe uirtutē chriſtū quē melius nunciare decebat:quàm hunc:quē ſimile nomen honorat? Nam qd eſt aliud forti tudo quàm uirtus? Nō aut dedecēs:aut incōgruū uideař dūm & nunciū communi cenſeri uocabulo:cum ſimilis in utroq; appellationis:non ſit tñ utriuſq; ſimilis cauſa. Ali ter quippe chriſtus fortitudo uel uirt? dei dicit:aliter an gelus.Angelus ēñ tantū nuncupatiue:chriſtus autē etiā
1.Cori.1. ſubſtātiue.Chriſtus dei uirtus & dicit & eſt:q̄ forti arma to q ſuū atrium in pace cuſtodire ſolebat:fortior ſuperue niens,ipſum ſuo brachio debellauit, & ſic ei uaſa captiui tatis potenter eripuit. Angelus uerò fortitudo dei appel latus eſt:uel q̄ huiuſcemodi meruerit prærogatiuā officij quo eiuſdem nunciaret aduentum uirtutis: uel quia uir gínem natura pauidam:ſimplicem:uerecundam:de mira culi nouitate ne expaueſceret confortare deberet. Qđ &
Textus. fecit:Ne timeas,inquiens,Maria inueniſti gratiam apud deum.Sed & ipſius ſponſum hominem utiq; nihilominus humilem ac timoratum: nō irrationabiliter forſitā idem angelus confortaſſe creditur:quāquam tuncab euange
Matth.1. liſta non nominetur.Ioſeph,inquit,fili Dauid:ne timeas accipere mariam cōiugem tuam.Conuenienter itaq; ga briel ad hoc opus eligitur:imo quia tale illi negocium
Textus. iniungitur:recte tali nomine deſignatur. Miſſus eſt ergo angelus Gabriel à deo:quo? In ciuitatem galilææ cui no
Ioannis.1. men nazareth.Videamus ſi ut ait Natanael: à Nazareth poteſt aliquid boni eſſe.Nazareth interpretatur flos. Vi detur autem mihi quoddam ſemen fuiſſe diuinæ cogna tionis tanquàm è cælo iactatum in terras,allocutiones & promiſſiones factæ cœlitus ad patres Abraā ſcilicet Iſaac
Eſaiæ.1. & Iacob.De quo ſemine ſcriptum eſt. Niſi dominus ſa baoth reliquiſſet nobis ſemen: ſicut ſodoma fuiſſemus:& quaſi Gomorra ſimiles eſſemus. Floruit autē hoc ſemen: in mirabilibus quæ oſtenſa ſunt in exitu Iſrael de ægypto in figuris & ænigmatibus per totū iter in deſerto uſq; in terram promiſſionis:& deinceps in uiſionibus & uaticí niis prophetarum:in ordinatione quoq; regni ac ſacerdo tij uſq; ad chriſtum.Chriſtus autem huius ſeminis & ho
Pſal. 84. rū florū nō immerito fructus eſſe intelligit: dicēte Dauid Dñs dabit benignitatē:& terra noſtra dabit fructū ſuum.
Pſal.131. Et iterū.De fructu uentris tui ponam ſuper ſedem tuā. In nazareth ergo nūciatur chriſtus naſciturus:quia in flore

ſperatur fructus proceſſurus.Sed p̄deūte fructu flos deci dit:quia ueritate apparente in carne:figura pertranſit. Vnde & Nazareth ciuitas galilææ dicit:id eſt tranſmigra tionis:quia naſcente chriſto oia illa tranſierunt quæ ſupe
1.Cori.10 rius enumerauí:quæ ut ait apoſtolus:in figura contínge bant illis.Hos ergo flores & nos qui iam fructum tenem? pertranſiſſe uidemus,& dū adhuc florere uidebantur: trā ſituri p̄uidebant.Vnde dauid:Mane ſicut herba tranſeat
Pſal.89. mane floreat & tranſeat: ueſpere decidat, induret & are ſcat.Veſpere etenim:id eſt quādo uenit plenitudo tempo
Gala.4. ris in quo miſit deus unigenitum ſuum factum ex mulie re:factum ſub lege:dicente ipſo.Ecce noua facio,omnia ue
Eſaiæ.43 tera tranſierunt & diſparuerunt: quō in nouitate fucere ſcentis fructus flores decidunt & areſcūt.Vnde rurſus ſcri
Eſai.40. ptum eſt.Fœnum aruit & flos decidit:uerbum autem dñi manet in æternum.Credo nō ambigis quin uerbū fruct? ſit:uerbum autē chriſtus eſt.Bonus itaq; fructus chriſtus q manet in æternū.Sed ubi eſt fœnū qđ aruit:ubi eſt flos qui decidit? Propheta reſpōdeat.Omnis caro fœnum: &
Pſal.75. oīs gloria eius tanquā flos fœni. Si omnis caro fœnum:: ergo carnalis ille populus iudæorum fœnum fuit. An nō fœnum aruit:dū idem populus ab omni ſpiritus pingue dine nacmus,ſiccæ literæ adhæſit? An non etiam flos deci dit:quando gloriatio quā habebant in lege non reman ſit? Si flos nō decidit:ubi ergo regnum: ubi ſacerdotiū: ubi prophetæ:ubi templum:ubi denicq; magnalia illa de quibus gloriarí ſolebant & dicere: quanta audiuimus & cognouimus ea:& patres noſtri narrauerunt nobis.Et ite
Pſal.75. rū.Quanta mandauit patribus noſtris nota facere ea filijs ſuis.Et hæc dicta ſunt pro eo qđ poſitum eſt: in nazareth
Textus. ciuitatem galilææ. In illam ergo ciuitatem miſſus eſt an gelus gabriel à deo.Ad quem? Ad uirginem deſponſatā uiro:cui nomen erat Ioſeph. B Quæ eſt hæc uirgo: tam uenerabilis ut ſalutetur ab angelo:tam humilis,ut de ſponſata ſit fabro? Pulchra permixtio uirginitatis & hu militatis:nec mediocriter placet deo illa anima in qua & humilitas commēdat uirginitatem:& uirginitas exornat humilitatē.Sed quāta putas ueneratiōe digna eſt: in qua humilitatē exaltat fœcūditas,& partus cōſecrat uirginita tē? Audis uirginē:audis humilē; ſi no pōt uirginitatē hu milis:imitare humilitatem uirginis.Laudabilis uirtus uir ginitas:ſed magis neceſſaria humilitas.Illa cōſulit:iſta p̄ cipit. Ad illā inuitaris:ad iſtā cogeris. De illa dicit. Qui
Matt.19. poteſt capere capiat:de iſta dicit:Niſi qs efficiat ſicut par uulus iſte:non intrabit in regnū cælorū.Illa ergo remune
Matth.18 ratur,iſta exigit. C Potes denicq; ſine uirginitate ſalua rí:ſine humilitate non potes.Poteſt inquā placere humili tas q̄ uirginitatē deplorat amiſſam:ſine humilitate autem audeo dicere:nec uirginitas Marie placuiſſet.Sup quem,
Eſa.ulti. inqt,requieſcet ſpūs meus:niſi ſup humilē & qetū: Super humilē dixit:nō ſup uirginem. Si igitē maria humilis non eſſet:ſup eā ſpūſſctūs nō reqeuiſſet.Si ſup eā non reqeuiſ ſet nec impgnaſſet. Quō eñ de ipſo ſine ipſo conciperet? Patet itaq; quia ut de ſpūſctō cōciperet: ſicut ipa phibet.
Luce.1. Reſpexit humilitatē ancillæ ſuæ deus,potius quā uirgini tatē.Et ſi placuit ex uirginitate:tamē ex humilitate conce pit.Vnde cōſtat quia etiā ut placeret v̄ginitas: humilitas ꝑculdubio fecit.Quid dicis uirgo ſuperbe? Maria uirgi
V̄ſupra. nē ſe oblita:gloriaſ de humilitate:& tu negligendo humi litatē,blandiris tibi de uirginitate? Reſpexit (ait illa) hū litatē ancillæ ſuæ.Quæ illa? Virgo utiq; ſancta,uirgo ſo bria,uirgo deuota.Nunquid tu caſtior illa? Nunquid de uotior? Aut nunquid tua fortè pudicitia gratior caſtitate Mariæ? ut tu ſcilicet ſine humilitate placere ſufficias ex tua:quod illa non potuit ex ſua: Denicq; quanto honora bilior es ex ſingulari munere caſtimoniæ:tanto tibi tu ma iorem iniuriam facis:q̄ eius in te decorem fœdas permi xtione ſuperbiæ. Alioquin expedit tibi uirginem nō eſſe quàm de uirginitate inſoleſcere.Nō omnium quidem eſt uirginitas: multo tamen pauciorum eſt cum uirginitate humilitas.Si igitur uirginitatem in Maria non potes niſi

mirari:

mirari: stude humilitatem imitari: & sufficit tibi. Qđ si & uirgo & hūilis es: q̄squis es magn⁹ es. Est tñ maius aliq̄d quod mireris in maria: scilicet cū uirginitate fœcunditas. A seculo eñ non est auditū: ut aliqua simul mater esset & uirgo. Quòd si & cuius mater attēdas: quo te tua sup eius mirabili celsitudine ducet admiratio? Nónne ad hoc ut te uideas nec satis posse mirari? Nónne tuo imo ueritatis iudicio illa quæ deū habuit filiū super omnes etiam choros exaltabitur angelorum? An non deum & dñm angelorum maria suum audacter appellat filiū dicēs. Fili quid fecisti nobis sic? Quis hoc audeat angelorum? Sufficit eis & pro magno habent q̄ cum sint spiritus ex conditione: ex gratia facti sunt & uocati angeli: testāte dauid. Qui facit, inqt, angelos suos spiritus. Maria uerò matrē sc agnoscens: maiestatem illam cui illi cū reuerentia seruiūt: cum fiducia suum nuncupat filium. Nec dedignat nuncupari deus qđ esse dignatus est. Nā paulopost subdit euangelista. Erat inquiēs, subditus illis. Quis? Quibus? Deus hominibus. Deus, inquàm, cui angeli subditi sunt: cui principatus & potestates obediunt subditus erat mariæ. Nec tantum mariæ: sed etiam Ioseph propter mariam. Mirare ergo utrumlibet: & elige quid amplius mireris: siue filii benignissimam dignationem: siue matris excellentissimam dignitatem. Vtrinq; stupor: utrinq; miraculum. Et q̄ deo fœminæ obtemperet: humilitas absq; exemplo, & q̄ deo fœmina principetur: sublimitas sine socio. In laudibus uirginum singulariter canitur: q̄ sequuntur agnum quocūq; ierit. Quibus ergo laudibus iudicas dignam: quæ etiā præit? Disce homo obedire: disce terra subdi: disce puluis obtemperare. De auctore tuo loquēs euangelista: & erat, inquit, subditus illis, haud dubiū quin mariæ & Ioseph. Erubesce superbire cinis. Deus se humiliat: & tu te exaltas? Deus se hominibus subdit: & tu dominari gestiens hominibus: tuo te præponis auctori? Vtinam mihi aliquando tale aliquid cogitāti: deus respondere dignetur: quod & suo increpando respōdit apostolo. Vade, inquit, post me sathana: quia non sapis ea quæ dei sunt. Quotiens enim hominibus præesse desidero: totiens deum meum præire contendo: & tunc uere non sapio ea quæ dei sunt. De ipso namq; dictum est & erat subditus illis. Si hominis ô homo imitari dedignaris exemplum: certe non erit tibi indignum sequi auctorem tuum. Si non potes forsitan sequi eum quocunq; ierit: dignare uel sequi quo tibi condescendit. Hoc est sinō potes sublimē incedere semitam uirginitatis: sequere uel deum per tutissimam uiam humilitatis. A cuius rectitudine si qui etiam de uirginibus deuiauerint: ut uerum fatear nec ipsi sequūtur agnum quocunq; ierit. Sequitur quidem agnum coinquinatus humilis: sequitur & uirgo superbus: sed neuter quocunq; ierit: quia nec ille ascendere potest ad mundiciam agni qui sine macula est: nec is ad eiusdem mansuetudinem descendere dignatur: qua scilicet nō coram tondente: sed coram occidente se obmutuit. At tamen salubriorem eligit sequendi partem in humilitate peccator quàm in uirginitate superbus: cum & illius immūditiam sua humilis satisfactio purget: & huius pudicitiam superbia inquinet. Sed felix maria cui nec humilitas defuit nec uirginitas. Et quidem singularis uirginitas quam non temerauit sed honorauit fœcunditas, & nihilominus specialis humilitas quam non abstulit: sed extulit fœcunda uirginitas: & incomparabilis prorsus fœcunditas: quam uirginitas simul comitatur & humilitas. Quid horum nō mirabile: quid non incomparabile: quid non singulare? Mirum uerò si non hæsitas in eorum ponderatione: quid tua iudices dignius admiratione: utrum uidelicet potius stupenda sit fœcunditas in uirgine: an in matre integritas: sublimitas in prole: an cum tanta sublimitate humilitas nisi q̄ indubitāter horum singulis præferenda sunt simul cuncta: & incomparabiliter excellentius est atq; felicius: omnia percepisse quàm aliqua. Et quid mirum si deus qui mirabilis legitur & cernitur in sanctis suis: mirabilem se exhibuit in matre suae? Veneramini ergo coniuges in carne corruptibili carnis integritatem: miramini etiam uos sacræ uirgines in uirgine fœcūditatem: imitamini omnes homines dei matris humilitatem. Honorate sancti angeli uestri regis matrem: qui nostræ adoratis uirginis prolem: ipsum utiq; nostrum pariter ac uestrum regem: nostri generis reparatorem: uestræ ciuitatis instauratorem. Cuius apud uos tam sublimis inter nos tam humilis: à uobis pariter & à nobis detur & dignitati debita reuerentia: & dignationi honor & gloria: in secula seculorum. Amen.

Luc. 2. Luc. 2. Apoc. 14 Matth. 16

Explicit homilia prima. Homilia II. unde supra.

NOuum quidem canticum illud quod solis dabitur in regno dei cantare uirginibus: ipsam uirginum reginam cum cæteris imo primam inter cæteras esse cantaturam: nemo est qui ambigat. Puto autem illam præter illud quod solis licet cum omnibus tamen uirginibus ei ut dixi commune erit: dulciori quodam atq; elegantiori carmine lætificaturam esse ciuitatem dei. Cui utique dulcisonos depromere uel exprimere modulos ne ipsarum quidem uirginum ulla digna inuenietur: quia soli merito decantandum seruabitur: quæ sola de partu & partu diuino gloriat. Gloriatur dixerim de partu non in se: sed in ipso quem peperit. Deus siquidē deus enim est quem peperit, matrem suam singulari in cælestibus donaturus gloria: singulari in terris præuenire curauit & gratia: qua uidelicet ineffabiliter & intacta conciperet: & pareret incorrupta. Porrò deum huiusmodi decebat natiuitas: qua non nisi de uirgine nasceretur. Talis cōgruebat & uirgini partus: ut non pareret nisi deum. Proinde factor hominum ut homo fieret, nasciturus de homine talem sibi ex omnibus debuit deligere imo condere matrē: qualē & se decere sciebat: & sibi nouerat placiturā. Voluit itaq; esse uirginē de qua immaculata immaculat⁹ procederet: omniū maculas purgaturus? Voluit & humilē de qua mitis & humilis corde prodiret: harum in se uirtutū necessarium omnibus, saluberrimumq; exemplum ostensurus. Dedit uirgini partum: qui ei iam ante & uirginitatis inspirauerat uotum: & humilitatis prærogauerat meritum. Alioquin quomodo angelus eam in sequēntibus gratia plenam pronunciat: si quippiam uel parum boni quod ex gratia non esset habebat? Vt igitur quæ sanctum sanctorum cōceptura erat pariter & paritura: sancta esset corpore, accepit donum uirginitatis: ut esset & mēte: accepit & humilitatis. His nimirum uirgo regia: gemmis ornata uirtutum: geminoq; mentis pariter & corporis decore præfulgida: specie sua & pulchritudine sua in cælestibus cognita: cæli ciuium in se, puocauit aspectus: ita ut & regis animum in sui cōcupiscentiā inclinaret: & cælestē nunciū ad se de supernis educeret. Et hoc est quod nobis hic euāgelista commendat cum angelum perhibet à deo destinatum ad uirginē. A deo inquit ad uirginē. i. à celso ad humilem: à domino ad ancillā: à creatore ad creaturā. Quanta dignatio dei: quāta uirginis excellentia? Currite matres: currite filiæ: currite oēs q̄ post euā & ex eua & parturimini cū tristitia & parturitis: adite uirginalē thalamū: ingredimini si potestis pudicū sororis uestræ cubiculum. Ecce eñ deus mittit ad uirginem: ecce affatur angelus mariam. Apponite aurem parieti: auscultate quid nunciet ei si forte audiatis unde consoleminī. Lætare pater adam: sed magis tu, ô eua mater exulta: qui sicut omnium parentes: ita omnium fuistis peremptores: & quod infelicius est: prius peremptores quàm parentes. Ambo inquam consolaminī super filia & tali filia: sed illa amplius de qua malum ortum est prius: cuius opprobriū in omnes pertransiit mulieres. Instat namque tempus quo iam tollatur opprobriū: nec habeat uir quid causetur aduersus fœminam: qui utiq; dū se imprudenter excusare conaretur: crudeliter illā excusare nō cunctatus est dicens. Mulier quā dedisti mihi: dedit mihi de ligno & comedi. Propterea curre eua ad mariam: curre mr̄ ad filiā: filia pro mre rñdeat: ipsa mris opprobriū auferat: ipsa pri, p mre satisfaciat: quia ecce si uir ceciderit p

Genesis. 3

Universidad de Deusto
Biblioteca

fœminã:iã non erigitur nisi per fœminam. Quid dicebas ô adam? Mulier quam dedisti mihi:dedit mihi de ligno & comedi. Verba malitiæ sunt hæc:quibus magis augeas
Sapien.7. quàm deleas culpam. Veruntamen sapientia uicit malitiam:cum occasionem ueniæ quam à te deus interrogando elicere tentauit:sed non potuit:in thesauro indeficientis suæ pietatis inuenit. Redditur nempe fœmina pro fœmina:prudens pro fatua:humilis pro superba:quæ pro ligno mortis gustum tibi porrigat uitæ:& pro uenenoso cibo illo amaritudinis dulcedinem pariat fructus æterni. Muta ergo iniquæ excusationis uerbum in uocem gratiarum actionis:& dic:Domine:Mulier quam dedisti mihi dedit mihi de ligno uitæ & comedi,& dulce factum est super mel ori meo:quia in ipso uiuificasti me. Ecce enim ad hoc missus est angelus ad uirginem. O ammirandam & omni honore dignissimam uirginem:ô fœminam singulariter uenerandam super omnes fœminas admirabilem,parentum reparatricem:posterorum uiuificatricem. Missus est,inquit,angelus ad uirginem. Virginem carne: uirginem mente:uirginem professione:uirginem denique
1.Cori.7. qualem describit apostolus:mente & corpore sanctam. C Nec nouiter nec fortuitu inuentam:sed à sæculo electam:ab altissimo præcognitam:& sibi præparatam:ab angelis seruatam:à patribus præsignatam:à prophetis promissam. Scrutare scripturas:& proba quæ dico. Vis ne ut & ego aliqua ex his testimonia hic inseram? Vt pauca loquar de pluribus:quam tibi aliam prædixisse deus
Genesis.3 uidetur:quando ad serpentem ait. Inimicitias ponam inter te & mulierem. Et si adhuc dubitas an de maria dixe-
Vbi supra rit:audi quod sequitur. Ipsa conteret caput tuum. Cui hæc seruata uictoria est:nisi mariæ? Ipsa proculdubio caput contriuit uenenatum:quæ omnimodam maligni suggestionem tam de carnis illecebra:quàm de mentis superbia deduxit ad nihilum. Quam uerò aliam salomon requi
Prouer.31 rebat cum dicebat. Mulierem fortem quis inueniet? Nouerat quippe uir sapiens huius sexus infirmitatem:fragile corpus:lubricam mentem:quia tamen & deum legerat promisisse,& ita uidebat congruere:ut qui uicerat per fœminam uinceretur per ipsam:uehementer ammirans aiebat. Mulierem fortem quis inueniet? Quod est dicere. Si ita de manu fœminæ pendet & nostra omnium salus & innocentiæ restitutio:& de hoste uictoria:fortis omnino necesse est ut prouideatur:quæ ad tantum opus possit esse
Vbi supra. idonea. Sed mulierem fortem quis inueniet? At ne hoc quæsisse putetur desperãdo:subdit prophetando. Procul & de ultimis finibus precium eius:hoc est non uile,non paruũ,nõ mediocre:non deniq; de terra sed de cælo:nec de cælo proximo terris:preciũ fortis huius mulieris:sed
Exodi.3. à summo cælo egressio eius. Quid deinde rubus ille quondam Mosaicus portendebat:flammas quidem emittens sed non ardens:nisi mariam parientem & dolorem non sentientem? A Quid rogo uirga aaron florida nec
Nume.17. humectata:nisi ipsam concipientem,quàmuis uirum non cognoscentem? Huius magni miraculi maius mysterium
Esaiæ.11. Esaias edisserit dicens. Egredietur uirga de radice iesse:& flos de radice eius ascendet:uirgã uirginẽ:florẽ uirginis partũ intelligens. Sed si tibi q; nũc in flore christus intelligi dicitur:superiori uidetur aduersari sententiæ:qua nõ uirgæ flore sed floris fructu designari dicebatur:noueris in eadem aaronica uirga quæ non solũ floruit:sed & frondiuit:& fructũ emisit nõ solũ flore uel fructu,sed ipsis etiam frondibus eundem significari. Noueris & apud moysen nec fructu uirgæ nec flore:sed ipsa uirga demonstrari. Illa
Exod.14. utiq; uirga:qua ferìente aqua uel diuiditur transituris:
Exodi.17. uel de petra excutitur bibituris. B Nullum autem incõueniens est diuersis rebus diuersis ex causis christũ figurari:& in uirga quidem potentiam:in flore uerò fragrantiã:in fructu autem saporis dulcedinem:in frondibus quoq; sedulam eius intelligi protectionem:qua uidelicet paruulos ad se confugientes sub umbra alarum suarum protegere non desinit:siue ab æstu carnalium desideriorum,sive a facie impiorum qui eos afflixerunt. Bona & desiderabilis umbra sub alis iesu:ubi tutum est fugientibus refugium:gratum fessis refrigerium. Miserere mei dñe Iesu Psalm.56
miserere mei:qm̃ in te confidit anima mea:& in umbra alarum tuarum sperabo:donec transeat iniquitas. In hoc tamen esaiæ testimonio:florem filium:uirgam intellige matrem:quoniã & uirga floruit,absq; germine:& uirgo concepit non ex homine. Nec uirgæ uirorem floris læsit emissio:nec uirginis pudorem sacri partus editio. Proferamus & alia uirgini matri:deoq; filio congrua de scripturis testimonia. Quid illud gedeonis uellus significat
Iudicũ.6. quod utiq; de carne tonsum:sed sine uulnere carnis in area ponitur:& nunc quidem lana nũc uerò area rore perfunditur:nisi carnem assumptam de carne uirginis & absq; detrimento uirginitatis? Cui utiq; distillantibus cælis:tota se infudit plenitudo diuinitatis:adeo ut ex hac plenitudine omnes acceperimus,qui uere sine illa non aliud quàm terra arida sumus. Huic quoq; gedeonico facto prophetico dictum pulchre satis conuenire uidetur:ubi legitur. Descendat sicut pluuia in uellus. Nam per hoc qd
Psalm.71. sequit:& sicut stillicidia stillãtia super terram,idem datur intelligi:quod per inuentam rore madidam aream. Pluuia quippe uoluntaria quam segregauit deus hæreditati suæ placidæ prius & absq; strepitu operatiõis humanæ suo se quietissimo illapsu uirginem dimisit in uterum:postmodum uerò ubiq; terrarum:diffusa est per ora prædicatorum,non iam sicut pluuia in uellus:sed sicut stillicidia stillantia super terram:cum quodam utiq; strepitu uerborum ac sonitu miraculorum. Siquidem recordatæ sunt nubes illæ quæ portabant pluuiam:præceptum sibi fuisse cum mitterentur. Quod dico uobis in tenebris dicite
Matth.10 in lumine:& quod in aure auditis prædicate super tecta. Quod & fecerunt. Etenim in omnem terram exiuit sonus eorum:& in fines orbis terræ uerba eorum. A Audiamus & hieremiam noua ueteribus uaticinantem:& quem præsentem monstrare non poterat:uenturum & ardenter desiderantem & fidenter promittentem. Nouũ,
Hiere.31 inquit,creauit dominus super terram:fœmina circumdabit uirum. Quæ est hæc fœmina? Quis uerò iste uir? Aut si uir:quomodo à fœmina circũdatus? Aut si à fœmina circumdari potest quomodo uir? Et ut apertius dicam:quomodo potest simul & uir esse & in utero matris? Hoc est
ẽ uirum à fœmina circumdari. Nouimus uiros:qui scilicet infantiam:pueritiam:adolescentiam:atq; iuuentutem transeuntes:ad gradum usq; senectuti proximum peruenerunt. Qui ergo iam adeo grandis est:quomodo à fœmina circumdari potest? Si dixisset fœmina circumdabit infantem,uel fœmina circumdabit paruulum:nec nouum uideretur nec mirum. Nunc autem quia nil tale posuit sed dixit uirum:quærimus que sit hæc nouitas quam deus fecit in terra:ut fœmina circumdaret uirum:& uir intra fœ-
Ieremi.3. minei unius corpusculi membra sese cohiberet? Quid est hoc miraculi? Numquid potest homo ut ait Nicodemus in uentrem matris suæ iterato introire & nasci? Sed uerto me ad conceptum partumq; uirginalem:si forte inter plurima noua ac mira que ibi profecto inspicit qui diligenter inquirit:etiam hanc quam de propheta protuli reperiam nouitatem. Porrò ibi agnoscitur longitudo breuis:latitudo angusta:altitudo subdita:profunditas plana. Ibi agnoscitur lux non lucens:uerbum infans:aqua sitiens:panis esuriens. Videas si attendas potentiam regi:sapientiam instrui:uirtutem sustentari:deum deniq; lactentem:sed angelos reficientem:uagientem sed miseros consolantem. Videas si attendas tristari lætitiam:pauere fiduciam:salutem pati:uitam mori:fortitudinem infirmari. Sed quod non minus mirandum est:ipsa ibi cernitur tristitia lætificans:pauor confortans:passio saluans:mors uiuificans:infirmitas roborans. Cui iam illud quoque non occurrat quod quærebam? Numquid non facile tibi est inter hæc fœminam agnoscere uirum circumdantem:cum mariam uideas uirum approbatũ a deo Iesum suo utero circumplectentem?

cumplectẽte. Virũ aũt dixerim fuisse iesum, non solũ iam cũ diceret uir ꝓpheta potens in opere & sermone: sed etiã cũ tenera adhuc infantis mẽbra: dei mater blando uel fo-ueret in gremio: uel gestaret in utero. *Vir igit*ꝝ erat iesus necdũ etiam natus: sed sapientia non ætate: animi uigore nõ uiribus corpis: maturitate sensuũ: nõ corpulẽtia mem brorũ. Necꝫ enim minus habuit sapientiæ uel potius nõ minus fuit sapia iesus cõceptus quàm natus: puus quàm magnus. Siue ergo latens in utero, siue uagiens in præse-pio: siue iã grãdiusculus interrogãs doctores in templo: siue iã perfecte ætatis docens in ꝓplo: æque profecto ple-nus fuit spiritusctõ. Nec fuit hora in quacunꝫ ætate sua: qua de plenitudine illa quàm in sui cõceptiõe accepit in utero, uel aliquid minueret uel aliquid eidem adiiceretur sed à principio ꝓfectus: à principio, inquã, plenus fuit spũ

Esaiæ. 11. sapientiæ & intellectus: spiritu consilij & fortitudinis: spi ritu scientiæ & pietatis: & spiritu timoris dñi. D Nec

Luc. 2. te moueat ꝙ de illo legis in alio loco. Iesus autem ꝓficie-bat sapientia & ætate & gratia apud deum & homines. Nam quod de sapientia & gratia hic dictum est: non secũ dum qd erat: sed ꝑm qd apparebat intelligendum est: non quia uidelicet aliquid ei nouum accideret qd ante nõ ha-beret: sed qd accidere uideret quando uolebat ipse ut ui-deret. Tu homo cum proficis nõ quando nec quãtum uis proficis: sed te nesciente tuus moderat profectus: tua uita disponitur. At uerò puer iesus qui disponit tuam, ipse di-sponebat & suam, & quando uolebat & quibus uolebat sapiens apparebat, quando & quibus uolebat sapiẽtior: quando & quibus uolebat sapientissimus, quãquàm in se nũquàm esset nisi sapientissimus. Similiter & cum semper omni gratia plenus fuisset: siue quam apud deũ: siue quã apud homines habere deberet, pro suo tamen arbitrio eã nunc plus nunc minus ostentabat: prout cernentium uel meritis cõgruere, uel saluti expedire sciebat. Cõstat ergo quia semper iesus uirilem animum habuit, & si semper in corpore uir nõ apparuit. Cur deniq; dubito uirum fuis-se in utero: quem inibi deum fuisse non ambigo? Minus quippe est esse uirũ quàm esse deum. Sed uide si nõ etiam

Esaiæ. 7. hanc Hieremiæ nouitatem Esaias lucidissime aperit: qui nouos superius aaronicos flores exposuit. Ecce, inquit, uirgo concipiet, & pariet filium. En habes fœminam sci-licet uirginẽ. Vis & de uiro audire quid sit? Et uocabitur, ait, nomen eius emanuel: id est nobiscũ deus. A Fœmi-na itaq; circundans uirum: uirgo est concipiens deum. Videns quàm pulchre & concorditer sanctorum mira fa-cta & mystica dicta sibi inuicem concinunt? Vides quàm stupendum sit hoc unum de uirgine & in uirgine factum miraculum: quod tot miracula præuenerunt: tot oracula promiserunt? Vnus nimirum fuit spiritus prophetarum: & licet diuersis modis, signis & temporibus eandem rem diuersi non diuerso spiritu & præuiderunt & prædixe-runt. Quod moysi monstratum est in rubo & igne: aaron in uirga & flore: gedeoni in uellere & rore: hoc aperte Sa lomon præuidit in forti muliere & eius precio: apertius Hieremias præcinit de fœmina & uiro: apertissime Esaias declarauit de uirgine & deo: Gabriel tãdem exhibuit ip-

Luce. 1. sam salutando. Ipsa namq; est de qua nunc euangelista. Missus est, ait angelus à deo ad uirginem desponsatam Ioseph. B Ad uirginem, inquit, desponsatam. Quare desponsata? Cum esset, inquam, uirgo electa & ut osten sum est? uirgo concepturа: uirgo paritura: mirum cur de-sponsata fuerit non nuptura. Nunquid uel hoc casu fa-ctum quis dixerit? Non ex casu factum quod rationabilis causa commendat causa ualde utilis & necessaria & diui-ni prorsus adinuentione consilij digna. Dicam ꝙ mihi imo ꝙ ante me patribus usum fuit. C Illa utiq; fuit ratio desponsationis mariæ quæ & dubitationis thomæ Mos siquidẽ iudæorũ erat ut a die desponsationis suæ usq; ad tps nuptiarũ sponsis sponsæ traderẽtur custodiendæ: quatenus earum ipi eo sibi pudicitiam curiosius seruarẽt: quo sibiipsi fideliores existerant. Sicut ergo Thomas du-bitando, palpando: constantissimus factus est dñicæ con-fessor resurrectionis: ita & Ioseph Mariam sibi desponsan do: eiusq; conuersationem in tempore custodiæ studio-sius comprobando: factus est pudicitiæ fidelissimus te-stis. Pulchra utriusq; rei conuenientia: & dubitatio tho-mæ & desponsatio Mariæ. Poterant quidem similis erro-ris laqueũ nobis inicere, fidei uidelicet in illo: castitatis in illa: ueritatem in suspitionem adducere: sed ualde pru-denter & pie factum est per contrarium: ut unde metue-batur suspicio: firma sit certitudo. Nam & de filij resurre-ctione citius quidem ego qui infirmus sum crediderim Thomæ dubitanti & palpanti: quàm cephæ audienti & credenti: & de matris continentia facilius sponso eius cu stodienti & experieti: quàm ipsi quoq; uirgini de sola sua cõsciẽtia se defendenti. D Dic quæso quis eam uidens non desponsatã & grauidã, non potius diceret corruptã quàm uirginẽ? Nõ aũt decebat hoc dici de matre dñi. To lerabilius uerò atq; honestius fuit putari ad tps christum de coniugio fuisse natũ: quàm de fornicatione. A Sed non poterat, inquis, deus apertum aliquod ostendere si-gnum: quo uidelicet fieret: ut eius nec ortus infamaretur nec mater criminaretur? Poterat utiq; sed non poterat la tere dæmones: qd scirent homines. Oportebat aũt a prin cipe mundi aliquandiu celari diuini consilij sacramentum non quod deus si palam opus suum facere uellet: impedi-ri posse ab illo metueret: sed quia ipse qui nõ solum potẽ-ter, sed etiam sapienter quæcunq; uoluit fecit: sicut in om nibus operibus suis quasdam rerum uel temporũ cõgruẽ tias propter ordinis pulchritudinem seruare consucuit, ita in hoc quoq; tam magnifico opere suo, nostræ uideli-cet reparationis, non tantum potentiam suam: sed & pru dentiam ostendere uoluit. Et quamquam illud aliter qũo uellet perficere potuisset: placuit ei tamẽ eo potius & mõ & ordine hominem sibi reconciliare: quo nouerat eccidisse, ut sicut diabolus prius seduxit fœminam: & postmo dum uirum per fœminam uicit, ita prius à fœmina uirgi-ne seduceretur, & post a uiro christo aperte debellaretur: quatenus malitiæ fraudi dum ars pietatis illuderet: ac ma ligni fortitudinẽ, christi uirtus contereret: diabolo Deus & prudentior? appareret & fortior. Ita quippe decuit in-carnatam sapientiam spiritalem uincere malitiam: quo non solum attingeret à fine usq; ad finem fortiter: sed & disponeret omnia suauiter. Attingit autem à fine: usque *Psal. 138.* ad finem, id est à cælo usque ad infernum. Si ascendero, inquit, in cælum tu illic es: si descendero in infernum ades. Vtrobiq; uerò fortiter quando & de supernis expu lit superbum: & apud inferos spoliauit auarum. Con-ueniens ergo erat ut suauiter quoque omnia cælestia sci-licet & terrena disponeret: quatenus & illinc deiciens inquietum reliquos in pace firmaret, & huc debellaturus inuidum nobis prius suæ humilitatis & mansuetudinis ualde necessarium exemplum relinqueret: sicq; mirabili fieret moderamine sapientiæ, ut & suis suauis: & hosti-bus fortis appareret. Quid enim prodesset diabolum à deo uinci: nobis manentibus superbis? Necessario igitur desponsata est Maria Ioseph: quando per hoc & a cani-bus sanctum absconditur: & a sponso uirginitas compro batur, & uirginis tam uerecundiæ parcitur: quàm famæ prouidetur. Quid sapientius? quid dignius diuina pro-uidentia? Vno tali consilio secretis cælestibus, & admit-titur testis, & excluditur hostis, & integra seruatur fama uirginis matris. Alioquin quãdo peperciisset iustus adul teræ? Scriptũ est autem: Ioseph autem uir eius cum esset *Matth. 1.* iustus & nollet eam traducere: uoluit occulte dimittere eam. Bene cum esset iustus, noluit eam traducere: quia si-cut nequaquàm iustus esset si cognitam ream consensis-set: sic nihilominus iustus non esset si probatam innoxi-am condemnasset. D Cum ergo iustus esset, & nollet eã traducere: uoluit dimittere eam. Quare uoluit dimit-tere eam? Accipe & in hoc non meam, sed patrum sen-tentiam. Propter hoc Ioseph uoluit dimittere eam: pro-

Luc.5. pter quod & petrus dñm à se repellebat dicens. Exi à me
domine, quia homo peccator sum: propter quod & centu
Matth.8. rio a domo sua eũ prohibebat cum diceret. Domine non
sum dignus ut intres sub tectum meũ. Ita ergo & ioseph
indignum & peccatorem se reputans dicebat intra se: à
tali & à tanta non debere sibi ultra familiare præstari con-
tubernium: cuius supra se mirabilem expauescebat di-
gnitatem. Videbat & horrebat diuinæ præsentiæ certiſſi
mum gestantem insigne: & quia mysterium penetrare
non poterat: uolebat dimittere eam. Expauit petrus po-
tentiæ magnitudinem: expauit centurio præsentiæ maie-
statem. Exhorruit nimirum & ioseph sicut homo huius
tanti miraculi nouitatem, mysterij profunditatẽ, & ideo
occulte uoluit dimittere eam. Miraris q̃ Ioseph pregnan
tis sese consortio uirginis iudicabat indignum: cum au-
dias & sanctam elisabeth eius non posse ferre præsentiã:
Luc.1. nisi cum tremore & reuerentia? Ait namq̃. Vnde hoc mi-
hi ut ueniat mater domini mei ad me? Ideo itaq̃ ioseph
uoluit dimittere eam. Sed quare occulte & non palam?
Ne uidelicet diuortij causa inquireretur: exigeret ratio.
Quid enim uir iustus responderet populo duræ ceruicis:
populo non credenti & cõtradicenti? Si diceret q̃ sentie
bat, quod de illius puritate cõprobauerat: nónne mox in
crediili & crudeles iudæi subsannarent illum, lapidarent
illam? Quando namq̃ ueritati crederent tacenti in ute-
ro: quam postea contempserunt clamantem in templo?
Quid facerent necdum apparenti: cui postmodum im-
pias manus iniecerunt: etiam miraculis coruscanti? Me-
rito ergo uir iustus ne aut mentiri aut diffamare cogeret
immoxiam: uoluit occulte dimittere eam. Sin uerò aliter
quis sentiat: & ioseph sicut hominem dubitasse conten-
dat: sed quia iustus erat noluisse quidem habitare cum ea
propter suspitionem: nec tamen (quia pius erat) traduce
re uoluisse suspectam, & ideo uoluerit occulte dimittere
eam. Breuiter respondeo etiam sic dubitationem illam Io
seph fuisse necessariam: quæ diuino meruit certificari ora
Matth.1. culo. Sic quippe scriptum est. Hæc autem eo cogitante, sci
licet q̃ occulte dimitteret eam: apparuit ei angelus in
somnis dicens. Ioseph fili dauid: noli timere accipere ma
riam coniugem tuam. Quod enim in ea natum est: de spi-
ritusancto est. Itaq̃ propter istas rationes desponsata est
Luc.1. maria Ioseph: uel potius sicut ponit euangelista: uiro cui
nomẽ erat Ioseph. Virum nominat: non quia maritus, sed
q̃ homo uirtutis erat. Vel potius quia iuxta alium euan-
gelistam nõ uir simpliciter, sed uir eius dictus est: merito
appellatur, quod necessaric putaf. Debuit ergo uir eius
appellari: quia necesse fuit & putari: sicut & pater saluato-
ris nõ quidẽ esse, sed dici meruit ut putaretur esse, dicente
hoc ipso euangelista. Et ipse iesus erat incipiens quasi an-
Luc.3. norũ triginta: ut putabaf filius Ioseph. Nec uir ergo ma-
tris: nec filij pater extitit: quãuis certa (ut dictũ est) & ne
cessaria dispẽsatione utrũq̃ ad tempus & appellatus sit &
putatus. ¶ Coniice tamen ex hac appellatione qua li-
cet dispẽsatoria meruit honorari, adeo ut p̃ dei & dictus
& creditus sit: conjice & ex proprio uocabulo q̃ augmẽ
Gene.37. tum nõ dubitas interpretari: quis & qualis homo fuerit
iste homo Ioseph. Simul & memento magni illius quõdã
patriarchæ uenditi in ægypto: & scito ipsius istũ nõ solũ
uocabulũ fuisse sortitũ: sed & castimoniã adeptũ: innocẽ-
tiam assecutũ & gratiam. Siquidẽ ille Ioseph fraterna ex
inuidia uenditus & ductus in ægyptum, christi uenditio
nẽ præfiguraut: iste ioseph herodianã inuidiam fugiens
Matth.2. christũ in ægyptũ portauit. Ille dño suo fidẽ seruans dñæ
noluit commiscerí. Iste dñam suã dñi sui matrẽ uirginem
Danie.39 agnoscens, & ipse continens fideliter custodiuit. Illi data
Matth.1. est intelligentia in mysteriis somniorũ. Isti datũ est cõsciũ
Gen.40. fieri atq̃ participem cælestium sacramentorũ. Ille frumẽ-
ta seruauit non sibi: sed omni populo. Iste panem uiuum
è cælo seruandũ accepit, tam sibi quàm tori mundo. Non
est dubium quin bonus & fidelis homo fuerit iste ioseph
cui mater desponsata est saluatoris. Fidelis, inquàm, ser-
uus & prudens: quem constituit dominus suæ matris so-
latium: suæ carnis nutritium: solum deniq̃ in terris ma-
gni consilij coadiutorem fidissimum. A Huc accedit
quod dicit fuisse de domo Dauid. Vere eñ de domo Da-
uid: uere de regia stirpe descendit uir iste Ioseph: nobilis
genere: mente nobilior. Planè filius Dauid: non degene-
rans à patre suo Dauid. Prorsus, inquàm, filius dauid: nõ
tantum carne: sed fide: sed sanctitate: sed deuotione: quem
tanquàm alterum Dauid dñs inuenit secũdum cor suum:
cui tuto committeret secretiſſimũ atq̃ sacratiſſimum sui
cordis arcanum: cui tanquàm alteri Dauid incerta & oc-
culta sapientiæ suæ manifestauit: & dedit illi nõ ignarum
esse mysterij quod nemo principũ huius seculi agnouit:
cui deniq̃ datum est qd̃ multi reges & prophetæ cũ uel-
lent uidere non uiderunt: audire & non audierunt: non
solum uidere & audire, sed etiam portare, deducere, am-
plecti, deosculari, nutrire & custodire. Nõ tñ aũt Ioseph,
sed & maria descẽdisse credenda est de domo Dauid. Alio
quin non esset despõsata uiro de domo Dauid: si nõ esset
& ipsa de domo dauid. Ambo igitur erant de domo Da-
uid: sed in altera completa est ueritas quam iurauit domi
nus dauid: altero tantum consciõ & teste adimpletæ pro-
missionis. In fine autẽ uersus: & nomen, inquit, uirginis
maria. ¶ Loquamur pauca & super hoc nomine quod
interpretatum maris stella dicitur: & matri uirgini ualde
conuenienter aptatur. Ipsa namq̃ aptissime sideri com-
paratur: quia sicut sine sui corruptione fidus suum emit
tit radium: sic absq̃ sui læsione uirgo parturit filium. Nec
sideri radius suam minuit claritatem: nec uirgini filius
suam integritatem. Ipsa est igitur nobilis illa stella ex ia-
cob orta: cuius radius uniuersum orbem illumínat: cuius
splendor & p̃fulget in supernis & inferos penetrat, terras
etiam perlustrãs & calefaciens magis mẽtes quàm corpa
fouet uirtutes: excoquit uitia. Ipsa inquã est præclara &
eximia stella sup hoc mare magnum & spaciosum necessa-
rio subleuata, micans meritis, illustrans exemplis. D O
quisquis te intelligis in huius seculi profluuio magis in-
ter procellas & tempestates fluctuare quàm per terram
ambulare: ne auertas oculos à fulgore huius sideris: si nõ
uis obrui procellis. Si insurgant uenti tentationum: si in-
curras scopulos tribulationum: respice stellam: uoca ma-
riam. Si iactaris superbiæ undis, si ambitionis, si detra-
ctionis, si æmulationis, respice stellam uoca mariam. Si
iracundia, aut auaritia, aut carnis illecebra nauiculam
concusserit mentis, respice ad mariam. Si criminum im-
manitate turbatus: conscientiæ fœditate confusus: iudi-
cij horrore perterritus: baratro incipias absorberi tristi
tiæ: desperationis abysso: cogita mariam. In periculis, in
angustijs, in rebus dubijs, mariam cogita: mariam inuo-
ca. Nõ recedat ab ore: nõ recedat à corde: & ut impetres
eius orationis suffragium: non deseras cõuersationis exẽ-
plum. Ipsam sequens non deuias: ipsam rogans non de-
speras: ipsam cogitans non erras. Ipsa tenente non cor-
ruis: ipsa protegente nõ metuis: ipsa duce nõ fatigaris: ip-
sa propitia peruenis, & sic in temetipso experiris quam
merito dictũ sit: & nomen uirginis Maria. Sed iam modi
ce pausandum est: ne & nos in transitu claritatem tanti lu
minis intueamur. Vt eñ uerbis apostolicis utar: bonum Matt.17.
est nos hic esse: & liber dulciter contemplari in silentio:
quod laborioſa non sufficit explicare locutio. Interim au
tem ex deuota scintillantis sideris contemplatione: seruẽ-
tior reparabitur in his quæ sequuntur disputatio.

Homilia.III. unde supra.

LIBENTER VBI MIHI cõgruere uideo uerba sanctorũ assumo, quo
ul'ex nasculorũ pulchritudine gratiora fiãt:
quæq̃ in eis lectori apposuerim. Vt aũt nũc
à propheticis uerbis incipiã. Ve mihi non Esaie.6.
quidẽ sicut pphetæ: qa tacui: sed quia locu
tus sum: quoniam uir pollutus labijs ego sum. Heu quot
uana:

uana:quot falsa:quot turpia per hocipsum spurcissimum os meum enoruisse me recolo: in quo nunc cælestia re-
uoluere uerba p̄sumo. Vehementer timeo:ne iam audiam
Psal.49. ad me dictum. Quare tu enarras iustitias meas: & assumis testamētum meū p os tuum? Vtinam & mihi de superno altari non quidē carbo unus:sed ingēs globus igneus asferatur:qui uidelicet multam & inueteratā pruriētis oris nici rubigmem ad plenum excoquere sufficiat: quatenus angeli ad uirginem,& uirginis ad ip̄m grata inuicem ac casta colloquia dignus habear meo qualicunq; replicare
Luce.1. sermone. Ait enim euangelista. Et ingressus angelus ad eā, haud dubiū quin ad mariam dixit. Aue gratia plena: dominus tecum. Quo ingressus ad eam? Puto in secretariū pudici cubiculi ubi illa fortassis clauso super se ostio orabat patrem in abscondito. Solēt angeli astare orantibus: & delectari in his quos uident leuare puras manus in oratione:holocaustum sanctæ deuotionis gaudent se offerre deo in odorem suauitatis. Mariæ autem orationes quā tum placuerint in conspectu altissimi angelus indicauit: qui ingressus ad eam tā reuerenter salutauit. B Nec fuit difficile angelo per clausum ostiū penetrare ad abdita uirginis: qui utiq; ex subtilitate substantiæ suæ hoc habet in natura:ut nec seris ferreis eius arceatur ingressus quocunq; sinus eum impetus ferat. Angelicis enim spiritibus parietes non obsistunt:sed cūcta illis uisibilia cedunt: cuncta æque corpora quantumlibet solida uel spissa penetrabilia sunt eis ac peruia. Suspicandum igitur non est quòd apertum inuenerit angelus ostiolum uirginis:cui nimirum in proposito erat hominum fugere frequentias: uitare colloquia:ne uel orantis perturbaretur silentium: uel continentis castitas tentaretur. Clauserat itaq; etiam illa hora suum super se habitaculum uirgo prudētissima: sed hominibus non angelis. Proinde & si ad eam potuit
Textus. intrare angelus:sed nulli hominum facilis patebat acces-
Actu.6. sus. Ingressus ergo angelus ad eam dixit. Aue gratia plena dominus tecum. Legimus in actibus apostolorum & stephanum plenum gratia: & apostolos fuisse repletos spiritusancto: sed longè dissimiliter à maria. Alioquin nec in illo habitauit plenitudo diuinitatis corporaliter quēadmodum in maria:nec illi conceperunt de spiritusancto quomodo maria. Aue,inquit, gratia plena: dominus tecum. Quid mirum si gratia plena erat: cum qua dominus erat? Sed hoc potius mirandum: quomodo qui angelum miserat ad uirginem: ab angelo inuentus est esse cum uirgine. Ita ne uelocior angelo fuit deus:ut festinantē nūciū celerior ipse præueniret ad terras? Nec mirū. Nā cū esset
Cāt.3. rex in accubitu suo:nardus uirginis dedit odorem suum: & ascendit in conspectu gloriæ eius fumus aromatis: & inuenit gratiam corā oculis dñi:clamantibus qui circumstabant. Quæ est ista quæ ascendit per desertum sicut uirgula fumi:ex aromatibus myrrhæ & thuris? Statimq; rex
Psal.18. egrediens de loco sancto suo:Exultauit ut gigas ad currēdam uiam:& licet à summo cælo egressio eius:nimio tamē peruolans desiderio præuenit suum nuncium ad uirginē quam amauerat: quam sibi elegerat:cuius decorem concupierat. Quem prospiciens à longè uenientem gratulās
Cantic.2. & exultans,ait,ecclesia. Ecce uenit is saliens in montibus trāsiliēs colles. Merito aūt cōcupiuit rex decorem uirginis. Fecerat enim quicquid longe antea præmonita fue-
Psal.44. rat à patre suo dauid:dicente sibi. Audi filia & uide & inclina aurem tuam: & obliuiscere populum tuum,& domū patris tui. Et si hoc feceris:concupiscet rex decorem tuū. Audiuit quippe & uidit:non ut quidam qui audiētes nō audiunt:& uidentes non intelligunt:sed audiuit & credidit:uidit & intellexit. Et inclinauit aurem suam ad obediētiā:& cor suum ad discipl'nam:& oblita est populū suum & domum patris sui:quia nec populum suum augere ꝑ successione:nec domui patris sui relinquere curauit hæredem:sed qcqd honoris in populo:qcqd de paterna domo rerū terrenarū habere potuisset:oīa arbitrata est ut sterco ra ut xp̄m lucrifaceret. Nec fefellit eā intentio qñ & xp̄s sibi filium uendicauit:nec propositū pudicitiæ uiolauit. Bene igitur gratia plena:q̄ & uirginitatis gratiā tenuit,& insuper fœcunditatis gloriam acquisiuit. B Aue,inqt, gratia plena:dominus tecum. Non dixit dñs in te:sed dominus tecū. Deus enī qui ubiq; æqualiter totus est ꝑ suā simplicem substantiam:aliter tamen in rationalibus creaturis quàm in cæteris,& ipsarum aliter in bonis quàm in malis est ꝑ efficaciam. Ita sanè est in irrationalibus creaturis:ut tamen nō capiatur ab ipsis. A rationalibus aūt omnibus quidē capi potest ꝑ cognitionē: sed à bonis tantū capitur etiam ꝑ amorē. In solis ergo bonis ita est:ut etiam sit cū ipsis ꝑpter concordiam uoluntatis. Nam dum suas uoluntates ita iustitiæ subdunt:ut deū non dedececat uelle quod ipsi uolunt:per hoc qđ ab eius uoluntate non dissentiunt:deum sibi specialiter iungunt. Sed cū ita sit cum omnibus sanctis:specialiter tñ cū maria:cū qua utiq; tanta ei consensio fuit:ut illius non solū uoluntatem,sed etiā carnem sibi cōiungeret:ac si de sua,uirginisq; substantia unum christum efficeret,uel potius unus christus fieret: q & si nec totus de deo nec totus de uirgine:totus tamē dei & totus v̄ginis esset:nec duo filij:sed unus utriusq; filius.

C Ait itaq;. Aue gratia plena, dominus tecū. Nec tñ dñs filius tecū quē carne tua induis:sed & dñs spiritussanctus de quo concipis:& dominus pater qui genuit quem concipis. Pater inquam tecum:qui filium suū facit & tuū. Filius tecum:qui ad condendum in te mirabile sacramentum miro modo & sibi referat genitale secretū:& tibi seruat uirginale signaculum. Spiritussanctus tecum: qui cū patre & filio tuū sanctificat uterū. Dñs ergo tecū. Bñdicta tu in mulieribus. Libet adiungere ꝙ elisabeth cuius hæc uerba sunt:,ꝑsecuta subiunxit. Et bñdictus fructus uentris tui. Non quia tu benedicta,ideo bñdictus fructus uentris tui:sed qa ille te p̄uenit in benedictionibus dulcedinis:iō tu benedicta. Vere etiā benedictus fructus uentris tui: in quo benedicte sunt omnes gentes: de cuius plenitudine tu quoq; accepisti cum cæteris:& si differētius à cæteris. Ac propterea quidem benedicta tu:sed in mulieribus,ille uerò benedictus nō in hominibus:non inter angelos:sed
Roma.9. qui est,ut ait apostolus,super omnia benedictus deus in secula. Dicitur benedictus uir:benedictus panis: benedicta mulier:benedicta terra:uel si quid tale in creaturis benedictum esse memoratur:sed singulariter benedictus fructus uentris tui:cum sit super omnia benedictus deus in secula. Benedictus ergo fructus uentris tui. Benedictus in odore:benedictus in sapore:benedictus in specie. Huius
Gen.27. odoriferi fructus fragrantiam sentiebat qui dicebat. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni:cui bñdixit dominus? An non uere benedictus cui benedixit dominus? De sapore huius fructus quidam ꝙ gustauerat taliter eructabat dicens. Gustate & uidete,quoniam suauis est dominus. Et
Psal.33. alibi. Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ dñe:quam
Psal.30. abscondisti timentibus te? Et alius quidam. Si tamen,inquit,gustastis quoniam dulcis est dominus. Et ipse fructus de se,inuitans nos ad se:qui edit me,ait,adhuc esuriet: & qui bibit me,adhuc sitiet. Vtiq; propter saporis dulcedinem hoc dicebat: qui semel gustatus magis excitat appetitum. Bonus fructus qui animarum esurientiū & sitientium iustitiam: & esca & potus est. Audisti de odore:audisti de sapore: audi & de specie. Si enim fructus ille mortis non solum suauis fuit ad uescendum: sed
Eccles.3. etiam teste scriptura delectabilis aspectu: quanto magis huius uitalis fructus uiuificum decorem debemus inquirere:in quem teste alia scriptura desiderant etiam angeli prospicere? Cuius pulchritudinem in spiritu uidebat:
1.Pet.1. & in corpore uidere cupiebat,qui dicebat. Ex sion spe-
Psal.49. cies decoris eius. Et ne mediocrem tibi uideatur commendasse decorem: recole quod in alio psalmo legis. Spe-
Psal.44. ciosus forma præ filijs hominum:diffusa est gratia in labijs tuis:propterea benedixit te deus in æternū. Benedictus ergo fructus uentris tui:cui benedixit deus in æternum. Ex cuius benedictiōe benedicta etiam tu in mulieri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus: quia non potest mala arbor fructum facere bonum.
Benedicta, inquã tu in mulieribus: quæ illam generalem
Gen.3. maledictionem euasisti, qua dictum est. In tristitia paries
filios: & nihilominus illam qua secutum est. Maledicta ste-
rilis in israel: ac singularem consecuta es benedictionem:
ut nec sterilis maneas: nec cum dolore parturias. Dura
necessitas: & graue iugum super omnes filias Euæ. Et si
pariunt cruciantur, & si non pariunt maledicuntur. Et do
lor prohibet parere: & non parere maledictio. Quid fa-
cies uirgo quæ hæc audis: quæ hæc legis: Si parturis an
gustiaris: si sterilis manes malediceris. Quid eliges uirgo
prudens: Angustiæ inquit, mihi sunt undiq;. Melius est
tamen mihi maledictum incurrere & castã manere: quàm
prius quidem concipere per concupiscentiam: quod me-
rito post cum dolore parturiam. Hinc etenim & si uideo
maledictum: sed non peccatum: illinc uerò & peccatum si-
mul & cruciatum. Deniq; hæc maledictio quid aliud est
quàm hominum exprobratio: Neq; ob aliud sanè dicitur
sterilis maledicta: nisi q; opprobrio & contemptui sit ha-
benda tanquàm inutilis & infructuosa, & hoc in israel tan
tum. Mihi autem pro minimo est q; hominibus displi-
ceo: dum me possim uirginem castam exhibere christo.
O uirgo prudẽs, ô uirgo deuota: quis te docuit deo pla
cere uirginitatem: Quæ lex: quæ iustitia: quæ pagina ue-
teris testamenti uel præcipit uel consulit uel hortatur in
carne non carnaliter uiuere: & in terris angelicam duce-
Roma. 8. re uitam: Vbi legeras beata uirgo: sapientia carnis mors
Roma. 13. est: & Curam carnis ne perfeceritis in desiderio: Vbi lege
Apoc. 14 ras de uirginibus: quia cantant canticum nouum quod
nemo alius cantare potest: & sequuntur agnum quocũ-
Matt. 19. que ierit: Vbi legeras, laudatos esse qui se castrauerunt
2. Cor. 10 propter regnum celorum: Vbi legeras, in carne enim am-
bulantes: non secundum carnem militamus, & qui matri
1. Cor. 7. monio iungit uirginem suam bene facit: & qui non iun-
Vbi supra git melius facit: Vbi audieras. Volo uos omnes esse sicut
Ibidem. & meipsum, & bonum est homini si sic permaneat sm meũ
Vbi supra consilium: De uirginibus, inquit, præceptum non ha-
beo: consilium autem do: Tu uerò non dicam præceptũ:
sed nec consilium: nec exemplum: nisi q; unctio docebat
te de omnibus: ac sermo dei uiuus & efficax ante tibi fa-
ctus est magister quàm filius: prius instruxerit mentem
quàm induerit carnem. Christo ergo deuoues te exhibe
re uirginem, & nescis q; ipsi exhiberi te oportet etiam
matrem: Eligis in israel esse contemptibilis, & ut illi pla-
ceas cui te probasti: maledictum incurrere sterilitatis, &
ecce maledictio benedictione commutatur: sterilitas fœ-
cunditate recompensatur. Aperi uirgo sinum: expande
gremium: prepara uterum: quia ecce facturus est tibi ma
gna qui potens est nihilominus ut pro maledictione israel,
beatam te dicant omnes generationes. Nec suspectam ha
beas prudens uirgo fœcunditatem: quia non auferet in-
tegritatem. Concipies, sed sine peccato. Grauida eris, sed
non grauata: paries, sed non cum tristitia: nescies uirum,
& gignes filium. Qualem filium: Illius eris mater: cuius
deus est pater. Filius paternæ charitatis erit corona tuæ
castitatis: sapientia paterni cordis: erit fructus uteri uir-
ginalis. Deum deniq; paries, & de deo concipies. Confor
tare ergo uirgo fœcunda, casta puerpera, mater intacta:
quia non eris in israel ultra maledicta: neq; inter steriles
deputata. Et si adhuc maledixeris ab israel secundum car-
nem: non quia sterilem uident, sed quia fœcundam inui-
dent: memento q; & christus maledictum pertulit crucis
qui te suam matrem benedixit in cœlis: sed & in terris ab
angelo benedicta, & à cunctis generationibus terræ me-
rito beata prædicaris. Benedicta ergo tu in mulieribus, &
Textus. benedictus fructus uentris tui. ℬ Quæ cum audisset
turbata est in sermone eius: & cogitabat qualis esset ista
salutatio. Solent uirgines quæ uere uirgines sunt, semper
pauidæ & nunquã esse securæ, & ut caueant timenda, etiã
tuta pertimescere: scientes se in uasis fictilibus thesaurum
portare pciosum, & nimis arduum esse uiuere angelice in
ter hoies & in terris more cælestium cõuersari, & in carne
cælibem agere uitam. Ac proinde quicquid nouum quic
quid subitum fuerit ortum, suspectas habent insidias: to-
tum cõtra se æstimant machinatum. Idcirco & maria tur
bata est in sermone angeli. Turbata est, sed non perturba-
ta. Turbatus sum, inquit, & non fui locutus: sed cogita- Psal. 76.
ui dies antiquos, & annos æternos in mente habui. Ita er-
go & maria turbata est & non est locuta: sed cogitabat
qualis esset ista salutatio. Quòd turbata est uerecundiæ
fuit uirginalis: q; non perturbata fortitudinis: q; tacuit &
cogitauit, prudentiæ. Cogitabat autem qualis esset ista sa
lutatio. Sciebat prudens uirgo q; sæpe angelus sathanæ
transfigurat se in angelum lucis: & quia nimirum humilis
& simplex erat: nihil tale penitus à sancto angelo sperabat,
& ideo cogitabat qualis esset ista salutatio. C Tunc an-
gelus intuitus uirginem & uarias eam secum uoluere co-
gitationes facillime deprehendens pauidam consolatur:
confirmat dubiam ac familiariter uocans ex noie, beni- Textus.
gne ne timeat persuadet. Ne timeas, inquit, maria: inueni-
sti gratiam apud deum. Nihil hic doli: nihil hic fallaciæ
est. Nullam circũuentionẽ: nullas hic suspiceris insidias.
Non sum homo sed spiritus, & dei angelus, non sathanæ.
Ne timeas maria: inuenisti gratiam apud deum. O si sci-
res quantum tua humilitas altissimo placeat: quanta te
apud ipsum sublimitas maneat: angelico te indignam nec
alloquio iudicares nec obsequio. Vt quid enim indebi-
tam tibi dixeris gratiam angelorum: quæ inuenisti gratiã
apud deum: Inuenisti quod quærebas: inuenisti quod ne
mo ante te potuit inuenire: inuenisti gratiã apud deum.
Quam gratiam: Dei & hominum pacem: mortis destru-
ctionẽ: uitæ reparationẽ. Hæc est ergo gratia quã inueni-
sti apud deum. Et hoc tibi signum. Ecce concipies & pa- Textus
ries filium: & uocabis nomen eius iesum. Intellige pru-
dens uirgo ex noie filii promissi quantam & quã specialẽ
gratiã inueneris apud deũ. Et uocabis, ait, nomen eius ie-
sum. Rationẽ huius uocabuli alius euangelista ponit: an-
gelo sic interp̃tãte. Ipse enim saluũ faciet pp̃lm suum a pctis Mat. 1.
eorũ. Duos iesus lego in typo huius quẽ nũc in manibus
habemus p̃cessisse: ambos pp̃lis p̃fuisse. Quorũ unus po-
pulũ suũ de babylone eduxit: alter suũ in terrã p̃missiõis
introduxit. Et illi qdẽ illos quibus præerant ab hostibus
defendebant: sed nunquid saluabant à peccatis eorum: Is
autẽ noster iesus & à pctis saluat populũ suũ: & introdu-
cit in terram uiuentiũ. Ipse enim saluũ faciet populũ suum à
peccatis eorum. Quis est hic qui etiã pctã dimittit: Vtinã
& me peccatorẽ dignet dñs iesus amũerare populo suo:
ut saluum me faciat à peccatis meis. Vere enim beatus po
pulus cuius iste iesus dñs deus eius: quia ipse saluũ faciet
populũ suum à peccatis eorũ. Vereor aũt ne multi se pro-
fiteantur esse de populo eius: quos tñ ipse nõ habeat pro
populo suo. Vereor ne pleriq; qui quasi in populo eius
religiosiores esse uidentur, ipse aliquando dicat. Populus Matt. 15.
hic labiis me honorat: cor aũt eorum longe est à me. No-
uit enim dñs iesus qui sunt eius: nouit & quos elegerit à
principio. Quid me uocatis ait dñe dñe: & nõ facitis q̃ dico Luce. 6.
cor: Vis scire an pertineas ad populũ eius: uel potius uis
esse de populo eius: Fac quæ dicit iesus: & cõputabit te
in populo suo. Fac quæ iubet in euangelio dominus ie-
sus: quæ iubet in lege & prophetis: quæ iubet per minis-
tros suos qui sunt in ecclesia: obtempera eius uicariis:
præpositis tuis: non tantum bonis & modestis sed etiam
discholis: & disce ab ipso iesu quia mitis est & humilis cor Matt. 11.
de: & eris de beato populo eius quem elegit in hæreditа-
tem sibi: eris de laudabili populo eius quem dominus
exercituum benedixit dicens: opus manuum mearum tu
es: hæreditas mea israel: cui ne forte israel carnalem æmu
leris etiam testimonium perhibet dicens. Populus quem Psal. 17.
non cognoui seruiuit mihi: in auditu auris obediuit
mihi. Sed audiamus quid idem angelus sentiat de illo:
cui necdum concepto tale indidit nomen. Ait namq;.
Hic erit magnus: & filius altissimi uocabitur. Bene ma- Textus.
gnus:

gnus: qui filius altissimi merebitur appellari. An non magnus, cuius magnitudinis non est finis? Et quis magnus, Psal. 144. Psal. 112. ait sicut deus noster? Planè magnus qui tā magnus quàm altissimus: quia & ipse altissimus. Neq; enī altissimi filius rapinā arbitrabit esse se æqualē altissimo. Ille merito arbi Philip. 2. trādus est cogitasse rapinā, q cū de nihilo in angelicā formū factus fuisset: factori suo se cōparās usurpauit sibi qđ filij altissimi, ppriū est: qui utiq; in forma dei a deo non factus sed genitus est. Altissimus enī deus pater quāuis oīpotēs sit, nō potuit tamē uel æqualē sibi condere creaturā uel inæqualē gignere filiū. Fecit itaq; angelū magnū, sed nō quātus ipse & ideò nec altissimū. Solū autē unigenitū quē nō fecit sed genuit oīpotēs oīpotētē, altissimus altissimū, æternus coæternū, ipm sibi per oīa cōparari, nec rapinā æstimat nec iniuriā. Recte ergo hic erit magnus qui filius altissimi uocabit. Sed quare hic erit & non potius est magnus, qui semper æqualiter magnus, nō habet quo crescat: nec maior post cōceptū futurus sit: quàm ante uel sit uel fuerit? An forte, pptерea dixerit erit, quia qui magnus deus erat, magnus homo futurus sit? Bene ergo hic erit magnus. Magnus hō, magnus doctor, magnus, ppheta. Luc. 7. Sic enī dicit de eo in euāgelio. Quia, ppheta magnus erit in nobis. Et à minori quodā, ppheta magnus itidē, ppheta uēturus, pmittit. Ecce, inquit, ueniet, ppheta magnus: & ipse renouabit hierusalē. Et tu quidē ō uirgo paruulū paries, paruulū nutries, paruulū lactabis, sed uidēs paruū cogita magnum. Erit enī magnus, quia magnificabit eum deus in cōspectu regū: adeo ut adorent eum oēs reges, oēs gentes seruiant ei. Magnificet ergo anima tua dominum, quia hic erit magnus & filius altissimi uocabit. Magnus erit & magna faciet tibi qui potens est, & sanctum nomen eius. Quod enim sanctius nomen: quàm qđ filius altissimi uocabit? Magnificet & à nobis paruulis magnus domi- Esaie. 9. nus: quos ut faceret magnos, factus est paruulus. Paruulus ait, nat⁹ est nobis, & filiꝰ datus est nobis. Nobis inquā nō sibi qui utiq; añ tēpora multo nobilius natus ex patre, nasci temporaliter non indigebat ex matre. Non angelis quoq; qui cum magnū haberent: paruulum non requirebant. Nobis ergo natus: nobis & datus: quia nobis necessarius. Iam de nobis nato & dato faciamus ad quod natus est & datus. Vtamur nostro in nostrā utilitatem: de saluatore salutem operemur. Ecce paruulus in medio statuitur. O paruulus, paruulis desideratus. O uere paruulus, sed malitia non sapientia. Studeamus effici sicut paruulus iste, discamus ab ipso quia mitis est & humilis corde, ne magnus uidelicet deus sine causa factus sit homo paruus: ne gratis mortuus: ne in uacuum crucifixus. Discamus eius humilitatem, imitemur mansuetudinem, amplectamur dilectionē, communicemus passionibus, lauemur in sanguine eius, ipsum offeramus propitiationē pro peccatis nostris: quoniam ad hoc ipse natus & datus est nobis. Ipsum oculis patris: ipsum offeramus & suis: quia & pater proprio filio suo non pepercit: sed pro nobis tradidit illum: & ipse filius semetipsum exinaniuit formam serui accipiens ipse tradidit in mortem animam suam: & cum sceleratis reputatus est: & ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogauit ut non perirent: Non possunt perire pro quibus filius rogat ne pereant: pro quibus pater tradidit filium in mortem ut uiuant. Equaliter ergo ab utroque sperāda est uenia, quibus æqualis est in pietate misericordia: par in uoluntate potentia: una in deitate substantia: in qua unus cum eis spiritussanctus uiuit & regnat deus per omnia secula seculorum. Amen.

Homilia quarta, unde supra.

NOn est dubiū quicquid in laudibus matris proferimus ad filium pertinere: & rursum cum filium honoramus, à gloria matris non recedimus Nā puer. 10. iuxta salomonem: Filius sapiens gloria est patris: quatomagis gloriosum est matrem ipsius effici sapiētiæ? Sed quid ego tento in eius laudibus quam laudabilem prædicant prophetæ: perhibet angelus: narrat euangelista? Non ergo laudo, quia non audeo: sed tantum replico deuotus quod iam explicauit per os euangelistæ spiritussanctus. Sequitur namq; & ait. Et dabit illi dominus deus sedē dauid patris sui. Verba sunt angeli ad uirginem Textus. de promisso filio: promittentis q debeat pssidere regnum Dauid. Quòd de stirpe dauid duxerit originē dns iesus: nemo dubitat. Quæro aūt quomodo dederit ei deus sedē dauid patris sui: cum ipse in hierusalem non regnauerit: quinimo turbis eum uolentibus constituere regem non acquieuerit: sed & ante faciem pilati protestatus sit: Re- Iohan. 8. gnum meum non est de hoc mundo. Deniq; quid magnū promittitur ei qui sedet super cherubin: quem propheta uidit sedentem super solium excelsum & eleuatum: sedere Esaiæ. 6. in trono dauid patris sui? Sed nouimus quādam aliā hierusalem ab ea quæ nunc est, in qua regnauit dauid significatam multo ista nobiliorē: multo ditiorem. Hanc igitur puto hic fuisse significatā: illo uidelicet usu loquēdi: quo sæpe reperis in scripturis significans poni pro significato.

A Tūc sanè dedit illi deus sedem dauid patris sui: quā do cōstitutus est rex ab eo super sion montem sanctū eius. Sed hic propheta de quo regno dixerat, expressius aperuisse uidetur: in eo q non in sion posuit, sed sup sion. Nā ideo fortassis dictum est super: quia in sion quidem regnauit dauid: super sion uerò regnum est illius de quo dictū est ad dauid. De fructu uētris tui ponam super sedem tuā: Psal. 131. de quo & dictum est per alium prophetam. Super solium dauid & super regnum eius sedebit. Vides quia ubiq; reperis super: Super sion: super sedē: sup soliū: super regnū. Esaiæ. 9. Dabit ergo ei dominus deus sedem dauid patris sui: non typicam sed ueram: non temporalem sed æternam: nō terrenam sed cælestē. Quæ idcirco (ut iam dictum est) memoratur fuisse dauid: quia hæc in qua tēporaliter sedit: æternæ illius gerebat imaginē. Et regnabit in domo iacob in Textus. æternum: & regni eius nō erit finis. Hic quoq; si domum iacob temporalem accipimus: quomodo in illa quæ æterna nō est: in æternum regnaturus est? Quærenda est ergo domus æterna iacob in qua regnet in æternum: cuius regni non erit finis. An non deniq; domus illa iacob exaspe rans impie abnegauit eū: & insipienter respuit ante faciē pilati: quando illo perhibente: regem uestrum crucifigā- Iohan. 19. mo ore respondendo clamauit: non habemus regem nisi cæsarem? Require itaq; apostolum: & discernet tibi eum Roma. 2. qui in occulto iudæus est, ab illo qui in manifesto: & quæ in spiritu est circūcisionē ab ea quæ fit in carne, & spiritua Collo. 2. lem israel à carnali & filios fidei abrahæ à filijs carnis. Nō Roma. 9. enim, inquit, omnes qui ex israel hi sunt israelitæ: neq; qui semen sunt abrahæ hi filij. Sequere ergo & dic: Similiter non omnes qui ex iacob: hi reputandi sunt in domo iacob: iacob quippe ipse est qui israel. Solos igitur qui in fide iacob perfecti inueniendi sunt, reputa in domo iacob: uel potius ipsos noueris fore spiritualem & æternam domū iacob, in qua regnabit dominus iesus in æternū. Quis ex nobis est iuxta interpretationē nominis iacob: supplā tet diabolum de corde suo: luctetur cū uitiis & concupiscentiis suis: ut nō regnet peccatum in suo mortali corpe, sed regnet in eo iesus: & nūc quidē per gratiā: & in æternū per gloriā: Beati in quibus iesus regnabit in æternū: quia & ipsi cum eo regnabūt: & regni eius non erit finis. O quàm glorioſum est regnum illud in quo reges congregati sunt, conuenerunt in unum: ad laudandum. s. & glorificandum eum: qui super omnes est rex regum, & dominus dominantium. De cuius splendidissima cōtēplatione fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum. O si & mei pctōris meminerit iesus in beneplacito ppli sui: cū uenerit in regnū suum. O si me in illa die: qñ traditurus est regnū deo & pī uisitare dignabit in salutari suo: ad uidēdum scilicet in bonitate electorum suorū: ad lætādū in lætitia gētis suæ: ut laudet etiā à me cum hæreditate sua. Veni interim dñe iesu: aufer scandala de regno tuo quod est aīa mea: ut regnes tu (qui debes) in ea. Venit enim auaritia & uendicat in me sibi sedē: iactantia cupit dñari mihi:

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſupbía uult míhí cẽ rex:luxuría dícít ego regnabo:ambí-
tío,detractío,ínuídía & íracundía certãt ín meípſo de me
ípo,cuíus ego potíſſímũ eſſe uídear.Ego aũt quãtũ ualeo
reſíſto,renítor quãtũ íuuor dñm meũ ieſum reclamo:ípſi
me defendo,qa ípſíus me íuris agnoſco.Ipſum míhí deũ,
ípm míhí dñm teneo & díco,non habeo regem níſi dñm
ieſum.Veni ergo dñe díſpge illos ín uírtute tua & regna
bís ín me,qa tu es ípſe rex meus & deus meus,qui mandas
Textus. ſalutes iacob.Dixit aũt maría ad angelũ. Quomodo fiet
íſtud,qm uírum non cognoſco:Primo quidẽ prudẽter ta
cuit,cum adhuc dubía cogitabat,qualís eſſet íſta ſaluta-
tío:malẽsnímírũ hũſliter nõ rndere,quàm temere loq qd
neſcíret.Iam uero cõfortata & bene præmeditata,angelo
quidẽ foris loquẽte:ſed deo íntus perſuadente:erat em do
mínus cũ illa dícente angelo dominus tecum:ita ergo cõ
firmata fide ſcílícet depellente timorem, lætícia uerecun-
díam,dixit ad angelũ. A Quomodo fiet íſtud, qm uírũ
non cognoſco:Non dubitat de facto,ſed modum requí-
rit & ordínem.Nec enim quærit an fiet íſtud ſed quomo
do.Quaſi dícat.Cum ſciat dominus meus(teſtis conſcien
tiæ mee)uotũ eſſe ancillæ ſuæ nõ cognoſcere uírum:qua
lege,quo ordíne placebit eí ut fiat íſtud:Sí oportuerit me
frãgere uotum ut pariam talem filíum & gaudeo de filío,
& doleo de propoſito.Fiat tamẽ uoluntas eius.Sín uero
uírgo concipiam, uírgo & pariã,quod utiqꝫ ſi placuerit
eí impoſſíbile non erit:tunc ſcio uere,quía reſpexit humí
Textus. lítatem ancillæ ſuæ.Quomodo ergo fiet íſtud quoniã uí-
rum non cognoſco:Et reſpondens angelus dixit eí.Spíri
tuſſanctus ſuperueníet ín te,& uírtus altíſſímí obumbra-
bít tibí.Superius dícta eſt fuiſſe gratía plena,& nunc quo
modo dícitur:ſpírituſſanctus ſuperuenıet ín te,& uírtus
altíſſímí obũbrabít tíbí:Nunquíd potuít repleri gratía
& needum habere ſpíritũ ſanctum,cum ípſe ſit dator gra-
tiarum:B Sí autẽ iam ſpírituſſanctus ín ea erat,quomo
do adhuc tanquám nouíter ſuperuẽturus repromittitur:
An fortè ídeo non dixit ſimpliciter,ueníet ín te,ſed addí-
dit ſuper:quía & prius quídem ín ea fuít per multam gra
tíam,ſed nunc ſuperuenıre nunciatur,propter abundan-
tioris gratiæ plenítudínem quam effuſurus eſt ſuper íllã:
At uerò cum plena iam ſit,illud amplius quomodo cape-
re poterit:Sí autem plus aliquíd capere poteſt, quomo-
do & ante plena fuiſſe intelligenda eſt:An prior quídem
gratía eius tantum repleuerat mentem,ſequens uerò etiã
uentrem perfundere debeat,quatenus ſcilicet plenítudo
díuínitatís quæ ante ín illa,ſícut & ín multís ſanctorũ ſpí-
ritualíter habítabat,etíam ſícut ín nullo ſanctorũ corpo-
raliter ín ípſa habítare íncípíat:Ait ítaqꝫ.Spírituſſanctus
ſuperueníet ín te,& uírtus altíſſímí obũbrabít tíbí.Quíd
eſt,& uírtus altíſſímí obumbrabit tíbí:Qui poteſt cape-
re capíat.Quís emꝫ excepta ſortaſſís illa quæ hoc ſola ín
ſe feliciſſime meruit experíri,íntellectu capere,ratione dí-
ſcernere poſſit,qualíter ſplendor ílle ínacceſſíbílís uírgí-
neis ſeſe uiſceribus ínfuderit,& ut illa ínacceſſíbílem acce
dere ad ſe ferre potuiſſet,de portíuncula eíuſdem corpo-
ris cuí ſe anímate contẽperauit,reliquæ maſſæ umbracu-
lũ fecerít:Et fortaſſe propter hoc maxíme dictũ eſt:obrũ-
brabit tíbí,quía res nímírũ ín ſacramento erat,& quod ſo
la per ſe trínítas ín ſola & cum ſola uírgine uoluít opera-
rí,ſolí datum eſt noſſe cuí ſolí datum eſt experíri.Dícatur
ergo.Spírituſſanctus ſuperueníet ín te,quí utiqꝫ ſua potẽ
tía fœcũdabit te.Et uírtus altíſſímí obumbrabit tíbí,hoc
eſt íllum modum quo de ſpírituſanctο concípíes,dei uír-
tus,& dei ſapientía chriſtus,ſic ín ſuo ſecretiſſímo cõſílío
obumbrando conteget & occultabit,quatenus ſibí tãtũ
notus habeatur & tibí.Ac ſi angelus reſpondeat ad uírgí
nẽ.Quíd à me requírís,quod ín te mox experíerís:Scíes
ſcíes & feliciter ſcíes,ſed ílló doctore quo & auctore.Ego
autem míſſus ſum nunciare uírginalem conceptum, non
creare.Nec poteſt doceri,níſi à domante:nec poteſt addí-
ſcí níſi à ſuſcípiente.Ideoqꝫ & quod naſcetur ex te ſanctũ,
Textus. uocabitur filius dei.Quod eſt dícere.Quoníam non eſt de
homíne ſed de ſpírituſancto quod concípíes, concípies
autem altíſſímí uírtutem,hoc eſt filíum dei,ídeoqꝫ & quod
naſcetur ex te ſanctum,uocabitur filíus dei:id eſt non ſo-
lum quí de ſínu patrís ín uterum tuum ueníens obum-
brabit tibí:ſed etíam íd quod de tua ſubſtantía ſocíabit
ſibí,ex hoc iam uocabitur filíus dei,quemadmodum & is
quí a patre eſt ante ſecula genítus tuus quoqꝫ amodo re-
putabítur filíus.Síc autem & quod natum eſt ex ípſo pa-
tre erít tuus,& quod naſcetur ex te erít eíus:ut tamen nõ
ſínt duo filíí ſed unus.Et lícet aliud quídem ex te,aliud ex
íllo ſit:iam nõ tamẽ cuíuſqꝫ ſuus ſed unus utríuſqꝫ erít fí-
lius.Ideoqꝫ & quod naſcetur ex te ſanctũ,uocabítur filíus
dei.Attẽde quæſo quàm reuerẽter díxerít,quod naſcetur
ex te ſanctum.Vt quíd emꝫ ita ſímplíciter ſanctum,& abſqꝫ
additamẽto:Credo quía nõ habuít quíd propríe,dígne-
ue nomínaret íllud eximíũ,íllud magnífícum,illud reuerẽ
dum,quod de puríſſíma uídelícet uírgínís carne cum ſua
anima unico patrís erat uniendum.Sí díceret ſancta caro
uel ſanctus homo uel ſanctus ínfans,quícquíd tale pone-
ret parũ ſibí dixíſſe uíderetur.Poſuit ergo índefinite ſan-
ctum:quía quícquíd íllud ſit quod uírgo genuit,ſanctum
proculdubío ac ſíngulariter ſanctum fuit,& per ſpíritus
ſanctificationẽ,& per uerbí aſſumptionem.Et adíecit an-
gelus.Et ecce elíſabeth cognata tua,& ípſa concepit filiũ *Textus.*
ín ſenectute ſua.Quíd fuit neceſſe etíam huíus ſterílís uír
gíní nunciare cõceptum:Numquíd fortè dubíam adhuc
& íncredulam oraculo,recentíorí uoluít confirmare mí-
raculo:Abſit.Legímus & zachariæ íncredulitatẽ ab hoc
ípſo angelo fuiſſe caſtígatam:mariam autem ín alíquo re-
prehenſam non legímus,quín potius fidẽ ípſíus elíſabeth
prophetante laudatam agnouímus.Beata es,ínquit,quæ
credídíſtí,quoníam perficientur ín te quæ dicta ſunt tibí
a domíno.Sed ídeo ſterílís cognatæ conceptus uírgíní
nuncíatur:ut dum míraculum míraculo addítur,gaudíũ
gaudío cumuletur.Porrò neceſſe erat non modico læti-
cíæ & amorís præueníẽte ínflammarí íncendío quæ filiũ
paternæ dilectionís cum gaudío ſpírituſſanctí mox fuerat
conceptura.Neqꝫ enim níſi ín deuotiſſímo corde atqꝫ hí-
lariſſímo,tanta ſe capere poterat dulcedínís & alacritatís
affluentía.Vel ídeo conceptus elíſabeth nũciatur mariæ:
quía profecto decebat ut uerbum mox díuulgandum
ubíqꝫ,príus ſciret uírgo per angelũ,quàm audíret ab ho-
míne,ne mater uídelícet dei à conſíliís filíí uideretur amo
ta:ſi eorum que ín terrís tam prope gererentur remanſíſ-
ſet ígnara.Vel ídeo potius cõceptus elíſabeth mariæ nũ-
ciatus eſt,ut dum nunc ſaluatorís nunc præcurſorís edo-
cetur aduentum.rerum tempus & ordínem tenẽs ípſa me
líus poſtmodum ſcríptoribus ac prædícatoríbus euange
líí reſeret ueritatem:quæ & plene de omnibus à príncípio
cælítus fuerít ínſtructa myſterís.Vel ídeò adhuc nuncía-
tur mariæ conceptus elíſabeth,ut audiens cognatã uetu-
lam & grauídam cogítet íuuencula de obſequío,ſicqꝫ illa
properante ad uíſítandum paruulo prophetæ locus & oc
caſío detur,quo míneri adhuc domíno ſuí officíí ualeat
exhíbere prímítias:& dum ad ſenıícem occurrit matrí
ínfantumqꝫ ab alterutro excítata deuotío,mírabílíus fiat
míraculum de míraculo.Víde aũt ne hæc tam magnífica
quæ ab angelo audís prænunciata,ab ípſo ſperes perfícíe *Textus.*
da. Aquo ergo ſi quæris,ipſum audí angelum.Quía nõ
erít,ínquit,ímpoſſíbile apud deum omne uerbum,tãquã
díceret.Hæc quæ ego tam fideliter promítto nõ de mea,
ſed de íllíus quí me míſit uírtute præſumo,quía non erít
ímpoſſíbile apud eum omne uerbum.Quale enim íllí uer
bum ímpoſſíbile poterit eſſe, quí omnia fecit ín uerbo:
A Mouet me & hoc ín uerbís angelícís,p ſignanter nõ
aít:quía non erít ímpoſſíbile apud deum omne factum,
ſed omne uerbum.An ídcirco poſuit uerbum,quía quàm
facile poſſunt homines loquí quod uolunt, etíam quod
nullatenus facere poſſunt, tam facile ímmo íncompara-
bíliter facílíus ualet deus opere ímplere quícquíd íllí
uerbo ualent exprímere.Dícam apertius.Si hominibus
tam facile

tam facile esset facere quàm dicere quod uolunt & ipsis quoq; non esset impossibile omne uerbum. Nunc autem quoniam uulgaris & uerus sermo est: multũ interesse inter loqui & facere: sed apud homines, non apud deũ: soli deo quia idem est facere quod loqui: idẽ loqui quod uelle: merito nõ erit impossibile apud deum omne uerbum. Verbi gratia, Potuerũt præuidere & prædicere prophetæ uirginem uel sterilem concepturam ac pariturã: sed numquid facere ut conciperent & parerent: Deus autem qui dedit eis posse præuidere: quàm facile potuit tunc quod uoluit per illos prædicere: tam facile potuit nunc quãdo uoluit per seipsum quod promisit implere. Siquidem apud deum nec uerbum dissidet ab intentione quia ueritas est: nec factum à uerbo quia uirtus est: nec modus à facto quia sapientia est: ac per hoc non erit impossibile apud deum omne uerbum. B Audisti uirgo factũ: audisti & modum utrunq; mirum: utrumq; iocundum. Iocũ dare filia sion: & exulta satis filia hierusalem. Et quoniam auditui tuo datũ est gaudiũ & lætitia: audiamus & nos à te responsum lætitiæ quod desideramus: ut iam exultẽt ossa humiliata. Audisti inquã, factũ & credidisti: crede & de modo quod audisti. Audisti quia concipies & paries filiũ: audisti q nõ per hominẽ, sed per spiritum sanctũ: expectat angelus responsum: tempus est enim ut reuertatur ad deũ qui misit illum. Expectamus & nos ô domina uerbum miseratiõis quos miserabiliter præmit sententia dãnatiõis. Et ecce offertur tibi precium salutis nostræ: statim liberabimur si consentis. In sempiterno dei uerbo facti sumus oẽs & ecce morimur: in tuo breui responso sumus reficiendi: ut ad uitam reuocemur. Hoc supplicat à te ô pia uirgo flebilis adam cum misera sobole sua exul de paradiso: hoc abraham: hoc dauid. Hoc cæteri flagitãt sancti patres: patres scilicet tui: qui & ipsi habitant in regione umbræ mortis. Hoc totus mundus tuis genibus prouolutus expectat. Nec immerito: quando ex ore tuo pẽdet cõsolatio miserorum: redemptio captiuorum: liberatio dãnatorum: salus deniq; uniuersorum filiorum adam totius generis tui. Da uirgo responsum festinãter. O domina responde uerbum quod terra, quod inferi, quod expectant & superi. Ipse quoq; omniũ rex & dominus quantum cõcupiuit decorem tuum: tantũ desiderat & responsionis assensum: in qua nimirum proposuit saluare mundum. Et cui placuisti in silentio: iam magis placebis ex uerbo: cũ ipse tibi clamet è cælo. O pulchra inter mulieres: fac me audire uocem tuam. Si ergo tu eum facias audire uocem tuam: ipse te faciet uidere salutem nostram. Nũquid hoc est quod quærebas quod gemebas: quod diebus & noctibus orando suspirabas: Quid igitur: Tu es cui hoc promissum est: an aliã expectamus: Immo tuipsa nõ alia. Tu inquã illa promissa: illa expectata: illa desiderata ex qua
Gen. 49. sanctus pater tuus iacob iam morti appropinquans uitã sperabat æternam: cum dicebat. Expectabo salutare tuũ domine: in qua deniq; & per quam deus ipse rex noster ante secula disposuit operari salutẽ in medio terræ. Quid ab alia speras quod tibi offertur: Quid per aliã expectas quod per te mox exhibebitur, dummodo præbeas assensum: respondeas uerbum: Responde itaq; citius angelo: immo per angelum domino. Responde uerbum: & suscipe uerbum. Profer tuum: & concipe diuinum. Emitte trãsitoriũ, & amplectere sempiternum. Quid tardas: Quid trepidas: Crede: cõfitere: & suscipe. Sumat humilitas audaciã: uerecundia fiduciã. Nullatenus cõuenit nũc ut uirginalis simplicitas obliuiscatur prudentiam. In hac sola re me timeat prudẽs uirgo presumptionẽ: quia & si grata in silentio uerecundia, magis tamen nũc in uerbo pietas necessaria. Aperi uirgo beata cor fidei: labia confessioni: uiscera creatori. Ecce desideratus cunctis gentibus foris pulsat ad ostiũ. O si te morante pertransierit: & rursus incipias dolẽs quærere quem diligit anima tua. Surge: curre: aperi. Surge per fidẽ: curre per deuotionẽ: aperi per cõ
Textus. fessionem. Ecce, inquit, ancilla dñi: fiat mihi secundũ uerbum tuum. Semper solet esse gratiæ diuinæ familiaris uirtus humilitas. Deus enim superbis resistit: humilibus autẽ Iaco. 4.
dat gratiã. Humiliter ergo respondet: ut sedes gratiæ preparetur. Ecce, inquit, ancilla domini. Quæ est hæc tã sublimis humilitas quæ cedere non nouit honoribus. inscia lescere gloria nescit: Mater dei eligitur: & ancillam se nominat. Nõ mediocris reuera hũilitatis insigne: nec (oblata tanta gloria) obliuiscì humilitatem. Non magnum est esse humilem in abiectione magna prorsus & rara uirtus humilitas honorata. Si me miserum homuncionem meis decepta simulationibus ad aliquem uel mediocrẽ honorem prouexerit ecclesia: deo nimirũ hoc uel propter mea uel propter subditorum peccata permittẽte: nõne statim oblitus qui fuerim talem me puto, qualis ab hominibus (qui cor nõ uident) putatus sum: Credo sanè: conscientiam non attendo: & reputans non honorem uirtutibus, sed uirtutes honori: eo sanctiorẽ quo superiorẽ me æstimo. Videas plerosq; in ecclesia de ignobilibus nobiles: de pauperibus diuites factos: subito intumescere: pristinæ obliuiscì abiectionis: genus quoq; suum erubescere & infimos dedignari parentes. Videas & homines pecunios os ad honores quosq; ecclesiasticos peruolare: moxq; sibi applaudere sanctitatem, uestium duntaxat mutatione, non mentiũ: & dignos se æstimare dignitate ad quã ambitẽdo peruenerũt: quodq; (si audeo dicere) adepti sunt nũmis: attribuere meritis. Omitto autẽ de his quos excæcat ambitio, & honori ipse superbiẽdi eis materia est. Sed uideo quod magis doleo: post spretã seculi põpam: nonnullos in schola humilitatis superbiam magis addiscere: ac sub alis mitis humilisq; magistri grauius insolescere: & impatientes amplius fieri in claustro quàm fuissent in seculo. Quodq; magis peruersum est, plerique in domo dei non patiuntur haberi contemptui: qui in sua non nisi cõtemptibiles esse potuerunt: ut quia uidelicet ubi à pluribus honores appetuntur: ipsi locum habere non meruerũt: saltem ibi honorabiles uideãtur: ubi ab omnibus honores contẽnũtur. Video & alios: quod nõ sine dolore uideri debet: post aggressam christi militiã rursus secularibus implicari negotijs: rursus cupiditatibus terrenis immergi: cũ magna cura erigere muros & negligere mores: sub prætextu quoq; cõmunis utilitatis uerba uendere diuitibus, & matronis salutationes: sed & contra imperatoris sui edictũ concupiscere aliena: & sua cũ lite repetere:
non audientes apostolũ ex imperio regis tubicinãtẽ. Hoc 1. Cori. 6.
ipm, inquit, delictũ est in uobis: q causas habetis. Quare non magis fraudẽ patimini: Ita ne mundũ sibi & se mundo crucifixerunt: ut qui antea uix in suo uico uel oppido cogniti fuerant: modo circumcũtes prouincias & curias frequẽtates, regũ notitias, principumq; familiaritates assecuti sint: Quid de ipso habitu dicam, in quo iam nõ color sed color requiritur, magisq; cultu uestiũ quàm uirtutũ insistit: Pudet dicere, uncuntur in suo studio mulierculæ, quãdo à monachis preciũ affectatur in uestibus nõ necessitas, nec saltẽ forma religionis retẽta in habitu, ornari nõ armari appetũt milites christi, qui dũ se preparare ad prælium & cõtra aereas potestates prætẽdere paupertatis insigne debuerãt, quod utiq; aduersarij ualde formidãt, in mollitie uestimetorũ, pacis potius præferẽtes indicium, ultro se hostibus sine sanguine tradũt inermes. Nec aliunde hæc oĩa mala cõtingunt, nisi q illã (qua seculum deseruimus) deserẽtes humilitate dũ p hoc cogimur incepta demum sectari studia secularium, canes efficimur reuertẽtes ad uomitũ. A Audiamus itaq; quotquot tales sumus quid illa respõderit, quæ dei mater eligebat, sed humilitatẽ nõ obliuiscebatur. Ecce, ait, ancilla dñi, fiat mihi sm uerbũ tuũ. Fiat, desiderij est signum nõ dubitationis indicium. Et per hoc q dicit fiat mihi sm uerbũ tuũ, magis intelligenda est affectum exprimere desiderãtis, quàm affectũ requirere more dubitantis, quãquã nil obstet intelligi: fiat, esse uerbũ orantis. Nemo quippe orat nisi quod credit & sperat. Vult aũt à se requiri deus etiã quod pol-

Universidad de Deusto
Biblioteca

licetur. Et ideò fortè multa quæ dare dispositi prius pol-
liceri: ut ex promissione deuotio excitetur: sicq; qđ gratis da
turus erat: deuota oratio promereatur. Sic pius dominus
qui oēs hoies uult saluos fieri merita nobis extorquet à
nobis: & dū nos præuenit tribuēdo: quod retribuat gra-
tis agit ne gratis tribuat. Hoc utiq; prudēs uirgo intelle
xit: quādo præuenienti se muneri gratuitæ promissionis
iunxit meritū suæ orationis: fiat inquiens mihi fm uer-
bū tuum. Fiat mihi de uerbo secundū uerbum tuum. Ver
bū qđ erat in principio apud deū: fiat caro de carne mea:
fm uerbū tuū. Fiat obsecro mihi uerbū nō prolatū quod
trāseat: sed conceptū ut maneat, carne uidelicet indutum
nō aere. Fiat mihi nō tū audibile auribus, sed & uisibile
oculis: palpabile manibus: gestabile humeris. Nec fiat mi
hi uerbū scriptū & mutū: sed incarnatū & uiuum: hoc est
non mutis figuris mortuis in pellibus exaratū: sed in for-
ma humana meis castis uisceribus uiuaciter impressum:
& hoc non mortui calami depictione: sed sancti spiritus
operatione. Eo uidelicet mō fiat mihi: quo nemini añ me
factum est: nemini post me faciendum. Porrò multiphariā
multisq; modis olim deus locutus est patribus ī prophe-
tis: & alijs quidē in aure: alijs in ore: alijs etiā in manu fa-
ctū esse uerbum dñi memoratur: mihi aūt oro ut in utero
fiat: iuxta uerbū tuum. Nolo autē ut fiat mihi aut decla-
matorie prædicatum: aut figuraliter significatū: aut ima-
ginatorie somniatum: sed silenter inspiratum: personali-
ter incarnatum: corporaliter inuisceratum. Verbum igi-
tur quod in se nec poterat fieri: nec indigebat: dignetur
in me, digneť & mihi fieri fm uerbū tuū. Fiat quidē gene
raliter oī mūdo: sed specialiter fiat mihi fm uerbū tuum.

Excusatio eiusdem q̄ locum hunc euangelicum post expositores alios explanare uoluerit.

LEctionem euangelicā exposui sicut potui: nec
ignoro q̄ nō omnibus placebit: sed scio me ob
hanc rem multorum fore indignationi obno-
xium: & aut iudicabor superfluus: aut presum-
ptor: quod uidelicet post patres qui hunc ipsum locum
plenissime exposuerunt: rursus in eodē nouus expositor
ausus fuerim mittere manū. Sed si qd dictū est post patres
quod non sit cōtra patres, nec patribus arbitror: nec cui
quā displicere debere. Vbi autem dixi q̄ à patribus acce-
pi: dum sic absit typus præsumptionis ut nō desit fructus
deuotionis patienter audiam de superfluitate causantes.
Nouerint tamen qui me tanquā de ociosa & non necessa
ria explanatione suggillant: nō tam intendisse exponere
euāgeliū: quàm ex euangelio sumere occasionē loquendi
quod loqui delectabat. Si uerò peccauī q̄ propriam ma-
gis ex hoc excitari deuotionem quàm cōmunem queste-
rim utilitatem: potēs erit pia uirgo apud suum misericor
dem filium hoc meum excusare peccatum cui hoc meum
qualecunq; opusculum deuotissime destinaui.

Explicit homilia quarta super euangelium Missus est.
In uigilia natalis domini Sermo primus.

SOnuit uox lætitiæ in terra nostra: uox exulta-
tionis & salutis in tabernaculis peccatorū. Au
ditū est uerbū bonū: uerbū cōsolatorū: sermo
iocunditate plenus: dignus omni acceptione.
Iubilate montes laudem: & oia ligna siluarū. Plaudite ma
nibus ante faciem dñi, quia uenit. Audite cæli & auribus
percipe terra: obstupesce & lauda uniuersitas creaturæ:
sed tu magis ō homo. Iesus christus filius dei nascit̄ ī beth
leē iudæ. Quis tā lapidei cordis: cuius aia non liquefacta
sit in hoc uerbo? Quid annunciari dulcius poterat: quid
delectabilius cōmēdari? Quid tale unquā auditū est: aut
quid simile aliquando mundus accepit? Iesus christus fi-
lius dei nascitur ī bethleē iudæ. O breue uerbū de uerbo
abbreuiato: sed cælesti suauitate refertū. Laborat affectio
mellifluæ dulcedinis: copiā latius effundere gestiens nec
inuenies uerba. Tanta siquidē est gratia sermonis huius
ut continuo incipiat minus sapere si uel unum iota muta
uero. Iesus christus filius dei nascitur in bethleē iudæ. O
natiuitas illibata sanctitate: honorabilis mundo: amab i-
lis hominibus: collatu magnitudine beneficij: inuestiga-
bilis etiam angelis sacri profunditate mysterij: & in his
omnibus admirabilis: singulari excellentia nouitatis: ut
pote quæ nec primā similē uisa est, nec habere sequētem.
O partus solus sine dolore: solus nescius pudoris: corru-
ptionis ignarus: non reserans: sed consecrans uirginalis
uteri templū. O natiuitas supra naturā, sed pro natura mi
raculi excellentia superās: sed reparans uirtute mysterij.
Fratres, generationē istā quis enarrabit? Angelus nūciat
uirtus obumbrat: altissimi superuenit spiritus: uirgo cre
dit: fide cōcipit: uirgo parturit: uirgo permanet. Quis nō
miretur? Nascitur altissimi filius deus de deo genitus an
te secula: nascitur uerbū infans: quis uel satis miret? Nec
sanè ociosa natiuitas: aut infructuosa dignatio maiesta-
tis. Iesus christus filius dei nascitur in bethleē iudæ. Vos
qui ī puluere estis expergiscimini & laudate: ecce dñs ue
niet cum salute. Venit cum salute: uenit cum unguentis:
uenit cum gloria. Neq; eñ sine salute iesus: neq; sine un-
ctione christus: nec sine gloria uenit dei filius. Siquidē ipe *Psal. 10.*
salus: ipse unctio: ipse gloria sicut scriptū est. Gloria pris
filius sapiens. Felix aia q̄ gustato salutis fructu trahitur &
currit in odore unguētorū ut uideat gloriā eius: gloriam
quasi unigeniti à patre. Respirate perditi: uenit iesus quæ
rere & saluum facere qđ perierat. Morbidi cōualescite: ue
nit christus qui cōtritos corde sanat unctione misericor
diæ suæ. Exultate quicunq; estis grādia cōcupiscētes: de
scendit ad uos filius dei, ut regni sui faciat cohæredes. Ita
obsecro sana me dñe & sanabor: saluū me fac & salu⁹ ero:
glorifica & ero gloriosus. Sic nēpe būdicet aia mea dñm
& oia quæ intra me sunt nomini sancto eius, cū propitia-
tus fueris oibus iniquitatibus meis: sanaueris oēs infir-
mitates meas: repleueris ī bonis desiderij meū. Hec tria
dilectissimi sapit mihi qđ audio nasci iesum christū filium
dei. Quare eñ uocamus nomē eius iesum: nisi quia ipse sal
uū faciet populū suū à peccatis eorū? Aut quare christus
nominari uoluit: nisi quia computrescere faciet iugū à fa
cie olei? Quare filius dei factus ē homo: nisi ut hoies faceret
filios dei? Volūtati aūt ei⁹ qs resistit? Iesus q iustificat: qs
est qui condēnet? Christus qui sanat: quis est q uulneret?
Filius dei qui exaltat: qs est qui humiliet? Nascitur ergo
iesus, gaudeat quisquis ille est quē perpetuæ dānationis
reum adiudicabat cōscientia peccatorum. Excedit quip-
pe pietas iesu omnem criminum quantitatem seu nume-
rositatem. Nascitur christus: lætetur quicūq; uitijs expu-
gnabatur antiquis. Siquidem ante faciem unctionis chri
sti: nullus omnino stare poterit morbus animæ quālibet
inueteratus. Nascitur filius dei: exultet qui magna sole-
sideret, quia magnus numerator aduenit. Fratres hic est
hæres: deuote suscipiamus eū: sic enim & hæreditas no-
stra erit. Qui enim pprium filiū dedit: quomodo non om
nia nobis simul cum illo donauit? Nemo diffidat: nemo *Isaiæ 1.*
hæsitet: habemus testimonium credibile nimis. Verbum
caro factum est & habitauit in nobis. Fratres, habere uo-
luit unigenitus dei: ut esset in multis fratribus primoge-
nitus ipse. Vtiq; nihil hæsitet ipa pusillanimitas fragilita
tis humanæ: prius ipse factus est hominum frater: factus
est hominis filius: factus est homo. Si & hoc homo iu-
dicat incredibile: fidem astruunt oculi. Iesus christus na-
tus est in bethleem iudæ. Et uide dignationem. Nō in hie
rusalem ciuitate regia, sed in bethleem quæ minima est
in milibus iuda. O bethleem parua: sed iam magnificata
à domino: magnificauit te qui factus est in te parnus ex
magno. Lætare bethleem: & p omnes uicos tuos festiuū
hodie alleluia cantetur. Quæ tibi ciuitas si audeat non in
uideat, preciosissimum illud stabulum: & illius præsepij
gloriam? In uniuersa siquidem terra iam celebre est no-
men tuum: & beatam te dicunt omnes generationes. Vbi
q̄ gloriosa dicūtur de te ciuitas dei: ubiq; psallitur, quia
homo natus est in ea: & ipse fundauit eam altissimus.
Vbiq; inquā predicatur ubiq; clamatur: quia iesus chri-
stus filius

Universidad de Navarra

ius filius dei nascitur in bethleem iudæ. Nec ociosum quod additur iudæ: siquidē ammonet nos eius quæ ad patres facta est repromissio. Nō auferetur, inquit, sceptrū de iuda: & dux de femore eius: donec ueniat qui mittendus Gen.49. Vbi supra est: & ipse erit expectatio gentiū. Salus quippe ex iudæis: sed salus usq; ad fines terræ. Iuda, ait, te laudabūt frēs tui. Manus tuæ in ceruicib⁹ inimicorū tuorū: & cætera q̄ de iuda illo nusquā legim⁹: sed in christo uidem⁹ impleta. Ipse est enim leo de tribu iuda: de quo & additur. Catulus leonis iuda ad prædā, inquit, fili mi ascendisti. Magnus prædator christus qui priusquā sciat uocare patrē aut matrē samariæ spolia diripuit. Magnus prædator christus qui ascendens in altū captiuā duxit captiuitatem: nec tamen abstulit quicquā: sed magis ipse dedit dona hominibus. Has itaq; & cæteras similes pphetias impletas in christo, de eo siqdē & prædictas ad mentē reuocat q̄ dicitur bethleem iudæ: nec otio quærere est utrum à bethleem possit aliquid boni esse. Sanè quod ad nos spectat discimus etiā ex hoc quēadmodū suscipi uelit qui in bethleē uoluit nasci. Erat enī qui fortè ei sublimia crēda arbitrarēt esse palatia: ubi cū gloria rex gloriæ susciperetur: sed nō ꝓpter hoc à regalibus illis sedibus uenit. In sinistra eius diuitiæ Prouer.3. & gloria: in dextera longitudinis uitæ: horū oīm æterna in cœlis affluentia suppetebat: sed paupertas non inueniebatur in eis. Porrò in terris abundabat & superabūdabat hæc species: & nesciebat homo preciū eius. Hanc Nota. itaq; dei filius concupiscens descēdit ut eā eligat sibi: & nobis quoq; sua æstimatione faciat preciosam. Adorna thalamū tuū siō: sed humilitate: sed paupertate. In his enī pānis cōplacet sibi: & maria testimoniū perhibēte his sericis delectatur inuolui. Abominationes ægyptiorū immola deo tuo. Considera denicq; q̄ in bethleē iudæ nascitur: & solicitus esto quomodo bethleē iudæ inuenīaris: etiā ne in te quidē suscipi dedignetur. Bethleem quippe domū panis. Iuda sonat cōfessionē. Tu ergo si diuini uerbi pabulo repleas aiam tuā fideliterq; & si non digna certè quanta potes deuotione suscipias panem illum qui de cælo descēdit & dat uitā mundo, dominicū uidelicet corpus Iesu: ut ueterem utrem corporis tui noua illa resurrectionis caro reficiat & sustineat, quatenus nouū quod intus est uinū hoc solidatus glutino ualeat continere: si denicq; ex fide uiuas & nequaquā gemere oporteat: quia oblitus sis comedere panem tuum: bethleem factus est dignus planè susceptione dñica: si tamē confessio nō defuerit. Sit proinde iudæa sanctificatio tua: cōfessionem & decorem induere: quā maximè stolam in ministris suis christus acceptat. Denicq; breuiter tibi utrunq; commendat Roma.10 apostolus. Corde, inquiens, creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem. Iustitia siquidem in corde: panis in domo. Est enim iustitia panis. Et beati qui esuriunt Matth.5. & sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur. Sit ergo in corde iustitia: & iustitia quę ex fide est. Hæc enim sola habet gloriam apud deum, sit etiam in ore confessio ad salutem: & securus iam suscipe eum qui in bethleē iude nascitur Iesum christum filium dei.

In uigilia natiuitatis domini de eo quod scriptum est O Iuda & hierusalem nolite timere, cras egrediemini & dominus erit uobiscum. Sermo secundus.

2. Paralip. 20.

Iuda & hierusalē nolite timere. Veros alloquimur iudæos: nō litera sed spū: semē abrahā cuius multiplicatio sicut promissa legitur sic uidētur impleta. Neq; enim filij carnis, sed filij promissionis deputātur in semine. Sed nec illi hierusalem dicimus quæ occidit prophetas. Vnde enim illam consolemur, super quam dominus fleuit: quæ data est in subuersionē? Illi dicimus quę de cælo noua descendit nolite timere ô iuda & hierlm. Nolite timere ueri cōfessores: qui nō solum ore sed toti pariter & omni parte dño confitemini induti confessionem sicut uestimentum: imo quorum omnia interiora domino confitentur: & omnia ossa dicunt. Do- Psal.34. mine quis similis tibi? nō sicut hi qui confitentur se nosse deū: factis autem negant. C Vera confessio est: si oīa opera nostra fratres: opera eius sint: & confiteātur ei. Cōfiteantur aūt gemina quadā confessione ut duplicib⁹ uestiamini: id est cōfessione pctōrū uestrorū: & confessione laudis diuinæ. Tūc enī ueri iudæi eritis: si ois uita uestra cōfiteatur uos pctōres, & dignos multo maioribus pœnis, deū uerò summe bonū: q̄ p his leuib⁹ & trāsitorijs pœnis æterna cōdonat supplicia q̄ meruistis. Quisq; enī ardēter non desiderat pœnitētiā: uidet opibus dicere nō indigere se pnia: & ita suā nō cōfitet culpā: aut nō posse pdesse ei pœnitētiam: sic & diuinā nō confitetur bonitatē. Vos autem estote ueri iudæi: sed & hierusalē uera: ut nihil iam timeatis. Est enim hierusalem uisio pacis. Visio non possessio: cuius fines dñs posuit pacem non inimicum sanè nec medium. Si ergo pacem nō habetis: imo quia perfectam in hoc seculo habere non potestis: saltem uidete eā: intuemini considerate & desiderate eam. Illuc sint oculi cordis uestri: ad pacem sese dirigat intentio uestra: ut oīa ōcūq; facitis huius pacis quæ exuperat oēm sensum desiderio faciatis in omnibus hoc intēdatis: ut reconciliati pacem habeatis ad deū. His dicimus nolite timere: hos consolamur non eos qui uiā pacis nō cognouerunt. Nam si illis dicitur: cras egrediemini: cōminatio non consolatio erit ista. Soli nimirum dissolui desiderant & egredi concupiscunt: qui pacem uident: & sciunt si teri estres domus eorum huius habitationis dissoluentur, qm̄ ædificationem habent ex deo: & non illi qui in insaniam uerti suis compedibus delectantur. Denicq; hi tales moriendo, non tam egressi dicendi sunt quàm ingressi: qui non in lucē nō in libertatē uadūt: sed in carcerē: sed in tenebras: sed in infernū. Vobis aūt dicit. Nolite timere: cras egrediemini: & 2. Paralip. iam nō erit timor in finibus uestris. Multos quidē habe- po.20. tis hostes: carnē, qua nullus pōt esse uicinior hostis: præsens seculum nequā quod undicq; circumfusum est uobis: principes tenebrarū: qui uiam uestrā obsidēt in aere collocati. Attamen nolite timere, cras egrediemini: id est in proximo. Cras enim in proximo est. Vnde & sctūs iacob Gen.30. ait: Cras respōdebit mihi iustitia mea. B Tres enī dies sunt de qb⁹ etiā legimus. Viuificabit nos post duos dies: Osee.6. in die tertia resuscitabit nos. Vnus sub adā: alter ī christo tertius cum christo. Vnde & ibi subditur: sciemus sequemurq; ut cognoscamus dñm: & hic dicit cras egrediemini: & dñs erit uobiscū. His enī dicit q̄ dimidiauerūt dies suos: in quibus periit dies in qua nati sunt: quæ est dies adæ dies peccati: cui Hieremias q̄q; maledicebat dicens. Maledicta dies in qua natus sum. Omnes enim in illa na- Hiere.20 scimur. Vtinam percat in nobis omnibus dies illa dies nebulæ & caliginis: dies tenebrarum & turbinis: quā nobis fecit adam: quā fecit inimicus qui dixit. Apperientur ocu- Gen.3. li uestri. Ecceuerò illuxit nobis dies redemptionis nouæ: reparatiōis antiquæ: felicitatis æternæ. Hæc est dies quā Psal.117. fecit dñs: exultemus & lætemur in ea: quia cras egrediemur. Vnde, nisi de conclaui huius seculi: de ergastulo huius corporis: de cōpedibus necessitatis: curiositatis: uanitatis: & uoluptatis: quæ etiam inuitis nobis pedes tenēt affectiōis? Quid enim spiritui nostro cū terrenis? Cur nō spiritualia desiderat: spiritualia quærit: spiritualia sapit? O spiritus qui de sursum estis: quid uobis cum infimis? Collo.3. Quæ sursum sunt quærite: ubi christus est in dextera dei Sap.9. sedens: quæ sursum sunt sapite: nō quæ super terram. Sed corp⁹ qđ corrumpitur agrauat animam: & deprimit terrena īhabitatio sensum multa cogitātē. Necessitates multæ miseri huius corporis detinent nos. Viscus quidā prauī desiderij & delectationis terrenæ uolare nō patitur: & citius retrahit mentem: si forte aliquādo subleuetur. Sed nolite timere: cras egrediemini de lacu miseriæ & de luto fæcis. Nam ut inde uos educeret: infixus est ipse quoq; in limo profundi. Nolite ergo timere: cras egrediemini de corpore mortis: & de oī corruptione peccati. Agite diē istum in christo: ut ambuletis sicut & ipse ambulauit. Qui enī dicit se ī christo manere: debet sicut ipse ambula- 1. Ioan.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uit & ille ambulare. Nolite ergo timere: quia cras egredie
mini & sic semper cum domino eritis. Vel quia signanter
dictum & dñs erit uobiscum sic intelligamus: ut dum sit-
mus in corpore possimus nos esse cum dño, id est adhære
re eius uoluntati: sed non ille nobiscum ut consentiat uo-
luntati nostræ. Vellemus enim iam liberi esse: concupisci
mus dissoluí: egredi desideramꝰ: sed adhuc differt ille cer-
ta ex causa. Cras egrediemur & dominus erit nobiscum:
ut quicquid uoluerimus uelit: & in nullo à nostra uolun-
tate discordet. Itaq; iuda & hierusalē nolite timere: si per-
fectionem quam desideratis nōdum potestis adipisci: sed
quod minus habet imperfectio conuersationis suppleat
humilitas confessionis & imperfectum uestrum uiderunt
Psal.138. oculi dei. Propterea eīm mandata sua mandauit custodirí
Psal.118. nimis: ut uidētes imperfectionem nostram deficere, & nō
posse implere quod debet: fugiamus ad misericordiam &
Psal.62. dicamus. Quoniam melior est misericordia tua super uí-
tas: & qui non possumus in uestitu innocentiæ seu iusti-
Psal.95. tiæ: appareamus uestiti cōfessiōe. Cōfessio eīm & pulchrí-
tudo in cōspectu dñi: si tamen sit ut diximus non oris tm̄
sed etiā totius hominis: ut oia ossa nostra dicant: dñe qs
similis tibi? idē solius pacis intuitu: & desiderio reconci-
liationis ad deū. Talibus eīm dicit: ô iuda & hierusalē no-
lite timere cras egrediemini, id est quācito à corpore exie
rit anima: omnes simul affectiones: oia desideria quibus
per uniuersum interim mundū: dispersa & ligata teneba-
tur, dissoluentur: & egredietur de uisco hoc. Et dñs erit
uobiscū. Nimis id quidē uobis uideri potest si tamen ad
uos respicitis: & nō ad ea quæ expectant uos. Nónne hoc
uniuersus mūdus expectat: Creatura eīm subiecta est uani
tati: & cadente homine quem constituerat dñs dominum
domus suæ & principē oīs possessiōis suæ: tota simul hæ-
reditas corrupta est. Inde distemperatus aer: terra in ope
ribus adæ maledicta, & omnia subdita uanitati. Nec sanè
reparabitur hæreditas: donec reparentur hæredes. Vnde
Roma.8. & iuxta apostoli testionīū. Ingemiscit quoq; & parturit
usq; adhuc. Nec soli utiq; huic mundo: sed & angelis &
Psal.141. hominibus spectaculū facti sumus. C Me, inquit, expe-
ctant iusti: donec retribuas mihi. Et martyres cum iudicij
diem postularent non tanquā uindictæ cupidi sed perfe-
ctiōem desiderantes beatitudinis quā tūc habituri sunt:
acceperunt diuinum responsum. Sustinete modicū tem-
pus: donec impleatur numerus fratrum uestrorum. Acce
perunt ergo iam singulas stolas: sed nō uestientur duplí-
cibus: dōce uestiamur & nos. Vadia tenemus, & obsides
ipsa eorū corpora: sine quibus cōsummari non possunt:
nec ea recipiēt sine nobis. Vnde de patriarchis & prophe
tis ait apostolus. Deo melius aliquid prouidente pro no-
Hebre.11. bis ut non sine nobis consummarentur. O si cognoscere-
mus & nos quomodo expectant & quantū desiderant ad
uentum nostrum: quàm solicite quærunt: quàm libenter
audiunt bona de nobis. Quid tamē de his loquor qui di-
dicerunt ex his quæ passi sunt compassionem: quando &
ipsi nos angeli sancti desiderāt: Nónne de uermiculis istis
& de puluere isto restaurandi sunt muri cælestis hieruſa-
lem: Putatis quantum desiderant ciues cæli instaurari ci-
uitatis suæ ruinas: Quomodo solicití sunt ut ueniant la-
pides uiui: qui coædificentur eis: Quomodo discurrunt
medij inter nos & deum: fidelissime portantes ad eum ge
mitus nostros: & ipsius nobis gratiam deuotissime repor
tantes: Planè non dedigabuntur ut simus eorum socij:
quorum facti sunt iam ministri. Nónne enim oēs admini
stratorij sūt spiritus in ministerium missi propter eos qui
hæreditatem capiunt salutis: Festinemꝰ obsecro dilectis-
simi festinemus: tota nos multitudo cælestis curiæ expe-
ctat. Exultare angelos fecimus quando conuersi sumus ad
pœnitentiam: proficiamus & festinemus cōplere de no
bis eorum lætitiam. Ve tibi quicunq; es qui deliberas
redire ad lutum: reuerti ad uomitum. Putasnè placatos
habebis in iudicio quos tanto & tam sperato priuare
uis gaudio? Exultauerunt cum nos ad pœnitētiam ueni-
mus: tanquàm super his quos ab ipsa inferi porta cerne
rent euocari. Quid nunc erit: si ab ipsa paradisi ianua re-
uerti uiderint & abire retrorsum eos qui iā pedē alterum
in paradiso posuerunt: Nam & si corpora inferius sed
corda sursum. Currite fratres currite: non soli angeli:
sed & ipse angelorum nos creator expectat. Nuptiæ para
tæ sunt: sed nondum plena domus: adhuc expectantur
de quibus nuptiæ impleantur. Expectat uos pater & desi
derat non solum propter nimiam charitatem suam qua
dilexit uos: unde & unigenitus qui in sinu patris est ipse
enarrauit. Pater, inquiens, amat uos: sed propter semetip- Iohan.15.
sum: sicut loquitur per prophetam: propter memetip-
sum ego faciam: non propter uos. Quis enim implendū
dubitet quod promisit filio dicens: Postula à me & dabo ps.2.
tibi gētes hæreditatē tuam: Et alibi. Sede a dextris meis: ps.109.
donec penā inimicos tuos scabellū pedū tuorū. Nō con
terentur oīes inimici eius: dum nos qui sumus membra
eius aliquatenus impugnabūt. Nō implebit hæc promis
sio: donec nouissima inimica destruatur mors. Nā de filio
quis nesciat quantum desideret fructum natiuitatis & to
tius uitæ quā gessit in carne: deniq; fructū crucis & mor
tis suæ preciū sanguinis precios: Nónne traditurus est
regnū deo & patri qđ acquisiuit: Nónne ei restauratur?
est creaturas suas: pro quibus pater illum misit in terris:
Expectat nos & spiritussanctus. Est eīm charitas & beni-
gnitas in qua prædestinati sumus ab æterno: nec dubiū
quin prædestinationē suā uelit ipleri. Ergo quia paratæ
sunt nuptiæ & omnis nos curiæ cælestis frequentia desi-
derat & expectat: curamus non quasi in incertum: curra
mus desideriis & profectu uirtutum. Proficere profisci est ps.118.
Dicamus singuli. Aspice in me & miserere mei ſm iudi-
cium diligētium nomen tuum. Non sicut ego meruí: sed
sicut illi decreuerint misereri. Dicamꝰ itē: sicut fuerit uo
luntas in cælo sic fiat. Itemq; fiat uolūtas tua. Scimus qm̄ Rom.8.
scriptū est. Si deꝰ pro nobis: quis cōtra nos: Aut quis ac Vbi supra
cusabit aduersus electos deí: An nō licet, inquit, mihi fa
cere qđ uolo: Hec sit interim consolatio nostra charissi- Mat.20.
mi: donec egrediamur & dominꝰ sit nobiscum. Qui ma
gna sua misericordia ad beatā illā egressionē & ad clarū
illud cras nos perducat: & in hoc quoq; proximo cras ui
sitare nos & nobiscū esse dignetur: ut si quis fortè in ten-
tatione qualibet detinetur: ipso miserante qui prædicare
uenit clausis apertionē cras egrediatur: ut cū gaudio salu
tari suscipiamus coronam paruuli regis nostri: ipso præ-
stāte qui cum patre & spiritusancto uiuit & regnat deus
per omnia secula seculorum. Amen.

In uigilia natalis dñi. Sermo tertius.

HOdie scietis quia ueniet dñs: & mane uidebi-
tis gloriā eius Quicq; terrigenæ & filij hoīum:
audite. Vos qui i puluere estis expergiscimini
& laudate: qa ueniet medicus ad ægrotos: re-
dēptor ad uenditos: ad errantes uia: ad mortuos uita. Ve
nit quippe qui proiciat in profundum maris omnia pec
cata nostra: qui sanet omnes infirmitates nostras: qui nos
propriis humeris ad propriæ dignitatis reportet origi-
nē. Magna est ista potentia: sed plus est miranda miseri-
cordia qꝫ sic uenire uoluit: qui potuit subuenire. Hodie,
inquit, scietis quia ueniet dominus. Verba hæc quidem
suo loco & tempore in scriptura posita sunt: sed non in-
cōgrue illa uigiliæ dominicæ natiuitatis ecclesia mater
aptauit. Ecclesia, inquam, illa quæ secum habet consilium
& spiritum sponsi & dei sui: cui dilectus inter ubera com
moratur: ipsam cordis sui sedem principaliter possidens
& conseruans. Nimirum ipsa est quæ uulnerauit cor eius:
& in ipsam abyssum secretorum dei oculum contempla
tionis immersit: ut & illi in suo: & sibi in eius corde per
hennem faciat mansionem. Cum ergo ipsa in scripturis
diuinis uerba uel alterat uel alternat fortior est illa cōpo-
sitio quàm positio prima uerborum: & fortassis tanto
fortior: quantum distat inter figuram & ueritatē: inter lu
cem & umbram: inter dominā & ancillam. Hodie scietis:

quia

quia uenict dominꝰ. Sedm æstimationem meam duo in uerbis istis dies nobis expressius commendãtur. Primus q à primi hominis lapsu labit usq; ad finẽ mũdi, dies cui sancti sæpius maledixisse nosc̃t. Ab illa etiã lucidissima die in qua conditus fuerat adã eiectus est: & in has rerum cõtrusus angustias: diẽ tenebrosum incurrit: & penè à lumine ueritatis extinctus. In hac die nascimur uniuersi: si tñ dies debet & nõ potius nox uocari: nisi q; lumẽ rationis quasi quandã scintillulã nobis insuperabilis illa misericordia dereliqt. Secũda uerò dies erit in splẽdoribꝰ sanctorũ: in perpetuas æternitates: cũ inclaruerit illud serenissimum mane cui est misericordia repromissa & absorpta erit mors in uictoria: cũ dimotis umbris & tenebris splendor ueræ lucis sursum & deorsum: intus & exterius cuncta pariter occupabit. Auditam fac mihi mane misericordiã tuã ait sanctꝰ: & Repleti sumus mane mia tua. Sed ad nostrũ diẽ reuertamur, qui tanquã custodia in nocte prosua breuitate dicit: qui tanquã nihilum & inane ab illo faminiari spiritussancti organo nomiatur: cũ dicit. Qñ oẽs dies nostri defecerũt, & Defecerunt sicut fumus dies mei, & Dies mei sicut umbra declinauerunt. Parui & pessimi sunt omnes dies uitæ meæ: ait ille sanctus patriarcha, qui uidit dñm facie ad faciẽ: qui cũ eo tam familiariter loquebatur. Et quidẽ in hac ipsa die homini deus rationẽ præstat, tribuit intelligentiã: sed necesse est ut exeuntẽ de hoc mundo illuminet lumine sciẽtiæ suæ: ne si de domo carceris & umbra mortis extinctus exierit illumiari non ualeat in æternum. Ideò quippe unigenitus dei sol iustitiæ tanquã immensi & præclari luminis cereus in huius mundi carcerẽ illuminatus est & accensus: ut omnes qui illuminari uoluerint, ad illũ accedãt, illiq; iungantur: ut nihil medium inter illos sit & ipsum. Peccata enim nostra separant inter nos & deum: sed illis sublatis, uero lumini illuminandi, & quasi cõcorporandi cõnectimur in idipsum: sicut lumen extinctũ lumini lucenti & ardenti sine aliquo medio cõiungitur ut illuminetur: quatenus per exemplũ uisibiliũ, effectus rerũ inuisibilium cognoscamus. Ad hoc igitur tam magnũ & præfulgidũ sydus iuxta pphetã illuminemus nobis lumẽ scientiæ, priusquã de mundi huius tenebris exeamus, ne de tenebris trãseamus ad tenebras, & tenebras sempiternas. Quæ est autẽ ista scientia? D. Profecto scire qa ueniet dñs: & si qñ ueniet, scire nõ possumus. Hoc est illud totũ quod postulat à nobis. At, inqs, ista sciẽtia oim est. Quis enim nesciat uel noctenus fidelis: qa ueniet dñs qa uenturus est iudicare uiuos & mortuos, & reddere unicuiq; iuxta opera sua? Non oim ista est scia fratres mei, sed nec multorũ: paucorũ est, qa reuera pauci sunt q saluant. Putasne illi q cũ male fecerit lætant & exultãt in rebꝰ pessimis: uel sciãt, uel recogitẽt qa ueniet dñs? Si dixerint ipsi, tu noli credere: quia q dicit se nosse deũ, & mandata eius nõ custodit, mendax est. Confitẽtur, ait apls, nosse deum, factis autẽ negant: Quia fides sine operibus mortua est. Nõ enim ita se ommi impuritate polluerẽt, si dominũ uenturũ scirẽt uel formidarent: sed uigilarent utiq;, & nõ sinerẽt tã grauiter pfodi cõsciẽtias suas. Sciẽtia aut ista in primo gradu operat pœnitudinẽ & dolorẽ, ut risum in luctũ, canticũ in planctũ, gaudiũ in mœrorem cõuertat: & incipiãt tibi displicere, q uehemẽter ante placuerãt: & illa specialiter horreas, q̃ specialiter appetebas. Sic enim scriptũ est. Quia q addit sciẽtiã, addit & dolorẽ: ut ueracis & sanctæ scientiæ sit dolor subsequẽs argumẽtũ. In secũdo uerò gradu opat correctionẽ: ut iã nõ exhibeas mẽbra tua arma iniquitatis peccato: sed coerceas gulam, iugules luxuriã, superbiã deprimas: & facias seruire corpꝰ sanctati, qd iniquitati ante seruierat. Pœnitudo enim sine correctione nõ pderit, sicut sapiẽs ait: Vnꝰ ædificãs, & vnꝰ destruẽs, qd pdest eis nisi labor? Vnꝰ orãs & unꝰ maledicẽs: cuius uocem exaudiet deus? Qui enim baptizat à mortuo, & iterũ tangit cũ, nihil proficit lauatio eius: sed iuxta saluatoris sententiã. Verẽdũ est, ne ei aliqd deterius contingat. Sed qa hæc diutiꝰ nõ haberi possunt, nisi circa se multa circũspectione mẽs indefessa uigilet & attẽdat: in tertio gradu optatur solicitudinem: ut iã solicitus incipiat ambulare cũ deo suo & ex oi parte scrutet, ne uel in leuissima re tremẽdæ illius maiestatis offendat aspectus. In pœnitudine accendit, in correctiõe ardet, in solicitudine lucet, ut interius & exterius renouetur. Hic iã respirare incipit à tribulatiõe malorũ & dolore & timoris magnitudine spirituali lætitia tẽperare, ne suorũ enormitate scælerũ, abũdãtiori tristitia absorbeat. Hic & si timet à iudice, sperat à saluatore, cũ iã in aio eiꝰ timor & lætitia obeqtent & obuiẽt sibi: plerũq; timor lætitiã superat, lætitia sæpiꝰ timorẽ excludat, & ifra sui gaudij cõcludat arcanũ. Felix cõsciẽtia in qua luctamẽ hmõi idesinẽter cõficit, donec qd mortale est absorbeat à uita: donec euacuet timor q ex pte est, & succedat lætitia qd pfectũ est: qa nõ timor sempiternꝰ, sed lætitia sempiterna erit ei. Iam uerò sic ardẽs & lucens nõdũ in domo se esse confidat, ubi sine omni timore uẽtorũ accẽsum lumẽ soleat deportari: sed memierit se esse sub diuo & utraq; manu studeat operire qd portat: nec credat aeri, etiã si uideat esse trãquillũ. Repẽte ei & hora qua nõ putauerit mutabit: & si uel ad modicũ manꝰ remiserit, lumen extinguet. Quòd etsi etiã ardor portãtis manꝰ ut qñq; fieri solet, adusserit: eligat potiꝰ pati, quàm retrahere manus suas: qa in momẽto in ictu oculi poterit exuffiari. C Si essemus in domo illa nõ manufacta, æterna in cælis, ubi nullus inimicus intrat: nullus exit amicus: miniꝰ esset timẽdũ. Nũc uerò tribus maligniſſimis & ualidiſſimis uentis expositi sumus, carni, diabolo, & mũdo: q cõsciẽtiã illuminatã molitur extinguere, insuffiãtes in cordibꝰ nostris desideria mala, motus illicitos: & ita te repẽte turbantes, ut uix pnoscere ualeas uñ uenias, aut quo uadas. Ex qbus etsi duo sæpius intermittũt: à tertio tñ nemo uñquã sufflãdi inducias extorsit. Ideò ut risq; manib9 & cordis & corporis aia est tegẽda, ne fortè quæ iã illuminata fuerat, extinguatur: nec cedẽdũ uel recedendũ etiã si grauis tentationum feruor utriusq; hoīs statũ uehemẽter afflixerit, sed dicedũ cum sancto: Aia mea in manibus meis semper: eligamus potius ardere quàm cedere. Et sicut qd in manibus nostris tenemus, non facile obliuiscimur: sic nũquam obliuiscamur negociũ animarũ nostrarũ, & illa cura principaliter uigeat in cordibus nostris. D Cum ergo sic lumbi nostri accincti fuerint & lucernæ ardẽtes, custodiẽdæ sunt uigiliæ noctis supra gregẽ cogitationũ & actionũ nostrarũ: ut si in prima uigilia, uel secũda, uel tertia dñs uenerit, paratos nos inueniat. Prima uigilia est restitudo opis, ut hãc quã iurasti regulã, oẽm uitã exæquare coneris: nec trãsgrediaris terminos quos posuerũt patres tui, in oibus uiæ & uitæ huius exercitꝰ, non declinãs ad dexterã neq; ad sinistrã. Secũda puritas intẽtiõis, ut simplex oculus totum corpus lucidũ faciat: ut quicqd feceris, propter deũ facias: & ad locũ unde exeunt gratiæ reuertãtur, ut iterũ fluant. Tertia est custodia unitatis, ut in congregatione positus, uoluntates aliorũ, tuis uolũtatibus anteponas: ut nõ solũ sine querela, sed & cum gratia inter fratres maneas, portans omnes, orans pro omnibus, ut & de te quoq; dicatur: Hic est fratrum amator, & populi Israel: hic est qui multum orat pro populo, & uniuersa sancta ciuitate Ierusalem. Ita ergo in hac die aduentus unigeniti, nobis uerã scientiã accẽdit: scientiã inquã illam, quæ nos doceat quia ueniet dñs: quæ sit morũ nostrorũ perpetuũ & stabile fundamentum. Et mane, inqt, uidebitis gloriã eius. O mane, ô dies q melior es in atris dominis supra milia: quando erit mensis ex mense, & sabbatũ ex sabbato: cũ splendor lucis & feruor charitatis usq; in altissima illa magnalia terrarum incolas illustrabit: Quis de te cogitare, nedũ aliquid præsumat recitare? Interim tamẽ ædificemus fratres fidem nostram: ut si mirabilia illa quæ nobis reseruantur, uidere non possumus: saltẽ mirabilia quæ ppter nos in terris facta sunt, aliquãtulũ cõtẽplemur. Tria opera, tres mixturas fecit omnipotẽs illa maiestas in assumptiõe nostræ carnis: ita singulariter mi

Semper ei mendũ est quãdiu sumus in hoc seculo.

Nota.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rabília & mirabíliter ſingularia, vt talia nec facta ſint, nec facienda ſint amplius ſuper terrã. Coniuncta quippe ſunt adinuicem deus & homo, mater & uirgo, fides & cor humanum. Admirabiles iſtæ mixturæ, & omni miraculo mirabílius: quomodo tam diuerſa, tamq; diuiſa adinuicem, inuicẽ potuerũt coniungi. Et primo quidẽ intuere creationẽ poſitionẽ, & diſpoſitionẽ rerũ: quãta ſit uidelicet in creatione potentia: quanta in poſitione ſapiẽtia: in cõpoſitione quãta benignitas. In creatione uide quàm multa & quàm magna potenter creata ſunt: in poſitione quàm ſapienter cũcta locata ſunt: in bonitate quàm benigne ſuprema & infima connexa ſunt, tam amabíli quàm ammirabili charitate. Huic eñ limo terreno uim uitalem miſcuit, ut in arboribus: unde ſurgit uenuſtas in foliis, in floribus pulchritudo: ſapor in fructibus & medicina. Nec hoc cõtentus adiecit etiã uim ſenſibilẽ limo noſtro: ut in pecoribus, quæ nõ ſolũ uitã habeãt, ſed & ſentiãt, quinq; pertita ſenſualitate uigẽtes. Addidit adhuc honorare limum noſtrũ, & ei uim rationalẽ immiſit: ut in hominibus qui non ſolum uiuunt, ſentiunt: ſed & diſcernũt inter cõmodũ & incõmodũ: inter bonũ & malũ: inter uerũ & falſum. Voluit quoq; infirmiora noſtra abũdantiori gloria ſublimare, & contraxit ſe maieſtas: ut quod melius habebat, uidelicet ſeipſum, limo noſtro cõiungeret: & in perſona una ſibi inuicẽ unirẽtur deus & limus: maieſtas & infirmitas tãta: uilitas & ſublimitas tanta. Nihil tamẽ deo ſublimius, nil uilius limo: & tamẽ tanta dignatione deus deſcendit in limũ: tãtaq; dignitate limus aſcendit ad deũ, ut quicqd in eo deus fecit, limus feciſſe credat: quicqd limus pertulit, deus in illo pertuliſſe dicat: tam ineſtabili quàm incomprehenſibili ſacramento. Et attende, quia ſicut in illa ſingulari diuinitate trinitas eſt in perſonis, unitas in ſubſtãtia: ſic in iſta ſpeciali cõmixtione trinitas eſt in ſubſtãtijs, in pſona unitas: & ſicut ibi pſonæ nõ ſcindũt unitatẽ, unitas nõ minuit trinitatẽ: ita & hic pſona nõ cõfundit ſubſtãtias: nec ſubſtãtiæ ipſæ pſonæ diſſipãt unitatẽ. Sũma illa trinitas hanc nobis exhibuit trinitatẽ, opus mirabile, opus ſingulare, inter oia & ſup oia opa ſua. Verbũ eñ & aia & caro in unã cõuenere pſonã: & hæc tria unũ: & hoc unũ tria, nõ cõfuſione ſubſtãtiæ, ſed unitate pſonæ. Hæc eſt prima & ſupexcellẽs mixtura: & hæc prima inter tres. Aduerte hõ qa lim⁹ es: & nõ ſis ſupbus, qa deo iũctus es, & nõ ſis ingratus. Secunda mixtura eſt uirgo & mater, ammirabilis planè & ſingularis. A ſeculo nõ eſt auditũ q̃ uirgo cẽt q̃ peperit: q̃ mater eſſet q̃ uirgo pmãſit. Nũquã iuxta rerũ ordinẽ uirginitas ubi fœcũditas p̃dicat, nec fœcũditas ubi uirginitas iutegra conſeruat. Sola hæc eſt in qua uirginitas & fœcũditas obuiauerũt ſibi. Ibi ſemel factũ eſt, qd factũ nõ fuerat: nec fiet in æternũ, qa nec primã ſimilẽ uiſa eſt: nec habere ſequẽtẽ. Tertia eſt fides & cor humanũ: & hæc qdẽ prima & ſecũda inferior: ſed non minus forſitã fortis. Mirũ ei eſt quõ cor humanũ his duob⁹ fidẽ accõmodauit: quõ credi potuit quòd de⁹ hõ eſſet, q̃ uirgo mãſerit quæ peperiſſet. Sicut ferrũ & teſta iũgi nõ poſſunt, ſic & hæc duo nequeũt cõmiſceri, ſi non miſceat glutinũ ſpũſanctꝰ. Ergone credẽdũ eſt q̃ iſte de⁹ ſit q̃ ponit in pſepio: q̃ uagit in cunis: q̃ oim infantiliũ neceſſitatũ iniurias patit: q̃ flagellat: q̃ cõſpuit: q̃ crucifigit: q̃ ponit in ſepulchro: & inter duos lapides cõcludit excelſus & imẽſus: Illáne uirgo erit quæ lactat puerũ: cui marit⁹ cõtinuꝰ comes eſt in conuiuio, in thalamo: qui ducit illã in ægyptũ: reducit ab ægypto: & ſol⁹ cũ ſola, tã lõginquã, tã ſecretã cõficit uiã? Quõ potuit hoc pſuaderi generi humano, uniuerſo orbi terrarũ? Et tñ tã facile, tã potẽter pſuaſum eſt, ut mihi id credibile faciat credẽtiũ multitudo. Iuuenes & uirgines ſenes cũ iunioribꝰ elegerũt mille mortibus mori, quàm uel ad momentũ ab iſta fide deficere. Et hæc qdẽ mixtura excellẽs: ſed excellentior ſecũda: tertia vo excellẽtiſſima eſt. Primã auris audiuit, ſed oculꝰ nõ uidit: qa auditũ eſt & creditũ uſq; i fines terræ magnũ illud pietatis ſacramẽtũ: ſed tñ oculꝰ deꝰ nõ uidit abſq; te: quõ te intra uirgineí uẽtris anguſtias humano corpori cõiũxiſti. Secũdã oculꝰ uidit: qa ſe fœcũdã & uirginẽ illa ſingularis regina cõſpexit, q̃ cõſeruabat oĩa uerba hæc cõferẽs in corde ſuo: cognouit & Ioſeph nõ minus teſtis, quàm cuſtos tãtæ uirginitatis. Tertia in cor hoĩs aſcẽdit: cũ qd factũ eſt ſicut factũ eſt creditũ eſt: cũ magis oraculo quàm oculo credidimꝰ: cũ q̃ dicta uel facta ſunt tenemꝰ firmiſſime nullatenꝰ dubitãtes. In prima uide qd: in ſecda p qd: in tertia ꝓpter qd deꝰ dederit tibi. Dedit tibi Chriſtũ p mariã, ꝓpter ſanitatẽ. In prima remediũ eſt: qa ex deo & hoĩe cathaplaſma cõfectũ eſt: qd ſanaret oẽs infirmitates tuas. Cõtuſe ſunt aũt & cõmixtæ hæ duæ ſpecies in utero uirginis tãquã in mortariolo: ſancto ſpũ tanquã piſtillo illas ſuauiter cõmiſcẽte. Sed qa indigꝰ eras cui donarer, datũ eſt mariæ ut p illã accipes qcqd haberes: q̃ p hoc q̃ mater eſt, genuit tibi deũ: p hoc q̃ uirgo eſt, exaudita eſt p reuerẽtia ſua, in cauſa tua & totiꝰ generis humani. Si ſola mater eſſet, ſufficeret ei ut ſaluaret p filiorũ generationẽ: ſi ſola uirgo ſufficeret ſibi: nec bñdictꝰ fructꝰ uẽtris eius mundi preciũ eſſet. Cũ ergo in prima ſit remediũ: in ſecũda adiutorium eſt: qa nihil nos deus habere uoluit: quod per mariæ manus non tranſiret. In tertia autẽ meritum eſt: qa cum hæc firmiter credimus, iam meritum habemus: & in fide ſanitas eſt: quia qui crediderit ſaluus erit.

Item in vigilia natalis domini. Sermo quartus.

HOdiernũ quidẽ ſermonẽ ordinis noſtri cõſuetudo nõ exigit: ſed craſtina opꝰ erit circa miſſarũ ſolẽnia diutius occupari: & hora breuis ſermonis lõgitudinẽ nõ admittet. Propterea non abs re puto ꝑparare hodie corda ueſtra tãtæ ſolemnitati: ꝑſertim cũ ſit pfundiſſima ſacramẽti huiꝰ & incõprehenſibilis altitudo: & tãquã fons uitæ quo magis hauriat: eo magis exuberãs nũquã ualeat exhauriri. Deniq; ſcio quẽ admodũ abundet pro Chriſto tribulatio ueſtra: & utinã abundet & cõſolatio ueſtra p ipm. Nã mũdialẽ quidẽ cõſolationẽ uobis offerre nec libet nec licet. Vilis ei eſt & ad nihilum utilis hmõi conſolatio: & qd magis eſt metuendum, etiã ueræ ac ſalubris cõſolatiõis eſt impedimẽtum. Propterea qui delectatio eſt & gloria angelorũ: ipe factus eſt ſalꝰ & cõſolatio miſerorũ: qui in ciuitate ſua magnꝰ & ſublimis ualde beatificat ciues: ipe in exilio paruulꝰ & humilis ualde lætificat exules, & qui i altiſſimis eſt gloria patris: factꝰ eſt in terra pax hoĩbus bonæ uolũtatis. Paruulꝰ eñ datus eſt paruulis, ut magnus detur magnis: & quos iuſtificat paruulus, magnificet poſtmodũ & glorificet magnus & glorioſus. Hinc ſine dubio uas electionis qd de plenitudine paruuli huius acceperat: licet enim paruulꝰ ſed plenus, plenus gra & ueritate, & in quo habitat oĩis plenitudo diuinitatis corporaliter: hinc utiq; Paulꝰ eructat uerbũ illud bonum, quod his diebus frequẽter audiſtis, Gaudete in dño ſemper, iterum dico gaudete. Gaudete, inquit, de exhibitione: iterum gaudete de promiſſiõe: qñ & res plena gaudio, & ſpes plena gaudio eſt. Gaudete quia iã ꝓcepiſtis dona ſiniſtræ: gaudete quia expectatis præmia dexteræ. Leua, inquit, eius ſub capite meo: & dextera illius amplexabit me. C Leua quidem leuat: dextera ſuſcipit. Leua medetur & iuſtificat, dextera amplectit & beatificat. In leua eius merita: in dextera uerò præmia continentur. In dextera, inquã, delicíæ: in ſiniſtra ſunt medicinæ. Sed attende pium medicũ, attende medicũ ſapiẽtem. Cõſidera diligẽtiꝰ quàm noua medicamina portet: uide quàm nõ mõ ꝓciosas, ſed & ſpecioſas attulerit medicinas: non ſolũ perutiles ad ſanitatis fructũ: ſed & delectabiles ad aſpectũ & ſuaues ad guſtũ. Deniq; prunã ei⁹ medicinã, primũ qd in ſiniſtra portat attẽde: & cõceptũ iucunis ſine ſemie. Intuere obſecro quale ſit iſtud, quàm nouũ, quàm ãmirabile, quàm amabile, quàm iocundũ. Quid eñ pulchriꝰ quàm gñatio caſta: qd glorioſiꝰ quàm ſancta & ſincera cõceptio in qua nihil pudoris eſt: nihil ſordis: nihil corruptiõis? At qñ minus fortaſſis detineret nos grata licet ammiratio nouitatis: niſi fructus quoq; ſalutis & utilitatis

Ioham. 1. *Colloſ. 1.* *Philip. 4.* *Cantic. 2.*

uelli tatis consideratio: animum delectaret: conceptus iste nō modo gloriosus in ipsa quasi exteriori specie, sed & p-
Prouer. 3. ciosus in interiori uirtute: vt ſm qđ scriptum est. In sinistra dñi gloria simul & diuitiæ inueniant: diuitiæ inquā
Iob. 13. salutis, cū gloria nouitatis. Quis eñ pōt facere mundum de immūdo cōceptū semine, nisi q solus sine omni illicita & immūda cōceptus est uoluptate? In ipsa radice & origine mea infect⁹ & inquinatus sum: immunda est cōceptio mea: sed est à q̄ tollat ista cōfusio. Ipse eā tollit, in quē solū ipsa nō cadit. Diuitias salutis habeo, qbus redimā ꝓpriæ cōceptionis impuritatē, Christi purissimā cōceptionem. Adde adhuc dñe Iesu: innoua signa: īmuta mirabilia: nā priora qdē ipsa cōsuetudine uiluerunt. Planè eñ solis ortus & occasus, terræ fœcūditas, tēporū uicissitudo, miracula sunt & magna miracula: sed toties hæc uidim⁹: ut iā
Esaie. 43 nō sit qui attēdat. Innoua signa: & immuta mirabilia. Ecce ait noua facio oīa. Quis hoc ait? Agnus utiq; qui se-
Apoc. 5. debat in throno. Agn⁹ planè tot⁹ suauis, totus delectabilis: deniq; tot⁹ unct⁹. Hāc eñ interp̄tationē habet nomē eius, qđ est Christ⁹. Cui poterit asper aut durus uideri: q nec ipsi matri in natiuitate qcquā asperitatis: qcquā intulit læsionis: O noua uere miracula. Cōceptus fuit sine pudore: partus sine dolore. Mutata est in uirgine nostra maledictio Euæ. Peperit eñ filiū sine dolore. Mutata est, in-
Luce. 1. quā, maledictio in benedictionē sicut prædictū est p angelū Gabrielē. Benedicta tu in mulieribꝰ. O beata sola inter mulieres benedicta & nō maledicta sola à generali maledicto libera: & à dolore parturientiū aliena. Nec mirū fratres si dolorem non intulit matri q dolores totius mundi tulit, ſm qđ Esaias ait. Quia uere lāguores nostros ipse tu-
Esaie. 53. lit. A Duo sunt q̄ timet humana fragilitas, pudor & dolor. Vtrūq; Christ⁹ tollere uenit, unde & utrūq; suscepit: quādo (ut cætera sileam) morte, & morte turpissima condēnatus est ab iniquis. Itaq; ut fiducia nobis daret q̄ tolleret hæc à nobis, pri⁹ matrē suā immunē ab utroq; seruauit: ut nec in cōceptu quicquā pudoris, nec in partu qcquā doloris existeret. Accumulant adhuc diuitiæ, crescit gloria: innouant signa & miracula immutant. Nō solū sine pudore cōcept⁹: & sine dolore part⁹: sed & mater est sine corruptiōe. O uere nouitas inaudita. Virgo peperit, & post partū inuiolata pmansit: fœcunditatē prolis cum carnis integritate: & gaudiū matris habēs cum uirginitatis honore. Iam securus expecto promissam mihi gloriā incorruptionis in carne mea: q̄nquidē cōseruata per eū est incorruptio etiā in mēbre sua. Facile erit ei p quē mater ipsa incorruptionē nō pdidit parīedo: ut & corruptibile hoc icorruptionē induat resurgēdo. Habes tñ adhuc maiores diuitias: habes gloriā ampliorē. Mater est sine corruptiōe uirginitatis: fili⁹ sine oīm labe peccati. Nō cadit in matrē cuæ maledictio: nō cadit in ꝓlē generalis illa cōditio de qua dictū est p prophetā. Nemo mūdus à sorde nec infans cuius est unius diei uita super terram. Ecce infans sine sorde: sol⁹ inter hoīes uerax: imo & ueritas ipa. Ecce agnus sine macula: agnus dei qui tollit pcta mundi. Quis eñ pcta melius tolleret: quàm is in quē pcta nō cadit? Iste sine dubio lauare me pōt: quē constat inquinatū nō esse. Hæc manus opertum luto detergat oculū meum: q̄ sola sine puluere est. Iste mihi festucā educat de oculo, q non habet trabē in suo: imo iste trabem educat de meo: q nec exiguum puluerem habet in suo. Vidimus certè di-
Ioan. 1. uitias salutis & uitæ. Vidimus gloriam eius: gloriā quasi
Luce. 1. unigeniti à patre. Quæris à quo patre? Et filius altissimi uocabit. Manifestū est quis altissimus sit. Sed ne quis re-
Vbi supra maneat loc⁹ dissimulationis. Qđ ex te nascet sanctū (ait angelus gabriel ad mariā) uocabit filius dei. O uere sanctum. Non dabis dñe sanctum tuū uidere corruptionem:
Psal. 15. qđ nec matri q dē abstulit icorruptionē. Crescūt miracula: multiplicant diuitiæ: thesaur⁹ aperit. Quæ generat & mater & uigo est: q generat de⁹ & homo est. Sed nunqd dabit sanctū canib⁹, aut margaritæ porcis? Abscondatur certè thesaurus noster in agro: & pecunia nostra in saccu-

lo reponat. Operiat cōceptus sine semine, matris desponsatione: partus sine dolore, uagitibus paruuli & mœrore. Abcondat & parturietis incorruptio legali purificatiōe: infantis innocētia solita circuncisione. Absconde, inquā, absconde maria noui solis fulgorē: pone in præsepio: inuoluc pānis infantē. Nā & ipsi pānі diuitiæ nostræ sunt. Preciosiores siqdē panni saluatoris oī purpura: & gloriosius hoc præsepe auratis regū solijs: ditior deniq; Christi paupertas cūctis opibus, cunctisq; thesauris seculi. Quid enim hūilitate ditius: qđ p̄ciosius inueniri? qua nimirū regnum cælorū emitur: & diuina gra acquiritur? Sicut scriptū est. Beati paupes spiritu: qm̄ ipsorū est regnū cælorū. Et apl̄ Matth. 5. apl̄m. Deus superbis resistit: hūilibus aūt dat gram. Habes Iacobi. 4. cōmēdatā à deo hūilitatē i natiuitate. In hac ei exinaniuit semetipsum: formā serui accipiēs, & habitu inuēt⁹ ut hō. Vis adhuc p̄ciosiores diuitias & supexcellētē gl̄iam inuenire? Habes charitatē in passione. Maiorē hac dilectionē Ioan. 15. nemo habet, ut aīam suā ponat quis p amicis suis. Hæ diuitiæ salutis & gloria sanguis p̄ciosus quo redēpti sum⁹, & crux dñica in qua cū apostolo gloriamur. Mihi, inqt, Galat. 6. absit gloriari nisi in cruce dñi mei iesu christi. Et dicebat Nihil arbitrat⁹ sum me scire inter uos nisi christū iesum: 1. Cori. 2. & hūc crucifixū. Ipsa est lcua christus iesus, & hic crucifixus: nā dextera quidē christ⁹ iesus, & hic gloriosus. Christū, inqt, iesum, & hūc crucifixū. Fortasse crux ipsa nos sumus cui christus memoratur infixus. Homo eñ formam crucis habet: quā si man⁹ extēderit exprimet manifesti⁹. Loquit aūt christus in psalmo. Infixus sum in limo ꝓfundi. Limū quidē nos esse manifestū est: qm̄ de limo plasmati sumus. Sed tūc quidē limus paradisi fuimus: nunc uerò limus profundi. Infixus sum, inquit, non pertransij: non recessi. Vobiscū sum usq; ad cōsummationem seculi. Ipse est eñ emanuel nobiscū de⁹. Nobiscū utiq; sed p sinistrā. Sic eñ olim Thamar pariēte zarā prius protulit solā manū: q̄ in sacramēto dñicæ passionis coccineo alligata est filo. Itaq; iam qdem tenemus sinistrā: sed adhuc clamare necesse est. Operi manuū tuarum porriges dexterā. Nam Iob. 14. delectationes in dextera tua usq; in finem. Dñe ostēde nobis dexterā & sufficit nobis. Gloria, inquit, & diuitiæ in Psal. 15. domo ei⁹ utiq; q timet dñm. Sed in domo tua dñe quidē Psal. 111. Profecto gratiarū actio & uox laudis. Beati qui habitāt i Ps. 83. domo tua dñe &c. Oculus eñ nō uidit: auris nō audiuit: 1. Cori. 2. & in cor hoīs nō ascēdit q̄ præparauit deus diligētib⁹ se. Lux est eñ inaccessibilis: pax est q̄ exuperat oēm sensum: fons est q ascensum nescit sed descensum. Nō uidit ocul⁹ lucem inaccessibilē: nō audiuit auris pacē incōprehensibilē. Speciosi qdē pedes euangelizantiū pacē. Sed licet in Roma. 10 oēm terrā exierit son⁹ eorū: pax tñ q̄ exuperat oēm sensū nec ab ipsis quāta erat potuit capi: nedū aliorū auribꝰ tradi. Ait etiā Paul⁹ ipse. Fratres ego me nō arbitror cōphē Philip. 3. disse. Fides qdē ex auditu: auditus aūt per uerbū dei: sed fides nō species: & ꝓmissio non exhibitio pacis. Et quidē pax nunc est etiā in terra hoībus bonæ uolūtatis: sed qd est pax ista, ad illi⁹ plenitudinē & supemínētiā pacis? Vñ & ipe dñs ait. Pacē meā do uobis: pacē relinq̄ uobis. Mea Ioan. 14. siquidē q̄ exuperat oēm sensum: & est pax sup pacē. Necdū capaces estis: ꝓpterea do uobis patriā pacis: & relinquo interim uiā pacis. Sed qd est qđ diximus in cor hoīs non ascendit? Vtiq; quia fons est & ascensum nescit. Scimus eñ qa fontiū natura est riuos sectari cōuallīū: mōtiū ardua declinare: sicut scriptū est. Qui emittis fontes in cō Psal. 103. uallibus: inter mediū montiū pertrāsibūt aquæ. Hoc aūt est unde ammonere sæpi⁹ studeo uestrā charitatē: qa de⁹ Iaco. 4. superbis resistit: humilibus autē dat gratiā. Fons eñ ad altiora nō ascendit: quàm sit locus eius unde procedit. Sed uideri pōt ſm hāc regulā nō impedirі à superbia uias grē: p̄sertim q̄ ille prim⁹ superb⁹ q ſm scripturā rex est sup oēs filios superbiæ, dixisse non legit altior ero: sed ero, inqt, similis altissimo. Attamen non mentit apostolus: qm̄ ille extollitur supra oē qđ creditur aut qđ colitur deus. Horret humanus auditus uerbum: sed utinam horreat similiter

Universidad de Deusto
Biblioteca

animus cogitatū malignū pariter & affectū. Dico eñ uobis q̄ nō ille tantū: sed & oīs superbus extolli supra deum. Vult eñ deus fieri uolūtatē suā: & superbus ult fieri suam. Iam uidef æqualitas: sed attende male congruā ꝓportionē. Dꝰ quidē i his tātū q̄ ratio approbat suā ult fieri uolūtatē: superbus uerò & cū ratione & cōtra rationē. Vides qñ altitudo est: & nō illuc pueniūt fluēta gratiæ. Nisi cōuersi fueritis, inqt, & efficiamini sicut paruulus iste, se autē dicit q̄ est fons uitæ in quo habitat & unde manat plenitudo oīm gr̄arum, nō intrabitis in regnū cælorū. Para proinde riuulos: aggeres terrenæ & elatæ cogitatiōis disperge: conformare filio hois nō primo hoi: qa fons gr̄æ in cor hois carnalis scilicet & terreni nō ascēdit. Oculum quoq̄ purga, ut uidere possis merissimam lucē: & aurem tuā inclina ad obediēdū, ut qñq̄ pueniās ad qetē ꝓpetuā & pacē sup pacē. Lux eñ est, ꝓpter serenitatē, pax propter trāqllitatē, fons, ꝓpter affluentiā & æternitatē. Fontē assigna patri ex quo nascit filius & ꝓcedit spūssanctus: lucem filio qui est utiq̄ cādor uitæ æternæ, & lux uera illuminās oēm hoiem uenientē in hunc mundū: pacē spūisctō: q̄ nimirū sup humilē & quem reqescit. Nec hoc dico tanquā ꝓpria ista sint singulorū: nā & pater lux est ut sit filiꝰ lumē de lumine: & filiꝰ pax est: pax nostra q̄ fecit utraq̄ unum, & spūssctūs fons est aquæ salientis in uitam æternam. Sed qñ ad hæc pueniemus: Qñ adimplebis me dñe lætitia cū uultu tuo: Gaudemus in te qñ uisitasti nos oriēs ex alto: iterū gaudemus spectātes beatā spē in aduentu secundo. Sed qñ ueniet plenitudo lætitiæ nō de memoria sed de p̄sentia: de exhibitione nō de expectatione: Modestia ur̄a, *Philip.4.* ait apostolus, nota sit oībus hoībus: dñs ꝓpe est. Dignū est eñ ut & modestia nr̄a nota sit sicut dñi dei nostri modestia cunctis innotuit. Quid eñ magis incōgruū: quàm ut immoderate agat homo, conscius ꝓpriæ infirmitatis: qñquidē apparuit inter hoies modestus dñs maiestatis: *Matth.11.* Discite, inquit, à me qa mitis sum & humilis corde, ut possit etiā modestia uestra innotescere cæteris. Iam qđ sequitur dñs prope est: de dextera debet intelligi. Nam de sinistra ipse loquit. Ecce ego uobiscū sum oībus diebus usq̄ *Mat.28.* ad consummationē seculi. Prope est dñs fratres mei, nihil soliciti sitis: in ꝓximo est & citius apparebit. Nolite deficere: nolite lassari: quærite eum dū inueniri potest: inuocate eū dū ꝓpe est. Prope est dñs his q̄ tribulato sunt cor- *Psal.33.* de: prope est expectantibus eum, expectātibus eum in ueritate. Deniq̄ uis nosse quàm prope est: Audi spōsam de *Cantic.2.* sponso canentem. Quoniam ecce stat post parietem. Pa- *Philip.1.* tietem istum corpus tuum intellige: quod obstaculū impedit: ut eum qui prope est nondum ualeas intueri. Propterea Paulus ipse dissolui cupit & cū Christo esse: & ex- *Rom.7.* clamans miserabilius. Infelix, inquit, ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius? Sic & ꝓpheta in psal- *Psal.141.* mo. Educ, inquit, de carcere animam meam ad confitendum nomini tuo.

Item in uigilia natalis domini de responsorio Sanctificamini hodie. Sermo. V.

SAnctificamini hodie: & estote parati: die enim crastina uidebitis maiestatem dei in uobis. Celebraturi dñicæ natiuitatis ineffabile sacramētum iure quidem monemur fratres in oñi sanctificatione præpararī. Adest eñ sanctus sanctorum: adest *Leui.20.* ipse qui dixit. Sancti estote: qa & ego sanctus sum: dñs deꝰ uester. Alioqn quō dabit sanctū canib9: & margarita porcis: nisi prius illi ab iniqtate, isti ab illicita uoluptate purgati de cetero tota solicitudine fugiant: illi quidem uomitum: isti uolutabrū lutir. Susceptur⁹ olim diuina mādata carnalis israel sctificabat in iustitijs carnis: in baptismatibus uarijs: in muneribꝰ & hostijs q̄ non poterant iuxta cōscientiā pfectū facere seruientē. Verū hæc quidē oīa transiere: nimirū usq̄ ad tēpus correptionis imposita: qđ utiq̄ iā aduenit. Opportune igit ex hoc iā pfecta nobis in dicit sanctificatio, interna mandat ablutio: exigit mundi- *Matth.5.* tia spūalis: dicēte dño. Bti mūdo corde: qñ ipū deū uidebūt. Ad hoc ututm9 frēs: ad hoc nati: ad hoc uocati sum9: ad hoc nobis dies hodiem9 illuxit. Erat aliqñ nox: qñ nemo poterat hæc operari. Erat nox in uniuerso orbe antequam luminis ortū: ante xp̄i natiuitatē. Erat nox ēt singulis qbusq̄ nostrū ante suā cuiusq̄ cōuersionē & iternā regenerationē. An non ꝓfundissima nox, & dēsissimæ tenebræ erāt sup uniuersam facie terræ: cū olim pres nostri factitios colerēt deos: & insano penitus sacrilegio ligna & lapides adorarēt? An nō etiā cuiq̄ nostrū caligino⁹a nox erat, cū tāquā sine deo in hoc seculo uiuerem9: cū ābularemus post cōcupiscentias nr̄as: cū sectaremur carnis illecebras: cū obtēperarem9 desideriis scl'aris9: cū exhiberem9 mēbra nr̄a arma iniqtatis pctō: cū seruiremus iniqtati ad iniqtatē: in qb9 nūc merito erubescim9 tāquā opib9 tenebrarū? Qui dormiūt nocte dormiūt, apls ait, & q ebrñ sūt *1.Thess.5.* nocte ebrñ sunt. Et hæc qdem fuistis: sed excitati estis: sed sctificati estis: si tñ filij lucis estis & filij diei nō noctis neq̄ tenebrarū. Siqdē p̄co diei est ēt ille q̄ clamat. Sobrij esto, *1.Pet.4.* te & uigilate. Et iudæis loōbat in pētecoste de cōdiscipulis. Quō hi ebrñ sunt cū sit hora diei tertia? Hoc ei est qđ *Actu.2.* ait ei9 coapostol9. Nox p̄cessit: dies aūt appropinquauit. *Roma.13.* Abijciamus ergo opa tenebrarū: & induamur arma lucis sicut in die honeste ambulem9. Abijciam9, inqt, opa tenebrarū somnolētiā. s. & ebrietatē: qñ ut supra meminim9, q dormiūt nocte dormiūt: & q ebrñ sunt: nocte ebrij sunt: ut tāquā in die nō dormitem9, sed ābulem9 atq̄ hoc qdē honeste, nō temulēte. Vides hoiem cui9 ad oē bonū dormitat aia ei9 p̄ tædio: in tenebris est usq̄ adhuc. Vides inebriatū absinthio sapiētē plusquā oportet nō ad sobrietatem: cuius nec oculus uisu nec auris impleat auditu: q pecuniā aut simile aliqd diligēs nō satiet: longā instar ydropici sitim bibēs: filius noctis est & tenebrarū. Nec facile separantur hæ duo dicente scriptura. Qñ in desideriis est omnis ociosus: hoc est in ebrietate ois somnolentus. Sanctificemur ergo hodie & parati simus: parati quidem hodie nocturnum excutiēdo soporem. Porrò sanctificati nihilomin9 tāquam in die ab ebrietate nocturna cupidinis noxiæ frenando furorem. In his eñ duobus mādatis tota lex pendet & prophetæ: q̄ sunt declinare à malo: & facere bonum. Verum hoc hodie: nam crastina nec in sanctificatione erit nec in præparatione: sed in uisione utiq̄ maiestatis. Crastina, inquit, die uidebitis maiestatem dei in uobis. Hoc est quod ait patriarcha Iacob. Cras mihi *Gen.30.* respōdebit iustitia mea. Hodie enim iustitia colitur, cras respondebit: hodie exercetur, crasfructificabit. Alioquin quod non seminauerit homo, nec metet. Nec enim tunc uidebit maiestatem, qui contempserit interim sanctitatē: nec orietur ei sol gloriæ: cui sol iustitiæ ortus non fuerit: nec illucescet ei dies crastina: cui non luxerit hodierna. Nimirum idemipse qui hodie quidem nobis factus est à deo patre iustitia: apparebit cras uita nostra, ut & nos cū eo appareamus in gloria. Hodie enim paruul9 nascit nobis: ut non apponat homo magnificare seipsum: sed conuertamur magis & efficiamur sicut paruuli: cras exhibebit magnus dñs & laudabilis nimis: ut ipsi quoq̄ magnificemur in laude: cum uidelicet erit unicuiq̄ laus à deo. Nimirum quos hodie iustificauerit cras magnificabit: & consummationi sanctitatis succedet uisio maiestatis. Nec inanis uisio quæ nō nisi in similitudine constat: similes eñ ei erimus: qñ uidebimus eū sicuti est. Vnde & hic quoq̄ nō simplr dicit uidebitis maiestatē dei: sed additur signāter in uobis. Hodie nimirum tāquā in speculo: nos in eo uidemus dū nostra suscipit: cras uidebimus eū in nobis qñ iam sua donabit: cum ostēdet nobis seipm: & assumet nos ad seipm. Hoc est q̄ transeuntē sese ministraturū fore ꝓmisit: de, cuius interim plenitudine accepimus: nō sanè gloriā ꝓ gloria: sed gratiā ꝓ gratia: sicut scriptū est. Gra- *Psal.83.* tiā & gloriā dabit dñs. Ne ergo cōtēnas priora munera, si sequentia cōcupiscis: nec fastidias prius eduliū si uis accipere quæ sequuntur. Vel pro ipo ferculo in quo apponit, qđ apponit sumere non recuses. Ferculū enim imputribile

tribile fecit sibi pacific⁹ noster, corp⁹ incorruptibile aptãs
Psal.15. sibi: in quo salutis æpulas ministraret. Nõ dabis, inqt, sanctum tuũ uidere corruptionẽ. Illud utiq; de quo Gabriel
Luce.1. ad Mariã qđ nascetur, ait, ex te scm̃ uocabit filj⁹ dei. Ab hoc igit scto hodie sctificemur, ut maiestatẽ ei⁹ ubi dies illa aspirauerit uideam⁹. Sigdẽ dies sctificat⁹ illuxit nobis: dies salutis, nõ gloriæ aut felicitatis. Deniq; donec passio scti sctorum amũciat: q nimirũ in paraseue passus est: id est in die p̃parationis: merito oib⁹ dicit: sctificamini hodie & estote parati. Sãctificamini magis ac magis de uirtute in uirtutẽ, pficiendo: & estote parati pseuerãdo. In qb⁹ nõ
Eccli. 45 sctificabimur: Legi de quodã dicẽte scriptura. Qm̃ in fide & lenitate ipsius scm̃ fecit illũ: neq; em̃ hoibus sine lenitate nõ plus quam deo sine fide placere possibile est. Merito sanè in hismonemur esse parati qb⁹ & deo cõueniam⁹: cui⁹ maiestatẽ uisuri sum⁹: & nobis inuicẽ ut in nobis eã pariter uideamus. Propterea siquidẽ oportet nos, pudere bona, nõ solũ corã deo: sed etiã corã hoibus: ut nõ tantũ regi nostro: sed & cõciuib⁹ & cõmilitonib⁹ nr̃is grati esse possimus. Et quidẽ ante oĩa fides ꝯrenda est, de qua le
Actu.19. git. Fide mũdans corda eorũ. Beati em̃ mũdo corde, qm̃
Matth.5. ipsi deũ uidebũt. Crede ergo te deo, committe te ei: facta in eũ cogitatũ tuũ: & ipse te enutriet, ut fiducialiter & fi-
Psal.29. deliter dicas. Dñs solicitus est mei: neq; enim hoc sapiũt homines amantes seipsos: homines scioli & soliciti pro se ipsis, curam carnis perficientes in desiderijs: surdi ad no-
1. Pet.6. cem dicentis. Oẽm solicitudinem uestram, p̃icientes in eũ: ipsi em̃ cura est de uobis. Nam sibi quidem ipsi fidere, nõ fidei sed perfidiæ est: nec confidentiæ sed diffidentiæ magis in semetipso habere fiduciam. Is uere fidelis est: q nec sibi credit: nec in se sperat: factus sibi tanquã uas perditũ: sed sic perdẽs animã suã: ut in uitã æternã custodiat eam. Porrò id quidẽ sola facit humilitas cordis: ut nõ sibi fidelis aĩa inuitat: sed deserẽs semetip̃am ascẽdat iã de deserto inuixa sup dilectum: atq; ideò delitijs affluẽs. Sanè ut perfecta sit sanctificatio: etiã mansuetudinẽ & gratiã socialis
Matth.11. uitæ à sanctosanctorum discamus oportet: sicut ipe ait. Discite à me ga mitis sum & humilis corde. Quid em̃ huiusmodi hoiem dicere phibet delitijs affluentem qui suauis & mitis & multæ misericordiæ: oibus oĩa factus est, & uniuersos pfundit oleo quodã mãsuetudinis & lenitatis: quo sic infusus est sic pfusus etiã & supfusus, ut stillare uideat undiq; Felix qui gemina hac sanctificatione parat⁹ dice-
Psal.56. re põt. Paratũ cor meũ de⁹: paratũ cor meũ. Habet hodie quidem fructũ suum in sanctificationẽ, crastina die finem habiturus uitã æternam. Videbit em̃ maiestatem dei: qđ
Ioan.17. utiq; uita æterna est: sicut & ueritas ait. Hæc est uita æterna: ut cognoscant te solũ uerũ deũ: & quem misisti iesum xp̃m. Reddet ei coronã iustitiæ iust⁹ iudex in illũ diẽ cui sanè altera nõ succedet. Tũc uidebit & affluet: & mirabit & dilatabit cor ipsi⁹. Quousq; dilatabit? Vsq; ad uidendã in se maiestatẽ dei. Nolite arbitrari fratres ꝯ illã uobis p missionẽ uerbis explicare possim⁹. Sctificamini hodie & estote parati: crastina die uidebitis & gaudebitis: & gaudiũ uestrum implebit. Quid em̃ maiestas illa nõ impleat?
Luce. 6. Etiã supimplebit & supefluet. Quãdo mẽsurã bonã & cõfertã & coagitatã & supefluẽtẽ dabũt in sinus uros. Vsq; adeo quidẽ supefluet, ut supra modũ in sublimitate excedat nõ modo merita, sed & uota: sicut uerè potes est facere: supra quã nos intelligere aut sperare possum⁹. Nã desideria qdem nostra in tribus maxime cõstituta uidẽtur: qđ decet: qđ expedit: qđ delectat. Hæc sunt quæ cõcupiscimus: oẽs quidẽ omnia sed alius magis hoc: alius illud. Ille sic deditus est uoluptati: ut nec honestatem satis reputet nec utilitatem: ille quæstui magis incubans & honestũ dissimulat & iocundum: ille uoluptatis pariter & utilitatis negligentior, solũ uel maxime honorẽ sectatur. Nec uerò reprehensibile desiderium horũ: sed si ibi quærerem⁹ ea ubi uerè inueniremus? Hæc enim ubi uerè sunt: unum sunt atq; ipsum utiq; summum bonum: summa utilitas: summa gloria: summa uoluptas. Atq; hæc quidẽ quantũ interim capere possumus expectatio nostra est: & promissa nobis uisio maiestatis in nobis: ut deus sit oĩa in oib⁹: omne iocundum: omne utile: omne honestum.

Item in vigilia natalis domini de pronunciatione ipsius. Sermo. VI.

AVditũ audiuim⁹ plenũ gra dignũ acceptione Abdie.1
Iesus xp̃s filius dei in bethleẽ iudæ nascit. Aĩa mea liq̃facta est in sermõe isto: sed & spũs meus in p̃cordijs meis æstuat iocũditatẽ hãc & exultationẽ solito uobis desiderio eructuare festinãs. Iesus interpretat saluator. Quid tã necessariũ p̃ditis: qd tã optabile miseris: qd tam utile desperatis? Alioquin unde sal⁹: unde uel tenuis aliqua spes salutis in lege pcti: in corpore mortis: in malitia hac diei & loco afflictionis: nisi noua nobis & insperata nascerẽr? At tu fortè salutẽ optas: sed curationis acerbitatẽ teneritudinis pariter & ægritudinis ꝓprie cõsci⁹ reformidas. Ne timeas: xp̃s est suauis planè, & mitis & multæ misericordiæ, unctus oleo lætitiæ p̃ participibus suis: eis nimirũ qui licet nõ ipsam plenitudinẽ: de plenitudine tamẽ huius accipiũt participiũ unctiõis. Ne uerò suauẽ audiẽs, inefficacẽ fore autumes saluatorẽ: additur etiã filius dei. Qualis em̃ pater talis filius: cui subest cum uoluerit posse. Aut forsitan utilitate salutis & iocũditate unctionis audita: nescio quid submurmuras: puto etiam de honestate solicitus. Saluatorẽ tibi gratularis adesse: utpote iacens paralyticus in grabato: aut magis inter Ierusalem & Hiericо semiuiuus in uia. Ampli⁹ aũt lætaris nec durum esse medicum, nec grauibus uti medicinis: ne tibi forsitã intolerabilior uideat breuis ipsa curatio: quàm diuturna ægritudo. Sic nimirũ sic usq; hodie multi pereunt medicum fugientes: ꝙ Iesum quidẽ nouerint: sed Christũ nesciant: humano sensu de multitudine & malignitate morborum, paratæ sibi medelæ molestiam æstimantes. Iam uerò si certus es de saluatore: & nihilominus Christum esse cognoscis nõ utentem cauterio sed unguento: non ustione sed unctione curantem: unum adhuc arbitror ingenuam posse mouere creaturam: ne fortè (quod absit) saluatoris huius non satis condigna uideatur esse persona. Puto tamen nõ usq; adeo ambitiosus es & gloriæ cupidus: aut zelator honoris: ut ab uno quopiam è conseruis tuis si p̃stare posset hãc gratiã suscipere detrectares. Nã si angelus aut archangelus esset: uel ex superiori quouis ordine spirituũ beatorũ: multom⁹ animositas tua qđ causaret haberet. Nunc autẽ tãto ampliore tibi deuotione suscipiẽdus est iste saluator: quãto differentius præ cæteris omnib⁹ nomẽ hæreditauit: Iesus xp̃s filius dei. Et uide si non euidẽtius hæc tria ad pastores loquens angelus cõmendauit gaudium magnũ quod euãgelizabat exponẽs: quia, inquit, natus est uobis hodie saluator qui est Christus dñs. Exultemus igit fatres in hac natiuitate & multipliciter gratulemur in ea: quam & salutis utilitas & unctionis suauitas: & filij dei maiestas tam eleganter illustrat: ut nihil desit ex omnibus quæ desiderantur, nec commodum nec iocundum nec honestũ. Exultemus inquã ruminantes intra nosmetipsos & inuicem eructuãtes suaue uerbum: eloquium dulce: Iesus christus filj⁹ dei nascitur in Bethleem iudæ. Nec mihi quis ad ista respondeat indeuotus, ingratus, irreligiosus. Nõ est hoc nouum: olim auditum est: olim factum est: olim natus est Christ⁹. Ego enim dico olim & ante. Nec mirabitur olim & ante, cui propheticum illud occurrerit in æternum & ultra. Natus est ergo Christ⁹: non modo ante hæc nostra tempora: sed ante tempora uniuersa. Verum quidem illa natiuitas posuit tenebras latibulum suum: imo uerò magis lucem habitat inaccessibilem: latet in corde patris in monte umbroso & condenso. Vt ergo aliquatenus innotesceret, natus est: & in tempore natus ex carne: natus in carne: factum est uerbum caro. Quid tamen mirum si usq; hodie dicitur in ecclesia: christus filj⁹ dei nascitur: quãdo tã lõge antea dicebatur (haud dubiũ quin de ipso) puer natus est nobis? Olim cœpit audiri uerbum hoc: & nemo

Universidad de Deusto
Biblioteca

sanctorū aliqñ fastidiuit. Siquidē iesus xps filius dei: herí & hodie & inæternū. Hinc nimirū primus homo omniū uiuentiū pater magnū eructuans sacramentū: qđ in xpo
Epbes.5. & in ecclesia apls postmodū euidentius cōmendauit: Relinquet, ait, homo patrē & matrē & adhærebit uxorí suæ:
Ioan.18. & erunt duo in carne una. Hinc nihilominus Abraā pater omniū credentium exultauit ut uideret diē hūc: & ui
Gen.24. dit & gauisus est. Alioquin qñ seruū iurantē sibí per deū cæli, sub femore suo manū ponere p̄cepisset: ipm nisi utiq; deū cæli ex eodē nasciturū femore p̄uidisset. Hoc qq; cōsilium cordis sui homini sm cor suū reuelauit deus cui
ps.131. iurauit ueritatē & nō frustrabit eum. De fructu, inquies, uentris tui ponam sup sedem tuam. Vnde & in bethleē
Luce.2. iudæ nascitur: sicut angelus ait, ciuitate Dauid: utiq; propter ueritatem dei ad confirmandas promissiones patrū.
Hebre.1. Hoc etiam multipharie multisq; modis cæteris reuelatū est patribus & prophetis. Absit autem ut à diligentibus deū aliquando fuerit negligenter auditum: nisi forte ne
Exod.4. gligere uidebat qui dicebat: Obsecro domine mitte quē
Esaie.64 missur⁹ es, aut fastidire qui clamabat: Vtinā dirumperes cælos & descenderes: cæteraq; similia. Idipsum deinde apostoli sctī uiderūt & audierūt, & man⁹ corū tractauerūt
Matt.13. de uerbo uitæ: quibus singulariter aiebat. Beati oculi q uidēt quæ uos uidetis. Postremo hoc idem nobis quoq; seruatum est fidelibus utiq; thesauris fidei cōmendatum,
Ioan.20. ipo æque dicente: Beati qui nō uiderunt & crediderunt. Pars nostra hæc in uerbo uitæ. Nec sanè contemptibilis ex qua nimirum usus & qua uincitur mundus: quoniam
Abdie.2 Iustus ex fide uiuit. Et hæc est uictoria quæ uincit mūdū: fides nostra. Hæc est quæ uelut quodā eternitatis exemplar præterita simul & præsentia ac futura, sinu quodam uastissimo comprehendit: ut nihil ei prætereat: nihil pereat, p̄eat nihil. Merito proinde in testimonium fidei uestræ ubi facta est uox annūciationis huius in auribus uestris exultastis in gaudio: egistis gratias: prostrati solote nus adorastis: cōcurrētes uelut sub umbra alarum eius, & sub pennis eius sperantes. Numquid non singuli natiuitate saluatoris audita, clamastis in cordibus uestris dí-
Psal.72. centes. Mihi aūt adhærere deo bonū est: Aut potius illđ
ps.16. qđ idē ppheta ait. Deo subiecta esto anima mea. Infelix nimirū quisquis ficte pstratus, corde rigido corpus hūiliauit. Est em̄ qui humiliat nequiter: interiora aūt ei⁹ plena sunt dolo. Quisq; em̄ necessitatē suā minus cōsiderat: minus sentit incōmoda: minus pericula pauet: minus deuote confugit ad remedia ortæ salutis: min⁹ affectuose se
ps.89. subiicit deo: minus fideliter psallit. Domine refugiū fact⁹ es nobis. Huius adoratio nūn⁹ accepta: huius prostratio minus uerax: huius humiliatio minus habens: huius etiā uictoriosa minus, imo & minus uiuida fides. Quid tamē dicit: Beati qui nō uiderunt & crediderunt: Quasi nō uideatur ipsum credere quodāmodo iā uidere. Sed aduerte diligenter cui & qñ dictū sit: ei utiq; qui arguebatur qp qa uidisset credidisset. Neq; em̄ idip̄m est uidisse & ideo credidisse: qđ credēdo uidisse. Alioqn Abraā pater uester quonā mō dñicū hūc uidisse diem: nisi credēdo credēdus este Sed & illud quō accipiet qđ hac nocte cātatū est nobis: sctificamini hodie & estote parati: crastina die uidebitis maiestatē dei in uobis si nō mente uidere est: pia deuotione repsentare & recolere fide nō ficta, magnū illud magnæ pietatis sacramētū qđ manifestatū est in carne: iustificatū est in spū: apparuit angelis: prædicatū est gentib⁹: creditū est mūdo: assumptū est in gloria. Semper igitur nouū qđ semper immouat mentes: nec unquā uet⁹ qđ fructificare nō cessat, qđ in perpetuū nō marcessit. Hoc est ei sanctū: qđ nō dat uidere corruptionē. Hic nouus homo: q nulli⁹ unquā uetustatis capax, etiā eos quorū inueterauerūt oia ossa: in uetrā uitæ trāsferat nouitatē. Inde est qp etiā in præsenti tā iocūdissima annunciatione si aduertistis cōgrue satis dicit non tā natus esse quàm nasci. Iesus xps filius dei nasci⁹ in Bethleem iudæ. Sicut em̄ quodam modo immolat adhuc quotidie, donec mortē eius annū
ciamus: sic uidet & nasci: dū fidel⁹ rep̄sentam⁹ eius natiuitatē. Die igit crastina uidebimus maiestatē dei: sed sanè in nobis nō in seipso: utiq; maiestatem in humilitate: uirtutem in infirmitate: in homine deum. Ipse est em̄ emanuel:
Ioan.1. qđ interpretat nobiscū deus. Et euidentius audi. Verbū, inquit, caro factū est: & habitauit in nobis. Deniq; extūc & deinceps uidimus gloriā eius: sed gloriā quasi unigeniti à patre: utiq; plenū gratiæ uidimus, & ueritatis. Nō ei gloriā potestatis aut claritatis: sed gloriā paternæ pietatis, gloriā gr̄æ: de qua apls. In laudē, inquit gloriæ gratiæ
Ephe.1. suæ. Sic ergo nascit. Sed ubi putas? In Bethleem iudæ: neq; em̄ decet nos ita Bethleē præterire. Transeam⁹ usq; Bethleem dicunt pastores: nō Bethleem pertranseamus. Quid em̄ si paup usculus est: Quid si uidet minima in iudæa: Ne id quidē icōgruū ei qui cū diues esset, ppter nos factus est pauper: & cū esset magnus dñs & laudabilis nimis: paruul⁹ natus est nobis. Et dicebat. Beati pauperes
Matt.5. spiritu: quoniam ipsorū est regnū cælorū. Item q̄s. Nisi cō
Matt.16. uersi fueritis & efficiamini sicut puer iste: nō intrabitis in regnū cælorū. Vnde etiā stabulū elegit & præsepe: utiq; domū luteam & diuersoriū iumentorū: ut hunc esse scias qui de stercore erigit pauperē: & saluos facit hoīes & iumenta. Vtinā aūt inueniamur & nos Bethleē iudæ: ut in
Mala.4. nobis quoq; dignet nasci & audire mereamur: qa Vobis timentibus deū orie sol iustitiæ. Fortè em̄ est hoc qđ supra meminim⁹: ad uidēdā in nobis dñi maiestatē, & sanctificatiōe opus esse & præparatiōe. Nā & iuxta prophetā: facta est iudæa sanctificatio eius: quia uidelicet oīa in cōfessione lauant: & dom⁹ panis qđ Bethleē sonat ad p̄parationē fortasse uidet magnopere ptinere. Quomō em̄ ille
Esaie.3. paratus est: ut excipere tātū hospitem possit qui dicit: qa nō est in domo mea panis: Deniq; qa imparatus erat qdā necesse habuit amici ostiū clausū media nocte pulsare &
Luce.11. dicere. Quia amicus meus uenit ad me de uia, & non habeo qđ ponā ante illū. Paratū cor eius sperare in dño, ait
ps.111. ppheta: haud dubiū qn de iusto loquens. Cōfirmatū est
Vbi supra cor ei⁹ nō cōmouebit. Nō est paratū cor qđ nō est cōfirmatū. Scimus aūt ipso cōdē teste ppheta: qp panis cor hops.103. mínis cōfirmet. Nō est ergo patū sed aridū & exāgue cor eius: qui oblitus est comedere panē suū. Est aūt parat⁹ & nō turbatus ut custodiat mandata uitæ: qui oblitus ea q̄ retro sunt: in ea quæ añ sunt se extendit. Vides quàm fugienda quædā: quàm sit quædā obliuio cupiēda: Neq; ei totus Manasses iordanē trāsijt: sed nec totus citra sibí elegit mansionē. Est qui oblitus est domini creatoris sui: & est qui prouidet eū in cōspectu suo semper, oblitus populū suū & domū patris sui. Et ille quidē cælestia obliuiscit: hic uerò quæ sunt sup terrā: iste præsentia, ille futura: iste q̄ uidētur, ille q̄ nō uident: postremo iste q̄ sua sunt, ille q̄ iesu xp̄i. Vterq; Manasses, uterq; obliuiosus: sed alter qdē Ier⁹lm: alter Babylōis oblit⁹, alter corū q̄ impediūt: & iste parat⁹, alter sanè corū magis q̄ expediūt & q̄ nō expedit obliuisci: atq; hic penit⁹ imparat⁹ ad uidēdā in se dñi maiestatem. Neq; em̄ est domus panis in qua saluator oriat: nō est Manasses ille cui appareat qui israel regit: & super
Psal.79. cherubī sedet. Appare inqt corā Effraim Bēiamin & Manasse. Ego arbitror istos tres esse q saluant: quos ali⁹ qdē
Ezec.14 ppheta Noe Danielē & Iob noīauit, eosdē quoq; & trib⁹
Luce. 2. POstq; cõsummati sunt dies octo ut circumcideret puer: uocatũ est nomẽ eius Iesus. Audiuimus paucis, explssum magnũ pietatis sacramẽtũ. Audiuimus cõgruã lectionẽ uerbo abbreuiato qd fecit dñs sup terrã. Abbreuiatũ eñ ĩ carne: amplius abbreuiat susceptа etiã carniscircũsiõe. Minoratus paulominus ab angelis dei filius humanã naturã induit: sed iã nec ipm respuẽs remediũ hũanæ corruptõis: planè multo minoratus ab eis. Habes igit hic magnũ fidei documẽtũ: habes & manifestũ hũilitatis exẽplũ. C Ad qd eñ tibi circũcisio necessaria: q pctõ nõ cõmisisti nec contraxisti: Qd ipe nõ feceris ætas manifestat: q nõ corraxeris multo certius, pbat patris diuinitas: ĩtegritas matris. Sũmus sacerdos es quẽ nec sup patre nec sup matre cõtaminãdũ, pphetatũ est in lege pot9 quàm mãdatũ. Est eñ tibi pater ab æterno: sed deus est in quẽ pctõ non cadit. Est & mater ex tpe sed uirgo: nec parere potuit incorruptio corruptelã. Sup hæc oĩa circũcidit puer agnus sine macula. Et si nõ eguit tñ uoluit circũcidi. Nec ueſtigium quidẽ ullũ uulneris habẽs: alligaturã nõ refugit uulneris. Nõ sic impij nõ sic: nõ sic agit peruersitas elatiõis humanæ. Erubescimus uulnerũ ligaturã: q de uulneribus interdũ etiã gloriamur. Quẽ nemo põt arguere de pctõ: ipse pctõ remediũ, & uerecũdũ pariter & austerũ sine ulla necessitate susceptit: nec repulit cultrũ lapideũ: in quo solo uetus illa quæ raderet rubigo nõ fuit. Nos ecõtra inuere cũdi ad obscenitatẽ culpæ erubescimus agere pœnitẽtiã, q̃d extreme demẽtiæ est: male proni in uulnera: peius in remedia uerecũdi. Qui pctõ nõ fecit non dedignatus est se pctõrẽ reputari: nos & esse uolumus, & nolumus æstimari. Ita ne sano op9 est medicina: & nõ poti9 male habẽtibus: Immo uerò ita ne eget medicamine nõ eger sed medicus: Quis hoĩm tãte sibi nõ dicã gloriæ sed uel innocentiæ cõscius æquanimiter circidẽtis manum admitteret: Christus uerò patienter q̃ nõ rapuit exoluit qui nec erat purgationem facere nõ suscipere delictorum. Sed dicas. Quidni susciperet paruulus: Immo uerò quid ni susciperet humilis & mãsuetus: Quidni obmutesceret corã circũcidẽte: qui corã tõdẽte obmutuit: corã crucifigente siluit: Alioquin nõ erat illi difficile: carnẽ suã integrã cõseruare ne scinderetur: qui fecerat ne uirginalis uteri porta in exitu suo aperiret. Nõ erat difficile paruulo phibere ne caro illa circumcideret, q̃n nec mortuo fuit difficile custodire ne corrũperet. Postquã ergo cõsummati sunt dies octo ut circuncideretur puer, uocatum est nomen eius ihesus. Magnum & mirabile sacramẽtũ. Circumcidit puer, & uocat ihesus. Quid sibi uult ista connexio: Circumcisio nempe magis saluandi quàm saluatoris esse uidet: & saluatorẽ circũcidere decet quàm circũcidi: sed agnosce

mediatorem

mediatorē dei & hoim: q ab ipo naturitatis suæ exordio diuinis humana sociat: ima summis. Nascit ex muliere: sed cui secūditatis fructus sic accedat: ut nō decidat flos uirginitatis. Pānis inuoluit: sed pānī ipsi angelicis laudibus honorātur. Absc̄ondit in p̄sepio: sed pdit radiāte stella de cælo. Sic & circūcisio ueritatē susceptæ pbat hūanitatis: & nomē qđ est sup oē nomē gloriā indicat maiestatis. Circūcidit tāquā uer⁹ Abrahæ fili⁹: ies⁹ uocat tāquā fili⁹ dei. Neq; em̄ ad instar priorū meus iste iesus, nomē uacuū aut inane portat. Nō est i eo magni noīs umbra sed vītas. Cælitus siquidē inditū nomē euāgelista testat qđ uocatū est ab angelo priusquā in utero cōciperet. Et attēde vbi profunditatē. Postquā nat⁹ ē iesus: iesus uocat ab hoīb⁹: q uocat⁹ est ab angelo priusquā i utero cōciperet. Idē qppe & angeli saluator & hois: sed hominis ab incarnatiōe: angeli ab initio creaturæ. Vocatū est, ait, nomen eius iesus: qđ
Matt. 18. uocatū est ab āgelo. In ore ergo duorū uel triū testiū stat oē vbū: & ip̄m qđ i ppheta abbreuiatū, manifestius i euāgelio legit caro factū. Nos fratres mei: nos respicit hæc parabola. Christ⁹ em̄ nec angelico eguit testimonio nec humano: sed ut scriptū est: oīa ppter electos. Triplex proide
2. Thi. 2. q̄rēdū nobis salutis ppriæ testimoniū: ne fortè uideamur assumpsisse nomē dei nostri in uanū. Et nos cū fratres circūcidi necesse ē: & sic nomē salutis accipe. Circūcidi sanè nō lr̄a sed spū & ueritate: circūcidi non uno mēbro sed toto corpe simul. Licet em̄ magis in ea pte in qua mādata est iudæis circūcisio regnet addītamētū leuiathā: qđ à malo est & amputari debet: uniuersam tm̄ occupat carnē. A plāta pedis usq; ad uerticē nō est in nobis sanitas: nec est alia pars q̄ nō tabida sit hoc ueneno. Propterea sicut paruulus adhuc in fide & dilectione: ppls cōgruū sibi mandatū exiguæ circūcisionis accepit: sic ubi creuit in uirū pfectiorē: toto iubet corpore baptizari: q̄ totius est hois integra circūcisio. Hinc est q; saluator noster & circūcidi octauo die, & post annū triceſimū dignat⁹ est crucifigi: ubi in pœnā corp⁹ oē distēsum est: cuius similitudini mortis cōplātamur & nos: ut scribit apostolus, nimirū qđ nouissime traditū est obseruātes. Quæ est ergo moralis circumci
1. Thi. 6. sio nra, nisi quā cōmēdat idē apls. Victū, inquiēs, & uestitū habētes his cōtēti simus? Optime prius circūcidit nos & supflua resecat uniuersa uolūtaria pauptas: pœnitētiæ labor: regularis obseruatio disciplinæ. Cæterū in hac circūcisione triplex nobis c̄rendū est salutis nr̄æ testimoniū ab angelo & maria & Ioseph. Oportet inquā ut ante oīa nobis magni cōsilij angelus salutis nomen imponat. Dehinc & ipsius quoq; cōgregationis necessaria est attesta-
2. cori. 11. tio: q̄ tāquā mater est singulorū. Mater, inquā, uirgo tamquā ea quā despōdit apostol⁹ uni uiro uirginē castā exhibere christo. Sed nec ipsi⁹ ministri cōtēnēdū ē testimoniū ei q imitari c̄rit saluatoris exēplū. Hic ē Ioseph: locū quidē obtinēs spōsi, re aūt uera seru⁹ & dispēsator qui sanè p̄ uocat: magis autē nutriti⁹ est. Sed dico eadē manifestius. Et ab his qui foris sunt fratres mei: & ab eo qui int⁹ ē: hr̄e oportet testimoniū bonū. Cui⁹ em̄ oīb⁹ grata: nemini onerosa est cōuersatio huic sine dubio ppria de salute uniuersa fratrum cōgregatio attestat. Frustra planè sup his dūtaxat q̄ sunt in manifesto nequissimus ille fratrum accusator trahit in cām: quē excusat uniuersitas fratrum. Habet & à
Iaco. 3. p̄latis testimoniū qlqs: & pctā secularis uitæ & hui⁹ quoq; tpis negligētias: q̄n in multis offendim⁹ oēs: nisi forte sanctiores nos arbitramur discipulo quē dilexit iesus: humilib⁹ eis & pura cōfessiōe iudicāda semp exponit, & eorum satisfacere studet arbitrio. Iā ne in his quidem pessimi illius timēda est accusatio: q̄n nō iudicabit dīs bis i idip̄m. At fortè criminari uolet intētionē: & i ea pte calūniā struere machinabit: in qua nec fratrum nec ipius p̄is testimoniū satis efficax uideat. Necesse est ergo ut in hac pte opitulet nobis testis internus: qui magis cor quàm faciem intuet. A quo sanè & incipiendum est ut non prius quicquàm cōcipiatur in aīo quàm ab eo salutis nomē acceperit. Vbi uerò in opus processerit manifestum, expedit iam exteriora quoq; sibi testimonia conciliare, sicut ait apls. Prouidentes bona nō tantum coram deo sed etiam coram hoībus. 2. Co. 8.

In circuncisione dñi de noibus eius. Sermo. II.

DOstquā cōsummati sunt dies octo ut circumci- Luc. 2.
deretur puer: uocatū est nomē ei⁹ Iesus. Ab initio deus modū acceptat: & nihil unquā immoderatū illi placuit æquitati. Hinc fuit q; nō modo in pōdere & mēsura & nūero cōdidit uniuersa: sed & ptimus ipsi hoi modū præscripsit: mādatū contulit dicēs. Ex oī ligno paradisi comedes: de ligno aūt sciētiæ boni & Gen. 3.
malī ne comedas. Leuissimū planè mandatū: & larga oīno mēsura. Sed trāsgressus est hō p̄scriptū sibi modū & cōstitutū sibi terminū p̄tergressus. Vñ & auertēs ab eo faciem suā de⁹: uix tādē i diebus Abrahæ amici sui placabilis fieri incipiēs: rursus modū instituit: promulgauit legē: sed nō priori similē usq; quaq;. Ea siquidē ad cautelā fuerat: hæc ad medelā. Ibi prohibitio facta ne superfluitas subintraret: hic iā indicta abscisio est ut sacramēti remedio quæ subintrauerat tolleret. Postremo illa quidē i arbore data est lex ne fructu ei⁹ ueseret: hæc in ppio corpe: ut caro præputij scinderet. Nec dubiū sanè qn cætera quoq; humani corporis mēbra additamentū illud leuiathā occuparet, uenenū. s. cocupiscētiæ & imoderate atq; inordinatæ illecebra uoluptatis: ut generalis q̄dā abscisio oibus necessaria uideretur. Cæterū quia singulorū mēbrorū abscisionē hūanæ carnis fragilitas & infantilis ætatis infirmitas nullatenus sustineret: pio moderamine dispositio superna prouidit ut in ea potissimū pte cōcupiscētia castigaret: i qua uehementius eā sæuire cōstabat & uiolentius malignari. In omni siquidē cōtradicentiū spiritui rebellione mēbrorū solū illud usq; adeo cōtumax inuenit: ut cōtra oēm uoluntatis deliberationē ad inhonestos & illicitos motus assurgat. D Nam q; hæc circumcisio octaua die fiebat spem commendabat regni cælestis: q; uidelicet ad primum reflexus dierum circulus præferre quandam coronæ speciem uideret. Hinc est q; octaua potissimū dies post solemnitates p̄cipuas celebrat: & in sermōe dñi priæ beatitudini copulat octaua: ut cælestis regni demū iterata, promissio: euidēter nobis coronā fabricet. Merito sanè dū circunciditur puer q nat⁹ est nobis: saluator uocat: qđ uidelicet ex hoc iam cœperit opari salutē nostrā: immaculatū illū, p nobis sanguinem fundens. Neq; em̄ iam quærere est christianis cur uoluerit dīs christus circumcidi. Propter hoc siquidē circumcisus est: ppter qđ natus: propter quod passus. Nihil horum ppter se sed oīa ppter electos. Nec in pctō genitus: nec à pctō circūcisus, nec mortuus est, p pctō suo: magis autem ppter delicta nostra. Quod uocatū est, inquit, ab angelo priusquàm in utero conciperetur: Vocatū planè: nō impositū: nēpe hoc ei nomē est ab æterno. A natura ppria habet ut sit saluator: ymatum est ei nomen hoc: nō inditum ab hūana uel angelica creatura. Sed quid dicimus: q; egregius ille propheta hūc ipsum puerū multis noībus appellandum fore p̄dicēs, hoc unū tacuisse uidet: qđ solum ut p̄monuit angelus & testat euāgelista uocatū est nomen eius: Exultauit Esaias ut uideret diem hunc: & Esaie. 9.
uidit & gauisus est. Denique & loquebatur gratulabūdus & laudās deum. Puer natus est nobis filius dat⁹ est nobis & factus est principatus eius super humerum eius & uocabitur nomen eius ammirabilis consiliarius: deus fortis pater futuri sæculi: princeps pacis. Magna quidem nomina. Sed ubi est nomen quod est super omne nomen: nomē iesu in quo omne genu flectat? Fortè in his omnibus unū illud inuenies: sed exp̄ssum quodāmodo & effusum. Nēpe ipsum est de quo sponsa in cantico amoris. Oleū, inquit, Cant. 1.
effusum nomē tuū. Habes ergo unū ex his oībus appellationibus iesum: nec oīno aut uocari posset aut esse saluator: si fortè quippiam horum defuisset. Nūquid non uerè ammirabilē eū singuli sumus experti: in mutatione utiq; uoluntatū nostrarū? Hoc nēpe est saluatiōis nostræ principium, cum incipimus respuere qđ diligebamus: dolere unde lætabamur: āplecti qđ timebamus: sequi qđ fugieba

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus:optare qđ̃ contẽnebamus. Ammírabílis planè: quí hæc operatur mírabília. Sed nihilominus & consiliarium ſeſe exhibeat neceſſe eſt ín electione pœnitẽtiæ & uitæ ordinatione: ne fortè ſit nobis abſq; ſcíẽtia zelus: & uoluntatí bonæ prudẽtia deſit. Sanè opus eſt ut deũ quoq; pro bemus ín remiſſiõe uídelícet priorũ delictorũ: qa nec ſine hac ſalus nobís conſtare põt: & nemo põt dimittere pc̃tã niſi ſol⁹ de⁹. Verũ ne íd qdẽ ſufficit ad ſalutẽ: niſi fortè quo q; expiamur ĩ expugnãdo ipugnãtes nos ne ab eíſdẽ rurſum concupíſcẽtíjs ſupemur: & fiant nouiſſima nr̃a peíora prioríb⁹. Vídeſ ne íã alíqd deeſſe ſaluatorí? Planè deeſſet qđ̃ maxímũ eſt níſi & pater eſſet futurí ſeculí, ut p eũ. ſ. ín ímmortalitatẽ reſurgerem⁹: qui p pñtis ſcl̃ patrẽ gñamur ad mortẽ. Neq; hoc ſatís: ſi non etiã príceps pacis pr̃í nos recõcíliaret: cuí traditurus eſt regnũ ne fortè ſícut filíj perditionís utíq; nõ ſalutís, reſurrecturí uíderemur ad pœnã. Multiplicabít ſanè eíus ímpíum ut merito ſaluator dicat: etiã p multitudíne ſaluãdorum: & pacis non erit finis: ut ueram nouerís eſſe ſalutẽ: q̃ nõ poſſit tímere defectum.

Item in circuncisione domini de die octauo Sermo. III.

IN circumcíſione dñí ſratres habemus qđ̃ amem⁹ & ammíremur: habemus etiã qđ̃ ímítemur. Patet ín ea magnum dignatíonís beneficium unde gratías agam⁹: latet alíquíd clauſum: qđ̃ ín nobís ímplere debeamus. Venít nãq; dñs ppter nos non ſolũ redímẽdos ſanguínís effuſione: ſed & docẽdos uerbís: & exemplís nihilominus ínſtruẽdos. Sícut eñ penít⁹ erat ínutile uſã ſcíre ſi detíneremur ín carcere: íta redímí nõ ꝓdeſſet: ſi uíæ ígnaros quí prím⁹ ínueníret: primus reduceret ín carcerẽ retrudẽdos. Itaq; ín maíore quidẽ ætate patientíæ & humílitatís: & ſup oĩa charítatís cæterarũq; uírtutũ manífeſta dedit ſaluator exẽpla: ín ínfantía uerò figuris uelata. Sed antequã ad hæc diſcutiẽda ueníam⁹ delectat alíquíd prius de tanta & tã manífeſta dignatíone loquí. Habẽt angelí gloríã purã & pfectam: ſed nec nos erímus ſine gloría Vídemus gloríã ei⁹ gloríã quaſi unígeníti à patre: gloríã míæ & affectus uere paterní: gloríã ꝓcedẽtis ex corde pa-
Roma.3. tris & paterna planè uíſcera exhíbẽtís. Oẽs eñ peccauerũt, aít apl̃s, & egẽt gl̃ia dei. Et alío loco: míhí, ínquít: abſit gl̃iarí níſi ín cruce dñí nr̃í ieſu xp̃í. Quid eñ nobís gl̃íoſi⁹: quàm q; tanti eſtímauit nos deus: Quæ ue maior íllí gloría: quàm tanta dignatío & tãta benígnitas: eò utíq; dulciſſima q; tã gratuíta: Nã p ímpíjs mortu⁹ ẽ. Vídetís quã tũ fecit & p qualíbus. Pro qualib⁹ ut nõ ſupbíamus: quã tũ ne deſperemus. Propterea ut ínueníamíní nõ ſpiñ habere huíus mũdí: ſed ſpiñ q ex deo eſt & ſcíatís q̃ à deo data
Pſal.72. ſunt uobís: nolíte obſecro fierí ſícut equus & mulus: ſed ſícut píũ ĩumẽtũ, qđ̃ aít, Vt ĩumentũ factus ſum apud te: & ego ſemp tecũ. Talía eñ ĩumẽta cognoſcunt poſſeſſorem ſuũ & pr̃ſepe dñí ſuí: ín quo poſitũ eſt eís pñſſimũ fœnũ ipe q panís eſt angelorũ. Ipe eñ eſt panís uíu⁹ de quo uíuere debuít hõ: ſed qa hõ ĩumẽtũ fact⁹ ẽ: & panís fact⁹ ẽ fœnũ:
Eſa.40. ut uel ſic uíuat de eo. Et huí⁹ qdẽ mutatiõís ſacr̃m díe natí uítatís celebratũ eſt qñ v̄bũ caro factũ eſt: cũ ſit oís caro fœnum. Ipſa ergo díe mínoratus eſt ab angelís & habítu ínuentus ut hõ: hodíe uerò mírabílíus: alíqd audío. Iam mínoratus eſt multo mínus angelís: quí non ſolũ formam hoís ſed formã habet pc̃tórís: & ínfigít uelut quodã cauterío latronís. B Quid eſt eñ círcumcíſio: níſi ſuperfluítatís & pc̃tí indicíũ: In te dñe ieſu quid eſt ſupfluũ qđ̃ círcũcídatur: Nónne tu uerus deus es de deo pr̃e: hõ uerus ſine oĩ pc̃tõ de uírgíne matre: Quid facítís círcũcídẽtes eũ:
Gen.17. Putatis quía ſuper eũ poſſit cadere ílla ſententía. Maſculus cuius p̃putñ caro círcumciſa non fuerít períbít aía ípſius de pp̃lo ſuo: Poteſt oblíuíſcí pater filíj uterí ſuí: Aut nõ cognoſceret eum: níſi ſignum círcumcíſionís haberet: Imo uerò ſi quo mõ poſſet non agnoſcere filíum ín quo eí bñ complacuít ex hoc maxíme ſigno poterat ígnorare eũ, ínuẽta ín eo círcumcíſione: quã pc̃tórib⁹ ípſe ꝓuíderat ob purgatiõẽ utíq; delictorũ. Sed quíd mírũ ſi caput p mẽbrís accepít curatiõẽ: quã tñ in ſeípſo nõ habuít neceſſaríã: Nónne & ín mẽbris nr̃ís ſæpe p uníus ínfirmítate alterí adhíbeť curatio: Dolet caput & ín brachío fit coctura: dolẽt renes & fit ín tíbía. Ita hodíe p totíus corpís putredíne cauteríũ quoddã ínfixũ eſt ín capite. Deníq; qd mírũ, ſi p nobís dígnat⁹ eſt círcũcídí p quíb⁹ dígnat⁹ eſt mori: Tot⁹ ſiqdẽ míhí dat⁹: & tot⁹ in meos uſus expẽſus eſt. Ego eñ audíẽs quía trãſit añ carcerem filíus magní regís: cœpí altíus gemere & míſerabílí⁹ exclamare dícẽs. Fílí dei míſerere meí. At ílle ſícut benígníſſim⁹: quís nã eſt, ínquit, íſte fletus & ululatus quẽ audío: Et dícunt eí. Ipſe eſt Adã ꝓditor ílle quẽ pater uester trudí fecít ĩ carcerẽ: donec cogítet quíb⁹ íllũ ſupplícíjs faciat ínterire. Quid ageret cuí⁹ natura bõitas: cuí ꝓpríũ eſt míſererí ſemp & parcere: Deſcẽdit ín carcerẽ: uenít ut educat uíctum de domo carceris. Iudæi uerò nõ ímmemores odíj quo oderant patrem: exercẽt íllud ín filíũ. Vnde & ípſe aít. Quía oderunt me & *Ioan.15.* patrẽ meũ. Quid ergo fecerũt ímpíj: quíb⁹ grauís erat etiã ad uídendũ: Híc eſt, ínquíũt, hæres: ueníte occídam⁹ eũ. *Mat.21.* Sic ergo occíderũt agnũ dei: ín ſuã quidẽ pnícíẽ: ſed ĩ ſalutẽ noſtrã. Illí eñ ſanguíne agní fuderũt: nos acceſſímus & bíbím⁹ íllũ. Accepím⁹ calícẽ ſalutarís: & calíx nr̃ ínebríãs quàm p̃clarus eſt. Ecce unde gr̃as agamus. Nam ante paucos díes celebrauímus aduẽtũ eíus ín carcerẽ huí⁹ mũdí: íd eſt díem natalís: hodíe uerò celebramus ꝓ cathenas & uíncula nr̃a ſuſcepít. Hodíe eñ quí pc̃tñ non fecít ut reos abſolueret ínnoxías manus eorũ cathenís ínſeruít, hodíe ſub lege factus ẽ: q legẽ dedít. Sed dícẽdũ eſt íã qd ín hac círcumcíſione nobís ſpũaliter índíceť agẽdũ. Neq; eñ ſine *Geñ.17.* cã in lege p̃ceptũ: nec ſine cauſa cõpletũ eſt in dño: ut octaua díe fieret círcũcíſío. Sed quís cognouít ſenſum dñí: aut quís cõſiliarius eí⁹ fuít: Aſſít nũc ueſtrís deſideríjs aduocatus ſpũs qui ſcrutať alta dei: & edíſſerat uobís ſacr̃m íſtud octauæ díeí. Nõ ígnoram⁹ íã oportere hoíem naſci denuo: nã pp hoc ſcd̃o nat⁹ eſt dei filí⁹. In pc̃tis ſiquidẽ naſcímur oẽs: & neceſſe habemus renaſcí ín gr̃a: quã ín baptíſmate quidẽ ꝓcepímus: ſed heu totũ perít in ſeculari uita. Nũc primũ míſerãte deo v̄tus gr̃æ in nobís operať ut ĩ nouítate uítæ ãbulem⁹. Ergo naſcíť hõ qñ ſol íuſtítiæ ort⁹ ĩ aío: pc̃tórũ íllumínat tenebras: horrẽdũq; dei ĩudícíũ ĩternís obtutíbus offert: addens ad terrorís uíncułũ: breuẽ dicrũ numerũ & finẽ incertũ. Hæc planè ueſpera eſt ad quã demorabíť fletus: & neceſſe eſt addí matutíní lætítíam ut auditã faciat nobís mĩam ſuam. Sic enim fit ueſpere & mane dies unus. Eſt aũt dies iſta iuſtitiæ: reddẽs unícuíq; quod ſuũ eſt: nobís míſerĩã: mĩam deo. In hac díe puer naſcítur: qñ ex his q̃ díximus ad amorẽ pœnitẽtiæ: & odíũ pc̃tí animus excítať. Sed piculoſum eſt ſi fortè uelít ínter ſcl̃i turbas agere pnĩam: ubí nímírũ alíj uenenatís ſuaſionibus: alíj undíq; exẽplís peioríbus ad pc̃tñ allicíãt: alíj adulatiónibus ín uanã gloríã: alíj detractiõíbus in ímpatiẽtiã aĩm eíus deíjcíãt. Procedat íã neceſſe eſt prudẽtiæ radíus: oſtẽdat quãtas & quàm ímportunas p̃ſertím in hac gñatione nequã opportunítates & occaſiones pc̃tí offerat mũdus, & ingerat: quàm debílís ſit ad íllas hũanus animus: maxíme quí ĩ pc̃tí cõſuetudíne ſit nutrítus. In hac ergo díe prudẽtiæ elígat de præſentí ſcl̃o nequã fugere: dícẽs cũ ꝓphe ta. Odíuí eccleſiã malignantíum: & cũ ímpíjs non ſedebo. *Pſal.25.*
Sed nondum ſufficit hoc. C Forte enim uult eligere ſolítudínem non ſatís attendens propríam ínfirmitatem: & periculoſam díaboli luctã Quíd eñ pículoſius quàm ſolũ luctarí cõtra antíqñí hoſtís uerſutías à quo uídeat: & quẽ uídere non poſſit: Itaq; ſam habet neceſſaríã ſortítudínís dícm ut nouerit cuſtodiendã ad dñm fortitudinem ſuam: & acíem multorũ pariter pugnãtiũ eſſe quærendam: ubí tot ſunt auxiliarij quot ſocij: & tales qui dicere poſſint cũ apoſtolo. Quía non ígnoramus aſtutías ínimící. Congre- *2.Cor.2.*
gatio enim pro fortítudíne ſua: terribilis eſt ut caſtrorum acies ordinata. Ve autem ſolí: quía ſi ecciderit non habet ſubleuantẽ. Quòd ſi cuiquã ex antíquis patrib⁹ gr̃am hãc conceſſam audíuímus: non expedít temere ſe committere

huíc

huíc periculo: nec oportet tentare deum: ſicut & magiſter noſter de anachoretis loquēs: q nō, inqt, cōuerſiōis feruore nouitio &c. Itaq; in hac fortitudinis die ad id quod ſā
Pſal. 25. cœpat: id eſt. Odiui eccleſiā malignātiū: etiā addit qđ ſequ tur: Lauabo inter innocētes manus meas. Verū cū eligit eſſe in cōgregatiōe multorū: numquid eliget eſſe magiſter q uō dū diſcipulus fuit: & docere qđ didicit nunquā? Et quō aut in ſcauit in alīs motus irrōnabiles poterit tēpera
Epheſ. 5. re: Nemo carnē ſuā odio habuit. Quō ergo putatis ſi iam magiſter tuus fuerit iſte: qm facile ſibi aliq̄ eo āplius quo familiarius cōdeſcēdat: Illuceſcat igit dies tēperantiæ: ut q̄rat quō tēperari & refrenari poſſint incōtinētes motus uoluptatis, beſtiales motus curioſitatis: ceruicoſi motus elatiōis ſuæ. Eligat abiectus eſſe in domo dei ſui: & ſubiectus cē magro ſub q̄ frāgat eius uolūtas: & obediētiæ fræ-
Pſal. 63. no cōcupiſcētia reprimat: ſitcū qđ ait ppheta. Impoſuiſti hoies ſup capita nra. Nec dedignādū ſeruo qđ p̄ceſſit in
Ioan. 13. dño. Siqdē nō eſt ſeruus maior dño ſuo. Ille ei cū iā creuiſſet ætate & ſapia & gra apud deū & hoies: cū iā duodecim annorum eſſet & remāſiſſet in hieruſalē: inuentus à beata v̄gine & Ioſeph cuius filius putabat in medio doctorum audies illos & interrogās: tm deſcēdit cū illis: & erat ſubdi tus illis. Et tu ergo ſubdit? eſto ꝓpter illū. Sed iā tibi i ipa obedientiæ uia, aliqua fortaſſis dura & aſpera occurrere p̄t: ut accipias interdum p̄cepta nōnulla q̄ licet ſalubria ſint: minus tamen ſuauia uideant: hæc ſi moleſte cœperis ſuſtinere: ſi dñ iudicare p̄latū: ſi murmurare in corde, etiā ſi exterius impleas qđ iubet: nō eſt hæc uirtus patiētiæ ſed uelamentū malitiæ. Neceſſe eſt ergo ut illuceſcat dies patiētiæ p quā oia dura & aſpera tacita āplectaris cōſciētia: te magis dñ iudicās & durius arguēs: cui nimirū diſplicēt q̄ ad ſalutē ſūt: & in cogitatiōe tua ſemp ptē magri quoad potes aduerſus temetipſum iuuās, teq; in oibus accuſare: ipm uerò magis excuſare labōrās. Porrò in hoc loco iā ca uēdū tibi arbitror à ſuperbia. Magnū eſt ei oīno ſic uincere
Pro. 16. ſemetipſum. Melior eſt, ait Salomon, patiens uiro forti: & qui dñat aīo ſuo expugnatore urbium. Conſidera deniq; quàm manifeſte ꝓpheta doceat neceſſariā eſſe hūilitatem
Pſal. 61. poſt patientiam dicens. Verūtamen deo ſubiecta eſto aīa mea: quoniam ab ipo patientia mea. Nōme uidet hic occaſione patientiæ tentationem ſenſiſſe ſuperbiæ? Neceſſe eſt ergo ut illumīnet cor tuum radius humilitatis: & declaret
Iacob. 4. quid à te ſit: quid à deo, ut nō altum ſapias. Quoniā deus ſuperbis reſiſtit: humilibus dat gratiam. Iam uerò cum in his diutius fueris exercitatus: roga dari tibi deuotiōis lumen: diem ſereniſſimā & ſabbatum mentis in quo tanquā emeritus miles in laboribus uniuerſis uiuas abſq; labore dilatato nimirum corde curres uiam mandatorum dei: ut qđ prius cum amaritudine & coactione tui ſpūs facie bas: de cætero iam cum ſumma dulcedine peragas & dele-
Pſal. 38. ctatiōe. Hāc (ni fallor) gratiā petebat qui ait. Remitte mihi ut refrigerer. Ac ſi dicat. Quouſq; in labore & dolore iſto crutior: & morte afficior tota die? Remitte mihi ut refrigerer. Verum & ad hanc quidē pfectionem pauci (ni fallor) peruenīūt in hac uita. Neq; enim ſi quis aliquando uidetur hāc habere: cōtinuo credat ſibi neceſſe eſt: maxime ſi nouitius eſt: nec p præfatos aſcenderit gradus. Pius em dñs noſter, ieſus chriſtus puſillos corde blanditiis talibus ſolet allicere. Sed nouerint qui huiuſmodi ſunt gratiam hanc p̄ſtitā ſibi eſſe nō datam: ut in die bonorū memores ſint malorū, & in die malorū nō immemores ſint bonorū. Longe aliter qui exercitatos habent ſenſus deuotiōis huius felici fruuntur iocunditate. Sed multi tota uita ſua ad hoc tendunt & nunquā pertēdūt: qbus tamē ſi pie & perſeuerenter conati ſunt, ſtatim ut de corpore exeunt reddi tur qđ in hac uita diſpenſatorie eſt negatum: illuc perducente eos ſola gratia quo prius tendebant ipi cum gratia: ut conſummati in breui expleāt tempora multa. Illis uerò q ad hanc deuotiōis gratiā puenīūt, unum uidetur reſtare periculum: & oīno timendū eis à dæmonio meridiano. Ipſe enim ſathanas tranſſigurat ſe in angelum lucis. Hoc ergo timēdum ei q tanta delectatione oīa facit: ne dū ſequ tur affectionē: corpus deſtruat p imoderatā exercitationē ac deinde neceſſe habeat nō ſine magno ſpūalis exercitii detrimēto circa debilitati curā corpis occupari. Ergo ne incurrat q currit, illumināri neceſſe eſt lumine diſcretiōis q̄ mater uirtutū eſt: & cōſummatio pfectionis. Hæc nimirū docet ne qd nimis: atq; hæc eſt octaua dies in qua circumcidit puer: qa diſcretio uerè circūcidit: ut nō pl? nec minus fiat. Nā & q nimius eſt fructū boni operis abſcidit no circūcidit, ſicut q tepidus eſt ſi minus facit. In hac ergo die nomē impoſuit & nomē ſalutis: nec de eo q ſic conuerſat dubitē dicere: q ſuā ipſi? ſalutē operet. Vſq; ad hūc em diē dicere poſſunt angeli q norunt ſecreta cœleſtia: ſed ego nūc primū ei fiducialiter nomē ſalutis ipono. At uerò quia oīno rara iſta auis eſt in terris: huius diſcretiōis locū in uobis fratres ſuppleat uirt? obediētiæ: ut nihil pl? nihil minus: nihil aliter quàm imperatum ſit, faciatis.

In epiphania dñi de uerbis apoſtoli. Apparuit benignitas & tribus apparitionibus. Sermo. I.

APparuit benignitas & humanitas ſaluatoris noſtri dei. Gratias deo p quē ſic abundat conſolatio noſtra in hac peregrinatiōe: i hoc exilio: in hac miſeria. Super his namq; ſæpius uos ammonere curamus: ut nunquàm mēte excidat peregrinos uos eſſe longe factos à patria: pulſos hæreditate. Quiſquis enim deſolationem non nouit, nec conſolationem agnoſcere poteſt. Quiſquis conſolationem ignorat eſſe neceſſariam, ſupereſt ut nō habeat dei gratiam. Inde eſt q homines ſeculi negotiis & flagitiis implicati: dum miſeriam non ſentiunt: non attendunt miſericordiam. Vos quibus non fruſtra dictum eſt. Vacate & uidete qm̄ ſuauis eſt do-
Pſal. 45. minus: & de quibus idem ꝓpheta. Virtutem, inqt, operū
Pſal. 110. ſuorū annūciabit populo ſuo: uos iquā quos nō detinet occupatio ſecularis: attēdite quænā ſit cōſolatio ſpiritualis. Vos q non ignoratis exilium: audite qa de cælo uenit
Titum. 3. auxiliū. Apparuit em benignitas & humanitas ſaluatoris noſtri dei. Priuſquam appareret humanitas: latebat benignitas. Siquidem & prius erat: nam & miſericordia domini ab æterno eſt. Sed unde tanta agnoſci poterat? Promitebatur ſed nō ſentiebatur: unde & à multis nō credebat.
Hebre. 1. Multipharie quippe multiſq; modis loquebatur dñs in
Hiere. 29 ꝓphetis. Ego, inquiens, cogito cogitationes pacis & non afflictionis. Sed quid reſpondebat homo afflictionem ſentiens: pacem neſciens? Quouſq; dicitis pax pax & non eſt
Ezec. 15. pax? Propter hoc angeli pacis amare flebant dicētes. Do-
Eſaiæ. 53. mine: quis credidit auditui nro? Sed nunc credant hoies
Pſal. 62. uel uiſui ſuo: quia teſtimonia dei credibilia facta ſunt nimis. Vt enim nec turbatum quidem oculum lateat: in ſole
Pſal. 18. poſuit tabernaculum ſuum. Ecce pax nō ꝓmiſſa, ſed miſſa non dilata ſed data: non prophetata ſed præſentata. Ecce quaſi ſaccum plenum miſericordia ſua deus pater miſit in terrā: ſaccū inquā in paſſione eōcidēdū, ut effundatur qđ in eo latet preciū noſtrum. Saccum utiq;: & ſi paruum: ſed plenum. Paruulus ſiquidē datus eſt nobis: ſed in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis. Poſtquā enim uenit plenitudo temporis, uenit & plenitudo diuinitatis. Venit in carne ut uel ſic carnalibus exhiberetur: & apparente humanitate: benignitas agnoſceretur. Vbi enim dei in noteſcit humanitas? iam benignitas latere non poteſt. In quo enim magis commendare poterat benignitatem ſuā quàm ſuſcipiēdo carnē meā? Meam inquā, nō carnem Adam: id eſt nō qualē ille habuit ante culpam. Quid tantopere declaret eius miſericordiā: quàm q ipſam ſuſcepit miſeriā? Quid ita pietate plenū: quàm q dei uerbū ꝓpter
Iob. 7. nos factum eſt fœnū? Dñe quid eſt homo qa reputas eum: aut quid apponis erga eum cor tuum? Hic attēdat homo quanta ſit cura ei? deo: hinc ſciat qđ de eo cogitet aut qđ ſentiat. Non interroges ô homo ea q̄ pateris, ſed quæ paſſus eſt ille. Quanti te fecit ex his q̄ pro te fact? eſt agnoſce: ut appareat tibi benignitas eius ex humanitate. Quanto enim minorem ſe fecit in humanitate: tanto maiorem ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

hibuit in bonitate: & quanto pro me uilior: tanto mihi
Titum.3. carior est. Apparuit, inquit apostolus, benignitas & hu
Nota be manitas saluatoris nri dei. Magna plane & magnifesta be
nignitatē nignitas: dei hūanitas: & magnū benignitatis indicium
dei incar declarauit: q hūanitati addere nomē dei curauit. Et qui
nati. dē ad mariā missus gabriel angelus filiū dei loquit: sed nō
noiat deū. Būdict? deus q talē nobis de nobisipsis angelū
dedit: ut noster ipse suppleret: qd ille nō dixit. Nā & ipse
spiritū dei habuit: & eius spū locutus est: qd nobis ualde
necessariū fuit. A Quid em̄ sic istruit fidē: spem roborat
charitatē accēdit: quō hūanitas dei? Sed angelo nro id re
seruatū est: qd alij tacuerunt. Neq; em̄ oēs oīa dicere con
gruū erat: ut a diuersis diuersa colligere gratulemur: & de
bitas singulis grās referamus. B Attamē unū est in quo
Luc.1. cōueniūt apli & angeli q de christi natiuitate loquūtur,
id est in noie saluatoris. Ad mariā qdē tāquā plenius edo
Mat.1. ctā p spm̄, Gabriel loquēs indicat nomē solū. Et uocabis,
Lucæ.1. ingt, nomē eius iesum. Ad Ioseph uenies angelus nō solū
nomē ptulit: sed & cām eius interpretatus edocuit dicēs.
Et uocabis nomen eius iesum: ipse em̄ saluū faciet populū
suū à peccatis eorū. Sed & pastoribꝰ quoq; annūciat gau
diū magnū natū illis saluatorē christū dn̄m. Simile aliqd
Titum.3. paulus loquit. Apparuit benignitas & humanitas salua
toris nostri dei. Bene dulce nomen nullus ex ipsis tacuit:
quia hoc mihi maxime necessarium fuit. Alioquin quid
agerem audiens dominum uenientem: Numquid non fuge
rē sicut adā qui a facie eius fugit sed non effugit: Nónne
desperarē audiēs qa uenit ille cuius legē sic præuaricatus
sum: cuius patientia sic abusus sum: cuius beneficio tam
ingratus inuentus sum: Quæ uerò maior consolatio po
terat esse: quàm ī dulci uocabulo: ī noie cōsolatorio: Pro
Ioan.12. pterea & ipse dicit: qa nō uenit filius ut iudicet mundum:
sed ut saluet mundus per ipsum. Iam confidenter accedo:
iam supplico fiducialiter. Quid em̄ timeā qñ saluator ue
nit in domum meā: Ei soli peccaui: donatū erit quicquid
Roma. 8. indulserit ille. V tiq; enim licet ei qd ult facere. Deus est
Vñ supra. qui iustificat: qs est qui condemnet: Aut quis accusabit
aduersus electos dei: Propterea gaudere nos oportet q
in nostra uenerit: nunc enim facilis ad indulgentiam erit.
Deniq; paruulus est: leuiter placari potest. Quis enim ne
sciat: quia puer facile donat: Ecce si non fuerit nobis pro
minimo, possumus reconciliari pro minimo. Pro minimo
inquā, non tamē sine pœnitētia: sed qa minimū quiddam
sit nostra ipsa pœnitentia. Pauperes sumus parum dare
possumus: attamen reconciliari possumus pro paruo illo
si uolumus. Totum quod dare possum miserum corpus
istud est: illud si dedero satis est. Si quo minus addo &
corpus ipsius. Nam illud de meo est & meum est. Paruu
lus enim natus est nobis: & filius datus est mihi. De te do
mine suppleo quod minus habeo in me. O dulcissima re
conciliatio. O satisfactio suauissima. O uerè reconciliatio
facilis, sed putilis satisfactio parua: sed nō paruipendēda.
Etenim quam facilis modo tam difficilis erit postea: & si
cut modo nemo est qui reconciliari non possit: ita post
paululum nemo qui possit: quoniam sicut benignitas ap
paruit ultra omnem spem: ultra omnem æstimationem: si
milem expectare possumus iudicij districtionem. Noli er
go contemnere dei misericordiam: si non sentire uis iusti
tiam: sed iram: sed indignationem: sed æmulationē: sed fu
psal.6. rorē. Dn̄e ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua cor
ripias me. Vt enim scires quanta districtio succedit: tanta
illa mansuetudo præuenit. Ex magnitudine indulgentiæ:
magnitudinem ultionis attende. Immensus est enim deus
& infinitus in iustitia: sicut & in misericordia. Multus ad
ignoscendum: multus ad ulciscendum. Sed misericordia
quidem priora sibi uēdicat: ut si uoluerimus: districtio in
uenire non possit in quem sæuiat. Propter hoc enim beni
gnitatē p̄rogauit: ut p eam recōciliari scueritatem uidea
mus securi. Propterea uoluit non solum ad terras descen
dere, sed etiam innotescere: non solū nasci, sed & agnosci.
Deniq; propter hanc agnitionem dies ista celebris habe

tur, & insignis dies apparitionis. Hodie enim magi ab
oriente uenerunt: ortū solē iustitiæ requirētes: eū de quo
legit. Ecce uir: oriēs nomen illi. Hodie adorauerunt nouū zacha. 6.
uirginis partū: sequētes noui sideris ductū. Nónne & hic
nobis est magna consolatio: sicut in illo de quo locuti su
mus apostoli uerbo: Ille dixit deū: isti nō uoce sed opere
dicunt. A Quid facitis ô magi qd facitis: Lactentē puc
rū adoratis, in tugurio uili, in uilibus pānis: Ergo ne deꝰ
est iste: Deus certè in tēplo sancto suo: deus in cælo sedes
eius: & uos eū quæritis in uili stabulo: in matris gremio:
Quid facitis q & aurū offertis: Ergo rex est ipse. Et ubi au
la, regia: ubi thronus: ubi curiæ regalis frequentia: Nūqd
aula est stabulū: thronus p̄sepiū: curiæ frequentia ioseph
& mariæ: Quō ita insipientes facti sunt uiri sapientes: ut
adorent paruulum despicabilem tā sua ætate quàm paup
tate suorum: Insipientes facti sunt ut fierent sapientes: &
prædocuit eos spūs qd postea p̄dicauit apls. Qui uult sa- 1.Corī.3.
piens esse: stultus fiat ut sit sapiens. Quia em̄ per sapientiā
mundus in sapiētia sua deū cognoscere non poterat: pla
cuit deo p stultitiā p̄dicationis saluos fieri credētes. Nón
ne timēdū erat fratres ne scandalizarent uiri isti: & illusos
se crederēt cum tanta indigna uiderent: A regia ciuitate
ubi regē q̄rendū cōiectabātur: ad bethleē uillā paruulam
dirigūtur. Ingrediūtur stabulū: inueniūt inuolutū pānis
infantulū. Non illis sordet stabulū: nō pānis offendūtur:
nō scandalizātur lactētis infantia: procidūt, uenerātur ut
regē: adorāt ut deum. Sed profecto qui illos adduxit: ipe
& instruxit: & qui per stellā foris ammonuit: ipse in occul
to cordis edocuit. Hæc igit dn̄i declaratio clarificauit
hāc diē & magorū deuota ueneratio deuotā fecit & uene
rabilē. Nec sola hæc apparitio: sed altera q̄dā sicut à pa
tribus nostris accepimus hodie celebratur: que & si lon
go post tempore: facta creditur hoc ipso die. Cum enim iā
christus trigīta annorum tempus exegisset in carne: qui
fm diuinitatē idem ipse est, & anni eius nō deficiunt: inter
populares turbas ad baptismum ioannis aduenit. Venit
tanquā unus è populo: qui solus erat sine peccato. Quis
cum tunc crederet filium dei: quis putaret dominum ma
iestatis: Valde quidē humiliaris dn̄e in imis absconderis
sed ioannem latere non poteris. Nónne ipse est q p mater
nū uterū te nōdū natū, nōdū natus agnouit: Nónne ipe
est qui per utriusq; materni uteri parietes te agnouit: &
qa turbis clamare nō potuit saltem matrem suā motu ex
ultationis edocuit: Nunc autem quid: Vidit eum Ioan
nes, ait euangelista, uenientem ad se & ait: Ecce agnus dei Ioan.1.
ecce qui tollit peccata mundi. Vere agnus uerè humilis:
uere māsuetus. Ecce, inquit, agnus dei: ecce qui tollit pec
cata mundi. En ipse qui purgationem faciet delictorum:
ecce sentinam nostram purgatur? aduenit: & tm̄ post hoc
testimonium, baptizari uult à Ioanne. Tremit ille. Quid
mirū: Quid, inquā, mirum si tremit homo nec audet attī
gere sanctū dei uerticem: caput adorandum angelis: reue
rendum potestatibus: tremendum principatibꝰ: D Ba
ptizari uis domine iesu: Vt quid enim, aut quid tibi opus
fuit baptismate: Nūquid sano opus est medicina: aut mū
datione mundo: Vnde tibi peccatum: ut baptima sit ne
cessarium: Nūquid à patre: At patrē quidem habes, sed
deū: & æqualis es illi, deus de deo: lumen de lumine. Nam
in deum peccatum cadere nō posse quis nescit: An uerò
de matre: Nā & matrē habes: sed uirgo est. Qd ergo pec
catum ex ea trahere potuisti: quæ te sine iniquitate conce
pit & salua integritate peperit: Quam maculam habere
potest agnus sine maculæ: Ego, inquit Ioannes, à te de- Matth.3.
beo baptizari: & tu uenis ad me: Magna utrinq; humili
tas: sed nulla comparatio. Quomō enim nō humiliaretur
homo corā humili deo: Sine modo, inquit dn̄s: decet em̄ Vñ supra.
sic nos implere omnem iustitiam. Acquieuit Ioannes &
obediuit: baptizauit agnum dei: & aquas lauit. Nos ablu
ti sumus, non ille: quia nobis lauandis aquæ cognoscun
tur ablutæ. A Sed fortassis minus credis Ioannis testi
monio: quia ipse homo est & potes habere suspectum:

cognatus

cognatus eius est cui testimoniū phibet. Ecce testimoniū maius Ioanne: testimoniū aduenisetis colūbæ. B Nec in cōgrue ad indicādū agnū dei uenit colūba: qa nihil meli⁹ agno cōuenit quàm colūba. Quod agnus in animalibus: hoc colūba in auibus est. Sūma utriusq; innocentia: summa simplicitas. Quid em̄ sic alienū ab omni malitia: sicut agnus & colūba: Nocere cuiquā nesciūt: lædere nō nouerunt. Sed ne fortuito casu id aduenisse causeris: ecce testimoniū dei patris. Ecce de⁹ maiestatis intonuit: dñs super aquas multas: & uox patris audita est. Hic est filius meus dilect⁹ in quo mihi bene cōplacui. Vere em̄ hic est in quo nō est qđ patri displiceat: qđ oculos maiestatis offendat. Vnde & ipse ait. Quia q̄ placita sunt ei facio semper. Ipm, inquit, audite. C Ecce dñe iesu: uel iam nunc loquere. Quousq; siles: quousq; dissimulas: Diu tacuisti & ualde diu: uel iā nūc loquendi licentiā habes à patre. Quādiu v̄tus & dei sapia: quasi infirmus aliqs & insipiens lates in ppl'o: Quādiu nobilis rex & rex cæli: fabri filiū te pateris appellari pariter & putari: Etem̄ Lucas euāgelista testat. Qñ adhuc fili⁹ Ioseph putabat. O humilitas v̄tus christi: quārū cōfundis supbiā nr̄æ uanitatis: Parū aliqd scio uel magis scire mihi uideor & iā silere nō possum: impudēter me & imprudēter ingerēs & ostētās: prōptulus ad loquēdū: uelox ad docendū: tardus ad audiendū. Et christus cū tāto tēpore silebat: cū seipsum abscōdebat: nūquid inanē gloriā metuebat: Quid timeret ab inani gloria: q est uera gloria patris: V tiq; timebat sed non sibi. Nobis timebat ab illa quib⁹ nocerat esse timēdū: nobis cauebat: nos instruebat. Tacebat ore sed instruebat ope: & qđ postea docuit v̄bo, iā clamabat exemplo. Discite à me, qa mitis sum & hūilis corde. Nā de infantia dñi parū aliqd audio: extūc iam usq; ad hūc triceſimū annū nihil inuenio. Nunc uerò iam latere non potest: qui tam manifeste demonstratur à patre. Nam in prima quoq; apparitione cū matre uirgine uoluit apparere: quod uerecundia quædā in uirginitate signaretur. Tertia quoq; apparitio eius in euangelio inuenitur: & hæc nihilominus hodie celebratur. Inuitatus enim ad nuptias dominus uino deficiente cōpassus eorū uerecundiæ: aquā mutauit in uinum. Hoc etiam (sicut ait euangelista) signorum eius fuit initiū. Itaq; in prima apparitiōe homo uerus immotuit: ubi inter ubera matris infans apparuit. In secūda uerò: uerum esse dei filium patris indicat testimoniū. In tertia uerò uerus esse de⁹ demōstratur: ad cuius imperium natura mutatur. Tot testimoniis hodie confirmatur fides nostra: tot indiciis roborat spes nostra: tot incentiuis inflammatur charitas nostra.

Ibidem.

Ioan. 8.

Lucæ. 3.

Matth. 11.

Ioan. 5.

De magis ubi exponitur illud de canticis Egredimini filiæ sion. Sermo secundus. unde supra.

TRes apparitiones domini legimus: una qdem die sed nō uno tpe factas. Et quidē mirabilis secūda: mirabilis tertia: sed prima apparitio mirabilius ammirāda: Mirabilis aquarum mutatio: mirabilis Ioannis & colūbæ pariter & paternæ uocis attestatio: sed illud mirabile magis quod agnitus est à Magis. A Nam q̄ deum agnoscāt indicat adoratio: indicat thuris oblatio. Nec solū deū sed & regem agnoscūt quod designatur in auro. Et in his nō latet eos magnum pietatis sacramentum: unde & myrrha indicāt moriturū. Adorant Magi, & offerunt munera adhuc sugenti matris ubera. Sed ubi est ô Magi: ubi est purpura regis huius: Numquid uiles panni isti, quibus est inuolutus: Si rex est diadema eius ubi est: Sed uos eum uerè uidetis in diademate (quo coronauit eum mater sua) in sacco mortalitatis: de quo resurgēs ait. Quia concidisti saccum meum: & circumdedisti me lætitia. Egredimini filiæ sion: & uidete regem salomonem in diademate: quo coronauit eum mater sua &c. Egredimini uirtutes angelicæ: incolæ ciuitatis supnæ. Ecce rex uester: sed in corona nostra in diademate quo coronauit eum mater sua. Sed iis delitiis usq; modo caruistis hanc hactenus dulcedinem non gustastis. Habetis sublimitatem eius: sed humilitatem eius non uidistis

Psal. 39.

Egredimini igit̄: & uidete regē Salomonem in diademate: quo coronauit cum mater sua. Verūtamen nō est opus illis nostra exhortatione: qñ ipsi sunt q desiderāt in illum prospicere. Illis em̄ quāto sublimitas notior: tanto humilitas p̄ciosior & amabilior est. Vnde licet nobis maior sit causa lætitiæ: nobis enim natus est & nobis datus: tñ ipsi nos præueniūt: ipsi nos exhortātur. Probat hoc angelus qui gaudiū magnū euangelizat pastoribus: & q̄ cū eo facta est multitudo cælestis exercitus. Vobis ergo dicimus filiæ sion animæ sæculares, debiles, delicatæ filiæ non filij: in quib⁹ nihil est fortitudinis, nihil est uirilis animi. Egredimini filiæ sion. Egredimini de sensu carnis, ad intellectū mentis: de seruitute carnalis concupiscentiæ, ad libertatem spiritualis intelligentiæ. Egredimini de terra uestra & de cognatione uestra, & de domo patris uestri: & uidete regem Salomonem: aliogn nō erit tutū uobis uidere eū ecclesiastē. Idē enim qui Salomon, idest pacificus in exilio est: ecclesiastes: id est concionator erit in iudicio, idida id est dilectus domini in regno. In exilio māsuetus & amabilis, in iudicio iustus & terribilis: in regno gloriosus & ammirabilis. Egredimini igitur: & uidete regē Salomonem: nā ubiq; rex est. Licet em̄ regnū eius nō sit de hoc mūdo: tamē rex est etiam in hoc mundo. Interrogatus siquidem. Ergo rex es tu: Ego, inquit, in hoc natus sum: & in hoc ueni in mundum. Hic ergo rector est morum in iudicio discretor meritorum: in regno distributor præmiorū. Egredimini proinde filiæ sion: & uidete regē Salomonē in diademate, quo coronauit eū mater sua: in corona paupertatis: in corona miseriæ. Siquidem coronatus est, & à nouerca sua corona spinea: corona miseriæ: coronandus à familia sua corona iustitiæ: quando exibunt angeli & tollēt de regno ei⁹ oia scandala: qñ ueniet ad iudiciū cum senioribus populi sui: cum pugnabit p eo orbis terræ, aduersus insensatos. Coronat eū, & pater corona gliæ, sicut psalm⁹ ait. Gloria & honore coronasti eum. Videte eū filiæ sion: in diademate quo coronauit eum mater sua. Suscipite coronam paruuli propter uos regis uestri: & una cum magis humilitatem eius adorate: quorum fidei deuotio uobis hodie proponitur ī exemplo. Cui enim cōparabimus & cui similes æstimabimus uiros istos: Si latronis fidem si centurionis confessionem considero, in eo supexcellere uidentur isti: q̄ iam tunc miracula multa fecerat: iam tunc a multis prædicat⁹ fuerat: à multis adoratus. Attamen cō sideremus quid & illi dixerint. Clamabat latro de cruce. Domine memento mei dum ueneris in regnum tuum. Ergo ne per supplicium ille uadit in regnū: Quis indicauit tibi qñ oportebat pati christū: & sic intrare ī gloriā suā: Tu quoq; centurio eum unde nosti: uidens qđ sic clamās expirasset. Verè, inqt, hic hō fili⁹ dei erat. Mira res, & omni ammiratiōe digna. Poptercа rogo uos intuemini & uidete quàm occulta sit fides: quàm limceos oculos habeat diligentius cōsiderate. Cognoscit dei filium lactentem: cognoscit in ligno pēdentē: cognoscit morientē. Siquidem latro in patibulo: Magi in stabulo cognoscunt. Ille clauis infixum: isti pannis inuolutum. Centurio uerò uitā agnouit in morte. Isti dei uirtutē in teneri corporis infirmate: ille summum spiritum in expiratione: isti dei uerbum in infantia cognouere. Siquidem quicquid illi sermonibus: isti muneribus confitentur. Latro regem: centurio dei filium, simul & hominem pronunciat. Et hæc tria ipsa Magorū munera indicāt: nisi q̄ thure nō tā dei filiū mōstraue re quàm deū. Obsecramus ergo charissimi prosit uobis tā ta charitas quàm uobis deus maiestatis exhibuit: tanta humilitas quam suscepit: tanta benignitas, quæ uobis per christi humilitatem apparuit. Agamus gratias redemptori & mediatori nostro per quem nobis immotuit tam bona erga nos uoluntas dei patris. Siquidem talem iam nouimus eius animum: ut non immerito dicamus. Sic curramus, non quasi in incertum. Profecto enim tale est erga nos cor dei patris, quale nobis expressit: qui de eius corde processit.

Ioan. 18.

Vbi supra

Luc. 23.

Matt. 26.

Psal. 8.

1. Cori. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Item in Epiphania dñi. Sermo. III.

NEcessariū nobis uidet fratres: iuxta cæterarū solennitatū cōsuetudinē etiam solēnitatis hodiernæ uobis exponere rationē. Interdū cm̄ contra uicia loquimur: & genus illud sermonis perutile: sed dieb9 cæteris uidet opportunius cōuenire. Festiuis aūt & maxime in p̄cipuis solēnitatib9 magis circa ea quæ solēnitatis sunt immorandū uidet: ut pariter & erudiatur animus & excitet affectus. Quomō enim celebrabitis qđ nescitis: aut quomō scietis nisi annuncietur uobis? Propterea non sit molestū his qui sunt in lege periti, si parum doctis morem gerimus ut exigit ratio charitatis. Credo enim ne ipsos quidem suis æpulis esse fraudandos: si minus eruditis tanquā popularibus turbis grossiores prius apposuerint cibos. Ita uero apponent: si fraternæ charitatis intuitu placuerint eis quæ necessaria sunt non satis intelligentibus: & si fortasse sibi minus necessaria uideātur. Sic autem fragmenta postmodum recolligent sibīpsis: si diligentius recogitātes subtiliora quæq; tanquàm munda animalia ruminauerint: q̄ parum intelligibiles animos præ subtilitate effugerint. Solēnitas igitur hodiernæ diei ab apparitione nomen accepit. Epiphania quidem apparitio est. Hodie ergo apparitio dñi celebrat: nō tātū una, sed trina sicut à patribus nostris accepimus. Hodie enim paruulus rex noster paucis à natiuitate diebus transactis stella declarante primitiis gentium apparuit. Hodie quoq; cū iam triginta fermè in dispensatiōe carnis egisset annos: qui fm diuinitatem idē ipse est: & anni eius non deficiunt: inter populares turbas absconditus ad iordanem baptizandus aduenit: sed testimonio dei patris innotuit. Hodie nihilominus cum discipulis suis uocatus ad nuptias, deficiente uino, signo admirabili suæ potētiæ aquas in uinum mutauit. Sed delectat eam q̄ in infantia saluatoris facta est apparitionem & diligentius intueri: quoniam & dulcissima est: & specialius hodie noscitur celebrari. Hodie ergo sicut audiuimus in euangelica lectione magi hierosolymā uenerunt ab oriēte. Merito sanè ab oriente ueniunt qui solis iustitiæ nouum nobis ortū annūciāt qui lætis rumoribus totum mundū illuminat. Nisi q̄ infelix iudæa quia lucem oderat ad fulgorem nouæ claritatis obtenebratur: & caligātes oculi eius coruscante radio solis æterni multomagis excæcātur. Venientes ergo ab oriente Magi: quid dixerint audiamus. Vbi est qui nat9 est rex iudæorū: Quàm certa fides: & nihil penitus hæsitans. Nō quærunt utrum natus sit: sed fiducialter loquuntur: & interrogant sine dubitatiōe: ubi sit qui natus est rex iudæorum. Porrò audito nomine regis & herodes successorē suspicatus expauit. Nimirum si turbatur herodes: sed q̄ hierusalem (ciuitas dei quæ uisio pacis est) cum herode turbatur quis non miretur? Videte fratres quantum noceat iniqua potestas quomō caput impium subiectos quoq; suæ conformat impietati. Misera planè ciuitas in qua regnat herodes quoniā herodianæ sine dubio ptidifferent malitiæ: & ad nouæ salutis hortū herodiana monebitur turbatione. Confido ego in dño: qm̄ inter nos minime regnabit: etiam si adesse contingat: qđ & ipm deus auertat. Nam herodiana malitia & babylonica crudelitas est nascentem uelle extinguere religionem: & allidere paruulos israelis. Si quid enim ad salutem pertinens: si quid religionis oritur: quicunq; resistit: quicunq; repugnat: planè cū ægyptiis puulos israelitici germinis necare conatur: imo cum herode nascentem persequitur saluatorem. Sed iam inchoatā prosequamur historiam. Credo si quis conscius est huius rei studiosius sibi cauebit de cætero, & herodianum execrabitur aīm: ne similem exitum sortiatur. Ergo q̄rētibus magis regē iudæorum: & scisciante à scribis herode dñicæ natiuitatis locū: illi iuxta pphetam, nomē ciuitatis edicunt. Cūq; recessissent Magi & reliquissent iudæos. Ecce stella quā uiderāt in oriente antecedebat eos. Hinc manifeste datur intelligi: qm̄ humanum flagitantes consiliū diuinū amisere ducatū: & conuersos ad terrenum

Matth. 2.

Textus.

documentum: signū cæleste deseruit. Vnde & relicto herode: continuo gauisi sunt gaudio magno ualde. Stella enim antecedebat eos: usq; dum ueniens staret ubi puer erat. Et intrātes domum inuenerunt puerū cū maria mre eius: & procidentes adorauerunt eum. Vnde uobis hoc ò alienigenæ. Neq; em̄ tantā inuenimus fidē in israel. Sic uos nō offendit uilis habitatio stabuli: non pauperies cunæ p̄sepis. Nō uos pauperis mris p̄tia: nō lactētis infantia scādalizat. Deniq; aptis thesauris suis, ait, euangelista: obtulerūt ei mūera aurū, thus, & myrrhā. Si solū obtulissent aurū uideri fortasse poterāt pauptati mris uoluisse cōsulere: ut hīret nimirū unde paruulū posset filium educare. Nūc aūt offerētes pariter aurum, thus, & myrrhā: sine dubio spūalis oblatiōis gen9 insinuāt. Aurū em̄ inter diuitias seculi uidet excellere: qđ per eius gratiam oēs nos deuote obtulimus saluatori: cum pro eius nomine ex integro derelinquimus substantiam huius mundi. Iam uerò necesse est ut qui perfecte terrena cōtempsimus: flagrāti desiderio cælestia requiramus. Sic enim offerimus & thuris odoramētum: quo nimirum ut in apocalipsi beati Ioānis legis, significantur orationes sanctorum. Vñ & ppheta in psalmo. Dirigat, inquit, oratio mea: sicut incensum in conspectu tuo. Sic & in alio loco legis: quia oratio iusti cælos penetrat. Oratio inquā: nō cuiuslibet, sed iusti. Nā qui auertit aurē suam ne audiat legem: oratio eius erit execrabilis. Porrò si iustus esse uoluerīs & non auertere aurem tuā à mādatis dñi ne auertat & ipse suā à precibus tuis: necesse est ut nō solum p̄ns seculū cōtēnas: sed & ipam carnem castiges & subiicias seruituti. Nam qui dixit. Nisi quis abrenunciauerit omnibus quæ possidet: nō pōt meus esse discipulus. Et alibi, si uis esse perfectus uade & uende oia q̄ habes & da pauperibus & ueni sequere me. Idem ipse in alio loco ait. Qui uult uenire post me abneget semetipm & tollat crucem suā & sequatur me. Quod exponens apostolus. Quicūq; ingt, sunt christi: carnem suā crucifixerūt cū uitiis & cōcupiscentiis. Duas igitur alas habeat oratio nostra: contemptum mundi & afflictionem carnis: nec dubiū quin cælos penetret: & dirigatur sicut incēsum in cōspectu dei. Erit enim gratū sacrificiū & acceptabilis oblatio nostra: in qua cum auro & thure fuerit etiā & myrrha: quæ licet amara sit tñ perutilis est: & cōseruat corpus qđ mortuū est propter peccatū: ne defluens in uitium putrefiat. Hæc breuiter pro imitāda magorum oblatiōe sint dicta. Cæterū qm̄ apparitionem hanc esse diximus: qd in ea appareat dignum est ut quæramus. Vtiq; fm uerba apli. Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri dei. Ecce em̄ in euangelica lectione audiuimus: qm̄ intrantes domum Magi inuenerūt puerum cum Maria matre eius In infantili corpore quod uirgineo mater fouebat in gremio: quid nisi ueritas susceptæ carnis apparuit? Quid in eo q̄ cum matre paruulus inuenitur: nisi uerus homo & uerus hominis filius declaratur? Iam uerò & in sc̄a apparitione uide: si nō manifeste uocis paternæ testimonio dei filius approbatur. Cæli nanq; aperti sunt super eum: & descendit spūssanctus corporali specie sicut columba in illū: & uox patris audita est. Hic est filius me9 dilectus in quo mihi bene complacui. Satis equidem manifestum est ex hoc ipso satis cuidens & indubitabile: quoniam dei filium necesse est deū esse, nā & filios hoim hoies: & ipsorum quoq; aialiū fœtus ex eodem cū eis genere esse nēo est q dubitet. Veruntamen ut nullus sacrilego errori remaneat locus q in prima apparitione uerus homo & filius hominis est declaratus: & in secunda uerus nihilominus dei filius: in tertia iam uerus deus & auctor naturæ probatur: ad cuius nutum natura mutatur. Nos ergo dilectissimi: christum ie sum diligamus ut uerum hoiem & fratē nostrū: honoremus ut dei filium: adoremus ut deum. Secure credamus in eum: secure credamus ei nosipsos fratres mei: cui nec potestas deest saluandi nos, cū sit uerus deus & dei filius: nec bona uolūtas cum sit tanquā unus ex nobis uerus homo & hois filius. Quomodo nāq; nobis erit inexorabilis propter

Matth. 1.

Apoc. 5.

Psal. 140

Eccle. 35.

Luc. 14.

Mat. 19.

Matt. 16.

Gala. 5.

Titum. 3.

de Mat. 3.

propter quos factus est similis nobis passibilis: Iã si desideratis sup his apparitionibus aliqd ad ædificationẽ morũ audire: illud attendite q primo oĩm christus appareat puer cũ uirgine matre: ut simplicitatẽ & uerecundiã ante oĩa ꝯrẽdã nobis doceat esse. Nã & pueris simplicitas naturalis: & cognata uirginibus uerecũdia est. Oĩbꝰ ergo nobis in cõuersiõis nostræ initio nulla magis uirtus necessaria est quàm simplicitas humilis: & grauitas uerecũda. In secũda uerò apparitiõe uenit saluator ad aquas baptismi: non quidẽ lauandus: sed magis à patre testimonium acceпturus. Hæ sũt lachrymæ deuotiõis: in qbus nõ indulgẽtia pctõrũ, sed bñplacitũ ꝯritur dei pris: cũ descẽdit ĩ nos spũs adoptiõis filiorũ: testimoniũ phibens spũi nostro q sumus filij dei: ut mellifluã nobis uocẽ de cælo uideamur audire: ga uerè deꝰ pater ĩ nobis cõplaceat sibi: nec parũ distat inter has lachrymas deuotiõis & ætatis utiq; iã uirilis: atq; eas quas primeua ætas inter infantiæ uagitꝰ emisit: lachrymas utiq; pœnitẽtiæ & cõfessiõis. Verũtamẽ longè amplꝰ utrisq; pcellũt aliæ ꝯdã lachrymæ qbꝰ & infunditur sapor uini. Illas enim lachrymas uerè in uinum mutari dixerim: quæ fraternæ compassiõis affectu in feruore prodeunt charitatis: pro qua etiam ad horam tuipsi ꝰ immemor esse sobria quadam ebrietate uideris.

De circumcisione baptismo & uerbo dñi ad Ioannem. Sic decet nos implere omnem iustitiam. Sermo IIII. Qui legitur in octaua epiphaniæ.

OPulo duræ ceruicis cultellus erat necessariꝰ: & lapideis cordibꝰ merito cultri lapidei debebãtur: qualibꝰ à iesu naue facta circumcisio memorat. Noster aũt iesus tanquã agnꝰ mãsuetus oẽm auiteritatem abstulit. Dñe agnus es cum lana & lacte ueniens: auser à me obsecro cultellũ istũ. Durũ em̃ uidet & crudele, paruulo recenter nato cultrum lapideum adhibere. Sic agit misericors. Duritiã cordis congruã seruis: filius cõmutauit ĩ mãsuetudinẽ: ut rubiginẽ origialis pcti quã uix cultellꝰ eradere poterat: ex hoc iã cũ unctiõe gratiæ facile lauet aqua. Nihil ergo mirũ si p diuersitate temporũ mutata sint sacramẽta: ut darẽt utriq; qd congruũ erat eis. Ipe uerò christus utrumq; suscepit ut tãquã lapis angularis utriq; pareti cohæreret: ac si duarũ capita corrigiarũ cõstuẽdo cõnecteret: sicut & pascha figuratũ ipe cõpleuit: & uerũ ptinꝰ inchoauit. Sed & ꝓpterea uoluit circumcidi: ut ostẽderet auctorem se esse ueteris legis sicut &
Ioan. 3. euangelij: qm̃ q p seipm̃ ait. Nisi qs renatus fuerit ex aqua & spũsctõ &c. Ipse idẽ p seruũ suũ priꝰ dixerat. Oĩs aia cuius pputiũ caro circumcisa non fuerit: peribit de pplo suo. Quòd si solũ baptisma suscepisset uideri poterat refugisse circũcisionẽ: tãquã nihil ad se pertinentẽ. Si uerò circũcideret & nõ baptizaret quõ mihi psuaderi posset baptizari, circũcisione relicta? Nũc itaq; post circũcisionẽ baptisma suscipiẽs illud mihi tenendũ tradidit: qd ultimo suscepit. Denisq; cõitatis amator & cõmẽdator q habitare facit uniꝰ moris ĩ domo: quõ cõitatẽ desereret & alios scãdalizaret: Sic em̃ scãdalizarẽt uidẽtes eũ nõ circũcidi: sicut hodie scãdalizaret ecclia si infantẽ uideret nõ baptizari. Nec solũ cõitatis & unitatis bonũ cõmendare sed humilitatẽ uoluit exhibere: ut ligaturã uulneratorũ suscipet, q solus
Galat. 4. erat absq; uulnere. Hinc em̃ apls dicit. Misit deus filiũ suũ in mũdũ natũ ex muliere, factũ sub lege. Verũ ne qs fortè diceret: ꝙ circũcisus est: parẽtes fecerũt: paruulꝰ em̃ erat: tã triginta annorum ad baptismũ ipe perrexit. Inclinatur sub baptistæ manibꝰ caput tremẽdũ potestatibꝰ principatibus adorãdum. Quid mirũ si baptista cõtremuit? Quis uel ipsa cogitatione nõ contremiscat? O quàm altũ erit iudicio caput qd mõ inclinat: & uertex q mõ tã hũilis uide-
Matth. 2. ret: quàm' sublimis & excelsus tũc apparebit? Sine, inqt, mõ: sic em̃ decet nos implere oĩm iustitiã. Sigdẽ qui ĩ plenitudine tpis uenit & in quo habitat plenitudo dei unitatis: nihil nouit nisi plenũ. Nã legẽ nõ uenit soluere sed implere. Est autem iustitia ꝯdã stricta & angusta ualde: ita ut quãcito pedẽ uerteris in peccati foueã cadas: nec præponere se æquali nec æquare præposito. Huius diffinitio est reddere unicuiq; quod suum est. Altera latior & amplior iustitia: nec æquale se pari: nec inferiori ꝓponere. Sicut eĩ grãdis & grauis est superbia ꝓferre se æquali aut æquare prælato: ita magnæ humilitatis est inferiorem se exhibere æquali: aut æqualẽ inferiori. Maxima & plena iustitia est se inferiorem exhibere etiã ipsi inferiori. Sicut enim summa & intolerabilis superbia est supiori se ꝓponere: ita inferiori se subdere summa & plena iustitia est. Quod ioannes ait: ego à te debeo baptizari: de prima fuit ga superiori se subdidit: qd autem christus fecit de plena iustitia fecit: si quidem ille seruuli sui manibus se inclinauit. Videat autẽ nunc qsq; quẽ imitetur: hunc an eum q extollit sup oẽ qd creditur deus aut colitur. Studeamus & nos obsecro fratres adimplere oẽm iustitiã. Ipsa em̃ est uia per quã ad lætitiã uenit. Nã lætitia præmiũ est: iustitia uerò meritum & materia. Nã de ipsa iustitia erit lætitia nostra: qñ christus apparebit uita nostra: & nos apparebimus cũ ipso in gloria: qñ ipse est qui facꝰ est nobis à deo patre iustitia. Beati uerò qui etiã nũc de iustitia lætantur & exhilarantur in cõscientijs suis: sugẽtes mel de petra: oleumq; de saxo durissimo. Nunc autẽ uidet laboriosa iustitia: sed ueniet qñ in suauitate & iocũditate sine oĩ labore desideretur & habeatur: amet & pcipiat, qñ fruemur ipa iustitia. Ve autem his q prætergrediunt uiã: q relicta iustitia: uanã & transitoriam lætitiam quærunt. Cũ enim de transitorijs ꝯrũt lætitiã: non poterit nõ trãsire transeuntibus his de qbus erat. Sicut em̃ lignis deficientibus deficit ignis: sic mũdus trãsit & cõcupiscẽtia eius: haud dubium quin & letitia quoq;.

Dñica prima post octauã epiphaniæ de miraculo facto in nuptijs: & de eo quod dñs ait, Et uos similes hominibus expectantibus &c. Sermo I.

IN lectiõe sancti euangelij fratres hodie audiuimus; ga dñs noster iuit ad nuptias. Faciamus ergo qd alibi monet: & studeamus similes fieri hoibus expectãtibus dñm suũ qñ reuertatur à nuptijs. Nã tenẽti carrucam in agro & uendẽti aliqd uel emẽti in foro: nõ dicit qd expectas: neq; em̃ illes sunt expectantibꝰ. Ei uerò quẽ uidemus stare ante ianuam, pulsare crebrius, sæpius suspicere ad fenestras: nihil mirum si dicitur qd expectas: Illi ergo sunt illes expectãtibus: qui non surda aure audierũt. Vacate & uidete qm̃ ego sum deus. Psal. 45.
Veniet dñs expectãtibus eũ in ueritate: qualis erat qui dicit. Expectans expectaui dñm, Veniet tanquã reuertens à Psal. 39.
nuptijs inebriatus uino charitatis: & immemor iniqtatũ nostrarum. Veniet non expectantibus tanquã reuertens à nuptijs: tanquã potens crapulatus à uino. Verè ebriꝰ & immemor miserationũ suarũ. Tũc em̃ quãtũ ad illos obliuiscetur misereri deus. Veniet in ira & indignatiõe tãquã furibundus: sed ô dñe ne ĩ furore tuo arguas me. Hæc nõ non tam de præsentibus nuptijs quàm pro earũ occasiõe sint dicta. Iam uerò sequamur unà cum discipulis ad nuptias euntem dñm: ut uidẽtes qd facturus est pariter credamus cum illis. Deficiente uino dixit mater iesu ad eum. Textus.
Vinũ non habent. Cõpassa est em̃ eorũ uerecundiæ: sicut misericors sicut benignissima. Quid de fonte pietatis procederet nisi pietas? Quid inquã mirum si pietatem exhibent uiscera pietatis? Nonne qui pomum in manu sua tenuerit dimidia die: reliqua diei parte pomi seruabit odorem? Quantum igitur uiscera illa uirtus pietatis affecit: in quibus nouẽ mensibus requieuit? Nã & ante mentẽ replenit quàm uẽtrem, & cũ pcessit ex utero: ab aĩo nõ recessit. Durior fortasse & austerior uideri posset rñsio dñi: sed nouerat ille cui loqueretur: & quis loqueretur illa non ignorabat. Denisq; ut scias quomõ rñsum ipsum acceperit: aut quantum de filij benignitate præsumpserit: ait ministris.
Quæcũq; ꝓcepit uobis seruate & facite. Erãt aũt ibi lapi- Textus.
deæ hydriæ sex positæ. Has nũc hydrias purificãdis ueteris iudæis: nõ litera sed spiritu necesse habem̃ apponere, uel magis appositas demonstrare, Quia enim nõdum peruenit ecclesia ad perfectã purificationem: quando eam sibi

Universidad de Deusto
Biblioteca

christus exhibebit gloriosam nō habentē maculā neq; rugā aut aliqd hmōi: multis interim purificationibus opus habet quatenus sicut abundant peccata abūdet indulgentia: sicut multiplicat miseria: sic & misericordia: nisi q non sicut delictum: ita & donū. Gratia eñ non solū peccata luat sed & merita donat. Sex igit hydriæ sunt positæ his q post baptismum in peccata labuntur: de his enim loquimur: quia de his sumus. Exuimus tunicā ueterem, sed heu peius reinduimus eam. Lauimus pedes nros: sed peius inquinauimus eos. Sicut ergo qd' alius inquinauerat lauit alius: sic inquinatos a nobis: lauari opus est & à nobis. Aliena lauit aqua: quos culpa inquinauerat aliena. Nec tamen sic alienā dixerim ut negē nostrā: alioquin nec inquinaret. Sed aliena est: quia in adā omnes nescientes peccauimus, nostra: quia & si in alio, nos tñ peccauimus: & nobis iusto dei iudicio imputabatur licet occulto. Verumtamen ut iam non sit qd' causeris ō hō: cōtra inobedientiā Adæ datur tibi obedientia christi: ut si gratis uenundat⁹ es, gratis & redimaris. Si nescies in Adam peristi: nesciēs uiuificeris in christo. Nescisti quādo ad lignum uetitum uetus Adam tetēdit manus noxias: nescisti nihilominus q̄ñ in ligno salutifero innoxias manus christus extendit. A primo hoīe in te manauit macula qua inquinatus es: à christi latere aqua qua mundatus es. Nunc iā inquinatus ppria culpa: ppria nihilominus aqua mūdaberis: ab illo tñ & p illū: q solus est purgationē faciens pctōrū. Prima ergo hydria & pria purgatio in compunctione est de qua
Ezech. 8. legimus: q̄ñ inquacūq; hora ingemuerit pctōr oīm iniqtatū ei⁹ nō recordabor. Scd'a ucrò confessio est. Oīa siqdē in cōfessiōe lauant. Tertia eleemosynarū largitio. Hic eñ
Luc. 11. habes in euāgelio. Date eleemosynā: & ecce oīa mūda sūt uobis. Quarta remissio iniuriarū: sm q orātes dicim⁹. Di
Vbi supra mitte nobis debita nra: sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quinta est afflictio corporis: unde & oramus ut mundi per abstinētiam deo canamus gloriam. Sexta
Ioan. 10. est obedientia præceptorum sicut audierunt discipuli: qd' utinam audire mereamur & nos. Vos mūdi estis propter
Ioan. 8. sermonem quem locutus sum uobis. Nimirum quia non erant sicut hi quibus dicit. Sermo meus non capit in uobis: sed in auditu uerbi obaudierāt ei. Hæ sunt sex hydriæ positæ i purificationē nostram: quæ uacuæ sunt & plenæ uento: si pro inani gloria obseruantur. Aqua replentur si timere dei custodiantur: q: ñ timor dñi fons uitæ: aqua, inquam, timor dñi est & si minus sapida: sed optime refrigerans animā noxijs desiderijs æstuantem. Aqua est quæ iaculā inimici ignita possit extinguere. Nam nec illud dissonat q̄ aqua semper ima petit: & timor ad ima cogitationē deducit & in inferioribus immoratur: atq; loca horrē-
Esai 38. da pauida mente collustrat, iuxta illud. Vadam ad portas inferi. Sed diuina uirtute aqua mutat in uinū, q̄ñ perfecta charitas foras mittit timorem. Dicuntur autem lapideæ hydriæ: nō tā ppter duriciā quàm stabilitatem. Capiētes singulæ metretas binas uel ternas. Duæ metretæ duplex timor: ne fortè trudi in gehennam: ne fortè ab æterna uita contingat excludi. Sed quia de cōtingente futuro sunt ista & blandiri pōt sibi aīa dicens: postquā aliquandiu in uoluptatibus tuis uixeris ages pœnitētiā: nec ista iam cariturus nec perituru⁹ in illa: bonū est adhibere & tertiū: qui utiq; spiritualibus notus est, eo utilior quo de præsenti est. Timent enim qui nouerunt spūalē cibū: ne q̄ñ fortè fraudent eo. Cibo si quidē forti egent: qui manum miserūt ad fortia. Viuant de paleis ægypti: qui deseruiūt in operibus luti & lateris: nobis fortior cibus est necessarius quoniam nobis grandis restat uia: ut ambulemus in fortitudine cibi illius. Ipse est panis angelorum: panis uiuus: pa-
Matt. 19. nis quotidianus. Hic est de quo nobis ꝓmissum est: quia centuplum accipiemus in hoc seculo. Sicut enim mercenarijs & quotidianus cibus datur in opere: & merces seruatur in fine: sic dñs uitā æternā in fine reddet: & interim centuplū repromittit & exhibet. Quid ergo mirum si timet ne perdat hāc gratiā: qui iā consecutus est eam? Hæc est metreta tertia: quam sub disiunctione signanter posuit eo q̄ non omnium sit: quia nec oībus cētuplum repromissum sed solis qui omnia reliquerunt.

De mutatione aquæ in uinum. Sermo. II. *unde supra.*

IN operibus dñi fratres & min⁹ capaces animos exterior cōsideratio pascit: & qui magis exercitatos habēt sensus solidiorem intus cibū inueniūt & suauiorem: tāquā adipem medullāq; frumēti. Sūt eñ & exteriori specie delectabilia: & interiori uirtute multo delectabiliora: quēadmodum & ipse exteri⁹ quidē speciosus erat forma præ filijs hoīm: interius autē tanquā cādor lucis æternæ: etiā ipsis supeminēs multibus angelo-
Nam. 1. rum. Apparebat enim foris hō sine culpa: caro sine pecca-
to: agn⁹ sine macula. Q; speciosi pedes annunciantis pacē
amūciātis bōa: sed multo speciosi⁹ & p̄ciosi⁹ caput ei⁹ q̄ñ
caput christi deus. Delectabilis aspectus hoīs in quē pctm
Matth. 5. nō cadit: & btī oculi qui uiderūt sed multo magis btī mū-
do corde: q̄ñ ipsi deū uidebūt. Deniq; cū puerisset ad mu-
Ioan. 6. cleū: testā iam (licet decora ualde) non reputabat apls di-
cēs. Et si cognouimus aliq̄n christū sm carnē: sed nūc iam
nō nouimus. Nimirū qa dñs ipse p̄dixerat: caro nō ꝓdest
quicquā: spūs est qui uiuificat. Sed hæc est sapia quā log-
1. Cori. 2. tur Paulus inter pfectos: nō inter eos quib⁹ legim⁹ ab eo
dē dictū. Nihil arbitrat⁹ sum me scire inter uos nisi iesum
christū & hunc crucifixū. Totus suauis est: totus salubris
est: totus delectabilis: totus deniq; sm spōsæ uocē desiderabilis. Sicut aūt in eo ostēsum est: sic & in operibus eius
repies. Nā & supficies ipsa tāquā à foris cōsiderata decora est ualde, & si quis fregerit nucē intus inueniet qd' iocū
dius sit: & multo amplius delectabile. Nō sic apud patres
ueteris testamenti repies. Nā & in operib⁹ eorū decora &
delectabilis est significatio mystica: ipsa tñ si p se considerē
tur inuenientur aliquādo min⁹ digna: ut sunt facta Iacob:
adulteriū Dauid: & multa similia. Preciosa quidē sunt fer-
cula: sed uasa nō adeo p̄ciosa. Et fortasse propterea dictū
est: tenebrosa aqua i nubibus aeris: q̄ñ tenebrosæ nubes
illæ fuerūt: & subiunctū est de domino: præ fulgore in cō-
spectu eius nubes trāsierūt. Credo iā aduertistis ad quid
hæc dicere uelim. Audistis eñ hodie miraculū factū in nu-
ptijs: initiū utiq; signorū dñi: cuius & historia satis est am
mirabilis: & significatio ampli⁹ delectabilis. Magnū enim
diuinæ maiestatis indiciū fuit: ad nutū dñi, aquā in uinū
cōuerti: sed est illa multa melior mutatio dexteræ excelsi:
quā in ista p̄figurauit. Oēs eñ nos ad spūales nuptias uocati sumus: in quibus utiq; spōsus est christ⁹ dñs. Vñ cani-
Psal. 18. mus in psalmo. Et ipse tanquā spōsus ꝓcedēs de thalamo
suo. Sponsa uerò nosipsi sumus: si nō uobis uidef incredibile, & oēs simul una spōsa: & aīe singulorū quasi singulæ
spōsæ. Sed q̄ñ hoc sentire poterit fragilitas nra de deo suo
q̄ eo affectu se diligat quo diligit spōsa à spōso? Multum
eñ hæc spōsa spōso suo inferior gñe: inferior specie: inferior dignitate. Attñ ppter æthiopissam istam de lōgiquo
fili⁹ æterni regis aduenit: & ut sibi despōsa ret illā: ēt mori
p̄ea non timuit. Moyses quidem æthiopissam duxit uxorem: sed non potuit æthiopissæ mutare colorem: christus
uerò quā adamauit ignobilem adhuc & fœdā: gloriosam
sibi exhibebit ecclesiam nō habētē maculam neq; rugam.
Murmuret Aaron murmuret & maria: nōnoua sed uet⁹:
non mater dñi, sed soror moysi. Nō nra inquā maria: illa
eñ solicita est si quid fortè deest in nuptijs. Vos autem ut
dignum est murmurantibus sacerdotibus, murmurante
synagoga: toto affectu in gratiarū actione uersamini. Vnde eñ tibi ô humana aīa: unde tibi hoc? Vnde tibi tam in
æstimabilis gloria: ut eius spōsa merearis esse in quem desiderant angeli ipsi prospicere? Vnde tibi hoc ut ipse sit
sponsus tuus cuius pulchritudinem sol & luna mirantur:
ad cuius nutum uniuersa mutantur? Quid retribues domino pro oībus q̄ retribuit tibi: ut sis socia mēsæ: socia regni: socia denique thalami: ut introducat te rex in cubiculum suū? Vide iam qd de deo tuo sentias: uide quantū de
deo præsumas. Vide quibus brachijs uicariæ charitatis

reamandus

reamandus & ampleẽdus sit: qui tanti te æstimauit: imo qui tanti te fecit? De latere eiñ suo te reformauit: qñ ppter te obdormiuit in cruce: & ob hoc somnũ mortis excepit. Propter te a deo patre exiuit & matrẽ synagogã reliquit: ut adhærens ei unus cũ eo spũs efficiaris. Et tu ergo audi filia & uide & cõsidera quanta sit erga te dignatio dei tui: & obliuiscere populũ tuũ & domũ patris tui. Desere carnales affectus: seculares mores dedisce: à prioribus uitijs abstine: cõsuetudines noxias obliuiscere. Quid enim putas: nónne stat angelus dñi q secet te nr̃ediã: si fortè quod auertat ipse alterũ admiseris amatorem? Iã eiñ desponsata es illi: iã nuptiarũ prandium celebr̃atur: nã cœna quidẽ in cælo & in aula æterna paratur. Ve uinũ nũquid ibi uinũ deficiet? Absit. Inebriabimur ibi ab ubertate domus dei: & torrẽte uoluptatis eius potabimur. Paratũ est pfectio ibi- ps. 45.
lis nuptijs flumẽ uini: uini in quã qd lætificat cor. Siquidẽ fluminis impetus lætificat ciuitatẽ dei. Nũc aũt qñ grandis nobis restat uia: prãdiũ quidẽ accipimus hic, & si non in tanta copia: q plenitudo & satietas cœnæ reseruet æternæ. Hic ergo nõnũq ã uinũ deficit, gra scilicet deuotionis: & feruor charitatis. Quoties mihi necesse est fratres post lachrymosas ẽrimonias uestras exorare matrẽ miæ: ut suggerat suo benignissimo filio: qñ uinũ nõ habeatis. Et ipsa dico uobis charissimi si pie à nobis pulsata fuerit nõ deerit necessitati nr̃æ qñ misericors est: & mater miæ. Nã si cõpassa est uerecũdiæ illorũ à qbus fuerat muitata: multomagis cõpatiet nobis: si pie fuerit inuocata. Placẽt eiñ illi nuptiæ nr̃æ: & ptinẽt ad eã multo amplius illius: mimirũ de cuius utero tãquã è thalamo suo cælestis sponsus processit. Sed quẽ nõ moueat qd in nuptijs illis rñdit dñs
Nota. benignissimæ ac sctissimæ matri suæ dicens. Quid mihi &
Textus. tibi est mulier? Quid tibi & illi dñe? Nónne q filio & matri? Quid ad illã ptines ẽris cũ tu sis bñdictus fructus uentris ei? immaculatæ? Nónne ipsa est ẽ saluo pudore concepit: & sine corruptione te peperit? Nónne ipa est in cuius utero nouem mensibus moratus es: cuius uirgineis uberibus lactatus es: cũ qua iã duodecim annorũ factus de hierusalẽ descendisti: & eras subditus illi? Nunc ergo dñe qd molestus es illi dicens: quid mihi & tibi? Multũ per omnẽ modũ. Sed manifeste iã uideo q nõ uelut indignãs aut cõfundere uolẽs uirginis mr̃is tenerã uerecũdiã dixeris qd mihi & tibi: cũ uenientibus ad te iuxta matris præceptum ministris: mihil cũctatus facias qd illa suggessit. Vt qd ergo fratres: ut qd sic rñdeat prius? Vtiq; ppter nos: ut cõuersos ad dñm iã nõ solicitet carnaliũ cura parentũ: & ne cessitudines illæ nõ impediant exercitiũ spũale. Quãdiu eiñ de mũdo sumus debitores nos cõstat esse parentibus. At postquã reliquimus nosmetipsos: multomagis ab eorũ solicitudine liberi sumus. Vñ & legimus fratrẽ quendã in heremo cõuersantẽ: cũ ad eũ carnalis frater auxilij gratia aduentasset respondisse ut adiret alterũ fratrem eorũ: cũ ille utiq; iam obijsset. Cũq; admiratus q uenerat rñderet: quia ille obijt: heremita se q; q similiter obijsse rñdit. Optime ergo nos docuit dñs ne soliciti sim? sup ppings carnis nostræ plus quàm religio postulet: qñ ipse matri & tali matri respondit: quid mihi & tibi est mulier? Sic & in alio loco cũ suggereret ei quidã: qñ foris staret cũ fratribus dñi quæreus ei loqui respondit. Quæ est mater mea:
Mar 3. & q sunt fratres mei? Vbi mõ sunt q tã carnali & manifeste
Textus. super carnalibus propinquis suis solent esse soliciti: ac si adhuc uiuerẽt & ipsi cum eis? Sed uideamus iam qd sequitur. Erant, ait euãgelista, hydriæ sex positæ fm purificatiõnẽ iudæorũ. Vel ex hoc potes manifestius aduertere non plenitudinẽ sed pparationẽ nuptiarũ esse: ubi nimirũ ad huc opus est purificatione. Desponsationis ergo nuptiæ istæ sunt: non copulationis. Absit eiñ illis in nuptijs fore uasa purificationis: qñ gloriosam sibi christus ecclesiam exhibebit non habentem maculam neq; rugã: aut aliquid hmõi. Vbi autem non erit macula quæ purificatio erit necessaria? Nunc utiq; lauãdi tempus est: nũc purificationẽ patet esse necessariã: qñ nemo mundus à sorde: nec infans cuius est uni? diei uita sup terrã. Nunc abluit sponsa nũc purificat: ut in cælestib? illis nuptijs sponso suo sine oi macula præsentet. Quæramus ergo hydrias sex: in qbus hæc ablutio iudæorũ: id est cõfitentiũ purificatio fiat. Nã si di- 1. Ioã. 1.
xerimus ga pctũ nõ habemus nos ipsos seducimus: & ueritas in nobis nõ est: que sola liberat, sola saluat, sola lauat. Qd si confiteamur pcta nostra: nõ deerũt ueris iudæis purificationis hydriæ: qñ fidelis est deus qui dimittat nobis pcta: & emundet nos ab omni iniquitate. Ego quidẽ sex hydrias sex obseruantias arbitror esse: quas ad purificanda confitentium corda sancti patres instituere: & oẽs illas, ni fallor, hic poterimus inuenire. Prima siquidẽ hydria cõtinẽtia est castitatis qua diluit quicqd ante luxuria inquinauit. Sed a uerò iesuiũ est: ut qd maculauerat crapula nũc abstinentia mundet. Per segnitiẽ quoq; & ociositatẽ q inimica est aiæ: multas cõtraximus sordes contra dei sententiã: In sudore uultus alieni nõ nostri pane uescentes: pro- Gen. 3.
pter hoc q; q; tertia hydria nobis apponit: ut sordes illæ in labore manuũ diluant. Sic & p somnolẽtiã cæteraq; noctiũ & tenebrarũ opera multa deliquim? ideò q; q; quarta hydria uigiliarũ obseruantia ponit: ut nocte surgentes ad confitendũ dño: non bonas noctes præteriti tpis redimamus. Iã uerò de lingua quis nesciat quã multũ inquinauerit nos per uaniloquia & mendacia: per detractiones & adulationes: p uerba malitiæ & uerba iactantiæ. Pro his oib? necessaria est hydria quta silentiũ. s. custos religionis: & in quo est fortitudo nostra. Sexta quoq; hydria disciplina est: quæ non nostro arbitrio sed alieno uiuimus: ut deleat quicquid indisciplinate uiuendo deliquimus. Lapidea sunt hæc: dura sunt: sed necesse habemus in his lauari: nisi fortè uoluerimus propter fœditates nostras à domino accipere libellum repudij. Attamen in eo quod dicuntur lapideæ nõ solum duritia: sed multo melius soliditas potest intelligi: quoniam nõ lauant hæc: nisi firma stabilitate permanserint. Ait ergo dñs ad ministros. Implete hydrias Textus.
aqua. Quid sibi istud uult dñe? Ministri solliciti sunt de uini penuria: & tu dicis, implete hydrias aquæ? Illi de poculis cogitant: & tu pcipis ut uasa purificatiõis ipleant? Sic Gen. 29.
omnino sic suspiranti Iacob ad Rachelis amplexus: Lya à patre supponit. Nobis fratres qui ministri sumus & serui uestri per christũ nobis pcipit implere hydrias aqua: quoties deest uinũ. Ac si dicat. Illi deuotionem desiderant uinũ requirũt: feruorẽ flagitant: sed nondũ uenit hora mea: implete hydrias aqua. Quæ est enim aqua sapientiæ salutaris: & si non adeo suauis: nisi fons uitæ & initium sapientiæ timor dñi? Dicit ergo ministris. Incutite metũ & spũ timoris non tã uasa quàm corda replete: ga ut ad charitatẽ pueniãt initiandi sunt timore: ut dicant & ipsi. A timore tuo concepimus dñe & parturiuimus spiñ salutis. Sed quõ implebunt hydriæ? Prædixerat eiñ euãgelista: capiẽtes singulæ metretas binas uel ternas. Quæ sunt duæ metretæ: quæue tertiæ? Vtiq; duplex timor cõmunis & not? omnibus: ac terti? qdem minus cõmunis: & minus not?: Prim? eiñ timor est ne cruciemur i gehẽna. Sed a ne excluſià uisione dei priuemur tã inæstimabili glia. Terti? replet animã oi solicitudine timidã: ne fortè deseratà gra. Et quidem oĩs timor dñi sicut aqua extinguit ignẽ sic extinguit pcti cõcupiscentiã: sed his maxime cũ ad oẽm tẽtationem statim occurrit ne fortè cõtingat amittere gratiam: ut sibi derelict? homo labat quotidie de malo in peius: de periculo minori in grauiorẽ culpã: quales utiq; multos uidemus cũ in sordib? sint sordescẽtes adhuc. Nã aduersus timorẽ istũ non est unde sibi blãdiat aia: siue de mĩori fortè quãtitate pctĩ: siue de emẽdatiõe futura. Talib? eiñ blãdimentis impediuntur aliquatenus duo prima genera timoris. Præcepit ergo nobis dominus ut hac aqua hydrias impleamus. Sunt eiñ aliq̃ uacuæ & plenæ uento: si quis tamẽ adeo insanus est: ut in eo per uanitatis studium illæ quas prædiximus obseruantiæ mercede perpetua uacuentur: ut sunt fatuæ uirgines in quarũ uasis oleũ non habetur. Interdum autem quod peius est plenæ quidẽ sunt sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

plenæ ueneno: qđ est inuidia: murmur: rācor animi: & detrāctio. Propterea ne fortè subintrēt ista dū unū deest: iubemur implere hydrias aqua ut obseruent mādata dñi in timore: q̄ tunc mutat in unū cū timor expellit à charitate & implent oia feruore spūs & iocunda deuotione.

In conuersione sancti pauli. Quomodo ad exemplum eius debemus conuerti. Sermo. I.

Merito quidē dilectissimi cōuersio doctoris gentiū ab uniuersitate gentiū festiuis gaudijs hodie celebrat. Multos enim ab hac radice ramos prodisse uidemus. Cōuersus paulus: cōuersionis miniſter factus est uniuerso mūdo. Et multos quidem olim in carne adhuc: sed nō iam fm carnē ambulās prædicatiōis officio conuertit ad deū: nūc quoq; in ipso felicius uiuens & apud ipm ne adhuc qdem cessat ab hoim cōuersione: dico aūt exēplo: oratione: doctrina. Propterea denīq; conuersionis eius memoria frequentat: q̄p & ipsa quoq; memorantibus utilis inueniat. In hac em memoria & peccator spem ueniæ concipit & ꝓuocat ad pœnitētiā: & q iā pœnitet pfecte: cōuersionis accipit formā. Quis desperet ultra ꝓ magnitudine cuiuslibet criminis: q̄nqdē saulū audiat adhuc spīrātē minarū & cedis in discipulos dñi, subito factū uas electionis: Quis dicat ingratis pondere pressus, assurgere iā ad studia meliora nō ualeo: q̄n ī ipo itinere quo sanguinē sitiēs christianū dirū toto pectore uirus effiabat: pſecutor crudelissimus in fidelissimū repente mutatus est p̄dicatorē: Magnifice siquidē in hac una cōuersione & miæ magnitudo & efficacia gratiæ cōmēdat. Subito, ait lucas: circūfulsit eū lux de cælo. O uerè inæstimabilis diuinæ dignatio pietatis. Illustrat cælesti fulgore uel à foris: intus adhuc luminis icapacē. Qui necdū infundi poterat: diuina saltem circumfundit claritate. Et uox facta est Lucis & uocis testimonia credibilia facta sunt nimis: nec dubitare est de ueritate quæ sese ingerit per utraq; oculorum scilicet auriumq; fenestras. Sic nimirū sic in iordane quoq; supra caput domini & colūba apparuit, & uox sonuit: sic & in monte quādo transfiguratus est corā discipulis & claritas uisa est: & uox nihilominus patris audita.

Luce. 9.

Textus. Saule saule: quid me persequeris: Verè deprehēsus est saulus non est dissimulandi locus: non est facultas ulla negandi. In manibus sunt epistolæ crudelissimæ legationis: auctoritatis execrandæ: potestatis iniquæ. Quid me pſequeris inquit: An non persequebat xp̄m: qui christi membra trucidabat in terris: Aut uerò pſecuti sunt christū q sacratissimū illud corpus crucis affixere patibulo: & non persequebat eū: qui aduersus corp⁹ eius qđ est ecclesia (est em corpus eius etiā ipsa) odio furebat iniquo: Denīq; si proprīū sanguinē dedit in preciū redēptionis aiarum nō tibi uidet grauiorē ab eo sustinere pſecutionē qui suggestiōe maligna: exemplo pnicioso: scandali occasione: auertit ab eo animas quas redemit: quàm à iudæo qui sanguinē illū fudit: Agnoscite dilectissimi & expauescite cōsortia eorū qui salutē impediūt aiarū. Horrendū penitus sacrilegium qđ & ipsorum uidet excedere facinus: qui dño maiestatis manus sacrilegas iniecerūt. Videbat iā cessasse pſecutiōis tp̄s: sed ut palā factū est: nunquā deest pſecutio christiano sed neq; christo. Et nūc qđ grauius est: ipsi christū persequūtur q ab eo utiq; christiani dicunt. Amici tui de⁹ & ꝓximi aduersum te appropinquauerūt & steterūt. Cōiurat se uidet contra te uniuersitas populi xp̄iani à minimo usq; ad maximum: à plāta pedis usq; ad uerticem nō est sanitas ulla: egressa est iniqtas à seniorib⁹ iudicibus uicarijs tuis qui uident regere populū tuū: non est iā dicere, ut ppls sic sacerdos: q̄a nec sic popul⁹ ut sacerdos. Heu heu dñe de⁹: quia ipsi sunt in persecutione tua primi q uident in ecclesia tua primatū diligere: gerere principatum. Arcem sion occupauerūt: apprehenderunt munitiones: & uniuersam deinceps libere & ptātiue tradunt incendio ciuitatem. Misera eorum conuersatio: plebis tuæ miserabilis subuersio est. Atq; utinam sola hac parte nocerent. Esset fortè qui dñica præmonitus & p̄munitus exhortatione daret operam: ipsorū nō exēpla imitari, sed obseruare p̄cepta: iuxta illud. Quæ dicūt facite: & ad opera eorū nolite respicere. *Mat. 24* Nunc aūt dati sunt sacri gradus in occasionē turpis lucri & quæstū æstimauit pietatē. Copiosissimæ siquidē pietatis inueniunt in suscipienda imo accipiēda magis animarū cura: sed hæc apud eos cura minor & de animarū salute nouissima cogitatio est. An uerò saluatori aiarum grauior ulla esse poterat pſecutio? Inique agūt & cæteri contra christū: multiq; sunt nostris tēporibus antichristi. Merito tñ & crudeliorē eā cēset pſecutionē pro acceptis bñfīcijs: & grauiorē sentit pro ptāte quā ꝓprijs sustinet à ministris: licet alīq; quoq; multi contra proximorū salutē multipharie multisq; modis & uarijs occasionibus agere uideātur. Hæc uidet christus & silet: hæc saluator patitur & dissimulat. Propterea dissimulemus nos quoq; necesse est: & sileamus interim maximeq; de p̄latis nostris magr̄is ecclesiarū. Sic nimirū sic placet & ipsis ut euadāt nūc humana iudicia: ueniatq; semel iudiciū graue his q præsunt & potētes patiant tormēta potenter. Vereor dilectissimi ne qs fortè sit & in nobis dñi persecutor: qa manifesta docuit ratio: impedire salutē, esse pſequi saluatorē. Quas ego de salute aiæ meæ fratri illi gr̄as agere possum: q mihi propinat detractiōis fraternæ uenenū? *Roma.* Merito detractores deo odibiles describunt: tanquā pſecutores. Quid & is q exēplo suo ad remissius agendū cæteros ꝓuocat: aut singularitate turbat: aut ingetat curiositate: aut impatientia sua & murmuratione molestat: aut quocūq; mō cōtristat spīm dei q in eis est: scādalizās unū de minimis istis credētib⁹ in eū? Nonne & hic manifeste pſequit̄ xp̄m? Vt ergo pſecutorū & nomē & crimē longe sit semp à nobis: obsecro uos dilectissimi benignos semp & mites exhibeam⁹ nos inuicē supportātes in oi patiētia: & ad id qđ meli⁹ & perfectius est alterutrū ꝓuocantes. Quis eū sufficere sibi putat non pſequi dñm: sed nec obsequi dño: Quā habiturus est gratiā si ut nō resistit: sic nec assistit quidē? Denīq; si quis adeo pusillanimis est ut satis sibi reputet nec persecutorē esse nec coadiutorē dei: audiat qd ipse loquat. Qui nō est *Mat. 12.* mecū cōtra me est: & q nō colligit mecū dispergit. Saule *Textus.* saule qd me persequeris? Et ille. Quis es dñe? Hinc ꝓfecto dat intelligi: qa uerè circūfusa erat illi claritas non infusa. Audiebat paulus uocē dñi: sed faciem dñi nō uidebat: qm̄ erudiebat ad fidē: & ut ipse postea docuit fides ex auditu est. Quis es? inqt. Ignotū em persequebat: & ideo consecutus est misericordiā qa ignorās in incredulitate hoc fecit. Discite ex hoc fratres iustū iudicē deū: non mō qd fiat: sed & quo animo fiat considerate: & cauete deinceps ne quis parua reputet: quālibet parua scienter delinquere comunicat. Nemo dicat in corde suo: leuia sunt ista: nō curo corrigere nō est magnū si i his manebā uenialib⁹ minimisq; peccatis. Hæc est em dilectissimi i pœnitētia: Hæc blasphemia in spm̄ sctm: blasphemia irremissibilis. Paul⁹ qdē blasphemus fuit sed nō in spm̄ sctū: qa ignorans fecit incredulitate. Nō in spm̄ sctm̄ blasphemās: iō cōsecut⁹ est miam. Quis es *Textus.* dñe? Et dñs ad eū. Ego sum Iesus nazarenus quē tu persequeris. Ego sum saluator: quē tu pſequēdo peris. Ego sum de quo tu in lege tua legis prædictū qđ nescis implerī: qa nazaren⁹ uocabit. Et ille. Dñe quid me uis facere? Hæc pla- *Mat. 2.* nè fratres perfectæ conuersionis est forma. Paratū, inquit, *Textus.* cor meū deus: paratum cor meū. Paratus sum & non sum turbat⁹: ut custodiam mādata tua. Dñe qd me uis facere? *ps. 56. ps. 118.* O uerbum breue sed plenum: sed uiuum: sed efficax: sed dignū oī acceptiōe. Quàm pauci iueniunt in hac pfectæ obedientiæ forma: qui suā ita abiecerint uoluntatē: ut ne ipsum quidem cor proprīū habeant: ut non quid ipsi: sed qd dominus uelit oī hora requirāt dicentes sine intermissione. Dñe quid me uis facere? Et illud Samuelis: Loquere do- *1. Reg. 3.* mine: quia audit seruus tuus. Heu plures habemus euangelici illi⁹ cæci: quàm noui apostoli imitatores. Quid uis, *Mat. 10.* ait dñs ad cæcū illū, ut faciā tibi? Quāta est miseratio tua dñe: quanta dignatio tua? Siccine dñs seruī quærit ut faciat uoluntatē? Verè cæcus ille: quia non cōsiderauit: non expauit:

expauit:nō exclamauit. Absit hoc dñe:tu magis dic quid me facere uelis. Sicem decet:sic oīno dignū est:non mea à te:sed à me tua quæri & fieri uolūtatē. Videtis fratres: qa uerè necessaria erat hoc in loco cōuersio: Sic profectō: sic multorū usq; hodie pusillanimitas & puersitas exigit:ut ab eis ōri oporteat qd uis ut faciā tibi:nō ipi quærāt:dñe qd me uis facere. Cōsiderare necesse habet minister & uicarius xpi:qd sibi p̄cipi uelint:nō ipsi cōsiderāt q̄ uolūtas sit præceptoris. Nō est obedientia corū plena:nō ī oib⁹;parati sunt obsequi:nō per oia sequi ppositū eū:qui non suā sed patris uenit facere uolūtatē. Discernunt & diiudicant eligētes in quibus obediāt imperāti:imo in quibus præceptorē sibi ipsorū obedire necesse sit uolūtati. Hmōi itaq; & si tolerari se uideāt & cōdescēdi ac morē geri infirmitati suæ pficiāt obsecro:pudeatq; semp paruulos inuitri:ne q̄ fortè audiāt quid debui uobis facere & non feci:& abutētibus patiētia & benignitate p̄lati:fiat tandem multitudo exhibitæ miserationis:cumul⁹ iustæ dānationis. Dñe qd me uis facere? Et dñs ad illū. Surge & ingredere ciuitatē:ibi dicetur tibi quid te oporteat facere. Ō sapiētia suauiter uerè unisersa disponēs. Eum cui tu loqueris erudiendū de uolūtate tua mittis ad hoīem:ut socialis uitæ cōmendet utilitas:& edoct⁹ per hoīem discat & ipse fm datā sibi gratiam hoibus subuenire. Ingredere ciuitatem. Videtis fratres nō sine diuino consilio factum esse ut hanc ciuitatem dñi uirtutū ingrederemini:diuinā discere uolūtatē? Planè qui te salubriter terruit & cōuertit cor tuum ad desiderandā uolūtatē suam:ipse tibi dixit:surge & ingredere ciuitatē. Sed audi quàm manifeste in his quæ sequūtur,uoluntaria simplicitas & christiana cōmendat mansuetudo. Apertis oculis nihil uidebat:ad manus aūt trahebatur ab his qui comitabantur eum. Felix cæcitas: qua male quondā illuminati in p̄uaricatione tandē in cōuersione oculi salubriter excæcantur. Sanè q̄ triduo paulus sine cibo manet persistens in oratione:ad eos maxime pertinet q nouiter seculo abrenunciantes necdū in cælesti cōsolatiōe respirāt. Sustineāt ergo & ipsi dñm in oī patiētia:orēt sine intermissiōe: q̄rentes,petentes,pulsantes: qa exaudiet eos pater cælestis ī tpe opportuno. Nō obliuiscet eorū ī finē:ueniet & nō tardabit. Si triduo sustinuerīs eū nō habens qd' manduces:confide quia miserator & misericors dñs iciunū te nō dimittet. Exinde iubetur ananiæ manus imponere saulo:sed tāquā bene eruditus non cōtinuo acquiescit. Vide eī si nō etiā paul⁹ ipse doctrinā hanc deinde tradidit discipulo. Nemini inquiens cito manus imponas. Vidit, ait dñs, utrum imponētē sibi manus ut uisum recipiat. Fratres,paulus hoc cū uidisset:nō cōtinuo illuminatus est. Numquid nō expectauit ananiæ manū:quia uenturū eum fortè in somnis præuidit? Hæc dico charissimi:quia uereor ne qs fortè sit inter uos qui solo sese somnio p̄sumat illuminatū esse:nec iā æquanimiter patiatur ad manū trahi:sed ductorē sese ,p̄fiteat aliorum. Cui eī necdū administrationis cura iniuncta est:cui necdum credita dispēsatio:cui necdū p̄ceptū ut uideat & ,uideat his q apertos oculos babētes nihil uidēt qd hoc p̄sumere tentat:nisi quia meditat imania & quasi somnia uana secta tur? Caueam⁹ ab hoc uitio fratres semper quod in nobis est:abiecti eligamus esse & ad manus trahi, mansuetudinē & humilitatem discentes à christo domino: cui est honor & gloria in secula seculorum. Amen.

Textus.

1. Thim.5

Sermo secundus. unde supra.

Mat.18.

COnuersus est hodie paulus:imo saulus conuersus:uersus est in paulū. Siquidē fact⁹ est tanquā euangelicus ille paruulus de quo dñs ait. Nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut paruulus iste:nō intrabitis in regnū cælorū. Fortè eī seipsum dicebat. Nimirū ipse magnus dñs & laudabilis nimis:ipe paruulus qui dat⁹ est nobis. Nec tñ magn⁹ interim sed paruulus exhibet ut seip̄m faciat gratū & efficax necessariæ paritatis exēplū. Ad paruulū ergo sit cōuersio tua:ut discas paruulus esse,tu quoq; cū cōuerteris paruulus fias. Enim uero audi quàm euidēter ip̄m tibi in quo cōstituit formā conuersionis paruulum manifestat signanter ea quæ sunt paruuli in seip̄o imitanda proponēs. Discite à me,inquit, quia mitis sum & humilis corde. Gemina paruitas:humilitas & mansuetudo. Et illa interior:ista exterior paruitas: utraq; tamen non parua uirtus est. Nempe quàm paruul⁹ ille tā magnus unicū magisteriū ,p̄fitet. Hodie ergo cōuersus est paulus:hodie desit esse saulus. Hodie factus est humilis & mitis corde. Probat oris cōfessio cordis humiliationē:dum clamat. Dñe quid me uis facere? Magis aūt p̄bat ipsa collatæ gratiæ magnitudo:quæ nimirū tam multa nisi multū humili data non fuit. Cæterum mansuetudo q̄n exterior quædā(ut diximus) paruitas & ob hoc manifestior est:tripliciter nobis in conuersione hac cōmendat. Triplici quidē uelut ariete mansuetudo nostra pulsat:uerborū iniurijs:dānis rerū:corporis læsione. In his tribus, ois exhibitio patiētiæ:ois exercitatio mānsuetudinis. Probata est illa uirtus:quā nihil horū uidet cōcutere potuisse. Considerare libet quēadmodum paulus sup his omnibus in ipsa statim sua conuersione tentatus,uerè iam paulus inuentus sit:in hac parte uerè mitis & patiens. Saule saule quid me persequeris? Durum est tibi contra stimulum calcitrare. Durum equidē uerbū:uerbū increpatorīū plenum cōminatione. Sanè qd' ad corpus ptinuit concussus est & prostratus in terrā. An uerò & dāno quoq; probat⁹ est? Et ualde. Siquidem ipsum ei lumen ademptū est oculorum & apertis,ut scriptū est,oculis nihil uidebat. Experta est in his tribus & exercitata patiētia Iob:quem in hac uirtute opinatissimum deus exēplar dedit. Sed uestræ hoc industriæ relinquimus uestigandum. Sufficit nos monere formam ueræ conuersionis magna ex parte in hac mansuetudine constitutam:ut pudeat eos qui conuersi esse debuerant uel in corporum læsione uel in damno rerum uel q̄ magis indignum est in uerborum iniurijs inueniri peruersos penitus & auersos.

Act.9.

Act.9.

In purificatione beatæ mariæ de triplici misericordia.

Sermo primus.

ps.47

ODie templi dominū,in templū dñi uirgo mater inducit:Ioseph quoq; sistit domino nō suū sed eius filium dilectum:in quo ei bene complacuit. Agnoscit iustus quem expectabat: anna quoq; uidua confitetur. Ab his quatuor primo hodierna processio celebrata est:quæ postmodum exultatione uniuersæ terræ in omni loco & ab omni gente celebraretur. Nec sanè mirū si tunc parua fuit:q̄nquidē paru⁹ erat q suscipiebat. Nullum ibi locū p̄cor habuit:oēs iusti:oēs sci:oēs fuere perfecti. Sed nunquid hos tñ saluabis dñe? Crescat corpus crescat & miseratio. Hoies & iumēta saluabis dñe:cū multiplicaueris misericordiā tuā de⁹. In sc̄a iam ,processione præcunt turbæ:turbæ sequunt,nec uirgo portat sed asellus. Neminē itaq; dedignat:nec ipsos q computruerūt tanquā iumenta in stercore suo. Non dedignat in quā,sed si apostolica uestimēta nō desint:si doctrina eorū: si morū iustitia:si obediētia:si charitas cooperiat multitudinē peccatorū:ex hoc iā ,processionis suæ gloria nō cēsebit indignos. Magis uerò & ipam q̄ tā paucis collata uidet: nobis quoq; ab ipso iuenire est reseruatā. Quidni reseruaret posteris quā & prærogauit ātiqs? Dauid rex & ,pheta exultauit ut uideret diē istū:& uidit & gauisus est. Alioq; si nō uiderat:unde psallebat? Suscepimus, inquit, deus p̄s. 47 miam tuā ī medio tēpli tui. Suscepit hāc miam dñi dauid: suscepit Symeō. Suscepim⁹ & nos:& qcūq; sunt p̄dinati ad uitā. Siqdē xp̄s heri & hodie & in æternū. In medio eī tēpli mia est nō in angulo aut diuersorio:qa nō est acceptio psonarū apud deū. In cōi posita est:offert oībus:& nemo illius expers nisi q renuit. Diriuant aquæ tuæ foras dñe deus:nihilomin⁹ tñ fons tuus tibi ,prius est:& non bibit alien⁹ ex eo. Qui tuus est,non uidebit mortē donec uiderit christū domini:ut securus dimittat in pace. Quid ni dimittatur in pace:q christū dñi habet in pectore? Ipse eī est pax nostra:q per fidē habitat in cordibus nostris.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tu quō hinc exíbis aīa míſera q̄ ducē itineris Ieſum ígnoras: Ignorātiā eīm dei quidā hñt. Vñ hoc: Nempe qa lux
Ioan.1. uenit in mundū: & dilexerūt hoīes magis tenebras quàm lucē. Et lux, inqt, in tenebris lucet: & tenebræ eā nō cōprehēderūt. Ac ſi dicat. Et in plateis dirīuanť aquæ & alienō bibit ex eis. Et mīa in medio templi eſt, nec tñ accedūt quos manet æterna dānatio. Medíō urm ſtat ō miſerī quē uos neſcitis: ut moriētes añquā uideritis chriſtū dñi non in pace dimittamini: ſed potius rapiamini à rugientibus
ps.45. ps.35. pparatis ad eſcā. Suſcepimꝰ deus mīam tuā in medio templi tui. Longe eſt hæc gratarū actio à uoce illa gemētis. Domine in cælo mīa tua: & ueritas tua uſq; ad nubes. Quid eſt: Videť ne tibi in medio fuiſſe mīa: cū apud ſolos cælígenas ſpūs haberetur: At ubi ſanè minoratus eſt xps paulominus ab angelis: factusq; eſt dei & hoīm mediator: ac uelut lapis angularis pacificauit p ſanguinem ſuū quæ in cælis ſunt & quæ ſuper terrā: ex hoc planè iam ſuſcepimꝰ deus miſericordiā tuā in medio templi tui. Eramus eīm & nos natura filij iræ: ſed conſecuti ſumus mīam. Cuius iræ filij: & quā miſericordiā cōſecutí? Nempe filij ignorantiæ ignauiæ captiuitatis: & cōſecuti ſumus ſapientiā, uirtutē, redēptionē. Ignorātia mulieris ſeductæ excæcauerat nos: mollicies uiri abſtracti & illecti à propria concupiſcentia
Luce.11. eneruauerat nos: malitia diaboli expoſitos iuſte à deo captiuauerat nos. D Sic ergo naſcimur uniuerſi: primū q dē uiæ ciuitatis habitaculi prorſus ignari deinde imbecilles & ignaui: ut & ſi nota nobis eēt uia uitæ, ppria tñ ppedíremur & detíneremur inertia: poſtremo captiui ſub peſſimo crudeliſſimoq; tyrāno: ut licet prudētes eſſemus atq; robuſti: ipſa tñ miſeræ ſeruitutis oprímeremur cōditiōe. Numqd nō mīa & miſeratione multa opus habet tāta miſeria? Aut certè ſi iā ſaluí ſumus ab hac tríplici ira p chriſtū q factus eſt nobis ſapia à deo patre & iuſtitia & ſanctificatio & redemptio: quanta nobis uigilantia opus eſt dilectiſſimi: ne fortè qd' abſit inueniantur noſtra nouiſſima peiora prioribus: ſi denuo contingat irā incendere: utpote q nō natura iā ſed ppria uoluntate filij iræ ſumus? Amplectamur itaq; mīam quā in medio tēplí ſuſcepimꝰ: & cū
1.Corī.3. beata anima non dimouēamur à tēplo. Templū eīm dei ſanctū eſt: qd' eſtis uos: ait apoſtolus. Prope eſt hæc mīa: prope eſt uerbū in ore ueſtro: & in corde ueſtro. Deniq; in cordíbꝰ ueſtris per fidē habitat xps. Hoc templū eius, & hæc ſedes eius niſi fortè excidit uobis: qñ aīa iuſti ſedes ſapiētiæ eſt. Qd' ergo frequēter imo & ſemp ammonere cupio fratres meos: obſecro & nūc ambulemꝰ nō ſm carnem in carne: ne diſplicēamus deo. Nō ſimus amici huius ſeculi: ne dei conſtituamur inimici. Reſiſtamus ergo diabolo & fugiet à nobis: ut libere iam ambulemus in ſpū: & in cor-
Sap.9. de ſit cōuerſatio noſtra. Siquidem corpus qd' corrumpit aggrauat & eneruat & effœmínat aīam: & terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantē deprimit: ut ad cæleſtia non
1. Corī.3. aſſurgat. Vndæ & ſapientia huius mūdi ſtultitia eſt apud deū: & à maligno qui ſuperat: ei & ſeruus addicit. Porrò in corde ſuſcipitur mīa: in corde habitat chriſtꝰ: in corde loquitur pacē in plebē ſuā: & ſuper ſanctos ſuos & in eos qui conuertuntur ad cor.

De ordine & modo pceſſionis. Sermo ſecundus, unde ſupra.

GRatias redēptori noſtro qui tā copioſe præuenit nos in bñdictionibus dulcedinis: ſacramentis infantiæ ſuæ gaudia noſtra multiplicās. Celebratis ſiquidē pauloante natiuitate, circuncíſione, & apparitione eius: feſtus hodie nobis oblationis eius dies illuxit. Hodie nanq; ſiſtitur creatori terræ fructus ſublimis: hodie placabilis & deo placēs hoſtiā uirgíneis manibus offertur in templo: portatur à parentibus, à ſenibꝰ expectat. Offerūt Ioſeph & maria ſacrificiū laudis: ſacrificiū matutinum, ſymeon & anna ſuſcipiunt. C Ab his quatuor celebrata proceſſio eſt quæ p quatuor orbis climata ſolemnibus hodie gaudiis ad memoriā reuocatur. Quia ergo feſtiuā hodie & noſipſi pter cæterarū cōſuetudinē ſolēnitatū acturi ſumꝰ pceſſionē: nō inutile arbitror

modū ipſius & ordinē diligentiꝰ intueri. Proceſſuri ſumꝰ bini & bini candelas habentes in manibus: ipſas quoq; ſuccēſas: nec quolibet igne: ſed qui prius in eccleſia ſacerdotali bñdictione fuerit cōſecratus. Ad hæc futuri ſunt in pceſſione nra nouiſſimi primi: & primi nouiſſimi & cātabimus in uīs dñi: qñ magna eſt gloria dñi. D Merito ſanè bini & bini pcedimꝰ: ſic eīm ob cōmēdationē fraternæ charitatis & ſocialis uitæ miſſos à ſaluatore diſcipulos euāgelia ſacra teſtanť. Turbat pceſſionē ſi qs ſolitariꝰ incedere curat: nec ſibi ſoli nocet: ſed etiā cæteris eſt moleſtus. Hi ſunt q ſegregāt ſemetipſos aīales ſpīm nō habētes: nec ſolíciti ſeruare unitatē ſpūs in uīculo pacis. Iā uerò ſicut nō eſt bonū eſſe hoīem ſolum; ſic in cōſpectu dñi uacuū apparere eſt phibitū. Cū eīm arguanť ocioſitatis ipſi quoq; quos nemo cōduxit, q iā cōducti ſunt ſi ocioſi inuēti fuerint qd merenť? Fides qppe ſine operibꝰ mortua eſt. Iaco.2.
Ipſa deniq; opa noſtra in feruore agēda ſunt & in deſiderío cordis ut ſint lucernæ ardētes in manibꝰ noſtrís. Alio quin timēdū eſt ne fortè tepidos nos cuomere incípiat: q in euāgelio loquiť dicēs. Ignē ueni mittere in terrā: & qd Luce.11.
uolo niſi ut ardeat? Hic planè facer & bñdictus eſt ignis quē pater ſanctificauit & miſit in mundū: & cui bñdicitur in eccl'ſis ſicut ſcriptū eſt. In eccl'ſis bñdicite deo dño. Habet eīm etiā aduerſarioꝰ noſter utpote puerſus diuinorum operū æmulator: habet inquā ignē ſuū & ipſe: ignē cōcupiſcentiæ carnalis: ignē inuidiæ & ambitionis: quē ſaluator in nobis nō accendere ſed extinguere uenit. Deniq; ſi qs alienū hūc ignē i diuino offerre pſumpſerit ſacrificio: etiā ſi patrē habeat Aaron moriet in iniquitate ſua. Porrò ſuper hæc q̄ de ſocialí uita & fraterna dilectione, de bonis operibꝰ & feruore ſancto dicta ſunt: humilitatis uirtꝰ maxima maxímeq; neceſſaría eſt ut honore pueniamꝰ inuicē nec mō priores ſed & ipſos iuniores ſibi qſq; pponat quæ nimirū hūilitatis pfectio eſt & iuſtitiæ plenitudo. Et qñ hilarē datorē diligit deus & fructus charitatis eſt gaudiū in ſpūſctō: cātemꝰ ut dictū eſt i uīs dñi: qñ magna eſt gl'ia dñi. Cātemꝰ dño cāticū nouū: qa mirabília fecit. In quibꝰ oibus ſi qs forſitā pficere diſſimulat & pficiſci de uirtute in uirtate: nouerit qſqs hmōi eſt in ſtatiōe nō in pceſſiōe ſe eſſe: imo uerò & in regreſſiōe: qñ i uia uitæ nō progredí: regredí eſt: cū nihil adhuc i eodē ſtatu pmaneat. Porrò pfectꝰ nī in eo cōſiſtit, ut ſæpiꝰ me dixiſſe memíni, ut nūquā arbitremur nos appḥendiſſe: ſed ſemp extēdamur ad anteriora inceſſanter conemur in meliꝰ: ut imperfectū noſtrum diuinæ miſericordiæ obtutibꝰ iugiter exponamꝰ.

Item in purificatione de puero, maria, & Ioſeph.

Sermo tertius.

VRificationē beatæ marīæ uirginis hodie celebramus: quæ ſm legem moyſi facta eſt tranſactis à natiuitate dñi quadraginta diebus. C Luce.11.
In lege eīm ſcriptum erat: ut mulier quæ ſuſceptō ſemine peperiſſet filiū: immunda eſſet ſeptē diebus & octauo die circumcideret puer: dehinc ablutioni & purificationi intenta abſtineret ab ingreſſu tēplí triginta tribꝰ diebus: qbus expletis offerret filiū dño cū muneribꝰ. Sed qs nō aduertat in ipſo ſententiæ huius initio: liberam matrē dñi ab hoc pceptor: Putas eīm qa dicturus Moyſes mulierē quæ peperiſſet filiū immūdā eſſe: nō timuerit ſup matre dñi blaſphemiæ crimē incurrere: & idcirco pmiſerit ſuſcepto ſemine? Alioquin niſi paritura præuidiſſet ſine ſemíne uirginē: quæ neceſſitas erat de ſuſcepto ſemine fieri mētionē? Patet itaq; q lex iſta matrē dñi nō includit que nō ſuſcepto ſemīe filiū peperit ſicut p dictū erat per Hieremiā. Quia nouū faceret dñs ſup terrā. Quæris qd' nouū? Hiere.31.
Mulier, inquit, circūdabit uirū. Nō ab altero uiro uirū ſuſcipiet: nō humana lege cōcipiet hominē: ſed intra uiſcera intacta & integra uirum claudet: ita ſanè ut intrante & exeunte dño iuxta aliū ppheta: Porta orientalis clauſa iugiter perſeueret. Putas ergo non poterat mouerí animus eius & dicere: quid mihi opus purificatione? Cur abſtineam ab ingreſſu templi: cuius uterus neſciens uirum: Hie.44.

templum

templū factus est spūssctīe Cur nō ingrediar tēplū ō pepe-
rī dñm tēplīe Nihil in hoc cōceptu nihil in partu impurū
fuit: nihil illicitū: nihil purgandū: nimirū eū, ples ista fons
puritatis sit & purgationē uenerit facere delictorū. Quid
in me legalis purificet obseruatio: q̄ purissima facta sum
ipso partu immaculata: Verè ô beata uirgo: uerè non ha-
bes causam nec tibi opus est purificatione. Sed nūqd filio
tuo opus erat circūcisione: Esto inter mulieres tāquā una
earū: nā & filius tu⁹ sic est in numero puerorū. Circuncidi
uoluit: & nō multomagis uelit offerrīe Offer filiū tuū uir-
go sacrata: & bñdictū fructū uentris tui, dño repræsenta.
Offer ad nostrā oīm recōciliationē hostiā sanctā: deo pla-
centē. Oīno acceptabit deus pater oblationē nouā & pre-
Matth. 3. ciosissimā hostiā: de qua ipse ait. Hic est filiꝰ meus dilectus
in quo mihi bene cōplacui. Sed oblatio ista fratres satis de-
licata uidet: ubi tm̄ sistitur dño: redimit auibus: & ilico re-
portat. Veniet qñ nō in tēplo offeret: nec inter brachia sy-
meonis: sed extra ciuitatē inter brachia crucis. Veniet qñ
non redimet alieno: sed alios redimet sanguine proprio:
quia redēptionē eū misit deus pater pplo suo. Illud erit sa
crificiū uespertinū: istud est matutinū. Istud quidē iocun-
dius: sed illud pleni⁹. Istud enī tēpore natiuitatis: illud iā
in plenitudine ætatis, de utroq; tm̄ potes accipere qđ pro
Esa. 53. phęta prædixit. Oblatus est qa ipse uoluit. Nā & mō obla-
tus est nō qa op⁹ habuit: nō quia sub legis edicto fuit: sed
qa uoluit: & in cruce nihilominus oblat⁹ est: nō quia me-
ruit: nō qa iudæus ꝓualuit: sed qa ipse uoluit. Voluntarie
sacrificabo tibi dñe: qa uolūtarie oblatus es pro mea salu-
te: nō pro tua necessitate. B Sed qd fratres nos offerim⁹:
aut qd retribuimus illi pro oībus q̄ retribuit nobis? Ille
pro nobis obtulit hostiā preciosiorē quā habuit: nimirū
qua p̄ciosior esse nō potuit. Et nos ergo faciamus qđ pos-
sumus: optimū qđ habemus offerētes illi qđ sumus utiq;
nosmetipsi. Ille seipsum obtulit, tu quis es q teipm offerre
cunctēris: Quis mihi tribuat ut oblationē meā dignetur
maiestas tanta susciperē: Duo minuta habeo dñe: corpus
& animā dico: utinā hæc tibi perfecte possim in sacrificiū
laudis offerre. Bonū enī mihi lōgeq; gloriosius atq; utili⁹
est ut tibi magis offerat: quàm deserar mihiipi. Nā ad me
ipsum anima mea cōturbatur: in te uerò exultabit spirit⁹
me⁹: si tibi ueraciter offerat. Fratres morituro dño iudæ⁹
Hiere. 18. & 33. mortuas hostias offerebat sed iā nunc. Viuo ego dicit do-
minus: nolo mortē peccatoris: sed magis ut cōuertatur et
uiuat. Nō uult dominus mortē meā: & non libēter offerā
illi uitā meā. Hæc est enī hostia placabilis: deo placens ho
stia: hostia uiua. Sed in oblatione illa dñi tres fuisse legun-
tur: & in oblatione nostra tria nihilominus à dño requi-
runtur. Fuit in oblatione illa Ioseph sponsus matris dñi:
cuius filius putabatur: fuit & ipsa uirgo mater: & puer Ie-
sus qui offerebatur. Sit ergo & in oblatione nostra constā
tia uirilis: sit continētia carnis: sit conscientia humilis. Sit
inquam in proposito perseuerandi animus uirilis: sit in cō
tinentia castitas uirginalis: sit in conscientia simplicitas &
humilitas puerilis. Amen.

In septuagesima. *Sermo I.*

Magna mihi consolatio est fratres mei in uerbo
Ioan. 18. illo dñi. Qui est ex deo uerba dei audit. Propter
ca enī nos libenter auditis: qa ex deo estis. Nec
Roma. 11. ignoro ꝙ alio in loco dicit scriptura. Ex ipso et
per ipsum & in ipso sunt oīa: sed multo aliter sunt ex eo q
Ioan. 1. ꝑm beati Ioannis euangeliū. Non ex uolūtate carnis nati
1. Ioā. 3. sunt: sed ex deo. Vnde & inuenies ab eodem Ioanne in epi
stola sua scriptum. Omnis qui natus est ex deo nō peccat:
sed generatio cælestis conseruat illum. Nō peccat, inquit,
id est non permanet in peccate: quia cōseruat illum, utiq;
ut perire nō possit ea quæ falli non potest generatio cæle
stis. Siue nō peccat, id est tantundē est ac si nō peccet: pro
eo scilicet ꝙ nō imputatur ei peccatum: generatio enī cæ-
lestis etiam in hac parte cōseruat illū. Sed generationem
istā quis enarrabit: Quis potest dicere ego de electis sum:
ego de prædestinatis ad uitā: ego de numero filiorū: Quis
hæc inquā dicere pōt: reclamāte nimirū scriptura. Nescit Eccl. 9.
homo si sit dignus amore an odio. Certitudinē utiq; non
habemus: sed spei fiducia consolatur nos: ne dubitationis
huius anxietate penit⁹ cruciemur. Propter hoc data sunt
signa quædā & indicia manifesta salutis: ut indubitabile
sit eū esse de numero electorū: in quo ea signa ꝑmanserint.
Propter hoc inquā quos p̄scīuit deus & p̄destinauit con-
formes fieri imaginis filiꝰ sui: ut qbus certitudinem negat
causa solicitudinis: uel fiducia p̄stet gra cōsolatiōis. Hoc
enī est unde semp solliciti & in timore & tremore humilie-
mur necesse est sub potēti manu dei: qm̄ quales sum⁹ nos
se possumus uel ex parte: quales aūt futuri sumus id nosse
penitus nobis impossibile est. Itaq; qui stat uideat ne ca-
dat: & in ea forma q̄ salutis indiciū est & argumentū p̄de-
stinationis: pseueret atq; ꝑficiat. Porrò inter ea q̄ fiducia
p̄stant & materia spei: unū illud maximū est de quo nunc
cœpim⁹ loqui. Qui de deo est uerba dei audit. Nōnullos
enī sic interdū audientes inuenies: ac si nihil oīno ad eos ꝑti-
neāt q̄ dicunt: nō intrare cor suū: nō discutere mores suos:
nō cogitare ne fortè qđ audiūt dictū sit ꝓpter eos. Magis
aūt si fortè sermo dei uiuus & efficax q suo & nō eius qui
loquit arbitrio fertur quocūq; uoluerit: si inquā manife-
ste aduersus uitia illa ꝓcesserit qbus sese illi sentiunt obli-
gatos: dissimulāt & auertūt oculos cordis: aut qualibet ad
inuētiōe palliāt uitia: & seducūt miseri semetipsos. In his
ergo salutis signa nō uideo: magis aūt uereor: ne fortè pro
pterea nō audiāt uerbū dei: qa non sunt ipsi ex deo. In uo-
bis fratres gratias deo uerè inuenio aures audiendi nimi-
rū cū in emēdatione ura sine mora appareat fruct⁹ uerbi:
sed etiā interloquendū fateor nonnūquā sentire mihi ui-
deor feruorē studiꝰ uestri. Etenī quāto abūdātius fugitis,
tāto ampli⁹ replet ubera mea dignatio spūssancti: & tanto
copiosius datur quod propinē uobis: quāto citi⁹ qđ pro
pinat hausistis. Propterea sæpius loquor nobis: etiā præ-
ter cōsuetudinē ordinis nostri: scio enī qs dixerit. Si qd su- Luce. 10.
pererogaueris: cū rediero reddā tibi. Initiū septuagesimæ
fratres hodie celebrat: cuius nomē in uniuersa ecclesia ce-
lebre satis habet. Iam uerò dico uobis charissimi: qa pluri
mū in hoc noīe cōpatior mihiipsi. Cōmouet enī intra me
spūs meus spirans nimirū ad patriā illā in qua nec nume-
rus est nec mēsura nec pōd⁹. Quādiu enī in pōdere & mē-
sura & numero uniuersa corpis & animæ bona recipio:
Quāti mercēnarij in domo patris mei abūdant panibus:
ego autē hic fame pereo. Nā de corporali cibo ad adā di-
ctū est & peruenit usq; ad me. In sudore uultus tui uesce- Gen. 3.
ris pane tuo. Sed & cū laborauero panis datur mihi in pō
dere: potus in mēsura: pulmēta in numero. Et de corpora
li quidem sic. Quid uerò de spūali? Vtiq; antequā comedā
suspiro: atq; utinā cū suspirauero & fleuero uel fragmen-
tum exiguū merear de cælesti cōuiuio: & tanquā catellus
edam de micis q̄ cadunt de mensa dnorū meorū. O hieru-
salem ciuitas regis magni qui te ex adipe frumenti satiat
& quàm fluminis impetus lætificat: in te nec pōdus utiq;
nec mensura: sed satietas est & affluentia summa. Sed nec
habes numerū quippe cui⁹ participatio eius in idipsum.
Ego uerò qui totus sum in uicissitudine & numero: quan
do ueniā ad uitā illam quam requiro? Qñ satiabor appa-
rente gloria tua dñe? Qñ inebriabor ab ubertate domus
tuæ & torrente uoluptatis tuæ qñ potabis me? Nunc enī
tam exigua sunt stillicidia stillātia super terrā: ut nec glu-
tire quidem possim saliuā meā. Sic oīno sic uerum est fra-
tres: qm̄ modo oīa dant in pōdere & mensura & numero:
sed ueniet dies quando oīa sunt cessatura. Nā de numero
qdē legimus. Qñ sapientiæ illius nō est numerus. Et alio Psal. 146.
in loco apud eundem prophetā. Delectationes in dextera Psalm. 15.
tua usq; in finē. Audi etiam apud apostolū pōdus sine pō- 2. Co. 4.
dere. Supra modum, inquit, in sublimitate æternum pon-
dus gloriæ. Audi pondus æternum: sed attende qa p̄misce-
rit supra modū. Sic & christū audio mensuram sine men-
sura ꝓmittentē. Mensurā, inquit, confertā & coagitatā & Luce. 6.
superefflluentē. Sed qñ uenient illa? Profecto in fine præ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sentis septuagesimæ: quod est tps captiuitatis nostræ. Sic eñ legimus q̃ captiuati à Babylonis filij israel terminum acceperunt annorũ septuaginta q̃bus transactis redierũt in sua: cum instauratum est templũ & ciuitas reædificata. At uerò captiuitas nr̃a fratres q̃n finiet: q̃ tot ãnis ab initio utiq; mundi ptendit: Q̃n liberabimur à seruitute ista: Q̃n restaurabit hierlm ciuitas sancta: Vtiq; completa hac septuagesima: q̃ ex denario & septenario cõstat: ppter decẽ mandata: q̃ accepim⁹: & septẽ ipedimẽta q̃bus à mãdatorũ obediẽtia retardamur. Primũ ei ipedimẽtũ nr̃m & occupatio grauis: est ipa necessitas hui⁹ miseri corpis. Qd̃ dũmõ somnũ: mõ cibũ: mõ uestẽ, cæteraq; similia querit: haud dubiũ qn frequẽter ipediat nos ab exercitio spũali. Scd'o loco impediũt nos uicia cordis: ut est leuitas: suspitio, impatientiæ aut inuidiæ mot⁹: laudis appetit⁹: & silia q̃ quotidie experimur in nobis. Tertiũ & quartũ ipedimẽtũ accipe, psperitatẽ hui⁹ seculi & aduersitatẽ. Sicut ei corpus qd̃ corrũpit aggrauat aiam: sic deprimit etiã terrena inhabitatio sensum multa cogitantẽ. Vtrinq; ergo caue à laqueo tẽtationis: & quere arma iustitiæ à dextris & à sinistris. Quintũ impedimentũ grauissimũ & periculosissimũ ignorantia nostra est. In multis eñ oĩno incertũ habemus qd agere debeamus: ita ut quid oremus sicut oportet nescíamus. Sextũ impedimentum est aduersarius noster: qui tanquàm leo rugiens circuit quærens quẽ deuoret. Atq; utinã in istis sex tribulationibus liberaremur: ut uel in septima nõ tãgeret nos malũ, nec apprehẽderet nos periculũ in falsis fratribus. Vtinã soli impugnarent nos malignì spũs cum suggestionibus suis: & nihil nocerẽt hoies pniciosis exemplis: persuasionibus importunis: sermonibus adulatiõis uel detractionis: atq; alĩs mille modis. Videtis certè quàm necessariũ sit ut aduersus hæc septẽ pericula q̃bus impedimur: septiformis spũssctĩ auxilio subleuemur. Pro his eñ septẽ quibus ab obseruantia decalogi retardamur: in luctu pnĩæ septuagesima præsens agit. Vnde & reticetur interim alleluya solemne: & humanæ trangressiõis historia miserabilis ab exordio recensetur.

De eo quod scriptum est. Immisit dominus soporem in adam
Sermo secundus. unde supra.

Genesis. 2 IMmisit dominus soporem in adã. Immisit & in seipsum factus nimirum secundus adam: sed est distantia fortè non parua. Ille enim soporatus uidetur præ excessu contemplationis christus miserationis affectu: ut in illũ soporem immiserit ueritas: in hũc charitas: cum utraq; sit dñs. Ait enim Ioannes euã-
Ioãnis. 4. gelista. Deus charitas est. Et ipse domin⁹. Ego sum uia ue-
Ioan. 14. ritas & uita. Sanè soporem christi solius charitatis fuisse nemo dubitat uel nominetenus christianus. Siquidẽ accubuit ut leo: nõ uictus planè sed uictor: potestate propria ponens animam: somnum mortis excipiens propria uoluntate. Cæterum qualis & ille sopor dicẽdus sit fuisse uel credendus quẽ domin⁹ immisit in adam: in quo sine sensu omnino doloris in mulierem ædificandam costa sublata est de latere dormientis: míhi quidem non nisi incommutabilis ueritatis intuitu & abyssõ diuinæ sapientiæ corporeis excedens sensibus obdormisse uidetur q̃' ex eius uerbis uel maxime cõiici potest. Rediẽs nimirum indicat quo abisset: dum tanquàm ebrius de cella uinaria ueniens & eructuans illud magnum sacramentũ quod tanto post
Genesis. 2 in christo & in ecclesia apostolus cõmendauit. Hoc nunc
Ephe. 5. inquit os ex ossibus meis. Et propter hoc inquit: Relinq̃t homo patrem & matrem: & adhærebit uxori suæ & erunt duo in carne una. An tibi penit⁹ obdormisse uidetur qui in hanc uocem excitatus erupit: & non magis dicere po-
Cañ. 5. tuisse. Ego dormio & cor meum uigilat: Verum id qdem: sine præiudicio dixerim: si cui fortè aliter uisum fuerit maxime si quid aliud in sanctorum paginis inuenitur. Neq; enim communem arbitror fuisse soporem aut nostri similem somnis: quos nec contemplationis excessus: nec miserationis affectus: sed infirmitatis defectus immittit: quos nec ueritas nec charitas sed necessitas parit. Graue siqui-

dem iugum super filios adam. Non autem in principio super adã: sed nunc iã super filios eius. Quid nõ graue miseris: quib⁹ & uiuere labor est: Quibus & qd̃ pauci uident aduertere: sentire penitus nemo: ipse quoq; sensualitatis usus inuenit oneri: adeo ut neq̃at sustineri nisi altera rege foueamur: Quid non labor & dolor & afflictio spũs ex oĩb⁹ q̃ sub sole sunt q̃n & illud ei grauissimũ est quo potissimũ delectat: uegetatio. s. & sensificatio carnis: Nimirum quàm sit ei dulce consortiũ: triste diuortiũ manifestat: dũ uix tãdem auelli põt: dũ corruptio ipsa corpis penit⁹ in-
Sap. 9. tolerabilis est uegetãti. Sanè nõ simpliciter corp⁹ sed corpus qd̃ corrũpit aggrauat aiam: ut ĩmunẽ ab hoc grauamine primi parentis aiam noueris extitisse: donec adhuc corp⁹ gereret incorruptũ. Nimirũ in libertate posuit eũ deus: ut inter summa & infima uersans & in illa excederet sine difficultate: & ad hæc sine illecebra aut necessitate descẽderet. Illa penetrãs naturali nsuacitate & puritate mentis, hæc auctoritate dijudicãs pñsidentis. Deniq; adducta sunt aialia ad adã: ut uideret quid uocaret ea: nõ ipse aliqua curiositate ductus est ut uideret ea. Nõ sic in nobis libera rõ: sed undiq; ei luctandũ est. Sic eñ & ab infimis uisco quodã captiua tenet, & à summis indigna repellit: ut nec ab his sine dolore possit auelli: nec ad illa sine magno
Rom. 7. gemitu uel raro ĩat admitti. Hinc nẽpe uim faciũt q̃ quærũt aiam meã: ut clamare necesse sit. Infelix ego hõ: q̃s me liberabit de corpore mortis hui⁹? inde prius quã comedã
Matth. 11. suspiro. Quia regnũ cælorũ uim patit & uiolẽti rapiũt illud. Nihilominus tñ & illic unitas & hic tenenda diuisio est: sicut & adã soporat⁹ est in cõtẽplatione: & aialia nomĩnũ impositione discreuit. Sic nimirũ sic & abraã in sacrificio nõ quidem uolatilia sed aialia legitur diuisisse. Et martha erga multa turbat: cũ unũ sit necessariũ. Necessarium planè unũ & maxime necessariũ: q̃n hæc pars optima que non auferet. Cessabit diuisio cũ uenerit plenitudo: & erit tot⁹ sanctæ ciuitatis hierusalẽ participatio in idipm. Interim spũs sapiẽtiæ nõ mõ unicus, sed & multiplex est: interiora qdem in unitate solidãs: sed sub iudicio exteriora distinguẽs. Vtrãq; tibi in primitiua eccl'ia cõmẽdat: quãdo multitudinis credentiũ erat cor unũ & aia una: me uolatilia scinderent: diuidebat autem singulis prout cuiq; opus erat ut aialia secarent. Sit igitur etiam in nobis charissimi unitas animorũ: unita sint corda diligendo unũ: quærendo unũ: adhærendo uni: & idipm inuicẽ sentiendo. Sic nimirũ exterior ipsa diuisio & euadit periculũ & scãdalum non incurrit: dũ uidelicet & si propria cuiq; tolerãtia, propria quoq; nõnũquã in terrenis agendis sententia: sed & diuersa interdũ dona gratiarũ: nec membra omnia actum eundem uidentur habere: unitas tamen interior & unanimitas ipsam quoq; multiplicitatem colligat & cõstringat charitatis glutino & unculo pacis.

In capite ieiunij quomodo debemus ungere caput nostrum
& faciem nostram lauare. Sermo. I.

IOdie dilectissimi sacrũ quadragesimæ tẽpus ingredimur: tẽpus militiæ xp̃ianæ. Nõ nobis singularis est hæc obseruatio, una omniũ est quicunq; in eãdẽ fidei cõueniunt unitatẽ. Quidni commune sit xp̃i ieiunium omnib⁹ xp̃ianis? Quidni caput suũ mẽbra sequantur? Si bona suscepimus ab hoc capite: mala autem quare non sustineamus? An respuere tristia uolumus: & communicare iocundis? Si ita est: indignos nos capitis huius participatione probamus. Omne enim quod patitur ille: pro nobis est. Qd̃ si in opere salutis nostræ ei collaborare piget: in quo deiceps coadiutores nos exhibebimus illi? Non est magnum si ieiunet cũ christo: qui sessurus est ad mensam patris cum ipso Non est magnum si compatitur membrum capiti cum quo & glorificãdum est. Felix membrum quod huic adhæserit per oĩa capiti: & sequetur illud quocunq; ierit. Alioquin si fortè abscidi separariq; contingat: priuetur statim necesse est etiam spiritu uitæ. Quæ cunq; enim portio capiti non cohæret: unde ei iam sensus aut uita? Nec sanè deerit qui

expositam

expositā occupet:ut ne tunc quidem sit absq; capite. Germinabit rursum radix amaritudinis:uenenatū caput iterū pullulabit. Illud inquā caput:qđ in eo cōtriuerat ante, fortis mulier, mater ecclesia. Dico aūt qñ per eam regeneratus est in spem uitæ:quē natura filiū iræ, mater carnalis ediderat. Videbit ergo iam si fuerit qui reuelatos habeat oculos cordis:& spiritualiter intueatur horrendum oīno monstrū:corpus quidē hois, caput aūt dæmonis habens. Nō solū aūt sed etiā crūt nouissima hois illi⁹ peiora prioribus:cū uisereū illud caput qđ prius fuerat amputatū, nō absq; septem nequioribus se reuertat. Quis nō solo cō tremiscat auditu? Tollens membrū christi:faciā membrū dæmoniorū? Abscisus autē à corpore christi:sathanæ miser īcorporabor? *Sit peul à nobis semper execrāda ista cō* mutatio ffres mei. *Mihi omnino adhærere tibi bonū est* ô caput glorioſum & benedictū in secula:in quod & angeli prospicere cōcupiscunt. Sequar te quocunq; ieris. Si trāsieris per *ignē* nō cuellar à te:non timebo mala quoniā tu mecū es. Tu dolores meos portas & p me doles:tu prius transis per angustum passionis foramen:ut larū præbeas sequētibus membris ingressum. Quis nos separabit à charitate christi? Ipsa enim est per quam omne corpus per nexus & iuncturas crescit. Hoc glutinum bonum:cuius me-
p̄s.13. mimit esaias. Hæc per quam bonum est & iocundum habitare fratres in unū. Hoc unguentū qđ descēdit à capite in barbarā:à capite descēdit & in orā uestimenti:ut ne mīma quidē fimbria careat unctione. In capite siquidem plenitudo gratiarū de qua accipimus oēs:in capite uniuersitas miserationis:in capite inexhaustus fons pietatis diui-
p̄s.44. næ:in capite affluētia tota spūalis unguenti:sicut scriptū est. Vnxit te de⁹ deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis. Ipm tñ qđ tā copiose pater unxerat caput:maria quo q; ungere nō uereť. Calūniant qdē discipuli:sed respōdet ueritas pro ea:qa bonū op⁹ sit opata. Deniq; & nobis ho-
Mat.6. die quid præcipit in euangelio? C Tu, inquit, cum ieiunaueris:unge caput tuū. Mira dignatio. Spūs dñi sup eū eo q unxit eū:& nihilominus tñ euāgelizans pauperibus
Mat.6. ait. Vnge caput tuū. Cōplacet sibi pater in filio:& dū uox sonat in æthere:descēdit spūs in colūba. D Putatis fratres quia xpi baptismo crisma defuerit? Manet dñi spirit⁹
Mat.3. sup ipm & unctum ab eo quis dubitet? Hic est filius meus dilectus:in quo mihi bene complacui. Hæc planè spūalis unguenti fragrātia est. Vnxit pater filiū præ participibus suis:in quo p̄ cæteris singulariter cōplacet sibi. Pater enī diligit filiū affectu utiq; diuino & inexperto omni creaturæ. Vnxit inquā præ participibus suis:accumulās sup eū uniuersa carissimata benignitatis, mansuetudinis, & suauitatis, abūdantius eum replēs uisceribus mīæ & miseratiōnis. Vnctū deniq; misit ad nos:quē nobis exhibuit plenū grāe & miserationis. Sic unctū à pre est caput nostrū, & ni-
Matth. 6. hilominus ungi postulat & à nobis. Cū ieiunaueris, inqt, unge caput tuū. Ita ne aquā petit à riuulo fons īdeficies? Petit sine dubio:aut certè repetit, magis ad fontem enim unde exeunt flumina reuertuntur:ut iterū fluāt. Nō uerò ut minus habens quod dederat xps repetit, sed ne tibi pereat quicquid ad eū referre uolueris. Siquidē etiam flumi-
nis aqua si stare cœperit & ipsa putrescet:& inundatione facta superueniens repelletur. Sic planè:sic gratiarū cessat decursus ubi recursus nō fuerit:nec mō nihil augeť ingrato:sed & quod acceperat uertiť ei in pniciē. Fidelis aūt in modico:cēsetur dign⁹ munere ampliori. Vnge igit caput tuū:refundēs in eū q supra te est:quicqd in te est deuotionis:qcquid delectationis:qcquid affectionis. Vnge igitur caput tuū ut si qua ī te est grā referat ad ipm:nec tuā quæras gliam:sed ipsius. Vngit enī xpm q bonus ei⁹ odor est
Vñ supra. ī oī loco. Memēto sanè aduersus hypocritas hūc pcessisse sermonē. Nolite, inqt, fieri sicut hypocritæ tristes. Nō oīmodā nobis tristitiā iterdicit:sed q̄ ī facie est corā hoīb⁹. Alioquin cor sapietis ubi tristitia:& paulū quoq; discipulos cōtristasse nō piget pro eo q cōtristati sunt ad salutē. Nō est talis tristitia hypocritarū:nō in corde:sed in facie est. Exterminat enī facies suas. B Nota, pinde q nō dixerit nolite esse sicut hypocritæ tristes: sed nolite fieri, hoc est fingi. Sic qppe uulgo dicit. Tristē se facit aut magnificat se, & q beatificat te in errorē te adducit & silia q̄ simulationis sunt:nō ueritatis. Tu aūt cū ieiunaueris unge caput tuū:& facie tuā laua. Exterminat illi facie:tu aūt laua re iuberis. Est aūt facies:q̄ in facie est cōuersatio. Hāc fidelis xpi seruus lauat:ne quod offendiculū p̄beat intuenti: hypocrita magis exterminat:dū singularia magis & inusitata sectat. Sed nec caput ungit cuius affectio elongatur à christo & uanis fauoribus delectat. Vngit potius semetipm ut proprie fragrantiā opinionis respergat. Aut certè qa manifestū est nō esse caput hypocritæ xpm nec suū tñ qualecūq; caput ungere pōt cuius mens nō proprie testi-
monio cōscientiæ:sed adulationibus demulceť. Date no- Mat.25.
bis, ſaiunt fatuæ uirgines, de oleo uestro. Cur hoc? Quia in uasis suis oleū nō habēt. Sed nō est prudentiū huiusce modi oleū dare. Qđ enī sibi fieri nolūt:qñ ipi faciēt alīs? Audi uerò pphetā:cui incerta & occulta sapietiæ suæ reuelauerat deus. Oleū, inquit, pctōris nō impinguet caput p̄s.140.
meū. Emūt oleū istud hypocritæ:sicut ait dñs. Amē dico Matth.6.
uobis:receperūt mercedē suā. Exterminat enī facies suas: ut appareāt ieiunātes. Vides quàm breui sermōe hypocritas & singularitatis notat & arguit uanitatis. Vide etiam quàm paucis & corā deo suadeat bōa:& corā hoīb⁹ pui-
dere. Vnge caput tuum:& facie tuā laua:hoc est sic te irreprehensibilem foris exhibe:ut diuinam tibi consiliare studeas gratiā:& ante oculos humanos nō propriā quæras gloriā sed auctoris. Potest tñ & alio modo lota facies conscientia pura:& unctū caput intelligi mens deuota. Quòd si id probas:aduersus duplex uiciū quod maxime solent appetere ieiunantes:hæc duo uerba ablutionis & unctionis dicta uidentur. Alius enim ieiunat studio uanitatis:& huic dicitur faciem tuam laua. Alius ieiunat cum impatiētia & rancore:& huic opus est ut caput ungat. Est aūt caput istud mens interior quæ tūc ungitur in ieiunio:cum spiritualiter delectatur in eo. An uerò tibi nouū uidetur ut dicam⁹ caput ungi ieiunio? Ego plus dico:etiā impinguatur. Nunquā ne legisti quod scriptū est:ut alat eos in p̄s.32.
fame? Est ergo ieiuniū corporis, capitis unctio:& carnis inedia refectio cordis. Quidni dixerim unctionem:quæ & medetur uulnerib⁹:& exasperatas cōscientias lenit? Emat igitur hypocrita ieiunio suo oleū peccatoris:ego meū interim non uendo ieiunium:& ipsum mihi oleum est quo ungar. Vnge, inquit, caput tuū:ne quid fortè murmuris aut impatietiæ subeat. Nō solū aūt sed & gloriare ī tribulatiōe:sicut ait apl's Gliare, inquàm, sed absq; omni studio uanitatis ut sit etiam facies munda ab oleo peccatoris.

Item in capite ieiunij quomodo debemus conuerti ad dominum. Sermo. II.

COnuertimini ad me ī toto corde uestro in ieiu- Ioel.2.
nio & fletu & plāctu:& scindite corda uestra & non uestimenta uestra, ait dñs oīpotens. Quid sibi uult dilectissimi q pcipit dñs ut conuertamur ad eum? Vbiq; enī est & replet omnia:& nihilomin⁹ cōplectitur uniuersa. Quo me uertā ut cōuertar ad te dñe deus meus? Si ascendero in cælū tu illic es:si descēdero in infernum ades. Quid iubes quo cōuertar ad te: supra, an infra, ad dexteram, an ad sinistram? Consiliū istud est fratres mei:secretum est quod solis credatur amicis. Mysterium regni dei est:apostolis reuelatur in aure:nam turbis nihil dicit absq; parabola. Nisi conuersi fueritis, inquit, & Mat.18.
efficiamini sicut paruulus iste:non intrabitis in regnum cælorū. Agnosce planè:quo uelit ut cōuertamur. Ad paruulum conuerti necesse est:ut discamus ab eo quia mitis est & humilis corde. Ad hoc siquidem paruulus datus est nobis. Sanè idē & magn⁹ est:sed in ciuitate dñi:cui & dr. Exulta & lauda habitatio siō:qa magn⁹ in medio tui sanEsa.12.
ctus israel. Quid tu inflaris ô hō? Quid extolleris sine cā? Quid alta sapis & oculi tui oē sublime uident:qđ tibi nō cedet in bonū? Sublimis quidē dñs:sed nō ita ꝓponitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

tibi. Laudabilis magnitudo illi⁹: nō etiā imitabilis. Eleuata est magnificētia illi⁹ & nō poteris ad eā, Nec si te rupis
ps. 62. apprædēdes. Accedet, inqt, hō ad cor altū: & exaltabitur deus. Excelsus siqdē dñs & hūilia respicit: & alta à lōge cognoscit. Humiliare, & apphēdisti. Hæc planè lex pietatis, & ppter hāc legē sustinui te dñe. Si fortè sublimitatis esset uia pposita & illiciter quo oñderet salutare dei quāta facerēt hoies ut exaltarent: Quàm crudeliter iuicē sterneret, inuicē cōculcarēt: quàm ipudēter reperēt manibusq; & pedibus conarent in altū ut iponerēt sese hoies sup capita aliena: Et certè q cōtēdit supgredi pximos multas iuenict difficultates: multos habebit æmulos: multos patiet cōtradictores: ascēdētes equidē ex aduerso. Nihil uero facili⁹ est uolēti: quàm hūiliare semetipsum. Hoc uerbū est dilectissimi qd' oīno uos reddit inexcusabiles: ut ne tenue quidē nobis uelamē ptēdere liceat. Sed iā ad hūc puulū ad māsuetudinis & hūilitatis magīm: quonā mō cōuerti
Ioel. 2. necesse sit uideam⁹. D Cōuertimini, inqt, ad me in toto corde uro. Fres si dixisset conuertimini: nihil addēs esset uobis forsitā libere rndere. Factū est: iā aliud ppone mandatū. Nūc aūt spūalis ut audio cōuersiōis nos admonet: q nō una die pficit: utinā uel i oī uita qua degimus i hoc corpe ualeat cōsummari. Corporis nāq; conuersio si sola fuerit: nulla erit. Forma siquidē cōuersionis est ista nō ueritas: uacuā uirtute gerēs speciē pietatis. Miser hō q tot⁹ pergēs in ea q̄ foris sunt & ignarus iteriorū suorū: putās
ps. 21. aliquid se esse cū nihil sit: ipe se seducit. Sicut aqua effusus sum, ait psalmista in psona hois huiuscemodi: &
Osee. 8. dispersa sunt oia ossa mea. Et alius qdē ppheta. Comederūt iquit alieni robur eius & ignorauit. Exteriorē quippe superficiē intuēs salua sibi oia suspicat: nō sentiēs uermē occultū q interiora corrodit. Manet tonsura uestis necnō mutata est ieiuniorū regula custodit: statutis spallit horis: sed cor
Mat. 15. lōgē est à me dicit dñs. Attēde solerter qd diligas, qd metuas, unde gaudeas aut cōtristeris: & sibi habitu religionis aim secularē: sibi pānis conuersionis inuenies cor peruersum. Totū eñ cor in his quatuor affectionibus cit: & de his accipiēdū puto qd' dicit ut in toto corde tuo conuertaris ad dñm. Conuertatur pinde amor tuus ut nihil oīno diligas nisi ipm: aut certè ppter ipm. Cōuertat etiā ad ipm timor tuus: qa puersus est timor oīs quo metuis aliqd pter eū, aut nō ppter eū. Sic & gaudiū tuum & tristitia æque cōuertat ad ipm. Hoc aūt ita fiet si nō nisi ꝑm eū doleas aut læteris. Quid em puersum magis quā lætari cū malefeceris: & in rebus pessimis exultare: Sed et ea quoq; q̄ ꝑm carnē est tristitia mortē opat. B Si pro tuo siue p proximi pctō doles bñ facis: & hæc tristitia est ad salute. Si gaudeas ad munera grāe: & hoc gaudiū sctm est & securū gaudiū in spūsctō. Debes & in dilectione xpi fraternis cōgaudere pperitatib⁹ & aduersitatib⁹ cōdolere
Roma. 16. sicut scriptū est. Gaudere cū gaudētib⁹: flere cū flentib⁹. C Verū ne ipa corpalis qdē est puipēdēda cōuersio: qa spiritalis hui⁹ amminiculū nosci esse nō paruū. Inde est qp i loco hoc dñs cū dixisset i toto corde: adiūxit ptim⁹, in ieiunio: qd' utiq; corporis est. Volo tñ āmonitos esse fratres meos obseruādū illud nō ab escis tm, sed ab oib⁹ illecebris carnis & uniuersa corpis uoluptate. Imo uerò ieiunādū lōgè āpli⁹ à uitiis quàm à cibis. Sed ē panis à quo uos ieiunare nolo ne fortè deficiatis i uia: & si nescitis panē dico lachrymarū. Sequit em. In ieiunio & fleta & plāctu. Exigit em plāctū à nobis pnia pteritæ cōuersationis:
ps. 41. exigit fletū desideriū futuræ btitudinis. Facte sunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, ait ppheta, cū dicitur mihi quotidie, ubi est deus tuus. Parū ei placet huius uitæ nouitas: q necdū ueteta plāgit: necdū plangit admissa pctā: necdū plāgit tps amissum. Si non plāgis: planè non scis aiæ uulnera cōsciæ læsionē. Sed nec futura satis gaudia cōcupiscis: si nō quotidie satis postulas ea cū lachrymis. Min⁹ tibi nota sut si nō renuit cōsolari aia tua donec
Ioel. 2. ueniāt. Addit deinde propheta. Et scindite corda uestra & non uestimenta uestra. Quibus uerbis manifeste prior ille ppl's iudæorū & duritiæ cordis & uanæ superstitiōis arguit. Crebra siqdē apud eos scissio uestiū: sed non cordiū esse solebat. Qñ em scinderent corda lapidea: q̄ nō poterāt nec circūcidi: Scīdite, inqt, corda ura: & nō uestimēta uestra. Quis in uobis est cuius uolūtas circa unū aliqd solet obstinatior inueniri: Scīdat cor suū gladio spūs qd' est uerbū dei: scīdat illud: & in multas minutias feritinet dispartiri. Alioqn nō est cōuerti ad dñm in toto corde: nisi scisso corde. Donec eñ illā unā accipias in hierlm, cui⁹ est participatio in idipm: multa interī tibi pcipiunt: & si i uno offenderis, fact⁹ es oīm re⁹. Spūs dñi multiplex, ait sapiens: Sap. 7.
nec potes seq multiplicē sine multiplici scissione. Audi deniq; hoiem quē ꝑm cor suū inuenerat de⁹. Paratū, inquit, Psal. 56.
cor meū deus: paratū cor meū. Paratū ad aduersa: paratū ad pspera: paratū ad hūilia: paratū ad sublimia: paratum ad uniuersa q̄cunq; pceperis. Vis pastorē ouiū facere: uis cōstituere regē pplorū: paratū cor meū deus: paratū cor meū. Quis ut Dauid fidelis igrediēs & egrediēs: & pgens ad iperiū regis: D Et dicebat de p.ctōribus. Coagulatū ps. 118.
est sicut lac cor eorū: ego uerò legē tuā meditatus sum. Inde eñ cordis duricia: inde mētis obstinatio: quia meditatur qs nō legē dñi: sed propriā uolūtatē. Scindamus itaq; corda nostra dilectissimi: quatenꝰ integra pinde uestimēta seruem⁹. Vestes eñ nræ uirtutes sunt. Bona uestis charitas: bona uestis obediētia est. Beatus q custodit uestimēta
ps. 31. hæc: ut nō ambulet nudus. Deniq; beati quorū tecta sunt pctā: etenñ charitas operit multitudinē pctōrū. Scīdamus Luc. 5.
corda sicut p dictū est ut hæc uestimēta integra seruemus quēadmodū itegra seruata est tunica saluatoris. Nec mō integrā seruat uestē scissio cordis: sed & talarem eā facit & polimitā: qualē à sctō patriarcha iacob accepit fili⁹ q præ cæteris amabat. Hinc nēpe uirtutū perseuerātia: hinc conuersatiōis pulchræ discolor unitas. Hinc illa est gloria regis filiæ in fimbrijs aureis: circūamictæ uarietatibus. Pōt tamē aliter hæc scissio cordis intelligi: ut siquidē prauum fuerit scindat ad cōfessionē: si durū ad cōpassionē. Quidni scindat cor: ut uisceribus effinat pietatis: Quidni scindatur ulcus: ut sanies effluat: Vtilis prorsus utraq; scissio: ut nec clausum lateat peccati uirus in corde: nec indigēti pximo claudam⁹ uiscera misericordiæ: ut & ipsi cōsequamur misericordiam à domino nostro Iesu christo qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

Item de ieiunio quadragesimæ.

Sermo. III, *unde supra.*

ROgo uos dilectissimi tota deuotione suscipite quadragesimale ieiuniū: qd' nō sola abstinentia cōmendat: sed multomagis sacramētū. Nā si de uote usq; mō ieiunauim⁹: utiq; sancto hoc tempore ieiunandum nobis est multo deuotius. Si quid enim additur ad solitū abstinentiæ modū nūquid non ualde indignū est ut nobis onerosum sit qd' ecclesia portat uniuersa nobiscū: Hactenus usq; ad nonā ieiunauimus soli: nunc usq; ad uesperā ieiunabut nobiscū pariter uniuersi reges & principes: clerus & popul⁹: nobiles & ignobiles: simul in unum diues & pauper. Hæc idcircò dixerim fratres: ne qs fortè turbetur à pusillanimitate spiritus: & ieiunium præsens qs minori deuotione suscipiat: dū se fortassis memi-
nerit prioris quoq; ieiunij pōdus satis difficile tollerasse. Hoc em quātū pōt laborat aduersari⁹ noster: ut holocaustū nr̄m deuotionis pinguedine uacuetur: ut & minus acceptū sit deo: & cōscientia nr̄a in spūali gaudio min⁹ exhilaretur: sicq; de pusillanimitate tolerātiæ etiā conscientiæ pusillanimitas generetur. Cuius astutias non ignorantes: tota obsecro aduersus eum solicitudine uigilemus: & qa hilarē datorem diligit deus: & ipsa quoq; cōscientia nostra ampliori exinde fiducia subleuat: ut deuota sint nostra ieiunia: solicite nobis toti⁹ ecclesiæ proponamus exempla. Sed quid de his loquor quos habem⁹ in hac ieiunij obseruatione cōsortes: quasi nō multo excellentiores habeamus in ea duces imo & consecratores: Quanta deuotione suscipiendū est nobis qd' à sancto Moyse tanquàm hæreditario

tario fuit traditꝰ: cui ſpeciali præ cæteris prophetis præro gatiua facie ad faciem dñs loquebatur? Quanto feruore amplectendum eſt: quod helías ille commẽdat: igneo curru raptus in cœlum? Ecce enim quàm multa milia à diebꝰ illis generalis conditio mortis inuaſit: Helías tñ uſq; adhuc conſeruante dño manus eius euaſit. Iam uerò ſi commendant ieiunium præſens Moyſes & Helías: quãuis magni tñ cõſeruí noſtri, quãtũ cõmẽdat illud Ieſus dñs nr q & ipſe diebus totidem ieiunauit? Qualis ille eſt: nõ dicam monachꝰ ſed xp̃ianꝰ: q minus deuote ieiuniũ ſuſcipit qđ ei tradit ipſe xp̃s? Deniq; tãto deuotius imitandum nobis eſt dilectiſſimi xp̃i ieiunãtis exẽplũ: quãto certiꝰ eſt ꝓpter nos eum ieiunaſſe: nõ ꝓpter ſeipm. D Ieiunemus ergo chariſſimi & deuore ieiunemꝰ ſcto hoc quadrageſimæ tpe ita ſanè ut nouerimꝰ quadrageſimam nram nõ ſolos quadraginta dies habere. Cõtinuanda eñ nobis eſt quadrageſima cũctis diebꝰ miſeræ huiꝰ uitæ: dũ per auxiliũ gr̃æ quæ in quatuor euãgelijs cõmẽdat neceſſe eſt nos decalogũ legis ſplere. Errãt planè q pauciſſimos dies iſtos ad penitentiã ſufficere credũt: cũ certũ ſit totũ uitæ huiꝰ tps nõ
Eſa. 55. niſi ad pniam inſtitutũ. Quæríte dñm, ait ꝓpheta, nõ ſolũ quadraginta diebus: ſed dũ inueníri põt inuocate eũ dũ ꝓpe eſt. Neq; eñ tũc erit inuocandi tps: qñ nemíni ꝓxímꝰ erit deꝰ: ſed alijs qdẽ pñs: alijs uero nimis ualde remotus. Interim ſanè ex eo q ꝓximus dr̃ manifeſtũ eſt q nõdũ habeſ: ſed tñ haberi & inueníri facile põt. Quis tibi uídeſ proximus fuiſſe illi q incidit in latrones? Vtiq; q fecit cum eo miam. Ergo qa toto hoc tpe miæ proximus eſt: q̃ríte dñm chariſſimi dũ inueníri põt: inuocate eũ dũ ꝓpe eſt. Verũ tñ pñti quadrageſima maiore nobis eſt feruore q̃rẽdus: q̃ nõ ſolũ pars: ſed & ſacr̃m eſt totius tpis huius. Propterea ſi fortè dieb⁹ cæteris ſtudia uŕa aliquatenꝰ intepuerãt: dignũ eſt ut nũc ī feruore ſpũs recaleſcãt. A Qđ ſi gula ſola peccauit: ſola quoq; ieiunet, & ſufficit. Sí uerò peccauerũt & mẽbra cætera: cur nõ ieiunẽt & ipſa? Ieiunet ergo oculus q depredatꝰ eſt aíam: ieiunet auris: ieiunet lingua: ieiunet manus: ieiunet etiã aía ipſa. Ieiunet oculus à curioſis aſpectibus & oĩ petulantía: ut bñ hũiliatus coerceaſ in pnía q male liber uagabaſ ī culpa. Ieiunet auris nequiter pruríes à fabulís & rumoríbꝰ: & q̃cũq; ociosa ſunt & ad ſalutẽ minime ptinẽtia. Ieiunet lingua à detractione & murmuratione: ab inutilibus uanis atq; ſcurrilibus uerbis: interdũ quoq; ob grauitatem ſilẽtij & ab ipſis q̃ uideri poterãt neceſſaria. Ieiunet manus ab ocioſis ſignis & ab operibus oĩbꝰ q̃cũq; nõ ſunt imperata. Sed & multomagis aía ipſa ieiunet à uitijs & ꝓpria uolũtate ſua. Eteñ ſine ieiunio hoc cætera à dño reprobantur ſicut ſcriptum eſt: quía in diebus ieiuníorũ ueſtrorũ uoluntates ueſtræ inueníũtur.

Item de oratione & Ieiunio Sermo. IIII. *unde ſupra.* B

QVia ieiunij quadrageſimalis tẽpus aduenit qđ tota deuotione ſuſcípe moneo charitatẽ ueſtrã dignũ reor alíquatenꝰ exponere quo fructu & quẽadmodũ oporteat ieiunare. Primũ quídem fratres ꝓ eo q ab ipſis quoq; licítis abſtinemꝰ: ea nobis q̃ príus cõmiſimꝰ illícita cõdonaſ. C Quíd uerò eſt condonarí cõmiſſa: niſi ieiunio breuí ieiunia redimí ſempiter
Luce. 16. naq; Gehennam eñ meruímus, ubí nullus unquã cibus eſt cõſolatio nulla: terminus nullus: ubí guttam aquæ díues poſtulat & accipere nõ mereſ. Bonum ergo & ſalutare ieiunijũ: quo redimũtur æterna ſupplícia: dũ remittunſ hoc mõ pcta. Non ſolum aũt abolitio eſt pcõrum: ſed extirpatio uitiorũ, nõ ſolũ obtinet uenía: ſed & ꝓmereſ gr̃am, nõ ſolũ delet pcta præterita q̃ cõmiſimus: ſed & repellit futura q̃ cõmittere poteramus. Dicã unum adhuc qđ facile capiatis: ſæpius, niſi fallor, expti. Ieiunijũ orationi deuotionẽ & fiduciam donat. Et uide quẽadmodũ ſibijmuicem ieiunijũ & oratio ſocientur: ſicut ſcriptũ eſt: frater adiuuans
Eccli. 35. fratrẽ ambo conſolabuntur. Oratio uirtutem impetrat ieiunandi: & ieiunijũ gr̃am promeretur orandi. Ieiunijũ oratiõnẽ roborat: oratio ſctificat ieiunium & dño repræſentat. Quíd enim ieiunium nobis proderit: ſi relinquatur in terra: qđ abſit. Subleuetur ergo ieiunium penna quadam oratiõis. Verũ huíc ne fortè minus ſufficiat: alterã quoq; neceſſe eſt ſociarí. Oratio iuſti, ait ſcíptura, penetrat cælos. D Sint ergo ieiunio noſtro ut facile cælos penetret Eccli. 35.
alæ duæ: orationis ſcilicet atq; iuſtitiæ. Iuſtitía uero q̃ eſt niſi q̃ cuiq; reddit qđ ſuũ eſt? Noli ergo quaſi ſolum attẽdere deũ: debitor enim es etiam prælatis: etiam fratribus tuís: nec uult deus ut paruípendas: quos ipſe miníme paruípendit. Neq; enim ſine cauſa, ait apoſtolus. Prouidẽtes 2. Cori. 9
bona non tñ coram deo: ſed etiam coram hominibus. Dícebas fortaſſe: ſufficit míhi ſi tantũ deꝰ approbat qđ ago q̃ míhi de hũano cura iudicio? Sed certus ſis ꝙ ei miníme placeat quícquid cũ ſcandalo filiorum eius & cõtra ipſiꝰ fecerís uoluntatẽ: cui obedire te tanquã eiꝰ uicario oportebat. Sanctificate, inquit, ieiuniũ: uocate cœtũ. Quíd eſt enim cœtum uocare? Vnitatẽ ſeruare: diligere pacem: fra- Ioel. 2.
ternitatem amare. Superbus ille phariſæus ieiunium habuit: ieiunium ſanctificauit: q nimírum & ieiunauit bis in ſabbato & gratías egit deo. Sed nõ uocauit cœtũ dícens. Nõ ſum ſicut cæteri hoĩm: ídeoq; ala una nítẽs, ieiunium eius non peruenít in cælum. Vos ergo chariſſimi lauate manus ueſtras in ſanguine peccatorís: & omnino ſolícití eſtote ut alas duas habeat ieiuniũ ueſtrum: ſanctímoniã: ſcilícet & pacẽ: ſine qua nemo uídebit deum. Sanctificate ieiunium ut pura intentio & deuota oratio díuine illud offerat maieſtatí: uocate cœtum, ut cõgruat unitati. Laudate dñm in tympano & choro: ut concors ſit mortificatio carnis. A Porro quía & de ieiunio & de iuſtítia aliqua díximus: dignum eſt ut de oratione quoq; pauca loquamur. Hæc enim quanto efficacíor eſt ſi fiat ut debet tãto callídius impediri ab aduerſario ſolet. Interdum enim grauíter impediſ oratío à puſillanímitate ſpũs & timore inmoderato. Hoc autem tunc ſolet fieri: cum ſic cogitat homo propriam índignitatem: ut non conuertat oculos ad díuinam benignitatem. Abyſſus eñ abyſſum inuocat abyſſus luminoſa, abyſſum tenebroſam, abyſſus miſericordíæ, abyſſum miſeríæ. Profundũ nãq; eſt cor hoís & ipſcrutabile. Sed ſi magna eſt iniquitas mea multo maíor eſt dñe pietas tua. Ideoq; cum ad meipſum turbata fuerit anima mea: memor ſum multitudínis miſericordíæ tuæ, & reſpíro in ea: & cum introíero in potẽtias meas nolo memorarí iuſtitiæ tuæ ſolí?. Verũtamẽ ſicut periculum eſt ſi fuerit oratio nímis timida: ſic in contraría parte non minus imo & maius periculũ eſt ſi fortè fuerit temeraría. De hís quí ſic orãt audí quid loquatur ad prophetam dominus. Clama, inqt, ne ceſſes: quaſi tuba exalta uocem tuam &c. Eſa. 58.
Quaſi tuba, inquit, qa in ſpíritu uehemẽti inerepãdi ſunt temerarij. Me etenim quærunt: quí ſeipſos nondum inuenerũt. Nec hoc díco ut pcõríbꝰ auferã orandi fiduciam: ſed uolo cos orare tanquã gentem q̃ peccatũ fecerit nõ iuſtitiã. Orẽt pro indulgentía peccatorũ ſuorum in animo cõtríto & ſpíritu humilitatis: quemadmodum publicanꝰ Luce. 18.
ille: Deus, inquit, propítius eſto míhi peccatorí. Temeritatem eñ dico: qñ is in cuius conſcientía peccatum adhuc: aut uitiũ alíquod regnat: ambulat in magnis & mirabílibus ſuper ſe: minus ſolícitꝰ pro periculo animæ ſuæ. Tertium periculum eſt: ſi ſit oratio tepída & non ex uíua affectione procedens. Timida quídem oratio cælum non penetrat: qa reſtringit animũ timor inmoderatus, ut oratio nõ dícam non aſcendere ſed nec procedere queat. Tepída uerò in aſcenſu langueſcit & deficit: eò ꝙ non habeat uígorem. Nam temeraría aſcendit ſed reſilit: reſiſtitur eñ ei nec tñ nõ obtinet gratiã ſed & mereſ offenſam. Quæ uerò fidelís & humílís & feruens oratio fuerit: cælũ ſine dubio penetrabit: unde certũ eſt ꝙ uacua redíre nõ poterit.

Item de triplici modo orationis, Sermo quintus. unde ſupra.

CHaritas qua ꝓ uobis ſolícitꝰ ſum fratres meí. cogit ut loquar uobis: & urgente ea multo ſæpius loquerer: niſi tã multis occupationibꝰ impedirer. Nec mirũ ſi ſolícitus ſum pro uobis: cum inueníam in meipſo materiam multã & occaſionem

solícitudinis. Quoties eñ ppriã miseriã & multímoda pericula cogito: haud dubiũ quin ad meipm conturbet aĩa mea. Nec minor mihi solícitudo est, p singulis quibuscunq; uestrũ: si tamen díligo uos tanquã meipsum. Nouit ipse q scrutat corda quoties in corde meo proprie solícitudini præpõderat solícitudo uestra. Nec mirum si multa mihi solícitudo est: & timor magn9 cõturbat me sup omnib9 uobis: quos uídeo in tãta miseria & in tãtis cõstitutos esse periculis. Periculã.

Ipsi eñ ut manifestũ est gestam9 laqueum nostrũ: ubiq; propriũ circumferim9 inimicũ: carnem hanc loquor de pcõ natã: in pcõ nutritã corruptã nimis ipsa ori gine: sed multo amplius praua cõsuetudíne uiciatã. Hinc est q tam acriter caro aduersus spm cõcupiscit: q assidue murmurat & impatiẽs est disciplinæ: q illícita suggerit: q nec rationi obtemperat nec inhibet ullo timore. Huic accedit: hanc adiuuat hac utitur ad impugnandos nos calidissimus serpẽs cui nullum aliud desiderium est: nullum studium: nullum negotium nisi effundere sanguinem animarum. Hic est qui iugiter machinatur malum: qui desideria carnis instigat: qui concupiscentiæ ignem naturalem quodammodo uenenatis suggestionibus sufflat: illícitos motus inflammat pcõi occasiones parat: & mille nocendi artibus corda hominũ tentare non cessat. Hic est q manus nostras proprio cingulo alligat: & ut dicitur baculo nostro nos cedit, ut caro quæ data est in adiutoriũ: in ruinam nobis & in laqueum fiat. Sed quid prodest indicasse pericula si nulla consolatio: nulla adhibeantur remedia? Grande quidẽ periculũ est & grauis lucta aduersus domesticum hostem: maxime cũ nos aduenæ simus: & ille ciuis, ille suam inhabitet regionem: nos exules simus & peregrini. Magnum quoq; discrimẽ aduersus diabolicæ fraudis astutias: tã crebros: imo cõtinuos habere cõflictus quem nec uidere quidem possumus: & quem nimis astutũ fecerit tam natura subtilis: quàm longa exercitatio malitiæ eius. Verũtamẽ in nobis est si uínci nolumus: & nemo nostrum in hoc certamine deícit inuitus: Sub te est ô homo appetitus tuus & tu dñaberis illius. Potest inimicus excitare tentationis motũ: sed in te est si nolueris dare seu negare cõsensum. In tua facultate est si nolueris inimicũ tuũ facere seruũ tuũ: ut omnia tibi cooperetur in bonũ. Ecce enim inflammat inimicus desideriũ cibi uanitatis aut impatientiæ cogitationes ingerit: aut excitat libidinis motum: tu solũmodo ne consenseris: & quoties restiteris toties coronaberis. Verumtamen negare non possumus fratres molesta sunt hæc & periculosa: sed & in ipso certamine si uiriliter resistimus: quædã pia trãquillitas de cõscientia bona nascitur. Credo etiam si cogitationes istas quãcito in nobis aduertimus non patimur remorari: sed in spíritu uehemẽti animus aduersus illas excitat: qñ inimicus cõfusus abscedet a nobis: non tam libenter ilico reuertet. Sed qui sumus nos aut q̃ fortitudo nostra ut tam multis tentationibus resistere ualeamus? Hoc erat certe qd̃ quærebat deus: hoc erat ad qd̃ nos perducere satagebat: ut uidẽtes defectũ nostrũ: & q non est nobis auxiliũ aliud ad eius miam tota humilitate curram9. Propterea rogo uos fratres ut semper ad manũ habeatis tutissimũ orationis refugiũ; de qua etiã memini me paulo ante in fine sermonis esse locutũ. Verũtamen quoties de oratione loquor uerba q̃dã humanæ cogitatiõis audire mihi uídeor in corde uestro: q̃ & ab alijs frequẽter audiui: & nunquã expertus sum in corde meo. Quid eñ est qd̃ licet nunquã ab oratione cessemus; uix unquã experiri uideatur aliqs nostrũ, qs sit orationis suæ fructus? Sicut ad orationẽ accedimus sic redire uidemur: nemo nobis rñdet v̄bũ: nemo qcquã donat: sed laborasse uidemur incassum. Sed qd̃ i euãgelio dícit dñs? Nolite, ait, iudicare fm facie: sed iustũ iudiciũ iudicate. Qd̃ est aũt iustũ iudiciũ: nisi iudiciũ fidei: qñ iustus ex fide uiuit. Ergo iudiciũ fidei seqre: & nõ experimẽtũ tuũ: qñ fides qdẽ uerax: sed experimẽtum fallax. Quæ est ergo ũitas fidei: nisi qd̃ pmittit ipse filius dei? Quicqd orãtes petitis credite qa accipietis; & fiet uobis. A Ne

Remediũ.

Orationis refugium.

Ioan. 7

Mar. 11.

mo uestrũ fratres paruipẽdat oratiõnẽ suã. Dico eñ uobis: qa ipe ad quẽ oramus nõ paruipẽdit eã. Priusquã egressa sit ab ore nostro ipe scribi iubet eã i libro suo. Et unũ ídubitãter è duob9 sperare possumus: qñ aut dabit qd̃ petimus aut qd̃ nobis nocerit esse utilius. Nos eñ qd orem9 sicut oportet nescimus: sed miseret ille sup ignorãtiam nostrã & orationẽ benigne suscipiẽs, qd̃ nobis aut oĩno non est utile: aut nõ tã cito dari necesse est minime tribuit: oro tñ ifructuosa nõ erit. Ita sane si fecerimus qd̃ monemur in psalmo: id est si delectemur in dño. B Ait eñ sanctus dauid. Delectare in dño: & dabit tibi petitiones cordis tui. Ps. 36.

Sed qd ô ꝓpheta q tã absolute mones delectari in dño: ac si ad manũ nobis sit hmõi delectatio? Delectationem cibi: somni: & quietis & cæterorũ q̃ in terra sunt nouimus: de9 autẽ quã delectationẽ habet ut in eo delectemur. Fratres mei: seculares hoc dícere possunt: uos non potestis. Quis eñ uestrũ est: q nõ sæpe expertus sit conscientiæ bonæ delectationẽ: q non gustauerit saporẽ castitatis: humílitatis: charitatis? Nõ est hæc delectatio potus neq; cibi: aut simílis cuiuslibet rei, delectatio tñ est: & maior oĩb9 illis: diuina eñ est & nõ carnalis delectatio: & cũ i his delectamur: plane delectamur i dño. Sed causant multi fortasse q affectũ hunc delectabilẽ & dulciorẽ sup mel & fauũ rarius experiantur: nimirũ qa tẽtationib9 interim exercentur: multoq; uirilius agunt: si uirtutes ipsas nõ p delectatiõe quã experiantur: sed p uirtutibus ipsis & p solo bñplacito dei tota intẽtione: & si nõ tota affectiõe sectant. Nec dubium quin optime compleat q hmõi est prophetæ admonitioni qua dicit: delectare in dño: qñ nõ de affectu loquitur, sed de exercitio. Affectus eñ ille beatitudinis est: exercitium uerò uirtutis. Delectare, inquit, in domino ad hoc tende, ad hoc conare ut in domino delecteris: & dabit tibi petitiones cordis tui. Sed considera q petitiones cordis dixerit: quas approbat iudicium ratiõis. Nec habes unde causeris: sed unde magis tãto affectu in gratiarum actione uerseris quãdoquidem tanta super te cura est deo tuo: ut quoties ignorans quæris quod tibi inutile est: nõ te audiat super hoc sed mutet illud utiliori dono. Sic & pater carnalis paruulo quærenti panem: libenter porrigit: quærenti cultellum quem nõ necessarium putat non consentit: sed magis panem ei quem dederat frangit uel per aliquem ministrorum frangi præcipit ut nihil ille habeat periculi, nihil laboris. D Porrò petitiões cordis in trib9 credo cõstare: nec uideo quid præter illa electus quisq; sibi debeat postulare. Duo quidem huius tpis sunt: id est bona corporis & aĩæ: tertium uerò beatitudo æternæ uitæ. Nec mireris q bona corporis à deo dixerim esse quærenda: qñ ei9 sunt corporalia omnia: sicut & spũalia oĩa bona. Ab eo ergo petendum & sperãdũ nobis est: unde possimus in eius seruitio sustentari. Verũtamen pro necessitatib9 aĩæ orandũ nobis est & frequẽtius & feruẽtius, id est pro obtinẽda gra dei aĩæq; uirtutibus. Sic & p uita æterna tota pietate & toto nobis orãdũ est desiderio: ubi nimirũ corporis & aĩæ plena & pfecta sit btitudo. In his ergo trib9 ut cordis petitiões sint, tria nobis sunt obseruãda. Nã & in pria qdẽ supfluitas: & i sec'a iputritas: & elatio iterdũ surripe solet in tertia. Nõnunquã ei tpalia q̃ri solẽt ad uoluptatẽ: uirtutes ad ostẽtationẽ. Sed & uitã æternã fortassis aliq nõ i humilitate q̃rũt: sed tãquã i fiducia suorũ meritorũ. Nec hoc dico qn accepta gra fiduciã donet orãdi: sed non oportet ut i ea cõstituat qsquã fiduciã ipetrãdi: hoc solũ cõferunt hæc pmissa dona: ut ab ea misericordia q̃ tribuit hæc: speretur etiã ampliora. Sit ergo oro que pro tpalib9 est circa solas necessitates restricta; sit oro que pro uirtutib9 est animæ etiam ab omni impuritate libera & circa solũ bene placitum dei intenta. Sit ea quæ fit p æterna uita in oi hũilitate: præsumens de sola ut dignũ est miseratione diuina.

In quadragesima de oratione dominica.

Sermo. VI. *unde supra.* A

FIat uoluntas tua sicut in cælo & in terra. Volũtas domini fratres quæ prius angelos creauit facies eosdẽ; Mat. 6.

postmodum

Ioan.1. postmodū in eis facta beauit. Sicut eñ uerbum quod erat in principio: carnē suscipiens: dicit & uerē dicit factum caro, sic uolūtas illa æterna in angelo facta est: cū angelicam omnino in se absorbuit uoluntatē. Quidni dicat facta in angelo: cū angelica facta est? Hæc enim summa illius felicitatis est: hic uoluptatis cælestis torrens, & diuina uoluntas ipsa facta est etiā angelorū: ut quēadmodū placet deo uniuersas ꝛm̄inistratiōis huius: sic & ipsi in cunctis gaudeāt, in oībus delectent. Hoc igit oramus ut hæc uoluntas sicut in cælestibus facta est creaturis: fiat etiam in terrenis: ut sicut angelus sic & hō adhærens deo unus cum eo spūs sit. B Sed heu me, quot obstacula separant: quot phibent impedimenta! Obiicit sese malitia mediam: obiicit infirmitas: obiicit cōcupiscētia & ignorātia nra. Inest eñ nobis quasi à natura: magis autē ab exterminio naturæ affectio q̄dam pessima & libido nocendi: ut inextinguibilis inueniat in miseris aiabus nostris malitiæ delectatio. Quid uerò longius à uoluntate diuina? Planè chaos magnū inter nos & illā firmatū est in hac parte: cū semp eū delectet pstare bñficia, & ingratis nobis ecōtra suggerat affectio crudelissima & in noxijs uelle nocere. Hinc oīs radix amaritudinis germinat: hinc inuidiæ: hinc detractiones: hinc dissentiones pullulant: hinc silescūt inimicitiæ. Ad hæc qdem germina uirulēta præscidi semp necesse est falsæ iustitiæ: qua uidelicet extorquemus à nobis: ne cui faciamus qđ nolumus nobis fieri: sed quæ uolum⁹ ut faciant nobis hoies & nos eis cadē faciam⁹. Eradicari tñ aut extirpari à cordib⁹ nostris oīno nō poterit malitia: donec in mūdo fuerimus qui positus est in maligno. Conteritur quidē serpētis caput sed experiri est frequēter calcaneo insidiātē. Secūdo loco ipsa quoq; corruptibilis huius infirmitate corporis præpedimur: ne uolūtas nra diuinæ ualeat cohærere. Nobis qdē qđ molestū sentimus nō pōt nō displicere: & frequenter in his uoluntas nostra à diuina dissidet uoluntate: cui ne penit⁹ aduersetur: fortitudo est nobis necessaria: quæ sed a species est uirtutis. Nec sola impedit afflictio corporis: impedit & concupiscentia: qua multiplicibus & inexplebilibus distrahimur desiderijs. Quādo aūt poterit an fractuosa & angulis plena uoluntas ei unirī: quæ rectissima est: & oīmodis indistorta? Heu mihi dñe de⁹: qa undiq; mihi bella: undiq; tela uolāt: undiq; pricula: undiq; impedimēta. Quocūq; me uertā nulla usq; securitas ē: & quæ mulcēt & q̄ molestant timeo: & esuries & refectio: & somnus & uigiliæ: & labor & requies militant contra me. Diuitias & pauptates ne dederis mihi orat sapiens nimirū qa utrobiq; laqueus: utrobiq; piculū. Qđ si reprimit tēperātia cōcupiscētiā (hoc qppe unicū in hmōi remediū est) erit qdē unio iā nōnulla: sed plena nō erit. Hinc & apls de Pro.30. Rom.7. se fatet. Ego ipse, ait, mēte consentio legi dei: carne autem legi peccati: q̄ est in mēbris meis. Ex parte ergo cohæret: & ex parte dissidet: donec ueniat qđ perfectū est & quod ex parte est euacuet. Quarta est ignorantia: quā & ipsam nobis plurimum obesse non ignoratis. Quo enim pacto uolūtatem dei puiā sequar ubi ignoro eā? Cognosco aūt tantū ex parte: & necdum sicut cognitus sum. Propterea ingrenda sunt nobis cū oī desiderio incrementa prudentiæ: ut magis ac magis notā faciat nobis deus uoluntatem suam: ut sciamus qd acceptū sit ei oī tēpore. Sic uirtutum cōsummatio iustitiæ, fortitudinis: tēperātiæ & prudentiæ unisonē illā tā felicē quàm desiderabilem cōsummabit: ut sit nobis cū deo una uolūtas: & q̄cūq; ei placent: placeant simul & nobis: atq; hoc nobis erit (ut de angelis supradictū est) oīno pfecta iocūditas. Oramus aūt ut aduenīat regnū dñi, quo uidelicet nobis plena sit de regni ptāte securitas. Qđ aūt petimus ut sanctificet nomē eius: oīno iā supra nos in eius notitiā pergere cōcupiscim⁹. Vbi nimirū nobis in nobis & felix securitas & secura felicitas fuerit: i cū q̄ sup nos est tota iā spūs uehemētia rapiemur. B Sctifi cetur nomē tuū. Nomē ei⁹ glia ei⁹. Et illa qñ nō sctā? Fieri tñ dicit sctā glia ei⁹ cū in sanctitate glorificat a nobis sicut & uolūtatē ei⁹ q̄ æterna est in nobis ut nra fiat fieri postulamus. Hoc ergo primum fieri petimus qđ maximū est: ut nobis g̃ræ illi⁹ innotescat sanctitas illibata. Exinde quod ad nos spectat optamus & regni potestatē, ppter securitatē: & uolūtatis ei⁹ in nobis ptectionē, ppter iocunditatē. Sed qa necdū illa pfectione gaudētes: nō sine magno labore diuinæ possumus obtemperare uolūtati: opus est cibone deficiamus: opus est, inq̄, pane quotidiano. Sæpi⁹ quoq; oberrantes ab ea: & delinquētes hoc est derelinquētes eā: necessario pro indulgētia supplicamus dicētes. Dimitte nobis debita nra &c. At ne forte in eo recidam⁹ post acceptā uenīā pctōrū: orādus à nobis idē ipse est: ne īducat nos in tētationem: sed magis educat nos & liberet à malo.

Item in quadragesima de peregrino, de mortuo, & crucifixo Sermo. VII.

OBsecro uos tanquā aduenas & pegrinos abstinere uos à carnalibus desiderijs. Felices q se p̄sentī sēlo nequā aduenas & pegrinos exhibent imaculatos se custodiētes ab eo. Neq; eñ habemus hic manētē ciuitatē: sed futurā inqrim⁹. Abstineam⁹ ergo à carnalib⁹ desiderijs q̄ militāt aduersus aiam tanquā aduenæ & pegrini. C Peregrinus siqdē uia regia iccdit nō decliat ad dexterā neq; ad sinistrā: si fortè iurgantes uiderit, nō attēdit: si nubētes aut choros ducētes: aut aliud quodlibet faciētes nihilomin⁹ trāsit qa peregrinus est: & nō pertinet ad eū de talib⁹. Ad patriā suspirat: ad patriam tēdit: uestitū & uictū habēs nō uult alijs onerari. Beatus planè qui suum sic agnoscit: sic deplorat incolatum, dicēs dño. Qñ aduena ego sum apud te: & pegrinus sicut oēs p̃ 38. pres mei. Magnū hoc qdē sed fortè grad⁹ aliqs altior est. Nā pegrinus & si nō admisceat ciuib⁹: aliqñ tñ delectatur uidere q̄ fiūt: aut audire ab alijs aut ipse narrare q̄ uiderit & hmōi & si penit⁹ nō retinetur: detinetur tñ & retardat dum min⁹ memor patriæ: minori accelerat desiderio. Nā & tāto tpe potest in his delectari: ut iam nō solū remoreat & munus cito ueniat: sed & remanens ex toto nec tarde q dem perueniat. Quis igitur est magis alienus ab actibus seculi quàm peregrinus? Profecto quibus dicit apls. Mortui enim estis & uita uestra abscondita est cum christo in deo. Peregrinus nimirum potest facile occasione uiatici plus quàm oporteat & detineri quærendo & prægrauari portando. Mortuus si desit etiā ipsa sepultura, non sentit. Sic uituperantes ut laudātes: sic adulantes audit ut detrahentes: imo uerò nec audit quia mortuus est. Omnino felix mors quæ sic immaculatum seruat, imo penitus alienū facit ab hoc seculo. Sed necesse est ut qui nō uiuit in se uiuat christus in illo. Hoc est eñ quod ait apostolus. Viuo autem iam non ego, uiuit uerò in me christus. Ac si diceret. Ad alia quidem omnia mortuus sum non sentio: non attendo: non curo: si qua uerò sunt christi: hæc uiuum inueniunt & paratum. Nam si non aliud possum, saltem sentio: placet quod ad ei⁹ honorem fieri uideo: displicēt quæ aliter fiunt. Magnus omnino grad⁹ est iste. At fortasse poterit aliquid adhuc superi⁹ inueniri. In q̄ ergo querem⁹? In quo putas nisi in eo de quo nunc loquebamur qui raptus est usq; ad tertium cælum? Quis enim prohibet tertium cælū dicere: si quē gradū supra istos poteris inuenire? Audi igitur ipsum de hac tāta altitudine non in se gloriantem: sed dicentem. Mihi absit gloriari nisi i cruce dñi Gal.6. nostri Iesu christi: per quem mihi mundus crucifixus est & ego mundo. Non solum, inquit, mortuus mundo: sed & crucifixus: quod est ignominiosum genus mortis. Ego illi: pariter & ipse mihi. Omnia quæ mundus amat, crux mihi sunt: delectatio carnis, honores, diuitiæ, uanæ hominum laudes. Quæ uerò mundus reputat crucem: illis affixus sum: illis adhæreo, illa toto amplector affectu. An non maior iste est secundo & primo gradu? Peregrinus si prudens est & non obliuiscitur suæ peregrinationis (licet cū labore) transit: & non magnopere secularibus implicatur. Mortuus æque blanda huius seculi sicut aspera spernit. Qui uerò raptus est usq; ad tertium cælum: crux illi est omne cui mundus inhæret: & his adhæret quæ mundi

Gal.2.

Collo.3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

do crux esse uidentur: Quãuis in his uerbis apostoli illud quoq; nõ incõgrue posset intelligi: crucifixũ ei mundum reputatione: ipsum uerò mũdo crucifixum compassione. Crucifixũ eñ mundũ uidebat obligationibus uitiorũ: & ipse crucifigebat ei p cõpassionis affectũ. Pẽsemus singuli in quo gradu quisq; sit positus: & studeamus pficere de die in diẽ: qñ de uirtute in uirtutẽ uidebit deus deorũ in sion. Maxime uerò hoc sancto tpe in oi obsecro puritate cõuersari studeamus: ubi & certus & breuis dierũ numerus positus est: ne desperet humana fragilitas. Nam si dicit nobis in oi tpe solliciti estote oĩno ad custodiendam puritatẽ uestræ conuersationis: qs nõ desperet: C Nunc aũt monemur breui dierũ numero: oẽs aliorũ temporũ negligentias emẽdare: ut uel sic gustemus dulcedinem perfectæ puritatis: & oĩ deinceps tempore in conuersatiõe nostra sanctæ huius quadragesimæ uestigia clara resplendeant. Conemur ergo fratres sanctũ hoc tempus tota deuotiõe suscipere: & nunc magis arma spiritualia reparare. Nunc enim generali quodã totius orbis exercitu: contra diabolũ saluator cõgreditur: beati qui sub tali duce stremue militarint. Toto liquidem anno domestica regis familia nulli tat & assidua est in bellorum procinctu: semel autẽ & certo tẽpore uniuersum imperiũ generali congregatur exercitu. Felices uos qui domestici meruistis esse: quib⁹ dicit apostolus. Iam non estis hospites & aduenæ: sed estis ciues sanctorũ & domestici dei. Quid igit facturi sunt o toto anno pugnare susceperunt: quando & ipsi rudes & uacantes prius spũalia arma arripiunt: Vtiq; solito amplius solitæ opus est insistere pugnæ: ut magna quædã uictoria regi nostro ad gloriam, nobis proueniat ad salutem.

Ephe. 2.

De sancto benedicto abbate. Sermo.

OMnium nũ uobis in unũ ad audiendũ uerbum salutis: magnus mihi timor fratres mei ne qs fortè minus digne illud recipiat & nõ sicut recipiendũ est uerbũ dei. Scio eñ terrã quæ sæpius superueniẽtẽ in se recipit imbrẽ si fructum nõ fecerit reprobã fore & pximam maledicto. Et ego utiq; si possem benedictiones illi dare mallem: & nõ maledictiones. Imo uerò ipsam benedictionẽ cælestis pris uestri nõ meã quã tamen ipso quidẽ dignãte accipitis p os meũ opto uobis benedictionem manere semper, nec in maledictionẽ posse mutari. Celebram⁹ hodie magistri nostri glorioſi benedicti natalem: pro eo uobis & de eo solẽnis ex more sermo debetur. Cuius dulcissimum nomẽ: cum omni uobis iocũ ditate amplectendũ est & honorandũ: qñ ipse dux uester ipse magister & legifer uester est. Delector quidem & ego in ipsius memoria: licet non meo sine rubore beati huius patris nomen audeam memorari. Est enim mihi de ipsius imitatione uobiscum seculi abrenuntiatio & monasticæ professio disciplinæ: sed singulariter sine uobis eũ eo participio nomen abbatis. Abbas fuit, & ego. O abbas & abbas. Nomen unum: sed in altero sola magni nois umbra. Ministerium unum sed heu me quàm dissimiles ministri: quãtum ministratio ipsa dissimilis. Ve mihi si tam longè à te fuero ô beate benedicte in futuro quàm à tuæ uestigijs sanctitatis longè esse reperior in præsenti. Sed non mihi hæc apud uos perorare necesse est. Scio q; scientibus me loquor: tantum peto ut pudorẽ hũc: & hunc timorẽ meũ fraterna compassione leuetis. Qñ tñ oĩno dispensatio mihi credita est: & si non habeo apud me quod uobis apponam: quæram à btõ bñdicto tres panes qbus uos pascam Reficiat uos sanctitas eius: iustitia eius: pietas eius. Recolite dilectissimi: q non oẽs q in pcessione dñi fuerunt sua illi prostrauerint uestimenta. In illa, inquàm, processione quã annuente dño in pximo sumus celebraturi: qñ uenienti dño ad passionem & sedenti sup asellũ populi occurrerunt: non oes uestimenta sua pternebant in uia: sed cædebant aliqui ramos de arboribus. Non erat hoc magnum qd gratis acceperant: gratis dabant. Veruntamen ne ipsi quidẽ penitus ociosi fuerunt: sed nec à processione legunt excluſi. Fratres mei, pium xpi iumentum: q cum propheta dicere potestis. Vt iumentũ factus sum apud te & ego semper tecũ: uos qbus insidet xps: qñ anima iusti sedes est sapientiæ: & apostolus pdicat christũ dei uirtutẽ & dei sapientiã: si nõ habeo uestes quas pedib⁹ uris pternã: tẽtabo uel ramos cædere de arboribus: ut tãtæ pcessioni uel parũ aligd nõ desit ministerij mei. Arbor fuit btus bñdictus grãdis atq; fructifera: tanquã lignũ qd plãtatũ est sec⁹ decursus aquarũ. Vbi sunt decursus aquarũ? Profecto in uallibus: qa inter mediũ mõtiũ ptrãsibũt aquæ. Quis eñ nõ uideat etiã torrẽtes montiũ ardua declinare: & mediũ ad hũilitatẽ semp diuertere uallis? Sic pfecto sic deus superbis resistit: hũilibus dat grãm. Securus hic fige pedẽ qcũq; es iumentũ xpi: sup hũc ramũ immitere: semitã uallis incede. Nimirũ in mõte sibi sedẽ cõstituit serpens antiquus: mordẽs ungulas equi ut cadat ascensor ei⁹ retro: pptera uallẽ magis elige ad ambulãdũ: uallem elige ad plantandum. C Neq; eñ uel in serẽdis arborib⁹ mõtana solemus eligere: q frequẽter arida sunt & petrosa. In uallib⁹ pinguedo est: ibi pficiũt plantæ: ibi plena spica: ibi cẽtesimus oritur fructus: iuxta illud, Et ualles abũdabũt frumento. Audis qa ubiq; uallis laudat: ubiq; hũilitas pdicat. Ibi plantare, ubi decursus aquarũ: qa ibi copia grãæ spũalis: & aq q sup cælos sunt laudãt nomẽ dñi, id est cælestes benedictiones faciũt ut laudet. Stem⁹ in hac charissimi: & plãtati stem⁹: ut nõ arescamus: nõ moueamur quocunq; flatu: sicut scriptũ est. Si spũs habẽtis ptãtẽ sup te irruerit: locũ tuum ne deseras. Nulla eñ tẽtatio uobis pualebit si non in magnis & mirabilib⁹ sup uos ambuletis: sed pmaneatis radicib⁹ firmis: in humilitate radicati atq; fundati. Sic fuit plantatus secus decursus aquarũ sanctus iste confessor dñi: quoniam fructum suum dedit i tẽpore suo. D Sunt enim qui fructum non faciunt: sunt qui faciunt: sed non suum: sunt qui faciunt suũ, sed nõ in tempore suo. Sunt, inquã, arbores infructuosæ ut quercus & ulmus & siluestres aliæ arbores: sed hmõi nemo plantat in horto suo: quia nõ faciunt fructum: & si quem faciunt: non humano esui aptus est sed porcino. Tales sunt filij huius seculi: agentes in commessationibus & ebrietatibus: in crapula & uoracitate: in cubilibus & impudicitijs. Hæc nãq; porcorũ cibus sunt quos iudæus uerus phibetur comedere: quia xpianus his non debet adhærere. A Sicut eñ caro porcina cũ comedit nostræ adhæreret carni ut iam sit una caro: sic trãsgressor præcepti dñici spurcos sibi sociat spũs: & adhærendo eis, un⁹ cũ eis efficit dæmõ. Nã & idcirco in sacrificijs phibetur animal illud offerri quod spurcos spũs immundosq; designet: qui relicta omni munditia: solis sibi spurcitijs cõplacens uitiorum & criminum semper sceno delectatur in uolui. Vnde & in euangelio, legio illa maledicta, dum eiicerẽtur ab homine tanquàm simile sibi animal porcos postulat: nec negantur. His fructum ferunt arbores infructuosæ: ad quarum radices securis posita iam uidetur. Arbores autem quæ fructum faciunt sed non suum, hypocritæ sunt: cum simone cirenæo crucem portantes nõ suam: qui religiosa intentione carentes, angariant: & quæ nõ amãti amore gloriæ quam desiderant facere cõpelluntur. *Nam* in eo quod dicitur in tẽpore suo: arguuntur quidam *ante* tẽpus fructificare uolentes. Nónne eñ & arborib⁹ *nostris* citius quàm oporteat pullulantib⁹: timemus *omnino* floribus intempestiuis: Sic sunt aliqui quorum *fructus* quia nimis propere minus prospere oriũtur. Hi sunt qui in initio conuersionis suæ alijs fructificare continuo uelle præsumunt: cõtraq; legis decreta arare in primogenito bouis & ouis primogenita tõdere festinãtes. Vultis nosse quàm solicite id uitauerit sanctus iste magister noster: Et hunc ramum uobis appono: quoniam tribus annis soli deo notus: hominibus mansit incognitus. Fructum quidem multum tulit ipsi cernitis: sed in tempore suo. Neq; eñ credebat tempus esse fructificandi: quando tanta carnis tentatione graua⁹ est ut penè cederet: penè discederet. Ego eñ nec istum quidem ramũ præteribo, qñ & si hirsutus quodammodo spinarũ aculeis quibus scipm dñi benedictus inuecit: tamen

Ps. 85.

Ps. 72.

1. Corin. 1.

Luco. 4.

Mar. 5.

Ps. 64.

misecit: tñ utilis est oino: utilis iumēto dñi propter foucas tētationū ne in eos incidat consentiēdo: sed magis resistat & uiriliter agat: sustineatq; dñm, ne desperet. Hic ergo fige pedē xpi inmētū & disce quātūcūq; acerba tentatio sæuiat, nō cedere: nec credere, pterea derelictū te esse à dño sed memineris scriptum esse. Inuoca me in die tribulationis: eruam te & honorificabis me. Ergo ut dicere cœperā nō credebat benedictus tunc esse fructificandi tēpus: quādo adhuc tantis tentationibus urgebatur. Sed uenit tempus: & in tēpore suo fructū dedit. De fructu eius sunt illa tria quæ superi⁹ tetigi: sanctitas ei⁹: iustitia ei⁹: pietas ei⁹. Sanctitatem miracula probant: doctrina pietatem: uita iustitiam. Vides ō iumentum christi ramos foliis uirentes uernantes floribus, onustos fructu? Super istos immitere ut gressus rectos facias pedibus tuis. Sed quomodo tibi appono ei⁹ miracula? Nūqd ut miracula facere uelis? Nequaquàm: sed ut miraculis ei⁹ inmitaris: uidelicet ut confidas & gaudeas q̄ sub tali positus es pastore: q̄ tantum meruisti habere patronum. Omnino enim ualde potens est in cælis qui tam magnus & potens extitit in terris secundū magnitudinem gratiæ: magnitudine gloriæ exaltatus. D Nam & iuxta radicum quantitatem rami prodire noscuntur: & quot radicibus arbor inmititur: tot ramis sicut aiunt decoratur. Sic ergo licet nō habeamus nostra: consolatio magna nobis esse debent patroni nostri miracula. Doctrina uerò instruit nos: & dirigit gressus nostros in uiam pacis. Porrò uitæ iustitia omnino roborat & animat nos: ut tantomagis accendamur ad agenda quæ docuit: quanto certi sumus cum non alia docuisse quàm fecerit. Sermo quidē uiuus & efficax exemplū operis est: plurimū faciens suadibile quod dicitur: demōstrat factibile qd̄ suadetur. In hunc ergo modū & sanctitas confortat: pietas informat: iustitia confirmat. Quantæ enim pietatis fuit q̄ non solum præsentibus profuit: sed & pro futuris solicitus fuit: Non solū his q̄ tunc erant fructū tulit hæc arbor: sed utiq; hodie fructus eius & crescit & manet. Dilectus planè deo & hominibus: cuius non sola præsentia in benedictione fuit: sicut sunt multi dilecti deo soli: quia soli deo iam cogniti: sed & memoria eius etiam nunc in benedictione est. Nam & usq; hodie in triplicem amoris dñici cōfessiōem, triplici hoc fructu pascit dñi gregem. Pascit uita, pascit doctrina, pascit intercessione. Per quem iccessanter adiuti, fructificate & uos charissimi: quoniam in hoc positi estis: ut eatis & fructum afferatis. Vnde eatis: Vtiq; à uobisipsis: sicut scriptum est. A uoluptatibus tuis auertere. Nam & de dño legim⁹. Quia exiit seminare semē suū. Ecce & hic habem⁹ semē suū sicut & prius fructū suū. Imitemur & hūc fratres qm̄ ad hoc uenit ut formā nobis traderet: & uiā demōstraret. Fortassis & ipse dominus arbor est: & debemus ab eo quoq; ramos accipere: quos nostris pedibus apponamus: imo non fortasse: sed magis uerè arbor est ipse & planta cælestis: sed in terris plantata sicut scriptū est. Veritas de terra orta est: & iustitia de cæle pspexit. Ab eo igit hunc ramū uobis appono: ut sicut scipsum exinaniuit hoc ipsum sentiatis in uobis: nisi q̄ non tam ego appono quàm apostolus apud quem legistis. Hoc sentite in uobis qd̄ & in xp̄o Iesu: qui cū in forma dei esset non rapinā arbitratus est esse se æqualem deo, sed semetipm exinaniuit formā serui accipies: in similitudinē hoim factus & habitu inuentus ut homo. Et uos fratres charissimi exinanite uos: humiliate uos: seminate uos: pdite uos. Seminate corpus animale: & resurget corpus spirituale. Perdite animas uestras: & in uitam æternā seruabitis eas. Vultis nosse quomodo id fecerit apostolus ipse qui docuit? Siue, inquit, mente excedimus deo: siue sobrij simus uobis: Quid ergo tibi? Ego, inquit, factus sum tanquā uas perditū. Bene seipm perdit, qui nihil unquam pro se facit: sed omnis eius intentio & omne desiderium tēdit ad dei placitum & utilitatē fratrum suorū. Infelix cui qui seminat in carne: quia de carne metet corruptionem. Alibi uerò scriptū est. Beati qui seminant sup oēs aquas. Sed quomodo super omnes aquas? Foreē & super aquas de qbus legit. Et aquæ q̄ sup cælos sunt laudent nomē dñi: quæ sunt uirtutes āgelicæ & cælestes populi. Ita planè: qm̄ spectaculū factu sumus & angelis & hoib⁹. Semine mus igit hoibus exemplū bonū per aperta opera: semine mus angelis gaudiū magnū per occulta suspiria: & cætera hmōi quæ solis eis sunt nota. Gaudiū enim est angelis dei sup uno peccatore pœnitētiā agēte. Hinc dicebat apostolus. Prouidentes bona nō tantū corā deo: sed etiā corā hoibus. Corā deo dixit: corā eis qui uultui dei assistunt. Ipsis enī maxime placet cū uos uidēt occulte orantes: aut ruminātes psalmū aliquē: aut tale aliquid facientes. Sic seminate & uos: sic fructificate charissimi. Seminate & uos: qa tam multi ante uos seminauerūt: fructificate qa uobis seminauerūt. O genus adam, quàm multi seminauerūt in te: & quàm preciosum semē, quàm male peribis & quàm merito: si perierit in te tñ semē: simul & seminantiū labor. Cui perditioni traderis ab agricola: si in te perierint hæc uniuersa? D Seminauit in terra nostra tota trinitas: seminauerūt angeli pariter & apostoli: seminauerunt martyres & cōfessores & uirgines. Seminauit & filius: ipse enim est qui exiit seminare semē suū. Pater enī nō exiit: sed filius à patre processit & uenit in mundū: ut q̄ prius erat cogitatio pacis in corde patris: fieret & ipse pax nostra in utero matris. Seminauit & spūs sctūs qa & ipe uenit: & apparuerūt discipulis dispartitæ linguæ tāquā ignis. Ita tota trinitas seminauit: pr̄. i. pane de cælo: filius ueritatē: spūs sctūs charitatē. Angeli quoq; seminauerūt: qm̄ cadētib⁹ alij ipsi steterūt. Dixit enī lucifer ille: sed nō iā lucifer: sed tenebrifer & uesper⁹. Sedebo in mōte testamēti, similis ero altissimo. O īpudēs: ō īprudēs. Milia milium ministrāt ei & decies cētena milia assistūt: & tu sedebis? Cherubin, ait propheta, stabāt, & nō sedebāt. Quid laborasti ut iam sedeas? Omnes amministratorij sunt spūs nisi in ministeriū propter eos qui hæreditatem capiunt salutis: & tu sedebis? Quid seminasti ut iam metas? Non est tuum: nō est tuum hoc: sed quib⁹ paratū est à patre. Quid eis inuides? Profecto ipsi sedebūt, ipsi iquā, uermiculi terræ iudicantes sedebūt: & tu nō mō nō stabis: sed iudicād⁹ astabis. Nescitis, ait aplus, qa & angelos iudicabim⁹? Ipsi utiq; ibant & flebāt mittētes semina sua: uenientes aūt uenient cū exultatione portantes manipulos suos. Duo manipuli sunt quos quæris: honoris scilicet & quietis. Sessionem affectas & altitudinem: sed non sic, nō sic: nō colliges: quia non seminasti. Qui seminauerunt laborem & utilitatem: metent honorem pariter & quietem. Pro confusione enim sua duplicia possidebunt. Vnde & dicebat quidam. Vide humilitatem meam & laborem meū. Hodie audistis in euangelio promittentem dominum & dicentem discipulis. Sedebitis super sedes iudicātes duodecim tribus israel. Ecce quies sessionis: & honor iudicij. Nā & ipse dominus ad hæc noluit peruenire: nisi per humilitatem & laborem. Vnde & morte turpissima condemnatus est: interrogatus tormentis, & opprobrijs saturatus: utiq; ut inimicus induatur confusione: ipse pariter & omnes qui imitant eum & prætergrediuntur uiā. Ipse est ō iusque, ipse est qui sessurus est ī sede maiestatis suæ similis altissimo & coaltissimus ei. Hoc utiq; cogitauerunt angeli sancti qui cadente maligno, apostasiæ illius non consenserūt: nobis relinquētes exēplū ut quēadmodū ipi elegerūt ministrare: sic & nos faciamus. Nam etiā q̄ laborem fugiūt: honorē captant: illū se nouerūt imitari q̄ sessionē altitudinemq; quæsiuit: & si non satis terret eos illius culpa, terreat uel uindicta. Omnia enim in contrarium deuenerunt: ut formatus sit ad illudendum ei: & ignis æternus præparatus est illi. Ad hæc uitanda, prudentiam nobis seminauerunt sancti angeli: qui prius cum alijs cadentibus tenuerunt. Sed & apostoli hanc ipsam seminauerunt nobis quando recedentibus his qui sapientiam huius mundi sequebantur quæ stultitia est apud deum: & prudentiam carnis quæ mortem operatur & inimica est deo: ipsi

Universidad de Deusto
Biblioteca

dño adhæserũt. Scandalizati ẽm illi audiẽtes de sacramento carnis & sanguinis ultra nõ ibant cũ eo: discipuli uerò
Ioan.6. interrogati an & ipi uellẽt abire: responderũt. Ad quẽ ibimus? Verba uitæ æternæ habes. Necesse habemus fratres hãc prudẽtiã imitari: qa multi adhuc ambulãt cũ Iesu: donec ueniatur ad edendã eius carnẽ & bibendũ sanguinem illius: ad communicandum. s. passionibus eius: hoc enim & uerbum illud: & ipsum sacramentum significat: extunc autẽ scandalizantur: & abeunt retro dicentes: quia durus est hic sermo. Nos cũ apostolis prudẽtes simus & dicam⁹.
Deute.8. Dñe ad quẽ ibimus? uerba uitæ æternæ habes. Nõ discedim⁹ a te: uiuificabis nos. Nõ in solo pane uiuit homo: sed
ps.118. in omni uerbo quod procedit de ore dei. Non solus mundus habet delectationẽ: sed multo maior est in uerbis tuis. Vnde & ppheta ait. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo. Ad quẽ igitur eamus? uerba uitæ æternæ habes domine: & ea quæ sunt super omnia quæ mundus habere potest. Non solum ipsa uita, sed & promissio uitæ æternæ: & expectatio iustorũ lætitia est & tanta lætitia: ut omne quod concupiscitur ei non ualeat comparari. Hanc igitur prudentiam nobis apostoli sancti seminauerunt. Martyres uerò manifestum est fortitudinem seminasse. Porrò uerò confessores seminauerunt iustitiam quam in omni uita sua secuti sunt. Hoc enim interest inter martyres & confessores: quod inter petrum simul oĩa relinquentem: & abraã substantiam mundi in bonos usus expendentem. Sic enim illi consummati in breui expleuerunt tempora multa: isti uerò longa & multimoda traxere martyria. Virgines sanctæ planum est: quia temperantiam seminauerunt: quæ sic libidinem calcauerunt.

In annunciatione beatæ mariæ, de uerbis psalmi: ut inhabitet gloria in terra nostra. Sermo. I.

VT inhabitet gloria in terra nostra: misericordia & ueritas obuiauerunt sibi: iustitia & pax oscu-
2. Cori.1. latæ sunt. Gloria nra hæc est, ait apostolus: testimoniũ conscientiæ nostræ. Nõ quidem tale testimoniũ: quale ille superbus pharisæus habebat: seducta & seductrice cogitatione: testimonium perhibens de seipso: & testimonium eius uerum nõ erat: sed cum spiritus ipse testimonium perhibet spiritui nostro. Porrò hoc testimonium in tribus consistere credo. Necesse est enim primo omnium credere q remissionem peccatorum habere non possis: nisi per indulgentiam dei, deinde q nihil prorsus habere quæras operis boni nisi & hoc dederit ipse: postremo q æternam uitam nullis potes operibus promereri nisi gratis detur & illa. Quis enim potest facere mundum de immundo conceptum semine nisi qui solus est mundus? Vtiq; quod factũ est nõ potest non fieri: ipso tamen nõ imputante erit quasi nõ fuerit. Quod propheta quoq; consi-
ps.31. derãs ait. Beatus uir cui non imputabit dñs peccatũ. De operib⁹ uerò bonis certum oĩno est: q nemo hæc habeat à seipso. Nam si stare non potuit humana natura adhuc integra, quanto minus poterit per seipsam resurgere iam corrupta? Certum est ad suam originem uniuersa quantũ in eis est tendere: & in eam semper esse partẽ procliuiora. Sic & nos q de nihilo creati sumus: constat quia si nobis ipsis relinquimur: in peccatum semp (qđ nihil est) declinamus. Iam uerò de æterna uita scimus: quia non sunt cõdignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam: nec si unus omnes sustineat. Neq; enim talia sunt hominum merita ut propterea uita æterna debeatur ex iure: aut de⁹ iniuriã aliquã faceret nisi eã donaret. Nã ut taceã q merita omnia dona dei sunt: & ita homo magis propter ipsa deo debitor est quàm deus homini: quid sunt merita oĩa ad tantam gloriã? denicq; quis melior est propheta cui dominus ipse tam insigne testimonium perhibet dicens. Virum inueni sec'm cor meum. Veruntamen & ipse necesse
ps.142. habuit dicere deo. Non intres in iudicium cum seruo tuo domine. Nemo itaq; se seducat: qa si bene cogitare uoluerit inueniet proculdubio q nec cum decem milib⁹ possit occurrere ei qui cum uiginti milibus uenit ad se. Verum hæc ẽ q nũc diximus non oĩno sufficiunt: sed magis initium quoddã & uelut fundamentum fidei sunt habẽda. Ideoq; si credis peccata tua nõ posse deleri nisi ab eo cui soli peccasti: & in quẽ pctm non cadit, bene facis: sed adde adhuc: ut & hoc credas qa per ipsum tibi peccata donãtur. Hoc est testimoniũ quod perhibet in corde nostro spiritus sanctus dicẽs. Dimissa sunt tibi peccata tua. Sic enim arbitra- Roma.3.
tur apostolus: gratis iustificari hoiem p fidẽ. Ita de meritis quoq; si credis non posse haberi nisi per ipsum: non sufficit donec tibi perhibeat testimonium spũs ꝟitatis: qa habes ea per illũ. Sic & de uita æterna habeas necesse est testimoniũ spũs: q ad eã diuino sis munere puenturus. Ipse ẽm pctã condonat: ipse donat merita: & præmia nihilominus ipse redonat. Porrò testimonia ista credibilia facta sunt nimis. Nã de remissiõe quidẽ peccatorũ ualidissimũ teneo argumẽtũ, dñicã passionẽ. Vox siquidem sanguinis ei⁹ inualuit multo plus quàm uox sanguinis abel: clamãs in cordibus electorũ: remissionẽ omniũ peccatorũ. Traditus est enim ppter peccata nostra: nec dubium quin potẽtior & efficacior sit mors illius in bonũ: quàm peccata nostra in malum. De bonis autem operibus argumentum nihilominus efficax mihi est resurrectio eius: quia resurrexit propter iustificatiõem nostram. Porrò de spe præmiorum testimonium eius est ascensio: quia ascendit propter glorificationem nostram. Hæc tria in psalmis habes: dicẽte ppheta. Beatus uir cui nõ impugnabit dñs peccatum. ps.31.
Et alibi. Beatus uir cui⁹ est auxiliũ abs te. Itẽ alibi. Beatus ps.83.
quẽ elegisti & assumpsisti: habitabit in atriis tuis. B Hæc ps.64.
est gloria uera: gloria inhabitans: quia ab eo est qui per fidem habitat in cordibus nostris. Filij uerò adam gloriam quæ ab inuicem est quærentes gloriam quæ à solo deo est non ualebant: sed sic gloriam extrinsecus fluentem sectantes habebant gloriam non in semetipsis sed magis in alijs. Vis nosse unde sit homini inhabitans gloriæ? Dico breuiter quoniam ad mystica festinat intentio. Nam & ea sola proposueram in uerbis illis prophetícis diligentius uestigare: sed reflexit ad moralia occurrens prima fronte apostolicus sermo de interna gloria & testimonio conscientiæ. Sic ergo inhabitat hæc gloria etiam hic in terra nostra: si misericordia & ueritas obuiant sibi: & sese iustitia & pax osculentur. Præuenienti siquidem misericordiæ, ut ueritas nostræ conuersionis occurrat necesse est: ac deꝛæteroꝛo sanctimoniã sectemur & pacem, sine qua nemo uidebit deum: Vbi enim compungitur quis, iam tunc eum misericordia præuenit: sed nequaquàm ingredietur donec ei ueritas confessionis occurrat. Peccaui domino, ait ipse Dauid ad Nathan prophetam: cum de adulterio & homicidio argueretur. Et transtulit dñs pctm̃ à te, ait propheta. Nimirum misericordia & ueritas obuiauerũt sibi. Et hoc quidem: ut declines à malo. Iam uerò ut facias bonum, in tympano & choro tibi psallendum est: ut ipsa mortificatio carnis tuæ & pœnitentiæ fructus: ac iustitiæ opera, in unitate & concordia fiant: quoniam unitas spíritus, uinculũ est perfectionis. Neq; ad dexterã neq; ad sinistram de- Coll.3.
clinaueris. Sunt enim quorũ dextera est dextera iniquitatis. Pharisæus ille cuius supra meminimus: non erat sicut cæteri hominũ, sed ipse sibi (ut diximus) testimoniũ phibuit sed nõ uerum. Sanè quisquis ille est in quo misericordia & ueritas obuiauerunt sibi: iustitia & pax osculatæ sunt: secure glorietur: sed in eo qui sibi testimonium perhibet in spíritu utiq; ueritatis. Vt inhabitet gloria in terra nostra: misericordia & ueritas obuiauerunt sibi: iustitia & pax osculatæ sunt. Si gloria patris filius sapiens: cũ sit sapientia ipsa, sapientior nemo: liquet profecto gloriam patris: christum dei uirtutem & dei sapientiam esse. Quia ergo multipharie multisq; modis de eo prædictum fuerat in prophetis q in terris uidendus esset: & inter homines Hebre.1.
conuersaturus: quo nam modo id factum sit: & impletis quæ de eo per os omnium prophetarum dicta fuerant, habitauerit gloria in terra nostra: psalmista indicat in his uerbis: ac si manifeste dicat. Vt uerbum caro fieret & habitaret

ꝑ.38. bitaret in nobis: misericordia & ueritas obuiauerũt sibi: iustitia & pax osculatæ sunt. Magnũ sacramẽtũ fratres & diligentius perscrutãdũ: nisi & intellectus mysterio: & ipi quoq; intellectui uerba deessent. Dico tñ utcunq; modicũ id qđ sentio: si forte uel occasionẽ dedisse uidear sapienti. Videre mihi uideor dilectissimi quatuor uirtutib⁹ his amictũ primũ hoiem ab ipso suæ creationis exordio, & ut ꝓpheta memmit uestimẽto salutis indutũ. Est enim in his quatuor illa salutis integritas: nec sine his oĩbus potest cõstare sal⁹: præsertim cũ nec possint esse uirtutes si abinuicẽ separent. Acceperat ergo hõ mĩam custodẽ. s. atq; pedissequã: ut ipsa præueniret, ipsa & sequeretur eũ: ipsaq; protegeret & conseruaret ubiq;. Vides qualẽ nutritiũ cõtulit paruulo suo deus: qualẽ dedit pedissequã homini recens orto. Sed erat illi necessarius etiã eruditor tãquam ingenuæ & rationabili creaturæ: ut nõ sicut iumentũ aliqđ custodiret: sed tanquã paruulus educaret. Cui sanè magisterio nemo poterat aptior inueniri, quàm ueritas ipsa q̃ eũ in agnitionẽ summæ perduceret aliquando ueritatis. Interim uerò ne sapiẽs inueniret ut malum faceret: esset q; pẽtĩ ei tanquã scienti bonum & minime facienti: iustitiã quoq; qua regeret accepit. Adhuc aũt & pacẽ qua foueretur & delectaretur addidit man⁹ benignissima creatoris. Pacem utiq; duplicẽ ut nec intus pugnæ nec foris timores: id est nec caro concupiscceret aduersus spiñ: nec esset ei creatura ulla formidini. Nam & bestijs oĩbus libere impositum nomina: & serpens ipse qui uiolẽtia non præsumpsit fraude magis eum aggressus est. Quid huic deerat: quem misericordia custodiebat: docebat ueritas: regebat iustitia: pax fouebat? Sed heu homo iste ad multam perniciem & insipientiam sibi, descendit de hierusalem in hiericho. Siquidem incidit in latrones: à quib⁹ & ante omnia legitur despoliatus. An non despoliatus: qui dño uenιente nudũ se esse cõquerit̃? Nec uerò poterat reuestiri uel ablata sibi recipere uestimenta: nisi xps amitteret sua. Sicut eñ uiuificari in aĩa nisi ĩterueniente corporali morte xpi nõ potuit: ita nec reuestiri sine eius despoliatione. Et uide si non propter has quatuor partes uestimenti qđ amiserat primus & uetus homo in totidem quoq; diuisa sunt secundi & noui hominis uestimenta. An forte quæris & tunicam inconsutilem quæ non diuiditur sed sorte prouenit? Ego diuinam arbitror esse imaginem: quæ nimirum nõ assuta sed insita atq; ipsi impressa naturæ: diuidi scindiq; non potest. Ad imaginem nempe & similitudinem dei factus est homo: in imagine arbitrij libertatem: uirtutes habens in similitudine. Et similitudo quidẽ periit: ueruntamẽ in imagine pertransit homo. Imago siquidẽ in gehenna ipsa uri poterit nõ exuri: ardere sed non deleri. Hæc ergo nõ scinditur: sed sorte prouenit. Et quocunq; peruenιat anima: simul & ipsa erit. Nam similitudo non sic: sed aut manet in bono: aut si peccauerit anima mutat̃ miserabiliter: iumẽtis insipientibus similata: Sed quia spoliatum uirtutibus quatuor hoiem dixim⁹: quonã modo singulis sit spoliatus, congruum est ut dicamus. Perdidit homo iustitiam: cum eua serpẽtis: adã mulieris uoci obediuit, poti⁹ quàm diuinæ. Erat aũt residuũ aliquid quod appræhẽdere possent: idq; dñs suo illo scrutinio inuebat: sed abiecerunt etiã illud, conuersi in uerba malitiæ: ad excusandas excusationes in peccatis. Prior eñ iustitiæ portio non peccare sed a p pœnitentiã damnare pẽtĩ. Perdidit & mĩam eũ sic exarsit eua ĩ cõcupiscẽtia sua: ut nec sibi nec uiro nec filijs parceret nascituris: simul oĩs terribili maledicto & necessitati mortis addicẽs: Adã quoq; indignatiõi diuinæ mulierẽ p qua peccauerat obiecit: quasi posit tergũ ei⁹ uolẽs declinare sagittã. A. Vidit eñ mulier lignũ qđ esset pulchrũ uisu: & ad uescẽdũ suaue: & à serpẽte audierat tãquã deos se futuros. Funiculus triplex difficile rumpit̃, curiositatis, uoluptatis, & uanitatis. Hæc sola mundus habet: cõcupiscẽtiã carnis: cõcupiscentiã oculorũ: & superbiam uitæ. His abstracta & illecta mĩam oẽm crudelis mater abiecit. Sic & adã q mulieri male misertus est, ut cũ ea peccaret: bene noluit misereri ut pœnã sustineret p ea. Priuata est etiã mulier ueritate: primo quidẽ male detorquens qđ audierat morte morieris: & dicẽs, ne forte moriamur: demũ serpẽti credens: penitus abnegãti & dicẽti: nequaquã moriemini. B Priuatus est & adã ueritate, ubi eã cõfiteri erubuit: folia excusationum operimenta prætendẽs. Si qđẽ ipsa dicit. Qui erubuerit me corã hoibus erubescã & ego eũ corã patre meo. C Pacẽ quoq; ptinus amisit: qa nõ est pax impijs dicit dñs. Nõne eñ cõtrariam legẽ inuenerant in membris suis: quos de nouo pudere cœperat nuditatis? Timui ego, inqt, eo q̃ nudus essem. Non sic miser nõ sic pauloante timebas: nõ q̃rebas folia: licet corpore nudus sicut & modo. Ex hoc sanè (ut ꝓphetæ ipsi⁹ parabolã ꝓsequamur: q sibi obuiasse eas & recõciliatas in osculo memorauit) grauis q̃dã iter uirtutes uideꝝ orta cõtentio. Siquidẽ ueritas & iustitia miserũ affligebãt: pax & mia zeli huius expertes iudicabant magis esse parcendũ. Sunt eñ collactaneæ hæ duæ sibi: quẽadmodũ & priores. Vñ & factũ est ut pseuerãtibus illis in ultione & prævaricatorẽ hinc inde cedentib⁹?: & præsentes molestias futuri cumulãtib⁹ cõminatiõe suppliciũ: ille secederẽt in cor pris redeũtes ad dñm qui illas dedit. Solus siquidẽ ipse cogitabat cogitationes pacis cum affluctionis plena oĩa uiderentur. Siqdẽ nõ cessabat pax nõ ei mia dabat silẽtiũ: sed pio quodã susurrio paterna pulsantes uiscera loquebant. Nũqd in æternũ ꝓiciet deus: aut nõ apponet ut cõplacitior sit adhuc? Nũqd obliuiscet misereri de⁹? aut cõtinebit in ira sua mias suas? Et quãuis diu multũq; uisus sit dissimulare pater miserationũ ut interim satisfaceret zelo iustitiæ & ueritatis: nõ tñ ifructuosa fuit supplicãtiũ ĩportunitas sed exaudita est in tempore opportuno. Forte enim ĩterpellantibus tale dicatur dedisse responsum. Vsq; quo præces uestræ? Debitor sum & sororibus uestris: quas accitas uidetis ad faciendã uindictã in nationibus: iustitiæ & ueritati. Vocentur & ueniãt: & sup hoc uerbo pariter cõferamus. Festinãt ergo legati cælestes & ut uiderũt miseriã hoim & crudelẽ plagam: ut propheta loquitur: angeli pacis amare flebãt. Qui eñ fidelius quæreret aut rogaret quæ ad pacem sunt: quàm angeli pacis? Sanè ex deliberatione communi ascendit ueritas ad constitutam diem: sed ascendit usq; ad nubes: necdũ planè lucida, sed sub obscura & obnubilata adhuc zelo indignationis. Factumq; est ut legimus in propheta. Dñe in cælo misericordia tua: & ueritas tua usq; ad nubes. Medius aũt pater luminum residebat: & utraq; pro parte sua utili⁹ quod habebat loquebatur. Quis putas illi colloquio meruit interesse. & indicabit nobis: Quis audiuit & enarrabit? Fortè inenarrabilia sunt & non licet homini loqui. Summa tamen controuersiæ totius hæc fuisse uidetur. Eget miseratione creatura rationalis ait misericordia: q̃n misera facta est: & miserabilis ualde. Venit tempus miserendi eius: quia iam præterijt tempus. Econtra ueritas. Oportet, inquit, impleri sermonem quem locutus es dñe. Totus moriatur adã necesse est cum oĩbus q in eo erant: qua die uetitũ pomum in præuaricatione gustauit. Vt qđ ergo ait mia: ut quid me genuisti pater citius periturã? Scit eñ ueritas ipsa: q̃n mia tua perijt & nulla est: si nõ aliq̃n miserearis. Similiter aũt econtrario & illa loquebatur. Quis enim nesciat q̃ si prædictã sibi præuaricator sententiam mortis euaserit: perijt nec permanebit iam in æternum ueritas tua domine? Ecce uerò unus de cherubin: id est magni consilij angelus ad regem salomonem suggerit esse mittendus. Quoniam filio, inquit, datum est omne iudicium: Et in ei⁹ ergo cõspectu misericordia & ueritas obuiauerunt sibi: eadẽ quæ supra meminimus uerba quærimoniæ repetẽtes. Fateor, ait, ueritas zelum bonum misericordia habet: sed utinam sc̃m scientiam. Nũc autẽ quid prævaricatori potius quàm sorori iudicat esse parcendũ? At tu, inquit, misericordia neutri parcis, sed tanta indignatione sæuis in prævaricatorem ut inuoluas pariter & sororem. Quid mali meruí? si quid habes aduersum me dicito mihi. Sinautem quid me

Luc. 10.

ꝑ.35.

Gen. 3.

Luc. 9.

Ioan. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

perſequeris? Grandis controuerſia fratres & intricata ui-
miũ diſceptatio. Quis nõ illic diceret: bonum nobis erat
ſi natus nõ fuiſſet homo iſte? Sic erat dilectiſſimi omnino,
ſic erat: nõ uidebatur quõ ſimul poſſent erga hoiem mia
& ueritas cõſeruari. Cumq; adijceret ueritas ĩ ipm quoq;
iudicẽ partis ſuæ iniuriã retorqueri, dicẽs cauendũ oĩno
ne fieret irritũ uerbũ patris: ne ſermo uiu⁹ & efficax qua-
libet occaſione euacuaretur: parcite quæſo ait pax: parci-
te uerbis huiuſmodi non nos talis altercatio decet: uirtu
tũ eſt inhoneſta cõtentio. Porrò iudex inclinãs ſe digito
ſcribebat in terra. Erant autẽ uerba ſcripturæ: q̃ pax ipſa
legit in auribus omnium. Ea ſiquidem propius aſſidebat.
Hæc dicit: perij ſi Adam nõ moriat: & hæc dicit, perij niſi
miſericordiam cõſequat. Fiat mors bona: & habet utraq;
quod petit. C Obſtupuere oẽs in uerbo ſapiẽtiæ & for
ma compoſitionis pariter atq; iudicij. Siquidem manife-
ſtum fuit nullam eis querimoniæ occaſionem relinqui: ſi-
quidem fieri poſſet quod utraq; petebat: ut & moreret &
miſericordiã cõſequeretur. Sed id quomõ fiet? inquiunt.
Mors crudeliſſima & amariſſima eſt: mors terribilis &
ipſo horrẽda auditu. Bona fieri quanam ratione poterit?
ꝑs.32. At ille. Mors, inqt, pctõrum peſſima: ſed p̃cioſa fieri põt
mors ſanctorum. An non precioſa erit, ſi fuerit ſanua ui-
tæ: porta gloriæ? Precioſa, inquiunt. Sed quõ fiet iſtud?
Fieri, ait, poteſt: ſi ex charitate moriatur qs: utiq; qui ni-
hil debeat morti. Neq; enim detinere poterit mors inno-
Ezec.3. xiũ: ſed forabitur ut ſcriptum eſt maxilla leuiathan: & de-
ſtruetur paries medius, ſolueturq; chaos magnum: quod
inter mortem uitamq; firmatum eſt. Nimirũ charitas for-
tis ut mors: imo & fortior morte ſi fortis illius intrauerit
atrium: alligabit eũ & diripiet utiq; uaſa eius: ſed & ipſo
tranſitu ſuo ponet profundum maris uiam: ut tranſeant
liberati. Bonus uiſus eſt ſermo, utpote fidelis & omni ac-
ceptione dignus. Sed ubi poterit ille innocens inueniri:
q mori uelit non ex debito ſed ex uoluntate: non ex malo
merito: ſed ex beneplacito ſuo? Circuit ueritas orbẽ ter-
ræ: & nemo mundus à ſorde: nec infans cui⁹ eſt unius diei
uita ſuper terram. Sed & miſericordia cælum omne perlu
ſtrat: & in angelis quoq; ne dixerim prauitatem: minorẽ
tamen inuenit charitatem. Nimirum hæc uictoria alij de
bebatur: quo maiorem charitatem nemo haberet ut ani-
mam ſuam poneret quis p ſeruis inutilibus & indignis.
Nam & ſi ipſe iam non dicit nos ſeruos: hoc ipſum immẽ
ſæ dilectionis eſt: & eximiæ dignationis. Nos autem & ſi
omnia quæ præcepta ſunt nobis faceremus: quid aliud
dicere deberemus: niſi q̃ ſerui inutiles ſum⁹? Sed quis eũ
ſuper hoc conuenire præſumeret? Redeunt ad conſtitutã
diem ueritas & miſericordia: anxiæ plurimum nõ inuẽto
qd̃ deſiderabant. Tunc uerò ſeorſum pax conſolans eas;
Ioan.11. uos, inquit, neſcitis quicquã nec cogitatis. Nõ eſt qui fa-
ciat bonum hoc; nõ eſt uſq; ad unũ. Qui cõſiliũ dedit: fe-
Geñ.6. rat auxiliũ. Intellexit rex quid loqueretur: & ait. Pœnitet
me feciſſe hominem. Pœna, inqt, me tenet: mihi incumbit
ſuſtinere pœnã: pœnitẽtiã agere p hoĩne quem creaui.
Tũc ergo dixit: ecce uenio. Non enim põt hic calix trãſi-
re: niſi bibam illũ. Et acceſſito Gabriele uade, inquit, dic
zacha.9. filiæ ſion: ecce rex tu⁹ uenit. Feſtinauit ille & ait. Adorna
thalamũ tuũ ſion: & ſuſcipe regem. A Porrò ueturũ re-
gem miſericordia & ueritas p̃uenerũt ſicut ſcriptũ eſt. Mi
ſericordia & ueritas p̃cedẽt faciẽ tuã. Iuſtitia thronũ præ
ꝑs.88. parat ĩm illud. Iuſtitia & iudiciũ p̃paratio ſedis tuæ. Pax
cũ rege uenit ut ppheta fidelis inueniret qui dixerat. Pax
erit in terra nra cũ uenerit. Inde eſt q̃ nato dño, angelo-
Luca.2. rum chorus canebat. Pax in terra hominibus bonæ uolũ
tatis. Sed & tũc iuſtitia & pax oſculatæ ſunt: quæ nõ mo-
dice uidebantur hactenus diſſidere. Prior em ſi qua erat
ex lege iuſtitia non oſculum ſed aculeũ magis habebat ur
gens timore quàm p uocãs dilectiõe. Sed nec habuit illa
reconciliationẽ: ſicut habet nũc quæ ex fide noſcit eſſe iu
ſtitia. Alioquin qd erat q̃ nec Abraã nec Moyſes nec cæ-
teri iuſti temporis illius, in obitu ſuo pace illã beatitudi-
nis æternæ apprehẽdere: aut regnũ pacis poterãt ĩtroire,
niſi q̃ minime adhuc iuſtitia & pax ſeſe fuerant oſculatæ?
Ex hoc ſanè dilectiſſimi feruentiore nobis zelo ſectãda iu-
ſtitia eſt. Siquidem iuſtitia & pax oſculatæ ſunt: & indiſſo
lubile amicitiarum iniere fœdus: ut quicunq; teſtimoniũ
iuſtitiæ ſecũ tulerit: hylari uultu iã amplexibus lætis acci
piatur à pace: in idipſum dormiens & requieſcens.

*Item de ſeptiformi ſpiritu in chriſto, in annun-
ciatione dominica. Sermo II.*

COnſiderare eſt fratres in ſolemnitate hodierna
dñicæ annunciationis: uelut amœniſſimã quã-
dã planiciẽ: ſimpliciẽ nr̃æ reparatiõis hiſtoriã.
Iniungit noua legatio angelo Gabrieli & no-
uã uirgo ꝓfeſſa uirtutẽ: nouæ ſalutationis honorat obſe-
quio. Antiqua excludit maledictio mulierũ: nouã noua
mater accipit bñdictionẽ. Implet p gr̃am quæ cõcupiſcẽ-
tiã neſcit: ut ſpũ ſupueniẽte altiſſimi pariat filiũ: q̃ uirũ de
dignat admittere. Intrat ad nos cadẽ porta ſalutis anti-
dotũ: qua uenenũ ſerpẽtis ingrediẽs: uniuerſitatem gñis
hũani occuparat ĩmũcros huiuſcemodi flores ex his fa-
cile eſt legere pratis: ſed intueor mediã metuẽdæ ꝓfundi-
tatis abyſſum. Abyſſus plane impſcrutabilis: incarnatio
nis dñicæ ſacramẽtũ: abyſſus impenetrabilis uerbũ caro
factũ eſt & habitauit in nobis. Quis eĩ inueſtiget: qs attẽ
gat: qs appẽhẽdat? Pute⁹ alt⁹ eſt & in q̃ hauriã nõ eſt mihi.
Verũtñ ſolet interdũ ſuppoſita puteis humectare linthea
mina uapor exalãs. Propterea ſanè licet irrũpere uerear, p
prie cõſci⁹ infirmitatis, frequẽter tñ uelut ſup os hui⁹ pu
tei expãdo ad te dñe manus meas: pro eo q̃ aĩa mea ſicut
terra ſine aq̃ tibi. Et nũc ſigdẽ qd̃ (aſcẽdente de deorſum
nebula) tenuis ebiberit cogitatio: uobis frẽs modicũ illd̃
ſine inuidia cõicare curabo: uelut exp̃ſſo linthea mine uel
exigua refundẽs cæleſtis ſtillicidia roris. Quæro igit̃ q̃ rõ
ne filius magis incarnatus ſit quàm p̃r aut ſpũſſctus: cum
totius trinitatis nõ modo æqualis ſit glia: ſed una cadẽq;
Ioan. 19. breui uiuens tēpore super terrā & nihilominus multis est repletus miseriis, in illa breuitate, appetitus insidiis, interrogatus cōtumeliis, pulsatus iniuriis, uexatus supplicīs, conuiciis lacessitus. Tu ne hanc sufficere dubites oblationem: quæ reatum omnē primæ præuaricatiōis absoluat? Imo uerò non sicut delictum, ita & donū. Nam peccatum ex uno in condēnationē: gratia autē ex multis delictis in iustificationem. Et graue quidē oīno delictum illud originale, qđ nō solū personam infecit, sed & naturā. Personale tamen cuiq; grauius est cum iam laxatis habenis exhibemus undiq; membra nostra arma iniquitatis peccato: non modo iam alieno: sed & proprio crimine compediti. Singulare uerò est grauissimū quod cōmissum est in dñm maiestatis: cum uiri impij uirum iustum iniuste occiderunt: & sacrilegas manus in ipsum dei filium iniecerūt crudelissimi homicidæ: imo si fas ē dicere, ēt deicidæ. Quid duo præcedentia ad tertium? Ad hoc expaluit & expauit tota machina mundialis, & penè in antiquum chaos *sunt* oīa reuoluta. Ponamus aliquē de regni principibus terrā regiā populasse in uastitate hostili: ponam⁹ aliū q cū esset de cōuiuio & cōsilio regis unicū eius filium ꝑditoriis manibus suffocasse. Numquid non primus respectu secūdi innocens uidebit & immunis? Sic est oē pctm̄ quātūcūq; ad hoc pctm̄, & tñ hoc pctm̄ in se pertulit: qui seipsum fecit pctm̄ ut de peccato dānaret pctm̄. Per hoc enim omne peccatū tam originale quàm personale deletū est, & ipm quoq; singulare eliminatum est per seipsum. Argumentum mihi est à maximo: q̄ duo minora sunt exposa. Et ecce argumentū. Peccatum multorū tulit: & pro transgressoribus rogauit ut non perirent. Pater ignosce illis quia nesciunt quid
Luce. 23. faciunt. Volat irreuocabile uerbū tuū dñe nec reuertetur ad te uacuum: sed faciet ad quod misisti. Vide nunc opera domini: quæ posuit prodigia super terrā. Flagellis cæsus est, spinis coronatus, clauis confossus, affixus patibulo,

opprobriis

opprobrijs saturatus: oim tñ dolorū immemor: ignoſce, ait, illis. Hinc nūdæ miſeriæ corporis: hīc multæ miæ cordis: hinc dolores: hīc miſerationes: hinc oleū exultatiōis: hinc ſanguinis guttæ decurrētis in terram. Miæ dñi multæ: ſed & miſeriæ dñi multæ. Vincēt ne miſeriæ miſericordias: an miæ miſerias ſuperabūt? Vincāt miæ tuæ antiquæ dñe: uincat ſapientia malitiā. Magna eñ illorū iniquitas: ſed nunquid non maior pietas tua dñe? Multū per oēm modum. Nūquid reddit pro bono malū, ait: quia foderūt foueā aīæ meæ? Plane foderunt in patientiæ foueam: occaſiones plurimas indignationis & pmaximas miniſtrantes: Sed quid horum foueæ ad abyſſum manſuetudinis tuæ? Retribuentes mala pro bonis foueam foderunt, ſed charitas nō irritatur: nō præcipitatur: nūquā excidit: nō in foueam ruit: & p retributis malis cumulat bona. D Abſit ut muſcæ morituræ exterminent ſuauitatē unguēti qđ de tuo corpore fluit: qa apud ſinū tuū mia: & copioſa apđ eū redēptio. Muſcæ morituræ miſeriæ ſunt: muſcæ morituræ blaſphemiæ ſunt: muſcæ morituræ inſultatiōes ſunt: quas tibi reddit generatio praua & exaſperās. Tu autem qđ: In ipſa eleuatione manuū tuarū cū iā ſacrificiū matutinum in holocauſtū veſpertinū tranſiret: in ipſa inquam uirtute incenſi: qđ cælos aſcendebat: terrā operiebat: inferos reſpergebat: exaudiendus p reuerētia tua clamas: pater ignoſce illis: quia neſciunt quid faciunt. O quàm multus es ad ignoſcendū: ō quàm magna multitudo dulcedinis tuæ domine. O quàm longè cogitationes tuæ à cogitationibus noſtris: ō quàm firmata eſt etiam ſuper impios miſericordia tua. Mira res. Ille clamat ignoſce: iudæi crucifige. Molliti ſunt ſermones eius ſup oleū: & iſti ſunt iacula. O charitas patiēs, ſed & compatiēs. Charitas patiēs eſt: ſufficit. Charitas benigna eſt: cumulº eſt. Noli uinci à malo: charitas abūdans: ſed uince in bono malū: ſuperabundās eſt. Nō eñ ſola patiētia ſed & benignitas dei ad pœnitētiā iudæos adduxit: quia benigna charitas: etiā quos tolerat amat: & amat tā ardēter. Patiens charitas diſſimulat: expectat: ſuſtinet delinquētē: ſed benigna trahit, adducit, conuerti facit ab errore uiæ ſuæ: denīq; cooperit multitudinē peccatorū. O iudæi lapides eſtis: ſed lapidē penitis molliorē: de quo reſonat tinnitus pietatis & ebulit oleū charitatis. Quō potabis dñe deſiderantes te torrente uoluptatis tuæ: qui ſic pfundis crucifigētes te oleo miæ tuæ? Patet igit quia hæc paſſio potentiſſima eſt ad exhauriēda oim genera pctōrū. Sed qs ſcit ſi data eſt mihi? Mihi data eſt: quia alteri dari non potuit. Nunquid angelo? Sed ille nō eguit. Nūquid diabolo? Sed ille non reſurgit. Denīq; non in ſimilitudinē angelorum: abſit autē ut in ſimilitudinē dæmonū: ſed in ſimilitudinē hoim factus & habitu inuētus ut homo: exinaniuit ſemetipſum formam ſerui accipiens. Filius erat: & factus eſt tanquā ſeruus. Non ſolū formam ſerui accepit ut ſubeſſet: ſed etiā mali ſerui ut uapularet: & ſerui peccati ut pœnā ſolueret cū culpā nō haberet. In ſimilitudinē, inqt, hoim nō hoīs: quia primº hō nec in carne pctī nec in ſimilitudine carnis pctī creatus eſt. Chriſtus enim uniuerſali hoim miſeria preſſiº & pfundiºſe immerſit, ne ſubtilis ille diaboli oculus magnū hoc pietatis deprehenderet ſacramētū. Ideò habitu & oī habitu inuentus eſt ut hō: nec in eo quātū ad naturæ debitū ſignum alicuius ſingularitatis apparuit. Quia eñ ita muētus eſt: ideò crucifixus. Paucis aūt reuelauit ſeipſum ut eſſent qui crederent: reliquis aūt abſconditus eſt. Quia ſi cognouiſſent nunquā dñm gloriæ crucifixiſſent. Ad hoc etiā illi ſingulari pctō ignorātiā copulauit: ut ſub aliqua iuſtitiæ umbra ignorātibus poſſet ignoſci. C Duo aūt nobis in hæreditatē reliquerat ille uetuſtus Adā: qui fugit à facie dei laborē uidelicet & dolorē: laborē in actione, dolorē i paſſione. Non hoc ipſe audierat in paradiſo: quem acceperat ut operaret & cuſtodiret illū. Operaret delectabiliter: cuſtodiret fideliter & ſibi & poſteris ſuis. Chriſtº dñs laborē & dolorē conſiderauit: ut traderet eos in manus ſuas: imo ſe magis in manus eorū infixus in limo profundi: & intraue-

Cori. 2.

runt aquæ iſtæ uſq; ad aīam eius. Vide (ad patrē inqt) hu militatem meam & laborem meū: qa pauper ego ſum & in laboribus à iuuentute mea. Laborauit ſuſtinens manus eius in laboribus ſeruierunt. D De dolore uide quid dixerit. O uos omnes qui trāſitis per uiā, attēdite & uide te ſi eſt dolor ſicut dolor meus. Verè lāguores nr̄os ipe tulit: & infirmitates nr̄as ipe portauit: uir dolorū pauper & dolens: tētatus p oia abſq; pctō. Et in uita paſſiuā habuit actionē: & in morte paſſionē actiuā ſuſtinuit dum ſalutem operaret in medio terræ. Proinde memor ero quādiu fuero laborū illorū quos ptulit in prædicādo: fatigationum in diſcurrendo: tentationū in iciunando: uigiliarū in orādo: lachrymarū in cōpatiēdo. Recordabor etiā dolorum eiº cōuiciorū: ſputorū: colaphorū: ſubſannationū: exprobrationū: clauorū horū: q; ſimiliū: quæ per eum & ſup eū abundantius tranſierunt. Facit ergo mihi fortitudo: facit ſimilitudo: ſed ſi acceſſerit etiā imitatio ut ſequar ueſtigia eius. Alioqn etiā exquiret à me ſanguis iuſtus qui effuſus eſt ſup terrā: nec immunis ero ab illo tam ſingulari ſcelere Iudæorū: qp uidelicet tantæ charitati ingratus fuerim: qp ſpūi gratiæ cōtumeliā fecerim: qp ſanguinē teſtamenti polluti duxerim: qp cōculcauerim filiū dei. A Sunt pleriq; qui laborē & dolorē patiunt: ſed neceſſitas in cauſa eſt nō uoluntas: & hi nō ſunt conformes imaginis filij dei. Sunt qui ex uolūtate ſuſtinēt: ſed nō eſt eis ſors neq; pars in ſermone iſto. Vigilat tota nocte luxuriōſus nō ſolū patiēter ſed & libenter: ut ſuam expleat uoluptatē: uigilat raptor ueſtitus ferro ut diripiat prædā: uigilat fur ut domū pfodiat alienā. Sed hi omnes & horum ſimiles longè ſunt à labore & dolore quē cōſiderat dñs. Homines aūt bonæ uoluntatis qui xp̄iana uoluntate diuitias paupertate cōmutarūt: uel etiā nō habitas tanquā habitas cōtempſerūt: relinquentes oia ppter ipm: ſicut & ipſe reliqt oia ppter ipſos: ſequunt eū quocūq; ierit. Huiuſmodi aūt imitatio ualidiſſimū argumentū mihi eſt: qp paſſio ſaluatoris & ſimilitudo humanitatis in meam tranſeūt utilitatem. Hic eñ ſapor: hic fructº laboris eſt & doloris. B Vide ergo quàm magnificauerit facere teeū illa maieſtas. De oībus quæ in cælo & ſub cælo ſunt: dixit & facta ſunt. Et quid facilius dicitur? Sed nūquid ſolo uerbo factū eſt cum te quem fecerat refecit? Triginta & tribus annis ſup terrā uiſus, & cū hoībus cōuerſatus: etiā habuit in factis calumniatores: in dictis inſultatores: nō habēs ubi caput ſuū reclinaret. Quare hoc? Quia uerbū à ſua ſubtilitate deſcenderat: & groſſius acceperat indumentū. Nam caro factum fuerat & iō groſſiori & moroſiori ope utebat. Sicut aūt cogitatio uelut ſibi uocē corporeā: abſq; ſui diminutione uel ante uocē: uel poſt uocē: ſic filius dei aſſumpſit carnē nō cōmixtionē paſſus neq; diminutionē: nec añ carnē nec poſt carnē. Apđ prēm inuiſibilis: ſed hic manus nr̄æ tractauerunt de v̄bo uitæ: & qđ erat ab initio uidimº oculis noſtris. Hoc aūt uerbū qa carnē puriſſimā & aīam ſanctiſſimā unierat ſibi, libere moderabat actiones corporis ſui, tum qa ſapiētia & iuſtitia erat: tum quia nullā habebat prorſus legem in membris ſuis repugnantē legi mētis ſuæ. Meum uerbū nec ſapientia nec iuſtitia eſt, ſed tñ utriuſq; capax, & poſſunt ei hæc abeſſe & adeſſe: abeſſe autē facilius. Familiare enim magis iam nobis eſt carnis nr̄æ ſeruire uitijs, quàm actiones & paſſiones eius ordinare: pro eo q; oīs ætas ab adoleſcentia prona eſt in malū, inter flagella quoq; & gladios: etiam ſub diſcrimine mortis ad ſuas ambiens uoluptates. Felix cuius cogitatio hoc eſt uerbum noſtrum omnes actiones ſuas ad iuſtitiam dirigit: ut & intentio ſana ſit: & opatio recta. Felix qui paſſiones corporis ſui ppter iuſtitiā ordinat, ut quicquid patit: ppter dei filiū patiat: quatenus & à corde tollatur murmuratio: & in ore uerſet gratiarum actio & uox laudis. D Qui ſic extulit ſe: iſte tollit grabatum ſuum & uadit in domum ſuam. Grabatū noſtrum corpus eſt: in quo prius languidi iacebamus: ſeruientes deſideriis & concupiſcentijs noſtris. Nunc portamus illud cum ſpūi obedire cogimus, & mortuum noſtrū

Pſal. 118.

Treñ. 1.

Eſa. 53.

Universidad de Deusto
Biblioteca

portamus:qa corp⁹ mortuū est ꝓpter pctū. Ambulamus tñ nō currim⁹:qa corpus qđ corrūpit aggrauat animā & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitātē. Ambulam⁹ etiā in domū nostrā. In quā domū? In matrē oīm qa sepulchra eorū domus illorū in æternū. Vel potius in domū nostrā:quā habemus ex deo nō manufactā æternā in cælis. Qui sub hoc onere ambulam⁹ posito eo qd putatis quo currem⁹? Quō uolabimus: Planè sup pennas uētorū. A Amplexatus est nos dñs iesus p laborē & dolorē nostrū. Amplectamur cū nos quoq; uicarijs qbusdā amplexibus ꝓpter iustitiā & iustitiā suā:actiones ad iustitiā dirigēdo:passiões ꝓpter iustitiā sustinēdo. Dicam⁹ quoq; Gen.32. cū spōsa:Tenui eū nec dimittā. Dicam⁹ etiā cū pīarcha: nō dimittā te nisi benedixeris mihi. Quid em̄ iā supererit nisi benedictio: Quid post amplexū:nisi osculū restat: Si Can.1. sic adhærerē deo:quō nō iam clamare liberet: Osculetur me osculo oris sui. Ciba nos interim dñe lachrymarū pane:& potū da nobis in lachrymis in mensura:donec p ducas nos ad mensurā bonā & cōfertā & coagitatam:quā dabis in sinus nostros:qui es in sinu patris super oīa benedictus deus in secula Amen.

In cœna dñi de baptismo & de sacramento altaris & ablutione pedum. Sermo.

SI sunt dies quos obseruare debem⁹: dies pleni pietate & gratia qb⁹ etiā sceleratorū hoīm mētes ad pœnitentiā ꝓuocant. Tanta siquidem est uis sacramentorū eorū:quæ diebus istis recolūtur:ut possint ipsa quoq; lapidea scindere corda: & pect⁹ omne licet ferreū emollire sufficiāt. Denicq; uidemus usq; hodie ad passionē christi nō modo cœlestia compati: sed terrā mouerī & petras scindi:& in cōfessione pctōrū apiri monumenta. B At uerò qm̄ sic est in spūalibus cibis sicut & in corporalibus ut in quibusdam statim præsto sit sapor, in aliquibus oporteat laborare: q̄ manifesta sunt nostro non indigent ministerio:quæ uerò clausa sunt diligētē uolunt habere cōsideratorē. Neq; em̄ tradit mater paruulo nucē integrā:sed frangit eā & nucleū porrigit. Sic & ego uobis fratres charissimi si possem sacramenta q̄ clausa sunt aperire debuerā:sed qa minus possum: rogemus ut uobis pariter & mihi mater sapiētia frāgat nuces istas: nuces inquā quas ꝓtulit:sacerdotalis uirga uirtutis, quā emisit dñs ex sion. C Multa quidem sunt sacramēta: & scrutandis oibus hora nō sufficit. Fortassis etiā aliquī uestrum imbecilles sunt ad tanta simul capienda. De tribus itaq; sacramentis q̄ satis congrua sunt huic tēpori, dicendū erit quod dñs ipse donauerit. Sacramentū dicit sacrū signū siue sacrū secretū. Multa siquidē fiunt ꝓpter se tātū: alia uerò propter alia designanda:& ipsa dicunt signa & sunt. Vt em̄ de usualibus sumamus exēplū: dat anulus absolute ꝓpter anulū & nulla est significatio:dat ad inuestiē dū de hæreditate aliqua & signū est:ita ut iam dicere possit q accipit. Anulus nō ualet q̄quā sed hæreditas est quā quærebā. In hūc itaq; modū appropinquās passioni dñs de gra sua inuestire curauit suos: ut inuisibilis gra signo aliquo uisibili p̄starē. D Ad hoc instituta sunt oīa sacramēta: ad hoc eucharistiæ participatio: ad hoc pedum ablutio:ad hoc denicq; ipse baptismus initiū sacramētorū oīm in quo cōplātanur similitudini mortis ei⁹:unde & trina mersio, triduī qđ nunc celebrandū est formam gerit. Sicut em̄ in exterioribus diuisa sunt signa & ut cæpto immoremur exemplo:uariæ sunt inuestituræ ꝑm ea de quib⁹ inuestimur:uerbi gra:inuestitur canonic⁹ per librum:abbas p baculū:epūs p baculum & anulū simul:sicut inquā in hmōi rebus est:sic & diuisiones grarū diuersis sunt traditæ sacramētis. Quæ est gra unde p baptismū inuestimur: Vtiq; purgatio delictorū. Quis em̄ pōt facere mundū de immūdo cōceptū semine: nisi q solus est mūdus:& in quē pctū no cadit deus: Huius qdē gratiæ sacramentum pri⁹ erat circumcisio:ut originalis rubiginē culpæ quæ manauerat à parētib⁹ primis, cultellus eraderet:sed uenite domino q agnus est tot⁹ suauis & mitis:cuius iugū suaue est & onus leue:optime satis mutatū est ut inueteratā rubigi nē cum unctione sanctispūs aqua dilueret:& acerbitas illa cessaret. A Sed fortè quærat aliqs & dicat. Si deletū est in baptismo qđ contraximus à parentibus:cur adhuc manet cupiditatis fomes & uelut incētiuum q̄dā pctī: Neq; em̄ dubiū quin à primis parentibus in nos traducta sit lex ista peccati. Oēs siqdē ī peccatrice uoluptate generamur: ꝓpterea licet inuiti, illicitos quosdā mot⁹ cōcupiscētiarū & tāquā bestiales sentim⁹. Dixi uobis sæpius nec mēte excidere debet:qm̄ in casu primi hoīs cecidimus oēs. Cecidimus aūt sup aceruū lapidū:& in luto:unde nō solū ingnati sed etiā uulnerati & grauiter quassati sumus. Lauarī quidem cito possumus:ad sanandū uerò opus est curatione multa. Lauamur igit in baptismo:qa delet cyrographum dānationis nostræ:& gra hæc nobis cōferē ne iā nobis cō cupiscentia noceat: si tm̄ à consensu abstineamus: atq; ita tanquā sanies inueterati ulceris remouet:dū tollit damnatio & responsum mortis qđ prius inde manabat. Sed qs poterit tā efferos mot⁹ frāgere: qs prurītū ulceris hui⁹ferre requæat: Cōfidite qa & in hoc gra subuenit:& ut securi sitis sacramēti dñici corpis & sanguinis p̄cios inuestitura habetis. B Duo em̄ illud sacrm̄ opat in nobis:ut uidelicet & sensum minuat ī minimis:& in grauiorib⁹ pctis tollat oīno cōsensum. Si qs uīm nō tā sepe mō:nō tā acerbos sentit iracūdiæ motus, iuidiæ, luxuriæ, aut cæterorū hmōi:gras agat corpori & sanguini dñi qm̄ uirt⁹ sacramēti opat in eo:& gaudeat q̄ pessimū ulcus accedat ad sanitatē. Sed tm̄ qd agim⁹ q̄ in hoc corpe pctī & in hoc tpe malo nō possum⁹ esse sine pctō: Nunqd desperabim⁹? Absit. Si dixerimus (ait btūs ioannes) quia pctm̄ nō habem⁹ nos 1. Ioan.1. ipsos seducim⁹:& ueritas ī nobis nō est. Si aūt cōfitemur pcta nostra fidelis deus est q remittat nobis pcta:& emundet nos ab oi iniqtate. Nā ut de remissione quotidianorū minime dubitemus:habemus eius sacramētū, pedū ablutionē. Quæris fortè unde scia q̄ sacramētū sit hui⁹ remissionis: maxime cū ipse dñs ꝓmiserit petro dicens. Qđ ego Ioan.13 facio tu nescis mō:scies aūt postea:nihil aūt de sacramento locutus est:sed tm̄ exēplū, ingt, dedi uobis:ut & uos ita faciatis. Verū multa habebat illis dicere:sed tunc portare nō poterāt. Ideoq; nec ex toto uoluit eos anxios & suspectos relinq̄re:nec dicere qđ tūc nō caperēt. Vis aūt nosse quia, p sacro illud est, nō pro solo exēplo factum: Illud attende qđ petro dictum est. Si nō lauero te:nō habebis partē mecū. Aliqd igit latet qđ necessariū est ad salutē: qm̄ sine eo nec ipse petr⁹ partē haberet in regno xp̄i & dei. Vide em̄ si nō expauerit petrus ad tantæ comīnationis terrificū uerbū:si nō agnouerit salutare esse mysteriū cū rndit. Ibidem. Dñe nō tm̄ pedes meos, sed & manus & caput. Et unde scimus:quia ad diluenda pcta q̄ nō sunt ad mortē:& à quib⁹ plenè cauere nō possum⁹ añ mortē ablutio ista pertineat: Ex eo planè q̄ offerenti man⁹ & caput pariter ad abluēdū responsum est. Qui lotus est non indiget nisi ut pedes lauet. Lotus est q grauia pcta nō habet:cuius caput. i. intentio, & man⁹ id est opatio & cōuersatio mūda est:sed pedes qui sunt aiæ affectiones dū in hoc puluere gradimur ex toto mūdi esse nō possunt:gn aliqn uanitati:aliqn uoluptati aut curiositati plus quàm oportet cedat animus uel ad horā. In multis em̄ offendim⁹ oēs. Verūtm̄ nemo contēnat aut paruipendat. Impossibile est em̄ cū eis saluari: impossibile est ea diruī: nisi p christū iesum & à christo. Nemo inquam pnicioſa securitate dormitet: declinās in uerba malitiæ ad excusandas excusationes in pctis: qm̄ ut audiuit Petrus ab ipso:nisi lauerit ea christus nō haberet partē cū eo. Nec ideo tamē pro eis necesse est nimis esse solicitos: ignoscet facile imo & libenter:si tantummodo nos agnoscamus. In hmōi nāq; quasi ineuitabilibus & negligentia culpabilis est:& timor immoderat⁹. Hinc est quod in oratione quā ipse cōstituit quotidie pro peccatis illis uoluit nos orare. Sicut enim de concupiscentia diximus q̄ licet damnationem abstulerit: quia iuxta apostolū. Nulla damnatio est his qui sunt in christo iesu: tamen ad humilian- Roma.8.

dos nos

dos nos ipam adhuc patif uiuere in nobis & grauiter affi gere nos ut sentiamus qd nobis gra pster, & semp ad illi⁹ auxiliu recurram⁹: sic & de minorib⁹ istis pctis pia dispen satioe nobiscu agit: ut nō penitus auferant sed in illis nos erudiat deus: ut cu minima cauere non possumus, certi si mus q nō nostris uiribus maiora superemus semperq; ti morati, & oino solliciti simus quō eius gram non amitta mus quia nobis tā multipliciter necessaria esse sentimus.

In die sancto paschæ de septem signaculis quæ soluit agnus. Sermo primus. B

Apoc. 5. VIcit leo de tribu iuda. Vicit planè malitiā sapia attingens à fine usq; ad finē fortiter: & suauiter uniuersa disponens: sed p me fortiter: suauiter mihi. Vicit iudæorū blasphemias in patibulo: fortē armatū alligauit in atrio, & de ipso mortis imperio triūphauit. Vbi eni sūt opprobria tua iudææ: ubi sunt fa bule uasa captiuitatis: ubi est mors uictoria tua? Cōfusus est calūniator: raptor spoliatus est. Nouum genus poten tiæ: hacten⁹ victoriosa mors obstupescit. Quid tu iudææ? quid pridie ante crucem agitabas caput sacrilegū? quid Mat. 27. sacrū hoīs christi caput exagitabas opprobrijs? Christus, inquit, rex israel descēdat de cruce. O uenenata ligua, uer bum malitie: sermo nequā. Nō est hoc caypha qd paulo Ioan. 11. ante dicebas. Expedit ut unus moriat homo pro populo: & non tota gēs pereat. Ad illud quia mēdaciū nō erat nō loquebaris de pprio: non à temetipso dicebas si rex israel est descēdat de cruce. Hoc planè tuū est: magis aūt eius q mēdax est ab initio. Quid eni cōsequētiæ uidet hīe ut de scendat si rex israel est & nō magis ascēdat? Sic nō memi nisti serpēs antique quàm confusus abscesseris olim cū di Matt. 4. cere p̄sumpsisses. Nitte te deorsum, & hæc oīa tibi dabo si p̄cidēs adoraueris me. Sic tibi iudææ excidit qd audisti: quia dns regnauit à ligno: ut regē abneges qa manet in li gno. Sed forsitā nec audisti: quia nō iudæis sed nationib⁹ p̄s. 95. hæc annūciatio debebat. Dicite, iuqt, i natiōib⁹ qa dns re gnauit à ligno. Merito pinde titulū regni p̄ses gētilis in scripsit ligno nec potuit iudæus ut uoluit corrūpe tituli inscriptionē: nedū ipedire dnicā passionē & nram redem ptionē. D Descēdat, inquiūt, si rex israel est. Imo uerò qa rex israel est titulū regni nō deserat: uirgā iperij nō depo Esa. 9. nat cui⁹ nimirū imperiū sup humerū ei⁹: sicut p̄cinit Esai Ioan. 19. as. Noli, inqunt Iudæi ad pylatū: noli scribere rex iudæo rū: sed qa ipe dixit: rex sum iudæorū. Et pylat⁹. Qd scripsi scripsi. Si pylatus qd scripsit scripsit: xp̄s non perficiet qd incepit: Ipse enim cœpit & saluabit nos. Sed dicūt: Alios saluos fecit: seipsum non potest saluum facere. Imo uerò si descenderit: neminem saluum faciet. Cum enim saluus esse non possit nisi qui perseuerauerit usq; in finem, quan tumlibet poterit esse saluator? Alios ergo saluos fecit, nā saluatione cum sit salus ipse non indiget. Operatur salu tem nostram: nec caudam deesse patitur sacrificio uesper tino hostiæ salutari. Nouit inique quid cogites. Non ti bi dabit occasionem surripiendæ nobis perseuerantiæ: quæ sola coronatur. Non faciet obmutescere prædicato rum linguas consolantium pusillanimes & dicentium sin gulis: tu locum tuum ne deseras: qd sine dubio sequetur si respōdere possent: quia xp̄s suum deseruit. Proni eni sunt sensus hominis & cogitationes in malum. Sine causa mali gne parasti sagittas tuas in pharetra: & discipulorum tu spiria cumulas opprobrijs iudæorū. Illi qppe desperant: isti improperant: sed christū neutra tela nocebunt. Aliud tp̄s elegit cōsortādis discipulis: & aliud aduersarijs confu tandis. Interim patientiam magis exhibet: humilitatem commendat: obedientiam implet: perficit charitatem. A His namq; uirtutum gemmis quatuor cornua crucis or nantur. Et est supereminētior charitas: à dextris obedien tia: patientia à sinistris: radix uirtutū humilitas in profun do. His ditauit tropheū crucis, cōsummatio dnicæ passio nis cum ad iudæorū blasphemias humilis: ad uulnera pa tiens: intus linguis, clauis exteri⁹ pūgeretur. Nam & cha ritas in eo perfecta est: q pro amicis aiam posuit: & obedi entia consummata: cum inclinato capite tradidit spm: fa ctus obediens usq; ad mortem. His spoliare dotibus: hac priuare gloria xp̄i satagebant ecclesiam q dicebant. Si rex israel est descendat de cruce. Nimirum ut non sit iam obe dientiæ forma: nō incentiuū amoris: nō patientiæ uel hūi litatis exemplum: sed deleri habeāt ex euāgelio uerba illa suauissima & dulciora sup mel & fauū. Maiorem hac dile- Ioan. 15 ctionem nemo habet: ut aiam suam ponat quis pro amicis suis. Et ad patrem. Opus consummaui: quod dedisti mihi Ioan. 17. ut faciam. Itemq; ad discipulos. Discite à me quia mitis Matt. 11. sum & humilis corde. Et ego si exaltatus fuero à terra: om- Ioan. 12. nia traham ad meipsum. Hoc est enim quod dolet uenena Nūe. 27. ti serpentis astutia exaltatū in deserto serpentē æneū: cui⁹ intuitu sanētur uulnera quæ inflixit. Aliqn quonā alio instigante misisse credimus uxorem pilati ad ipsum dicen tem. Nihil tibi & iusto illi: multa eni passa sunt hodie per Matt. 27. uisum propter eum. Timebat ergo iam tunc: sed nunc ma xime uirtute crucis eneruari se sentiens inimicus. Sera di citur pœnitētia: & quos instigauit ad crucifigendū, insti gat ad suadendū ut de cruce descendat. Deniq; si rex isrl' est (inquiūt) descēdat de cruce & credimus ei. Hæc planè serpentis astutia: hæc adinuentio neqtiæ spiritalis. Audie rat impius saluatoris uocem dicentis. Non sum missus ni- Matth. 25 si ad oues q̄ perierūt domus israel. Et nouerat quantū pro salute illius populi uelum gerere uideret: propterea mali ciose nimis linguas erudiens blasphemorum suggerebat ut dicerent: descendat & credimus: quasi iam nihil posset obstare quin descenderet: qui eorū credulitatē tantopere desideraret. Sed quid machinatur aut cui parat insidias uersipellis? Nempe ei in quo nihil proficiet inimicus & fi lius iniquitatis non apponet nocere ei. Non mouetur ua na pollicitatioe: q nouit omnium corda: sicut nec expro bratione blasphema mitissimus omnium mouebatur. Eo quippe tendebat malitiosa suasio: nō ut ipsi crederent: sed nra quoq; si qua erat fides in eū ommimodis deperiret. Le gētes eni dei pfecta sunt opa, qñ fateremur deum qui salu tis opus reliquisset imperfectum? Sed audiamus quid ad hæc xp̄s rñdeat per pphetam. Quæris signa iudææ? Ex- Sopho. 3. pecta me in die resurrectionis meæ. Si uis credere: maiora iam tibi opera demonstraui. Multiplicaui signa: sanitates perfeci heri & pridie: hodie magis habeo consummari. An non maius erat quod uidisti e corporibus obsessis spi ritus exire malignos: & de grabatis suis exilire paralyti cos: quàm è manib⁹ meis uel pedibus clauos resilire quos infixisti? Sed patiēdi tempus est non faciendi: & passionis horā sicut præuenire frustra conatus es, sic ne poteris im pedire. Sed si adhuc generatio praua & adultera signum quærit: non ei dabitur nisi signū Ionæ pphete. Nō signū descensionis: sed resurrectionis. Q; si iudæus non gr̄it am plectatur & gaudeat xp̄ianus. Vicit enim leo de tribu Iu da. Suscitatus est paterna uoce leonis catulus: clauso pro dijt tumulo: qui de patibulo non descendit. An uerò id maius sit inimici nostri sint iudices, qui tam curiose mu nierāt monumentum: signantes lapidem cum custodibus. Hūc eni lapidē magnū ualde de quo mulieres illæ deuotæ Matt. 28. inuicē quærebantur, facta iam resurrectione dnica reuol uit angelus: & resedit (sicut scriptum est) super eū. Cōstat proinde clauso exisse tumulo rediuiuū corpus qd clauso uirginis utero natum processit in uitam: & ad discipulos clausis introiuit ianuis in conclaue. Sed est locus unde clausis noluit procedere ianuis carcer utiq; gehennalis. Confregit siquidem ferreos uectes: repagula uniuersa cō triuit: ut libere suos educeret quos redemerat de manu inimici, & planis egrederentur portis agmina sanctorum dealbatorum: qui lauerunt stolas suas & candidas eas fe cerunt in sanguine agni. Candidas prorsus in sanguine agni: quia exiuit cum eo & in eo etiam aqua dealbans & testimonium perhibet ipe qui uidit. Aut certe cādidas in sanguine agni nouelli: sanguine lacteo candido & rubi cundo: sicut habes in cantico canticorum. Dilectus meus Cañ. 5. (ait sponsa) candidus & rubicundus: electus ex milibus.

FACULTAD DE TEOLOGIA Univ. de Deusto BILBAO

Universidad de Deusto
Biblioteca

B Inde est q̄ in stola cādida & fulgureo uultu testis quo q̄ resurrectiōis apparuit. Iā si cōfutandis iudæorū calumnijs sufficere uidet hoc ipsum q̄ clauso egressus est monumēto cui īsultātes dicebāt: si rex isrl̄ est descēdat de cruce: curiosius nāq̄ monumētū claudere & signare studuerant quàm īsigere clauos. Si igitur uicit leo de tribu Iuda in hocipso processu & maius demonstrauit opus quàm perterent: ip̄m iā resurrectionis miraculū cui poterit cōparārī. C Legimus nōnullorū p̄cessisse resurrectiones: aut magis certè suscitatiōes, sed istius preābulas: q̄bus & duplici priuilegio nosci p̄eminere. Nā cæteri q̄dē resurrexerāt mortui iterū morituri: xp̄s resurgēs ex mortuis iā nō morit: mors illi ultra non dn̄abit. Illi mortui denuo opus habent iterū resuscitari: xp̄s q̄ mortuus est pct̄o, mortuus est semel: q̄ aūt uiuit, uiuit deo, uiuit ī æternitate. Meritò proinde resurgentiū primitiæ christus: qui ita resurrexit ut cadere non adiiciat: q̄ solus attigit immortalitatē. Est & aliud in quo resurrectionis hui⁹ īmoteſcat gloria singularis. Quis em̄ in oīb⁹ cæteris suscitauit aliq̄n semetip̄m? Ineffabile istud est ut à morte se excitet ipse qui dormit:
4.Re. 4. singulare est: nō est qui faciat nō est usq̄ ad unū. Helisæus ꝓpheta mortuū suscitauit sed alterū, nō seipsum. Ecce em̄ quot annis iacet in monumēto: qd̄ à se nō potest, sperans ab alio suscitari: ab eo utiq̄ q̄ triūphauit mortis īperiū in seip̄o. Inde est q̄ cæteros quidē dicimus suscitatos, xp̄m resurrexisse: q̄ solus uirtute: ꝓpria uictor prodiit de sepulchro. Siqdē & in hoc uicit Leo de tribu Iuda. Quātū potuit, imo qd nō posse uidebit uiuēs & dicēs patri. Resurrexi & adhuc sum tecū: qui tā potēs extitit deputatus cū mortuis, sed inter mortuos liber. Nec uerò resurrectionē
Osee.6. distulit ultra tertiū diē: ut ꝓpheta fidelis inueniat̄ q̄ dixit. Viuificabit nos post duos dies: i die tertia suscitabit nos. Decet nimirū, ut quēadmodū caput p̄cessit sequāt̄ mēbra In patibulo sexta feria redemit hoiem: ipsa die qua fecerat hoiem in initio: Sequēti die sabbatizauit in monumento: cōsummato opere qd̄ fuscē perat. Tertia uerò q̄ prima dierū est primitiæ dormientiū apparuit mortis uictor nouus homo. Ita & nos qcunq̄ seq̄imur caput nostrū: tota die hac qua plasmati & redēpti sumus, nō cessemus agere pœnitentiam: non cessemus tollere crucem nostram: perseuerantes in ea sicut ipse perseuerauit: donec dicat spūs ut requiescamus à laboribus nr̄is. Neminē audiam⁹ fratres: nō carnē & sanguinem: nō sp̄m quēlibet descēsum à cruce suadētē. Persistamus in cruce, moriamur in cruce: deponamur aliorū manib⁹ nō nr̄a leuitate. Caput nr̄m deposuere uiri iusti: nos ergo dignatiōe sua angeli sancti deponāt: ut cō summata uiriliter die crucis, sed a q̄ post mortem est: gescamus suauiter: dormiam⁹ felicīter in sepulchris: expectātes btām spē & aduētū gl̄iæ magni dei: q̄ resuscitabit corpora
Ioan.11. nr̄a tertia demū die: cōfigurata corpis claritati fuæ. Fetēt q̄triduani sicut de lazaro scribit. Iā fetet domine: quatriduan⁹ est em̄ admuentio filiorū Adā quartā formauit diē: quā à dño nō accepit. Propterea corrupti sūt & abominabiles facti sunt: tanquā iumēta q̄ in stercore suo putruerūt Diuinæ siqdē ordinationis est triduū qd̄ p̄dixim⁹: i labore: in reqe: ī resurrectiōe. Nō placēt hæc filijs hoim sed suā uolunt p̄ferre diem: differētes pniam: ut indulgeant uoluptati. Nō est hæc dies quā fecit dn̄s: quatriduani facti sunt & iam fetent. Non nouit hanc qd̄ de Maria natū est sctm̄: tertia resurrexit die: ne uideret corruptionem. Vicit itaq̄ Leo de tribu Iuda. Occisus est agnus sed Leo uicit. Leo rugiet, quis non pauebit: Leo inquā fortissimus bestiarū q̄ ad nullius pauebit occursum. f. Leo de tribu Iuda. Paueāt qui abnegauerunt: qui dixerūt: nō habemus regem nisi cæsarē. Paueāt q̄ dixerunt: nolum⁹ hūc regnare super nos.
Matth.28 Redit siqdē accepto regno: & malos male perdet. Vultis
Psal.2. nosse quia redit accepto regno: Data est mihi, inquit, oīs ptās in cælo & in terra. Sed & p̄r in psalmo. Postula à me (ait) & dabo tibi gentes hereditatem tuam & possessionē tuam terminos terræ. Reges eos in uirga ferrea & tanquā uas figuli confringes eos. Fortis siqdē Leo est, non crudelis: grauis tn̄ indignatio eius: & intolerabilis ira colūbæ. Sed pro suis Leo rugiet: nō in suos. Paueāt alieni: trib⁹ iuda magis exultet. Gaudeāt q̄ indutī sunt cōfessiōe: quorū oīa ossa dicūt: dn̄e q̄s similis tibi? Leo de tribu Iuda: radix Dauid. Dicit em̄ Dauid desiderabilis uel manu fortis: & ps.37. idē ait. Añ te oē desiderium meū & fortitudinē meā ad te cu stodiā. Radix ingt Dauid. Nō Dauid radix ei⁹: sed ipse radix Dauid: qa portat & nō portat̄. Merito dauid sctē filiū tuū uocas dn̄m tuū: qa non tu radicē portas sed radix te. Radix fortitudinis tuæ & desideriſ: radix desiderabilis: radix fortis. Vicit Leo de tribu Iuda radix Dauid: apire librū & soluere septē signacla ei⁹. Apocalipsis v̄ba sūt hæc. Apoc.5. Discāt q̄ nō legerūt: recolāt q̄ nouerūt. C Vidi, ingt, Ioannes, ī dextera sedētis sup thronū librū signatū sigillis septē, & non erat q̄ legeret uel apiret. Ego, ait, flebā multū q̄ nemo apire librū dign⁹ inuenirē. Et unus de senioribus dixit mihi. Ne fleueris. Ecce uicit Leo de tribu Iuda radix Dauid. Et uidi: & ecce in medio throni agnum stantē tanquā occisum. Et uenies accepit librū de dextra sedētis in throno, & aperuit librū: factaq̄ est lætitia magna & gr̄aq̄ actio. Leonē Ioānes audierat, & agnū uidit. Agn⁹ occisus est, agn⁹ accepit librū, agn⁹ apuit, & apparuit Leo. Deniq̄ dignus est (aiūt seniores) agnus q̄ occisus est accipe fortitudinē. Nō māsuetudinē amittere, sed accipe fortitudinē, ut & agnus maneat & Leo sit. Plus dico: ut mihi uidet idē etiā liber est q̄ nō poterat aperiri. D Quis em̄ dign⁹ inueniret aperire hūc librū? Indignū se profitet & ip̄e bapti Marci.1. sta Ioannes: quo inter natos mulierum maior nemo surrexit. Non sum, ingt, dignus soluere corrigiam calciamenti eius. Venerat enim ad nos calciata maiestas, diuinitas incarnata uenerat dei sapia: sed in libro clauso utiq̄ & signato. Quod ligabat corrigia calciamenti: hoc claudebant signacula libri. Sed quid dicimus super his septē? An fortè triplex aiæ uirtus, ratio, memoria, & uoluntas: & quadriparia corpis cōpositio ex elemētis uidelicet quatuor, in his septem est intelligenda, ut nihil de ueritate humanitatis defuisse nouerimus saluatorī. An magis hūanitas eius ipse est liber, & quærenda sunt signacula septem? Septem em̄ quædam arbitror inueniri: quibus maxime celabatur in carne præsentia maiestatis, ut non posset aperiri liber: & sapientia quæ latebat agnosci. Sunt autem quæ occurrunt interim, matris desponsatio qua partus uirginis & cōceptionis puritas uelabat: ita ut hominis fabri fili⁹: fabricator hoīs putaretur. Infirmitas etiam corporis qua nimirum plorans uagiens: lactens & dormiens: & cæteris sub iacens necessitatibus carnis, latebat inter hæc uirtus diuinitatis. Sic & circuncisionis signum suscipiens, peccati remedium: egritudinis medicinam: qui morbū omnem tollere uenerat & peccatum. Et itē in ægyptum fugiens à facie herodis reguli: nec dei fili⁹ agnosci poterat nec rex cæli. Quid trina illa tēptatio inimici: in deserto: in pinnaculo supra montem? Si filius dei, inquit, es: dic ut lapides isti Matt.4. panes fiant. Et item. Mitte te deorsum. Neutrum christus fecit: ut signaretur liber: ut falleretur astutus. Deniq̄ confq̄ seductus est: ut haberet iam pro cōstanti hominem esse purū: & in tantā uesaniā supbia cæca proruperat: ut non diceret ultra si filius dei es: sed hæc oīa tibi dabo si procidēs adoraueris me. Sextū est signaculū crucis ubi pependit inter latrones, & cū iniqs deputat⁹ est dn̄s maiestatis. Clausit & sepultura librū hunc: nec ullū signaculum oīno sic obstruxit, sic occultauit magnū pietatis sacramētū. Sepulto nimirū dño sola restare desperatio uidebat adeo ut Luca.24 discipuli dicerent. Quia nos superabamus. Quis non illo fleret in tēpore: clausum artius librū & non esse qui aperiret: Sed ne fleueris ultra ioannes sancte: etiam tu noli flere maria. Procul sit luctus: tristitiæ nebula dissipet. Exultate iusti in dño: & glorīamini omnes recti corde. Dign⁹ est agnus qui occisus est, Leo qui resurrexit, postremo liber ipse dignus est aperire seipsum. Resurgens nimirū à mortuis: resurgens aūt uirtute propria: & post tres dies sicut prædixerat testimonium perhibentibus inimicis: & resurgens in

gens in tanta maiestate & glia: indicat manifeste ꝯcūq; p̄ diximus signacula uel operimēta uoluntaria non necessaria: nec cōditionis fuisse sed dignationis. *Quid tu nup iudææ signabas lapidē monumētic*? Quia seductor ille dixerat adhuc uiuēs: post tres dies resurgā. Verè seductor: sed
Hiere.20 pl⁹ nō malitiosus: Deniq; seduxisti me dñe & seductꝰ sum, ait ꝓpheta nesciēs i pſona uā: *fortior fuisti & inualuisti*. Se duxit nos ō iudæi in passione: nā in resurrectiōe inualuit & prævaluit uincēs Leo de tribu Iuda. Etenī si cognouissent nunquā dñm gloriæ *crucifixissent*. Quid ergo facturꝰ es? Et prædixit: & iam reuixit. *Diligēter explora signaculū sepulturæ*: apertū est enī. Datur tibi signū Ionæ ꝓphetæ: qa & hoc p̄dixit ipse. *Egredif* Ionas de uētre Ceti: christꝰ de corde terræ tertia *die* procedit. Nisi q̄ manifeste plꝰ quàm Iona hic: q semetip̄m uiriliter & ab ipso utero mortis eduxit. Propterea *uiri niniuitæ* cōsurgēt cōtra nos i iudicio: propterea *ipsi iudices* uestri erūt, quia ꝓphetæ obtēpera-
Matt. 25. uerūt nos: nec dño ꝓphetarū. Vbi est qd̄ dicebatis: descēdat de *cruce* & credim⁹ eiꝰ Crucis signaculum dirumpere uoluistis, *p̄mittētes* ad fidē uos introituros. Ecce apertū nō diruptū est: introite. Alioquin si nō creditis resurgēti utiq; nec credidissetis descendenti. Sic uos scandalizabat crux xp̄i. Verbū enī crucis iudæis qdē scādalū est: ait apo-
1. Cori.1. stolus: Excitet uos saltē nouitas resurrectionis. Inuenim⁹ nos i cruce gloriā. Nobis qui saluamur deiꝰ est: & oīm (ut ostendimus) plenitudo uirtutū. Sit uobis pars uel in resurrectiōe. Sed fortè & illa imo multomagis illa uos scādalizat: & odor uitæ nobis in uitam uobis est odor mortis in mortē. Quid ergo insistimus? Non sustinet audire symphoniam & chorū senior frater: Occisum nobis sagināti uitulū indignaf. Foris stat: oīno nō acquiescit intrare. Ingrediamur nos fratres & epulemur in azimis sinceritatis & ueritatis: etenim pascha nostrū immolatꝰ est xp̄s. Amplectamur cōmēdatas nobis in cruce uirtutes: humilitatē, patientiā, obedientiā, & charitatem. In hac quoq; tā præcipua solemnitate quid cōmēdetur nobis sedula cogitatione pensemus. Nēpe resurrectio: trāsitus & trāsmigratio. Christꝰ enī fratres non recidit hodie sed resurrexit, nō rediit, sed transiit, transmigrauit non remeauit. Deniq; & ipm qd̄ celebramus pascha transitus nō reditus interpretatur: & galilæa ubi uidēdus nobis promittitur qui resurrexit: nō remeationē sonat, sed trāsmigrationē. Credo iā aliquorū ingenia p̄uolāt: & quorsum hæc uelint tēdere suspicantur. Dicimus tñ breuiter: p̄sertim ne deuotionē uestrā in tanta solennitate, sermonis uideaf prolixitas onerare: si post consummationē crucis in nostrā hanc mortalitatē & uitæ præsentis erūnas christus dñs reuixisset: ego eū fratres nō transisse dicerē sed redisse: non trāsmigrasse in sublimius aliqd: sed ad statū remeasse priorem. Nunc autē quia trāsiit in uoluptatē uitæ, nos quoq; inuitat ad trāsitū: uocat in galilæā. Propterea siquidē q̄ mortuꝰ est pctō mortuꝰ est semel: quia q̄ iā uiuit: uiuit nō carni: sed deo. Quid nos dicim⁹ qui sacrā dñi resurrectionem paschæ priuam⁹ noīe: ut sit nobis in reditum magis quàm in transitū? Luximus his diebus cōpunctioni & orationi: grauitati & abstinentiæ dediti cæterorū negligētias temporū sacro hoc quadragenario redimere & diluere cupientes. Cōicauim⁹ passionibus christi: complantati ei denuo sumus p̄ baptismum quendā lachrymarū, pniæ, cōfessionis. Si erg o mortui sumus pctō: quō uiuemus adhuc in illo? Si negligētias plāximus: quid causæ est ut recidamus nūc in easdē? Inuenimur nūc iterū curiosi ut ante, uerbosi ut ante, pigri & negligentes ut ante: uani, suspicioſi, detractores, iracundi, cæteriscq; iplicīti uitijs, q̄ tā anxie deplorauim⁹ his dieb⁹. Lauī pedes meos: quō iterū inquinabo eos? Exui me tunicam meā: quō induā eā? Nō est trāsmigratio hæc fratres: nō sic uidebit xp̄s: nō hoc iter q̄ ostēdat nobis de⁹ salutare suū. Deniq; q retro respicit: indignus est regno dei. Sic amatores seculi inimici crucis xp̄i: cuius in uanū accepto noīe dicunf christiani: toto hoc tpe quadragesimali ad instantes inhiāt dies resurrectionis: heu ut liberi⁹ indulgeāt uoluptati. Obnubilat fratres solemnitatis lætitiā materia tristior: sed ipsi⁹ plangimus solēnitatis iniuriā quā dissimulare nō possumus nec in ipsa: imo min⁹ in ipsa. D Proth dolor, peccandi tempus, terminus recidendi: facta est resurrectio saluatoris. Ex hoc nempe comessationes & ebrietates redeunt: cubilia & impudicitiæ repetuntur, laxantur concupiscentijs fræna quasi ad hoc surrexerit christꝰ: & non magis propter iustificationem nostram. Sic honoratis miseri christū quem suscepistis. Vēturo parastis hospitium: cōfitentes pctā cum gemitu: castigātes corpora: eleemosynas impēdētes: & ecce suscepti, p̄ditis inimicis: imo exire cōpellitis priores neqtias admittēdo. Neq; enī cohabitatio eē pōt lucī ad tenebras, xp̄i cum superbia, cū auaritia, cū ambitione, cū fraterno odio, cum luxuria, cū fornicatiōe. Quid enī minus p̄ti debetur quàm uēturo? Quid min⁹ reuerentiæ resurrectiōis tp̄s exigit quàm passionis? Sed uos ut manifestū est neutrā honoratis. Nam si cōpateremini & cōregnaretis si cōmoremini & cōresurgeretis. Nūc aūt ex sola cōsuetudine tp̄is & simulatiōe quadā humiliatio illa processit: quam non sequitur exultatio spūalis. Propter hoc ut ait apostolus. Multi infirmi & im-
1. Cori. 11. becilles & dormiunt multi. Propter hoc crebra in diuersis regionibus hominū mortalitas specialiter his diebus. Quid enim? Deprehensi estis inter angustias prævaricatores. Nō q p̄uaricati estis: sed qui persistitis in pctō addētes prævaricationem: aut penitus impœnitētes, aut tepide pœnitentes: nec pericula fugiētes: uel post miseram experientiam incentiua pcti. Irretiuit uos inimicus perplexis (ut ait scriptura) neruis testiculorum. Si hac conscien-
Iob. 40. tia christi sacramēta refugitis nihil uobis commune cum christo: non habetis uitam in uobis. Ipsum audite dicentem. Nisi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis ei⁹ sanguinē: non habebitis uitam in uobis. *Si indigne*
Ioan. 6. suscipitis: iudicium uobis manducatis: sanctū dñi non diiudicantes. Redite ergo prævaricatores ad cor: & in toto corde quæríte dñm & odite malum, pœnitētes nō uerbo tñ & lingua: sed spū & ueritate. Quia uerò non satis cecidisse piget hominē ut uidetur q adhuc manere disponit i lubrico, aut errasse qui ducem non quærit: sit uerè cōpunctionis indicium, opportunitatis fuga: subtractio occasionis. Alioquin timendum ualde ne dies ista siquidē & ipsa posita est in ruinam & resurrectionē multorum in israel: reprobet uos uel tāquā manifeste alienos à christo: xp̄o nō cōficantes, uel tanquā socios Iudæ in quem intrauit satha nas post buccellam. Sed quid ad nos fratres de his qui foris sunt iudicare: nisi q̄ in eodem nos fuisse laqueo plangimus, ab eodem erutos gratulamur: sola misericordia operāte: in quo miserabiliter eos detineri fraterna charitate dolemus? Vtinam autē uel nos iam sanctificati & penitus alieni ab hac misera & sacrilega cōsuetudine inueniamur: nec quicquā in nobis pereat aut minuaf de exercitio spirituali: sacræ resurrectionis aduentu: sed transire magis & excrescere studeamus. Quicunq; enim post lamenta pœnitentiæ non ad carnales redit consolationes: sed in fiduciā diuinæ miserationis excedit ingreditur nouam quandam deuotionem & gaudium in spiritusancto: nec tam compūgitur præteritorum recordatione peccatorum: quàm delectatur memoria, & inflammatur æternorum desiderio præmiorum: is plane est qui cum christo resurgit: qui pascha celebrat: qui festinat in galilæam. Vos ergo charissimi si cōsurrexistis cū christo quæ sursum sunt quærite, ubi christus est in dextera dei sedens: quæ sursum sunt sapite non quæ super terram: ut quēadmodum christus resurrexit à mortuis per gloriā patris: ita & uos in nouitate uitæ ambuletis ut à seculari lætitia & consolatione mundi per cōpunctionem & tristitiam quæ fm deum est, ad deuotionē sanctam & spiritalem uos trāsire gaudeatis exultationem: ipso præstante qui transiuit ex hoc mundo ad patrem, & nos quoq; trahere post se, & in galilæam uocare dignatur, ut semetipsum nobis ostendat qui est super omnia de⁹ benedictus in seçula. Amen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In tpe resurrectionis Ad abbates de electione euangelica Maria Magdalenæ & maria Iacobi & Salome. Sermo. II.

fecto thesaur⁹ noster est Iesus xp̃s: in quo sunt oẽs thesauri sapiẽtiæ & sciẽtiæ absc̃oditi: in q̃ habitat oĩs plenitudo diuinitatis corporaliter. Quid tñ putatis fratres: quantus dolor & timor irruperit aplĩca pectora cũ eum uiderũt à se tolli & attolli in aera: nõ scalis adiutũ: nõ subleuatum fulcimẽtis: & si angelico comitatũ obsequio nõ tamẽ fultũ auxilio: sed gradientem in multitudine fortitudinis suæ. Impletũ est quod eis dixerat. Quo ego uado: uos nõ potestis uenire. Quocunq; eñ terrarũ ñsset cum indiuisibiliter sequerent. mare (sicut petrus fecit aliq̃n) cũ eo etiã submergendi intrarent: sed hac sequi non poterãt: qa, Corpus q̃ corrumpitur: aggrauat aĩm. & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantẽ. Dolor ergo nimius erat: quia uidebant illum (ppter quẽ oĩa reliquerant) à suis sensibus & aspectibus tolli: ut nõ possent ablato à se sponso filĩ. spõsi non lugere: timor quia orphani relinquebantur in medio iudæorũ nondũ confirmati uirtute ex alto. Bñdicens ergo eis ferebaf in cælum: fortẽ concussis illius singularis mĩæ uisceribus cum miseros suos & pauperẽ suã scholam relinqueret: nisi q̃ ueniebat parare eis locũ: & qa expediebat ut p̃sentiã eis subtraheret corpalem. O felix quàm digna ista peessio ad quã ne ipsi quidẽ aplĩ digni fuerũt admitti: cũ & aiarũ sanctarũ & cælestiũ uirtutũ triũphali põpa deductus ad patrẽ: sedet à dextris dei. Nunc uerẽ adimpleuit oĩa: quia natus est inter homines: cũ hominib⁹ conuersat⁹ est: ab hoĩbus & pro hoĩbus passus & mortu⁹ est: resurrexit, ascendit: sedet ad dexterã dei agnosco tunicam desuper cõtextã per totum: quã supna illa mãsio claudit: ubi adimpletus est & adimpleuit omnia dñs Iesus christ⁹. Veruntamẽ quid mihi & solennitatibus istis: Quis me cõsolabit dñe Iesu: quia te non uidi crucẽ suspensum: plagis liuidum, pallidum morte: qa nõ sum crucifixo compassus, obsecutus mortuo: ut saltẽ lachrymis meis loca illa uulnerum delinirẽ. Quo me dereliqsti insalutatũ: cũ formosus in stola tua rex gloriæ in alta cælorũ te recepisti: Prorsus renuisset consolari aia mea: nisi me angeli in uoce exultationis præuenissent: qui dixerunt. Viri galilæi quid statis aspicientes in cælũ: Hic Iesus qui assumptus est à uobis in cælũ: sic ueniet quẽadmodũ uidistis eũ euntẽ in cælum: sic inquiunt ueniet. Ergo ne uenict quærere uos: in illa tam singulari quàm uniuersali peessione: cũ precedentibus oĩbus angelis & subsequẽtibus hoĩbus uniuersis descendet iudicare uiuos & mortuos: Proculdubio ueniet sed quo ascendit, non quomõ ante descendit. Humilis enim prius uenit aias saluare: sublimis aũt ueniet cadauer istud resuscitare: & configurare corpori claritatis suæ: ut infirmiori huic uasculo abũdantiorẽ impẽdere uideaf honorẽ. Tũc eñ uidebif cũ potestate magna & maiestate q prius in infirmitate carnis latuerat. Intuebor & ego eũ sed non mõ: uidebo cũ: sed non ppe: ita ut hæc scda glorificatio priori glorificationi ppter excellentẽ gloriã manifeste præluceat. Manipulus primitiarum nostrarum xp̃s oblatus est ad dexterã patris assumptus: & assistit nũc uultui dei pro nobis. Sedet aũt ad dexterã habens in dextera misericordiam, in sinistra iudiciũ: & misericordiam multam nimis: & iudiciũ multum nimis: in dextera aquã, in sinistra ignẽ immobiliter tenens. Et quidem corroborauit mĩam suam sup timentes se f̃m altitudinẽ cæli à terra: ut maiores cumulos miserationũ dñi sentiant quàm sit spatiũ inter cælũ & terrã propositum nanq; dei super illos manet immobile: & mĩa dñi ab æterno & usq; in æternum super timẽtes eum. Ab æterno per prædestinationẽ: in æternum per glorificationem. Similiter & in reprobis terribilis est super filios hoim: & utriq; stat fixa sentẽtia æternitatis & in his qui saluí fiunt & in his qui pereunt. Quis scit si omniũ uestrum quos hic uideo nomina scripta sunt in cælis: & in libro prædestinationis annotata: Vocationis enim & iustificationis uestræ aliqua signa mihi uideor intuerí in conuersatione huius tantæ humilitatis. Quanto putas gaudio replerentur omnia ossa mea: si id scire cõtingeret: Sed nescit homo utrum sit dignus amore an odio. D Proterea dilectissimi perseuerate in disciplina quam suscepistis: ut per humilitatem ad sublimitatem ascendatis: quia hæc est uia: & nõ alia præter ipsam. Qui aliter uadit cadit potius quàm ascendit: quia sola est humilitas que exaltat: sola que ducit ad uitã. Christus eñ cum per naturam diuinitatis nõ haberet quo crescceret uel ascẽderet: quia ultra deũ nihil est: p descensum quõ crescceret muenit: uenies in carnari: pati: mori: ne moreremur in æternũ: ppter quod deus exaltauit illũ: quia resurrexit: ascendit: sedet ad dexterã dei. Vade & tu fac similiter. Nec; eñ ascendere potes nisi descẽderis: qa ut æterna lege fixum est: Ois qui se exaltat hũiliabit: & qui se hũiliat exaltabitur. O peruersitas: & abusio filiorum adam: quia cum ascendere difficilimũ sit: descendere aũt facillimũ: ipsi & leuiter ascendunt & difficilius descendunt parati ad honores & celsitudines graduũ ecclesiasticorum: ipsis etiam angelicis humeris formidandos. A Ad sequendum autem te dñe Iesu uix inuenium⁹ tur qui uel trahi patiant: q uelint duci per uiã mandatorũ tuor. Alĩ eñ trahunt: q possunt dicere. Trahe me post te. Cã. v. Vbi supra. alĩ dicuntur qui dicunt. Introduxit me rex in cellaria sua. alĩ rapiunt sicut apl's raptus est ad tertium cælũ. Et primi quidem felices q in patientia sua possidẽt aĩas suas: secundi felicíores: qa ex uoluntate sua cõfitentur ei: tertĩ felicíssimi q in profundissima dei mĩa, quasi quodãmodo sepulta iã arbitrĩ sui ptãte in diuitias gloriæ in spũ ardoris rapiuntur nescientes siue in corpe siue extra corpus: hoc solum scientes q̃ rapti sint. Beat⁹ qui ubiq; te ducem habet dñe Iesu: nõ illũ refugã spĩm qui statim ascendere uoluit & tota diuinitatis dextera percussus est. Nos autem popul⁹ tu⁹ & oues pascuæ tuæ sequamur te: per te: ad te. Quia tu Ioan.14. es uia, ueritas & uita: uia in exemplo: ueritas in ꝓmisso: uita Ioan.6. in præmio. Verba eñ æternæ uitæ habes: & nos cognoscimus & credimus: qa tu es xp̃s filius dei uiui qui es super omnia deus benedictus in secula. Amen.

De intellectu & affectu. Sermo tertius unde supra. & legitur in octauis.

Ioan.8. Sap.9. Actu.1. Mat.25. Sap.9. Sap.4.

Odie cælorũ dñs, cælorũ alta cælesti potentia penetrauit: & infirma carnis tanquàm nubila q̃dam excutiens: induit stollã gloriæ. Eleuat⁹ est sol in ortu suo, incaluit & inualuit. Dilatauit & multiplicauit radios super terram: nec est q se abscondat à calore eius. Redĩt ad regionẽ sapientiæ: sapia dei: ubi oẽs bonũ & intelligunt & requirunt, intellectu pspicacissimi: affectu paratissimi: ad audiendã uocẽ sermonũ eius. Nos aũt in regione ista sumus ubi plurimũ est malitiæ sapiẽtiæ parũ: qa corpus q̃ corrumpitur aggrauat aĩam: & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantẽ. Per sensum hic ergo arbitror intellectum designari: qui tunc uerè deprimitur: cum multa cogitat cum nõ colligit se circa illã unam & unicam meditationẽ q̃ concipitur de ciuitate illa cuius participatio eius in idipsum. Hmõi intellectũ oportet deprimi & distrahi p multa: multis & multiplicibus modis. Aĩam uerò hic æstimo dici affectiões que corrupto corpore diuersis passionib⁹ afficiuntur: q̃ mitigari nũquã pñt ne dicã sanari: donec uoluntas unũ ẽrat & tendat ad unũ. D Duo ergo sunt q̃ in nobis purganda sunt intellect⁹ & affect⁹. Intellect⁹ ut nouerit: affect⁹ ut uelit. Felices & uerè felices illi duo uiri helias & enoch: quibus oẽs materiæ & occasiones ablatæ sunt q̃ eorũ intellectũ impediant uel affectum: qa soli deo uiuentes nec nouerunt nisi deũ: nec cupiunt nisi deũ. Denicꝫ & de enoch legit qa raptus est ne malitia mutaret intellectum eius: aut ne fictio deciperet aĩam illius. Intellect⁹ nr̃ turbat⁹ erat ne dicã cæcatus: affect⁹ inqnat⁹ erat: & multũ inqnat⁹: sed xp̃s intellectũ illuminat: spũsanctus affectũ purgat. Venit eñ filius dei & tot & tanta mirabilia in mundo operatus est: ut nõ immerito intellectum nostrum ab oĩbus mundanis rebus euocauerit: ut semper cogitemus & nunquã cogitare sufficiamus: quia mirabilia fecit. Verè latissimos nobis ad spaciandum intelligentiæ campos dereliquerit: & torrens cogitationum istarũ profundissimus est: q iuxta ꝓphetam non possit

Ezc.47. non possit transuadari. Quis enim sufficiat cogitare qualiter rerū dñs p̄uenerit nos: uenerit ad nos: subuenerit nobis: & singularis illa maiestas uoluerit mori ut uiueremus seruire ut regnaremꝰ: exulare ut repatriaremus: & usq; ad seruilissima opa inclinari ut cōstitueret nos sup̄ oīa opera sua: Talē se obtulit apostolis apl'orū dñs: ut iam nō inuisibilia dei per ea q̄ facta sunt intellecta conspicerent: sed ipse facie ad faciē uideret: qui oīa fecit. Et quia discipuli carnales erant & deus spiritus est nec bene cōuenit spūi & carni: umbra corporis sui temperauit se eis: ut obiectu uisibilis cæ carnis uiderent uerbū in carne: solem in nube: lumen in testa: cæreum in laterna. Spūs em̄ oris nostri christꝰ do

Trē. 4. minus: cui diximus. In umbra tua uiuimus inter gentes. In umbra, inquit, tua inter gentes non inter angelos: ubi puríssimum lumē purissimis oculis intuebimur. Vnde & uirtus altissimi obumbrauit uirgini: ne nimio splendore præstricta, diuinitatis fulgur etiā singularis aquila tolerare nō posset. Ad hoc aūt carnē eis proposuit: ut oēm cogitatū eorū ab humanis rebus ad carnē suā (qua & mirabilia dicebat & mirabilia faciebat) adunaret: & sic de carne transferret ad spiritū: qa spūs est deus: & eos qui adorant eū in spū & ueritate oportet adorare. Nō tibi uideꝫ eis, intellectū illuminasse cū aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas: ostendens qa hæc oportebat christū pati: & resurgere à mortuis: & ita intrare in gloriā suam. Sed illi sanctissimæ carni eiꝰ assuefacti, uerbū de discessu eius audire nō poterant: ut eos relinqueret pro quo oīa reliquissent. Quare hoc? Quia intellectus illuminatus erat sed nōdum purgatus affectus. B Vnde & benignus magister blan-

Ioan.16. de eos ac dulciter consolabatur dicens. Expedit uobis ut ego uadā. Si em̄ nō abiero: paraclitus non ueniet ad uos. Sed qa hæc locutꝰ sum uobis: tristitia ipleuit cor uestrū. Quid est quod christo commorante in terris spūssanctus ad eos uenire nō potuit? An carnis illius cōsortiū abhorrebat quæ de ipso & per ipm in uirgine & de uirgine matre concepta erat & nata? Absit. Sed ut ostenderet nobis per quā ambularemus uiā: formā apponeret cui imprimeremur. Et ille q̄dē illis plorantibus eleuatꝰ in cælū: spūssanctū misit: qui affectū eorū id est uoluntatē mundauit: imo potius alterauit: ut iam magis dominū uelint ascendisse: qui prius detinuisse uoluerāt. Impletū est q̄d eis prædixerat: uos aūt contristabimini: sed tristitia uestra conuertet in gaudiū. Sic ergo eorū intelligentia per christum illuminata est: & uoluntas emundata per spm̄: ut sicut bonū nouerint sic & uelint: q̄d solū perfecta religio uel religiosa perfectio est. C Recordor nunc helisæi sancti: cui cū Helias

4.Re.2. dixisset ut in discessu uel ascensu suo postularet q̄d uellet respōdit. Oro ut fiat spūs tuus duplex in me. At ille. Rem difficilē postulasti. Attamē si uideris qñ tollar à te: erit q̄d petisti. Nōme tibi uidetur Helias ascēdentis dñi signare personā. Helisæus uerò chorū apl'icū in ascensione xp̄i anxie suspirāte? Sicut em̄ helisæus ab helia nullo pacto auelli poterat: sic nec apostoli à xp̄i p̄sentia poterant separari. Vix em̄ tandē eis psuasit: qa sine fide impossibile esset placere deo. D Quis est ergo spūs iste duplex qui q̄rit: nisi illuminatio intellectus: & affectus purgatio? Res difficilis qa rarus in terris est qui illū habere mereaf. Attñ, inquit, si uideris qñ tollar à te: erit q̄d petisti. Nihil est q̄d p̄pter hoc habeant perdere uel debeant altūi tui dñe Iesu: qa uidentibus illis es eleuatus in cælū: & desiderātibus oculis te secuti sunt gradientē in multitudine fortitudinis tuæ.

Ioan.14. Vel certè spm̄ duplicē dicere possumus illud q̄d saluator ad discipulos ait. Qui credit in me opa q̄ ego facio & ipse faciet: & maiora horum faciet. Nōme, maiora xp̄o per

Actu.5 xp̄m tñ fecit petrus: de quo legitur quia in plateis ponebantur infirmi in lectulis ut ueniente petro saltem umbra illius obumbraret quenquàm illorum: & liberarentur ab infirmitatibus suis? Nusquam enim dñs umbra sua inuenitur infirmitates sanasse. Non dubito ergo intellectum oīm uestrum (qui hic estis) illuminatum esse: sed non affectum æque esse purgatum: manifestis approbabo coniecturis. Oēs q̄d' bonū est nostis: & uiā per quā incedere: & quō in ea incedere debeatis: sed uoluntas nō una est. Qui dā em̄ ad oīa uiæ & uitæ huius exercitia nō solū ambulāt sed & currūt: imo potius uolant: ut eis & uigiliæ breues & cibi dulces & pāni suaues: labores nō solū tolerabiles: sed & appetibiles uideant. Alij aūt nō sic: sed corde arido & affectione recalcitrāte uix trahunt ad hæc: uix gehenna timore cōpellunt. Quosdā nec cōpellim? q̄dē quib? frons mulieris meretricis facta est: nolunt erubescere. Sunt ite& multi inter nos qui de uno pane comedunt: nobiscū dormiūt: nobiscū cātāt: nobiscū laborāt: miseri & miserabiles ut pote socij tribulationis sed cōsolationis nō ita. Numqd abbreuiata est manus dñi: ut oībus donare nō possit: qui aperit manū suā & implet oē animal benedictione? Quid ergo in causa est: Illud oīno: qa nō uidēt christū cū tollit ab eis. id est nō cogitant quō eos orphanos reliq̄rit: q̄ peregrini & aduenæ sint sup̄ terrā q̄ tandiu feculenti corporis horrido carcere teneant: & nō sint cū xp̄o. Hmōi aūt si diu ita pmāserint sub onere: aut opprimunt, & succūbūt: aut quodāmō in inferno sunt ut nunquā ad plenum respirent in luce miserationū dñi: nec in libertatē spūs: q̄ sola facit iugū suaue & onus leue. Inde aūt tā pernicios tepiditas emanat: qa affectus. id est uoluntas eorū nōdū purgata est nec bonū sic uolūt sicut nouerūt, à ppria cōcupiscētia abstracti grauiter & illecti. Amāt em̄ in carne sua terrenas cōsolatiunculas, siue in uerbo, siue in signo, siue in facto, siue in aliquo alio: & si hæc interrumpūt aliq̄n: non tñ penitus rumpunt. Inde est q̄ raro affectiones suas dirigūt in deū: & eorū cōpūctio nō cōtinua sed horaria est. Impleri aūt uisitationibus dñi aīa nō pōt: quæ his distractionibus subiacet: & quātomagis illis euacuabit: tanto amplius istis implebit si multū, multū: si parū, parū. Vel certè si magis pbas nūquā iste illis misceri poterūt in æternū: qa ubi uasa uacua nō inuenit: oleū stare necesse est: nec mittūt uinū nouū nisi in utres nouos ut ambo conseruent: neq; em̄ spūs & caro: ignis & tepiditas in uno domicilio cōmorātur: p̄sertim cū tepiditas ipsi dño soleat uomitū p̄uocare. Si em̄ apl'i adhuc carni dñicæ ininærētes q̄ sola sctā (qa sancti sanctoꝝ erat) spūsancto repleri nequerunt, donec tolleretur ab eis, tu carni tuæ q̄ sordidissima est & diuersarum spurcitiarū fantasijs repleta astrictus & cōglutinatus: illū meracissimū spm̄ te posse putas suscipere: nisi carneis istis cōsolationibus funditus renunciare tētaueris? Reuera cū inceperis tristitia implebit cor tuū: sed si pseueraueris tristitia tua cōuertet in gaudiū. Tunc em̄ purgabit affectꝰ & uoluntas reuocabit uel potius noua creabitur: ut oīa quæ prius difficilia nō impossibilia uidebant cū multa percurrant dulcedine & auiditate. Emitte, inquit, spm̄ tuū & creabunt: & renouabis faciē terræ. D Sicut p facie exterior homo cognoscit: sic p uoluntatē demōstrat interior. Emisso ergo spiritu creat & renouat faces terræ. id est terrena uoluntas fit cælestis: parata ad nutum citius obedire. Beati qui tales sunt: qa non solum malum non sentiunt: sed in mira quadā cordis dilatione cōmorant. De illis em̄ quos supra commemorauimus terribiliter ait deus. Nō perma-

Gen.6. nebit spiritus meus in hominibus istis: qa caro sunt. id est carnales: & quicquid in eis spiritus fuerat: in carnem cuanuit. Quia igitur charissimi hodierna dies est in qua sponsus aufertur à nobis & nō sine tumultu aliquo animorum nostrorū: ad hoc tamen ut mittat nobis spiritum ueritatis ploremus & oremus ut dignos nos inueniat uel potius efficiat, & repleat domū istam ubi sumus sedentes quatenus non uexatio sed unctio eius doceat nos de oībus: sicq; & intellectu clarificato & affectu purificato ueniat ad nos: & apud nos faciat mansionem. Et sicut serpens Moysi deuorauit omnes serpentes magorum: sic iste cū uenerit absorbebit omnes carnales affectiones & delectationes nostras & consolationes: ita ut de labore requiem: de tribulatiōe lætitiam: de contumelia gloriam habeamus: sicut illi quos repleuerat, ibant gaudentes à conspectu cōcilij qñ digni habiti sunt pro noie Iesu contumeliā pati. Spiritus enim

ps.105.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iesu,spūs bonus:spūssanctus:spūs rectus:spūs dulcis:spūs principalis:quicqd in hoc seculo nequā uidet difficile & angustū,leue facit & latum:opprobrium gaudiū iudicat: despectionem,exaltationem esse persuadet.Scrutemur ergo iuxta prophetam uias nostras & studia nostra,leuem? Treñ.3. corda nostra cū manibus:ut in solēnitate sancti spūs gaudeamus:& abundantius gaudeamus:qui nos inducat in omnem sicut promisit dei filius ueritatem.

In die ascensionis De duobus non bonis montibus & de septē ascensionibus christi. Sermo. IIII.

SI natiuitatis & resurrectionis dñicæ digna deuotione solēnia celebramus:hodiernum quoq; ascēsionis diē non minus deuote conuenit celebrari. In nullo siquidē à festiuitatibus illis ista degenerat:sed finis earū & adimpletio est. Merito quidē solēnitatis & lætitiæ dies agit:qñ sol ille supercælestis,sol iustitiæ nostris se pñtauit obtutibus:nube carnis & mortalitatis tecto,fulgorē suū & lucē tēperās inaccessibilem. Magna quoq; lætitia & exultatio multa nimis:qñ cōscisso tecto:lætitia circumdatus est:factaq; de medio tecti ipsius nō qdē substātia sed uetustate:sed corruptiōe:sed miseria: sed ut ilitate:nr̄æ dedicauit primordia resurrectionis.Verū tamen quid mihi & solēnitatibus istis:si conuersatio mea usq; adhuc detinet in terris: Quis uerò uel desiderare presumeret ascensum cæli:nisi qa is qui descēderat prior ascendit: Dico ergo uobis nō multo mihi tolerabilior uideret exilij huius habitatio quàm gehēna:nisi dñs sabaoth reliquisset nobis semē fiduciæ & expectationis:qñ eleuat? est in nubib? & spem fecit credētib?.Denicq; nisi ergo abiero, Ioan.16. inqt,paraclitus nō ueniet ad uos.Quis paraclitus: Vticq; p quē diffundit charitas:& iā spes non cōfundit.Ille paraclitus per quē in cælis sit cōuersatio nostra uirtus ex alto: Ioan.14. p quā sursum sint corda nostra. Vado,inqt,parare uobis locū:& si abiero iterū ueniā & assumā uos ad meipm.Vbi eī fuerit corpus ibi congregabuntur & aquilæ. Videsne quēadmodum cæterarū solemnitatum ea quam hodie celebramus & consummationē habeat & fructū declaret:& augeat gratiam: Sicut enim cætera omnia eius qui nobis natus est & nobis datus:ita ipsa quoq; ipsius ascensio propter nos facta est:& facit pro nobis.In nostra siquidem uita,multa(quantū in nobis est)uidemur agere casu,multa necessitate:sed xps dei uirt? & dei sapientia neutri potuit subiacere.Quæ eī dei uirtutē necessitas cogeret aut quid ageret dei sapia casu: Oia proinde quæcunq; locutus est, quæcunq; opatus est:quæcunq; passus est ne dubites fuisse uolūtaria:plena sacramētorū:plena salutis. Hæc sciētes si quid aliqñ eorū quæ de xpo sunt in nostrā scientiā uenire contingat:nō sic audiendū est tanquā si inuentitiū qppiā proferam?:sed tanquā id qd' etiā priusquā causa sciretur:cōstaret nequaquā sine causa fuisse.Sicut eī q scribit certis rōnibus collocat uniuersa:ita quæ à deo sunt ordinata sunt maximeq; ea q̄ præsens in carne est operata manifestas.Sed ue angustæ cognitioni:ue pauptati sciæ nr̄æ q tñ ex parte cognoscimus & parte modica.Vix scintillulæ quedam nobis elucent de tanta luminis copia:de lucerna posita super candelabrū.Sanè quantominus singuli capimus:tanto fidelius cæteris cōicanda sunt quæ singulis reuelant.Et ego fratres q̄ mihi ad uestram ædificationem de ascensione imo de ascensionib? suis donare ipse dignatur: nec uolo nec debeo subtrahere uobis:præsertim q̄ hæc sit spūaliū p̄rogatiua donorū:ut cōicata nō minuant. Aliq; bus fortassis hæc nota sunt,qbus similr reuelata sunt:sed ꝓpter eos q sortè nō aduerterūt sublimioribus intēti:aut alijs occupati:seu etiā ꝓpter eos q minus capacis intelligētiæ sunt mihi incūbit loquī q̄ sentio.Christus qui descen- Ephe.4. dit ipse est:& q ascendit. Apli uerba sunt hæc.Ego aūt credo cū in hoc ipso q̄ descenderit ascendisse.Sic eī oportebat christū descendere:ut nos ascēdere doceremur.Cupidi qdē sum? ascensionis:exaltationē cōcupiscim? oēs. Nobiles eī creaturæ sum?:& magni cuiusdā animi:iōcq; altitudinē naturali appetim? desiderio.Sed ue nobis:si uolue rimus eū seq quī ait.Sedebo in mōte testamēti:in lateribꝰ Esa.14. aquilonis.Heu miser in lateribus aquilonis.Frigidus est mōs ille:nō te sequmur.Potestatis habes cōcupiscentiā:altitudinē præsumis potentiæ.Quanti tñ usq; hodie fœda sequūtur infelicia;q; uestigia imo uerò quam pauci euadunt qui bus nō dñandi libido dñet. Hinc est q̄ bñfici uocant? quiptātē habēt:hinc q̄ laudat peccator in desideriis aiæ suæ. Potentibus siquidē oēs adulant? inuident oēs.Quē sequimini miseri hoies:quē sequmur? An nō uidetis sathanā tāquā fulgur de cælo cadētē:Nónne iste est mōs in quē ascēdit angelus:& diabolus factus est : Vel illud aduertite:q̄ post casum suum inuidia cruciante male solicitus de supplantādo hoīe: Ilius tñ montis ascēsum nullatenus ausus est suadere ei:in quo nimirū ꝓ inani ascēsu tā immane precipitiū cognosceret expertus.Sed nō defuit uersuto hosti qd ageret.Similē ei montē alterū demonstrauit. Eritis,in- Gen.3. gens,sicut dij:scientes bonum& malū.Pernicioſa etiāhæc ascensio:imo magis descensio est de hierusalē in hiericho. Pessim? mons inflans scientia:in quē tñ usq; hodie uideas tanta cōcupiscentia plurimos repere filiorū adam:ac si nō nouerint quātū pater eorū in illius montis ascensu descenderit:imo quam grauiter ceciderit quantū tota deiecta sit & cōquassata posteritas.Nōdū sanata sunt uulnera q̄ tibi in ascensu montis illius inflicta sunt licet adhuc in prē late res:& nunc iterū in ꝓpria persona conaris ascendere ut sit error nouissim? peior priore:Quænā miseris tā dira libido:Filij hoīm usq; quo graui corde:ut qd diligitis uanita- ꝑs.4. tē & q̄ritis mendaciū:An ignoratis:qm̄ infirma mūdi ele- 1. Cori.1. gīt deus ut cōfundat fortia,& stultos mūdi elegit deus ut cōfundat sapientes:Nō nos diuinæ cōminatiōis terror reuocat.Perdituri sapiam sapiētiū & prudētiā prudētiū re- Vbi supra probaturi:nō prīs exēplū:nō denicq; sensus ipse nr̄:& duræ experiētia necessitatis:cui sum? addicti ꝓ insipiētē sciētiæ appetitū.Ecce uobis fratres montē demonstrauimus aliū:nō in quē ascendatis sed quē fugiatis.Ipse est in quē ascendebat:q uoluit esse sicut deus sciens bonum & malū: ipse quē usq; hodie filij eius acumulāt & eleuāt:nihil inuenientes tā uile unde nō uelint montē eleuare scientiæ.Videas aliū literarū:aliū mundialis curæ:istū placitationum displicentiū deo:illū seruilis cuiuslibet artis tā uehemēter affectare scientiā ut laborē nō reputet timmō ut possit aliquibus doctior reputari . Sic ædificant babel:sic putant ad dei se peruenturos similitudinē sic cōcupiscūt qd' non expedit:qd' expedit omittentes.Quid uobis & montibus istis in quorū ascensu tanta difficultas est & tā grande periculū:aut cur eū deseritis montē cui? & facilis est ascēsus & perutilis:Potestatis ambitio angelū felicitate priuauit angelica:scientiæ appetitus hoīem immortalitatis gloria spoliauit.Conet quis ascendere in montē ptātis: quantos putas cōtradictores habebit:quātos inueniet repulsores: obstacula quāta:quàm difficilē uiā:Quid si tandē eū adi- Sap.6. pisci cōtigerit:qd' optabat:Potētes ait scriptura: potēter tormenta patientur:ut præsentes solicitudines & anxietates quas potestas ipsa parit omittam.Cupidus alter est inflantis scientiæ:quātū laborabit:quātū anxiabitur spirit? eius:Et tamē audiet:nec si te ruperis apprehēdes.In amaritudine morabitur oculus eius:quoties uidere contigerit cui se posteriorem iudicet aut putet ab alijs reputari. Quid cū intumuerit multū:Perdam,inqt dominus,sapiē- 1. Cori.1. tiam sapientium:& prudentiā prudentiū reprobabo.Iam ne multis immorer uidistis(ut arbitror)quam fugiēdus nobis sit mons uterq; si præcipitium angeli:si casum hominis expauescimus . Montes gelboe nec ros nec pluuia ueniant super uos.Quid tamen agimus:Ascendere sic nō expedit:& ascendi tenemur cōcupiscentia.Quis docebit Ephe.4. nos ascensum salubrem:Quis nisi de quo legimus . Qm̄ qui descendit ipse est & qui ascendit:Ab ipso demonstrāda nobis erat ascensionis uia:ne ductoris imo seductoris iniqui aut uestigium aut cōsilium sequeremur.Quia ergo nō erat quo ascenderet descendit altissimus:& suo nobis descensu suauē ac salubrē dedicauit ascensum .Descendit de monte

de mõte potentiæ carnis infirmitate circũdatus: descẽdit de mõte scientiæ: qm̃ placuit deo per stultitiã prædicationis saluos facere credentes. Quid enim tenello corpore & infantilibus membris uidetur infirmius: Quid indoctius apparet paruulo qui sola matris ubera nouerit: Quis impotẽtior eo cuius oĩa membra clauis affixa: cuius omnia dñm̃ enarrantur ossa: Quis insipientior eo qui tradebat in mortem animam suam: & quæ non rapuit tũc exoluebat: Vides quàm multum descenderit: quantũ à potentia sua: quantũ à sapientia sua exinanierit semetipm. Sed non potuit altius montem bonitatis ascendere: nec suam cõmendare expressius charitatem. Nec mirũ si descendendo xps ascendit: qm̃ priorũ uterq; cecidit ascendẽdo. Et mihi quidẽ uidet montis huius ascensorẽ q̃rere qui dicebat. Quis ascẽdet in montẽ dñi, aut quis stabit in loco sctõ eius: Forte etiã Esaias ascensionis desiderio cadẽtes intuens hoĩes ad hũc reuocabat montẽ exclamans. Venite ascendamus in montẽ dñi. An nõ manifeste eos de priorũ montiũ ascẽsione redarguẽs montis huius p̃dicat ubertatẽ: qui ait: ut quid suspicamini montes coagulatos: Mons coagulatus mons pinguis. Hic est igit mons domus dñi præparat9 in uertice montiũ: super quos salientẽ sponsum inspexerat q̃ dicebat. Ecce uenit is saliens in montibus. Docebat enim ignarum uiæ: trahebat paruulum: infantulum deducebat. Ideoq; uelut quibusdam passib9 ibat: ut de uirtute in uirtutẽ uideret deus decorũ in sion. D Iustitia em̃ eius sicut montes dei. Sed iam si placet saltus etiã ipsos intueamur: qbus exultauit gigas ad currendã uiã: & cuius egressio à summo cæli per gradus quosdam usq; ad summũ eius occurrit. Primũ ergo cõstitue montem illum in quẽ ascẽdit: cũ Petro & Iacobo & Ioanne: ubi transfiguratus est ante eos. Resulsit facies eius ut sol: & uestimenta eius facta sunt alba sicut nix. Resurrectionis gloria ista est: quam in monte spei contemplamur. Vt quid enim ascendit ut transfiguraretur: nisi ut doceret nos cogitatione ascendere ad futuram illam gloriam quæ reuelabitur in nobis: Felix cuius meditatio in conspectu domini est semper: qui in corde suo delectatiões dexteræ domini usq; in finẽ sedula cogitatiõe reuoluit. Quid em̃ graue illi poterit uideri q̃ semper mente tractat: q̃ non sint condignæ passiones huius temporis ad futurã gloriam: Quid cõcupiscere poterit in seculo nequã cui9 oculus semp uidet bona dñi in terra uiuẽtiũ, semp uidet æterna p̃mia: Tibi dixi cor meũ (ppheta loquit dño) tibi dixit cor meũ: exquisiuit te facies mea: faciem tuã dñe requram. Quis mihi tribuat ut oẽs surgentes stetis in excelso: & uideatis exultationẽ q̃ uentura est uobis à dño: Non sit molestũ uobis obsecro q̃ in monte hoc aliq̃n diutius immoramur: poterim9 em̃ cæteros festinantius pertransire. Verũ in isto quem non detineat sentẽtia illa sancti petri: quam in eo protulit & de eo. Domine (inquiẽs) bonũ est nos hic esse. Quid enim bonũ est imo quid aliud uidetur bonum quàm in bonis aĩam demorari: q̃nquidẽ adhuc corpus nõ potest: Puto q̃ eius q̃ ingrediebatur in locũ tabernaculi ammirabilis usq; ad domum dei, in uoce exultationis & confessionis sonus epulantis fuerit: bonũ est nos hic esse. Quis enim ex uobis secum cogitãs futurã illã uitã: sed lætitiam: sed iocũditatẽ: sed beatitudinẽ: sed gloriam filiorum dei: quis inquam talia tranquilla secum conscientia uoluens nõ cõtinuo de plenitudine intimæ suauitatis eructat dñe bonũ est nos hic esse: Non sanè in hac erũnosa peregrinatione ubi corpore detinet: sed in suaui ac salubri illa cogitatione in qua corde uersat. Quis mihi dabit pennas sicut colũbæ: & uolabo & requiescam: Vos aũt filij hoĩm, filij hoĩs qui descendit de hierlm̃ i hiericho: filij hoĩm usq; quo graui corde: Ascẽdite ad cor altũ: & exaltabit de9. Hic est em̃ mõs in quo trãsfiguraf xps. Ascẽdite: & scietis qm̃ dñs sctm̃ suum mirificauit. Obsecro uos fratres mei nõ grauent corda uã in curis secularibus: mã de crapula & ebrietate gras deo nõ magnopere necesse habeo uos ammonere. Exonerate obsecro corda uã graui mole terrenarũ cogitationũ: ut scintis mirificatũ à dño sctũ suũ. Leuate corda uestra cũ manibus quibusdam cogitationũ ut transfiguratũ dominũ uideatis. Formate in cordibus uestris nõ modo p̃iarcharũ & prophetarũ tabernacula: sed oẽs domus illius cælestis multiplices mansiones fm eũ q̃ circuibat immolans in tabernaculo dñi hostiam uociferationis cantans: & psalmũ illũ dicens domino. Q̃ dilecta tabernacula tua dñe uirtutum: concupiscit & deficit aĩa mea in atria domini. Circuite & uos charissimi cũ pietatis & deuotionis hostia: uisitãtes aĩo sedes supnas & multas q̃ in domo patris sunt mansiões humiliter p̃sternẽtes corda uestra ante thronum dei & agni: cũ reuerẽtia supplicãtes singulis ordinibus angelorũ: p̃iarcharũ numeq; cuneos pphetarũ: & senatũ apostolicũ salutantes: coronas martyrum suscipientes purpureis rutilantes floribus: redolẽtes lilijs: choros uirginum ammirantes: atq; ad mellifluũ noui cantici sonũ quantum p̃ualet infirmitas cordis erigentes auditũ. Hæc recordat9 sum (ppheta loqtur dño) & effudi in me aĩam meã. Quæ: Qm̃ transibo in locũ tabernaculi ammirabilis usq; ad domũ dei. Et itẽ. Memor fui (inqt) dei & delectat9 sum. Quẽ uiderunt apli uidit & iste: nec dissimili ut arbitror uisiõe: nisi q̃ spũale totũ habuit hui9 uisio: corporeũ nihil. Omnino non uidit eũ sicut is qui dicebat. Vidimus eũ & non erat illi species neq; decor. Transfiguratum p̃culdubio uidit & speciosum forma p̃ filijs hoĩm: q̃ delectatũ se phibet sicut & apli: bonũ est (inqunt dño) nos hic eẽ. Et ut nihil desit p̃positæ similitudini: illi qdẽ proni cecidisse legunt. hic uerò suũ fatet spm̃ defecisse. Q̃ magna multitudo dulcedinis tuæ dñe: quam abscondisti timentib9 te. Ascendẽtes igit in hũc montẽ & reuelata facie gloriã dñi speculantes haud dubiũ quin clamare habeatis & uos: trahe nos, post te. Quid em̃ p̃dest scire quo sit eundũ: siquidẽ qua debeas ire nõ noueris: Alterũ p̃inde montẽ ascendas necesse est: in quo prædicantẽ audias: & scalam erigentẽ octo distinctam scalaribus cuius summitas cælos tãgit. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiã: quoniã ipsorũ est regnũ cælorũ. Iam si primũ ascẽderis montem iugi meditatione supernæ gloriæ: istum nihilominus montem ascendere non grauaberis: ut in lege eius mediteris die ac nocte: sicut idem propheta non solum meditabatur in præmijs: sed & in mandatis domini q̃ dilexit. Sic enim audies & tu: & quo eam scitis propter ascensionem primam: & uiam scitis propter secundam. Propterea in corde tuo pone uiam ueritatis inquirere: ne fortè sis de eorum numero qui uiam ciuitatis habitaculi non inuenerunt. Magis autem solicitus esto ascendere non modo cogitatione cælestis gloriæ: sed & conuersatiõe quæ cælestem gloriam meretur. Tertium nihilominus montem lego: in quẽ ascendit solus orare. Vides ergo quàm bene sponsa in canticis: ecce, inquit, uenit iste saliens in montibus. In primo transfiguratus est, ut scires quo tenderes: in secundo uerba uitæ locut9 est: ut scires qua peruenires. Orauit in tertio ut eundi & perueniendi bonam obtinere studeas uoluntatem. Scienti enim bonum & nõ facienti peccatum est illi. Propterea sciens quoniam in oratione datur bona uoluntas: cũ uideris quæ agenda sunt ut cõualescas ad agenda quæ uideris: ascende tu ad orationẽ: ora instanter, ora perseueranter: sicut ille pernoctabat in oratione, & dabit pater bonus, spiritũ bonum petenti se. Et uide quàm utiliter orationis tempore etiam corporalis loci secretum quærimus: q̃n hoc ille nõ solũ docuit uerbo. Intra, inquiens, in cubiculũ tuũ & clauso ostio ora patrẽ tuũ, sed & cõmẽdauit exẽplo: nec domesticorũ quẽquam admitẽs: sed solus ascendẽs ad oronẽ. Putas poterim9 aliqd amplius de eius ascensionibus inuenire: Poterim9 utiq;. Volo em̃ ut nec iumenti ipsius sis immemor sup qd̃ legit ascendisse. Volo ut nec ipsam crucis ascensionẽ omittas. Nã & in illa exaltari oportebat filium hois. Et ego, inquit, si exaltatus fuero à terra: oĩa traham ad meipsum. Itaq; cum iam & cogitatio suppetit & uelle adiacet: quid agis quod perficere bonum non inuenis? sed asinini quidam & bestiales motus le-

p̃s.24. Esa.2. p̃s.66. p̃s.67. Cañ.2. p̃s.16. Mat.17. p̃s.26. Mat.17. p̃s.54. p̃s.83. p̃s.41. p̃s.76. Esa.53. Mat.17. Cañ.2. Mat.6. Mat.5. Ioan.12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gẽ cõtrariã habent & captiuare te uolunt. Quid inquam facies super concupiscentijs irrationabilibus: quæ sunt in mẽbris tuis: Vrget te etiam cũ ieiunare consentis gulæ illecebra: cũ uigilare proponis, somnolentia premit. Quid faciemus huic asmo? Asminũ em̃ istud est cõe cum asinis: qua homo comparatus est iumentis insipientibus: & similis factus est illis. Ascẽde dñe super asinum istum: conculca hos bestiales motus: quia domari debent ne dñari præualeant. Nisi enim calcati fuerint cõculcabunt nos: nisi premantur oppriment nos. Propterea sequere aĩa mea & in hac ascensione christum dñm: ut sub te sit appetitus tuus: & tu dñeris illius. Nam ut in cælum ascendas prius necesse est leuare te super te: calcando carnalia desideria quæ in te militant aduersum te. Sequere etiam ascendentem crucem exaltatum à terra: ut non solum super te: sed & super omnẽ quoq; mundũ mentis fastigio colloceris: uniuersa quæ in terris sunt deorsum aspiciens & despicies sicut scriptum est. Cernent terrã de longè. Nulla te mundi oblecta mẽta inclinẽt: nullæ aduersitates deijciant. Absit tibi gloriari nisi in cruce dñi tui Iesu christi: per quẽ tibi mundus crucifixus est: ut quæ mũdus appetit crucẽ reputes: & tu crucifixus mundo: illis quæ mũdus crucem reputat: toto inhæreas amore. Iam uerò qd ex hoc restat nisi ut ad illũ ascendas qui est super omnia deus benedictus in secula? Dissolui iam & esse cum christo: multo magis optimum. Beatus uir cuius est auxilium abs te, ait propheta ad dominum: ascensiones in corde suo disposuit: ibit de uirtute in uirtutẽ usq; ad uidẽdum deũ deorũ in sion. Hæc est ultima ascensio in qua implentur oĩa, sicut ait ap's. Christus qui descẽdit ipe est & qui ascendit: ut adimpleret omnia. Sed de illa ascensione quid dicam? Quo ascendemus: ut ubi christus est & nos simus. Quid ibi erit? Oculus deus non uidit absq; te: quæ præparasti diligentibus te. Desideremus hanc fratres mei suspiremus ad eam iugiter: & eo magis affectus uigeat quo deficit intellectus. Triplicem nobis in ecclesia primitiua uirtutem sanctus lucas breui sermone commendat: ubi post dominicam ascensionem unanimiter eos in oratione perseuerasse describit: expectantes cælestem consolationem cuius acceperant repromissionem. Laudabili siquidem magnanimitate pusillus grex pastoris solatio destitutus: minime tamẽ dubitans quoniam illi cura esset de eis, sed paternam pro eis gereret solicitudinem: deuotis pulsabat supplicationibus cælum: certus q̃ penetrarent illud iustorum orationes: nec pauperum preces spernerentur à domino: aut sine copiosa benedictione redirent. Sed nec sine longanimitate persistebant indeficientes: iuxta illud propheticum. Si morã fecerit expecta eum: quia ueniet & non tardabit. Porrò unanimitas quidem legitur euidẽter expressa: q̃ hæc sola diuini spũs charissimata mereat. Neq; em̃ est deus dissensionis sed pacis: neq; habitare facit nisi unius moris in domo. Iure igitur præparationem cordis eorum audiuit auris diuina nec ab expectatione sua confudit eos: qui & magnanimes & longanimes & unanimes essent. Certissima nãq; hæc testimonia sunt fidei, spei, charitatis. Et quidem euidenter spes longanimitatem: unanimitatem charitas operatur. Numquid fides quoq; magnanimum facit? Et sola. Quicquid enim sine fide præsumitur non est ulla animi solida magnitudo: sed uentosa quædam inflatio & tumor manis. Vis audire magnanimen uirum? Omnia, inquit, possum in eo qui me confortat. Imitemur triplicem hanc præparationem fratres si desideramus supereffluentem mensuram spiritus obtinere. Omnibus enim præter christum ad mensuram datur spiritus: sed mensuræ cumulus supereffluẽtis uidetur quodammodo excessisse mensuram. Euidens fuit magnanimitas in conuersione nostra: sit etiam in consummatione longanimitas: sit unanimitas in conuersatione. Huiusmodi siquidem animabus cælestis illa hierusalem desiderat instaurari: quibus nec fidei magnitudo desit in suscipiendo onere christi: nec longitudo spei in persistendo: nec charitatis iunctura, quod est uinculum perfectionis.

Esa.33.

Phil.4.

Ephe.4.

Esa.64.

Actu.1.

Abac.2.

Item in ascensione domini. De intellectu & affectu. Sermo quintus.

HOdie sedenti in throno antiquo dierum, consessurus pariter oblatus est filius hois & erit de inceps nõ mõ germen dñi in magnificentia & gloria: sed & fructus terræ sublimis. Felix unio & amplectendũ ineffabilibus gaudijs sacramentũ. Idẽ em̃ & germẽ dñi & fructus terræ: idẽ & ipse dei filius: & fructuentris mariæ est. Idem filius Dauid & dñs de quo hodie gaudiũ eius impletũ est: unde olim præcinens aiebat. Dixit dñs dño meo: sede à dextris meis. Quo em̃ nõ dñs germen dñi? Idem tñ & filius eius utpote fructus terræ sublimis: fructus uirgæ quæ de radice iesse pcessit. Hodie igit suũ hunc & hois filiũ apud semetipm̃ pater clarificat claritate quã habuit priusquam mundus fieret apud ipsum. Hodie ueritatẽ quæ de terra orta est: cælum sibi redditam gloriat. Hodie sponsus aufertur à filijs: & lugendus eis est sicut ipse prædixit. Non em̃ poterant filij sponsi lugere donec sponsus cũ eis erat: sed uenit dies ut auferat ab eis: ut decætero lugeant & ieiunent. Vbi illud iã Petre qd dixeras: dñe bonũ est nos hic esse: faciamus hic tria tabernacula: Ecce em̃ igressus est amplio & pfectius tabernaculũ nõ manufactũ. i. nõ huius creationis. Quo ergo iam bonũ est nos hic esse? Imo uerò molestũ est: graue est: periculosum est. Nimirũ ubi malitiæ plurimũ: sapiæ modicũ, si tamẽ uel modicum inuenitur: ubi uiscosa oĩa: oĩa lubrica: operta tenebris: obsessa laqueis peccatorum: ubi periclitantur aiæ: ubi spũs affliguntur sub sole ubi tñ uanitas & afflictio spiritus est. Leuemus igitur fratres mei leuemus in cælũ corda cum manibus: & ascendentem dominũ sequi uelut qui busdã passibus deuotionis & fidei contendamus. Erit em̃ cũ cum mora: sine difficultate obuiã illi in nubibus rapiemur: & id poterunt corpa spiritalia qd merito interim nequeunt spiritus animales. Nunc enim quantis conatibus corda leuare necesse est: quæ quidem ut miserabiliter satis in libro propriæ experientiæ legim9: & corruptio corporis aggrauat: & terrena inhabitatio deprimit? At forte tradendum est quid sit leuare cor: aut quẽadmodum illud oporteat eleuari: sed tradendum sane ab aplo quàm à nobis. Si consurrexistis, inquit, cum christo quæ sursum sunt quærite: ubi christus est in dextera dei sedens: quæ sursum sunt sapite: nõ quæ super terrã. Ac si manifestio dicat. Si consurrexistis & coascendite: si cõuiuitis: & conregnate. Sequamur fratres sequamur agnũ quocũq; ierit: sequamur patientẽ: sequamur & resurgentẽ: sequamur multo libentius ascendentẽ. Crucifigat uetus homo noster simul cũ illo: ut destruat corpus peccati ut ultra nõ seruiamus pctõ mortificatis nimirũ mẽbris nostris quæ sunt super terrã: sed & quo ipse resurrexit à mortuis per gloriam patris: ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. In hoc em̃ mortuus est & resurrexit ut peccatis mortui iustitiæ uiuamus. Cæterũ q̃n uitæ nouitas locũ exigit tutiorẽ & resurrectionis dignitas altiorẽ expetit gradũ: sequamur etiam ascẽdẽtẽ q̃rere uidelicet & sapere q̃ sursum sũt ubi ille est, nõ q̃ super terrã. Quæris qs ille sit locus? aplm audi. Quæ sursum est, inqt, hierlm libera est: q̃ est mater nra. Vis scire quænam ibi sint? Visio pacis est. Lauda hierusalem dominum: lauda deum tuum sion: qui posuit fines tuos pacem. O pax quæ exuperas omnem sensum: ô pax etiam super pacem: ô mensura super mensuram conferta & coagitata & supereffluens. Compatere igitur christo anima christiana: conresurge: coascende: quod est, declina à malo & fac bonum: inquire pacem & persequere eam. Sic nimirum Paulus in actibus apostolorum de continentia & iustitia & spe uitæ æternæ memoratur docuisse discipulos. Sic ueritas ipsa monet in euangelio præcingere lumbos: lucernas accendere: & deinceps hoibus expectantibus dominũ suum similes inueniri. Cæterum gemina quædam si bene aduertistis ascensio nobis ab apostolo cõmendatur: in eo q̃ & quærere & sapere monuit nõ infima sed superna.

Sap.9.

Colos.3.

Gal.4.

Actu.13.

Luce.12.

Quam fortasse

Quā fortassē distinctionē ne ipse quoq; propheta p̄teriſſe
p̄s.33. oīno uidebitur dicēs. Inquire pacē & persequere eam: ut
hoc sit pacē sequēdā quærere: persequi inquisitā: qd' est
sapiēda quærere: q̄sita sapere quæ surſum sunt nō quæ su-
per terrā. Nimirū donec diuisa sunt corda nostra: & mul-
tos interim sinus inueniunt habere: nec sibi omnino cohæ
rere uident uel particulatim ea & membratim quodāmō
leuare necesse est ut in superna illa hierusalem colligātur:
cuius participatio eius in idipsum: ubi non tm̄ singuli: sed
& omnes pariter incipiant habitare in unum: non modo
scilicet non diuisi in semetipsis: sed nec inter seipsos. Ecce
enim ut tanquam principalia cordis ipsius mēbra distin-
guam: est intellectus in nobis: est & affectus: & hi quoq; sæ
pius sibi inuicem aduersantes: ut alter summa petere: alter
appetere infima uideatur. Quantus uerò his dolor: quàm
grauis animæ cruciatus: dum sic distrahitur sic dilacera-
tur: sic abrumpitur a seipsa: uel ex ea saltem quā omnibus
experiri in promptu est corporis scissione cōpciat: si quis
in suo spiritu animaduertere pernicioſa & periculoſa in-
sensibilitate non neglexerit. Distrahunt hominū crura: &
longioris obice ligni, remouētur ab inuicem pedes: & dū
adhuc cutis integra manet, quis tamen ille est cruciatus?
Sic sic affligi plangimus miseros: qui corporaliter inter
nos conuersantes illuminati fortè similiter: sed dissimili-
ter inueniuntur affecti. Intelligunt pariter bona quæ fa-
ciant: sed non pariter diligunt intellecta. Nam de ignorā-
tia, fratres quænam excusatio nobis: quibus nunquàm
doctrina cæleſtis: nunquam diuina lectio: nunquàm spiri-
tualis eruditio deest? Quæcunq; uera sunt: quæcunq; pu-
dica: quæcunq; iusta: quæcunq; amabilia: quæcunq; bo-
næ famæ si qua uirtus si qua laus disciplinæ: hæc discitis
& accipitis: hæc auditis pariter & uidetis in exemplis ui-
delicet & uerbis eorū qui inter uos sunt perfecti quorū &
hortatio & cōuersatio plenius erudit uniuersos. Vtinam
aūt hæc ut intellectū admonēt: moueant & affectum: ne sit
intus amarissima cōtradictio & diuisio molestissima dum
hinc quidem surſum trahimur sed retrahimur inde deor-
sum. Nimirum aduertere potes in omnibus fere religioſis
congregationibus uiros repletos cōsolatione superabun
dantes gaudio: iocundos semp & hilares feruentes spiri-
tu: die ac nocte meditantes in lege dei: crebro suspicientes
in cælum & puras manus in oratione leuantes: solicitos
obseruatores conscientiæ: & deuotos sectatores bonorū
operum: quibus amabilis disciplina: dulce ieiunium: uigi
liæ breues: labor manuum delectabilis: & uniuersa denique
conuersationis huius austeritas refrigerium uideat. Con-
tra sanè inuenire est homines pusillanimes & remissos: de-
ficientes sub onere uirga & calcaribus indigentes: quorū
remissa lætitia pusillanimis tristitia est: quorum breuis &
rara compunctio, animalis cogitatio, tepida conuersatio:
quorum obedientia sine deuotione, sermo sine circunspe-
ctione, oratio sine cordis intentione, lectio sine ædificatio-
ne: quos denique ut uidemus uix gehennæ metus inhibet:
uix pudor cohibet: uix frænat ratio: uix disciplina coher-
cet. Non tibi horū uita iferno penitus appropinquare, ui
det: dū intellectu affectui: & affectu intellectui repugnāte:
necesse habēt mittere manū ad opera fortiū q' cibo fortiū
minime sustētant? socij planè tribulatiōis sed nō cōsolatio
nis? Exurgam? obsecro qcūq; eiusmodi sum?; resartiam?
aias: spiritū recolligamus abiicientes pniciosam tepiditā-
tē, & si nō qa periculoſa est, & deo solet ut interdū miſera-
biliter plangimus, etiam uomitū prouocare: certè qa mo-
lestissima plena miseriæ & doloris: & iferno planè pxima:
umbra mortis iure censet. Si quærimus q̄ surſum sunt: etiā
sapere & p̄libare interim studeamus. Fortè enim poterit in-
tellectui & affectui nō incōuenienter aptari q̄ & quærere
q̄ surſum sunt & sapere āmonemur: ut in principalib? quē
admodū supra dictū est mēbris suis corda nostra manib?
qbusdā p̄ conatus: & exercitij spiritalis leuare studeam?
ad deū. Omnes, ni fallor, quæ surſum sunt quærim? intel-
lectu fidei & iudicio rationis: sed non æque forsitan sapi-
mus omnes quæ surſum sunt: tanquam inescati his q̄ sunt
super terrā uiolento quodā præiudicio affectionis. Vnde
em̄ ea quam pauloante ostendimus animorum diuersitas:
tanta disparilitas studiorum: conuersationum tanta dissi-
militudo: Vnde spiritualis gratiæ inopia tāta quibusdā,
cum alijs copia tanta exuberet? Profecto nec auarus nec
inops est gratiæ distributor: sed ubi uacua uasa desunt: sta
re oleum necesse est. Vndiq; se ingerit amor mundi cū con
solationibus imo desolatiōibus suis obseruat aditus: per
fenestras irruit: mentem occupat: sed nō eius qui dixit. Re-
nuit cōsolari anima mea: memor fui dei & delectatus sum. p̄s.76.
Præoccupatum nempe secularibus desiderijs animum de-
lectatio sancta declinat: nec misceri poterunt uera uanis:
æterna caducis: spūalia corporalibus: summa imis: ut pa-
riter sapias quæ surſum sunt & quæ super terrā. Felices ni
mirū uiri illi per quos dn̄ica ascensio legitur præsignata.
Enoch raptus: translatus Helias. Felices planè qui soli iā
deo uiuunt: soli uacant intelligendo: diligendo, fruendo.
Neq; em̄ corpora quæ corrumpunt illas aggrauant aias:
aut terrena inhabitatio sensus eorū tanquā multa cogitā-
tes deprimit: qui cū deo ambulasse nosc̄unt. Factum est im
pedimentum omne de medio: occasio uniuersa sublata: ma
teries nulla relicta est: quæ eorum affectū aggrauet uel de-
primet intellectū. Nam & priorē ob hoc raptū scriptura
commemorat: ne fortè uincat malitia sapientiā & intelle-
ctus eius uel aīa ultra decipi ualeat aut mutari. Nobis aūt
unde in his tenebris ueritas, unde charitas in hoc seculo
nequā: in hoc mūdo q totus positus est in malignō: Putas
erit, qui intellectū illuminet: q inflāmet affectū? Erit utiq;
si conuertamur ad christum: ut uelamen de cordibus aufe
ratur. Hic est enim de quo scriptū est. Habitantibus in re- Esa.9.
giōe umbræ mortis: lux orta est eis. Siquidē prioris igno-
rantiæ tempora despiciēs deus annūciauit hoibus ut oēs
ubiq; agerent pœnitentiā ſm q̄ paulus athenienſibus tra
dit. Memento etem̄ dei uerbū & sapientiā incarnatam: cu
ius utiq; opus erat tote illo tempore quo uideri in terris, Mat.3.
& inter hoies cōuersari dignata est ineffabilis illa uirtus:
illa gloria: illa maiestas illuminare oculos cordis: etiā sua-
dere fidē hominibus prædicatione pariter & ostensione si
gnorū. Denique spūs dn̄i ait super me: ad euangelizandum
pauperib? misit me. Et aplis loquebat. Adhuc modicū lu- Ioan.12.
men in uobis est: ambulate dū lucem habetis: ut non tene
bræ uos cōprehendant: Nec modo ante passionem sed &
post resurrectionē in multis argumentis per dies quadra-
ginta apparens eis & loquens de regno dei: qn̄ & sensum
eis ut scripturas intelligerent legit aperuisse: intellectū po Luc.24.
tius informabat quàm purgabat affectum. Qn̄ em̄ ad spūa
lia affici possent animales? Imo uerò ne ipsam qdē meram
lucē poterāt aliquaten? sustinere: sed exhiberi illis opor-
tuit uerbū in carne: solē in nube: lumen in testa: mel in cæ-
ra: cereū in laterna. Spūs aī facīē illoꝝ xp̄s dn̄s: sed nō uti
q; sine umbra in qua uiuerēt interim iter gētes. Vñ & uir-
gini legit obūbrasse: ne uehementiori reuerberata splēdo
re ad candissimā illā lucē, purissimūq; fulgorē diuinitatis
etiā illi? aglæ posset acies hebetari. Minime tm̄ uel nubes
ipsa leuis eē potuit ociosa: sed ea q̄q; usus est i salutē: & di-
scipulorū aīos q nec ad fidei itellectū sine aliq; mutatione
affect? poterāt, pmouerī: nec assurgere adhuc ad spūalia p̄
ualebāt in suæ carnis, puocauit affectū: ut amore q̄dā hūa
no operāti mira: mira loquēti hoi adhæreret: amore utiq;
carnali adhuc: sed tā ualido ut cæteris oīb? p̄ualeret. Ni-
mirū hic erat ille moysi serpēs: q serpētes magoꝝ ægypti
oēs parit deuorauit. Denique ecce nos, iniuriū, religm?. oīa: Mat.19.
& secuti sum? te. Beati siqdē oculi q uidebāt dn̄m maiesta-
tis in carne præsentē: auctorē uniuersitatis inter hoies cō-
uersantē: uirtutib? coruscantē: infirmos curantē: mare cal
cantē: mortuos suscitantē: dæmonis imperantē: & ptātē si
milē hoibus cōferentē: mitē & hūilē corde benignū affa-
bilē mixe uiscerib? affluētē: agnū dei pctā nō hntē, & oīm
pctā portātē. Beatæ aures q̄ uerba uitæ ab ipius incarnati
uerbi ore percipere merebantur: quibus enarrabat uni-

Universidad de Deusto
Biblioteca

genit⁹ qui est in sinu patris & nota faciebat quæcūq; au-
disset à patre: ut fluenta doctrinæ cælestis ab ipsius uerita-
tis purissimo fonte haurirēt, uniuersis postmodū gētibus
Ioan.8. ꝓpinanda: imo eructanda potarent. Quid mirum fratres
si implebat tristitia cor eox: cum ab eis sese ꝓnūciaret itu-
rū: & adderet: quo ego uado uos nō potestis uenire mō:
Quidni cōcuteret uiscera: turbaret affect⁹: hæsitaret ani-
mus: hæreret uultus: paueret audit⁹: nec oīno æquanimi-
ter discessionis eius sermo posset admitti: ut relinqueret
eos ꝓ quo oīa reliquissent: Cæterū nō ut maneret in car-
ne: sed ut trāsferret ad spm̄: totus ab eo in illā carnē disci-
pulorū fuerat collectus affectus: ut dicere esset aliquando.
2.Cori.5. Et si cognouimus xp̄m sc̄d'm carnem: sed nunc iam nō no
uim⁹. Vñ & benignissim⁹ ille magister blādis eos refouēs
Ioan.14. consolationibus ait. Rogabo patrē meū: & aliū paracletū
dabit uobis spm̄ ueritatis: q uobiscū maneat in æternū. Et
Ioan.20. itē. Ego ueritatē dico uobis: expedit uobis ut ego uadā.
B Nisi enim abiero paracletus nō ueniet ad uos. Grande
mysterium fratres mei. Quid enim sibi uult: nisi ego abie-
ro paraclet⁹ nō ueniet: Ita ne iuisa paracleto p̄sentia xp̄i:
aut cōtuberniū dñicæ carnis spūssanct⁹ horrebat: q̄ sicut
angelo prænunciante cognouimus nec cōcipi quidē nisi
eo superueniente potuerit: Quid est ergo: nisi ego abiero
paracletus non ueniet: Nisi carnis p̄sentia uestris subtra-
hat aspectibus spūalis gr̄æ plenitudinem occupata mens
nō admittit non recipit animus: nō capit affectus. Quid
uobis uidet fratres: Si hæc ita sunt: imo quia ita sunt au-
deat quis de cætero fantasticis quibusdā illecebris dedit⁹
sectans lenocinia carnis suæ, carnis utiq; peccatricis geni
tæ in peccatis: assuetæ peccatis: in qua deniq; bonū nō est
illū pariter expectare paracletū: Audeat iquam qui huic
sterquilinio semp inhæret: qui carnē fouet: in carne semi-
nat: carnē sapit: illam nihilominus consolationē supernæ
uisitationis: torrentē uoluptatis illū: illā sperare gratiā spi
ritus uehemētis: quā (ut ueritas ipsa testat) ne cū ipsa qui-
dem uerbi carne percipere ullatenus apostoli potuerunt:
Errat omino: si quis cælestē illam dulcedinē huic cineri:
diuinū illud balsamū huic ueneno: charismata illa spiritus
miscerī posse: huiusmodi illecebris arbitrat. Falleris tho-
ma sancte falleris: si uidere dominum speras, ab apostolorū
collegio separatus. Non amat ueritas angulos: non ei di-
uersoria placent. In medio stat: id est disciplina communi:
communi uita: communibus studijs delectatur. Vsq; quo
miser diuerticula captas & consolationes propriæ uolun-
tatis tanto labore quæritas: tanto rubore mendicas? Et
quid facio inquis: Ejice ancillam & filium eius: non enim
hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ. Nulla ut dictum
est conuentio ueritati & uanitati: luci & tenebris: spiritui
& carni: igni & tepiditati. Sed dum illa moratur inquies:
sine aliqua consolatiōe esse nō possum. Imo uerò si moram
fecerit expecta eum: quia ueniet & non tardabit. Apostoli
decem dies in hac expectatione sederunt: perseuerantes
unanimiter in oratione cū mulieribus & maria matre Iesu.
Et tu igitur orare disce: disce quærere: petere, pulsare, do-
nec inuenias: donec accipias: donec aperiatur tibi. Nouit
dominus figmentum tuum: fidelis est non te patietur tēta
ri supra quàm possis. Confido in ipso: q̄ si fideliter expe-
ctaueris: nec diem decimum expectabit. Præueniet certè
in benedictionibus dulcedinis desolatam animam & orā-
tem: ut feliciter & nō ad insipientiam tibi cōsolari remeſ
in ipsius memoria delecteris: inebriatus ab ubertate do-
mus & uoluptatis eius torrente potatus. Sic nimirum &
helisæus quondam orasse legitur, cum dulcissimum illud
solatium heliæ præsentiam sibi plangeret subtrahendam.
Sed considera diligentius quid orauerit: quidue respon-
sum sit postulanti. Oro, inquit, dñe ut fiat spūs tu⁹ duplex
in me. Nimirū duplicari ei spiritū oportebat: ut magistri
abeuntis absentiā gratia duplicata suppleret. Vnde & he
lias ad eum: si uideris, inquit, q̄n tollar à te: fiet q̄d petisti.
Duplicauit eī spm̄ uisio abeuntis: cū euidenter raptus in
cælū uniuersa pariter eius desideria secū tulit: ut inciperet
ipse quoq; iam sapere q̄ sursum sunt: nō q̄ super terrā. Du-
plicauit spm̄ uisio abeūtis ut intellectui spūali. spiritualis
iungeret affect⁹: cū ipa utiq; cui potissimū inhærebat car-
ne raptus in cælū qa' euidentius in aplis inuenit impletū.
Vbi eī uidētibus illis suus ille Iesus tā manifeste eleuatus
est & ferebat in cælum: ut nemo eorū opus haberet inter-
rogare quo uadis: ipsa iā (ut ita dixerim) oculata fide edo
cti sunt supplices in cælū leuare oculos: puras tendere ma
nus: promissa sibi dona charismatum postulantes: donec
fieret repente de cælo sonus aduenientis spūs uehemen-
tis: aduenientis utiq; ignis: quē dñs Iesus mittebat in ter-
rā: uolens uehementer accendi. Constat siquidem eos &
prius spm̄ accepisse cū uidelicet insufflauit eis & dixit: ac- Ioan.20.
cipite spm̄ sanctū: sed spiritum planè fidei & intelligentiæ
nō seruoris: quo magis illuminaret rō quàm inflammaret
affectio dum duplicari utiq; spūs opus fuit. Quos eī ueri
bū patris disciplinā & scientiā ante docuerat & intellectu
adimpleuerat corda eox: aduenīes utiq; postmodū ignis
diuinus & inueniens iam receptacula munda infudit ube
rius dona charismatū & i spiritualē oīno mutauit amorē:
ut accēsa in eis charitas fortis ut mors: iā nō mō, fores: sed
ne ipa quidē ora ꝓpter metū iudeorū claudere dignaret.
Cui nos gratiæ ꝓ nostræ exiguitatis modulo preparātes:
exinanire per omnia nosmetipsos & à delectationibus mi
seris & caducis consolationibus euacuare studeamus di-
lectissimi corda nostra: maximeq; instante nūc die festo: &
ferentius & fiducialius unanimiter perseueremus in oro
ne ut sua nos uisitatione: sua cōsolatione & confirmatiōe
dignet spūs ille benign⁹: spūs dulcis: spūs fortis: infirma
roborans: aspera planans: corda purificans: qui cū patre
& filio idipsum sed nō is ipse est: ut tres unū & unum tres
esse uerissime prorsus & fidelissime catholica ecclesia satea
tur: à patre adoptata: à filio desponsata: à spūsctō confirma
ta: quibus ut una sustantia: sic eadem nihilominus gloria
in secula seculorum. Amen.

In festo pentecostes. Sermo primus.

CElebramus dilectissimi hodie spūssancti solemni
tatem tota cū iocunditate celebrandam dignā
omni deuotione. Dulcissimū eī quiddā in deo
spūssanctus est: benignitas dei: & idem ipse de⁹
Proinde si celebramus sanctorū solēnia: quātomagis eius
à quo habuerunt ut sancti essent quotquot fuere sanctiꝰ Si
ueneramur sanctificatos: quātomagis ipsum sanctificato-
rē conuenit honorari: Hodie itaq; festiuitas est spūssancti
qua uisibiliter apparuit inuisibilis: sicut & filius cum sit ni
hilominus inuisibilis in seipso: dignatus est exhibere se in
carne uisibilem. Hodie spūssanctus reuelat nobis aliqd de
seipso: sicut ante de patre & filio aliqd nouerамus. Nam
perfecta trinitatis cognitio uita æterna est. Nunc autem
ex parte cognoscimus: reliqua credimus quæ minime suf
ficimus comprehēdere. Et de patre quidē noui creationē
clamantibus creaturis, ipse fecit nos & nō ipsi nos. Inuisi-
bilia enim dei à creatura mundi: p ea que facta sunt: intelle
cta conspiciuntur. At uerò æternitatem & immutabilita-
tem ipsius cōprehēdere, multū est à me: lucē habitat inac-
cessibilē. De filio autē, magnū aliquid noui (eius gratia)
scilicet incarnationē. Nam generationē eius quis enarra-
bit? Quis comprehendat æqualem genitū genitori? Iā &
de spūssancto si nō processionē qua ex patre filioq; proce-
dit: illa eī mirabilis facta est scientia ex me: confortata est
& nō potero ad eam: noui tn aliquid uidelicet inspiratio-
nem. Duo enim sunt unde procedat & quo. Processio à pa
tre & filio: posuit tenebras latibulum suum: sed processio
ad hoies hodie cœpit inmotescere: & est iam fidelibus ma-
nifesta. Et prius equidem quoniam sic oportebat signis ui
sibilibus, inuisibilis spiritus suum declarabat aduentum:
nunc eius signa quo spiritualiora sunt: eò magis congrua
eò magis uidentur spiritui sancto digna. Venit tunc super
discipulos in linguis igneis ut uerba ignea loquerentur:
& legem igneā linguæ igneæ prædicarent. Nemo conque
ratur: q̄ minime nobis illa manifestatio spiritus fiat. Vni-

cuiq;

cuiq; em̄ dat manifestatio spūs ad utilitatē. Deniq; si dicere opus est nobis illa manifestatio potius quàm aplis facta est. Ad quid em̄ illis necessariæ linguæ gentiū: nisi ad cōuersionē gētiū: Fuit in eis alia q̄dā manifestatio magis ad eos ptinens: & hæc usq; hodie fit in nobis. Manifestū em̄ fuit indutos esse uirtute ex alto q de tāta pusillanimitate spūs ad tantā deuenere cōstantiā. Nō est iam fugere: nō est abscondi propter metū iudæorū, cōstātius mō p̄dicant: quàm delitescerēt ante timidi⁹. Deniq; mutationē illā dexteræ excelsi manifeste declarat principis apostolorū prius quidē inter ancillæ uerba formido: postmodū inter principū uerbera fortitudo. Ibāt, ait scriptura, gaudētes à cōspectu cōcilij, q̄m digni habiti sunt p nōie Iesu cōtumeliā pati: quē sanè prius cū duceret ad concilium: solū reliquerāt fugiētes. Quis dubitet aduenisse spiritū uehemētē qui mētes eorū inuisibili illustraret potentia: In hunc modū etiā mō q̄ spūs operat in nobis: testimonium phibent in nobis de eo. Quia igit mandatū accepim⁹ ut declinātes à malo faciamus q̄d bonū est: uide quēadmodū spūs in utroq; adiuuat infirmitatē nr̄am. Nā diuisiones gratiarū sunt: idē aūt spūs. C Propterea ad declinādum à malo tria operat in nobis: compūctionē, supplicationē, remissionē. Initiū em̄ reuertēdi ad deū pœnitētia est: quā sine dubio spūs operat non noster sed dei: idq; & certa rō docet & cōfirmat auctoritas. Quis em̄ cū ad ignē uenerit algens & fuerit calefactus dubitabit ei ab igne uenisse calorē quē habere nō poterat sine illo: Sic ergo q prius in inīquitate erat frigidus: si postmodū feruore quodā pniæ accendat: aliū sibi spīm q suū arguit & dīudicat nō dubitet aduenisse. Habes hoc & in euāgelio, ubi cū loq̄ret de spū quē accepturi erāt credētes in eū. Ille, inquit, arguet mūdum de peccato. Sed quid prodest pœnitere de culpa & non supplicare pro uenia: Necesse est ut etiā hoc spiritus operet: dulcedine quadam spei replens animū per quem fiducialiter postules nihil hæsitans. Vis ne ostendam tibi etiam hoc opus esse spiritussancti: Vtiq; dum abest ille: tale aliquid in tuo spiritu non inuenies. Deniq; ipse est in quo clamamus: abba pater: ipse qui postulat pro sanctis gemitibus inenarrabilib⁹. Et hæc quidē in corde nostro. Quid autem in corde patris: Sicut in nobis interpellat p nobis: ita in patre delicta donat cū ipso patre. Aduocat⁹ noster ad patrē in cordib⁹ nr̄is: dīns noster in corde p̄ris. Itaq; q̄d postulam⁹ idē ipse donat q donat ut postulem⁹: & sicut nos erigit pia quadā fiducia: ita deum inclinat ad nos magis pia mia sua. D Itaq; ut oīno scias qa remissionē p̄cōrū spūssctus operat: audi q̄d aliq̄n audierūt apostoli. Accipite spīm̄ctū: quorū remiseritis p̄cā remittūtur eis. Et de malo quidē declinādo sic. Porrò ad faciēdū bonum quid in nobis spiritus bonus operatur: Profecto monet: & mouet & docet. Monet memoriam: rationē docet: mouet uoluntatem. In his em̄ tribus tota cōsistit aīa. Memoriæ suggerit bona in cogitationib⁹ sanctis: atq; ita ignauiam nostram torporem q̄ repellit. Propterea quotics huiusmodi suggestionem boni senseris in corde tuo, da honorem deo & age reuerentiā spirituisctō: cui⁹ uox sonat in auris⁹ tuis. Ipse nanq; est q loquit iustitiam. Et in euangelio habes: quia ille suggeret uobis omnia quæcūq; dixero uobis. Et aduerte quid præmiserit. Ille docebit uos oīa. Dixerā enim: qa docet rōnem. Multi siquidē monent ut bene faciant, sed minime sciunt qd agendum sit nisi adsit denuo gra spūssancti: & quàm inspirat cogitationem, doceat in opus proferre, ne uacua in nobis sit gratia dei. Sed quid: Scienti bonum, & non facienti, p̄cm̄ est illi gra. Propterea non solum moneri & doceri: uerūetiā moueri & affici ad bonum necesse est: ab eo utiq; spū qui adiuuat infirmitatē nostram: & p quē in cordibus nostris diffundit charitas: quæ est bona uoluntas. Itaq; cum sic aduenies spūs totam possederit animam suggerēdo: instruendo: afficiendo: loquens semper in cogitationibus nr̄is: ut audiamus & nos quid loquat in nobis dīns deus rationē illuminās: uoluntatē inflammans: nō tibi uidetur ga totā domū impleuerint diuisptitæ linguæ tāquā ignis: Nam in his tribus superius dictū est animā continere totam. Sint autem dispertitæ linguæ ꝓpter multiplices cogitationes: sed earum multiplicitas & uno lumine ueritatis: & uno charitatis feruore sit tanquam ignis. Aut certè domus impletio fini potius reseructur: quando mensurā bonā & confertam & coagitatam & superefluentē dabūt in sinus nostros. Sed q̄n hæc erunt: Profecto cū completi fuerint dies pentecostes. Felices uos qui iam intraſtis qn quagesimam requiei & iubileum annum. Fratres nostros loquor quibus iam dixit spiritus, ut requiescant à laboribus suis. Etenim hoc quoq; inter eius opera reperimus. C Duo nanq; tempora cerebramus fratres: quadragesimæ unum: alterum quinquagesimæ. Illud ante passionē: istud post resurrectionem: illud in compunctione cordis & lamentis pœnitentiæ: istud in deuotione spiritus & alleluya solēni. Prius quidem tempus ipsa est uita præsens: posteri⁹ uerò quietē sanctorū significat: quæ est post mortem. Cū autē uenerit illi⁹ quinquagesimæ finis in iudicio scilicet & resurrectiōe: completis diebus pentecostes: aderit plenitudo spiritus & totam replebit domum. Plena siquidē erit oīs terra maiestate ei⁹ q̄n nō solū anima: sed & ipsum corpus spirituale resurget: si tamen iuxta apostoli monitum dum adhuc est animale, fuerit seminatum.

Eadem die pentecostes. Sermo. II.



O die dilectissimi cæli distillauerunt à facie dei synai à facie dei isrl: & pluuia uoluntaria segregata est hæreditati xp̄i. Spūs em̄ sctūs p̄cedens ꝑ p̄e largiori munere suæ maiestatis in aplos superuenit: & tribuit eis charismatū dona: post magnificentiā em̄ resurgētis: post gloriam ascendentis: post residentis sublimitatē: nō restabat nisi ut expectatio iustorū lætitia aduenirer: & cæli muneribus cælestes hoies impleren tur. Vide aūt si nō & sententiarū pondere: & uerborū ordine hæc oia Esaias lōgè ante prædixit. Erit inqt in die illa germē dñi in magnificentia & gloria: & fructus terræ sublimis: & exultatio his qui saluati fuerint de israel. Germen domini Iesus christus, solus de mundissimo conceptus semine: quia & si in similitudine carnis peccati: non tamen in carne peccati. Et si filius carnis Adæ: non tamē filius præuaricationis Adæ: quia non fuit natura filij ire: sicut reliqui oēs qui in iniquitatibus sunt cōcepti. Istud ergo germen quod de uirga Iesse uirore uirgineo pullulauit in magnificentia fuit cum resurrexisset à mortuis: qa tunc dñe deus meus magnificatus es uehementer, confessionem & decorē induēs: amictus lumine sicut uestimento. Quanta autē ascendētis gloria: cū medius angelorū & animarū sanctarū ad patrem deduceris: & triumphatrice palma cælis inuectus: susceptū hoiem in ipsa diuinitatis claudis idētitate: Quis cogitet, nedum loquatur, quàm sit fructus terræ sublimis in concessu ad dexteram patris, q̄d utiq; cælestiū oculos reuerberat naturarū: quod angelicus intuitus cōtremit nō attingit: Veniat ergo exultatio dñe Iesu his q saluati sunt de israel: aplis tuis quos elegisti ante mundi constitutionē. Veniat spūs tuus bonus qui sordes abluat & infundat uirtutes: in spū iudicij & spiritu ardoris dei. Eya igitur fratres cogitemus super nos & in nos opa trinitatis ab initio mundi usq; ad finē: & uideamus quàm solicita fuerit illa maiestas: cui āminīstratio pariter & gubernatio seculorū incūbit: ne nos p̄deret in æternum. Et potēter quidē oīa fecerat: & sapienter oīa gubernabat: & utrarūq; rerū tā potētiæ quàm sapientiæ signa manifestissima tenebantur in creatione & conseruatione machinæ mūdialis. Et bonitas quidem in deo erat: & bonitas multa nimis: sed latebat in corde patris cumulanda quandoq; sup genus filiorum Adam tpe opportuno. Dicebat tamē dīns. Ego cogito cogitationes pacis: ut mitteret nobis illum qui est pax nostra: qui fecit utraq; unum: ut iam daret pacē super pacē, pacem his qui longe: & pacem his qui prope. Verbū igitur dei in sublimi cōstitutum ut ad nos descēderet propria benignitas

Actu. 5.

1. Pet. 3.

Declinare à malo & facere bonū facit spūs sanctus.

Ioan. 16.

Ioan. 20.

Ioan. 14.

Esaiæ. 4.

Hierem. 29

Universidad de Deusto
Biblioteca

finitauit:mia traxit:ueritas qua se promiserat uenturum cōpulit puritas uteri uirginalis susceptit:salua uirginis integritate potentia eduxit, obedientia in omnibus deduxit:patientia armauit: charitas uerbis & miraculis manifestauit. Prorsus amplissima mihi nūc materia & malorū meorū suppetit & bonorū dñi mei: ut cum cogitauerim uias meas: cōuertā pedes meos in testimonia sua. Illa cū bona ineffabilia sint:quia (ut breui uerbo cuncta cōcludam) nihil melius inuenire potuit unde nos redimeret sapientia dei:in oi sapientia sua. Sed & mala circūdederant nos quorū non erat numerus:qa peccauim (iustus loquit) sup numerū arenæ maris. Et ppter nomē tuū dñe ppitiaberis pctō meo, multū est cū. Missus est coluber tortuos? à diabolo ut uenenū per aures mulieris in ipsius mētem transfunderet:& sic refunderet in totius posteritatis originē. Missus est interim angelus Gabriel à deo ut uerbū patris p aurē uirginis in uentrō & mētē ipsius eructaret: ut eade uia intraret & antidotū qua uenenū intrauerat. Verè uidimus gloriā eius gloriā quasi unigeniti à patre: qa totū paternū est qđ de corde patris Christ? attulit nobis:ut nihil in filio dei nisi dulce: nisi paternū humani generis trepidatio suspicet à planta pedis usq; ad uerticem nō erat in nobis sanitas: errauerамus ab utero: in utero dānati antequā nati: qa de pctō & in pctō cōcepti. Christus ergo ibi primum medicinā apposuit: ubi prim? uulneri patebat locus: & substantialiter utero uirginis illapsus de spiritu sancto conceptus est:ut conceptionem nostrā mūdaret, quā spūs malus si nō fecerat tm infecerat: ut nō esset etiā in utero uita ipsius ociosa: dum nouem mēsibus purgat uultus antiquū: scrutās (ut dicitur) usq; ad imum putredinem uirulentā ut sanitas sempiterna succederet. Et tunc iam operabatur salutem nostram in medio terræ in utero uidelicet uirginis Mariæ: quæ mirabili p

Sapienter nos, redemit sapia. 2. paralip. 36. Psal. 24.

Maria media terræ dicitur.

prietate terræ medium appellatur. Ad illam cū sicut ad medium sicut ad arcam dei sicut ad rerū causam: sicut ad negociū seculorū respiciūt:& q in cælo habitāt & q in inferno:& q nos pcesserunt:& nos q sumus & q sequent:& nati natorū & q nascent ab illis. Illi q sunt in cælo ut resarciant:& q in inferno ut eripiātur:q pcesserunt patriarchæ & pphetæ fideles inueniant:q sequūtur ut glorificent:eo beatā te dicunt oēs gnationes genitrix dei:dña mundi: regina cæli. Oēs inquā gnationes. Sunt cū generatiōes cæli & terræ.

Ephe. 3.

Pater spirituum, ait apostol?:ex quo omnis paternitas in cælo & in terra nōiatur. Ex hoc ergo beatam te dicēt oēs generationes:q̄ oibus generationibus uitam & gloriam genuisti. In te cū angeli lætitiā:iusti gratiam: pctores ueniā inuenerūt in æternū. Merito in te respiciūt oculi toti? creaturæ:q in te & p te & de te benigna man? cipotētis qcqd creauerat recreauit. Placebit ne tibi dñe Iesu, ut dones mihi uitā tuā sicut dedisti cōceptionē:qa nō solū cōceptio mea immūda sed mors puerpera: uita piculosa:& post mortē restat mors grauior mors sęua. Nō solū (ait) cōceptionē meā, sed & uitā meā:& hoc p singulos ætatū gradus infantiæ, pueritiæ, adolescētiæ: iuuētutis tibi donabo:adijciēs mortē, resurrectionē, ascēsionē, & missionē spūsancti. Hoc aūt ideō ut cōceptio mea emundet tuā:uita mea instruat tuā: mors mea destruat tuā: resurrectio mea præcedat tuā:ascēsio mea præparet tuā:porrò spūs adiuuet infirmitatem tuam. Sic enim plane uidebis & uiā per quā ambules: & cautelam qua ambules: & ad quam ambules mansionem. In uita mea cognosces uitam tuam:ut sicut ego paupertatis & obedientiæ, humilitatis & patiētiæ, charitatis & misericordiæ indeclinabiles semitas tenui:sic & tu eisdem uestigijs incedas, non declinās ad dexteram neq; ad sinistram. In morte autem mea dabo tibi iustitiā meā dirumpens iugū captiuitatis tuæ:expugnās hostes qui sunt in uia uel iuxta uiam: ut non apponant amplius nocere tibi. His autē cōpletis reuertar in domū meam unde exiui:& oibus illis quæ in montibus remāserant:& quas propter te reliqueram ut nō te ducerē sed reportarē; reddā faciē meā. ¶ Et ne de absentia mea uel murmures uel contristeris mittā tibi spiritū paracletū: q tibi donet pignus salutis:robur uitæ:scientiæ lumē. Pign? salutis: ut ipe spūs reddat testimoniū spiritui tuo, p filius dei sis:q certissima signa p̄destinatiōis tuæ cordi tuo imprimat & ostēdat:q donet lætitiā in corde tuo, & de rore cæli si nō cōtinue tamē sæpissime mentē tuā impinguet. Robur uitæ ut qđ p naturā tibi est impossibile: p gratiā eius nō solū possibile sed & facile fiat:ita ut in laboribus, in uigilijs, in fame & siti:& in oibus obseruantijs (q̄ nisi sa rinula ista dulcorētur: prorsus mors in olla appareat) delectabiliter incedas sicut in oibus diuitijs. Scientiæ lumen: ut cū oia bñfeceris:te seruū inutilē putes:& quicquid bo mi in te inueneris, illi tribuas à quo omne bonum est: sine quo nō parum aliqd sed nihil cīno potes incipere: me per ficere dicā. Sic ergo spūs iste in tribusistis te docebit oia: sed oia quæ ad ruā pertinēt salutē: quia in ipis est plena & absoluta perfectio. Hoc est qđ per pphetā idem spūs dicit. Seminate uobis ad iustitiā: ubi pignus salutis ostenditur: metite spem uitæ ubi uitale robur accipitur: illuminate uobis lumen scientiæ: quod uerbis proprijs subinfertur. Unde & spiritus iste sup apostolos in igne apparuit, propter lumē pariter & ardorem. Quos enim repleuerit & spiritu feruere & in ueritate cognoscere facit: quia sola misericordia est quæ eos & præuenit & p̄ducit. Multū sibi de hac misericordia undiq; contraxerat puer domini, cū diceret. Misericordia eius præueniet me. Et misericordia tua añ oculos meos est: & misericordia tua subsequetur me omnibus diebus uitæ meæ: & qui me coronat in misericordia & miserationibus: & deus meus misericordia mea. Quàm dulciter dñe Iesu cū hominib? cōuersat? es: quàm abūdāter multa & magna bona hoibus largit? es: quàm fortiter tā indigna quàm aspera p hoib? passus es: ita ut liceat sugere mel de petra: oleūq; de saxo durissimo. Duro ad ꝟba: duriore ad uerbera: durissimo ad crucis horrenda: qa in oibus his sicut agnus coram tondēte se obmutuisti:& nō aperuit os suū. Vides igit quàm uerū dixerit ille q dixit: dñs solicitus est mei. Pater ut seruū redimat, filio non parcit: filius seipsum libentissime tradit: spūs sanctum uterq; mittit:& ipe spūs postulat pro nobis gemitibus inenarrabilib?. O duri & indurati & obdurati filij Adam quos nō emollit tāta benignitas: tanta flamma: tam ingens ardor amoris: tam uehemens amator: qui pro uilibus sarcinulis tā preciosas merces expendit. Nō cū corruptibilibus auro uel argēto redemit nos: sed precioso sanguine suo quē effudit abunde: qa largiter undæ sanguinis de corpe Iesu p qnq; partes emanauerūt. Quid ultra debuit facere & non fecit: Illuminauit cæcos, reduxit erroneos: reconciliauit reos: iustificauit impios: trigināta & tribus annis sup terrā uisus, cū hoibus conuersatus: pro hoibus mortuus: q de cherubin & seraphin & oibus angelicis uirtutib? dixit & facta sunt: cui subest cū uoluerit oia posse. Quid ergo à te q̄rit q tanta solicitudine te q̄siuit: nisi te solicitū ambulare cū deo tuo? Hāc solicitudinē nō facit nisi spūsctus q scrutat, pfunda pectorū discretor cogitationū & intētionū cordis: q nec minimā palcam intra cordis qđ possidet habitaculū patitur residere: sed statim igne subtilissime circumspectionis exurit spūs dulcis & suauis q nostrā uolūtatē flectat: imo erigat & dirigat magis ad suam: ut eam & ueraciter intelligere, & feruenter diligere:& efficaciter implere possimus.

Item in eadem solennitate. Sermo. III.

QVàm libēter uobis cōicem si quid mihi supna dignatione sensero inspiratū: nouit spūs ipse: cuius hodie solennitatem, & solennitatē præcipuam celebramus: utinā deuotiōe p̄cipua. Ipe cit em dilectissimi q uos sedere facit nō solū in ciuitate: sed & in domo una, ut sedeat sup sedētes: ut reqescat sup humiles & trementes ad sermones suos. Ipse est qui uirgini obumbrauit: apls roborauit ut & uirgineo corpori tēperaret deitatis accessum: & apls induceret uirtute ex alto, feruentissima, s. charitate. Hanc nimirum apostolicus ille chorus

ille chorus loricā sese induit sicut gigas ad faciēdā uindictā in nationibus: increpationes in pplis: ad alligādos reges eorū in cōpedib9: & nobiles eorū in manicis ferreis. Quia eñ in domū fortis, ligare eū & uasa eius diripere nitebant, op9 erat fortitudine ampliori. Alioqn quā multū erat ad ipsos ut de morte triūpharēt: & ne ipe qdē portæ inferi pualerent aduersus eos: si nō uigeret in eis q̄ in eis uincere dilectio fortis ut mors: dura sicut infernus æmulatio. Hūc sibi zelū imbiberāt cū uino ebrij putarent. Et uerè ebrij uino: sed nō eo quo ab incredulis ebrij credebātur. Planè iquā ebrij sed uino nouo qđ ueteres qdē utres nec mererent accipe: nec cōtinere ualerēt. Hoc eñ uinū uera illa uitis fuderat de excelso: uinū lætificās cor: nō statū mētis euertēs: uinū germinās uirgines: nō apostatare facies etiā sapientes. Nouū uinū sed habitātibus sup terrā. Nā in cælis quidē olim copiosissime redundabat non in utribus nec in testeis uasis sed in cella uinaria: in spiritalibus apothecis. Fluebat p uicos & plateas oēs illius ciuitatis uinū in quo lætitia cordis, nō carnis luxuria est: nā terrigenæ & filij hoim uinū eiusmodi nō habebāt. Sic igitur cælū qdē uino ꝓprio fruebat qđ terra interim nesciebat: sed ne ipa quidē terra penit9 inops carne xp̄i gloriabat: cui9 p̄sentia nihilomin9 cælū sitiebat. Quidni fidelissimū fieret gratissimū cōmerciū inter cælū & terrā: iter angelos & apl'os ut exhiberet illis caro xp̄i: istis uinū cæli: esset q̄ in terra spūs: caro in cælis: ac deinceps oia oibus
Ioan. 16. cōia in æternū. Nisi, ingt, ego abiero paraclet9 nō ueniet ad uos. Hoc est dicere. Si nō dederitis qđ amatis: nō habebitis qđ desideratis. Expedit ergo uobis ut ego uadā: uos quoq; de terra ad cælū: de carne ad spiñ trāslatur9: fili9 eñ spūs: p̄ spūs: spūs sctūs spūs est. Denicq; spūs ante faciē nr̄am Christ9 dñs: sed & p̄ qa spūs est: tales q̄rit adoratores q adorēt eū in spū & ueritate. Spūs tñ sctūs quasi specialr spūs dicit: q ab utroq; ꝓcedat firmissimū & indissolubile uinculū trinitatis: tanquā ꝓprie sctūs q sit donū
Rom. 11. p̄ris & filij: oēm sctificās creaturā: quāuis p̄ quoq; & spūs & sctūs: item q & filius & spūs & sctūs sit. Ex quo oia, per quē oia, in quo oia, ait apl's. Tria in magno huius mundi ope cogitare debem9: uidelicet quid sit: quō sit: ad qd sit constitutus. Et in esse qdē rerū inæstimabilis potētia cōmendat q tam multa, tam magna, tam multipliciter tam magnifice sunt creata. Sanè in modo ipso sapiētia singularis elucet: quòd hæc quidem sursum: hæc uerò deorsum: hæc in medio ordinatissime sint locata. Si uerò ad qd factus sit mediteris: occurrit tā utilis benignitas: tam benigna utilitas: q̄ etiā ingratissimos quosq; multitudine & magnitudine bñficiorū possit obruere. Potētissime siqdē ex nihilo omnia sapientissime pulchra: benignissime utilia sunt crata. Veruntñ & fuisse nouimus ab initio & adhuc multos esse uidemus in filijs hoim: q in bonis inferioribus sensibilis mundi huius. tota sensualitate depressi: totos se dederunt his quæ facta sunt, quonā mō uel ad quid facta sint negligentes. Quid istos, nisi carnales dicamus? Paucissimos esse iam arbitror: legimus tñ nōnullos quādoq; fuisse: qbus summum studium fuit atq; unica solicitudo modū & ordinē inuestigare factorum: adeò ut pleriq; non mō ntilitatē rerū pquirere dissimulauerit: sed & ipas magnanimiter spreuerint: cibo paruissimo uilissimoq; contenti. Ipsi qdem sese philosophos uocāt: sed à nobis curiosi & uani rectius appellant. Vtriusq; igit successerūt uiri prudētiores: qui nimirum & quæ facta sunt & quomodo fcta sunt transilientes: intenderunt aciē mentis: ut ad qd facta sunt uiderēt. Nec latuit eos: qñ oia propter semetipsum fecit deus: oia propter suos. Aliter tamen ꝓpter se, aliter ꝓpter suos: in eo qppe qđ dicit oia ꝓpter se, ꝓueniens cōmendat origo: in eo aūt qđ dicit oia ꝓpter suos: magis ex primitur fruct9 sequēs. Oia fecit ꝓpter semetipm: gratuita uidelicet bonitate: oia ꝓpter electos suos: p eorū. s. utilitate: ut illa qdē efficiēs causa sit: hæc finis. Hi sunt spūales uiri sic utentes hoc mūdo tāquā nō utētes: sed in simplicitate cordis sui q̄rētes deū: ne illud qdem magnope uestigantes quonā mō mūdialis hæc machina uolueret: primi uoluptate: secundi nanitate: tertij ueritate impleti. Gaudeo uos esse de hac schola: de schola uidelicet spūs: ubi bonitatē & disciplinā & scientiā discatis: & dicatis cū sctō. Supoēs docētes me itellexi. Quare inquā? Nūqd qa pur Psal. 118.
pura & bysso me induí: & qa lautioribus epulis abūdauit? Nūqd qa Platonis argutias: Aristotelis uersutias intellexi: aut ut intelligerē laborauit? Absit inquā: sed qa testimonia tua exqsiui. Felix q in hoc scti spūs thalamo cōmorat: ut possit intelligere triplicē illū spiñ: de quo idē ipe puer dñi sup seniores intelligēs clamabat & decātabat. Ne p̄ Ps. 50.
cias me à facie tua: & spiñ sanctū tuū ne auferas à me. Cor mūdū crea in me de9: spiñ rectū innoua in uiscerib9 meis. Redde mihi lætitiā salutaris tui: & spū principali cōfirma me. Spiñ sctñ ipm intellige ꝓprio noie designatū. Rogat ergo ne ꝓiciat à facie ei9 tāquā aliqd immūdum: qa spūs iste odit sordes: nec habitare poterit in corpore subdito pctis. Cui eñ ꝓpriū est pctā repellere: ipi & ꝓpriū est pctā odire: nec in uno domicilio pariter morabunt tāta mūditia & immūditia tāta. Recepto ergo sctō spū p sctimoniā: sine qua nemo uidebit deū: audet qs ante faciē ei9 apparere tāquā lot9 & mūdus: utpote q cōtineat se ab oi malo: & q actiōes etsi nō cogitatiōes frenauerit. Sed qa puer sæ & immūdæ cogitatiōes separāt à deo: orādū est ut cor mundū creet in nobis: qđ utiq; fiet si spūs rectus fuerit in nr̄is uisceribus immouatus. Spiñ rectū (qđ ait) filio potest nō incōuenienter aptari: q nos ueterē hominē exuēs nouum induit: q nos renouauit in spū mētis nr̄æ tāquā in uisceribus nr̄is: ut cogitem9 quæ recta sunt: ut ambulem9 in nouitate spūs & non in literæ uetustate. Forma eñ rectitudinis de cælis attulit, reliquit in terris: immiscēs sanè & mittēs dulcedinē rectitudini in oibus operibus suis: sicut de eo idē ipse p̄dixerat. Dulcis & rectus dñs: propter hoc Psal. 24.
legē dabit delinquētib9 in uia. Castigato ergo corpore p sanctitudinē operū: mundato corde uel potius innouato per rectitudinē cogitationū redditur lætitia salutaris: ut iam in lumine uultus dei ambules: & in noie eius exultes tota die. Quid igitur restat: nisi ut spū principali cōfirmeris? Patrē intellige spiritum principalē: non q maior: sed q solus à nullo: cum ab eo sit filius: spūs sctūs ab utroq;. In quo autem cōformatio hæc nisi in charitate? Aut qđ donū aliud tam dignū patre: quod munus aliud tam paternū? Quis nos, ait apl'us, separabit à charitate Christi? Roma. 8.
Tribulatio: an angustia: an fames: an nuditas: an periculum: an gladius? Certi sitis: quia neq; mors, neq; uita, neq; cætera alia quæ apostol9 tā multipliciter quàm audacter enumerat poterunt nos separare à charitate dei: quæ est in xp̄o iesu. Numquid nō hoc cōfirmatione ab oi hui9 sententiæ parte demōstrat? Scis uas tuū possidere in sanctificatione & honore & nō in passione desideriū: spiñ sanctū accepisti tibi. Vis ut quæcunq; tibi uis ab hoibus fieri tu quoq; facias illis: & qđ tibi fieri nō uis alij ne feceris: spiñ rectū ad opus proximi suscepisti. Hæc est enim rectitudo quā lex utraq; cōmēdat: & quæ naturæ indita est: & quæ tradita p scripturā. Iā si in utroq; bono & in his quæ ad utrūq; ptinēt firmiter perseueras; principalē spiñ (quem solū deus approbat) recepisti. Alioquin quæ modo sunt, modo non sunt: is qui uerè est, non acceptat: nec in caducis istis, sibi potest æternitas cōplacere. Itaq; si desideras ut in te deus eligat partē sibi: esto solicitus sicut tibi spiritum sanctum: sicut proximo spiritum rectum: sic ei quoq; tanquā uero principi & patri spirituum spiñ principalē exhibere. Verè multiplex spiritus qui tam multipliciter filijs hominum inspiratur: ut non sit qui se absc̄odat à calore eius. Siquidem cōceditur eis ad usum: ad miraculū: ad salutem: ad auxilium: ad solatium: ad feruorē. Ad usum quidem uitæ: bonis & malis: dignis pariter & indignis communia bona abundantissime tribuens: ita ut uideatur hic discretionis limitem non tenere. Ingratus: qui in his quoq; beneficium spūs nō agnoscit. Ad miraculū: in signis & ꝓdigijs: in uarijs uirtutib9 quas p quorumlibet

Universidad de Deusto
Biblioteca

manus operetur: ipse est antiqua miracula suscitans: ut ex præsentibus fidem astruat præteritorum. Sed qa nõnullis hanc quoq; gratiã sine ppria utilitate largitur: tertio infunditur ad salutẽ: cũ in toto corde nostro reuertimur ad dñm deũ nostrũ. Porrò ad auxiliũ datur cum in omni colluctatione adiuuat infirmitatẽ nostram. Nam cũ testimoniũ perhibet spiritui nostro q̃ filij dei sumus: ea inspiratio est ad consolationem. Datur etiã ad feruorem cũ in cordibus persectorũ uehemẽtius spiritãs ualidũ ignẽ charitatis accẽdit: ut nõ solũ in spe filiorũ dei, sed ẽt in tribulationibus glorient, cõtumeliã gloriã reputantes: opprobrium, gaudiũ, despectionẽ, exaltationẽ. Omnibus nobis (ni fallor) datus est spũs ad salutẽ: ad feruorẽ nõ ita. Pauci em̃ sunt q̃ hoc spũ repleant: pauci qui studeant æmulari. Cõtenti sumus angustijs nostris: nec respirare in libertatẽ illã: non saltẽ ad eã spirare conamur. Oremus fratres ut compleantur in nobis dies pentecostes: dies remissionis: dies exultatiõis: dies ueriſſimi iubilei: & inueniat nos semp spũs sctũs oẽs ppter pœnitẽtiã corporalẽ pariter p̃ pter cordiũ unitatẽ: in eodẽ loco p̃ pmissam stabilitatẽ: ad laudẽ & gloriã sponsi ecclesiæ Iesu christi dñi nostri: q̃ est omnia deus benedictus in secula. Amen.

In nativitate sancti Ioannis baptistæ: de lucerna ardente & lucente Sermo.

Esaiæ.1. SIt procul ab his cõuentib⁹ frẽs increpatio illa pphetæ iudaica reprobãtis cõuẽticula & dicẽtis. Iniqui sunt cœt⁹ uestri. Hi nimirũ cœt⁹ nõ iniqui sed planè sancti: sed religiosi: sed pleni gra: digni benedictione. Conuenitis siquidẽ ad audiẽdũ deum conuenitis ad laudandum: ad orandum: ad adorãdum. Sacer est conuentus uterq; placens deo: angelis familiaris. State ergo in reuerentia fratres: state in solicitudine & deuotione mẽtis: maximecq; in loco orõnis: & in hac schola Christi & auditorio spiritali. Nolite cõsiderare dilectissimi quæ uidentur & tẽporalia sunt: sed magis quæ non uidentur æterna. Sed'm fidem non sed'm faciem iudicate. Terribiliter siquidẽ metuẽdus est locus uterq; nec maior esse credendus est numerus hominũ quàm angelorum. Patet utrobiq; sine dubio porta cæli: scala illa erecta est: ascẽdunt & descendunt angeli super filium hominis. Gigas nanq; est iste filius hominis: cælum ei sedes est: terra scabellum pedum eius. Et eleuata est magnificẽtia eius super cælos: manet tamen nobiscum usq; ad seculi consummationẽ. Ascendũt itaq; & descendũt ad deum angeli sancti: qa caput & corpus unus est xp̃s. Nec tamen ubi caput sed ubicunq; fuerit corpus ibi cõgregabũtur & aquilæ: licet non possit caput à corpore separari. Dení
Matt.18. q; & ipse ait. Vbi duo uel tres congregati fuerint in noie meo: in medio eorũ sum. Sed fortè quis dicat. Vbi est mõ xp̃s: Ostẽde nobis Christũ & sufficit nobis. Quid curiosos circũducitis oculos: Num ad uidẽdũ & nõ magis ad
Esaiæ.50 audiẽdũ cõuenitis: Dñs de⁹ aperuit mihi aurẽ, ait pphe-ta. Aurẽ meã aperuit ut audiã qd loquat: nõ oculũ (ut uidẽã uultũ eius) illumĩauit. Aut certe suã mihi aperuit aurẽ, nõ faciẽ reuelauit. Post parietẽ stat: audit, & audit: sed
2 Cor.12 necdũ apparet. Audit orãtes: erudit audiẽtes. An experimentũ eius quæritis q̃ in me loquit Christus. Ego, inqt, q̃ loquor iustitiã. Quidni loquat orc: quod ipse plasmauit: Quidni suo utat ut libet artifex instrumento: Non tantũ aures eorũ sed & labia mea aperi dñe: ego enim labia mea non phibebo dñe tu scisti. Bene em̃ oĩa facis: & surdos facis audire: & mutos loq. Audite ergo fratres q̃d de Ioan-
Ioan.5. ne loquatur: cuius solẽnis hodie natiuitas celebrat. Ipse, inqt, erat lucerna ardẽs & lucens. Magnum testimonium fratres mei. Magn⁹ em̃ est cui phibet: sed maior est ipse q̃ perhibet. Ille, inquit, erat lucerna ardẽs & lucens. Est em̃ tm̃ lucere uanũ: tantũ ardere parũ: ardere & lucere perfe-
Eccli.24 ctũ. Audi qd dicat scriptura. Sapiẽs permanet ut sol: stultus autẽ ut luna mutat. Quia enim splendet luna sine feruore: modo plena: modo exigua: modo nulla uidet. Mutuatum siquidem lumen nunquã in eodẽ p̃manet statu: sed crescit, deficit, extenuat, annihilat: & penitus nõ cõparet. Sic sic qui cõscientias suas in alienis labijs posuerũt: modo magni: modo parui sunt: modo nulli: secundum q̃ adulantium linguis uel uituperare placuerit uel laudare. At uerò solis splendor igneus est: & cum feruet acrius: etiam oculis lucidior exhibetur. Sic sapiẽtis ardor internus, foris lucet: & si nõ ei datur utrũq; curat semper ardere magis: ut pater suus qui uidet in abscõso reddat ei. Væ uobis fratres si lux erimus tantum. Nam lucemus qdem & magnificamur ab hominibus: sed mihi p̃ minimo est ut ab humano iudicer die. Qui enim iudicat me: dñs est: q̃ feruorẽ ab oĩbus exigit: splẽdorẽ uerò nõ ita. Ignẽ, *Lucæ.12.* inquit, ueni mittere in terram: & qd uolo nisi ut accendatur: Hoc nẽpe cõmune mãdatũ: hoc est qd̃ exigit ab uniuersis: nec ulla si deesse cõtigerit admittit excusatio. Cæterũ singlariter apostolis & apostolicis uiris dicit: luceat lux uã corã hoibus: nimirũ tãquã accensis & uehemẽter accensis: & q̃bus nõ timeat à flatu quolibet aut impulsione uẽtorũ. Dictũ est & Ioãni: sed illi in aure audiunt: Ioannes in spũ tanquã angelus erudit. Nimirũ tẽro propinquior deo, quanto uox uerbo uicina: cui nulla uoce alia media qd̃ foris sonet oporteat intimari. B Neq; em̃ Ioannẽ p̃dicatio sed inspiratio docuit: quẽ repleuit spũs in utero matris suæ. Verè ardẽs & uehemẽter accẽsus quẽ sic p̃occupauit flãma cælestis: ut iam xp̃i sentiret aduentũ, q̃ necdũ sentire poterat uel seip̃m. Nimirũ nouus ille ignis q̃ recẽs illapsus è cælo p̃ os Gabrielis in aurem intrauerat uirginis: & p̃ mris aurẽ introiuit ad paruulũ: ut ab ea hora uas electionis suæ spirit⁹ sanctus impleret & lucernam xp̃o dño pararet. Fuit ergo iam tunc ardens lucerna: sed interim adhuc sub modio donec sup cãdelabrũ poneret, & luceret oĩbus q̃ erant in domo dñi. Illo em̃ in tempore solũ adhuc potuit illumĩare modium suum: soli interim lucere matri magnum ei pietatis sacramentum reuelans ipso motu nouæ exultationis. Vnde mihi hoc, inquit, ut *Lucæ.1.* ueniat mater dñi mei ad me? Quis em̃ tibi indicauit matrem dñi mulier sancta? Vnde me nostis? Vt facta est, inqt, *Vbi supra.* uox salutatiõis tuæ in auribus meis: exultauit in gaudio infans in utero meo. Illuminauit ergo iam tunc modium suum sub quo latebat: sed quem non latebat ardens lucerna sub modio: totũ paulopost mundum nouis illustratura fulgoribus. C Ille erat: inquit, lucerna ardẽs & lucẽs. *Ioan.5.* Non ait lucens & ardens: quia Ioannes ex feruore splendor: nõ feruor prodijt ex splendore. Sunt enim qui nõ eo lucent: quia feruent: sed magis feruent ut luceant. At isti planè non feruent charitatis spiritu sed studio uanitatis. Vultis nosse quemadmodum arsit Ioannes & luxit? Ego utrumq; in eo tripliciter posse arbitror inueniri: & ardorẽ scilicet & splendorem. Ardens em̃ erat in seipso uehementi austeritate conuersationis erga Christum intimo quodam & pleno feruore deuotionis: erga peccantes proximos constantia liberæ increpationis. Luxit nihilominus (ut paucis dixerim) exemplo, digito, uerbo: & seipsum ostendẽs ad imitationẽ: & lumĩare maius quod latebat ad peccatorũ remissionẽ: & ipsas quoq; tenebras *nostras* illumĩnãs sicut scriptum est. Quoniam tu illumĩnas lucer- *Psal.19.* nam meã dñe deus meus illumina tenebras meas: utiq; ad correptionem. Considera igitur hoiem angelico promissum oraculo: conceptũ miraculo: sanctificatum *in utero:* & nouum in nouo homine pœnitentiæ mirare feruorem. Victum & uestitum, ait apls, habẽtes his contenti simus. *1. Thi.6.* Apostolica perfectio ista est: sed Ioannes etiam hæc cõtẽplit. Deniq; audi dñm in euangelio. Venit, inquit, Ioan- *Matt.11.* nes nõ manducans nec bibens: planè nec uestiens. Sicut em̃ nõ est locusta cibus nisi aliquorũ fortè irrationabiliũ animaliũ: sic nec plus cameli humanum est indumentum. Quid tu pilos tuos camele deposuisti: Vtinam gibbum magis deposuisses. Quid uos irrationabiles feræ & reptilia deserti: cibos exquiritis delicatos? Ioannes sanctus homo missus à deo ímo angelus dei sicut ait pater. Ecce mitto angelum meum ante te. Hic ergo Ioannes quo *Lucæ.7.* nullus

nullus maior in natis mulierũ innocẽtissimũ illud corp⁹ sic castigat sic extenuat: sic afflígit: uos induí festinatis byssó & purpura & splendide epularí? Heu hic est præsentis totus honor diei: hæc baptistæ reuerentia tota: hæc natiuitatis eius ꝓpheta quondã lætitia est. Cuius em̃ memoriã agitis ô nimis delicati cultores: cuius celebratis natalem: Nóme illius qui in eremo fuit hirsutus ueste, confeus medía. Quid existis in desérto uidere filij Babylonis arundinẽ uento agitatã? Quid igít? Hoiem mollibus uestitũ? Nutritũ mollibus? In his nẽpe tota uersat hæc ũra celebritas: in popularis fauoris aura sectãda: in gloria uestiũ & uoluptate ciborũ. Sed qd hæc ad Ioanẽ? Neq; em̃ Luce.1. Ioannes fecit sic: aut talibus umquã potuit delectarí. Multí (inquit angelus) in natiuitate eius gaudebũt. Verũ id qdẽ multi in natiuitate ei⁹ gaudẽt: & paganis ipsis ut audímus læta est & solẽnis. Illi celebrant qđ ignorãt: sed nõ ita debuerant christiani. Nũc uerò & ipsi in hac beatí Ioannis baptistæ natiuitate gaudẽt: sed utinã de natiuitate: nõ de uanitate. Quid est em̃ nisi uanitas uanitatũ quicqd sub sole est: aut qd amplius habet homo de uniuerso labore suo quo laborat? Fratres sub sole est quicqd oculis cerEsa.40. nit: quicqd huic corporeæ lucí subiacere uidet. Quid uerò illud nisi uapor ad modicum parẽs? Quid illud nisi fœnum & flos fœni? Omnis caro fœnũ ait dñs: & ois gloria ei⁹ quasi flos fœni. Fœnũ aruit & flos decidit: uerbum autem dómini manet in æternum. In hoc uerbo laboremus fratres: in quo & uíuere & gaudere possimus in æternũ. Operemur nõ cibũ q perit: sed q pmanet in uitã æternã.
Luce. 4. Quis ille? Non in solo pane uiuit homo: sed in oí uerbo quod procedit de ore dei. Seminemus in hoc uerbo charissimi: seminemus in spiritu: qm̃ q in carne seminant: solã habent metere corruptionem. Gaudeamus intus & non sub sole: sed iuxta apostolum tanquã tristes ꝓpter humilitatẽ & grauitatẽ: semper autẽ gaudentes ꝓpter internam cõsolationem. Gaudeamus dilectissimi in natali beati Ioannis: & gaudeamus de ipsa natiuitate. Copiosa quidem nobis in eius recordatione causa: multiplex est materia gaudiorum. Ille erat lucerna ardens & lucẽs: & iudæi uoluerũt exultare in luce ei⁹: ipe uerò poti⁹ gaudebat in feruore deuotionis: gaudebat ad uocẽ sponsi tanquã amicus sponsi. Nobis in utroq; gaudendũ est: in altero qdẽ ei: nobis in altero cõgaudẽdũ. Ardebat em̃ sibi: nobis aũt lucebat. Gaudeamus in feruore ei⁹ ad imitationẽ: gaudeamus in lumine, nõ tm̃ ibi manẽtes: sed ut in lumine ei⁹ uideam⁹ lumen. Lumẽ utiq; uerũ qđ nõ est ipse: sed cui testimoniũ
Marc.11. perhibet ipse. Venit Ioanes, ait dñs, nec mãducãs nec bibẽs. Incẽtiuũ feruoris id mihi est: & materia humilitatis. Quis em̃ in nobis est fratres: q Ioannis pœnitẽtiã intuẽs: suã nõ dico magnificare: sed alicuius saltẽ momẽti reputare præsumat? Quis audeat murmurare in laboribus suis: & dicere: satis est quod patior nedum nimis? Quæ em̃ homicidia: quæ sacrilegia aut flagitia sic puniebat Ioannes in seipso? Accẽdamur ad pœnitentiam fratres: interrogemus cõsciẽtias nostras: & animemur ad ultionem exigendam de nobis: ut horrẽdum possimus euadere iudicium dei uiuẽtis. Quicqd uerò minus est feruoris hũilitas suppleat puræ cõfessionis. Fidelis est de⁹ si cõfiteamur iniq; tates nr̃as: si miserias nr̃as exponam⁹: si nõ excusemus infirmitates nostras: dimittet nobis pcta nr̃a. Ex hoc sanè & erga proximorum delicta feruorem intuere Ioannis. Hic nempe dign⁹ est rõni cõsentaneꝰ ordo: ut incipiẽdũ tibi
Psal 18. memineris à teipso. Ab occultis, inquit, meis munda me:
Luce.3. & ab alienis parce seruo tuo. Genimina uiperarum, ait Ioannes, quis ostendit uobis fugere à uentura ira? De quãto mẽtis feruore procedere putas scintillas istas: imo carbones desolatorios? Sic neq; pharisæis parcens. Nolite,
Vbi supra inquit, dicere quia patrem habemus Abraam: potens est enim deus de lapidibus istis suscitare filios Abraæ. Sed minus hoc uideatur: si uel ipsum ueretur potẽtis uultum: & non tota libertate spiritus arguit peccãtem regem crudelem atq; superbum: sacra quadam uehementia ad hoc ipsum ꝓdíes de deserto: si uel blãditijs ei⁹ uel ipso mortis terrore mouet. Metuebat, inqt, Herodes Ioanẽ: & audito eo multa faciebat: & libẽter eũ audiebat. At ille níhil ob hoc parcẽs: nõ licet, ait, tibí habere eã. Ligat⁹ quoq; & in carcere trusus, nihilomin⁹ stetit in ueritate: & occubuit ꝓ ueritate feliciter. Feruebat etiã in nobis zel⁹ iste charissimi. Feruebat amor iustitiæ: odiũ iniqtatis. Nemo fratris uitia palpet: peccata dissimulet nemo. Nemo dicat: nũquid custos fratris mei sum ego? Nemo qđ in se est æquanimiter ferat: uiderit ordine deperíre: minui disciplinam. Est em̃ cõsentire silere cũ arguere possis: & scim⁹ qa similis pœna facientes manent & cõsentientes. Iam uerò sup humili & oĩno seruẽtissima deuotiõe Ioannis erga dñm qd loquemur? Inde em̃ exultauit in utero: inde expauit in Iordane baptizatur⁹ eũ: inde nõ mõ xp̃m q putabat: sed uel ipam corrigiã calciamẽti eius soluere dignũ se esse negabat: inde gaudebat amic⁹ spõsi ad uocẽ spõsi: inde gr̃am se accepisse ꝓ gr̃a fatebat: illũ autẽ nõ ad mẽsurã habere spm̃: sed
Psal.16. plenitudinẽ de qua oẽs acciperẽt clamitabat. Nóme deo subiecta eris aia mea? Aliogn nõ ero lucerna ardens: nisi toto corde, tota mẽte, & ex oibus uirib⁹ meis diligã dñm deũ meũ. Sola em̃ est charitas q̃ accẽdit ad salutẽ: sola quã infundit & inflãmat spũs: quẽ extinguere phibemur. Habes quẽadmodũ Ioannes arserit: & in hoc ipso quẽadmodũ luxerit indicatũ est si aduertísti. Neq; em̃ ardorẽ eius nosse poteras nisi luxisset. Luxit ergo ut supra meminí exẽplo, digito, uerbo, ope seip̃m Christũ indice nosmetipsos
Luce.1. nobis sermone declarãs. Tu puer ꝓpheta altissimi uocaberis, ait pr̃, præibis em̃ ante faciẽ dñi parare uias ei⁹: ad dandã scientiã salutis plebi eius. Ad dandam, inqt, nõ salutẽ: neq; em̃ ille lux: sed scientiam salutis ut testimonium phiberet de lumine. Sciẽtiam, inqt, salutis: in remissionẽ peccatorũ. Nũ salutis sciẽtiã sapies paruipẽdere põt? Ponam⁹ tm̃ necdũ uenisse Ioannẽ: necdũ significasse de xp̃o. Vbi salutẽ q̃rim⁹? Peccaui pctm̃ grãde qđ sanguine uitulorũ uel hircorũ deleri nõ põt: qa nõ holocaustis delectat altissimus. Memoria mea infecta est fœce huius amurcæ: nõ est nouacula q̃ mẽbranã hãc radere possit: qa tota, totã imbibit fœcẽ. Si pcti mei oblit⁹ fuero: stultus sum & ingrat⁹. Si in memoria mea pmanet, arguet me in æternũ. Quid igít faciã? Ibo ad Ioanẽ & audiã uocẽ lætitiæ: miæ uocẽ: sermonẽ gr̃æ: uerbũ remissiõis & pacis. Ecce, inqt, Ioan.1.
agnus dei: ecce q tollit pcta mũdi. Et alibí. Qui habet spõ Ioan.3.
sam, inquit, spõsus est. Ostẽdit igítur qa uenit deus: quia sponsus: qa agnus: quia deus: certum est q pcta remittere possit: sed utrũ uelit adhuc in quæstiõe est. Vult profecto quia spõsus est: qa amabilis est. Et Ioannes amicus sponsi est: quia sponsus nisi amicos habere nõ nouit. Et licet uelit gloriosam sponsam nõ habentem maculã aut rugã aut aliqd eiusmodí: nõ tamẽ quærit talẽ. Vbi em̃ illã inueníret? Sed talẽ potius ipse facit: talẽ sibí exhibet ipse. Audí
Hiere.3. denq; qd dicat ꝓ ꝓpheta. Vulgo dicit. Nunqd mulier si dormierit cũ altero uiro, reuertet ad uirũ suũ priorẽ? Tu aũt fornicata es cũ amatoríb⁹ multis: reuertere tm̃ ad me: & ego suscipiã te. Ecce q possit: ecce q uelit. Sed tu fortasis timeas eam quã facere uenit delictorũ purgationẽ: ne ustione & scissione ossa & medullas ossiũ collidat: ne doloꝛẽ inferat morte grauiorẽ. Audí: agnus est: in mansuetudine uenit cũ lana & lacte: solo uerbo iustificans impíum.
Matt.8. Quid em̃ iuxta comitũ facilius dictu? Tãtũ, inqt, dic uerbo & sanabit puer meus. Vt qd ergo deinceps hæsitemus fratres: & nõ oi fiducia ad thronũ gloriæ ascẽdam⁹? Agamus Ioãní gr̃as: & eo mediãte trãseamus ad xp̃m: qa ut ait ipse: illũ oportet crescere: me autẽ minui. Quõ minuit? Splẽdore utiq; nõ feruore. Retraxit radios: recollegit se: ut fieret sicut is qui totũ profert spiritũ suũ. Illũ, inquit, oportet crescere q exhauríri nõ potest: de cui⁹ plenitudíne omnes accipiãt: me autem minui cui datus est spũs ad mensuram: & dãda magis opa ut ardere semp ualeã quàm lucere. Præcessi solem tanquã sidus matutinum: abscondí necesse est, orto iam sole. Non est mihi nisi modicum olei

Universidad de Deusto
Biblioteca

quo umgat:uolo illud in uase tuti⁹ quã lãpade possidere.

In vigilia Petri & Pauli apostolorum. Sermo.

IN sanctorũ uigiliis necesse est uigilare hominẽ spũalem:qui solẽnitates eorũ celebrare desiderat in spũ & ueritate. Aliæ em̃ carnaliũ aliæ spiritualiũ uigiliæ. Illi & nitidiores cultus & epulas præparant lautiores:& fortassis in ipsis uigiliis operantur opa tenebrarum,lætãtur cum malefecerint & exultant in rebus pessimis. Vos nõ ita didicistis christum qui christum secuti estis:qui omnia reliquistis: qui uigilanti oculo uigiliarum nomen debetis attendere. Ad hoc enim uigiliæ præponuntur ut euigilemus si in aliquo peccato uel negligẽtia dormitamus & præoccupemus faciem sanctorum in confessione. Non sic filij huius seculi non sic:q potentes sunt ad bibendum uinum:& uiri fortes ad miscendam ebrietatem:qui obdormierunt in flagitijs & facinoribus suis. Illud uos non lateat: quia qui ebrij sunt: nocte ebrij sunt:& qui dormiunt:nocte dormiunt: & frustra sonat eis nomen uigiliarum sanctarum cũ ipsi magis dormire studeant:quàm uigiliare. Vos nõ estis filij noctis neq; tenebrarum:sed lucis & dici,ut nõ uos præoccupẽt natalitij sanctorum dies & inueniant imparatos. Tria sunt igitur q̃ in festiuitatibus sanctorũ uigilanter considerare debemus auxilium sancti exemplum eius: confusionem nostram anxilium eius:qa qui potens in terra: potentior est in cælis ante faciẽ dñi dei sui. Si enim dum hic uiueret misertus est peccatoribus & orauit pro eis:nũc tanto amplius quãto uerius agnoscit miserias nostras orat pro nobis patrem:quia beata illa patria charitatem eius non immutauit sed augmentauit. Neq; enim quia impassibilis omino,ideo & incompassibilis factus est:sed nũc potius induit sibi uiscera misericordiæ,cũ ante fontẽ miæ existit. Est & alia causa q̃ magis urget sanctos ut soliciti sint de nobis:quia iuxta uocem apostoli de⁹ prouidet p nobis ne si
ps.141. ne nobis cõsumenf:sicut ait sctus dauid. Me expectãt iusti dõec retribuas mihi. Debemus etiã attẽdere exẽplũ eius: quia quãdiu in terris uisus est & cum hoibus cõuersatus est nõ declinauit ad dexteram neq; ad sinistram:sed uiam
Ioan.14. regiam tenuit donec ueniret ad illum qui dicit: Ego sum uia ueritas & uita. Intuemini humilitatem operum eius: auctoritatem uerborum eius, & tunc uidebitis quõ tam uerbo quàm exẽplo luxerit iter hoies:qualia nobis uestigia dereliquerit ut ambulemus p ea & non errem⁹ in eis.
Esai.26. Verè iuxta prophetam. Semita iusti recta est:rectus callis iusti ad ambulandũ. Sed & diligentiori intuitu cõfusionẽ nostrã inspiciamus:quia hõ ille similis nobis fuit passibilis,ex eodem luto formatus ex quo & nos. Quid ergo est quod non solum difficile sed impossibile credimus ut faciamus opera quæ fecit ut sequamur uestigia eius? Confundamur fratres & contremiscamus ad uocẽ istam,si fortè hæc confusio adducat nobis gloriam,si fortè generet gratiam nobis timor iste:Hoies isti fuerunt q precesserũt nos q tam mirabiliter processerunt p uias uitæ:ut uix eos hoies fuisse credamus. Sic ergo in sanctorum festiuitatibus & gaudere & confundi debemus gaudere,quia patronos p̃mus,cõfundi,qa eos imitari nõ possumus. Ita semp gaudiũ nostrũ in hac ualle lachrymarũ:lachrymarum pane cõdiri debet:ut semp non solũ extrema sed & pria gaudij luctus occupet:qa & si magna est gaudiorum materia,
ps.76. sed maxima est dolorum. Memor fui dici:clamat iustus,& delectatus sum,sed & statim subiungit. Defecit spũs me⁹: turbatus sum & nõ sum locut⁹. Q. si hæc in uigiliis uniuscuiusq; sancti cogitare debemus:quid faciemus in solemnitate sanctorũ & summorũ apostolorũ: Petrũ & Paulũ loquor? Sufficeret uni⁹ festiuitas ad infundẽdã exultationẽ uniuersæ terræ:sed amborũ iuncta est ad cumulũ gaudiorum: ut quõ in uita sua dilexerunt se,ita & in morte non sint separati. Quid illis potẽtius dũ fuerũt in terris quor alteri traduñ claues regni cælorũ:alteri magisterium gẽtiũ:alter ananiã & saphirã occidit in uerbis oris sui: alter donat qcqd donat in psona xpi:& cũ infirmat tũc fortior est & potẽs. Q. potẽtior sunt in cælis:q tã potẽtes fuerũt in terris. Et q nobis reliquerũt maiora exẽpla:quàm illiq in fame & siti,& in frigore & nuditate,& i oĩb⁹ illis q̃ Paulus enumerat:iugiter sunt afflicti,& demum fœlici martyrio regna cælestia cõscenderunt? Verè nobis rubor cõfusionis sunt:quos uix audem⁹ respicere ne dicam imitari. Oremus ergo eos:ut ipi propitium nobis reddant amicũ suum iudicem nostrum qui est deus benedictus in secula.

In die festo eorundem Sermo primus.

GLoriosa nobis solẽnitas illuxit: quàm præclari martyres martyrũ duces apostolor̃ principes morte clarissima cõsecrarũt. Isti sunt Petrus & paulus duo magna lumínaria: q̃s de⁹ in corpe ecclesiæ suæ cõstituit quasi geminũ lumẽ oculorũ. Hi míhi traditi sunt in magros & in mediatores:qb⁹ secure me cõmittere possim:qa & notas mihi fecerũt uias uitæ:& me diãtibus illis ad illũ mediatorem ascẽdere potero q uenit pacificare p sanguinẽ suũ & quæ i cælis & q̃ i terris sunt. Ille em̃ in utraq; natura purissim⁹ est:q pctũ nõ fecit nec inuẽtus est dolus in ore ei⁹. Quõ ad illũ accedere audebo q sum supra modũ peccãs pctõr:q peccauí supra numerũ arenæ maris cũ ille purior ego impurior esse non possim? Verendũ ne incidã in manus dei uiuentis si illi appropin quare uel inhærere p̃sumpsero:quẽ à me tanta differẽtia diuidit quãtũ distat inter bonũ & malũ. Propterea dedit mihi deus hoies istos:qui & hoies essent & peccatores,& maximi peccatores:q in seipsis,& de seipsis discerẽt quàm late alijs misereri deberent. Magnorum enim criminum rei magnis criminibus facile donabunt ueniam:& in qua mensura mensum est eis remetiet nobis. Peccauit peccatum grande Petrus apostolus & fortassis quo grandius nullũ est:& tã uelocissime quàm facilime ueniã cõsecutus est:& sic ut uihil de singularitate sui priuatus amitteret? Sed & Paulus qui in ipsa uiscera nascentis ecclesiæ tam singulariter quàm incomparabiliter grassatus est per ipsius filij dei uocem ad fidem adducitur,& pro tãtis malis, tãtis bonis repletus est ut uas electionis fieret ad portandum nomen eius coram gentibus & regibus & filijs isr̃l. Vas dignũ & cælestibus ferculis repletũ:de quo & sanus escam:& infirmus accipiat medicinam. Tales decebat humano generi pastores & doctores constituti: qui & dulces essent & potentes,& nihilominus sapiẽtes. Dulces ut me blande & misericorditer susciperent, potentes:ut fortiter protegerent:sapientes:ut ad uiam & per uiam ducerẽt quæ ducit ad ciuitatem. Quid Petro dulcius qui tam dulciter ad se oẽs cõuocat peccatores: sicut & actus apostolici & epistolarum eius series attestatur? Quid illo potẽtius cui & terra obediuit:cum mortuos reddidit & mare sub pedib⁹ eius se calcabile præbuit:qui Simonem magum spiritu oris sui in aere attigit:qui claues regni cælorum tam singulariter accepit ut præcedat sententia Petri sententiam cælis? Denicq; quodcunq; ligaueris,inquit, lup terrã erit ligatum & in cælis,& quodcunq; soluer̃s super terrã erit solutũ & in cælis. Quid autem illo sapiẽtius cui nõ caro & sanguis reuelauit? Libẽtissime Paulum sequor qui præ nimia dulcedine luget eos qui peccauerunt & nõ egerũt pœnitentiã q fortior est omni pricipatu & potestate,sapientiam & medullam sacrorũ sensuũ nõ à primo uel secũdo:sed a tertio cælo largiter asportauit. B Hi sunt magistri nostri:qui à magistro omnium uias uitæ plenius didicerunt:& docent nos usq; in hodiernum diem. Quid ergo docuerunt uel docent nos apostoli sancti? Non piscatoriam artem:nũ cœnofactoriam uel quicquid huiusmodi est:nõ platonem legere:non aristotelis uersutias in uersare non semper discere & nũquã ad ueritatis scientiã peruenire. Docuerũt me uiuere. Putas parua res est scire uiuere? Magnũ aliquid imo maximum est. Nõ uiuit qui superbia inflatur:qui luxuria sordidatur:qui cæteris inficitur pestibus:qm̃ non est hoc uiuere sed uitam cõfundere,& appropinquare usq; ad portas mortis. Bonam uitã aũt ego puto:& mala pati,& bona facere,& sic perseuerauersq;

re uiq; ad mortē. Dicit uulgo qa q bene se pascit bene ui-
uit: sed mētita est iniq tas sibi: qa non bene uiuit, nisi q bo-
Nota. nū facit. C Arbitror aūt q; tu q in cōgregatiōe es bene
uiuis: si uiuis ordinabiliter, sociabiliter, & hūiliter. Ordi-
nabiliter tibi: sociabiliter pximo: humiliter deo. Ordina-
biliter: ut in oi conuersatione tua solicitus sis obseruare
uias tuas: & in cōspectu dñi & in cōspectu pximi: cauens
& tibi a peccato & illi à scandalo. Sociabiliter: ut studeas
amari & amare: blandū te & affabilē exhibere: supporta-
re nō solū patiēter: sed & libenter infirmitates fratrū tuo-
rū: tā morū quàm corporū. Humiliter: ut cū hæc oia fece-
ris: spūs uanitatis studeas exufflare q ex hmōi nasci solet:
& quātūcūq; illū senseris: negare cīno cōsensum. D Sic
& in patiēdo malū qm triplex est: triplicē puidētiā adhi-
bere te oportet. Est em qd à te pateris: qd à pximo: qd à
deo. Primū est austeritas pœnitētiæ: sed m uexatio alienæ
malitiæ: tertiū flagellū correctionis diuinæ. In eo qd à te
pateris, debes uolūtarie sacrificare: qd à pximo, patiēter
ferre: qd à deo, sine murmure & cū grārū actione sustine-
re. Nō sic multi filiorū Adā, q errauerunt in solitudine in
inaquoso. Errauerūt planè & errāt à uia ueritatis: q in so-
litudinē superbi recedētes, socialē uitā habere nō uolunt:
quorū singularitas associari nō pōt. Sed & in inaquoso:
qa nullo imbre lachrymarū cōpūcti in terra sterili & arē-
ti perpetua siccitate morant. Propterea uiā ciuitatis habi
taculi nō inuenerūt: qa inueterati in terra aliena coinqui
nati sunt cū mortuis: deputati cū his q in inferno sunt. Nō
Thren.3. erat ita solitarius ille de quo sanct⁹ Hieremias ait. Bonū
est uiro cum portauerit iugum ab adolescentia sua. Sede-
bit solitarius & tacebit: quia leuauit se super se. Illi errae
runt sed iste sedebit. Semp illi enim errāt corde: iste autē
non sedet: sed sedebit solitarius, cum habuerit honorem
singularitatis illi⁹: uidelicet iudiciariæ ptātis insigne: qd
sancti in terra possidebunt: cū lætitia sempiterna erit eis.
Quare: Quia leuabit super se: id est cum adolescens esset:
& ætatis lubricæ sentiret ardores, senē induit, reliquēs
quod erat: assumens quod non erat. Leuabit inquit, se su-
per se: quia nō respicit ad se: sed ad illum qui est super se.
Sedebit em & tacebit: modo etiā à strepitu diabolicarum
suggestionū: à strepitu carnaliū desideriorum: à strepitu
mundi. Felix anima quæ linguas istas nō exaudit, audiat
licet: illa multum felicior (si tamen aliqua est) cui penitus
1. Cor. 2. nō loquuntur. Hæc est sapientia quā apostolus loquitur
inter perfectos, abscōdita in mysterio: quā nemo principū
seculi huius cognouit. Sic me apostoli & uiuere & cōsce-
dere docuerūt. Gras tibi dñe Iesu qui abscōdisti hæc à sa
pientibus & prudētibus: & reuelasti ea parunlis istis q te
secuti sunt: & reliquerunt omnia propter nomen tuum.

In eadem solennitate. Sermo. II.

SAncti isti quorū solēnis hodie passio celebrat, multā nobis de se loquendi causam: multā q; materiā prebuere. Verū ego unū timeo: ne to-
ties audita uerba salutis: uilescere nobis incipiāt tāquā uerba. Vilis siqdē & uolatilis res uerbū hoīs: nulli⁹ molis: nulli⁹ pōderis: nulli⁹ ptī: nulli⁹ soliditatis. Aerē uerberat unde & uerbū dicit: & sicut solū qd uēto rapit: effluit, & nō est q cōsideret. Nemo uestrū fratres sic accipiat: imo nemo sic despiciat uerbum dei. Dico em uo bis: bonū illi fuisset si non audisset homo ille. Fruct⁹ uitæ sunt uerba dei, nō folia: & si folia, sed aurea sunt. Proinde nō parui pendant: nō pertrāseant: nō præteruolent. Ipsa quoq; colligite fragmenta ne pereāt. Terra em quæ sæpi⁹ supueniente susceperit imbrē & nō fecerit fructum, terra
Luce.13. reproba est: proxima maledicto. Sic & ea quæ in euange-
lio sterilis ficulnea legit: si postea quàm foderit circa eam
uineæ cultor, atq; miserit stercora, nihilominus sterilis in
uenta fuerit: nōne iam securis ad radicem illius arboris
est ponenda? Et ego dico uobis: si minus boni in seculari
bus inuenerit, maiorē in eis dīs habiturus est paricīam,
quàm in nobis: quibus cælestium consolationum pluuiam
uoluntariā segregauit: quibus non sarculus disciplinæ: nō
paupertatis & utilitatis stercora defuerūt. An non stercora sunt abominationes ægyptiorū: quas immolam⁹ deo nostro: Stercora planè utilia ad aspectum: sed ad fructum utilia. Non refugiat hanc fœditatē qui fœcūditatē desiderat. Siquidem ex deformi stercorū aceruo qui portat in agrum, formosus surget aceruus manipulorū qui reportabitur ex agro. Propterea non uilescat uobis utilitas preciosa: sed preciosius cunctis thesauris ægypti Christi improperium æstimate. Veruntamen terrenum habentibus sterquilinīū, ipsa quoq; cælestis nō deest pluuia: quæ est orationū deuotio: iocunda ruminatio psalmodiæ: dulcis meditatio: consolatio scripturarū. Deniq; & hæc ipsa pluuia est, quam accipitis per os meum: si quādo de flumine cuius impetus lætificat dei ciuitatē, & torrente uoluptatis illius aliqua super uos dum de eis loquimur stillicidia stillare contigerit. Sed necesse habeo interdum circunfodere, quādoquidē posuerūt me custodē & cultorem in uineis. Heu qui meam non colui nec custodiui. Necesse habeo tamē, dū hūc occupo locū & circūfodere: nonnūquā & apponere stercora. Molestū id quidem, sed dissimulare nō audeo: sciens multo amplius securim nocituram, quàm sarculū: ignem quàm simū. Itaq; & arguere & increpare interdum necesse est: nec ignoro simū esse uerbū increpatoriū: uerbū improperij: & quod si nō excuset necessitas: ipsum quoq; minus deceat proferētem. Sed quid agimus q; hoc simo & si aliquos impinguari: sed alios planè & lapidari & indurari uidemus: Hinc namq; scriptum est. De Eccli. 22.
stercore boum lapidabitur piger. An non impinguatur qui increpatus benigne accipit: mansuete respōdet: libēter emendare conatur: Hæc planè salubris & fœcūda impinguatio est: ut corripiat me iustus in misericordia & increpet: oleum aūt peccatoris non impinguet caput meū. Ex ea siquidem pinguedine quam generat oleū peccatoris abundantius pullulāt spinæ & tribuli: & omnis radix amaritudinis germinat copiosius. Itaq; qui in iustorum increpatione misericordiam nominat: satis indicat quē admodū suscipienda sit: quàm benigno aīo: quàm deuota mente: quātaq; ei gratia sit habenda. Sic em accipientib⁹ nobis erit impugnatio salubris: nō fertilis uitiorū quem admodum oleum pctōris: sed fructus illius quem sed m apostolum habemus in sanctificationē. Quid autem facia- Roma.6.
mus tibi ō piger, q ad hāc misericordiā irritaris magis & exasperaris: Nōne bonū simum sparsi in agro tuo: Vn de ergo lapides habet: Sed tu inimice homo: qm qui dili- Psal.10.
git iniquitatem odit animam suā: tu inquā inimice homo hoc fecisti: qui desidiā tuam nō excutere sed excusare pergens simum tibi peruertis in lapides: & unde impinguari debueras lapidaris. Hæc idcirco dicta sunt fratres, ut noueritis quàm benigne audiendū sit: quàm deuote suscipiē dum: quàm solicite cōseruandū qcquid ad animarū salutem ptinet: & nō sicut uerbū hoīm: sed sicut uerē est uerbum dei: siue illud cōsolatoriū, siue cōmonitoriū, siue etiā increpatoriū audiatur. Excessi fateor ipsius propemodū festiuitatis oblitus: sed, ut arbitror, non ad insipientiā uobis, si firmiter inhæserint animo quæ audistis. Et nūc iam de solemnitate ipsa uel breuiter aliquid loqui tentemus: apostolorū Christi festus agitur dies: qbus sanè plurimū à nobis honorem deberi scio. Sed utrum possit aliquis ex hiberi hæsito satis. Nimis enim honorati sunt amici tui ps.138.
deus: nimis cōfortatus est principatus eorū. Quid enim: Si in terra adhuc positi omnia poterant, non quidem in se sed in Christo: quid nō poterunt hodie uiuētes in æternа felicitate cum ipso: Mortales adhuc & morituri imperium uitæ & mortis uidebantur habere: solo nimirū uerbo mortificantes uiuos, & mortuos suscitantes: quanto magis nunc cum honorati sunt nimis: nimis confortatus est principatus eorū. Sed qd est fratres: Cū apostolorum beata hodie memoria celebretur: nūquid natiuitatis seu cōuersionis eorū: aut certè uitæ uel miraculorum solēnis agit cōmemoratio: Non est fratres natiuitatis humanæ solemnitas: sicut pauloante beati Ioannis diem natalitiū

Universidad de Deusto
Biblioteca

celebrastis. Ille enī nascens honorat, qa nascit sctificatus. Deniqꝫ in Iohāne solo, celebrior est passiõe natiuitas: qa & si passus pxp̃o est cū p iustitia & ueritate occubuit: cui dētius tñ natus p eo est, nimirū hō missus à deo q in hoc nat⁹ est, & ad hoc uenit in mūdū: ut phiberet testimoniū ueritati. Sed neqꝫ cōuersionē apostolorū aut eorū mira cula hodie recēsem⁹: sicut cæteris dieb⁹ alijs: alteri⁹ qdem cōuersio: alteri⁹ de carcere liberatio facta p angelū festiuis ecclesiæ gaudijs ad memoriā reuocat. Mortē speciali⁹ ue nerat: qua nihil inter hoīes hūano iudicio pl⁹ horret. Cō siderate frēs ecclesiæ sanctæ iudiciū, sm fidē nō sm faciē iu dicātis. Mortē sigdē apostolorū in eorū recolit solēnitate p̃sepua. Hodie nimirū Petrus crucifixus est: hodie decol latus est Paulus. Hæc hodiernæ causa festiuitatis: hæc p̃ sentiū materia gaudiorū. In his igit festū agens diē & læ tū, sine dubio spū spōsi habet ecclesia: spū dñi: in cui⁹ cō
Psal. 115. spectu sicut habes in psalmo. Preciosa est mors sanctorū. Quātos enim dū paterentur apostoli credimus affuisse: q nequaquā p̃ciosis mortib⁹ illorū inuideret? Vili sunt enī oculis insipiētiū mori: & æstimata est afflictio exit⁹ eorū.
Psal. 117. Et sic qdē uisi sunt oculis insipientiū. Mihi, ait ppheta, ni mis honorati sunt amici tui de⁹: nimis cōfortat⁹ est prin cipat⁹ eorū. Frēs, amici dei mori uidenf oculis insipiētiū: sed in oculis sapientiū iudicanf poti⁹ obdormire. Deniqꝫ & Lazar⁹ dormiebat qa amicus erat: & cū dederit dilectis suis somnū: ecce hæreditas dñi. Studeamus frēs uiuere ui ta iustorū: sed morte eorū mori multomagis desiderem⁹. Sapientia enī iustorū nouissima p̃fert: ibi nos iudicās ubi nos inuenerit. Oino necesse est uitæ p̃sentis finem, futuræ cohærere principio: nec ibi tolerabilis dissimilitudo est. Sic enī si qs duo sibi (ut ita dixerim) ꝯiuncta oīa cōsuere aut colligare uoluerit: min⁹ de reliqs ptib⁹ curans: ipsa q̄ sibi copulāda sunt capita uniformiter parat, ne dissideāt à se ipsis: ita dico uobis quātūlibet extiterit cōuersatio spūa lis: si carnalis fuerit cōsummatio nr̄a, uitæ illi spūali peni tus nō cohæret: nec caro & sanguis regnum dei poterūt
Eccli. 7. possidere. Fili, ait sapies, memorare nouissima tua & non peccabis. Nimirū q hæc maxime recordatio faciat timo ratum: timor expellat pctm̃: negligentia non admittat. B
Deute. 3. Hinc & Moyses de qbusdā. Vtinā, ait, saperēt & intellige rēt: ac nouissima prouiderēt. In qb⁹ utiqꝫ uerbis tria nobis uideo cōmendari: sapientiā, intelligentiā, prouidētiā. Arbi tror sanè trib⁹ eas assignare posse teporibus: ut æternita ti q̄dā imago reformari uideat in nobis: p̃sentia moderā tibus per sapiam: p̃terita p intelligētiā dīudicātibus: no uissima prouidētib⁹ ad cautelā. Hæc nēpe spiritalis est exer citij summa: hæc forma studij spiritalis, ut sapienter dispo namus præsentia nostra: recogitem⁹ in amaritudine aiæ
Titum. 2. nr̄æ p̃terita: futura quoqꝫ solicite prouideamus. Sobrie & iuste & pie uiuamus in hoc seculo, ait apostolus, ut uideli cet in p̃senti sobrietas obseruet: ut iusta satisfactiõe p̃teri ta q̄ nobis sine fructu salutis p̃terire tēpora redimant: ut pietatis clypeū: imminētibus de futuro piculis oppona m⁹. Sola est enī q̄ oia ualet pietas: cult⁹ scilicet dei hūilis & deuotus: nec aliter nobis est prouidere nouissima: nisi ut uniuersa q̄ nobis immineret uident picula: sedula nobiscū cogitatiõe uersantes: discamus de nr̄a oīno industria: ma gis aūt de nostris diffidere meritis: & soli diuinæ nos pro tectioni cōmittere pio quodā mētis affectu piæ intētiõis in ip̃m cui⁹ datū optimū & donū pfectū est consummatio felix & mors p̃ciosa. Habes in euāgelio tria hæc ipso tibi
Matth. 5. sermone dñi cōmēdata. Beati, inqt pauperes, beati mites, beati q lugent. Beati q futura sapiunt, præ desiderio cæle stiū: interno quodā sapore mētis, p̃sentia respuētes. Beati qui nouissima prouidēt: in māsuetudine suscipientes insi tum uerbū quod corū saluare aias potest: & pietate cor dis ad futuram tendunt hæreditatē. Beati qui pristinum intelligētes errorē: crebris lauant lachrymis lectum suū. Vides quid optat uir sanctus: quid obtinere cupit cis pro qbus orat: Vtinā, inqt, saperent & intelligerēt: ac nouissi ma prouiderent. Ac si manifestius dicat: utinam esset in eis spūs sapientiæ & intelligentiæ atqꝫ consilij. Vtinā hæc in nobis inueniantur fratres: ut suauiter oīa nostra per sa pientiam disponamus: ut intellectu præterita peccata dā nemus: ut prouideamus futura consilio. Vtinam sapiamus ad præsentis uitæ moderationem: utinam intelligamus, ad præteritæ correptionem: utinā deuota in deū fide pro uideamus: ut felicē habeamus ipso miserante consumma tionem. Hic enim est funiculus triplex quo trahimur ad salutē ordinata cōuersatio: rectū iudicium: fides deuota.

Item in solennitate eorūdem de lectione libri Sapien tiæ: Hi sunt uiri misericordiæ. Sermo. III.

MErito fratres apostolis sanctis attribuit mater ecclesia: qđ sapiētiæ lībris legit. Hi sunt uiri mi Eccl. 44
sericordiæ: quorū iustitiæ obliuionē non acce perūt: cū semine eorū pmanēt bona. Sūt enī hi planè uiri misericordiæ: siue qa misericordiā consecuti: si ue qa misericordia pleni: seu quia misericorditer à deo no bis donati sunt. Et uide quam misericordiam consecuti sunt: Paulum interroga de seipso: uel magis sponte consi tentem ausculta. Qui fui blasphemus & persecutor & ini 1. Thim. 1.
quus: sed misericordiam consecutus sum. Quis enim non audiuit quāta mala fecerit sanctis in Ierusalem: Nec solū in Ierusalem sed & per totam iudæam insaniæ ferebatur habenis: ut Christi membra laniaret in terris. Deniqꝫ hac furia uectus ibat: sed præuentus à gra est. Ibat spirans mi narū & cædis in discipulos domini: & discipulus dñi fa ctus est: cui ostenderet quāta eum oporteret pro nomine ipsius pati. Ibat dirum toto corpore uirus exalans: & su bito in electioīs uas mutatus est: ut iā cor illi⁹ eructuaret uerbum bonum: uerbum pium, & diceret. Dñe quid me Actu. 9.
uis facere: Hæc utiqꝫ, hæc mutatio dexteræ excelsi. Meri to proinde loquebatur. Fidelis sermo & omni acceptiõe 1. Thim. 1.
dignus: qm̃ dñs Iesus uenit peccatores saluos facere: quo rum primus ego sum. Hoc ergo apud beatum Paulum fi ducię & consolationis accipite fratres: ut ad dñm iam cō uersos, non nimis cruciet præteritorū cōscientia delicto rum: sed tantū humiliet uos sicut & ipsum. Ego sum, inqt, 1. Cor. 15.
minimus apostolorū: qui non sum dignus uocari aposto lus: qa persecutus sum ecclesiā dei. Ita & nos humiliemur sub potēti manu dei: & fiduciā habeamus: qa & nos mise ricordiam cōsecuti sumus: abluti sumus: sanctificati sum⁹. Et hoc quidem omnibus nobis: quoniam oēs peccauim⁹ & egemus hac gloria dei. Verum apud beatum Petrum aliud habeo quod apponā: eo charius quo rarius: & quo singularius eo sublimius. Nam peccauit Paulus: sed igno rans fecit in incredulitate sua Petrus cum cecidit apertos habebat oculos. Porrò ubi abūdauit delictum superabū dauit & gratia. Eorum siquidem qui peccant antequam deū nouerint: antequā miserationes eius experti sint: an tequā portauerint iugum suaue & onus leue: priusquā de uotionis gratiā & cōsolationes acceperint spūs sancti: eo rū inquā copiosa redemptio est: & tales oēs nos fuimus. At eorū qui post conuersionem suā peccatis & uitijs im plicanf ingrati acceptæ gratiæ: & post missam manum ad aratrum retro respiciunt tepidi & carnales facti: aut post agnitā uiam ueritatis retro eunt apostatæ manifesti: eorū utiqꝫ perpaucos inueniasqui post hæc redeāt in gradum pristinum: sed magis in sordibus positi sordescāt adhuc. Super quos ppheta deplorat. Quomodo obscuratū est Treñ. 4.
aurum inquit: mutatus est color optimus: & q nutriebā tur in croceis amplexati sunt stercora: Nec tñ si quis hu iusmodi est desperamus de eo, tantum ut resurgere uelit cito. Quanto enī diutius pmanebit, tāto cuadet difficili⁹. Beatus uerò qui tenebit & allidet puulos Babylonis ad petram. Etenim si creuerint uix poterunt superari. Filioli hæc dico ut non peccetis: sed & si quis peccauerit, aduo catum habemus apud patrem, qui potest quod nos mini me possumus: tātū q cecidit nō adñciat in malum ut pro fundius cadat, sed magis ut resurgat: confidens q nec ei negabitur uenia: si tamen ex corde confiteatur pctā sua. Si enim is de quo loquimur Petrus post tā graue lapsum

ad tantam

ad tantā redijt eminētiā sanctitatis: quis de cætero desperet si tantū egredi uoluerit à peccatis? Attende quod scriptum est. Egressus foras flenit amare. In egressu confessionem oris: in amaro fletu cōpūctionem cordis intellige. Et attende q̄ tunc primum recordatus est uerbi quod dixerat Iesus: tūc primum cordi fuit uerbum quo prædicta fuerat eius infirmitas: cū euanuit p̄sumpta temeritas. Væ tibi, qui post lapsum fortiorē te nobis exhibes. Vt quid tā rigidus es in tuā ipsius pniciē? Inclinare poti⁹ ut meli⁹ erigaris: & phibeas frangi quod distortū est: ut possit melius solidari. Quid indignaris increpāti gallo? tibi poti⁹ indignare. Pluuiā uolūtariā, ait psalmista, segregabis de⁹ hæreditati tuæ & infirmata est. Bona infirmitas q̄ segregatur hæreditati: quæ medicū nō repellit. Induratos em̄ tāquā uas figuli in uirga ferrea cōteret: & hæreditas infirmata est ait: tu uerò perfecisti eā. Audistis certè quā misericordiā cōsecuti sint apostoli nostri: ut iā nemo ex uobis sup peccatis præteritis ultra quā necesse sit cōfundat: in cubili cōscientiæ suæ cōpunctus. Quid em̄ fortè peccasti in seculo. Nūquid amplius Paulo? Q, si & ipsa in religione numquid plus Petro? Attamē illi in toto corde pœnitentiā agentes: nō modo salutē sed & sanctitatē consecuti sunt: etiam & salutis ministerium & magisterium adepti sunt sanctitatis. Et tu ergo fac similiter, qm̄ propter te scriptura loquitur. Viros illos esse misericordiæ utiq; ꝓpter multā misericordiā quā consequi meruerunt. Potes tamē in hoc uerbo etiā illud nō incōueniēter accipe uiros misericordiæ fuisse apostolos: id est plenos misericordia: seu uiros misericordiæ datos ecclesiæ uniuersæ. Scim⁹ em̄ q̄ uiri isti nec sibi uixere nec sibi mortui sunt: sed ei q̄ p ipsis mortuus est: magis aūt nobis oībus propter illum. Quātum enim proderit nobis corū iustitia: quādo ipsa quoq; sicut ostensum est tm̄ profuere pctā? Pro nobis facit corū uita: eorū doctrina: etiā & mors ipsa. Et em̄ in cōuersione cōtinētiā: in p̄dicatione sapientiā: in passione sua patientiā: nobis beati apostoli cōtulerūt. Quartū usq; hodie cōferre non cessant misericordia pleni q̄d est sanctarum fructus orōnū. Quāuis & in ipa corū uita adhuc iuenias q̄d annumeres fiduciā scilicet quā nobis miraculorū exhibitione præbuerūt. Et quis enumeret quā multa nobis per eos bn̄ficia ꝓuenerūt? Bene ergo de eis scriptura loquit: quoniā hi sunt uiri misericordiæ. Et addidit. Quorū iustitiæ oblitionē nō acceperunt. Visut nec tua accipiat oblitionē? A triplici caue periculo: & florebit in æternū ante dm̄. Legis em̄, qa tepidus es: incipiam te euomere ex ore meo. Legis: si auerterit se iustus à iustitia sua & cætera. oīm iustitiarū eius nō recordabor. Legis quibusdā dicēdū in iudicio nō noui uos: illis sine dubio qui receperūt mercedē suā. Ergo omnis iustitia tepida: oīs transitoria: oīs uendita erit in oblitionē corā deo. Sed nō ita apl'orū iustitiæ q̄d ex eo satis apparet q̄d sequit. Cū semine eorū permanēt bona. Manēt em̄ usq; hodie in nobis apostolorū uestigia: & eorū religio qa ex deo est, non pōt dissolui. Vestes israelitici populi quadraginta annis in deserto p̄seuerauerūt integre: multo magis apostolorū uestes sup iumentū saluatoris appositæ. Cū semine, inqt, eorum. Q̄d est semen: qa secutus adiungit hæreditas sancta nepotes eorū? Idē, pfecto & semē sunt: & nepotes. Meministis credo (scientibus em̄ legē loquor) meministis inquā legalis mandati: ut suscitet frater superstes semen fratri defuncto sine semine. Quis sine semine? Singlariter ait, ego sum dō nec transeam. Idcoq; resurgens. Vade, inquit, dic fratrib⁹ meis. Ac si dicat. Fratres sunt: faciāt q̄d fratres. Ergo per euangelium ipsi nos genuerūt: nō tamē sibi sed Christo: qa p euangeliū Christi. Hinc est quod molestē tulit Paulus quosdā eorū dici à qbus geniti fuerāt p euāgeliū: indignans aduersus eos q̄ dicebāt: ego sum Pauli: ego sum Cephe: ego Apollo: Christi magis omnes & fieri uolēs & dici. Itaq; semē apl'orū sum⁹ p p̄dicationē: sed per adoptionem & hæreditatē semen Christi & apostolorū nepotes.

Matt. 26.
Psal. 97.
Vbi supra
Eccli. 46
p̄s. 140.
Ioan. 20.
1. Cor. 1.

AVdiuimus ex libro regū Goliā uirū ꝓceræ staturæ: præsumentē sup multa fortitudine & magnitudine corporis sui: uociferantē aduersus phalangas israel: & prouocantē eas ad singulare certamē. Audiuim⁹ etiā à deo suscitatū spīritū pueri iunioris: ut indigne ferret uirū spurium & incircūcisum castris israel: & dei summi exprobrantē agminibus. Spectauimus procedentē adolescētulū in funda & lapide aduersus mōstruosæ magnitudinis hominē, loricatū & clypeo protectū ac galea: cæterisq; terribilē militaribus armis: si qua in nobis erāt uiscera pietatis, non potuimus nō timere sic ineunti conflictū: nō cōgaudere uincenti. Laudauimus magnanimitatē paruuli q̄ comederet aiam eius zelus domus dei & opprobria exprobrantiū ei à se nō ducere aliena: sed tanquā ad propriā moueret iniuriā: & doleret sup cōtritione Ioseph. Mirati sumus tātā in adolescēte fiduciā: fiduciā quāta nō inueniret in uniuerso israele. Collatā denīq; cælitus uictoriā, & diuina manifeste patratam uirtute: tam læti suscepimus: quàm soliciti certamen expectauimus: armati fide paruuli, & gloriantis ꝓpria in uirtute gigātis. Iam si spīritalē scd̄m apostoli testimoniū legē esse nō ignoramus: & scriptā esse, ꝓpter nos: nō solū exterioris superficiei oblectādos aspectu: sed interiorum quoq; sensuū gustu tāquā medulla tritici satiādos: cōsiderandū nobis est quisnam uideat iste Golias: qui populo dei iam repromissionis terrā ingresso: iamq; multis ex hostibus triumphanti: solus exprobrare p̄sumit: elatus & inflatus spīritu carnis suæ. Credo enim nō incōgrue in sup bo hoīe supbiæ uitiū designari. Ipsum nanq; est peccatū maximū: quod dei populo magis insultat: & insurgit specialiter aduersus eos qui cætera iā uideant uicisse peccata. Hinc est quod prouocat ad singulare certamen tāquā cæteris iā subactis. Nā & philistei illo in tēpore timebant oīno aduersus israel inire cōflictum nisi q̄ de Golia enormis magnitudinis uiro corū fiducia tota pēdebat. Vnde em̄ ciusmodi aiam supbia tentet, quā sibi subiugauit inuidia, seu tepiditas ea, quæ solet dei uomitū prouocare: aut pigritia quæ facit ut boum stercoribus lapidet? Vnde inquam ei superbia: unde extollentia oculorū: cui adeo cætera uitia dominant, ut dijudicari se ab uniuersis tanquā male sibi conscius arbitret. Quis denīq; nisi manu fortis: qui cætera iā sibi potenti uirtute uitia subiugauit: aduersus nequissimum superbiæ uitium dimicaturus accedat? Procedat, inquit, Dauid manu fortis: quoniā non est uincere tantum hostē: nisi in manu forti. Armetur ipse cōtra Goliā: qui & ursum uicerit & leonem. Videat sanè utrum Saulis & arma possint prodesse: utrū seculari sapientia & philosophicis traditionibus: seu etiam diuinarū superficie scripturarū: quā nimirū occidentē literam uocat apostolus: uideat inquā utrum his armis debellare superbiā: utrū hac uia humilitatē apprehēdere possit: ut onerari se se magis quàm roborari sentiens hmōi arma atq; impedimenta proijciat: iactans oīno cogitatū suū in domino: & de propria penitus desperās industria: sola fide armatus nō reputet Goliæ proceritatē: ne fortè magnitudinis ei⁹ mole prematur: sed potius psallat spīritu psallat & mēte. Dñs, inqens, defensor uitæ meæ &c. Nā & Petrus dū nec uentorū uiolentiā: nec maris ꝓfundū: corporisq; pond⁹ consideraret in uerbo dñi iactans semetipsum, nec perire potuit nec timere. At ubi uidit uentum ualidum ueniētē, timuit: ipsoq; timore protinus mergi cœpit. Simile aliqd etiam nunc athletæ nostro rex Saul suadere tentat. Non potes (inqens) resistere philistæo isti: nec pugnare aduersus eum quoniam puer es: hic autem uir bellator ab adolescentia sua. Veruntamen acquiescit ille tale aliquid meditari: sed præsumēs de uirtute eius: cuius auxilio priora certamina iam uicisset: accedit intrepidus. Colligit igitur (abiectis armis Saulis) quinq; lapides de torrente quos nimirum (cum leuia quæq; tolleret) leuigare torrens potuit: sed non etiam tollere secum. Torrens quippe quem pertranseat anima nostra seculum præsens est: scriptura

1. Reg. 7.
2. Cori. 3.
Trem. 3.
1. Reg. 17.

Universidad de Deusto Biblioteca

Eccli.1. teste. Qñ generatio aduenit & generatio ꝑterit: tāquam
Esa.40. tumens unda, undā impellens. Quia ergo ois caro fœnū:
& ois gloria eius tanquā flos agri: hmōi leuia facile secū
trahit torrens inundans: uerbū autē dñi nullis fructib⁹ ce
dēs: manet in æternū. Arbitror ꝓinde nō incōgrue qnq;
lapidib⁹ istis: qnq; pertitū uerbū intelligi: cōminationis:
ꝓmissionis: dilectionis: imitationis: & orationis. Horum
quippe uerborū late patens copia in diuinarū reperit sc
rie scripturarū. Et fortè ipa sunt qnq; uerba quorū memi
1. Cori. 7. nit Paul⁹, malens quinq; uerba loqui in sensu: quàm decē
milia in lingua. Præterit eñ figura hui⁹ mūdi: & iuxta a
1. Ioan. 2. liud testimoniū. Et mūdus trāsit & cōcupiscētia ei⁹. Hæc
autē uerba trāseunte mūdo non mō manēt, uerūetiā leui
ganf magis: dū pertranseuntibus plurimis multiplex est
sciētia. Iā uerò collectos istos lapides cōtra supbiæ spīm:
dimicatur⁹ Dauid in uase memoriæ suæ reponat: cōside
rans quāta nobis cōminef de⁹: quāta ꝓmittat, quātā no
bis exhibeat charitatē: & quàm multa nobis sctitatis exē
pla apponat: quēadmodū deniq; orationū nobis ubiq; cō
mēdet instantiā. Hos inquā lapides secū tollat: qsquis su
perbiæ uitiū debellare festinat: ut quoties uenenatum au
det erigere caput quibuslibet ex his lapidibus manu co
gitationis ei occurrat: percussius in fronte Golias deficiaf
opertus cōfusione. In quo sanè cōflictu funda quoq; ne
cessaria est lōganimitatis formā habēs: quā huic maxime
certamini nulla rōne deesse necesse est. Quoties ergo ua
nitatis cogitatio mentē pulsat: si intimo cordis affectu di
uinas expauescere cœperis cōminationes seu promissio
nes eius desiderare, nō sustinet Golias utriuslibet lapidis
iactum: sed reprimitur ilico tumor oīs. Quod si uenerit
in mentem dilectio illa tam ineffabilis quam tibi de⁹ ma
festaris exhibuit: an nō ilico inar descēs ad charitatē pror
sus abominari incipis & abijcere uanitatē? Sic & exēpla
sanctorū si diligēti tibi cōsideratione proponas: erit sine
dubio ad reprimendam elationē cogitatio ista perutilis.
Iam uerò si fortè insurgente subito elatione nihil ex his q̄
diximus apprehēdere quiuerit manus tua: toto feruore,
ad eam conuertere quæ sola restat orationē: cōtinuo que
eleuatū uideras & exaltatum sicut cedros libani subuer
sus impius iam non erit. Sed quæras fortasse quemadmo
dum suo ipsius gladio Goliæ possis abscindere caput: id
enim tāto tibi iocūdius: quāto molestius hosti. Dico bre
uiter q̄n expertis loquor, & qui facile capiāt & aduertāt
sine mora: quod in semetipsis crebro sentiūt actitari. Quo
ties te ꝓuocante uanitate ad recordationē cōminatois
diuinæ seu ꝓmissionis aut cæterorū quæ supra dixim⁹ cō
fundi cœperis & erubescere: deuictus est qdē Golias: sed
forsitā adhuc uiuit. Accede itaq; ꝓp⁹ ne fortè resurgat:
& stans sup eū mucrone proprio caput eius abscinde: de
eaipsa quæ te appetit uanitate perimens, uanitatē. Elata
siquidem cogitatione pulsatus: si ex eaipsa materiā & oc
casionē sumas humilitatis: quo nimirū humili⁹ deinceps
& abiecti⁹ tanquā de supbo homine sentias de teipso: Go
liam utiq; Goliæ gladio peremisti.

De euangelica lectione, ubi sustinens dominum septem panibus turba reficitur. Sermo I.

Matt. 15. MIsereor super turbā, quia iam triduo sustinent
me nec habent quod manducent. A Euange
lium fratres ob hoc scriptū est ut legaf: nec ob
aliud legitur quàm ut rationabilē consolatio
nem uel desolationē exinde capiam⁹. Est enim secularib⁹
cōsolatio uana: de terrenarū affluentia rerū: uana nihilo
minus de earum penuria desolatio. At euangeliū speculū
ueritatis nemini blandit: nullū seducit: talē in eo se quisq;
reperiet qualis fuerit: ut nec ibi timore trepidet ubi non
est timor: nec lætetur cum male fecerit. Sed quid dicit scri
Iacobi. 1. ptura: Si qs auditor est uerbi & nō factor: hic coparat ui
ro considerati uultum natiuitatis suæ in speculo. Cōside
rauit eñ se & abijt & statim oblitus est qualis fuerit. Nos
aūt fratres, nō sic obsecro nō sic: sed cōsideremus nosmet
ipsos in ea quam audiuimus sacri euangelij lectione: ut p
ficiamus ex ea: & corrigamus sed'm eā si qua in nobis de
prehendimus corrigenda. Propter hoc eñ optat ꝓpheta Psal. 5.
dirigi uias suas: ad custodiendas iustificationes dñi. Tūc
inquiens non confundar: cū perspexero in omnibus mā. Ps. 118.
datis tuis. Et ego quidem non confundor sed glorior p
uobis fratres mei quoniā saluatorē in deserto secuti secu
ri existis ad eū extra castra: sed uereor ne qs fortè i tridua
na expectatione pusillanimis inueniat: & in ægyptum se
culi huius nequam uel corde uel etiam & corpore reuer
tat. Merito, ꝓinde clamat diuina scriptura & dicit. Expecta Psal. 26.
dñm uiriliter age: & confortetur cor tuū, & sustine dñm.
Sed quādiu necesse est sustinere? Prorsus donec misera
tur tui. Quæris quando? Misereor inquit, super turbam:
quia iam triduo sustinent me. B Viam enim trium die
rum eas necesse est in deserto: si gratū deo tuo offerre uo
lueris sacrificium: & triduo sustineas saluatorē: si miracu
li panibus desideras satiari. Prima est dies timoris: dies
inquam declarans & illuminans tenebras tuas interiores
scilicet & horrendum gehennæ supplicium demonstrās,
in quo sunt tenebræ exteriores: huiusce modi siquidē co
gitatio sicut ipsi nostis: nostræ solet exercere primordia
conuersionis. Secunda est pietatis dies: qua respiramus
in luce miserationum dei. Tertia dies est rationis: in qua
ueritas ꝓmotescit: ut tanquam ex debito quodam natu
ræ sine aliqua contradictione creatori subiecta sit creatu
ra: seruus seruiat redemptori. Exhinc iubemur iam discū
bere ut charitas ordinetur in nobis: exhinc aperit domi
nus manum suam: & implet omne animal benedictione.
Quoniam apostolis dicitur: facite homines discumbere:
quorum nos, licet ad confusionem nostram habetis uica
rios qualescunq; discūbere uos admonemus fratres cha
rissimi: ut refecti pane benedictionis subsistere possitis in
uia, ne fortè misera necessitate cōpulsi descendatis & uos
in ægyptum: & incipiant uobis illudere qui nondum uo
biscum in deserto secuti sunt saluatorē. Miseri sanè & ipsi
qui non exiere cum exeuntibus: sed planè miserabiliores
omnibus hominib⁹ q̄ ꝓfecti quidē cū aliis: sed nō cū aliis
sunt refecti. Porrò si q fuerē qui discumbentibus aliis post
dumeta seu diuersoria quæuis absconditi latuere homi
nes eiusmodi sciamus, uacuosq; remansisse quis nesciat?
Sic & eos nihilominus q leuitate & curiositate ducti: cir
cumquaq; uacantes minime resederunt: aut qui resederūt
quidem: sed non in ordine nec in numero cæterorū. Hor
tamur ꝓinde charitatē uestram, & pastorali solicitudine
ammonemus: ne quis ex uobis inueniaf angulos amare:
sectari latebras: quærere diuerticula: quoniā qui male a
git odit lucē: & nō uenit ad lucē ut nō arguaf opera ei⁹.
Sed nec inueniaf in nobis qui circumferaf omni uento
doctrinæ: instabiles & inquieti: nihil in se soliditatis: nihil
grauitatis habentes: tanquā puluis quē ꝓiicit uentus à fa
cie terræ. Nā de his qd dicam quorū manus cōtra oēs: &
manus oīm cōtra ipsos? Hi sunt qui separant semetipsos, 1. Cor. 12.
aīales, spiritum nō habentes: q̄n nemo in spū dei loquēs
dicit anathema Iesu. Nequissima planè & pernicios. imm
pestis: qñ unusquisq; unius obstinatio turbat: & sit oībus
discordiæ fomes, materia scadalorū. Deniq; ꝓphetā au
di: q de uinea dñi loquēs. Singularis, inqt, ferus depastus Psal. 79.
est eā. Pro huiusmodi rogo & obsecro uos fratres mei fu
gite simulationē omnē & angulos ꝓpriæ uolūtatis: fugi
te ingetudinē & spīm leuitatis: fugite obstinationē & neq
simū uitiū singularitatis: nisi fortè q̄d absit, fraudare uul
tis aias urās panis edulio bñdicti. B Iam ꝑrò ne longi⁹
ꝓtraham uos: septē panes quibus reficiamini isti sunt. Pri
mus panis uerbum dei in quo uita hois est: sicut & ipse te Luce. 4.
statur. Secundus panis obedientia est: quoniam Meus ci Ioan. 4.
bus est, inquit, ut faciam uoluntatem eius q̄ misit me. Ter
tius panis meditatio sancta: de qua scriptum est. Cogita Ioan. 6.
tio sancta conseruabit te. Et quæ alio in loco noiari uide
tur panis uitæ & intellectus. Quartus panis orantium la
chrymæ. Quintus uerò pœnitentiæ labor est. Nec mire
ris quòd laborē aut lachrymas panem dixerim: nisi fortè

ex. dix

ps.79. excidit tibi quod in ppheta legisti, Cibabis nos pane la-
ps.127. chrymarum: & item in alio psalmo. Labores, inqt, manuũ tuarum qa mãducabis: beatus es & bene tibi erit. Sextus panis est iocunda unanimitas socialis: panis inquã ex diuersis granis confectus: fermentarus utiq; sapientia dei.
Ioan.6. Porrò septimus panis est eucharistia: quoniam. Panis, inquit, quem ego do caro mea est pro mundi uita.

De septem misericordijs. Sermo secundus: unde supra.

ps.88. MIsericordias in æternũ cãtabo. Vt quid eĩm mihi insipiens nescio quæ cogitatio de pœnitentiæ huius onere murmurat: ut aggrauet illud super ceruicem meam: Aliud onus sentio: suauius quidem: sed utiq; multo maius. Sic eĩm onerat me miserationibus suis deus: sic concludit: sic obruit beneficijs suis ut on⁹ aliud sentire nõ possim. Quid eĩm retribuã dño pro oĩbus que retribuit mihi: Tanta tribuit & tanta retribuit: & tu mihi de alio onere loqueris: Deficit spũs meus: prorsus deficit in tanta beneficiorum cõsideratione. Et licet dignas nõ sufficiã grãs agere: sed ingratitudinẽ prorsus odit aĩa mea. C Perẽptoria siquidẽ res est ingratitudo hostis gratiæ: inimica salutis. Dico ego uobis: quĩ pro meo sapere nihil ita displicet deo præsertim in filijs grãæ: in hoĩbus conuersionis: quẽadmodum ingratitudo. Vias enim obstruit gratiæ: & ubi fuerit illa: iã gratia accessum non inuenit: locum non habet. Hinc mihi fratres tristitia magna: & dolor continuus est cordi meo: q nonnullos tam pronos ad leuitatem: ad risum: & ad scurrilia uerba tam faciles uideo: ut pertimescam ualde ne fortè plusquã expediat diuinæ misericordiæ sint immemores & ingrati tam multis beneficijs suis: aliquando deserantur à gratia quàm non ut gratiam uenerantur. Nam de eo quid dicam qui in murmure & impatientia obstinato perdurat animo: aut quem pœnitet adhæsisse deo: & contra morem & contra rationem bonum factum pœnitentia comitat: q sine dubio miserationibus dei: non modo nõ habet grãm sed contumeliam reddit: Omnino enim quãtum in se est: parũ honorat eum à quo uocat⁹ est: qsquis ei seruit in tristitia & rancore: si tamen seruire ei quis potest in ea tristitia q̃ fm carnẽ est & mortẽ operat. Putas ergo quia maior illi detur gratia: & non magis etiam quod uidetur habere
Nota. auferat ab eo: Nónne enim iure perditũ reputat: quod in grato donatũ est: Aut dedisse non pœnitet: qd̃ perisse uidet: Oportet proinde gratum esse hominẽ & deuotũ: qui percepta gratiæ munera: non modo manere sibi desiderat sed & multiplicari. Nemo sanè est qui non facile si q̃rit inueniat: unde plurimũ sit obnoxius deo: quoniã non est q se abscondat à calore eius. Sed nos maxime quos segregauit sibi & assumpsit sibi ad seruiendũ sibi soli: li iuxta apo-
Roma. 8. stolũ. Non accepimus spiritũ huius mundi sed spiritũ qui ex deo est: ut sciamus q̃ à deo donata sunt nobis oĩno plurima inueniemus: unde continuas ei gratias agere debeamus. Quis enim in nobis est q non confiteri possit: quĩ misericordia tua magna est super me: Itaq; de tanta multitudine miserationũ domini: uobis breuiter aliquas proponere uelim: ut qui sapiens est occasione accepta sapientior
Nota. fiat. A Septem ergo in me uideo misericordias domini: quas & uosipsi credo facile inuenietis in uobis. Prima est: q à multis peccatis adhuc in seculo positum custodiuit, prima inquã non inter oẽs quas mihi impẽdit: sed prima inter has septẽ. Quis eĩm non uideat q sicut in multis cecidit: sic & in alia poterã cecidisse pctã: nisi omnipotẽtis pietas cõseruasset: Fateor & fatebor: nisi qa dñs adiuuit me: paulomin⁹ cecidisset in oẽ pctũ aĩa mea. Et hæc quanta dignatio pietatis: q ingratũ & parũpendentẽ sic gra cõseruabat: q in multis contrariũ & cõtemnentẽ: nihilominus ab alijs benignissime ptegebat. Ad secunda miseratio tua super me dñe: quoniã poterit explicari sermone quàm benigna quàm liberalis quàm gratuita fuerit. Ego peccabã & tu dissimulabas. Nõ continebã à sceleribus: & tu à uberibus abstinebas. Prolongabã ego multo tempore iniquitatẽ meã: & tu dñe pietatẽ tuã. Sed quid prodesset expectatio nisi sequeretur pœnitudo: Cumulus esset damnationis dicente dño. Hæc feci̇sti & tacui. Tertia pinde mi-
Psal.49. seratio fuit q uisitauit cor meũ & immutauit: ut amara fierent q̃ male dulcia prius erant: q lætabar cum malefacerẽ & exultabã in rebus pessimis: incipere demum recogitare ei annos meos in amaritudine aĩæ meæ. Et nunc dñe commouisti terrã cordis mei & cõturbasti eã: sana cõtritiões eius: qa cõmota est. Multi eĩm pœnitentia ducti sunt sed in fructuosa: quoniã pœnitentiã corũ reprobata est: sicut & prior culpa. Itaq; & hæc miseratio quarta fuit: & pœnitẽtẽ misericorditer suscepisti: ut in corũ numero inuenirer: de quib⁹ psalmista. Beati, inqt, quorũ remissæ sunt iniqta-
Psal. 31. tes. Sequitur misericordia quinta: per quã mihi cõtinẽdi deinceps & emendatius uiuendi præstitisti uirtutẽ ne recidiuũ paterer & esset nouissim⁹ error peior priore. Oĩno enim manifeste tuæ est (dñe deus) & non hũanæ uirtutis: susceptũ semel peccati iugum à ceruicibus excutere: qm̃ omnis qui facit peccatum: seruus est peccati: nec est liberari nisi in manu fortí. Iam uerò postquã in his quinq; miseraționibus à malo liberaueris: ut fiat qd̃ scriptũ est. Decli-
Psal. 36. na à malo & fac bonum: in duabus alijs bona largiris. Hæ duæ sunt gratia promerendi: qua uidelicet munus bonæ conuersationis indulges & spes obtinendi qua donas homini indigno & peccatori de tua toties experta bonitate: usq; ad cælestia speranda præsumere.

De fragmentis septem misericordiarum: Sermo tertius: unde supra. D

SCitis quid fecerim septem uobis hodie misericordias proponendo: Septem utiq; panes distribui. Nam si factæ sunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte: quantomagis diuinæ miserationes: Multo enim dulcius istæ sapiunt: reficiunt multo melius: ampliusq; confirmant cor hominis. Verũ multa nobis, ni fallor, ex his panibus hodie cecidere fragmenta. Nam & egoipse sentiebam inter frangendum multas è manibus euadere micas: atq; inter digitos properantis elabi. Vtrum ipsi collegeretis aliqua: uos uideritis. Ego (si nondum fastiditis) uoĩtra quæ mihi collegeram sine inuidia cõscabo: ne fortè incurram maledictionem absconden tis frumenta in populis. Primus itaq; panis si bene memini: cõseruatio gratiæ fuit: qua me licet indignum: à multis pctis adhuc in seculo positum custodiuit. Huius ergo tria teneo fragmenta: habentia prorsus magnũ delectamentũ saporis & alimoniã nitæ. Tribus siquidẽ modis à peccato me meminí conseruatum: occasionis subtractione: resistendi data uirtute: affectiõis sanitate. Multa enim in peccata facile cecidissem: si data esset occasio: sed dei miseratione nõ me talis oportunitas apprehẽdit. In multa quoq; paulominus cecidissem grauiter impulsus uiolentia tentationis: sed uirtutem dedit dñs rex uirtutũ: ut sub me esset appetitus meus: & ei quam sentiebam concupiscentiæ mini-
me consentirem. Sed & à quibusdam tam longè me fecit miseratio tua domine: ut penitus abominarer ea: & ne ulla quidem eorum me tentatio molestaret. Secũdus quoq; panis fuit expectatio: qua tardabat ultionẽ: indulgentiam cogitabat. Et huius ergo panis tria fragmẽta accipite: cogitantes longanimitatem quam exhibuit: electionem præ destinationis suæ quam impleri uoluit: & charitatem nimiam qua nos dilexit. Propter hoc enim expectans expectauit me dominus & non intendit mihi: sed oculos suos auertit à peccatis meis: quasi nolens aduertere quantum delinquerem. Propter hoc inquam dissimulabat ut commendaret patientiam suam: ut impleret electionem suã: ut confirmaret & charitatem suam. De tertio quoq; pane ei⁹ scilicet misericordiæ qua conuertit nos ad pœnitentiam: tria non tam fragmenta quàm frustra uobis appono. Tũc enim ut bene meminí concussit cor meum: excitans illud ut aduerteret suorũ uulnera peccatorum & uulnerum sentiret dolorem. Etiam & terruit deducens ad portas inferi: & præparata iniquis supplicia monstrans Et ut nihil iam noxiæ remaneret delectationis: meliorem mihi

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psalm. 2. ui & iscrutabilis cordis sui: & iuxta pphetā alium. Ingressus est in petram absconditus fossa humo à facie furoris domini. A Sed quid est dñe iam fetet quatriduanus est enim: Fortè enim fetorem istum & quatuor dies istos nō continuo quiuis intelligat. Ego primam arbitror timoris diem qua nimirū irradiāte cordibus nostris peccato morimur & quodammodo sepelimur in conscientijs nostris. Secunda, ni fallor, agitur in labore certaminis, solet nempe inter primordia conuersionis acrius insurgere tētatio prauæ consuetudinis: & uix extingui possunt iacula ignita diaboli. Tertia nihilominus doloris etiā uidetur dum recogitat quis annos suos in amaritudine animæ suæ: nec tam laborat declinando futura quàm præterita plangendo deplorat. Miraris q̄ hos dixerim dies. Sed sepulturæ debent dies nebulæ & caliginis: dies luctus & amaritudinis. Sequitur dies pudoris non dissimilis tribus: quando iam horribili confusione operitur anima miseranda: dum nimis considerat quæ & quanta deliquerit: & in oculis cordis tetras uersat imagines peccatorum. Animus huiusmodi nihil dissimulat: sed dijudicat: sed aggrauat: sed exaggerat uniuersa: non sibi parcit durus iudex in semetipsum. Vtilis qdē exacerbatio: & digna miseratione crudelitas: facile sibi diuinā concilians gratiā dū pro eo mēs æmulat etiā cōtra seipam. Verūtamē lazare ueni foras ne in tāto fetore diutius immoreris. Caro putrida putredini proxima est: & qui confunditur uehementius & tabescit: prope est ut desperet. Propterea lazare ueni foras. Abyssus abyssum iuocat: abyssus luminis & misericordiæ: abyssum miseriæ & tenebrarum. Maior illius bonitas quam iniquitas tua: & ubi peccatum abundat superabundare gratiam facit lazare inquit ueni foras. Ac si manifestius dicat: quouscq; conscientiæ tuæ caligo te detinet: quādiu in cubiculo tuo graui corde compungeris. Veni foras: procede: respira in lucem miserationum mearū. Hoc enim est
Isa. 48. quod in propheta legisti. Infrænabo os tuum laude mea ne pereas. Euidentius quoq; propheta alius de seipso. Ad
Psal. 41. meipsum, inquit, anima mea turbata est: propterea ero memor tui. Iam uerò quid sibi uult quod ait: tollite lapidem: & post pauca soluite eum: Numquid post uisitationē gratiæ consolantis: cessabit agere pœnitentiam quoniam appropinquauit regnum cælorum: aut abijciet disciplinam: ne fortè irascatur dominus & pereat de uia iusta. Absit hoc. Tollatur lapis sed pœnitentia maneat: non iam premens & onerans sed uiuidam & robustam mentem roborans atq; confirmans: nimirum cuius cibus quem antea nesciebat domini facere uoluntatem. Sic & disciplina non iam constringit liberum: sm illud. Iustis non est lex posita: sed uoluntarium regit & dirigit in uiam pacis. Super
1. Thim. 1. hac lazari suscitatione manifestius psallit prophera. Non derelinquas animam meam in inferno quia ut dixisse memi
Psalm. 15 nimi: secundo huius festiuitatis die infern⁹ quidam & carcer animæ, rea conscientia est. Nec dabis sanctum tuum: non suum ipsius: sed tuum utiq; quem ipse sanctificas: uidere corruptionem. Corruptioni siquidem proxim⁹ erat quatriduanus qui cœperat iam fetere. Prope erat ut penitus dissolueretur & ueniens in profundum malorum contemneret impius: sed preuentus uoce uirtutis: & ab ea uiuificatus gratias agit dicēs: Notas mihi fecisti mias uitæ: *Vbi supra* adimplebis mæ lætitia cum uultu tuo. Ad ipsius siquidem contemplationem euocasti & eduxisti ab inferno animam meam: dum anxiaretur super me spiritus meus: intuens: conscientiæ propriæ faciem nimis abominandam. Clamauit, inquit, uoce magna. Lazare ueni foras. Magna utiq; *Textus.* uoce non tam sono clamosa: quàm pietate & uirtute magnifica. Sed quo deuenimus: Nunquid non supra cælos uirginem prosequebamur eumtem: Et ecce cum lazaro de scendimus in abyssum. A splendore uirtutis ad fetorem quatriduani procliuis decurrit oratio. Cur hoc nisi quia pondere proprio ferebamur: & trahebat nos materia: tanto uberior utiq; quanto familiarior. Fateor imperitiam meam: pusillanimitatem propriam nō abscondo. Non est equidem quod me magis delectet: sed nec est quod terreat magis quàm de gloria uirginis Mariæ habere sermonem. B Vt enim fileam interim ineffabile priuilegium meritorum: & prerogatiuam penitus singularem: tanto eam deuotionis affectu amplectuntur: honorant: suscipiunt: ut dignū est uniuersi: ut licet de ea loqui gestiāt, oēs tamen qcquid dicit de indicibili eoipso quod dici potuerit: minus gratum sit minus placeat: minus acceptetur. Quidni minus sapiat quicquid de incomprehensibili gloria comprehendere potuerit mens humana. Ecce enim si in ea laudauero uirginitatem mihi multæ uirgines post eam uidētur offerri. Si humilitatem prædicauero inuenietur fortè uel pauci qui docēte filio eius mites facti sunt & humiles corde. Si magnificare uoluero misericordiæ eius multitudinem: sunt aliqui misericordiæ uiri etiam & mulieres. Vnū est in quo nec primam similem uisa est nec habere sequentem: gaudium matris habens cum uirginitatis honore. Optimam partem elegit sibi maria. Optimam planè quia bona fœcunditas coniugalis: melior autem castitas uirginalis: prorsus autem optima est fœcunditas uirginea seu fœcunda uirginitas, Mariæ priuilegium est: non dabitur alteri: quia non auferetur ab ea. Singulare est: sed continuo etiam indicibile inuenitur: ut nemo assequi possit: sic nec eloqui quidem. Quid si & illud adijcias: cuius mater? Quæ iam poterit lingua etiam si angelica sit: dignis extollere laudibus uirginem matrem: matrē aūt non cuiuscunq; sed dei? Duplex nouitas: duplex prærogatiua: duplex miraculū: sed digne prorsus aptissimeq; conueniens. Neq; enim filius alius uirginem: nec deum decuit partus alter. Verūtn̄ non hoc tantum si diligenter attendas: sed cæteras quoq; uirtutes singulares prorsus inuenies in maria: quæ uidebant esse communes. Quæ enim uel angelica puritas v̄ginitati illi audeat cōpari: quæ digna fuit spūs sancti sacrariū fieri: & habitaculū filij dei? Si rerum pretia de raritate pēsamus: q̄ prima in terris angelicā proposuit *Luce. 1.* ducere uitā sup oēs est. Quō, inquit, fiet istud: qm̄ uirum nō cognosco? Immobile, ppositū uirginitatis: qđ nec angelo filiū, pmittente aliquatenus titubauit. Quō, inquit, fiet istud? Neq; em̄ eo mō quo fieri solet in cæteris. Virum penitus non cognosco nec filij desiderio: nec spe prolis. Quāta uero & quàm preciosa hūilitatis v̄tus cū tāta puritate: cū innocētia tāta: cum conscientia prorsus absq; delicto? imo cum tantæ gratiæ plenitudine? Vnde tibi humilitas & tanta humilitas ō beata? Digna planè quam respiceret dñs: cuius decorē concupisceret rex: cuius odore suauissimo ab æterno illo paterni sinus attraheret accubitu. Vide enim quàm manifeste sibi cōcinant uirginis nostræ canticum & nuptiale carmen: nimirū cuius uterus sponsi thalamus fuit. Audi mariam in euangelio. Respexit, inquit, humilitatē ancillæ suæ. Audi eandē in epithalamio. *Vbi supra Cant. 1.* Cum esset rex, inquit, in accubitu suo: nardus mea dedit odorem suū. Nardus quippe herba humilis est & pectus

purgat:

purgat:ut manifestū sit humilitatem nardi noīe designari cuius odor & decor inuenerit gratiā apud deū. Sileat misericordiā tua uirgo beata:si qs est q̄ inuocatā eā in necessitatibus suis sibi memínerit defuisse.Nos qdē seruuli tui cæteris in uirtutib⁹ cōgaudemus:tibi sed in hac poti⁹no bis ipsis.Laudamus uirginitatē:humilitatē miramur: sed mia miseris sapit dulcius:mīam amplectímur cari⁹:recordamur sæpius,crebrius inuocamus.Hæc est eīn que toti⁹ mūdi reparationē obtinuit:salutem oīm impetrauit.Constat eīn pro uniuerso genere humano fuisse solicitā:cui di
Luce.1, ctū est.Ne timeas maria inueniſti gratiā:utiq; quā quærebas quis ergo mīæ tuæ ò bn̄dicta longitudínem & latitudinē sublimitatē & profundū queat inuestigare? Nā longitudo eius usq; in diē nouissimū:inuocātibus eā subuenit uniuersis.Latitudo ei⁹ replet orbē terrarū:ut tua quoq; mīa plena sit omnis terra.Sic & sublimitas eius ciuitatis supnæ inuenit restaurationē:& pfundū eius sedētibus in tenebris & i umbra mortis obtinuit redēptionē.Per te eīn cælū repletū:infernus euacuatus est:instauratæ ruinæ cælestis hierusalē:expectātibus miseris uita perdita data. Sic potentissima & pīssima charitas & affectu cōpatiendi & subueniendi abundat effectu:æque locuplex in utroq;. Ad hūc igit fontē sitibunda properet aīa nostra. Ad' hūc mīæ cumulū tota solicitudine miseria nostra recurrat:ecce iam quibus potuimus uotis ascendentē te ad filium de duximus & prosecuti sumus saltē à longè uirgo bn̄dicta. Sit pietatis tuæ ipam quā apud deū gratiā inueniſti notā facere mūdo:reis ueniam:medelā ægris:pusillis corde robur:afflictis cōsolationē:periclitantibus adiutoriū & liberationē,sctis tuis p̄cib⁹ obtinēdo.In hac quoq; die solemnitatis & lætitiæ:dulcissimū mariæ nomē cū laude inuocantibus seruulis:per te regina clemēs:gratiæ suæ munera largiatur Iesus christus filius tuus dominus noster qui est super omnia deus benedictus in secula.Amen.

In eadem solennitate Sermo quintus. G

Luce.10. NTrauit Iesus ī quoddā castellū. Quod dīns ac saluator noster:semel & in uno loco uisibiliter tūc tēporis dignatus est operari:hoc etiā nunc ubiq; terrarū in cordib⁹ electorū operat quotidie inuisibiliter:Ecce enim euangelio loquente audiuimus:& in quoddā castellū itrauit Iesus:& mulier quædā Martha noīe excepit illū:& reliqua.Quod aūt hoc castellū nisi cor hūanū:q̄ prius quā dīns ad illud ueniat cupiditatis fossa uallat:muroq; obstinatiois claudit:atq; in interiori latitudine sua babylonica turre erigit? Tria certè omni oppido sunt maxime necessaria:uictualia quibus sustentent:munitio qua ptegant:arma quib⁹ hostib⁹ resistant.Sic ergo & huius castelli incole uictū habent uoluptatē corporis:& seculi uanitatē qbus pascūtur.Habēt & qua tegunt proprīj cordis duritiam:ut uerbi dei sagittis potentibus uix aut nunquā penetrari ualeāt.Accincti sūt armis,carnalis.s.sapientiæ argumētis,qbus contra hostes
Luce.16. repugnāt.Vnde scriptum est.Fili hui⁹ seculi prudētiores filijs lucis in gnatione sua sunt.At uerò christo uisitante: & intrāre castellū hoc euertit:& p eo nouū aliud pulchrū
2.Cori.5. ac spūale cōstruitur:impleturq; q̄d dicit.Si qua in christo noua creatura uetera transierunt:& ecce facta sunt omnia noua sublata quippe cupiditate expanditur ingens sinus desiderij:ut ad eius aduentum multomagis anhelet mens ad cælestia:quàm prius terrenis incubuerat.Iam ponitur murus continentiæ antemurale patientiæ. Surgit autem hoc opus à fundamēto fidei & crescit p dilectionē pximi usq; ad charitatē dei q̄ est in superiori tabulatu & in ppugnaculis eiusdē muri qa nimirū tūc pfecta est uirt⁹ cōtinētiæ qñ in unitate fidei cū pximis cōiter uiuentes nō supplicij metu:uel humanæ laudis appetitu : sed solo diuini amoris obtētu à pctis nos cōtineam⁹.Vel certè ideò charitas dei:qua.s.nos diligit sup murū esse uidet ut p continēti suo pugnare significet:& qa cōtinentia crebris ualidisq; tētatoris ictibus resistere nō possit nisi ei⁹ gra ptegatur.Idcirco eīn antemurale patiētiæ ponitur:ne ad impugnandā continentiā facilis diabolo pateat accessus. Qui ergo protegente patientia continenter uiuunt : ipsi bene cū apl'o protestantur & dicunt.Quis nos separabit à cha- *Roma.8.*
ritate christi: Tribulatio an anguſtia:an persecutio:an fames:an nuditas:an periculum:an gladius? Vides quàm solidus sit continentium murus:quos neq; mors,neq; uita,neq; angeli,neq; principatus,neq; ptātes,neq; uirtutes,neq; istātia,neq; futura,neq; fortitudo,neq; altitudo, neq; profundum,neq; creatura aliqua potest separare à charitate dei quæ est in christo Iesu:Sed iam pulsemus ad eius portas:scilicet iustitiæ:ut aperiantur nobis ingressiq; per eas uideamus intus magna opera domini exquisita in omnes uoluntates eius.Ibi enim operante ipso construitur tanquam in monte sion euangelica illa turris :per quā humiliato corde ascendunt in cælum sancti de conualle plorationis.Ascendunt inquam non uirtute sua:sed auxilio & gratia dei:sicut ait spiritussanctus per prophetam Dauid.Beatus uir cuius est auxilium abs te: ascensiones *Psal.83.*
in corde suo dispoſuit.Quæris ubi? In conualle plorationis:hoc est in humilitate uitæ præsentis.Et eādē ipam gratiam replicat dicens:Benedictionem dabit legislator. C Quo autem pertingat ascensus:uel ad quem fructum perducat ascendentes ipsa gratia: protinus subiun- *Vbi supra*
git.Ibunt,inquit,de uirtute in uirtutem:uidebitur deus deorum in sion.Hæc est merces & hic est finis fructus nostri laboris uisio scilicet dei Quis non hunc tantum fructum rebus omnibus uisibilibus & inuisibilibus incomparabiliter præferat? Quis est cuius uel gelidum pectus hoc desiderium non accēdat? Hæc est enim illa gratia quā nobis commendat beatus Iohannes euangelista dicens. Et *Ioan.1.*
de plenitudine eius nos omnes accepimus : gratiam pro gratia.Ex quib⁹ scilicet uerbis innuitur:q̄ triplicem gratiam diuinitus accepimus:unam qua cōuertimur : aliam qua in tentationibus adiuuamur:tertiam qua probati remuneramur.Prima nos initiat,per quam uocamur:secunda prouehit qua iustificamur:tertia consummat qua glorificamur.Et prima quidem beneplacitū est:secunda meritū:tertia p̄miū.De prīa dictū est:& de plenitudine eius omnes accepimus:de duabus reliquis dictum est : & gratiam pro gratia:id est munera gloriæ æternæ pro merito temporalis militiæ.Sit ergo prima gratia in muro continentiæ ad quā uocamur:sit secunda in ascensu turris quā ascendimus:sit tertia in eius culmine quo peruenimus. Hic itaq; id est in hoc culmine cum ad aliud perueniunt qui bene proficiunt fiunt iam locus & sedes dño:de qualibus scriptum est.Illuc enim ascēderunt tribus tribus dñi
ad confitendum noī dñi.Quia illic sederunt sedes in iudi- *Psal.121.*
cio.Et quidem dū adhuc erāt in muro cōtinētiæ & in acie stabant impugnari poterant:& p imo tanquàm adiutor notus erat in iudæa deus:cum uerò iam in ista statione cō sistunt ubi dominum speculatur:in Israel magnum nomē eius : & factus est in pace locus eius : & habitatio eius in sion.Ibi confregit potentias arcuū scutū & gladiū & bellum:quia ibi null⁹ motus carnis resistit sed oīmodis subiecta est spiritui. Nunc locum ardenter desiderabat pro- *Psalm.131*
pheta cum diceret.Si dedero somnum oculis meis & palpebris meis dormitatiōem.Et requiem temporibus meis donec inueniam locum dño.,Huc etiam uolare cupiens. Quis,inquit,dabit mihi pēnas sicut columbæ:& uolabo *Psal.54.*
& requiescam? Iam uerò si quæratur de castelli huius habitatoribus quis cibus ad sustentandum : quod munimē ad protegendum:q̄ ue arma supperant ad repugnādum? Possumus satis rōnabiliter respōdere q̄ quemadmodum carnalibus carnis opa fuerūt uictus:ita his multo melior cibus sit fructus spiritus.Cibus etiā eorum ut faciant uoluntatem patris omniporētis.Cibus eorū uerbū dei quo
pascūtur oēs sctī:tam hoies quàm angeli.Vñ scriptum est. *Deute.8.*
Nō in solo pane uiuit hō:sed in oī uerbo q̄d procedit de ore dei.Munimentū eorū est sicut dictum est murus continentiæ:& antemurale patientiæ.Habēt contra hostes arma quæ describit apl's.Loricam iustitiæ:scutum fidei : ga- *Ephe.6.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

leam salutis: & gladiū spūs q̄ est uerbū dei: nec quēquā moueat q̄ idē uerbū dixerim esse & cibū & gladiū: quasi impossibile uel absurdum sit. In rebus q̄ppe materialibus aliud hoc: aliud est illud: & alibi q̄ritur hoc: alibi illud. In rebus uero spūalib⁹ nō aliud hoc est quam illud: nec alibi q̄ritur hoc: alibi illud: sed oīa sunt nobis in deo: & est de⁹ oīa in nobis, B Ecce cū in matura rerū: qd tā diuersum quàm panis & lapis: & tm̄ si ad intellectū mysticū referas utrūq̄ idē significat. Nō idē xp̄s est dict⁹ & panis & lapis: panis. s. uiuus: & lapis quē reprobauerūt ædificātes. Vtrū q̄ quidē est p significationē: licet neutrū sit p̄ pprietatem.

Textus. Sed iam reuertamur ad ppositū. Intrāte Iesu in hūc castellū duæ sorores martha & maria: id est operatio & intellect⁹: excipiūt illū. Excipiūt dixerim: an excipiūt? Sed siue hoc siue illud dicat: utrūq̄ pdest illis, nō Iesu. Et Iesus qdē cū ad illas uenit: duo cōfert eis cōgruentia singulis: uirtutē

1. Corin. 1. & sapiam. Virtutem operationi: sapiam intellectui. Vnde etiam ab ap̄lo prædicatur dei uirt⁹ & dei sapia. Sed quid est q̄ intrantem eum martha excipit: discurrit: ministrat: maria uero secus pedes sedens ingressi: in eius uerbū cor suspendit: nisi q̄ prius est actio: postea uerò cōtemplatio? Quisquis enī ad intelligentiā puenire desiderat: profecto necesse est ut prius per opa bona sese diligenter exerceat

Eccle. 1. Psal. 118. Actu. 15. sicut scriptum est. Fili concupiscens sapientiam, conserua iustitiam: & deus præbebit illam tibi. Et alibi. A mandatis tuis intellexi. Et fide purgans corda eorum. Qua fide? Fide per dilectionem operante. Habet martha dum agit formam bene operantis: maria uerò speciē exprimit contemplationis: dū sedet: dū tacet: dum interpellata non respondet: sed tm̄ in dei uerbum toto mentis studio intēdit ac solam quā diligit gratiā diuinæ cognitiōis cætera respuens medullitus haurit: foris q̄ue uelut insensibilis redditur: dum intus ad contemplanda dñi sui gaudia felicissime rapitur.

Gene. 3. Sine dubio talis est illa: quæ in canticis loquitur. Ego dormio & cor meū uigilat. Duob⁹ aūt modis martha excipit dñm: & duplex ei conuiuium parat: quia duobus modis exclusera cum. Duo quippe sunt in opatiōe q̄ nobis deū auferunt flagitia. s. & facinora. Flagitia dicimus. s. q̄ in nobis: facinora q̄ in pximos peccando cōmittimus. Itē sunt

Roma. 6. duo q̄ deū reddūt: cōtinētia & beneuolētia: ut. s. ex contrariis cōtraria curent. Hinc enī scriptū est. Sicut exhibuistis mēbra uestra seruire immūditiæ & iniquitati ad iniquitatē ita & nūc exhibete iustitiæ in sanctificationē. Dū ergo parandis talibus epulis occupatur martha multum satagēs pro parte sua: uult etiam mariam: id est intellectum & oīa interiora suæ actioni insistere operiq̄ suo perficiendo operam dare. Itaq̄ conqueritur de sorore q̄ ab ea adiuuetur: non tamē ad ipsam sed potius ad dñm querelam dirigēs.

Textus. Dñe nō est tibi curæ q̄ soror mea reliquit me solam ministrare: dic ergo illi ut me adiuuet. Vbi sanè aduertenda est delatio quædā & honoris obsequium erga dñm q̄. s. ipso p̄sente nō sit ausa martha uocare mariam: q̄nimo & apud ip̄m querelā deposuerit: ip̄mq̄ dñm uocauerit in cui⁹ potestate sit imperare sorori q̄cq̄d necesse fuerit. Nō ergo miremur si quēpiā laborantē & bene operantē aduersum fratrē uocātē murmurare uideamus: qa hoc in euāgelio legimus martham fecisse aduersus mariā. Q̄ autem maria q̄nq̄ murmurauerit aduersus martham: eò q̄ eius actionibus implicari uellet: nusquā oīno reperitur. Neq̄ enim utrumq̄ simul agere competenter sufficeret, & curis. s. exterioribus deseruire: & internis sapientiæ desideriis uacare. De ipsa

Eccle. 16. quippe sapientia scriptum est. Et qui minoratur actu percipiet illam. Propterea maria sedet: immotaq̄ manet nec uult interrumpere silentij quietem: nec iocundam amittat

psal. 45. cōtemplationis dulcedinē. præsertim cum intus ipsum audiat dominū dicentem. B Vacate & uidete q̄m ego sum deus. Hic sanè cōsiderandū est tria esse quæ impediunt cōtemplationē. Equidē aiæ nostræ oculus intelligentia est. Sicut enim oculo corporis lux corporea & cætera quæq̄ corporalia uidentur ita deus qui est lumen incircunscripti & eius inuisibilia utcūq̄ intellectu percipiuntur. Differunt autem in hoc exterior & interior oculus: q̄ exteriori quidē corporea lux extrinsecus ut uideat admouetur: interiori uero creatoris lumen intrinsecus ut discernat infunditur. C Vtrumq̄ uerò oculum tria sunt quæ ad uidēdū impediunt. Primū ergo de exteriori atq̄ uisibili dicerat ratio nra: ut de rebus uisibilibus ordine disputandi facilius assurgat ad intelligibilia. Potest sanè fieri ut ille sanus sit & pateat: sed q̄m lux exterior ei desit nil uideat. Ecōtrario sit aliq̄n ut præsens quidem ei lux sit: sed fortè sanguine seu quolibet humore cōcreto turbatus: cernere minime possit. Iterum solet plerūq̄ contingere ut neutrum desit ei nec lux nec salus: sed tm̄ aliqua puluerис iniectione lædat: quo fit ut ei⁹ acies retundat. Sunt ergo tria q̄ hunc oculū impediunt: tenebræ: humor concretus puluis iniectus. Hæc ipsa sunt etiā qbus interior ocul⁹ impeditur sed alia noia sortiunt. Nā qd hic tenebræ: ibi pcta dicuntur. Ipsa uerò pcta confluunt in memoriā quasi in quandā sentinā: & hic est ille humor concretus. Qd autem hic puluis dicitur: hoc ibi cura terrenorū actuum nuncupatur. Hæc igit tria sunt quæ oculū intelligentiæ confundunt: atq̄ à contemplatione ueri luminis excludunt tenebræ. s. peccatorum: recordatio eorundem peccatorum: cura terrenorq̄ actuū. Primo illo morbo turbatum se plangebat prophe- Psal. 37.
ta cum diceret. Dereliquit me uirtus mea: & lumen oculorum meorū, & ipsum non est mecū. Cum enim luce iustitiæ destituimur: nil aliud quàm peccatorū nostrorū tenebras inuenimus. Item secundo se grauari sentiebat cum Psal. 31.
dicebat. Conuersus sum in erumna mea dum configitur spina: peccatorum scilicet recordatio: Tertio occupari se Psal. 101.
conqueritur cum dicit. Quia cinerē tanquā panē manducabā. Cinerem. s. actionis pro pane contemplationis. Quicunq̄ ergo mentis oculum diuinæ contemplationi uult intēdere profecto necesse est ut eum prius ab hoc triplici impedimento studeat purgare. Quod si quis facere contēdat mouerit contra triplicem morbum triplex quoq̄ fore remedium. Nam primus quidem per confessionem: secundus per orationem: tertius curatur per quietem. Hoc tertio id est cura actionis poterat ab intentione sua præpedіri Maria. Ideoq̄ ministrante Martha sedet ipsa: manetq̄ quieta. Illa igitur conquerente & ista tacente, audiamus Textus.
quid dominus pro maria responderit. Martha, inquit, solicita es & turbaris erga plurima. Erga plurima quidem turbaris: dum & tibi continentiam & proximis paras necessitatis impensam. Nam ut continentiam habeas: solicita es uigilare: ieiunare: corpus tuum castigare. Vt cæteris præstes: inites operi: ut habeas unde tribuas necessitatem patienti. Porro erga hæc plurima turbaris: sed unū est necessarium. Nisi enim opus tuum in unitate feceris: deo qui unus est acceptum (teste ipso) profecto non erit. Psalm. 13.
Scriptum quippe est. Non est qui faciat bonum: non est usq̄ ad unum. Hinc est q̄ in illa piscina mouebatur aqua Ioban. 5.
& sanabatur unus. Hinc est q̄ decem leprosis mundatis: Luce. 17.
unus regressus est cum magna uoce magnificans deum. Cui etiam dominus cæteris reprobatis: testimonium laudis ascribit dicens. Nónne decem mundati sunt & nouem ubi sunt? Non est inuentus qui rediret & daret gloriā deo 1. Cor. 9.
nisi hic alienigena. Paulus quoq̄ ait. Omnes quidem currunt: sed unus accipit brauium. His itaq̄ & alijs quamplurimis scripturarū eloquijs perspicue docemur: quàm unitas probabilis sit: maxime autem ex præsenti loco ubi dominus ait. Porrò unum est necessarium. Sed sciendum q̄ alia est unitas sanctorum quam ex scripturis iam commendauimus. Alia est facinorosorum quæ nihilominus ex eisdem scripturis ostenditur & improbatur. De hac enī Psal. 2.
scriptum est. Astiterunt reges terræ: & principes conuenerunt in unum aduersus dñm & aduersus christū eius. De hoc iterum euangelista. Abeuntes pharisæi cōsilium inie- Mat. 22.
runt: ut caperent Iesum in sermone. Et iterū. Collegerunt pontifices & pharisæi concilium. Vt quid hoc? Sicut Ioannes testatur: ut interficerent Iesum. B Quàm uerò per Ioan. 11.
tinax sit ista reproborum unitas: docet ipse dominus qui

de corpore

Iob.41. de corpore diaboli ad beatum Iob loquitur dicens. Corpus illius quasi scuta fusilia & compacta squamis se premẽtibus. Vna uni coniungitur: & ne spiraculum quidem incedit per eas. Vna alteri adhærebit: & tenẽtes se nequa quã separabũtur. Talis unitas imo uerò peruersitas solet esse aliquorum fratrum tepide ac remisse conuersantium quibus si quid honestatis aut insigne cuiusquã bonæ consuetudinis persuadere uelis, promptiores sunt maiori dispendio ac difficultate grauiori resistere: quàm facili compendio assequi uelle: qđ rectum esse constiterit. Peruersa & execrãda talis unitas. Hac ergo à cordib⁹ & sermonib⁹ nostris exclusa: illã quæ bona est & tm̃ bonorũ est ꝓsequamur. Et ipsa quidem gemina est. Alia est enim quæ iustificat: alia quæ glorificat. Illa meritum: ista præmium est. de-
Actu.4. nícꝫ de illa scriptum est. Multitudinis credẽtium erat cor
1.Cor.6. unum & anima una. De hac autem. Qui adhæret domino unus spũs est. Et qm̃ in futuro magis speranda est (res est enim futuri tpis magis quàm præsentis) eã interim omittamus & à deo speremus potius quàm tractem⁹. Illã uerò quæ iustificat quæ etiã nunc potissimum necessaria: est in usum nostri operis assumamus. Ipsa est enim decus suauí-
Psal.132. tatis: quam dulcedine sacra insonat psalmista. Ecce quàm bonũ & quàm iocundũ: habitare fratres in unum. Cuius unitatis cũ descripsisset sermo ꝓphetícus pulchritudinẽ eius: etiã nõ tacuit utilitatẽ: qm̃ illud inquiens mandauit dñs bñdictionem & uitam. Hic. s. benedictionem: & in fu-
Ephe.4. turo sæculo uitã æternã. Ipsa est inquã unitas quã summa diligentia obseruandam tradidit apls dicens. Sollícití seruare unitatem spũs in uinculo pacis. Seruaf autẽ hoc unitatis bonum duobus modis ab his qui curam gerunt seruandi. Debet quíscꝫ perfectus unitatem habere ad seipm: debet & ad proximum: Ad seipsum per integritatem: ad proximum per cõformitatem. Omnis quippe creatura: &
Deute.6. maxime rationalis debet suum principium imitari. Si ergo deus noster unus est dicente Moyse, Audi israel dñs deus tuus unus est: sed & ille cum sit unus & idem atꝫ in seipso perfectus nec ullo indigens: inest ei tm̃ benignitas erga nos: & amor ex beniuolentia in nos ueniens: debemus & nos quíscꝫ sibi unus esse per integritatem uirtutis & unum cum proximis per uinculũ dilectionis. Hanc imitationẽ loquens de charitate commendat nobis apls Io-
1.Ioan.6. annes dicens. Quia sicut ille est: & nos sumus in hoc mundo. A Sed hanc unitatem quam quẽꝫ sibíipsi diximus habere debere: tria sunt quæ solẽt impedire: nimietas: pusillanimitas: leuitas. Et nímiꝭ quidem sunt qui putant se posse quod non possunt: & quod non acceperunt præsumunt. Quorũ speciem tenebat petrus in passione dñi: cũ
Luce.22. diceret. Dñe tecũ paratus sum & in carcerem & in mortẽ ire. Pusillanimes contrarꝭ sunt nímis. Et horum quoꝫ te
Luce.5. nuit imaginẽ petrus cũ diceret. Exí à me: quia homo peccator sum dñe. Leues sunt & inconstantes: qui circumferũ tur oi uẽto doctrinæ: quib⁹ quod pauloante placuit nũc displicet: & quod nunc eligunt post paululũ reprobant. Sed quid prodest hæc uitia enumerasse: nisi etiam doceamus quib⁹ remedijs possit quíscꝫ in semetipso curare? Per sequamur unitatis inimícos: nec cõuertamur donec deficiant igitur contra nimietatem opponenda est considera tio propriæ fragilitatis. Ipsa enim est quæ odiosam præsumptionem potissimum deiecit. Contra pusillanimitatem habenda est diuinæ fiducia potestatis: ut quod tuis uiribus non posse putas: ex illius adiutorio possis & cũ apl⁹ dicas. Omnia possum in eo qui me confortat domino Ie-
Phili.4. su christo. Contra leuitatem adhibenda est consolatio scripturarum. s. ne doctrinis uarijs & peregrinis abducatis: sed facias qđ lex diuina præcipit. Interroga patrem tuum & annunciabit tibi: maiores tuos & dicent tibi. Diximus de illa unitate quam habet quíscꝫ ad seipsum: dicamus & de illa quam habet ad proximum. Sed illa duobus modis habetur: dum & nos per dilectionem tendimus in alterũ: & alterius quoꝫ uicissim in nobis recipimus affectũ. Et hoc etiam duobus modis impeditur: obstinatione & suspitione. Obstinatio non permittit nos ad alterius cor ingredi: nec suspitio patit credere nos ab alijs amari. Ita fit ut dum nec nos aliũ obstinati diligimus: nec ab alijs diligi suspitiosi putamus: unitas cũ proximis habenda est impediatur. Verũ huic duplici morbo duplex charitas medetur. illa. s. quæ non sua quærit: & iterũ illa quæ oia credit. Habeat obstinatus charitatem non quærentem quæ sua sunt & alios diligat. Habeat suspitiosus charitatẽ omnia credentem: & ab alijs se diligi sine dubio credat.

De beatissima uirgine maria consequẽter post assumptionem: & potest legi cum sequentibus in uisitatione eiusdem. Sermo. Luce.1.

NVe gratia plena. Non in sola uirginitate cõstare poterat gratiæ plenitudo: neꝫ enim omnib⁹ est de ea accipere. Felices qui non inquinauerunt uestimenta sua: & cum regina nostra uirginitatis priuilegio gloriantur. Sed num unam tantum benedictionem habes ô domina: Et mihi obsecro ut benedícas. Perijt uirtus illa à me: non est iam uel aspirare ad illam. Computruí in stercore meo: ut iumentum factus sum. Sed nunquíd non erit mihi etiam aliquid apud te? Non erit ubi possim esse tecum: quia iam sequi non ualeo quocũꝫ ieris. Quærit angelus puellam quam præparauit domin⁹ filio domini mei. Bíbit ipse de idria tua, cognata sibi uirtute delectatus. Sed nunquíd non etiam iumentis potum tribues? Bibit angelus ꝙ uirum nõ cognoscis: bibant iumẽta ꝙ de humilitate singulariter gloriaris. Respexit (inquit Luce.1.
dominus) humilitatem ancillæ suæ. Nã uirginitas sine humilitate fortasse habet gloriam: sed non apud deum: humília semper excelsus respicit: qui alta à longè cognoscit: & humilibus dat gratiam qui superbis resistit. Sed fortè ne quidem in his duabus metretis plena est idria tua: capax est ipsa quoꝫ tertiæ metretæ: ut iam non solum homines & iumenta: sed ipse quoꝫ ex ea bibat architriclínus. Hoc enim uinum bonum quod seruauim⁹ usꝫ adhuc. Haurit minister angelus ut ferat architriclíno: patrẽ dico qui trinitatis principiũ architriclinus merito nominatur at siquidem angelus fœcunditatem eius commendans que tertia est metreta: quod ex te nascetur sanctum uocabitur filius dei. Ac si dicat. Cum eo solo tibi est gñatio ista cõmunis.

De eadem Sermo consequens præcedentem.

AVe maria gratia plena. Bene plena quia deo & angelis & hominibus grata. Homínib⁹ per fœcunditatem: angelis per uirginitatem: deo per humilitatem. In hoc tertio à dño se respectam testatur: quia humília respicit: & alta à longè cognoscit. Sícut enim oculi sathanæ omne sublime uidẽt: ita oculi dñi omnem humilẽ intuent. A Vnde ait in cantico cãticorũ Renertere reuertere sunamítis: reuertere reuertere ut in- Cañ.9.
tueamur te. Quater dicit reuertere propter quadruplicẽ superbiam: per quam à domino auersa non uidebatur. Est enim superbia cordis: superbia oris: superbia operis: superbia habitus. Superbia cordis est: quando homo in oculis suis magnus est: contra quam sapiens orat dícens. Extol- Eccl.23.
lentiam oculorum meorum ne dederis mihi. Et alibi. Ve Esa.5.
qui sapientes estis in oculs uestris. Superbia oris uel linguæ quæ & iactantia dícitur est: qm̃ homo non solum magna de se sentit: sed etiam loquitur. Vñ psalmista: Dísper- ps.11.
dat dñs uniuersa labia dolosa: & linguam magníloquam. Superbia operis est: qm̃ homo exteriori quadã supbia ut magnus appareat agit: de qua idem psalmista ait. Non ha- Psal.100.
bitabit in medio domus meæ: qui facit superbiam. Superbia habitus est: qm̃ homo ut gloriosus uideatur preciosis se ornat uestibus. Vnde petrus apostol⁹. Non in ueste pre- 1.Pet.3.
ciosa. Et dñs. Qui mollibus uestiuntur in domibus regũ Matt.11.
sunt: ubi superbia abundat. Sunt autem quinꝫ quæ ad remedium tam mortiferæ pestis à domino rationali animæ sunt posita: locus, corpus, tẽtatio diaboli, prædicatio xpi & cõuersatio eius. Locus: quia exilium: corpus: quia onerosum: tentatio: quia inquietat: xpi prædicatio: quia ædificat: & conuersatio eius, quia informat. His quasi quinꝫ sensibus, deus humilitatem operatur in aia. Sicut em̃ aia

Universidad de Deusto
Biblioteca

uita est corporis: ita deus uita est animæ: & sicut corpus mortuū est qđ p quinq; sensus ab aia nō uegetatur: ita aia mortua est: quæ per hæc a domino non humiliatur.

Item de eadem uirgine Maria de uerbis apocalypsis beati Ioannis Sermo. C

Apoc. 12. Signū magnū apparuit ī cælo: mulier amicta sole: & luna sub pedib9 ei9: & in capite eius corona stellarū duodecim. Vehementer qdē nobis dilectissimi uir unus & mulier una nocuere: sed gras deo p unū nihilominus uirum: & mulierē unā ; oia restaurant: nec sine magno fœnore gratiarū. Neq; eñ sicut delictū ita & donū: sed excedit dammi æstimationē bificij magnitudo. Sic nimirū prudētissimus & clementissimus artifex qđ quassatū fuerat nō cōfregit: sed utilius oīno refecit: ut uidelicet nobis nouū formaret adam ex ueteri: & euā transumderet in mariā. Et qdē sufficere poterat xp̄s sine quidem & nunc oīs sufficientia nostra ex eo est: sed nobis bonū non erat esse hoiem solū. Congruū magis ut adesset nostræ reparationi sexus uterq; quorū corruptioni neuter defuisset. Fidelis plane & potēs mediator dei & hoim homo christus Iesus: sed diuinā in eo reuerētur hoies maiestatē. Absorpta uidet in deitatē humanitas: nō q̄ mutata sit substātia: sed affectio deificata. Non sola illi cantatur mia: cantatur pariter & iudiciū: qa & si didicit ex his quæ passus est cōpassionē ut misericors fieret: habet tñ & iudiciaria potestatē. Deniq; deus noster ignis consumens est. Quidni uereat pctōr accedere: ne quēadmodū fluit cera à facie ignis, sic peat ipse à facie dei? Iam itaq; ne ipa mulier bñdicta in mulieribus uidet ociosa: inueniet equidē locus eius in hac recōciliatione. Opus est eñ mediatore ad mediatorē istū, nec alter nobis utilior quàm maria. Crudelis nimirū eua p quā serpens antiquus pestiferū etiā ipsi uiro uirus infudit: sed fidelis maria q salutis andidotū & uiris & mulieribus ppinauit. Illa eñ ministra seductiōis: hæc propitiatiōis: illa suggessit puaricationē: hæc iniecit redēptionē. Quid ad mariam trepidet humana fragilitas? Nihil aut sterū in ea: nihil terribile: tota suauis est: oibus offerēs lac & lanā. Reuolue diligētius euangelicæ historiæ serie uniuersam: & si qd fortè increpatoriū: si qd durū: si qđ denique signū uel tenuis indignationis occurrerit in maria: de cætero suspectam habeas & accedere uerearis. Qđ si ut uerè sunt plena magis oīa pietatis & gratiæ: plena mansuetudinis & miæ: q ad eā ptinēt inueneris: age gratias ei q talem tibi mediatricē benignissima miseratiōe puidit in qua nihil possit esse suspectum. B Denique oibus oīa facta est: sapientibus & insipientibus copiosissima charitate debitrice se fecit: oibus miæ sinū aperit: ut de plenitudine eius accipiāt uniuersi: captiuus redēptionē: æger curationem: tristis cōsolationē: peccator ueniā: iustus gratiā: angelus lætitiā denique tota trinitas gloriā filij psona carnis humanæ substantiā: ut nō sit qui se abscondat à calore eius. C Putas ne ipsa est sole amicta mulier? Esto si quidē ut de presenti ecclesia intelligēdum ppheticæ uisiōis series ipsa demōstret: sed id plane nō incōuenienter mariæ uidet attribuēdū. Nimirū ea est q uelut alterū solē iduit sibi. Quēadmodum eñ ille sup bonos & malos indifferenter orit: sic ipsa quoq; pterita nō discutit merita: sed oibus sese exorabilē oibus clemētissimā p̄bet: oīm denique necessitates amplissimo quodam miserat affectu. Nam & defectus oīs sub ea: & q̄cquid fragilitatis seu corruptiōis est excellētissima quadā sublimitate præ cæteris oīb9 excedit & supergreditur creaturis: ut merito sub pedib9 ei9 luna esse dicat. Aliogn nihil magnū dixisse uidebitur sit luna ista sub pedib9 eius quam sup oēs angelorū choros: sup cherubin quoq; & seraphin exaltatā nefas est dubitare. Solet aūt luna non mō defectū corruptiōis sed & stultitiā mētis, nōnunquā uerò & ecclesiā hui9 tēporis designare. Illā quidē ppter mutabilitatem: hanc sane ppter susceptū aliunde splendorem. Vtraq; uero ut ita dixerim luna sub mariæ pedibus conEcclī 27. grue satis ponit: alio tñ atq; alio mō. Siquidem stultus ut luna mutatur: sapiens autem permanet ut sol. In sole nimirū & feruor & splendor stabilis: in luna solus splēdor atq; is oīno mutabilis & incertus: qui nunquā in eodē statu pmaneat. Iure ergo maria sole phibet amicta: quæ profundissimā diuinæ sapiētiæ ultra quā credi ualeat penetrauit abyssum: ut quantū sine personali unione creaturæ cōditio patit lucī illi inaccessibili uideat immersa. Illo nimirū igne prophetæ labia purgantur: illo igne seraphin accenduntur. Lōgè uerò aliter maria meruit non uelut summatim tangi: sed operiri magis undiq; & circumfundi: & tanquam ipso igne concludi. Candidissimus sanè sed & callidissimus huius mulieris amictus: cuius omnia tam excellenter irradiata noscuntur: ut nihil in ea nō dico tenebrosum: sed obscurum saltem uel minus lucidum: sed ne tepidum quidē aliquid aut non feruentissimum liceat suspicari. Insipiētia uerò oīs, longe sub pedibus eius est: ut penitus abſit hæc ab insipientium mulierum numero: & collegio uirginum fatuarum. Imo uerò & unicus ille stultus & totius stultitiæ princeps: qui uerè mutatus ut luna sapientiam perdidit in decore suo, sub mariæ pedibus conculcatus & contritus miseram patitur seruitutem. Nimirū ipsa est quondam à deo promissa mulier serpentis antiqui caput uirtutis pede cōtritura: cuius planè calcanco: in multis uersutijs insidiatus est, sed sine causa: sola eñ contriuit uniuersam hæreticam prauitatem. Alius non de substantia carnis suæ christum edidisse dogmatizabat: alius parUulum nō peperisse sed reperisse sibillabat: alius (uel post partum) uiro cognitam blasphemabat, alius dei matrem audire non sustinens, magnum illud nomen theotocos impiissime suggillabat: sed contriti sunt insidiatores: conculcati supplantatores: confutati derogatores: & beatam eam dicunt oēs generationes. Deniq; & cōtinuo p herodem draco insidiatus est parienti: ut nascentem excipiens filiū deuoraret: q̄ inimicitiæ essent inter semen mulieris & draconis. Iam si ecclesia lunæ magis intelligenda uidetur uocabulo q̄ uidelicet non ex se splēdeat: sed ab eo q dicit. Sine me nihil potestis facere: habes mediatricem quam ti Ioan. 15
bi pauloante commendauimus euidenter expressam. Mulier, inquit, amicta sole & luna sub pedibus eius. B Amplectemur mariæ uestigia fratres mei & deuotissima supplicatione beatis illius pedibus prouoluamur. Teneamus eam: nec dimittam9 donec benedixerit nobis. Potens est enim nempe, uellus est medium inter rorem & aream: mulier inter solem & lunā: maria inter christum & ecclesiā cōstituta. Sed fortè miraris nō tā uell9 opertū rore: quā amicta sole mulierem. Magna siquidem familiaritas sed mira oīno uicinitas solis & mulieris. Quomō enim in tā uehementi feruore: tam fragilis natura subsistit? Merito quidē ammiraris Moyses sancte & curiosius desideras intuerī. Veruntñ solue calciamenta de pedibus tuis & in uolucra pone carnalium cogitationum si accedere concupiscis. Vado, inquit, & uidebo uisionem hanc magnam. Magna Exo. 3.
planè uisio. rubus ardens sine combustione: magnū signū: mulier illæsa manēs amicta sole. Nō est rubi natura optum undiq; flammis, manere nihilominus incombustum: *non* mulieris potentia ut sustineat solis amictum. Nō est *uirtutis humanæ* sed nec angelicæ quidem. Sublimior *quædā* necessaria est. Spūssctūs, inquit, superueniet ī te. *Et tāquā* Luce. 1.
rñdeat illa qm̄ spūs est deus: & deus noster ignis cōsumēs est: uirtus ait non mea non tua: sed altissimi obumbrabit tibi. Nihil itaq; mirum si sub tali obumbraculo talis etiā à muliere sustineatur amictus. Mulier, inquit, amicta sole: plane amicta lumine tanquam uestimento. Non percipit fortè carnalis: nimirum spirituale est stultitia illi uidetur. Non sic uidebatur apostolo qui dicebat, Induimini domi Roma. 13
nū Iesum christum. Quàm familiaris ei facta es dña: quàm pxima: imo quā ītima fieri meruisti: quātā inueniſti grām apud eū. In te manet & tu ī eo: & uestis eum & uestiris ab eo. Vestis eum substantia carnis: & uestit ille te gloria suæ maiestatis. Vestis solem nube: & sole ipsa uestiris. Nouum enim fecit dominus super terrā ut mulier circūdaret uirū: nec alium quàm xp̄m: de quo dicit. Ecce uir oriens nomen

eius.

Universidad de

eius. Nouum quoq; fecit in cælo: ut mulier sole appareret amicta. Deniq; & coronauit eum: & niciſſim ab eo meruit coronari. Egredimini filiæ ſion & uidete regē ſalomonē in diademate: q̄ coronauit eū mater ſua. Verū hoc alias. Interim ſanè ingredimini magis & uidete reginam in diade
Textus. mate quo coronauit eā filiꝰ ſuꝰ. In capite, inqt, etꝰ corona ſtellaꝝ duodecim. Dignū planè ſtellis coronari caput: qđ & ipſe lōgè clariꝰ micās ornet eas potiꝰ quā ornet ab eis. Quidni coronēt ſidera: quā ſol ueſtit? Sicut dies uerni circundabāt eā flores roſarū & lilia cōuallīū. Nimirum leua ſponſi ſub capite eius: & iā dextera illiꝰ amplexat eā. Quis illas æſtimet gēmas? Quis ſtellas noīet qbus mariæ regiū diadema cōpactū eſt? Supra hoiem eſt coronæ huiꝰ rōnē exponere indicare cōpoſitionē. Nos tn̄ p modulo noſtræ exiguitatis abſtinētes a piculoſo ſcrutinio ſecretorū: non incongrue forſitan duodecim ſtellas iſtaa: duodecim p̄rogatiuas gr̄arū intelligere uideamur: qbus Maria ſingulariter adornat. Siqdē inuenire eſt in maria p̄rogatiuas cæli: p̄rogatiuas carnis: p̄rogatiuas cordis: & ſi fuerit ternarius iſte, p quaternariū multiplicatꝰ: habemꝰ fortè ſtellas duodecim: qbus reginæ nr̄æ diadema p̄fulgeat uniuerſis. Mihi ſanè ſingularis rutilat fulgor: prio qdē i mariæ gn̄atione: ſcdo in angelica uiſitatiōe: tertio in ſpūs ſupuenīōe quarto i filij dei inenarrabili cōceptiōe. Sic & i his quoq; ſidereū planè irradiat deus: p uirginitatis primiceria: p ſine corruptione fœcūda: p ſine grauamine grauida: p ſine dolore puerpera. Nihilominus etiā ſpāli quodā ſplēdore in maria coruſcant: manſuetudo pudoris: deuotio humilitatis: magnanimitas credulitatis: martyrium cordis. Veſtræ quidem ſedulitatis erit ſingula quæq; diligentius intueri. Nos iterim ſatiſfeciſſe uidebimur: ſi breuiter ea potuerimus demonſtrare. Quod ergo ſidereum micat in generatione Mariæ? Planè p ex regibus orta: p ex femine abrahæ: p generoſa ex ſtirpe Dauid. Si id parum uidetur: adde p gn̄ationi illi ob ſingulare priuilegium ſcītatis diuinitus noſcitur eſſe conceſſa: p longè ante eiſdē patrib? cælitus repromiſſa: p myſticis præfigurata miraculis: p oraculis p̄nūciata pphetīcis: hāc ſacerdotalis uirga dum ſine radice floruit: hāc gedeonis uellus dum in medio ſiccæ areæ mādauit: hanc in ezechielis uiſione orientalis porta q̄ nulli unquā patuit præſignabat. Hanc deniq; præ cæteris Eſaias nūc uirgā de radice ieſſe oriturā promittebat nūc euidētius uirginē parituram. Meritò ſignum hoc magnū in cælo apparuiſſe ſcribit: p tanto ante de cælo noſcitur fuiſſe promiſſum: Dn̄s ait, ipſe dabit uobis ſignum. Ecce uirgo concipiet. Magnum profecto ſignum dedit quia
Eſa. 7. & magnus ipſe qui dedit. Huiꝰ ergo prærogatiuæ fulgor quorū nō uehemēter reuerberat aciē oculorū? Iam in eo quod tā reuerenter atq; officioſiſſime ab archangelo ſalutata eſt: ut iam in regali ſolio ſupra omnes cæleſtium ordines regionum exaltatam cernere uideretur: & paulomin? adoraturus fœminam: qui ſolebat ab hominibus hactenꝰ æquanimiter adorari: excellētiſſimum nobis uirginis noſtræ meritum & ſingularis gratia commendatur. ¶ Nihilominus fulget etiam nouus ille conceptionis modus ut non in iniquitate quemadmodum cæteræ omnes: ſed ſuperueniente ſpiritu ſancto: ſola & de ſola ſanctificatione Maria conciperet. Nam p uerū deum & dei filium genuit ut idemipſe dei atq; hominis filius unus omnino deus & homo prodiret ex Maria abyſſius eſt luminis: nec facile dixerim: quod uel angelicus oculus, ad huius fulgoris uehementiam non caliget. De cætero ſanè & uirginitatem carnis & propoſitum uirginitatis & ipſius quoq; propoſiti nouitas euidenter illuſtrat: p uidelicet in libertate ſpiritus legis moſaicæ decreta tranſcendens: illibatam deo corporis ſimul & ſpiritu ſanctimoniam nouit. Probat eīm propoſiti inuiolabile fundamētum: p tam conſtanter promittenti filium angelo reſpondit. Quomodo fiet iſtud q̄n uirum nō cognoſco? Fortè enim propterea primo turbata eſt in ſermone eius & cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio: p benedictam ſeſe audiſſet in mulieribus: quæ nimirū bn̄dici in uirginibus ſemp optabat. Et extunc qdē cogitabat: qualis eſſet iſta bn̄dictio: p iam uideret eſſe ſuſpecta. Vbi uerò in pmiſſione filij manifeſtū uirginitatis periculū uidebat nō potuit ultra diſſimulare quin diceret. Quo fiet iſtud: q̄n uirū nō cognoſco? Merito pinde & illā meruit bn̄dictionē & hāc nō amiſit ut longè glorioſior fiat & uirginitas ex fœcūditate: & ex uirginitate fœcunditas: ac mutuis ſeſe radijs illuſtrare hæc duo ſidera uideātur. Magnū eſt uirginē eſſe, ſed uirginē matrē eſſe longe amplius per eēm modū. Iure etiā illud moleſtiſſimū tædiū quo reliquæ oēs grauidæ mulieres laborare noſcunt: ſola nō ſentit: q̄ ſine ſola libidinoſa uoluptate concepit. Vn̄ & in ipſo ſuæ cōceptionis initio: q̄n potiſſimū cæteræ mulieres miſerabilius affligunt: maria tota alacritate mōtana conſcendit: ut elizabeth miniſtraret. Sed & aſcēdit bethleē iminēte iam partu portās p̄cioſiſſimum illud depoſitū: portans onus leue: portās à quo portabatur. Sic & in partu quàm lucidū eſt: p noua exultatione nouā edidit, plem: ſola iter mulieres à cōi maledicto & dolore parturietiū aliena? Si rerū precia de raritate pēſamus: nihil his pōt rariꝰ inueniri. Siqdē in oībus iſtis nec primā ſimilē uiſa eſt: nec hr̄e ſequentē. E qbus nos ſi ea fideliter intuemur. ſine dubio admiratione cōcipimus: ſed uenerationē: ſed deuotionē: ſed cōſolationē. Cæterū q̄ reſtāt adhuc & imitationē req̄rūt. Nō eſt nobis ante ortū tam multipharie multisq; modis pmitti diuinitꝰ cælitus p̄nūciari: ſed nec ab archāgelo gabriele tā nouæ ſalutatiōis obſequijs honorari. Minus aut cætera duo cōmunicat nobis: plane ſecretū ſuū ſibi. Sola eīm eſt de qua dicit. Qđ in ea natū eſt de ſpūſancto eſt: ipſa cui dicit. Quod ex te naſcet ſanctū: uocabit filius dei. Offerantur regi uirgines ſed poſt eā: mā primatū ſola uendicat ſibi. Multo magis autē ſola ſine corruptione cōcepit: ſine grauamine tulit: ſine dolore filiū parturijt. Itaq; nihil horū à nobis exigitur: ſed exigitur planè nō nihil. Nunquid eīm ſi defuerit nobis etiam manſuetudo pudoris: ſi humilitas cordis: ſi magnanimitas fidei: ſi compaſſio mentis: negligentiam noſtram numerū ſingularitas excuſabit? Gratiſſima ſane gemma in diademate: micans in capite ſtella rubor in facie hominis uerecundi: An uerò quis putat p hac caruerit gratia quæ gratia plena fuit? ¶ Pudibūda fuit Maria: ex euangelio id probamus. Vbi enim aliquando loquax: ubi præſumptuoſa fuiſſe uidetur? Foris ſtabat quærēs loqui filio: nec materna auctoritate: aut ſermonem interrupit: aut habitationem irruit: in qua filius loquebatur. In omni deniq; textu quatuor euangeliorum ſi bene memínimus non niſi quater maria loquens auditur. Primo quidem ad angelum: ſed cum iam ſemel atq; iterum allocutus eam fuiſſet: ſed'o ad elizabeth: q̄n uox ſalutationis eius Ioannē ſalutare fecit in utero & ea magnificante Mariam: ipſa magis dominum magnificare curauit: tertio ad filiū: cū iam eſſet annorum duodecim p ipſa & pater eius dolentes queſiſſent eū: quarto in nuptijs: ad filium & miniſtros. Et is quidem ſermo certiſſimus index ingenitæ mānſuetudinis: & uirginalis uerecundiæ fuit. Aliorum quippe uerecundiam ſuam reputans, ſuſtinere nō potuit: non potuit uini diſſimulare defectum. Vbi ſanè increpata eſt à filio (tanquā mitis & humilis corde) nec illi reſpondit nec tamē deſperauit: miniſtros ammonens facere quod diceret eis. Nūquid non ab initio uenieſſe paſtores, & primam
Luc. 2. eīm mariam inueniſſe legūtur? Inuenerunt, ait euangeliſta, maria & ioſeph: & infantem poſitū in præſepio. Sic & magi quoq; ſi recolis: nō ſine maria matre eius puerū inuenerunt: & inducens in templum dn̄i, templi dn̄m: multa quidem à ſymeone audiuit: tam de deo quàm de ſeipſa: ad loquendum tarda: uelox ad audiendū. Et quidem maria cōſeruabat oia uerba hæc conferens in corde ſuo: ſed in his oībus neq; de ipſo incarnationis dn̄icæ ſacramento quod cumq; uerbū feciſſe reperies. Ve nobis qui ſpiritum habemus in naribus: ue qui totum proferimus ſpm̄: qui iuxta illud comici. Plenī rimarum effluimus undiq;. Toties Tereñ. in deuiq; maria filium audiuit non modo turbis loquentem eunucho.

in parabolis,sed & discipulis seorsum regni dei mysteria reuelantē:uidit miracula facientē:uidit deide in cruce pendentē:uidit expirantē:uidit resurgentē:uidit & ascendentē sed in his oibus quoties uerecūdissimæ uirginis: quoties pudicissimæ turturis uos memorat auditu? Denicz legis in actib9 apl'orū:q redeūtes à mōte oliueti unanimiter p- Actu.1. seuerabāt in or̄one.Quis Si forte maria affuit,noiet pria: q̄ sup oēs est:tā filij p̄rogatiua quàm suæ priuilegio sctitatis.Petrus & Andreas,ait,Iacobus & Ioannes & cæteri q sequunt hi oēs pseuerabāt unanimiter cū mulieríb9 & maria matre Iesu.Ita ne & mulierū sese ultimam exhibebat ut nouissima oīm poneretur? Verè carnales adhuc discipuli qbus necdū spūs erat datus:qa Iesus necdū fuerat glorificatus:quō facta est iter illos cōtētio de primatu:cū maria q̄to maior erat,hūiliaret se nō mō de oīb9:sed & p̄ oibus? Merito facta est nouissima primi:q̄ cū prima esset oīm:sese nouissimā faciebat.Merito facta est oīm dña:q̄ se omniū exhibeat ancillā.Merito denicz sup angelos exaltata est que & infra uiduas & pœnitētes,infra eā de qua ejecta fuerant septem dæmonia:ineffabili sese mansuetudine inclinabat. Obsecro uos filioli:æmulamini hāc uirtutē si mariā diligitis:si cōtēditis ei placere:æmulamini modestiā eius : nihil em̄ tā idoneū homini:nihil tam congruum xp̄iano:maximecz monachum nihil adeo decet.Et quidem manifesta satis in uirgine:ex hac ipsa māsuetudine uirtus humilitatis elucet.Nimirū collactaneæ sunt humilitas & māsuetudo: Matth.11. in eo cōfœderatæ germanius q dicebat.Discite à me:quia mitis sum & humilis corde.Sicut em̄ mater presumptiōis exitio:sic māsuetudo uera nō nisi ex uera humilitate procedit.Nec in sola tm̄ mariæ taciturnitate cōmendat humili- Luce.1. tas:sed euidentius resonat in sermone.Audierat qd' ex te nascet sanctū:uocabit filj9 dei:& nihil aliud quàm ancillā eius se esse r̄ndit.Inde uentū est ad Elizabeth:& continuo uirginis gloria singularis,eidē per spm̄ reuelat. Denicz & Vbi sup. mirabat psonam uenientis dicēs.Vnde hoc mihi:ut ueniat mater dñi mei ad me:cōmendabat & uocē salutantis adjacies.Vt facta est uox salutationis tuæ in auríb9 meis:exultauit in gaudio infans in utero meo:& beatificabat fidē credentis:beata,inquiēs,q̄ credidisti:qm̄ perficiunt in te quæ dicta sunt tibi a dño.Magna quidē p̄conia:sed & deuota humilitas nihil sibi passa retinere,in eum magis uniuersa refudit:cuius in se beneficia laudabantur . Tu inquit,magnificas matrē dñi:sed magnificat anima mea dñm.In uoce mea filium perhibes exultasse in gaudio: sed exultauit spiritus me9 in deo salutari meo:& ipse quoqz tāquā amicus spōsi gaudet ad uocem spōsi.Beatam esse dicis que credidisset:sed credulitas & beatitudinis causa respectus est supernæ pietatis:ut ex hoc magis beatā me dicant omnes gñationes:quia ancillā humilē & exiguam respexit deus. Verūtm̄ numquid putamus frēs,elizabeth sctām in eo q̄ p spm̄ utiqz loquebatur errasse? Absit.Beata planè quam respexit deus & beata quæ credidit.Hic enim magnus diuinæ respectiōis extitit fructus.Ineffabili siquidem artificio spūs superueniens tantæ humilitati magnanimitas tanta, in secretario uirginei cordis accessit:ut (quemadmodum de integritate & fœcunditate prædiximus:hæ quoqz nihi lominus sunt stellæ ex respectu mutuo clariores) q̄ uidelicet nec humilitas tanta minuit magnanimitatem nec magnanimitas tanta humilitatem:sed cum in sua æstimatione tam humilis esset,nihilominus & in promissionis credulitate magnanimis:ut quæ nihil aliud quàm exiguam se se reputabat ancillam:ad incomprehēsibile hoc mysteriū, & ammirabile commercium,ad inscrutabile sacramentū: nullatenus dubitaret electam:& ueram & dei & hominis genitricem crederet mox futuram.Agit hoc nimirum in cordibus electorū gratiæ prærogatiua diuinæ ut eos nec humilitas pusillanimes faciat nec magnanimitas arrogantes magis autem cooperentur sibi:ut non solum nulla ex magnanimitate subintret elatio,hinc hoc maxime prouehatur humilitas:ut inueniantur eo amplius timorati: & largitori munerum non ingrati:ac uicissim ex occasione humilitatis pusillanimitas nulla surrepat:sed quomin9 de sua quisqz uel minimis presumere cōsueuit:eo ampli9 etiā in magnis quibusqz de diuina uirtute confidat. A Martyriū sane uirginis (quā nimirum inter stellas diadematis ei9 si meministis duodecimā noiauimus) tā in symeōis prophetia:quàm in ipsa dñicæ passionis historia cōmendat. Positus est hic (ait sctūs senex de paruulo Iesu) in signum Luce.2. cui cōtradicet:& tuam ipsius aiam (ad mariā autem dicebat) ptrāsibit gladius. Verò tuā ō btā mater aiam gladius ptrāsiuit. Alioqn nō nisi eā pertrāsiens:carnē filij tui penetraret.Et qdē postea quàm emisit spm̄ tu9 ille Iesus (oīm q dē sed spāliter tuus) ipsius planè nō attigit aiam crudelis lancea:q̄ ipsius (nec mortuo parcēs cui nocere nō posset) aperuit latus:sed tuam undiqz aiam pertransiuit.Ipsius nimirū aia iam ibi nō erat:sed tua planè inde neqbat auelli. Tuā ergo ptransiuit aiam uis doloris:ut plus quàm martyrē nō immerito p̄dicemus:in qua nimirū corporeæ sensum passionis excesserit cōpassionis affectus.An non tibi plus quàm gladius fuit sermo ille (reuera ptrāsiēs animam & ptingens usqz ad diuisionem aiæ & spūs) mulier ecce filius tu9? O cōmutationē.Ioānes tibi p Iesu traditur:seruus p dño:discipul9 pro magistro:filj9 zebedei pro filio dei hō pur9,p deo uero.Quō nō tuā affectuosissimā aiam ptrāsiret hæc auditio:qm̄ & nra licet saxea:licet ferrea pectora sola recordatio scindit? Non miremini frēs:q̄ maria martyr in aia fuisse dicat.Miret q̄ nō memimerit se audisse paulum inter maxima gētiū crimina memorantē q̄ sine affectione fuissent.Longè id fuit à mariæ uiscerib9:longè sit à seruulis eius.Sed fortè quis dicat.Numquid non eū prescierat morituru? Et indubitāter.Nunquid nō sperabat cōtinue resurrecturū? Et fidenter.Sup hæc doluit crucifixum? Et uehementer.Alioquin Quisnā tu frater aut unde tibi hæc sapiētia:ut mireris plus mariā cōpatientē:quàm mariæ filiū patientē? Ille etiam mori corpore potuit:ista commori corde nō potuit? Fecit illud charitas:qua maiorem nemo habuit:fecit & hoc charitas:cui post illā similis altera non fuit.Iam te mater misericordiæ per ipm̄ sinceríssimæ tuæ mētis affectum tuis iacēs prouoluta pedibus,luna:media tricem sibi apud solem iustitiæ cōstitutam deuotis supplicationibus interpellat ut in lumine tuo uideat lumen & solis gratiam tuo mereatur obtentu:quam uerè amauit præoibus & ornauit stola gloriæ induens:& coronā pulchritudinis ponēs in capite tuo.Plena es gratiarum:plena re cæleste:innixa super dilectum delitijs affluens.Ciba hodie paupes tuos dña:ipsi quoqz catelli de micis edant:nec puero abrahæ tm̄ sed & camelis potum tribuas de superefluenti idria tua:qa tu uerè puella es preelecta & preparata altissimi filio:q est sup oīa bn̄dictus in secula. Amen.

In natiuitate beate Mariæ. Sermo.

FEcūdæ uirginis amplectit cælū p̄sentiā : terra memoriā uenerat.Sic nimirū toti9 boni illic exhibitio : hic Psal.101. tenuis q̄dā libatio primitiarū:ibi res & hic nomē. Dñe,inquit,nomē tuū in æternū:& memoriale tuū in gñatiōe & gñationē.Gñatio & gñatio:non angelorum profecto:sed hoim est.Vis scire qa nomē & memoriale ei9 in nobis est: Matth.6. præsentia in excelso? Sic orabitis,inquit,Pater noster q es in cælis:sanctificetur nomen tuum . Fidelis oratio:cuius ipsa primordia & diuinæ adoptionis & terrenæ peregrinationis admoneant:ut hoc scientes q̄ quandiu non sumus in cælo peregrinamur à dño:gemamus intra nosmet ipsos:adoptionē filiorū expectātes: præsentiam utiqz patris.Signanter proinde:& de christo propheta loquit di- Treñ.4. cens.Spirit9 ante faciem nostram xp̄s dñs:in umbra eius uiuemus inter gentes.Nam inter cælestes quidem beatitudines non in umbra uiuitur:sed potius in splendore.In Psal.6. splendoribus sanctorum (inquit) ex utero ante luciferum genui te.Verū id quidē pater,At mater sanè eundem ipsum in splendore non genuit:sed in umbra:non nisi ea tamen qua obumbrabit altissimus.Merito proinde canit ecclesia:non illa quidem ecclesia sanctorum quæ in excelsis & in splendore est:sed q̄ interim peregrinat in terris. Sub umbra

umbra eius quē desideraueram: sedi & fructus eius dulcis
Cañ.1. gutturi meo. Locum quippe meridianā ubi pascit spōsus
sibi petierat indicari sed repressa est & pro plenitudine lu
minis umbrā: pro satietate interim gustū recepit. Denicq
non, ait, sub umbra eius quem desideraueram: sed sub um
bra eius quem desideraueram sedi. Necq enim ipsius expe
tierat umbram, sed ipsum profecto meridiem: lumen ple
num, de lumine pleno. Et fructus, ait, dulcis gutturi meo
ac si dicat gustui meo. Vsq quo nō parcis mihi: nec dimit
tis me: ut glutiā salluā meā? Quousq manet illa sententia.
ps.33. Gustate & uidete quoniā suauis est dns. Et quidem suauis
gustui & dulcis gutturi: ut merito etiam super hoc spōsa
Cañ.5. pruperit in uocē gratiarū actionis & laudis. Sed qñ dice
ps.67. tur. Comedite amici & bibite, & inebriamini charissimi?
Iusti epulentur (ait propheta) sed in conspectu dei, utiq
Luce.22. nō in umbra. Et de scipo satiabor, ait, cum apparuerit glo
ria tua. Sed & dns ad aplos ait. Vos estis qui permansistis
mecum in tentationibus meis: & ego dispono uobis sicut
disposuit mihi pater meus regnū: ut edatis & bibatis sup
mensam meam. sed ubi? In regno meo, inquit. Beatus pla
nè, qui manducabit panē in regno dei. Sanctificetur itaq
nomē tuum: per quod ut cunq interim in nobis es dñe p
fidem in corbibus habitans: quoniā nomē tuū iam inuo
catū est super nos. Aduenīat regnū tuū. Veniat utiq qđ
perfectum est, & euacuetur quod est ex parte. Habetis (ait
apostolus) fructū uestrū in sanctificationē: sinē uerò uitā
æternā. Vita æterna fons indeficiens q uniuersam irrigat
superficiem paradisi. Nec modo irrigat, sed inebriat, fons
hortorum: puteus aquarū uiuentiū q fluūt impetu de liba
no: & fluminis impetus lætificat ciuitatem dei. Quis uerò
fons uitæ: nisi xps dns? Cum xps inquit apparuerit uita
uestra: tunc & uos apparebitis cū ipso gloria. Sanè ipsa se
se plenitudo exinaniuit, ut fieret nobis iustitia & sanctifi
catio & remissio nec dum apparēs uita aut gloria: aut bea
titudo. Deriuat? est fons usq ad nos: in platēis deriuatæ
sunt aquæ: licet nō bibat alienus ex eis. C Descēdit per
aquæductū uena illa cælestis, nō tamē fontis exhibens co
piam: sed stillicidia grāe arentib? cordibus nostris infun
dens: alij quidē plus: alij minus. Plus equidē aquæductus
ut accipiant cæteri de plenitudine, sed nō plenitudinē ip
sam. Aduertistis iam, ni fallor, quem uelim dicere aquædu
ctum: qui plenitudinem fontis ipsius de corde patris excī
pies nobis edit illū: sed si nō prout est: put capere potera
mus: Nostis enim cui dictū sit: aue gratia plena. An uerò
inueniri potuisse miramur unde talis ac tātus fieret aquæ
ductus: cuius nimirum summitas instar pfecto scalæ illius
quā uidit patriarcha Iacob cælos tangere: imo & transcē
dere cælos ut uiuidissimū illū aquarū quæ sup cælos sunt
posset attigere fontē? Mirabat & Salomō: & uelut despe
puerb.3. ranti similis agebat. Mulierē fortē quis inueniet? Nimirū
propterea tāto tempore humano generi fluenta gratiæ de
fuerunt: q necdū intercederet is de quo loquimur tā desi
derabilis aquæductus. Nec mirabere diutius expectatum
si recordaris quot annis noe uir iustus in archæ fabrica la
borarit: in qua paucæ id est octo animæ saluæ factæ sunt:
idq satis ad modicū tempus. D Sed quomodo noster
hic aquæductus fonte illum attigit tam sublimem? Quo
modo putas nisi uehemētia desiderij: nisi feruore deuotio
Eccl.35. nis: nisi puritate oratiōis? Sicut scriptum est. Oratio iusti
penetrat cælos. Et quis iustus: si non maria iusta de qua
sol iustitiæ ortus est nobis? Quomō ergo illa in accessam
attigit maiestatem: nisi pulsando, petendo quærendo: De
nicq & quod quærebat inuenit: cui dictum est: inuenisti
gratiam apud deum. Quid? Plena est gratia: adhuc inue
nit? Digna prorsus inuenire quod quærit, cui ppria non
sufficit plenitudo: nec suo pōtesse cōtenta bono: sed quē
admodum scriptum est. Qui bibit me adhuc sitiet. Perit
superefluentiam ad salutem uniuersitatis. Spiritussanct?
ait superueniet in te: & præciosi illud balsamum tanta tibi
copia tantaq plenitudine influet: ut copiosissime effluat
circumquaq. Ita est iam sentimus: iam exhilarantur facies
nostræ in oleo: iam clamamus. Oleū effusum nomen tuū: Cañ.1.
memoriale tuū in generatione & gnationē. Verum id qui
dē nō inuanū, & si oleū effundit sed non perit. Propterea
siquidem & adolescentulæ: paruulæ scilicet animæ, spon
sum diligunt: idq nō parum & unguentū descendens de
capite nō mō barba, sed & ipsa uestimenti ora suscepit. In
tuere ō hō cōsiliū dei: agnosce cōsiliū sapiæ: cōsiliū picta
tis. Cælesti rore aream rigaturus totū uellus pri? infudit: re
dēptur? humanū genus præciū uniuersum cōtulit in ma
riā. Vt quid hoc? Fortè ut excusaret eua per filiā: & quæ
rela uiri aduersus fœminā deinceps sopiret. Ne dixeris ul
tra ō Adam: mulier quā dedisti mihi dedit mihi de ligno
uetito: dic potius mulier quā dedisti mihi me cibauit fru
ctu benedicto. Prissimū sanè cōsiliū: sed latet forsitan aliud
nec totū hoc est. Verū id quidē, sed parū est, ni fallor, desi
derijs uestris. Dulcedo lactis est, elicies fortè si forti? præ
mimus, & pinguedo butyri. Altius ergo intuemini quan
to deuotionis affectu à nobis eam uoluerit honorari, qui
toti? boni plenitudinē posuit in maria: ut pinde si qđ spei
in nobis: est si quid gratiæ, si quid salutis ab ea nouerim?
redūdare: quæ ascendit delitijs affluens. Hortus planè de
litiarū quē nō mō afflauerit ueniens: sed & perflauerit su
perueniens auster ille diuinus ut undiq fluant & effluant
aromata eius: charismata scilicet gratiarū. Tolle corpus
hoc solare: quod illuminat mundū: ubi dies? Tolle mariā
hanc maris stellā: maris utiq magni & spacioli: quid nisi
caligo inuoluens & umbra mortis ac densissime tenebræ
relinquūt? Totis ergo medullis cordiū: totis pcordiorū
affectibus & uotis oībus mariā hanc ueneremur: qa sic est
uolūtas eius: qui totū nos habere uoluit per mariā. Hæc
inquā uoluntas eius est: sed pro nobis. In omnibus siquidē & per omnia prouidēs miseris: trepidationē nostrā so
latur: fidē excitat, spem roborat: diffidentiā abigit, erigit
pusillanimitatē. Ad patrē uerebaris accedere solo auditu
territ? ad folia fugiebas: iesū tibi dedit mediatorē. Quid
nō apud talē patrē filius talis obtineat? Exaudiet utiq p
reuerentia sua: pater eū diligit filiū. An uerò trepidas &
ad ipm? Frater tuus est & caro tua tētatus p omnia absq
peccato: ut misericors fieret. Hūc tibi fratrē maria dedit.
Sed forsitā & an in ipso maiestatem uereare diuinā: q licet
fact? sit hō: māserit tn de?. D Aduocatū habere uis & ad
ipsum? Ad mariā recurre. Pura siquidē humanitas in ma
ria: non mō pura ab omni cōtaminatione, sed & pura sin
gularitate naturæ Nec dubius dixerim exaudietur & ip
sa pro reuerentia sua. Exaudiet utiq matrē filius: & exau
diet filiū pater. Filioli hæc pctōrū scala, hæc mea maxima
fiducia est: hæc tota ratio spei meæ. Quid enim? Potest ne fi
lius aut repellere aut sustinere repulsam, non audire, aut
non audiri filius potest? Neutrū planè. Inuenisti, ait ange
lus, gratiā apud deū. Fœliciter. Semper hæc inueniet gra
tiā: & sola est gratia qua egemus. Prudens uirgo nō sapiē
tiā sicut Salomō, nō diuitias, nō honores, nō potētiā, sed
gratiā requirebat. Nimirum sola est gratia qua saluamur.
Quid nos alia cōcupiscituus frates? Quæramus gratiam,
& per mariam quæramus: quia quod quærit inuenit, &
frustrari non potest. Quæramus gratiam, sed gratiā apud
deum: nam apud homines gratia fallax. Quærant alij me
ritum nos inuenire gratiam studeamus. Quid enim? Nō
gratiæ est quod hic sumus? Profecto misericordiæ domi
ni est q non sumus consumpti nos. Qui nos? Nos periuri
nos adulteri, nos homicidæ, nos raptores, purgamēta uti
q mūdi huius. Cōsulite cōscientias uras fratres, & uidete
quia ubi abundauit delictū: supabundat & gratia. Maria
non prætendit meritum: sed gratiam quærit. Denicq usq
adeo fidit gratiæ, & non altum sapit, ut salutationem an
gelicā uereatur. Maria, inquit, cogitabat, qualis esset ista
salutatio. Nimirum sese salutatiōe angelica reputabat in
dignam. Et forsitam talia meditabatur. Vnde hoc mihi, ut
ueniat angelus domini mei ad me? Ne timeas maria, ne
mireris angelum uenientem, & maior angelo uenit. Ne
mireris angelum domini & dominus angeli tecū. Postre

mo quidni uideas angelū: cū iam angelice uiuas? Quidni uisiter angel⁹ uitæ sociā? Quidni salutet ciuem sanctorum & domesticā dei? Angelica planè uita uirginitas: & qui non nubent neq; nubentur erunt sicut angeli dei. Vides neq; & hoc nihilominus, modo aquæductus noster ascēdit ad fontem: nec sola iam oratione cælos penetrat: sed etiam incorruptione, quæ proximū deo facit sicut sapiēs ait. Erat enim uirgo sancta corpore & spiritu cui specialiter esset dicere, cōuersatio nostra in cælis est. Sancta inquā corpore & spiritu: ne quid forsitan super hoc dubites aquæductu. Sublimis equidē ualde: sed nihilominus integerrimus manet. Ortus cōclusus, fons signatus, templum domini: sacrariū spiritussancti. Nec enim est fatua uirgo: cui non modo oleum est: sed olei plenitudo in uase recondita. Ascensiones in corde suo disposuit: cōuersatione pariter (sicuti iam diximus) & oratione ascendens. Denicq; abijt in montana cum festinatione & salutauit Elizabeth: & in ministerio eius erat quasi mēsibus tribus: ut iā tunc posset dicere matri, mater: quod tāto post filio dixit filius. Sine mō: sic eñ decet nos implere oēm iustitiam. Planè montana conscendens cuius iustitia sicut montes dei. Tertius enim hic ascensus uirginis fuit, ut funiculus triplex difficile rumperetur. Feruebat siquidem in quærenda gratia charitas: splendebat in carne uirginitas: humilitas in obsequio emmebat. Et eñ si ois q se humiliat exaltabitur, quid hac humilitate sublimius? Venisse eam mirabat Elizabeth & dicebat. Vnde hoc mihi ut ueniat mater domini mei ad me? Sed iam magis miretur: q̄ instar utiq; filij & ipsa non ministrari uenerit: sed ministrare. Merito proinde cantor ille diuinus in ipsius ammiratione præcinens aiebat. Quæ est ista q̄ ascēdit sicut aurora cōsurgēs: pulchra ut luna, electa ut sol: terribilis ut castrorū acies ordinata? Ascendit planè supra oē humanū genus: ascendit usq; ad angelos: sed & ipos quoq; trāscēdit & cælestē oēm supergredit creaturā. Nimirum supra angelos hauriat necesse est: quā refundat hoibus aquā uiuā. Quō, inquit, fiet istud qñ uirū non cognosco? Verè sancta corpore & spū & integritatē carnis habēs & ꝓpositū integritatis. Respōdēs autē angelus dixit. Spūssctus superueniet in te: & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Ne me iterrogaueris inqt: supra me est: & non potero ad illud. Spūssanctus: non angelus superueniet in te: & uirtus altissimi obumbrabit tibi: nō ego. Nec steteris uel inter angelos uirgo sctā: sublimius aliqd tuo sibi ministerio propinādū terra sitiēs ꝑstolatur. Paululū cū pertrāsieris eos inueniēs quē diligit aia tua. Paululū inquā: nō qa non incōparabiliter superemineat: sed q̄ inter eū & ipsos meditū nihil inuenias. Trāsiergo uirtutes & dñationes, cherubin quoq; & seraphin, ut ad eū ueenias de quo uociferant adinuicē: sanctus, sctūs, sanct⁹ dñs deus sabaoth. Qd eñ ex te nascetur sctū: uocabitur filius dei. Fons sapiæ uerbū ꝑris in excelsis: hoc uerbū mediante te caro fiet: ut q dicit ego in patre & pater in me, dicat nihilominus: qa ego à deo ꝓcessi & ueni. In principio, inqt, erat uerbum. Iam scatet fons: sed interim tñ in semetipso. Denicq; & uerbū erat apud deū. Lucē ꝑfecto habitans inaccessibilē, & dicebat dñs ab initio. Ego cogito cogitationes pacis & nō afflictiōis. Sed penes te est cogitatio tua, & qd cogites nos nescimus. Quis eñ cognouit sensum dñi: aut qs cōsiliari⁹ ei⁹ erat? Descēdit itaq; cogitatio pacis in op⁹ pacis: uerbū caro factū est & habitat iā in nobis. Habitat planè p fidem in cordibus nostris: habitat in memoria nostra: habitat in cagitatiōe: qa usq; ad ipam descēdit imaginationē. Quid ei pri⁹ cogitaret hō de deo: nisi forsitan idolū corde fabricaret? Incōphensibilis erat & inaccessibilis: inuisibilis & inexcogitabilis oīno. Nūc uerò cōphēdi uoluit, uideri uoluit, cogitari uoluit. Quonā mō inqt? Nimirū iacēs in ꝑsepio, in uirginali gremio cubans, in monte prædicans, in oratione pernoctans, & in cruce pendens, in morte pallens: liber inter mortuos, & in inferno imperans: seu etiā tertia die resurgēs, & apostolis loca clauoꝝ uictoriæ signa demonstrans nouissime

Luce.1.

Cañ.6.

Textus.

Textus.

Ioan.8.
Ioan.1.

Hiere.29

corā eis cæli secreta cōscēdēs. Quid horum non uerè non pie nō sancte cogitatur? Quicquid horum cogito, deum cogito, & per omnia est deus meus. Hæc ego meditari dixi sapientiam: & prudentiam iudicauī eructuare memoriā suauitatis, qm̄ in huiuscemodi nucleis uirga sacerdotalis copiose produxit, quā in supernis hauriēs uberius nobis maria refundit: In supernis planè & ultra angelos: quæ uerbum ex ipo patris corde susceptum ut scriptum est. Dies diei eructat uerbum. Vtiq; dies pater: siquidē dies ex die salutare diei. An nō etiā uirgo dies? Et præclara. Rutilans planè dies quæ procedit sicut aurora cōsurgens, pulchra ut luna, electa ut sol. Intuere igit quēadmodū usq; ad angelos plenitudine gratiæ: supra augelos superueniēte spiritussancto peruenit. Est in angelis charitas, est puritas, est humilitas. Quid horū nō enituit in maria? Sed ostensum est superius ut quidē à nobis ostendi potuit: superemineētiā prosequamur. Cui ei angelorū aliqñ dictū est: spūssanctus superueniet in te & uirtus altissimi obumbrabit tibi: ideoq; quod nascetur ex te sanctum, uocabitur filius dei? Demiq; ueritas de terra orta est, non de angelica creatura, nec angelos sed semen abrahæ apprehendit. Magum est angelo ut minister sit domini: sed maria sublimius qd dā meruit ut sit mater. Fœcunditas itaq; uirginis supemi nens gloria est: tantoq; excellentior angelis facta munere singulari: quanto differentius præ ministris nomē matris accepit: hanc inuenit gratiā plena iam gratia, ut charitate feruida, uirginitate integra, humilitare deuota: ficret nihi lominus signe uiri cognitione grauida, sine mulicbri dolore puerpera, Parum est, quod ex ea natum est, sanctū uocatur & est filius dei. De reliquo fratres curandum nobis summope est: ne uerbū qd de ore patris ad nos egressum est uirgine mediante, uacuū reuertatur, sed per eādē nihilominus uirginē gratiā pro gratia referamus. Eructemus memoriā donec præsentiam suspiramus: & suæ redantur origini fluenta gratiæ ut uberius fluant. Alioquin nisi ad fontem redeant exiccant, & infideles in modico: qd maximū est accipere nō meremur. Modicū planè memoria ad ꝑsentiam: modicum ad id quod cupimus: magnum ad id quod meremur: longè infra desiderium, sed nihilominus supra meritū. Sapiēter ꝓinde sponsa, & ꝓ hoc modico nō modice gratulat. Cum enim dixisset. Indica mihi ubi pascas, ubi cubes in meridie: recipiens exigua pro immensis & pro pastu meridiano libans sacrificium uespertinū: mínime tñ ut solet fieri murmurat aut tristatur: sed grās agit & in oībus sese exhibet deuotiorē. Nouit enim quod si fidelis fuerit in umbra memoriæ: lucē præsentiæ sine dubio obtinebit. Itaq; q reminiscimini dñi ne taceatis: & ne detis silentiū ei. Nimirū qui præsentē habent dñm exhortatione non indigēt, & qd ait propheta alius. Lauda hierlm dñm: lauda deū tuū sion: congratulationis est potius quā commonitionis. Qui in fide ambulant: egēt ammonitiōe ne taceant: & ne dederint silentium ei. Loquitur eñ & loquif pacē in plebē suam & super sanctos suos, & ī cos qui cōuertuntur ad cor. Cæterū: cum sancto sanctus eris, & cū uiro innocente innocens eris & audientē sese audiet, & loquenti sibi loquetur. Alioquin silentiū ei dedisti si taceas Sed unde si taceas? A laude? Ne taceatis, inquit, & ne detis silētium ei: donec stabiliat hierusalem laudem in terra. Laus hierusalē iocunda: & decora laudatio. Nisi fortè angelos ciues hierusalē mutuis opinamur laudibus delectari, & decipere de uanitate in idipm. Fiat uoluntas tua pater sicut in cælo & in terra: ut laus hierusalem stabiliatur in terra. Quid enim mō est? Nō quærit angel⁹ ab angelo gloriā in hierlm, & homo ab hoie laudari cupit in terra. Execrāda peruersitas, sed corū sit q ignorantiā dei habēt, qui oblitī sunt dñi dei sui. Vos qui reminiscimini domini ne taceatis à laude eius donec stabiliatur & perficiatur in terra. Est enim silentium irreprehensibile, imo & laudabile magis: est sermo nō bonus. Alioqui nō diceret ꝓpheta. Bonū esse hoī ꝑstolari cū silentio salutare dei. Bonū silentium à iactātia, bonum à blasphemia, bonum à murmure & detractione

Cañ.1.

Psal.18.

Psal.147.

Psal.17.

Esai.62.

Treñ.3.

& detractione. Alius enim ob laboris magnitudinē & pō
dus dici exaspērat? animo murmurat: diiudicat eos qui p
anima sua peruigilāt tanquā redditurī utiq; rationē. Cla
mor est sed supra omne silentiū, clamor iste animi obdura
ti silere facit, quā audiri non patitur uocē uerbi. Ali? pu
sillanimitate spūs in expectatione deficit: pessimumq; hoc
uerbū blasphemiæ est quod nec ī hoc seculo remittit nec
in futuro. Tertius in magnis ambulat & in mirabilibus su
per se dicens. Manus nra excelsa, putās se aliqd esse cū ni
hil sit, Quid loqueret huic qui loqtur pacem: Dicit enim:
qa dives sum & nulli? egeo. Porrò ueritatis sententia est.
Luce.6. Væ uobis diuitibus: qa habetis hic cōsolationē uestrā, cō
tra uerò. Beati, inquit, qui lugent: quoniā ipsi consolabū-
Math.5. tur. Sileat ergo in nobis lingua maledica: lingua blasphe-
ma: lingua magniloqua, quoniā bonū est in hoc triplici si
1.Regū.3. lentio salutare dñi præstolari ut dicas. Loquere domine,
qa audit seruus tuus. Eiusmodi quippe uoces nō ad eum
sunt sed aduersus eum: sicut legislator murmurantib? ait:
Exo.16. Non enim contra nos est murmur uestrū: sed cōtra dñm.
Ita tū ab his taceas ne oīno taceas: ne dederis silētium ei.
Loquere illi contra iactantiā in cōfessione ut obtineas ue
niam de præterito. Loquere in gratiarū actiōe cōtra mur
murationē, ut ampliore inuenias gratiam in præsenti. Lo
quere in oratione contra diffidentiā ut cōsequaris & glo
riā in futuro. Confitere inquam præterita & pro præsenti
bus gratias age: ac deinceps ora studiosius pro futuris: ut
ne ipse quidē sileat à remissione: ab immissione, à promis-
sione. Ne taceas inquam: ne dederis silentium ei: loquere
ut & ipse loquatur & dicere possis, dilectus meus mihi &
ego illi. Iocūda uox & eloquium dulce. Nimirum nō uox
murmuris hæc, sed uox turturis est. Et ne dixeris quomō
Cañ.2. cantabimus canticum domini in terra aliena: nō iam alie-
Vbi supra na reputabitur de qua spōsus ait. Vox turturis audita est
in terra nostra. Audierat enim dicētem: Capite nobis ul
pes paruulas, & fortè ex eo in uocem exultationis erupit
ut diceret. Dilect? meus mihi, & ego illi. Planè uox turtu
ris: quæ tam uiuenti quàm mortuo singulari utiq; casti-
monia suo compari perseuerat ut cā neq; mors neq; uita
à xpī separet charitate. Intuere etenim utrū nā aliqd hunc
dilectū auertere potuerit à dilecta: quo min? ei & peccāti
& auersæ pseueraret. Glomeratæ nubes radios solis offen
dere contēdebant, ut iniquitates nostræ separarent inter
nos & deū: sed incaluit sol & uniuersa dissoluit. Alioquin
qñ redissēs ad eū nisi ille tibi perseuerasset: nisi clamasset.
Cañ.6. Reuertere reuertere sumamitis: reuertere reuertere ut in-
tueamur te. Esto ergo illi & tu nihilominus perseuerans:
ut nullis ab eo flagellis aut laborib? auertaris. Luctare cū
angelo ne succumbas: qa regnū cælorum uim patitur, &
uiolenti rapiunt illud. An non lucta: dilectus meus mihi
& ego illi: Notā fecit dilectionē suā: experiatur & tuā. In
multis.eñ tētat te dñs deus tuus. Declinat sæpius auerti
faciem sed non ira. Probationis istud est: nō reprobatiōis.
Sustinuit te dilectus, sustine tu dilectum, sustine, uiriliter
age. Non illum uicere peccata tua: te quoq; ipsius flagella
non superent, & obtinebis benedictionem. Sed quando
Cum aurora fuerit: cum aspirauerit iam dies, cum stabilie
Gen.32. rit hierusalem laudē in terra. Ecce uir iam, inquit, luctaba
tur cū Iacob usq; mane. Auditā fac mihi mane miam tuā:
qa speraui in te dñe. Non tacebo nec dabo tibi silentum
usq; mane, utinā nec ieiuniū. Nimirum dignaris & pasci
sed inter lilia. Dilectus meus mihi & ego illi: qui pascitur
inter lilia. Nimirum & supra si meministi in eodem canti
co euidenter expressum est, q̄ florū apparitio turturis co-
mitetur auditū: sed attende q̄ locū nō cibū indicare uide-
tur, nec quibus pascitur exprimit: sed inter quæ. Fortè ei
non cibo sed consortio pascitur liliorum: nec liliis uescit,
sed uersatur. Nimirū odore potius quàm sapore lilia pla-
cent, & uisui magis sunt apta quàm esui. Ita ergo pascitur
inter lilia donec aspiret dies, & uenustati florum fructuū
succedat ubertas. Interim quippe florum non fructuum
tempus: dum in spe magis quàm in re sumus: & per fidem
non per speciem ambulantes: expectatione magis quam
experientia gratulamur. Considera deniq; floris teneritu
dinem: & memento uerbi quod ait apostolus. Quia habe 2.Cor.4.
mus thesaurum istum in uasis fictilibus. Quanta enim ui-
dentur imminere pericula floribus: quàm facile spinarum
aculeis liliū perforat. Merito pinde canit dilectus. Sicut
liliū inter spinas: sic amica mea inter filias. An non erat in
ter spinas, qui dicebat: Cum his qui oderūt pacē erā paci- Ps.119.
ficus: Cæterū & si iustus germinat sicut liliū: sed non ad li-
liū spōsus pascitur nec in singularitate cōplacet sibi. Au-
di deniq; inter lilia cōmorantē. Vbi, inquit, duo uel tres Mat.18.
cōgregati fuerint in noīe meo ibi sum ī medio eor. Amat
semper media iesus: diuerticula semper & reclinatoria re
probat filius hominis, dei & hominū mediator. Dilectus
meus mihi & ego illi, qui pascitur inter lilia. Curemus ha
bere lilia fratres: extirpare spinas & tribulos & inserere
lilia festinemus: si quando fortè & ad nos pascendus di-
gnetur dilectus descendere. Apud mariam utiq; pasceba-
tur: idcq; copiosius pro multitudine liliorum. An non lilia uir
ginitatis decus: humilitatis insigne: supereminentia cha
ritatis: Erūt tamen & nobis lilia quāuis inferiora ualde,
sed ne inter hæc quidem dedignabit pasci sponsus: si quī-
dem eas quas prædiximus actiōes gratiarū: deuotiōis hi-
laritas illustrauerit: orationē intentionis puritas candida
uerit: confessionem indulgentia dealbauerit, sicut scriptū
est. Si fuerint peccata uestra ut coccinū: quasi uix dealba- Esaie.1.
buntur, & si fuerint rubra: quasi uermiculus: uelut lana al-
ba erunt. Cæterum quicquid illud est quod offerre paras
mariæ commendare memento: ut eodem aluco ad largito
rē gratiæ gratia redeat quo influxit. Neq; enim impotēs
erat deus, & sine hoc aquæductu infundere gratiā prout
uellet: sed tibi uehiculum uoluit prouidere. Fortè eñ ma-
nus tuæ aut sanguine plenæ: aut infestæ munerib?: q̄ non
eas ab oī munere excussisti. Ideoq; modicū istud qd offer
re desideras gratissimis illis & omni acceptione dignissi-
mis mariæ manibus offerendū tradere cura, si non uis su-
stinere repulsam. Nimirū candidissima quædam lilia sunt,
nec causabit ille liliorū amator inter lilia non inuentū qc
quid illud sit quod inter mariæ manus inuenerit.

In festiuitate sancti Michaelis. Sermo primus.

ANgelorum hodie memoria celebratur & exigi
tis debitum pro tanta solemnitate sermonem.
Sed quid de angelicis spiritibus uiles loquant
uermiculi: Credim? sanè & indubitata fide te-
nemus diuina eos præsentia & uisione beatos sine fine læ-
tari in bonis domini: quæ oculus non uidit nec auris au-
diuit: nec in cor hoīs ascenderūt. Quid ergo de his homo
loquatur hoībus: quæ nec ipse quidem cogitare: nec illi
saltem audire sufficiant: Profecto si ex abundantia cordis
os loquitur: sileat uihilominus lingua necesse est ex ino-
pia cogitationis. Attamen si multū est ad nos loqui de ea
claritate & gloria: qua in semetipsis, imo in deo suo ange-
li sancti: nostris omnino superemunent cordibus: de ea lo-
quamur quam nobis exhibent gratia & charitate. In su-
pernis enim spiritibus non solum ammirabilis dignitas:
sed dignatio amabilis inuenitur. Dignum est proinde fra
tres ut gloriam non capientes tantomagis amplectamur
misericordiam: quia nimirum constat nihilominus abun
dare domesticos dei: cæli ciues, principes paradisi. Testat
deniq; apostol? ipse qui raptus usq; ad tertiū cælū beatæ
illi curiæ meruit interesse atq; eius nosse secreta: qñ om-
nes amministratorii sunt spiritus: missi in ministerium p
pter eos qui hæreditatē capiunt salutis. Neq; id cui quàm
incredibile uideatur: quandoquidem ipse quoq; crea-
tor: & rex angelorum uenit non ministrari: sed ministrare,
& animam suam dare pro multis. Vt quid ergo ministeriū
illud angelorum quispiam dedignetur: in quo p̄cedit eos
cui in excelsis tota cum auiditate & fœlicitate ministrāt?
Si & hinc dubitas, utiq; qui uidit testimoniū phibuit mi
lia inquiens milium ministrabant ei: & decies centena mi- Apoc.5.
lia assistebant ei. Alius quoq; propheta ad patrem de filio

Universidad de Deusto Biblioteca

ps.8. loquēs ait. Minuisti eū paulominus ab angelis. Sic planè
sic decet: ut uincat & humilitate qui sublimitate uincebat:
sitq; tanto minor angelis quanto inferiori sese ministerio
mancipauit, qui tāto excellentior est quanto differētius p
eis nomē hæreditauit. Sed quæras fortasse in quo mīora-
tus uideatur ab angelis cū ministrare uenit: qñquidem ut
supra meminimus in ministerium mittuntur & illic. In eo
utiq; q non modo ministrauit sed ministratus est: eratq;
Can 2. unus & idē qui ministrabat & cui ministrabatur. Merito
proinde spōsa in cāticis cantīcorū. Ecce, inqt, uenit is sa-
liens in montibus: trāsiliens colles. Ministrās eñ salit in-
ter angelos: sed & ipsos transiliit ministratus. Ministrant
eñ angeli sed de alieno: offerētes deo bona opera nostra:
à nobis eius gloriam referentes. Vnde & cū scriptura di-
Apoc. 8. cit. Qñ ascendit fumus aromatū in conspectu dñi: de ma-
nu angeli solicite præmisit data ei fuisse incēsa multa. No-
stros enim sudores non suos: nostras non suas lachrymas
offerūt deo: nobis quoq; eius munera referunt & nō sua.
Non sic minister ille sublimior cunctis: sed humilior uni-
uersis: qui semetipsum obtulit sacrificiū laudis: qui patri
offerēs animam suam nobis ministrat usq; hodie carnem
suam. Huius utiq; tanti ministri gratia nihil mirum si di-
gnanter nobis: imo & libenter angeli sancti ministrant,
Ipsi eñ amant nos: quia nos christus amauit. Dicitur cer-
tè uulgari quodā prouerbio: qui me amat, amat & canem
meū. Nos uerò ô beati angeli catelli sumus domini illius:
quem tāto affectu diligitis: catelli, inquàm, cupiētes satu-
rari de micis q̄ cadūt de mensa dominorū nostrorū q estis
uos. Et hæc dixerim fratres & ampliorem de cætero ergo
beatos angelos fiducia habeatis: ac perinde familiarius
in omni necessitate uestra eorum inuocetis auxilia: sed &
dignius in eorum præsentia conuersari: & magis ac ma-
gis eorum uobis consiliare gratiā: captare beniuolentiā:
exorare clementiam studeatis. Cuius rei gratia necessariū
duco: alias quoq; charitati uestræ exponere causas: q̄ ip-
sos beatos angelos pro nostra infirmitate reddant solici-
tos: absq; sua sanè anxietate: sed nō absq; utilitate nostra:
nec ad detrimentum fœlicitatis suæ: sed ad nostræ salutis
augmētum. Cōstat sine dubio ratiōis participes & capa-
ces beatitudinis humanas aias angelicæ (si dicere id au-
deamus) cognatas esse naturæ: nec docet uos ô beati spi-
ritus cōtra legis præceptum dedignari quam uisitare de-
betis speciem uestram: licet in multam ut ipsi cernitis deie
cta sit uilitate. Sed neq; arbitramur uos supernī ciues: ci-
uitatis uestræ excidio delectari: & ruina murorū quos se-
miruptos ipī uidetis. Cui⁹ īstaurationē si desideratis ut di
gnū est frequēter quæso añ thronū gloriæ uerbū præcis
ps.50 iterate dicentes. Benigne fac dñe in bona uoluntate tua
sion: ut ædificent muri hierusalē. Si diligitis decorē dom⁹
dei: imo quia diligitis experiant zelū ūm uini & rōnales
lapides: qui soli in īstaurationē eius, uobis possunt coæ-
dificari. Hic est dilectissimi funiculus triplex quo de excel
so cælorum habitaculo ad consolandos, ad uisitandos, ad
adiuuandos nos, attrahit supereminens charitas angelo-
rum ꝓpter deum, ꝓpter nos, ꝓpter seipsos. Propter deū
utiq; cui⁹ tāta erga nos miæ uiscera: ipī quoq; ut dignum
est imitant: ꝓpter nos in quibus nimirū ꝓpriā similitudi-
nē miserant: ꝓpter seipsos quorū ordines īstaurādos ex
nobis toto desiderio præstolant. In ore eñ paruulox qui
lacte mō uescūtur & nondum solido cibo: perficienda est
laus illa maiestatis diuinæ cuius habentes primitias ange
lici spūs beata nimirū delectatione fruuntur: sed tāto aui-
dius nos expectant quāto cōsummatiōis eius expectatio-
ne & expetitiōe solicitant. Quæ cū tñ ita sint: pensate quā
ta etiā nobis solicitudine opus est dilectissimi: ut dignos
nos exhibeamus corū frequētia: & eo mō cōuersemur in
cōspectu angelorū: ne fortè sanctos offendamus obtutus.
Væ eñ nobis si qñ prouocati pctis & negligētiis nostris:
indignos nos iudicauerint p̄sentia & uisitatione sua: ut iā
necesse habeamus & nos plangere & dicere cū propheta:
ps.37. Amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauc-
rūt & steterunt. Et qui iuxta me erant de lōgè steterūt: &
uim faciebant qui q̄rebant aiam meā: elongaris nimirū
eis quorū p̄sentia ꝓtegere nos & propulsare poterat ini-
micum. Q. si tam necessariā habemus familiaritatē digna
tionis angelicæ: cauenda nobis eorū offensa: & in his ma
xime exercendū quibus eos nouimus oblectari. Sunt eñ
plurima q̄ eis placent: & quæ in nobis inuenire delectat:
ut est sobrietas, castitas, paupertas uoluntaria, crebri in
cælū gemitus & orationes cū lachrymis & cordis inten-
tiōe. Artñ sup oīa hæc, unitatē & pacem à nobis exigunt
angeli pacis. Quidni maxime delectent in his quæ formā
quādā ciuitatis suæ repsentant in nobis: ut mirent hierlm
nouā in terra: Dico aūt ut quō ciuitatis illius ꝓticipatio
est in idipm: sic & nos id idipsum sentiam⁹: idipm dicam⁹
oēs, & nō sint in nobis scismata, sed magis oēs simul unū
corpus simus in xpō, singuli aūt alter alterius mēbra. Ecō
tra uerò nihil æque offendit & ad indignationē prouocat
eos: quō dissentiones & scandala si fortè inueniantur in
nobis. Audiamus siquidē qd loquat ad corinthios paul⁹: 1. Cor. 3.
Cū ei sit inter uos zelus & cōtētio nonne carnales estis: &
sm hoiem ambulatis: In epistola quoq; Iudæ apli legim⁹ Iude. 1.
sic, Hi sunt qui segregant semetipsos aīales spm̄ non habē
tes. Videre est aiam hominis quēadmodū uniuersa corpo
ris membra uiuificet cohærentia sibi. Separa ergo quod
uis à iunctura cæterorum: & uide an de cætero illud uiuifi
cet. Sic est omnis qui dicit anathema iesu qd nemo dicit
loquēs in spū dei: qa anathema separatio est. Sic & inquā
omnis qui ab unitate diuiditur: ne dubites quin ab eo re
cesserit spiritus uitæ. Digne igitur contentiosos & qui se
parant semetipsos: apostoli carnales uocant & aīales spm̄
nō habentes. Dicunt ergo sancti illi & beati spūs ubi scā-
dala inuenerint & dissensiones. Quid nobis & gnationi
huic spm̄ non habenti: Nam si adesset spūs: per eum utiq;
charitas diffunderet & unitas nō scinderet. Et dicunt: nō
permanem⁹ cū hoibus istis in æternū: qa caro sunt. Quæ
eñ conuentio lucī ad tenebras: Nos de regno unitatis &
pacis sumus & hoies istos in eandē unitatē & pacē spera-
bamus esse uenturos. Nūc aūt qua rōne nobis cohæreāt
qui dissident à seipsis: Videtis quàm congruat huic solen
nitati euangelica lectio quæ sic deterret nos à scādalo par
uulorum: quandoquidem tam uehementer angelis displi
cent scandala: Qui scandalizauerit unum de pusillis istis Matth.18
durū est quod sequitur. Sed iam ꝑterit hora, ad missas no
bis eundem est. Peto ne sit uobis molesta dilatio: quæ po-
terit non inutilis fore: si capitulum præsens, sermone alte-
ro diligentius prosequamur.

In eadem solennitate. Sermo secundus.

TV distis fratres euāgelicā lectionē aduertsus eos
qui pusillos scandalizant satis terribiliter into-
nantē. Nemini blanditur ueritas: neminem pal
pat, nullum seducit, aperte denuncians: quoniā
Ve homini illi per quem scandalum uenit. Bonum erat ei
si natus non fuisset homo ille. Natus sane denuo: natus ad Matth.18
uitam, natus de spū: q nimirū carne postmodū consumma
tur. Expedit ei (si quis est) qui scandala suscitat in hac do-
mo: in hac sancta deo placida & angelis eius admodum
grata ac familiari congregatione, ut suspendatur in collo
eius mola asinaria: & pro suaui iugo & leui onere salvato
ris: graui mole terrenæ cupiditatis humeris ei⁹ impōsita
demergatur in profundum maris huius, magni & spacio-
si manibus: quod est sine dubio seculū nequā. Minus eñ
dānabile erat ei in seculo magis perire: quàm in monaste-
rio. Perire siquidem necesse est hominē qui charitatē non
habet: etiā si tradiderit corpus suum ita ut ardeat. Et hæc
dixerim fratres: non quasi minus bene de uobis sentiam
aut regnare uideat in uobis nequissimum istud uitiū: sed
ut in ea charitate & unanimitate & pace in qua statis in
dño solliciti sitis perseuerare & abundare magis. Quæ est
eñ spes nostra & gaudium nostrū & corona gloriæ: Nón
ne unitas & unanimitas uestra: in qua gaudeo uos inueni
ri fraternitatis amatores: & ante omnia mutuam in uobis-

metipsis

metipſis charitatẽ habentes: qđ eſt uinculũ perfectionis.
Propter quod obſecro uos: ſic ſtate in dño chariſſimi. In hoc enĩ cognoſcũt oẽs etiã ãgeli ſcti q̃ xp̃i eſtis diſcipuli: ſi dilectionẽ habueritis adinuicẽ. Deniq; ſi tenetis memoria: quã uobis p̃cedenti ſermone tradidim⁹ triplicẽ angeli exergа nos charitatis & ſolicitudinis cauſam, põt hinc quoq; fraternæ dilectiõis utilitas magnifice cõmendari. Facile ſiquidem conſiderare eſt hoi: qui nõ diligit proximũ: nullam ex his quas tunc diximus: ſuppetere cauſam. Nũquid enĩ xp̃i gratia diligemur ab angelis: ſi de mutuæ dilectionis inopia cognouerint nequaquam eius nos eſſe diſcipulos? Nunquid diligemur ab eis propter noſipſos, id eſt ſpiritualis naturæ ſimilitudine ſi inuenimur non diligere humanæ naturæ noſtræ conſortes: imo uerò ſi ex eis q̃ inter nos ſunt cõtẽtiõib⁹: carnales nos magis quàm ſpiritales eſſe cõſtiterit? Deniq; nunquid diligẽt nos propter ſcip̃os: & futurã de nobis ciuitatis ſuæ reſtaurationẽ ſi (quod abſit) unũ quo ſolo uniri & coædificari eis poſſumus defuerit glutinũ charitatis? Quo ſperabunt reædificandos de nobis p̃petuos ciuitatis illius muros: ſi cognouerint: ſi uiderint nos non lapides eſſe uiuos: qui poſſint inuicẽ cohærere: ſed magis puluerẽ quẽ proiiciat uentus à facie terræ: quẽ unius uerbi flatus in turbinẽ excitet: & ſuſpitionis cuiuſlibet leuiſſima aura diſpergat? Et hæc q̃dem dixiſſe ſufficiat: pro eo qđ ait dñs. Si quis ſcandalizauerit unũ de puſillis iſtis: credo enĩ q̃ maiori ſolicitudine deinceps ab hac tã neglſſima peſte cauebitis. A Iam uero quẽ nõ moueat qđ ſequit in euangelio. Si oculus tuus ſcandalizauerit te erue eũ &c. Nũquid enĩ corporalẽ hũc oculũ monemur eruere: aut unã ex manib⁹ iſtis: ſimiliter & unũ abſcindere pedẽ? Abſit à nobis huiuſmodi carnalis oĩno & nimis ridiculoſa cogitatio. Sed poſtquã ab exterioribus ſcandalis deterruit nos ſermo diuinus aſpere ſatis ſicut audiſtis: conſiliũ dat quid de eo nobis agendũ ſit ſcãdalo qđ interius patimur: cõtrariã inuenietes legẽ in membris noſtris. Ipſe enĩ nouit figmẽtũ noſtrũ q̃ eiuſmodi ſcandalũ non tam facile à nobis ualeat euitari. Porrò tripliciter fieri ſcandalũ iſtud, quotidiano nobis noſſe licet experimento. Interdũ enĩ eſt in nobis ſpiritalis intentionis oculus ſimplex & qui gratiæ magis quã noſter dicendus ſit: ſed ſcandalizat nos oculus noſter: & qui uere à nobis eſt: dum uoluntas noſtra aliã minus caſtã importune ingerit intentionẽ. Sed habemus iam ſuper hoc ſalubre conſilium ſaluatoris. Erue eum, inquit, & p̃iice abs te. Hoc aũt fiet ſi non conſentias: ſi abiicias: ſi reſiſtas. Similimodo de manu ac pede eſt intelligendũ. Cum enim bonis operibus intentos ad alia opera trahere uolũtas propria conaf: manus noſtra eſt quæ ſcandalizat nos: ſed abſcindi debet & proiici à nobis: ut non ei cõſentiamus. Sic etiam proficere in ſancta cõuerſatione, & aſcendere per gradus ſcalæ quæ iacob apparuit: ac iuxta quod ait pſalmiſta. De uirtute in uirtutẽ ire deſiderantes: ſæpius ſcandalum pati mur à pede quodã puſillanimitatis & negligẽtiæ noſtræ qui nimirũ deſcẽdere magis ac remiſſius ire conatur: ſed abſcindi eũ neceſſe eſt: ut pes gratiæ q ſtat in directo currere poſſit ſine offenſione: ſine ſcãdalo ſine impedimento.

Matth. 18.

Matth. 5.

Vbi ſupra

ps. 83.

¶ Quod aũt dicit bonũ nobis eſſe ad uitam intrare cum uno oculo, aut manu: aut pede: quàm duos habentes ire in gehennã ignis: eos notat qui uoluntatẽ ſuam ſiue bona ſiue mala ſit æque ſequuntur & ingrediũtur duabus uiis: nunc bona nunc mala ſectantes: ſm qđ uariant deſideria ſua. Quibus merito utiliusfuerat gratiæ in oĩbus inhærere: & ubi obuiat propria uoluntas abſcindere & à ſeipſis abiicere eam. Eſt aũt cum multo tẽpore in abſciſſione propriæ uoluntatis noſtræ, exercitati aliquatenus eã domamus ut diſcat iam nõ ſuperbire ſed magis ſine omni ſcandalo uel contradictione deo ſubiecta ſit anima noſtra: nec iam abiicere neceſſe ſit oculũ noſtrum: nempe qui ſimplici adhærens oculo factus eſt & ipſe ſimplex: aut certè iam nõ alter eſt oculus ſed unus cum eo: apoſtolo teſte quoniã q adhæret deo, unus ſpũs eſt cum eo. Quod aũt de oculo dictum eſt: de manu quoq; & pede eodem modo eſt intelligendum. Cuius enim uoluntas ex affectione & cũ deſiderio gratiæ cohæret: ut nec concupiſcat mala agere nec bona minora: nec minus bene quàm gratia ſuggerit: hic planè perfectus eſt uir: ſed pax iſta potius eſt fœlicitatis. Abſciſio uerò ſcandalorũ & tentationũ uictoria fortitudinis illam inquam gloriæ, hæc uirtutis.

1. Cor. 9.

In ſolennitate omnium ſanctorum de lectione euangelica. Sermo primus.

Eſtiuitas ſanctorũ omniũ hodie celebrat: & dignũ eſt ut cum omni deuotione celebret: Etenĩ ſi magna uidetur, & eſt beati Petri ſolẽnitas: ſeu btĩ Stephani aut cuiuſlibet cæterorum: quãta iſta eſt: quæ nõ unius tm̃ eſt, ſed uniuerſorum? Verũ non ignoratis fratres ſecularib⁹ id moris eſſe: ut dieb⁹ feſtis, feſtiua ſibi cõuiuia parẽt: & quãto fuerit ſolẽnitas clarior: tãto ſplendidi⁹ epulẽtur. Quid ergo? Nonne & his q̃ conuertũtur ad cor: cordis delitiæ ſunt quærendæ: & ſpiritalibus ſpiritalia cõparanda? Propterea iã paratũ eſt cõuiuiũ noſtrũ fratres: iã coacta ſunt omnia: & epulãdi tẽpus aduenit. Dignũ eſt enĩ ut prius aĩa ſatietur: q̃ hæc portio ſine dubitatione & ſine cõparatione ſit potior: præſertim cũ ſanctor⁹ ſolennitates manifeſtũ ſit ad aias magis quàm ad corpora pertinere: & quæ animarum ſunt, animæ plus acceptent: quippe naturali quadam ex cognatione coniunctæ. Quibus propterea quoq; ſancti iſti cõpatiunt amplius: propterea magis deſiderant animarũ bona: & plus earum refectionibus delectantur: qm̃ & ipſi ſimiles nobis fuere paſſibiles, & ipſi peregrinationis huius & exiliũ miſerabilis deplorauere moleſtias: & ipſi graue & huius corporis onus & tumultus ſeculi & tentationes experti ſunt inimici. Hiſi itaq; dubium quin gratior eis ſit & multo acceptabilior illa feſtiuitas qua intenditur æpulis animarũ: quàm ſit ea q̃ celebratur à ſeculariбus curã carnis pſicientibus in deliciis uoluptatum. Veruntamẽ unde nobis animarũ panis in terra deſerta: in loco horroris & uaſtæ ſolicitudinis? Vñ nobis ſub ſole ſpiritalis cibus: Vbi nihil eſt niſi labor & dolor & affictio ſpiritus? Sed ſcio qs dixerit petite & accipietis. Et illud. Si uos cum ſitis mali noſtis bona data dare filiis ueſtris: quanto magis pater ueſter è cælo dabit ſpiritum bonum petentibus ſe. Nec ignoro quàm obnixe tota hac nocte & die petieritis mendicantes dari uobis panem de cælo uiuum: non eum qui corpus corroborat: ſed qui cõfirmat cor hois. Nam cõuiuas qdẽ nõ auſim dicere, ſed mendici ſumus, p̃benda dei uiuentes. Mendici inquam iacentes ante ianuã regis p̃di uitis ulceribus pleni: & cupientes ſaturari: imo & ſuſtentari de micis quæ cadunt de menſa dominor⁹ noſtrorum quorũ celebramus hodie ſolẽnitatẽ. Nẽpè delitiis affluũt & menſurã accipiunt bonã & cõfertã & ſupereffluentẽ. Cõfidimus aũt qm̃ erit qui det nobis: chaos enĩ magnũ & diſtãtia eſt multa nimis inter liberalitatẽ & benignitatẽ dei: & auari diuitis crudelitatẽ. Propterea dedit hodie pater noſter panẽ. Patrẽ enĩ miſericordiarũ: patrẽ eſſe neceſſe eſt etiã miſerorũ: dedit inquã nobis panẽ de cælo & cibaria in abundantia, quorũ utinã ego fidelis coquus. utinã aia mea coquina utilis uideat. Siquidem ad p̃paranda fercula ueſtra: tota hac nocte concaluit cor meũ intra me: & in meditatione mea exarſit ignis: ille ſine dubio quẽ dñs Ieſus miſit in terram & uoluit uehemẽter accẽdi. Nam ſpũalem cibum & coquinã & ignẽ habere neceſſe eſt ſpũalem. Supereſt iam ut diſtribuã quæ parauí: uos autẽ conſiderate potius dantẽ dñm quã miniſtrum diſtribuentẽ. Ego enĩ quantũ in me eſt: nihil aliud ſum quàm cõſeruus ueſter q uobiſcũ pariter & mihi & uobis ſicut ipſe dñs nouit mẽdico panẽ de cælo & alimoniã uitæ. Propterea non ego uobis, ſed p̃ ueſter ipſe eſt q dat uobis panẽ de cælo uiuũ: ipſe uos paſcit & operibus & ſermonibus: etiã & carne filij ſui q eſt uerè cib⁹. Nã & de opibus lego: meus cibus eſt ut faciam uolũtatẽ patris mei: & de uerbis. Quouiã nõ in ſolo pane uiuit hõ: ſed in oĩ uerbo qđ p̃cedit de ore dei. Ergo

Mat. 3.

Vbi ſupra

Universidad de Deusto
Biblioteca

nūc quidē cibari habemus factis eius & uerbis: post hæc etiā illibatū dñici corporis sacramentū in altaris mēsa sanctificatā ipso ppitio percepturi. Legimus in euangelio hodie. Qñ uidēs turbas iesus, ascendit in montē. Predicātē eñ dñm, de ciuitatibus & castellis ppli sequebant: quorū saluabat aīas: sanabat corpora: & adhærebāt ei, affatu pariter & aspectu illius delectati: cuius nimirū uox suauis & facies eius decora: sicut scriptū est. Speciosus forma præ filijs hoīm: diffusa est gra i labijs tuis. Talis est quē nos sequmur: cui adhæremus: totus desiderabilis: in quē nō solum populi sed & ipsi quoq; angeli sancti desiderant prospicere. Quid uobis suauius apponemus: nimirum hæ sunt delitiæ angelorum, Gustate proinde & uidete quoniam suauis est dominꝰ. Et huic suauitati: huic sapori: huic sapientiæ quæ trahitur de occultis, omne quod desiderat nō uelet comparari. Quid enim. Miraris in sole splendorem: in flore pulchritudinem: in pane saporem: in terra fœcunditatem. Sed à deo hæc uniuersa donata sunt: nec dubium quin multo amplius reseruauerit sibi quàm dederit creaturis. Iam ne hoc quidem ociosum putemus: q; ascēdit in montem: nimirum quod tanto ante prædictū est tanquā à long' clamante propheta. Super montem ascende tu q euangelizas sion: qui euangelizas hierusalē. In qua ascensione si uos melius non habetis: ego illud intelligendum puto quod in initio actuum apostolorū beatus Lucas memint dicens. Primū quidem sermonē feci de omnibus ô theophile quæ cœpit iesus facere & docere: utiq; non iuxta pharisæorum morē: qui alligabāt onera grauia & importabilia. & imponebant ea i humeros hoīm: digito autem suo nolunt ea mouere. An nō bonus animæ panis est iste & plurimum confirmās cor hominis: Fiducialiter sequor te dñe quocunq; ieris: & secure incedo uiam māda torū tuorū: sciēs q; per eā p̄cesseris ipse. Secure inquā uiā mandatorū tuoꝝ curro: qñ quidē noui q; a summo cælo egressio tua, ad currendam hanc uiam: & occursus tuus usq; ad summum eius fuerit per hāc uiā, Nō possum ergo fratres i hūc modū singula masticare: uos estote aīalia mūda & ruminātia: ut fiat sicut scriptū est. Thesaurus desiderabilis reqescit in ore sapientis. Cogit eñ succingere, forsitā & præscidere uerbū: tā breuitas horæ quàm materiæ magnitudo. C Vidēs turbas iesus ascēdit in montē. Vidēs miserationis intuitu: quoniā erāt sicut oues errātes nō habētes pastorē. Quid est q; priusquàm docere inciperet ascēdit in montē: nisi q; in hocipso docuit necesse habere predicatores uerbi dei desiderijs animi: & conuersatione sancta ad sublimia tendere: & uirtutum cōscendere montē: Et cum sedisset accesserunt ad eū discipuli eius. Cū sedisset, inquit. Alioquin quis ad excelsum illū gigatē posset accedere: Benignissime prorsus inclinauit se & eximiuit nsq; ad sessionē ut dicat patri. Tu cognouisti sessionē meā & resurrectionē meā. Sedit enim ut eū quē ne ipsi quidē angeli stantē attingere poterant: etiā publicani & peccatores accedant: accedat maria magdalenæ: accedat & latro de cruce. Et cū sedisset accesserunt ad eū discipuli eius. Accesserunt nō tā incessu pedū quàm affectu cordis & imitatione uirtutū. D Bene aūt nō turbæ, nō qlibet de populo sed discipuli accessisse dicūtur: quatenus sicut testamētū uetus datū legit' in mōte syna: solo moyse ascendente & populo expectante deorsum: sic & modo susciperent montes pacem populo & colles iustitiam: & uelut in tenebris quibusdā & in occulto diceret' aplūs: qđ postea dicerent in lumine; & audirent in aure quod predicarent postmodum super tecta. Vnde & sequitur. Et aperiens os suum docebat eos. Aperuit nunc os suū: qui prophetarū prius aperuerat ora. Hinc est quod legit' in psalmo: pphēta dicente. Dñe labia mea aperies: & os meū annunciabit laudē tuā, Nūc aūt qui multi pharie multisq; modis olim locutus fuerat in prophetis: demū suiipsius ore, locutꝰ est: tāquā si diceret. Et qui loquebar ecce assum. Beati qui audierūt loquētē in carnē sapientiā: beati qui uerbi dei uerba quæ ab ipsius ore p̄cesserunt, audierunt. Verumtamē quod audierunt illi: adhuc reseruatur nobis: qa & nos aut dire possumꝰ quāuis nō ab ipo. Aperiens os suū docebat eos dicēs. Beati paupes spū. Verè aperū est os eiꝰ: in quo oēs thesauri sapientiæ & scientiæ sunt reconditi. Et uerè eius hæc doctrina q in apocalipsi loquitur. Ecce noua facio omnia: q per prophetam ante prædixerat: aperiam os meū, eructabo abscondita à constitutione mundi. Quid enim tam absconditū, quàm paupertatē esse beatā? Attamē ueritas loquitur: quæ nec falli nec fallere potest: & ipsa est quæ dicit: quoniā beati pauperes spū. Sic uos insensati filij adam diuitias quæritis: diuitias desideratis usq; adhuc: cum iam beatitudo pauperū diuinitꝰ cōmendata: prædicata mundo credita sit ab hominibus. Quærat eas paganus qui sine deo uiuit: quærat iudæus q terrenas p̄missiones accepit. Sed qua fronte magis aut qua mente, christianus diuitias quærit postquā christus beatos esse pauperes prædicauit? Quousq; filij alieni: quousq; uanitatem loquetur os uestram: ut beatum dicatis populum cui hæc sunt: hæc uisibilia: hæc præsentia: cum filius dei os suum aperiens locutus sit ueritatem beatos este pauperes: & ue diuitibus? B Sed diligenter attende q; nō simpliciter pauperes nominat propter plebeios paupes: necessitate miserabili, non laudabili uoluntate. Spero equidem profuturā eis apud diuinæ bonitatis misericordiam hunc ipsam afflictionis suæ miseriam: scio tamen dñm hoc in loco non de huiusmodi fuisse locutū: sed de his qui possunt dicere cum propheta. Voluntarie sacrificabo tibi. C Atiñ nec uolūtaria quidē pauptas oīs, laudē habet apud deum: nam & philosophi omnia sua reliquisse leguntur: ut expediti mundialibus curis: studio uanitatis possent uacare liberius: & nolebant censu abundare terreno: ut abundarent magis in sensu suo. Hos discernit quod dictū est spiritu: id est spirituali uoluntate. Beati uerò pauperes spiritu spirituali scilicet intentione: desiderio spirituali: propter solum beneplacitum dei & animarum salutem: quoniā ipsorum est regnum cælorū. Sed quis est qui sic loquitur: qui sic beatificat pauperes, & sic ditat? Putas poterit nerum esse? Erit sine dubio: siquidem uerax & potens est qui promittit. Si murmurat inimicus, respondebitur ei. An non licet mihi facere quod uolo? Nónne oculus tuus nequā est, quia ego bonꝰ? Si tu iure hūiliatus es pro eo q aduersum me exaltare te uoluisti: nónne qui se humiliant propter me: merito sunt exaltandi? Et uerè fratres si miserimus ille è cælo deiectus est: quoniā affectauit celsitudinem, altitudinem concupiuit, sublimitatem præsumpsit, nónne consequens est beatos esse, qui sponte in paupertatis humilitatē sese deponunt: & iuxta domini promissionē ipsorum est regnum cælorū qđ perdidit iste? Et attende quàm sapienter ordinauerit sapientia cōtra peccatum primū remediū primū opponēs. Ac si apertius dicat. Vis obtinere cælum quod perdidit superbiens angelus: qui confisus est in uirtute sua: & in multitudine diuitiarum suarum? Paupertatis uilitatem amplectere, & tuū erit. Sequitur. Beati mites: quoniā ipsi possidebunt terram. Bene optime. Sic enim oportebat (cōmēdata pauptate) etiam mansuetudinē p̄dicari: qñ relinquetibus oīa, prima solet esse tentatio de molestijs corpis & afflictione carnis insolita. Quid uerò paupertas ꝑderit: si qđ absit paup in murmuratione deueniat: factus exasperans & impatiens disciplinæ? Optime quoq; post regni ꝓmissionē minꝰ aliud regnum uelut in arram datur: ut ꝑm scripturam ꝓmissionē habeamus uitæ eius quæ nunc est pariter & futuræ: & de exhibitione præsentium, firma sit expectatio futurorum. A Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram. Hanc ergo terram corpus nostrum intelligo. Quod si possidere uult anima: si regnare desiderat super membra sua: necesse est ut sit ipsa mitis & superiori suo subiecta: quoniam tale inueniet inferius suum: qualem se exhibuerit superiori. Armatur enim creatura ad ulciscendam sui iniuriam creatoris:: & ideo nouerit anima quæ rebellem sibi inuenit carnem suam, se quoq; minus quàm oporteat superioribus

Matth. 5
Psal. 44.
Esa. 40.
Actu. 1.
Psal. 138.
Exo. 24.
Esai. 50.
Psal. 21.
Textus.
Textus.
Textus.
Textus.
Textus.
Rom. 11.
Psal. 8.
Textus.
Textus.

perioribus potestatibus esse subiectam. Mansuescat ipsa & humiliet sub potenti manu dei altissimi: subiecta sit deo & his pariter quibus uice eius habet obedire prælatis: & continuo corpus suum inueniet obediens & subiectum. Veritas enim est quæ loquit. Beati mites quoniã ipsi possidebunt terram. Et uide si non aduersus secundi peccati uulnus: secunda processerit medicina. Prima (siquidem) post angelicæ puarications ruinã Eua peccauit: inquietudine spiritꝰ agitata: & interdicti dulcedinem iugũ suaue & leue onus abiiciens: qm̃ expectare noluit: ut de manu dñi unde iam cætera acceperat perfectionẽ quoq; beati tudinis mereretur sed prepere illã serpentis consilio attentauit. Propter hoc paradisum perdidit, terrã deliciarũ: propter hoc in ipo corpore cõtrariam legẽ inuenit. Sed iam fortassis ad hãc dñi uocẽ desiderio mãsuetudinis æstuas: & conqueris super asperitate cordis tui & beluinis quibusdã montibus atq; Textus. indomita feritate. Attendite ergo quod sequitur. Beati q lugent: qm̃ ipsi consolabunt. Equum indomitum flagella domant: animã immitẽ cõtritio spũs & assiduitas lachrymarũ. Ergo in oibus operibus tuis memorare nouissima tua: mortis horrorẽ: iudicij tremendum discrimen: ardentis gehennæ metum ab oculis cordis tui elongari nullatenus patiaris. Cogita peregrinationis tuæ miseriã: recogita annos tuos in amaritudine aiæ tuæ: cogita uitæ humanæ pericula. Cogita fragilitatem ppriam & in huiusmodi cogitatione perseueraueris dico tibi parum senties quicquid foris uidet esse molestũ: dũ toto corde circa interiorem molestiã occuparis. Sed nec patietur dominꝰ sine cõsolatione te esse: quoniã pater misericordiarũ est & deus totius cõsolationis: & cõplebitur oĩno qd̃ ueritas pollicetur. Beati qui lugent: qm̃ ipsi consolabunt. Cõcordat aũt Eccles. 7. huic sententiæ etiã illud quod in Salomone legisti. Meliꝰ est ire ad domũ luctus: quàm ad domũ cõuiuij. Propterea beata esses Eua: si post culpã cõsolationẽ q̃reres lachrymarũ: & cõuersa ad pœnitẽtiã, ueniã citius obtineres. Nunc aũt miserrimã q̃isti cõsolationem de simili casu uiri tui: & ueneno pessimo nequissimo uidelicet uitio totã infecisti posteritatẽ tuã: ut usq; hodie perditionẽ alterius: alter suã reputet cõsolationẽ, Misera prius Euæ cõsolatio & eorũ q miserã hanc imitant: sed beati q lugent: qm̃ ipsi consolabunt. Verũ quid aliud est hæc cõsolatio quàm procedens de spe ueniæ gratia deuotionis & suauissima delectatio boni, & gustus sapiæ licet exiguꝰ: quibꝰ interim benignꝰ dñs afflictã refrigerat aiam: Sed gustus ille nihil aliud est quàm irritamentum desiderij & incentiuum amoris sicut scriptũ est. Qui edunt me adhuc esurient: & qui bibũt me Eccle. 24 adhuc sitient. Propterea ilico subinfert. Beati qui esuriũt Textus. & sitiunt iustitiã: qm̃ ipsi saturabuntur. Qui esurit esuriat amplius: & qui desiderat, abundantius adhuc desideret: quoniã quãtũcũq; desiderare potuerit, tm̃ est accepturus Imo uerò non secundũ imperfectionẽ, modũ ue desiderij: quoniã q donec pfecte habeat: pfecte desiderare non potest: sed nec & pfecte hr̃e dõec pfecte desideret: sed mensurã accepturus est bonã & cõfertã & coagitatã & supefluẽtem. Beati q esuriũt & sitiunt iustitiã: qm̃ ipsi saturabunt. Infirmiori palato cordis & aiæ languenti adhuc dura & insipida res uidetur esse iustitia: sed qui gustauerunt, ecce ipsi sciunt quàm beati sunt qui esuriunt illam: qm̃ ipsi saturabunt. O uerè felix & gloriosa satietas: ô sctm̃ cõuiuium: ô desiderabiles epulæ: ubi nimirũ anxietas nulla: nullum poterit esse fastidiũ: qm̃ satietas summa & summum merit desiderabiliũ. Beati q esuriunt & sitiunt iustitiam: qm̃ ipsi saturabunt. Iam uerò hoc uerbum aduersus adam procedere credo q portionẽ quidẽ aliquã uidet tenuisse iustitiæ in eo q̃ mulieri quidem cõpassus est: sed si esurisset iustitiam: curasset sine dubio reddere quod debebat: nõ modo uxori sed multomagis creatori. Debebat enim uxori cõpassionem, utiq; & disciplinã tanquã inferiori. Caput enim mulieris uir. Debebat autẽ deo obedientiã atq; subiectionem, Sed quid putamꝰ fratres? quàm plurimi usq; hodie factũ illud grauiter dijudicant: & tm̃ insipienter imitantur. Indignant aduersus adã q̃ obedierit uoci uxoris suæ plusquã dei: & ipsi quotidie euã suã: carnẽ uidelicet audiunt plusquàm deũ. Fratres si modo psentẽ uideremus adã in corticulo positum: ascendẽtibus cogitationibꝰ in cor eius, coartari inter precẽ uxoris & præceptũ creatoris: nõne clamaremus aduersus illum dicentes. Caue tibi miser: uide ne feceris: seducta est mulier, non acquiescas ei: Vt qd ergo quoties apprehendit nos tentatio similis: non persuademus similiter nobismetipsis? Beati enim qui esuriunt & sitiunt iustitiã: quoniã ipsi saturabunt. Sed qd pót esse ois iustitia nostra corã deo? Nónne iuxta ꝓphetã uelut pannus menstruate reputabit: & si districte iudicetur iniusta inueniet ois iustitia nostra, & minus habens? Quid ergo de pctis erit: qm̃ ne ipa quidẽ pse poterit respondere iustitiæ? Propterea obnixe cũ ꝓpheta clamantes: Non intres ps. 142. in iudicium cum seruo tuo dñe: tota humilitate ad misericordiam recurramus: quæ sola potest saluare aias nostras & solicite pensemus quod sequit. Beati misericordes: qm̃ Textus. ipsi misericordiam consequẽtur. Et attende quẽadmodũ zacheus breuiter uno uerbo utrumq; cõplectitur dicẽs. Dimidium bonorum meorum do pauperibus: & si quẽ Luce. 19. piam defraudaui reddo quadruplum. Vides quãtũ esurierit iste iustitiam: cui nõ sufficit æqua mensura reddere nisi reddat quadruplũ? Misericordia quoq; magna est: q̃ dimidiũ bonorũ suorũ dat pauperibus. Verũtamen nõ silebo ego quod sentio. Laudẽ dñi loquet os meum: dñi plane non uestram. Neq; enim uobis sed nomini eiꝰ do gloriã. Zacheus certè cuius laus est in euangelio: dimidium bonorum suorũ dedit pauperibus: sed ego multos zacheos hic uideo qui nihil sibi ex oĩbus reliquere. Quis mihi ferret hoc euangelium de zacheis istis imo de petris istis: q fiducialiter loquantur dñs: ecce nos reliquimus oĩa & se- Mat. 19. cuti sumꝰ te. Scriptum est. Sed iam in euãgelio æterno in libro uitæ scriptum est & signatum. Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiã cõsequentur. Iam uerò fratres adæ crudelitatem hæc sententia tãgit qui uidebatur uxoris amore peccasse. Ecce enim scimus ô adam quia os de ossibus tuis & caro de carne tua est: & eiꝰ amore peccasti. Videamus nunc quantũ dilígas eam. Venit dñs igneum tenens gladiũ: in ultione præuaricationis oppone te discrimini propter illã & dic. Dñe mulier infirmior est, mulier ducta est: mea est iniquitas: meum peccatum: in me solum uindicta procedat, Sed nõ loquit sic. Mulier, inquit, quã Gen. 3. dedisti mihi: dedit mihi de ligno & cætera. Operuersitas: pœnam suscipere refugis: & culpam admittere non recusastis? Quomodo prohdolor omnia confudisti: perniciose misericors ubi seuerus esse debueras: & pniciosius crudelis ubi misericordiam impendere oportebat? Nam delinquere ꝓpter illã nullo modo: satisfacere uerò pro ea libẽti animo debuisti. Sic enim oportet fieri fratres: ut nunquã ꝓpter aliũ homo peccet: quod est iustitiæ: & libenter aliena peccata oporter qd̃ est miæ. Beati qui esuriunt & sitiũt iustitiam: qm̃ ipsi saturabunt. Beati misericordes: qm̃ misericordiã cõsequentur. Sequitur. Beati mũdo corde qm̃ Textus. ipsi deum uidebunt. Beati planè & omnino beati qui uidebũt in quẽ desiderãt angeli ꝓspicere: quẽ uidere uita æterna est. Tibi dixi cor meum exquisiuit te facies mea faciem tuã dñe requiram. Quid enim mihi est in cælo: & à te quid uolui sup terrã? Defecit caro mea & cor meũ: deus cordis mei & pars mea deus in æternum. Quãdo adimplebis me lætitia cum uultu tuo? Ve mihi ab immunditia cordis mei qua impediente necdũ mereor ad beatã illam uisionẽ admitti. A Quãta solicitudine fratres quanto studio dãda est opera: ut mundari possit oculus quo uidendus est deus? Et ego quidem triplici sorde inquinari me sentio concupiscentia carnis: & concupiscentia gloriæ temporalis: & præteritorum conscientia delictorum. Sunt enim in anima motus quidam desideriorum: quos nec ratione nec uiribus extinguere possum: quãdiu sumt in hoc seculo nequã & in corpore mortis teneor allígatus. Attamen cõtra sordes istas oratiõis oppono remedium: & propterea

Universidad de Deusto
Biblioteca

sicut oculi seruorū ī manib⁹ dñorū suorū: ita oculi nostri ad dñm deū nr̄m donec misereat nostri: q̄ sol⁹ mūdus est: & pōt facere mūdū de īmūdo cōceptū semine. Sic & contra pctī cōscientiā remediū cōfessionis est institutū: & oia in cōfessione lauant. Ecce hæc sunt q̄ mundant oculū cordis: oratio & confessio. Porrò beati mundo corde: qm̄ ipsi deū uidebunt. Videbunt quidē in fine facie ad faciē: uidebūt etiā sed nūc per speculum in enigmate: & nūc cognoscēt ex parte pfecte postea cogniturī. Ois em̄ in cuius conscientia clausum adhuc peccatū uiuit: aut peccat in spe: & ita sentit de deo tanquā si min⁹ ei pctā displicēt: aut peccat in desperatione immisericordē sentiens deū: quorum utriq; merito dicit. Existimasti iniq̄ ero tui similis qm̄ neuter deū uidet sed mētit iniquitas sibi: formās sibi idolū p eo qđ nō est ipe. Beati uerò mūdo corde: qm̄ ipsi soli deū uidēt: soli de eo sentiunt in bonitate sicut uerē bonus est: ita ut nemo bonus sit nisi ipse. Beati mundo corde: qm̄ ipsi deū uidebūt. Miseri ,pinde adā & eua: q cōuersi in uerba malitiæ ad excusandas excusationes in peccatis: dum confessionis mūdationē fugiūt: immūdo remanēt corde: & à facie dñi eiciuntur. Sequit. Beati pacifici: qm̄ filij dei uocabunt. Merito filij noie uocabunt: qui filij op⁹ impleuerint. Ipse em̄ est: per quē reconciliati pacem habemus ad deum. Ipse qui pacificauit in sanguine suo quæ ī cælis sunt: & q̄ super terram: mediator dei & hoīm: homo xp̄s iesus. Et attende quēadmodum in trib⁹ quidē prioribus sibīpsi recōciliat aia in duobus q̄ sequuntur proximo: in sexto deo: in septimo etiam alios reconciliat: tanquā receptus in gr̄am dñi & cœlici familiaritate donatus. Nā paupertate, mansuetudine, fletu renouatur in aia similitudo quædā & imago æternitatis oia tempora cōplectētis: dū paupertate futura meret: mansuetudine sibi p̄sentia uēdicat: luctu pœnitētiæ præterita quoq; recuperat: sicut scriptum est. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Porrò iustitia & misericordia perfecte proximo cohæremus: dum q̄cquid nolumus nobis fieri, alīs non faciamus per iustitiā: & quæcūq; uolumus ut faciant nobis hoies & nos faciamus illis per mīam. Iam reconciliati nobis: reconciliati etiam proximo: fiducialiter per mūdiciam cordis reconciliamur deo. Beati uerò qui de sua reconcilatione non ingrati: & pro fratribus suis pie solicīti cos quoq; quantum prævalent & sibi & deo reconciliare laborant. Quibus enim landibus dignum, quā to amplectendum putas affectu fratrem illū qui sine querela cōuersans inter fratres tota solicitudine cauet: ne qd in eo sit: quod ab alīs hortari oporteat: & quicqd in alīs est onerosum: patientissime portat: singulorum scandala sua reputat, qui & cū apostolo loquitur: quis scandalizat & ego non uror: quis infirmat & ego non infirmor? Beati pacifici quoniā filij dei uocabunt. Non est em̄ deus dissensionis sed pacis: idcoq; filios pacis: dei quoq; filios dignū est appellari. Iam quæ sequit octaua beatitudo martyrum est prærogatiua: cuius nobis tolerantiæ, nec tempus uidetur esse nec uirtus. Honoratur nunc iustitia magis quā tum in facie est: aut nulli, aut pauci pro ea sustinent pſecutionem. Felices tamen si qui sunt, quoniam ipsorū est regnum cælorum: ut eos nemo persequat. Quod si multiplex fuerit tribulatio, tunc quoq; multiplicius exultandū: nō intuentibus q̄ uident incōmoda, sed præmia q̄ non uidentur. Quæ enim uidētur temporalia sunt, quæ aūt nō uidētur æterna. Beati, inquit, eritis cū uos oderint hoies & cū separauerint uos & eiecerint & dixerint oē malum aduersum uos mentientes ꝓpter me. Gaudete in illa die & exultate, ecce enim merces uestra copiosa est ī cælis: copiosior longè, quàm sit labor in terris. Veruntamen quid sibi uult q̄ eadem promissio facta est pro pauperibus & martyribus: nisi quia uerè martyriū genus paupertas uoluntaria est? Btūs uir, ait ꝓpheta, q̄ post aurū nō abiit: nec sperauit in thesauris pecuniæ. Quis est hic & laudabimus eū? Fecit enim mirabilia in uita sua. Quid mirabilius aut quod martyrium grauius est: quàm inter epulas esurire; inter uestes multas & preciosas algere: paupertate premi inter diuitias: quas offert mūdus: quas ostētat malignus quas desiderat noster iste appetitus? An non meritò coronabitur qui sic certauerit: mundum abnciens, promittentem irridens, inimicum tentātem: & quod gloriosius est de semetipso triumphans & crucifigens concupiscentiam prurientem? Deniq; propterea pauperibus pariter & martyribus regnum cælorum promittitur: quia paupertate quidem emitur: sed in passione pro christo absq; omni dilatione percipitur.

Psal. 49.

1. Cori. 11.

Textus.

Esaiæ. 38.

p̄s. 3.

In eadem solennitate. *Sermo secundus.*

OVia sanctorū omnium festiuam hodie dilectissimi omniq; dignissimam deuotione memoriam celebramus: operæpreciū puto de communi eorum fœlicitate in qua beata iam requie perfruuntur: & futura quam præstolantur consummatione: adiuuante spiritusancto, sermonem facere charitati uestræ: ita sanè ut non opinionis propriæ coniecturas: sed diuinorum librorum sequar auctoritatem: ne prophetare uidear de corde meo: sed imitar quoad potero testimonijs scripturarum. Erit enim præstante dño triplex sermonis utilitas: quatinus agnita, uel ex parte aliqua, felici retributione sanctorum: adundantiori deinceps solicitudine ipsorum inhærere uestigijs: ac feruentiori desiderio ad eorū suspirare consortia: propensiori quoq; deuotiōe eorundem nos cōmendare patrocinijs studeamus. Fidelis quippe sermo & omni acceptione dignus: ut quos solēni ueneratione prosequimur: etiam simili conuersatione sequamur: quos beatissimos p̄dicamus: ad eorū beatitudinē tota auiditate curram⁹: quorū delectamur preconijs: subleuemus: eorum patrocinijs. Nec sanè parū infructuosa inuenitur memoria festiua sanctorum: languorem: torporem: erroremq; depellens cum eorum intercessione iuuetur infirmitas nostra: consideratione beatitudinis excitetur negligentia nostra: ignorantia quoq; nostra ipsorū eruditur exemplis. Propterea cū perfecte eruditos uos ad imitanda sanctorum uestigia hodierna sancti euangelij lectione & ipsius domini sermone non dubitem: erecta nimirum ante aculos uestros scala per quam uniuersus quem hodie ueneramur sanctorum chorus ascendit: nec ignorem implorandis eorū suffragijs: totum paulominus noctis & diei huius religiosa deuotione tempus expēsum iam de eorum fœlicitate loqui: uel exiguū aliquid attenta bo: quod douauerit ipse qui eos & magnificat iam & glorificat, quos uocauit prius atq; iustificauit. Legimus in ꝓpheta. Cōuertere aia mea in requiē tuā: qa dñs bñfecit tibi: quia eripuit aiam meā de morte: oculos meos à lachrymis pedes meos à lapsu. Et in alio psalmo. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo uenantium. Multa quoq; similia in diuinarum reperisse mihi uideor serie scripturarum uerba hominum qui liberatos se esse non sine multa admiratiōe lætantur: uerba perfectæ securitatis & fœlicitatis immensæ, uocem gratiarum actionis & lætitiæ: quā pro meo sapere his q luteas adhuc domos inhabitant: & in sudore uult⁹ sui comedūt panē suum oīno nō arbitror cōuenire. Quis em̄ eorū gliabit castū se hīre cor? Quia audeat gloriari contritum esse laqueum: liberatos pedes à lapsu: reclamante nimirum apostolo & dicente. Qui stat uideat ne cadat. Vnde & de semetipso. Infœlix, inqt, ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius? Et alio in loco. Fratres, inquit, ego me non arbitror comprehendisse. Vnum autem: quæ retro sunt oblitus & in ea quæ ante me sunt extentus sequor ad palmam &c. Itemq; ego, ait: sic curro non quasi in incertum: sic pugno non quasi aerem uerberans: sed castigo corpus meū & seruituti subigo: ne fortè cum alīs prædicauerim: ipse reprobus efficiar. Hæc tamē planè tuba militiæ est: hæc uerba ducis strēnui fortiter dimicantis. Nam superiora quidem potiꝰ triūphantis esse quis dubitet: aut certè quidē nō triūphātis sed cum uictoria iam redeūtis de plio ad futurā magni triumphi diem læta ad secura conscientia pstolātis? Quid enim loquitur

p̄s. 114.

p̄s. 123.

1. Corī. 10.

Roma. 7.

Philip. 3.

1. Cor. 9.

ps.114. enim loquit reuersus de plio fortis miles: suus fidelis: Cō uertere iā, inqt, aīa mea in requiē tuā. Dū enī in corpe mortis dño militares nulla reqes erat: tū pro labore certaminis: tū pro periculo exitus adhuc incerti. Hinc excitabat tumultus tetationū: inde succūbēdi mutus grauī sollicitabat. Habebat ñ fratres & tūc gloriā miles christi: licet & requiē non haberet. Ait siqdē strenuus ille & fortis mi-
2. Cor. 1. les: cuius & pauloante fecimus mētionē. Gloria nra hæc est: testimoniū cōsciētiæ nostræ. Quod cōsciētiæ testimoniū nō sic intelligendū puto: tanquā ipsa sibi cōsciētia attestet. Non enī q seipsum cōmēdat ille, pbatus est: sed quē deus cōmēdat. Est ergo testimoniū cōsciētiæ in quo gloriat apostolus: nō qd' phibeat cōsciētia sed qd' loquit spiritus veritatis in ipsa: testimoniū phibens spiritui nostro q̄ fil' dei sumus. Cū enī veritas applaudit: cū iustícia attestat dei sine dubio cōmendātis vox est & spūssancti testimoniū phibētis: ac sic decertanti viriliter militi rex suus: pro cuius amore & honore decertat prope assistēs: lætus applaudat: laudet fortia facta: proximā clamitet esse victoriam: parata iam premia: & coronā pollicetur æternā. In quo testimonio gloriat quidē probatus est strenuus miles: minime tamen quiescit: sed tanto acrius viriliusq̄ decertat. Itaq̄ dū adhuc militant, gaudēt vtiq̄ electi dei: sed tantū de primitijs spiritus q & infirmitatē eorū adiuuat virtute sua: & pusillanimitatē sua cōsolatur attestatione:
Roma. 14 Vnde & is de quo loquebamur apls. Non est, inqt, regnū dei esca & potus: sed iustícia & pax & gaudiū in spiritu sancto. Iam verò consummato militiæ tepore gaudiū habēt sancti etiā in spū suo: donec adueniat dies illa: qua introire mereantur in gaudium dñi sui: gaudiū habituri & in ipso corpore suo. Sic habemus in psalmo. Signatū est
Psal. 4. super nos lumen vultus tui dñe: dedisti lætitiam in corde meo. Vnde: Planè ex his quæ sequunt: à fructu frumēti vini & olei sui. Audiuit enī ciusmodi aīa uocē dicētis. Date
prouer. 31 ei de fructu manuū suarū, & laudēt eā in portis opera ei⁹. Vnde & Ioannes scribere iubet in apocalypsi. Qui beati
Apoc. 14 mortui q in dño moriunt. Quare beati? Amodo enī iā dicit spūs: ut regescant à laboribus suis. Vnde & in ipso de quo pauloante loquebamur psalmo: eis quæ supra posuimus uerbis adiunctum est. In pace in idipsum: dormiā &
Psal. 4. requiescam: & de operibus habem⁹ in apocalipsi. Opera
Apoc. 14 enim illorum sequuntur illos. Ad quid uerò sequuntur: nisi ut laudent eos in portis? Ad quid sequuntur: nisi ut multiplicentur à fructu eorum: & accipiētes de fructu manuum suarum saginetur uituli: quos ex prophetico testimonio cum reædificabuntur muri Ierusalem super altare domini nouimus imponēdos? Interim quippe sub altari eos esse & non supra: ipse nos doceat cuius testimonium credibile factum est nimis: q ut scribit in apocalipsi: sub altari ipso eorum etiam uoces. Audiuit: Adhuc ergo signa-
Apoc. 6. tum est super eos lumen vultus dñici: & licet nō plenā: habent tamē lætitiā multam in corde suo: donec ueniat dies illa qua implebit eos lætitia cū vultu suo. Interim inquā cōuertunt animæ illæ in reqē suā donec ueniat dies qua introire mereant in requiē domini: adhuc laudant eas in portis opera sua: donec ueniat cū erit unicuiq; laus à deo. Videtis fratres quāta est unitas scripturarum: quàm uno sensu & eisdem penè uerbis de beatitudine loquātur animarum? Iam uerò nemo ex uobis paruam aliquā requiē aut lætitiā suspiceť: eorū qui ab omni penitus molestia liberi cogitant annos suos in dulcedine animæ suæ lætantur pro diebus quibus humiliati sunt: annis quibus uiderunt mala cū iocunda ammiratione & mira iocunditate: cōsiderant pcula quæ euaserūt: labores quos ptulerunt: certamina quæ uicerūt: & p his omnibus certa & indubitata fide expectāt beatā spem & aduentum gloriæ magni dei & saluatoris sui: qui resuscitabit corpora eorū, cōfigurata, pprij corporis claritati. Quanta est felicitas eorum: quàm immensa lætitia: q nimirū triplici gaudio de recordatione trāsactæ uirtutis: de exhibitione pſentis quietis: de certa expectatione futuræ consummationis exultant? Nam de futura illa consummatione habemus uocē eorū in fine huius psalmi, de quo superius loquebamur. Dicūt enī singulæ animæ quibus iam datum est ad hanc requiē peruenire. In pace in idipsum dormiā & requiescam: qm̄ Psal. 4.
tu dñe singulariter in spe constituisti me. Singulariter inquā in spe: nō iam inter spem & metū: ubi prius non sine solicitudine & anxietate plurima fluctuabā. Sic & de pſenti sanctorum requie habemus in alio psalmo scriptum. Cōuertere anima mea in regē tuā: qa dñs bene fecit tibi. ps. 114.
Bene inquam fecit: quāuis necdum optime. Deniq; audi quàm bene. Quia eripuit aīam meā de morte: oculos meos à lachrymis: pedes meos à lapsu: id est à pcto omni, & à pcti pœna: a timore quoq; & à periculo recidēdi penit⁹ liberauit. Hoc est suauissimū animæ stratū: quod nullis iā lauet aut riget lachrymis: qm̄ absterget de⁹ omnē lachrymam ab oculis eius. Hoc cubile in quo iam non compungitur: nec cōuertit in erūna sua dum cōfigitur spina: exīt enī de terra illa quæ spinas ei & tribulos germiabat. Hoc planè stratum animæ quod miníme iam uersat in infirmitate eius: qm̄ uniuersa quæ infirmitatis erāt pariter trāsierunt. Hæc est inquā animæ suauissima & saluberrima requies: cōscietia mūda, qeta, secura. Sit ergo beatæ aīæ cuiusq; cōscientiæ suæ puritas: sit capitale trāqllitas: sit optorum ei⁹ securitas: ut in hoc interim strato dormiat delectabiliter: feliciter reqescat. Iā uerò de recordatiōe transactæ uirtutis habes in psalmo. cxxiij. manifeste uerba eorū q̄ superius quoq; cōmemorauī. Cōsiderāt enī & multa cū admiratiōe recogitāt: à qbus laqueis: quātisue periculis diuino meruerint auxilio liberari: et exultātes in dño dicūt. Psal. 123.
Nisi quia dom⁹ erat in nobis dicat nūc israel: nisi quia dominus erat in nobis. Cū exurgerent homines in nos: fortè uiuos deglutissent nos. Torrentem pertransiuit aīa nra: forsitā pertransisset aīa nra aquā intollerabilē. Et addunt. Bñdictus dñs: q nō dedit nos in captionē dentibus Vbi supra
eorū. Sed & uerba quæ iā tpe sue resolutiōis instāte loq̄batur apls de eo in quo nunc feliciter requiescit statu pſum pra: uidenť & nunc ei multo melius cōuenire. Nūc enī iā
2. Tbi. 4. secure loquit. Bonū certamē certaui: cursum consumma-
Vbi supra ui: fidē seruaui: de reliquo reposita est mihi corona iustitiæ: quā reddet mihi dñs in illū diē iust⁹ iudex. A Hæc sunt dico uobis fratres: hæc modo sunt uniuersa sctōrum negotia: hic cibus, hic somn⁹ eorū: & ppterea voluit spūs sanctus scribi uerba ea quæ protulimus cæteraq; similia: ut ex his aliquatenus innotesceret nobis status eorū. Lōgè aliter tamen afficiuntur in huiusmodi meditationib⁹: & muto amplius delectantur quàm nostra aut cogitatio capere: aut explicare queat oratio. Audi enī quomodo laborat, ppheta inculcās & multiplicās uerba: nec tñ sic dígne magnificare ualēs qd' itēdit. Quàm magna, inqt, mul ps. 30.
titudo dulcedinis tuæ dñe: quam abscōdisti timētibus te. Quid tñ addidit? Perfecisti (inquit) eis q sperant in te: in cōspectu filiorū hominū. Est ergo multitudo dulcedinis: quæ abscōdita est: magna qdē & magna ualde: necdū tñ pfecta, qm̄ in manifesto pficiet, nō in abscōdito: qñ nō sub altari reqescēt sancti: sed sup thronos tāquā iudices residebūt. Ad requiē aīæ enī exutæ à corporib⁹ aīæ sanctæ, ptinus admittunt: ad plenā aūt gloriā regni, non ita. Me exPsal. 141.
pectant iusti, ait ppheta (cū adhuc detineret in custodia corporis huius) donec retribuas mihi. Et uox diuina ad aīas sanctas: corporum suorum resurrectionem flagitantes. Sustinete modicū tempus: donec impleat numer⁹ fra Apoc. 6.
trum uestrorū. Sed iam sermo claudendus est: uocant enī nos missarum adhuc celebranda solēnia. Qd' ergo restat adhuc de eadem materia sermone altero reseruemus.

In eadem celebritate. Sermo. III.

AVdistis, nisi fallor, ex his quæ præcedēte sermone sunt dicta: tres esse sanctarum status animarum. Primum uidelicet in corpore corruptibili: secundum sine corpore: tertium in beatitudine consummata. Primum deniq; in tabernaculis: secundum in atrijs: tertium in domo dei. Quàm dilecta taberna Psal. 83.

cula tua dñe uirtutū: multo magis tñ atria cõcupiscibilia, sed'm qđ addit. Cõcupiscit & deficit aĩa in atria dñi. Sed qñ in ipsis quoq; atriis nõnullus ut audis defect9 est. Beati oĩno q habitãt in domo tua dñe. Lætat9 sum planè ĩ his q̃ dicta sunt mihi fratres: qñ in domũ dñi ibim9. Q; si q̃ris unde id tã fiducialiter præsumã: inde sine dubio q̃ iã multi ex nobis in atriis stẽt: expectãtes donec recipiãt corpora sua donec impleaf numerus fratrũ. In illã em̃ beatissimã domũ nec sine nobis intrabũt cũ corporib9 suis: id est nec scti sine plebe: nec spũ sine carne. Neq; em̃ p̃stari decet integrã btitudinẽ: donec sit hõ integer cui deb: nec p̃fectiõe donari ecclesiã impfectã. Propterea cũ resurrectionem expeterent corporũ sicut priore sermone iã dixim9: acceperunt diuinũ responsum, dicens: sustinete modicũ tempus, donec compleatur numerus fratrum uestrorũ. D Acceperũt iam singulas stolas: sed non uestientur duplicib9, donec uestiamur & nos: quõ de patriarchis & de prophetis ait apls. Deo melius aliquid prouidente p nos: ut nõ sine nobis cõsummarentur. Stola enim prima, ipsa est quã dixim9, felicitas & reqes aiarũ: sed'a uerò immortalitas & gloria corporũ. Vnde & dicũt. Vindica dñe sanguinẽ sctõrũ tuorũ q effusus est: nõ tãquã uindictæ cupidi: nec de propriæ ultionis zelo: sed ex desiderio resurrectionis & glorificationis corporũ suorũ: quã nimirum usq; in diem iudicij differendam esse nõ dubitant. Sed un de hoc tibi ô misera caro: ô feda: ô fetida. Vnde tibi hoc? Animæ sanctæ quas propria deus insigniuit imagine: te desiderãt: quas redemit p̃prio sanguĩe te expectãt: & ipãrum sine te cõpleri lætitia: perfici gloria: consummari beatitudo non potest. Adeo siquidẽ urget in eis desiderium hoc naturale: ut necdũ tota corũ affectio libere pergat in deum: sed cõtrahaf quodãmõ & rugã faciat dũ inclinantur desiderio tui. Vnde & beat9 Ioãnes qui multa nobis de eo statu in quo feliciter beatæ animæ requiescũt p spiritum reseruauit: sine macula, inquit, sunt ante tronũ dei. A Sine macula, inquã, sed necdũ sine ruga: donec ueniat dies cũ sibi gloriosam Christus exhibebit ecclesiam non habentem maculã neq; rugã. In his nãq; q adhuc militãt nec sine macula quidem ecclesia est: qñ nemo mundus à sorde: nec infans cuius est unius diei uita sup terrã: quã utiq; uitam beatus Iob militiam esse testatur. In his uerò qui sub altari dñi requiescunt: iam quidẽ sine macula est ecclesia: sicut habes in psalmo. Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo: aut qs requiescet in monte sancto tuo? Qui ingredit, inqt, sine macula. Hic ergo requiescet in monte dñi, q ingredit sine macula: q uerò fuerit sine ruga exaltabitur supra montẽ. Si uis scire quãdo erũt sine ruga animæ sanctæ: quãdo extendent cæli sicut pellis quæ dilatat penitus: ut nec minima quidẽ ruga inueniatur in ea. Tũc sine dubio quãdo iã sequent agnũ quocũq; ierit. Verè ei extendi & dilatari necesse est aias: q bus ubiq; sequendus est agnus. Quo enim uadit? Attingit profecto à fine usq; ad finem fortiter & disponit oia suauiter. Vis adhuc nosse quo eat agnus, & quo necesse habeãt beatæ animæ sequi? In omnib9 requiem quæsiui. Hæc est planè requies domini non intercisa: non circa aliquid certum restricta: qñ in oibus gaudet: in omnibus delectatur: in omnib9 requiem quærit & inuenit. Nã & bona ei placent in seipsis: & delectatur nihilominus bona ordinatione malorũ. Diligit misericordiam & iudicium: nec modo in bonorum gloria sibi complacet: sed in ipsis quoq;, utpote iustis sup plicij simpiorũ. Quid ergo? Putas ne poterit humana anima in hoc gaudiũ dñi sui: & in hãc eius requiem intrare: ut & ipsa quoq; in omnib9 delectetur: nec aliqua iam priuata affectione contrahatur in rugam: sed transeat in affectum quendam generalem atq; diuinum? Poterit sine dubio si fidelis inueniatur super pauca quæ accepit militiæ suæ tempore: id est super artus, super sensus, super appetitus suos quos susceptt regẽdos: ut in his probetur quàm fidelis sit dño suo. Sciat igitur seru9 Christi uas suũ possidere in sanctificatione: glorificet & portet deum in corpore suo: nec dubium quin fidelem in modico seruum supra multa constituat dñs liberalis & diues. Supra multa planè quando constituet eum dominum domus suæ, & principem omnis possessionis suæ. Neq; id uobis incredibile uideatur fratres: tanquã à meipso id loquar: quoniam ueritas ipsa manifeste id pollicet: cuius de promissiõe omnino dubitare non licet. Beatus, ait, seruus ille quem cũ uenerit dominus inuenerit sic facientem. Amen dico uobis, Matt. 24.
super omnia bona sua constituet eum. Tunc enim fidelis seruus constituitur super omnia bona domini sui: cum in gaudium eius meretur intrare: & cum eo deinceps lætari in uniuersis: in eunctis gaudere: in omnibus delectari. Et enim qui adhæret deo (apostolo teste) unus cũ eo spiritus 1. Cor. 6.
efficitur: & uoluntas eius omnino diuine adhærẽs uoluntati fit una cum ea: ut nihil iam quod contra eam sit inueniatur in omnibus creaturis: sed uniuersa fiant, uel magis maneant pro eius arbitrio. Hæc est ergo beata spes quam expectant animæ sanctæ: & licet in gratiarum actione uersentur pro ea felicitate in qua requiescunt: adhuc tamen orant & clamant ad deum pro ea consummatione quam præstolantur. Vnde quemadmodum sine macula quidem uetustatis, sed nõ sine ruga cõtractionis eas dixímus esse: sic ad gratiarum actionẽ iam peruenisse uidentur: sed necdum ad uocem laudis: qñ perfectum p̃fectos laudare decet: ut laudetur cum hæreditate sua: quãdo iam & ipsi lãdabunt eum: & erit unicuiq; laus à deo. Vnde & prophetа signanter futuri temporis uerbo usus uidetur. Beati, in psal. 83.
quiens, qui habitãt in domo tua: in secula seculorũ laudabunt te. Nam & beatus Ioannes in apocalipsi non uocẽ laudis: sed potius uocem precis audiuit. Sic enim habes Sub altare dei audiui uoces occisorũ. Quas uoces? Vindica domine sanguinem sanctorũ tuorum qui effusus est. Apoc. 6.
Vox precis nõ laudis est ista. Sed quouscq; à longè circumdamus altare istud & ueremur accedere? Desiderat, nisi fallor, charitas uestra audire sacramentũ altaris huius, & sacrũ secretũq; nosse mysterium. Sed qs ego sum q sancto rũ cubiculũ facile audeã temerari9 pscrutator irrũperet? Quasi uerò nõ legerim scrutatorẽ maiestatis opprimẽdũ à gloria. Verũtñ pausemus hic si placet hodie: si fortè, pul santibus nobis aperire dignetur mysterium altaris illius inhabitatricis animæ sanctæ: non nostro merito sanè: sed propter eũ qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo: agnoscentes & nos inter ciues & domesticos dei: nec tanquam hospites & aduenas à secreta illa habitatione censeant propulsandos.

Apoc. 14. A

Iob. 7.

Psal. 14.

Caute legas.

Hebre. 11.

Eccli. 24

In eodem festo. Sermo IIII.

OVm de altari illo celesti sub quo btñs Ioannes sanctorũ uoces audiuit sermo incidisset: distulim9 sicut meminisse arbitror charitatẽ uestrã: ut orõne p̃missa securior nobis ad tam sacrum secretũq; cubiculũ pateret accessus. Tẽp9 est ut iã dicam9 quod de eo nobis sentire datũ est: sine p̃iudicio sanè si cui fortè aliter fuerit reuelatũ. Illud ergo primũ mouere põt: qd sibi uelit q beat9 Ioannes sub altari dei audisse se perhibet sanctarũ uoces aiarũ: cum saluator in euangelio de Lucæ. 16.
Lazari aĩa loquens: nõ sub altari dei: sed in sinũ Abrae dicat eã ab angelis deportatã. Nam & sctũs Iob, ut apparet Iob. 16.
nequaquã ad altare dei ausus est aspirare cũ diceret. Quis mihi tribuat ut in inferno protegas me: & abscondas me donec pertranseat furor tuus: & constituas mihi tempus in quo recorderis mei? Sed iam uenerat tempus fratres illud quod beatus Iob postulabat iam recordandi temp9: iam uenerat tempus miserẽdi: quãdo sanctorũ uoces sub altari dei beatus Ioannes audiuit. Donec enim ueniret desideratus ille qui sanguine suo deleret cyrographum dãnationis nr̃æ, & flammeum attingẽs gladium aperiret credentibus regna cælorũ, nullus oĩno cuiquã sctõrũ ad ea patebat accessus: sed puiderat eis dñs in inferno ipso locũ quietis & refrigerij: chaos magnum firmans inter sanctas illas aĩas & aĩas impiorum. Quamuis enim utræq; in tenebris essent: non utræq; erãt in pœnis: sed cruciabant impij:

impij: iusti uerò cõsolabant. Quòd autẽ in tenebris essent beati Iob testimonio didicim⁹ q se quoq; in locũ tenebrosum & opertũ mortis caligine phibebat iturũ. Hũc ergo locũ qdẽ obscurũ sed qetũ: sinũ Abraæ dñs uocat: p eo ut arbitror: q; i fide & expectatõe qesceret saluatoris. Abraæ em̃ fides tam manifeste pbata est & approbata: ut primus ipse futuræ incarnatiõis xp̃i meruisset accipe pmissionẽ. In hũc ergo locũ saluator descẽdes cõtriuit portas æreas & uectes ferreos cõfregit: eductosq; uinctos de dono carceris sedẽtes qdẽ: hoc est qescẽtes: sedi tenebris & umbra mortis iam tũc qdẽ sub altari dei collocauit abscõdes eos in tabernaculo suo in die malorũ: & ptegẽs eos in abscõdito tabernaculi sui donec ueniat tẽpus in quo procedãt cõpleto iam numero fratrũ: & percipiãt regnũ qd' eis paratũ est ab origine mũdi. Iã uerò sicubi fortè p̃sens quoq; sctõrũ reges Abraæ sinus uocat: certũ est de euãgelio hãc inoleuisse cõsuetudinẽ: licet neminem oporteat dubitare longè aliũ hñc sinũ esse, quàm illũ qppe cũ ille i tenebris: hic in luce multa: in inferno ille fuerit: iste in cælo. Nõ incõgrue tn̄ etiam nunc dictũ uidetur patriarcharum filios paternũ in sinũ recipi: cũ ad eorũ cõsortiũ ab hoc seculo trãsire meruerint. Porrò altare ip̃m de quo nobis habendus est sermo: ego p meo sapere nihil aliud arbitror esse: quàm corp⁹ ipsum dñi saluatoris. Credo autẽ q; & ego super hoc sensum eius habeã: p̃sertim cũ audiã eum in euangelio, pmittentẽ. Vbicũq; fuerit corpus, illic cõgregabuntur & aquilæ. Interim ergo sub xp̃i humanitate feliciter sancti qescũt: in qua nimirũ desiderãt etiã angeli ipsi prospicere: donec ueniat tẽpus, qn̄ iam nõ sub altari collocẽtur: sed exaltent sup altare. Sed qd dixi? Nunquid humanitatis xp̃i gloriã nõ dicã hoim: sed uel angelorũ assequi poterit qs: nedũ superare? Quonã igit modo super altare dixerim exaltãdos eos: q nũc sub altari quiescũt? Visione utiq; & cõtẽplatione: nõ p̃latione. Ostẽdet em̃ nobis filius ut pollicitus est semetipsum: nõ in forma serui, sed in forma dei. Ostẽdet etiã nobis patrẽ & spũ sctũ: sine qua nimirum uisione nihil sufficeret nobis: qm̄ hæc est uita æterna ut cognoscamus patrẽ uerũ deũ, & quẽ misit Iesum xp̃m: & in eis qd' non est dubiũ, etiã spiritũ utriusq;. Transiens quippe ministrabit nobis: nouas utiq; & usq; ad tempus illud nobis penitus inexpertas delitias manifestæ suæ cõtemplationis. Vnde & beat⁹ Ioãnes in epistola sua: nunc, inquit, filij dei sumus: sed nõdum apparuit quid erimus: Et addit. Scimus autẽ qm̄ cũ apparuerit similes ei erimus: qa uidebimus eũ sicuti est. Audi deniq; spõsam in cãtico cãticorũ fiducialiter loquẽtẽ: & spe gdem iã sup altare locatã. Leua ei⁹ (haud dubiũ quin spõsi) sub capite meo: & dextera illius amplexabit̃ me. Transcẽdit em̃ beata anima Christi incarnationẽ & hũanitatẽ: q̃ nimirũ leua ei⁹ iure uocat: ut diuinitatẽ ei⁹ & maiestatẽ ei⁹ quã nõ incõgrue dexterã nominat: sublimius cõtemplet̃. Tripliciter em̃ fratres in æterna illa & pfecta beatitudine fruemur deo: uidẽtes eũ in oĩbus creaturis: habẽtes eũ in nobisipsis: & qd' his oĩbus ineffabiliter iocũdi⁹ sit atq; beati⁹: ipsam quoq; cognoscẽtes in semetipsa trinitatem & gloriã illã sine ullo enigmate mũdo cordis oculo cõtẽplantes. In hoc em̃ erit uita æterna & pfecta: ut cognoscamus patrẽ & filiũ cum sancto spũ: & uideamus deũ sicuti est: id est nõ modo sicut inest nobis: uidelicet aut cæteris creaturis: sed sicut est in semetipso. Vnde duo illa uelut circũiacentia esse uident q̃ prædiximus, & quasi cortex tritici. Hæc uerò cognitio summa beatitudinis triticis medulla: adeps frumẽti: quo nimirum ciuitas sancta Ierusalem satiatur. Verum quàm magna est beatitudo illa tã abscõdita ab oculis nr̄is. Nec em̃ oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hoĩs ascẽdit quanta claritas: quãta suauitas: quãta iocũditas maneat nos in illa cognitione. Pax dei ex illa quæ exuperat oẽm intellectũ: quãto magis oẽm sermonẽ nostrũ. Quod ergo nulli datũ est experiri: null⁹ conet̃ effari. Mẽsurã, ait dñs, plenã & cõfertã & coagitatam & superefluentẽ dabũt in sinus uestros. Plenam uniuersitate creaturarum: confertã in interiore homine nostro: coagitatã in exteriore: superefluentem in deo ipso. Ibi cumulus felicitatis: ibi supereminẽs gloria: ibi superefluens beatitudo. Nam quomõ uidendus sit in creaturis: quomodo in nobis habendus, possumus uel ex parte conn̄cere ex ipsis nimirum quas accepimus iam primitijs spũs. Cognitio aũt illa omnino adhuc nobis incognita est, mirabilis facta est, cõfortata est: ut nõ possim⁹ ad eã. At uerò quẽadmodũ in creaturis uidendus sit: possumus aliquatenus intelligere: nimirũ cũ & modo uideatur in ipsis: unde & philosophi (apostolo teste) p ea q̃ facta sunt dei inuisibilia cõspexere. Verũ quã tũcũq; pficiat qs intelligẽdo cõspicere, quàm potẽtissime, quàm prudẽtissime, quàm benignissime maiestas æterna nũc creet omnia, nũc regat, ordinet uniuersa: prorsus modicum ab eo qd' est cõprehendit. Veniet aũt qn̄ iam ut in præcedenti sermone diximus: sequemur agnum quocũq; ierit: & in omnibus consequemur creaturis: ut in omnibus gaudeamus: quod est gaudiũ domini dei nostri: gaudeamus sanè in omnibus: sed non aliunde quàm de ipso: sicut & ipse non aljs fruitur sed semetipso. Iam uerò quẽadmodum in nobis habẽdus sit: & hoc (uel ex parte) possumus cogitare. Constat enim animarũ triplicem esse naturã: unde & sapientes mundi huius aĩam humanam, rationalem, irascibilem, concupiscibilem esse tradiderunt. Quã utiq; triplicẽ uim animæ ipsa quoq; natura & quotidiana experimenta nos docent. Porrò quẽadmodũ circa rationale nostrum & scientia & ignorãtia cõstat: tãquã habitus & priuatio: sic & circa cõcupiscibile desideriũ & contemptus: & circa id quod dicitur irascibile, & lætitia pariter & ira uersatur. Implebit ergo deus rationale nostrum luce sapientiæ: ita ut penitus nobis nihil desit in ulla sapientia. Implebit concupiscibile nostrum fonte iustitiæ: ut omnino desideremus eã, & ea penitus repleamur. Sicut scriptum est. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam: qm̄ ipsi saturabunt̃. Nulla enim alia res implere potest desideriũ aiæ: nulla alia p̃ter iustitiã beatificare aĩam potest. Cum ergo repleuerit deus concupiscibile nostrũ iustitia: quicqd respuere debet anima respuet: quicquid debet cõcupiscere concupiscet: & ex omnib⁹ id magis appetet qd' magis fuerit appetendum. Merito deniq; concupiscibili nostro iustitiam attribuimus: ex quo nimirũ aut iusti aut iniusti reputantur. Iam uerò quod dicit̃ in nobis irascibile cum repleuerit illud deus, perfecta erit in nobis trãquillitas: & in summam iocunditatem atq; lætitiam replebit̃ pace diuina. Et uide si non his tribus perfecta quãtũ sanè ad animam spectat beatitudo consistat: qm̄ scientia iam nõ inflat propter iustitiam: iam non contristat propter lætitiam: ut cesset prouerbium illud: qui apponit scientiã apponit & dolorẽ: qm̄ iustitia nec indiscreta erit, ppter scientiam: nec onerosa, ppter lætitiã: quãdo lætitia nec inepta erit propter scientiam: nec impura propter iustitiam. Sed in his oĩbus nihil adhuc exterior homo noster accepit.

¶ Ipsi ergo ut inhabitet gloria etiam in terra nostra. Et iuxta aliũ prophetam. Repleatur maiestate domini oĩs terra. quatuor sunt quærenda: quoniam nimirũ cõstat ex elementis quatuor esse compactum. Nec mireris q; pluribus indigere uidetur qui miserior est: cum & in psalmo legeris dicẽte propheta. Sitiuit in te anima mea quàm multipliciter tibi caro mea. Habeat ergo terra nostra immortalitatem: ne iam timeat denuo se in puluerem redigẽdã. Resurgens em̃ corpus nostrum iam nõ moritur: mors illi ultra nõ dominabit̃. Sed quid proderit si fortè contingat in æternum uiuere in miseriis & erũnis passibilitatis huius: qua nimirum incessanter corruptibile hoc corpus affligitur: & si non semel utiq; semper moriturr? Habeat certè etiam aqua omnimodam impassibilitatem: ab humoribus enim inordinatis causas aiũt procedere passionum. Sed iam desiderat corpus nostrum etiam leuitatem: hanc nimirum quã habet ex aere portionẽ. Tanta itaq; futura credenda est corporũ leuitas & agilitas beatorũ ut possint si uelint absq; omni mora seu difficultate ipsam

Cante lei gat.

Luc. 17.

Matt. 26.

1. Ioan. 3.

1. Ioan. 3.

Cantic. 2.

Luc. 6.

psal. 71.

psal. 62.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quoq; cogitationū nostrarū sequi ad omnia uelocitatē. Quid ultra deest ad pfectā corporis btitudinē? Sola utiq; pulchritudo. Hanc pfectissimā habituri: non immerito
Philip.3. possum⁹ attribuere ei parti quā habem⁹ ab igne. Saluato rē em̄ expectamus, ut ait apls, q reformabit corp⁹ humilitatis nr̄æ cōfiguratū corpori claritatis suæ: exhibens qd̄
Matt.13. pollicitus est. Qm̄ fulgebūt iusti sicut sol in regno patris eorū. Sic ergo replebit aias nr̄as deus: cū pfecta in eis scientia fuerit: pfecta iustitia: pfecta lætitia. Sic replebit maiestate oīs terra: cū fuerit corp⁹ incorruptibile, impassibile, agile: cōfiguratū deniq; corpori claritatis suæ. Et uide ne fortè isti sint septē panes qbus quatuor hoīm milia saluator legit satiasse: è qbus eiusdē numeri sportas plenas apostoli reseruādas sustulerūt. Nūc em̄ reficimur panib⁹ istis cum iocunda meditatiōe beatā spem ruminamus: donec ueniat: cū iā nō de spe sed de re ipa & exhibitōe gaudētes quasi plenas sportas recipere, p panib⁹ singlis mercamur.

In eodem festo. Sermo V.

Esaiæ. 6. CVm dixisset propheta & seraphin stabāt: adiūxit deinde & ait. Sex alæ uni: & sex alæ alteri. Quid sibi uolunt alæ istæ frēs? Ergone etiā cū hyems trāsierit & sedebit rex sup soliū: uolādū adhuc erit & ipis seraphin ut possint diuersis occurrere necessitatib⁹ diuersorū: ab imminētibus liberare piculis: opem ferre laborantibus: in tribulatione positos cōsolarī? Absit ut in illo æternæ beatitudinis regno necessitas: aut periculū: aut labor: aut tribulatio sit: cui oporteat sub ueniri. Ad quid ergo tūc alæ? Placet mihi statio illa: oīno sic uolo manere: ne aliquid prorsus admitto quo mihi stabilitas illa depereat. Veruntamen scio beate Esaia ꝙ propheta es tu & spiritū eius habens: qui abundātia pietatis excedit hominum non modo merita sed & uota. Salua mihi sit illa tam amata stabilitas, iam si quid alæ istæ ad beatitudinē addiderint nō recuso. Credo autē sicut in statione immutabilitatem: sic & in uolatu alacritatem promitti, ne uidelicet insensibilis quædam & quasi lapidea stabilitas æstimetur. Sed dicas. Et si alas habere necesse est, quare tam multas? Quid sibi uult multiplicitas ista pennarū? Audi quod sequitur. Duabus alis uelabant caput: duabus pedes: duabus uolabāt. In quibus uerbis uidere mihi uideor: quod de statione dictum est uolatu manifestius explicari. Quo enim seraphin uolant nisi in eum cuius ardent amore. Vide flammam quasi uolantem & stantem simul: nec miraberis iam seraphin stantes uolare: stare uolantes. Sed quia diximus quo uolant: ipsas quoq; quibus uolant alas exigere religiosa curiositas uestra uidetur. Certius posset & credib. lius testimonium perhibere cui datum est & uidere. Ego tamen opinor non incongrue pennas istas agnitionem & deuotionem intelligi posse: quibus in eum qui supra ipsos est seraphin rapiuntur. Leuat quippe cognitionis ala: sed sola nō sufficit. Ruit citiꝰ qui una tantum ala uolare contendit: & quo magis attolitur peius colliditur. Experti sunt hoc philosophi gētiū: qui cum cognouissent deum non sicut deum glorificauerunt: sed euanuerūt in cogitationibus suis: & obscuratū est insipiēs cor eorū. Deniq; traditi in reprobum sensum, usq; in ipsas etiam passiones ignominiæ corruerūt. Adeò uerò ꝑbat illa sententia. Scienti bonū & nō facienti, peccatū est illi. Sic & zelus absq; scientia: quo uehemētius iruit: eo grauius corripuit: impingens nimirū atq; resilies. Vbi uerò intelligentiā charitas: agnitionē deuotio comitatur: uolet secure quisq; eiusmodi est: uolet sine fine, qa uolat in æternitatē. B Iam sup ea quæ ꝑmittit capitis & pedum uelatione extat à patribus probata sententia, dei caput pedesq; uelari: eò ꝙ lateat qđ ante mundum fuerit: quidue futurū post consummationē. Et hoc quidē ꝑ eo ꝙ distincte in latinis codicibus scriptū est: caput eius & pedes eius. Testatur autē interpres noster in hebræo uerbū esse cōmune qđ interpretari possit ei⁹ & suā ut seraphin iuxta hæbraei sermonis ambiguitatē uel facie pedesq; dei uel suam faciem ac pedes operire dicant. Vnde & mirū uideri potest cur è duobus eū magis interpretatione elegerit sensum: quē uisionis ipsius cōsequētia minus uidet admittere: ut uidelicet & uelarent pariter caput pedesq; sedentis: nisi ꝙ Origenis expositionem secut⁹ in hac parte. Q; si de ipsis quoq; seraphin licet accipere: sic pinge ea ut operto capite & pedibus solū appareat corp⁹ mediū: sed & ipm quoq; nō penit⁹ ꝑpter eas nimirū alas qb⁹ uolare phibent. Cōsidero siquidē quasi quoddā caput corpus & pedes meos: in uerbis apostoli quibus ait. Quos eñ ꝓscí- Rom. 8.
uit & ꝓdestinauit: cōformes fieri imaginis filij sui: & quos ꝓdestinauit, hos & uocauit. Quos aūt uocauit: hos & iustificauit. Et quos iustificauit hos & magnificauit. Ita imitiū meū soli⁹ grīæ est: & nō habeo qđ mihi in ꝓdestinatione attribuā siue uocatione. Nō sic sanè ab opere iustificatiōis alien⁹ sum: operat & illud grā: sed planè mecū. Videsne quēadmodū seraphin in medio appareat aliquaten⁹ ꝙ Porrò consummatio quidē & ipa solius gratiæ est: nec est mihi ut in hac parte uel cū ea siue in ea gloriari: quasi coadiutor uidear aut coopator. Velat itaq; seraphin caput suū duabus pēnis: si & ueraciter cognouerit & hūiliter fateat: qa misericordia eū sola ꝓuenerit. Velat & pedes alis æque duabus si misericordiæ quoq; q̄ subsecutura est: nec ignarus extiterit nec ingratus. Quam sanè capitis & pedū uelationē: & nūc quoq; negligere nō oportet: licet tūc maxime perficienda sit qñ iudex sedebit sup soliū: & astātes sibi seraphin: & agnitione ueritatis subtilius illustrabit: & inflāmabit uehementius charitatis ardore. In quorū numero indignos nos seruos nois sui: ipsa de qua locuti sumus constituere dignet misericordia: q̄ ab æterno est & usq; in æternū sup electos: in medio qđē aliquaten⁹ ostē dens liberū arbitriū meriti grā principiū & finē oīno soli uendicans sibi: ut sit nobis alpha & o dñs deus noster: & pro utroq; iure clamem⁹. Nō nobis dñe nō nobis: sed no- Psal. 113.
mini tuo da gloriam. Amen.

Vnde supra. Sermo V. D

COmmēdāt nobis sacræ literæ Christum dñm & ex pre & in pre & cū pre & à pre & ꝑ patre: & etiā sub pre. Q; dicit ex pre, ineffabilis est natiuitas: ꝙ in pre consubstantialis unitas: ꝙ cū patre æqualitas maiestatis. Sanè eñ tria hæc ab æterno. Cæterū si ex parte nascēs qđ in patre aut cū patre? Nō incōgrue forsitā in patre cubās cū patre sedens dicat. Et audite confessus huius & huius accubit⁹ rōnē. Sicut eñ sessio maiestatē: sic cōsessio æqualitatē exprimit maiestatis: ꝑsertim cū sit ei sedes à dextris pris: nō sanè sub pedibus uel quasi à tergo. Et sedere qdē iā quiescere est: sed iacere magis. Quid autē delectabilius & quodāmō dulcius esse uidebit filio: ꝙ in patre est: an ꝙ cū patre oībus præest? In quo putas horū summa illa pax dei: quæ exuperat oēm sensum: & singularis requies domini competentius assignetur? Etsi digne ore id exprimi nequeat: corde tamen forsitan pie concipitur: ut salua qdem in omnibus illius indiuisibili simplicitate essentiæ:

inter

ínter gloriæ æqualitatẽ & ſubſtantiæ unitatẽ: uelut ſimílis q̃dam ei quæ ínter conceſſum & accubitũ eſt cogitari poſſe diſtinctio uídeat. Deníq; parũ uídet ſponſæ uidere
Cant.1. ſedentem: cubantẽ ſibi flagitat índicari. Indica míhi, ait, quẽ dílígit aía mea: ubi cubas ín meridie? Sed & animæ omní quæ ſanũ ſapit: dulciusſapit per omnẽ modũ, quod
2. Cor.6. apoſtol⁹ ait. Qui adhæret deo unus ſpíritus eſt: quàm q̃ apoſtolis díceſ: cum ſederít rex ín ſede maieſtatis ſuæ ſedebitis & uos iudícantes: haud mínus utíq; íocũdíor ſeſſione cubatio. Ego ín patre, ait filius: & pater ín me eſt. Non potuít expreſſius ſubſtantiæ unitas commẽdarí. Vbí eñ uterq; ín altero níhíl quaſi exterius licet: níhíl ínterius cogitarí: ſímpliciſſimam magís credí neceſſe eſt ín ambob⁹ ſubſtantiæ unitatem. Veruntamen alíquatenus huíc ſímile eſt quod dícitur. Qui manet ín charitate ín deo manet: & deus ín eo: níſi q; hic quídem ſpíritalís quædam unio ſecundum q̃ ſupra memorauímus: qui adhæret deo, nõ quídem unũ: íd eſt non una ſubſtantía: ſed unus ſpíritus eſt. Illíc uerò naturalís potius & ſubſtantialís unitas de-
Ioan.10. ſignatur. Vnde & habes ín euangelio. Ego & pater unum ſumus. Illud proínde ſuxta prætatã ſimílitudínẽ tanquã cubiculũ unígeníti: & quaſi ſumma quædã dñí reges eſt. Nos quoq; p hãc uolũtatũ unionẽ, & adhæſionẽ ſpíritus quã nímírũ charítas facít: p noſtro q̃dem modulo ín hoc ſuũ cubículũ: & ín ſuam requíe factus etiam primogenit⁹ íntroducít. Iam uerò q̃ dícítur à patre ambulantẽ ſígnificat: & ad eũ quẽ proxíme ípſo p̃ſtante celebraturi ſum⁹ ſpectat íncarnationís eíus aduentum. Hínc nímírum &
Ioan.8. ípſe ait. Ego ením à deo proceſſí & uení. In terrís deníq; uíſus: & cum hoíbus conuerſatus medíus noſtrũ quẽ neſciebamus ſtetít: uerus quidẽ emanuel nobíſcũ deus: nobíſcum ſtans: ſed pro patre. Q̃ ením nobíſcum ſtetit adiutoríũ: q; pro patre ſtetít zelũ deſignat. Paternã nãq; quærebat ín oíbus gloríã: cuíus & uenerat facere uoluntatẽ. Cæterũ ſi pendentẽ conſideres: ſi Chriſtũ & hunc crucifixum attendas: íbí maxíme euídentíſſimeq; eum ſub patre reperíes: hoc ením propríe ac ſpecialiter ad humanæ ptí-
Ioan.14. nuít naturæ hũílitatẽ ſm quã ípſe ait. Pater maíor me eſt. Dícere ne audebímus q; alíquando fuerit etiã ſine patre?
Matt.27. Nemo íd p̃ſumeret: ſi non prior ípſe díxiſſet. Deus meus: deus meus: ut quíd dereliquiſtí me? Quaſi quædam enim íbí derelictío fuít ubí nulla fuít ín tanta neceſſítate uírtutis exhíbítío nulla: oſtẽſio maieſtatís. Habem⁹ ítaq; Chriſtum ex patre naſcentẽ: ín patre cubantẽ: cũ patre ſedẽtẽ: à patre ambulantẽ: pro patre ſtantẽ: ſub patre pendentẽ: ſine patre quodãmodo morientẽ. Quonam ígitur modo
Eſaiæ.6. ex hís uídiſſe eum credemus Eſaíam: cũ díceret. Vídí dominũ ſedentẽ ſuper ſoliũ excelſum & eleuatũ. Longè eñ per omnem modũ diſſímílís ea uiſio fuít: de qua alíbí ídẽ
Eſa.13. propheta. Vídím⁹ eũ, ínquit, & nõ erat eí ſpecies neq; decor: & æſtímauímus eũ tanquã leproſum & percuſſum à deo & hũíliatũ. Itẽ utrobíq; uídít eundem: ſed non uídít eodẽ modo: ac per hoc quodãmodo nõ eundem. Ibí eñ uídít eũ líuidũ plagis: ſaturatũ opprobríjs: afflictum ſupplicíjs: laceſſítũ íníurijs. Vídít deníq; cõtemptíbílẽ: uídít
Vbiſupra pendentẽ: uídít ꝓpter nos morientem: & aít. Attrítus eſt ꝓpter ſcelera noſtra: cuíus líuore ſanatí ſumus. Ibí ínquã nouíſſím⁹ uírorũ apparuít & deſpectus: hic autẽ erat plena omnís terra maieſtate ípſius. Ibí uír dolorũ & ſcíẽs ínfirmitatẽ: hic dñs ſedens. Et ílla quidẽ cõmunís uíſio uerbo pluralís numerí deſignatur: hæc autem tam ſingularís eſt quàm ſublímís. Ibí ergo tanquã unus de multitudíne (uídímus) aít: hic uerò tanquã ſolus & ſolitaríus leuans ſe ſupra ſe: uídí, ínquít dñm ſedentẽ &c. Sanè competẽter dñs dícitur: qui ſedere conſpicit. Sedere eñ p̃ſidentís eſt: ſedere dñantís eſt & regnãtis. Maxime uerò ſedere ſup ſoliũ dñatíonẽ notat: nã ſedere ſímpliciter alíq̃ & hũíliatíonẽ. Cæterũ ut p̃ díxím⁹: q; ín pr̃e cubat delitiãs: cũ pr̃e ímperãs ſedet: íbí ſpõſus amabilis, íbí dñs ammírabilís. Deníq; glorioſus de⁹ ín ſctís ſuís: mírabilís ín maieſtate ſua. Vídí, ínquit, dñm ſedentẽ ſup ſoliũ excelſum & eleuatũ:
& plena erat omnís terra maieſtate eíus: & ea q̃ ſub ípſo erant replebant tẽplum. Quæ enim ſub ípſo erant? Numqd ípſum quod díxerat ſoliũ quálíbet excelſum & eleuatũ: ſub ípo tñ nihílominus erat. Si eñ ípſe ſup ſoliũ ſedẽs ſoliũ plane ſub ípſo. Et quomodo íllud replebat templũ? Deínde q̃ & ípſa íam terra omnís plena eſt maieſtate ei⁹: quomodo tẽplum adhuc uel unde repletur? Enímuerò díſce ex hís q̃ audís ſoliũ nõ machímã ímaginarí corporeã ſed angelícã íntellígere creaturã. Sí ením ſedes eſt ſapientiæ aía íuſti: quàm dígnior ſedes angeli ſancti? Hoc plane ſoliũ gloríæ eíus, excelſum per naturã: ſed multomagis p gratíam eleuatũ. Excelſos ením fecit eos natura cõditionís: elcuatos gratia cõfirmationís: de qua dícitur. Verbo Pſal.32.
domíní cæli firmatí ſunt. Ea ígitur agmina angelorum ín quíbus ſedet deus: & quæ ſub ípſo ſunt tẽplũ replẽt: licet íam terra omnís ípſius plena ſit maieſtate. Vbíq; ením regnat: ubíq; ímperat: ubíq; maieſtas eíus: ſed gratia fortè non íta. Non ínquam ubíq; ſicut poteſtas: ſic & uoluntas eíus bona & bñplacens & perfecta. Alioquín quíd eſt q̃ dícimus. Fíat uolũtas tua ſicut ín cælo & ín terra? Fit eñ Matt.6.
uoluntas eíus de oíbus: fit p omnes non ín omnibus tñ. In electís ſpíritíbus fit uolũtas dei: qñ eis efficit cum ípſo una uoluntas. Hæc ſanè adhæſio ſpíritalís unum ſpíritũ faciens: ſicut multitudínís quoq; credentíũ: cor unum & Actu.4.
anima una legitur extitiſſe. Et ea quæ ſub ípſo erãt replebant templũ. Replebãt omní benedictíone ſpíritalí: replebant cõſolatíone díuína: replebãt díuiſionibus gratiarũ. Replebant deníq; fructu ſanctificationís: ſiquidem domũ tuã domíne decet ſanctitudo: replebant díuerſis charíſmatum donis: ſpíritu ſapiẽtiæ & íntellectus: cõſilij & fortitudínís: ſcientiæ & pietatis: & replebãt íllud ſpíritu timoris domíní. Seraphín ſtabant ſuper íllud. Nomen eſt ordínís angelorũ ſummí atq; ſupremí: ut merito ſtare ſuper cæteros deſcribant: & ípſi tamen quálíbet cæterís p̃ſtent: aſtãt nihílominus domíno p̃ſidentí: deuotũ utíq; miníſteríũ: & plenũ reuerentiæ obſequíũ exhíbentes. D Alíter eñ domíní: alíter angeli: alíter hoís íntellígí conuenit ſtatiõnẽ. Stat Chriſtus p patre zelans: patris gloriã quærẽs: & tanquã fidelís unígenitus imo & primogenitus patris zelo patris adiuuans adoptiuos. Sic íllum Stephanus ſtan- Actu.7.
tẽ uídít: quẽ habuít adiutorem: ſic ꝓpheta ín adiutorium eum ſurgere precabat: exurge, ínquiens, dñe adiuua nos. Pſal.43.
Sane angelica ſtatio miníſtratio eſt dicẽte ꝓpheta. Mília Daniel.7.
mílíum miníſtrabant eí: & decies centena mília aſſiſtebãt eí. Nam hoís quidem ſtare perſiſtere eſt ín uígore animí, & obſeruatione ꝓpoſiti. Sic Moyſes ſtetít ín confractione ín conſpectu domíní ut auerteret írã eíus: ſic ſtetít Phínees & placuít. Seraphín ſtabant ſuper íllud. Quíd ſibí uult q; nõ unũ nõ plurímos ſtantes uídiſſe ſe phíbet propheta: ſed duos? Duos ſiquidẽ eí apparuiſſe cõſtat ex eo q; ſecutus adiunxít. Sex alæ uní: & ſex alæ alterí. Et bene duo ſtabãt. Væ eñ ſolí: ga ſi ceciderít nõ habet ſubleuãtẽ. Væ tibí ſupbe ſpũs: ſolitudínís & ſolitaríæ præſumptiõnís amator. Nõ ſtetiſtí ín uerítate: expulſus eſt pes ſupbiæ: ſtare nõ potuít. Solus ſedere uolẽs tãquã fulgur ceciditſtí de cælo: nõ habitur⁹ alíq̃ ſubleuantẽ. Sex alæ uní: & ſex alæ alterí. Ad qd multíplícitas iſta pennarũ? Duab⁹, ínqt, uelabant caput eíus: & duabus pedes: & duab⁹ uolabãt. Grãde myſteríũ & pfundũ utíq; facrm. Attẽtas ín uobís hæc uerba deſiderant aures: ſed multomagís diſertam ín nobís línguã exígẽt, maxiceq; aĩm ſpíritalẽ. Díco uobis tñ utcũq; qd ſentío nec ſane affirmans díco: ſed conjectans quodãmõ & opinãs. Quíd eñ æſtímare uetat: deiecto lucífero ad puígiles excubías ſeraphín cõſtítutos: ſicut eiecto homíne teſte ſcríptura. Cherubín ad cuſtodiã poſuit Gen.3.
deus. Nec íncõgrue forſitã cherubín flãmeus tradít gladíus: ut à lígno uítæ íncíſo pariter & ineenſu: quíbus níhíl carní terríbílíus manũ ꝓhibeãt corporalẽ. Porrò ſeraphín tantum alas accipiũt: quarũ uelamíne arceant oculum ſpíritalem. Deníq; duabus, ínquit, uelabant caput eius: & duabus pedes: ut nec alta dei: nec pfunda eius ínſ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

qu⁹ ille ualeat cõtẽplari. Erit cũ reuelabit gloria dñi: sed nõ erit hoc nisi factũ fuerit ante qd̃ scriptũ est. Tollat impius ne uideat gloriã dei. Interim sanè uelat caput: uelantur pedes: ut mediũ quidẽ aliqd eidẽ impio uidendũ: sed ad inuidendũ utiq; relinquat. Et uelant alis q̃ nimirũ sic illũ arceãt: ut istos sustineant & sustollant. Quærendũ tñ pri⁹ qbus alis uolare dicant: qa duab⁹, inqt, uolabãt. Nec incõgrue forsitã duas istas naturæ & gr̃æ dicim⁹: p̃sertim cũ prius quoq; in his ipsis etiã soliꝫ celsitudo & eleuatio à nobis fuerit assignata. Viuaci siqdẽ p naturã intellectu & feruenti nihilominus affectu per gr̃am in eũ q supra ipsos est extẽti iugiter & intẽti: stare qdem ut dixim⁹ p ministerium sed & uolare p studiũ phibent. Licet eñ uelẽt caput dñi: uelent etiã pedes: sed sibi ista nõ uelant: magis aũt sedule uelãt & uolitãt inter ista: & alta potẽtiæ ei⁹, & p̃funda sapiæ uestigãtes. Nec sanè scrutatores sunt maiestatis, ut pinde opprimant à gl̃ia q̃ nõ min⁹ diligãt quàm intelligãt: utpote quos ille regit & agit spũs qui scrutat etiam alta dei. Superb⁹ ille lucifer lucẽ p̃ferẽs nõ ignẽ habẽs: alteri tantũ immixus alæ, casum facere potuit non uolauit. Exultauit eñ lucidus esse nõ feruidus: non incensus qd̃ seraphin sonat. Nõ ergo stetit qa cõtempsit: sed nec uolare potuit qd̃ præsumpsit. Sustulit cũ naturæ uiuacitas: sed in suã planè pernicẽ: quippe quẽ defectus gratiæ mox defecit. Nec dissimilis sanè illorũ casus: qui cũ cognouissent deũ, nõ glorificauerũt aut gratias egerũt: quo tandẽ merito traditi sunt in reprobũ sensum: & obscuratũ est insipiens cor eorũ. Deniq; & ipsi eorũ principi interpositum est uelamen q̃ nulla iam naturæ uiuacitate pertrãseat: ut ipsi⁹ qui super soliũ sedet caput aut pedes ualeat intueri. Siquidem seraphin stantes & astantes duabus alis caput uelant: duabus pedes. Nõ est corporalis diuina sustãtia: nec in formã hoim membris distincta corporeis. Spũs est deus: & q̃ de eo dicũtur spiritaliter uestigãda. Aliogn qs nobis reuelabit hoc caput & pedes istos quos geminis alis seraphin uelãt: nisi spũs ipse q nouit oĩa q̃ in eo sunt, & scrutat etiã alta dei? Ego eñ opinor ipa esse q̃ in hoc loco capitis noĩe designant. Itaq; sm hũc sensum caput ei⁹: maiestas ei⁹: ptãs eius: sempiterna uirt⁹ atq; diuinitas. Ca-
Psal. 35. put eius iuxta illud propheticũ. Iustitia tua sicut montes dei. Nempe qd̃ sequitur. Iudicia tua abyssus multa: nõ incongrue fortè uidebit pedum posse appellatione signari. Sunt eñ uelut quidã pedes eius: inuestigabiles uiæ eius: inscrutabilia iudicia ei⁹: p̃fundũ sapiæ & irrep̃hẽsibilis q̃dã, sed incõprehẽsibilis dispositio ei⁹. Ad hos pedes ipm quoq; dñicæ incarnatiõis misteriũ speciali cognoscit pti nere: & ois pariter opatio nr̃æ salutis. Cernere est quàm sit iustitia illa sublimis: quàm sicut mõtes dei p̃pheta esse miratur. Nostra eñ si qua est, hũilis iustitia: recta forsitan sed nõ pura. Nisi fortè meliores nos esse credimus quàm patres nostros: qui non minus ueraciter quàm humiliter aiebant. Omnes iustitiæ nostræ tanquã pãnus menstruatæ mulieris. Quomodo enim pura iustitia: ubi adhuc nõ potest culpa deesse. Recta proinde, i. interim uideri põt iustitia hominũ: si tamen peccato nõ cõsentiant ut nõ regnes ĩ eorũ mortali corpore. Nã primi hominis in initio quidẽ nõ modo recta sed etiam pura fuit: quãdiu ei datũ est nec sentire peccatũ. Cæterum & hæc ipsa qm̃ firma nõ fuit: & puritatẽ facile perdidit: & ne ipsam quoq; retinuit rectitudinem suam. Sanè apud angelos iustitia recta: pura & firma est: sublimis quidem: sed adhuc longè inferior quàm diuina. Non enim innata est eis: sed à deo collata: ut natura ipsa q̃ ex se est non modo iustitiæ, sed etiam iniustitiæ capax inueniatur. Nunquid nõ ista est prauitas quædam quam in angelis suis uera illa iustitia legitur in-
Psal. 142. uenisse? Non enim iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuẽs: ait is qui dei iustitiam minime ignorabat. Nec ait omnis homo, sed omnis uiuens: fortè ut ne ipsos angelicos eum nouerit spirit⁹ excepisse. Viuunt enim & ipsi tanto uerius quanto propius astant ei: apud quẽ est fons uitæ. Nihilominus etiam iusti sunt: sed ex eo non coram eo munere eius: non in eius comparatione. Ipse enim sibi iustitia est: cuius uolũtas nõ tam æqua, quàm ipsa æquitas. Et utraq; non aliud quàm ipsa substantia est. Illa ergo iustitia uerissime sicut mos est quæ recta est: quæ pura est: q̃ firma est: & ut ita dixerim etiã substantia est. Quãta eñ in hoc capite latet altitudo. Quãta gloria est: quãtaq; sublimitas, in hoc umbroso & cõdenso monte reposita. Quib⁹ tamẽ putamus alis hoc caput seraphin uelãt: ut nulla suæ subtilitate naturæ: nulla rationis p̃spicacitate nequãoculus in illius queat irrumpere ueri luminis claritatẽ? Duabus, ni fallor, alis suæ uidelicet ipsorum gloriæ & felicitatis. Ineffabiliter siquidem delectantur in ammiratione cõtemplationis illius: nec minus gloriantur in ipsius uenoratione. Iniquus ille ammirationem quidem: sed non uenerationem habens: quia subdi noluit per uenerationem figi non ualuit per ammirationem. Deniq; ammirationem ipsam in æmulationem conuertit: nec uenerari dignatus: sed conatus est imitari. Quàm melius seraphin suaipsa ammiratione felices: ueneratione etiam uenerabiles fiunt: ueram in ipso habentes gloriam cui seruire regnare est: & apud quem omnis qui se humiliat exaltatur. Et nunc audi quemadmodum his duabus alis ipsum qd̃ diximus caput domini: ne iniquus ille inspiciat uelare seraphin uideantur. Quoties enim sursum dirigit aciem: in angelicam statim fœlicitatem & gloriam malign⁹ offendit: & offendit oculum pessimus humor: liuor propriꝰ: ut penetrare ultra non possit. Sic nimirum quasi gemino quodam uelamine: ne sublimiora propitiat inuidus præpeditur ad illorum quos superiores habere dolet: modo quidem fœlicitatem: modo gloriam: modo utrãq; simul: reuerberata acie contabescentes. Quis enim tam grauis prurit⁹ oculi, quàm inuidia est: Nec uerò alĩs liuor inuidus, quàm aliena gloria & felicitate torquetur. Miseria enim (ut aiunt) inuidia caret. Sed & pedes domini quib⁹ nimirũ impenetrabilẽ iudiciorũ eius abyssum: & dispositionis eius diximus uias inuestigabiles designari: duab⁹ æque alis uelãt seraphin. Ego aũt dico, prudẽtia & fidelitate. Cum enim & fideles pariter ministri sint & prudentes: sic diuina negotia gerunt & saluti prouidẽt electorũ: ut malignus ille deprehendere oĩno nõ possit. Ex hoc pedum uelamento factum reor: ut nescien⁹, dñm gloriæ fecerit crucifigi: ex hoc quotidie fieri, ut salutis nostræ negotijs: ignorans seruiat & inuitus: sero postmodũ plangens q̃ dum obesse uoluit, inuentus est p̃fuisse. Sic nimirũ p amministratorios spũs illuditur eius astutiæ: q̃ & fideles sint qui detegere nolint: & prudentes q non sint tegere diuina erga nos prouidentiæ & dispositionis arcana. Cæterum sicut è sup̃mis duabus alis: nequissimus ille ammiratiõnẽ habuit: sed non ueneratiõnẽ (ut diximus) sic è medijs quoq; spiritalẽ & intellectũ natura sed nõ etiã gratia affectum dedit: sed nihilominus ex infimis istis: facile satis aiaduertere est quàm inuentus sit fidelitatis expers: nõ aũt similiter caruisse prudẽtia. Nisi tu fortè aliũ aliquẽ putas esse qui dictus est callidior cũctis animantibus serpens. Fortè etiam non incõgrue dicimus qm̃ eoipso tam irreuocabilis casus eius: irreparabilisq; collisio fuerit: q̃ ex his quas dixim⁹ alis: sicut in parte dextera nulla affuerit: sic ĩ leua nulla defuerit. Nõ ita sanè duo illi quos pphetica nobis uisio cõmẽdauit stantes, & astãtes dño maiestatis. Cui⁹ etiã duab⁹ ut dictũ est alis caput uelãt: ipsa eg dẽ sua ãmiratiõe in qua delectant feliciter: ac ueneratiõe, in qua sublimiter gloriant. Duab⁹ etiã pedes: fidelitate uidelicet atq; prudẽtia. Porrò duab⁹ uolãt: naturæ ut dixim⁹ p̃spicacia: & efficacia gr̃æ. Sanè mediã quasi quãdã lõgitudinẽ nudã uisibilemq; relinquũt: lõganimitatẽ dico & benignitatẽ dei ad pœnitẽtiã hoies inuitãtis. Oĩbus eñ cernere est quẽadmodũ solẽ suũ sup bonos & malos oriri faciat: & pluat sup iustos & iniustos. Hac nimirũ claritate uerus ille Salomon quasi quædã media sua cõstruit: propter filias Hierusalẽ: ut quibus altiora se quærere & profunda uestigare non licet; in his saltem medijs ualeant exerceri:

exercerī: & ad sublimiū subtiliumq; exinde rerū cōtēplatione ꝓmoueri aliqñ mereanť. Cæterū nequissimus ille ex hac uisione & in præsenti torquef acrius: & grauiꝰ crucia bitur in futuro. Primū quidē ꝙ ipsa nobis longanimitatē benignitatis inuideat: deinde ꝙ nequaquā sibiꝫ ipsi hac taltē occasione prouideat: ut ad pœnitentiā adducatur.

In festo sancti Martini: De *exemplis obedientiæ:* Sermo.

QVi to sermonē à nobis expetit tam uester iste cōuentus, quàm aduentus harū honorabiliū psonarū: quas de lōginquo gratulamur adesse. Sanè audirē eos ipse libentius: sed qñ eligūt imo & exigunt magis ut loquar: mihi si non licet audire eos: eis necesse est obaudire. Equidē uiuus est nobis sermo tā multa mansuetudo eorū: qua uidelicet meritis sanctiores dignitate superiores: sapietia locupletiores: nō modo ad uisitandos: sed etiam ad audiēdos nos dignati sunt declinare efficax eruditio & omni digna acceptione doctrina. Siquidē nō nerbo & lingua: sed opere & ueritate nos ammonēt: imitatores suos esse sicut ipsi sunt Christi: & discere quod ab ipso utiq; didicerūt: mites & hūiles corde. Sic Maria elizabeth petijt cōiugatā uirgo: ancillam dña præcursoris matrē, iudicis mater, dei genitrix, seruuli genitrī cē. Sic postmodū Iesus etiā ipse Ioannē adijt: & adijt baptizandus: utpote quē decebat implere oēm iustitiā. Vos quoq; reuerendi patres deteriorē uobis nō facitis partē uestrā. Ad audiēdū qppe etiā quàm ad loquēdū uelociores etiā inter ipsos qui uestro magis egerant documēto. Nā nos quidē qa omnem non possumus implere iustitiā: uel nōnullā uobis exhibere curamus iustū esse non ignorātes: inferiorē superioriꝫ obedire. Sed unde loquamur,
Ioan.3. Qui de terra est, de terra loquitur: ait nox illa clamantis. De terra ergo loquamur: qa de terra subsistim9 & i terra. Audite quiq; terrigenæ & filij hominū uobis dicimus & de uobis. In terra orimur: in terra morimur: reuertētes in eā unde fumus assumpti. Hic nobis angust9 introit9: mora breuis: sola mors certa. Cogit totus Adā iudiciū portare quod meruit. Dilatatus est uehemēter: multiplicat9 est & repleuit terrā. Attamē uelit nolit quātūcūq; recalci
Gen.3. tret uniuersus adhuc fert sententiā quā excepit. Terra, inquit, es: & in terrā ibis. Grauis equidē sententia: sed nō sine grandi miæ tēperamento. Dura admodū, sed si merita penses: indulgentiæ plena. Siquidē nō min9 iuste peccāti diceref terra eras: sed ex hoc sub terrā ibis. Iust9 foret etiā tunc: iustus dñs & laudabilis nimis. Dignus planè q laudaref: sed nō ego idoneus qui laudarem. Alioquin tunc quoq; nihilomin9 uerè dicere: si tamen dicere possem: iustus es dñe & rectū iudiciū tuum. At non infernus cōfitebitur tibi: neq; mors laudabit te: sed nos qui uiuimus benedim9 dño. Pepercisti ergo creaturæ tuæ: pepercisti gloriæ nominis tui: ut descēdētē de Hierusalē: minime tñ usq; in Hierico patereris abduci. Semiuiu9 adhuc relictus in uia semi laudare possum: ubi totus uixero: ibi tot9 crūpam in laudē: & dicent omnia ossa mea: dñe quis similis tibi. Propter hoc nēpe cū iratus fuisses miæ meministi: nō damnans hominē in loco perditionis: sed in loco afflictionis humiliās: quid causaris homo, quid sententiā quæris duriorem? Terræ addictus es, factus è terra: ut ipsa tibi sit patria q̄ materia fuit. Sed audire, inquies, uelim: qa spūs es & ad spm̄ ibis. Siquidē etiā spūs sum: qđ ad aīam pertinet: nec portionē hanc mei dubitauerim potiorē. Audiui
Ioan.4. sanè ab apostolo. Quia dominus spirit9 est: & ab ipso domino: quia spiritus est deus. Nec modo spiritus: sed spiritum pater. Vt qd ergo tenet me mater carnis: qa caro exparte spirituū pater non recipit: cum ex parte sim spiritus? Scio scio: agit hoc non tam substantia ipsa quàm culpa. Sicut enim peccatores spiritus: inter cælum & terram uē tosum hoc medium tenēt: unde & potestates huius aeris nominantur: sic peccata nostra inter nos & deum separāt inter creatorem patremq; spirituum: & spiritalem utiq; creaturam. Traxit animā corpus in regionē suam: & ecce prævalens opprimit peregrinam. Factum est nempe talētum plumbi: non aliunde tamen nisi quia sedet iniquitas super illud. Corpus enim aggrauat animam sed utiq; qđ Sapien.9.
corrumpitur: corrumpitur autem: imo etiam apostolo teste: Mortuum est propter peccatum. Itaq; licet quodam- Roma.8.
modo cælum sit homo cælestibus sine dubio spiritibus similis: substantia simul & forma: substantia quidem quoniam spiritalis: forma uerò quia rationalis est: minime tamen leuare eum duo ista sufficiunt ut mereatur audire: qa cælum es & in cælum ibis. Frustra glorietur de libertate arbitrij, quæ in mente est: captiuus ducitur in legem peccati: quæ in carne est. Nam & si forsitan uideretur duplex funicul9 posse alteri æque duplici prævalere: ut uidelicet quem sibi terra gemino quodam iure tanquam patria pariter & materia uendicat: ob geminam nihilominus quæ prædicta est: substantiæ scilicet & formæ similitudinem cælum quoq; recipiat ut cælestem: sed iam triplicatus inferior ille & deorsum trahens peccato equidem accedēte funiculus; nisi illinc quoq; occurrerit gratia non rumpetur. Sanè ubi illa affuerit: haud dubium quin soluatur facile: grauis iste quo trahimur: imo quem trahimus funiculus iniquitatis. Hæc enim inter nos & deum non separans interuenit sed reparans & coniūgens. Itaq; ibo mihi ad montē gratiæ & colles miserationū, quarū thesauros oēs repositos audio penes xp̄m. Ibo ad eū q est plen9 gīæ & ueritatis: si fortè accipiā aliqd de plenitudine illa: imo si fortè accipiar in plenitudinē illam: ut cū cæteris aliqñ
mēbris occurram in mensurā ætatis plenitudinis xp̄i. Ne Ioan.3.
mo qppe ascendit in cælū: nisi q descendit de cælo. Fidelissimus planè & benignissimus mediator: q qdē non discreuit, sed fecit utraq; unū: mediū parietē macerīæ soluēs donās nobis oīa delicta: delens qđ aduersum nos erat, cyrographū decreti qđ erat cōtrariū nobis: & ipsum tulit de medio affigens illud crucī: expoliās principat9 & ptātes, traduxit confidenter palā triūphans illos: pacificansq; p sanguinē suum quæ sunt in cælo: & q̄ super terrā. Propter hanc nempe salutē quam in medio terræ erat operaturus non cōfestim sub terra posuit hominem: sicut peccando meruerat: sed in terra. Siquidem respirandū est nobis & nullatenus desperandū donec in terra adhuc interim cōstituti: & suspicere cælū possumus: & suscipere data optima & dona perfecta desursum à patre luminū: à pre spiritum: à patre mīarum. Nā & ꝓpterea rectum fecit hoiem: etiam corpore ipso: & os homini sublime dedit: cū prona utiq; spectēt animātia cætera terram, ut attollens ad sidera uultus ilico suspiret: ubi tā beatam & perhēnem cōspicit mansionē. Nonne em̄ pie & fideliter intuētibus nobis: uehemētissimū quoddā incētiuū amoris: & prouocatio flagrantissimi desiderij est uisio ipsa tā lucidissimæ regionis? Nō sunt stellæ cæli similes glebis terræ. Inter splēdorē solis & caliginē soli huius nō parua distantia est. Fortè tamē hic quoq; nōnulla: sed in suo gñe pulchra uident: & hæc ipsa undiq; mixta: non pulchris: ut aurū in luto: gēma in sterquilinio: lilium inter spinas: tota pulchra es patria mea: & macula non est in te: tota pulchra es, absq; eo quod intrin9 latet. Quid illud? Nempe illi beati angelici spūs & aiæ sctōrum: quæ iā ingredi meruerūt in locū tabernaculi admirabilis usq; ad domum dei. Sicut enim sunt corpora terrestria: sic sunt & corpora cælestia: sed lōgè uerò alia cælestiū gl̄ia quàm terrestriū: sic sunt cælestes spūs & terrestres: nec minor sanè distātia inter eos. Angeli, archāgeli, uirtutes, principat9, ptātes, dñationes, throni, cherubin, & seraphin. Bene nomia noui. Fortè hoc totū est. Quid em̄ amplius capiant terrigena de cælestibus: carnalis homo de spiritualibus & diuinis? Veruntamē & si ignoro quid lateat in his tantis appellationibus: illud equidem certissime noui: ꝙ magnū & mirabile aliqd sub hac tanta uerborū maiestate clausum sit & signatū. Nō sine causa cælū hoc dicitur: planè eximium nescio qd cælat in eo. Cælat inquā: sed tñ nō negat fideī usq; quaq;. Videre enim nobis datur in terra ipsam exteriorē cæli pulchritudinem, non adire: internam quoq; gloriam secretorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

eíus: & ſi nō cōprehēdere concedít uel audíre. Vídem⁹ patríā, ſed à longè ſalutam⁹: odoramus íllas delitías, non guſtamus. Emmanuerò nō ſine cauſa unigenitus qui eſt in ſinu patris: ipe nobis in regione hac umbræ mortis quā inhabitamus cæleſtiū gloriā ſpirituū ſanè per fidem enarrat: corporū uerò per ſpecíe manifeſtat. Audí, ingt, filia & uíde. Et factū eſt. Quorſum iſta? Inclina, ait, aurē tuā: & oblí uiſcere populū tuū, & domū patris tui. Vult nos ponere cōtumaciā, diſcere obedientiā, apprehendere diſciplinā. Vult nos etiam obliuiſci poſteriora: deſpicere inferiora: terrenos mores & uitia genuina deſerere: cæleſtia ſapere: ſupna q̄rere: anteriorib⁹ inhiare. Vult & illū tm̄ decorē dom⁹ ſuæ ingenuā cōcupíſcere creaturā: quo. ſ. in eandē imaginē trāsformeſ de claritate in claritatē, tanquā à dñi ſpū: ac pinde cōcupiſcat etiā rex decorē illius utiq; ſpiritalē. Sed in quo uíſus ille, inges, uel audit⁹ inclinare me aurem & obaudíre monet? Nā q̄ deſideriū pariat manifeſtū eſt. Sanè ergo conſidera uniuerſam hanc cæleſtiū gloriā corporū inceſſanter legibus obtēperare diuinis, nec unquā ſibí poſitas in tā cōtinuis motib⁹ metas excedere tēporū, aut locorū terminos tranſgredí conſtitutos. Sed & ipſos ſpūs tā ſublimes audí oēs adminiſtratorios eſſe, & in miniſteriū mitti dignātiſſimū: uti ne indignū dicā: minime tm̄ puto reperies in ſcripturis aliq̄n quenquā illorū uel cōtradixiſſe mittenti: uel erga ipſos tā inferiores ſe, ꝓpter quos in miniſteriū mittebant: ſaltē tenuiter fuiſſe cōmotū. Exēpla ſunt obediētiæ ſi diligēter attendas: eo ſanè acceptabiliora: quo in materia digniorí. Sed nouí qd ad iſta ſubmurmurat ſenſus hois & cogitatio prona ſemper ad malum. Quid tu mihí, inquit, elementorū ꝓponis obedientiā ſupernorū? Quaſi uerò aut ſenſus ullus in eis: aut ulla uígeat deliberatio rōnis: & nō potius agí ipſa: quàm agere uídeantur. Quid uerò uel ipſorū angelorū obediētiam ſic cōmendas? Sentiūt quidē angeli ſed delectabília ſola: obedientes equidē creatorí: ſed tā felící quàm facíluoluntate. Quídni obediant? Semper emm̄ uident facíe patris: quē uidere pfecta btitudo, æterna gloria, ſumma uoluptas eſt. Produc nobis dñe pr̄iarchas & ꝓphetas, uiros obediētes præceptis tuis: obediētes ex uolūtate: obediētes cōtra ꝓpriam uolūtatē. Factum eſt. Exhibeā nobis, ut cæteros breuitatis cauſa prætereā: exhibeā, inquā, nobis Abraā ad p̄ceptū dñi exíes de terra ſua: eíciens ancillam & filiū eius: etiā chariſſimū filiū Iſaac immolare paratus. Quid hic humana aſtutia poterit cauillarí? Fortè reſpondeat qm̄ multipharie multiſq; modis apparens eis deus: ſuſcipiebaā hoſpitio: particípabat cōuio: animabaā ælocutio: inſtruebat conſilio: donabat filijs: illuſtrabat uíctorijs: díuitijs cumulabat. Quid díces cū uenerit Chriſt⁹ factus obediēs patrí uſq; ad mortē, mortē autē crucis? Multum, inquit, per omnem modū. Quādo emm̄ unigenitū deí patris: deí uirtutē & deí ſapientíam Chriſtū: quādo præſumerē æmularí? Oblatus eſt quia ipſe uoluit: quando & quātum uoluit paſſus eſt: utpote uer⁹ qdem homo: ſed uerus níhilomín⁹ deus. Imo uerò ne ipſam apoſtolicā obedientíam afferas uelim: quos nimirum iuxta propheticā promiſſionem oculis ſuis uidiſſe conſtat p̄ceptorē ſuum:
Actu. 4. & auribus ſuis uocem audiſſe monētis. Vnde & unus eorum expreſſius ſcribens ait: Quod uidimus & audíuim⁹: quod proſpeximus oculis noſtris: & manus noſtræ palpauerunt de uerbo uitæ. Quidni relinquerent omnia: quídni ad omnia ſequerentur tantæ præſentiam maieſtatis? Quid ego non facerem: ſi mihi in eadem copia p̄ſtaretur? Sed non fecit taliter omní nationí: non p̄euntí utiq; non ſequenti. Siquidē ut multi reges optauerūt uidere & nō uiderunt: ſic nihilominus uenerunt iam díes quando deſideremus uídere díem unum filij hominis, nec tamen mereamur. Opportune ergo iā Martin⁹ ad medium ueníat: ut de medio fiat occaſio peccatorum. Hodíe enim ille per omnia ſimilis nobis planè & ſenſibilis & paſſibilis: ſed & longè poſt illa patriarchalium & prophetícarum temporum uiſionum: & homo purus nihil de natura díuinitatis habēs: credens aūt in eum quem non uidit: plenus fructu obedientiæ & uirtutū locuples ſolū deſeruit, polū ſubiit, terræ cōmēdās qd' habebatē terra: ſpm̄ dirigēs ad patrē ſpirituū: cuí fideliter in adoptiōis ſpū deſeruíuit. Nō fuit cæleſte corp⁹, ſed nec ſpūs quidē cæleſtis: rōnale aīal, etiā & mortale: terrigena: filius hoīs. In terra natus eſt: in terra educatus: in terra exercitatus & ꝓbatus: in terra etiam cōſummatus. Nec uerò patriarcha erat: aut un⁹ ex ꝓphetis. De qb⁹ ſane in euāgelio ueritas ait: Quia lex & ꝓphetæ uſq; ad Ioannē. Multo magis nō erat ipſe xp̄s: ſed erat tm̄ xp̄s in ipſo: haud aliter utiq; quàm per fidē. Emmanuerò iuxta hūc modū etiā mō ꝓpe eſt uerbū in corde tuo & in ore tuo: tm̄ ſi recto q̄ſieris corde. Nēpe apl's interpretante uerbū fidei iſtud eſt de quo Moyſes ait: Vnde & alibí idē apl's, Ieſus xp̄s, inquit, heri & hodíe & ínæternū. Heſternū quidē ab ínitio ſeculi uſq; ad dñicā aſcenſionē hodiernū uerò díē exínde uſq; ad ſeculí conſummationē: porrò æternū intelligе poſt cōmunē oim reſurrectionem. Nulli horū deeſt Chriſtus: nulli deeſt Ieſus: nulli deeſt unctio: nulli ſalus. Patriarchis & prophetis in uiſione exhibitus eſt: apoſtolis in humanitate: Martino in fide: angelis iam in ſpecie. Quā ſanè ſpecíe & electis oībus oſtenſurum ſeſe ꝓmiſerat: nō quidē hodíe ſed in æternū. Deniq; iā trāſierat heri: iā illud noſtrū illuxerat hodiernū, cū apl's loquerent. Et ſi cognouim⁹ xp̄m ſm̄ carnē: ſed iā nūc nouímus. Videā tm̄ etiā in hoc mane de carnibus agni nō níhil eſſe ſeruatū: ſed qd' reſiduū eſt utiq; iā daā ígní: q̄ uidelicet uſq; hodíe eadem caro nobis: ſed ſpūaliter utiq; nō carnaliter exhibeaā. Neq; emm̄ eſt q̄ cauſemur nr̄o huic negatā tēporē: ſi eā quæ ap̄lis exhibita eſt p̄ſentiā carnis ei⁹. Síquidē fideliter cōſiderātibus neutrā deeſſe liquebit. Adeſt emm̄ nobis etiā nūc carnis ipſius uera ſubſtātia: haud dubiū ſanè q̄n ín ſacramento aſſiunt reuelatiōes: ſed in ſpū & uírtute: ut tēporí gratiæ qd' nunc eſt, níhil in ulla gratia deeſſe ꝓbetur. Deniq; nec ocul⁹ uidit: nec auris audiuit: nec ī cor hoīs aſcendit quæ præparauit de⁹ diligētib⁹ ſe: nobis tm̄ reuelauit per ſpm̄ ſuū. Nec mireris q̄ carnales eis manifeſtatiōes exhibuít: q carnalē ei⁹ p̄ſtolabant aduētū. Nobis emm̄ tanto efficatior gratia: & reuelatio dignior neceſſaria eſt: quāto nimirū excellētiora cōſtat eſſe quæ expectam⁹. Itaq; ut ſupra dixím⁹: Martin⁹ iſte Chriſt⁹ nō fuit: ſed tm̄ Chriſtū habuit: nō quō angeli in p̄ſentia maieſtatis: non quomodo apl's in uiſione humanitatis: nō quō olim locutus eſt in uiſione ſanctis ſuis: ſed quō eū etiā nūc habet ecclesia in fide & ſacramentis. Non erat ille lux: ſed lucerna planè ardens & lucens. De Ioanne dictū eſt: ſed ſi illū protulero puto dicetis. Maximus hoīm eſt: pluſquā ꝓpheta eſt: etiā angelus eſt dei patris: ſicut ipſe teſtaā. Ecce mitto angelū meū &c. Et Martinus lucerna erat ardēs & lucēs: eū ſaltē nō pigeat imitarí. Sed imitarí in eo qd' eſt imitabile: nō autē qd' mirabile exhibetur. Ad menſam diuitis ſedes bodíe: diligēter cōſidera quæ tibí apponunt. Diſcerne inter cíbos & uaſa ciborū. Illos emm̄ iuberis tollere: ſed nō illa. Díues eſt iſte Martinus: díues in meritis: díues in miraculis: díues in uirtutibus: diues in ſignís. Diligenter ergo conſidera quæ apponuntur tibi: quænam uidelicet ad ammirationē: quæ uerò ad imitationem. Aut certè qa ſeqtur in ſcriptura illa: qm̄ talia oportet te p̄parare: diligēter conſidera quíd apponitur, & in quo. Suſcitauit Martinus tres mortuos: quātos nimirum ſaluatorem legerat ſuſcitaſſe: Reddidit uiſum cæcis, ſurdis auditum, mutis loquelam: claudis greſſum, aridis ſoſpitatem. Euaſit diuina uirtute pericula: propriq; corporis obice flammas repulit, immanem ſacrilegæ machinæ molem columna parili cælo deſcendente proſtrauit: leproſum mundauit oſculo: curauit oleo paralyticum: dæmones uicit: angelos uidit: futura præuidit. Verum hæc quidem cæteraq; eiuſmodi altiſſima quæ fecit magnalia: quídni mirifica quædam uaſa díxerim diuitis huius: auro grauia: gemmis micantia: pariterq; materia & opere p̄cioſa? Noli in his ſaporē quærere: ſed

Pſal. 44.

Matt. 11.

Heb. 13.

1. Cor. 2.

Luc. 7.

re ſed mirare ſplendorẽ. Luceat in hmõi lucerna nra: ut in lumine eius uideamus lumen: qđ quidẽ purũ prout in ſe eſt necdũ prævales intueri. Nõ enĩ eſt iſte lux, ſed ut teſtimonĩũ phibeat de lumĩe: & apparcat tibi interim gloriofus deus in ſancto ſuo dũ nõ potes ad gloriã eius ſicut eſt in ſeipſo. Cæterũ ne putaueris ornatas quidẽ Martini lãpades: ſed uacuas inuenĩri: nõ eſt fatua uirgo: habet in uaſis oleũ: habet uinũ in phialis: habet intra parapſides iſtas ciborũ copiã: delitias utiq; ſpiritales: ut non mõ uideant & mirent, ſed edant pauperes & faturent: atq; in illis qdẽ dñm laudent: porrò in his uiuãt corda eorũ. Alioqn quõ mortui laudabũt te dñe? Vt ergo ſit iocũda decoraq; laudatio in ammiratiõe etiã uiuãt ex imitatione: & ut auidi? ſumant delitias: ipſas quoq; diuitias curioſius cõtemplẽtur. Sic nimirũ inter ſplendorẽ & feruorẽ lucernæ huius uicariis quibuſdã affectibus diſcurrẽdũ: ut nobis alter ex altero cõmẽdet, & ex mutua collatiõe uteriq; cõplacitior fiat. Siquidem humilis fuit & ſpiritu paup iſte Martinus: ſicut euidẽtiſſime probat effectus ipſe diuinæ gratiæ: quã profecto tam multã: niſi multum humili non dediſſet. Vt tamen pauca uirtutum eius indĩtia promã: pauperem illum ſpiritu beatus nouit Hilarius, cũ imponere ei diaconatus officium tentans, nec prævalens p indignũ ſeſe uociferaretur: exorciſtam eum eſſe præcepit: in quo quidem locus iniuriæ uideretur: ſciens nimirum quòd humiliorem ordinationem minime repudiaret. Pauper fuit: ueſte ſordidus: crine incultus: facie deſpicabilis: quæ quidem licet in electione eius à quibuſdam maliuolis obiecta fuiſſent: & in ipſo tamen epiſcopatu ſicut ſcriptũ eſt penitus nõ mutauit. Deniq; qa uerè paup fuit ſpũ, Martin? pauper & modicus meruit nominari. Audi uerò mãſuetudinẽ eius ſuo illo Sulpitio ſic ſcribente. Tantã aduerſus oẽs iniurias patientiam aſſumpſerat: ut cum eſſet ſummus ſacerdos, impune etiã ab infimis clericis læderet: nec ꝓpter id eos: aut loco unquam amouerit: aut à ſua quantum in ipſo fuit charitate repulerit: quod quidem in Brictio manifeſte probatũ: omnes uos arbitror meminiſſe. Eũ nẽpe ex omnibus ſibi ſucceſſorẽ elegit: & de tãta poſt futura aduerſitate præmonuit. Poſtremò in fide & lenitate ipſius ſanctum fecit illum: ad cuius os aures ſuæ fuerant cum reſponderet homini q de eo ſciſcitabt. Si illum delirũ quæris: proſpice eminus. Ecce cælũ ſolito ſicut amẽs reſpicit. Crebro ſiquidem homo dei: utpote terrã deſpicies cælũ ſuſpiciebat. Nẽpe ſciebat ad hoc ſeſe ut ſupra meminim? rectã in corpore accepiſſe ſaturã: ſciebat illic eſſe theſaurũ ſuũ: ſciebat illic ſedere in patris dextera xp̃m ſuũ: ſciebat nũquã ſeſe donec illuc pueniret qđ deſiderabat aſſecuturũ. Vnde & hoc ipſum q delir? uocabat in terra merito nõ attẽdit: cui? nimirũ cõuerſatio eſſet in cælis: cui? oculi in capite ſuo. Sanè illuc etiã lachymæ eius à maxilla aſcẽdere conſueuerãt: qb? ſic abũdabat: ut ſoleret ꝓ illorũ quoq; q obtrectatores ſui uidebanť flere pctis. Sanè quãtum iuſtitiã eſurierit: tũ in cæteris eius actibus: tũ ſpecialiter in idololatriæ pſecutione ꝓbatũ eſt: in templorũ deſtructione: in ſtatuarũ deiectione: in ſucciſione lucorum. Vbi ſe quoq; aliqñ nõ eſt ueritas dare diſcrimini: ut occaſio tãti criminis de medio tolleret. Nam miſericordẽ cum in paupere ſe expertum ſaluator ipſe apud angelos gloriabatur: datam ſibi medietatẽ ueſtis oſtẽtans. Vtinã nobis etiam miſeris apud ſummũ iudicẽ in cuius admirabile tabernaculũ introiuit: miſericordiã illam exhibere digneť: qua & illos olim morti deſtinatos, & tormentis uariis deputatos eripuit; ꝓ quibus ante terreni iudicis ianuã, nocte media ſcribitur iacuiſſe. Quomodo enim non audiet eum nunc: qui tunc quoq; fecit audiri? Porrò mundiciã cordis eius illud uel maxime indicat: q non eſt confuſus inimico loquens in porta: nihil in me funeſte reperies: Abrahæ me ſinus recipit. Nam in opere pacificorum feliciter planè conſummans labores ſuos: licet dierũ ſuorum finem non ignoraret: clericos tamẽ adiit diffidẽtes: inter quos reformata pace, in pace ipſe quieuit. Cæterum pſecutiones quas ſuſtinuit ꝓpter iuſtitiã lõgũ eſt numerare quõ apud Iulianũ auguſtũ in ciuitate Vuangionũ intrepidus: imo & illato terrore conſtantior cuſtodiæ mãcipatus eſt: ut inermis poſtero die barbaris opponereť: quõ circa alpes ſubſecuri quã in uerticẽ eius latro uibrabat ſecuriſſimus fuit: quõ il!ũ Mediolani Auxẽtius arrian? grauiter inſectatus: multiſcꝫ appetitũ iniurijs tandẽ de ciuitate exturbauit: quõ & alibi prius aduerſus ſacerdotũ pfidias acerrime pugnãs ſupplicijs fuit affẽctus: publice uirgis cæſus: inde quoq; exire cõpulſus eſt: quõ itẽ in cuiuſdã fani euerſiõe cũ gẽtilis eũ ſtricto gladio peteret: nudã ceruicẽ præbuit percuſſuro donec ille extollens ad ictum dexteram: cecidit reſupinus quõ alter eũ cultro ferire uoluit: ſed ferrũ de manib? eius elapſum repente, diſparuit. Pro quibus omnib? dubiũ nõ eſt multipliciter coronari eum: qui quidẽ & ſi nõ ſemel effectu conſummatæ paſſionis: ſed toties martyr fuit affectu deuotiſſimæ uoluntatis. Comedite iam amici & bibite: & inebriamini chariſſimi. Sic enĩ uiuit: & in talib? uita ſpiritus ueſtri. Niſi fortè beatos p̃dicat ſermo diuinus: qui mortuos ſuſcitãt, cæcos illuminant: morbidos ſanãt, leproſos mundãt, paralyticos curant, dæmonibus imperant, futura prænuntiant, miraculis coruſcant, & non magis pauperes ſpũ, mites, lugentes, eſurientes & ſitientes iuſtitiã, miſericordes, mũdicordes, pacificos, pſecutionẽ ꝓpter iuſtitiã ſuſtinentes. Ignoſcite mihi fratres: exẽplũ obediẽtiæ paulomin? ꝓteriui: qđ quidẽ uel ſolũ iuxta p̃poſitum ordinẽ in Martino quoq; nobis cõuenit exhiberi. Sanè morã facimus: ſed ut arbitror bonũ eſt nos hic eſſe: tardius enĩ hodie uenim? ad Martinũ. Dñe, inquit, ſi adhuc pp̃lo tuo ſum neceſſarius: nõ recuſo laborẽ: fiat uolũtas tua. O uerè ſanctiſſimã animã: ô inæſtimabilẽ charitatẽ: ô obedientiã ſingularẽ. Bonũ certamẽ certaſti: curſum cõſummaſti: fidẽ ſeruaſti: de reliquo ſuperſt tibi corona iuſtitiæ quã reddet tibi dñs hodie iuſt? iudex: & adhuc dicis non recuſo laborem: fiat uoluntas tua. Obtuliſti planè Iſaac unicũ illũ quẽ diligis, qđ in te eſt iugulaſti: immolaſti ſingulare gaudiũ tuũ pia deuotione: parat? redire iterũ in pericula: innouare certamina: denuo ſubire laborẽ: ſuſtinere tribulationẽ: plongare tentationẽ: deinde differri adhuc ab illa tanta felicitate, & diu deſiderata ſocietate ſpirituũ btorũ: atq; in huius mortalitatis erũnas ab ipſo introitu glĩæ reuocari: poſtremo qđ maximũ eſt à xp̃o tuo pegrinari diutius: ſi mõ ipſe uoluiſſet. Nec ſanè dubiũ quin ampliorẽ gratiã mereať: q paratũ ſe exhibet etiã ante mãdatũ: quàm qui obedire ſatagit poſt mandatũ. Magna quidẽ obediẽtia ueſtra angeli ſanctí: ſed quod dicere audeã pace ueſtra neſcio an inueniať in uobis quiſquã parat? in tale aliqñ miniſteriũ mitti: in quo neceſſe habeat nõ uidere faciẽ patris. Magnũ eſt petere quòd dñm ſecutur? omnia reliquiſti: ſed audiui te in mõte dicentem ubi transfigurat? eſt corã uobis: Dñe bonum eſt nos hic eſſe: faciamus hic tria tabernacula. Nõ eſt hoc: ſi adhuc populo tuo ſum neceſſarius: nõ recuſo laborẽ. Paratũ cor tuũ Martine: paratũ cor tuũ: ſiue manere in corpe: ſiue diſſolui & eſſe cũ Chriſto. Et magna qdẽ in horrẽda morte ſecuritas: magna in uiſiõe xp̃i deſiderãda: & tam feruenter ac ſingulariter deſideranda pfectio reperiť: ſed id quidẽ longè amplius p omnẽ modũ: q qui moriť nõ metuis: imo qui tanto deſiderio præſentiã dñi cõcupiſcis: uiuere quoq; nõ renuis: & expectatione moleſtiſſima fatigari. In q̃ alio nõ obedire potuerat, q ĩ hoc tãto articulo tã deuote clamabat: fiat uoluntas tua? Hæc ergo ps nra ſit frẽs ĩ cõuiuio hodierno: hãc nobis obediẽtiã in mẽſa paupiſimo iã diuitis huiſ? appoſitã diligẽter cõſidere m?: ſciẽtes qñ ipa ẽ q̃ à nobis exigiť: ipa quã oportet nos p̃parare ut ſingũ qq̃ dicam?: qa patus ſũ & nõ ſũ turbat? ut cuſtodiã mãdata tua. Nec mõ ſemel aut ĩ pte, ſed patũ cor meũ de? patũ cor meũ: patũ ad utrũq;: & in nullo tuã p̃ſcribẽs diſpoſitionẽ. Fortè hoc cupio & ſpecialr & uehemẽter: ſed ne qdẽ illđ recuſo: ſicut fuerit uolũtas ĩ cælo ſic fiat. Deſidero reqẽ: ſed nõ recuſo laborẽ: fiat uolũtas tua.

Matt. 17.

ps. 118.

hoc potest: quæ nihil non potest: charitas fortis ut mors.
Quõ non facile istam leuet: quæ illum iam inclinauit? Ve-
rum hinc tibi nullatenus consulenda prior illa quam di-
ximus cõsideratio tui: hic quàm potissimum fidei magna-
nimitas exercetur. Deniq; & ipse ait. Desponsaui te mihi
in fide: desponsaui te in iudicio & iustitia: eius non tuam
intellige: desponsaui te in misericordia & miserationibus.
Si non fecit ille q̃d̃ sponsus: si non tanquã sponsus amauit
si nõ zelatus est tanquã sponsus: noli acquiescere sponsam te
arbitrari. Itaq; fratres mei: si ꝑ abũdantẽ refectionẽ magni
patrisfamilias domus esse ꝓbamur: si templum dei per san
ctificationem: si ciuitas summi regis: per socialis uitæ com
munionẽ: si sponsa immortalis sponsi per dilectionẽ: puto
iam non esse quod dicere uerear nostrã esse solemnitatem.
Luc.15. Nec miremini q̃ in terris agitur hæc celebritas: siquidem
agitur & in cælis. Nẽpe si ut ueritas ait: & non põt nõ esse
uerũ: super uno peccatore pœnitentiã agẽte gaudiũ est in
cælis etiã angelis dei nõ est dubiũ multiplex esse super tã
multorũ pœnitentia peccatorũ. Adhuc amplius multis au
dire: Etiam gaudiũ dñi: fortitudo nostra. Collectemur er-
go angelis dei congaudeamus deo: & in gratiarum actio-
ne presens solemnitas agatur: quia quanto nobis domesti-
ca: tanto amplius debet esse deuota.

Vnde supra. *Sermo Sextus.*

DOmestica nobis celebritas dedicatio dom⁹ no-
træ: magis aũt domestica nostra ipsorũ dedica
tio. Nostra siquidẽ illa aspersio: nostra illa bene-
dictio: nostra cõsecratio fuit: q̃ per man⁹ sanctoo-
rũ celebrata pontificũ: etiã hodie anniuersario reditu uo
tiuis laudibus ad memoriã reuocat. Numquid de lapidi-
bus cura est deo: Nõ parietes dicũt sed homines: ipi em̃ cura
est de nobis. Vnus hõ erat Iacob: & dormiens uidit desce-
Gen.28. dentes angelos & ascendentes. Parũ est hoc: etiã dñm an-
gelorũ adesse testatus est dicens. Verè dñs est in loco isto
& ego nesciebam. Mirat em̃ gratiã & dignationis magni-
tudinem expauescit. Q; terribilior est iste locus: quàm eui
dẽtius certiusq; dñs est in loco isto: ubi nimirũ nõ modo
duo aut tres sed tam multi in ipsius cõgregati noie perse-
uerãt. Nemo iã nesciat: nemo uestrũ ignoret. Siquidẽ non
accepimus spm̃ mundi huius: sed spm̃ q ex deo est: ut scia-
mus q̃ à deo data sunt nobis. Terribilis plane locus: & di-
gnus omni reuerentia: quẽ fideles uiri inhabitant: quem
angeli sancti frequentant: quẽ sua quoq; præsentia dñs ip-
se dignat. A Quo em̃ tantus patriarcha nescire potue-
rat: q̃ non esset locus ubi non esset deus? Sed fortè aliud
esse miratus est ubi ait. Verè dominus est in loco isto. Ibi
uerè est & uerè dominus est: ubi in eius nomine angeli si-
mul & homines cõgregãtur. Licet em̃ in omni loco sit qui
nullo diuidet loco: signanter tñ dicimus: pater noster q̃s
in cælis: q̃ aliter illic & ꝓprio q̃dãmõ ꝑsentẽ se exhibeat:
nõ q̃dẽ ipse diuersus: sed diuersa distinguẽs. Est ergo in oĩ
loco oĩa uniuersaliter cõtinẽs: oĩaq; disponens: sed longe
tñ aliter atq; aliter. Apud hoies malos est ꝑstans atq; dissi
mulãs: apud electos hoies operãs & seruãs: apud superos
pascẽs & cubãs: apud inferos arguẽs & dãnans. Facit solẽ
suũ oriri sup malos: sed ubi malorum interim dissimulatio
est: quodãmõ ueritas non est. Itaq; si dicere licet: apud im-
pios est in dissimulatiõe: apud iustos in ueritate: apud an-
gelos in felicitate: apud iferos in feritate sua. Durũ uobis
sonat q̃ feritate dixi: ego uerò & irã uereor & furorẽ. Dñe
ne in furore tuo arguas me &c. Verè inqs dñs est in loco
isto. Vbi em̃ pluit sup iustos & iniustos: pater est: pr̃ miarũ
expectans hoies ad pœnitentiã. Vbi dãnat obstinatos: iu-
dex est: & horrendũ incidere in man⁹ dei uiuẽtis. Vbi cu-
bat sponsus est: & beata aĩa quã introduxerit in cubiculũ
suũ. Cæterum in loco isto uerè dñs est: si tñ seruiamus ei in
spũ & ueritate. Nõ em̃ uerè dñs erat apud eos quib⁹ dice-
bat. Quid uocatis me dñe dñe: & nõ facitis q̃ dico? Testan Luc.6.
tur sacræ literæ in paradiso olim positũ primũ adã ut ope
raret & custodiret illud. Sic sct's adã in ecclesia sctõrũ: in
cõgregatiõe suorũ: in horto delitiarũ (siquidẽ delitiæ suæ
esse cũ filiis hoim̃) dita inquã & ipse dñs in loco isto: ut ope
retur atq; custodiat. Alioquin sicut nisi qa dominus ædifi- Psal.126.
cauerit domũ inuanum laborauerunt q̃ ædificant eam: sic
nihilominus nisi ipse custodierit ciuitatẽ frustra uigilat q̃
custodit eam. Porrò angelos ascendentes & descendentes
esse in loco isto: patriarchalis ipsa uisio manifestat. Ascen-
dentes: ut uideant facie patris: descendentes ut prouideãt
nobis. Quid ergo nos: quõ hic esse debemus: in quãta re-
uerentia stare in loco isto: ubi deus est operans & seruans
ascendentes & descendentes? Nimirũ pœnitentes & expe
ctantes esse nos cõuenit. Hoc est enim oblitiscĩ quæ retro
sunt: ignorare: reprobare: recogitare annos illos in amari
tudine aiæ nostræ: ac deinceps cogitatione simul & auidi-
tate extendere nos in anteriora. Ad hoc uenimus: in hoc
positi sumus. Hæc sunt q̃ exigunt à nobis: ꝑteritorũ pœni
tudo peccatorum: & futurorum expectatio præmiorum.

Præfatio in explanationem psalmi Qui habitat.

COnsidero labores uestros fres non sine magno
miserationis effectu. Quæro cõsolationẽ quã ex-
hibere possim: & corpalis occurrit: sed ea nõ ꝑ
est quicquã: magis & obesse plurimũ põt. Si
quidem modica sementis detractio non modicum messis
est detrimentum: & si pœnitentia uestra minuatur misera-
tione creduli: paulatim gemmis corona ura priuat. Quid
tamen agimus? Vbi prophetæ farinulæ? Siquidẽ mors in
olla est: & mortificamini tota die in ieiunijs multis: in labo
ribus frequenter: in uigilijs supra modum: præter ea quæ
intrinsecus sunt: contritio cordium: & multitudo tẽtatio
nũ. Mortificamini: sed ꝑpter eũ q̃ mortu⁹ est pro uobis.
Q; si abundat tribulatio uestra pro eo: ahundabit cõsola-
tio uestra per eum: ut in eo delectet aĩa quæ in his renuit
consolari. Apud ipsum namq; ipsa q̃q; tribulatio magna
quædam consolatio poterit inueniri. Nõme enim certũ
est supra uires humanas: ultra naturam: contra consuetu-
dinem esse quæ sustinetis? Alius igitur portat ista: ille sine
dubio qui fm apl̃m portat oĩa uerbo uirtutis suæ. Nõne
ex hoc iã suo ipsius gladio inimic⁹ perimit: & magnitudo Hebre.1.
tribulatiõis de q̃ tẽtare solebat: ipsa magis tẽtationes exu-
perat: tanquã certissimũ diuinæ ꝑsentiæ argumẽtum? Quid
em̃ timẽdũ nobis si adest qui portat oĩa: Dñs ꝓtector uitæ
meæ: à quo trepidabo? Nã & si ambulauero in medio um-
bræ mortis: nõ timebo mala qm̃ tu mecũ es. Quid est q̃d̃
totã molẽ terræ sustinet? Et uniuersus orbis cui initis? Nã
si est aliq̃d quod sustineat cætera: ipsum à quo sustinetur?
Non inuenitur nisi uirtutis uerbũ oĩa portãs. Verbo em̃
dñi cæli firmati sunt: & spũ oris eius omnis uirtus eorum. Psal.32.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Propterea ut sit uobis ī uerbo dñi cōsolatio: maxime his diebus quibus (sicut oīno dignū est) aliquatenus maior est labor uester: nō erit inutile tractare uobiscū aliquid de scripturis sctis: qđ etiā alīq uīm rogauerunt. Vnde nobis eligendus est psalmus ipse de quo tentationis occasionem inimicus assumpsit: ut inde confringantur arma malignī: unde sibi usurpare presumpsit. Propterea nolo uos ignorare fratres: qm̄ manifeste imitatores sunt inimici: quicū q̄ de scripturis sctis aliqd nō sctē usurpant: & detinēt ueritatē dei in mēdacio: sicut solēt qñq; nōnulli. Cauete hoc dilectissimi qa prorsus diabolicū est: & de parte eī se esse probant q id faciūt in suā ipsorū pernicie: salutaria scripta peruertere molientes. Sed non mō plus immoror: sufficit credo breuiter tetigisse. Iā de ipō quem elegimus psalmo aliqua pīstante dño differere & explanare tentemus.

Explicit præfatio In explanationem primi uersus psalmi Qui habitat. Sermo. I. C

QVi habitat in adiutorio altissimi: in protectione dei cæli cōmorabit. Quis sit diuini inhabitator adiutorij: per nō inhabitantes, illud melius pōt agnosci. Tria sigdem eorū reperies genera. Vnū nō sperantium: aliud desperantiū: tertiū frustra sperantiū. Neq; enim inhabitat in adiutorio, qui non posuit deum adiutorē suum: sed confidit in uirtute sua: & in multitudine diuitiarū suarum. Surdus nāq; ad prophetæ uocem dicentis. Quærite dñm dum inueniri potest: inuocate eū dū prope est: & sola tēporalia quærēs: æmulat in malignantibus pacē peccatorū uidens: & elongat ab adiutorio altissimi: quod sibi ad hæc necessariū esse non reputat. Sed quid nobis de his quæ foris sunt iudicare? Timeo fratres ne fortè etiā sit in nobis qui nō habiter in adiutorio altissimi: sed cōfidat in uirtute sua: & in multitudine diuitiarū suarū. Forte enim feruorē habet aliquis potēs in uigilijs: in ieunijs: in labore: & cæteris hmōi: aut etiam multorum ut sibi uidetur diuitias meritorū longo tēpore acquisiuit: & in his confidens remissior est in timore dei: facile iam ad ociositates & curiositates pernicioſa quadam securitate declinat: murmurat: detrahit: diiudicatq;. Qui profecto si habitaret in adiutorio dei attenderet utiq; sibi & timeret offendere quem sibi cognoscere adhuc tam necessarium esse. Tanto siquidē amplius timere deum & magis solicitus esse debuerat: quanto maiora eius munera iā percepit. Neq; enim quę habemus ab eo seruare aut tenere possumus sine eo. Nunc uerò q̄ non sine dolore loquimur: aut uidimus sunt aliqui in conuersionis initio satis timorati & soliciti sunt donec initium aliquod conuersionis acceperint: & cum multo magis desiderare debuerant iuxta illud. Qui edunt me adhuc esuriēt: incipiunt sic agere (ac si dicant) ut quid ei seruiamus ultra, qñ iā habemus qđ daturus est? O si scires quàm parū est qđ habes: & hoc ipm quācito perdes si nō seruauerit ille qui dedit. Hæc ei duo sunt que ualde solicitos & subiectos deo nos reddere pñt: ut si nō sim⁹ de his q, ppterea nō habitāt in adiutorio altissimi qa nō reputāt illud sibi necessariū eē: & hi sunt q nō sperāt ī dño. Sūt aūt & alīq & desperāt: hi scilicet q cōsiderātes imbecillitatē ppriā deficiūt & obruunt à pusillanimitate spīritus habitantes in carne sua: & circa infirmitatē propriā semper intenti: ut oīa q̄ patiunt cursim enumerare parati sint. Vbi cū intenderis: ingeniū ualet. In adiutorio aūt dei nō habitant neq; nouerunt illud: q̄ nec assurgere ualeant ut aliq̄ cogitent illud. Sunt aūt alīq sperant quidem in dño sed frustra: qa sic de misericordia eius sibīpsis blandiunt: ut à peccatis suis non emendentur: una est oīno spes ista: & hæc confundit: eo q̄ charitas desit. Cōtra hos propheta. Maledicti⁹, inquit, qui peccat in spe. Et alius. Beneplacitū est domino sup timentes eum: & in eis qui sperant super misericordia eius. Dicturus qui sperant: signanter præmisit sup timētes eum. Frustra siquidē sperat qui cōtemptu suo gratiam à se repellit: & spem suā prorsus euacuat. Nullus ergo horum triū habitat in adiutorio altissimi. Primus enim habitat in meritis suis: secundus in pœnis: tertius in uitijs. Immunda habitatio tertij: anxia secundi: stulta & periculosa primi. Quid enim stultius: quàm habitare in domo uix adhuc inchoata? Cōsummasse te putas? At cū cōsummauerit hō: tunc incipit. Deniq; ruinosa est oīno hæc habitatio: & quæ sustentari magis opus habeat & sulciri quàm inhabitari. Nonne uita psens fragilis est & incerta? Simile esse necesse est: quicqd fundatur in ipsa. Quis enim super fragile fundamentum, stabile credat ædificium? Periculosa habitatio eorum qui in meritis suis sperāt: periculosa, qa ruinosa. Eorum uerò qui consideratione propriæ infirmitatis desperatiōe deficiunt habitatio est anxia: & eos in tormentis diximus habitare. Quandiu enim & pœnas sustinent in quibus nocte & die conteruntur: & eis quoq; quas nondum sentiūt amplius cruciantur: ut nō sufficiat diei malitia sua sed opprimuntur his quoq; quæ fortasse nunquàm experientur quæ tormēta: quis infernus intolerabilior potest excogitari: præsertim quia & tanto labore premuntur: & cælestis panis non sustentantur edulior? Hi sunt qui in adiutorio altissimi nō habitant: quia desperāt. Priores autem idcirco nō quærunt: quia nequaquā sibi illud necessariū sentiunt. Extremi uerò, ppterea longe sunt: qa eo mō quærūt auxiliū dei quo obtinere nō possunt. Soli enim in adiutorio altissimi habitant qui id solū obtinere desiderāt: id solum amittere trepidant: sed ula circa illud & solicita cogitatione uersantes: quæ est utiq; pietas: cultus dei. Beatus plane qui sic habitat ī adiutorio altissimi: quia in ptectione dei cæli commorabitur. Quid ei nocere poterit eorū q̄ sub cælo sunt: quem deus cæli protegere & conseruare uoluerit? Porrò sub cælo sunt quæcunque nocere possunt: sub cælo sunt aereæ potestates: sub cælo præsens seculum nequā: & caro aduersus spīritū cōcupiscens. Optime igit dictū est: in protectione dei cæli cōmorabit: ut nihil eorū q̄ sub cælo sunt timere possit quisqs ptectionē ei⁹ habere meruerit. Siue ita dictum sit ut aduersum sequentem oratio dependeat: q habitat in adiutorio altissimi in ptectione dei cæli cōmorabit: dicet dño susceptor meus es: & sit qđ dicit in protectione dei cæli cōmorabit: expositio præcedentis partis qui habitat in adiutorio altissimi: aut magis addere uideatur: ut nō solū adiutoriū ad operandum bonū sed protectionē quoq; ad liberandū à malo doceat esse quærendam. At uerò diligenter attende q̄ in protectiōe dicit nō in pñtia. Angel⁹ in pñtia ei⁹ exultat: ego utinā possim in eius ptectione morari. Ille beatus in pīsentia: ego utinam in protectione sim securus. Dei cæli inquit. Licet enim ubiq; esse non dubitetur: sic tamen in cœlo est ut ad eius comparationē nec esse uideatur in terris. Propter quod & orantes dicimus: pater noster qui es in cælis. Sicut enim anima cum in toto quoq; sit corpore: excellentiō tamen & singularius est in capite in quo sunt omnes sensus: nam in cæteris omnibus membris uix unum exercet: solum scilicet tactum: unde quātū ad eū modū quo in capite est cætera membra uidetur quodāmodo nō tā inhabitare quàm regere: ita si præsentiā illius cogitemus qua beati angeli perfruuntur: uideri possumus uix aliquā dei protectionē & nomen habere. Felix tamen anima que uel hanc protectionē meretur. Dicet enim dño: susceptor meō es tu. Verum id quidem sermoni alteri reseruemus.

Adhuc de primo uersu. Sermo secundus unde supra.

QVi habitat in adiutorio altissimi: ait propheta dicet domino susceptor meus es tu & refugiū meum deus meus: sperabo in eum. Dicet in gratiarum actione: confitemini domino misericordiæ eius: super duplici adiutorio eius. Ois em̄ qui adhuc in adiutorio habitat, nō in regno: & frequenter opus habet fugere & interdū cadit. Fugere īquā dū in hoc corpore sumus à facie tētatiōis persequētis oportet. Q; si minus celeriter fugim⁹ (aliquādo ut assolet) impellimur & euertimur: sed dñs suscipit nos. Ipse itaq; refugiū est ut uenientem cū stercoribus boum pigrorū lapidatorem impigri fugiamus: & euadere possimus fœdā nimis lapidationem.

Ipse quoq;

Eſa. 55.

Eccl. 24.

Pſa. 146.

Ipse quoq; susceptor est: ut etiã cũ ceciderimus non collidamur: quĩ supponit manũ suã. Cum ergo tentationis impetũ sentimus in cogitatione: statim fugiamus ad ipsum, & humiliter postulem⁹ auxiliũ. Q. si forte ꝓoccupauerit nos (ut aliquando) cũ tardius quã oporteat ad eũ confugimus: solicit sumus ut suscipiat nos manus dñi. Hoies enim aliqñ cadere necesse est dum in hoc seculo detinẽtur sed nõ collidunt: aliq; nõ: qa deus supponit manũ suã. Sed quomodo eos discernere poterimus: ut segregem⁹ iuxta domini exemplũ agnos ab hædis: iustos ab iniustis? Nam & iustus septies in die cadit. Verũ hoc interest inter eorũ casus: qꝺ iustus suscipit à dño: ideoq; resurgit fortior. Iniustus aũt cum ceciderit non adijciet ultra ut resurgat: imo ueró aut in pudorẽ noxium: aut impudentiam cadit. Aut enim excusat qꝺ fecit: & hic est pudor adducens peccatũ: aut fit ei frons meretricis: & iam nec deum timet: nec hominẽ reuereẽ: sed prædicat peccatum suum sicut sodoma. Iustus ueró super manum dñi cadit: & miro quodãmodo
Roma.8. etiã ipsum ei peccatũ in iustitiã cooperatur. Scimus enim quoniã diligentibus deum omnia cooperant in bonum. Nónne ecce operat nobis ille casus i bonũ: unde & humiores efficimur: & cautiores? Nónne dñs cadentẽ illũ susci-
Psal.117. pit: qui ab humilitate suscipitur? Impulsus euersus sum ut caderem, ait propheta: sed nihil ꝑfecit qui impulit me: qm̃ dñs susceꝑit me. Sic ergo dicet fidelis aia dño: susceꝑtor me⁹ es tu. Possunt oia dicere, creator meus es tu: possunt & aialia dicere: pastor meus es tu: possunt oẽs hoies
Textus. dicere: redemptor meus es tu. At uero susceptor meus es tu: is tm̃ dicere potest qui habitat in adiutorio altissimi.
Textus. Vnde & addidit. Et deus meus. Cur non deus nr? Quia in creatione: in redemptione: cæterisq; cõibus beneficijs: est deus oĩm: sed in tentationibus suis tanquã propriũ eum habẽt singuli electorũ. Sic ei patus est suscipere cadentẽ & erigere fugientem: ut uideri possit relictis oibus alijs: ei soli operã dare: ꝓpterea expedit oi aiæ deum semꝑ attendere tanquã propriũ: nõ modo adiutorẽ: sed etiã ipsectorẽ. Quomodo enim negligens poterit fieri: q intuentẽ se deũ nunquã desinit intueri? Aut qũo nõ quasi ꝓpriũ illũ habere uidef q sic eũ super se uidet intentũ: ut oia interiora ei⁹ & exteriora omni hora cõsiderare nõ cesset: oẽsq; nõ solũ actus sed etiã ipos subtilissimos animæ motus pscrutetur atq; diudicet? Hic igitur nõ immerito dicere potest: deus meus sperabo in eũ. Et attende ꝙ nõ dixerit spaui aut spero: sed sperabo. Hoc inquit, est uotũ meum: hoc ꝓpositum meũ: hæc intentio cordis mei. Reposita est hæc spes mea in sinu meo: & in hac perseuerabo. Sperabo in eum. Nec desperabo: nec frustra sperabo: qa maledictus qui peccat in spe: & nihilominus qui peccat in desperatione: sed nec esse uolo de his qui nõ sperant in domino. Sperabo, inqt, in eũ Sed iam dic nobis quo fructu: qua mercede: quo lu-
Textus. cro? Quoniã ipse liberabit me de laqueo uenantiũ & à uerbo aspero. Sane laqueũ hunc & hoc uerbum: in diem alterum & sermonem si placet alterum differamus.

De tertio uersu. Sermo tertius unde supra.

EVs meus sperabo in eum: qm̃ ipse liberauit me de laqueo uenantium & à uerbo aspero. Ego utiq; fratres in hoc uerbo magna meipsius pietate compũgor, & ualde misereor animæ meæ. Ipse liberauit me de laqueo uenãtiũ. Ergo ne bestiæ sum⁹ nos? Bestiæ prorsus. Homo cũ i honore esset nõ itellexit: cõparatus est iumentis insipientibus. Bestiæ ꝑfecto sunt homines: oues errantes non habentes pastorẽ. Quid superbis ô homo qd te sciolũ iactas? Vide quia bestia factus es: cui uenandæ laquei præparant. Sed q sunt uenatores isti? Venatores utiq; pessimi & nequissimi: callidissimi & crudelissimi. Venatores qui cornu nõ sonant ut audiant: sed sagittãt i occultis immaculatũ. Ipsi rectores sunt tenebrarũ harũ astutissimi uersutia: & malitia diabolicæ fraudis: ita ut sicut est ante uenatorẽ bestia: sic ad eorũ comparationẽ sit quilibet astutissim⁹ hoim: præter eos duntaxat qui cum apostolo non ignorant cogitationes eorũ qbus in dei sapientia datum est fraudes deprehendere malignorũ. Obsecro uos nouellæ plantationes dei: uos qui nõdũ exercitatos habetis sensus ad discretionẽ boni & mali: nolite sequi cordis uestri iudiciũ, nolite abundare in sensu uestro: ne uos tanquã rudes adhuc uersutus ille uenator decipiat. Nam siluestribus illis & omnino bestialibus bestijs (seculares homines loquor) apertos satis expandit laqueos: ut pote quos facile capiendos esse nõ dubitat. Vobis aũt qui tanquã prudentiores cerui serpentes necatis: & desideratis ad fontẽ uiuũ: subtiliores occultat laqueos: & callidiora fraudis suæ argumenta conquirit. Vnde obsecro uos humiliamini sub potenti manu dei pastoris nestri: & acquiescite eorũ consilijs: q melius norunt uenatoris illius uersutias: edocti diuturno longi temporis exercitio: & crebis experimentis: tam in se quã multis. Sed ecce qa iam uenatores & bestias nouimus: quisnam sit laqueus ille quærendũ est. Nolo ego adinuenire ex me: nec dubiũ aliqꝺ tradere uobis. Ostendat nobis apls laqueũ istũ: ipse ei uenatorũ illorũ, nõ ignorat cogitationes. Dic nobis inquã beate paule quis sit laqueus ille diaboli: à quo se liberatam fidelis aia cõgratulat. C Qui uolunt inquit di- 1.Timo.6.
uites fieri in hoc seculo: incidũt in tentatiões & in laqueũ diaboli. Ergo ne laqueus diaboli diuitiæ sunt huius seculi? Heu quàm paucos inuenimus qab hoc laqueo liberati exultent: quam multos q dolent & parũ sibi uident irretiti: & adhuc quãtũ pñt ipsi se inuoluere & intricare laborant. Vos q reliquistis oia & secuti estis nõ habẽtẽ ubi caput suũ reclinaret filiũ hois: exultate & dicite: qm̃ ipse liberauit me de laqueo uenãtiũ. Cõfitemini illi toto corde: tota aia: tota uirtute: & ex ipsis medullis cordis gras ei agite dicẽtes: qm̃ ipe liberauit me de laqueo uenatiũ. Et ut noueritis quã magnũ sit beneficiũ hoc & sciatis q à deo donata sunt nobis audite qꝺ sequit. Et a uerbo aspero. O homo uel magis bestia: laqueum non timebas? Time uel malleum. Auerbo, inquit, aspero. Quid est hoc uerbum ni si illud insatiabilis gehẽnæ: affer: affer pcute: dilacera: cito interfice: uelociter spolia: detrahe? Quid est uerbum asperum: nisi tollatur impius ne uideat gloriam dei? Quõ exultant uenatores capta bestia: & clamant tolle tolle infige uerubus: infer prunis: & male bulientibus impone lebetibus. Verbum asperum fuit: quod protulit dom⁹
exasperans ppls iudeorũ. Tolle tolle crucifige eũ. Quàm Ioan.19.
horribile uerbũ: quàm asperũ: quàm crudele. Vere dentes eorũ arma & sagittæ: & lingua eorũ gladius acutus. Hoc uerbũ asperũ tu sustinuisti dñe. Cur? nisi ut nos liberares à uerbo aspero. Sit iam pietatis tuæ: ut non sustineamus nos quod tu dignatus est sustinere pro nobis. Respondẽt homines seculares cum eis suademus agere pœnitentiam & dicunt. Durus est hic sermo. Nẽpe hoc est quod in euãgelio legimus. Loquebatur de pœnitentia ipsa dñs sed in Ioan.6.
figura tanquã his qbus non erat datũ nosse mysterium regni dei. Cũ audirent dicentẽ. Nisi manducaueritis carnẽ filij hominis & biberitis eius sanguinẽ: dixerũt. Durus est hic sermo: & abierunt retrosum. Quid aũt est manducare eius carnẽ & bibere sanguinẽ nisi cõicare passionibus eius: & eam cõuersationẽ imitari quã gessit in carne? Vñ & hoc designat illibatum illud altaris sacramentum: ubi dominicum corpus accipimus: ut sicut uidetur illa panis forma in nos intrare: sic nouerimus per eam quam in terris habuit cõuersationẽ: ipsum intrare in nos: ad habitandum per fidem in cordibus nostris. Cum enim iusticia ingreditur: ille ingredit qui factus est nobis à deo patre iusticia Sed & qui manet in charitate in deo manet & deus in eo. Sed tamen adhuc multi nobis dicunt durus est hic sermo. Ergo ne durum est momentaneum hoc & leue tribulationis: quod supra modũ in sublimitate æternũ pondus gloriæ operatur in nobis? Durum est breuissimo & leuissimo labore cruciatus illos & tormẽta red: mere: q̃ nullus terminus finiat: nullus animus, sufficiat cogitare. Durum uobis uidef cum dicitur: agite pœnitentiam. Erratis: sed audituri estis aliquãdo uerbũ asperũ sermonẽ durum;

Universidad de Deusto Biblioteca

Matt. 25. auditionē malā. Ite maledicti in ignē æternū. Ita dico uobis hoc timete: hoc durum reputate: & inuenietis quia iugū domini suaue est & onus eius leue. Si in seipso suaue sit, hoc credere necdū potestis: uel hoc nō ignoratis: qm̄ huiꝰ comparatione suauissimum est. Vos autē fratres mei uos pēnati ante quorum oculos frustra iacitur rhete: uos qui diuitias huius seculi penitus reliquistis: qd timeatis à uerbo aspero quoniā iam liberati estis à laqueo: Felix tu idithum: pro quo psalmi quidā inscripti sunt: qui trāsilisti laqueū: ut omino longe fieres à uerbo aspero. Quibus em̄ dicetur: ite maledicti in ignem æternum: esuriui em̄ & non dedistis mihi manducare: quibus inquam dicetur: nisi his qui substantiā huius mundi habuere: Nunquid nō ualde exhilarantur ad uerbū hoc corda uestra: & spūali iocūditate replentur: Nunqd non p̄ciosiorem ducitis paupertatem uestrā thesauris seculi: Siquidem ipsa est quæ liberat uos à uerbo aspero. Quō namq; à nobis exigat deus: qd̄ pro ip̄ius amore relictum est: Et tm̄ etiam hoc facitis: et de labore manuū uestrarum xp̄s alitur & uestit: ut nihil desit. Agite ergo gr̄as: exultate & dicite: qm̄ ipse liberauit me de laqueo uenantium: & à uerbo aspero. Exultate inquam sed adhuc interim cum tremore. Lætos uos esse uolo: sed nondū securos. Gaudentes in spūsctō: sed tm̄ pauentes adhuc: & cauentes à recidiuo. Quid enim uobis ultra pauendum est: Vnū utiq; idq; grauissimū: peccatum iudæ: pctm̄ apostasiæ. Bene em̄ factum est ut pēnas acciperetis sicut columbæ: & uolaretis ad requiescendū. Nā in terra nō erat requies: sed labor & dolor & afflictio spūs. Quid ergo timendum est sic uolanti: nisi ne fortè cadauer uel simile aliquid in terra uideat: cuius desiderio tract⁹: uideatur à uenatoribus illis pessimis: & præparatis laqueis capiatur: & sint nouissima hominis illi⁹ peiora priorib⁹: Hoc in quā omino timendum est ne quis aut corde solo: aut etiā corpore ad uomitū reuertatur. Legimus enim de filijs israel: ga corde redierūt in ægyptū. Nam corpore reuerti: clausum post eorū talos rubrū mare prohibebat. Hoc est qd̄ uehementer singulis quibusq; timendum est: ne qm̄ fortè eatenus deum offendāt: ut manifeste abijciant & euomantur ab eo: aut si pudor neget apostasiā corporis: tepor ip̄e paulatim ingerat apostasiam cordis: ut uidelicet in habitu religionis cor seculare gerant: & quicqd secularis cōsolationis inuenire potuerint: amplectant. Neq; enim sumus
1. Cor. 9. nos apostolo sanctiores: qui tamē uerebatur ne fortè cum alijs prædicasset: ipse reprobus efficeret. Sed id tamdiu timendū est: donec laqueus cōtritus sit: donec corpus istud
Treñ. 3. anima deposuerit. Nam & ipsum corpus laqueus quidam est: unde & oculꝰ legitur animā depredari. Minime ergo decet esse securum hominē: qui secū portat laqueū suum: imo uerò bonum est magis habitare in adiutorio altissimi: ut per eum possit laqueus euitari.

De quarto uersu. Sermo quartus unde supra.

Texsus. SCapulis suis obumbrabit tibi. Cōfitenti humiliter: & deuote gratias referenti: non immerito ampliora beneficia promittunt. Nam q fidelis inuenit in modico: iure constituetur sup multa sicut econtrario accipiendis indignus est: qui fuerit de acceptis ingratus. Itaq; deuote illi gratiarū actioni respondet spūs: non id solū inqens faciet: sed & scapulis suis obūbrabit tibi. Credo in his scapulis geminā dei promissionē intelligēdam: uitæ scilicet eius quæ nunc est pariter & futuræ. Si enim solum ꝓmitteret regnū: & in itinere deesset uiaticū: oīno cōquererent hoies & responderent. Magnū
Matt. 16. quidem est quod ꝓmittitur: sed perueniendi illuc nulla facultas datur. Propterea qui post seculum uitā ꝓmisit æternam: ipse dandum etiā in hoc seculo centuplū prouidētissima pietate promisit. quid iam excusationis habes ò homo: Profecto obstructū est os loquētiū iniqua. Quid plus afferet ad tentandum: nisi qa longa futura est uia tua: Et si grandis tibi restat uia cur hoc timeas cui fortis cibus datur ne deficere possis in uia: Hæliæ utiq; cibus allatus est
3. Reg. 19. ab angelo; quo nullus in humana consuetudine ulior in uenitur scilicet panis & aqua: tanta tamen fortitudo collata est: ut quadraginta diebus ambulans nō fatigaretur nec esuriet. Vis tibi hūc cibū ab angelis ministrari: Mirū ualde si non uis. Q; si cibū hunc desideras: & angelica ministeria non superba sed humili magis ambitione requiris: audi quomō scriptū sit de dño: qa tentante diabolo & suadente ut de lapidibus faceret panē: restitit & dixit. Nō
Matt. 4. in solo pane uiuit homo: sed in omni uerbo quod procedit de ore dei: deinde tentationibus superatis: & tentatore fugato: accesserunt angeli & ministrabant ei. Et tu ergo si uis habere ministeriū angelorū: fuge cōsolationes seculi: & tentationibus resiste diaboli. Renuat cōsolari anima tua in alijs: si uis in dei memoria delectari. Cum esuris currere suadet ad panē: at tu potius audi dicentem: nō in solo pane uiuit homo. Cur enim tanta uarietate distraheris ut modo cibum: modo potū: modo uestē aut lectū: nisi pro sola corporis necessaria sustentatione requiras: qui in uno id est in uerbo dei potes. Hæc omnia inuenire: Mānā em̄ est omnē saporem habens: & odoris delectationē & requies est uera & sincera: suauis & salubris: iocunda & sancta. Hæc promissio est uitæ p̄sentis. Nam ꝓmissionē futurę qs explicet: Si expectatio iustorū lætitia: & tanta lætitia ut oē qd̄ desiderat in seculo nō ualet ei cōparari: ipsum qd̄ expectat qd erit: Oculus nō uidit deus absq; te: q̄ p̄parasti diligentibus te. D Sub his itaq; scapulis quatuor nobis beneficia cōferunt. Sub his enim abscondimur: sub his i occursu accipitrū & miluorū ꝓtegimur q̄ sunt aereæ potestates sub his umbraculū salubre refrigerat nos & repellit nimium solis feruorem: sub his q̄q; alimur & fouemur. Ait em̄ ꝓpheta in alio psalmo. Quoniā abscondit me in tabernaculo suo in die malorum: id est dum adhuc dies mali sunt: & in terra aliena sumus: q̄ data est in manus inimicꝰ: in qua nō est regnū pacis: nec deus pacis regnat in ea. Nā si regnat qd est qd̄ orantes dicimus: aduenīat regnum tuū: Necesse igitur est abscōdere interim si quid habem⁹ boni: qm̄ thesaurū regni cælorū qui inuenit homo abscōdit. Propter etiam corporaliter in claustris & in siluis abscondimur: & si scire uultis quantū in hac abscōsione lucramur: credo nullū hic esse qui si quartā partē eorū. q̄ facit in seculo actitaret: nō adorare: ut sctūs: reputare: ut angelus: nunc autē quotidie tanquā negligens arguit & increpatur. Parū ne hoc lucrū ducitis: ꝙ nō reputamini sancti antequā sitis: An non timetis ne fortè hic uili mercede hac recepta: in futuro mercedem nō habeatis: Necessaria est ergo hæc abscōsio non solum ante oculos aliorū: sed etiā multomagis ante teip̄m. Hoc em̄ habet dñica illa sententia. Cū feceritis oīa q̄ p̄cipiunt uobis dicite serui inutiles sumus: qd̄ debuimus facere, fecim⁹: ue em̄ nobis si non
Luce. 11. fecissemus. Et hæc est utiq; magna uirtus & summa securitas: qñ & pie uiuis & tm̄ pl⁹ attendis q̄ desunt tibi quàm q̄ obtinuisse uideris. oblitus q̄ retro sunt & extendēs te in anteriora. Hæc igitur est abscōsio quam sub scapulis dñi præstari dixeramus: qualis forsitam abscōsio fuit uel umbratio q̄ mariæ facta est à spūsancto: ad cælandū uidelicet tam incomprehensibile sacramētū. De ꝓtectione q̄q; idem ait propheta iste. Obumbrasti super caput meū in die belPsal. 139. li. Sicut enim uidens uenientē accipitrē mater: expandit alas suas ut pulli subeant & habeant tutū refugium: sic nobis parata & quodāmodo dilatato sinu extensa est summa illa & ineffabilis pietas dñi nostri. Vñ & supra dixit. Quoniam refugiū meū es tu. Iam uerò sub ipsis quoq; scapulis & umbraculum salubre & protectionem habemus. Sicut enim iste corporeus sol licet bonus sit & ualde necessarię: tamen & feruor eius si temperatus nō fuerit infirmo capiti: & splendor infirmis oculis nocet: nec est solis culpa sed infirmitatis: sic etiam sol iustitiæ est. Vnde & dicitur. Noli
Eccle. 7. nimium iustus esse. Non q̄ iustitia bona nō sit: sed qa dum adhuc infirmi sumus oportet ipsa bona, gratia temperari: ne fortè elationis aut indiscretionis uitium incurramus. Quid est ꝙ inceſſanter orantes & supplicantes: non possimus ad eā quā desideramus gratiæ abundantiā puenire:

Putat is quia

Putatis qa ausus aut inops factus est deus: impotens aut inexorabilis? Absit hoc: prorsus absit: sed ipse cognouit figmentū nostrum: & scapulis suis obumbrat nobis. Non tn̄ à petitione ppterea cessandū est: qa & si non dat ad satietatē: dat tn̄ ad sustentationē: & si cauet nobis à seruore nimio: tn̄ fouet nos tāquā mr̄ calore suo. Hoc est em̄ quartū qđ diximus: sub scapulis eius nobis p̄stari: ut tanquā pulli in calore materni corporis foueamur: ne foris uagantes moriamur: refrigescēte nimirū charitate: quæ nō diffundi tur in nobis: nisi per spiritū, qui datur nobis. Sub his igitur pennis eius securus sperabis: ut uidelicet de exhibitione præsentium munerum: firma sit expectatio futurorum.

De prima parte quinti uersus.

Sermo quintus unde supra.

Matt. 26. SCuto circūdabit te ueritas eius uigilate & orate ut non intretis in tentationē. Et quis hoc dixerit scitis: & tempus scitis. Domini em̄ est uerbum istud, instante iam passione sua. Et attendi te qm̄ ipse quidem erat passurus & non discipuli: nec tn̄ p se dicebat orandū sed pro illis. Vnde ad petrū. Ecce sathanas expetiuit uos ut cribraret sicut triticū: ego aūt rogaui pro te ut nō deficiat fides tua: & tu aliqn̄ conuersus cōfirma fratres tuos. Si tn̄ illos oportebat timere in passiōe domini: quātū nobis timendū est fratres in passione nostra? Vigilate proinde & orate ut nō intretis in tentationē: qm̄ undiq; circundati estis tentationibus. Vnde & legistis: qa tentatio est uita hois sup terram: itaq; si tot tentationibus plena est uita nostra: ut nō immerito tota ipsa tentatio debeat appellari: peruigili circūspectione opus est & oratione ne inducamur in eā: unde est & illud in oratione dn̄ica. Et ne nos inducas in tentationē. Quia ergo undiq; sic circundatus es tentationibus: scuto circundabit te ueritas eius. ut quēadmodum undiq; bella: ita undiq; sint & præsidia. In quo & oīno illud manifestū est spirituale scrutū esse oportere, qđ circūdare potest. Veritas aūt circundat: quia uerax qui promittit: & sic exhibet ut promittit. Fidelis deus (ait apostolus) q nō patiet uos tentari supra id quod potestis. Nō incōgrue sane scuto cōparat gr̄a diuinæ ꝓtectionis: qđ in superiori parte amplū & latū est: ut caput humeros; custodiat: in inferiori uerò strictius ut min⁹ oneret: maxime q; graciliores sint tybiæ: nec tam facile uulnerent: sed nec adeo periculosum sit illis in partib⁹ uulnerari. Sic omnino sic militibus suis xp̄s ad inferiora tuēda: id est carnem: magnam (ut ita dixerim) strictitatem atq; penuriam rerū temporaliū donat: nec uult eos illarum multitudine p̄grauari: sed ut uictū & uestitū habentes: quēadmodū ait apostolus: his cōtenti simus: in superioribus uerò amplioren latitudinem & abundantiā gratiæ spūalis. Sic em̄ habes. Primū quærite regnum dei & iustitiā eius: & oīa adicient uobis. De uictu utiq; dixit & uestitu. Vnde dixerat solicitos esse nō debere. Nam & hæc ipsa pater noster cælestis benignissima pietate ministrat ob duplicem. s. cām. Ne uel oīno crederemus infensum si ista negaret: & sic desperaremus: uel illorum nimia solicitudo spūalis exercitij fieret detrimētū. Sine his em̄ neq; uiuere neq; deo seruire est. Cæterū quāto strictius, tanto melius. Itaq; scuto circūdabit te ueritas eius: nō timebis à timore nocturno.

Luc. 22.

Matt. 6.

1. Thim. 6.

Matt. 6.

Textus.

C A sagita uolante in die: à negotio perambulāte in tenebris: ab incursu & dæmonio meridiano. Hæ sunt quatuor tentationes quibus undiq; circundati: necesse habemus circundari etiā scuto domini: ut sit nobis à dextris & à sinistris: ante & retro. Hoc em̄ premonitos uos esse uolo neminē sup terrā absq; tentatione uicturū: ut cui fortè tollitur aliqua: alterā securus expectet: aut fortè non securus sed pauidus magis: & sic petat ab ea liberari: ut nunquā sibi in corpore mortis huius libertatē pfectā seu requiē audeat pollicerī. Qua in re considerāda est nobis tam benigna erga nos diuinæ pietatis dispensatio: ut quibusdam nos tentationibus patiat diutius occupari: ne fortè periculosiores occurrant: ab aliquibus uerò citius liberet: ut possimus in alijs quas nobis utiliores fore præuidet exercerī. Verum considerandū nobis est (sed nō modo) q̄ sint istæ quatuor quas hic ponit. Credo enim q; in hoc ordine quo hic numerantur contra eos qui conuertuntur insurgunt: & uelut principes sunt omnium tentationum.

De secunda parte quinti uersus: & de sexto uersu.

Sermo sextus unde supra. D

SOlet in diuinis scripturis aduersitas designari per noctē: & scimus ga aduersus eos qui cōuertunt: primū esse certamē de molestijs corporis consueuit. Caro em̄ hactenus indomita castigari & in seruitutē redigi: nequaquā æquanimiter patit: sed adhuc memor recens perditæ libertatis acrius cōcupiscit aduersus spiritū: maximeq; in his pœnis ī quib⁹ estis uos quotidie morientes: imo uerò morte affecti tota die: que & supra uires sunt & ultra naturā & cōtra cōsuetudinē nostrā. Quid igit mirū si turbāt ista maxie eos q necdū cōsueuerūt necdū satis ī prōptu hīt recurrere ad oīones: resurgere ad meditationes sanctas: ut sic reuelet dei pondus & æstus? Necessariū plane nobis iter ipsa nr̄æ cōuersiōis inter tia scutum dn̄i ut non timeamus à timore nocturno. Bene aūt dicit nō timendū à timore nocturno & non dicit à nocte: qa nō ipsa afflictio tentatio est: sed magis timor ipsius. Nam & omnes laboramus cū tamen nō omnes inde tentemur. & q tētant: multo magis timore futuræ pœnæ, quàm præsentis dolore læduntur. Quia ergo timor ipe tētatio est: congrue dictū est ei qui circundat scuto dn̄i: q; à tentatione hac non timebit. Fortè impugnabit: fortè tentabitur: fortè timebit noctē: sed nō ei timor iste nocebit. Magis autē si non fuerit dānatus tunc immaculatus erit: & emunda bit sicut scriptum est: qa territi purgabuntur. Caminus est timor iste: sed ut examinet nō exurat ueritas facit. Nocturnus plane & tenebrosus timor: sed facile hunc radius ueritatis exuperat. Ingerit enim oculis cordis nūc quidē peccata q̄ fecimus ut quēadmodū de se propheta ait: etiā nos in flagella parati simus: annunciantes iniquitatē nostrā: & cogitantes pro pcto nostro: nunc uerò æterna supplicia q̄ meruimus: ut in eorū cōparatione q̄ euadim⁹ uniuersa q̄ patimur delitias reputemus: nunc q; cælestia præmia ad q̄ tendimus crebro uidelicet memorantes qm̄ nō sunt condignæ passiōes huius temporis ad futurā gloriā q̄ reuelabit in nobis: nūc etiā ea q̄ pro nobis ptulit christus: ut crebro cōsiderantes quāta sustinuit illa maiestas ꝓ imutilib⁹ seruis: erubescamus nō sustinere uel parua pro nobis. Sed fortasse præualuit ueritas: præsertim tā multiplex & usq; quaq; circundans nō repellere modo sed etiā expellere penitus hunc timorē. Nox præcessit: ut filius lucis & diei honeste ambulās time sagittā. Leuiter uolat leuiter penetrat sed dico tibi non leue infligit uulnus: cito interficit. Nimirū sagitta hæc uana gloria est: nō est unde hæc impugnet pusillanimes & remissos qui feruentiores esse uidētur ipsi pauent: ipsi sibi cauent in hac parte nihilominus adhuc solicīti nou deserere scutū inexpugnabile ueritatis. Quid em̄ aliud tā contrariū uanitatī? Nec sane huic opponēda sagittæ: secreta illa: & quodāmodo intima ueritatis exigimus: semetipsam nouerit aia: de se teneat ueritatē: Difficile prorsus, ni fallor, homo uerbis laudantiū hoiem in uita sua abduci poterit altū sapere: si se intus ad lucē ueritatis solicita consideratione discutiat. Nónne em̄ si propriā cogitat cōditionem: dicturus est sibi: quid superbis terra & cinis? Nónne si propriā considerer corruptionē: fateat necesse est qm̄ nō est in eo bonū? Sed & si fortè aliqd habere uidet: nō inueniet puto qđ rñdeat apso dicenti: qd habes qđ nō accepisti? Et alibi. Qui stat uideat ne cadat. Postremo si fideliter computet facile illi erit aduertere: q; nec cū decem milibus possit occurrere ei qui cum uiginti milib⁹ uenit ad se: & omnes iustitias suas tanquàm pannum menstruate reputari. Eadem quoq; ueritas & eis nihilominus opponenda est tentationibus quæ sequuntur. Neq; enim uel sic desistit hostis antiquus: sed ad callidiora fortè conuertitur argumēta. Firmā probauit utroq; latere turrim: non est quod uel à sinistris pusillanimitate timoris: uel à

Psal. 37.

Roma. 8.

1. Cor. 4.

1. Cor. 10.

dextris eam humanis cōc bus:in utrucꝫ iā mo-
litione frustratus attētet. bus,inquit,dēcere ne
queo:fortè decipere possum alicuius ingenio proditoris.
Quis putas erit hic proditor? D Planè cupiditas radix
iniquitatis,ambitio subtile malum:secretum uirus: pestis
occulta:doli artifex:mater hypocrisis:liuoris parens: ui-
tiorum origo:crimiū fomes:uirtutū erugo: tinea sancti
tatis:excæcatrix cordiū:ex remedijs morbos creās:gene-
rans ex medicina languorē.Contēpsit uanā gl'iam ait:qm̄
uana est:fortè solidius aliquid affectaret forte honores for
tè diuitias.Quātos hoc negotiū perambulās in tenebris
trudi fecit in tenebras exteriores ueste spolians nuptiali:
& uirtutum exercitia fructu pietatis euacuans.Quātos er
go pestis hæc nequiter supplantatos turpiter q̄ꝫ deiecit:
ut cæteri quiꝫ quos latuit occult⁹ effossor:subitam expa
uescerent ad ruinam.Quid uerò hūc fouet uermem aliud
quàm mentis alienatio & obliuio ueritatis? Aut quid nisi
Mat.16. ueritas hunc prodendū uestigat proditorem:& negotiū
arguit tenebrarū? Nimirū hæc est q̄ dicit.Quid ꝓdest ho-
Sap.6. mini si uniuersum mundū lucret:se aūt perdat,& detrimē-
tum sui faciat? Et item.Potentes ait potenter tormenta pa
tientur.Hæc est que sedula suggestione reducit in mentē
quàm sit in ambitu friuola consolatio:graue iudiciū:usus
breuis:finis ignotus. B Hucusꝫ tentationes dñi: quar-
tam inimicus non præsumit afferre.Illa enim de ignoran-
tia est nec dubitat sapientissimum:qui sic moderabatur re
spōsiones suas:ut in nullo unquā posset deprehendere q̄d
Mat.4. quærebat.Prima siquidem tentatione:esurienti suadebat
de lapidibus panem facere:sed ille nec posse nec non posse
Deute.8. respondens:cibū aliū prætendit dicens.Non in solo pane
uiuit homo &c.Secunda uerò tentatione p̄cipitium sua-
debat:promittens quia non læderet si filius dei esset:& sic
uidens oīs ciuitas laudaret eū & magnificaret: & nec esse
se,nec non esse respondit.Tertia de ambitione fuit:qm̄ oīa
regna mundi promisit si cadens adoraret eū. Vides ne,ꝙ
ambitionis uia adoratio diaboli est qua uidelicet ad ho-
nores & gloriā mūdi perueniendū suis ille adoratoribus
pollicetur? Quarta ut dixi tentatione apud eum abstinuit
cuius nimirum tantā esset expertus prudentiā ex respon-
sis.Quid autem aduersus alios faciat quos uidet oīmodo
diligere iustitiā & odisse iniquitatē? Quid nisi ut iniquita
tem palliet uirtutis imagine? Quos em̄ perfectos boni no-
uerit amatores:malum eis sub specie boni non medio eris
sed perfecti persuadere conatur:ut cito consentiat qui ma
gnopere diligit bonum & facile qui currit:incurrat. Hoc
est igit dæmoniū non modo diuturnū sed meridianū. An
nō hoc timuit maria:qm̄ ad nouā angeli salutationē expa-
2.Cor.2. uit? An nō hoc insinuabat apostolus cū diceret:non enim
ignoramus cogitationes eius? Ipse em̄ angelus sathanæ
transfigurat se in angelum lucis.An nō deniq; hoc ipsum
metuebant discipuli qm̄ uidentes dñm super mare ambulā
tem clamabant putantes fantasma esse? Et uide quàm be-
ne cōgruit ꝙ quarta uigilia uoctis fuisse dicit:qm̄ cōtra tē
tationē quartā uigilasse discipuli phibent. Nec uerò in re
manifestissima nostro arbitror opus esse eloquio:ꝙ uide-
licet sola sit ueritas que palliatā detegit falsitatē. D Qua
tuor has tentatiōes etiā in generali statu ecclesiæ haud dif
ficile diligens considerator inueniet.Nónne em̄ timor no
cturnus exercebat nouellam adhuc ecclesiæ plantationem
quando oīs q occiderat seruos dei arbitrabat se obsequiū
præstare deo? Demū persecutione cessante & die reddita
turbauit eam grauius & afflixit sagitta uolās: quādo exie
runt aliqui de ecclesia inflati spū carnis suæ inanis & uola
tilis gloriæ cupidi & uolentes sibi facere nomen.linguas
suas magnificando diuersa & peruersa dogmata fabricaue
runt.Ad nūc quidem pax à paganis:pax ab hæreticis:sed
nō est pax à fallis filijs.Multiplicasti gentem dñe Iesu: sed
non magnificasti lætitiam:qm̄ multi sunt uocati:pauci ue
rò electi.Omnes christiani:& omnes ferè q̄ sua sunt quæ-
rūt:nō quæ Iesu christi.Ipsa quoꝫ ecclīastice dignitatis
officia in turpem quæstū & tenebrarum negotiū transie-
re:nec in his salus aiarū:sed luxus quærit diuitiarum. Pro
pter hoc tondent:propter hoc frequentāt ecclesias:missas
celebrant:psalmos decantant.Pro episcopatibus & archi
diaconatibus impudenter hodie decertat:ut ecclesiarum
reddit⁹ in superfluitatis ꝙ uanitatis usus dissipentur.Su
peresset ut reueleꝛ homo peccati:filius perditiōis:dæmoniū
nō modo diurnū sed & meridianū:quod nō solum transfi-
gurat in angelū lucis:sed extollitur supra omne q̄d dici-
tur deus:aut q̄d colit.Nimirū insidiat crudelius calcaneo
matris ecclesiæ:à qua dolet caput suum esse contritū. Hic
plane grauissimus erit incursus:sed ob hoc quoꝫ ecclesiā
electorum ueritas liberabit:propter eos breuians dies:&
dæmoniū meridianū destruens illustratione aduētus sui.
Et hæc quidem dicta sunt de tentationibus istis:nam & in
sermone quodam super cantica cāticorum memini me su-
per his tractasse similiter:cū meridiani huius dæmoniꝫ mē
tio incidisset ex occasiōe scilicet meridiani accubitus spō
si quem sibi sponsa petierat indicari.

De septimo uersu Sermo septimus unde supra.

IN spe uiuimus fratres nec deficimus in tribula
tione p̄senti:ꝙ in expectatione simus interesecti
bilium gaudiorum. Neqꝫ em̄ uana uobis hæc
expectatio aut dubia spes uidet:immixa nimirū
æternis promissionibus ueritatis.Deinde etiā ex pceptio
ne p̄sentium numerū firma est expectatio futuroꝝ & p̄sen
tis gratiæ uirtus nimis credibiliter attestat felicitatē pro-
missæ gloriæ sine dubio secuturā.Nempe dñs uirtutū ipse
est rex gloriæ:& in hymno q̄ꝫ,eundē cātamus patrē per-
hennis gloriæ:patrē potentis gratiæ:cui & in psalmo ca-
nim⁹:qa miam & ueritatē dilīgit deus:grām & gloriā da- Psal.83.
bit dñs.Viriliter ergo sustineat in hoc seculo pietas collu
ctationē:& persecutionē quālibet æquanimiter patiatur.
Quidni tolleret omnia:q̄ ad oia ualet promissionē habēs
eius uitæ nūc est & futuræ? Repugnet fortiter impugnāti
qa & repugnanti ꝓpugnator aderit indefessus: & trium-
phanti nō deerit largissimus remunerator.Scuto,inqt,cir Tenuit.
cundabit te ueritas eius.Necessaria plane insuperabilis p
tectio ueritatis:nō mō interim in carne degenti:sed post
modū exeunti:& nūc quidem ob periculosos conflictus:
tunc uerò ob monstruosos occursus spirituū malignorū.
Nempe & sanctissimā illam glorioſi Martini animam uo-
luit pars inimica nocere:& cruenta bestia sciens ꝙ modi-
cum iam tempus haberet:tota profecto insania malitiæ in
fatigabilis:nō est uerita prope assistere:ei quoꝫ in quo ni
hil habebat.Imo nerò ad ipsum etiā regē gloriæ accedere
impudentissima temeritas illa presumpsit:sicut ipse testa- Iob.14.
tur.Venit em̄ princeps mundi huius:& in me non inuenit
quicquā.Felix aia q̄ sic interim tētationū iacula scuto ue-
ritatis repulerit:ut nil prorsus uenenatum in se coalescere
passa omnino nō cōfundaꝛ cū loqueꝛ inimicis suis in por-
ta:nihil in me funestū reperies.Felix quē sic circundat cly
peus ueritatis:ut introitū q̄ꝫ & exitū eius custodiat:exi-
tū utiqꝫ ab hac uita:& introitū in futuram:quo uidelicet
nec moliaꝛ à tergo:nec à facie mali qppiā inimic⁹ attentet.
Siqdē oīno opus erit illi custode:op⁹ erit duce fideli:op⁹
erit cōsolatore magno ꝓpter horribiles illas uisiones:nō
minus quàm hic adiutore & ꝓpugnatore: cōtra inuisibi-
les tentatores.Glorificate itaqꝫ dilectissimi & portate inte
rim christum in corpore uestro onus delectabile:suaue pō
dus:sarcinam salutarem:etiā si p̄mere aliquādo forte uide-
tur:etiā si interdū latera tondit & flagellat recalcitrantē:
etiā si qm̄ in chamo & fræno maxillas constringit & coer-
cet:oīno felicīter.Esto ut iumentum qui saluatorem por-
tas:sed non penitus ut iumentū.Homo,inquit,cum in ho Psal.48.
nore esset nō intellexit:cōparatus est iumentis insipienti-
bus & similis factus est illis.Quid em̄ tantope uel plangit
ꝓpheta uel arguit in homine similitudinē iumentorū pre
sertim q alio quodā loco de se loqui & dicere deo nō sme Psal.72.
quadā cōgratulatione uidet:Vt iumentū factus sum apud
te:& ego semp tecū? Puto:imo nō puto sed scio:similitudi
nem aliquā iumentorū homini cōmēdari:sed plane nō eā

quæ in

quæ in non intelligendo & insipientiæ: sed q̄ in patientiæ imitatione consistat. Neq; enim succensentis similiter sed ne plãgentis qdē uideret uox: si dixisset. A Hō cum sub onere dei esset nō recalcitrauit: ut iumētū factus est apud eū. Quis nō illi iumēto plurimū inuideret: cui⁹ in humili tergo ad cōmēdationem ineffabilis suæ mansuetudinis dignat⁹ est sedere saluator: si cū illius tā p̄cioſi oneris gestatione intelligētiā quoq; tā singularis habuisset honoris? Vt iumētum igitur esto: minime tñ iumentum: patienter quidem sustinens onus: sed honorem intelligens sapienter: & delectabiliter cogitans tam ipsius oneris qualitatē, plus quam propriam utilitatem. Magnus ille ignatius discipuli quē diligebat Iesus auditor: martyr noster: cuius p̄cioſis reliquijs nostra ditata est pauptas: mariā i plurib⁹ quas ad eā scripsit epistolis christiferā cōsalutat. Egregius plane titulus dignitatis: & cōmendatio honoris immensi. Nēpe cui seruire regnare ē: gestare hūc: nō onerari est sed ornari. Cæterū unde ei de quo nunc loquebamur saluatoris asello uerendū ullatenus uidebat: ne sub illa tali sarcina deficere posset in uia? An uerò timendus ei aut luporū incursus: aut raptorū occursus: uel præcipitiū seu periculū aliqd̄ sub tāto p̄side metuēdū? Felix q sic tulerit christū ut à sctōsctōrū i sctām ciuitatē mereat̄ iduci. Nō est oīno qd̄ timeat: ne uel in uia aliqd̄ offendiculū: uel repulsam in ianua patiat̄. Illi nēpe iumēto uiam parabāt fideles populi: Textus. huic angeli sancti: qñ angelis suis mādauit de te: ut custodiāt te in oībus uijs tuis: ne fortè offendas ad lapidē pedē tuū. Sed nō sunt hæc p̄occupanda modo: series magis ipa Textus. scripturæ expositionis ordine sequenda est. Cadent à latere, inquit, tuo mille & decem milia à dextris tuis: ad te autem non appropinquabit. Hic eñ uersus hodie nobis detractandus est: non ignoratis. In præcedēti sane capitulo qd̄ nouissime tractabat̄ dictū est si recolitis quēadmodum à quatuor quibusdam maximis equidē grauissimisq; tentationibus hui⁹ uitæ protectio liberet ueritatis: uidelicet à timore nocturno: à sagitta uolante in die: à negotio perambulante in tenebris: ab incursu & demonio meridiano Qd̄ igitur seqtur: cadent à latere tuo mille &c. futuræ magis uitæ arbitror assignādum. Vnde & in principio sermo 1. Timo. 2. nis hui⁹ meministis adhuc, ni fallor, sniæ apostolicæ: qua uidelicet ualere ad oia pietatē: uitæ quoq; ei⁹ q̄ nūc est & futuræ promissionē habere cōmēdat. Audite ergo & audite in lætitia cordis uestri: qd̄ ad futuræ uitæ promissionē: uestrāq; expectationem pertinere uidet. Vbi est thesaurus uester: sit & cor uestrū. Et quidē studioſe audistis p̄sentia, nō sum immemor: sed studioſius decet futura audire. Nam & pseudo pphetā balaā dico (recolite q hystorias nostis) & ipse inquā iniquus, iustorum mortē optabat: nouissima sua horum similia fieri p̄cabat̄. Tantus est pietatis fructus: tanta iustitiæ merces ut ne ab ipsis quidem nō desiderauit quæat impijs & iniustis. Minus tñ oblectat canticum sion salices babylonis. Suspēdenda proinde organa apud eos: lamentandum magis super flumina babylonis: si fortè persuaderi eis possit ut plãgant. Hic plane cantandum est ubi non deerunt qui tota alacritate spiritus saltent ad uocem psalterij ad canticū sion: & uehementia quadam sacri de- p̄s. 54. siderij ad eam gestiant præuolare dicentes. Quis dabit mihi pēnas sicut colūbæ: & uolabo & requiescam? Quid eñ alius exultare: quàm ex seipso saltare est? Minus sapit ijs q medio adhuc periclitantur in mari, iactant̄ undis: agūtur fluctibus: quālibet fauorabile sit qd̄ de remoti & ppe iam desperati trāquillitate seu amœnitate littoris nūciat̄. Sed nec ad eiusmodi ptinet aīam qd̄ hodie uobis ppositū est. Neq; eñ talis quēpiā adhuc meret̄ audire: cadent à latere tuo mille: & decē milia à dextris tuis. Memēto cui hæc p̄missio facta sit. Nēpe ei q habitat i adiutorio altissimi: i p̄tectione dei celi commorabit̄. Audiat igit̄ is q salutis portui cogitatiōe iam & auiditate appropinquat: q̄ præiacta ta uelut quadam anchora spei suæ terræ illi desiderabili inconuulsibiliter inhæsisse uidetur cunctis diebus quibus nunc militat: expectans donec ueniat immutatio sua. Certissima sane & præcipua appropinquatio port⁹ hui⁹ hæc ipsa cōuersatio eius in qua positi eltis exitus præparatio est uocationis uidelicet & iustificationis diuinæ. In his nempe duobus fidelis quædam constituta est cōnexio uelut cuiusdam æternitatis ad æternitatem: id est magnificationis ad p̄destinationē: quarū equidem sicut p̄destinatio nullo est præcisa principio: sic & magnificatio nihilominus nullo unquā fine claudenda. Ne uerò eā quā diximus quasi gæminæ huius æternitatis mediam connexionem esse putes nostræ adinuentionis apostolum audi: si non eādem tibi manifestius ipse commendat. Quos enim præsciuit & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui: quo- Roma. 8. modo putas aut quo ordine magnificabit? Siquidē quæ à deo sunt: ordinata sunt. Num à prædestinatione ad magnificationem saltu quodam perueniés repentino. Proinde tibi medium pontem: aut magis ingredere iam paratū. Quos predestinauit: inquit, hos & uocauit: quos autem uocauit hos & iustificauit. Et quos iustificauit: hos & magnificauit. Hæc uia equidem bona uidetur nonnullis hominibus: sed & bona est: nihil super eius fine timendum. Non tibi sint uiæ huius suspecta nouissima: perge secur⁹, tanto uiuidius quanto certius ea iam propinquare uidentur: nempe tenes media: quomodo non nouissima propinquarent? Agite, inquit, pœnitētiam: appropinquabit enī Matt. 4. regnum cælorū. Sed regnū, inquies, cælorum uim patitur & uiolenti diripiunt illud. Nullus mihi respondeat: non nisi per medios hostium cuneos patet accessus: in itinere medio sunt gigantes: in aere uolitant: obsident transitum: obseruant transeūtes. Attamē fiducialiter age, ne timeas. Magni sunt: multi sunt: sed cadent à latere tuo mille: & decem milia à dextris tuis. Cadent undiq;: nunquam tibi de inceps in perpetuum nociturī: parum est: non appropinquaturi. Equidem uidebit peccator & irascet: sed à latere ueniet q̄ uidelicet p̄ueniat te misericordia dei tui: eadem quoq; nihilominus etiā misericordia subsequat: & itroitū uidelicet tuū (ut quidem supra meminimus) & exitū tuū custodiens. Alioquin quid in illo tam terribili spiritualiū nequitiarum occursu, humani possent consistere sensus: q̄ non intolerabili cōcuterentur horrore. Quid putatis fratres si uel uni alicui è tam multis principibus tenebrarum in mediū uestri irruere: & in tota feritate sua ac tenebrosi enormitate corporis apparere liceret: quis illū posset uel corporis sensus sustinere uel cordis? Deniq; ante hos paucos dies ipsi scitis unum quendam ex uobis & prius dormitem & postea excitatum: tam grauiter fantasia nocturna perturbare permissa est: ut uix illa die rationis compos: uix potuerit esse securus. Etiam omnes uos pariter expauistis: cum territus ille terribilem nimis exclamasset in uocem erubescendum sane q̄ usq; adeo fides in uobis (uel dormientibus) uisa fuerit obdormisse sed ad nostram sine dubio factum est ammonitionem. ut tota solicitudine meminerimus aduersum quos nobis sit colluctatio nequando scilicet aut ignari hostilis insidiæ: aut protectioni diuinæ inueniamur ingrati. Ex uehementissimo siquidem proprij cruciatu liuoris intantum prorupit malitia inueterata furorem: his præsertim diebus sanctis acrius se se indicans uestra deuotione torqueri. Eodem sane tabescentis in saniæ zelo sed licentia ampliori exeuntibus sanctis adest: nō nisi à latere tamē: neq; eñ uel occurrere iam à facie quasi ut uim faciat: uel à tergo repere tanquam ut decipiat permittetur. Sed nec iuxta iter quidem scādalū decætero ponet tibi: ad te eñ non appropinquabit: non modo non attinget ut ferat: sed nec accedet ut terreat. Puto enim id uerebaris ne te forsitan grauis ad illas tam monstruosas effigies: & larualium tantam multitudinem facierum horror inuaderet: sed egregius tibi paraclitus & efficacissimus adhæsit consolator: ipse nimirum de quo legisti: Coram illo procident æthiopes: & inimici eius Psal. 61. terram lingent. Plane ad nihilum deducetur in conspectu eius malignus: sic timentes se glorificabit. Præsente te domine Iesu quantumlibet irruant hostes: imo non ir-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ruant sed ruant: confluant undiq; sed ut fluant, & pereant a conspectu dñi: quēadmodū fluit cæra à facie ignis. Quid eñ metuā deficiētes: qd tremētes paueā: qd uerear cadentes: Et si ābulauero in medio umbræ mortis: non timebo mala dūmodo tū mecū sis dñe de⁹ meus. Sigdē protinus aspirabit dies: & inclinabunt umbræ cadēt hincinde principes tenebrarū. Quos eñ nunc quoq; dū inter malignas eorū occultasq; suggestiões p fidē adhuc nō p speciē ambulamus: fides tñ uictoriosa triūphat quō nō facilius ipsa iam tunc ppalatæ cognitio ueritatis euidens cū suis illis tenebrosis ferrugineisq; imaginibus exuflabit? Nec causeris forte de numero uel ipsam saltem multitudinem uerearis. Memento sane q; ad unum saluatoris imperium ab obsesso iam & diu possesso unius hominis corpore dæmonum legio tota discessit: & ne ipsos quidem ausa est nisi ab eo iussa cōtingere porcos: quātomagis ipso duce quotcq; fuerint undiq; cadēt cū ingēti admiratione & confusione dicētes: Que est ista quæ ascendit sicut aurora consurgens pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata. Intrepidus itaq; & oīno impauidus: magis autem gratulabundus & laudās oculis tuis cōsiderabis nec sane iam uel impugnationē sustinebis uel furorem pauebis: sed magis retributionem pctōrū uidebis. Et quidē uidētur sufficere posse hodie quæ dicta sunt: sed adhuc sane aliquos uestrū nonnulla arbitror expectatione suspendi. Mouet eñ studiosiores quosq;, ni fallor: qdnam sibi uelit q; à dextris quidē decem milia: à sinistris uerò mille perhibet esse casuros. Nam latus sane qd simpliciter, dicitur: nō nisi sinistrū hoc loco licere accipi puto: p̄sertim q; dextrū quidē incōtinenti proprio designet ex noīe Et quidē non sine certi ratione mysterij: à sinistris multos: sed multo plures à dextris casuros esse prædixisse uideatur. Nisi fortè qs tam hebes fuerit & insulsus ut in eo quod dicitur mille & decem milia: certam exprimi putet numeri taxationem: & non magis superabundantē comparationē. Nos enim sic non diuinas scripturas accipimus sed neq; ecclesia dei.

Cañ. 6.

D Cadent ergo à sinistris quidem mille: à dextris autem decē milia: qd uidelicet abundātiori malignitate & uelut copiosiore manu dextris insistere partibus: dextrum latus appetere consueuissent: Qd quidē si magnū illud ecclesiæ corpus considerare libet: facile satis aduertimus: longè acrius impugnari spūales uiros ipsi⁹ eccl'iæ quàm carnales: q; nimirū duo eius latera dextrum sinistrūq; puto non inconuenienter accipimus. Agit hoc sane superbia semp inuidiosa malitia: perfectiores quoq; uehemētius pulsans

Iob. 40.

iuxta illud: esca eius electa. Et iterum. Absorbebit fluuium & non mirabitur: & habet fiduciam q; influat iordanis in os eius. Agit inquam & si non sine certa diuini dispensatiõe cōsilij: qui quidem nec imperfectiores supra id quod ferre possunt tentari permitti: faciens cum tentatione prouentū: & perfectioribus nō modo gloriosiores sed numerosiores parat ex hoste triumphos. Tota ergo pariter electorū ecclesia coronabitur: q; ex utraq; parte sui legitime certauerit: utroq; nimirum cornu tam potenter interim uentilans inimicos: ut paulopost manifestius cadere uideantur à latere eius mille: & decem milia à dextris eius. Sic nimirùm olim iam quidē Dauid pfectiore uirtute, pbata: necdum uerò propalata in Israel reprobatione saulis

1. Reg. 18.

canebant in choro dicentes: Percussit saul mille & Dauid decem milia. Sinautem ad singulos magis placet hoc referri: non nobis deest ne in hac quidem parte spiritalis intelligentiæ uia: dūmodo propriā sup hoc experiētiam cōsulatis. Longe siquidem ampliori solicitudine & calliditate multiplici, pars aduersa uulnerare in nobis dexteram satagit quàm sinistram: nec tam corpori perfecto quàm cordis laborat auferre substantiā. Vtraq; nimirum prosperitatem humano generi inuidere noscuntur: utraq; eos felicitate priuare cōtendūt & cæleſti uidelicet & terrena: sed lōge amplius rore cæli quàm pinguedine terræ. An uerò incōgrue hæc dixerimus duo latera: qb⁹ nimirū duplicē hois substantiā constat inuiti: uos iudicate. Nā q; spūalia quidē bona attribuim⁹ dextræ: sinistræ uerò carnalia: minime prorsus uereor arguendū: p̄sertim a uobis qb⁹ semp studiū est: nec dexterā aliqñ sinistrā, nec sinistrā dexterā reputare. Nec uerò aliter uera qdē sapia, pbat: quàm ut in sinistra diuitiæ & gloria: ī dextera aūt, sit longitudo uitæ: nā & hoc sane nullatenus expedit ignorare: quanā uobis uehemētius insistet puicax hostiū multitudo: illic nēpe studiosius repugnandū ubi grauior urget necessitas: ubi totū belli imminet pōdus: & ubi colluctationis ratio uniuersa cōsistit unde uobis paraf tota aut uictis ignominiosa captiuitas aut uincentibus gliа triūphalis. Deniq; propter hoc nō qdē ad inspiētiā uobis: tūdēdū libere aduersario uidemini latus exposuisse sinistrū: ut dexterum perinde tota solicitudine cōseruetis. Hæc nimirum commendata à christo & christianis omnibus imitanda serpentis prudentia est: ut caput solum toto si necesse fuerit exposito corpore tueatur. Hæc uera philosophia: hoc consilium sapientis: ut oī custodia seruetur cor: qa ex ipso uita procedit. Hæc deniq; gratia & mia dei in seruos eius: & respectus in electos illius: ut in eorum interim sinistram quidē uelut dissimulans: dexteræ semp studiosus protector assistat: Hinc est qd de seipso propheta testatur. Prouidebam

Psal. 15.

dominum in conspectu meo semper: qm̄ à dextris est mihi ne commouear. Nunquid nō & illius manum dexterā: & solam eam putas dexteram tenuisse: cuius totam, in facultatem pariter & in carnem licere passus est quicquid libere uisum est inimico: uerūtamen animam inquit eius seruaę Vtinam mihi semper à dextris sis Iesu bone: utinā semper teneas manum dexteram meam. Scio enim & certus sum: qm̄ nulla nocebit aduersitas si nulla dominef iniquitas. Tundeatur interim & tundatur sinistrum latus: pulsetur iniurijs: uellicetur opprobrijs: libens illud expono dū à te custodiar dummodo sis ipse protectio mea super manum dexteram meam. Forte enim mille qui à sinistris casuri sunt: hoīes magis intelligendi sunt quàm dæmones. Hi nimirū nobis non nisi ob tpalia q̄libet aduersant & transitoria bona: q̄ quidem aut nos habere inuidiosa malignitate suspirant: aut cupiditate iniusta sese potius doleāt nō habere. Forte eñ mundi huius conantur auferre substantiam: forte fauorem hoīm forte ipsam corporū uitā. Vsq; huc sæuire humana persecutio potest: aīæ uerò nō habēt quid faciāt. Nam dæmones quidē supna nobis & æterna potius inuidere noscuntur: non tñ ut sibi cedat qd irreparabiliter amiserunt: sed nec illud paup de puluere suscitatus accedat. Vnde ipsi in gloria conditi irreparabiliter ceciderunt. Indignatur & liuore tabescit obstinata malignitas: humanam fragilitatem obtinere: qd retinere ipsa non meruit. Sed & si qñ forte cuiuis tēporalia dāna aut inferre conātur: aut gratulanf inferri: hæc eoq; tota molitio est ut iactura exterior uel eidē ipsi uel alteri occasio sit interna. Sicut à regiõe hoīes quoties eas uadere nobis: aut q̄libet mō efficere curāt, unde dextera nostra lædaf: non hoc qdē principaliter agere sed tēporale aliqd cuiuis prouenturū uel sibi. s. uel nobis uel alteri forte cuipiā aut detrimentum aut emolumētū exinde seu captare seu ppulsare uelle uidētur. Nisi forte eatenus qs in dæmonē trāsierit ex homine: ut optare ullo mō possit quēlibet sibi inimicissimū hoīem æterna dānatione mulctari. Quid nos miseri dormitamus à spūali studio q̄s tā multipliciter insectat neqtia spūalis? Et pudor est dicere, & silere, phibet uis doloris. Quātos ei inuenire est fratres ex his q̄q; q in religiõis habitu & ppo

Psal. 136.

sito degūt perfectionis: q̄s terribilis illa ppheræ sententia comprehendisse uidetur. Si oblitus fuero tui hierusalem: obliuioni detur dextera mea. Nempe sinistri custodiæ lateris tota solicitudine incubātes callent admodum: sed sapientia huius seculi, cui abrenunciasse debuerāt: ea quoq; nihilominus quam reuelat caro & sanguis: quibus iuxta

Gal. 1.

apostolum: noluisse acquiescere uidebantur. Deniq; uideas eos tam auide lucra captare præsentia: tam secularit. 1. ter transitorijs utilitatibus adgaudere ad terrenarum damna uel minima facultatū tam pusillanimiter turbari: tam carnaliter

tam carnalitet sup his decertare:discurrere tā impudēter: tam irreligiosē secularib9 sese implicare negotijs:ac si hoc esset tota corū portio:hæc uniuersa substantia. Attentius sane agricola paupere excolit fundum:sed cui fortè nulla amplior pcioñor uesit possessio.Buccellā panis i sinu suo medicus abscondit qđ in sacellis suis solū hoc metalli genus erugīnet. Tu qđ ita extremæ huic pauptati:& qđē pptī male ꝓdigus laboris incūbis.Et est alia tibi possessio & si fortè remota.Erras.Nisi tā ꝓpe nos quàm qđ itra nos est.At fortè nō qđē lōgius posita sed inutilē esse causaris: ut hic tibi q̄rendā magis sufficietiā putes.Falleris:ubi magis inuenies:imo nō inuenies nisi ibi.An uerò æstimas q uel operā tuā non exigat:uel minus respondeat operanti? Aut certè in tuto credis esse locatā:nec ulla deinceps solicitudine custodis egere? Quodlibet horū sapias:scito q desipias uehementer.Ibi em̄ quàm maxime q̄ seminauerit hō hæc & metet.Sed & q parce semīnat parce & metet:q uerò in bñdictionib9 seminauerit:de bñdictionib9 & meter:ut faciat unū tricesimum,unū sexagesimū:unū centesimum.Habes aūt thesaurū istū in uasis fictilib9:si tm̄ adhuc habes.Puto em̄ iā amisisti:puto iam sublat9 est:puto iā comederūt alieni robur turī & ignorasti:nec potes thesauro tuo cor apponere:quippe q thesauꝝ ipm nō habeas.Alio quin quæso te:si tam solicitus es:si nec minima spernis: si tā prudēter seruas paleas tuas,etiā horreū tuū seruare memento & custodire.Imo uerò nō exponas thesaurū tuū:q sic incubas sterquilinio tuo.Fortè em̄ illud tibi inuident mille:sed istū obsidēt decē milia:nec minus superabundantes astutia & crudelitate quàm numero.Cadent,inqt,à latere tuo mille:& decē milia à dextris tuis.Verte illuc oculos fidei:fortè iam em̄ irruperunt aditus: fortè iam libere diripiunt omnia:fortè iam spolia ipsa distribuūt. Quid si nistro lateri tā male studiosus obseruator inhæres: nisi ꝙ non in latere iam tibi esse sed in facie sinistra uidentur:ꝙ hæc prouideras in cōspectu tuo semper & qui tāgit hoc: non latus tetigisse putetur:sed pupillam oculi tui? Cæterū iam nūc tibi ꝓuide quisquis ex dextri negligēs:sinistri lateris cultor:ne cū hædis locū accipias in sinistra quā elegisti.Asperum uerbum est fratres:non immeritò expauitis.At cauere nō minus necesse est quàm pauere.Et qdem dñs meus Iesus post cætera inæstimabilis suæ erga me beneficia pietatis:etiam dextrum sibi propter me passus est latus fodi:qđ uidelicet nō nisi de dextera mihi propinare uellet nō nisi in dextera locum parare refugij.Vtinam ego talis merear esse columba q̄ in foramine petræ habitet: & in foramine lateris dextri.Considera tm̄ hoc uulnus cum penitus non sensisse.Neqꝫ em̄ illud excipere uoluit nisi iā soporatus in morte:ut moneret te quādiu uiuis in huius semp lateris uigilare custodia: sed & mortuā censeri eam animā oportere:q̄ qdē pernicioſa in sensibilitate,dissimulet in dextera sibi uulnus infligi.Merito quidē in sinistro latere positum esse dicitur cor hominis:ꝙ affectio ei9 prona sit semper & procliuis in terram. Nec sane ignorabat hoc q miserabiliter ingemiscēs adhæsit,inquit,pauimēto anima mea:uiuifica me ſm uerbū tuum. Sed ne is quidem in hoc pondere nos conditionis hūanæ & grauedine cordis uolebat remanere:qui sic admonens loquebatur:leuemus corda nostra cum manibus ad deum. Plane id suadebat:ut à sinistro latere erigerentur ad dextrum. Secularis militia fratres in sinistro tantū latere clypeum portat:non imitemur si inter eos nolumus deputari:quos huic seculo militare constat,non christo. Nemo,inquit,militans deo implicat se negotijs secularibus:hoc est: scutum applicat non tam dexteræ quàm sinistræ. Attamen fratres utrūqꝫ nobis latus tegendum est:si meministis:Scuto,inquit,circūdabit te ueritas eius:Et aplus ipse. Per arma,inquit,iustitiæ à dextris & à sinistris.Cæterum ipam audi iustitiam. Fortè em̄ nō cadē utriqꝫ lateri forma ꝑscribit. Nēpe hinc qdē mandat:non uosmet ipsos defendentes charissimi:sed date locū iræ:inde uerò ꝑcipit:nolite locū dare diabolo. Et itē.Resistite diabolo& fugiet à uobis.Audi adhuc quō tegas latus utrūqꝫ.Prouidētes bona,ait idē apls,nō tantū corā deo sed etiā corā oībus hoībus.Hæc est em̄ uolūtas dei:ut bñfacientes nō mō tabescere malignorū dæmonum inuidiā uerūetiā obmutescere faciatis imprudentū hoim ignorātiā.Nunqd tm̄ in æternū erit nobis hæc ꝓtectio necessaria? Aut certè ab utroqꝫ latere hostile agmē instabit? Erit qn̄ nō mō nō instabūt:sed nec stabūt quidē. Cadet à latere tuo mille:& decem milia à dextris tuis.Siquidē nec humana malitia iam tūc habebit qd faciat:nec dæmonum milia plus uerebimur: quàm totidem uermium agmina uel muscarum:Haud aliter.Deniqꝫ intuebimur eos quàm filij israel transmisso iam mari rubro:undiqꝫ sui:ægyptios mortuos:sed & rotas curruum ire in profundū cernebāt: ut & nos.s.(longe tamen securius & delectabilius) cantemus dño quàm glorioſe honorificatus sit:equum pariter & ascensorem eius deijciens in abyssum.

2. Corī.9

Psal.118.

2.Timo.2.

1.Cor.6.

Roma.12.

Ephe.4.

De.VIII.uersu Sermo.VIII.unde supra.

SRecuius qdē uobis aliqn̄ dilectissimi loq̄remur si crebrius id liceret:qđ & uos credimus nōnū quā aduertere potuisse. Cæterū q̄ties ipsa diei ꝓoccupante malitia:pluribus fortè dieb9 molestissimū sustinuimus à uestra exhortatiōe & cōsolatione silentiū neminē uestrū reor oportere mirari:si tps ipm redimere cupientibus nobis sermo rarior interdū protractio uideatur.Hoc sane nobis actum sit breui proœmio ut hesterni pariter hodierniq̄ sermonis illius qdem prolixitas: huius uerò breuitas excusata apud uos habeatur.Vereor siquidē minus gratiam fortè nonnullis uel fuisse illam uel istā fore:aut magis utrāqꝫ quàm alterā.Scuto,inqt,circumdabit te ueritas eius:non timebis à timore nocturno:à sagitta uolante in die:à negotio perambulante in tenebris: ab incursu & dæmonio meridiano. Cadent à latere tuo mille:& decem milia à dextris tuis:ad te autem nō appropinquabit:Diximus hinc p̄cedētibus sermonib9 ꝙ digna est ueritas ipsa largiri:quemadmodū.s.fidelē aiam interim quidē à tentationibus postmodum uerò à difficultatibus tueatur.Quæ tm̄ utraqꝫ breuius quidē in alio psalmo idem iste propheta cōmēdans:in te,inquit,eripiar à tentatione:& in deo meo transgrediar murum:qđ ipso nimirū duce:nec hic gradiens offendiculum nec egrediens hinc obstaculum peteret.In altero ergo crebra ereptio:i altero plena iam & secura liberatio designatur.Nam in hoc sane tertio qđ adiungit:uerūtm̄ oculis tuis cōsiderabis:etiam fœlicitatis non modicæ ꝓmissionē arbitror contineri. Cadent,inquit,à latere tuo mille:& decē milia à dextris tuis: ad te autem non appropinquabit.Verūtamen oculis tuis considerabis:Ita oro domine ita fiat.Cadant illi & non cadam ego:paueant illi & non paueam ego: confundantur illi & non cōfundar ego.Fuidentius siquidem paucis hoc loco uerbis:& animæ missi immortalitas commēdatur & ipsius quoqꝫ fides astruitur corporeæ resurrectiōis. Nēpe ruētibus illis:futurus sum ipse q uideā:& ne isti quoqꝫ quibus corū nouissimā intuear retributionem oculi defuturi Neqꝫ enim simpliciter oculis:sed oculis,ait,tuis cōsiderabis istis utiqꝫ q nūc languent præ inopia& deficiunt dum speras in deū tuū.Et uerè fratres deficiunt oculi:dum speramus.Qđ em̄ uidet qs qd sperat: Spes,inquit,q̄ uidetur nō est spes.Ipsis ergo iam tūc cōsiderabis oclis:quos mō quidē nec leuare audes ad cælum:ipsis plane qui toties interim fluunt lachrymis:ac crebris compunctionibus atteruntur.Nec enim nouos tibi instaurandos putes sed tuos utiqꝫ restaurandos.Quid tm̄ de oculo dixerim: etsi minutissima.eminentissima tamē excellentissimaq̄ humani corporis portione? Reposita est in sinu nostro beata spes ex promissione utiqꝫ ueritatis:ne capillum quidem de capite periturū.Forte tm̄ idcirco signāter uisio promittit oculorū ꝙ hoc quidem summū interim aiæ desiderium uideat: ut uideat bona.Credo,inquit,uidere bona dñi in terra uiuentium.Supmas nimirum corporis sui fenestras: supnæ aperiri desiderat ueritati:per speciem ambulare gestiens: quàm per fidem.Sane fides ex auditu:non ex uisu.Denicꝫ

Textus.

Roma.8.

Psalm.26.

substantia est sperãdarũ argumentũ nõ apparẽtiũ. Et in si
Esa.50. de ergo sicut & in spe deficit oculus: auris ꝓficit sola. Dñs deus aperuit mihi autẽ ait ꝓpheta: sed qñq; etiã oculũ revelabit. Erit qñ iam nõ dicetur: audi filia & uide & inclina aurẽ tuã sed leua potius oculos tuos & cõtẽplare. Quidꝫ Plane iocũditatẽ & exultationẽ: quã thesaurizat super te deus tuus. Quidꝫ Plane non ea mõ q̃ interim qdẽ & si non uidere adhuc & audire: tñ & credere potes: uerũetiã qdꝫ si
1. Cori. 2. cut non uidit oculus: sic nec auris audiuit: nec in cor hois ascẽdit: qdꝫ ꝓparauit deꝰ diligẽtibꝰ se. Nimirũ tãta capiet oculus resurrectionis: quãta nec auditus nec animus ipse nũc capiat. Ob hãc deniq; tã uehemẽtẽ aiæ cõcupiscentiã uidẽdi. s. qdꝫ audit & credit. Aliũ q̃q; euidẽtissimũ futuræ preconẽ resurrectionis ipsorũ ꝓpriã mẽtionẽ fecisse arbi-
Iob. 29. tror oculorũ. Rursum ait circumdabor pelle mea: & in carne mea uidebo deũ saluatorẽ meũ: quẽ uisurꝰ sum egoipe & nõ aliꝰ, & oculi mei cõspecturi sunt. Et adiecit. Reposita est hæc spes mea in sinu meo. Fortè tñ cõsiderandũ attẽ
Psal. 90. tius q̃ ait oculi mei. sicut & in psalmo. Oculis tuis cõsiderabis. Nunqd eñ mei oculi esse nũc uideaꝫ? Plane non mei. Nõnũquã sane uisi sunt fuisse mei: q̃ ipsi quoq; ad eã pertinere noscãtur: quam male seruaturus accepi paternæ substantiæ portiõem. Nẽpe uelociter ꝓfligata est, uniuersam citius dissipaui. Occupauit membra oĩa lex peccati: libere intrabat mors ꝑ fenestras meas: cuiꝰ nimirũ factus erã seruus etiã egoipse. Miser equidẽ seruus: nõ sane hoi seruiẽs sed imũdo pecori & scenoso. Neq; eñ mercenaria saltẽ cõditione famulabar: sed plane seruili. Nisi fortè meredem qs dari putet cui etiã cibus negaꝫ? & cibus quoq; ipsa, esurie pniciosior. Cupiẽti siquidẽ porcorũ siliquas nemo dabat: ut porcis uisuarẽ nec cõuiuerẽ poteis. Deinde nunqd meus tũc oculus erat qñ depredabaꝫ? aiam meã? Qua qdẽ necessitate demũ coactus sum beneficiũ refutare in manu dñatoris: ut qdꝫ oĩno nõ poterã: ipe sibi illud ab hostili tyrãnide uendicaret. Considerate attẽtius dilectissimi & animaduertite in quanã ptãte euaseritis pharaonis intolerabile iugũ: ut iã mẽbra uestra nõ sint arma iniquitatis pctõ: nec regnet ultra in mortalibus corporibus uestris. Nõ est hoc operis uestri fratres dextera dñi facit uirtutẽ: solꝰ hoc potest ille q nihil oĩno nõ põt. Ne dixeritis manus nostra excelsa: sed tã salubriter quàm ueraciter confitemini: quia dñs facit hæc oĩa. Deniq; nemo sibi dubitet oĩmodis esse cauendũ: ne forte donec adhuc dies mali sunt & nulla usquã securitas homini hanc suã possessionem de manu tam pij tãq; prouidi tutoris: ĩ periculosam pernicioſamq; interim libertatẽ recipere uelle ꝑsumat. Qdꝫ eñ? æmulaꝫ? pater ꝑ te æmulaꝫ: nec inuidẽtiæ sed ꝓuidẽtiæ est q̃ sibi totã iubet manere substantiam: ne pereat tibi. Deniq; ubi ad magnã illã sanctãq; ciuitatẽ pueneris: cuiꝰ fines posuit pacẽ: ubi nullus iã hostiũ timeaꝫ? incursus nõ mõ reddat te tibi: sed dabit insup & seipm. Interim sane à uoluntatibus tuis auertere: & dicata membra nulla tibi temeritate usurpes: sciens q̃ pietati sanctificata: non absq; graui sacrilegio in usus uanitatis: curiositatis: uoluptatis: aut ciusmodi seculares operis assumantur. Nescitis, ait apostolus, q̃ corpo-
1. Cori. 6. ra uestra templum sunt spiritussancti quem habetis à deo & non estis uestri? Et item. Corpus, inquit, non fornicationi. Sed cuiꝰ? Numquid tibiꝰ? Plane sit tibi liberũ: sed eripere illud aut ereptum saltem deinceps à fornicatiõis impetu: uendicare proprijs uiribus potes. Q; si fortè non potes: imo quia uerè non potes, sit corpus non fornicationi sed dño: seruiatq; interim sanctificatiõi ne corruptioni denuo peius seruire contingat. Humanum dico ait apostoRoma. 6. lus: propter infirmitatem carnis uestræ. Sicut exhibuistis mẽbra uestra seruire iniquitati ad iniquitatẽ: ita nunc exhibete mẽbra uestra seruire iustitiæ in sanctificationẽ. Verum id quidem propter infirmitatẽ: ut ipse quoq; præmisit. Cæterum ubi resurrexerit in uirtute quod in infirmitate fuerit seminatũ: nulla iam erit necessitas seruiendi: ubi & securitas libera fuerit: & secura libertas. Quidni multo magis reddat eum sibiꝫ? Quidni potiꝰ libertate donet fidelem seruum: magnꝰ ille patersamilias: qñquidem & super omnia bona sua cõstituet eũ? Iam tũc ergo oculis tuis cõsiderabis: si tñ eos fideliter agnoueris interim esse eius nõ tuos. Nã & præter eã quã diximus uoti utiq; tã necessarii rationẽ: quo nimirum mẽbra ipsa q̃ tibi à peccati tyrannide uendicare oĩno non posses: proprijs abrenuntians uoluntatibus diuino cultui mãcipasti: numqd uel modo tua esse uidenꝫ? in quibus adhuc contraria lex: & si nõ regnat habitat tñ in quibꝰ pœna peccati secundus equidẽ hostis tuus: non mõ manet sed & ꝓualet & libere dñaturꝫ? Tu ne tuũ dixeris corpus qdꝫ mortuũ est ꝓpter peccatũ: aut aiæ esse qdꝫ animã aggrauare nõ cessatꝫ? Plane si qs suum illud dicere cupit: nõ aliud cõueniẽter dixisse uidebitur quàm onus suũ: quàm carcerẽ suũ. Alioquin quonã modo tuos dixeris oculos: quos sane interim uis, non uis: toties somnus occupat: fumus turbat: exiguus puluis sauciat: noxiꝰ humor obnubilat: dolor acerbus excruciat: uel ipsa demũ nouissima mors excæcatꝫ? At tunc plane tui erunt quãdo oĩa ista non erunt: ut uerè iam tuis oculis considerare sit: quibus nimirum pro libitu deinceps utaris ad omnia tam libere quam secure. Neq; enim aduertendi decætero erunt oculi ne uideant uanitatem: q̃ puriſſimam uideant ueritatem: multominus intrabit per fenestras mors: q̃ ipsa quoq; inimica nouissima destruatur. An uerò times eos è tanta plenitudine luminis: ubi singuli iusti tanquam singuli soles fulgeant: aliquando caligaturos forec? Timendũ id plane: si nõ ipsos quoq; oculos sicut cætera humani corporis membra resurrectio glorificet. Et retributiõem peccatorum uidebis. Hoc planè eis graue tormentum: & magnus quidem malorum cumulus erit. Fortè enim quodcunq; solatium uideretur eorum quos tam malitioſe impugnauerint in tormentis suis uel cõscientiam latere: uel ipsos saltem declinare posse conspectus. Veruntamen & si illis ex hac nostra consideratione immẽsum quoddam miseriæ pondus accedat: nobis quæ necessitas erit: quæ utilitas: quæ uoluptas? Quid enim modo tã irreligioſum: imo quid tam inhumanũ & execrabile uideretur: quàm cruore quantumlibet inimicorum: quantumlibet iniquorum pascere uelle oculos: & oblectare aspectus supplicijs miserorum. Attamen sicut uidebit peccator & irascetur: dentibus suis fremet & tabescet. Prius enim benedicti uocabuntur in regnum quàm maledicti in caminum deijciantur ignis æterni: quo uidelicet acrius doleant uidẽtes quid amiserint. Sic iusti quoq; uidebunt & lætabuntur considerantes quid euaserint. In illa ergo tanta separatione: quemadmodum hædis agnorum diuisio grauissimi liuoris occasio fiet: sic electis è regione consideratio reproborum: immensa quædam materia gratiarum actionis & laudis. Vnde enim iusti tam magnifice gratias agerẽt: nisi cum illa in excogitabili felicitate qua perfruuntur: ipsam quoq; retributionem cernerent iniustorum: à quibus equidem sola misericordia redemptoris segregatos sese esse fidelissime & deuotissime recordãtur? Vnde uerò impij tanto animi furore tabescerent: nisi in regno summæ beatitudinis coram sese uidissent alios introduci: & tunc demum in illos sese fœtores: in illos horrores: in illos æterni incendij cruciatus: in illas deniq; immortalis miserias gemerẽt esse dãnatos? C Ibi enim inquit erit fletus & stridor dentium. Matt. 13. Fletus quidem ob ignem qui nõ extinguitur. Stridor uerò ob uermem qui nõ moritur. Plane fletus ex dolore: stridor dentium ex furore. Fletum nempe tormentorum immanitas: stridorem dentium uehementia ipsa tabescentis inuidiæ: & obstinata malignitas extorquebit. Ita ergo retributionem peccatorum uidebis: ne uidelicet ignarus tãti periculi: ingratus aliquando liberatori posse fieri uideaꝫ? ris. Non solum autem sed & securitas perfecta iustorũ erit uisa retributio peccatorum: quo uidelicet nec humanam aliquando nec diabolicam ultra uteri malitiam possint: qui nimirum cadentibus à latere suo mille & decem milibus à dextris suis: non modo eos cadere uiderint: sed & cadere in gehennam. Putas enim timere adhuc nõ poterãt: & callidiorem

& callidiorem cunctis animātibus serpentē habere suspectum: præsertim seductiæ quōdā in paradiso non immemores mulieris: ubi cū toto iam corpore suo ultricibus tradi tum flammis: & inter se & cum magnū plane iam chaos firmatum esse cōspicerent. Tertium quoq; nihilominus peccatorū tibi consideratio ipsa prestabit: ut ex cōparatione deformitatis eorum eminentius glorioſiusq; resplendeas. Sic nimirū sibi inuicem collata cōtraria: suæ quidē utrūq; uidetur suscepisse augmentū aliquod qualitatis: ut album nigro si cōferas: & hoc candidius & illud tertius apparebit. Sed audi certius super hoc testimonium: propheticū
Psal.57. sermonē. Lætabitur, ait, iustus cū uiderit uindictā. Vt qd ita? Manus suas lauabit in sanguine pctōris. Plane nō inquinabit in sanguine sed lauabit: ut unde ille cruētus magis: inde ille nitidior uideatur: unde illè plus sordet: inde iste pulchri⁹ eluceſcat. Nullā fortè ex his tribus causis humanus refugere uel mō inueniat affectus: sed non propter aliqd horū sapiētia in eorū ridebit iteritu: qd' tū sine ulla
Prouer.1. dubitatione factura est. Nempe ipsa prædicit quæ mētiri oīno nō pōt: qa uocaui & renuistis: extendi manū meā & nō fuit q aspiceret. Et post pauca. Ego quoq; i iteritu uō ridebo: & subsannabo cū uobis qd' timebatis aduenerit: cū irruerit repētina calamitas & interitus quasi tempestas ingruerit. Quid ergo in insipiētiū interitu sapiētiæ credimus placiturū: nisi iustissimā suā dispositionem & irreprehensibilē ordinē rerū: Sane qd' sapiæ tūc placebit: sapientibus quoq; placeat necesse est uniuersis. Nō igit tibi durū uideat fore qd' dicit: oculis tuis cōsiderabis qñ & ridebis i eorū interitu: nō q uelut quadā imanitate crudelitatis in ipsa tibi ultiōe cōplaceat: sed q mod⁹ ipse pulcherrimus diuinæ ordinatiōis ultra quàm credi possit: iustitiæ zelatorē & amatorē æqtatis oblectat. Vbi optime oīa con
Act.1. stituta & suū cuiq; cessisse locū, imo in suum quēq; cessisse: plenius & pfectius illustrāte ueritate cognosces: quō non oīa cōsiderare: & in oīb⁹ oīm moderatorē magnificare libebit: Pulchre oīno petrus aplus filium perditionis in locum suum abiisse testatus est q in aere crepuerit medius aeriarū collega potestatū: ut pote quē ueri dei & ueri pariter hois: q de cælo uenisset operaturus salutē i medio terræ: hui⁹ inquā, pditorē nec cælū recipet: nec terra sustineret. Itaq; oculis tuis considerabis & retributionem peccatorū uidebis. Primo quidē ob tuā euasionē: secūdo ob oī modā securitatē: tertio quoq; ob cōparationē: quarto ob ipsius iustitiæ pfectā æmulationē. Erit em iam tunc non mīæ sed iudicij tps: nec ulla oīno credēda est erga impios futura illic miseratio ubi nec ulla sperāda ē correctio. Pro cul erit hūanæ infirmitatis ista mollicies qua tm interim p tēpore charitas utitur ad salutem: amplissimo quodam uidelicet expāsæ sagenæ sinu: & bonos & malos colligēs pisces: id est affectus iocundos pariter & molestos. Verū hoc quidē in mari. Nam in littore solos eliget bonos: sic uidelicet gaudens cum gaudentibus: ut ex hoc iā cū flentibus flere non possit. Alioquin quō in nobis iudicabitur hic mundus: nisi huius tenere affectionis oblīti: introduc-
Psal.70. tiq; fuerimus in cellam uinariā: sed'm eū q dixit. Introibo in patentias dñi: dñe memorabor iustitiæ tuæ soli⁹? Nec modo quidē considerare pmittimur psonā pauperis: aut misereri ei in iudicio: sed cum molestia licet: coercendus eiusmodi pctatis affectus: & æquitatis est dictanda siia. Quāto magis ubi nulla animi colluctatio: ubi nulla poterit subintrare molestia: oportet impleri qd' dictū est. Ab-
Psal.140. sorpti sunt iuncti petræ iudices eorum. Absorpti plane in affectum iustitiæ: & petræ soliditatē cui iuncti sunt imitantes. Iuncti, inquit, petræ: quā profecto solam ut sequerent cætera oīa reliquerūt. Nēpe hoc est qd' interrogāti petro
Mat.19. quidnam accepturi essent: petra ipsa respondit. Cū sederit filius hominis in sede maiestatis suæ: sedebitis & uos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus israel.
Esa.3. Hec quoq; propheta pronuncians ait. Dñs ad iudiciū uenīet cum seniorib⁹ populi sui. Tu ne putes flexibile quippiam inueniendum in iudicibus iunctis petræ. Qui adhæret deo (apls ait) unus spūs est: q & petræ iungitur lapis. 1.Corin.6. unus. Ad qd' sane, ppheta nō immerito suspirās. Mihi, in- Psal.72. quit adhærere deo bonū est. Ita ergo absorpti sūt iūcti petræ iudices eorū. O familiaritatis gratiā: o honoris culmē ō fiduciæ priuilegiū: ó prærogatiuā securitatis perfectæ. Quid enim tam pauendum: quid tā plenū auxietatis & uehementissimæ solicitudinis excogitari potest: quam iudicandum astare illi tā terrifico tribunali: & incertā ad Hebr.10. huc expectare sub tam districto iudice sententiā? Horrendū est, ait apostolus, incidere in manus dei uiuētis. Iudicemur interim fratres & terribilē illā expectationē præsenti studeamus declinare iudicio. Non iudicabit deus bis in idipsum. Sane ut quorūdā peccata: sic & quorūdā studia bona manifesta sunt p̄cedentia ad iudiciū: ut illi qdem nō expectātes suam: pprio statim pōdere criminū in tartara deijcianf: isti uero è regione paratas sibi sedes tota libertate spūs sine ulla cunctatione conscendāt. Felix paupertas uoluntaria oīa relinquentium: & sequentiū te dñe iesu. Felix plane quæ tam securos immo tam glorioſos faciat in illo singulari fragore elementorū: & in illo tremendo examine meritorū: in illo tanto discrimine iudiciorū. Iam uerò audiamus quid ad tantas promissiones deuota & fidelis anima respōdeat: ne forte aut diffidere aut secus quam oporteat fidere uideatur. Qñ tu es, inquit, dñe spes Textus. mea. Quid tā sobrie qd tā pie poterat dici? Sed nec aliud huic uerbo uidetur posse cōuenientius responderi: quàm quod sequitur. Altissimū posuisti refugiū tuum. Cæterū ignoscite nobis fratres hodie quoq; pmissæ etiam terminos breuitatis pausominus excessisse uidemur.

De nono uersu Sermo IX. unde supra.

DIā fratres hodie aliquid audiamus de promissione patris: de expectatione filiorum: de fine huius nostræ peregrinationis: de mercede laboris: de fructu captiuitatis. Et quidem dura oīno captiuitas: non modo illa communis quam ex ipsa iam cōditione generis toleramus humani: sed hæc quoq; qua uoluntates mortificare proprias: etiam perdere proprias in hoc mundo animas festinantes: in hos tam rigidæ compedes disciplinæ: in hunc tam grauis pœnitentiæ carcerem dedimus nosmetipsos. Miseranda seruitus plane sed si coacta: sed si non spontanea uideretur. Nunc uerò cum uoluntariæ sanctificetis deo: nec ingeratur ulla nisi per ipsam uoluntatem uiolentia uolūtati: profecto aliquid in causa est. Illud puto aliquid quo maius aliqd esse non potest. An uerò plangendū uidetur quālibet magnum: quamlibet laboriosum qd' propter eum fiat? Et si magnitudo ipsa laboris interdum fortè extorqueat compassionem: sed multomagis causæ consideratio exigit congratulationem. Quid q bona oīa nō mō præter eū cōstat fieri: sed p eū? Deus em est q operatur in uobis & uelle & perficere p bona uoluntate. Ipse ergo actor: ipse remunerator opis: ipse remuneratio tota, ut summum illud bonū cuius nimirū tā perfecta est simplicitas in seipso duplex quodāmodo uideatur à nobis causa bonorū: & effectiua scilicet & finalis. Bene ergo dilectissimi: q in his oībus tam multis laboribus uestris: non modo subsistitis sed etiam superatis: propter eū
2.Cor.1. qui dilexit uos. An uero non per eum? Et manifeste, Sicut enim abūdant pro christo tribulationes nostræ, ait apostolus: ita abundāt etiam consolationes nostræ p ipsum.

D Visitatus sermo: communis sermo: propter deum: sed plane ubi non uacue dicitur profundissimus sermo. Crebro sonat in ore hominum: etiam à quorum corde longe esse ꝓbatur. Omnes sibi propter deum præstari postulant propter deum flagitant sibi subueniri. Facile quoq; ipsa peruntur propter deum: quæ tamen nō sunt fm deū: & id sibi fieri qs obsecrat propter deū qd' non desiderat ꝓpter deum: magis autē fortè contra deū. Cæterum uiuus plane & efficax sermo: ubi nō perfunctorie: non usurpatorie: nō uelut quodam usu loquendi: uel arte persuadēdi: sed ex pinguedine ut dignum est deuotionis: & pura animi intentiōe procedit. Nempe & mūdus transit & concupi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

scentia eius: nec satis utiliter posita aut stabilita firmiter: uel cadente eo q̄ pro eo facta sunt uidebunt. Vbi ei causa ipsa deficiet: quō nō oia quoq; q̄ ei uidebāt̄ inixa pariter euacuabunt. Propterea deniq; & q in carne seminant de carne habēt metere corruptionē: qđ uidelicet ois caro fœnū & gloria eius tanquā flos fœni: & ubi fœnū aruerit florē q̄q; nihilominus cadere sit necesse. Solus q est causa in deficiēs est: nec flos fœni: sed uerbū dñi manet in æternū.

Matt. 24. Deniq; cælū, inquit, & terra transibunt: uerba autē mea nō trāsibūt. Prudēter itaq; dilectissimi & utiliter elegistis ꝓpter uerba labiorū eius custodire uias duras: illic seminātes ubi ne minima quidem portio uestri seminis ualeat deperire. Sane q ꝑce seminat: nō qdē nō metet: sed parce

Matt. 10. metet. Nēpe q metit mercedē accipit: & scimus qs ꝓmisit ne eū qdē qui ꝓ noīe suo calicē aq̄ frigidæ dederit sitienti:

1. Cori. 1. mercede ꝓpria carituru. Nūqd tn̄ i quā mēsurā mēsus fuerit sibi quoq; remetiet: aut in retributiōe æquabit ei q nō aquā porrigēs sed sanguinē fundens ꝓpinatū sibi biberit calicē saluatoris? B Nō est hic calix aquæ frigidæ: sed calix inebriās quàm p̄clarus: calix uini meri: & quidē plen⁹ mixto. Solus eñ merū habuit uinū dñs me⁹ Iesus: q solus perfecte mūdus & semp etiā pōt facere mūdū de immūdo cōceptū semine. Solus plane merū habuit uinū: q nimirū & ſm diuinitatē sapientia est: ubiq; attingēs ꝓpter mundi tiā suā: & nihil inquinatū cadit in eū: & ſm hūanitatē peccatū nō fecit: nec inuentus est dolus in ore eius: solus non debito cōditiōis gustauit mortē: sed suæ bene placito uoluntatis, sane nō ob propriā utilitatē: bonorū eñ nostrorū nō eget: sed nec tanquā retribuēs nobis gratiā pro gr̄a q nō aliter ꝓ amicis mortuus est nisi ꝓ acquirēdis, uidelicet ut amicos faceret ex inimicis. C Cū eñ adhuc inimici essemus: reconciliati: sumus deo p sanguinē filij sui. Aut potius pro iam amicis: & si nōdum quidē amātib⁹: sed tn̄ iam amatis. In hoc est eñ gr̄a: nō quasi nos dilexerimus deū sed prior ipe dilexit nos. Vis nosse quàm lōge prior:

2. Cori. 1. Bñdictus deus & pater dñi nostri iesu christi, ait apls: q benedixit nos in oi bñdictione spirituali in cælestib⁹ in christo iesu: sicut elegit nos in ipso ante mundi cōstitutionē. Et post pauca. Gratificauit, inqt, nos in dilecto filio suo. Quō ergo nō dilecti iā tūc in illo: qñ electi i illo: Quō nō ei grati: i quo gratificati sumus: Sic ergo christus ſm tp̄s quidē pro impijs mortu⁹ est: ſm prædestinationē aūt pro fratrib⁹ & amicis. In his ergo oibus merū est uinū ipsius equidē & solius: uti ne quispiā cæterorū ꝑsumere audeat

Esa. 1. nō esse qđ sibi ꝓphetice illud aptetur. Vinum tuum mixtū est aqua. Primū q nemo interim mūdus à sorde: nemo gloriari possit oino se castum habere cor: deinde q mortis debitū ꝑsoluant quādoq; necesse est. Tertio q ponentes ꝓ xp̄o aias hoc sibi cōp̄dio uitā mercant̄ æternā: sed & ue eis si ipsius erubescerēt testimoniū. Quarto q præro

Gal. 6. gatæ sibi & gratis exhibitæ tātæ dilectioni, imparē nimis exiguāq; repēdant. Attamē ne hoc mixtū q sine mixtura est dedignat̄: adeo nt fiducialiter apostol⁹ dicat: implere se: quæ desunt passionū christi in corpore suo. Sit ergo licet electis pariter omnibus unus idemq; denari⁹ uitæ reddendus æternæ: & in ipsa tamen sicut stella à stella differt in claritate: & alia claritas solis: alia claritas lunæ: alia stellarum: sic erit & resurrectio mortuorum: & quāuis domus una diuersæ tamen in ea sunt mansiones ut uidelicet quātum quidem ad æternitatem & sufficientiam: & qui parū non minoretur: & qui multum non abundet: quantum uerò ad eminentiam & discretionem meritorum unusquisq; accipiat secundum suum laborē: ne quid omnino pereat qđ in xp̄o sit seminatū. Hæc aūt dicta sunt fratres: ut illius tam spiritualis responsi qđ hodie nobis considerādum est gratia commēdetur. Qñ, tu es dñe spes mea. Quicquid igitur agēdum sit: quicquid declinandū: quicquid tolerandum quicquid optandū: tu es dñe spes mea. Hæc una mihi omnium ꝓmissionū causa: hæc tota ratio meæ expectationis. Prætendat alter meritum: fustinere se iactet pondus diei & æstus: iciunare bis in sabbato dicat: postremo non esse sicut cæteros hominum glorietur: mihi autem adhærere deo bonum est: ponere in dño deo spē meam. Sperent in alijs alij: fortè hic in scientia litterarum: hic in astutia seculi: ille in nobilitate: ille in dignitate: ille in qualibet alia uanitate confidat: propter te omnia detrimēta feci: & ut stercora arbitror: qñ tu es domine spes mea. Speret qui uult in incerto diuitiarum: ego uerò in te ſ quidē ni si abs te uictui necessaria spero: nimirum uerbo tuo confidens: in quo abiecī omnia. Quærite primum regnum dei & iusticiam eius: & omnia adijcientur uobis. Matt. 6.
Nempe ibi derelict⁹ est pauper: orphano tu eris adiutor. Si mihi præmia promittuntur per te obtinenda sperabo. Si insurgant aduersum me prælia: si fœuiat mundus: si fremat malignus: si ipsa caro aduersum spiritum cōcupiscat in te ego sperabo. Fratres hoc sapere ex fide uiuere est: nec alius ex sententia dicere potest: qñ tu es dñe spes mea: nisi cui intus sit persuasum à spiritu: ut quēadmodū monet propheta, iactet cogitatum suum in dño: sciens q enutrīē dus sit ab eo: iuxta illud quoq; petri apostoli: omnem sollicitudinem uestram ꝓiciētes in eū: ipsi eñ cura est de uobis. 1. Pet. 5.
Vt quid eñ si hæc sapimus: ut quid cunctamur abnice re oino spes miseras: uanas: inutiles: seductorias: & huic uni tam solidæ tam perfectæ, tam beatæ spei, tota deuotiōe animi, toto feruore spiritus inhærere? Si quid illi impossibile: si quid uel difficile est: quære aliud in quo speres. Sed uerbo omnia potest. Quid facilius dictu? Attamē ne huiusmodi dictum intelligas uolo. Si decreuerit saluare nos: continuo liberabimur: si uiuificare placuerit, uita in uoluntate eius est. Si præmia æterna largiri: licet ei qđ uult facere. An uero de facilitate iam non dubitas: sed ipa tibi est suspecta uoluntas? Plane & uoluntatis testimonia credibilia facta sunt nimis. Maiorem hac dilectionem nemo habet: quàm ut animā suā ponat quis pro amicis suis. Deniq; qñ in se sperantī desit illa maiestas: que tam studio se monet in se sperari? Plane non derelinquit sperantes in se. Adiuuabit eos, ait, & eruet eos à peccatoribus & saluabit eos. Quare? Quib⁹ meritis? Aut quod sequitur. Quia sperauerunt in eo. Dulcis causa: attamen efficax: attamen irrefragabilis. Nimirum hæc est iustitia: sed que ex fide est: non ex lege. De quacunq; tribulatione, inquit, clamauerint ad me exaudiam eos. Ecce numera tribulationes: ſm multitudinem earum: consolationes eius lætificabunt animam tuā: dummodo ad aliā non conuertaris. dūmodo clames ad eū: dūmodo speres in eū: nec humile aliqd uel terrenū: sed altissimū ponas refugiū tuū. Quis sperauit in eo & cōfusus est? Facilius est cælū & terrā trāsire: quàm uerbū eius euacuari. Altissimū, inquit, posuisti refugiū tuū. Textus.
Nō accedet illud tētator, non calūniator ascendet: nō pessimus ille fratrum accusator attinget: Nempe ei dicit hoc (recolite psalmi primordia) dei dicit q in ꝓtectione altissimi cōmoratur: illuc refugies à pusillanimitate spūs & tempestate. Quæ quidem duplex est necessitas fugiendi: q uidelicet & foris pugnæ: & intus timores. Minus enim fugere oporteret: si uel interior magnanimitas exteriores tumultus uiriliter sustineret: uel exteriori tranquillitate: pusillanimitas propria foueretur. Altissimum, ait, posuisti refugium tuum. Sæpe illuc fugiamus fratres, munitus est locus: nullus ibi timetur hostis. Vtinam magis semper ibi manere liceret. Sed nō est hoc temporis huius. Quod modo refugium est: quandoq; habitaculum erit: & habitaculū sempiternū. Interim sane & si persistere non cōceditur: frequenter tamen est recurrendum. Nempe ad omnem tribulationem: ad omnem deniq; cuiuscunq; modi necessitatem: aperta est nobis urbs confugij. Sinus matris expansus est. Parata sunt foramina petræ. Parent uiscera misericordiæ dei nostri. Hoc refugium qui declinat: nihil mirum si effugere non meretur. Iam quidem fratres quæ dicta sunt ad expositionem uersus huius uidentur posse sufficere si dixisset propheta: quoniam in te speraui: sicut in alijs psalmis quibusdam inuenitur. A Cæterū quod dicit: tu es domine spes mea: fortè amplius aliquid sonat & sublimus: *Refugium in tribulatione.*

sublimius:quod uidelicet non mō in eo speret:sed eū. Cō uenientius siquidem spes nostra dicit qđ speramus: quàm in quo speramus. Sunt aūt forte nōnulli q à dño obtinere tēporalia seu spūalia q̄libet cōcupiscunt:sed pfecta charitas solū sitit qđ summum est:tota desiderij uehementia clamans. Quid em̄ mihi est in cælo:& a te quid uoluí sup terrā? Dē cordis mei:& pars mea deus i æternū. Pulchre nobis utrūq; paucis uerbis hodie hieremiæ prophetæ lectio cōmēdauit. Bonus es dñe sperātib9 in te aīæ q̄rēti te. Vbi sane & ipsam numeri discretionē prudēter aduerte:q̄ sperātes quidē in eo pluraliter dixerit:q̄ hoc uideat cōe multorū:quærētē uerò eū singulariter:q̄ singularis sit puritatis:singularis grātiæ:singularis perfectionis:non mō nil sperare nisi ab eo:sed nil quærere nisi eū. Q, si bon9 illis:quātomagis istis? Merito proinde q̄renti illū aīæ respōdetur,

Mat.17. Altissimū posuisti refugiū tuū. Neq; em̄ sic deū sitiens aīa:

Ioan.20. aut cū petro ei in terreno monte facere tabernaculum:aut

Cañ.8. cū maria deinceps eū tangere uult in terra. Sed plane cla-

Ioan.14. mat. Fuge dilecte mi:assimilare capreæ hynnuloq; cerorum super montes bethel. Audiuit em̄ dicentē. Si diligeretis me gauderetis utiq;:qa uado ad patrē:qa pater maior me est. Audiui dicentem. Noli me tangere. Nondum em̄

Ioan.20. ascēdi ad patrē:& cælestis iam non ignara consilij clamat

2.Cori.5. cū apostolo. Et si cognouimus xp̄m sm carnē:sed nūc iam nō nouimus. Super montes, inquit, bethel:super oēm uidelicet potestatē & principatū:sup angelos & archāgelos cherubin quoq; & seraphin. Neq; em̄ alij sunt montes domus dei qđ sonat bethel. plane in dextera patris ubi iam non sit pater maior eo:in dextera altissimi coaltissimū apprehendere concupiscens. Hæc em̄ est uita æterna fratres ut patrem cognoscamus uerū deum:sed & quem misit Iesum christum uerum nihilominus & unum cum eo deum: super omnia benedictum in secula Amen.

De decimo uersu Sermo. X. unde supra.

NEc nostra est nec noua uobis sed nota oīno sentētia:i pcipuis qbusq; partibus nostræ fidei:qd nō sit, quàm qd sit:& scire posse facilius,& piculosius ignorari. Idē sane & spei nō incōueniēter tribui posse uidet. Lōge em̄ facilius mēs hūana tātorū experta malorū:quibus sit caritura quàm qbus pfruitura

Hebre.11. comprehendit. Nempe germana fidei speiq; cognatio est: ut quod illa futurum credit:hæc sibi incipiat sperare futurum. Merito proinde apostolus fidem sperādarum rerum substantiam esse diffinit:q̄ uidelicet & non credita nemo sperare:nō plus quàm sup inane pīgere possit. Dicit ergo fides:parata sunt magna & inexcogitabilia bona à deo fidelibus suis:dicit spes mihi illa seruantur:nam tertia quidem charitas curro (mihi ait) ad illa. Cæterum ut iam memini difficile omnino aut etiā impossibile est illorum qualitatem inuestigare bonorū:nisi cui forte iuxta illud apo-

1. Cori.2. stoli:quæ oculus nō uidit nec auris audiuit:nec in cor hominis ascendit:quæ præparauit deus diligentibus se) reuelauit ipse per spiritum suum. Sane quantumlibet perfectus in carne adhuc mortali degēs:nisi enim esset hic quædam ut ita dixerim imperfecta perfectio:non diceret apostolus quotquot perfecti sumus idipsum sentiamus:idipsum profecto quod premiserat nō quasi iam acceperim aut iam perfectus sim:etiā paulus ipse necesse est fateatur quia

1.Cori.13. nunc cognosco ex parte. Et item. Videmus nunc per speculum & in enigmate: tunc autem facie ad faciem. Quod ergo homini interim noscitur capabilius:sane pia & prouida inculcatione amplius cōmēdat. Propriū em̄ est afflictorū:ut molestijs eximi summā reputēt fœlicitatē:& carere miseria, summā beatitudinē arbitrent. Vnde ꝓpheta in

Psal.114. psalmo. Cōuertere, inquit, aīa mea in requiem tuā:qa dñs benefecit tibi:nec ulla tm̄ collatæ munera fœlicitatis enumerat:sed adiūgit. Quia eripuit aīam meam de morte:oculos meos à lachrymis:pedes meos à lapsu. In quibus sane uerbis patēter indicat:quantā sibi requiē, quātaq; dñi beneficia:iudicet à tribulationibus & periculis liberari. Cui profecto sententiæ illud quoq; quod de psalmo nonagesimo quod hodie nobis tractandum est:simile inuenitur. Non accedet ad te malum:& flagellum nō appropinquabit tabernaculo tuo. Est autem uersus ipsius quātum nos capimus facilis intelligentia:ad quam fortè ex uobis iam aliqui præuolarint. Neq; em̄ tam rudes estis aut spiritualis studij tam expertes:ut non facilime inter uos & tabernacula uestra:& rursum inter id quod malum & flagellū dicitur discernatis. Nam & apostolum sane audistis dicentem:cum iam bonum certamen:certasset uelocem fore de-

1.Thi.4. positionem tabernaculi sui. Sed quid ego apostoli uerba memoro? Quasi uerò ignorare possit miles tabernaculum suum:aut docēdus sit exemplo alieno. Videmus sane nonnullos tabernacula sua in turpissimæ captiuitatis domicilia commutasse:nec militare in his:sed miseram gerere seruitutem. Imo uerò (quod omnino ridiculum est) sic errāt aliq:& in tantam obliuionem & spirituale frenesim deuenerunt:ut nihil sese aliud putare quam suum hoc exterius tabernaculū uideant. Quid em̄ aliud quàm non modo dei sed & sui ignorantiam habent:qui tanquā mortui à corde omnem insumunt operam circa carnem sic intēdentes tabernaculo suo:acsi nunquam putent esse casurum? Verū tamen cadat necesse est:atq; id quidem in breui. An nō seipsos nescire uidentur:qui sic dediti sunt carni & sanguini ac si oīno nihil aliud quàm carnē solum se esse reputent: sic iā uano accipientes animas suas:tanquā prorsus ignorent animas se habere? Si separaueris preciosum à uili, ait

Hiere.15. dñs, tāquā os meum eris:hoc est si solerter discreueris inter exteriorem interioremq; substantiam:ut non plus tabernaculo tuo tímeas à flagello:quàm tibiipsi à malo. Hoc

Psal.36. em̄ malum est. Vnde dicitur:declina à malo & fac bonum. Hoc malū qđ sua qdē anima animā priuat: quod separat inter te & deum:ut eo regnante tanquam corpus sine anima:sic sit anima sine deo, plane mortua in semetipsa:iuxtar uirus eorum quos tanquam sine deo in hoc seculo fuisse apostol9 memorabat. Nec sane dixerim:ut uel ipsam odio habeas carnem tuam. Dilige eam tanquā tibi datam in adiutorium,& ad æternæ beatitudinis cōsortium præparatam. Cæterum sic amet anima carnē: ut nō ipsa in carnem transisse putetur:dicaturq; ei à dño:non permanebit spíritus meus in homine:quia caro est. Diligat anima carnem suam:sed multomagis suam ipsius animā, seruet:amet adā euā suam:sed nō sic amet:ut uoci eius plus obediat quàm diuinæ:Deniq; ne ipsi quidem expedit sic amari:ut uidelicet cui interim caues à flagello paternæ correptionis thesaurizes iram æternæ dānationis. Genimina uiperarū ait

Matth.3. Ioannes:quis demonstrauit uos fugere à uentura ira? Facite dignos fructus pœnitētiæ. Acsi euidēti9 loqueretur. Apprehendite disciplinam:nequando irascatur dñs:iusti nete uirgā corripientē:ne sentiatis malleū cōterētē. Quō dicunt nobis, carnales homines, crudelis est uita uestra: non parcitis carni uestræ? Esto non parcimus semini. In quo ei magis parcere poteramus? An non melius est illi renouari & multiplicari in agro:quàm in horreo putrefieri? Heu, Computruerunt iumenta in stercore suo. Sic uos

Ioel.1. parcitis carni uestræ? Simus nos crudeles interim nō parcendo:at uos plane parcendo crudeliores. Siquidem etiā nunc caro nostra requiescit in spe:uideritis uosipsi quid ignominiæ interim uestra sustineat:quid miseriæ eam maneat in futurum. Non accedet ad te malum: & flagellum

Textus. non appropinquabit tabernaculo tuo. Hic duplex est stola: & gemina quedam immortalitas commendatur. Vnde enim nisi ex separatione animæ & corporis mors procedit? Inde est:q̄ mortuum corpus exanime nominatur. Vnde autem separatio hæc, nisi ex flagellis præsentibus: ex qualibet doloris uehementia:ex ipsius corporis corruptione:ex pœna peccati? Merito timet proinde & odit flagellum caro nostra:quo nimirum ab ipsius animæ tam delectabili honorabiliq; consortio amarum nimis diuortium patiatur. Cæterum interim quidem donec reuocetur:uelit nolit sustineat, illud necesse est. Expedit autem sic tolerare ut prorsus euadas:& flagellum deinceps non ap-

propínquet tabernaculo tuo. B Iam uerò ut ſupra me-
minímus:& íneceſſanter cõuenít meminiſſe.ſuera aíc uíta
deus eſt:& ínter hæc quoq; ſeparat malũ ſed malũ aíæ:qđ'
nõ eſt aliud quàm pctm̃.Eya fratres nugarí libeat:ocioſita
tibus índulgere delectet.Nímírũ gemíno hoc ſerpente uí
cimo: quí duplícẽ nobís auferãt uítã:alter corporís alter
cordís quídní ſecure dormíamus:níſi q; de negligentía ín
grauíorí perículo nõ tã ſecuritatís eſt:quàm deſperatíõís
índícíũ: Et quídẽ optãdũ nobis ab utroq; líberarí:ſed ca-
uẽdũ ſane ínterím pctm̃ quàm pcti pœna & eo ſtudioſius à
malo quam à flagello declínãdũ:quo pernicioſius & oĩno
ínfœlícius ſit à deo anímã quàm à corpore ſepararí.Sane
ubí prorſus de medio factum fuerít omne peccatum cauſa
quídem omníno ſublata,ne ípſe quoq; defeceps manebit
effectus:ut quõ accedere ſam ad te malum oĩno non pote-
rit:ſic nec flagellum quídem ualeat appropínquare taber-
naculo tuo:q; uídelícet tam longe ſit ab exteríorí homíne
quælíbet pœna:quàm lõge fuerít culpa ab ínteríorí.Neq;
eñ aít non erit ín te malum:aut flagellum ín tabernaculo
tuo:ſed nõ accedet non appropínquabít.Síquidẽ eſt,con
ſíderare homínes ín quíbus peccatum non modo habítat
ſed & regnat:nec ſam proximũ magís aut magís ímtímum
poſſe eſſe uídetur:níſí fortè cum ſic domínabít eís:ut nullo
modo defeceps ualeat non dñarí.Eſt autẽ & alíos ínuení-
re ín quíbus quídem adhuc manet peccatum ſed ſam non
dominatur aut prævalet ín eis:euulſum quodãmodo:nec-
dum tamen expulſum:deiectum:ſed non prorſus eiectum.
Conſtat ſane ab ínítío non fuiſſe ſic:ſed ín parentíbus prí-
mís ante prímam íllam mandatí prævaricatíonem nõ mo-
do nõ regnaſſe peccatum:ſed nec fuiſſe quídem. Attamen
quodãmodo ſam tũc prope íllís fuiſſe uídetur: quod tam
facile perſuaſum eſt: quod tam feſtínanter ínträuít. Quíd
uerò alíud ammonebat quàm & ípſam quoq; peccatí pœ-
nam & ſi necdũ íneſſe corporíbus:ſam tamen uelut præ fo
ríbus eſſe quí díxít:ín quacunq; díe comederetís de lígno
ſcientíæ boní & malí morte moríemíní.Felíx proínde ex
pectatío:& beata ſpes noſtra:quorum tam longe glorío-
ſíor futura eſt reſurrectío,quàm fuerít príma conditío: ut
nec culpa omníno nec pœna:nec malum ſcílícet nec flagel
lum aut regnet aut habítet:aut regnare aut habítare ſam
poſſít alíquando ín anímabus ſeu ín corporíbus noſtrís.
Non accedet,ínquít ad te malum:& flagellum non appro
pínquabít tabernaculo tuo.Nẽpe níl tam remotũ: quàm
quod adeſſe ultra nõ poteſt.Sed quíd agímus fratres: Ve-
reor deprehendí.Nempe horam hanc,magnus ílle & cõ-
munís abbas noſter & ueſter non uacatíoní ſermonũ ſed
operí manuum noſcítur aſſignaſſe. Puto tamen ígnoſcet
facíle:præſertím nõ ímmemor religíoſæ fraudís íllíus qua
romanus olím tríbus annís eí ín ſpecu poſíto píe mínístra
uít.Píe ſíquídẽ ut legímus patrís ſuí oculís furabatur ho-
ras:& quem ſíbí ſubrípere ad manducandum poterat cer-
tís díebus benedícto panem ferebat. Et ego quídem non
dubíto fratres plurímbus quí ínter uos ſunt abundantiorẽ
ſpírítualíum delítíarum ſuppetere copíam: ſed quod uo-
bís cõmunico non ſubrípío míhí.Quínímo & ſecurius &
ſuauíꝰ quícquíd íllud ſít quod dñs donat ſumo uobíſcũ:
nec ením alímonía hæc díſtríbuendo mínuítur;ſed potíus
augetur mínístrando.Verũtamẽ quod alíqñ uobís loquí
mur præter conſuetudínem ordínís noſtrí:non noſtra íd
agímus præſumptíone:ſed de uoluntate uenerabílum fra
trum & coabbatũ noſtrorũ(quí íd nobís etíã ínjungũt)
quod tñ ſíbí quídem paſſím nolũt omníno lícere. Nempe
alíam míhí ratíonem & ſíngularem neceſſítatem eſſe noue
runt:Neq; ením modo loquerer uobís:ſí poſſem laborare
uobíſcum.Illud fortè uobís efficacíꝰ uerbum foret: ſed &
conſcientíæ meæ magís acceptum. Cæterum quando íd
míhí peccatís meís exigẽtíbus:& oneroſí huíus ut ípſíſcí-
tís:tam multíplící ínfírmítate corporís & ípſa quoq; tem-
porís neceſſítate negatur.Vtínam dícẽs & non faciens ín
regno deí uel mínímus merear ínueníri.Amen.

De.XI,uerſu.Sermo undecimus unde ſupra.

Scríptũ eſt & ueraciter ſcríptũ:quía míæ dñí:q;
cõſumptí nõ ſumꝰ:q; nõ tradídit nos ín manꝰ
ínímícorũ noſtrorũ.Vígílat ſup nos índefeſſus
& peruígíl ílle ſíngularís clementíæ oculus nõ
dormít neq; dormítat q cuſtodít íſrael.Id quídem neceſſe.
Non ením dormít neq; dormítat:quí ímpugnat íſrael. Et
ſícut ípſe ſolícítus noſtrí & ípſí cura eſt de nobís:ſíc ílle,ſo-
lícítus eſt ut nos mactet & perdat:& una cí cura ne fortè
quí auerſus eſt reuertatur.Nos autem aut nõ attendímus
aut mínus attendímus reuerentíam præſídentís protegen
tís cuſtodíam beneficía largíentís íngratí gratíæ:ímo tam
multíplícíbus gratíjs qbus preuenít nos, & ſubuenít no-
bís.Et nũc qdẽ p ſeípſum ímplet ſplẽdoríbꝰ aías noſtras.
nũc p angelos uíſítat:nũc p hoíes ínſtruít:nunc etíã cõſo-
latur & erudít p ſcrípturas.Quæcunq; eñ ſcrípta ſunt ad Rom.15.
noſtrã doctrínã ſcrípta ſunt:ut p patíentíã & cõſolatíonẽ
ſcrípturarũ ſpẽ habeamus.Bene ad doctrínã:ut p patíen- Rom.5.
tíã ſperemꝰ.Síquídẽ(ut alíbí dictũ eſt)doctrína uírí p pa-
tíentíã noſcít:ſed & patíẽtía ꝓbatíonẽ operat:ꝓbatío ue-
rò ſpem.Quíd nos ſolí nobís nõ adſumus:qd ſolí negligí
mus noſípſos: An ídeo díſſímulãdũ nobís,qa undíq; ſub
uenítur nobís: Imo uerò propterea ſtudioſius uígílandũ.
Neq; eñ tã magna pro nobís ín cœlo pariter & ín terra ſo
lícítudo gerer:ſí nõ magna nobís íncũbere neceſſítas uí-
deretur:nõ tã multíplex nobís cuſtodía:níſí ob multíplí-
ces ínſídías ponèrer.Felíces proínde fratres noſtrí quí ſã
líberatí ſunt de laqueo uenãtíũ:q de tabernaculís mílítan
tíũ ad atría quíeſcentíũ trãſíerũt,malorũ tímore ſublato,
ín ſpe ſíngularíter conſtítutí.Vní íſtorum ímo umíuerſíta-
tí dícítur.Non accedet ad te malum:& flagellum non ap-
propínquabít tabernaculo tuo.Sane conſídera nõ ad ho-
mínem q fm carnem uíuít,ſed ad eum quí ín carne degens
ſm ſpírítũ ambulat:hanc fierí pmíſſíonem.Síquídem non
eſt díſtínguere ínter íllum & tabernaculum íllíus. Cõfuſa
ín eo ſunt oĩa tãquàm ín fílío babylonís.Denſq; eíuſmodí
homo etíam caro eſt:nec ín eo ſpírítus manet.Vbí autem
non fuerít ſpũs bonus:qñ deerít malum: Porrò ubí ma-
lum:flagellum quoq; appropínquet neceſſe eſt. Semper
ením malum pœna comítatur. A Non accedet ad te ma
lum:& flagellum non appropínquabít tabernaculo tuo.
Magna pmíſſío:ſed unde íd ſpare líceat: Quõ malũ & fla-
gellũ euadã:quõ effugíã:quõ elongabo ut non appropín- Textus.
quent míhí: Quo merító:quà ſapíentía:qua uírtute: Qm̃
angelís ſuís mandauít de te:ut cuſtodíant te ín omníbus
uíjs tuís.In quíbus omníbus uíjs: Quíbus declínas à ma-
lo:quíbus fugít à uentura íra. Multæ ſunt uíæ,& genera
multarum uíarum:magnum profecto perículum uíatorí.
Quàm facile ín multarum occurſu errabít ín uía ſua:q uía
rum díſcretíone caruerít. B Nam neq; angelís mandatũ
ut ín oĩbus uíjs cuſtodíant nos: ſed ín oĩbus uíjs noſtrís.
Sunt autem à quíbꝰ & ín quíbus oporteat cuſtodírí.Scru
temur ꝓínde uías noſtras fratres,etíã uías dæmonũ: uías
quoq; beatorũ ſpírítuũ,& uías domíní ínueſtígemus. Et
quídẽ ſupra me eſt quod íncípío:ſed adíuuabítís oratíoní
bus neſtrís:ut apertat míhí theſaurum íntelligentíæ ſuæ.
& uoluntaría orís meí beneplacíta faciat ſibí deus. Víæ
ígítur fílíorum adam ín neceſſítate & cupídítate uerſant.
Ab utraq; ſíquídem ducímur:& ab utraq; trahímur: níſí
q; uídemur magís urgerí neceſſítate:trahí cupídítate. Et
neceſſítas quídem ſpecialíter corporí tríbuenda uídetur:
Nec ſímplex ílla eſt:ſed amfractus habens plurímos:pluríꝰ
maq; díſpendía:nam compendía pauca admodum:ſí qua
tamẽ.Quís hoím neſcíat q; neceſſítas hoím reuera quàm
multíplex ſít: Quís ſufficíat quàm ſít multíplex explícare.
Ipſa nos erudít experíentía:ipſa uexatío dat íntellectum.
In hís quíſq; docer quàm neceſſe habeat clamare ad dñm:
non de neceſſítate ſed de neceſſítatíbꝰ meís erue me. Nec
modo ab hac uía neceſſítatís:ſed ab ea quoq; quæ cupídí-
tatís eſt optabat educí quíſquís nõ ſurda aure monita ſa-
pientís exceperít.Quíd ením ílle aít: A uoluntatíbus tuís Eccl.18.
auertere. Et ítem. Poſt concupíſcentías tuas non eas. Sí-

quídem

quidē ē duobus malis longe melius est in necessitate gradi: quàm in cupiditate. Multiplex illa: sed ista amplius per oēm modum, imo ultra oēm modum multiplicior inuenitur. Res cordis est ista cupiditas: ppterea tāto maior, quāto anima plus est quàm corp9. Deniqꝫ hæ sunt uiæ q̄ uidētur hoibus bonæ: sed finē nō habent: nisi cū demergūt in profundū inferni. Si inueniſti uias hoīm: illud quoqꝫ considera, ne fortè de his dictū sit. Contritio & infœlicitas in uijs eorū, ut sit contritio in necessitate: infœlicitas in cupiditate. Quō in cupiditate infœlicitas? Id est, non fœlicitas ut putaſ. Quid em̄ si cui fortè uidet in terrenarū affluentia rerum fœlicitas arridere cupita? Et ipo infœlicior est: quo uehementius ipsam pro fœlicitate amplectit infœlicitatē: aut magis immergitur ei & absorbet ab ea. Væ filijs hoīm ab hac fœlicitate falsa atqꝫ fallaci: uæ q dicit qa diues sum & nullius egeo: cum sit pauper & nudus & miser & miserabilis. Et necessitas quidem ex infirmitate carnis: cupiditas ex cordis inedia & oblitione procedit. Idcirco alienū mendicat anima: qꝫ oblita sit comedere panem suum: propterea terrenis inhiat: qꝫ minime cælestia meditetur. D Videamus & dæmonum uias. Videamus & caueamus uideamus & fugiamus eas. Siquidem uiæ illorum præsumptio & obstinatio. Scire uultis unde id sciam? Considerate eorū principē: qualis ille est, tales & domestici eius. Cōsiderate uiarum ipsius principia: si nō manifeste in immanissimam statim p̄sumptionem prosilierit dicens. Sedebo in monte testameti in lateribus aquilonis similis ero altissimo. Q̄ temeraria: quanqꝫ horrenda præsumptio. Numquid non illic ceciderunt omnes qui operantur iniquitatem: expulsi sunt nec potuerunt stare? Propter præsumptionem stare non potuerūt: propter obstinationem qui cecidit non adijciet ut resurgat. Ex hac namqꝫ spiritus uadens: ex illa non rediens est. Et mira quidem præsumptio dæmonum: sed nō minus mira obstinatio est: qꝫ superbia eorum semper ascendit: propterea nō est illis cōmutatio. Quia em̄ cōuerti noluerunt à uia præsumptionis: incidерunt in uiā obstinationis. Q̄ peruerso & euerso sunt corde filij hoīm: quicunqꝫ sectantur uestigia dæmonū, ingrediuntur dæmonū uias. Hæc enim tota aduersum nos spiritualium colluctatio nequitiarum est: ut nos seducant ut nos inducant in uias suas, ut deducant in eis, perducant ad destinatum finem: qui paratus est eis. Fuge homo præsumptionem: ne gaudeat de te inimicus tuus. Nempè in his maxime uitijs gaudet: in seipso expertus quàm difficile possis ab hac tanta uoragine respirare. A Nolo autē ignorare uos fratres: quonam modo descendatur imo cadatur in illas. Primus enim ut interim occurrit gradus descēsionis huius, dissimulatio est proprie infirmitatis, iniquitatis, inutilitatis. Dum sibi parcens, sibi blandiens, sibi persuadens homo, aliquid se esse cum nihil sit iam ipse se seducit. Secundus gradus: ignorantia sui. Vbi enim in primo gradu inutilia sibi cōsuerit perizomata foliorum: quid superest nisi ut uulnera tecta non uideat præsertim cum ad hoc solum texerit ne uideret? Ex hoc tandem fit: ut etiam alio reuelante, uulnera non esse contendat, conuersus in uerba malitiæ ad excusandas excusationes in peccatis. Atqꝫ is quidem tertius gradus est ad modum uicinus, imo cōtiguus præsumptioni. Quid enim mali iam actitare uereat qui præsumit & defensare? Cæterum difficile hic hærebit in tenebris & lubrico: præsertim cum nō desit etiā angelus dñi malus persequens & impellens. B Itaqꝫ quartus gradus uel quartum potius præcipitiū cōtemptus est: ut quēadmodū scriptura dicit: impius cū uenerit in profundū malorum contēnat. Ex hoc & deiceps magis ac magis super eum urget puteus os suum: dum uidelicet eiusmodi animā contēptus tradit impœnitentiæ: impœnitētia obstinatione firmatur. Hoc est iā peccatum: quod neqꝫ in hoc seculo neqꝫ in futuro remittitur: qa cor durum & induratum nec timet deum: nec hoiem reueretur. Qui sic in omnibus uijs suis adhæret diabolo: manifestе factus est unus spirit9 cum eo. Et uiæ quidem hominū quas superi9 demonstrauimus, ipsæ sunt: de quibus dicitur: Tentatio uos non apprehendat nisi humana, & quia humanū est peccare. Porrò uias diabolicas à natura hominis alienas esse quis nesciat: nisi q̄ in nonnullis ipsa sibi consuetudo induisse naturā uideatur? Cæterum etsi quorundā hoīm sit: non humanū tm̄ sed diabolicū est in malo perseuerare. C Quæ uerò sunt sanctorū angelorū uiæ? Ptosecto illæ: quas unigenitus enarrauit dicēs: Videbitis angelos ascendentes & descendētes super filiū hoīs. Ascēsio igitur & descēsio uiæ illorū, Ascensio propter se: descēsio uel potius cōdescensio propter nos. Sic beati illi spūs ascendūt per contēplationē dei: descendunt per compassionē tui: ut custodiant te in omnibus uijs tuis. Ascendūt ad uultū eius: descendūt ad nutū eius: qm̄ angelis suis mādauit de te. Nec tamen uel descēdēdo uisione gloriæ fraudantur: quia semper uident faciem patris. Puto & uias domini uultis audire: Multum præsumere uideor: si me illas promisero ostensurum. Legi autem de ipso: quoniā docebit nos uias suas. Cui enim alteri crederet? Docuit itaqꝫ uias suas, cū aperuit labia prophetæ, ut diceret: Vniuersæ uiæ dñi misericordia & ueritas. Ita ad singulos, ita ad omnes cōiter uenit, in misericordia scilicet & ueritate. Vbi em̄ multa iā fuerit de miseratione p̄sumptio, sed oblitio ueritatis: non continuo ibi deus. Sed ueqꝫ ubi terror mult9 ex recordatione ueritatis: nulla aūt de mēoria miæ cōsolatio. Nā neqꝫ ueritatē tenet: qui miam (ubi ueré est) non agnoscit: nec uera esse sine ueritate mia potest. Itaqꝫ ubi misericordia & ueritas obuiauerunt sibi: sese etiā iustitia & pax osculantur: nec is abesse potest: cuius in pace factus est locus. Quanta audiuimus & cognouimus, siquidem patres nostri annunciauerunt super hac copula tam fœlici misericordiæ & ueritatis. Misericordia tua & ueritas tua susceperūt me, ait propheta. Et alio loco. Mia tua (inqt) ante oculos meos est, & cōplacui in ueritate tua, sed & dominus ipse de eo. Veritas mea & misericordia mea cum ipso. Sed considera etiam manifestos aduentus domini quemadmodum scilicet in eo quidem qui iam præsumptus est, misericordem teneas saluatorem. Porrò in eo qui in fine promissus est: ueracem sustineas retributorem. Nam & hinc fortè uidebitur dictum quia misericordiam & ueritatem diligit deus: gratiam & gloriam dabit dominus: Quamuis & in priore quoqꝫ aduentu recordatus sit misericordiæ suæ & ueritatis suæ domui israel. & in posteriori licet iudicaturus sit orbem terræ in æquitate, & populos in ueritate sua: non tamen futurum iudicium sit sine misericordia: nisi forté ei qui non fecerit misericordiam, Hæc sunt etenim æternitatis itinera: de quibus apud prophetam sic habes: Incuruati sunt colles mundi: ab itineribus æternitatis eius. Ad manum est unde id facilime probare possim. Siquidem misericordia domini ab æterno & usqꝫ in æternum. Et ueritas dñi manet in æternum. Ab his itineribus incuruati sunt colles mundi, superbi dæmones: principes mūdi huius tenebrarum harum: qui uiam ueritatis & misericordiæ nescierunt: neqꝫ meminerunt semitarum eius. Quid illi & ueritati: qui mēdax est & pater eius? Deniqꝫ habes manifeste de eo scriptum: Qui in ueritate non stetit. Q̄ uerè longe fuerit à misericordia: etiam inflicta nobis ab illo miseria nostra testatur. Quando ille unquā misericors fuit qui homicida ab initio erat? Postremo qui sibi nequā cui bon9? Q̄ nequissimus ille sibi qui nūquā super propria iniquitate dolet: nūquā super propria damnatione compungitur? Nimirū falsa p̄sumptio à uia ueritatis extrusit, crudelis obstinatio uiam misericordiæ intercluſit. Inde enim nec in se unquam assequi nec à domino misericordiā consequi potest. In hunc ergo modum tumidi illi colles incuruati sunt ab itineribus æternitatis: dum à uijs dñi (q̄quidem rectæ sunt) per anfractus suos: & distorta notam itinera quàm præcipitia corruerunt. Quàm uerò prudentius atqué utilius alij quidem colles: ad his itineribus incuruati & humiliati sunt ad salutem. Non enim in-

Esai. 14.

puerb. 18.

1. Cor. 10.

Ioñ. 1.

p̄s. 24.

Vbi supra

p̄s. 68.

p̄s. 25.

Abac. 3.

Ioan. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

curuati ab his tanquã ab eorũ rectitudine dissidentes sed ꝙ ipsa eos incuruauerunt itinera æternitatis. An non incuruatos iam cernere est colles mundi: dũ sublimes quiꝙ ac potentes deuota subiectione inclinantur ad dominum: & eius uestigia adorant: Nunquid nõ incuruantur: cum ab ipa sua pernicioſa celsitudine uanitatis & crudelitatis ad humiles semitas conuertunt miæ & ueritatis: Ad istas nimirũ domini uias nõ modo bonorũ spirituũ: sed etiam electorũ uiæ hoim dirigunt. Et primus quidẽ gradus misero homini emergenti de profundo uitiorũ illa est mia: qua miseretur filio matris suæ: miseretur animæ suæ perinde placens deo. Imitatur enim qui hmõi est magnum illud diuinæ miserationis opus: compunctus cum eo qui prior pro eo punctus est moriẽs & ipse quodãmodo pro salute sua: nec parcens subijci. Hæc miseratio prima excipit redeuntem ad cor, & hæc intra ipsa uiscerum actitatur arcana. Supereſt ut uia regia ꝓgrediatur & ꝓcedat usq; ad ueritatem, & qđ sæpissime cõmẽdamus uobis: cordis
Roma.10 contritionẽ oris cõfessio comitetur. Corde enim creditur ad iustitiã: ore autem cõfessio fit ad salutẽ. Conuersus ad cor, paruul⁹ fiat in oculis suis necesse est: sicut ueritas ait:
Math.18. Nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut paruulus iste: nõ intrabitis in regnũ cælorũ. Non ego uelit dissimulare qđ non ualet nescire, quàm ad nihilũ redactus sit Nõ confundatur in lucẽ prodere ueritatis: ꝙ nõ sine miserationis affectu uiderit in occulto. Sic ĩgredit homo miæ uias & ueritatis: uias utiq; dñi: uias uitæ: & fructus uiarum: salus est uiatoris. Vias quoq; angelorum ad easdem nihilominus tẽdere manifestũ est. Cũ eñ ascendũt ad cõtemplationem inquirunt ueritatẽ de qua & desiderãdo satiant, & satiando desiderant. Cũ uerò descendũt faciunt nobiscũ miam:
Hebre.1. ut custodiãt nos in omnibus uĩs nostris. Administratorij enim spũs sunt missi in ministeriũ propter nos. Planè ministri nostri: nõ dñi nostri. Et in hoc unigeniti formã imitantur: qui non uenit ministrari sed ministrare: qui stetit
Math.20. inter discipulos tanquã qui ministrat. Fructus angelicarum uiarũ qđ ad ipsos spectat: sua ipsoꝝ beatitudo & obedientia charitatis: qđ autem ad nos pertinet: inde quidẽ obtentus diuinæ gratiæ: hinc uerò custodia uiæ nostræ. Siquidem angelis suis mandauit de te, ut custodiant te in omnibus indigẽtijs tuis, in oĩb⁹ desideriis tuis. Alioquin facile est tibi incurrere uias mortis, ut uidelicet aut de necessitate in obstinationẽ: aut in ꝓsumptionẽ de cupiditate prorumpas: quæ quidem iam nõ hoim sed dæmonum uiæ sunt. In quo enim tã facile inueniri solent hoies obstinati: quèm in eo quod aut ad necessitatem pertinere simulant aut arbitrantur? Quicqd moneas ait ille: ego quod possum, possum: & non ultra possum. Tu si hic sis: aliter sentias. Vnde uerò in ꝓsumptionẽ: nisi ex quodã impetu uehementioris desiderij prosilimus? Interim ergo mandauit angelis suis deus: non quidem ut amoueant te a uĩs tuis: sed ut in eis ipsis te custodiãt: & quasi per uias suas: uias tuas dirigant in uias ipsius. Quonammodo inquis? Nempè ut quod angelus ex sola charitate purius agit: tu propria saltem necessitate compulsus & ammonitus: descendas & condescendas exhibere proximo misericordiã: & rursum cum eodẽ angelo leuans desideria tua tota animi cupiditate ascendere studeas ad summam & perpetuã ueritatem. Hinc enim monemur leuare corda nostra cum manib⁹: hinc audimus quotidie: sursum corda. Hinc quoq; negligentes arguimur: & dicitur nobis: Filij hominum
ps.4. usquequo graui corde: ut quid diligitis uanitatẽ & quæritis mendacium? Exoneratum enim cot & leue, leuatur magis: ut ꝙrat & diligat ueritatem. Nec mireris ꝙ in uias domini secum nos admittere imo & immittere non dedignẽtur? qui custodire dignant in nostris. Quàm fœlici⁹ tñ in eis ipsi ambulãt: quãq; securius. Cæterũ & ipi quoq; lõgè inferius ab eo qui ueritas ipsa & ipsa mia est: in mia & ueritate uersant. Quàm uerò cõgrue suis quæq; gradibus: sibiq; competẽtibus: dispoſuit de⁹. Summã rerum tenet ipse qui summus est: ipse supra quẽ nihil est: ultra quẽ nihil. Porrò angelos sanctos non in summo quidẽ posuit sed in tuto: qppe ei q in summo stat uicinius adhærentes: ac perinde confirmatos uirtute ex alto. Nam hoies quidẽ nec in summo: nec in tuto sunt: sed in cauto. Deniq; & in solido sunt. idest in terra habentes locum imũ sed nõ imũ: unde & possibile & necesse sit ut sibi caueant. Dæmones aũt in pẽdulo huius aeris uagi uẽtosiq; uaganť. Indigni siquidẽ cælos conscendere: ad terrã iñ descendere dedignant. Et hodie quidẽ ista sufficiant: atq; utinã eiusdem ipsius mimere sufficientes ei gratias referre ualeamus ex quo & sufficientia nostra est. Nõ eñ sufficiẽtes sumus uel cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis: nisi ipse dederit nobis qui dat omnibus affluenter, & est super omnia benedictus in secula seculorum. Amen.

De. XI. uersu Sermo. XII. unde supra.

SI meminiſtis hesterno sermone uias dæmonum præsumptionem dixim⁹ & obstinationẽ: nec tacuimus quare id diceremus. Possum⁹ tñ si necesse fuerit iudicatis uias eorũ, uia adhuc alia inuestigare. Nã & si oĩmodis eas occultare laborẽ: multipliciter eos prodit spũssanctus: multipliciter in scripturis sctis declarat semitas iniquoꝝ. Legimus siquidẽ de eis oĩbus qñ ꝑt.11. in circuitu impij ambulãt. Legim⁹ de coꝝ pricipe: qñ circuit ꝙrens quẽ deuoret. Qđ & ipe fateri cogitur in pñtia 1.Pet.5. maiestatis: ut inter filios dei astans & unde ueniat requisitus: Circuiui, ait, terram & perãbulaui eã. Dicamus itaq; Iob.1. uias eius circuitione & circũuentionẽ. Ista eñ ad nos: illa utiq; in seipso. Semp ille extollit: sed deficit semp superbia eius ascẽdit semp: semp humiliat. Nunqd nõ circuit⁹ iste? Qui eñ in circuitu ambulat ꝓficiscit qdẽ: sed ꝓficit nihil. Væ hoi q sequit hunc circuitũ: q nũquã à ꝓpria uolũtate recedit: si conatis auellere: paululũ seq uidebitur sed i dolo. Circuitus est: aliũde reditũ parat: nõ ab ea penitus abducet. Satagit undiq; undiq; fugitat, hæret tamen semper ꝓpriæ uoluntati. Verumtñ si mala est circuitio propria: lõge equidẽ peior circũuentio aliena. Secunda siquidẽ uel maxime diabolũ facit. Sed quõ fratres ut miserum homiñẽ circũueniat, superbissimus ille descẽdit? Vide circuitũ impij etiam in hoc ipo. Oculi eius oẽ sublime uident: attũ ima quoq; ipsa curiose uestigat, sed ut magis ascendat ut uehementius intumescat, & dum conculcauerit humilem sibi ꝓideatur ipse sublimior: sicut scriptũ est: Dũ superbit
ps.138. impius, incẽdit paup. Quàm peruerse ascẽdentes & descẽdentes angelos bonos, angelus malus æmulatur. Ascẽdit studio uanitatis: descendit liuore malignitatis. Cuius mẽdax ascensio: eius crudelis descensio est: expers ille (ut heri diximus) miæ & ueritatis. Cæterũ si descẽdunt maligni ut circũueniant: gras ei cuius mandato descendunt & benigni angeli, ut subueniãt nobis, ut custodiãt nos in oĩnibus uĩs nostris. Neq; hoc solũ: sed in manibus, inqt, portabunt te: ne unquã offendas ad lapidẽ pedem tuũ. Quanta nobis fratres in huius scripturæ ꝟbis, & eruditio & ammonitio & cõsolatio exhibet. Quis in oĩbus psalmis tam magnifice pusillanimes cõsolat negligẽtes ammonet: erudit ignorãtes: Vñ id quoq; fidelib⁹ suis, puidẽtia uolunt diuina præstare ut in ore ipsorũ, uersiculi psalmi huius hoc maxime quadragesimali tpe uersarent. Nec aliunde quàm ex ipsius usurpatione diaboli sumpta uidet occasio: ut in hoc quoq; neqssim⁹ ille seru⁹ filij seruiat uel inuitus. Quid eñ tã molestũ ei: qd nobis eẽ põt tã iocundũ quàm ui etiã malũ ei⁹ nobis cooperat in bonũ? Angelis suis mandauit de te: ut custodiãt te in oĩb⁹ uĩs tuis. Cõfiteant dño miæ *ps.8.* eius: & mirabilia eius filijs hoim. Cõfiteant & dicãt inter gentes qñ magnificauit dñs facere cũ eis. Domine quid est homo quia innotuisti ei? aut quid apponis erga eũ cor tuũ? Apponis cor erga eum: geris pro eo solicitudinem, curam illius habes. Deniq; ei mittis unigenitũ tuum, immittis spiritum tuum, promittis etiam uultum tuum. Et ne quid in cælestibus uacet ab opera solicitudinis nostræ beatos illos spiritus propter nos mittis in ministerium: custodiæ nostræ deputas, nostros iubes fieri pedagogos

Parum

Parum est em q facis angelos tuos spūs: facis & angelos
Mat.18. paruulos. Denq angeli eorū semp uidēt faciē patris. Illos utiq tam felices & tuos ad nos: & nostros ad te angelos facis. D Angelis suis mādauit de te. Mira dignatio, & uerè magna dilectio charitatis. Quis em, qbus, de quo, quid mādauit? Studiose cōsiderem⁹ fratres: diligēter cōmendemus memoriæ hoc tam grande mandatū. Quis em mādauit. Cuius sunt angeli: cui⁹ mādatis obtemperauit: cuius obediūt uolūtati? Nēpe angelis suis mādauit de te: ut custodiant te in oībus uijs tuis: nec cūctant quin etiam in manibus tollant te. Summa ergo maiestas mandauit angelis, & angelis suis mandauit. Illis utiq sublimibus: tā beatis tam proxime sibi cohærētibus: tam familiariter adhærentib⁹, & ueré domesticis dei. Mandauit de te. Tu qui es? Dñe qd est homo q memor es eius: aut filius hois qm reputas eū? quasi uerò non sit homo putredo, & filius hois uermis. Sed qd putas mandauit de te? Nunquid ferí psit contra te amaritudines? nunquid ut contra foliū qd uēto rapitur ostendāt potentiā suam, & stipulā siccam persequantur? Nunquid ut tollant impium ne uideat gloriā dei? Mandandū istud est: non mandatum; non recedas ab adiutorio altissimi: in protectione dei cæli commorare: ne de te illud qnq mandet. Quē em protexerit deus cæli: nō de eo illud mandabitur: sed pro eo. Et q interim non mandatur. Pro eo differtur: ut sint omnia propter electos. De
Mat.13. nicq parantibus ire seruis & continuo superseminata colligere zizania cupientibus: prouid⁹ paterfamilias: sinite, inquit, usq ad messem ne fortè eradicetis simul & triticum. Quomodo igitur tādiu seruabitur interea: Hoc planè, hoc opus præsens, hoc mandatum tēporis huius. Itaq angelis suis mandauit de te ut custodiant te. O triticū inter zizania, ō granum inter paleas, ō lilium inter spinas. Gratias ei fratres: gratias ei & pro nobis pariter & p uobis. Præcios um depositum nobis commiserat: fructū crucis suæ præcium sanguinis sui. Nō est cōtentus custodia hac tam parum tuta, tam parum utili, tam fragili, tam in sufficienti. Super muros tuos hierusalem constituit custodes. Nempè etiam ipsi qui uidentur muri aut in muro ipso columnæ: his custodibus egēt & maxime. Angelis suis mandauit de te, ut custodiāt te in omnibus uijs tuis. Quā tam tibi debet hoc uerbum inferre reuerentiā, afferre deuotionem, conferre fiduciam. Reuerētiam pro præsentia, deuotionē pro beniuolentia, fiduciā pro custodia. Caute ambula: ut uidelicet cui assunt angeli: sicut eis mandatum est: in omnibus uijs tuis. In quouis diuersorio, in quouis angulo, angelo tuo reuerentiam habe. Tu ne audeas illo præsente: qd uidente me nō auderes. An præsentē esse dubitas quā nō uides? Quid si audires, quid si tāgeres: qd si olfaceres? Vide qa non solo uisu rerū præsentia cōprobetur. Non omnia uisui subiacent: nec corporalia quidem. Quantomagis spiritualia procul sunt ab omni sensu? corporeo, &
Heb.11. spiritualiter poti⁹ uestigandā? Si fidem cōsulas; ea tibi angelicā pbat præsentiā non deesse. Nec dixisse piget: qm̄ fides probat quàm nimirū aplus argumentū non apparētiū esse diffinit. Assunt igitur & assunt tibi nō modo tecum sed etiā pro te. Assunt ut protegant: assunt ut
Luc.1. prosint. Quid retribues domino pro omnibus quæ retribuit tibi? Siquidem soli ei honor & gloria. Quare ei soli? qa ipse mandauit, & omne datū optimum non nisi ab illo est. Veruntamē & si ille mandauit: ipsis quoq q & ei ex tāta charitate obediunt, & nobis subueniunt in tāta necessitate: ingratos esse nō licet. Simus ergo deuoti: simus grati tātis custodibus, reamemus eos, honoremus eos quantum possumus, quātum debemus. Totus tm ei reddatur & amor & honor noster: à quo tā ipsis quàm nobis est totū
1.Tbi.1. unde honorare possum⁹ uel amare: unde amari honorari ne meremur. Neq em aplus ubi ait: soli deo honor & gloria: prophetico credēdus est obuiare sermoi qui sibi etiā
ps.9. amicos dei nimis honorificatos esse testatur: Puto aūt si-
Roma.13. mile esse illud uerbum apostoli ei quod item ait. Nemini quicquā debeatis nisi ut inuicē diligatis. Siquidē nō hoc uoluit ut alia quælibet debita negarentur: pīsertim cū idē ipse dicat: cui honorē, honorē &c. in hūc modū. Vt ergo plenius intellīgas quid in utroq senserit, quid ue monuerit: uide quemadmodum inter radios solis minora quælibet luminaria non uidentur. Nunquid amota modo fidera arbitramur: nunquid extincta? Minime quidē sed ampliori claritate quodammodo tecta: interim apparere nō posse. Sic ergo dilectio illa quæuis debita superans quasi sola regnare debet in nobis: ut quicquid debetur cæteris sibi uendicet, & ex dilectiōe omnia faciamus. *Sic diuinus* prævalere debet honor & quodammodo pīudicare uniuersis: ut solus ipse non modo præ omnibus sed in omnibus honoret. Idipm sane putes dictū etiā de amore. Quid enim extra ipm relīqt cæteris: qui totū cor, totā aīam, totā uirtutē, dño deo suo in dilectione donauit. In ipo itaq fratres affectuose diligamus angelos eius tanquā futuros aliquando cohæredes nostros: interim uerò actores & tutores à patre positos: & præpositos nobis. Nunc enim filij dei sumus, & si nondū appareat quid erimus: eo q adhuc paruuli sub tutoribus & actoribus simus: tanquā nihil interim differentes à seruis. Cæterum & si tā paruuli sumus: & tā magna nobis: nec modo tam magna: sed & tam periculosa uia restat: quid tamen sub tantis custodibus timeamus. Nec superari nec seduci: minus autem seducere possunt qui custodiunt nos in omnibus uijs nostris. Fideles sunt, prudentes sunt potētes sunt, quid trepidamus? Tm sequamur eos, adhæreamus eis, & in protectione dei cæli commoremur. Vide em quàm necessaria sit ista protectio: ista custodia in uijs tuis. In manibus, inquit, portabūt te: ne unquā offendas ad lapidem pedē tuum. Parū tibi uidetur q non sit lapis offensionis in uia. Cōsidera quæ sequū- *Textus*
tur: Sup aspidē & basiliscū ambulabis, & cōculcabis leonē & draconē. Qs necessarius pedagogus imo etiam baiulus: pīsertim paruulo inter hæc gradienti. In manibus inquit portabunt te. In tuis quidem uijs custodient te, & deducēt paruulū: qua potest paruul⁹ ambulare. Cæterū nō te patientur tentari supra quàm sustinere potes: sed in manibus tollent ut pertranseas offendiculum. Qs facile transit qui illis portatur manibus quàm suauiter iuxta uulgare prouerbium natat: cuius alter sustinet mentū. Quoties ergo grauissima cernit urgere tētatio, & tribulatio uehemes imminere iuoca custodē tuū: ductorē tuū: adiutorē tuū in opportunitatib⁹, ī tribulatiōe. Inclama eū & dic: Dñe salua nos, Perim⁹. Non dormit neq dormitat. Et si ad tps qnq dissimulet: ne forte periculosius ab illius te manibus ipse præcipites si te eis ignoraueris sustētatū: Spūales em sunt manus istæ, & auxilia utiq spūalia: quæ singulis electorum pro cuiusq discrimínis modo, & obiecte difficultatis tanquā lapideæ molis quantitate: ab his qui sibi deputati sunt angelis spiritualiter & multipliciter exhibentur. Dico ego tamen aliqua ex his q cōmunia magis arbitror & paucis qui inter uos sunt inexperta. Turbatur aliquis uehementer seu corporali quouis incōmodo: seu tribulatione aliqua seculari seu accidia spūs, & quadam animi defectione langueſcens. Iam tētari incipit supra quàm ualeat sustinere iam impinget & offendet in lapidē: si non fuerit q subueniat. Quis uerò est lapis iste? Ego illū intelligo lapidem offensionis & petrā scandali: in quā si offenderit quis collid: tur: super quē uerò ceciderit cōteret eū. Lapidem utiq angularem, electum, pcios um, qui est dñs christus. In hūc lapidem offendere est murmurare aduersus eum, scandalizati à pusillanimitate spiritus & tempestate. Itaq opus illi est angelica ope: angelica consolatione: angelicis manibus: qui iam defecit: iam prope modum offendit in lapidem. D Et uerē offendit in lapidem qui murmurat & blasphemat: seipsum collidens: non eum in quem furibundus impīngit. Arbitror sanè uelut duabus quibusdam manibus eiusmodi homines interdum ab angelis supportari: ut quodammodo nō sentientes transeāt quod tantopere formidabant: nec parum mirentur post modum tam super posteriori facilitate: quàm sup difficul-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tate priori. Vultis scire quas intelligam duas manus? Duplicem utiq; demõstrationẽ: dũ uidelicet hinc quidem tribulationis breuitas: inde æternitas retributionis ostendi tur, aut magis pĩgitur uel imprimitur cordi ut intimo affectu sentiat: quoniã momentaneũ hoc & lene tribulationis nostræ supra modũ in sublimitate: æternũ pond⁹ gloriæ operatur in nobis. Quis uerò istas tam bonas per bonos non credat fieri: cum certum sit q̃ ecõtrario male utiq; fiant immissiones per angelos malos? Habetote familiares angelos fratres mei: frequentate eos sedula cogitatione & deuota oratione qui semper uobis assunt ad custodiam & consolationem.

De .xij. uersu. *Sermo decimustertius. unde supra.*

PRossumus hunc uersum qui in manibus est uidelicet: In manibus portabunt te &c. nõ modo de præsenti consolatione dictum accipere sed etiã de futura. Nempè custodiunt nos in uijs nostris angeli sancti: sed uia finita (quod est utiq; uita finita) in manibus tollunt. Nec eñ desunt nobis testes fideles. Proxime lectũ est uobis de beatissimo patre nostro uerè per omnia benedicto: q̃ dum intentam oculorũ aciem in splẽdore coruscæ lucis habere uideret: uidit germani animã capuani episcopi in sphera ignea ab angelis in cælum deferri. Sed quid huiusmodi testimonia requirimus? Ipsa in euangelio ueritas de mendico & ulceroso lazaro ait: q̃m portatus est ab angelis in sinum abrahæ. Neq; enim in illa tam noua nobis tanquã incognita regione ambulare ipsi possemus: præsertim cum tãtus sit lapis in uia. Quis lapis? Qui in lapidibus olim consueuerat adorari: qui lapides obtulit domino dicẽs: Dic ut lapides isti panes fiant. Porrò pes tuus: affectio tua, pes animæ quàm in manibus angeli portant ne offendat ad lapidem pedem tuũ. Quomõ eñ non uehementissime turbaretur anima si sola hinc egrederetur: si illas sine consolatione ingrederetur uias si inter illos lapides suis pedibus graderetur? Etenim uerò manifestius audi quàm necesse habeas portari in manib⁹ alienis: nec alijs quàm angelicis tamen. Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconẽ. Quid inter hæc faceret pes humanus? Quid humanæ affectionis inter tam terribilia monstra constaret? Nempè nequitiæ spiritales sunt, & quidem non incongruis appellationibus designatæ. Siquidem & de his dictum q̃d̃ nequaquã uobis excidisse reor. Cadent à latere tuo mille & decẽ milia à dextris tuis. Quis uerò scire potest an diuisæ sint inter eos operationes malitiæ, ministeria iniquitatis: ut ex diuersis officijs quin potius maleficijs: uocabula q̃q; diuersa sortiti nominentur. Alius siquidem aspis: alius uerò basiliscus: alius autem leo: & alius quidem draco: q̃ uidelicet suo quidẽ inuisibili mõ uarie quoq; noceãt: quasi alius morsu, alius quoq; uisu, alius autem rugitu uel ictu, alius siquidẽ flatu? Legi etiã de quodam genere dæmoniorũ: q̃d̃ nõ ejiciatur nisi in orationibus & ieiunijs. Nil potuerat namq; uerbũ aplicæ increpationis ad illud. Quomodo non illud aspis erat illa utiq; de psalmo aspis surda & obturans aures ne uocem audiat incantantis: Vis non terreri à tam terrifico mõstro: uis securus post mortẽ ambulare super aspidem istã? Caue ne interim post eã ambules: caue ne imiteris & nõ erit q̃d̃ paueas in futuro. Enim uerò uitiũ est cui reor eiusmodi spiñ dñari, & si uultis scire ipa est circuitio à qua nobis hesterno sermone monuimus esse cauendũ. Ipa obstmatio est, aduersus quã pridie loq̃bamur. Nec eñ piget quoties datur occasio ab hac tã graui peste p̃munire uox ut eã oĩmodis fugiatis, q̃ hæc q̃dẽ sit summa quædã religionis subuersio: & uerè iuxta testimoniũ legislatoris uenenum aspidum insanabile. A

Matth. 4.

Textus.

Deute. 33.

Dicitur aspis hinc alterã aurẽ quàm pressius potest terræ infigere: inde uerò alterã caudæ immissione nihilominus obturare ne audiat. Quid ad hæc incãtãtis uox: quid sermo faciet prædicantis? Orabo pro eo: humiliabo in ieiunio animam meam baptizabor pro mortuo, uberrimo quodam profluuio lachrymarum: apud quẽ uiderim nihil humanæ incantationis quãlibet sapientiam, nihil quã tũcunq; ammonitionis industriã præualere? Nouerit tamen uir pertinax nõ cælo sese sed solo infigere caput: q̃ sapientia desursum est: nõ mõ pudica sed & pacifica sit: hæc autẽ magis ut ita dicam aspidica nisi terrena esse non põt. Sed nec adeo obsurdesceret: nisi caduca q̃q; obturaret auditũ. Quæ est hæc cauda? Finis intẽtionis humanæ. Hæc surditas desperata: dum hinc quidem uelut terræ infixus propriæ quisq; inhæret uoluntati: inde uelut reflectens caudam, finem aliquem meditatur, & fingit animo quod desiderat adipisci. Nolite obsecro fratres: nolite obturare aures: nolite aliquãdo obdurare corda uestra. Inde eñ tam mordax & amarus sermo inuenitur in ore hominis obstinati: q̃ nulla ad eum penetrare quæat benuolentia monitoris. Inde aspidi uirus in linguæ aculeo perseuerat: q̃ aduersus linguam incantatoris tanto se studio obturarit. B At basiliscus (ut aiunt) uenenũ in oculo gerit: pessimum animal, & præ omnib⁹ execrabile. Nosse cupis oculum uenenatũ, oculũ nequã, oculũ fascinantem? Inuidiã cogitato. Quid uerò inuidere: nisi malũ uidere est? Si nõ esset ille basiliscus nũquã p eius inuidiã mors intrasset in orbem terrarum. Væ homini misero: q̃ inuidũ nõ pũidit. Superem⁹ & uitiũ hoc dũ adhuc uiuimus, si post mortem uolumus ministrum tantæ nequitiæ non timere. Nemo alterius bonum inuido aspiciat oculo. Nempè hoc ipsum iam quod in se est: tabe sua illud inficere & quodãmodo interficere est. Qui hominem odit: homicidam illum uerítas ipsa testatur. Quid & ille q̃ bonũ odit in homine: num quid nõ homicida poterit appellari? Adhuc uiuit homo & ille iam re⁹ est mortis eius: adhuc ardet ignis quem dominus iesus misit in terram: & inuidus tanquã qui spiritũ extinxerit iam damnatur. Væ uobis à dracone. Immanis est bestia, flatu ideo, quicquid attigerit necat: non modo bestias terræ: sed & uolucres cæli. Haud alitũ ego draconẽ hunc quàm spiñ iracũdiæ reor. Quantos etiã sublimis ut uidebatur uitæ flatu huius draconis misere satis adustos turpiter in huius os ingemimus cecidisse. Q̃ melius si ipsis irasci potuerant ne peccarent. Nimirũ affectio naturalis ira hominũ est: sed abutentibus bona naturæ grauis pditio est & miseranda pernicies. Occupemus illam fratres in quibus expedit ne fortè ad inutilia illicitaq; prorumpat. Sic nimium solet amorem amor expungere: solet timor timore depelli. Nolite timere eos qui corpus occidunt ait dominus: animæ autẽ nõ habent quid faciant. Et confestim, ostendam aũt ait, uobis quẽ timeatis. Timete autem eum qui potestatẽ habet corpus & animã mittere in gehennam. Ita dico uobis: hunc timete. Ac si manifestius dicat: Hũc timete ne illos timeatis. Repleat uos spũs timoris dñi, & timor alienus locũ nõ habebit in uobis. Et ego uobis dico, Non autem ego sed ueritas: non ego sed dominus. Nolite irasci eis qui transitoria uobis auferunt: qui conuitia inferunt: qui ingerunt fortè supplicia & post hoc faciunt nihil. Ostẽdam autem uobis cui debeatis irasci. Irascimini ei quæ sola uobis nocere potest: sola facere ut omnia illa non prosint. Vultis scire quænam illa sit? Iniquitas propria. Ita dico uobis: huic irascimini. Nulla eñ nocebit aduersitas, si nulla dñetur iniquitas. Qui perfecte huic irascit: cæteris nõ mouet, magis & amplectit eas: Ego, inquit, in flagella paratus sum. Sit dãnum, sit conuitium sit læsio corporalis. Paratus sum & non sum turbatus: q̃m̃ dolor meus in conspectu meo semper. Quidni exteriora omnia paruipendã in huius æstimatione doloris? Filius, inquit, uteri mei persequitur me, & cõuicianti seruulo indignabor? Cor meũ dereliq̃t me: dereliq̃t me uirtus mea, & lumen oculorum meorũ, & damna tpalia plangam aut incommoda corporalia reputabo? Hinc nimirũ non modo mãsuetudo oriẽ cui draconis flatus nõ noceat sed etiã magnanimitas quàm rugitus leonis non terreat. Aduersarius uester tãquã leo rugiens ait Petrus. Gratias magno illi leoni de tribu iuda: rugire iste potest ferire nõ potest. Rugiat quantum uult: tantum non fugiat ouis christi.

Matt. 17.

ps. 57.

Luce. 12.

1. Ioan. 3.

ps. 35.

2. Reg. 16.

ps. 39.

1. Pet. 5.

xpi. Quãta minat, quãta exaggerat quãta, intentat: non si mus bestiæ ut nos psternat uacuus ille rugit? Sic eñ perhibent qui talia curiosius uestigauerũt. Ad rugitũ leonis nullam bestiã stare posse: ne eã qui dẽ q̃ aduersus ictũ eius tota aiositate repugnat, & plerũq; superat frientẽ: q̃ non sustinet rugientẽ. Verè bestia ueræ rõnis expers: qui tam pusillanimis est ut solo timore cedat: qui sola futuri exag-
Hebre.12. gratione laboris uictus, ante conflictũ non telo, sed tuba prosternit. Nũdũ restitistis usq; ad sanguinẽ ait strenuus ille dux: q leonis huius nouerat uanũ esse rugitũ. Et alius
Luco.4. quidã Resistite, inquit, diabolo, & fugiet à uobis.

De. xij. uersu & xiij. Sermo. XIIII. unde supra. B

TAg am? fratres gratias factori nostro: benefactori nostro: redẽptori nostro, remuneratori nr̃o, aut potius spei nostræ. Ipse eñ retributor: ipse retributio nostra. Nec aliud iam quàm ipsum expectam? ab ipso. Primum quod nobis præstitit: nosipsi sumus. Siquidem ipse fecit nos, & non ipsi nos. Parum ne tibi uidet istud: quia te fecit? Cogita qualem te fecit. Nempe etiam secũdum corpus egregiam creaturam: sed secundum animam magis, utpote imagine creatoris insignem, rationis participem: capacem beatitudinis sempiternæ. Porrò secundum ambo simul præ cæteris creaturis maxime ammirandã: cohærentem sibi incõprehensibili artificio: inuestigabili sapientia conditoris. Itaq; tam magnum hoc donũ: quàm magna res homo. Sed quàm gratuitum putas? Planũ est: quia nihil ante promeruit, qui pœnitus nihil fuit. An postea sperabat gratiam retributurus auctoPs.15. ri? Dixi dño, deus meus es tu: quoniam bonorum meorũ non eges. Non igitur necessariã retributur? gratiã ei qui sic per omnia sibi sufficit: sed deuotas relaturus gratias ei qui sic meruit sperabatur. Quidni gratias agat? Si quis oculorum lumen: si quis usum aurium: si quis narium: si quis manuũ: si quis pedem tibi præpeditũ aliquo modo reparasse uideretur si quis sopitam quauis occasione excitasse in te rationem quis nõ alius tibi uehemẽtissime succenseret si quando fortè beneficijs huius immemorem aut benefactori depræhendisset ingratum? Enimuerò dominus deus tuus ipsa etiam tibi instrumenta largitus: ex nihilo fecit hæc omnia. Nec modo fecit: sed & cõpegit etiã & formauit: ac suo quodq; illustrauit officio. Quomodo non is oĩ iure sibi gratias. exigit ampliores? Nam ne hoc quidẽ licet maximo cõtentus munere qui dedit ut esses qui ante non fueras: adiecit etiã unde subsisteres qui iam eras. Nec minus liberaliter hoc: quàm illud mirabiliter est operatus. Faciamus, inquit, hominẽ ad imaginẽ & similiGen.1. tudinem nostram. Quid uerò postea? Et præsit piscib? maris & bestijs terræ &c. Nam & cælestia sese elementa in usus creasse tuos ante docuerat. Nempè facta memorantur ut essent in signa & tempora, & dies & annos. Cui putas? Nulli utiq; nisi tibi. Cæteræ siquidem omnes creaturæ aut in nullo egent his omnibus: aut non intelligunt ea. Quàm copiosus in secundo hoc beneficio: quàm liberalissimus fuit. Quanta igitur largitus est ad sustẽtationẽ: quanta ad eruditionem: quanta ad consolationem: quanta ex hoc iã ad correptionẽ: quãta ẽt ad delectationẽ. Verũ hæc duo gratis, & dupl̃ gratis fecit. Quid dico dupl̃ gratis? Sine merito tuo, sine labore suo. Nẽpe dixit & fctã sunt. An idcirco mĩn? deuot?, mĩn? obnoxi?, mĩn? gratus es: qd̃ hæc quidẽ sicut p nihilo: ita de nihilo fecit? Peruer si cordis est: occasiões ingratitudinis uestigare. Nemo id facit: nisi qui etiam gratis esset ingratus. Puto enim neutrum tibi propterea minus utile: quàm quod præstãti minime difficile fuit. Alioquin si fortè quod ei laboriosum tibi magis commodum ducis: ex teipso tibi iudicũ hoc. Nec te alibi illud putem: quàm apud te didicisse. Sic præstares libentius ipse fratri tuo absq; incommodo tuo. Verum & si gratis præstare uelles: nolles tamen ut hanc tibi ille prætenderet ingratitudinis causam. Cæterum ex hoc iam tertium opus tuæ redemptionis attende: Non est uelamen excusationis: laboratum prorsus in ea. Gratis hoc quoq; præstitum est, sed gratis quod ad te pertinet. Nam quod ad illum plane non gratis. Saluus factus es pro mihi lo: non de nihilo tamen. Quid ad hæc dormitat affectio? Imo uerò mortua est illa non dormit, quæ huic beneficio non respondet, quæ se totã non effundit in gratiarũ actionem & uocem laudis. Nam & cætera duo euidentissime tertium hoc commendant: ut in eis quoq; uera fuisse dilectio cõprobetur: non propterea de facili præstans qd̃ nolet aliter: sed quod non aliter oportet. Itaq; fecit te deus tuus: fecit tam multa ppter te fecit, ppter te & semetipm. Verbum caro factũ est & habitauit in nobis. Quid adhuc Ioan.1. restat? Factus est ipse tecum caro una: te quoq; secũ faciet spiritum unum. Nõ recedãt hæc quatuor à corde tuo: nõ ab ore, nõ à memoria, nõ ab affectiõe. Hæc cogita semper in his iugiter delectare. His uelut quibusdam stimulis urgens solicita animã tuam: his facibus eam inflammare curato ad reamandum eũ qui tam multipliciter suum tibi erga tè commendat amorẽ. Memento sane quod idem ait: Si diligitis me: mandata mea seruate. Serua igitur manda Ioan.14. ta creatoris tui: serua mãdata benefactoris tui, redemptoris tui, remuneratoris tui. Sed si hæc quatuor: quot sunt mãdata? Oẽs nouimus decẽ esse. Itaq; per quaternarium hunc decalogum legis multiplicans uerã habes quadragesimã: tenes quadragesimã spũalẽ. Tantum sta in timore: & præpara animã tuam ad tentationẽ. Caue serpẽtis astutiam: obserua insidias inimici. Nempè quadruplici tentamento: quadripartitã impedire conatur actionem quã exigeris gratiarũ: Tentatus est in his oĩbus christus: ut uera citer ab apl̃o scriberet: tentatus per oĩa pro similitudine Heb.4. absq; pctõ. D Erit fortè q̃ miret & dicat: quartã sese dñi tẽtationẽ nõ legisse. Verũ ut ego arbitro nõ hoc diceret: si legisse se meminisset: qñ tentatio est uita hois super terram. Hoc enim qui meminit non ea tñ triplici tentatione tentatum fuisse dominum arbitratur q̃ facta est in ieiunio deserti: in pinaculo templi: in uertice montis. Sanè in his omnibus erat manifesta tentatio. Verum illa q̃ extunc & deinceps usq; ad mortẽ crucis ei nõ defuit, & si occultior uehementior tamen fuit. Nec hoc quoq; à proposita similitudine uidetur abhorrere. Nã & tria illa beneficia quæ iam transiere: euidentissima & in lucem posita esse noscuntur. Sanè quod ad spem uitæ æternæ pertinet: nõdum exhibitum necdum propalatum est nobis. Nihil pinde mirũ si sit minus aperta tentatio: ubi etiã causa tentationis occulta. Cæterũ & diuturnior & ualidior ipa est: q̃ aduersus spem nostram q̃quid habet malignitatis exerat inimicus. Itaq; primo quidẽ: ut auctori naturæ ingratos faciat: ampliorem ingerit pro natura solicitudinẽ: quẽadmodũ etiã ipsi christo esuriẽti ausus est dicere. Dic ut lapides isti panes fiant. Quasi uerò figmentum nostrum ignoret ipse Math.4. qui fixit: aut non curet homines qui cæli uolucres pascit. Q3 uerò ingrat? est ei qui ppter hominẽ uniuersum hũc condidit mundũ: quisquis ut substantiã eius quam concupiscit obtineat, peides nõ uereꝰ adorare malignũ. Hæc oĩa, inquit, tibi dabo si procidẽs adoraueris me. Tu ne illa fecisti miser? Quõ dabis q̃ ille creauit: aut quõ abs te speranda: quõ tua adoratione petenda, quæ ab illo condita in illius posita sunt ditiõe? Iam in hoc q̃ ait. mitte te deorsum, caue tibi quicunq; es q templi pinnaculum conscendisti. Caue tibi speculator domus domini: caue tibi qui in ecclesia xpi locum cerneris tenere sublimen. Q3 ingratus eñ: imo quàm iniuriosus est illi magno sacramẽto pietatis, si in illo quæstum æstimes pietatem. Q3 infidelis ei q ministeriũ hoc sanguine proprio cõsecrauit: si eo quæras gloriã tuã q̃ nihil est quæras q̃ tua sunt non quæ iesu christi. Quàm indigne respondes eius dignationi: qui in dispensatione humilitatis suæ sublimem esse te fecit, cælestia tibi sacramenta commisit: cælestem fortè & ampliorem quàm ipsis spiritib? cælestibus tradidit potestatẽ. Si deorsum ipse te mittas: sapies non quæ sursum sunt, sed quæ super terram: Sed & omnis q de uirtutũ eminẽtia ad inanis gloriæ sese dimittit & deiecit appetitũ: haud dubiũ quin

Universidad de Deusto
Biblioteca

dño uirtutũ qui tãta inter nos tolerauit (ut nobis formã huius imprimeret sctãtis) pro gratia cõtumeliã reddat. Cõsideremus diligentius fratres: ne fortè prima illa tentatio quæ corporalis necessitatis occasione animũ turbat: aspidi debeat cõparari. Hoc em̃ animal quodãmodo uiolentũ morsu nocet: obturat aurẽ ne audiat uocem incantantis. Quid uerò agere nititur in hac parte tentator: nisi ut aduersus cõsolationẽ fidei aurẽ cordis obstruat & obturet? Sed nõ profecit inimicus in eo: non illius præcluſit auditũ qui ait: non in solo pane uiuit homo: sed in oĩ uerbo quod ꝓcedit de ore dei. Nã in eo ꝙ ait: hæc oĩa tibi dabo si ꝓcidens adoraueris me. in malũ insidiantis suadibile sibilum aiaduertite draco: nis. Ferunt illũ in arenã latitantem: etiã aues uolãtes flatu attrahere uenenato: Quàm uenenatus hic flatus fuit: hæc oĩa tibi dabo si procidẽs adoraueris me: uerũ nõ erat ista q̃libet auis nihil potuit draconis flatus ad illã. De basiliſco qd dicim⁹. Monstruosius cæteris solo uisu hoiem inficere & interficere perhibetur. Ni fallor, uana gloria est. Videte ne, inqt, iustitiã uestram faciatis corã hoĩb⁹ ut uideamini ab eis. Ac si dicat. Cauete oculos basiliſci. Sed cui nocere dicit basiliscus? Ei q̃ nõ uiderit basiliscũ. Alioquin si prior eum uideas, iã non tibi nocet ut aiunt: magis moritur ipse. Ita est fratres. Non uidentes necat inanis gloria cæcos & negligentes qui se em̃ ostentant: qui se exponunt, & non potius ipsi inspiciunt: non attendunt, nõ discutiũt illam: nõ uidẽt deniq; quàm sit friuola, quàm sit caduca, quàm uana, quàm inutilis. Si quis eum intueat hoc mõ moriẽ basiliscus: nec iã occidit eum gloria: sed occiditur magis & occidit ei quodãmodo uersa in puluerẽ: imo redacta in nihilum: puto autem non est quærere quid ad inanẽ gloriã ea tentatio uisa sit pertinere: ubi dictũ est. Si filius dei es mitte te deorsum. Vt qd enim hoc nisi ut uideretur: ut laudaretur à basiliſco? Et uide quomodo seipsum occultauerit basiliscus: quasi ut nõ

ꝑ.90. possit ante uideri. Scriptũ est, inquit, quoniã angelis suis mandauit de te, & in manibus tollent te. Quid scriptum est maligne, quid scriptum est? Angelis suis mandauit de te. Quid mãdauit? Animaduertite & uidete: quoniã subticuit malignus & fraudulentus: ꝙ malignitatis suæ commenta dissolueret. Quid enim mandauit. Nempè quod in psalmo sequit: ut custodiãt te in oĩbus uĩs tuis. Nunqd in ꝓcipitijs? Qualis uia hæc de pinaculo tẽpli mittere se desum? Non est uia hæc de ruina: & si uia, tua est: non illius. Fruſtra in tẽtationẽ capitis intorsisti: quod scriptũ est ad corporis cõsolationẽ. Huic necesse custodiri cui timendũ ne offendat ad lapidẽ pedẽ suum. Nõ est qd̃ custodiat: cui non est qd̃ timeat. Quid uerò taces & illud qd̃ sequitur. Super aspidẽ & basiliscũ ambulabis, & cõculcabis leonẽ & draconẽ? Te enim hæc parabola tangit. Mõstruosa malignitas: monstruosis appellationibus conculcanda signatur. Nec modo ab ipso capite: sed etiã à corpore uniuerso. Siquidem aduersus dñm post ternã cõfusionẽ hãc iam serpentina callidítate sed crudelitate usus est leonina: usq; ad contumelias, ad flagella, ad alapas, ad mortẽ, & morte crucis: sed manifeste etiã leonẽ, te conculcauit leo de tribu iuda. Sic & aduersum nos fratres ut ĩ cæteris oĩbus, uiderit se fruſtratũ: toto iam furore ꝓsecutionẽ suscitat qualis non fuerit ab initio: ut uehementia tribulatiõis regnũ cæleste sperantibus intercludat. Fœlix anima: quæ & ipsum leonem potenti uirtute conculcans: uiolenter illud rapere prævalebit. Ex hoc itaq; dilectissimi tanquã super aspidem & basiliscum cautius & solicitius ambulemus. Caueamus omnem radicem amaritudinis: ut nemo nostrum mordax inueniatur: nemo audax uel ardens, nemo inexorabilis aut rebellis. Nec uerò deorsum imittam⁹ nos sed transcendamus & transeamus lætalẽ gloriæ temporalis obtutum ut quomodo scriptũ est. Fruſtra iacitur rhete añ oculos pẽnatorũ. Cõculcem⁹ quoq; leonẽ pariter &

ꝑ.uer.1. draconem; ut neq; illius rugitus terreat: nec istius flatus inficiat. Videntur hæc quatuor monstra affectionibus æque quatuor singula singulis incubare. Cui ergo potissimum draco insidiatur? Estimo quia cupiditati: ꝙ hanc no uerit esse radicem malorum omnium, & quæ maxime cor subuertat. Inde enim etiam quasi cõsulens dixit hæc omnia tibi dabo. Nam de leone quidem manifestum est: ꝙ nisi ad ianuam timoris terrificos dat rugitus. Porrò tristitiæ fores aspis obseruat: ꝙ eas maxime morsibus suis peruias arbitretur. Vnde & ad christum dominum dõnec iã esurientem cerneret non accessit. Econtra sanè caueat necesse est lætitia basiliscum: ꝙ eo potissimum additu uenenatos ingerere soleat radios oculorũ; nec uana gloria nisi ob lætitiæ noceat uanitatẽ. Illud quoq; considera: an fortè uirtutes quatuor, quatuor his tentatiõibus apponere ualeam⁹. Leo rugiet quis non timebit? Si quis ille fuerit fortis erit. Sed fruſtrato leone, draco abscõditur in arena ut uiruletis flatibus attrahat animã insufflans ei quodam modo cõcupiscentiã terrenorũ. Quis putas illius ꝓterutabit insidias? Nemo utiq; nisi prudens. At fortè dum ad ista descendere caues: urget quis molestia, & ecce protin⁹ aspis adest, nã oportunũ temp⁹ sibi inuenisse uidet. Quia non exasperabitur ab aspide ista? Nempe uir temperãs & modestus: qui sciat abũdare & penuriã pati. Puto ex hac occasione fascinare te uolet male blãdiens oculus nequã. Quis aduertet facie suã? Profecto iustus qui nõ modo nõ ipse sibi accipere gloriã quæ dei est, sed ne ab alio quidem recipe uelit oblatã. Si tamẽ ille sit iust⁹ q̃ iuste qd̃ iustũ est exequatur: qui iustitiã suam nõ faciat corã hoĩbus: q̃ deniq; & si iustus fuerit caput nõ leuet. Hæc em̃ uirtus spãliter & humilitate cõsistit. Hæc itẽtionẽ purgat: hæc quoq; meritũ oẽ eo uari⁹ & efficaci⁹ obtinet: quo min⁹ arrogat sibi

De.xiiij.uersu. *Sermo decimus quintus unde supra.* A

VNite ad me oẽs qui laboratis & onerati estis, *Matth.11.* & ego reficiã uos dicit dñs. Tollite iugũ meum super uos, & inuenietis requiẽ animab⁹ uestris. Iugũ em̃ meũ suaue est, & onus meũ leue. Laborantes ad refectionem inuitat: ad requiẽ prouocat onerantes. Non tamen interim onus subtrahitur aut laborẽ: magis autem onere alio, alio labore commutat sed onere leui suaui iugo: in quibus requies ac refectio & si minus appareat tamen inueniatur. Graue onus iniquitas: sedens supra talẽtũ plumbi. Sub hac gemebat sarcina qui dicebat: Iniquitates meæ supergressæ sunt capur meum: & sicut onus graue grauatæ sunt super me. Quod ergo on⁹ christi: qd̃ onus leue? Vt quidẽ ego sentio onus beneficiorũ. Dulce onus: sed ei qui sentit, ei qui experitur. Alioquin si non inueniasi nõ aduertas graue omnino & periculosum. Onerifera animal homo tempore suæ mortalitatis. Sed adhuc portat peccata sua onus est graue: si iam fortè exoneratus est à peccatis minus quidem graue: sed si sanũ sapiat: non minus grande onus inueniet hanc ipsam quã diximus exonerationẽ. Onerat nos cum exonerat deus: onerat beneficio, cum exonerat peccato. Vox onerati. Quid retribuã dño pro oĩbus q̃ retribuit mihi. Vox onerati. Exi à me: qa homo peccator sum dñe. Vox onerati. Semper enim quasi tumẽtes super me fluctus: timuit deum. Semper, inquit, timui sicut ante: sic post acceptam indulgentiã peccatorũ. Beatus homo qui ita semper est pauidus: nec minori agitur solicitudine: ne fortè obruatur beneficijs quàm peccatis. Ad hoc siquidẽ diuina nobis tam secula erga nos & tã profusa beneficẽtia cõmendat: ut solicitemur ad gratiam: inuitemur ad dilectionem. Angelis suis mandauit de te: ut custodiant te in omnibus uĩs tuis. Quid ultra potuit tibi facere & non fecit? Noui quid cogites ingenua creatura. Habes gratiam angelis domini sed ad ipsum ambis dominum angelorum. Oras & optas: ut nunciis nõ cõtentus, ipse q̃q; qui loquebat assit: nec te quasi per mediũ sed sui oris osculo osculet. Audiitis super aspidẽ & basiliscum leonẽ pariter & draconẽ tibi ambulandum fore: nec super draconẽ ipso uictoriã michaelis & angelorum eius ignoras. Veruntamẽ non michaeli sed domino dannat delideria tua: Libera me & pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. Hoc nempe nõ est modo alijs sed ipsis quoq; *Iob.17.*

quoq; altioribus altius captare refugiū: ut ex sententia p-
fitenti qm̄ tu es dñe spes mea merito respondeat: altissimū
posuisti refugium tuum. Non enim dedignat esse spes mi-
serorū miserator & misericors dñs nō seipsum liberatorē
simul & ptectorē in se sperantibus exhibere recusat. Qm̄
in me sperauit (inquit) liberabo eum protegā eū qm̄ co-
gnouit nomē meū. Nempe nisi dñs custodierit ciuitatem:
frustra uigilat qui custodit eā: siue ille homo siue etiam an
gelus esset. Mōtes in circuitu hierusalem: sed parum hoc
imo nihil. hoc foret: si non etiā dominus in circuitu esset
Cāt.3. populi sui. Merito proinde in cantico sponsa describitur
inuentis licet uigilibus, imo ab eis magis inuenta: nec em̄
eos ipsa quærebat, non substitisse nec contenta fuisse uigi
libus sed percunctata breuiter de dilecto ad ipsum ocius
ps.10. peruolasse. Erat em̄ cor eius nō in uigilibus: sed in dño fi-
ducia habens. Et aliter fortē suadentibus aiebat: In dño
confido: quō dicitis aīæ meæ transmigra in montem sicut
passer? Min9 uigilāter id obseruarāt coriuthij: cū offensis
quasi uigilibus secederent apud eos, & minime pertransi-
2.Cor.1. rēt. Ego quidē cephæ ego aūt pauli aiunt: ego uerò apol-
lo. Sed quid fecerunt uigiles sobrij, uigiles circumspectis?
Nō ei poterāt sibi suscipe sponsam: qui bñ eā æmulabātur
q æmulabant dei æmulatiōe: q despōderāt uni uiro uirgi
Cāt.3. nē castā exhibere xp̄o. Percusserūt me & uulnerauerūt me
ait. Vt quid ita. Ni fallor, urgebant ut pertransiret: proin-
de inuētura dilectū. Deniq; etiā tulerunt palliū meum, in
quit, haud dubiū quin ut currerēt expedita. Animaduer-
rere est quàm ualide percutiat, quibus sagittis apls uulne
ret eos: qui diuertisse apud uigiles uidebantur. Nunquid
Paulus pro uobis crucifixus est, aut in nomine Pauli ba-
ptizati estis? Et itē. Cū em̄ dicit qs. Ego sum pauli: ali9 aūt
ego sum apollo: nónne hoīes estis? Quid ergo est apollo?
quid uerò Paulus? Ministri eius cui credidistis. Quoniā
in me sperauit liberabo eum. Nō in uigilibus nō in homi
ne, non in angelo: sed in me, inquit, sperauit, nil boni nisi
1.Ioā.1. ex me, ne per ipsos expectans. Omne enim datum opti-
mum & omne donū perfectum, desursum est descendens
à patre luminum. Ex me uigiliæ hominū utiles: circa ope-
ra utiq; manifesta: eis nimirum custodes homines deputa
ni. Quod me excubiæ angelorum obseruantium secretio
res motus spūaliter solicitantium, propulsantiū suggesto
res iniquos Cæterum intima sanè custodia secretissimæ
intentionis non modo ex me uerum etiam per me fiat ne-
cesse est: quod illo quidem humanus nequeat, sed ne ange
licus quoq; oculus penetrare. Agnoscamus triplicē hanc
custodiam fratres, & exhibeamus nos eis quales cuiq; cō-
uenit exhiberi. Prouideamus bona corā hominib9, corā
angelis, coram deo. Contendamus placere omnibus per
omnia, sed maxime ei qui maximus est super omnia. In cō
spectu angelorum psalm9 ei, ut in eis impleatur quod scri-
ps.118. ptum est: Qui timēt te uidebunt me & lætabuntur: quia
in uerbo tuo supsperaui. Obediamus præpositis nostris:
qui peruigilant tanquā reddituri rationem pro animab9
nostris, ut non cum tristitia hoc faciant. Et quidē gratias
deo ex cuius solo munere uenit, non est quod multū uos
moneam. non est quod multum uobis timeam in hac par-
te. Quod enim est gaudium meum & gloria mea: nisi prō-
pta obeditio & irreprehensibilis cōuersatio uestra? Quid
si certo cognoscerem: me angelos quidem ampli9 aliquid
in uobis cognoscere quod deceat: apud neminē uestrum
ex anathemate hiērico quippiam occultari non murmu-
rare aliquem, non detrahere in occulto, non simulatorie
agere uel remisse: non ignominiosas uoluere animo cogi
tationes, quibus solet heu interdum ipsa quoq; pars cor-
poris perturbari? Magnum hoc mihi gaudij incremen-
tum: sed nondum utiq; plenitudo. Non enim tam magni
sumus ut possit nobis adeo esse pro minimo ab homine
iudicari non posse: minus autem nihil conscios esse no-
bis. Cæterum si occultissimum iudicem timent etiam ma-
gni: quantum nos ad illius examinis memoriam cōuenit
trepidare? O si mihi cōtingeret certum esse nil esse in om-
nibus nobis: illū offendēs oculū, qui solus perfecte nouit
quid sit in homine: uidens in eo & qd̄ in se ille non uidet.
Hoc uel maxime iudicū uestigemus fratres: & eo ampli9
frequentemus in timore & tremore ipsius considerationē:
quo minus cōprehēdere possim9 inuestigabilē abyssum
iudicioꝝ dei & irrefragabilē dispositionē. Cū hoc timore
spes habet meritū: cū hoc metu fructuose sperat. Est aūt is
ipse timor firmissima quædā & efficax materia spei: si quis
prudēter aduertat. Siquidē maximū quoddā dei donum
timor iste: & ex perceptiōe præsentiū firma est expectatio
futurorū. Postremo beneplacitū est dño super timētes eū:
utiq; uita in uoluntate eius & in beneplacito eius salus ps.146.
æterna. Qm̄ in me sperauit liberabo eū. Dulcissima libera
litas: in se sperantibus non deesse. Hoc em̄ totū hois meri
tū: si totā spem suā ponat in eo: qui totū hominē saluū fa-
cit. In te sperauerunt patres nostri: sperauerūt & liberasti
eos: ad te clamauerunt & saluī facti sunt: in te sperauerunt ps.21.
& nō sunt confusi. Quis em̄ sperauit in eo & confusus est?
Sperate in eo omnis cōgregatio ppli. Quēcunq; em̄ locū
calcauerit pes uester: uester erit. Pes uester utiq; spes ūra
est, & quātūcunq; illa, peesserit obtinebit: si tm̄ ī deū tota fi-
gatur: ut firma sit & nō titubet. Quid timeat aspidem aut
basiliscum: quid leonis rugitus: aut draconis sibilos expa
uescat? Quoniā in me sperauit liberabo eum. Porrò libe-
ratū quidē ne iterū egeat liberari: protegā eū & conserua
bo. Si tamē cognouerit nomē meum ne sibi tribuat q libe
ratus est: sed nomini meo det gloriā. Protegā eū quoniam
cognouit nomē meū. In præsentia em̄ nullus glorificatio
in notitia nōis protectio exhibet. Spes in nomine: res in
facie est. Quod em̄ uidet quis: quid sperat? Fides utiq; ex Roma.8.
auditu & ea quidē iuxta eundē apostolū est rerū substan-
tia sperandarū. Protegā eū qm̄ cognouit nomē meū. Nō
nouit nomen eius qui illud assumit inuanum: qui dicit ei
dñe dñe, & nō facit quæ dicit ipse. Non nouit nomen eius
qui cū nec honorat ut patrē: nec ut dñm timet. Nō nouit
nomen eius: qui ad uanitates & insanias falsas conuertit.
Beatus uir cuius est nomē domini spes eius: & non respe-
xit in uanitates & insanias falsas. Hoc nomē cognouerat ps.39.
qui dicebat. Nō em̄ est aliud nomen datū hoibus in quo
oporteat saluos fieri. Nos quoq; si nouimus nomen san- Actu.4.
ctū quod inuocatum est super nos: desiderandū utiq; no-
bis ut semp sanctificet in nobis: atq; ita orandū iuxta do- Mat.6.
ctrinā utiq; saluatoris. Pater noster qui es in cælis: sanctifi
cetur nomē tuum. Deniq; audi quid sequatur in psalmo.
Clamauit ad me & ego exaudiam eum. Hic fructus noti- Textus.
tiæ nominis: clamor orationis: porrò fructus clamoris,
exauditio saluatoris. Quomodo enim aut non inuocans
exaudiri poterat: aut nomen dñi nesciens inuocare? Gra
tias ei qui manifestauit hominibus nomē patris: fructum
salutis in eius inuocatione constituens sicut scriptum est.
Quicunq; inuocauerit nomen domini: saluus erit. Ioel.2.

De.xv.uersu. Sermo deci
mus sextus unde supra.

CLamauit ad me & exaudiam eum. Hoc planè Textus.
est testamentum pacis: hoc pietatis fœdus hoc
pactum misericordiæ & miserationis. Sperauit
in me liberabo eum. Nomen meum cognouit:
protegam eum. Inuocauit me & ego exaudiam eum. Nisi
enim hæc aut similia diceret: quis non diffideret? Quis
gloriabitur castum se habere cor? Nunc autem apud te
propitiatio est, & propter hanc legem tuam sustinui te
domine. Dulcis lex: quæ meritum exaudītionis in clamo
re constituit postulationis. Clamauit, inquit, ad me & ex-
audiam eum. Merito non exauditur qui clamare dissimu-
lat: aut omnino non postulans: aut tepide postulans & re-
misse. Siquidem in dei auribus desiderium uehemens cla-
mor magnus: è regione autem remissa intentio: uox sub-
missa. Quando illa penetrabit nubes quando audietur
in cælis? Nempè ut clamandum sibi nouerit homo inter
primordia suæ orationis ipsum quem oraturus est patrē
in cælis esse protin9 ammonetur: q uidelicet impetu quo

dam ſpūs illo ſibi iaculādā eſſe memínerít oratiōnē. Spūs
e deus, & in ſpíritu clamet neceſſe eſt, quiſquis clamorē
ſuū ad eū deſiderat peruenire. Sicut enim nō faciem hoīs
reſpicit tanquā homo ſed magis íntuet cor: ſic ad cordis
potius uocem quàm corporis aures eius: cui merito dicit
Exo.14. Deus cordis mei. Hic eſt q moyſes foris tacēs intus audí
tur dicente dño. Quid clamas ad me? Clamauit ad me &
exaudiā eū non immerito. Clamorē magnū ſane magnitu
do neceſſitas extorſit. Quid enim clamās petit: niſi conſo
lationē: liberationē: glorificationē? Alioquín quomō ſu
per his exaudíf: ſi pro alijs clamat. Exaudíam eum ait. In
quo exaudies dñe uel ín quibus? Cum ipſo ſum ín tribula
tione: eripiā eū & glorificabo eū. Ad magnū illud tríduū
quod proxime ſumus celebraturí: hūc mihí terrenarium
árbitror referēdū. Siquidē & ipſe ꝓpter nos tribulationē
& dolorē inuenit: qñ ꝓpoſito ſibí gaudío ſuſtinuit crucē
confuſione contēpta. Verūtamē q de ipſo erant ſicut ante
mortē prædixerat: finē habuerūt & ſicut ī morte dixit cō
ſummata ſunt, & extunc ſabbatizauit. Nec dílata eſt glo
ria reſurrectiōis die tertía: ſummo dílúculo ſol iuſtitiæ de
tumulo ortus eſt nobís. Ita ergo fructꝰ pariter tribulatío
nis & ueritas ereptionis: ín manifeſtatione glorificatiōís
apparuit. Nihilomínꝰ quoq; & ī nobís: ſimíle quoddā trí
duū poſſe uidebít aſſignari. Cū ipo ſum, ait, ī tribulatiōe.
Ioan.16 Quādo hoc niſi in die tribulationís noſtræ: ín die crucis
2.Thi.3. noſtræ: dū implef quod ipſe ait. Immundo quidē preſſurā
habebítis: & qđ apl's eius, oēs q pie uolūt uíuere ín chrí
ſto perſecutionē patiunt? Nam líberatío plena atq; pfecta
ante diem ſepulturæ eſſe nō poterít: qđ' maneat ſugū gra
ue ſuper filios adam: à die exitus de uentre matrís coꝝ uſ
q; in diē ſepulturæ ín matrē oīm. In hac ergo die eripiam
eū, ínquít, qñ nihíl iam ultra qđ' uel corpori uel animæ fa
ciat mundus habebit. Sane glorificatio diē ultimū manet
diem reſurrectionís: qñ ſurget ín gloria qđ' in ignomínia
interim ſeminat. B Vnde ſcímus q nobíſcū ſit in tribu
latiōe? Ex eo utiq; q ín ipa tribulatiōe nos ſum⁹. Quís eī
ſuſtíneret: qs ſubſtíteret: qs pſíſteret ſine eo? Oē gaudium
exíſtimem⁹: cū in tribulatiōes uarías íncíderímus fratres
mei: nō modo ga per multas tribulatiōes oportet nos ín
trare in regnū dei: ſed qñ iuxta eſt dñs his qui tribulato
p̄s.11. ſunt corde. Si ambulauero in medio umbræ mortís, ait q
dā: nō timebo mala: qñ tu mecum es. Ita ergo nobíſcum
eſt oībus diebus uſq; ad conſummationē ſeculi. Quando
autē nos erímus cū ipſo: Nimírū qñ rapiemur obuiā chrí
ſto ín aera: & ſic ſemp cum dño erímus? Quādo apparebí
mus cū ipſo in gloria? Nempe cū chriſtus apparuerit uita
noſtra. Interím ſane abſcondaſ neceſſe eſt: ut præcedat trí
bulatio ereptionem, ereptio glorificationē. Vox liberati.
p̄s.14. Conuertere aīa mea in requiem tuā: qa dominus benefe
cit tibí. Quia eripuit aīam meam de morte: oculos meos à
lachrymís: pedes meos à lapſu. Eripíam eū & glorificabo
eū. Eelix qui te interím cōſolatorē & adiutorē habet: adiu
tor ín opportunitatibus ín tribulatiōe. At quàm felícior
quē iā eripuíſti: & exemíſti tantís malís: quàm felícior quí
ſam exemptus de laqueo uenantiū: quí ſam raptus eſt: ne
malitia muret intellectū illíus: aut ne fictío decipiat animā
eius. Longe tamen præ his omnibus fœlicíſſimus ille erit
quē aſſumpſeris ad teipſum: quem repleueris ín bonís do
mus tuæ: & claritatí tuæ cōformaueris eū: Et nunc filíolí
clamemus in cælū, & miſerebíf noſtri deus noſter. Clama
mus in cælū: qa ſub cælo oīa: labor & dolor: uanitas & af
flictio ſpūs. Deniq; prauū eſt cor hoīs & imperſcrutabile,
proní ſenſus eius ín malū. Nō eſt ín me bonum: hoc eſt ín
carne mea. Lex peccatí in ea habítat: aduerſus ſpíritū con
cupíſcit. Poſtremo & cor meū dereliqt me, & corpus mor
tuū eſt propter peccatum. Sufficít aūt dici quoq; malitia
ſua, & eſt mundus ipſe poſitus ín maligno. Q; nequàm ín
omnibus ſeculū pſens: quàm nequiter aduerſus animā ſe
cularia deſideria mílitare noſcuntur. Sūt & príncipes mū
dí huí? tenebrarū harū: ſpíritales nequítiæ aeríæ poteſta
tes, & ínter eas callidíor cunctis animātibus ſerpēs. Hæc
ergo ſub ſole omnía. Hæc omnía ſub cælo. Ad quod horū
confugíū facís? In quo horum omnium ſperas ſolatiū alí
quid, aliquid auxilíū inueníre? Sí quæras ītra te: aruit cor p̄s.10.
tuum, & oblíuioní datum te reperís: tanquā mortuum à
corde. Sí infra te: corpꝰ quod corrumpitur aggrauat aní
mam. Sí circa te: etiam terrena habitatio deprímit ſenſum Sap.9.
multa cogitantem. Quære ergo ſupra te: ſed cautus eſto Luc.1.
uentoſa agmina tranſílire. Quía enim omne datum opti
mū, & omne donum perfectū, non níſi deſurſum eſſe noue
runt: medíum iter latrunculi obſedere. Transí ergo, tranſí
peruígiles íllas nequítias: quæ tam indefeſſe cuſtodíūt & Gen.39.
obſeruant: ne quís ín íllam poſſit cuadere cíuítatem. Sí te
percuſſerint, ſi uulnerauerint dímitte eís pallíū: quod ín Mar.14.
ægypto olím Ioſeph adulteræ dereliqt, dímitte Syndonē
ut cum euangelico illo íuuene pfugías nudus ab eís. Num
quíd non ſolum pallium eius & ſydonem dederat deus ín
manus impij: in cuius facultatem & carnē dans poteſtatē
ueruntamē animam (ait) illí? ſeruae? Ita ergo ſurſum cor:
ſurſum clamor: ſurſum deſideria: ſurſum conuerſatío: ſur Ioan.3.
ſum íntentio, & omnís expectatio tua deſurſum ſit. Clama
in cælum ut exaudíaris, & qui ín cælis eſt pater nittat tí
bí auxílium de ſancto, & de ſion tueatur te. Mittat interím
auxílíū de tribulatione eripíat à tribulatiōe: glorificet ín
reſurrectiōe. Magna ſunt hæc: ſed tu magnæ dñe promíſi
ſti. Ex tua promiſſione ſperamus: inde audemus dícere: ſi
corde clamemus pío, certè debes ex promiſſo. Amen.

De ultimo uerſu. Sermo decimus ſeptimus unde ſupra.

BEne nobíſcū agíf fratres: ſatis cōpetít huíc tpí
uerſus pſalmi. Celebraturís ꝓxime dñícā reſur
rectionē: iam nūc cuiq; nr̄m ſua ꝓmittíf: ut feſtí
uí⁹ in capite ſuo factū recolāt mēbra: qđ' ī ſeípís
præítolant aliqñ faciēdū. Cōgru⁹ finís pſalmi: ubí pſallēti
finis ꝓmittíf tā beatus. Iocunde cōpleſ: dū in eo ſpondeſ
repletio tā iocūda. Longitudine, inqt, dierū replebo eū & Textus.
oſtendā illí ſalutare meū. Sæpius uos ammoneo fratres q 1.Thi.4.
iuxta panli ſententiā ꝓmiſſionē habeat pietas uitæ eius: q
nunc eſt pariter & futuræ. Vnde & ídē ait: habetis nunc q Roma.6.
dē fructū ueſtrū in ſanctificationē finē uerò uitā æternam.
Ipſa eſt q hoc loco ꝓmittitur plenitudo ípa lōgitudo díe
rū. Quíd enī tā longū quàm qđ' æternū eſt? Quíd tā lōgū
quàm qđ' nullo fine præcídíf? Bonus finís uita æterna: bo
nus finis quí finē non habet. Et ſanè cuius finís bonus eſt,
quoniam bona eſt: Amplectamur itaq; ſanctificationem
ipſum quoq; bonum eſt: quoníam finis eius uita ſine fine.
Sanctimoníam ſectemur & pacem, ſine qua nemo uídebít
deū. Longitudine, inquit, dierū replebo eū, & oſtendā illí
ſalutare meū. Dextræ dei eſt iſta promiſſio: munus eſt dex
træ quā ſibí olím ſanctus porrígi optabat. Operí, inquít, Iob.14.
manuū tuarū porríges dexterā: delectationes ín dextera
hac uſq; in finē. Hāc nimírū & ille ſibí porrígi optauit: &
obtínuit dexterā: de quo pſalmiſta ait: Vitā petiit à te: & p̄s.20.
tribuiſti ei longitudinē dierū in ſeculū & in ſeculū ſeculí. ꝓuerb.3.
Manifeſti⁹ deniq; ſapiēs dixit: In ſiníſtra illíus diuitiæ &
gl'ia, in dextera eius lōgiturnitas uitæ. Quíd eſt hō q uult
uitā, dilígit dies uidere bonos? Hæc enī uita qua uíuimꝰ
magis mors eſt: nec ſimpliciter uita, ſed uita mortalis. Mo
rif hō dícimus: qñ mortí certiſſime appropínquat. Quíd
uerò agimus ex quo primū incípimus uíuere: niſi mortí
appropinquare & incípere morí. Sed & dies qualeſcunq;
uitæ huius pauci & malí ſunt: ſicut ſanctus patriarcha te
ſtatur: Ibi uerè uíuif: ubí uíuída uita eſt & uitalis. Ibi dies
boni ubi interminabilis longitudo dierum. Gratias ei Iob.13.
qui tam non modo fortiter, ſed & ſuauiter diſponit uní
uerſa. Eorum nempe paucitas dierū ſinietur breuí: quorū
ſufficit cuiq; malitia ſua. ubi aūt dierū bonitas: æternitas
quoq; non deerit. Lōgitudine dierū replebo eū. Q; prius
dixerat glorificabo eū: cuídēti⁹ hoc uerſiculo declarauit.
Cui tñ non ſuffíceret ab eo glorificarí: cuius perfecta ſunt
operā? Non enī tanta immēnſitas: niſi in immēſum quem
piam glorificare pōt. Neceſſe eſt magna ſit glorificatio à
magnifica gloria quæ deſcendit. Voce delapſa à magní 1.Pet.1.
fica glo-

fica gloria ait Petrus. Bene magnifica gl'ia, glorificans tã magnifice in longitudine, in multitudine, in plenitudine claritatis. Fallax gloria & uana est claritas: dies hominũ breues. Sapies eiusmodi nõ optabit: magis loquet ex corde ei q intuetur cor, & diẽ hois nõ desiderauí tu scis. Ego tñ pl⁹ aliq d quã nõ desiderat, desidero: ut ne recipiã qdẽ.
Ioan.5. Scio enĩ cui⁹ nox sit: ego claritatẽ ab hoie nõ accipio. Q; uero miseri: q gloriã q̃ ab inuicem est q̃rimus: & nolumus eã q̃ à solo est deo. Sola siquidẽ ea quã solã negligim⁹: longitudinem habet solã repletionem. Breues dies hois: &
Esa.40. dies eius tãquam flos agri sic efflorebit. Exiccatum est, inquit fœnũ & cecidit flos: uerbũ aũt dñi in æternũ manet. Verus nimirũ dies q non nouit occasum: æterna ueritas: uera æternitas: ac perinde uera æternaq; satietas. Aliogn quõ gloria illa replebit: q̃ fallax & uana est: Deniq; & inanis dicit: ut noueris te ex ea magis exinaniri posse: nõ posse repleri. Bonum ergo interim magis abiectio quàm elatio est: bonũ magis necessitas quàm uoluptas: quod cum utraq; res citi⁹ trãseat: altera pœnã habeat: altera situ parietura coronã. Vtilis tribulatio q̃ pbationem operat: ducit ad gloriã. Cũ ipso sum, inqt, in tribulatiõe: eripiã eum & glorificabo eũ. Agam⁹ gratias patri misericordiarũ q nobiscũ est in tribulatione, & in oĩ tribulatione nr̃a nos cõsolatur. Res enĩ ut dixi necessaria, tribulatio q̃ in gloriam uertit: tristitia quæ mutat in gaudiũ. Gaudiũ sane longũ qd' nemo tollit à nobis, gaudium multiplex, gaudiũ plenũ. Res necessaria est ista necessitas: q̃ coronã parit. Non cõtẽnamus fratres, semẽ modicũ est: magn⁹ exinde fruct⁹ exurgit. Forte insipidũ: forte acerbũ est: forte granũ sinapis. Nõ cõsideremus q̃ uident sed q̃ nõ uident in eo. Quæ enĩ uident tpalia sunt: quæ aũt non uidentur æterna. Prælibemus primitias gloriæ: gloriemur in spe gloriæ magni dei. Non solum autem sed ut dicam expressius: gloriemur in tribulatione. In ea siquidem spes gloriæ est. Vide si nõ
Rom.5. hoc ipsum docere uoluit apostolus cũ subiunxit: Q̃m tribulatio patientiam operatur &c. Manifeste aduertere est in his uerbis cũ p̃misisset apl's gloriari in spe: nõ aliud alíquid: sed amplius eum addidisse dicendo. Non solum aũt sed & gloriari in tribulationib⁹. Non enim altera gloriatio cõmendatur: sed additur ubi spes gloriæ: ubi ipsa spei gloriatio requirat. Siquidem in tribulatiõe spes gloriæ: imo & ipsa in tribulatione gloria cõtinet: sicut spes fruct⁹ in semine, sic & ipse fructus in semine est. In hunc modum etiam modo regnum dei intra nos est: thesaurus ingens in fictili uase: in agro uili. Est inquam sed abscõditum est: felix qui ibi inuenerit illud. Quis ille: Nempe qui messem magis cogitauerit quàm sementem. Oculus fidei inuenit hunc thesaurum: non fm facies iudicans: sed uidẽs quæ nõ apparent: sed intuẽs quæ nõ uident. Quàm ueraciter hunc thesaurum inuenerat: quem uolebat inueniri & ab
2.Cor.4. alijs: qui dicebat. Momentaneum hoc & leue tribulationis nostræ: supra modum in sublimitate æternum põdus gloriæ operat in nobis. Nõ dixit remunerabit: sed æternũ põdus gloriæ opat in nobis. Latet gloria fratres mei abscõdita nobis est in tribulatione: in momentaneo hoc latet æternitas: in hoc leui, põdus sublime & supra modũ. Interim ergo festinemus nobis emere agrum istum: emere thesaurum istum, qui absconditus est in agro. Omne gaudium existimemus cum in uarias inciderimus tribulationes. Dicamus ex animo, dicamus ex sententia: bonũ magis ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuij. Cum ipso sum in tribulatione, ait deus: & ego aliud interim requiram quàm tribulationẽ. Mihi adhærere deo bonum est. Non solũ autẽ: sed & ponere in dño spem meam: quia eripiam eum, inquit, & glorificabo eum. Cum ipso
Prouc.8. sum in tribulatione. Delitiæ, inquit, meæ esse cũ filijs ho-
Luc.1. minum. Emanuel nobiscũ deus. Aue gratia plena, ait angelus ad Mariam: domin⁹ tecum. In plenitudine gratiæ nobiscũ est: in plenitudine gloriæ erimus nos cũ eo. Descendit ut prope sit his qui tribulato sunt corde: ut nobiscum sit in tribulatione nostra: erit autem quando rapiemur in nubibus obuiã Christo in aera: & sic semp cũ dño erimus: si tamẽ cutemus interim eũ habere nobiscũ, ut sit comes uiæ: qui patriæ redditor est futurus: imo q tũc patria mõ sit uia. Bonum mihi dñe tribulari dummodo ipse sis mecum: quàm regnare sine te: epulari sine te: sine te gloriari. Bonum in tribulatione magis amplectite, in camino habere te mecũ: quàm esse sine te uel in cælo. Quid enĩ mihi est in cælo: & à te qd uoluí sup terrã? Aurum probat fornax: & uiros iustos tentatio tribulationis. Ibi cũ eis es
Daniel.3. domine: ibi in tuo nomine cõgregatis medius astas: sicut olim cum tribus pueris es dignatus etiã ethnico apparere ut diceret: qa species quarti: similis filio dei. Quid trepidam⁹, qd cunctamur, qd refugimus hũc caminum? Sæuit ignis: sed dñs nobiscũ est in tribulatione. Si de⁹ nobiscũ: qs contra nos? Nihilomin⁹ quoq; si ille eripit: quis est q rapiat de manu eius. Quis est q de manu eius possit eruere? Postremò si ille glorificat: quisnam alius inglorium faciet? Si ille glorificat quis humiliabit? Audi deniq; quanam gloria ipse glorificet. Longitudine, inquit, dierũ re-
Textus. plebo eum. Et primo qdem in eo quòd dierũ nomen pluraliter posuit: non uicissitudinẽ aliquã: sed multitudinem uoluit cõmendare. Alioquin si uicissitudinem suspicaris:
Psal.83. melior est dies una in atrijs dñi, sup milia. Legimus sctos atq; perfectos uiros etiam ab his dieb⁹ nostris, plenos migrasse dierum: nec sanè aliud quàm uirtutum plenos: plenos intelligimus gratiarum. Nimirum in hanc plenitudinem uelut de die in diem: de claritate in claritatẽ: nõ qdẽ à suo: sed à dñi spiritu transformãtur. Si ergo dies gratia dicitur: si ut supra meminimus: etiam dies hominis claritas quæ ab homine est: & male nitẽs gloria quã ab inuicẽ quærimus: quõ non magis uerus dies & plenus meridies uerę gloriæ plenitudo? Quòd si dies plurimos diuisiones dicimus gratiarum: quõ nõ in multiplici gloria, dierum intelligitur multitudo? Postremò cuidentius audi sine ul
Esa.30. la uicissitudine dies multos. Erit lux lunæ sicut lux solis (ait ppheta) lux solis septempliciter sicut lux septẽ dierũ. Istis, ni fallor, cunctis diebus uitæ suæ, psalmos suos cantare in domo dñi rex fidelis optabat. Erit enĩ deuotos esse deo: ad singula tantæ & tam multiplicis gloriæ munera: & in omnibus semper gratias agere, quasi cunctis diebus psalmos dicere nomini ei⁹. Lõgitudine dierũ replebo eũ. Ac si manifesti⁹ dicat. Scio qd desideret, scio qd sitiat, qd sapiat ei. Non enĩ aurũ uel argentũ sapit, nõ uoluptas, nõ curiositas, nõ dignitas aliqua secularis. Oĩa detrimẽtũ facit: oĩa aspernat & arbitrat ut stercora. Exinaniuit penit⁹ semetip̃m: nec se ex his patit occupari: qbus nouit se non posse repleri. Non ignorat ad cuius imaginem conditus sit: cuius magnitudinis capax sit: nec sustinet de modico crescere: ut de maximo minuat. Itaq; lõgitudine dierum replebo eũ: quem nisi lux uera reficere: nisi æterna implere non potest. Siquidem nec longiturnitas illa terminũ: nec claritas illa occasum: nec satietas illa fastidium habet. Erit enim securitas de æternitate: gloriatio de ueritate: exultatio de satietate. Et ostendam illi salutare meum. Nimirum extũc uidere merebitur quod optauit: cũ sibi rex gloriæ gloriosam exhibebit ecclesiam: non habẽtem maculam ob splendorem diei: sed neq; rugam ob omnimodam plenitudinem sui. Alioquin ad illius fulgorem lumínis sicut non impurus sic nec turbatus quidem in aliquo animus uel inquietus assurgit. Inde est q̃ nunc quoq; (ut supra memini) sanctimoniã simul & pacẽ sectari præcipimur q̃ sine his nemo uideat deum. Cũ ergo repleuerit in bonis desiderijs tuũ: ut nõ aliud sit qd' requiras: serenato penit⁹ ex ipsa plenitudine aio uidere iã poteris serenitatẽ illam: illam plenitudinem maiestatis: similis deo factus q̃ uideas eum sicuti est: aut fortè iam plenus omni gloria in semetipsa: etiam foris saluationem quã operatus est deus, & plenam maiestate eius omnem terram undiq; circumspiciet delitiosissimus delitiosissimi seculi habitator: ad hoc quoq; referri posse uidebitur quod adiecit: & ostẽdã illi salutare meum. Alioquin accipiamus si magis placet

etiã hoc mõ, ut ipsos quos pmiserat dies in hac ostẽsione
Psal. 120. salutaris exponat. Lõgitudine, inqt, dierũ replebo eũ. Et tãquã q̃reres unde erit dies in ciuitate de qua legim⁹: qa nõ lucebit ibi sol p diẽ: nox eñ nõ erit in ea: ostendam illi ait salutare meũ: ut quẽadmodũ & in illa scriptura dicit: Lucerna eius sit agnus. Ostendã illi salutare meũ. Non iã in fine erudiã: nõ iam exercebo in spe sed specie adimplebo. Ostendã illi salutare meũ: ostẽdã illi Iesum meũ: ut in æternũ iã uideat in quẽ credidit, quẽ dilexit, quẽ semper
p̃s. 84. optauit. Ostende nobis dñe miam tuã: & salutare tuũ da nobis. Ostende nobis salutare tuũ: & sufficit nobis. Qui
Ioan. 17. eñ uidet illũ uidet & te: qa ipse in te & tu in ipso. Hæc est aũt uita æterna ut cognoscam⁹ te uerũ deũ: & quẽ misisti Iesum christũ. Itaq; tũc dimittes seruũ tuũ dñe ſm uerbũ tuũ in pace: eũ uiderint oculi mei salutare tuũ: Iesum tuũ: dñm meũ: q est sup oĩa deus benedictus in secula. Amen.

Expliunt sermones in psalmum: Qui habitat.

Incipiunt sermones eiusdem de diuersis.

De nimia quadam fallacia præsentis uitæ. Sermo. C

VEra oĩno sentẽtia frẽs: qñ tẽtatio est uita hoĩs sup terrã. Siquidẽ fallax est, nec simpliciter fallere cõsuecuit. Vt eñ multipliciter illudat hoĩb⁹ mutat faciẽ: mutat uocem, modo ait, mõ negat, nec erubescit, de ipa quãtitate sua diuersis diuersa loquit: imo & eidẽ diuerso tpe cõtraria quoq; suggerit & aduersa. Modo eñ se breuẽ esse causat, mõ simulat lõgiorẽ. Dũ peccare delectat adhuc: gemit altius p breuitate sua. Nec breuitas falsa sed gemitus fallax: q id memoret cũ mœrore: unde magis oportuerat gratulari. Siquidẽ bonũ est ei: si sic agere perseuerat: ut flagitiꝫ eius quib⁹ uoluntas modũ non ponit: uel necessitas finẽ ponat. Expedit ei q semp aĩa morit: ut corpore citius moriat: magis autẽ ei bonum erat si nat⁹ nõ fuisset hõ ille. Et ipsa denicꝫ uitæ memoria breuioris: remediũ magis quàm incẽtiuum debuerat esse
Eccli. 7. peccati sicut scriptum est. Memorare nouissima tua: & in æternum nõ peccabis. Quòd si usq; adeò regnat in te peccatũ: imo usq; adeò delectat te seruire peccato, ut doleas tibi modicum tps esse quo seruias ei: sed eousq; latam dilĩgis uiã, ut oĩmodis optes si posses eam etiã facere lõgam: uelis nolis non longe est finis eius: sed tu fateor longe es à regno dei: & firmissimum pepigisse uideris cum morte
Psal. 106. fœdus: pactum cum inferno. Errauerũt (ait ppheta) in solitudine in inaquoso: uiã ciuitatis habitaculi nõ inueneNota. rũt. Solitudo hæc supborũ est: qa solos se esse repurãt: solos appetũt reputari. Literatus est, odit sociũ. Astutus in negocijs secularibus: neminem uellet sibi similem inueniri. Pecuniosus est: si ditescere uiderit alterum, cruciatur. Fortis est aut formosus: da ei parẽ & cõtabescit. Solitari⁹ est, sed erroneus. Errat in solitudine sua: nõ enim solus habitare poterit super terram. Nec mirũ q solitudini huic in inaquosum addit ut dicat in solitudine in inaquoso. Sicut eñ in solitudinibus aquæ deesse solent: & loca deserta sterilia quoq; & arida esse cõsueuerũt: sic superbiã impœnitentia comitat. Elatũ eñ cor, durũ & expers est pietatis: ignarũ cõpũctionis: siccũ ab omni rore gr̃æ spiritalis: qa
Iacobi. 4. superbis deus resistit, humilib⁹ uerò dat gratiã. Qui emittis fontes in cõuallibus: inter mediũ mõtiũ (ait ppheta) ptransibunt aquæ. Hinc est q de seipso miserabiliter con
p̃s. 142. querens ait. Aĩa mea sicut terra sine aqua tibi. Siquidem aquæ inopia nõ mõ aridũ, sed & sordidũ facit, dũ non est quo laueris: & hũanũ cor lachrymas nescies, nõ mõ durũ
p̃s. 6. sed & impurũ esse necesse est. Lauabo, ait, p singlas noctes lectũ meũ: ut conscientiæ maculas diluã. Lachrymis meis
Matt. 13. stratũ meũ rigabo: ne in me quoq; fiat q̃d̃ scriptũ est de semine q̃d̃ cecidit supra petrã & natũ aruit: qa nõ habebat humorẽ. Errauerũt in solitudine in inaquoso uiã ciuitatis habitaculi nõ inueneruũt. Errauerũt planè in inuio: & nõ in uia. Neq; eñ uia est: lata uia. Rectitudo qppe ad uiã: latitudo ad planitiẽ magis quàm ad uiã ptinet. Solitudo inuia lata est uia: & ubi nulla est uia totũ est uia. Sic est uita expolita uitijs: latissimos habẽs hincinde terminos: qa nullos terminos habẽs: nec uita sanè dicẽda est: qua nimirũ soli uiuit̃ morti apl'o teste q ait. Quia si ſm carnẽ uixeri Roma. 8. tis moriemini. Sic nec circuit⁹ uia: & tñ impiorũ est uia: sicut scriptũ est. In circuitu impĩ ambulãt. Ipsa est spaciosa p̃s. 11. uia: cuius latitudinis spaciũ nullis claudit̃ metis: ubi nec lex est p̃uaricatio. Hmõi ergo filĩs diffidẽtiæ q totos sese corporeis uoluptatib⁹, & ꝓprijs uolũtatib⁹ tradiderũt fi ducialiter. Fallax uita breuẽ sese esse fatet: ut carnaliter doleant q instar principis sui modicũ tps se habere cognoscãt: atq; eo uehemẽtius ad oẽ flagitiũ inardescãt: sicut q dã dicere referũtur. Nõ nos p̃tereat flos tpis: coronemus nos rosis antequã marcescãt. Nullũ pratũ sit q̃d̃ nõ ptranseat luxuria nostra: nullus sit expers luxuriæ nostræ ubicq; relinquam⁹ signa lætitiæ: qñ hæc est pars, & hæc est sors nostra. Et manifestius. Manducemus & bibamus: cras eñ moriemur. Verũ id quidẽ rñdebit eis cras iustitia sua: nec manentẽ hic ciuitatẽ habẽt, uel ipsi q uiã ciuitatis habitaculi nõ inueneruũt: sed q eo magis peccare festinãt: prorsus insaniũt. Sanè eisdẽ ipsis qñ fortè immĩnẽtis sibi mortis: mortis cœperint horrere memoriã & terribilẽ expectationẽ iudicij cõtremiscere: cõtinuo huius uitæ fallacia lõgam se esse mentit̃: ut quã pauloante breuẽ esse dolebant pctõ uitã: nũc eandẽ repẽte inueniãt: usq; adeò prolongatã ut secure se posse putent nõ modicam adhuc partẽ cõsumere in pctis: q reliqua longa sit & sufficiat ad agendã pœnitẽtiã p pctis. Cæterũ sicut priorib⁹ nisi respuerint timor quẽ timẽt eueniet: imo grauius quàm quod uerent accidet eis: ut non mõ flagitiorũ tps uelociter trãseat: sed & succedat tps aut magis æternitas supplicioru̇m: ita & his cum dixerint pax & securitas: repẽtinus superueniet interitus: ut nõ possint nec dimidiare dies qbus sese somniãt adhuc esse uicturos: nõ illam quã sibi pollicẽtur dimidiationem explere dicrum. Vobis fratres nec tam à tristitia ueræ breuitatis: nec à fallaci consolatione simulatæ longitudinis timeo: q certissime iam cœperitis ire in ciuitatem habitationis, nec ambuletis in inuio sed in uia. Vereor autẽ ne nobis quoq; sed aliter uita ipsa simulatione longitudinis illudere uelit: non consolationem hinc afferens: sed magis inferẽs desolationẽ. Vereor, inquã, ne longiorẽ sibi uitam superesse quis reputans: ne grandem sibi restare autumans uiã, obruatur à pusillanimitate spũs, & labores tantos & tam diurnos sustinere posse desperet: quasi uerò non ſm multitudinẽ dolorũ suorũ in corde suo cõsolationes diuinæ lætificẽt aĩas electorũ. Et nũc quidẽ ſm multitudinem dolorũ: dũ adhuc quasi ad mensurã dantur. Cæterũ post hæc: delectationes nõ iam cõsolatiões in dextera eius usq; in finẽ. Concupiscamus illã dexterã fratres q̃ totos amplexabit̃ nos: suspiremus ad delectationes illas: ut (sicut breue est oĩno temp⁹) etiã pauci uideãtur nobis
Roma. 8. dies præ amoris magnitudine. Nõ sunt cõdignæ passiones huius tẽporis ad futurã gloriã q̃ reuelabit̃ in nobis. Iocũda promissio & uotis oĩbus amplectenda. Nõ enim astabimus quasi inanes & uacui spectatores: nec gloria quasi extrinsecus reuelabitur nobis, sed in nobis. Videbimus enim deũ facie ad faciem: sed nõ extra nos: qa in nobis erit utiq; oĩa in oĩbus. Nimirum plena erit gloria illa
Psal. 64. etiã oĩs terra: quãtomagis aĩa ipsa replebit̃. Replebimur, inquit, in bonis domus tuæ. Et q d dico q non aderit nobis gloria sed inerit. Nũc quoq; in nobis est. sed tũc reuelabitur. Nunc enim filij dei sumus: sed nondum apparuit quid erimus. Fratres mei, si non accepimus spiritũ huius mũdi: sed spiritũ qui ex deo est: sciam⁹ quæ à deo donata sunt nobis. Ego enim dico qñ oĩa. Et si mihi nõ creditis: apostolo credite. Qui ꝓprio, ait, filio non pepercit: sed ꝓ
Roma. 8. nobis oĩbus tradidit illũ: quo non oĩa etiam cum illo nobis donauit? Hæc nempe potestas filiorũ dei, quam dedit his qui receperunt eum. Hæc gloria cuiusq; fidelis: gloria quasi adoptati à patre: per eum utiq; cuius gloriam uidimus: gloriam quasi unigeniti à patre. Audi deniq; potestatem. Omnia, inquit, possibilia sunt credẽti. Sed adhuc multa, inquies, grauiter inquietant: multa euidẽtius aduersantur.

uel ſantur. Et miror quō oīa data memores: qbus fere nulla famulanť ad uotū. Seruire nobis uidenť aliqua, ſed cum labore nr̄o: neq; niſi pr̄ſeruierim⁹ eis. Iumēta ipſa niſi fuerint à nobis nutrita niſi domita: niſi fuerint pabulo ſuſtentata: nō adiuuāt. Terra ipſa q̄ debuerat nobis eſſe germanior nō ſine ſudore uultus nr̄i panē nobis miniſtrat: imo & cū coluerimus eā ſpinas & tribulos germinat nobis. Et cætera oīa deniq; ſi diligēter cōſiderem⁹: ſeruitiū à nobis magis exigūt quàm exhibēt nobis: ut ea interim ſileam q̄ ſunt parata nocere, ut eſt ignis ad exurēdū: aqua ad ſubmergēdū: feræ ad lacerādū. Et hæc qdē ita ſe habēt: ſed tñ
Rom.8. nō mētiť apl's ēt alio loco manifeſti⁹ aſſeueras ſcire ſe: qm̄ diligentib⁹ deū oīa cooperanť in bonū: his q ſ̄m ꝓpoſitū uocati ſunt ſcti. Verūtñ ſolerter attende: q̄ nō ad libitū famulari ſed cooperari dicit ad bonū. Neq; eñ ad uoluntatē ſeruiunt, ſed ad utilitatē: non ad uoluptatē, ſed ad ſalutē: non ad uotū, ſed ad cōmodū noſtrū. Vſq; adeò ſiquidē in hūc modū oīa nobis cooperanť in bonū, ut inter hæc oīa etiā ea q̄ niſhil ſunt numerenť: moleſtia morbus & ipſa mors etiā & pctm̄: q̄ q dē cōſtat naturas nō eſſe: ſed naturæ corruptiōes. An uerò ei peccata ipſa nō cooperanť in bonū: qui ex eis humiliór, feruētior, ſolicitior, timoratior & cautior inueniť? Hæc ſunt ergo primitiæ ſpūs: hæ primitiæ regni: hæc gloriæ prælibatio: hoc poteſtatis initiū & arra q̄dā paternæ hæreditatis. Cæterū cū uenerit qd̄ pfectum eſt: euacuabiť qd̄ ex pte eſt: ut ad uotū deinceps oīa diſponātur: q̄ indiſſolubili uinculo copulata ſibi utile & ſocīdū ſeparī ultra nō poſſunt. Hoc nēpe erit illud æter-
2. Cor. 4. nū gliæ pōdus de quo identidē ait apl's. Momentaneum, inq̄t, hoc & leue tribulatiōis noſtræ: ſupra modū in ſublimitate, æternū gloriæ pōdus operať in nobis. Perge ergo murmurare & dicere. Longū eſt, graue eſt: non poſſum tā immania & tam diuturna portare. Apl's momentaneum & leue perhibet eſſe qd̄ tolerat: & certè necdum à iudæis quinquies quadragenas una minus accepiſti: necdū nocte ac die in profundo maris fuiſti: necdum pl⁹ omnibus laboraſti: poſtremò necdū uſq; ad ſanguinē reſtitiſti. Vide ergo quàm nō ſunt cōdignæ ad gloriā paſſiones. Qd̄ tribulatiōis eſt, momētaneū eſt & leue: qd̄ gloriæ æternū eſt: & pondus etiā ſupra modū in ſublimitate. Quid in incertū tibi dies & ānos numeraſ? Trāſit hora, trāſit & pœna: nec accedūt ſibi: ſed cedunt potius & ſuccedūt. Nō ſic gloria, nō ſic remuneratio, non ſic merces ipſa laboris: neſcit uiciſſitudinē, neſcit finē, manet tota ſimul, & manet in
Pſal.39. æternū. Cū dederit inq̄t, dilectis ſuis ſomnū: ecce hæreditas domini. Sufficit eñ nunc cuiq; diei malitia ſua: nec laborē ſuum poterit reſeruare ſequenti: ſed oīm merces la-
2. Thi.4. borū in una illa die reddeť: cui altera nō ſuccedit. Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ (ait apl's) quā reddet mihi, nō
Pſal. 83. in illis, ſed in illū diē iuſtus iudex. Melior eſt eñ dies una in atrijs illis ſup milia. Guttatim pœna bibitur: liquando ſumiť: p minutias tranſit: nā in remuneratione torrens eſt uoluptatis & fluminis impet⁹: torrēs inundās lætitiæ flumen gloriæ & flumē pacis. Flumē planè eſt: ſed quod affluat, non quod fluat uel effluat. Flumen uocať, nō q̄ trāſeat uel pertranſeat: ſed q̄ abundet. Eternū, inq̄t, gliæ pondus. Non eñ nobis glorioſa ueſtis: non glorioſa domus: ſed ipſa gloria promittitur. Si quid uerò illorum aut ſimilū aliq̄n dicit: figura eſt. Nam in ueritate iuſtorū expectatio non aliquod lætum ſed ipſa lætitia eſt. Gaudent in cibis, gaudent in pompis, gaudent in diuitijs, gaudent & in uitijs hoīes: ſed luctus extrema occupat eiuſmodi gaudiorū: quod gaudium in materia conuertibili mutari neceſſe ſit, re mutata. Accendit cereus: non purum lumē eſt, ſed lucerna: ſiquidem ignis ipſe propria fomenta conſumit: nec niſi ipſa conſumptione fouet. Porrò deficiēte materia etiā ipſe deficiet: & ubi illam uideris prorſus exuſtā: hūc quoq; nihilominus extīctū eſſe reperies. Sicut ergo flammæ illius nouiſſima, fumus occupat & caligo: ſic lætitia lætæ rei in triſtitiā cōmutatur. Nobis autē non fauum mellis, ſed puriſſimum & liquidiſſimum mel repoſuit de⁹ ipſam planè lætitiā, uitā, gloriā, pacē, uoluptatē, amœnitatem, felicitatem, iocunditatē & exultationem theſaurizauit nobis dñs deus noſter: & hæc oīa unū: ut ſit participatio Hierlm in idipſum. Et hoc unū & idipſum nō niſi ipſe, ſicut ſupra meminimus dicente apl'o: qm̄ erit deus oīa in Coloſ.3.
oībus. Hæc merces noſtra: hæc corona nr̄a: hoc brauium noſtrū: ad qd̄ utinā ſic curramus, ut cōprehēdamus. Fratres nunquā prudēs agricola ſeminādi opportunitatē reputat lōgiorem, q̄ futuræ meſſis deſiderat ubertatem. Veſtri autē dies non minus utiq; quàm capilli oēs numerati ſunt: & ſicut pilus de corpore, ſic & momētum de tpe nō peribit. Habētes ergo talē promiſſionē chariſſimi: nō deficiamus aut fatigemur aliq̄n: nec graue cauſemur onus xp̄i: quod teſte ipſo leue eſt: uel ſugū qd̄ reuera ſuaue eſt: ſed ad omne quod uidemur portare pondus diei, æternū gloriæ pondus cogitemus. Ad quam nos ſua miſeratiōe perducat uirtutum domin⁹ & rex gloriæ: cui interim deuota humilitate clamamus: non nobis domine nō nobis: ſed nomini tuo da gloriam.

De obedientia, patientia, & ſapientia. Sermo.

OBſecro uos fratres per communem ſalutem, ſtudioſe ſuſcipite datā uobis opportunitatē operandæ ſalutis. Obſecro per miam pro qua tam miſerabiles uos facere ſtuduiſtis: facite ad qd̄ ueniſtis: ad quod aſcēdiſtis de fluminibus Babylonis. Su Pſal.136.
per flumina Babylonis (ait propheta) illic ſedimus & flemus dum recordaremur tui ſion. Nulla uobis hic nutriendorum liberorum cura: nulla ſolicitudo quomodo placeatis uxoribus: non de nundinis: non de negocijs ſecularibus: nō de ipſo uictu & ueſtitu neceſſe eſt cogitare. Procul à uobis magna quidem ex parte diei malitia & ſolicitudo uitæ. Sic abſcondit uos deus in abſcōdito tabernaculi ſui. Vacate itaq; dilectiſſimi & uidete quoniā ipſe eſt deus. Verum ut hoc quandoq; poſſitis curandum eſt uobis prius ut uideatis quid eſtis uos: & iuxta eiuſdem p
phetæ uocem: ſciant gentes quoniā homines ſunt. Huic Pſal.9.
duplici cōſiderationi: tota hæc ueſtra uacatio tribuatur ſicut ſanctus orabat. Deus nouerim me: nouerim te. Quō enim natus ſibi uidetur homo, labores fugitans & dolores? Aut quō ſcit ſe eſſe hominem: qui ad id paratus non eſt ad quod natus? Homo inq̄t, natus ad laborē. Nā ad la- Iob.13.
borē natū ſe dubitet: qui non natus eſt in dolore. Sed dolorē parturientis clamor, laborem prolis, fletus indicat & nagitus. Qm̄ tu laborē & dolorē cōſideras, ait propheta. Pſal.9.
Labor in actionibus: dolor in paſſionibus eſt. Proinde q ſe nouerat hominem, ad utrūq; paratus ſuppici confeſſio ne dicebat. Paratum cor meum deus paratum cor meum. Pſal.56.
Et geminā hanc p̄parationem euidentius exprimens: de actione quidem, paratus ſum (ait) & non ſum turbatus: Pſal.118.
ut cuſtodiam mandata tua: de paſſione uerò: ego, inquit, p̄s.37.
in flagella paratus ſum: & dolor me⁹ in cōſpectu meo ſemper. Nemo ſanè in hac miſera uita geminā hāc uexatiōnē ſe euadere glorietur. Nemo quippe ex oībus filijs Adæ ſine labore hic uiuit: nemo ſine dolore. Eſt qui declinat aliquos: ſed incidit proculdubio in grauiores. In labore, in- Pſal.72.
quit hominū nō ſunt: & cū hominibus non flagellabunť. Non tñ cōtinuo ſine labore ſunt: aut minime flagellātur. Deniq; propterea, inquit, tenuit eos ſuperbia. Grauis equi- Vbi ſupra
dem labor. Operti ſunt iniquitate & impietate ſua: grauibus planè flagellis. Siquidem non eſt gaudere impijs dicit dñs. Quod enim nec laboris anxietate, nec flagelli ſentiunt leſionem: ipſa iam inſenſibilitas uehementiam indicat paſſionis. Sudat paup in opere foris: ſed nunquid minus anxie diues intus in ipſa ſua cogitatiōe laborat? A perit iſte os ſuum in oſcitatione, aperit ille in eructatione: & interdum ille grauius faſtidio quàm iſte inedia cruciatur. Poſtremo uelint nolint non modo homines ſed etiam dæmones & faciunt & patiuntur quod prouidentia ſumma diſpoſuit. Cæterum nec leproſa obediētia: nec camina patientia commendatur. Inde eſt q̄ nō ſimpliciter petimus ut fiat uoluntas dñi: quàm in omnibus & per omnia fieri

Universidad de Deusto
Biblioteca

certissime cōstat: uolūtati eiꝰ cui⁹ quis resistit: sed ut fiat sicut in cælo & in terra. Quā nimirum adiectionē duabus quoq; præcedētibus petitionibus nihilomin⁹ reor aptā dā: ut patrē nostrū q in cælis est exoremus: quaten⁹ & nomē eius sanctificet: & regnū eius adueniat: & uolūtas fiat. Hæc oīa sicut in cælo sic & in terra: alioquin ubi nō sctīficatur nomē eius: Vbi tā regnū eius non uenit: qñ in noie Iesu oē genu flectit, cælestiū terrestriū & infernorū. Scio te qs es sanctus dei: ait etiā ipse malignus. At longe aliter & dissimili prorsus affectioe nomē istud sctificat in cælis, ubi tā inenarrabili iocunditate clamat sanctus sctūs sctūs dñs deus sabaoth. Sic & regnat nō in terra solū: uerūetiā in gehenna: imperiū habēs uitæ & mortis. Sed oīno dissimiliter regnat in his qui inuiti seruiūt: & qui uoluntarie famulantur. Bonus cibus obedientia: de qua nimirum & ipse dñs ait: Meus cibus est ut faciam uoluntatem patris mei. Et propheta: labores (ait) manuū tuarum qa manducabis: beatus es & bene tibi erit. Bonus cibus patientia pauperum quæ non peribit in finem: panis lachymarum: panis doloris. Verūtamē utriq; necessariū est condimentum sine quo uterq; insipidus non modo non reficiat: sed gustatus afferat mortem. Durissimus equidē cibus uterq; fratres: & nisi aliquod tertiū saporabile apponatur: utiq; mors in olla. Quid uerò tā saporabile quàm sapia? Nēpe lignū uitæ est qd' & ipsas aquas marath per Moysen dulcorauit. Farīmula est: quæ pulmētum ꝓphetarum p Helisæum saporauit. Ignis est: qui semper ardere præcipit in altari. Oleum est: ob cuius inopiā uirgīmbus fatuis ostiū claditur nuptiarū. Sal est: quod nulli sacrificio desse iubetur. Inde est q insulsos homines dicim⁹: quos intelligi uolumus minime sapētes. Et dñs sal in nobis habere præcipit: apostolus quoq; omnē nostrum sermonem sale monet esse conditum. Puto tū hanc ipsam quā obedientiæ & patiētiæ tertiam addi uolumus, sapientiam nihilominus triplicem inueniri: ut nostrū hoc cōdimētū uelut tribus quibusdā herbis cōficiatur, opus est ut iustitia sit in intentione, hilaritas in operatione, humilitas in reputatione. Insipida namq; deo & insulsa quodammodo nostra obedientia seu etiam patientia est: nisi oīm quæ uel agim⁹ uel patimur ipse sit causa: qa & quicquid facimus iubemur facere in gloriā dei: & nō si qd patimur: sed si quid propter iustitiā patimur beati. Oportet autem pusillanimitatem quoq; & tristitiā in omnib⁹ quæ agēda sunt uel tolerāda cauere: qa hilarē datorē diligit deus. Deniq; hilaritas ipsa & deuota uoluntas ad eam quam supra diximus præparationem specialiter noscitur ptinere. Porrò elationē sup omnia fugere necesse est. Quisqs eñ altū sapit: & opus ei⁹ & patiētia uanū sapit: nec grauior ullus sapor aut magis cōtrarius est ueritati. Vides ne quàm sit utile hoī scire se hoiem: ut perinde sit paratus ad mandatorū obediētiā & tolerantiā flagellorū: ac deinceps studeat ut qui nec labore interim pōt effugere, nec dolorē: sic saltē laboret & doleat: ut hæc sibi in cibos trāseāt salutares. Siqdē melior est obediētia quàm uictimæ: & melior est patiens, uiro forti. Inobediētia est causa mortis, oēs expimur: oēs morimur ꝓpter eā. Impatiētia aīæ pditio est, dicēte dño. In patiētia ura possidebitis aias uestras. Nihilomin⁹ aūt sapiētia quoq; quam diximus necessaria est ad salutem. Siquidem nō solū propter inobedientiam quibus obediētia defuit: aut propter impatientiam q patiētia caruerūt: sed & qui nō habuerūt sapientiā ꝓpter suā insipientiam perierunt. Et hæc quidem ut sciant hoies qñ hoies sunt: actionibus iam & passionibus deputati. Erat qñ in actione & meditatione positus erat homo: sine passione habens actionem, habēs etiā sine labore meditationem. Dico autem qñ positus est in paradisum: ut operaretur & custodiret. Verū hinc quoq; si non caderet erat aliqñ ꝓmouendus: ut sola iam frueretur cōtemplatione: sicut & ex hoc inferiori gradu quam modo tenet: nisi resurgere satagat, in infimū est quādoq; casurus: uidelicet ut in sola iam passione uersef: q nec opus nec ratio sed tūm passio apud inferos sit. Felix quidē cuius aīam corp⁹ nō aggrauabat: qa nec corrūpebatur. Sed lōge felicior si ad hoc pueniſſet, ut minoratus actu pleni⁹ pfectiusq; peiperet sapiam: gratis diligēs corpus, tanquā in nullo indigēs corpe. Esset eñ hic pulcherrimus ordo, & erit adhuc qñ erit. Neq; eñ aliquate⁹ desperādū, ut uidelicet sicut aīa deo: sic aīæ caro dicere uideretur: qñ bonorū meorū nō eges. Adimplebis me lætitia (ait) cū uultu tuo. Inde plenitudo inde satietas cū apparuerit glia tua. Nā q de corporū reformatioe & cōformatione claritati corporis ei⁹ expectam⁹ ex abūdāti quodā modo & mēsuræ supereffluētia erit: ut feliciter qdē in ipsi⁹ glorificatione sed non principaliter gaudeamus. Vxor (inquit) tua sicut uitis abundās in lateribus domus tuæ. Honorabitur caro sed iuxta mensuram: non in medio domus habitans: sed seorsum: nec in facie nobis sed in latere constituta. Filij tui sicut nouellæ oliuarum, in circuitu mensæ tuæ. Nimirum opera etiam ipsa nō deerunt: sed q nunc fiunt: non quæ fient tunc, sicut scriptum est. Opera enim illorum sequūtur illos. Verū & si gratulemur & agamus gratias deo super his quæ ipsius adiutorio gessim⁹: nō primū tamen eis locum dabimus: sed in circuitu locabuntur. Nunc uerò in regione corporum habitātes, corporibus sumus obnoxij: & ex quo dissipauerunt legē dñi parentes nostri: non modo faciendi tempus est: sed etiam patiendi, & omnium nostrum amplius labor & dolor. Durus eqdē cibus est ordeaceus panis: sed offenso rege pulsus palatio miles quālibet delicatus ad unum fortē quem solum habet seruulum diuertere opus habebit: ibi fouere latebras & insolita capere prandia: apud eum, regales delitias pultib⁹ rusticanis ac nobiles stratus sterglinio mutare seruuli: iuxta illud propheticæ lamētationis: qui nutriebantur in croceis amplexati sunt stercora. Ibiq; hoc maxime propheta deplorat oblitas propriæ conditionis ingenuas creaturas tantam dissimulare miseriam: nec modo non reputare quod tolerant: sed tanquā bona magna cōplecti quæ paulomin⁹ extrema sunt mala. Propterea si quidem & de seipso ait. Ego uir uidens paupertatē meam in uirga indignationis eius. Gemamus nos sub hoc onere fratres, & præsentes deploremus crummas: frequenter quisq; nostrū in uocē piæ querimoniæ erūpat & clamet: Infelix ego homo: qs me liberabit de corpore mortis huius: Studeamus etiam furari aliqñ nosmetipsos, & à pessimis occupationibus istis surripere, uel ad horam iaculari aios, uibrare corda in id quod suum est: & quod quanto naturali⁹, tāto suauius est. Hoc eñ est qd' dicitur. Vacate & uidete qñ ego sum deus. Neq; enim est oculorum uisio ista sed cordium: cum dñs dicat: Beati mundo corde, qñ ipsi deum uidebunt. Proprium hoc cordis bonū: nec seruili ad hoc indiget instrumento: ꝓprius eñ aīæ cibus est: de quo propheta: Aruit (inquit) cor meum: qa oblit⁹ sum comedere panem meum. Sanè qd' dicimus, dictu facilius nihil est: in comparatione dicimus operum: q lōge sit nobilior lingua quàm dextera: & ieiu⁹ hæc ad uerbū quàm ad actū illa moueatur. Alioquin & dictu & actu cogitatus facilior est q in eo quidē suo ipsius ore loquatur aīa: suis uideat oculis: suis manib⁹ operetur. Quis & hic interdū laborare eam necesse est: etiam in gemitu suo & intra proprium quoq; cubile compungi. Siquidem usq; adeò uita nostra inferno appropinquauit: qui soliusutiq; passionis est locus: ut & actionem passio: imo & ipsam quoq; cogitationē actio & passio pariter occuparint. Nonne eñ uobis quodammodo passiuæ sunt actiones, & in cogitationibus etiam dolor & labor: Heu uitula Effraim docta diligere triturā: assueta iugo: ignara quietis. Quādo ueniā & apparebo ante faciē dei? Quādo cessabūt hæc oia: & iā nō erit amplius neq; luctus neq; clamor: sed nec ullus dolor neq; labor ullus: Qñ inebriabit aiam ubertas domus dei: & torrēs ille indeficiēs uoluptatis diuinæ: Qñ totā sibi eā serenissimi cōtēplatio luminis nēdicabit: Filioli cōcupiscam⁹ in atria dñi: crebro suspirem⁹ illuc. Patria ura ipsa est, adoremus saltem, & à longe salutemus eā. Amen.

Ioan. 4. ꝑs. 127. Matt. 9. Collo. 4. Luce. 21. Thren. 3. Psal. 44. Matth. 5. ꝑs. 101. Rom. 7.

De cantico

De cantico Ezechiæ prophetæ. Sermo.

Psal.54. VIri sanguinum & dolosi, nō dimidiabunt dies suos: plcuerātes in sua uetustate usq; ad mortē: & hoc ga nō timēt dñm. Verū q timore dei initiatur ad sapientiam: is continuo dimidiat dies suos: exclamās præ timore: uadam ad portas inferi. Cui⁹ utiq; inferi metu cū cœperit quiescere à malis: incipit de bonis ēpere consolationē: qa necesse est in alterutro cōsolari. Est aūt bona cōsolatio de spe salutis æternæ: in quam sublatis peccatis q̄ separabant inter ipsum & deū: per dei gratiā reuiuiscit & hilarescit. In quo cū cœperit ꝓficere, 2.Thi.5. hoc est pie uiuere in xp̄o: necesse est (teste scriptura) pse-cutionē patiat: ut reces gaudiū uertat in mœrorē: & dulcedo boni uix summis (ut ita dicā) labijs attacta in amari Iob.30. tudinē cōmutetur, ita ut libeat dicere: Versa est cythara mea in luctū, & cantatio mea in plorationem. Plorat ergo amari⁹ amissam dulcedinē: quàm pri⁹ fleuerat admissam pctōrū amaritudinē: & hoc tādiu facit, donec deo miserā te cōsolatio redit. Qua denuo redeūte: cognoscit eā quā passus est tentationē, ꝓbationē fuisse nō desolationē. Por rò probationē fuisse ad eruditionē nō ad destructionem: Iob.7. sicut scriptū est: Visitas eū diluculo & subito probas illū. Vnde & cognito suo de tētatiōe ꝓfectu nō tātum nō refugit: sed etiā tentari appetit: ꝓba me, inquiens, & tenta me. Crebris itaq; hmōi uicissitudinib⁹ inter grāe uisitationē: & tentationis probationē: in schola uirtutum ꝓficiens: faciēte utiq; uisitatione ne deficiat: tētatione ne superbiat: & tali tādē exercitio mūdato oculo interiori statim adest lex: cui fideliter inhærere cupiēs sed corpe pressus non p̄ualens: ad seipsum nolēs dolēsq; resilit. Gustato tñ aliqua tenus quàm dulcis est dñs eius: etiā cum ad sua redierit in cordis palato saporē retinet: quo fit ut iā ipsum nō ipsi⁹ q̄cumq; bona desideret. Et hæc est charitas nō q̄rens quæ sua sunt: hæc facit filiū nō q̄rentem sua sed patrem diligentē. Timor quippe facere seruū in sua cōmoda declinantē: spes mercēnariū sua lucra sectantē. Per hos proculdubio Esa.38. gradus Ezechias trāsijt & intonuit trāsituris. Ego dixi in dimidio dierū meorū: uadā ad portas inferi. Ach diceret: Cum deposita imagine terrestris hois imaginem cælestis uellē portare: cœpi à timore ut p̄scriptum est: Concipies exclamauí: uadā ad portas inferi. Quo tñ timore nequaquam desperās: q̄siui residuū annorū meorū: ut iā mihi uiuere incipere q contra me uixerā usq; adhuc. Quæsiui au-Ioan.15. tem ab illo qui dixit: Sine me nihil potestis facere. Neq; eñ ad ipsum sine ipso nō dicam reuerti: sed nec cōuerti quidem poterā: utpote spiritus uadens & non rediens. Quæ siui ergo residuum annorum meorum. Quo accepto (nō enim negat q incitat ad quærendum) statim ueram expe-Eccli.2. rior sententiam sapientis, qui ait: Fili accedens ad seruitutem dei: sta in timore & præpara animā tuam ad tentationem. Tentationibus itaq; cum urgerer & spes recens quā conceperam salutis mihi iam iamq; intercludi uideretur: dixi non uidebo dñm deum in terra uiuentiū: quod utiq; in abundantia præsumpserā. Dixi eñ in abundantia mea non mouebor in æternū: non attēdens q̄ in uolūtate tua nō in potestate mea p̄stitisti decori meo uirtutē. Q;obrē auertisti faciem tuam à me & factus sum conturbatus: nequaquā iam uisurus dñm deum: id est patrē in terra uiuentiū. Non aspiciā hominem ultra uidelicet filiū: de quo dictum est: & homo est & quis cognouit eum? Sed nec habitatorē quietis: id est spiritū sanctū: de quo scriptū est. Super quem requiescet spūs meus; nisi super humilē & quie-Textus. tum? Addidit quoq;: Generatio mea ablata est & conuoluta est à me. Hoc est bonorū operū proles: quā ex timore cœperam parturire: ut de anima nostra possit dici: & quæ multos habebat filios infirmata est. Ablata est autem pia hæc soboles: & cōuoluta est à me quasi tabernaculum pastorum: ad tempus utiq; credita non tradita in æternum. Textus. Item adiecit: Præcisa est uelut à texente uita mea: ut discerem profectus uitæ meæ, non in mea sed in manu omnipotentis: sicut tela in manu texentis quandoq; dē. Dū adhuc ordirer: hoc est statim in initio succidit me: quaten⁹ eodē penè tēpore & dederit & tulerit q̄d donarat. Sed si defecit uirtus mea: nō tñ derelíquit me: ne qui cœperat nō posse perficere uideret. Quid multa? In ueritate mox cōperi: qa uirtus in infirmitate ꝓficit: & aio: Bonū mihi quia humi-2.Cor.12. liasti me. Cognoui eñ quia de mane usq; ad uesperam fi-Textus. nies me: id est cōsummabis me. Nō in solo mane uisitatio nis: aut tñ in uespera tētationis: sed in utroq; simul erit p fectio mea. Stultus ego qui tñ sperabā usq; ad mane: cum Dauid dicat: A custodia matutina usq; ad noctem speret Psal.129. israel in dño. Et q̄m pusillus in spe: quasi leo sic contriuit oia ossa mea: robur oē uidelicet de quo adhuc sub tutela grāe futuror⁹ improuidus cōfidebā. Contriuit aūt qs ni-1.Petr.5. si aduersarius noster diabolus qui tanquā leo rugiens circuit q̄rens quē deuoret? Tu ergo dñe ex hac contritione humiliatū & probatū de mane usq; ad uesperā finies me: q̄m & factū est mane & uespere dies unus. Q;obrē ego ut didici: benedicā dñm in oi tempore: hoc est mane & uespere: non sicut ille qui confitebit tibi cū benefeceris ei: nō sicut illi qui ad tēpus credūt: & in tēpore tētatiōis recedūt: sed dicā cum sanctis: Si bona suscepimus de manu dñi: ma-Iob.2. la autem quare nō sustineamus? Et in mane quidem sicut pullus hyrūdinis sic clamabo: in uespere aūt meditabor ut colūba: quaten⁹ & cū gratiæ matutinū arriserit in modū hyrundinis exultās & clamitās: grarias agā pro uisitatione: & cum uespera ingruerit non deerit sacrificium uespertinum: cū instar colūbæ gemens: lachrymas fundam in tribulatione. Sic eñ deseruiet tempus utrūq; deo: cum & ad uesperū demorabitur fletus: & ad matutinū lætitia. Mœrēs mœrebo in uespera: quo læt⁹ fruar matutino. Placet utrūq; deo: & peccator cōpunctus & iust⁹ deuot⁹: cui è regione displicet tā ingratus iust⁹ quàm peccator securus. Aut certè sicut pull⁹ hyrūdinis: hac illacq; discurrēs Marthæ me officijs mācipabo: hilarem datorem me exhibens, omni necessitatem patienti, & meditabor ut colūba gemēdo utiq; qd̄ obstat dum qd̄ restat intueor. Hoc aūt factā mane & uespere: hoc est prius & posterius: iuxta qd̄ in typum utriusq; uitæ dictū est ad Labā. Nō est consuetu-Gen.29. dinis ut minores ante tradamus ad nuptias, quāquam indifferenter de altera ad alteram transeatur. Quod significare Iob puto ubi ait: Si dormiero dico quādo surgā: & Iob.7. rursum expectabo uesperam. Quiescens quippe in uespera contemplationis: mane desiderabat quo surgeret ad actionem: rursumq; negocijs fatigatus expectabat uesperā, libenter repetens ocia cōtemplationis. Potest & per garrulam auiculam cantus simul psallentium in ecclesia: & pgementem columbam priuata oratiōnum suspiria designari. Sed mediam sentētiam magis uelle uidetur sequēs uersiculus: Attenuati sunt oculi mei suspicientes in excel-Textus. so. Siue enim dicatur attenuati: hoc est subtiles facti: pro assiduitate suspiciendi in excelso: uidelicet sublimia atq; excelsa contemplandi: siue intelligatur attenuati: id est reuerberati: & à suo quodammodo acumine imminuti: iuxta illud: Defecerunt oculi mei in eloquium tuum. & rur-ps.118. sum: memor fui dei & delectatus sum & exercitat⁹ sum & defecit spiritus meus. Siue ergo illo siue hoc modo accipiatur: non aliud quàm contemplatio designatur. Cæterum posterior expositio sequentibus magis conuenire uidetur. Ait enim: Domine uim patior. Quasi dicat: Dño Sapien.9. non sponte sed inuitus retrahor & arceor à tui contēplatione: quia corpus quod corrumpitur aggrauat animā: & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantē. Respondе ergo tu ô cōditor pro me qui nostī naturæ cōditionem. Aut si peccata mea hoc faciūt: nec est culpa naturæ sed meæ pessimæ consuetudinis: etiam sic nihilominus respondе pro me affigens peccata cruci, & sanguine tuo delens: ut non sit quod me impediat contemplātem. Nam quid dicam aut quid respondebit mihi cum ipse fecerit? Ad quem me uidelicet alium uertam: aut quis alius respondebit pro me: cum ipse non alius hanc mihi difficultatem imo impossibilitatem imposuerit: dando super

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap. 3.

me illā sententiā. In sudore uultus tui comedes panē tuū. Quod si nō fecerit legi: sed fecerim: arguit se ꝙ quasi culpā in auctorē retorserit: cū de natura causat⁹ est: & totum sibi imputat & suis peccatis dicēs: quid dicā aut qd respōdebit mihi cū ipse fecerim: hoc est: id quo patior peccādo meruerim. Q; obrē unum est quod facere possum. Recogitabo tibi oēs annos meos in amaritudine aiæ meæ. Nempe nō sum dignus ut ualeā te recogitare cū dulcedine: faciam quod possum: cogitabo meipm in amaritudine aiæ meæ. Lucē habitas inaccessibilē: nec queo diu infirmamentis aciem radio tui fulgoris infigere: & ob hoc confusus redeo ad consuetas & familiares mihi tenebras uitæ meæ pristinæ: non quidē in eis iterū iacendo cum mortifera delectatione: sed puniendo eas: & recogitādo in amaritudine aiæ meæ. Oportebat quidem si fieri posset reuiuere me (ut ita loquar) denuo ꝙ male uixi: sed qa hoc nō possum: saltē recogitabo tibi oēs annos meos in amaritudine aiæ meæ: faciam recogitando quod reoperando nō possum. Recogitabo aūt tibi quia tibi soli peccaui: ut in quo ego me cōdēno tu iustificeris: & uincas mia cū de me iudicabis. Iam quidē & ante cogitauerā ea: sed quia non satis punita sunt quæ me adhuc impedire possunt: rursum redeo ad ea recogitāda in amaritudine aiæ meæ quousqꝫ ita penitus extirpata sint, ut iā impedire nō possint. Nec infructuosum (ut arbitror) erit hoc studiū. Nēpe si sic uiuitur: imo quia sic uiuitur non quidem carne sed spiritu: & in talibus uita spūs mei: hoc est tam in mei cōsideratione, quàm in tui cōtemplatione: magis ac magis corripies me & uiuificabis me. Siquidem corripior, cū me cogitando compungor: reuiuisco cum te subleuatus utcumqꝫ intueor. Itaqꝫ ostendendo me mihi, corripies: ostendēdo te uiuificabis. Porrò uiuifices necesse est: quia ecce in pace amaritudo mea amarissima. Amarā passus sum amaritudinem pro peccatis in principio conuersionis: unde exclamaui: uadā ad portas inferi: amariorē ꝑ terroribꝰ in profectu cōuersatiōis quādo dixi: nō uidebo dñm deū in terra uiuētiū. Sed ecce iā pctis pœnitentia punitis, & sopitis terroribꝰ q̄ impugnare solebāt: in hac tm pace amarissimā sustineo amaritudinē ꝑ defectu contemplationis. Verum qui & mihi peccata miserando donasti: & tentationes iuuando superasti: etiā nūc ô dñe reddes mihi lætitiam salutaris tui. Hoc quippe est quod ait: Tu autē eruisti animā meā ut nō periret: in cōflictu uidelicet uitiorū: siue in impetu tentationū: ꝓiecisti post tergū tuū oia pcta mea: ꝓ multitudinē miserationū tuarū. Nec immerito. Neqꝫ cm infernus confitebit tibi: quo utiqꝫ ego penè descenderā: cū irruentibus pulsarer tētationibus: qppe quia nisi deus adiuuit me: paulomin⁹ habitasset in inferno aia mea. Sed neqꝫ mors laudabit te: qua nimirū aliquando detinebar: dū adhuc iacerē mortu⁹ in peccatis. Nec expectabūt qui descēdunt in lacū ueritatē tuā: qui scilicet post gustatam dulcedinē cōtemplationis in lacū descendūt desperationis. Mors siquidem est iacenti in peccatis ante conuersionem: infernus succūbenti tentationibus post acceptā remissionem: lacus uerò desperanti post expertā contēplationem. Nā quāto quis ad altiora profecerit: tāto grauiꝰ si corruerit collidit̄ qñ ruit. Non itaqꝫ infernus confitebitur tibi: hoc est qui iam quidē sunt conuersi, sed tētationibus superātur. Neqꝫ mors laudabit te. Hi utiqꝫ qui necdum conuersi sunt aut confessi: lætantur potius cū male fecerint: & exultant in rebus pessimis. A mortuo quippe quasi qui nō sit perit confessio. Nec expectabunt q descendūt in lacū ueritatē tuā quos de fastigio diuinæ contemplationis in lacū propriæ diffidētiæ fortè deuolui cōtigerit. Q; ꝑ ualdubio fit cū nimia qs tristitia post acceptā tā tā lætitiā absorbeā. At uerò uiuens, uiuens ipse confitebitur tibi. Et qui uiuens carne: mortuus est spiritu, & est qui mortuus carne nihilominus mortu⁹ est spiritu: sed horū neuter laudabit te: aut confitebitur tibi. Cæterum uiuēs uiuens ipse confitebitur tibi. Qui uidelicet nō tantū carne sed & spiritu uiuit ipse cōfitebitur tibi: sicut & ego hodie hac me duplici uita tuo munere uiuere confido. Sequitur. Pater filius notā faciet ueritatē tuam: nō reuelatur seruo ueritas: quia seruus nescit qd faciat dominus eius. Sed nec mercēnarius rapitur ad contemplandam ueritatē: q propriā q̄rit utilitatē. Filio aūt pater notam faciet ueritatē suam: quē audit dicentē: Verumtm̄ non quod ego uolo: sed qd̄ tu pater. Reuelatur itaqꝫ seruo dei potestas: mercēnario felicitas: filio ueritas: nō ꝙ in deo ista discreta sint: cui idem posse quod felicem & ueracē esse: sed ꝙ à creatura creator pro diuersis eiusdē creaturæ affectibꝰ: diuersis sentiatur respectibus: cū sancto em̄ sanctus: & cum peruerso erit peruersus. Audi denique nocem filii: Domine saluū me fac. Quare: fortè ne ardeat in inferno: fortè ne fraudetur præmio: Nō, inquit, sed psalmos cantabimus cunctis diebꝰ uitæ nostræ in domo domini. Non (inquit) quæro salutem ut pœnas uitem aut in cælo regnem: sed ut te in æternum cum illis laudē: de qbus scriptum est: Beati qui habitant in domo tua dñe: in secula seculorū laudabunt te. Seruus dicit: uadā ad portas inferi: mercemarius non uidebo dñm deum in terra uiuentium: filius, psalmos nostros cātabimus cunctis diebus uitæ nostræ in domo domini. Cui simile est illud: Aperite mihi portas iustitiæ ingressus in eas cōfitebor dño. Et qui timet ire ad portas inferi: & qui deum cupit uidere propter quietem sui: uterqꝫ profecto q̄rit quæ sua sunt. Porrò qui psalmos cantare desiderat in domo domini: non sua uel pericula fugit, uel lucra appetit: sed illū procul dubio diligit quem laudare gestit cunctis diebus uitæ suæ. Laudat nō immeritо in æternum: qui uiuit & regnat per oia secula seculorum. Amen.

Textus.

Textus.

Psal. 93.

Psal. 83.

Psal. 118.

Esa. 55.

Cant. 5.

Psal. 72.

De triplici cohærentia uinculorum, clauorum, & glutinorum. Sermo.

NOn hic stam⁹ tota die ociosi. Scimus em̄ & qd q̄rimus: & quis est qui nos cōduxit. Deū quærimus, deū expectamus. Non est parua res nec paruī animi: cū illa quæ singulari pietatis noie gloriatur: sæpius sese queratur esse frustrata, dicēs: Quæsiui illum & non inueni. Est enim sicut amabilis: ita etiam ammirabilis: quia cum non quæritur inuenitur: & nō inuenitur cum q̄rit̄ur. Si nati essemus ex quo factus est homo super terram & usqꝫ ad centum milia annorū uita nostra extenderet: non esset tm̄ condigna quæsitio huius tēporis ad futurā gloriā quæ reuelabit in nobis: ecce nunc tempus quærēdi: ecce nūc dies inueniendi præ manibus sunt. Quærite, inqt, dñm dum inueniri pōt: inuocate eū dum prope est. Erit tēpus qñ non erit locus: cum ille fons miserationis interminabili siccabitur siccitate. Quæretis me, inquit, & non inuenietis. Bonus es dñe aiæ q̄renti te. Si q̄renti: quanto magis inuenienti: Si tam dulcis est memoria: qualis erit præsentia: Si mel & lac dulce est sub lingua: quid erit supra linguam: Hinc probate uos fratres si in uia estis: si non exorbitatis. Lætetur, inquit, cor querentium dominum. Si gaudetis ad labores: si in offenso: si in defesso pede currit̄is uiam mandatorum dei: si quotidie utriusqꝫ hominis status recentior est ad proficiendum & perficiendum quàm ad incipiendum: profecto quæritis faciem eius semper. Quo ergo abiit dilectus ex dilecto & quæremus eum: Vbi est: Quid dixi miser. Sed ubi nō est: Altior est cælo: inferno profundior: latior terra: mari diffusior. Nusquā est & ubiqꝫ est: quia nec abest ulli: nec ullo capitur loco. Ipse hic est: sed ego hic non sum. Quàm uerisimilius uideretur ut tu hic non esses: & ego hic essem domine. Sed ego nec hic nec alibi sum: quia ad nihilum redactus sum & nesciui. Verè ad nihilum: id est ad peccatum: & nesciui: qa non fui ibi cum primus parens me⁹ deuorauit me morsu amarissimo. Hinc est ꝙ corde cōfract⁹ & corpore diffluo in uoluptates: in amaritudines: habēs inmanem culpam: pœnam cognatam: totus fluidus & eneruis. Ille autem qui idem ipse est qui dicit: ego sum qui sum: ueraciter est: cui est esse quod est. Quæ ergo participatio: q̄ conuentio illius qui non est ad illum qui est: Quomodo possunt tam diuersa coniungi: A Mihi, ait sanctus, adhærere

adhærere deo bonũ est. Immediate ei cõiungi non possumus: sed p mediũ aliqđ poterit fieri fortassis ista conjunctio. Et ne diutius uos protraham: tria sunt uincula qbus ei astringimur: & sic tria: ut sola cum solis istis: uel istorũ similibus oẽ qđ ligatur ligetur. Et primũ accipite funes: sed m clauos ligneos uel ferreos: tertiũ glutẽ. Primũ astringit fortiter & dure: sed m fortius & durius: tertiũ suauiter & secure. Fune quodãmõ alligat9 est redẽptori: si qs fortè dũ uehementiori tẽtatione turbatur: pponit sibi honestatis intuitũ: memoriã pmissionis: & hoc interim se fune retinet ne propositũ penitus abrũpatur. Durũ pfecto uinculũ & molestũ: sed & periculosum nimis: & qđ diu tenere nõ possit. Siquidẽ putrescũt funes: & pudoris uinculũ aut obliuiscimus aut abrũpimus cito. Est autẽ q clauis cõfigitur dño maiestatis: quẽ timor dei ligat q non expauescit ad uultus hoĩm: sed ad memoriã gehennaliũ tormentorũ. Et hic quidẽ peccare nõ metuit, sed ardere. Duri9 tñ & fortius primo imprimit: qa cum ille uacillet in proposito: iste propositũ non amittit. Terti9 uerò glute ei cõglutinatur: id est charitate q tã suauiter quàm secure ligatus adhærens deo unus spũs est cũ eo. Iste. est qui quæcq; undecũq; siue q facit, siue q ei fiunt: ad suũ cõmodũ reuocat & retorquet. Beat9 hmõi homo & abũdanti spũs influẽs maiestate: q suauis & unctus portat oẽs & neminem onerat ipse: q terribilius & horribilius ipsa gehenna iudicat (in re leuissima) uultũ oĩpotentis scienter offendere. Hic est fratrũ amator & populi Israel. Hic est q multũ orat p populo: & p ciuitate sancta Hierusalẽ. Glutino bonũ est ait Esaias. Bonũ est reuera & iocundũ: qa alia duo (ne mala dixerim) cõparatione ist9 grauia & importabilia sunt. Sed ille misericors oculus q nouit figmentũ nostrũ neminẽ saluandorũ dimittit in primo: sed prouehit ad secũdũ: & nec ibi deserens de seũcdo perducit ad tertiũ. Primo siquidẽ quia pudet deserere æstuantes uix sustinem9 ad horam: sed o iam timẽtes & sperãtes proficimus: tertio perficimur amãtes. Sic igit duobus pcedentibus timore pariter & pudore exclusis: in soli9 amoris reclinatorio cõmoramur. Ita & xps pri9 quidẽ ligatur: sed o crucifigit: tertio glutinosa aromatũ inunctione linitur. Nõ q opus haberet corpus istud hmõi aromatibus solidari: qđ dissolui oĩno nõ poterat aut uidere corruptionẽ: sed qui propter nos iudæorũ sputa sustinuit: propter nos quoq; fidelium nõ est dedignatus unguẽta. Et attẽdẽ q uix uni9 diei spacio in funibus & clauis moratus: cũ unctione uictor: q uicturus perhẽniter resurrexit. Sic & dilectos in duob9 pdictis nõ. diutius patitur immorari: sed ungit eos unctione uiæ suæ: ut crucifixi mundo & mũdus illis iã resurgãt: in nouitate spũs & dicãt. Quis nos separabit à charitate dei? Hoc glutine agglutinauit nos sibi ille diuinus intuitus à cõstitutione mũdi ut essemus sctĩ & immaculati in cõspectu eius in charitate. Scimus cũ qa qui nat9 est ex deo nõ peccat: quia generatio cælestis seruat eũ. A Generatio cælestis est æterna pdestinatio: qua deus puidit nos conformes fieri imaginis filij sui. Ex his nullus peccat: id est in peccato perseuerat: qa nouit dñs qui sunt ei9: & ppositũ dei manet immobile. Et si horrendorũ criminũ nota, Dauid inurit: & si Maria magdalenæ septẽ dæmonijs cumulat: & si princeps apostolorũ in pfundũ negatiõis submergitur: non est tamen q de manu dei possit eruere. Quos ei prædestinauit: hos & uocauit: & quos uocauit: hos & iustificauit. Nonne huic adhærere deo bonum est? Quærite fratres: quærite dominũ & cõfirmamini: quærite faciẽ ei9 semp. Quærite dñm & uiuet aia uestra. Et aĩa mea, inquit, illi uiuet: q mũdo mortua est. Que enim mũdo uiuit: non illi uiuit. Sic ergo q̃ram9 cũ ut & semper q̃ramus: & cum uenerit quærere nos, dicatur de nobis. Hæc est generatio q̃rentium deum: q̃rentiũ faciem dei iacob. Sicq; aperiantur portæ æternales & introcat rex gloriæ, & nos cũ illo: qui est deus benedictus in secula. Amen.

Esaiæ.41. *Roma.8.* *Roma.8.* *Psal.23.*

De uerbis Abacuch prophetæ: Super custodiam meam stabo. Sermo. B

LEgimus in euãgelio q pdicãte dño: & sub mysterio edẽdi corporis sui discipulos ad cõcandum passionibus suis ammonente dixerit quidam: durus est hic sermo: & ex hoc iam non fuerunt cũ eo. Interrogati uerò discipuli an & ipsi uellent abire: Dñe, inquiunt, ad quẽ ibimus? Verba uitæ æternæ habes. Ita dico uobis fratres: usq; hodie quibusdam manifestum est: qm̃ uerba q̃ loquit Iesus spũs & uita sunt: & propterea sequunt illũ, alijs dura uident: & miserã alibi q̃rũt consolationẽ. Sapietia siquidẽ in plateis clamitat: in lata uidelicet & spaciosa uia q ducit ad mortẽ ut reuocet ambulantes per eã. Deniq; quadraginta annis, inquit, proximus fui gñationi huic: & dixi semper hi errant corde. Habes & in alio psalmo. C Semel locut9 est de9. Semel utiq; quia semp: una eñ & non interpolata sed cõtinua & perpetua locutio est. Reuocat aũt pctõres ad cor: & de cordis errore redarguit: p eo q ibi habitet ipse: ibiq; loquat: faciens nimirũ quod docuit per prophetã dicẽtẽ: Loquimini ad cor Hierusalẽ. Nã Babylõ qm̃ terra est nec põt sustinere uniuersos sermones eius elongatur à corde: & in carne magis ambulat tanquã mortua à cordẽ: imo tãquã columba seducta habens cor. Vult eñ lætari cũ male fecerit & exultare in rebus pessimis: audiensq; uocẽ domini hmõi gaudia nullatenus approbantem, sed detestantem, sed arguentẽ, sed condemnãtem, fugit & abscondit se in similitudine puaricatoris Adæ. Sed heu me quàm uile opimentum quæris misera aia, quàm inutile q̃ris operimẽtũ. Folia eñ sunt q̃ intexis: folia inquã quæ nil tibi caloris pbeant: nihil habeãt soliditatis. Orto deniq; sole arescẽt: & uentus urens disperget illa: tu uerò nuda & misera remanebis. Tunc ergo nihil opertũ qđ non reuelet: qm̃ ueniet dñs q & illuminabit abscõdita tenebrarũ, & manifestabit cõsilia cordiũ. Nõ erit iã quo lateas misera. Frustra dices mõtibus, cadite sup nos: & collib9 operite nos: qm̃ nudã & apertã oportebit te stare ante tribunal xpi ut audias uocẽ iudicij q̃ uocẽ cõsilij cõtẽpsisti. Ecce eñ qd loquit de9. Agite, inqt, puniam: & dissimulãt multi & cõtinent aures suas & dicũt: durus est hic sermo. Non sic impij, nõ sic dissimulare poteritis cũ sonabit asperũ illud uerbum, & auditio mala: Ite maledicti in ignem æternum. Videtis fratres quàm salubriter ammoneat nos propheta: ut si uocẽ eius audierimus hodie non obduremus corda nostra. Eadem eñ penè uerba & in euangelio legitis: & in ppheta. Ait enim dñs in euangelio. Oues meæ uocẽ meã audiũt. Et sanctus Dauid in psalmo. Populus, inqt eius (haud dubiũ quin dñi) & oues pascuæ eius: hodie si uocẽ eius audieritis nolite obdurare corda uestra. Vtilius nãq; & multo salubrius est hodie audire eum consulentem, consolantem, ammonentem, docentem, & ut multum arguentem, increpantem, corripientem: quàm in die illa tam amara: tam lugubri: tam tenebrosa: audire illum iudicantem: indignantem: ulciscentem: fœnientem: condemnantem. Bonũ inquã, mihi ut humilier: ut corripiat me iustus in misericordia & increpet me: quàm ut oleum peccatoris impinguet caput meũ: ne fortè terra inueniar: quam percutiat uirga oris sui: quando uasa figuli uirga ferrea conterentur. Bonũ mihi propter uerba labiorũ eius cũ ppheta custodire uias duras: quàm pariter cũ impio interfici spũ labiorũ eius. Nũc aũt si quid amaritudinis sentio in uoce eius non sine dulcedine est: qm̃ cum iratus fuerit miæ recordabitur: imo uerò & ipsa indignatio nõ alitũde quàm de mia est. Quos enim amat arguit & castigat, & flagellat omnem filium quem recipit: uisitans in uirga iniquitates eius: & in uerberibus peccata ipsius: misericordiã autem suam non dispergit ab eo. Propterea qui prudentes sunt non operiunt uulnera sua sed detegunt: & confitent dño quoniam bonus quoniam in seculum misericordia eius: & sic unum reprehensionis infundit ut non desit oleum consolationis. Propterea inquã sapiens apprehẽdit disciplinã nequando irascatur dñs, & iam fm multitudinẽ iræ suæ non quærat: sed recedat zelus eius ab ipso. Inde est

Ioan.6. *Vbi supra* *Psal.94.* *Psal.61.* *Esa.40.* *Matt.4.* *Matt.25.* *Psal.16.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

cūq; sapientis cor ubi tristitia: cor uerò stultorū ubi lætitia: sed tristitia illi⁹ cōuertet in gaudiū: & extrema gaudij illorū luctus occupabit. Audi deniq; Abacuch pphetam quō dominicā non dissimulet increpationē: sed sedula ac
Abac.2. solicita circa eam cogitatione uersetur. Ait enī. Super custodiā meam stabo & sigā gradū in munitionē ut uideam qd dicat mihi: & qd respondeam ad arguētem me. ℂ Et uos ergo fratres obsecro super custodiam nostrā stemus: qm̄ temp⁹ militiæ est. Nec in sterquilinio hui⁹ miseri corporis: sed in corde ubi Christ⁹ habitat in iudicio & consilio rōnis sit cōuersatio nostra: ita sanè ut nō in ipsa habeamus fiduciā: nec fragili imitamur custodiæ: sed figamus gradū in munitionem firmissimæ petræ xp̄o totis uiribus
Psal.39. inmitentes: sicut scriptū est. Qui statuit supra petrā pedes meos, & direxit gressus meos. Sic ergo cōstituti & stabiliti iam cōtemplemur ut uideamus qd dicat nobis, & qd respondeamus ad arguentē nos. Primus enim cōtemplationis gradus iste est dilectissimi: ut incessanter considerem⁹ qd uelit dñs: quid placeat ei: quid acceptū sit corā ipso. Et qm̄ in multis offendimus oēs: & fortitudo nra in illius rectitudinē uolūtatis offendit: nec coniungi ei aut coaptari pōt: humiliemur sub potenti manu dei altissimi: & oīno soliciti simus miserabiles nos exhibere: in oculis mīæ ei⁹
Hiere.17. dicentes. Sana me dñe & sanabor: saluum me fac & salvus
Psal.40. ero. Et illud. Dñe miserere mei: sana aiam meā qa peccaui tibi. Postquā enī in huiusmodi cogitationib⁹ mūdat⁹ est oculus cordis: iā nō in spiritu nostro cū amaritudine: sed in diuino magis spiritu cū multa delectatione uersamur: nec iam consideramus q̄ sit uolūtas dei in nobis: sed quæ sit in seipsa: uita enim in uolūtate eius: ut hoc nobis in oībus utilius atq; oīno cōmodius esse non dubitem⁹ quod
Psal.31. eius congruit uoluntati. Et propterea quàm solicite conseruare uolumus uitā aiæ nostræ: tā soliciti simus quoad
p̄s.26. possumus ab ea non deuiare. Deinde cū iā in spūali exercitio aliquatenus pfecerimus ducē sequētes spm̄ qui scrutat etiā alta dei: cogitemus quàm suauis sit dñs, quàm bonus in semetipso, orātes cū propheta ut uideamus uoluntatem dñi: & uisitemus iā non cor nostrum sed tēplū eius: & cū eodē propheta nihilominus dicētes. Ad meip̄m aia mea cōturbata est: pptera memor ero tui. In his enī duobus tota spūalis cōuersationis summa uersatur: ut in nra consideratione turbemur: & cōtristemur ad salutē: in diuina respiremus: ut de gaudio spūssancti habeamus consolationē: & hinc timorē & humilitatē: inde uerò spē concipiamus & charitatem.

De *cute, carne & ossibus animæ.* Sermo.

SEat⁹ Dauid in psalmo. xxxiij. de iustis loquitur dicēs. Multæ tribulatiōes iustorū: sed de oīb⁹ his liberauit eos dñs. Custodit dñs oīa ossa eorū: unū ex his nō conteret. Qđ nemo dictū esse de corporeis ossib⁹ arbitret: p̄sertim cū tot beatorū martyrū ossa cōfracta sint manib⁹ hoīm impiorū: & cōtrita dētibus bestiarū. Sed miranda prorsus & miseranda humanarū conditio animarū: quæ licet tā multa foris, ingenij niuacitate percipiant: mila tamen perspicacitate semetipsas sicut sunt: nosse aut cogitare sufficiant: sed egeāt oīno figuris, & enigmatibus quibusdam corporearum similitudinum: ut ex uisibilibus & exteriorib⁹ possint uel aliquatenus inuisibilia atq; interna conijcere. B Ponamus itaq; uelut quandam animæ cutem, cogitationem, carnē, affectionem: ut consequenter os eius intentionem possimus accipere. Sic enim erit in ossis integritate animæ uita: in carnis incorruptione sanitas: in cutis specie pulchritudo. Quæ sunt ergo tribulationes iustorum, nisi q̄ interdum decoloratur cutis: cū uidelicet inutilis cogitatio in corde uersatur? Nonunquā uerò etiam caro uulneratur: quādo scilicet ad hoc usq; cogitatio pernitiosa procedit: ut delectatione corrumpatur affectio. Nam ossa quidē iustorum omnino integra atq; illæsa custodiuntur à domino: ut nunquā frangatur propositum cordis eorū: nūquā salubris intētio cōteratur: ut uidelicet cōcupiscētiæ titillāti etiā detur assensus. Sicut enim peccati cogitatio decolorat: affectio uulnerat: sic cōsensus oīno aiam necat. Cauca-
mus ergo dilectissimi cogitationes inutiles: ut aiarum nostrarum facies decora permaneat: ut oblīti q̄ retro sunt. i. populū nostrū: & domū patris nostri cōcupiscat rex speciem nostrā. Exeamus de terra nostra: ut non comprehendat nos cogitatio spectās ad uoluptatem carnis. Exeam⁹ & de cognatione nostra: id est à cogitationibus curiositatis: quæ nimirū cum in sensibus corporeis habitet: carnali utiq; cognata est uoluptati. Exeamus etiā de domo patris nostri: ut fugiamus cogitationes superbiæ & uanitatis. Eramus nos aliquādo sicut & cæteri filij iræ: eram⁹ & nos ex patre diabolo: qui nimirum rex est super oēs filios superbiæ: & in montibus elationis sedem sibi atq; habitaculū infelicissimū p̄parauit. Q. si fortè aliqn̄ talis aliqua cogitatio mentē subierit: tota solicitudine laboremus citius abluere & eradere sordem qua nos maculari cōspicimus clamātes cū propheta ac dicētes. Asperges me hysso-
p̄s.50. po & mūdabor: lauabis me & super niuem dealbabor. Iā uerò si qn̄ fortè per incuriam & negligentiam nostrā trāsierit cogitatio inutilis etiam in affectum cordis: scientes qm̄ nō macula est iam sed plaga: tota festinatione ad auxilium spiritus qui adiuuat infirmitatem nostram recurramus: clamantes istud de psalmo & dicētes. Domine mise-
p̄s.40. rere mei sana aiam meā quia peccaui tibi. Hūanæ enī sunt tētationes istæ: nec ex toto caueri possunt quādiu in hoc corpore mortis peregrinamur à dño. Nemo tn̄ parui pendat aut dissimulet ista: qm̄ & si non mortifera sunt: certè periculosa. Intētionē uerò & propositū mentis ea solicitudine custodiamus fratres: qua uitā aiarum nostrarū uolumus custodire: qm̄ istud oīno est pctm̄ ad mortem: cum ex consensu & deliberatione delinquimus proprio iudicio condemnati. Nec ideò sanè id dixerim: ut desperet si quis fortè delicti huius sibi conscius est: sed ut expauescat p̄cipitium: & qui cecidit adhęreat citius ut resurgat. Nouerit enī excidisse se à iustitia quicūq; eiusmodi est. Cui⁹ os cōfractū est & cōminutū: nouerit p̄cisum se à corpe Christi: de quo nimirū legitur. Os nō cōminuetis ex eo. Vnde &
Exod.12. in passiōe sua licet plagis uirgarū in liuorē decolorata sit cutis: ut liuore eius nos sanaremur: licet clauis uulnerata sit caro: & lācea latus eius apertū ut sanguine ei⁹ redimeremur: os tn̄ nō est cōminutū ex eo. Propterea & sanctus
Psal.118. Dauid: nō est, inqt, occultatū os meū à te qđ fecisti in occulto. Et in alio psalmo: ossa, inquit, mea ut cremium aruerunt. Qđ tunc fit cū oēm delectationē boni, prorsus amisisse uidetur anima: solamq; sibi aridæ intentionis fortitudinem reseruasse. Et uide ne fortè tale aliquid etiam beat⁹ Iob pateretur cum diceret. Pelli meæ consumptis carnibus adhæsit os meū: ut uidelicet corrupta affectione uix solam sibi intentionem spiritalis cogitatio uendicaret.

Psal.101.
Iob.19.

De *uerbis apostoli: Qui gloriatur in domino gloriet.* Sermo. B

QVi gloriatur in dño glorieť. Nouerat apostol⁹ gloriā propriā esse creatoris, non creaturæ: fm illd̄. Gloriā meā alteri nō dabo: & glīa in excelsis deo: & in terra pax hoībus bonæ uolūtatis. Itemq;. Non nobis dñe nō nobis: sed nomini tuo da gloriā. Sed cōsiderauit rōnalem creaturā adeò affectare gloriam: ut aut uix aut nunquā ab hoc cōpesci desiderio possit: quippe q̄ ad imaginē facta est creatoris. Propterea fm datam sibi à deo sapientiam: saluberrimū adinuenit consilium dicens. Quādoqdem psuaderi nobis non potest nō gloriari: saltem qui gloriatur, in domino gloriet. Et cōsidera quātū supexcedit Pauli philosophia: philosophiā sapientiū mundi hui⁹: q̄ nimirū stultitia est apud deū. Cū enim nonnullos uideret philosophi alienis delectari laudib⁹ & gloriā abinuicē quærere: q̄ inter eos fuere p̄cipui: prudēter aduerterūt uanam esse huiusce modi gloriam & penitus contemnendam. Sed cōsiderantes deinde ac studiosius inquirentes quænam appetenda esset gloria sapienti: hic iam planè euanuerunt in cogitationibus suis:

1.Cor.1.
Esaie.42
Matt.2.
Psal.113.

propriam

propriam cuiq; sufficere gloriã arbitrãtes: quasi uerò aïa quæ à semetipsa esse nõ põt: à se possit esse beata. Sicut ergo cupidi laudis alienæ tota solicitudine operam dabant ea opari q̃ mirarent hoïes & laudarẽt: sic isti sola ea iudicabãt sectãda esse: q̃ interior arbiter animus approbaret. Et hæc quidẽ summa philosophia sapientium huius mundi est: ipv quoq; mín⁹ habẽs: licet ꝓpinquior ueritati. Vnde & utrãq; gloriã sublimi ueritatis cõtemplatione transcendẽs apostolus: q gloriat, inqt, non in altero: non in se: sed in domino gloriet. Et eã quæ ueritati uidebat esse uicinior: maiori proinde redarguẽs solicitudine & cõdẽnãs
2. Cor. 10 certo iudicio ueritatis. Nõ enim, inqt, q seipsum cõmendat ille probat⁹ est: sed quẽ deus commẽdat. Vt qd emẽ aut de alterius hoïs: aut de meo ipsius iudicio solicitus sum: cuius nec uituperio reprob⁹: nec laude ꝓbat⁹ inueniar: Fratres si me ante uestrũ oporteret tribunal astare: merito super uũris laudib⁹ gloriarer. Q; si uel meo ipsius essem iudicandus examine: iure meo ipsius testimonio contẽt⁹ proprijs laudib⁹ delectarer: nũc autẽ cũ nec uestro, nec meo: sed dei sim iudicio præsentãdus quantæ insipiẽtiæ imo & insaniæ est: aut in uestro me, aut in meo ipsius testimonio gloriari: p̃sertim cũ ipse sit, cuius oculis oïa nuda sunt & aperta: & cui nequaquã opus sit ut qs ei testimoniũ phibeat de homine: Merito proinde apostolus ipse: uanæ &
1. Cor. 4. fallacis gloriæ reprobatur. Mihi, inqt, pro mínimo est, ut à uobis iudicer aut ab humano die: sed neq; meip̃m iudico. Níhil emẽ mihi conscius sum: sed nõ in hoc iustificatus sum: qui aũt iudicat me domín⁹ est. In quib⁹ uerbis istud quoq; diligẽter cõsiderãdũ est: q alienũ quidẽ iudiciũ ꝓ mínimo habẽs: suũ quoq; nequaquã sequeret: quãuis nõ illud à deo pro mínimo iudicaret habendũ. Nemo enim scit hoïm quæ sunt in hoïe níSi spũs hoïs q in ipso est: ut cõparatione interioris testimonij: exterius oïno ꝓ níhilo sit habendũ. Quid emẽ mihi cũ eorũ laudibus quib⁹ ignotus sum? Qd' si uel ipse q in hoïe est spũs: oïa q̃ hoïs sunt nosse posset: profecto sufficeret testimoniũ eius. Nunc autem prauũ est cor hoïs & inpscrutabile etiã sibiipsi: adeò ut p̃sentia quoq; magna ex pte ignoret: futura uerò sua omníno nosse non possit: quía aliquaten⁹ nouit p̃sentia: si non reprehendat nos conscia nra: non quidẽ gloriã, se fi-
1. Ioan. 3. ducią habemus ad eum: sicut beatus Ioãnes ait. Cũ autẽ ueritatis ipsius quã níhil latet: sententiam de nobis tenere meruerimus: in ea planè securius poterimus gloriari.
1. Cor. 4. Interím uerò nolite ante tẽp⁹ iudicare, ait apl's, donec ueníat dominus: qui & illuminabit abscondita tenebrarũ. Illa emẽ pfecta oïno erit & secura gloriatio: cũ erit unicuiq; laus à deo. Nunc quoq; licet non plenarie licet non sine tímore & solicitudine multa: aliquatenus tñ in dño gloriamur testimoniũ phibẽte spũ sctõ spũi nro q filij dei sum⁹.
Hinc emẽ uerè possum⁹ gliari q tñ habem⁹ patrẽ: q maie
BEata illa & sempiterna trinitas pater & filius & spūssanctus: unus deus scilicet summa potētia:summa sapientia:summa benignitas creauit quandā trinitatē ad imaginem & similitudinē suā: aiam uidelicet rōnalem:quæ in eo præfert uestigiū quoddā illius summæ trinitatis:ꝙ ex memoria ratione & uolūtate cōsistit.Creauit aūt eā hoc modo:ut manens in illo participatione eius esset beata:auersa ab illo quocunqꝫ se conferret remaneret misera.Sed hæc trinitas creata elegit potius per motū ppriæ uolūtatis cadere:quàm ex gra cōditoris per arbitriū stare.Cecidit ergo per suggestionē,delectationem,cōsensum, ab illa summa & pulchra trinitate scilicet potētia,sapientia,puritate, in quandā cōtrariam & fœdā trinitatē:scilicet infirmitatē,cæcitatē, immūditiam. Memoria eīm facta est impotēs & infirma:ratio imprudēs & tenebrosa:uolūtas,impura.Porrò memoria quæ simplicis diuinitatis potentiā stās cogitabat ab illa cadēs,& uelut super saxa corruēs in tres partes confracta dissilijt: scilicet in cogitationes affectuosas, oneroſas,ociosas. Affectuosas uoco illas in quib⁹ ipsa afficit: ut in curis rerū necessariarū edēdi,bibendi:cæterorūꝙ similium. Oneroſas in exterioꝛib⁹ amministrationib⁹ & occupationib⁹ duris. Ociosas:quib⁹ nec afficitur nec onerat:& tīn ab æternorū contēplatione per illa distenditur:ut si cogitet uerbi gratia equū currētē:aut auē uolantē.Rationis quoqꝫ triplex casus est.Siqdē eius erat discernere inter bonū & malum: uerū & falsum:cōmodū & incōmodū. In quib⁹ discernēdis tāta modo caligine cæcat: ut sæpe in contrariū ducat iudiciū:recipiens malū ꝓ bono:falsum pro uero:noxium pro cōmodo & ecōuerso. Nunquā uerò in his falleretur: si nunquā lumine à quo creata est priuaret. Sed qa & ipsa inde cecidit:proculdubio nihil aliud quàm tenebras suæ cæcitatis inuenit. Vn factū est ut & instrumentum perderet:scilicet illud triuiū sapiētiæ ethicam,logicā,phyſicam, quas nos possumus alijs uocare noibus:moralē,inspectiuam,& naturalē scientiā.Siqdē per ethicā eligit bonū,reprobat malū:per logicā cognoscit uerū & falsum : ꝓ phyſicā cōmodū & incōmodū : id est qd in usum assumendū sit:qd respuēdū.Sequit uolūtas:cui⁹ ruina similiter tripertita est. Quæ eīm summæ benignitati & puritati īhærere: & eā solā diligere debuit:ꝓ ppriā iniqtatē à supnis in hæc infima lapsa ꝓ cōcupiscētiā carnis & cōcupiscētiā oculorum & ambitionē seculi,terrena dilexit. Quid hoc infelicius casu pōt æstimari:ubi pereūte memoria,rōne,uoluntate,tota aiæ substātia perimit? Verūtn hūc tā grauē,tam tenebrosum:tam sordidum lapsum nostræ naturæ repara uit illa beata trinitas:memor miserīcordiæ suæ:immemor culpæ nostræ.Venit ergo à patre missus dei filius & dedit fidem:post filiū missus spūssanctus & dedit charitatē. Per hæc duo:id est fidem : & charitatem facta est spes redeūdi ad patrem.Et hæc est trinitas scilicet fides,spes, charitas: per quā uelut ꝓ tridentē reduxit de limo ꝓfundi ad amissam beatitudinē illa incōmutabilis & btā trinitas:mutabilem,lapsam & miseram trinitatem.Et fides quidem illuminauit rationē:spes erexit memoriā : charitas uerò purgauit uoluntatē. Cum ergo uenit ut dictū est dei filius factus est homo qui erat deus tanquam medicus bonus dedit præcepta:quib⁹ obseruatis reformaret sal⁹ amissa. Vt uerò præceptis faceret fidē : exhibuit signa. Vt eorūdem præceptorū persuaderet utilitatē: promisit beatitudinē. Est igit fides alia p̄ceptorū : alia signorū:alia promissorū: id est qua credim⁹ in deū:qua credim⁹ deū : qua credim⁹ deo.Per fidē p̄ceptorū credim⁹ ī deū. Credere aūt ī deū ē ī eū spare & eū diligere.Per fidē signorū credim⁹ deū:q ta lia pōt & oia pōt. Per fidē ꝓmissorū credim⁹ deo:q qcqd ꝓmittit ueraciter cōplet. Silr quoqꝫ spes triplex est:& ꝓcedit de p̄dicta triplici fide. Nā de fide p̄ceptorū orit spes ueniæ : de fide signorū spes gratiæ : de fide ꝓmissorū spes gloriæ . Charitas itidē ternario nūero colligit : de corde puro:& cōscīa bōa,& fide nō ficta.Puritatē debem⁹ pxio: cōscīētiā nobis:fidē deo . Puritas aūt est:ut qcqd agit aut ad utilitatē ꝓximi:aut ad honorē fiat dei.Maxie aūt exhibēda est ꝓximo:qa deo manifesti sum⁹:proximo aūt non possum⁹:nisi inquātū illi cor nīm aperim⁹.Cōscīam bonā faciūt in nobis duo:pnīa & cōtinētia:qn̄ scilicet p pnīam pctā cōmissa punim⁹:& p cōtinētiā deinceps puniēda nō cōmittim⁹:& hāc debem⁹ nobis.Post hæc supest fides nō ficta q̄ deo uigilāter exhibēda est:ut nec ꝓpter ꝓximū cui nos impēdimus offendam⁹ deū: nec propter conscientiā quā per pœnitētiā & cōtinētiā in hūilitate custodire uolumus: minus exequamur mandatorū dei obediētiam:& hæc est fides nō ficta.Non ficta aūt ponitur ad differentiā mortuæ fidei & fictæ.Mortua fides est:quæ sine opib⁹ est. Fides ficta:quæ ad tēpus credit:& in tpe tentationis recedit.Vnde etiā ficta,id est fragilis dicitur. Hæc oīa breuius possumus colligere:ut facili⁹ cōmendentur memoriæ. Dicamus ergo.Est trinitas creatrix:pater & filius & spūssanctus:ex qua cecidit creata trinitas,memoria,rō,& uoluntas. Et est trinitas ꝓ quā cecidit,uidelicet ꝓ suggestionē, delectationē,cōsensū. Et ē trinitas ī quā cecidit:uidelicet ipotētia,cæcitas,īmūditia.Rursus trinitas q̄ cecidit:id est memoria,rō,uolūtas. Singulæ cuiusq; tripertitus excidit casus.Memoria cecidit in tres spēs cogitationū:affectuosas,oneroſas,ociosas.Ratio in triplicē ignorantiā:boni & mali:ueri & falsi:cōmodi & incōmodi.Volūtas in concupiscentiā carnis:cōcupiscentiā oculorū:ambitionē seculi. Est trinitas per quā resurgit:fides,spes,charitas.Quæ trimembres habent subdiuisiones.Est eīm fides præceptorū, signorū,promissorū,est & spes ueniæ,gratiæ,gloriæ:& est charitas de corde puro:& cōscīētia bona: & fide nō ficta.

Sermo secundus.

AVe maria gratia plena. Non in sola uirginitate cōstare poterat gratiæ plenitudo:neqꝫ eīm oīb⁹ est de ea accipere.Felices qui nō inquinauerūt uestimenta sua:& cū regina nostra uirginitatis priuilegio gloriātur. Sed nū unam tātū benedictionē habes ô domina:Et mihi obsecro te ut benedicas.Perīt uirtus illa à me:nō est iam uel aspirare ad illam. Cōputrui in stercore meo:ut iumentū factus sum.Nunquid nō erit mihi etiā aliqd apud te:nō erit ubi possim esse tecū : qa iā sequi nō ualeo quocūqꝫ ieris? Quærit angelus puellā : quā pparauit dīns filio dīni sui.Bibit ipse de hydria tua cognata sibi uirtute delectat⁹: sed numqd nō & iumētis potū tribues? Bibit angelus ꝙ uirū nō cognoscis : bibāt iumenta ꝙ de humilitate singulariter gloriaris . Respexit,inquit, dīns humilitatē ancillæ suæ.Nam uirginitas sine humilitate habet fortasse gloriā:sed nō apud deum.Humilia semp excelsus respicit:& alta à longe cognoscit.humilibus dat gratiā:superbis resistit. Sed fortè ne in his quidē duabus metretis plena est hydria tua:capax est etiā tertiæ:ut non modo angel⁹ & iumēta:sed ipse iam bibat architriclinus. Hoc eīm uinum bonū quod seruauimus usqꝫ adhuc minister angel⁹ haurit:sed ut ferat architriclino.Patrē loquor: qui principiū trinitatis architriclinus iure uocatur. Ait sanè angelus fœcūditatem mariæ cōmendans:quæ tertia est metreta . Quod ex te nascetur sanctū : uocabitur filius dei.Ac si dicat.Cū eo solo tibi est generatio ista cōmunis.

Genē.27.

Genē.24.

Lucæ.1.

ps.137.

Luca.4.

Ioan.2.

Lucæ.1.

Sermo tertius.

AVe maria gratia plena . Bn̄ plena:qa deo & angelis & hoib⁹ grata. Hoib⁹ ꝓ fœcūditatē:angelis ꝓ uirginitatē:deo ꝓ hūilitatē. In hoc tertio à dño se respectā testat q hūilia respicit : & alta à longe cognoscit . Sicut eīm oculi satanæ oē sublime uidēt:ita oculi dīni oēm hūilē intuent.Vn̄ ait in cātico cantiorū. Reuettere reuertere sunamitis:reuertere reuertere: ut intueamur te.Quater dicit reuertere ꝓpter quadruplicem superbiam: per quam auersa à dño nō uidebatur.Est enim superbia cordis : superbia oris : superbia operis:su-

ps.137.

Canti.6.

perbia habitus. Superbia cordis est: quãdo homo in ocu
Eccli. 23. lis suis magnus est. Cõtra quã sapiens erat dicẽs. Extollẽ
Esa. 3. tiam oculorũ meorũ ne dederis mihi. Et alibi. Væ qui sa-
pientes estis in oculis uestris. Superbia oris uel linguæ q̃
& iactantia dicitur est: quando homo non solũ magna de
Psal. 11. se sentit: sed etiã loquitur. Vnde psalmista. Disperdat dñs
uniuersa labia dolosa: & linguã magniloquam. Superbia
operis est: qñ homo exteriori quadã superbia ut magnus
Psal. 100. appareat, agit. De qua idem psalmista ait. Non habitabit
in medio domus meæ: qui facit superbiã. Superbia habit⁹
est: qñ homo ut glorioſus uideatur precioſis se ornat ue-
1. Thi. 2. stibus. Vnde paulus. Non in ueste preciosa. Et dominus.
Matt. 11. Qui mollibus uestiũtur in domibus regũ sunt: ubi super-
bia abũdat. Sunt autẽ qnq̃ quæ ad remediũ tã mortiferæ
pestis à dño rationali animæ sunt posita: locus, corpus, tẽ
tatio diaboli, prædicatio christi, & eius conuersatio. Lo-
cus quia exiliũ: corpus quia oneroſum: tentatio quia in-
quietat: christi prædicatio quia ædificat: & eius conuer-
satio quia informat. His quasi quinq̃ sensibus deus humi
litatem operatur in anima. Sicut enim anima uita est cor
poris: ita deus uita est animæ, & sicut corpus mortuũ est
quod per quinq̃ sensus ab anima non uegetatur: ita ani-
ma mortua est quæ per hæc à domino non humiliatur.

Sermo quartus.

Luc. 10. INtrauit iesus in quoddam castellum: & mulier
quædã martha noĩe excepit illũ in domũ suã.
Castellũ ubi xp̃s intrauit uoluntaria est pauper-
tas: quæ habitatores suos à gemina impugna-
tione qua huius mundi amatores expugnãtur reddit se-
curos: scilicet propria inuidia & aliena. Paupertas eĩm dũ
putatur misera: aliena caret inuidia: & quia est uoluntaria
nemini quicquam inuidet. Duæ istæ sorores: duas uitas
amatorũ paupertatis significãt. Quidam cũ martha soli-
citi dño iesu duo pulmẽtaria præparant: scilicet correctio
nem operis cũ salsamento cõtritionis: & opus pietatis cũ
condimento deuotionis. Hi uerò qui cum maria soli deo
uacãt considerãtes quid sit deus in mũdo: quid in hoib⁹:
quid in angelis: quid in seipso: quid in reprobis: contem-
plantur quia deus est mũdi rector & gubernator: hoĩm li-
berator & adiutor: angelorũ sapor: & decor: ì seipso prin
cipiũ & finis: reproborũ terror & horror. In creaturis mi
rabilis: in hominib⁹ amabilis: in angelis desiderabilis: in
seipso incomprehensibilis: in reprobis intolerabilis.

Sermo quintus.

Psal. 17. DIes diei eructat uerbũ. Dies diei angelus uirgi-
ni. Dies angelus propter beatitudinem: uirgo
dies ꝓpter integritatis uirtutem. Et nox nocti
indicat scientiã. Serpẽs nox propter malitiam:
mulier nox ꝓpter ignorãtiã. Dies diei eructat uerbũ: dei-
tas uirginitati de utero paternæ maiestatis: in utero ma-
ternæ integritatis. Aliter. Dies diei eructat uerbũ: de⁹ pa
ter aĩæ rõnali p fidẽ illuminatæ. Et nox nocti ĩdicat sciam:
creatura irrõnalis aĩæ rõnali nondũ per fidẽ illuminatæ.
Roma. 1. Vnde apostol⁹: Inuisibilia dei per ea q̃ facta sunt intellecta
cõspiciuntur à creatura mundi. Vnde nos dicimus uerbũ
indicatũ: uerbũ inspiratũ: uerbũ eructuatũ. Primum fecit
cognitionẽ: sed̃m cõuersionẽ: tertiũ uiuificationẽ. Primũ
obfuit: sed̃m non ꝓfuit: tertiũ uiuificauit. Primũ obfuit:
qa cum cognouissent deũ: nõ sicut deũ glorificauerũt aut
gratias egerũt: sed euanuerũt in cogitationib⁹ suis: & ob
scuratũ est insipiens cor eorũ. Sed̃m nõ ꝓfuit: qa nõ data
est lex q̃ posset uiuificare. Tertiũ uiuificauit qa per crucẽ
redemit. Primũ totũ deforis. sed̃m foris & intus: tertiũ to
tum int⁹. Et nota quia qd̃ eructuatur de plenitudine eru-
ctuantis cũ quodã ipsius substãtiæ sapore profertur: & id-
circo sapiẽtia incarnata dicitur habens in se oẽm plenitu
Osee. 6. dinẽ. In miraculis cognitionẽ: in doctrina cõuersionẽ: in
passione uiuificationẽ. Vnde ait ꝓpheta. Venite & reuer-
tamur ad dñm: qa ipse cœpit & sanabit nos: percutiet &
curabit nos. Viuificabit nos post duos dies: scilicet cogni
tionis & cõuersionis: in die tertia suscitabit nos; uocc uer
bi incarnati per primã suã resurrectionẽ: & uiuemus in cõ
spectu eius uiuificati per passionẽ: sereniꝰ illuminati per
miraculorum cognitionẽ: sequemurq̃ ut cognoscamus
dominum instructi per doctrinæ conuersionem.

Sermo sextus.

Cant. 3. EGredimini filiæ siõ: & uidete regem salomonẽ.
Non dicit ecclesiasten: aut Ididan. Nam & his
noĩbus appellat⁹ est rex ille: & significat iesum
christũ nostrum uerũ salomonem: qui est salo-
mon id est pacificus in exilio: ecclesiastes id est concióna-
ror in iudicio: Idida id est dilect⁹ dñi in regno. Vbiq̃ rex.
In exilio rector morũ: in iudicio discretor meritorũ: in re
gno distributor præmiorũ. In exilio mansuetus: in iudi-
cio iustus: in regno glorioſus. In exilio amabilis: in iudi-
cio terribilis: in regno ammirabilis. In diademate quo co
ronauit eũ mater sua. Est autẽ hæc corona misericordiæ:
& in hac imitabilis. Coronauit eum & nouerca sua coro-
na miseriæ: & in hac contẽptibilis. Synagogam loquor
quæ se ei non matrẽ exhibuit: sed nouercã. Coronabit eũ
familia sua corona iustitiæ: & in hac terribilis. Coronat
eum pater suus corona gloriæ: & in hac desiderabilis. Vi-
deant ergo eũ peccatores in corona miseriæ: id est spinea:
& cõpungãtur. Videãt eum filiæ siõ animæ affectuoſæ in
corona misericordiæ: & imitẽtur. Videbunt eum impij in
corona iustitiæ: & peribũt. Videbunt eũ sancti in corona
gloriæ: & perpetualiter gaudebũt. Egredimini filiæ sion:
animæ delicatæ de sensu carnis ad intellectũ mẽtis: de ser-
uitute carnalis cõcupiscentiæ ad libertatẽ spiritalis intel-
ligentiæ: & uidete regẽ salomonẽ in diademate quo coro
nauit eum mater sua. Coronantur quidẽ & alij imitatores
ipsius: sed hoc ex industria adiuti per gratiam. Solus iste à
matre coronatus est: quia solus cũ ordinatis affectionib⁹
tanquã spõsus è thalamo processit ex utero matris. Sunt
aũt affectiones istæ quatuor notissimæ: amor & lætitia: ti-
mor & tristitia. Absq̃ his nõ subsistit humana aĩa: sed qui
busdam sunt in coronã: quibusdã in confusionẽ. Purgatæ
eĩm & ordinatæ: glorioſam in uirtutũ corona reddũt ani-
mã. Inordinatæ: per confusionẽ deiectã & ignominioſam.
Purgantur autẽ sic. Si amantur quæ amãda sunt: si magis
amãtur quæ magis amanda sunt: si non amãtur: quæ amã-
da non sunt: amor purgatus erit. Sic & de cæteris. Ordi-
nãtur aũt sic. In initio timor: deinde lætitia: post tristitia:
in consummatione amor. Compositio quarũ talis est. De
timore & lætitia nascitur prudẽtia: & est timor causa pru
dẽtiæ: lætitia fructus. De lætitia & tristitia nascitur tempe
rãtia: cuius est tristitia causa: lætitia fructus. De tristitia &
amore nascit fortitudo: & est tristitia causa fortitudinis:
amor fructus. Claditur circulus coronæ. De amore & ti
more nascitur iustitia: & est timor causa iustitiæ, amor fru
ctus. Considera ergo quomodo istæ affectiones ordinatæ
uirtutes sunt, inordinatæ perturbatiões. Si timorẽ sequa
tur tristitia desperationẽ generat: si amorẽ lætitia, dissolu
tionẽ. Sequatur ergo timorẽ lætitia: quia timor futura ca
uet: lætitia de præsenti gaudet: prudẽtis cautelæ finẽ læti-
tia possidet. Probet ergo lætitia timorẽ. Probatus timor
nihil aliud quàm prudẽtia est. Comitetur lætitiã tristitia:
quia moderate læta amplectitur: qui tristia reminiscitur.
Temperet ergo lætitiam tristitia: temperata lætitia nihil
aliud quàm tẽperantia est. Iungat amor tristitiæ: quia for-
titer sustinet tristia qui per amorẽ quæ sunt amãda desi-
derat. Cõfortet ergo amor tristitiã: confortata uerò tristitia
nihil aliud quàm fortitudo est. Iungatur amor timori: qa
ordinate amãdis inhæret qui timenda nõ negligit. Ordi-
net ergo amor timorẽ: ordinatus timor nihil aliud quàm
iustitia est. Duæ affectiones lætitia & tristitia nõ se exten-
dunt ad alia: in nobis eĩm lætamur: & in nobis tristamur.
Amor & timor ad alia se extendunt. Timor eĩm affectio est
naturalis q̃ nos coniungit superiori p inferiorẽ partẽ, & ha
bet se ad solũ deũ. Amor affectio est q̃ nos cõiungit supio
ri & inferiori & æquali: & habet se ad deũ & proximũ. In
his aũt duobus perfecta cõsistit iustitia: ut tũeamus deũ

propter

propter potentiã: amemus propter bonitatẽ: & proximũ propter naturæ societatem.

Sermo septimus.

QVid est quod dicimus beatã mariã purificarí? Quid uerò qđ ipm iesum dicimus circuncidí? Emuerò tã nõ idiguit illa purificatione: quàm nec ille circũcisione. Nobis ergo & hic circũcidítur: & illa purificat: præbẽtes exẽplũ pœnitẽtib9: ut à uicijs cõtinẽtes: primũ per ipsam cõtinentiã circũcidamur: deinde à commissis per pœnitentiam purificemur.

Sermo octauus.

QVid est autẽ q maria portat iesum in utero: ioseph iu humero in ægyptũ scilicet iens & inde rediẽs: simeon portat in brachijs: Significãt isti tres, tres electorũ ordines: maria prædicatores: ioseph pœnitẽtes: simeon bonos operatores. Qui cũ alijs euangelizat quasi iesum in utero portat: ut eũ alijs uel potius alios ei pariat. De talibus erat btũs paulus qui dicebat. Filioli mei quos iterũ parturio: donec xps formetur in uobis. Qui uerò p xpo laboríb9 fatigant: qui psecutiones patiunt: qui nulli mala inferũt: sed ab alijs illata patiẽter ferũt merito isti portare eũ in hũeris dicũtur: quibus & ab ipsa ueritate dicitur. Qui uult uenire post me abneget semetipsum &c. Si quis aũt est qui porrigat panẽ esurienti potũ sitienti: cæteraq; misericordiæ opera solicite impendat egenti: nónne iste recte uidetur eum portare in brachijs: Huiusmodi enim dicturus est in iudicio dominus. Quandiu fecistis uni ex mínimis meis: mihi fecistis.

Galat. 4.

Luce. 9.

Matt. 25.

Sermo nonus.

SApiẽtia ædificauit sibi domũ &c. Cum multis modis sapiẽtia intelligatur: quærendũ est quæ sapiẽtia ædificauit sibi domũ. Dicitur cñ sapiẽtia carnis quæ inimica est deo: & sapiẽtia huius mundi quæ stultitia est apud deũ, utraq; ista scd'm iacobũ apostolũ terrena est: animalis diabolica. Scd'm hãc sapientiã dicũtur sapiẽtes ut faciãt mala: bene aũt facere nesciũt q in ipsa sua sapiẽtia arguunt & perdunt: sicut scriptũ est. Cõprehendã sapiẽtes in astutia corũ: & perdã sapiẽtiã sapientiũ: & prudentiã prudentiũ reprobabo. Et utiq; talibus sapiẽtibus uidetur mihi digne & cõpetenter dictũ salomonis aptari: quo ait. Est malitia quã uidi sub sole: uirũ qui uidet apud se sapiẽs esse. Nulla talis sapiẽtia siue carnis siue mũdi ædificat: imo destruit quãcunq; domũ inhabitat. Est ergo alia sapientia quæ de sursum est primũ quidem pudica: deinde pacifica. Hic est christus dei uirtus & dei sapientia: de quo apostolus. Qui fact9 est inquit nobis sapientia à deo & iustitia: & sanctificatio & redẽptio. Hæc itaq; sapientia quæ dei erat: & deus erat de sinu patris ad nos ueniens: ædificauit sibi domũ, ipsam scilicet matrem suã uirginem mariã: in qua septem colũnas excidit. Quid est in ea septem colũnas excidere: nisi ipsam dignũ sibi habitaculũ fide & operib9 præparare: Nimirũ ternari9 nũerus ad fidẽ propter sanctã trinitatem: quaternarius pertinet ad mores propter quatuor principales uirtutes. Qđ aũt in btã maria sancta trinitas fuerit (fuerit dico per præsentiã maiestatis) ubi solus filius erat per susceptionẽ humanitatis: testat nũcius cælestis qui ei arcana mysteria referans ait. Aue gratia plena dñs tecum. Et post pauca. Spiritus scũs superueniet in te: & uirtus altissimi obũbrabit tibi. Ecce habes dñm: habes uirtutẽ altissimi: habes spm̃sanctum: habes patrẽ & filiũ & spm̃sctm̃. Neq; cñ pot esse aut pater sine filio: aut sine patre filius: aut sine utroq; pcedẽs ab utroq; spũssanctus: ipso filio dicẽte. Ego in patre: & pater in me est. Et iterum. Pater aũt in me manens: ipse facit opera. Manifestũ est fuisse in corde uirginis fidem sanctæ trinitatis. Vtrum aũt & quatuor principales uirtutes tanquam quatuor colũnas possederit: inquisitione dignũ uidet. Primũ ergo uideamus an fortitudinẽ habuerit. Quæ nimirũ uirtus qũo illi abesse potuit: q abiectis secularib9 pompis: spretisq; uoluptatib9 carnis: soli deo in uirginitate uiuere ꝓposuit: Nisi fallor, hæc uirgo est quæ apud salomonẽ legitur. Mulierem fortẽ quis inueniet: Procul & de ultimis finibus preciũ eius. Quæ adeò fortis fuit ut illius serpẽtis caput contereret: cui à dño dictũ est. Inimicitias ponã inter te & mulierẽ: & inter semen tuũ & semẽ illi9. Ipsa cõteret caput tuũ. Porrò q tẽperans prudẽs & iusta fuerit: ex angeli collocutione: & sua ipsius responsione luce clarius cõprobamus. Salutata quippe tam uenerabiliter ab angelo. Aue gratia plena dñs tecũ: nõ se extulit quasi quæ ex singulari gratiæ priuilegio benediceret sed siluit, & qualis esset insolita hæc salutatio secũ cogitauit. Qua in re quid nisi temperãs fuit: At uerò cũ de cælestibus mysterijs ab eodẽ angelo doceret: diligẽter quæsiuit quomodo cõciperet ac pareret: quæ uirũ utiq; nõ cognosceret: & in hoc sine dubio prudẽs extitit. Iustitiæ autẽ præfert insigne: ubi se ancillã dñi cõfitetur. Nam q iustorũ sit cõfessio: testat q ait. Verũtamẽ iusti confitebũtur nomini tuo: & habitabũt recti cũ uultu tuo. Et alibi iustis dicitur. Et dicetis in cõfessione: opera dñi uniuersa bona ualde. Fuit igitur beata uirgo maria fortis in proposito: temperans in silentio: prudens in interrogatione: iusta in confessione. His itaq; quatuor morum columnis & trib9 fidei prædictis extruxit in ea sibi domũ sapientia cælestis: quæ adeò mentẽ eius repleuit: ut de plenitudine mẽtis fœcũdaret & caro, ac uirgo singulari gratia eandẽ ipsam sapientiã carne tectã pareret: quã prius mente pura concepérat. Nos quoq; si eiusdẽ sapiẽtiæ fieri domus uolumus necesse est ut eisdẽ septem colũnis extruamur: id est ut fide & moribus ei præparemur. Et in morib9 quidẽ solam puto sufficere iustitiã: cæteris tñ uirtutibus circũfultam. Itaq; ne errore fallatur ignorantiæ: sit ei præuia prudentia. Sint hinc inde tẽperantia atq; fortitudo: ne fortẽ labat uel in dexteram uel in sinistram partem declinando.

Prou. 9.

1. Cor. 1.

Iaco. 3.

Iob. 5.

1. Cor. 1.

Luce. 1.

Ioan. 14.

Sermo decimus.

ET uocabit nomẽ eius ammirabilis, cõsiliarius, deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Ammirabilis est in natiuitate: cõsiliari9 in prædicatione: deus in operatione: fortis in passione: pater futuri seculi in resurrectiõe: princeps pacis in perpetua beatitudine. Hæc etiã nomina possunt ei congrue assignari in opere nostræ salutis. Nã primo dicit ammirabilis in cõuersione nostræ uolũtatis: quæ mutatio est solius dexteræ excelsi. Postmodũ dicit cõsiliarius in reuelatione suæ uolũtatis: qñ reuelat quid sequendũ sit iam cõuersis. Vnde paulus cõuersus dicebat. Dñe qd me uis facere: Cõuersi aũt necesse est cõpungantur pro præteritis delictis: ī quorũ remissiõe dicit de9: cui9 tm̃ est pẽtã remittere. Hinc est q salutore nostro in terra remittente peccata: iudæi dicũt eũ blasphemare: q̃si q assumeret sibi quod erat soli9 dei. Quarto dicit fortis. Iuxta sententiã enim apostoli necesse est ut oẽs qui pie uolunt uiuere in xpo iesu: persecutionẽ patiant. Sed quis sustineret: nisi ille iuuaret: Vñ dauid. Nisi qa dñs adiuuit me: paulominus habitasset in inferno aia mea. Cũ ergo nos in tribulatione protegit: cum ipsas aerias potestates arcet à nobis ac repellit: quid aliud in hoc opere dici potest nisi fortis: Vnde dictum est. Dñs fortis & potens: dñs potẽs in prælio. Et qm̃ ipsa conuersio & uita nostra in christo agẽda est nõ intuitu tẽporalium rerũ: sed spe futurorũ bonorũ: ideò quinto loco ponitur pater futuri seculi. Pater scilicet in regeneratiõe nostrorũ corporũ. Quia uerò oẽs quidẽ resurgemus: sed nõ omnes immutabimur: ut discernat immutationẽ iustorũ ab iniquorũ resurrectione: ponit sexto loco princeps pacis. Qua obtẽta tota perfectio impletur: nec iã ultra aliud quicquã appetendũ relinquit. Ipsa est cñ in cuius exultatione concinit psalmista dicẽs. Lauda hierusalem dñm lauda deum tuũ sion: qm̃ confortauit seras portarũ tuarum: benedixit filijs tuis in te: qui posuit fines tuos pacem. Horum sex nominũ consequentiã & uirtutẽ breuiter atq; elegãter comprehendit uno nomine angelus loquens ad ioseph. Et uocabis, inquit, nomen eius iesum. Cuius uidelicet nominis exponens rationẽ: ipse enim ait saluum faciet

Esa. 9.

Actu. 9.

2. Thi. 3.

Psal. 39.

Psal. 23.

1. Cor. 15.

Psal. 147.

Matt. 1.

Ibidem.

populum suum à peccatis eorum.

Sermo undecimus.

Filius dei apparuit ut nos adiuuaret & erudiret quod pōt, qa est uirtus patris & sapientia. Virtus adiuuat: sapientia erudit & informat. Infirmitati auxiliū est necessariū. Cæcitas eruditione indiget & doctrina. Eruditus sanè faciēs abnegare impietatem & seculária desideria: ut sobrie & iuste & pie uiuamus. Impietas erat incredulitas: quia deū nec credebamus nec colebamus. Deū enim sicut piū est colere: sic impiū est abnegare. Secularia desideria sunt concupiscentia carnis: cōcupiscentia oculorū: superbia uitæ: quæ trahūt & inclināt ad amorē seculi. Istis abnegatis uiuit homo sobrie: refrenās concupiscentiā carnis: concupiscentiā oculorum: superbiā uitæ. Postquam uerò incipit esse sobrius: cōtra duplicē ebrietatem duplicē ponit sobrietatē. Ebrietas exterior uoluptatū effusio: interior curiositatū occupatio. Econtra sobrietas exterior uoluptatū refrænatio: interior curiositatū exclusio: ita uiuit homo sobrie quantum ad seipsum: iuste quantū ad proximū: cui exhibet qđ iustū est. Iustitia est in duobus: in innocentia & in beneficentia. Innocētia iustitiam inchoat: beneficentia consummat. Pie quātum ad deum. Pietas est in duobus ut de nobis nō præsumamus sed in deo perfecte cōfidamus: ut per eū omnia mūdi impedimēta uincamus. In deo nō est diffidendū: sed secure & fiducialiter est agendū. Ipse tanquam pius & laudabilis medicus: prius bibit potionē quam parabat suis: id est passionem & mortem sustinuit: & sic sanitatem immortalitatis accepit & impassibilitatis: docens suos ut confidenter biberent potionem quæ generat sanitatem & uitam: & qui post passionem uita æterna uiuit: spem dat nobis ut idem speremus ab eo securi.

Tuū.2.

Sermo duodecimus.

Ioan.2. Erant ibi positæ lapideæ sex hydriæ scđm purificationē iudæorū. Intelligamus has sex hydrias positas, esse sex obseruātias seruis dei propositas: in quibus tāquam iudæi purificari debeant. Sunt autem istæ: silentium, psalmodia, uigiliæ ieiunium, opus manuū, carnis mūditia. In hydria silentij purificamur à peccatis: quæ uerbositate cōtrahimus. Cuius uitij sunt octo species. Est enim uerbū stultum, uanū, mendax, ociosum, dolosum, maledicum, impudicum, excusatoriū. Quæ nimirū pestis de loquacitate nascitur: & per silentij censuram aut euertitur funditus: aut certè ne multum noceat reprimitur. In psalmodia fit duplex confessio: ubi & peccator de culpis cōpungitur: & deo laudes super iudicia: iustitiæ suæ dicūtur. In hac ergo hydria iudæus qsqs qui scilicet recte confitetur: purificat ab immundo spiritu blasphemiæ: cui añ conuersionē subiacebat. Dum enim seipsum laudaret ac deum accusaret: quid aliud quàm blasphemus erat? Ezec.18. An nō sunt blasphemi qui dicunt, nō est æqua uia dominī? An non insipiēs ille blasphemus qui dicit in corde suo nō est deus? ps.52. Iam uerò cōuersus & cōfessus canticisqs diuinis instructus: correcta uita corrigit & uerba: secqs ipsum accusans mala sibi computat: deum autem laudās, bonū quod in se uidet, nō sibi sed illi applicat: & hoc totū agitur in psalmodia. Per psalmodiā accipe qcqd deo agitur cum mentis melodia: siue sint psalmi: siue hymni: siue etiam quæcūqs cantica. Tertiā hydriā posui superi⁹ uigilias: has semper debet comitari orationū instātia. Vnde & dñs in euangelio legitur in oratione pernoctasse: & discipulos suos exhortās utrunqs simul cōiunxit dicēs. Matt.13. Vigilate & orate: ut nō intretis in tētationem. Tales uigiliæ abluunt nos à sordib⁹ quas cōtraximus per somnolentiā resoluti: dū obliuiōe quadā à uia salutis intepuim⁹ ac torpuimus. Quarta hydria est ieiunium: de quo qs dubitet an & ipsum purificet? Vera est illa sentētia: cōtrarijs curātur cōtraria. Si ergo per gulā peccauim⁹ & ingluuiē: quid restat nisi ut per abstinētiā reparemur? Nec solū huius uitij fit per ieiunium purificatio: insuper & uirtus ad expellendos dæmones comparatur: dicente dño. Marc.9. Hoc genꝰ in nullo potest exire: nisi in oratione & ieiunio. Sequitur quinta hydria quæ dicit⁹ manuū. In quo si quæras an sit aliqua purificatio: facilè pōt inueniri per multa. Nam ut plurima prætereā: hoc solū quāti sit præconij: quātæ gratiæ: qs digne æstimet suo se quēqs labore trāsigere: ac nullius aliquid desiderare? Ac ne me quisquam putet hæc magis declamatorie quàm ex ueritate proferre: audiat ipsum doctorē nostrū in fide & ueritate apostolū paulū scribentem ad thessalonicēses: hæc ipsa docētē & præcipientē. Roga- 1.Thes.4. mus uos, inquit fratres ut abūdetis magis: & operā detis ut quieti sitis: & ut uestrū negotiū agatis: & operemini manib⁹ uestris præcepim⁹ uobis: & ut honeste ambuletis ad eos qui foris sunt: & nullius aliqd desideretis. Audiat eundē ipsum facientē q̄ docebat. Ipsi enī scitis, inquit, quēad- 1.Thes.3. modū oporteat uos imitari nos: quoniā non inquieti fuimus inter uos: neqs panē gratis māducauimus ab aliquo, sed in labore & fatigatione: nocte & die operātes: ne quē uestrū grauarenus. Itē audiat docētē quæ faciebat. Cū esse- Idem. mus apud uos hæc denunciabam⁹ uobis: quoniam si quis nō uult operari, nec manducet. Vides quàm solicite obseruandū præcepit doctor gentiū opus manuū. Cur hoc tā topere curauit: nisi quia sicut bonus & diligēs pastor hoc ouium saluti plurimum expedire prouidit? Restat ultima carnis mundítia. In hac fit purificatio ab illa quinqpertita corporis illecebra: uisus, auditus, gustus, odoratus, tactus. Et cætera quidē prædicta: id est silētium, psalmodia, uigiliæ, ieiunij, opus manuū: exerceri sine ista possunt: sed si ubi præcincti nō sint: id est si desit carnis mūditia, lucernæ ardētes quid proderūt? Hinc ergo colligendum est, p sit necessaria huius hydriæ, purificatio: quæ sola oībus sit pradictis equipollentē obtinet uim salutis. Et notandū q̄ in his omnibus obseruātijs quatuor primas debemus nobis: quintā proximo: sextā deo. Nam silentiū, psalmodiā, uigilias, ieiunium, debet quisqs exercere, ppter seipsum, hoc est, ppter suā disciplinā: op⁹ manuū propter proximū ne quē grauet: sed magis habeat unde tribuat necessitatē patienti: carnis mundítiā propter deū: ut illi placeat: & eius uoluntatem faciat. Vñ scriptū est. Hæc est enī uolūtas dei 1.Thes.4. sanctificatio uestra: ut abstineatis uos a fornicatione: ut sciat unusquisqs uestrū, suū uas possidere in sanctificatione & honore. Q̄ aūt illæ hydriæ lapideæ dicuntur: significat q̄ sine aliqua difficultate obseruari non possunt & q̄ dura & aspera est uia quæ ducit ad uitam. Vel certe lapideæ dicūtur, ppter fortitudinē ne facile frangātur aut dissoluātur: & effundatur liquor gratiæ q̄ in eis cōtinet: qđ utiqs cito cōtingere posset: si uel fictiles essent uel ligneæ, seu cuiuslibet alteri⁹ fragilis materiæ. Vel etiam lapideæ, id est xp̄ianæ à lapide xp̄o: ut scilicet in fide christi fiant.

Sermo decimustertius.

Capientes singulæ metretas binas uel ternas. Ioan.2. Hic primū sciendū est q̄ huiusmodi hydriæ aliquando sunt uacuæ: aliquādo sunt plenæ. Plenæ autem aliqñ ueneno: aliqñ aqua: interdum etiam uino. Vacuæ quippe & inanes sunt: cum pro inani gloria uel aliquo temporali emolumento fiunt. Plenæ ueneno sunt: si cū murmure & animi rancore gerātur. Aqua plenæ dicūtur: cū ex timore dei obseruant. Sigdē p aquā timor intelligit. Vnde & apud salomonē legit. Timor do- Prou.14. mini fons uitæ. Vino autē plenæ sunt: cū timor uertit in amorem: cū charitas excludit timorē: cū ea q̄ prius obser bantur timore pœnæ: iam exercent delectatione & amore iustitiæ. Vt uacuæ uel ueneno infectæ sint nō uult dñs: ut impleant aqua iubet dñs: ut aūt aqua in uinū uertat, hoc facit dñs: sed qb⁹ implere hydrias aqua imperat dñs? Ministris utiqs, quos & cōstituit sup familiā suā: ut dent illis in tpe tritici mesurā: qb⁹ tñ maria primū suggesserit dicēs. Quodcūqs dixerit uobis facite. Quo exēplo innuit q̄ offi- Ioā. ciū p̄dicatiōis nō debēt usurpare sibi: nisi quos maria id est mater gratia pri⁹ instruxerit. Aliqn dicet eis. Regna- Oseæ. uerūt & nō ex me: principes extiterūt & ego ignoraui. Implēt ergo ministri hydrias aqua: p̄dicāt mira de dulcedine regni:

ne regni: intentāt horrēda de terrore supplicij: sit summ⁹ auditoribus de utroque timor: ne uel illo fraudētur uel isto plectātur: & ita capiūt hydriæ metretas binas. Quid est autē uel ternas: Addatur illis duobus tertius timor: & capiunt hydriæ metretas ternas. Et illi quidē duo p̄dicti timores de futuro: sunt ualde utiles. Sed est alius timor de præsenti multo probabilior: quo timet homo, & semper est pauidus ne interna gratia deseraf. Quisqs igiſ hoc timore repletus fuerit: pfecto binis metretas ternas addidit. Notandū autē q̄ cū hydriæ plenæ factæ sunt usq; ad summū: tunc aqua uersa est in uinū bonū: qa nimirū ordo ratiōis est: ut si timor est initiū charitatis: perfectū sequaf etiā plenitudo dilectionis. Vñ etiā architriclinus dicit ad
Ioan.2. sponsum. Oīs hō primū uinū bonū ponit: & cū inebriati fuerint: tūc id q̄d deterⁱ⁹ est. Tu aūt seruasti uinū bonū usq; adhuc. Cōsuetudinis est seculariū hoīm: ut cū aliquē honorē adipisci desiderant: cæteros sibi prius per amorem acquirāt. Cū uerò adepti fuerint: elati potestate eos ipsos per timorē sibi postmodū subiiciūt: qb⁹ priuati nō terrorem sed amorē exhibuerāt. Isti ponūt primū bonū uinū, id est amorē: & cū inebriati fuerint tūc id q̄d deterius est, id est timorē. Ecōtrario facit sponsus noster. Semp em̄ seruat ad ultimū bonū uinū: q̄d uerò in eⁱ⁹ cōparatione de-
Eccli.2. terius est añ ppinat dicēs. Fili accedēs ad seruitutē dei sta in timore si ex timore te feceris ipsi⁹ seruū: faciet te ex charitate amicū suū. Et sic aq̄ timoris cōmutabiſ in uinū dilectionis. Ad hoc em̄ purificaris in illis sex hydriis aquis timoris: ad hoc in timore accedis ad ipsum tanquā seru⁹ ad dominū: ut de seruo proucharis in filium.

Sermo decimusquartus.

Apoc.5. ECce uicit leo de tribu iuda: radix dauid aperire librum & soluere septem signacula eius. Septem signacula sunt: temporalis natiuitas, legalis circūcisio matris purgatio, fuga in ægyptū, carnis necessitudo, baptismus, passio. Hæc siqdē sunt ueræ q̄dā humanitatis insignia: qbus se teneri ac ligari uoluit incarnata dei sapientia. Ipsa quippe est sc̄a in trinitate psona: & licet eandē incarnationē simul fecerint pater & filius & spūsc̄tus: nō tn̄ pater aut spūsc̄tus est incarnatus: sed solus filus. Impleuit quidē & pater & spūsc̄tus carnem filij: à quo neuter eorum poterat separarⁱ: sed impleuit maiestate nō susceptione. Ideoq; filius ostendit in carne potentiam patris per opera: exhibuit bonitatem spiritussancti remittendo peccata: & quod ipse erat: id est sapientia occultauit per illa prædicta signacula. Facta est igiſ res mira & obstupēda. Infirmata est uirtus summa: & ut ita dicam si dici liceat: q̄d tamē reuerenter dico: quasi infatuata est sapietia. Nec erubesco dicere: q̄d nō erubuit
I.Cor.1. doctor gentium docere. Sic nempe credidit: sic docuit sic scriptū reliquit. Nos, inquit, prædicamus xp̄m crucifixū: iudæis quidē scandalū: gētibus autē stultitiam: ipsis autem uocatis iudæis atq; græcis: xp̄m dei uirutem & dei sapientiā: quia quod stultū est dei sapientius est hoībus: & quod infirmū est dei fortius est hoībus. Verūtamē hæc uirtus abscondenda erat: & in humilitate perficienda: ut omniū implerenf oracula pphetarū. Passus est ergo ī cruce impassibilis deus: & in carne nostra mortali mortuus ac sepultus immortalis dei filius. Sed ecce tertia die resurrexit à mortuis: & qui agnus extiterat in passione, leo factus est in resurrectione. Surrexit & uicit leo de tribu iu-
Roma.7. da, quia mortē quā ex infirmitate nostra ptulit: ex uirtute sua resurgendo calcauit. Resurgens em̄ à mortuis iam non moritur: mors illi ultra nō dominabitur. Resurgendo autem & in cælū ascendendo librū aperuit: quia nimirū ex auctoritate sacræ scripturæ q̄ deus esset immotuit.
Psal.107 Vñ scriptū est. Exaltare sup cælos deus: & sup oēm terrā gloria tua. Septē quoq; eiusdē libri signacula soluit quādo eloquia sacra fidelibus mētibus reserauit: & qcqd de mysteriis suis lex & prophetæ sub allegoriis prædixerant: de his scilicet quæ per hominē tēporaliter gessit: de se prædicta: & in se ac per se cōpleta: luce clarius indicauit.

Sermo decimusextus.

Marc.16. QVid ē aūt q̄ post mortē eⁱ⁹ tres illæ sanctæ mulieres emerūt aromata: ut in monumēto positū ungerēt eū? Quid in sua actiōe nobis religiōsū imitādū? Res em̄ gesta (ut ait Gregoriⁱ⁹) aliq̄d in sancta ecclesia signat gerēdū. Et nos ergo si xp̄m mortuū: id est fidē xp̄i mortuā in corde cuiuspiā fratris senserimus: dāda nobis opera est: ut ad ungēdū corpⁱ⁹ mortuū ēptis aromatib⁹ accedam⁹. Significāt aūt tres illæ mulieres tres ī nobis efficiētias: q̄ sibi cōgruæ cōparāt aromata. Quæ sunt illæ? Mens manus lingua. Omnis em̄ qui emit dat & accipit aliquid, & quod dat perdit ut possideat q̄d accipit. Dat igiſ mens nūmū, ppriæ uolūtatis & cōparat affectū compassionis: zelū iustitiæ: discretionem consilij. Dat manus obedientiā: & emit in tribulatione patientiā: in opere perseuerantiā: in carne continentiā. Dat lingua nūmū cōfessionis, & accipit modū in correctione: copiā in exhortatione: efficaciā in persuasione. Talibus unguētis compositis dum ad monumentum simul uenerint: col-
Ibidem. loquuntur inuicem & dicunt. Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumentⁱ? Lapis iste est uel nimia tristitia uel pigritia uel duritia, qui dū cordis aditum obstruit, frustra ad ungendum mortuū mens uel manus uel lingua cū
Psal.9. quibuslibet aromatibus uenit. Sed qm̄ scriptū est præparationē cordis eius audiuit auris tua: uidēt lapidē reuolutū: introeunt in monumentū: & quē ungere uolebāt mortuū audiūt suscitatū. Quis hoc īdicat? Quis hoc p̄dicat? Angel⁹ utiq; testis resurrectiōis. Videf scilicet hui⁹ ī quo xp̄s resurrexit uult⁹ lætior: aspectus uenustior: sermo purior: iccessus modestior: & ad oē op⁹ bonū spūs pr̄optior. Quæ oia q̄d sunt aliud quàm q̄dā internæ resurrectionis hilaris nūci⁹. Cætera quoq; q̄ in xp̄i resurrectione gesta uel dicta sunt, utpotē de mūeto sudario: ac de ipso dño in galilæa uidendo & alijs quæ euāgelica continet historia possunt nimirum iuxta cœptam tropologiam interpretarⁱ: ut quod historice præcessit in capite: cōsequenter etiā credatur fieri moraliter in eius corpore.

Sermo decimusseptimus.

1.Ioan.5. TRes sunt q̄ testimoniū dāt in cælo: p̄r & filiⁱ⁹ & spūsc̄tus. Tres ī terra: spūs aq̄ & sanguis. Siīr ī
Esa.66. iferno: ut ī esaia legimⁱ⁹. Vermis eoꝝ nō morief & ignis eoꝝ nō extīguef. Duo malas sūt: uermis & ignis: altero rodiſ cōscia: altero cōcremāf corpa. Tertiū addiſ desperatio, q̄ in eo utiq; intelligiſ q̄d dicitur nō moriet & nō extīguet. His q̄ in cælo sūt daf testimoniū btītudinis: his q̄ in terra iustificationis: his q̄ ī inferno sunt dānationis. Primū testimoniū est gl̄iæ: sc̄m gr̄æ: tertiū iræ.

Sermo decimusseptimus.

Lucæ.11. VEniēs ad nos de uia noster amicus: id est quilibet cōuersus proximus: tribus panib⁹ reficiendus est. Primus panis est cōtinentia qua restringitur corpus: ne deinceps per mortiferas uoluptates defluat. Secundus est humilitas qua instruitur anima ne de ipsa sua continētia superbiat. Tertius est feruor charitatis: quo accenditur spiritus: ut utrunq; id est corpus & animā in castitate & humilitate perseuerāter custodiat. His tribus uirtutib⁹, id est castitatis, humilitatis, charitatis, tanquam tribus panibus reficitur homo dei & roboratur: ut secundum apostolum in die aduentus domini sit integer spiritus, anima & corpus. Spiritum autem uoco gratiam quæ iuxta apostolū eundem, adiuuat infirmitatē nostrā: ne deficiam⁹: donec suo tēpore metamus bonū q̄d seminauimus. Vocaf primⁱ⁹ panis carnalis uel corporalis: secūdus rationalis: tertius spiritalis. Hi panes quoties desunt: à deo requirendi sunt. Merito autē tres quærunf, quia tres reficiendi uenīunt: anima quasi uir: caro quasi coniunx: spiritus uelut utriusq; uernaculus. Et notādum q̄ nō ait da: sed commoda mihi tres panes: quasi redditurus: quia sacerdos peccatori cōuertenti debet quidē gratiam diuinitus impetrare: fructum uerò eiusdem gratiæ uon sibi debet sed deo referre.

Universidad de Deusto Biblioteca

Sermo decimusoctauus.

Ioan.3. NEmo ascēdit in cælū nisi qui de cælo descendit filius hominis qui est in cælo. Dñs & saluator noster iesus xp̄s uolēs nos docere quō in cælū ascēderemus: ipse fecit quod docuit: ascēdit in cælum. Et q̄n ascendere nō poterat nisi prius descēderet: descendere aūt eum uel ascēdere non patiebatur diuinitatis suæ simplicitas: quippe quæ nec minui pōt nec augeri: aut aliquo modo uariari: assumpsit in unitatē suæ personæ naturā nostram: id est humanam in qua descēderet & ascenderet: uisamq; nobis qua & nos ascenderemus ostenderet. Quod totū indicant sancti euāgelij uerba proposita. In eo cīn quod dictū est nemo ascēdit in cælum nisi qui descēdit, assumptio humanæ naturæ exprimitur: in eo autē quod infertur qui est in cælo: diuinitatis suæ incōmutabilitas ostenditur. In quib⁹ uerbis illud etiā innuitur q̄ ipse sit uia per quā ascendamus: ipse patria ubi maneam⁹: uia scilicet transeūtibus: patria peruenientibus. Manens itaq; qđ erat in natura sua: descēdit & ascēdit ppter nos in
Sap.8. nostra: attingēs uimirū à fine usq; ad finē fortiter: & disponens oīa suauiter. Descēdit siquidē quo inferi⁹ nō decuit: ascendit quo celsius nō potuit. Ipsumq; descēsum egit fortiter, quia uirtus erat: ascēsum disposuit suauiter: quia sapientia erat. Descendit aūt dictū est non cecidit: quia qui cadit sine gradu ruit: g aūt descēdit gradatim pedē ponit. Sunt ergo gradus in descēdēdo: sunt in ascēdendo. In descendēdo primus quidē gradus est à summo cælo usq; ad carnē: secundus usq; ad crucē: tertius usq; ad mortē. Ecce quousq; descendit. Nūquid amplius potuit. Poterat iam certe rex noster dicere: & quasi quodam operis effectu clamare. Quid ultra debui facere & nō feci? Maiorē hac dilectionē nemo habet: ut aīam suam ponat quis pro amicis suis. Vidimus descensum: uideamus & ascēsum. Sed & ille quoq; triplex est: & eius prim⁹ gradus gloria resurrectionis: secūdus potestas iudicij: terti⁹ cōcessus ad dexteram patris. Et de morte quidē meruit resurrectionem: de cruce iudicij potestatem: ut q̄n in illa iniuste iudicatus est: de illa iustam obtineret iudicis censurā: ipso post resurrectionem dicēte. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Ipsam uerò serui formam: id est carnem in qua passus & mortuus est: resuscitatam euexit super oēs cælos: & sup
Esa.5. Ioan.15. Matt.28. Galat.6. omnes angelorum choros: usq; ad dexteram patris. Quid hac dispositione suauius ubi mors absorbet in uictoria: ubi ignominia crucis uertit in gloriā: ut de illa dicāt sancti: absit mihi gloriari nisi in cruce dñi nostri iesu xp̄i: ubi & ipsa carnis humilitas ex hoc mūdo trāsit ad patrē. Hac ascēsione nihil sublimius: hoc honore nihil gloriosius dici pōt aut cogitari. Sic per incarnationis suæ mysteriū descendit & ascēdit dñs: relinquēs nobis exemplū ut sequamur uestigia eius. Sumamus & nos de mysterio eius: moribus nostris exemplū. Qui cīn dicit se in xp̄o manere: debet sicut ipse ambulauit & ipse ambulare. Descēdamus p nīā humilitatis: ponaturq; nobis primus eius gradus: id est primus profectus nolle dominari: secundus uelle subiici: tertius in ipsa subiectione quaslibet cōtumelias & iniurias illatas æquanimiter pati. Primo gradu caruit in cælo
Esa.14. lucifer ille: qui dixit in corde suo. In cælum ascendā: super astra exaltabo soliū meū: sedebo in monte testamēti in lateribus aquilonis: ascendā super altitudinē nubium: similis ero altissimo. Hæc dicēs irreparabiliter cecidit de cælo: & hoc ideo fortè quia oīno intolerabilis superbia est uelle dominari. Secūdo gradu caruerūt primi hoies in paradiso: qui licet sua maluerint uolūtate abuti quàm creatori subiici: nō tn præsumpserūt cæteris suæ sortis dñari. Ideoq; culpa eorū & pœna longe extitit dissimilis superbiæ atq; ruinæ diaboli: unde & diuina clementia q̄nq; meruerunt reparari. Tertium gradū non habēt qui ad tēpus credunt: sed in tēpore tētationis recedunt. Hæc dicimus ut sciamus à quorum imitatione declinare debeamus. Nā & diabolus & homo uterq; ascendere præpostere uoluit: hic ad scientiam: ille ad potentiam: ambo ad superbiam. Non sic ascendere uelim⁹: quin potius audiamus pphetā quærentē quō ascendendū sit. Quis inquit ascēdet in mōtem dñi: aut quis stabit in loco sancto eius? Innocēs manibus & mūdo corde: qui nō accepit in uano aīam suā nec iurauit in dolo proximo suo. Vbi notandū q̄ triplicē gradum ascēdendi constituit. Primus gradus est innocentia operis: secundus munditia cordis: tertius fructus ædificationis. Quos gradus miro modo inuenimus in superioribus gradibus descensionis. Ibi quippe fuerat tertius gradus: tolerantia iniuriarū. Ipsa est enim quæ probat huius ascēsionis primū gradū: id est innocentiā operis. Ibi sc̄a fuerat patientia subiectionis: & ipsam operatur munditia cordis: quæ est secūdus ascensionis gradus. Ad hoc enim doctores prælatos habemus: ut cor mundemus: dicente domino. Iam uos mūdi estis propter sermonem quem locutus sum uobis. Ibi etiam primus gradus fuerat contemptus dominationis: hic tertius est fructus ædificationis. Quisquis autem dominari non appetit: is profecto fructuose præest cæteris instituendis.

Ioā.15

Sermo decimusnonus.

Psal.9 QVis ascendet in montē dñi? Ascendit quidē semel xp̄s corporaliter super altitudinē cælorū: sed & nūc ascēdit quotidie spūaliter in cordib⁹ electorū. Si ergo uolum⁹ & nos cū eo ascēdere, ascendendū nobis est in montes uirtutū de uallibus uitiorum. Est aūt gemina species ipsorum uitiorum. Alia enim sunt quæ nocēt nobis: alia quæ proximis. Illa flagitia: ista nocantur facinora: & hæc omnia dicuntur uallis lachrymarum: quia omni fletus fluuio plangenda est uita peccatorum. De ualle flagitiorū ascenditur ad montē castitatis triplici continentia: membrorū, sensuum, cogitationū. In prima cōtinentia cohibetur actus: in sc̄a uitat aspectus: in tertia resecat affectus. Itē de ualle facinorū ascēditur in montē immocētiæ. Hic erigitur scala: quod tibi non uis fieri alij ne facias: & ponit in ea triplex gradus timoris: uel eius scilicet qui patitur ne reddat talionem: uel superioris potestatis ne inferat ultionem: uel interni iudicis qui reddit unicuiq; sc̄d'm opera sua. Cum aūt ad hunc montē ascēderint iā iusti sunt, & ex fide uiuūt: sed necesse est eos secundum apostolum persecutionem pati. Itaq; confugiēdum est de monte immocētiæ ad montem patiētiæ: & hic quoq; erigit scala triplicis gradus. Primus est dñi passio: secūdus martyrum fortitudo: tertius præmij magnitudo. Possunt sanè gradus isti dici gradus pudoris: sicut in innocentia fuerunt gradus timoris. Et nota, p mons iste patiētiæ secundū hos gradus est ardu⁹, spinosus, aridus. Arduus propter difficultatē imitandi passionem dñi: spinosus ppter aculeos tentationū quæ multiplices sunt, dānascilicet rerū: cōtumeliæ uerborū: cruciatibus corporum: in quibus sancti martyres examinātur: aridus ppter retributionē præmiorū quæ nō in hoc seculo speratur: sed in futuro. Post hunc montē restat ei alius mons ascēdendus: mons scilicet montiū: ad quem cum peruenerit: iam in eo deus requiescit. Vnde scriptū est. Factus est in pace locus Psal.75
eius. Sed & in hoc monte pacis erigitur scala charitatis: unde dñs dicit. Quæcūq; uultis ut faciant uobis hoies: & Matt.7
uos facite illis. Volumus siquidem retribui nobis: uolumus ignosci: uolumus gratis dari.

Sermo uigesimus.

DE spūsctō testat scriptura: qa procedit, spirat in habitat, replet, glorificat. Procedere dicit duobus modis: unde, & quo. Vñ: A patre & filio. Quo: Ad creaturā. Procedendo pdestinat: spirādo uocat quos pdestinauit: inhabitādo iustificat quos uocauit: replēdo accumulat meritis quos iustificauit: glorificando ditat præmijs quos accumulauit meritis.

Sermo uigesimusprimus.

SPiritus sanctus arguit mūdū de peccato quod Ioan.16
dissimulat: de iustitia quā nō ordinat: dum sibi non deo eam dat: de iudicio quod usurpat dū tam de se quàm de alijs temere iudicat.

Sermo

Sermo uigesimus secundus.

Ioan.12. QVi mihi ministrat: me sequat. Quidam sunt qui nō sequunt Christū: sed fugiūt. Alij nō sequuntur, sed præcūt. Nōnulli sequunt: sed non assequunt. Alij uerò sequunt & cōsequunt. Nō sequunt sed fugiūt q necdū peccare desistūt. De qb⁹ scriptū

Ioan.3. est. Omis qui male agit: odit lucē. Et ppheta. Ecce isti q elōgant se à te: peribūt.

Psal.72. Non sequunt sed præcunt: qui magistrorū sentētijs suas præferūt. Quorū imaginē tenebat Petrus: cū pro salute nra uolentē pati dñm increparet dicēs.

Matt.16. Absit à te dñe: nō erit tibi hoc. Sequunt sed nō assequunt qui segniter ac remisse agūt: uel usq; ad finē non perseue-

Hebr.12. rātes de medio itinere reuertunt. Talibus dicit apls. Remissas manus & dissoluta genua erigite: & gressus rectos facite pedib⁹ uestris: ut non claudicās qs erret: magis aūt sanet. Sequunt & cōsequunt: qui uiā hūilitatis ei⁹ deuoto mentis affectu pseuerāter imitant. Hmōi uerè sequunt

Ioan.12. dñm. Qui mihi ministrat me sequat: id est me imitet. Quo

Ibidem. fructu: Vt ubi sum ego, inqt, ibi sit & minister meus. Fructus itaq; hui⁹ imitationis: māsio est æternæ beatitudinis.

Sermo uigesimus tertius.

Luca.9. QVi ult uenire post me: per me: ad me. Post me, quia ueritas sum: per me, qa uia sum: ad me, qa uita sum. Qui ult uenire post me, abneget semetipsum: & tollat crucē suam & sequatur me. Tria ppositi Christus: dei uirtus & dei sapietia: angelus magni cōsilij: aīæ rōnali ad imaginē trinitatis factæ: scilicet seruitutē, utilitatē, asperitatē. In abnegatione sui seruitus: in toleratione crucis utilitas: in imitatiōe Christi designat asperitas: ut quæ per inobediētiā de statu trinæ felicitatis ceciderat: hūiliata afflictiōe trinæ miseriæ per obedientiam resurgat. Ceciderat eīn à seipsa à societate angelorū: à uisione dei: id est à libertate: à dignitate: à beatitudine. Audiat ergo consilium: ut abnegando semetipsam: id est ppriā uoluntatē sui, libertatē recuperet: tollēdo crucē suā: id est, carnē suā cū uitijs & cōcupiscētijs crucifigēdo, per cōtinētiæ bonū recuperet societatē angelorū: sequendo Christū, id est, ei⁹ passionē imitādo, recupet claritatis eius uisionē: quia si cōpatimur ei: & conregnabimus.

Sermo uigesimus quartus.

Psal.115. RECiosam in cōspectu dñi mortē sctorū ei⁹ facit aliqñ uita: aliqñ causa: aliqñ uita simul cū causa. In cōfessoribus q in dño moriunt facit p̄ciosam uita. In martyribus q pro dño moriunt, facit eā p̄ciosam: aliqñ sola causa: aliqñ causa pariter & uita. Et illa qdē mors p̄ciosa ē quā cōmēdat uita: p̄ciosior uerò quā facit cā: p̄ciosissima uerò quā p̄uenit uita sil' cū causa.

Sermo uigesimus quintus.

Ibidem. RECiosa in conspectu dñi mors sanctorū eius. Tria sunt quæ sanctum facit hoiem: uictus sobrius: actus iustus: sensus pius. Victus sobrius erit: si continenter, si socialiter, si obedienter, id est, caste, charitatiue, humiliter uixerimus. Per cōtinentiā eīn castitas: per socialitatē charitas: p obedientiā hūilitas acgrit. Et hæc est uirtus quæ aīam pfecte deo subditā sub umbra alarū ipsius secure facit uiuere. Actus iustus erit: si fuerit rectus, discret⁹ fructuosus. Rect⁹ p bonā intētionē: discretus per mēsurā possibilitatis: fructuosus per utilitatem proximorū. Sensus pius erit: si fides nostra deū sentit summe potentē, summe sapientē, summe bonū: ut per ei⁹ potentiā nostrā credamus adiuuari infirmitatē: per eius sapientiā nostrā credamus corrigi ignorātiā: per eius bonitatem nostrā credamus dilui iniquitatē. Tria sunt quæ mortem sanctorū faciunt preciosam: quies à labore: gaudium de nouitate: securitas de æternitate.

Sermo uigesimus sextus.

Matt.13. TRiplicem nobis cōmēdat gradū parabola triplex lectionis unius. Ager est corpus. Huic dū adhuc dominātur passiones desideriorū: iacet incultus & obnoxius maledicto. Spinas & tribulos germinat: quid intus lateat ignoratur. Quis enim eo tempore idoneū reputet ferre dignos pœnitentiæ fructus: Quid tam insipiēter exponis aīa corpus tuū: Nescis qd abscōditū sit in eo. Quid nisi regnū cælorū: Inuenire est in eo salutis opa: qbus regnū cælorū poteris adipisci. Eme ergo agrū, & à cōcupiscentijs tuis tibi uēdica corp⁹ tuū: dato nimirū pretio fomētis & occasionib⁹ ipsarū cōcupiscentiarū. Vbi uerò thesaurum effoderis: esto iam negociator & preciosas margaritas quære. Si preciosissimā unam inueneris: etiā tunc uende qcqd habes & eme eam. Quæ est tn una tam preciosa: Neq; eīn mirū si pro thesauro uendidit quæcūq; habebat: id est pro diuitijs salutis & peccata & peccati fomēta deseruit. Hæc quippe sola pri⁹ habebat. Nūc autē ubi thesaurū hūc reperit, quō quærit bonas margaritas: & pro una oīa uēdidit: Ego unā hanc nihil aliud quàm unitatē arbitror esse. Quærit aūt bonas margaritas: qui in opere salutis suæ nō est contētus inferioribus bonis: sed summa quæq; & excellētiora perquirit. Nihil ergo preciosius inueniēs unitate, nō parcat oībus cæteris ppter eam: iciumijs, uigilijs, orationibus, audacter præferat unitatē. Volo aūt ut in ea quoq; sic maneat, non quasi unus ex oībus: sed quasi cū oībus unus. Latū expandat sinū: ex omni genere affectionū claudat intera uiscera sua: oībus oīa fiat: & cōgaudere paratus & compati: gaudere cū gaudētibus, flere cū flentibus. Erit eīn cū ad littus ueniēs, malos pisces à sagena charitatis excludet: & quicquid molestum est, foras mittetur.

Sermo uigesimus septimus.

EOdem ordine quo ꝓcessit culpa: subsecuta est etiā culpæ medicina. Primū peccatū est factum in cælo per superbiā præuaricatoris angeli: q dixit in corde suo. In cælū cōscēdā: super astra Esa.14. dei exaltabo soliū meū: sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis: ascendā super altitudinē nubiū, ero silis altissimo. In seipso tumuit: & de sorte beatorū spirituum electus cælorū regnū amisit. Cōtra hoc peccatū dictū est. Beati pauperes spiritu: qm ipsorū est regnū cælorū. Scd'm Matt.5. peccatū cōmissum est per inobediētiā mulieris in paradiso. Ex hoc peccato facta est caro rebellis spiritui: ut qm spiritus eius nō fuit subiectus creatori: nec caro sit subiecta spiritui. Cōtra hoc est dictū. Beati mites qm ipi possidebunt terrā. Horū duorū peccatorū cōprehēdit dns medicinam dicens. Discite à me, quia mitis sum & humilis cor- Matt.11. de. Tertium peccatū fuit ꝙ ipsa mulier uirū quoq; secum traxit in culpā. Debuit quidē illa peccatū suū deflere: nec addere peccatū peccato: sed in hoc se putauit habere consolationē, si uirū faceret peccati sui participē. Quodāmodo enim naturale est: unūquēq; uelle, siue in uitijs, siue in uirtutibus associare sibi cōsortem. Cōtra hoc peccatū est istud remediū. Beati qui lugent: quoniā ipsi cōsolabūtur. Matt.5. Quartū peccatū cōmisit Adam: qui cōsensit. Adam enim 1.Thi.2. (sicut ait apostol⁹) nō est seductus: mulier autē seducta in præuaricatione fuit. Illa per ignorantiā: iste peccauit per infirmitatē. Peccauit autem nimis diligēdo uxorem: non quia eius uoluntatē fecit: sed quia eam uoluntati prætulit diuinæ. Vnde & à dño ei dictum est. Pro eo ꝙ obediſti Genē.3. uoci uxoris tuæ plus quàm meæ: maledicta terra in opere tuo. Iustum quippe erat: ut illius magis uolūtatē faceret, cui plus debebat. Quis uerò ambigat plus eī debere conditori quàm uxori: Siquidē uxori erat astrictus tantū per amorem: deo autem per timorē simul & amorē. Plus ergo debuerūt ualere duo uincula ad tenendum eum erga dei præceptū: quàm unū tantū erga coniugis affectū. Cōtra hoc quartū peccatū: adhibitū est remediū. Beati qui esu- Matt.5. riunt & sitiunt iustitiam: quoniā ipsi saturabunt. Habuit quidē Adam iustitiam à iusto deo creatus iustus: sed quia non eam ex libero arbitrio dilexit: facile ab ea per idē liberum arbitrium defluxit. Quo cōtra dicitur per psalmistā de Christo. Dilexisti iustitiā & odisti iniquitatē. Quintū Psal.44. eque peccatum cōmisit: qui propriam culpam retorsit in uxorem, cum ait. Mulier quam dedisti mihi sociam dedit Genē.3. mihi de ligno: & comedi. Primo quidem crudelis in se qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

peccatū suū excusauit: secūdo in uxorē quā accusauit. Et utiq; satis sumpta est digna de peccato uindicta: qñ eam accusauit: cui⁹ amore peccauit. Cōtra hoc peccatū dictū
Matt.5. est. Beati misericordes: qñ ipsi misericordiā cōsequentur.
Sextū peccatū fecit Eua: quæ cū increpare à dño cur hoc
Gen.3. fecisset: respōdit ei. Serpēs decepit me, & comedi. Sic de-
ps.140. clinauit & ipsa in uerba malitiæ ad excusandas excusatio nes in peccatis: refundens culpā in serpentē, quasi immunis à crimine: cum nil obfuisset suggestio serpentis, si illa negasset assensum ppriæ uolūtatis: & fortè præcessit in ea aliquis motus superbiæ, unde seduci meruit à serpente.
Matt.5. Contra quod dictū est. Beati mundo corde: qñ ipsi deum uidebunt. Septimū peccatū factū est extra paradisum: qñ
Gen.4. Cain cōsurrexit aduersus Abel fratrē suū: & interfecit eū.
Ex eo iam tēpore inueteratū est: ut mali insurgant in bo-
Matth.5. nos & opprimāt eos. Hui⁹ peccati remediū est istud. Beati pacifici: qm filij dei uocabunt. Q; si ab infestatione cessare noluerint iniqui: patienter tolerent eos iusti: audietes
Ibidem. cōsolationē quæ sequtur, & dicit. Beati qui persecutionem patiūtur ppter iustitiā: qm ipsorū est regnū cælorū. Ecce quàm necessarius fuit aduētus Christi: q carnē subiceret spūi: hoiem pacificaret sibi: deū reconciliaret homini.

Sermo uigesimusoctauus.

Ioan.1. LEx per Moysen data est: gratia & ueritas per Iesum xp̄m facta est. Duplex in lege ueteri præceptorū genus inuenio. Sunt em moralia quæ-
Exod.20 dam, ut est: nō concupisces: nō adulterabis: honora patrem tuum, & his similia. Sunt etiam figuratiua & umbratilia quæ dā: ut est taurorum immolatio: & sanguis hyrcorū. Verūtamen carnalis ille populus nec illa implere poterat, nec in his obtinere salutē. Vnde & saluator in
Marc.7. euangelio legis præcepta improperat pharisæis: q; ppter traditiōes suas irrita facerent dei mādata: ipsa sine dubio in q̄bus esset ædificatio morū. Nam de cæteris ipse loquit
Ezec.20 per prophetā. Dedi eis præcepta non bona: ipsa planè in quib⁹ esset umbra futurorū. Quæ em cōsequentia rōnis: ut hoie peccante aries multaret, & diceret cum propheta:
ps.68. quæ nō rapui tūc exsoluebā. Merito sanè nō bona præce-
Psal.17. pta pplis nō bonus accepit dicente ppheta: cū sancto sanctus eris: & cū peruerso puerteris. Nouerat em iudæorū corda carnalia: unde & carnalia eis tradidit sacramenta quæ nō possent iuxta cōscientiā perfectū facere seruientē in iustitijs carnis. Venit proinde plenus gratia & ueritate Christus dñs noster: ut ex hoc iam moralia quidē impleā tur per gratiā: quæ uerò umbratilia & mysticafuerant reuelata ueritate: deinceps nō ad literā obseruentur: sed fm spiritū spiritaliter intelligant. Propterea iam nō aries uel taurus hoie peccante mactatur: sed uitia corporis hostia, rationale & acceptabile sacrificiū in ieiunijs & laborib⁹: ueniam meretur pariter & gratiam.

Sermo uicesimusnonus.

1.Cor.4. SIc nos existimet homo ut ministros Christi: & dispēsatores mysteriorū dei. Minister Christi sic debet cōuersari: ut ex morib⁹ exterioris ho-
Ibidem. minis q uidet, existimet compositio interioris animi qui nō uidet: ne uel ab alio uel à seipso possit iudicari: sed dicat cū eodē apostolo. Mihi pro minimo est ut à uobis iudicer, aut ab humano die: sed neq; meipsum iudico. Qui aūt iudicat me: dñs est. In quibus uerbis notāda sunt tria iudicia. Humanū: suū cuiusq; proprīū: diuinum. Et humanū quidē pōt iudicare de reb⁹ exterioribus, quæ sensibus corporis percipiunt: de interioribus uerò nō pōt.
1.Cor.2. Hinc em scriptū est. Quis enim scit hoīm quæ sunt hois: nisi spūs hois qui in eo est: Quapropter de his quæ sunt in hoie potest iudicare spūs hois qui in ipso est. Longe uerò præstantius de his iplis iudicat deus: cuius necdum se fatet apls euasisse iudiciū: qui tñ iam & humanū transcendisset & ppriū. Porrò humanū cōtemnebat qui dicebat.
1.Cor.4. Mihi aūt pro minimo est ut à uobis iudicer: aut ab humano die. Sed neq; proprium timebat qui dicebat. Sed neq;
Ibidem. meipsum iudico. Nihil em mihi cōscius sum. Solum ergo restabat diuinū: de quo ait. Qui autē iudicat me: dñs est. Ibidem.
Debet tñ quisq; quātū potest irreprehēsibilē se exhibere: primū quidē corā deo: sed deinde corā hoibus. Hoc nēpe
2.Cor.2. est quod alibi loqtur idē apls dicēs. Prouidētes bona nō tantū corā deo: sed corā hoibus. Et notandū tribus modis, uident bona corā hoibus: id est habitu, actione, sermone. Habitu ne sit notabilis: actione ne sit reprehensibilis: sermone ne sit contēptibilis. Tribus etiā modis coram deo: cogitatione, affectione, intētione. Nam & cogitatio debet esse sancta. unde scriptū est. Cogitatio sancta seruabit te: & affectio pura & intētio recta. Sunt aūt tria ista: id est cogitatio, affectio, intentio in aīa: sed in ea quoq; proprijs singula locis distincta uident. Nam cogitatio in memoria: affectio in uolūtate: intentio in rōne consistit. Atq; ut eorū usum ac differentiā clarius uideam⁹: sumamus nobis exemplū de reb⁹ exterioribus. In corporib⁹ si quilibet deformis calor cutem tantū inficiat: corpus qdē turpius reddit: sed nihil ei de sanitate sua ex hoc adimitur. Si ergo carni putredo aliqua uel liuidus tumor insederit: iam nō solū decor corporis: sed salus quoq; turbat. Q; si languor forsitan inualescens cū ipsa carne: ossa quoq; medullitus occuparit: tunc demū de uita nō immerito poterit desperari. Eodē modo in aīa si pctm suggerit memoriæ per cogitationē: nullū tñ præbuerit aut uoluntas affectū, aut deliberatio ipsa cōsensum: fateor quidem deformitas est, nec audire interim aīa illa meret: tota pulchra es amica mea. Cant.4.
Cæterū etsi neuus est: sed nō morb⁹. Q; si uolūtas quoq; ipsa iam sensu delectationis afficitur: resistit tñ adhuc deliberatio rōnis: infirmat qdē, sed necdū moritur aīa: clamet tñ necesse est: sana me dñe & sanabor. Tūc em mori dicit: Hiere.17.
qñ & ipsa ratio ad pctm per intētionē curuat. Hoc nempe est pctm: de quo dicit. Aia quæ peccauerit: ipsa morietur. Ezec.18.
Hunc triplicē gradū deplorat Dauid ex persona peccatoris, dicēs dño. Expellēdo de paradiso in latā huius seculi euagationē: cōfirmasti sup me manū tuā. Et qñ carnalia Psal.37.
desideria sunt peccati pœna: non est sanitas in carne mea Ibidem.
à facie iræ tuæ. Iam uerò ubi robur deest rōnis: nō est pax ossibus meis à facie peccatorū meorū. Qui rursum eosdē gradus ex persona iusti decantat dicens. Memor fui dei Psal.76.
& delectatus sum: & exercitatus sum. Delectatus em dicit per uoluntatē: exercitatus per rationē. Ne ergo à memoria expellat deū irruēs turba plurimarū cogitationū quæ solent ebullire tanquā uilis plebs in atrium: ponat ad eius portā ianitor, cuius uomen est recordatio ppriæ professionis: ut cū turpibus sese cogitationibus senserit animus prægrauari: increpet se & dicat sibi. Tu ne hæc debes cogitare qui sacerdos es: qui clericus es: qui monachus es? Cultor iustitiæ debet in se hmōi quicquam admittere: decet seruū Christi amatorē dei, tale aliquid uel ad modicū meditari? Hæc dicēdo excludes fluxū illicitæ cogitatiōis per recordationē ppriæ professionis. Similiter ad portā uolūtatis in qua solent manere carnalia desideria tanquā in domo domestica familia: statuat ostiarius qui uocatur recordatio cælestis patriæ. Hic em potest prauū desideriū quasi cuneus cuneum expellere: & ipsum qui ait: ecce sto ad ostium & pulso, sine cūctatione recipere. Iam uerò ad thalamū rationis, talis & tam ferox adhibēdus est custos, qui nemini parcat: sed quicūq; hostis siue clam siue palam ingredi præsumpserit, procul eum arceat: & hic sit recordatio gehēnæ. In cæteris siquidē: id est memoria & uolūtate non ita est intolerabile: si uel memoria recipiat qñq; uagam cogitationē: uel uoluntas impurā affectionē. Hoc uerò grauissimū & omnino damnosum: si unquam ratio perdiderit intentionis rectitudinem.

Sermo tricesimus.

SIcut portauimus imaginē terreni hois, portemus & imaginē cælestis. Duo hoies sunt: uetus 2.Cor.15.
& nouus. Adā uet⁹: Christ⁹ nou⁹: ille terrenus: iste cælestis: illius imago uetustas: istius imago nouitas. Est autē triplex uetustas: & ecōtrario triplex nouitas. Est enim uetustas in corde: in ore: in corpore: in quibus

quibus tribus modis peccauim⁹: cogitatione, locutione, & opere. In corde sunt desideria carnalia & secularia: id est amor carnis, & amor seculi. Similiter in ore est gemina uetustas: arrogãtia & derogatio. Item gemina in corpore: flagitia & facinora. Hæc omnia sunt imago ueteris hominis: & hæc oĩa renouãda sunt in nobis. Si non esset uetustas in corde: nõ diceret apostol⁹: Renouamini spiritu mẽtis uestræ: & induite nouũ hoiem qui ẽm deũ creatus est in iustitia & sanctitate ueritatis. Item si non esset uetustas in ore, non diceret scriptura. Recedant uetera de ore uestro. Et apls dicit. Ois sermo malus non pcedat de ore uestro: sed si quis bonus est ad ædificationem fidei: ut det gratiã audientibus. Sed & de uetustate corporis mẽtionẽ facit, cum dicit. Sicut exhibuistis membra uestra seruire immũditiæ & iniqtati ad iniqtatẽ. De cuius renouatione etiã subiũgit. Ita nũc exhibete mẽbra uestra seruire iustitiæ in sanctificationẽ. Renouet ergo cor nostrũ à carnalibus & secularibus desideriis: ut exclusis illis introducatur amor dei: & amor patriæ cælestis. Recedãt ab ore nostro arrogantia & derogatio: & succedant pro his uera peccatorum nostrorum confessio: & bona de proximis æstimatio. Pro flagitiis & facinorib⁹ quæ uetustas est corporis: assumat cõtinẽtia & innocẽtia: ut scilicet cõtrariis uirtutibus cõtraria uitia depellant. Hanc supradictam renouationem facit Christ⁹ habitãs in nobis p fidẽ: sicut ipse ait. Ecce noua facio oĩa. Vnde & ad sponsam loqtur in cantícis. Pone me ut signaculũ super cor tuum: ut signaculũ super brachiũ tuũ. Habitãs igitur in corde est sapiẽtia: habitans in ore ueritas: habitans in corpore iustitia.

Ephes. 4.
1. Reg. 2.
Ephes. 4.
Roma. 6.
Esaiæ. 43
Canti. 8.

Sermo tricesimus primus.

1. Cor. 4.

SPectaculũ facti sumus mundo & angelis & hominibus. Ita planè & malis & bonis pariter. Illos enim solicitat inuidiæ passio: istos compassio misericordiæ: ut in nos incessanter intẽdãt: illi quidẽ defectũ nostrũ, illi profectũ desiderãtes. Nimirũ in pbatione sumus inter paradisum & infernum, interim medij: uelut inter claustrũ & seculũ constituti. Diligenter consideratur utrinq; quid agimus: utrinq; dicitur, ô si ad nos trãseat: intẽtione quidẽ dissimili: sed nõ dispari forsitan uolũtate. Quòd si ita oĩm oculi in nos nostri quo abierunt: aut quare soli ipsi recesserunt à nobis? A dextris siqdem & à sinistris tanto studio circunspecti soli dissimulamus inspicere uitam nostrã: soli nosmetipsos negligimus intueri: nec uerẽtes deceptorios nec administratorios saltem spiritus reuerẽtes. Me expectãt iusti donec retribuas mihi. Et item. Me expectauerũt pctores ut perderent me. Hinc mihi gehenna, inde corona parat: & inter hanc atq; illam mediũ nugari liber, oscitare delectat: usq; adeò nec trahor desiderio: nec periculo terreor: nec cupidus planè nec pauidus: in qbus magis fuerat necessarium: permitiosissime insensibilis ad utrũq;. Exurgam⁹ aliquãdo fratres: nec in uano accipiamus aĩas nostras: pro qbus alij tanto zelo uel in bonum uigilant uel in malũ. Non est res parua quam sic insectantur hostes: ciues sic præstolantur.

ps. 141.
Psal. 118.

Sermo tricesimus secundus.

VSq; hodie in ciuibus babylonis aquarum effusio, id est cõfusio cogitationũ, terrã facit inanẽ & uacuã. Dum eñ fluctuat circa carnẽ cogitatio uniuersa: nullũ ex ea sperare est fructũ salutis. Diuidantur ergo aquæ ab aquis: quatenus aĩa quoq; (ut dignũ est) partẽ sibi uẽdicet solicitudinis & meditationis. Sanè inferiores certis liminibus coerceantur: certis cõtineantur alueis: necessitatis terminos nõ excedãt: pinde superiores copiosius dilatẽtur. Ex hoc sanè dat dñs benedictionem: & terra nostra dabit fructum suum.

Gen. 1.
Psal. 84.

Sermo tricesimus tertius.

VIm in populo dei carnales alij sint: & alij spirituales: nec illi tamen æternorũ: nec isti carẽt oĩmodo temporalium desiderio. In eo sanè distãt quòd plus alia appetunt alij: & ẽm ea quæ præferunt: aut spirituales aut carnales iudicantur. Hinc est q; in benedictionibus Iacob & Esau: & ros cæli & terræ pinguedo nominatur: sed nõ eodẽ ordine in utroq;. Det tibi deus de rore cæli & de pinguedine terræ abundantiã: ait Isaac ad Iacob. Ad Esau uerò. In pinguedine terræ, inqt, & in rore cæli desuper, erit benedictio tua. Quid autẽ singuli præferãt: à studiis corũ & solicitudinibus innotescat.

Gen. 27.

Sermo tricesimus quartus.

INtegra & perfecta mortalitas in duobus præcipue cõsistit: in euitandis uitiis & appetendis uirtutibus: qm̃ non sufficit à malo abstinere: si non & bonũ faciamus. Inde psalmista. Declina à malo, & fac bonum. Fugiamus ergo uitia: amplectamur uirtutes. Historias igit̃ summatim delibãtes: moralitatis fructũ decerpam⁹. Fames coegit israel intrare in ægyptũ: statim reperit ibi nouũ dñm: & de libero seruus efficitur. Ex illi⁹ regionis inhabitatione redigit̃ sub ptãte Pharaonis: q masculos præcepit interfici: fœmias reseruari. Israel operib⁹ luti & lateris duriter affligit̃: Pharao paleas mini strat laborantibus. Fames coegit, nõ fames panis neq; sitis aquæ: sed audiendi uerbũ dei cõpellit multos intrare ægyptũ: hoc uerbũ dei est lux uera quæ illumĩat omnẽ hoiem uenientẽ in hunc mundũ. Vnde psalmista. Præceptum dñi lucidũ: illuminãs oculos. Qui hanc lucẽ segtur non ambulat in tenebris: sed habet lumen uitæ. De luce præceptorũ: trãsitur ad lumẽ præmiorũ. Qui huius diuini uerbi patit̃ ægestatẽ: cogit̃ intrare ægyptũ: id est tenebras. Inuoluit̃ enim tenebris ignorantiæ: & subiacet dominio Pharaonis: id est diaboli qui princeps est ægypti, hoc est tenebrarũ: iuxta illud apostoli. Non est nobis colluctatio aduersus carnẽ & sanguinẽ: sed aduersus principes & potestates: aduersus mũdi rectores tenebrarũ harũ: cõtra spiritalia negtiæ in cælestib⁹. Sub iugo Pharaonis fiũt lutea opera: id est dissoluta & sordida. Ab ipso dãtur paleæ: id est leues cogitationes. Palearum est leuiter accẽdi: & in momẽto consumi. Sic & male cogitationes à diabolo immissæ: cito in mentibus nostris accedũtur: carnis mollitie cõsentiente. Sed si uiriliter studeam⁹ resistere: deo iuuante protinus extinguũtur. Paleis accẽsis coquebatur lutum & solidabat̃ in lateres: & prauæ cogitationes quæ sunt lutũ, paleis delectationis accẽdũtur. Quæ cum transeunt in actum tunc decoquũtur: cum uerò ducũtur in consuetudinem, tunc solidantur.

Exodi. 1.
Ioan. 1.
Psal. 18.
Ephes. 6.

Sermo tricesimus quintus.

BEatus uir qui non abijt in consilio impiorum. Pij sunt qui in deum credũt: & ipsum colũt. Est enim pietas, cultus dei. Hic aũt cult⁹ in tribus cõsistit: fide, spe, & charitate: quæ sunt in uisibilia. His tribus carẽt impij qui deũ nõ colũt: & quorũ consiliũ est uisibilia inuisibilibus, terrena cælestibus præponere. Horũ caput & princeps est diabol⁹: qui prim⁹ à pietate recessit: & impius fact⁹ etiã hoies in paradiso positos ab eadem pietate fraude sua deiecit: uolens eos habere socios sui erroris: & particeps iniquitatis. Ille enim Euam seduxit: & illa uirũ sibi subdidit. Similiter adhuc dæmon suggerit carni, caro spiritui: & fit impiorũ consiliũ. Dicũt enim sibi inuicẽ. Omniũ nostrũ sit unũ marsupiũ. Ponunt ergo in memoria quasi in marsupio quisq; obolum suum: dæmon scilicet suggestionẽ: caro delectationẽ: spũs cõsensum. Inde tãquã de symbolo cõparãt sibi uictũ cõpetẽtẽ. Caro quidẽ cõbustionẽ: ignẽ scilicet qui nõ extinguitur: spũs malã cõscientiã: id est uermẽ qui nõ morit̃. Dæmon aũt emit utriusq; sanguinẽ. Ad hoc consiliũ impiorũ itur quatuor modis. Quidã eñ trahunt̃ inuiti: alij attrahunt̃ illecti: alij seducunt̃ ignari: alij sequunt̃ spontanei. Istis necessariæ sunt quatuor uirtutes: per quas armati resistant, ne in cõsilio eant. Inuitis necessaria est fortitudo: qua resistant usq; ad mortẽ: minis, cruciatib⁹, & dãnis. Illi q attrahunt̃ illecti indigẽt tẽperãtia, quæ reprimit illicita desideria: nec cedit promissionib⁹, nec emollit̃ blanditijs. Illis qui seducũtur ignari est opus prudẽtia, quæ ab utilib⁹ inutilia discernit: & docet quid tenendũ, quidue reijciẽdũ sit.

Psal. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iustitia indigent illi qui sequuntur spontanei. Iustitia est rectitudo uoluntatis: quæ nec amat peccare, nec peccato cōsentire. Iustitia & fortitudo sedē habēt uoluntatē: quia uolūtas iusta debet esse & fortis. Est aūt iustitia ordinata hoc modo: scilicet mala respuēs: bonis meliora pponens. Hāc nō uidet habuisse Adā: q malo cōsentiēs, quod utile erat deseruit. Prudētia & tēperātia sedē habēt in ratione: quia ratio prudens debet esse & tēperata. Est quippe prudētia ratio docta, scilicet à gīa, uitare contagia iniustitiæ ppter iustitiā. Vitat quidē nō solum iniustitiā apertā: sed etiā illa quæ sunt aliquo modo cōtra iustitiā: attendēs nō qđ licet, sed magis qđ expedit: uitans diuitias & quædā alia: non qa illicita, sed qa iustitiæ solēt esse impedimenta. Sed ppter quosdā qex hypocrisi hoc faciūt: addit ppter iustitiā. Iustitia est perfectio aiæ rationalis. Aliæ uirtutes sunt ad eius acquisitionē uel cōseruationē: fortitudo, tēperātia, prudētia: quæ iustitiā cōseruāt ne amittat aut minuatur. Postquā uerò pfecta est iustitia & transit in affectū cordis: idē est q illa tria: quia fortis est, prudens, tēperata. Qui nō abijt. Abire pertinet ad illos qui sunt incōstātes: & leuiter possunt impelli. Quod quidam uolētes euitare, fiūt euidēter obstinati: nullius cōsilio acquiescentes: proposituū suū immobiliter tenētes: & ideò adiunctū est & nō stetit: scilicet ut nec leuis sit nec obstinat⁹. Via peccatorū est mūdus uel ppria uolūtas quæ est superbia: ex qua oia
Psal.1. mala, sicut ex cōi sunt bona. Et in cathedra pestilētiæ non sedit. Sedet, qui docet: exemplo suo faciens peccare alios. Cathedra est hæc: & quatuor pedib⁹ subsistit. Primus pes est malitia: secundus cōtemptus dei: tertius irreuerentia: quartus astutia. Malitia est amare malū & saporem mali habere: & malū qa malū est diligere: sicut facit diabolus & nōnulli iniqui. Sed quia fit aliqñ ut tales timeāt deum nō timore bono: sed ne incurrant uel dānum rerū uel corporis cruciatū: ut amplius fiāt mali contēnunt & ipsum deū: & fit secūdus pes cōtēptus dei. Item posset fieri ut malum amarēt, deū contēnerent: sed inhiberet eos pudor hoim, cum qbus habitāt: ideò ad augmentū mali sequitur tertius pes, irreuerētia: ut nec deū timeāt nec hoies reuereantur. Ad consummationem uerò malitiæ: adest quartus pes astutia: ut sciant uti tribus p̄dictis: miscentes oleo uenenū, & melli acetū. Eminens pars cathedræ cui sedēs inhæret: est potētia. Si enim potēs est qui prædicta habet: tunc plurimū nocet, uel si potētem sibi allicere potest, quē consilio suo seducat, & ad malum impellat. Deinde apponit pului nar: ut suauiter sedeat. Puluinar sit de leuib⁹ pēnis auiū: significans uanam gloriā & fauorē popularē: qbus hoies delectati extollūtur. Scabellū pedibus supponit: ne terrā tangāt. Tales eñ nonnulli terrenas actiones nō faciūt: sed spūales simulant ut magis decipiant. Horum doctrina est
Psal.1. quasi pestilentia: multa loca occupans & uastans. Sed in lege dñi uolūtas eius. Superiori uersu dictum est quid sit respuendū: in hoc autē dicitur quid sit appetendū. In illo dictū est tanquā declina à malo: in hoc autē, & fac bonū. Quod utiq; est ambulare in lege. Sed quoniam hæc uia agitur nō gressu corporis, sed affectu mētis: ideò dictū est, in lege dñi uolūtas eius. Velle eñ (teste beato Gregorio) mente ire est. Per hāc uiam incedūt & quasi quendā currū ducūt tria genera hoim: seruus, mercennarius, filius. Trahunt aūt eundē currū iumenta: quorū noia sunt cōminatio & promissio. Super commination̄ seruus sedet: super promissionē mercēnarius. Horū uterq; trahit currū: alter timore, alter cupiditate: & uterq; pprijs stimulis impellit. Solus filius qui nec timore quatitur, nec illicit cupiditate sed spiritu dilectionis agit: sine labore aut læsione uehitur
Roma.8. in curru. Quicūq; eñ spiritu dei aguntur: hi filij sunt dei. Habet etiā curr⁹ ille quatuor rotas, illas scilicet quatuor animi affectiones notissimas: amorē & lætitiā: timorem & tristitiā. Amant eñ reprobi tēporalia: & lætant cū male fecerint: sed hunc amorē & hanc lætitiā sequitur timor & tri-
Ioan.16. stitia sempiterna. Electi uerò, qb⁹ dicit mūdus gaudebit, uos aūt contristabimini: sed tristitia uestra uertet in gaudium: ponūt primas rotas timorē & tristitiā: posteriores amorē & lætitiā. Ipsis etenim cōmutat timor in charitatem: tristitia in lætitiā sempiternā. Notandū aūt q hæc uia legis dīni cōsummat sex diebus. Et prima quidē dicta est gemitus cordis: secūda cōfessio oris: tertia largitio propriæ possessionis: quarta labor corporis: quinta abnegatio propriæ uolūtatis: sexta cōtēpt⁹ mortis. In septima fit quies ab oīb⁹ prædictis: sperās octauā resurrectionis. Et in lege ei⁹ meditabit die ac nocte. In quocūq; statu sit hō posit⁹: nūquā recedēdū est illi à lege dñi: sed semp in die bonorū nūquā recedēdū est illi à lege dñi: sed semp in die bonorū nō immemor sit malorū: & in die malorū memor sit semp bonorū. Potest etiā per diē & noctē cōtēplatiua & actiua uita intelligi: quæ ambæ continētur in lege domini.

Sermo tricesimus sextus.

Psal.52. QIxit insipiens in corde suo, non est deus. Deus licet unus sit & unū sit: tñ non sui uarietate: sed animi uostri mutatione gustantibus nobis: diuersos uidet habere sapores. Sapit eñ timenti iustitiā & potentiā: sapit amāti bonitatē & misericordiā.
Psal. Vnde & alibi ait idem iste propheta. Semel loquutus est deus: duo hæc audiui: qa potestas dei est, & tibi dñe misericordia. Idem quippe est audire hoc quod gustare: quia utrūq; sit una & simplicissima mēte. Itaq; semel loquutus est deus: quia unum genuit uerbū. Cæterū nos per unum uerbū, duo hæc audimus siue sapimus: quia potestas dei est & tibi dñe misericordia. Atis quidē penitus insipiens est & tibi dñe misericordia. Atis quidē penitus insipiens est: cui nec timorē deus sapit nec amorē. Discat quantum uult: ego sapientē nō dixerim, dū nec timebit nec diliget deum. Quomodo eñ dixerimus in sapientia cōsummatū: quē uideo nec initiatū? Nam initiū sapientiæ timor dñi: Eccli.
quē uideo nec initiatū? Nam initiū sapientiæ timor dñi: Prou.
cōsummatio amor: media sibi uendicat spes. Cui ergo nec iustitia sapit deus per timorē: nec misericordiā p amorē: is planè dicit in corde suo nō est de⁹. Deū enim nō putat: quem nec iustum nec pium reputat.

Sermo tricesimus septimus.

Psal.52. COrrupti sunt & abominabiles facti sunt in studijs suis: nō est qui faciat bonum: nō est usq; ad unum. Habet anima corruptionē suā: habet & corpus suam. Corruptio aiæ tripertita est: quadripertita est corporis. Corp⁹ siquidē cōstat ex quatuor elemētis. Aia uerò in triplici ui subsistit. Est enim rationalis, concupiscibilis, irascibilis. Rationale, cuius sanitas est cognitio ueritatis: corrumpit superbia. Corrupta autem fallitur duobus modis. In cognitione sui: & cognitione dei, Cōcupiscentiā corrumpit uana gloria: iram inuidia. Corruptio corporis dicit abominatio: & fit quatuor modis: fm quatuor elemēta ex quibus cōstat. Quatuor enim sunt quæ corpus corrumpūt: curiositas, loquacitas, crudelitas, uoluptas. Sūt autem quatuor partes corporis: in quibus singulis maxime uigēt singula elemēta. Nā in oculis est ignis: in lingua quæ uocem format aer: in manibus quarū proprie tactus est terra: in mēbris genitalib⁹ aqua. Has quatuor partes corrumpit illa quadripertita pestis. Oculos scilicet curiositas: linguā loquacitas: manus crudelitas: genitalia uoluptas. Sic fiūt hoies corrupti & abominabiles: corrupti in aia: abominabiles in corpore: corrupti coram deo: abominabiles corā hoibus. Non est qui faciat bonū: non est usq; ad unum. Quatuor genera sunt hoim: quorū oim nullū est quod faciat bonū nisi unum. Quidā enim sunt qui deū nec intelligūt nec reqrunt: & hi mortui sunt. Alij intelligunt quidē: sed nō requirūt: & hi impij sunt. Alij reqrūt, nō aūt intelligunt: & hi fatui sunt. Alij uerò & intelligūt & reqrūt: & hi sancti sunt. De qbus solis dici potest: quia ipsi sunt qui faciunt bonum.

Sermo tricesimus octauus.

Psal.15. MVltiplicatæ sunt infirmitates eorum: postea accelerauerūt. Quid dissimulāt hoies in uita sua agere pœnitētiā: & extrema de cōfessione præsumunt? Quomodo sub unius horæ articulo: reuocari posse æstimāt oia aiæ membra: cuius cōcupiscētiæ & desideria per totum mundum sparsa sunt: & ubiq; terrarum

terrarum uelint quodam uísco tenẽtur? Nõ dico, ait dñs, quín & taliũ saluem aliquos: potẽs sum enim in momẽto oía reuocare: sed nõ cõgregabo cõuenticula eorũ de sanguinibus: id est qui in sanguine pseuerãt, donec multiplicatis infirmitatibus deserantur à peccatis, antequam desepſal.35. rant ea: nõ magna taliũ cõuenticula cõgregabo. Si bene memini, in totó canone scripturarũ unũ latronẽ inueníes sic saluatum. Noli ergo huic tam periculosæ expectationi
Ioan.3. credere temetipsum. Et quidẽ ipse nõ modo ubi uult, sed quando uult spirat: nec ei difficile est de subito perfectam dare cõtritionẽ cordis, quã uix multo tpe alíj cõsequuntur: sed unde scis q̃ tũc tibi ita subuenire uelit quẽ tu interim
Sapien.1. sic repellis? Benignus quidẽ est spiritus sapiẽtiæ: sed non liberabit maledictũ à labijs suis. Audi quis ille sit. Maledictus qui peccat in spe.

Sermo trigesimusnonus.

ps.20. DRæuenisti eum in benedictionib⁹ dulcedinis. Triplex nobis necessaria est benedictio: præueniens adiuuãs, & cõsummans. Prima misericordiæ: secũda gratiæ: tertia gloriæ. Præuenit misericordia cõuersionem: adiuuat gratia conuersationem: perficit gloria consummationem. Nisi trinam hãc benedictionẽ dederit deus: non potest dare terra nostra fructum salutis. Neq; enim aut inchoare bonũ donec à misericordia præueniamur, aut agere bonum donec adiuuemur à gratia: aut consummari in bonis possumus, donec gloria repleamur. Verũ in histrib⁹ nõ immerito dulci⁹ sapit ea q̃ nõ modo immeritos, sed & male meritos præuenit: ut dũ adhuc filij sumus iræ & operamur opera mortis: ipse cogi tet super nos cogitationes pacis: & ne petẽtibus quidem imo & impetẽtibus: nõ inuocãtibus sed prouocantibus, nõ interpellantibus sed etiã repellẽtibus, spiñ bonũ, spiñ uitæ, adoptionis spiñ largitur. Quid illi aĩæ dulce sapiat: cui misericordia tanta nõ sapit? Merito proinde benedictio dulcedinis noiatur ea quæ præuenit: quia quæ adiuuat fortitudinis, quæ cõsummat plenitudinis est.

Sermo quadragesimus.

Psal.17. DOpulus quem nõ cognoui seruiuit mihi. Non esset magnæ admirationis, si populus à deo cognitus seruiret illi. Cũ uerò incognitus illi seruiat, & in auditu auris obediat: magnæ laudi ascribendũ est. Ex hoc genere cognitorũ & nõ cognitorũ, & cognoscentiũ & nõ cognoscentiũ, sunt quatuor differentiæ. Quidã enim sunt qui à deo cognoscũtur & deum cognoscũt: alíj nõ cognoscunt nec cognoscũt: alíj cognoscũtur quidẽ: sed ipsi nõ cognoscũt: alíj non cognoscunt: & tñ cognoscũt. Cognoscere dei est felicẽ facere: cognoscere hois est gratias agere. Qui ergo cognoscũtur à deo & deũ cognoscunt, sancti angeli sunt: qui ab eo felices facti eius laudibus semper uacant & obsequijs deseruiunt. Qui nec cognoscũtur nec cognoscunt, pauperes sunt necessarij: quos nec rerũ temporaliũ copia ditat, nec beatificat seruitus diuina. Qui aũt cognoscũtur sed nõ cognoscunt, diuites sunt huius seculi: qui acceptis quidẽ opib⁹ affluũt: sed carnalibus desiderijs hui⁹ seculi pressi nũquã ad cælestia cor suspẽdunt. Qui uerò non cognoscũtur & cognoscũt, pauperes sunt uoluntarij: quos nec tribulatio nec angustia, nec alia quæcũq; pericula possunt separare
Eccli.27. à charitate dei. Et hi nimirũ multis modis ꝓbant: aduersis duriscq; fatigant tribulationibus sicut scriptũ est. Vasa figuli ꝓbat fornax: & hoies iustos tentatio tribulationis.
Psal.21. Ex quorũ item persona loqtur psalmus. Deus deus meus respice in me: quare me dereliquisti? Nũqd nõ incogniti uident, qui orant ut respiciant? Verũtamen licet derelicti uideant: ipsi tñ deũ cognoscũt: & ex persona cognoscentium statim in eodem psalmo subinfertur. Deus meus clamabo per diẽ & nõ exaudies: & nocte & nõ ad insipientiã mihi. De his ergo uox diuina dicit. Populus quẽ non cognoui seruiuit mihi. Ac si apte diceret angelis suis. Quid si uos mihi seruitis quos felices facio: quãdoqdẽ illi mihi seruiunt, quos in sua paupertate derelinquo? Et qd si uos mihi obeditis qui faciẽ meã uidetis: cum & illi obediant, qui me tantũ audiũt & non uident. Vident quippe angeli: audiũt homines. Audiũt scilicet & obediunt: ut quandoq; similes angelis facti, mereant ipsi quoq; uidere. Itaq; auditus est meritũ uidendi: uisio præmium audiendi. Et prius est audire, uidere posterius: sicut scriptum est. Audi ps.44. filia & uide. Quisquis ergo in futuro deum uidere desiderat: profecto necesse est ut in præsenti prius deum audiat: & in auditu auris obediat.

Sermo quadragesimusprimus.

MOrs peccatorũ pessima. Mala in amissione mũ- Psal.33. di: quia nõ possunt sine dolore separi ab eo quẽ diligũt. Peior in dissolutione carnis: à qua euelluntur eorũ animæ à spiritibus malignis. Pessima in tormentis inferni: quando corpus & anima perpetuis simul addicuntur ignibus. Ecõtrario bonorũ mors optima: quoniam quidẽ fit ibi quies à labore: fit iocũditas de nouitate: fit securitas de æternitate.

Sermo quadragesimussecundus.

TRia sunt: tabernacula, atria, domus. In tabernaculis sunt omnes iusti in carne uiuẽtes & laborantes: quia tabernacula laborantiũ sunt & militantium. Tabernaculũ uerò habet tectum, sed fundamento caret: & portabile est: quia iusti præsentibus nõ sunt fundati, sed inquirũt ciuitatẽ desursum fundamẽta habentem. Fides etiã eorũ quæ est fundamentum: non est in terrenis sed in dño. Tectum habẽt: id est munimẽtũ gratiæ & protectionẽ. Atria sunt domui uicina: amplitudinẽ habentia. In illis sunt aĩæ sanctæ corporibus exutæ: quæ in latitudine sunt depositæ carnis angustia. Atria habent fundamentum sed non tectum: quia animæ quæ in amore dei sunt nõ ruunt: unde stantes erant pedes nostri: Psal. 121. sed nõ habent tectũ: adhuc expectantes augmentũ: quod nõ erit nisi in resurrectijõe corporũ suorũ. Post ipsam sanè resurrectionẽ cum angelis erunt in domo: quæ habet fundamentũ & tectũ. Fundamentũ est stabilitas æternæ beatitudinis: tectũ cõsummatio & perfectio ipsius.

Sermo quadragesimustertius.

PAratum cor meum deus: paratũ cor meũ. Via Psal.56. regia fratres: nec ad dexterã declinat nec ad sinistram. Porrò inuenire est hoiem semel quidẽ paratũ: nõ qdẽ secundo. Si dixerit ei deus: ejice Ezec.21. ancillã & filiũ eius: dico aũt opera carnis: non cunctatur. Si dixerit, immola mihi filiũ tuum quẽ diligis Isaac: hoc Gen.22. planè iam patiẽter audire non põt: ut fraternæ utilitatis aut unitatis gratia: spiritalis fulmine uideat studij detrimẽta. Quidni abijciat facile seruus xp̃i: quicqd ad corpoream pertinet uoluptatem? At uerò spiritali iocunditate æquanimiter fraudari q̃n aut obedientia cogit, aut fraternæ charitatis ratio postulat: hoc planè magnũ & deo gratum offerre est holocaustum. Memẽto tñ nõ Isaac in hoc sacrificio: sed arietem contumaciæ iugulari.

Sermo quadragesimusquartus.

ECce quàm bonum & quàm iocundũ habitare Psal.132. fratres in unũ. Est unitas naturalis: unitas carnalis: unitas uirtualis: unitas moralis: unitas spiritalis: unitas socialis: unitas personalis: unitas principalis. Vnitas naturalis est inter corp⁹ & aiam: unitas carnalis inter uirum & mulierem: de qua dictum est. Erunt duo in carne una. Vnitas uirtualis est quæ hoiem Gen.2. sibijpsi cõiungit, ut non per diuersa effluat: sed cũ ꝓpheta unam petat à dño. Vnitas moralis est quæ nos coniungit Psal.26. proximo. Vnde psalmista. Qui habitare facit unius moris ps.67. in domo. Vnitas spiritalis est quæ nos coniũgit deo. Vnde apls. Qui adhæret deo unus spũs est. Vnitas socialis in 1.Cor.6. ter angelos: quibus oĩmodis idẽ uelle est, idem nolle. Vnitas personalis in xp̃o. Vnitas principalis, quæ & substantialis est in trinitate. Ecce quàm bonũ & quàm iocundũ. Sũt quædã bona & iocũda: sunt q̃dã nec bona nec iocunda. Sũt quædã bona & nõ iocũda: sunt q̃dã iocũda & nõ bona. De bonis & nõ iocũdis ꝓuenit ad bona & iocũda.

De iocundis & non bonis peruenitur ad nō bona & non iocūda. Bona & nō iocūda sunt cōtinētia patiētia, disciplina. Iocūda & nō bona, uoluptas, curiositas, & uanitas. Nec bona nec iocunda: inuidia, tristitia, accidia. Bona & iocūda, honestas, charitas, & puritas. Ad hoc bonū & iocundū obtinēdū: necessaria est unitas uirtualis & unitas moralis. Primā disturbant pusillanimitas & leuitas. Pusillanimitas facit propositum relinquere: leuitas mutare. Alteram obstinatio, suspicio, & simulatio disturbant. Obstinatio nō recipit proximū: suspicio non credit proximo: simulatio non se iungit proximo. Spes æternorū expellit pusillanimitatē: humilis obedientia leuitatē. Obstinatio humilitate: suspicio & simulatio charitate pelluntur.

Sermo quadragesimusßquintus.

Eccl'. 15. NOn est speciosa laus in ore pctōris. Etiam quæ est in ore peccatoris pœnitentis: non uidetur speciosa: quia adhuc de peccati recordatiōe & memoria cōfusionē patit & frequēter inde cōpungitur. Sed tñ in eo est utilis & fructuosa confessio: etsi non speciosa decoracp laudatio. Postquā uerò de bñficijs dei proficiens adhæret diuinæ laudi, & in ea assidue delectatur & proficit: ita ut nihil aliud placeat ei: tunc in ore eius est speciosa laus dei ad similitudinē agricolæ: qui dū stercorat agrum suū totus in luto est & stercorib9, nō est pulcher labor eius, & si sit fructuosus: sed qñ colligit manipulos segetis: tunc labor est speciosus & dulcis.

Sermo quadragesimusßextus.

Prou. 4. OMni custodia serua cor tuum: quia ex ipso uita procedit. Duob9 aūt modis uita à corde procedit. Aut quia corde credit ad iustitiā: & iustus ex fide uiuit: & fide mūdat cor: & mundo corde deus uidetur, id est agnoscitur: & hæc est uita æterna ut cognoscāt te unū deū & quē misisti Iesum xp̄m: aut quia Christ9 uita nr̄a qui nūc per fidē habitat in cordib9 nr̄is, erit cum apparebit & nos cū ipso apparebimus in gloria: & qui nunc latet in corde: tunc quasi de corde ad corpus pcedet: qñ reformabit corpus humilitatis nostræ, cōfiguratū corpori claritatis suæ. Vnde & alius apl's ait. Nunc filij dei sumus: & nōdū apparuit qd erimus. Sed considerandū est quō dicat: omni custodia serua cor tuū. Solent dicere hoies hui9 seculi: bonū castellū custodit, q corpus suū custodit. Nos aūt nō sic: sed ster quilinij uile custodit quī custodit corpus suū apostolo teste: qm̄ qui seminat in carne de carne metet corruptionē. Qui uerò, inqt, in spiritu: de spiritu metet uitā æternā. Ac si dicat colendū, custodiendū magis aīæ castrū: qm̄ æterna ex ipso uita procedit. Sed castrū istud in terra inimicorū situ undicp impugnatur: & idcirco omni custodia, id est, ex omni parte uigilāti solicitudine est munīēdū: inferius, superius, ante, & retro: à dextris & à sinistris. Inferius impugnat concupiscentia carnis quæ militat aduersus aīam: quia caro cō cupiscit aduersus spiritū. Superius imminet iudiciū dei. Horrendū est enim incidere in manus dei uiuentis. Solicite satis hac parte cor suū custodierat, q dicebat. Semp enim quasi tumentes super me fluctus, timui deum. Retro mortifera delectatio est: quæ oritur ex recordatione præteritorum peccatorū. Ante instātiā tētationū. A sinistris uerò: arrogantiū fratrū & murmurantiū inquietudo. A dextris: obediētiū fratrū deuotio. Possunt enim hi quoq3 (nisi caueatur) duob9 nocere modis: aut bonis eorū actibus inuidēdo: aut singularē gratiam æmulando. Vigilet ergo aduersus carnē rigor disciplinæ. Cōtra iudiciū dei, iudiciū ppriæ cōfessionis: & hoc sit duplex. Manifestū de manifestis: occultū de occultis. Vnde ait apl's. Si nosmetipsos dijudicaremus: nō utiq3 iudicaremur. Contra delectationē quæ procedit de recordatione præteritorū peccatorū frequētia lectionis: cōtra instantiā tentationis instantia supplicis orationis. Cōtra fratrū inquietudinem: patientia & cōpassio. Aduersus obedientiū fratrum feruorem, cōgratulatio & discretio. Cōgratulatio em̄ expellit inuidiam: discretio nimiam æmulationem.

Rom. 10. Matt. 5. Ioan. 17. Philip. 3. 1. Ioan. 3. Galat. 6. Hebr. 10. Iob. 31. 1. Cor. 11.

Sermo quadragesimusßseptimus.

MEl inueniſti noli multum comedere: ne fortè satiatus euomas illud. Potest nō incongrue hoc loco mellis nomine, fauor humanæ laudis intelligi. Meritocp nō ab omni sed ab immoderato mellis huius edulio prohibemur. Est em̄ cū utiliter humanas laudes recipimus fraternæ duntaxat intuitu charitatis: & ad salutē corū qui nobis ppterea facili9 acquiescūt. Hac ergo parcitate seruata: mellis huius moderata comestio nō nocebit. Si quid uerò amplius est, à malo est: & in pernicie cōuertetur. Inuēto em̄ melle immoderati9 uescit: quisquis apponēs oīno cor suum fauore humanæ laudis inflatur, incrassatur, impinguat: à quo se ppheta sanctus custodiri deprecat à dño: non quidem mellis sed olei satis ucina appellatione ipsum quē prædiximus fauorē exprimens, ubi ait. Oleum aūt peccatoris nō impinguet caput meū. Vis nosse qñ euomat immoderatus epulator mellis edulij: quod usq3 ad satietatē sumens, modum parcitatis excessit? Tūc sine dubio laudes qbus satiebatur non aliū fructum quærēs: sed fauore ipso contentus humano: tunc inquā multa cū anxietate euomit, quod cū pernitiosa delectatione comedit: cū aliū quēlibet laudari audiēs, inuidia cōtabescit. Mens em̄ dedita uanitati: & arrogātia tumens: laudē alterius suā reputat uituperationem. Prou. 25. Psal. 140.

Sermo quadragesimusoctauus.

DVo loca sumt aīæ rationalis: inferior quē regit & superior in quo requiescit. Inferior quem regit corpus: superior in quo quiescit deus. De utroq3 potest recte intelligi quod scriptū est. Si ascēderit super te spūs potestatē habentis, locū tuū ne dimiseris: uel inferiorē scilicet regēdo, uel superiorē quiescēdo. Sed hoc quod prius dixi conuenit rudibus adhuc & imperfectis: qbus loqtur apl's. Humanū dico ppter infirmitatē carnis uestræ. Sicut em̄ exhibuistis mēbra uestra seruire immūditiæ & iniqtati ad iniqtatē: ita nūc exhibete mēbra uestra seruire iustitiæ in sanctificationē. Habet quippe aīa tria facere in corpore: uiuificare, sensificare, regere. Sed siue auferat uita, siue sensus perturbet: de neutro cōdemnatur. Sin uerò tētatori uicta succubuit: hoc illi ad pctm̄ reputat. Dicit ei ergo, ne ascēdēte super eam spiritu locū suū deserat: hoc est ne ingruēte tētatione mēbra sua arma iniqtatis pctō exhibeat. Notandū autē quod dicit. Si ascēderit super te spūs potestatē habētis. Nihil quippe aduersus nos malignus spūs pōt: nisi missus aut pmissus. Vnde cū eius sit uolūtas semp mala: nūquam potestas est nisi iusta. Nam uolūtas quidē mala ex seipso sibi inest: potestatē uerò nō aliūde quàm à deo habet. Quā tñ potestatem semp moderat dñs: ne scilicet ex nequitia uoluntatis plus puniat quàm eorū exigūt merita q puniunt. Et hæc de inferiori loco dicta sunt. Cæterū de superiori hoc intelligit: ne quietē mētis quā in deo habet tentante diabolo deserat: sed undecūq3 ille tētauerit: ipsa in deo fixa cōstanter in trāquillitate pmaneat. Hæc posterior sniа cōuenit perfectis, qui cū Helia dicere possunt: uiuit dñs de9 israel: in cuius cōspectu sto: & illud de Ioanne apl'o: quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo. Hæc inquā sentētia cōuenit perfectis: qui iam in sua cōuersatione quodāmodo imitantur statum æternitatis. Eccli. 10. 4. Reg. 3. 1. Ioan. 4.

Sermo quadragesimusnonus.

SIue ad austrum siue ad aquilonē arbor ceciderit: ibi erit. Austri calor & leuitas in sacra scriptura bonam solet habere significationem. Ab aquilone uerò pandit omne malū. Porrò hoies sicut arbores uidit aliquis. Excidit aūt arbor in morte: & quocūq3 ceciderit ibi erit: qa ibi te iudicabit deus, ubi inuenerit. Ibi inquā erit immutabiliter & irretractabiliter. Videat quo casura sit antequam cadat: quia postquam ceciderit, non adijciet ut resurgat: sed nec ut se uertat. Quo uerò casura sit arbor si scire uoluerís: ramos eius attende. Vnde maior est copia ramorum & ponderosior: inde Eccli. 11. Psal. 40.

casuram

Universidad de

caſurā ne dubites, ſi tñ fuerit tunc exciſa. Rami nři, deſideria nřa ſunt. Quib9 ad auſtrum extēdimur ſi ſpūalia fuerint: ſi carnalia ad aglonē. Quæ uerò p̄ pōderent: medium corp9 indicat. Ea nāq; p̄ ponderāt: q̄ ſecū traxerint corp9: Sic em̄ eſt corp9 nřm inter ſpiñ cui ſeruire debet, & carnalia deſideria quæ militant aduerſus aiam ſiue ptātes tenebrarū: ac ſi uacca ſit inter raptorē & ruſticum conſtituta. Quicqd ille minet: quicqd intēdat: ſi uaccā nō duxerit ruſticus uicit. Sic quātumcūq; ſæuiat malignus, quātūcūq; praua deſideria crucīet, ſi uas ſuū ſibi uendicat aia: uicīſſe
Roma. 6. credēda eſt: ut quēadmodū ait apoſtolus: non regnet peccatū in noſtro mortali corpore: ſed ſicut exibuimus membra noſtra ſeruire iniquitati ad iniquitatē: ſic exhibeamus ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem.

Sermo quinquageſimus.

BOues ſunt, q in ope dei ſtrēnue exercētur: qui ſeminā in lachrymis ſed in gaudio metēt. Iſti ſanè quæcūq; ſunt mūdi huiꝰ arbitrant ut ſtercora. Piger uerò cuius ſabbata uidētes hoſtes deridēt: dehoneſtat ab hoſtibus in ocio ſuo: ſicut boues ſtrēnui in laboribꝰ ſuis honeſtant à deo. Quē em̄ malignū ſpūs pigrū uidēt ad ſpiritalia exercitia, in cogitationibꝰ eiꝰ ingerunt importune terrena: uelut de ſtercoribꝰ boū maſſas coagulantes: & pigrū ſicut dignus eſt lapidantes.

Sermo quinquageſimus primus.

Sapien. 11. OMnia feciſti i pōdere & mēſura & numero. Ad differētiā ipſiꝰ diuinæ eſſentiæ dictū eſt. Creaturæ enim in pondere & mēſura & numero factæ ſunt: ſolus creator his oībus caret. Pōdus in dignitate rei cōſiderat. In pondere igit facta eſt, q̄ rei ſui generis eſt cōparanda: aut p̄m maius, aut p̄m minus, aut p̄m æquale. Pondꝰ habet q̄ quāti ualeat æſtimari pōt. Mēſura uerò in loco & tpe conſiderat. Q; ſi locū ſolū accipimus corpalem: incorporeorū mēſura in tpe erit & nō in loco. Neq; em̄ aia in loco pōt eſſe corporeo: nec corpꝰ de quo magis uidet locꝰ aiæ eſt. Quō em̄ corpe claudit: q̄ ſic uegetat exteriora ſicut interiora: ſic eſt in ſupficie cutis ſicut in uiſceribus intimis? Sed ex affectione carnali & cōſuetudine corporū ſic errat aia: ut ſeipſam neſciat niſi corpoream
Matt. 6. cogitare. Vbi eſt em̄ theſaurus eius: ibi eſt & cor. Hoc ſapit: qd' diligit. Affectionibꝰ ſiquidē obligata & illita terrenis: ſuā ipſius facīe conſiderare non pōt. Infixa eſt in limo p̄fundi, & ſeipſam nō uidet: ſed putat formā ſuam eſſe luteā illā quā portat imaginē. Sed oīno aliter eſt: & aliter cōſiderat mēſura aiæ p̄m locū. Locus ſiquidē unicuiq; rei: finis eſt ſuæ ſubſtātiæ. Subſtantia uerò aiæ in rōne, in memoria, in conſilio, in iudicio, cæteriſq; ſimilibus eſt: q̄ oīa ſuo quoq; fine claudunt. In mēſura eſt ergo factꝰ oīs ſpūs p̄ter diuinū: qa & rō eius & memoria & cætera oīa ſuam habēt mēſurā. In numero facta ſunt oīa: uel p̄m partiū cōpoſitionē: ut ſunt corporea: uel p̄m uarietatē & mutabilitatē: ut ſunt etiā incorporea. Solus deus eſt, in quē nec pondus nec mēſura cadit omnino nec numerus. Vnꝰ deus eſt, nō habet ſui generis cui ualeat cōparari. Vnus eſt & ſolꝰ ipſe penitus inæſtimabilis: æternus quoq; & immenſus: indiuiſus & omnino inuariabilis.

Sermo quinquageſimus ſecundus.

Cantic. 1. OSculet me oſculo oris ſui. Tria ſunt oſcula: primū pedū: ſecūm manuū: tertiū oris. Cum primo cōuertimur: pedes dñi oſculamur. Duo autem ſunt pedes dñi: mia & ueritas. Hūc utrūq; pedē deꝰ cōuertētiū cordibus imprimit: & utrūq; pedē p̄ctōr qſq; ſi uerè cōuertit amplectit. Si em̄ ſolā miam ſine ueritate reciperet: p p̄ſumptionē caderet. Rurſus ſi ueritatē ſine mia reciperet: nihilominꝰ p deſperationē periret. Sed ut fiat ſaluus: ad utrūq; pedē humiliter prouoluit: ut p ueritatē p̄cā damnet: & per miam ueniam ſperet: & hoc primum oſculum. Secundū oſculū fit: cū primū ad bona opera conſurgimus. Tunc manus dñi oſculamur: cū ei noſtra bona opera offerimus: uel cū ab eo uirtutum dona recipimus. At uerò tertiū oſculū tūc fit: cū iam cōſumpto luctu pœnitētiæ: iā acceptis uirtutū donis mens cæleſti deſiderio inſpirata: ad ſecreta interioris cubiculi gaudia impatiens amoris introduci deſiderat: cum dulcibus ſuſpiriis uocem animi interrumpentibus pio cordis affectu decantat. Vultū tuū dñe requirā. Et ita ex uehementi deſiderio ps. 26.
fit ei præſens ſpōſus: quem ſic amat: quem ſic affectat: cui ſic ſuſpirat. Primum itaq; oſculum fit in remiſſione peccatorum: & dicitur ppitiatorium. Secūm fit in donis uirtutum: & uocatur muneratorium. Tertiū fit in contemplatione cæleſtium: & uocat contēplatorium. Sciendum eſt autē eſſe duo gña contēplationis. Quidā em̄ ſunt q aſcendunt & cadunt: alij uerò q rapiuntur & deſcendunt. Aſcēdunt ſicut illi de qbus ſcriptum eſt. Cū cognouiſſent deū: Roma. 1.
non ſicut deū glorificauerūt, aut gratias egerūt. Gratias non egerunt: qa uiribus ſuis & ingenio tribuerūt: quod deus reuelauit illis. Ideò ſequitur caſus eorum: & euanue Ibidem.
runt in cogitationibus ſuis. Dicentes enim ſe eſſe ſapientes: ſtulti facti ſunt. Electi uerò rapiunt: ſicut Paulus & ſui ſimiles. Sed & deſcendunt: ut ea quæ p exceſſum mētis uiderint loquantur paruulis: eo ſanè mō quo capiantur ab ipſis. Rapit Paulus cum dicit. Siue mente excedimus deo. 2. Cor. 5.
Deſcendit, cum dicit. Siue ſobrij ſumus uobis. Hoc poſteriori genere contēplationis rapi deſiderat aia perfecta in Ibidem.
caſtiſſimos amplexus ſponſi ſui, dicēs. Oſculet me oſculo Cantic. 1.
oris ſui. Ac ſi diceret. Ego nō uiribus meis, nō induſtria, nō meritis ad cōtemplanda gaudia dñi mei aſſurgere ualeo: ſed ipſe oſculet me oſculo oris ſui: id eſt eius gra fiat: non per doctrinā: non per naturam: ſed per gratiam ſuam oſculet me oſculo oris ſui. Miro autē modo gratiam operantis, & opus & modū operis eleganter exp̄ſſit. Cū em̄ dicit oſculetur: operātis gra monſtrat. Cū autē ſupponit oſculo: ipſum opus .i. contēplatio deſignatur. Cum uerò adiungit oris ſui: modum operis .ſ. quō fiat cōtemplatio euidenter expreſſit. Per os gppe uerbū intelligit. Fit autē contemplatio ex condeſcenſione uerbi dei ad humanam naturam per gratiam & exaltationē humanæ naturæ ad ipſum uerbum p diuinum amorē. Nec abſurdū cuiquam uideri debet ſi in contēplatione uerbi dei hæc ita diſtinguamus: cū eiuſdē quoq; uerbi dei incarnationē, eodē ordine factā euangelium teſtet. Ibi etenim gra p̄mittit: cum ab angelo uirgo ſalutat. Aue, inqt, gra plena. Et em̄ cuius Luc. 1.
ſit & quāta ſit ipſa gra ſubiungit dicēs. Dñs tecum. Opus etiā eiuſdē graē ſubinfertur: cum dicitur. Benedictus fructus uentris tui. Fructus nāq; uentris tui: incarnatio eſt uerbi. Modus uerò tāti operis edocet: ubi dicitur. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te: & uirtus altiſſimi obumbrabit tibi. In qbus operibꝰ uerbi ſiue his q̄ de euāgelio protulimus: ſiue his quæ de cāticis canticorum expoſuimus manifeſte conſtat: & iſtam .ſ. incarnationem ex ſola uberta te diuinæ gratiæ eſſe factam: nec illam, id eſt, contemplationem quandoq; humana uoluntate: ſed diuino tantum munere prouenire poſſe. Et notandum q̄ hæc ipſa contēplatio tribꝰ modis pro diuerſo ſtatu tēporū diſtinguitur. Et primo quidē uocatur cibus: ſecūdo potꝰ: tertio ebrietas. Vnde & in cōſequētibꝰ electi quoq; uoce ſpōſi inuitātur dicētis. Comedite amici: bibite, & inebriamini chariſ- Gantic. 5.
ſimi. Prius comedūt dum in carne adhuc corruptibili degunt. Poſtmodū uerò corpore exuti & in cælum trāslati iam bibere dicuntur eadē quæ prius comederant: qa iā p ſpeciē cōtēplantur ſine labore q̄ prius per fidē crediderāt dum in corpore poſiti peregrinarētur à dño: & in ſudore uultus ſui ueſcerentur pane ſuo: ſicut & nos facilius ſumimus ea quæ bibimꝰ, quàm illa quæ manducamus: quia in illis nōnullus labor: in his leuis eſt tranſitꝰ. In hoc ergo ſtatu poſiti ſancti bibere quidē poſſunt: ſed inebriari nō poſſunt: q̄m à perfectiſſima contemplatione diuinitatis quodammō retardantur: dum adhuc reſurrectionē ſui corporis in fine ſeculi præſtolantur. Qua facta ita corpus menti & deo mens inhærebit: ut iam deinceps nihil ſit quo ab interna ebrietate cōtemplationis reuocari poſſit. Prima itaq; inuitatione qui comedunt uocantur amici .i. chari.

In sc̃a qa bibunt charíores: ín tertía qa ínebriant charíssimí. Quía melíora sunt ubera tua uíno. Duo sunt ubera sponsæ: unũ cõgratulationis: alterum cõpassionis. Vnde apls his duobus paruulos fouẽs: gaudere ait, cũ gaudentibus: flere cũ flentibus. Vínũ accipit desiderĩũ seculare: de quo scriptũ est. Fel draconũ uínũ eorũ: & uenenũ aspídum ínsanabile: fragrãtia unguẽtis optímis. Immuit q̃ alíqua sunt unguẽta bona: alíqua melíora: qbus oĩbus supferant hæc optíma. Dicam⁹ ergo tría genera esse unguentorũ. Primũ fit de recordatione pc̃tórũ: cũ p ipsis cõpungimur & uenía petímus: & hoc unguentũ bonũ est: quia cor cõtrítũ & hũiliatũ de⁹ nõ spernit. Effundit aũt ad pedes dñí, ibiq̃ remuneratiõnẽ accípit. s. remissiõnẽ pc̃tórũ: cũ dñs dícit. Remittũtur ei pc̃ta multa: qm̃ dilexit multũ. Sc̃d'm unguentũ fit de recordatiõe bñficiorũ dei. Et hoc recte ad caput effundit: qa uirtutes nõ nisi ad deum à quo sunt referunt. Hoc aũt unguentũ ía carí⁹ est: qa de hoc scriptũ est. Vt qd pditío ista unguẽti facta est? Poterat ẽim uenundarí plusquã trecẽtis denarĩs: & darí pauperibus. Sed hanc perditiõnẽ approbat dñs: cũ dícit. Sinite eam. Quíd illi molesti estis? Pauperes ẽm semp habetis uobíscũ: me aũt nõ semp habebítis. Nõ solũ approbat, sed etiã remunerat: cũ dicit. Amen dico uobís: ubicũq̃ p̃dicatum fuerit hoc euãgeliũ in toto mũdo: dicet & q̃ hæc fecit ín memoriã eius. Tertíũ ergo unguẽtũ cõponitur de p̃ciosis aromatib⁹: sicut de q̃busdã sc̃tis mulieribus scriptũ est: q̃ emerũt aromata ut uenientes ungerẽt Iesum. Sed huius tertij unguẽti nõ fit alíqua effusio uel pditío: quía noluit dñs illud sup corpus suũ mortuũ effundí: sed seruarí uíuo corpori suo. i. eccl̃iæ sanctæ: cuí nímirũ mulieres q̃ cũ unguẽtis uenerãt míttunt resurrectiõnẽ euãgelízare. Primũ ítaq̃ unguentũ uocat unguẽtũ cõpunctionis: & absumit ígne cõtritionis. Secundũ deuotionis: & absumitur ígne charitatis. Tertium uocatur unguentũ pietatis: quod nõ absumitur: sed íntegrum conseruatur.

Cantic.1.
Roma.12.
Deute.32
Psal.50.
Luc.æ.7.
Marc.14
Ibidem.
Ibidem.
Marc.16.

Sermo quinquagesimustertius.

Sicut de Christo duo sunt, unũ nobís íncognitũ. s. gn̄atio díuina de qua scriptũ est: gn̄ationẽ ei⁹ qs enarrabit: Alterũ cognitũ ut gn̄atio uel opera humana: ita etiã de spũsancto. Aliud ei⁹ nostris est mẽtibus occultũ. s. quõ p̃cedat à p̃re & filio cũ sit æqualis & coætern⁹ eidẽ patri & filio: aliud uerò ipso docente manifestũ: uidelicet qbus modis operet gratiam suã ín nobís. Duplex q̃ppe est opatio sancti spũs. Operat enim ín nobis aliud p̃pter nos: aliud p̃pter p̃ximos. Propter nos. i. p̃pter utílitatẽ nostrã operat ín nobis. Primo cõpunctionẽ, cõsumẽdo pc̃tã. Secũdo deuotionẽ, ungendo & sanãdo uulnera. Tertío creando íntellectũ, tanquam pane cõfirmat nos & roborat. Quarto hæc ipsa multiplící⁹ augẽdo, & amorẽ infundẽdo, quasi uíno ínebriat. Cætera charismata. i. sapientiæ cõsília & hmõí dant nobis ad utílitatẽ alíorũ. Vnde apls cũ de distributiõe donorũ loqueret nõ ait simplicíter: alĩ dat sapientía: alĩ scientía: sed addidit, dícẽs, sermo scíẽtiæ: sermo sapientiæ: ut ostenderet q̃ hmõí dona p̃pter alíos dant. s. ut alĩ ædificentur. In qbus opíbus cauendũ est duplex periculum: ne uel illa q̃ dantur p̃pter nos díuidamus p̃xímis: uel illa q̃ p̃pter p̃ximos reseruemus nobis. Si enim quæ pro utílitate alíorũ accepímus retínemus tãtum nobís: charitatẽ nõ habem⁹ & dicit nobís. Sapientía abscõdita & thesaur⁹ ínuisus, q̃ utílitas ín utrísq; Rursus si de donís dei uelim⁹ ínotescere hoĩbus. non deo ín occultís cordís placere: humílitatẽ perdim⁹, & merito illa uoce íncrepamur. Quid habes q̃d non accepístí? Sic utroq; modo periclítamur: hinc humílitatẽ: illínc amíttendo charitatẽ. Et qs sine humílitate & charitate potest saluus fierí? Rectus ergo p̃fect⁹ nostri ordo est: ut illís donís. s. cõpunctione & cæteris studeamus impleri primũ: deínde si p gratiã spũssancti cætera supercreuerint: id est sapiẽtia & scíẽtia: curem⁹ illa p̃ximis partíri. Ita sanè obtinebim⁹ illud spũssancti donũ: q̃d uocat discretio spirituũ: si & ea q̃ nobis tantum congruũt, nobis reseruemus: & ea quæ ad alíorũ utílitatem conferuntur nobis: largíamur & proxímis.

Esa.54.
1.Cor.14.
Eccli.20.
1.Cor.4.

Sermo quinquagesimusquartus.

Osculetur me osculo oris sui. Os patris íntelligitur filíus. Nemo autem nouit filiũ nisi pater: & nemo nouit patrem nisi filius: & cui uoluerit filius reuelare. At uerò cuicũq; fit ista reuelatio siue patris siue filíi: nõ fit nisi per spm̃sctũ. Hinc est q̃ cum Petrus dixisset dño: tu es x̃ps filíus dei uíui: ille respõdit. Beat⁹ es Simon barióna: q̃d int̃rp̃taf filius colũbæ: quía caro & sanguis non reuelauit tibí: sed pater meus qui est ín cælís. Et apls cũ p̃mísisset q̃ ocul⁹ nõ uídit, & auris nõ audíuit &c. statim subiunxit: nobís autem reuelauit deus per spm̃ suum. Videt ergo sponsa gratiã habere spũssancti p quã cognoscat filiũ æqualẽ patrí. Nec dicit osculet me ore suo quod soli⁹ filij est dícere: non cuíusquã creaturæ, q̃ppe q̃ nullo mõ põt esse æqualis p̃rí: sed osculo oris sui. Porrò osculum cõe est oscułantis & oscułati. Si ígitur se ínuicẽ oscułarí pater & filíus: q̃d est eorũ oscułũ: nisi spũs sanctus? Hoc ítaq̃ flagrat spõsa oscułarí: osculetur me, ínquiens, osculo oris sui. Hoc osculum testat etiã Paulus cã accepisse: cum dicit. Q̃m estís filij: mísit deus spm̃ filíj sui ín corda nostra clamantẽ, abba pater. Hoc oscułũ pollíceba tur & ipse saluator: cũ ad ínstãtiã oronís exhortaret díscípulos. Si uos, ínquit, cũ sitis malí nostís bona data dare filíjs uris: quãto magis p̃ uester q̃ ín cælís est dabit bona. i. spm̃ bonũ petentibus se? Ex huius oscułi ímpressione susci pit aía rõnalis ab ipso spõso suo uerbo dei cognítionem & amorẽ ueritatis. Quæ duo quasi labía ímprimit ei ípsa dei uírtus & dei sapientía. Siquídem sapientía cognitionẽ: uirtus cõfert amorem. Habet & ipsa aía símiliter duo labia, q̃bus oscułat̃ sponsum sitũ. i. rõnem & uoluntatem. Rõnis est percípere sapiẽtiã: uolũtatis uírtutẽ. Si sola rõ percipiat sapientiæ cognitionem: & uoluntas non habet uirtutis amorẽ: non est plenũ oscułum. Aut si sola uoluntas obtíneat amorẽ: & rõ mínime pcípiat cognitionẽ: níhilomin⁹ est semiplenũ. Tunc uerò plenum & perfectum est: q̃n & sapía illustrat rõnẽ: & uirtus afficit uoluntatem.

Matt.11.
Matt.16.
Ibidem.
1.Cor.2.
Gala.4.
Matth.7.

Osculetur me osculo oris sui. Tría sunt oscula: reconcíliatorĩũ: numeratorĩũ: cõtemplatorĩũ. Primũ ad pedes: secundũ ad manum: tertium ad os sumitur. In primo accípit remíssio peccatorum: in sc̃d'o munus uírtutum: ín tertío cognítio secretorum. Vel ita: oscułum doctrínæ, naturæ, gratiæ.

Cantí.1.

Sermo quinquagesimusquintus.

Duo sunt ubera sponsæ: congratulatío & cõpassío. Gemína lactis species exhortatío & cõsolatío. Tría unguẽta, cõpũctío, deuotío, pietas. Cõpunctío de recordatione pc̃tórũ: deuotío de recordatiõe bñficiorũ: pietas ex consideratione míserorum.

Sermo quinquagesimussextus.

Duo sunt pedes dei: misericordía & iudicíũ. His circuit & perambulat iugiter spíritales mẽtes: exultãs ut gígas ad currẽdã uíã: si tm̃ tales sunt: de qbus merito dícat. Habitabo ín illís: & deambulabo ín eis. Hos ergo pedes primo ungit aía peccatrix illo primo unguento: q̃d dicitur compunctionis. De níq; Maria quæ peccatrix erat: unxit pedes Iesu. Nec me díocre sanè unguentum hoc uídeatur, de quo scriptũ est: & domus ímpleta est ex odore unguẽti. Nec mírum: cum etiam ín cælestibus sentiatur huíuscemodi unguenti fragrantia: ueritate atteſtante quæ ait: gaudium est angelis dei super uno peccatore pœnitentiã agente. Verum quãtumlibet unguẽtum hoc precíosum uideatur: tm̃ comparatum alteri quod appellatur deuotionis: & cõficitur ex memoría beneficiorũ diuinorũ: quo & ungitur caput domíni: uile & nullíus precíj íntellígitur. Deníq; de illo dicitur cor contrítum & humíliatum deus non despícies: de ísto uerò sacrificium laudis honorificabit me, caput ex eo ungis, cum de suis donis deo gratías agis. Siquídem caput Christí, deus. Deitas ergo ín Christo tangítur quoties

Psal.
Psal.44.
1.Cor.11.

tur quoties ad laudem ipsius eius beneficia memoramus: sicut non tam deitas quàm humanitas necesse est ut cogitetur: cum nō eius dona sed nostra peccata recordamur. Nam in carnis assumptiōe duos illos pedes ad hoc accepisse cognoscitur: id est misericordiā & iudicium: ut peccator qui ad caput, id est ad deitatē accessum nō habeat: ad pedes, id est ad humanitatem accederet. Nisi enim pes ille quem dixim⁹ misericordiam, ad hominem assumptum
Heb. 4. pertineret: paulus de illo non diceret. Tentatum autem per omnia pro similitudine absq; peccato: ut misericors
Ioā. 5. fieret. Et nisi iudicium æque ad hominem pertineret: ipse homo deus de seipso non dixisset. Et potestatem dedit ei iudiciū facere: quia filius hominis est. Itaq; ad hos pedes uiri doloris & scientis infirmitatem, peccator accedere nō
Hebre. 4. dubitans: fideliter loquitur. Nunc aūt cū fiducia accedimus ad thronum gratiæ. Non enim habemus pōtificem: qui non sciat compati infirmitatibus nostris. Peccatrix ergo ad pedes: iusta ad ungendum caput accedit. Tanto autem unguentum capitis illo alio quod pedibus apponitur pretiosius est æstimandum: quāto species quib⁹ cōficitur: illis cōstat esse pretiosiores. Has quippe facilè & absq; labore in nostra regione reperimus. Peccatores siquidem omnes sumus. Porrò illas difficile ac de longinquo ualde: utpote de paradiso dei asportatas suscipimus.
Iacobi. 1. Omne enim datum optimum: & omne donum perfectum desursum est descendens à patre luminum. Quid denicq; huiusce modi unguento excellentius: de cuius effusione etiam apostoli murmurasse dicuntur dicentes: ut quid p-
Luce. 7. ditio hæc? potuit enim uenundari & dari pauperib⁹. Sed
Matt. 26. & nūc quoq; cum fortè uidet quispiā uacare deo, tantæq; deuotionis & grāæ, ut merito credat ungere caput christi persistens iugiter in sctā quiete & gratiarum actione & diuinæ delectatione deuotionis: non desunt q hoc perditiō nē dicant, & iusto ut sibi uidet murmure cōqueruntur q is q pluribus ꝓdesse poterat quiescat sibi: non q sanctitati inuideāt, sed q prouideāt charitati. Cæterū ipsa charitas deus huiusce modi aīæ plerūq; parcit: quā uidet spiritalibus studijs delectari: maximeq; si talem eam nouerit: q adhuc pusillanimitate & imbecillitate ut mulier sit, & necdū in uirū perfectū profecerit. Quod utiq; melius ipse discernit qui intuetur cor: quàm homes qui in facie tantū uident & ſm faciē iudicant: cū uidelicet minime attendūt nō esse eiusmodi facilitatis deuote quiescere, & fructuose occupari: humiliter subesse & utiliter præesse: regi sine quærela: & regere sine culpa, obedire spōte & imperare discrete: bonū deniq; inter bonos esse, & bonū inter malos: imo ēt esse pacatū inter filios pacis, & his qui oderunt pacē exhiberi pacificum. Sciens ergo iesus q sint, qui ue non sint idonei implicari curis pro tali delicata aīa, quā pro sui adhuc teneritudine, tractādis negotijs mín⁹ sufficere sentit: aduersus aliud sentientes, & ob hoc ei⁹ quietem tanquā infructuosam bono quidem zelo: sed nō scd'm sciam insimu-
Matt. 26. lātes: ipso respondet affectu. Quid molesti estis huic mulieri? Nā & si (qd' fatēdū est) melius est ad qd' illā trahere tētatis: bonū tm opus est qd' operata est in me. Sinite eam interim operari bonū qd' pōt. Noui em ego: q adhuc mulier sit. Cū aūt mutatione dexteræ excelsi de muliere fact⁹ fuerit uir qd' & me qn tm erit latere nō poterit: qa me ꝓuo
Eccl. 42. cante promouebitur: me quoq; seruāte tenebitur: tūc melior erit iniquitas uiri quàm nūc benefaciens mulier. Vñ & illud melius spero. Nec reputo perditionem unguenti huius effusionem: in quo & mulieris deuotio designatur:
Matt. 26. & mea præfigurat sepultura. Huc accedit q tam late suam fragrantiā circūquaq; diffundit: quare ubicūq; prædicatum fuerit hoc euangelium, dici etiam habeat q hæc fecit in eius commemorationem.

Sermo quinquagesimusseptimus.

IAm ad tertiū unguentum accedamus. Sanè in duorū pmissorum alterutra collatione: priore sequens absq; oi ambiguitate cognoscitur esse melius longeq; excellentius. Illud autem mirū uidet si tertiū aliqd' inuenirī qat qd' ambob⁹ iure debeat anteponi: iuxta qd' optimū unguentū sponsa sua redolere ubera gloriet. Alioq uin optima nō sunt si nō uincūt & meliora: sicut & meliora ueraciter non dicunt nisi quæ superant bona. Porrò tantæ excellentiæ unguētum illud secundū quo caput ungitur inuentū est: ut uix ēlibet ei diuitiæ nō dico pferri: sed nec saltem conferri posse uideantur. Ego tamē non crediderim sponsam esse mentitam, qp pe q̄ habeat spōsum ipsum ueritatē, cuius & hic uerba loquit: qui utiq; sicut fallere non uult: ita nec falli pōt. Alioquin frustra desiderat & suspirat ueritatis amplexibus iūgi: mentiens ueritati. Quæ em̄ mēdacio societas cum ueritate? Quin potius ueritas perdit oēs qui loquunt mendacium. Fortassis in euangelio si q̄rimus: inuenimus pcessisse *ps. 5.*
& huius figuram. Maria, magt, magdalenæ & maria Iacobi & Salome, emerūt aromata: ut uenientes ungerēt iesum. *Mar. 16.*
Vides ne in prima fronte ꝓpositi capituli quāti æstimandum sit etiā hoc materiale unguentum: cuius aromatibus cōparādis non una uel duæ sufficere potuerunt? Vna primū: una & scd'm attulit unguentū. Ad hoc aūt comparandū & pparandū tres pariter cōuenerūt: ut simul uidelicet emerent qd' per se singulæ nō poterāt, & sic uenientes ungerent iesum. Nō solū pedes aut solū caput: sed ut uenientes, magt, ungerēt iesum, i. totum corp⁹. Sed attēde q tam pcioſi huius unguenti xps pati noluerit perditionē fieri, & ideo nō inuento corpore reportarūt illud, & iussæ sunt exhibere uiuo qd' pparauerant mortuo. Qd' & fecerunt: cū protinus nūciato gaudio resurrectionis discipulorꝫ q proculdubio membra xpi & mēbra uiua erāt: tristia corda delinire curarūt. Quæ utiq; membra nisi plus illo cruci fixo corpore xps diligeret: pro his illud crucifigendū nō tradidisset. Liqt itaq; q duo illa tanto hoc ultimū pcellit unguēta: quāto xps hoc suum corp⁹, i. ecclesiam cui exhibetur illo qd' ex eo ungi uoluit qd' & propter hui⁹ redēptionē tradi uoluit constat esse amabilius.

Sermo LVIII.

REuertere reuertere sunamitis: reuertere reuertere ut intueamur te. Reuertere primo ab inepta lætitia: reuertere scd'o ab inutili tristitia: reuertere tertio ab inani gl'ia: quarto reuertere à latēti superbia. Inanis gloria est: quæ ab ore hoim uenit extrinsecus. Superbia latens oritur intrinsecus. Cum hæc oīa uitia reliquerit aia: intuebitur eam sponsus eius. Ob hoc aūt debet ab alijs abstinere: ut digna fiat eius complexibus. Vnde & ad eam dicitur: reuertere reuertere ut intueamur te. *Cañ. 6.*

Sermo LIX.

EMissiones tuæ: paradisus. Vox illi⁹ cælestis hierusalem: congaudentis huic q̄ peregrinatur in terris. Sunt autem tres emissiones. Prima cōiugatorum pœnitentium in mundo, secunda conuersorum continentium in claustro, tertia prælatorum pdicantium & orātium pro dei populo. De prima emissione, id est pnia dicunt angeli: quib⁹ gaudium est super uno *Luce. 15.*
peccatore pœnitentiam agente. Quæ est ista quæ ascendit *Cañ. 3.*
per desertum sicut aurora consurgens? Ascendere autem dicitur hæc aīa pœnitens per desertū: terrā. sinuiā & inaquosam: peccatorū suorum recordādo. Ascendit sicut uirgula: eadē peccata humiliter confitendo. Quæ cōfessio recte fieri sicut uirgula fumi dicit: qa per plures peccatorum speçies tanquā fum⁹ de thuribulo per plura foramina deriuat. Et notandū q cū fum⁹ nunquā habeat splendorem: nonnūquā tm habere possit odorem. Q. hic fumus cōfessionis odorē quēdā pietatis habeat: innuitur ex his quæ subiunguntur. Ex aromatib⁹ myrrhæ & thuris & uniuer *Ibidem.*
si pulueris pigmentarij. Confessionem debet semper comitari myrrha & thus: id est mortificatio carnis & oratio cordis. Alterum enim sine altero: aut parum aut nihil prodest. Nam si quis carnē mortificet & orare dissimulet: superbus est, & dicit ei. Nunqd māducabo carnes taurorū: *ps. 49.*
aut sanguinem hyrcorum potabo? Item si orauerit & car-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mat.7. Prou.28 nem suam mortificare neglexerit: audiet. Quid uocatis me dñe dñe,& nõ facitis q̃ dico? Et illud. Qui auertit aurem suã ne audiat legẽ: oratio eius erit execrabilis. Vtrũq; ergo alteri suffragat,dũ cõstat q̃ alterũ sine altero reprobat. Sequit. Et uniuersi pulueris pigmẽtarij. Post recordationẽ & cõfessionẽ pctorũ:post mortificationẽ & orationẽ:exhibẽd9 est fruct9 eleemosynarũ. Quæ bñ puluis dicũtur:qa de terrena substãtia fiũt. Pigmentari9 uerò:qa suauissimũ odorẽ emittũt. Hic est q̃ cornelio bñ agẽti dictũ est:Orões tuæ & eleemosynæ tuæ ascẽderũt. Vel uniuersi pulueris pigmẽtarij iõ dicit qa nõ solũ magna sed etiam mĩma quæq; pcta cõterẽda sũt p cõfessionẽ,& diluenda p cõpunctionẽ. Hæc de prima emissione dicta sufficiãt.

Act.10.

Sermo. LX.

Cãt.6. Secunda est uita continentiũ in claustro uel eremo. In hac emissione nulla fit deserti mentio aut fumi seu pœnitentiæ:sed lucis splendoris atq; uirtutis. Deniq; in huius laude angelica uoce cantat. Quæ est ista q̃ ascẽdit sicut aurora consurgẽs: pulchra ut luna,electa ut sol,terribilis ut castrorũ acies ordinata? In qb9 uerbis triplex uirt9 eius oñdit:hũilitas, castitas,charitas. Aurora qppe,finis est noctis & initiũ lucis. Nox aũt uitã pctoris,lux significat uitã iusti. Aurora ergo q̃ fugat tenebras lucẽ nũciat,merito humilitatem designat:qa sicut illa diẽ & noctẽ, ita ista diuidit iustũ & peccatorẽ. Nã hinc.i.ab humilitate iust9 quisq; incipit, & inde proficit. Vnde etiã ipsa aurora cõsurgẽs dicitur:ut uidelicet uirtutũ structura surgens ab humilitate tanquam proprio fundamento erigat. Igitur ad ostendendã eius humilitatẽ dictũ est. Sicut aurora cõsurgẽs. Illud uerò quod sequitur pulchra ut luna:castitatẽ demonstrat. Porrò luna dicitur splendorẽ suum nõ à se habere sed à sole trahere: quantocũq; magis solis cõspectui cernẽda opponit,tãto maiore sui parte ab eiusdẽ solis lumine illustrat. Similiter congregatio seu quæq; fidelis anima, si ueri solis obtutibus offeratur intuenda,sine dubio ex uisione illius admittit protinus in se dec9 quoddam pulchritudinis & uenustatẽ castitatis. Vñ fit ut & ex eius lumine crescens & proficiens etiam ad perfectionem prouehatur: ut recte dicat de illa quod sequitur electa ut sol. Quare ut sol? An ideo quia refulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorũ? Sed ibi unde sicut sol fulgebunt: nisi de splẽdore uestis nuptialis? Ipsa enim est eã:qua utiq; in terris positi uestiendi erant illi quibus dictum est. Vos autẽ sedete in ciuitate,donec induamini uirtute ex alto. Hac uirtute charitatis quam uestis illa nuptialis significat: quisquis indutus fuerit,eamq; in se recte ordinauerit:erit proculdubio terribilis hostib9 suis ut castrorũ acies ordinata. Nam de cæteris quidẽ uirtutibus quantascumq; sine charitate habuerit: non curat dæmones. Cũ uerò charitatẽ & ipsam ordinatam in acie uiderint:ilico præcipites agmtur in fugam. Potest in eo q̃d dicit electa ut sol:perseuerantia intelligi:q̃ tantum electorum est. In eo autẽ quod sequit terribilis ut castrorum acies ordinata,discretio mater uirtutũ:per quam terrent & fugantur dæmones:acquirũtur & cõseruant uirtutes. Possunt & alia multa in hac secunda emissione congrue & intelligi & dici:sed hæc pauca de multis dixisse sufficiat. Tertia emissio conuenit sanctis prædicatoribus,de quoꝝ uita & doctrina etiã uox illa sub admiratione pterit. Quæ est ista q̃ ascendit de deserto delitijs affluens: inmixa super dilectum suum: In prima emissione dictum fuerat q̃ est ista q̃ ascendit per desertũ: in hac autem quæ ascendit de deserto:qa nimirũ ibi pœnitẽtes compungũt spinæ p quas incedunt,hic uerò doctores qeqd de seculo subripere potuerũt sublimi mẽte calcauerũt. Ideo dictum est de deserto delitijs affluens. Sed q̃rendum est quæ sint illæ delitiæ quibus affluere dicuntur,& quis ille dilectus, aut cur sup eum inniti dicantur. Neq; enim paruæ æstimandæ sunt: quæ à supernis ciuibus delitiæ nominantur. Siquidem huiuscemodi delitiæ mẽtis sunt,nõ uentris:animi nõ corporis,spiritus non carnis,rationis non sensualitatis,interioris nõ exterioris hoĩs. Quas ut breuiter aliquo modo describã:ipsæ sunt abundãs infusio gratiæ spiritalis. Beata illa anima cui talis gratia infunditur: quæ ĩ benedictionibus supnæ dulcedinis p̃uenitur:ut templũ dei & oraculũ spiritussancti efficiatur. Taliqppe aĩæ deesse non pñt diuitiæ salutis sapientia & scietia,& eiusdẽ salutis optimus thesaurus timor dñi. Quib9 delitijs cũ abundauerit & repleta fuerit,exaltet iam in ecclesijs dñm,& in cathedra seniorũ laudet eũ. Q. in aure audiuit in cubiculis p̃dicetiã sup tecta,& sic affluet delitijs. Affluere eñ dictũ est uerbo doctrinæ, insistere, exẽplo uitæ lucere: op9 spiritale instanter exercere. Sed necesse est:ut in his oĩbus nõ suã sed auctoris sui q̃rant gloriã. Ipse est eñ dilect9 eius:de quo scriptũ est:Ego dilecto meo & dilectus meus mihi:& de quo pater: hic est filius meus dilectus ipm audite: super quẽ innitendũ est:ut uidelicet illius gr̃æ auxilio ascribatur op9 eius à quo oĩa p quẽ oĩa,& ad quẽ oĩa referũtur. Cur aũt super eũ inniti debeat:ipse dilectus qui docet hoĩem scientiã plenius nos doceat. Ait ille discipulis suis: quos hmõi loquit delitijs implebat. Ego sum uitis,uos palmites. Sicut palmes non põt facere fructum nisi manserit in uite, sic & uos nisi in me manseritis. Et iterũ. Sine me,inqt,nihil potestis facere. Ac si apte diceret:Si delitijs uultis affluere: inniti mini sup me. Sed iã uideamus quõ illi affluãt & innitãtur. Veniat in mediũ unus pro oĩbus:ille p̃dicator egregius. Eya beatissime paule afflue delitijs tuis. Certè cum euãgeliũ ab hierusalẽ per circuitũ ad illiricũ p̃dicasses:cum sine sumptu ipm euangeliũ posuisses:cũ cælestes thesauros fideiq; sacramẽtũ græcis ac barbaris,sapiẽtibus & insipientibus ut prudens ac fidelis dispensator erogasses, cũ mortificationẽ iesu in tuo mortali corpore circumtulisses:& inter multas ammirandas uirtutes tuas quas tu potuisti facere nos uix possum9 enarrare:etiã illud cũ omni auctoritate sine oĩ arrogantia:cum esses apl'orũ tuo iudicio minimus,tũ ausus es dicere: Gratia dei in me uacua non fuit: sed abundãti9 oĩbus illis laboraui. Magnæ,& ut ita dicã, delitiosæ delitiæ. Sed ne illas amittas innitere sup dilectũ tuũ. Nõ aũt ego,inqt,sed gratia dei mecũ. Rursum afflue: quin ut uerũ fatear delectant ualde tales delitiæ Omnia possum ait. Iterũ innitere. In eo,inqt,qui me confortat. Itẽ dicit apls:Qui gloriat in dño glorietur: hoc est,qui delitijs affluit super dilectum suũ innitatur. Hæc de tribus emissionibus in significatiõe triũ generũ hoĩm quos in hac uita continet sancta ecclesia: quos etiam apud ezechielem designant Noe Daniel & Iob adiuuante dño diximus: quamuis in singulis quibusq; perfectis possint non inconuenienter assignari. Et in his quoq; prima emissio est pœnitẽtia: sec'a iustitia:tertia doctrina. Prio enim pœnitẽdo cõuertuntur,sec'o bene uiuendo iustitiã exercent,tertio si bene profecerint ipsam iustitiã quã uita tenent uerbo docent. Sed qm̃ uirtutibus insidiant uitia & ita iuxta sunt posita: ut q̃ ab illis deuiauerit istorũ laqueos incurrat: oportet ut sit pœnitentia sine pudore: ne.s. erubescat confiteri cõmissa peccata:caueat iustitia simulationẽ:eliminet p̃latio elationem. Vbi enim magnitudo gratiarum est:ibi etiã magnitudo discriminis est.

Cãt.5. Cãt.1. Cãt.3. Ibidem. Ibidem. Philip.4. 2.Cor.10

¶Sermo LXI.

Venĩ in hortum meum soror mea sponsa. Alibi dicitur. Introduxit me rex in cellarium suum. Alibi dicitur in cubiculum suum. Hæc triplex introductio fit animæ rationali à spõso suo uerbo scilicet dei:sec'm triplicẽ sensum scripturarum: historicum,moralem,mysticum. In horto est historicus, in cellario moralis: in cubiculo mysticus. In horto:id est in historia continetur triplex trinitatis operatio,creatio cæli & terræ,renouatio cæli & terræ,confirmatio cæli & terræ. Pater creauit,filius reconciliauit,spiritussanctus confirmabit. Et aliud tempus est creationis,aliud confirmationis,aliud reconciliationis, sicut & in horto aliud est tempus plantationis,aliud fructus colligendi,aliud uescendi. Creatio & reconciliatio sunt præsentis, confirmatio futuri

tio futuri seculi. In principio temporis creauit pater: in plenitudine temporis reconciliauit filius: post omne præ
Ioan.5. sens tempus confirmabit spiritussanctus. De patre dixit
Ibidem. filius, pater meus usq; modo operatur. Et de se subiunxit, & ego operor. Similiter & spiritussanctus in consummatione seculi uerè poterit dicere. Pater & filius usq; modo operantur, & ex hoc iam operor ego cum scilicet iam fecerit corpora nostra spiritalia: corpusq; adhæserit spiritui & spiritus deo: hoc ipsum corpus eodem spiritusancto sic confirmante, ut iam deinceps absq; ullo temporis
1.Cor. 6. interuenientis momento fiat quod scriptum est. Qui adhæret deo: unus spiritus est. De creatione instruit nos uetus testamentum, & promittit reconciliationem. Reconciliationem exhibet nouum testamentum, & spondet confirmationem.

¶Sermo. LXII.

Secunda introductio est in cellarium. Hoc cellarium continet moralem scientiam: & habet tres distinctas mansiones. Prima dicitur aromatica, secunda fructuaria, tertia cella uinaria. In prima sunt qui bene se habent cum prælatis: in secunda qui cũ æqualibus: in tertia qui cum subditis. Est ergo prima cella disciplinæ: secunda naturæ, tertia gratiæ. Qui enim perfecte conuersationis nititur cumulum attingere: fit primum discipulus & ingreditur cellam disciplinæ: in qua mores eius à magistro uarijs uirtutibus uelut à pigmentarijs aromata diuersis speciebus componuntur. Vnde & ista cella dicitur aromatica: quia tales quique dum ultro amplectuntur disciplinæ laborem: optimum aliis exemplo suo effundunt imitationis odorem. Inde consequenter ingrediuntur in secundam cellam naturæ: quoniam illi quidem cæteris condiscipulis concordare facile possunt: qui sub magistro propriam uoluntatem frangere didicerunt. Et hæc cella ubi cum cæteris communiter uiuitur congrue cella naturæ dicitur: quia omnes homines æquales quidẽ natura genuit: sed alios alijs meritorum causa uel præposuit uel suppositi. Dicit etiam fructuaria: qa magnæ utilitatis est si quisq; gratiam quam
proue.18. accipit in alterutrum administrat. Vnde scriptum est: frater fratrem adiuuans, exaltabitur sicut ciuitas munita. Et
ps.132. itẽ dicit propheta. Ecce quàm bonũ & quàm iocundũ: habitare fratres in unum. At uerò cum consummati plene fuerint in hac secunda cella naturæ: tunc tandem ingredi possunt tertiam quæ est gratiæ: ut etiam cæteris instituendis præsint: qui cum cæteris iuste, & sine querela uixerint. Et hæc quoq; cella dicitur uinaria, ut scilicet ferueant charitate qui cæteris præsunt in regimine. Dicitur etiam cella gratiæ, quod nomen scilicet alijs quoq; dua-
Nota. dus possit esse commune. Nam & disciplina & socialis uita donum gratiæ est: ista tamen sibi illud uendicat specialiter: quoniam quidem multum facile est subiici uel sociari: rarum uerò & difficile ad aliorum regimen utiliter quemuis posse transferri. His tribus cellis continẽtur & formãtur omnium hominum mores. Omnes enim homines: uel sunt prælati, uel æquales, uel subditi. Quemadmodum autem eliguntur de hortis quæq; potiora, & in cellarijs reponuntur: ubi etiam distincta habent loca in quibus seruentur: ita de historia sumitur, & quasi recondit̃ur in cellario moralis sensus: unde omnis humana uita instruatur. Legunt etenim ibi prælati quales se exhi-
1.Pet.5. bere subditis debeant: cum eis dicitur. Non dominan-
2.Cori.1. tes in clero: sed forma facti gregis. Et illud. Non quia dominamur fidei uestræ: sed adiutores sumus gaudij uestri.
Ioan.10. Et dominus in euangelio: Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Inueniunt etiam in eadem scriptura æquales qualiter se habere debeant inuicem: cum legunt:
Gal.6. Alter alterius onera portate: & sic adimplebitis legem christi. Et illud. Honore inuicem præuenientes, & multa in hunc modum. Habent ibi & subditi quod eorum mores componat: quomodo scilicet subdi eos maioribus oporteat: quibus dicitur. Obedite præpositis uestris: & subiacete eis. Ipsi enim peruigilant, quasi rationem reddituri pro animabus uestris.
Roma.12
Heb.13.

¶Sermo. LXIII.

Dentes tui sicut grex tõsarum: quæ ascenderunt de lauacro. Omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est in eis. Spiritussancti de cuius secretiori fonte cãticorũ flumen emanat: in his (ut sentio) dẽtibus mysteria nobis non parua commendat. Non sunt hi dẽtes de quibus dicit: deus conteret dẽtes eorũ in ore ipsorum, uel de quibus ad uirũ sanctũ uox diuina proclamat, per gyrum dentiũ eius formido. Dẽtes isti, lacte cãdidiores. Quippe spõsæ sunt cuius speciem cõcupiuit altissimus: quæ nõ habet maculã neq; rugam. Cum enim tota candida sit: cãdidior probatur in dentibus. Noua tamen & inaudita comparatione in illius laudes perorat dicens. Dẽtes tui sicut grex tonsarum. Quid in hac rogo similitudine dignum est: ut eam de cælestibus arcanis descendisse credamus? Magnum prorsus & magno animo magnifice sentiendum. Spiritus enim est qui loquitur: qui cum loqtur nec unũ potest iota uacuum præterire. Aliquid profecto est in his dentibus inuolutum: quod euolutum sacrationis intelligentiæ præsignet arcanum. Dentes enim candidi sunt & fortes: carnem non habent, carent corio, nihil intra se pati possunt: non est dolor sicut dolor eorum: clausi sunt labijs ne uideantur: indecens est cum uidentur nisi ridendo: toti corpori masticant cibum: nullum inde saporem habent, non facile cõsumuntur. Per ordinem positi sunt, superiores alij, & alij inferiores: & cum inferiores moueantur, superiores nunquam. Huiusmodi dentes ego arbitror homines monasticæ professionis: qui uiam compendiosiorem & securiorem uitam eligentes: de toto ecclesiæ corpore quod candidum est: candidiores esse uidentur. Quid enim illis candidius: qui totius immundicias spurcitiæ euitantes, cogitationum sicut actionum peccata deplorant? Quid fortius illis: quibus tribulatio pro solatio, contumelia pro gloria, inopia pro abundantia ducitur? Isti carnem nõ habent: quia in carne carnem
Roma.8. oblíti audiunt ab apostolo. Vos autem in carne nõ estis: sed in spiritu. Corio carent: quia nitorem & distensionem mundanarum solicitudinum non habentes in pace in idipsum dormiunt & requiescunt. Nihil morari intra se patiuntur: quia nec modicum quidem offendiculum tolerabile reputant: aut intra se aut in conscientijs singulorum. Hinc est illa uestra opportuna importunitas quatam sæpe fatigatis nos: ut multoties etiam cum necesse non sit multum in his dici expendatis. Non est dolor sicut dolor eorum, quia nihil tam horrendum & horribile est sicut murmur & dissensio in congregatione. Clausi sunt labijs ne uideantur, sicut & nos materialibus uallis circuncingimur, ne secularium oculis & accessui pateamus. Indecens est si appareant nisi interdum fortè ad risum: quia nihil turpius quàm monachus per urbes & castella discurrens, nisi cum illa cogit quæ operit multitudinem peccatorum. Charitas enim risus est: quia hilaris est. Læta quidem: non tamen dissoluta. Toti corpori masticant cibum dentes: quia ipsi pro toto ecclesiæ corpore, uidelicet tam uiuis quàm mortuis orare sunt constituti. Nullum inde saporem habere debent: nullam sibi gloriam assignare: sed dicere cum propheta. Non nobis
ps.113. domine non nobis: sed nomini tuo da gloriam. Non facile cosumuntur: quia quanto annosiores tanto feruentiores: & eò rapidius currunt, quò uicinius appropin-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quant ad palmam. Per ordinem positi sunt. Vbi enim aliquid ordinatum est, si hic non est: ubi cibus & potus, uigilare, & dormire, laborare & quiescere, ambulare, & sedere, & cætera omnia, in numero & mensura & pondere constituuntur: Superiores & inferiores sunt, quia inter nos prælati & subditi sunt, & sic superiores inferioribus iunguntur ut inferiores à superioribus non discordent. Cum autem inferiores moueantur, superiores nunquam moueri debent: quia & si subditi quandoq; turbantur: prælatorum est in mẽte composita perdurare. Sicut grex tõsarum inquit. Quàm bene monachi tonsis omnibus comparantur: quia reuera tonsi sunt quibus nec corda nec corpora nec aliquid mudanum in proprietate relictum est. Quæ ascenderunt de lauacro. Lauacrum baptismus est: de quo ascẽdit qui ad celsitudinem uitæ perfectioris intendit. Descendit autem: qui se uitæ mancipat inhonestæ. Omnes gemellis fœtibus: quia & uerbo pariunt & exẽplo. Et sterilis non est in eis: ga nullus est infœcũdus.

¶Sermo LXIIII.

3.Reg.19. Timuit Helias ihezabel: & surgens abiit quo cumq; tulit eum uoluntas. Venitq; in Bersabee iuda, & dimisit ibi puerum suum: & perrexit in desertum. Cumq; uenisset subter umbram iuniperi & sederet: proiecit se & dormiuit. Et angelus domini tetigit eũ & dixit illi: Surge & comede. Et respexit. Et ecce ad caput suum subcinericius panis, & uas aquæ. Comedit ergo & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadraginta noctibus usq; ad montem dei Oreb. Per Heliam quippe qui interpretatur dominus uel dominus fortis, intelligitur quilibet iustus: qui per-
Mat.5. secutionem patitur propter iustitiam. Vnde illud. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Qui metuens Ihezabel, id est malitiam seculi uel tyrannidem diaboli surgit de tentatione peccaminum, & abit quocumq; eum tulerit uoluntas à domino sibi collata. Venitq; in Bersabee Iuda: in sanctam ecclesiam quæ dicitur Bersabee, id est puteus septimus propter abundantem septiformis spiritus gratiam: quæ imbi fidelibus diuiditur: uel puteus satietatis: propter mysteriorum dei profunditatẽ,
ps.17. & sanctarum scripturarum refectionem. De hac profun-
ps.35. ditate habemus in psalmo. Tenebrosa aqua in nubibus aeris. Et rursus. Iudicia tua abyssus multa. Ad eiusdem
Rom.11. considerationem apostolus expauescens, & pauescendo deficiens, clamare compellitur. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei & cætera. De hac satietate legis in
ps.22. psalmo: Super aquam refectionis educauit me. Et item.
Psal.35. Inebriabũtur ab ubertate domus tuæ. Huiusmodi ebrietas non inducit fastidium, sed indeficientem quibusdam desiderijs prouocat appetitum. In hoc sacræ lectionis pelago agnus ambulat, & Elephas natat. In catholicæ doctrinæ mensa iuxta modulum intelligentiæ sufficientes singulis epulæ apponuntur. Hæc est paradisus delitiarum, hic est hortus omnium pomorum. Veniens itaq; in Bersabee in sanctam ecclesiam ut dictum est, currit ad confessionem quæ per Iudam notatur, & dimittit ibi puerum suum, id est puerilem sensum: uel pristinorum actuum debilitatem, & pergit in desertum, id est in istius mundi contemptum. Quo postquam uenit sedet, id est à seculari tu-
ps.131. multu quiescit: cantans cum propheta. Hæc requies mea in seculum seculi. Proijcit se, id est uilem se reputat: suis ab
Luc.9.16. renuncians desiderijs: iuxta illud euangelicum. Qui uult uenire ad me: abneget semetipsum. Obdormiuit in umbra iuniperi: quia in artijs domus dei secundum sensus
Psal.4. corporis uacat omnino ab omnibus prauitatibus: dicẽs cum psalmista. In pace in idipsum dormiam & requiescam. Tunc angelica uisio tangit eum: excitans ad bonũ operandum & ad altiora consurgendum. Respicit ad caput suum, id est ad christum qui caput est ecclesiæ, & ecce subcinericius panis, id est pastus diuini dogmatis forinsecus quidem rudis: sed medullitus ineffabiliter confortatiuus & dulcis, & uas aquæ hoc est fons lachrymarum cum cordis compunctione. Comedit & bibit, id est adimplet quæ audit, & pergit in fortitudine ad montem dei: ad celsitudinem uidelicet beatitudinis.

Sermo. LXV.

4.Reg. Erat fames in terra, & filij prophetarũ habitabant coram Helisæo: quibus fecit apponi pulmẽtum. Cũq; gustassent de coctione: exclamauerũt. Mors in olla uir dei. Et non potuerũt comedere. At ille. Afferte, inquit, farinam. Et misit in ollã, & ait. Infunde turbæ. Et comedit, & non fuit qcquã amplius amaritudinis in olla. Fames in terra: penuria uerbi dei in mẽte humana, filij prophetarum, filij prædicatorum. Propheta interpretatur uidens. Et sancti prædicatores non ab re prophetæ appellantur: qui & arcana mysteriorum dei contemplantur, & prout uident mores hominum adhibent modos curationum. Helisæus salus domini interpretatur. Quo nomine quilibet prælatus & doctor ecclesiæ decenter censetur: cuius salubri persuasione domini salus populis annunciatur, & annũciando impartitur. Hic talis ex debito sui officij apponit subiectis ollam grandem herbas agrestes continentem, id est ammonitionem de grauibus differentem: acerbitate refertam, sed tamen igne sancti spiritus succensam. Subditi ergo perhorrescentes sermonum austeritatẽ clamant: mors in olla, & non possunt gustare. Sapiens igitur dispensator nõ affert, imo afferri iubet farinam: quoniam non præbet sed hortatur habere charitatem: cuius condimento reddumtur dulcia quæ prius uidebantur amara. Potest namq; prædicator monita salutis auribus circumstantium insonare: sed nemo nisi solus deus ualet sauorem charitatis palato cordis infundere. Vnde Gregorius. Nisi sit intus spiritus qui doceat: doctoris lingua exterius in uacuum laborat. Alius est sapor cæli: alius est sapor terræ. Haud quaquam nobis placere potest sapor cæli: dum saporem quærimus coci nostri. In deserto dantur coturnices & mãna, id est in loco disciplinæ maiora & minora mandata. Cum uidissent filij israel manna: dixerunt Exod.16.
adinuicem manhu: Quid est hoc: Ignorabãt enim quid Ibidem.
esset. Quibus ait Moyses: Iste est panis quem dedit dominus uobis ad uescẽdum. Huius facti mysterium in euangelio Ioannis conuenienter aperitur ubi dominus ait. Amen amen dico uobis: nisi manducaueritis carnem filij Ioan.6.
hominis. Multi ergo ex discipulis audientes dixerũt: Durus est hic sermo. Quis potest eum audire: Ex hoc multi abierunt retro. Ad hunc itaq; modum cum aliqui simplices ad conuersionem ueniunt: seueritatem regulæ expauescunt: si fiat eis sermo de mundi contemptu, de uirtutũ uitiorumq; conflictu, si anxietas uigilandi, assiduitas orandi, parsimonia ieiunandi ab ipsis requiritur: dicunt conquerendo inter se. Quid est hoc: Quis tot & tanta implere sufficiat: Nesciunt enim quanta sit uirtus assumpti ordinis. Sed pastor eis consolatorie habet respõdere, & de affe renda eos solicitare farina.

Sermo. LXVI

Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. Pro paradiso quem perdidimus: restitutus est nobis christus saluator. Sicut ergo de uno fonte paradisi deriuantur quatuor flumina ad irrigandum paradisum: ita de pectoris ei9 arcano procedunt quatuor fontes ex quibus hauriuntur quatuor aquarum genera: Esai.12.

rum genera: unde tota per uniuersum mundum rigatur ecclesia. Sunt autem quatuor fontes: ueritas, sapientia, uirtus, & charitas. Ex his ergo fontibus hauriũtur aquæ: ex singulis scilicet singulæ. Nam de fonte ueritatis sumuntur aquæ iudiciorum, de fonte sapientiæ aquæ consiliorum: de fonte uirtutis aquæ præsidiorum, de fonte charitatis aquæ desideriorum. In aquis iudiciorum: cognoscimus quid liceat uel quid non liceat. In aquis consiliorum discernimus quid expediat uel quid non expediat. Sed quia electis uiris recte per hæc gradientibus non desunt tentationes (tentantur autem de duobus: aut terroribus ut concutiantur: aut blandimentis ut seducantur) idcirco armandi sunt contra terrores præsidijs diuinæ uirtutis: contra blandimenta desiderijs supernæ charitatis. Desiderijs enim meliorum superantur (ut ait quidam sanctus) desideria deteriorum. Vel sic possumus procedere. Quid pdest nosse quid liceat & expediat (quod utiq; docent iudicia atq; consilia) si posse perfici minime contingat? Ideò post aquas iudiciorum & consiliorum: quærendæ sunt aquæ præsidiorum. Rursum & posse quid ualeat: si horum omnium non sit finis charitas? Recte itaq; post iudicia post consilia post præsidia: hauriuntur de fonte charitatis desideria, ut uidelicet quicquid sapimus aut loquimur: quicquid operamur aut patimur, æternæ uitæ finis concludat. Sed ut hæc quæ dicta sunt de fontibus & aquis clarius eluceant, scripturarum testimonijs reor esse comprobanda: auricq; similitudines quas protulimus uernisculandas argento. Ac primum quod dictum est quatuor illos fontes de pectore iesu manare: nullum arbitror ambigere. Quomodo autem ex eisdem fontibus hauriantur prædictæ aquæ, id elaborandum est. Veniat ergo dauid & dicat, quod ex fonte ueritatis procedant iudicia. Hoc certè uidetur sensisse: cum diceret: De multu tuo iudicium meum prodeat. Neq; enim uir sanctus iudicium suum diceret: quod de uultu dei, id est de ueritate non prodiret. Nouerat enim electos dei ueritatis iudicijs tanquam uirga ferrea regi, & quia sub eorum regimine se esse sentiebat exultans psallebat. Iudicia dei uera, iustificata in semetipsa. Desiderabilia super aurum & lapidem preciosum multum, & dulciora super mel & fauum. A quibus ne fortè per incuriam deuient: audiant uocem patris per eundem prophetam comminantis. Si in iudicijs, inquit, meis non ambulauerint, & mandata mea non custodierint, uisitabo in uirga iniquitates eorum, & in uerberibus peccata eorum. Hæc mysteria diuini iudicij reserabat cælestis regni clauicularius: cum diceret. Tempus est ut incipiat iudicium de domo dei. Si autem primum à nobis: quis finis eorum qui non crediderunt dei euãgelio? Et hoc de electis dictum est. Cæterum est aliud de reprobis iudicium: quod nihilominus ab ipsa ueritate procedit. Vnde & per paulum dicitur: Scimus enim quoniam iudicium est secundum ueritatem in eos qui talia agunt. Et utrumq; quidem iudicium complectitur ipsa ueritas: dicens. In iudicium ego ueni in hunc mundũ: ut qui non uident uideant: & qui uident cæci fiant. Vtrumq; autem discernit: cum ite dicit. Et ibũt hi in supplicium æternum: iusti autem in uitam æternam. Si uidimus quomodo de fonte ueritatis auriuntur iudicia: uideamus quomodo de fonte sapientiæ propinentur consilia. Quis dubitet apostolum Paulum esse sapientem cum & petr9 ei9 coapostolus sapientiam ei datam esse astruat: & eiusdem apostoli tota uerborum series nil aliud quàm sapientiam redoleat? Proferat igitur consilia, & per ipsa nos doceat quid peregrinantibus & ad cælestem patriã festinantibus expediat. De uirginibus, inquit, præceptum domini non habeo, consilium autem do: tanquã misericordiam consecutus à domino ut sim fidelis. Existimo ergo hoc bonum esse propter instantem necessitatem: quoniam bonum est homini sic esse: hoc est in uirginitate manere. Si de uirginibus præceptum haberet: nil aliud quàm quod præciperetur liceret. Nũc uerò cum utrumq; liceat uel nubere uel non nubere: quid compendiosius dici potuit: quàm bonum est homini sic esse: præsertim cum & necessitatis instantia frequenter obrepere soleat, & cito mori ipsa tẽporis breuitas urgeat, totiusq; mundi figura præterat? Item cum de uidua loqueretur: beatior inquit erit si sic (id est innupta) permanserit secũdum consilium meum. Ac ne de proprio corde & non potius de fonte sapientiæ uideretur hoc ipsum consilium depromsisse subiecit dicens. Puto q; & ego spiritum dei habeam. Sed cur ego paucis immoror exemplis: cum in eius uerbis omnis sexus, omnis ætas, omnis conditio consilium inueniat si diligenter quærat salutis? Quòd si quis curiosius uelit perspicere utrum uerum sit quod dictum est de sapientia consilia manare: legat libros qui inscribuntur sapientiæ, ubi totus orationis contextus, consilia parare uidetur. Si uerò consultius & utilius studet uitam inde eligere: audiat ipsam salubriter inuitantem sapientiam. Si uis, inquit, ad uitam uenire serua mandata. Quæris cuius? Deum, inquit, time: & mandata eius obserua. Audiat eam ipsam materno affectu inclamantem. Da mihi cor tuum. O quantum uellem & ego cor meum in eius uerbum suspendere: de cuius ore mirifico, tam dulcia uitæ consilia audio personare. Vtinam autem & linguæ meæ calamum in eius fonte possem intingere: quo idoneus essem, ea quoq; quæ restant de duobus fontibus, id est uirtutis & charitatis utiliter exarare. Et quoniam quatuor isti fontes ita sibimuicem saporem transfundunt, ut qui de uno biberit quadam ineffabili dilectionis dulcedine inuitetur ad alium: libet iam de sapientia ad uirtutem transire: & qualiter illinc hauriuntur aquæ præsidiorum: quantum ab ipsa uirtute adiuuor ostendere. Sicut autem superius dixi gemina esse ueritatis iudicia: quia scilicet determinant quid liceat uel quid non liceat: itidem sapientiæ duo, hoc est quid expediat uel qd non expediat: ita & hic agnoscamus de fonte uirtutis hauriendas duplices præsidiorum aquas: quæ uel abluant electos à culpis: uel refrigerent in tormentis. De utrisq; sumamus exemplum. Refert Lucas euangelista quòd quædam mulier quæ fluxum sanguinis patiebatur erogata in medicos tota substantia: cũ minime curari potuisset accesserit retro & tetigerit fimbriam uestimenti domini: & confestim steterit fluxus sanguinis: iesum uerò dixisse, quis me tetigit? cumq; discipuli responderent, turbæ te comprimunt & affligunt, & dicis: quis me tetigit? rursum repetisse tetigit me aliquis, nam & ego noui uirtutem de me exisse. Ecce quas aquas præsidij hauserit mulier de fonte uirtutis, quibus abluta est à profluuio sanguinis: quæ nulla medicorum arte poterat sanari. Quod si quis obijciat prolatum testimonium nihil ad rem præsentis operis pertinere: cò quòd illa mulier nequaquam abluta esse uideatur à culpis: sed tantum ab ægritudine carnis: nouerit moris esse diuinæ uirtutis prius cordi mederi quàm corpori. Vnde & alibi cum quidam ei paralyticus offerretur curandus: tanquam bonus & pius medicus: uolens sanare prius quod erat potius: id est mentem quàm carnem: ait eidem paralytico. Confide fili: remittuntur tibi peccata tua. Itaque sanata conscientia: consequenter sanatur corpus cum dicitur: Surge tolle lectum tuum, & uade in domum tuam. Sic ergo & huius cor mulieris prius abluit intus per donum fidei: sicut scriptum est: Fide mũdans corda illorum: per quam meruit exterius impetrare salutem corporis. Hoc enim innuit ipse dominus: cum dicit: Filia fides tua te saluam fecit: uade in pace. Quod autem de hocipso fonte uirtutis hauriantur aquæ præsidij in tormentis: ostendunt & illi tres pueri in fornacis incendio æstuantis positi: quibus ipsa flamma refriguit, & præcipue inclitus ille martyr Vincentius, qui cum grauiter torqueretur non solum toleraſſe: sed etiam tortorem suum constanter prouocasse

Pſal.16. Pſ.18. Pſ.88. 1.Pet.4. Roma.2. Ioã.9. Matt.25. 1 Cor.25. Luca.8. Ibidem. Ibidem. Matt. 9. Ibidem. Actu.5. Lucæ.8.

fertur his uerbis. Insurge, inquit, & toto malignitatis spíritu debacchare: uidebis me dei uirtute plus posse dum torqueor quàm possis ipse qui torques. Possent plura de hoc fonte uirtutis copiosius dici: sed eum succincte prætereo: quia de fonte uirtutis bibere potius quàm scribere

Ioan.8. desidero. Ad hunc fontem inuitamur redemptoris nostri uoce dicentis: Si quis sitit ueniat & bibat, & de uentre

Ibidem. eius fluent aquæ uiuæ. Et sequutus euangelista: exposuit ad quem fontem nos inuitaret dicens: Hoc autem dixit de spíritu quem accepturi erant credentes in eum. Quem nisi spíritum charitatis quem mundus non potest accipere: sed soli accípiunt qui uere credunt in eum: Ex hoc ergo fonte hauriamus nobis aquas desideriorum, ipsasq; partiamur in gemínos riuulos: ut sicut eiudem charitatis duo sunt præcepta: ita sint & desideria gemina: quibus impleantur ipsa præcepta. Aliud est enim desiderium quo deus propter seipsum: aliud quo proximus diligitur in deo uel propter deum. In illo nullus modus, sed ex toto corde, tota anima: tota uirtute diligitur deus: in hoc

Matt.22. autem præscribitur quídam modus cum dicitur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Illo flagrabat propheta:

ps.41. cum diceret: Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum:

ps.83. ita desiderat anima mea ad te deus. Et item. Concupiscit & deficit anima mea in atria domini. Hoc exhibebat apo-

Rom.1. stolus romanis: quibus scribebat: Desidero enim uidere uos: ut aliquid gratiæ spiritalis impertiar uobis. Et domi-

Luce.22. nus in euangelio discípulis suis. Desiderio desideraui hoc pascha manducare uobiscum antequam patiar. Et notandum quod ad illud excitatur mens humana specialiter tribus affectionibus ac prouehitur, unde & deum diligere toto corde, tota anima, tota uirtute iubetur. Prima quidem dulcis: Secunda prudens: Tertia fortis est. Primam

Mar.8. habuit petrus: cum domino mori dissuaderet. Ex corde enim dulciter diligebat: cuius passionem expauescebat.

Ibidem. Sed cum audiret: uade retro satana, non sapis quæ dei sunt: sed quæ hominis: his uerbis eruditus & intelligens quid boni haberet mors christi: cœpit tota anima prudenter diligere quem prius tantum diligebat dulciter toto corde: necdum uerò diligebat tota uirtute. Quod si faceret: nec propter mortis discrimen eũ negaret. At uerò post resurrectionem & ascensionem dato desuper spíritu: tunc demum tota uirtute dilexit: pro quo etiam horrendum crucis supplicium postmodum subire non expauit. Erga charitatem quoq; proximi exercemur tripliciter: uel ut ædificetur ipsa charitas ubi non est: uel certè ne pereat uel minuatur ubi est. Quisquis autem hanc puro affectu erga proximum operatur illam proculdubio quæ deb est ulterius promeretur,

De donis spiritus sancti septem capitula.

Sermo continens. Capitulum primum.

PRima gratia est timor domini. Qui hanc habet gratiam omnem odit iniquitatẽ: iuxta

ps.118. illud psalmistæ. Iniquitatem odio habui, & abominat⁹ sum, Et alio loco. Omnem uiam

In eodem. iniquitatis odio habui. Scriptũ namq; est: Timor dñi odit malum. Et itẽ. Time deũ: &

prouer.8. recede à malo. Et de Iob dicitur. Vir timẽs deũ, & recedẽs

prouer.3. Iob.1. à malo. Sine hac gratia prima gratiarum: quæ totius religionis exordium est: nullum bonum pullulare uel manare põt. Sicut enim securitas uel desidia causa est & mr̃ omnium delictorum, sic timor domini radix est & custos omnium bonorum. Vnde scriptum est. Si non in timore domini tenueris te instanter: cito subuertetur domus tua.

Ecclc.27. Prou. 23. Omne namq; uirtutum ædificium ilico uergit in præcipitium: si huius gratiæ amiserit præsidium. Vnde Salomon ait: In timore domini esto quotidie: quia habebis spem in nouissimo, & præstolatio tua nõ auferetur. Hinc

Philip.2. & apostolus. Cum metu & tremore uestram salutem operamini. Et quid plura: Connexa sunt timor & religio, nec manere potest alterum absq; altero. Vnde Cornelius uir religiosus ac timens deum, & Symeon iustus & timorat⁹.

Actu 10. Luce 2. Vnde Salomon. Deum, inquit, time: & mandata eius obserua. Hunc uerò sic habere debemus: quomodo asserit se habuisse Iob beatissim⁹. Semp quasi tumẽtes sup se fluctus deum timuit. Per hunc timorem dei uniuersa deseri-

Eccle.12. Iob.3. mus: mũdo abrenũciamus: nosq; ipsos sicut dominus ait abnegamus nobis. Si quis uult post me uenire abneget semetipsum. Iste ergo diuinus timor qui eum quem perfecte imbuit paupertati subiicit & à malo diuidit: ita est primus in ordine gratiarum sicut paupertas in serie beatitudinum. De qua dominus in cæterarum fundamento uirtutum eam ponens, ait. Beati pauperes spíritu quoniam

Luce.9. Mat.5. ipsorum est regnum cælorum.

Cap. secundum.

SEcundum charisma est spíritus pietatis: illi secundæ quæ in euangelio ponitur beatitudini simile. De qua dominus sic ait: Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram.

Mat. De talibus dominus in Esaia ait: Spíritus domini super me: ad annunciandum mansuetis misit me. Moyses quoq; mitissim⁹ erat sup oẽs homi-

Esa.6. Num.12. nes qui morabantur in terra. De talibus Iob dicit: Dominus ponit humiles in sublime, & mœrentes erigit sospitate. Vnde illud de domino dicitur. Humiles spíritu salua-

Iob.5. ps.33. Iacob.4. bit. Econtra de superbis dicitur. Dominus superbis resistit. Ante ruinam exaltatur cor. Superbia de supernis ad ima præcipitat: humilitas de imis ad superna eleuat. Angelus enim in cælo superbiens ad tartara corruit: homo in terra se humilians ad cælos ascendit. Tanto uerò quisq; debet esse humilior: quanto est sublimior. Vnde scriptum est. Quanto magnus es: hũilia te in omnibus, & coram deo inuenies gratiam. Hinc ipse dominus ad discípulos ait. Qui uoluerit inter uos primus esse: erit uester seruus. Itẽ. Cum feceritis oĩa quæ præcepta sunt uobis: dicite seruí inutiles sumus. Item ipse dicit. Discite à me quia mitis sum & humilis corde. Sine hac humilitatis: uirtute: relíquæ uirtutes nequeunt prodesse. Vnde beatus Gregorius ait: Qui uirtutes sine humilitate cõgregat: est quasi qui in uentum puluerem portat. Sicut enim pulnis uenti ualidi flatu dispergitur: sic omne bonum sine humilitate inanis uento gloriæ rapitur. Multo etiam meli⁹ est peccatorem esse humilem: quàm iustum arrogantem. Qđ à domino euidenter ostenditur: ubi publicanus & pharisæus in exemplum adducuntur: sicut quídam sapiens ait: Melior est in malis factis humilis confessio: quàm in bonis factis superba gloriatio.

Ecclc.7. Mat.20. Mar.10. Luce.7. Luce.18.

Cap. tertium.

TErtium donum est spíritus scientiæ: de quo Salomon ait: Qui addit scientiam addit & dolorem. Vera namq; scientia est scire nos mortales & caducos & fragiles esse, & i hoc exilio & in hoc ergastulo in hac peregrinatione, in hac ualle lachrymarum: dolẽdum & lugendũ esse. Vnde dicitur in tertia beatitudine: huic tertio dono congruente. Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur. Item. Væ uobis qui nunc ridetis: quia flebitis. Hinc Salomon ait. Risus dolori miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat.

Eccle. Mat.5. Luce.6. Prou.14.

Cap. quartum.

QVarta gratia est spíritus fortitudinis: quartæ in euangelio beatitudini similis: de qua dicitur. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam quoniam ipsi saturabuntur. Qui enim iustitiam esurit & sitit: contra quælibet aduersa, fortis insuperabilis & imperterritus existit. Vñ Salomon ait: Iustus ut leo confidit.

Mat.5. Prou.28.

Universidad de Deusto

proue.12. confidit, & abq; terrore erit. Item. Non contristabitur iustus: quicquid ei acciderit. Hoc spiritu erant præditi omnes: de quibus loquitur apostolus. Sancti ludibria & uerbera experti, insup & uincula & carceres lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt. Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis: egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus. In solitudinibus errantes: in montibus & in speluncis, & in cauernis terræ. Hæc & apostolus ipse qui ait: Quis nos separabit à charitate christi? Tribulatio &c. Iste spiritus omnē alienam malitiam sustinet, & aduersus hostiles insidias instruit & munit. Vnde spōsus in sponsæ præconio ait: Pulchra es amica mea: suauis & decora sicut hierusalem, terribilis ut castrorum acies ordinata.

Heb.11 Roma.8. Cañ.6.

Cap. V.

QVintum donum est consilij spiritus: q aliis facit compati & misereri: illi cōpetens de qua dicitur quintæ beatitudini. Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiā cōsequētur. Hinc & Salomō ait: Qui pronus est ad misericordiā: benedicetur. Hāc principaliter tripharia exercemus: uel quando sex eius quæ in euāgelio legūtur opera implemus: uel quando delinquētes corrigere & ad bonū reducere studem⁹: uel quādo iniurias nobis illatas facile indulgemus. Iste secundus clementiæ modus siue cōsilij spiritus, deum fecit semetipsum exinanire: formam serui accipere: scilicet ut sic posset ouem errantem corrigere, & ad proprium ouile reducere. Vnde apostolus ait: Semetipsum dedit pro peccatis nostris: ut nos eriperet de præsenti seculo nequam. Huic consulendi modo sic oportet insistere: ut iniūgitur ab apostolo monente. Insta opportune importune. Est & alius consulendi modus: scilicet discretionis uirtus: qua ueras à palliatis atq; simulatis uirtutibus discernimus: qua etiam ipsum satanam hypocrisis auctorem dignoscimus. Ipse enim satanas (ut ait apostolus) transfigurat se in angelum lucis, & iuxta beati Cypriani dictum, ministros iniustitiæ subornat noctem afferentes pro die: interitum pro salute. Ista quidem cæterarum uirtutum magistra ac domina omnes alias proinde temperat ac supnè gubernat, & ne ultra uel citra euagentur licenter imperialiter ac discrete conseruat. Vnde Boetius. Virtutes medium tenent. Si uel ultra uel infra quàm oportuerit fiat: à uirtute disceditur.

Matt.5. Prou.22. Gala.1. 2.Thi.4. 2.Cor.11.

Cap. VI.

SExta gr̄a est spiritus intelligentiæ: illi sextæ beatitudini congruus. Beati mundo corde: quoniam ipsi deum uidebunt. Nisi enim mētis intuitus diligēter purificatus fuerit: mystica ac diuina liquide intelligere nequit. Nam scriptum est: Spiritussanctus disciplinæ effugiet fictum & auferet se à cogitationibus quæ sunt sine intellectu. Vnde Salomon. Abominatio domini: cogitationes malæ. Peruersæ cogitationes separant à deo. Qui ergo uult syncerum ac lucidum intellectum habere: prauarum cogitationum fantasias ac nebulas studeat effugare, & omni diligētia & cautela cor seruare. Vnde Salomon. Omni custodia serua cor tuum: quoniam ex ipso uita procedit.

Mat.5. Sap.1. Prou.15. Prou.4.

Cap. VII.

SEptimum donum est spiritus sapientiæ: quidam internus sapor ac suauissimus gustus. Vnde psalmista. Gustate & uidete quoniam suauis est dominus. Et item. Vacate & uidete. Et iterum. Accedite ad eum, & illumiamini. Hoc diuinæ sapiētiæ īterno gustu superna prælibamus: uidelicet contemplantes quàm amœnum sit angelicis cœtibus interesse: ubi nil poterit quod displiceat esse: nil quod placeat abesse. Ista septima gratia illi ueræ beatitudini cōgruit: de qua ait dominus. Beati pacifici: quoniam filij dei uocabuntur. Qui enim mentem pacificam & serenam habent: de supernis dulcius sapiunt & subtilius uident. Nam quisquis patientior: eò probatur esse sapientior. Vnde Salomon. Doctrina uiri: per patiētiā dignoscitur. De talibus alibi dicitur. Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum. Hæ septem gratiæ sunt septem mulieres uirum unum apprehēdentes, septem spiritus super florem requiescētes: septem in candelabro lucernæ fulgentes: septem in lapide oculi: septem spiritus ante thronum dei.

ps.33. ps.45. ps.33. Matt.8. proue.19. ps.119.

¶Expliciunt beati Bernardi parui sermones cum adiecto sermone de donis spiritussancti.

¶Sequitur liber eiusdem: continens diuersas morales ac utiles sententias.

Universidad de Deusto Biblioteca

ps.75. Actus est in pace locus eius. Est pax ficta ut in Iuda: est inordinata ut in Adā & Eua. Harū neutra est locus dei. Sola pax xp̄iana quā dñs relīqt, & dat discipulis suis: ipa est in qua dñs requieuit. Hæc offertur p sanctos prædicatores uniuerso gñi hūano: sed cā quidam repellūt: aliq recipiūt. Nos uerò excutiētes puluerem pedū nrorum sup odientes pacē: ad dilectorē eiusdē pacis nos cōferamus. Eorū alij dicūtur recipientes pacē: alij retinentes pacē: alij facientes. Possunt & aliis noibus uocari. s. pacati, patientes, pacifici. Et hæc noia fortiuntur fm diuersos status pacis: in quibus ꝓficiunt. Nā pacati per hāc pacē possidēt terrā corporis sui: qa mites sunt. Patientes possident

Matt. 6. Luce. 21. aīam suā: qbus dicitur. In patiētia uestra possidebitis animas uestras. Pacifici possident non solū suā, sed etiā aliorū in qbus faciunt pacē. Vñ merito filij dei uocant. Pacati ergo dicunt q pacē recipiūt: de qbus scriptum est. Si ibi fuerit filius pacis: requescet sup illā pax uestra. Sed quia pusilli

Mat. 10. sunt: scandalis exagitati, cito pacē quam receperant perdunt. Patientes aūt sunt: q receptā retinēt: nec quauis iniuria exasperati eam amittunt. Istis tanquā robustioribus

Hebr. 12. p̄cipitur. Pacem dilīgite & sanctimoniā: sine qua nemo uidet deum. Pacifici uerò qui non solū in se & in alīs eam faciunt: sed etiā uolentes auferre diligunt sicut scriptum est:

ps. 119. Cū his qui oderūt pacem eram pacificus. Ecce isti sunt in qb9 requieuit & mansionē deus facit. Ecce isti sunt quos sicut filios deus dilīgit, & de quibus tanquā uiuis lapidibus templum sibi sapia constituit. De quo ædificio ne ullo impulsu possint labefactari ipso deo inhabitante pariter & operante ad similitudinem lapidis quadrātur quatuor modis, superius, inferius, à dextris, & à sinistris. Superius, cum diuinæ uoluntatis suam humiliter & prudēter subiiciunt. Inferius cum carnem subiectam temperanter regunt. A dextris, iuste bonos amplectendo. A sinistris, malos fortiter tolerando.

Philip. 2. ANte oīa ut sine murmuratione sint fratres. Fortè aliq leue pcm̄ æstimant murmurare: sed non hic q ante oīa monet esse cauendū. Puto autem ne illū qdē leue reputasse: qui murmurantibus

Exo. 16. aiebat: Nō cōtra nos est murmur uestrū: sed contra dñm.

2. Cor. 10 Nos eīm qd sumus? Sed ne illū quoq; qui dixit. Non murmuraueritis sicut quidā murmurauerūt, & perierunt ab exterminatore. Illo nimirū exterminatore qui positus est in hocip̄m ut à terminis beatæ illius ciuitatis arceat mur-

p̄s. 147. murantes, & longe faciat à finibus eius: cui dicitur. Lauda hierusalem dominum: lauda deum tuum sion: qui posuit fines tuos pacem. Nihil enim cōmune habēt murmur & pax gratiarum actio & detractio: zelus amaritudinis, & uox laudis: Itaq; in ore trium & talium testiū stet hoc uerbum: ut pestē istam murmuratiōis summopere nobis nouerimus esse cauendam.

REs sunt qbus recōciliari debemus: hominib9, angelis, deo. Hominibus per aperta opera: angelis per occulta signa: deo p puritatē cordis.

Mat. 5. Nam de operibus quæ coram hominibus faciē da sunt scriptum est. Luceat lux uestra coram hominibus: ut uideant uestra opera bona & glorificēt patrem uestrū

p̄s. 137. qui in celis est. De angelis dicit Dauid: In conspectu angelorum psallam tibi. Occulta autem signa sunt: gemitus, suspiria, usus cilicij, & cætera pœnitentiæ insignia quæ an-

Luce. 15. gelis placent. Vnde est illud. Gaudium est angelis dei super uno peccatore pœnitentiam agente. Vt autem deo reconciliemur: nec operibus nec signis: sed puritate & simplicitate cordis indigemus. Scriptum est eīm: Beati mun-

Mat. 5. Mat. 6. do corde: qm̄ ipsi deum uidebunt. Et illud. Si oculus tuus fuerit simplex &c.

QVatuor sunt genera hominum regnum cælorum possidentium. Alij uiolenter rapiunt: alij mercantur: alij furantur, alij ad illud compelluntur. Rapiunt qui dereliquerunt oīa & sequuntur christum. De quibus dicitur: Beati pauperes spiritu: Mat. 5. quoniam ipsorum est regnum cælorum. Sunt uerò alij inferioris gradus à quibus metuntur carnalia dum eis spiritualia seminantur, & his loquitur in euangelio dominus: Luce. 16. Facite uobis amicos de māmona iniquitatis: ut cum defeceritis recipiāt uos in æterna tabernacula. Tales dicuntur mercatores: quia dant in præsenti pauperibus temporalia quæ possident ut in futuro recipiant ab eis æterna: q̄ non nisi per eos habere merentur. Necesse est enim omnes qui in futuro iudicio examinādi sunt: uel esse iudicis amicos: uel apud iudicem intercessores habere amicos. Habēt ergo primū beatitudinis locū q̄ intercedūt: habēt hi pro quibus intercedūt secundū. Sunt alij qui nonnulla bona occulte faciunt: pro quibus merētur regnū cælorum: sed tm̄ furari illud dicuntur: quia laudem humanam uitantes, solo diuino testimonio contenti sunt. Horū figuram tenuit mulier illa in euāgelio: quæ fluxum sanguinis

Luce. patiens cogitauit intra se dicens. Si tetigero fimbriam uestimenti eius: salua ero. Quo dicto accessit occulte & tetigit, & salua facta est. Alij sunt q̄ compelluntur uerbi gratia ut pauperes necessarij: quos. s. hic ignis paupertatis deo dispensante purgat: ne in futuro ignis iudicij puniat. De

Luce. 14. quibus scriptum est: Cōpelle intrare: ut impleatur domus mea. Compelluntur multi uarijs necessitatibus & oppressionibus afflicti: qui mira dei prouidentia dum temporalem pœnam si non libenter: tamen patienter sustinent: uitam consequuntur æternam.

QVantum distat inter pastorē & gregem: tātum debet distare inter episcopum & plebem. Stat

Matt. ille sublimis & rectus: curuat iste caput solo depressus: Vnde poeta. Pronaq; cum spectent animalia cætera terrā. Os hoī sublime dedit. Ille regit, iste regit: ille pascit, iste pascit, ut ex ipsa forma & habitu uteroq; discernatur. Habet ille in manu uirgā qua feriat: uel potius ducat & reducat ouem. Quid est aūt habere in manu uirgam: nisi in opere disciplinā, ut subiectos suos exēplo magis instruat quàm uerbo: Erubescunt eīm superbi esse discipuli: si eos in humilitate præcesserint magistri. Vnde &

Actu. 1. de dño scriptū est. Quæ cœpit iesus facere & docere. Habet etiā baculū: quo feriat Lupū. Virga ouem: baculo lupum. Hoc est mites & obedientes debet lenius corripere: duros uerò corde, & improbos acrius arguere: cumq; necesse fuerit, etiā anathematis sententia ferire. Tenet canem in fune: zelum. s. in discretione: ne sit de illis de quib9 scri-

Rom. 10 ptum est. Habent zelum (alias æmulationem dei) sed nō fm scientiam. Habet etiam pastor bonus panem in pera: hoc est uerbum dei in memoria.

QVo sunt amores, carnalis & spiritalis: ex quib9 colliguntur quatuor modi diligendi. s. diligere carnem carnaliter, spiritum carnaliter, carnem spiritaliter, spiritū spiritaliter. In his sit quidam prosectus & ascensus ab inferioribus ad superiora. Nam ut homines qui tantum nouerant diligere carnem carnaliter, ad hoc proficerent ut deum quoq; diligerent spiritaliter, deus caro factus est, & loquendo & conuersando cū hominibus primum ab eis carnaliter dilectus est. Cū autē pro amicis suis animam ponere uellet: iam spiritum diligebant: sed adhuc carnaliter. Vnde & petrus loquenti de

Matt. 16. passione sua respōdit: Absit à te domine: nō erit tibi hoc. Sed cum per eandem passionem fieri mysterium redemptionis agnoscerent: in ipsa passione iam carnem spiritaliter diligebant. Resurgente aūt eo & ascendēte spiritum

2. Cor. 5. spiritaliter amant: lætiq; decantant. Etsi cognouimus fm carnē xp̄m: sed nunc iam non nouimus. Nos quoq; carnē nostram carnaliter diligimus: cum eius desideria diligimus & perficimus. Spm̄ carnaliter: quando eum flendo, suspirando, gemendo in oratione cōterimus. Carnem spiritaliter: cū eam spiritui subiectā in bonis spiritaliter exercentes, cum discretione seruamus. Spiritum spiritaliter: cum etiam ipsa spiritalia studia nostra fraternæ utilitati ex charitate postponimus.

Est ad

DEstad deum quidā redeundi modus: primi hois casui oppositus. Adam quippe in paradiso positus: primo perdidit circunspectionē dei. Testat enim beatus augustinus q nequaquam tentator hoiem de paradiso eiecisset nisi aliqua elatio in animā
Prou.16. hominis p̄cessisset: cum ueritissime scriptum sit. Ante ruinā exaltatur cor. Secundo perdidit iustitiam: qñ uxoris uoci plus quàm diuinæ obediuit. Iustitia enim est uirtus q̄ suū cuiq; reddit. Tertio amisit iudicium: cum post peccatū correctus oblique per mulierem retorsit propriam culpā
Gene.3. in auctorem dicens: Mulier quā dedisti mihi sociam dedit mihi de ligno: & comedi. Eisdem ergo uirtutum gradibus redeundum est hoī in exilio posito: quibus primus expelli meruit de paradiso. Primū itaq; faciēdum est iudicium: deinde exercenda iustitia: tandē circūspectio adhibenda. Et iudiciū quidem nobis ut nosipsos iudicemus & accusemus: iustitiā pximo, circunspectionē debemus deo. Hanc
Miche.6. redeundi uiam oñdit nobis michæas propheta: dicens. Indicabo tibi ô hō quid sit bonū, & quid deus requirat à te: utiq; facere iudicium & diligere miam: & ambulare solicite cum deo tuo. Hanc salutis uiam testatur apls xp̄m do-
Tit.2. cuisse: dicens. Apparuit gratia dei saluatoris nostri oībus hoībus erudiens nos ut abnegantes impietatem & secularia desideria: sobrie & iuste & pie uiuamus in hoc seculo &c. Sobrie. s. quātū ad nos: iuste ad proximū: pie ad deū. Qui etiam manifestius intulit circunspectionē dei: dicēs.
Ibidem. Expectantes beatā spē & aduētū gl̄iæ magni dei & saluatoris nr̄i Iesu xp̄i. Et in multis alīs scripturæ sacræ locis: si hic ordo uiæ & institutio uitæ q̄ratur, pōt inueniri: ut
Eccli.14. illud. Beatus uir qui in sapia morabitur: & qui in iustitia meditabit: & in sensu cogitabit circunspectionē dei. Moratur siquidē in sapia & sapiens est qui semetip̄m hic diu-
1.Cori.11. dicat: ut æternū dei iudicium euadat. Si eñ (ait apls) nosmetipsos diiudicaremus: non utiq; iudicaremur. Sapiens est nō ſm sapietiam huius seculi: sed ſm illam q̄ trahitur de occultis: per quā utiq; miro dei opere agit: ut electi quiq; tunsionibus & p̄ssuris hic attriti in ædificio uerī salomōis sine sonitu mallei postmodum collocentur.

QVatuor gradib⁹ distinguitur omniū electorum profectus. Primo eñ fit quisq; amicus suæ aiæ: secūdo fit amicus iustitiæ: tertio sapietiæ: quarto fit sapiēs. In primo profectu uitat omnia quæ aiam p̄t offendere & diligit ea q̄ eā possunt mulcere. Horret ergo infernū: & cælū concupiscit: ita potest implere illud diuinum p̄ceptum: quod in prima conuersione sua ac-
Mat.22. cepit. Diliges proximū tuū sicut teip̄m. Nam dum ſm carnē ambulat: nullo mō pōt. Cum autem spū dei agitur: facile potest. Quid eñ habeat emolumenti hō si proximus ei⁹ ardeat in inferno: aut quid perdiderit si secū fuerit in paradiso: Neq; enim talis est illa paradisi hæreditas: ut possidētium numero minuatur. Diligit ergo proximum quē non uult malū pati sicut nec seipsum: & quē sicut seipsum uult possidere cælum. Hoc autē suo. s. hois spiritu qñ posset: ut scilicet expauesceret gehēnam ac cælestia desideraret: Sed
Psal.138. potest hoc illius spū: cui dictum est. Si ascendero in cælum tu illic es &c. Spiritus quippe sapiæ ubiq; p̄sens: nouit qd in cælo, & quid agatur in inferno. Cumq; mentem humanam repleuerit: & de pœnis inferni incutit timorem, & cælestium amorem infundit. Sicq; facit hominem amare se-
Eccli.30. ipsum: & dicit ei. Miserere aiæ tuæ: placens deo. Primum igitur est diligere se: deinde proximū. Non eñ dictum est diliges te sicut proximū: sed diliges pximum sicut te. Hoc modo fit amator aiæ suæ: per spiritū sanctū quem ex fide accepit. Accepto autē hoc dono: nō debet eo solo cōtentus esse: sed ad maiora prouehi & in melius p̄ficere. Viuit aūt
Gal.5. iam per spiritū. Sed si per spiritum uiuimus (ait apostol⁹)
2.Cori.3. spiritu & ambulemus. Et alibi dicit: Nos uerò omnes reuelata facie gloriam dei speculantes in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem: tāquam à dñi spi-
Psal.83. ritu. Hoc ip̄m & psalmista de sanctis uidetur sensisse. Benedictionem inquit dabit legislator: ibunt de uirtute in uirtutem: uidebitur deus deorū in sion. Ambulet & iste quē in manibus habemus: eat & proficiat donec ad quartum gradum perueniat. Ibi sine dubio factus sapiens uidebit deum deorū in sion. Porrò eoipso quod dixi: qui bene diligit aiam suam: debet etiam diligere iustitiam. Alioquin si diligit iniquitatem: odit plane, non diligit animam suā. Diligendo autē iustitiā transit ad secundum gradū: & audit illud sapiæ p̄ceptum. Diligite iustitiam: qui iudicatis Sap.1.
terram. Quam si perfecte dilexerit: debet pro ea ferre patiēter omnem pœnam & quamcumq; illatam contumeliam. Duo quippe p̄stabit ei iustitia: unū ut faciat quod debet: alterum ut patiatur quod debet: scilicet ut si bonum nō fecerit quod debuit, malum quod meruit patiatur. Sic miro modo ne deserendo quidem iustitiam ab ipsa deserimur: dum per ipsam quilibet p̄uaricationis reatus punit. Neq; enim est qui se absc̄dat à calore eius. Hanc autem pœnā: non solum uir iustus non horret, uerumetiam libenter excipit: dum per eam præteritæ uitæ peccata purgari fideliter credit. Hinc eñ scriptum est. Non contristabit iustum: Prou.12.
quicquid ei acciderit. Opponit igitur uarijs uoluptatib⁹ quibus corruit cōtraria medicamenta: per q̄ resurgat uerbi gratia. Cecidit per inobedientiā: per obedientiæ laborem redit ad uitam: lubricus extitit ac dissolutus: per cōtinentiæ studium rigoremq; disciplinæ reparatur. Patitur ab ipsis elementis mundi pœnam: quorum usum dudum inflixerat ad uoluptatē. Quibus cruciatib⁹ cū diu tāquā aurum in fornace probatus fuerit: quantum. s. dignum iudicabit is qui in pane lachrymarū nos cibat & potū dat nobis in lachrymis in mēsura: incipit iam consolari: & audit illam esaiæ uocē dicētis: Cōsolamini consolamini po-
Esa.40. pule meus: dicit de⁹ uester. Loquimini ad cor hierusalem & aduocate eam: qñ completa est malitia eius. i. afflictio: dimissa est iniquitas illi⁹. Suscepit de manu dñi duplicia: pro oībus peccatis suis. Postquam uerò consolationē receperit: solicitus est & quærit quō placeat ei cui se ꝓbauit. Facit q̄cquid boni facit: ut soli placeat suo conditori. Trāsit ad tertium gradum sui profectus: ut sit. s. amicus sapiæ:
Prou.23. q̄ materno affectu loquitur sibi cū dicit. Prebe fili cor tuū mihi. Cū ergo ad hunc gradum peruenerit: nihil aliud ei restat nisi ut ad quartum ascendat ubi dicitur esse sapiens. Hoc aūt fit qñ iam operatur: nō ut ipse deo placeat: quod utiq; in tertio gradu fecerat: sed quia placet ei deus: uel qa placeat deo quod operatur. Quisquis talis est: potest, cum tota fiducia ac securitate conscientiæ illud sapientis cantí-
Eccli.24 cum decantare. In omnibus requiem quæsiui &c. Hic eñ requieuit in oībus cum per omnia ei placeat deus: q non dei uoluntatē ad suam curuare: sed suā didicit ad dei uolūtatem erigere. Morabit in hæreditate domini sicut ei ciusdem domini uoce promittitur: cum dicitur. Tertā in qua
Gen.28. dormis tibi dabo: hoc est quietem istam ad quam peruenisti labore tuo & munere meo stabilem tibi faciam atq; perpetuam. Quod autem subiūgit & semini tuo: sic possum⁹
Ibidem. intelligere: ut non solum spiritui detur tranquillitas ista: & hic & in futuro: sed etiam semini tuo. s. operibus tuis da-
bitur corporis tui glorificatio.

TRia sunt loca: cælum, terra, infernus: & habent singula habitatores suos. Cælum solos bonos: terra mixtos: infernus solos malos.

QVatuor sunt quæ impediunt confessionem: pudor, timor, spes, desperatio. Quosdā eñ impedit pudor: qui. s. pro sola cōfusiōe dicere erubescūt peccata quæ cōmiserunt. De quo per salomonē dicitur. Est cōfusio adducens peccatū. Quo contra de his Eccli.4.
qui cōfitentur iterū dicitur. Est cōfusio adducens gloriā. Quos etiā cōmendat ꝓpheta dicens. Cōfessionē & decorem induisti. Et alibi. Cōfessio & magnificentia opus eius. Psal.103.
Alios impedit timor. Timent eñ si confiteantur: ne grauis eis pœnitētia iniungat: & hos arguit Iob dicens: Qui ti-
Iob.6. met pruinā: irruet super eum nix. Sunt aūt nōnulli qui in hoc mūdo adhuc aliquid concupiscunt nec putant se adepturos qd̄ desiderāt: si hominibus quales sint innotescāt.

Universidad de Deusto Biblioteca

Horū cōfessionem impedit spes.i.cupiditas potiendi desiderij:talibus cōminat dñs in euāgelio. Væ prægnantibus
Mat.24. & nutrientib⁹ in illis dieb⁹.Sūt ité alij q nil horū uerent: sed solū hoc timent:qa post pc̄ōrum cōfessionem ab ipsis abstinere minime possent.Et his obest desperatio. Quib⁹
Prou.18. nō incōgrue illud pōt aptari.Peccator cū uenerit in profundū malorū:contēnit.Fit uerò nōnunquam ut hæc oīa simul cōfessionē impediāt.Sed q quatuor his malis premitur recte in monumēto iacet:& uelut ille euangelicus qua
Ioan.11. triduan⁹ fœtet.Scriptū est enī.A mortuo uelut qui non sit
Eccli.17. perit cōfessio.Q; si is mortuus est qui nō confitet:utiq; re-
Ioan.11. uiuiscet qui cōfitebit.Veniat ergo Iesus:& dicat.Veni foras.Et ad uocē eius ilico suscitabit mortuus. Excipiat hic noster mortuus exhortationē:& non differat confessionē. Dicat ergo illi quē pudor afficit.Cur te pudet pc̄m̄ tuum dicere:quē nō puduit facere? Aut cur erubescis deo cōfiteri:cuius oculis non potes abscondi? Quòd si fortè pudor est tibi uni hoī & pc̄ōri pc̄m̄ tuū exponere: qd factu rus es in die iudicij ubi oībus exposita tua cōscientia patebit? Hæc itaq; tria ꝓponenda sunt cōtra pudorē.s.consideratio rōnis:reuerētia intuētis dei:cōparatio maioris confusionis.Similiter cōtra timorē opponēda sunt tria.Considerādum enī est quàm sit lōga pœna inferni:quàm grauis, quàm infructuosa.Econtrario uerò præsentis tēporis pœnitētia breuis est & leuis & fructuosa.Cōtra spē q̄q; itidē tria opponuntur: bona.s.futuri seculi p̄sentis uitæ bonis maiora,certiora,durabiliora: ad quorū cōparationē qcquid in hoc mundo desiderari pōt modicū est & incertū: & ut ita dicā momētaneū.Ita cōtra desperationē uincēdi pc̄m̄,tria sunt remedia.Primū est uigor ipse propositi boni:quem assumit ex confessione.Secundum est gratia dei quam meretur ex humilitate.Tertium est auxilium:quod ex eius habet cui confitetur compassione.

DVo sunt in quibus cōsistit nra sal⁹, iustificatio, & glorificatio.Altera initiū:altera perfectio est. In illa labor:in hac aūt fruct⁹ laboris est.Et nūc qdē iustificatio fit per fidē:nam glorificatio erit per speciē.Quāta aūt sit in futura uita glorificatio sanctoEsa.64. rū:hūan⁹ interim nō pōt attingere itellect⁹.De illa enī scriptū est.Q; ocul⁹ nō uidit nec auris audiuit &c.Hac ergo interim omissa qm̄ uires nras excedit:de iustificatiōe quæ nunc agit aliqd ad ædificationē fratrū nostrorū qđ necessariū uisum est loquamur.Ipsa est enī uia p quā fit transit⁹
Roma.8. ad glorificationē:dicente apl'o. Quos p̄destinauit hos & uocauit:& q̄s uocauit,hos & iustificauit.Quos aūt iustificauit:hos & magnificauit.Neq; enī poterit obtineri magnificatio,nisi iustificatio præcesserit:cū ista meritum,illa p̄mium sit.Hoc in euangelio docuit dñs:q cum discipulis euangelizaret regnū dei,primum eis ꝓposuit iustitiam di
Matth.5. cens:Nā nisi abundauerit iustitia ura plus quàm scribarū & pharisæorū:nō intrabitis in regnū cælorum.Notandū aūt q̄ sicut in illo beatitudinis regno p̄sentē se electis suis exhibebit dñs ad glorificationē:ita etiā se eisdem ipsis exhibet in uia peregrinationis ad iustificatiōem:ut à quo.s. glorificādi sunt per speciē:ab ipso prius iustificent per fidē.Et quidem tria sunt à qbus abstinere debent:quicunq; iustificari desiderāt.Primo utiq; ab operib⁹ prauis:secundo à carnalibus desideriis:tertio à curis seculi.Itē tria sunt quibus debent insistere:quæ etiā cōtinet sermo dñi in mōte:eleemosyna,ieiunīū,oratio.Sic ei adimplet iustificatio: dū ab interdictis uitiis abstinēt,& bona quæ p̄cepta sunt fideliter exercent.Opponant ergo prauis operibus opera mixe:contra carnalia desideria adhibeantur ieiunia:& pro curis seculi succedat amor dei & frequentia orationis.

PAstorū est uigilare sup gregē ꝓpter tria necessaria:uidelicet ad disciplinā,ad custodiā,ad preces.Ad disciplinā ꝓpter morū correctionē:ne grex cōmissus propria molestia deficiat.Ad custodiā ꝓpter diabolicā suggestionē:ne hostili seducat calliditate.Ad preces ꝓpter tetationū instantiā:ne uincatur à pusillanimitate.In disciplina rigor iustitiæ:in custodia spiritus consilij:in prece affectus compassionis.

QVas ad intelligendum se condidit uniuersitatis auctor creaturas:hominem & angelū. Homine iustificant,fides & memoria:angelū beatificant, intellectus & præsentia.Et qa hoīes q̄nq; perdūcēdi sunt ad æqualitatē angelorum:necesse est ut interim iustificent per fidē & ꝓficiant ad intellectū.Scriptū est enī. Esa.7.
Nisi crediderītis:non intelligetis.Itaq; fides uia est ad intellegendū:nam mundat cor fide ut intellectus uideat deū. Similiter & memoria dei:uia est ad præsentiā dei.Qui enī hic habet mandatorum eius ut ea faciat memoriam:meminebitur quandoq; ut eius quoq; uideat præsentiam.Habeāt igitur intellectū ad præsentiam angeli dei in cælo: habeamus & nos eius fidem & memoriam in mundo.

TRes sunt status aiæ.In corpore,posito corpe,recepto corpe.Primus datus est ei ad agendā pœnitentiā:reliqui duo ad habēdam requiem uel pœnā.s.put gessit in corpe:siue bonum siue malū.Ad agendā uerò pœnitentiā tria sunt necessaria:tēp⁹, corp⁹,& locus.Q; tps sit necessariū:dicit apl's. Ecce nunc 2.Cor.6.
tps acceptabile:ecce nunc dies salutis.Similiter & de corpore idem scribit.Oēs nos oportet manifestari ante tribu- 2.Cor.5.
nal xp̄i:ut referat quisq; ꝓpria corporis prout gessit. Sed & de hoc loco loquitur scriptura dicens.Si ascenderit su- Eccl.10.
per te spiritus potestatem habentis:locum tuū ne deseras. Porro tempus in tria diuiditur:in præteritū:in præsens: in futurū.Horum nullum perdit:gsquis recte pœnitentiā agit.Nam præteritū quidem quod perdiderat restaurat: dum in amaritudine animæ suæ oēs annos suos recogitat. Præsens aūt tenet iam per exercitiū operis:futurū uerò,p constantiā boni ꝓpositi.De præterito loquitur apostol⁹: cum dicit:Redimētes tēpus:qm̄ dies mali sunt.Ad præsen- Ephes.5.
tis uerò operationē hortatur nos:cū dicit.Dum tēpus ha- Gal.6.
bemus operemur bonum ad oēs:maxime autē ad domesticos fidei.Futuri nos admonet dñs:cum ait: Qui perseue- Matt.10.
rauerit usq; in finem:saluus erit.Corpus quoq; necessariū est ad agendam pœnitētiam.In corpore quippe possum⁹ mala pati,& bona operari.Pati scilicet pro commissis delictis:operari pro adipiscendis æternis præmijs. Qui ergo corpore caret:dignos pœnitentiæ fructus facere quō ualet? Et notandum q̄ pœnitentia quæ per corpus geritur breuis est & leuis.Breuis quia corporis morte terminatur:leuis,quia per societatem corporis fertur facilius.Grauis si quidem esset: si eam solus animus portaret. Cum uerò & ipsi corpori eius partitur pondus:quantomagis inde corpus oneratur:tanto amplius animus exonerat.Locus etiā uidetur necessarius esse & utilis ecclesia.s.uitæ præsentis: in qua quisquis dū in corpore uiuit pniam recte agere negligit:nullū in futuro salutis remedium obtinere poterit.

TRiplici morbo laborat genus humanū: principio,medio,& fine.i. natiuitate,uita, & morte. Natiuitas immunda:uita peruersa:mors periculosa.Venit christus:& contra triplicē hūc morbum attulit triplex remedium.Natus est enim:uixit,mortuus est:atq; eius natiuitas purgauit nostram:mors illius destruxit nostram:& uita eius instruxit nostram.

SIcut æger ad medicū:sic esse debet pc̄ōr ad creatorē suū.Qui ergo pc̄ōr ē:debet orare deū sicut æger medicū.Duob⁹ aūt modis ipedit oō pc̄ōris:uel nulla uel nimia luce.Nulla luce illustrat:q pc̄ā sua nec uidet nec cōfidet.Ecōtrario nimia luce obruitur q ea tanta uidet ut de indulgētia desperet.Hoc neuter orat.Quid ergo? Tēperāda ē lux:ut pc̄ā sua uideat pc̄ōr & cōfiteat:ac pro ipsis oret ut remittant.Primo ergo eius oō debet fieri uerecūdo affectu,hoc aūt fit:cū necdū peccator audet per seipm accedere ad deū:sed q̄rit aliquē sctm̄ uirū:aliquē sctm̄ pauperem spū:q sit in ora uestimenti dñi tanquā fimbria:per quē habeat accessum.Huius oratiōis tenuit typū illa euāgelica mulier quæ fluxū sanguinis patiebatur:cupiēsq; sanari accessit,& intra se cogitauit dicens:Si tetigero fimbriam uestimēti ei⁹:salua ero. Secūda Luc.8.
oratio

oratio fit puro affectu: & hoc fit qñ. ſ. pcṫor iam per ſeipm accedit & ore pprio confiteť. Talis orationis relinq nobis exẽplũ illa peccatrix q̃ lachrymis rigauit pedes dñi & ca-
Luc.7. pillis capitis ſui terſit: de qua dictũ eſt à dño. Remittuntur ei pcta multa: qm̃ dilexit multũ. Tertia oratio effundiť amplo affectu: & hoc fit qñ is q pro ſe orauerat orat iam pro alijs. Sic orauerũt apli p mulíere chananea: p filia ſua ro-
Mat.15. gante. Dimitte inquiunt illã: qa clamat poſt nos. Quarta oro emittitur deuoto affectu: q̃ de cordis puritate ſine ulla hæſitatione, cũ gr̃arũ actione depromiť. Talẽ orationẽ fecit ipſe dñs: qñ quatriduanũ de monumento lazarum reſu-
Ioan.11. ſcitauit: & ait: Pater gr̃as ago tibi: quia audiſti me. Tales
1.Theſ.5. oones docuit nos apls facere frequẽter: dicẽs. Sine intermiſſione orate: in omnibus gratias agite. Has quæ dictæ ſunt quatuor orationũ ſpẽs. i. uerecũdam, puram, amplã, deuotã nũcupat apoſtolus alijs nominibus: & ad eas nos
1.Thi.2. hortatur dicens. Obſecro primo omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiões. Nam obſecrationes uerecundo, oratiões puro, poſtulationes amplo, gratiarum actiones fiunt affectu deuoto.

OIximus de gñibus affectionũ & orationũ: dicamus etiã qua puritate ſit orandũ. Et quidẽ tria uidenť mihi hic eſſe neceſſaria: qbus oonis intẽtio firmiter eſt aſtringenda. Conſiderare nam q̃ debet is q orat: & qd petit, & ipſum quẽ petit, & ſeipm q petit. In eo aũt qd petit duo debet attendere: ut fm deũ ſit qd poſtulat: & ut hoc ipm in ſummo affect⁹ deſiderio habeat. Verbi gr̃a. Si mortẽ inimici, ſi læſionem ſeu deiectionẽ pximi orãdo petierit: non eſt fm deũ talis oratio: cum
Luc.6. ipe p̃cipiat & dicat. Diligite inimicos ueſtros: bene facite his q oderũt uos: & orate pro perſequentib⁹ & calũmiantibus uos. Si uerò pcṫor̃ remiſſionẽ, ſi ſpũſſancti gratiam, ſi uirtutem atq̃ ſapientiam ſi fidem, ueritatem, iuſtitiã, humilitatem, patientiam, manſuetudinem, & cætera ſpiritalia chariſmata quæſierit & ea cogitãdo uehementer affectauerit: hæc fm deũ eſt oratio: & hæc uerè meretur audiri. De
Eſa.65. huiuſmodi eñ orationibus loquitur per eſaiã deus. Antequã clamẽt ego exaudiã: adhuc illis loquentibus ego audiam. Sũt & alia quæ cum deſunt à deo dantur & poſſunt eſſe uel nõ eſſe fm deum: quantũ dũtaxat intereſt finis ad quem referuntur: ut eſt corporis ſanitas, pecunia: cæterarumq̃ rerũ affluentia: quæ & ſi à deo ſint: non tñ ſunt magnipendenda nec ex deſiderio poſſidenda. Similiter & in ipſo quem petit debet duo conſiderare: bonitatem & maieſtatem. Bonitatem qua gratis uelit: & maieſtatẽ qua plane poſſit dare quicquid petitur. Sed & in ſeipſo qui petit debet nihilominus duo attendere. i. ut pro ſuis meritis nihil accepturũ puter: ſed de dei miſericordia tñ quicquid rogauerit impetraturum ſperet. Tunc ergo dicitur cor purũ: qñ tria hæc quæ dicta ſunt, & eo modo quo dicta ſunt cogitat. Et quiſquis hac puritate & intentione cordis orauerit, exaudiri ſe ſciat: quia ſicut teſtatur petrus apoſtol⁹:
Actu.10. Non eſt perſonarum acceptor deus: ſed in omni gente qui timet deum & operatur iuſtitiam: acceptus eſt illi.

¶Mors aiæ obliuio: de qua morte ſuſcitatur hoc mõ. Per memoriã ſentit: per obediẽtiã audit: per intelligentiam uider: per circumſpectionem olfacit: & guſtat per dilectionẽ.

OVatuor ſunt genera uoluntatis humanæ. Sicca in reprobis & terrenis: quorum corda nullo rore gr̃æ perfunduntur. Recta in inchoantibus: q uitæ priſtinæ fortitudinem relinquentes, ad boni operis rectitudinẽ mutatione uolũtatis aſſurgũt. Deuota in pficientibus: qui uſu cratiõis aſſiduæ in amorem bene agendi cælitus eriguntur. Beata in cõſummatis: qui penè nihil aliud niſi deum cogitantes in ipſo totius deſideriĩ ſui finem reponunt. Inter ſiccam & rectam uoluntatem chaos quoddam firmatum eſt: ut qui uoluerit tranſire nõ poſſit: peruerſa ſ. intentio. Inter rectã & deuotã: inolita conſuetudo. Inter deuotam & beatã corporalis affectio. Quæ tria quaſi quidam lapides dũ in uia noſtri operis ſe opponũt: ne de uirtute in uirtutem aſcendamus impediunt.

RAtionalis creatura ad hoc ſe debet diligere ut btã ſit, & deũ per quẽ ſolũ beatificari poſſit: cuius inſecutor & æmulus ad hoc elaborat ut eam in utraq̃ ſui qualitate corrũpat. Corporeã igiť qualitatẽ appetitu gulæ & fluxu luxuriæ deprauat penit⁹ & corrũpit: iumentumq̃ carnis his duobus aculeis agitatum, in præcipitia mortis impellit. Inuiſibilẽ ergo humanæ ſubſtantiæ portionem ſpiritalibus aggreditur armis: eamq̃ gemina peſte inficiẽs, tumore ſuperbiæ & auaritiæ labe cõmaculat: ſicq̃ totã maſſam fermenti huius colluuione corrũpens: homini præripit beatitudinem quã amiſit.

OVatuor ſunt quorũ in hac uita obſequijs deſeruimus: caro, mũdus, diabolus, deus. Carni militamus, gulæ illecebris ſeruiendo, luxuriæ ſtimulis obſequẽdo. Mũdo militam⁹: auaritiæ æſtib⁹ anhelando: honoris altitudinẽ affectando. Diabolo militamus: bonorũ profectibus inuidendo: & contra deũ ſuperbiæ ſpũ intumeſcẽdo. Deo militamus: pietatis operib⁹ humiliter inſiſtẽdo: poteſtates aerias uirtute ſpũs oppugnando. Habent & ſinguli principes iſti donatiua ſua propria. Caro ſuis tyronib⁹ elargiť momentaneã uoluptatẽ. Mundus trãſitoriã ſublimitatẽ: diabolus perpetuã captiuitatẽ: deus interminabilem felicitatem. Hæc ſola præponderat.

EVangelica ſanctiõe p̃ceptũ eſt: ut in uia mortali Luc.10.
tatis hui⁹ terrenis affectib⁹ inhærentẽ neminẽ ſalutem⁹. Quos aũt ab hac ſuſpẽſos uiderimus: illis ſecuræ ſalutationis gaudiũ offeram⁹. Vñ & Luc.1.
in euãgelio tria ſalutatiõis gña inuenim⁹, uirgo ſiquidem Ibidem.
maria ſalutauit eliſabeth: angelus uerò mariã: dñs aũt Ie- Ioan.20.
ſus diſcipulos ſalutauit poſt reſurrectionẽ. Cũ ergo uidemus eos qui in ſterilitate uitæ hui⁹ ſenuerãt mõtana cõfeſſionis aſcẽdẽdo feruorẽ pniæ quaſi filiũ quẽdã concipere: illis uicẽ ſalutationis, illis in uerbo dñi remiſſionis & gr̃æ & ueniæ largitatẽ debem⁹ offerre. Quos uerò in ſanctitate & caſtimonia dño ſeruire cõſpicimus imitando ad meliora, benedictionem & gr̃æ fœcũditatẽ eis neceſſario pro mittamus. Quos ſanè in cõclaui remotioris uitæ poſitos, ad imitatiõis aplicæ faſtigiũ tendere uidebimus: illis quietis & pacis gemmam ſolidiťatẽ: cui⁹ etiã in ſuo corpe quædam præludia ſentiũt, uiuæ uocis miniſterio ſpondeam⁹.

OOminum Ieſum xp̃m ſubire crucis & mortis ignominiã tria quædam præcipua coactione uoluntaria cõpulerũt. Filialis & pura obedientia qua prioris inobediẽtiæ piaculũ ſolueret. Compaſſibilis & cõis miſeria: quæ illius iuſtitiã inflexibilẽ, uirgam ferreã ad mĩam hortabať. Erat miſeria illa & pondoroſa & grauis, quæ ceruices hoim cõis pcti & mortis conditione premebat. Publica & gñalis: quæ iuſtos & iniuſtos ſimili dãnationis ſententia pariter obligabat. Cõtinua & perennis: quæ niſi per xp̃m redemptiõis gratia fieret: irremediabilis captiuitatis nexu omne genus adam dãnationis uoragine abſorbebat. Porrò tertium quod ſpontanee cogit in mortem: celeberrima & ſolemnis uictoria. Cuius ſucceſſu ineuitabilis diaboli & mortis potentia in monumento glorioſe & efficaciter erat imminuenda.

TRibus modis exaltat dñs caput noſtrũ: mẽtẽ. ſ. à terrenis affectib⁹ ſuſpendendo, ut ſpe cæleſtiũ trãſitoria contẽnam⁹: diuinã ſciam cõferẽdo: ut eorũ quæ tpaliter nõ uidenť ſcientiã teneam⁹: ad amorẽ cæleſtiũ ſubleuãdo ut in carne poſiti: ipſam quoq̃ carnem diuinæ dilectionis altitudine tranſcendamus.

¶Homines habent triformem ſtatum uiuendi. Non delinquere: quod agit utiq̃ timor ſeruilis. Nolle delinquere: quod exhibet filialis. Non poſſe delinquere: quod ſola cõfert beatitudo perennis.

¶Quatuor eſſe dicunť q̃ nr̃æ gratiã deuotiõis adaugent. Memoria pcṫor̃: q̃ hoiem reddit humilẽ apud ſe. Recordatio pœnarũ: q̃ illũ ſolicitat ad bñ agendum. Conſideratio peregrinationis: q̃ illũ hortatur uiſibilia debere cõtemni. Deſideriũ uitæ perẽnis: q̃ hoiem incitãs ad perfectũ, cogit cum à terrenis affectibus uoluntatis mutatione ſuſpendi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

NOstræ inſciæ tarditatẽ erudit dñs trib⁹ modis. Indulti bñficij largitate: q̃ nr̃æ durítiam mentis emollit & excitat ad amorẽ. Frequẽti uerberũ ſeueritate: q̃ p̃ſtans íntellectum auditui, íncutit nobís timorẽ. Cõtempt⁹ publica uilitate: quo implens facies nr̃as ignomínia, parit nobis uerecundiã & ruborem. ¶ Mot⁹ & titillatio carnis nr̃æ: trib⁹ ex cauſis cõtingit. Et p̃cedẽti cogitatione: cũ formas & ímagines illícitas intus trahẽtes ín earũ retractiõe turpiter cõmouemur. Ex uentris plenitudíne: qa cũ uẽter ciboꝝ cumulositate diſtẽdit: caro laſciuiẽs ad motũ luxuriæ cõcitat. Ex maligni ſpũs ímpugnatiõe: qa quo iuſtos ſuperare ſe miníme poſſe cõſiderat: eo per carnis titillatíonem grauius eos ímpugnat.

AVctoritate ſcripturarũ male cogítare & male dícere, & male facere, p̃hibemur: qa ín male cogíta re uel immũditia eſt cũ res ſordidæ & ípuræ memoría reuoluunt: uel ſupbia cũ anim⁹ quaſi ſuperior ſup, pxímos ſuos erigit & inflat: uel auaritia cũ diabolo inſtigãte cõtra p̃ceptũ dei res, pxími cõcupiſcit. Neceſſe eſt enim male cogitatíoni horũ triũ aliqd ſemp ĩeſſe. In male dícere uerò ſermo eſt uel ſupuacu⁹ rõne & utilitate carens: uel detractorius fraterna bona ínuída corroſiõe & odij inſtinctu díminuẽs: uel adulatorius, caput alícuius falſa olei delínitione demulcens. In male facere quoq; op⁹ eſt uel ſimulatoriũ cum aliud íntendímus quàm opere demõſtramus: uel ímpiũ cũ proxímos noſtros lædimus: uel ímpudícum cum nos aliquo modo ſordidamus.

DE cõualle ploratíonis aſcenſuri: ſemp ad altiora tẽdere & anhelare debem⁹. Eſt cñ quaſi quoddã deſertũ uita iſta mortalis: de q̃ dr̃: Terra deſerta iua & ínaq̃ſa. Sed triformís eſt ſp̃es deſertorũ. Eſt qppe deſertũ momẽtanea. ſ. uanitas: quã deſpicere uitæ moderatiõe debem⁹. De quo deſerto aſcẽdere nos
Canti.3. oportet: ſicut dr̃. Quæ eſt iſta q̃ aſcendit de deſerto delitijs affluẽs: ínnixa ſup dilectũ ſuũ: Delitijs affluim⁹: cũ uirtutibus abũdamus. Sup dilectũ ínnitimur: cũ deo aſcríbimus quícqd boní operamur. Eſt aliud deſertũ xp̃ianæ ſimplicitatis humílitas: uocata deſertũ: qa ferè nullus eſt ímitator xp̃i q ſtudeat iſtud bonũ operari. Per hoc deſertũ neceſſe
Canti.8. eſt aſcendamus. Vñ dr̃. Quæ eſt iſta q̃ aſcendit p deſertũ ſicut uirgula fumi ex aromatib⁹? Sicut uirgula fumi ex aromatib⁹ aſcendim⁹: cũ uirtutũ ſtudio & diſciplína exercitati, pxímos nr̃os ad bene agendi ſimilitudínem incitamus. eſt aliud q̃cq; deſertũ: ínocẽtiæ purioris ſimplicitas uel íntegritas. Ad hoc debem⁹ aſcẽdere: qa ad uerã mundítiã ut ſimus ſcti corpore & ſpũ debem⁹ anhelare. Aſcẽdamus ergo de deſerto momentaneæ uanitatis p deſertum humillimæ ſimplicitatis: ad deſertum íntegerrimæ puritatis.

OMín⁹ nr̃ habet ꝓpríe ſagittas qb⁹ hoſtes ſuos uulnerat: & i brachio v̂tutis expugnat. Sũt aũt tres ſagittæ qb⁹ hoſtes faucíant. Stimul⁹ amiſſæ pecuníæ: qa ualde cõterit q ínſtĩa uiuendi & ſatellites uoluptatũ diuitías amiſiſſe reminíſcit. Sequit peſtis corpalis moleſtiæ: q̃ ut ei⁹ uias ex oĩ pte ſepiat: eũ quẽ ad pctũ feſtínare cõſiderat, etiã corpis, cõtritiõe flagellat. Sequit malle⁹ ínfernalis memoriæ: qa cũ ſe hõ undiq; circũſeptũ pondere pœnarũ corporaliũ penſat: etiã ad illam quæ ſine caret anguſtíam oculos porrígens: horribilẽ gehennæ fornacem timída ſecum conſideratione tractat.

SVnt & aliæ tres ſagittæ: qbus dñs etiã cos faucíat, q̃s ad deguſtandã dulcedínem ſuæ dilectíonis muitat. Quarũ prima eſt timor caſtus: q iõ ſic uocat: qa & timeri dñm à ſeruo iubet: & ſeruum ab illícitis cõtinere reſpectu dñi ammonitione contínua p̃ſuadet. Sequit amor deuotus: q dũ mẽtẽ occupauerit: totã igne ſuauiſſimæ dilectiõis accendit. Seq̃t deſideriũ uirtus: q̃ dũ latitudínẽ conſciæ ueluti aura lenis afflauerit: ea quæ retro ſunt mẽs oblíta ad ſolã faciẽ cõditoris anhelans quia ſui uoti finẽ miníme cõſequitur contabeſcit.
¶ Oblatio noſtræ laudis quam deo ímmolamus: triformis eſſe debet. Affectuoſa: ut mẽs concordet uoci. Fructuoſa: ut ædificationẽ pariat íntuenti. Gratioſa: ut placeat condítori qui gratis dedit.

¶ Decretis & adhortatiónibus ſctõrũ patrũ bene cogitare & bñ dícere & bene facere iugiter ammonemur: qa ín bene cogitare cogitatio eſt: uel honeſta nihil ímpuritatis contrahens: uel humílis nihil ſuperbum ſapiens: uel pia nihil crudele moliens. In bñ dícere uerò ſermo eſt: uel auditori cõmodũ afferens: uel hũílis nihil ínanis eloquentiæ lepore targeſcẽs: uel ueriſíl⁹ nihil fuco ſimulationis obtẽctũ in ſua p̃textione p̃tendens. In bñ facere quoq; factũ uel purũ: qđ mundítiã exhibet: uel píũ qđ mĩam redolet: uel pudícũ quod oculos íntuentiũ non offendat aut uíolet.

VSítatũ eſt ſatis & tritũ: ſelm ſtud merito cæcitatis & ígnorãtiæ ſuæ ægypti uocabulo nũcupari. Quod nímírũ quoties mutatione uoluntatis egredímur: tría nobis occurrũt. Stímulus cupídítatũ: q ueluti mare rubrũ ſenſum rõnis nr̃æ, tumídis & procelloſis undis cogitationũ iuoluit: & niſi uírga díſcreti iudicij aq̃ ſuperiores ab ínferioribus ſecernant: ſubruit funditus & demergit. Sequit cumul⁹ rẽtatiõnũ quaſi alter ſordanis aluei ſui metas excedens & terrã corpis nr̃i ſolito plenius occupans: niſi arca teſtamenti. í. ſententia ueritatis íntercedens ímpetus illíus refrænet: & ípſum penit⁹ arefaciat & exſiccet. Sequitur acule⁹ moleſtíarum: qui cũ íngruerit quaſi iterum ſordanis heliſæo occurrens ſumendum heliæ pallium: & mediis fluctibus opponendum: ut quícquíd nos tẽporaliter cruciat: reſpectu domínicæ paſſionis ſapore mutato, noua nobis ſuauitate dulceſcat.

VIæ quæ ducũt ad mortẽ: rõne trifaria diuiduntr. Alía eſt erumnoſa: alía laborioſa: alía delitioſa. Erũnoſa eſt ín pauperibus: q ín paupertate ſua regio ſpũ & diuitæ aĩo ímtumeſcẽtes ab ínopía temporalí ad æternã míſeriã trãſferũtur. Laborioſa eſt ín auarís & cupídís: q dũ diuerſarum anxíetate curarũ míſerabiliter diſtenduntur: obliuiſcuntur ea quærere quæ *dei* ſunt: & auaritiæ æſtibus anhelantes: uſq; ad uitæ *termini* ab ínquietudíne tẽporalí, ad æterni laboris anguſtias *trãſ*feruntur. Delitioſa ín diuitibus delicatis: qui ín delitijs & uoluptatibus enutrientes corpora & corda ſua: poſt dulcedines momentaneas & horarias ſuauitates ad ſempiternas amaritudines deferuntur.

immiſceatur & infundatur quo eius participatione docti ſiue doctiores: uel boni ſiue meliores efficiamur. Null⁹ angelorum: nulla aiarū hoc modo mihi capabilis eſt: nullius ego capax. Nec ipſi angeli ita ſe alterutrū capiunt. Sequeſtretur, pinde prærogatiua hæc ſummo ac incircūſcripto ſpiritui: qui ſolus cū docet angelū ſiue hoiem ſcientiā inſtrumētū non quærit noſtræ corporeæ auris ſicut nec ſibi oris. Per ſe infundit: per ſe innoteſcit: purus capit à puris. Sol⁹ nulli⁹ indiget: ſolus & ſibi & oīb⁹ de ſola oīpotenti uolūtate ſufficiēs. Operat⁹ tñ immēſa & innumera per ſubiectam creaturā corporalē ſiue ſpūalē: ſed quaſi imperans nō quaſi mēdicans. En (uerbi grā) ꝙ linguā meā corpalē aſſumpſi nūc) in opus ſuū: docere uidelicet uos: cū per ſe abſq; dubio facili⁹ ſuauiusq; id poſſet: ꝓfecto indulgētia eſt: nō indigētia. In ꝓfectu ſiquidē uestro meritum quærit mihi: nō ſibi ſolatium. Idipſum ſapere opus eſt oi hoi operanti bonum: ne fortè in ſe de bonis dñi & nō in dño gloriet̃ur. D Et tñ qui bonū operat⁹ nō uolēs ſiue hō malus ſiue angel⁹ malus: & cōſtat nō fieri ꝑpter eū quod fit per eū: cū ꝑdeſſe nullū bonū poſſit inuito. Igit⁹ ei qdē diſpenſatio tantū credita eſt: ſed neſcio qūo gratius iocūdiusq; ſentim⁹ bonū quod per malū diſpenſatorē miniſtrat. Ipſa eſt ergo cauſa cur & per malos de⁹ faciat bona bonis: non aut̃ ut opa eoꝝ indigeat in benefaciēdo. Porrò his quæ rōne uel ſenſu carētia ſunt multominus deū egere qs dubiter: Sed qñ in opus bonū & ipſa cōcurrūt: apparet qm̃ oia ſeruiūt ei, cui merito eſt dicere. Meus eſt orbis terræ. Aut certe quia nouit quæ, per quæ cōueniētius fiāt. De ſeruitute corporeæ creaturæ nō efficacia quærit: ſed congruētia. Eſto deinde ꝙ corporū miniſteria opportune pleñq; diuinis operib⁹ applicent: ut (uerbi grā) pluuiæ uiuificandis ſeminibus & multiplicādis ſegetib⁹: & fructibus maturādis: qd ꝓprio quæſo de corpore facere habet: cui ad nutū indifferenter uniuerſa corpora cæleſtia atq; terreſtria obſequi cōſtat: planè ſuperfluo haberet ſuū: q nullū ſibi reperit alienū. Verum ſi cuncta quæ hoc loco dicenda occurrunt: p̄ſenti uelim⁹ ſermone cōcludere: ſermo modū excedet, & uires forſitan aliquoꝝ: propterea quæ reſtant ſub alio ſeruemus abſoluenda principio.

ꝑ.49.

ſtis minutiſſimis uiliſſimiſq; ſeminibus pro numiſm⁹ deferebatur. Heu ſic hoies perdiderūt & cōmutauerunt gloriam ſuā in ſimilitudinē uituli comedētis fœnū. ꝑs.105. Quorum deus miſerat⁹ errores de mōte umbroſo & cōdēſo dignāter egrediens: in ſole poſuit tabernaculū ſuū. Obtulit carnem ſapiētib⁹: carnē per quā diſcerēt ſapere & ſpm̃. Nam dū in carne & per carnē facit opa nō carnis ſed dei: naturæ utiq; imperās: ſuperāsq; fortunā: ſtultā faciens ſapiam hoim: dæmonūq; debellans tyrannidem: manifeſte ipſum ſe indicat eſſe per quē eadē & ante fiebāt qñ fiebāt. In carne inquā, & per carnē potēter ac patēter operat⁹ mira: locutus ſalubria: paſſus indigna: euidenter oſtendit: qa ipſe ſit qui potēter ſed inuiſibiliter ſecula cōdidiſſet: ſapienter regeret, benigne ꝓtegeret. Denicq; dū euangelizat ingratis: ſigna prebet infidelibus: pro ſuis crucifixorib⁹ orat, nónne ligdo ipſum ſe eſſe declarat qui cum patre ſuo quotidie oriri facit ſolē ſuū ſup bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos? Hoc eñ eſt qd ipſe aiebat. Si non facio opa patris mei: nolite credere. D En apit os carnis ſuæ docēs in mōte diſcipulos, q in ſilētio angelos in cæleſtib⁹ docet. En ad tactū corporeæ man⁹ curat lepra, fugat cæcitas, audit⁹ reparat: lingua muta reſoluit: diſcipulus prope merſus erigit, & is indubitāter agnoſcit cui dixerat longe ante Dauid. Aperis tu manum tuā, & imples oñe aial benedictione. Et item. Aperiēte te manū tuā: oia replebūtur bonitate. En ſecus corpales pedes iacēs ac pœnitēs audit peccatrix: remittunt tibi p̄cta tua, & recognoſcit eum de quo ex multis retro tēporib⁹ ſcriptum legerat. Egredietur diabolus ante pedes eius. Vbi nēpe p̄cm̃ remittit: ibi proculdubio diabolus de corde p̄ctoris expellit. Hinc uniuerſaliter de cunctis pœnitētib⁹ dicit. Nūc iudiciū eſt mūdi, nūc princeps hui⁹ mūdi ejiciet foras, ꝙ ſcilicet humiliter cōfitēti remittat deus p̄cm̃, & diabolus eū quem in hoīs corde inuaſerat amittat principatum. Denicq; ambulat ſuper undas carnalib⁹ pedibus: cui necdū carne ueſtito iam pſalmiſta præcinerat. In mari uia tua, & ſemitæ tuæ in aquis multis. Quod eſt: Cōculcas corda tumentia ſuperborū, & fluxa deſideria carnaliū cōprimis: iuſtificans impios, & ſupbos humilias. Quod tñ qa inuiſibiliter fit, carnalis non ſentit à quo fit. Vnde & ſubdit. Et ueſtigia tua nō cognoſcent. Hinc rurſus pater ad filium. Sede, inquit, à dextris meis, donec ponā inimicos tuos ſcabellū pedū tuorum: hoc eſt donec oēs qui te contēnunt tuæ uolūtati ſubiiciā, ſiue inuitos & miſeros: ſiue uolūtarios & beatos. Itaq; hoc opus ſpūs, qa caro nō p̄cipiebat: aialis quippe hō nō percipit ea quæ ſunt ſpūs dei: opus fuit ut corporalibus pedibus corporaliter incubās, & corporalib⁹ labijs pedes eoſdē deoſculās uenia p̄cti⁹ꝝ peccatrix perciperet. Sicq; illa mutatio dexteræ excelſi qua mirabiliter ſed inuiſibiliter iuſtificat impiū: etiam carnalib⁹ innoteſceret. B Verum illos ſpūales pedes dei quos primo loco ſpūaliter oſculari pœnitēte oportet: p̄terire me non oportet. Noui ego curioſitatē ueſtram: quæ nil ſua uoluntate inſcrutatū oīno p̄tereat. Nec uerò ducendū cōtēptui noſſe: qb⁹ ſcriptura pedib⁹ tam frequēter deū cōmemorat: nunc quidē ſtare: ut ibi. Adorabimus in loco ubi ſteterūt pedes eius. Nunc uero ambulare: ut ibi. Et habitabo in illis & deambulabo in eis: nunc etiā currere. Iuxta illud. Exultauit ut gigas ad currendam uiā. Si recte apl̄o uiſum eſt: caput xp̄i referre ad deitatē, puto & nobis nō icōgrue uideri pedes ad hoiem pertinere quoꝝ alterum miam, alterū iudiciū nominem⁹. Nota ſunt uobis duo iſta uocabula, & de pleriſq; ſcripturæ locis ambo pariter ſi cogitatis occurrunt. Quia uerò miſericordiæ pedē deus in carne cui ſe uniuit aſſumpſerit: docet epiſtola ad hebræos. Tētatū per hibēs per oia chriſtū pro ſimilitudine abſq; p̄cō ut miſericors fieret. Quid illū alterū qui iudiciū nūcupatus eſt: Nónne ad hominē æque aſſumptum, & ipſum pertinere ipſe deus homo aperte ſignificat: ubi datā ſibi perhibet à patre poteſtatē iudicium facere: qa filius hois eſt: His duobus ego pedibus apte ſub uno diuinitatis capite concurrentibus

ſap.8.

De ſummo & incircūſcripto ſpiritu qui eſt deus. Et quomodo miſericordia & iudicium dicantur pedes domini. Sermo ſextus. A

VT præcedenti ſequens ſermo cohæreat: tenetis ne datū ſuperius ſolū ſummū & incircūſcriptū ſpiritū ad oñe qd facere uel fieri uult corporis inſtrumento ſiue obſequio nō egere: Dem⁹ ergo ſecuri uerā ſoli deo ſicut immortalitatē: ita & incorporeitatem, ꝙ ſol⁹ ſpiritū uniuerſam corporeā naturā eò uſq; trāſcedat: ut quocūq; corpore in quocūq; opere nō indigeat: ſolo ſpūali nutu cū uult: ad quæcūq; uult agēda contentus. Sola igit⁹ eſt (quæ nec ꝓpter ſe nec ꝓpter aliū ſolatio corporei inſtrumenti opus habet) illa maieſtas: cuius oīpotenti arbitrio incūctanter præſto eſt omne opus: oē altū inclinat: omne aduerſum cedit: oñe creatū fauet, etiā nullo interueniēte uel ſubueniente ſolatio corporali ſiue ſpūali. Docet uel monet ſine lingua: præbet uel tenet ſine manibus: ſine pedib⁹ currit, & ſuccurrit pereūtib⁹. Actitabat iſta, & cū patrib⁹ priorib⁹ ſeculis, experiebant⁹ hoies ſedula bñficia, ſed latebat eos beneficus. Ille qdē attingebat à fine uſq; ad finem fortiter: ſed diſponens oia ſuauiter nó ſentiebat⁹ ab hoibus. Et gaudebāt de bonis dñi, & dominū ſabaoth (eò ꝙ cū tranquillitate iudicaret oia) oīno neſciebāt. Ab ipſo erant: ſed nō cū ipo. Per ipſum uiuebāt ſed non ipſi. Ex ipſo ſapiebant: ſed non ipſum: alienati, ingrati, inſenſati. B Hinc demū factū eſt ut ꝙ erant: ꝙ uiuebāt: ꝙ ſapiebāt: non auctori tribuerēt, ſed naturæ aſcriberent: aut certe (quod incipietius erat) fortunæ: ꝓpriæ quoq; induſtriæ atq; uirtuti multi multa arrogabāt. Quāta ſibi uſurparūt ſeductorij ſpūs? quanta ſoli & lunæ data ſunt? quanta terris & aquis attributa? quāta etiā manufactis fabrilibusq; mortaliū reputata operib⁹, herbis, arbu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

natus ex muliere:factus sub lege inuisibilis:emanuel in ter
Baru.3. ris uisus est:& cū hominibus cōuersatus est. His certè per
transit & nūc benefaciendo & sanādo oēs oppressos à dia
bolo: sed spūaliter,sed inuisibiliter. His inquam pedibus
deuotas perambulat mētes: incessanter lustrans scrutāsq́
corda & renes fidelium. ¶ Vide autem ne fortè hæc illa
sint spōsi crura:quæ spōsa tam magnifice cōmendat in cō-
sequentibus: comparans ea(ni fallor)colūnis marmoreis
fundatis super bases aureas. Pulchrè oīno.Quoniā quidē
p̄s.84. incarnata dei sapientia(quæ auro designat) misericordia
p̄s.24. & ueritas obuiauerunt sibi:denicp uniuersæ uiæ dñi mise-
ricordia & ueritas.Felix mens cui semel dñs iesus utrunq́
infixerit pedē. A duob⁹ signis cognoscite eam quæ hmōi
est:quæ se cū necesse est referat diuinis impressa uestigijs.
Ipsa sunt timor & spes:ille iudicij:illa misericordiæ repre-
p̄s.46. sentās imaginē.Meritò beneplacitū est deo super timētes
prouc.1. eū:& in eis qui sperāt super misericordia ei⁹: cū sapientiæ
timor initiū sit:spes profectus.Nā cōsummationē sibi cha-
ritas uēdicat.Quæ cū ita sint:nō paruus fructus est in pri-
mo hoc osculo qđ ad pedes accipit: tm̄ curato ut neutro
frauderis illorū. Porrò em̄ si iam dolore peccati & iudicij
timore cōpungeris:ueritatis iudicijq́ uestigio labia impl̄
sisti. Q; si timorē doloremq́ diuinæ intuitu bonitatis & spe
cōsequēdæ indulgētiæ tēperas, etiā misericordiæ pedem
amplecti te noueris. Alioquin alterum sine altero osculari
nō expedit:qa & recordatio soli⁹ iudicij in baratrū despe
ratiōis præcipitat,& misericordiæ fallax assentatio pessi-
mam generat securitatē.Datū est & mihi misero nonnun-
quam sedere sec⁹ pedes dñi iesu:& modo hunc:modo illū
tota deuotione amplecti inquātum me sua benignitas dig-
nabatur admittere.At si qn̄ miserationis oblitus: stimu-
lante cōscientia iudicio paulò diutius inhærerē,mox metu
incredibili ac miserabili confusione deiectus,& tenebroso
circūfusus horrore:hoc solum palpitās de pfundis clama-
p̄s.89. bam.Quis nouit potestatē iræ tuæ,& præ timore tuo irā
tuā dinumerare? Q; si eo relicto pedem misericordiæ plus
tenere cōtingeret tanta ecōtrario incuria & negligentia
dissoluebar:ut confestim & oīo tepidior,& actio pigrior:
& risus prōptior,& sermo icautior,& oīs denicp utriusq́
hoīs status inconstātior appareret. Proinde magistra in-
structus experientia:non iudicium iam solū aut solā miam:
p̄s.100. sed misericordiā pariter & iudicium cantabo tibi dñe. In
p̄s.70. æternū nō obliuiscar iustificatiōes istas.Cantabiles mihi
erunt ambæ pariter in loco peregrinatiōis meæ:quousq́
misericordia superexaltata iudicio miseria conticescat:ac
sola cantet tibi decætero gloria mea,& nō compungar.

*De amore ardenti quo anima diligit deū. Et de attentione ha-
benda:quando homo orat uel psallit coram deo & an-
gelis eius. Sermo septimus.* B

IPse mihi laborē suscito:qui uos sponte puoco
ad quærēdū.Quia em̄ ego primi osculi occasio
ne spūales dei pedes pprijs diffinitionib⁹ ac no
minibus equidem ex abundanti demōstrare cu
raui.Vos pergitis inquirere,& de manu quæ secūdo loco
osculāda pponitur.Annuo,gero uobis morē:insuper nō
manū sed man⁹ ostendo,proprijsq́ distinguo uocabulis.
Latitudo una,altera fortitudo dicat:q & tribuat affluen-
ter,& defendat potēter quod dederit.Vtrāq́ pfecto oscu-
labitur qui ingrat⁹ non fuerit:deū utiq́ bonoq́ oīm sicut
largitorē ita & cōseruatorē recognoscēs & cōfitēs. Satis
de duobus osculis dictū esse reor:uideamus & de tertio:
Cañ.1. Osculetur,inquit,me osculo oris sui.Quis dicit? sponsa.
Quenā ipa:aia sitiens deū.Sed pono diuersas affectiōes,
ut ea quæ ppriæ sponsæ cōgruit distinctius eluceat. Si
ser⁹ est:timet à facie dñi.Si mercēnarius,sperat de manu
dñi.Si discipulus,aurē parat magistro. Si filius, honorat
patrē.Quæ uerò osculū postulat,amat.Excellit in naturæ
donis affectio hæc amoris:præsertim cum ad suū recurrit
principiū qđ est de⁹.Nec sunt inuenta æque dulcia noīa
quib⁹uerbi aiæq́ dulces adinuicē exprimerentur affect⁹,
quēadmodū spōsus & spōsa.Quippè qbus oīa cōia sunt:
nil proprīū:nil à se diuisum habētibus.Vna utriusq́ hæ-
reditas:una domus:una mensa:unus thorus:una etiam
caro.Denicp ppter hāc relinquet ille patrē & matrē & ad- Gen.2.
hærebit uxori suæ:& erunt duo in carne una. Hæc quoq́ Ephe.5.
iubet nihilominus oblitiscī pplm suū & domū patris sui: p̄s.44.
ut cōcupiscat ille decorē eius. ¶ Si ergo amare specialr
sponsis principaliterq́ cōuenit: nō immerito spōsæ noīe
censet aia quæ amat.Amat aūt quæ osculū petit. Non pe-
tit libertatem:nō mercedē:nō hæreditatē:non denicp uel
doctrinam:sed osculum. More planè castissimæ sponsæ ac
sacrū spirātis amorē, nec oīno uolentis fāmā dissimulare
quā patit.Vide em̄ quale præripiat sermonis exordium.
Magnū qd à magno petitura:nullo tm̄ (ut assolet) utitur
blāditiarū fuco:nullis circūuolutionib⁹ ad id quod desi-
derat ambit.Nō facit proemiū: nō captat beneuolētiam:
sed ex abūdātia cordis repēte prūpens:nude frōtoseq́ fa-
tis:osculet me(ait)osculo oris sui. An non tibi quasi dice
re manifeste uidet:qd mihi est in cælo, & à te qd uolui su-
per terrā.Amat pfecto caste:quæ ipm quem amat quærit
nō aliud qcquā ipsius.Amat sancte: qa nō in cōcupiscētia
carnis:sed in puritate spūs.Amat ardenter quæ ita pprio
inebriat amore ut maiestatem nō cogitet. Quid em̄ respi
cit terrā & facit eam tremere,& ista se ab eo postulat oscu- Cañ.1.&
lari:Ebria ne est:Ebria prorsus.Et fortè tunc cum ad ista 2.
prupit exierat de cella uinaria,quo se nimirū introductā
postmodū gloriat.Nā & Dauid de qbusdam dicebat deo.
Inebriabunt ab ubertate dom⁹ tuæ,& torrente uolupta- p̄s.35.
tis tuæ potabis eos.O quanta amoris uis:quāta in spū li-
bertatis fiducia.Quid manifesti⁹ quā q pfecta charitas fo 1.Ioā.4.
ras mittit timorē? A Verecūde tm̄ nō ad ipsum spōsum
sermonē dirigit:sed ad alios tanquā de absente:osculetur
me inquīes osculo oris sui. Grādis quippe res petitur,&
opus est uerecūdia comitari precē:cōmēdari petētē.Itaq́
per domesticos & intimos accessus ad intima quæritur:
ambit ad desideratū.Quinā illi? Credim⁹ angelos sanctos
affare orantibus:offerre deo preces & uota hoim, ubi tm̄
sine ira & disceptatione leuari puras manus perspexerint.
Probat hoc angelus ita loquens ad Thobiā.Quādo ora- Thob.12.
bas cum lachrymis,& sepeliebas mortuos,& derelinque-
bas prandiū,& mortuos abscondebas per diem in domo
tua:& nocte sepeliebas:ego obtuli orationem tuam dño.
Puto id uobis satis & alijs scripturæ testimonijs persua-
sum.Nam q psallētibus quoq́ dignanter admisceri sancti p̄s.67.
angeli soleant:qd eo manifestius qđ psalmista ait? Præue-
nerūt principes,cōiūncti psallētib⁹: in medio iuuencularū p̄s.137.
tympanistriarū.Vnde & dicebat. In conspectu angelorū
psallam tibi. B Doleo pinde aliquos uestrum graui in
sacris uigilijs deprimi somno:nec cæli ciues reuereri: sed
in præsentia principū tāquā mortuos apparere:cū uestra
ipsi alacritate permoti:uestris interesse solennijs delecten-
tur.Vereor ne uestrā desidiā quandoq́ abominātes cū in-
dignatione recedāt,& incipiat unusquisq́ uestrū sero cū
gemitu dicere deo.Longe feci⁹ notos meos à me: posue p̄s.87.
runt me abominationē sibi.Et illud. Elōgasti à me amicū Ibidem.
& proximū:& notos meos à miseria.Item. Qui iuxta me p̄s.37.
erāt de lōge steterūt,& uim faciebant qui quærebāt aiam
meā. Pro certo enim si se à nobis boni spūs elogauerint:
impetus malignorum quis sustinebit? Dico ergo his qui
eiusmodi sunt.Maledictus qui opus dei facit negligenter.
Dicit quoq́ non ego sed dñs.Vtinā te calidū aut frigidū Apoca.3.
inuenissem:sed quia tepidū inueni: incipiam te euomere
ex ore meo.Eapropter attēdite prīcipes uestros cū statis
ad orandū uel psallendū,& state cum reuerētia & disciplī- Matt.18.
na,& gloriamini,quia angeli uestri quotidie uidēt faciem Heb.1.
patris.Nimirū missi in ministeriū ppter nos qui hæredi-
tatē capimus salutis,deuotionē nostram in superna ferūt:
referūt gratiā.Vsurpemus officiū quorū sortimur consor
tiū:ut in ore infantiū & lactētium perficiat laus. Dicamus p̄s.8.
eis.Psallite deo nostro:psallite. Atq́ audiamus eos uicis- p̄s.46.
sim respōdentes.Psallite regi nostro psallite. ¶ Laudem
ergo cū cæli cantoribus in cōmune ducētes,utpotè ciues
sanctorum

Quomodo per oſculum oris deꝰ ſignificatur ſpiritusſanctus: quem eccleſia ſibi petit dari ad notitiam ſanctæ trinitatis. Sermo octauus. D

ſanctorũ & domeſtici deꝰ pſallite ſapienter. Cibus in ore: pſalmus in corde ſapit. Tantũ illũ terere non negligat fidelis & prudẽs aĩa quibuſdã dentibus intelligentiæ ſuæ: ne ſi fortè integrũ glutiat & nõ manſum: fruſtreꝝ palatum ſapore deſiderabili & dulciori ſuper mel & fauum. Offeramus cũ apl̃is in cæleſti cõuiuio & in dn̄ica menſa fauum
1.Cori.5. mellis. Mel in cera, deuotio ĩ litera eſt. Alioqn litera occi
1.Cor.14 dit: ſi abſcꝺ ſpũs cõdimẽto glutieris. Si autẽ cũ apl̃o pſallas ſpũ: pſallas & mẽte: cognoſces & tu de illius ueritate
Ioan.6. ſermonis quẽ dixit ieſus. Verba quæ locutus ſum uobis
Eccl.24. ſpũs & uita ſunt. Et item quẽ legimꝰ dicẽte ſapiẽtia. Spũs
Eſaiæ.55. meus ſuper mel dulcis. Sic delectabit in craſſitudine aĩa
p̃s.19. tua, ſic holocauſtũ tuũ pingue fiet. Sic placabis regem: ſic placebis principibus: ſic demũꝺ totã tibi curiã benecuolã reddes & odorati odorem ſuauitatis in cæleſtibus de te
Cañ.3. quoꝙ dicent. Quæ eſt iſta quæ aſcẽdit per deſertum ſicut uirgula fumi ex aromatibꝰ myrrhæ & thuris, & uniuerſi
p̃s.67. puluerĩs pigmẽtarij? Principes (inquit) iuda duces eoꝝ: principes zabulõ, & principes nephtalim: hoc eſt cõfitẽtiũ, cõtinentiũ: cõtẽplantiũ. Norũt ſiquidẽ principes noſtri regi ſuo acceptã eſſe pſallẽtiũ cõfeſſionẽ: continẽtiũ fortitudinẽ: cõtẽplantiũ puritatẽ: & ſolliciti ſunt exigere à nobis iſtiuſmodi primitias ſpũs: quæ pfectò non aliud ſunt quàm primi & puriſſimi fructus ſapiẽtiæ. Quod cũ non ignoratis iudas laudãs uel confitens, & zabulon habitaculũ certitudinis: nephtalim ceruꝰ emiſſus interpretatur. Quia nimirũ agilitatis ſuæ ſaltibꝰ exprimit ſpeculantis exceſſus. Sed & opaca penetrare nemoꝝ (ut ille ſenſuũ)
p̃s.49. cõſueuit. A Scimus aũt qui dixerit. Sacrificium laudis
Eccle.15. honorificabit me. Verũ ſi non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris: nõme pernecceſſariã habetis cõtinentiæ uirtutẽ per quã fiat ut non regnet peccatũ in ueſtro mortali corpore? Porrò cõtinẽtia nõ habet meritũ apud deum quæ gloriã reqrit humanã. Ideóꝙ maxime opus eſt etiã puritate intẽtionis: qua ſoli mens ueſtra deo & placere appetat & ualeat inhærere. Neꝙ enim aliud eſt inhærere deo, quàm uidere deũ: quod ſolis mundi cordibus ſingulari felicitate donat. Cor mundũ habebat Dauid qui dicebat deo. Adhæſit aĩa mea poſt te. Item. Mihi autem adhærere
p̃s.62. deo bonũ eſt. Vidẽdo adhærebat, & adhærẽdo uidebat.
p̃s.72. Aiæ ergo in his exercitatæ cæleſtes ſeſe nunc̃ familiares exhibẽt & frequẽtes: præſertim ſi frequẽter orãtẽ perſenſerint. Quis dabit mihi per uos ô benigni principes petitiones meas innoteſcere apud deũ? Non enĩ deo cui etiã cogitatio hoĩs confitet: ſed apud deũ: hoc eſt ipſis qui cũ deo ſunt: tã beatis uirtutibꝰ quàm carne ſolutis ſpiritibꝰ.
p̃s.112. Quis ſuſcitabit me de terra inopem & de ſtercore eriget pauperẽ: ut ſedeã cũ principibus & ſoliũ gloriæ teneam? Non ambigo quin gratãter in palatio colligant quem dignanter in ſterquilinio uiſitãt. Deniq̃ lætati ſunt de conuerſione, & in aſſumptione nõ agnoſcẽt. Hos itaq̃ puto inter orãdũ alloq ſponſam, & ipſis tãquã ſpõſi domeſticis ac ſodalibꝰ deſideriũ cordis ſui aperire cũ ait. Oſculet̃ me oſculo oris ſui. Et uide familiare amicũcꝺ colloquium aiæ in carne ſuſpirãtis cũ cæleſtibꝰ ptãtibus. Geſtit in oſcula: petit qꝺ cupit: nõ tñ noĩat quẽ amat: quia illos noſſe nõ dubitat: utpotè de quo ſibi frequẽs cũ illis ſoleat eſſe confabulatio: ꝓptereanõ dicit. Oſculetur me ille nel̃ ille: ſed oſculet̃ me tantũ. Sicut& Maria magdalena nõ exprimebat ex noĩe quẽ quæreret: ſed tãtũ aiebat ei quẽ putabat
Ioan.20. ortulanũ. Dn̄e ſi tu ſuſtuliſti eũ: Quẽ eum? Non aperit: quia palã oĩbus eſſe credit quod à ſuo corde nec ad momentũ recedere põt. Ita ergo & iſta loquẽs ſodalibꝰ ſpõſi ſui tãquã cõſcijs & qbus ſe nouerat manifeſtã: tacito noĩe repẽte in hæc de dilecto uerba prorũpit. Oſculet̃ me oſculo oris ſui. De quo iã oſculo nolo uos diutius ꝓtrahere: ſed ſermone craſtino audictis qcquid orãtibꝰ uobis ſug-
Mat.16. gerere mihi inde dignabit̃ docens de oĩbus unctio. Neꝙ enim hoc ſecretũ reuelat caro & ſanguis: ſed is q ſcrutat̃ ꝓfunda deꝰ ſpũſctus. Qui à patre filioꝙ ꝓcedens cũ ipſis pariter uiuit & regat in ſecula ſeculorum Amen.

HOdie uobis ſicut heſterna promiſſiõe tenetis, de ſummo, id eſt de oris oſculo diſputare propoſitum eſt. Audite attentius quod ſapit ſuauius, & guſtatur rarius, & intelligitur difficilius. Mihi uidetur (ut paulò altius inchoem) meſſabile quoddam atq̃ inexpertum omni creaturæ oſculum deſignaſſe qui ait. Nemo nouit filium niſi pater, & nemo no- *Lucæ.10.*
uit patrem niſi filius: aut cui uoluerit filius reuelare. Pater enim diligit filium & ſingulari dilectiõe amplectitur: ſummus æqualem: æternus coæternum: unus unicũ Sed eĩ non minori ipſe à filio affectione aſtringitur: quippe pro cuius amore & moritur ipſo atteſtante cum ait. Vt ſciant *Matt.20.*
oẽs quia diligo patrẽ: ſurgite eamus: haud dubium quin ad paſſionẽ. Illa itaq̃ mutua gignentis genitiq̃ cognitio pariter & dilectio: quid niſi oſculũ eſt ſuauiſſimũ: ſed ſecretiſſimũ. Ego pro certo ad tantũ & tam ſanctum diuini amoris arcanum ne ipſam quidem angelicã admitti arbitror creaturam. Et enim paulo hocipſum ſapiẽte, pax illa exuperat omnẽ etiã angelicũ ſenſum. Vnde nec iſta (quã- *Philip. 4.*
quam multũ præſumẽs) audet tamẽ dicere: oſculetur me ore ſuo: ſolũ illud ſcilicet reſeruans patri: ſed aliqd minus poſtulãs: oſculet̃ me (inquit) oſculo oris ſui. Videte nouã ſpõſam nouũ oſculũ accipientẽ: nõ tamen ab ore: ſed ab oſculo oris Inſufflauit (inquit) eis: haud dubium quin ieſus apoſtolis, id eſt primitiuæ eccleſiæ, & dixit. Accipite *Ioã.20.*
ſpiritumſanctum. Oſculum profectò fuit. Quid? corporeꝰ ille flatus? Non: ſed inuiſibilis ſpũs: qui propterea in illo dn̄ico flatu datus eſt: ut per hoc intelligeret̃, & ab ipo pariter tãquã à patre procedere tãquã uere oſculũ qꝺ oſculanti oſculatoq̃ cõe eſt. Itaq̃ ſufficit ſpõſæ ſi oſculetur ab oſculo ſpõſi: etiã ſi nõ oſculet̃ ab ore. Nec eĩ exiguum qd aut uile putat oſculari ab oſculo: quod non eſt aliud niſi infundi ſpũſctõ Nempe ſi recte pater oſculãs, filius oſculatus accipiat̃: nõ erit abre oſculũ ſpñſctũ intelligi?: utpotè qui patris filijq̃ imperturbabilis pax ſit: gluten firmum, indiuiduus amor, indiuiſibilis unitas. De ipſo igit̃ audet ſpõſa: ipſumcꝺ infundi ſibi fidenter ſub oſculi noĩe petit. Tenet quippe aliquid unde nõ deſit occaſio præſumẽdi. Dices eĩ filiꝰ. Nemo nouit filiũ niſi pater, & nemo nouit *Lucæ.10.*
patrem niſi filius, adiecit, aut cui uoluerit filius reuelare. Non aũt diffidit ſpõſa quin ſibi uelit: ſi cui uoluerit. Petit ergo audẽter dari ſibi oſculũ: hoc eſt ſpiritũ illum in quo ſibi & filiꝰ reuelet̃ & pater. Alter eĩ ſine altero nequaquã innoteſcit. Vnde eſt illud. Qui uidet me uidet & patrem *Ioan.14.*
meũ. Et illud Ioãnis. Oĩs q negat filiũ: nec patrem habet. *1.Ioan.2.*
Qui aũt cõfitet̃ filiũ, & patrẽ habet. Ex qbꝰ liqdo cõitat: quia nec pater ſine filio nec filius ſine patre agnoſcit̃. Merito proinde nõ in alterius tantum ſed in utriuſcꝺ cognitione cõſtituit ſummã beatitudinẽ qui dicit. Hæc eſt uita *Ioã.17.*
æterna ut cognoſcant te uerũ deum, & quem miſiſti ieſum chriſtũ. Deniq̃ & qui ſequunt̃ agnũ referunt̃ habere no- *Apo.14.*
men eius & nomen patris eiꝰ ſcriptũ in frõtibꝰ ſuis: quod eſt de utriuſcꝺ notitia gloriari. C Sed dicit aliqs. Ergo & ſpũſſancti agnitio non eſt neceſſaria, ut cum dixerit eſſe uitam æternã noſſe & patrẽ & filiũ de ſpũſancto tacuerit. Eſt utiq̃: ſed ubi pater & filiꝰ perfecte agnoſcitur: utriuſcꝺ bonitas quæ ſpũſctus eſt quomodo ignorabit̃? Neq̃ enim integre hõ homini innoteſcit quãdiu latet: utrũnã bonæ an malæ ſit uolũtatis: quãquã & cũ dictũ eſt: hæc eſt uita æterna ut cognoſcãt te uerũ deum: & quem miſiſti ieſum xp̃m, pfectò ſi miſſio illa beneplacitum tam p̃is benigne mittẽtis: quàm filij uolũtarie obedientis demonſtrat: non oĩno tacitũ eſt de ſpũſctõ: ubi tãtæ utriuſcꝺ gratiæ mẽtio facta eſt. Vtriuſcꝺ ſiqdem amor & benignitas ſpũſſanctus eſt. Trinæ ergo hui? agnitionis infundi ſibi gratiã quãtũ quidẽ capi in carne mortali poteſt ſponſa petit: cũ oſculũ petit. Petit autem à filio: quia filij eſt cui uoluerit reuelare. Reuelat ergo filius ſeipſum cui uult: reuelat & patrem.

Reuelat autē ſine dubio p̄ oſculū: hoc eſt per ſpiritū ſuū. 1.Cor.2.
apoſtolo teſte, qui ait. Nobis aūt reuelauit de⁹ per ſpiritū
ſuū. At uerò dando ſpiritū per quem reuelat: etiā ipſum
reuelat: dando reuelat, & reuelando dat. Porrò reuelatio
quæ per ſpiritū ſanctū fit: nō ſolū illuſtrat ad agnitionem: Roma. 5.
ſed etiā accendit ad amorem: dicente Paulo. Charitas dei
diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritū ſanctū qui datus
eſt nobis. Et ideò forſan de his qui cognoſcentes deū nō
tanquā deū glorificauerūt: nō legit̄ q̄ ſpiritu ſancto reue-
lāte cognoſcerēt: quia cū cognoſcerēt nō annauerūt. Sic
quippe habes. Deus enim illis reuelauit. Nec adiunctum
eſt per ſpiritū ſuū: ne ſibi ſpōſæ oſculū mentes impie uſur
parent quæ cōtētæ ea quæ inflat: eam quæ ædificat neſcie
Roma. 1 rūt. Denique ipſe apl's dicat per quid cognouerunt. Per ea
(inquit) que facta ſunt intellecta conſpiciuntur. Vnde &
conſtat: quia nec perfecte cognouerunt quem miníme di-
lexerunt. Si enim integre cognouiſſent bonitatē qua pro
eorū redemptione in carne naſci, & mori uoluit, nō igno
Ibidem. raſſent. Audi denique quid eis de deo reuelatū fuerit. Sem-
piterna (ait) uirtus eius & diuinitas. Vides quia quod
ſublimitatis quod maieſtatis eſt: in præſumptiōe ſpiritus
nō dei ſed ſui rimati ſint: q̄ autem mitis ſit & humilis cor-
de non intellexerunt. Nec mirum: quia & caput eorum
Iob. 41. behemoth nihil humile: ſed (ſicut de eo legitur) omne
p̄s. 130. ſublime uidet. Quo contra Dauid non ambulabat in ma
Prou. 25. gnis: neq; in mirabilibus ſuper ſe: ne ſcrutator maieſtatis
opprimeret à gloria. Vos quoq; ut caute in arcanis ſenſi
bus pedē figatis mementote ſemper quod ſapiens ammo-
Eccle. 3. net. Altiora (inquit) te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcru-
tatus fueris. In ſpiritu ambulate in illis, & non in ſenſu p̄-
prio. Doctrina ſpiritus non curioſitatem acuit: ſed chari-
tatem accendit. Merito proinde ſpōſa quē diligit anima
ſua inquirēs: non ſe ſuæ carnis ſenſibus credit: nō curioſi
tatis humanæ inanibus ratiocinijs acquieſcit, ſed petit
oſculū: id eſt ſpiritū ſanctum inuocat: per quem accipiat
ſimul & ſcientiæ guſtum & gratiæ condimentū. Et bene
ſcientia quæ in oſculo datur, cum amore recipitur: quia
amoris indiciū oſculum eſt. Scientia ergo quæ inflat (cū
ſine charitate ſit) nō procedit ex oſculo. Sed nec qui zelū
dei habent & nō ſm̄ ſcientiā ſibi ullatenus arrogent illd'.
Vtriq; enim munus ſimul fert oſculi gratia, & agnitionis
lucē, & deuotiōis pinguedinē. Eſt quippe ſpūs ſapientiæ
& intellectus, qui inſtar apis ceram portātis & mel habet
omnino, & unde accendat lumen ſcientiæ, & unde infun-
dat ſaporem gratiæ. Neuter ergo ſe oſculū percepiſſe pu-
tet: ſiue qui ueritatē intelligit nec diligit: ſiue qui diligit
nec intelligit. Sanè in oſculo iſto nec error locū habet nec
tepor. Quāobrem geminæ gratiæ ſacroſancti oſculi fuſci-
piendæ paret è regione duo labia ſua que ſponſa eſt: intel
ligentiæ rationē: ſapiētiæ uoluntatē: ut de pleno oſculo
p̄s. 44. glorians mereatur audire. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis:
propterea benedixit te deus in æternū. Itaq; pater filium
oſculans pleniſſime illi arcana ſuæ diuinitatis eructuat &
ſpirat ſuauitatem amoris: ſcriptura hoc ſignificante: cum
p̄s. 18. ait. Dies diei eructat uerbū. Cui ſanè ſempiterno ſingula
riterq; beato complexui nulli oīno (ut iā dictum eſt) crea
turæ intereſſe donat: ſolo utriuſq; ſpiritu teſte ac conſcio
Roma. 11. mutuæ agnitionis & dilectionis. Quis enī cognouit ſen-
ſum dñi: aut quis conſiliari⁹ eius fuit? C Sed dicat mihi
fortaſſe aliquis. Tibi ergo unde innotuit quod nulli fate
ris cognitū creaturæ? Profectò unigenitus qui eſt in ſinu
patris ipſe enarrauit. Enarrauit (dixi) nō mihi miſero &
indigno: ſed planè Ioannī amico ſponſi: cuius hæc uerba
ſunt. Non ſolū autem ſed & Ioannī euāgeliſtæ utiq; diſci-
pulo quē diligebat ieſus. Placita enim fuit deo & anima
illius digna prorſus nomine & dote ſponſæ: digna ſponſi
amplexibus: digna denique quæ recumberet ſuper pectus
dñi. Hauſit Ioānes de ſinu unigeniti: qd' de paterno hau-
ſerat ille. Nec ſolus ipſe tamen: ſed & omnes quibus idem
Ioā. 15. aſcebat magni conſilij angelus. Vos dixi amicos: quia oīa
quæcunq; audiui à patre meo nota feci uobis. Hauſit &
paulus, cuius euāgeliū nō eſt ab homine: neq; ab homine Gal.1.
illud accepit: ſed per reuelationē ieſu chriſti. Profecto hi
oēs tam feliciter quàm ueraciter dicere poſſunt. Vnigeni
tus q̄ erat in ſinu patris ipſe enarrauit nobis. Et illa enar-
ratio quid eis niſi oſculū fuit? Sed oſculū de oſculo & nō
de ore. Audi ſiquidē oſculum de ore. Ego & pater unum Ioā.10.
ſumus. Item. Ego in patre & pater in me eſt. Oſculum eſt
ore ad os ſumptū: ſed nemo appropiat. Oſculū planè di-
lectionis & pacis: ſed dilectio illa ſupereminet omni ſcien-
tiæ, & pax illa omnē ſenſum exuperat. Verūtamen quod
oculus nō uidit: nec auris audiuit: nec in cor hois aſcēdit,
Paulo reuelauit deus per ſpiritū ſuū: hoc eſt per oſculum
oris ſui. Igit̄ filiū in patre & patrē eſſe in filio oſculum de
ore eſt. Quod aūt legit̄: nō enim accepimus ſpiritū huius 1.Cor.2.
mūdi: ſed ſpiritū qui ex deo eſt: ut ſciamus quæ à deo do-
nata ſunt nobis: oſculum ſanè de oſculo eſt. A Et ut ap
tius alterutrum diſtinguamus, qui plenitudinem capit:
oſculū de ore ſumit. Qui uerò de plenitudine: oſculū de
oſculo recipit. Magnus quidē Paulus: ſed quātūlibet ſur
ſum porrigat os: etiā ſi ſe uſq; ad tertiū cælū extēdat citra
os altiſſimi tñ neceſſe eſt ut remaneat, & modo ſuo contē-
tus in ſe ſubſiſtat, & cū pertingere ad uultum gloriæ non
ualebit cōdeſcendi ſibi & ex alto tranſmitti oſculū humi-
liter petat. Qui uerò non rapinā arbitratur eſſe ſe æqualē Philip.2.
deo: ita ut audeat dicere. Ego & pater unū ſumus: quia ex Ioan.10.
æquo cōiūgitur, ex æquo complectit̄: non oſculū de loco
inferiori mēdicat: ſed pari celſitudine os ori coniūgit, &
ſingulari prærogatiua oſculū de ore ſumit. Chriſto igitur
oſculū eſt plenitudo: Paulo participatio: ut cū ille de ore:
iſte tñ de oſculo oſculatū ſe gloriet. Felix tñ oſculum per
quod non ſolum agnoſcit̄ deus: ſed & diligit̄ pater qui ne
quaquā plene cognoſcit̄: niſi cū perfecte diligit̄. Quæ in
uobis aīa ſenſit aliq̄n in ſecreto cōſcientiæ ſuæ ſpiritū filij
clamantē abba pater: ipſa ipſa paterno ſe diligi præſumat
affectu: quæ eodē ſe ſpū quo & filius affectā ſentit. Confide
quæcūq; es illa: confide nihil heſitās. In ſpiritu filij filiam
cognoſce te patris: ſpōſam filij & ſororē. Vtroq; uocabu-
lo eā quæ hmōi eſt inueniēs appellari. Ad manū eſt unde
id probē: nō multū laborabo. Vox ſpōſi eſt ad ipſam. Ve Cā.5.
ni in ortū meū ſoror mea ſponſa. Soror ſigdē eſt: quia ex
uno patre: ſponſa quia in uno ſpū. Nam ſi carnale matri-
monij cōſtituit duos in carne una: cur nō magis ſpūalis
copula duos coniunget in uno ſpū? Denique qui adhæret
deo: unus ſpūs eſt. Sed audi etiā de patre: quàm amanter
quāq; dignāter & filiā eam noīat, & nihilominus tanquā
nurū, ppriā ad filij blandos inuitet amplexus. Audi, inquit, p̄s.44.
filia & uide & inclina aurē tuā, & obliuiſcere populū tuū
& domū patris tui, & cōcupiſcet rex decorē tuum. Ecce à
quo iſta flagitat oſculū. O ſancta aīa reuerentiā habe: qm̄
ipſe eſt dñs de⁹ tu⁹: & forteſſe nō oſculādus, ſed adorād⁹
cum pare & ſpūſancto in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

De uberibus ſponſi, id eſt chriſti: quorum unum dicitur expectatio eius erga peccatorē. Et alterum dicitur benigna ſuſceptio eius quādo peccator cōuertitur ad pœnitētiā. Sermo. IX. C

ACcedamus iam ad librum, uerbiſq; ſponſæ ra-
tionem demus & conſequentiā. Pendent enim
& prærupta nutāt abſq; principio. Ideoq; præ
mittendum cui competenter cohæreant. Pona
mus proinde iſtos quos ſpōſi ſodales diximus: uiſitandi
ſalutādiq; gratia ſicut heri & nudiuſtertius: acceſſiſſe nūc
q̄q; ad ſpōſam: ipamq; ſubmurmurātē & tædētē reperiſſe:
mirari cauſam & quaſi alloqui in hunc modū. Quid nouī
accidit? Quid te cernim⁹ ſolito triſtiorē? Quæ inopinati
murmuris cauſa? Certè cum auerſa & alienata tres poſt
amatores tuos cū qb⁹ male erat tibi: cōpulſa tandē reuer
ti ad uirū tuū priorē, nōne ut ſaltē mereris tāgere pedes:
multis precib⁹ & fletib⁹ inſtitiſti? Recolo inquit. Quid?
Obtēto eo ſimulq; accepta in oſculo pedū indulgētia de
offenſis, nūqd nō rurſus facta impatiens & tāta nequaquā
dignatione contenta: ſed maioris familiaritatis cupida:

secundā quoq; gratiā eadem qua prius instātia postulasti & impetrasti: ita ut in osculo man⁹ adepta sis uirtutes non paucas & non paruas. Non diffiteor ait. Et illi. Enimuerò num tu es quæ iurare & obtestari solebas si unquā ad osculum man⁹ peruenire daretur: sufficere iam tibi: nil te decætero petiturā. Ego. Quid igit? Fortè horū quæ acceperas quippiā ablatū causaberis? Nihil. An uerò times repetitum iri: quod tibi de mala tua pristina conuersatione indultū præsumperas? Non. Age tñ dic unde queamus satisfacere tibi. Nō quiesco (ait) nisi osculetur me osculo oris sui. Gratias de osculo pedū: gratias & de manus: sed si cura est illi ulla de me, osculetur me osculo oris sui. Nō sum ingrata: sed amo. Accepi fateor meritis potiora: sed prorsus inferiora uotis. Desiderio feror: non ratione. Ne quæso causemini p̄sumptionē ubi affectio urget. Pudor
p̄s.98. sanè reclamat: sed supat amor. Nec ignoro: q̄ honor regis iudiciū diligit: sed præceps amor nec iudiciū præstolatur, nec cōsilio temperat, nec pudore frænat, nec rationi subiicit. Rogo supplico, flagito osculetur me osculo oris sui. En gratia ipsi⁹ multis iam annis caste sobrieq; uiuere curo: lectioni insisto, resisto uitijs, orationi incumbo frequēter. Vigilo contra tentationes: recogito annos meos in amaritudie aiæ meæ. Sine querela me arbitror quantū in me est cōuersari inter fratres. Superiorib⁹ potestatib⁹ subdita sum: egredies & regrediens ad imperiū senioris. Aliena nō cupio: mea pariter & me pariter dedi. In sudore uultus mei comedo panē meū. Cæterū quod in his oīb⁹ est totū cōstat de cōsuetudine: de dulcedine nihil. Quid
Osee.10. (nisi iuxta p̄phetā) uitula Effraim sum: docta diligeretri
Luce.17. turam? Deniq; in euāgelio qui hoc solū q̄ facere debet facit: seruus inutilis reputat. Mādata forsan utcūq; adimpleo: sed aia mea sicut terra sine aqua in illis. Vt igitur holocaustū meū pingue fiat: osculetur me quæso osculo oris sui. B Plericq; uestrū mihi quoq; (ut memini) in priuatis cōfessionibus suis cōqueri solēt super huiusce modi arentis animi lāguore atq; hebetudine stolidæ mētis, q̄ dei scilicet alta atq; subtilia penetrare nequeant: q̄ de suauitate spūs aut nil aut parū sentiant. Quid isti nisi ad osculum suspirāt? Suspirāt planè & inhiāt spiritui sapietiæ & intellectus: intellectus utiq; quo pertingant: sapietiæ qua gustent quod intellectu apprehēderint. Ego in hoc ipso affe-
p̄s.62. ctu sanctum puto orasse p̄phetā: cū diceret. Sicut adipe & pinguedine repleatur aia mea, & labijs exultationis laudabit os meū. Osculū oīno petebat, & illud osculū in cuius tactu perfusis labijs pinguedine gratiæ spūalis: sequeretur quod alibi idem ipse precat. Repleat os meū laude
p̄s.70. ut cantem gloriā tuā: tota die magnitudinē tuā. Deniq;
p̄s.30. & eructauit ubi gustauit. Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ dñe: quā abscōdisti timētib⁹ te. Satis hoc osculum detinuit nos, & necdū me illic (ut uerū fatear) digne satis expressisse cōfido. Sed trāseamus ad relíqua: quia id meli⁹ imp̄ssum quàm expressum innotescit. G Segtur.
Cañ.1. Quia meliora sunt ubera tua uino, fragrantia unguentis optimis. Et hæc uerba cuius sint auctor non loqtur: relinquens nobis libere cōmētari cui potissimū personæ conueniant. Mihi uerò nō deest unde illa cogruēter assignē siue sponsæ, siue spōso, siue etiā spōsi sodalib⁹. Et primum spōsæ qualiter cōgruāt indicabo. Interim cōfabulātibus illa pariter atq; illis: accessit ipse de quo fmo erat. Vtiq; libēs appropiat de se loq̄ntib⁹. Sic solet. Sic eūtib⁹ iemaus & cōferētibus inter se: iocundū se facīdūq; exhibuit co-
Matt.18. mitē. Nempe hoc est quod in euāgelio pollicet. Vbi duo uel tres cōgregati fuerint in noīe meo: ego sum in medio
Esai.65. eor̄. Et per prophetā. Antequā (ait) clamēt ego exaudiā. Adhuc loquētibus illis dicam: ecce adsum. Ita ergo nume nō uocatus affuit & delectatus uerbis præuenit p̄ceps. Arbitror q̄ interdū nec uerba expectat: sed solis cogitationibus aduocetur. Deniq; ait homo qui inuētus est fm
p̄s.9. cor dei. Desideriū pauperū exaudiuit dñs: præparationē cordis eorū audiuit auris tua. Attendite & uos uobis in omni loco: scientes q̄m oīa uestra nouit scrutans corda & renes deus: qui finxit singillatim corda uestra, & intelligit oīa opera uestra. Sponsa ergo spōsum adesse persentiens substitit. Pudet enim p̄sumptionis in qua se deprehēsam intelligit. Nam uerecūdius id moliri per internuncios existimarat. Moxq; conuersa ad ipsum: temeritatem prout ualet excusare conat: quia meliora sunt (inquīs) ubera tua uino: fragrantia unguētis optimis. Ac si dicat. Si altum sapere uideor tu fecisti ô spōse: qui in dulcedine uberū tuorū tāta me dignatione lactasti: quatenus omni metu (tui charitate nō mea temeritate) depulso, audeam plus forte quàm expediat. Audeo sanè pietatis memor: immemor maiestatis. Hæc pro uerborū cōsequētia dicta sint. Nūc qualis sit ista uberū spōsi cōmēdatio uideam⁹. Duo spōsi ubera: duo in ipso sunt ingenitæ mansuetudinis argumēta q̄ patiēter expectat delinquētem, & clemēter recipit pœnitētē. Gemina (inquā) dulcedo suauitatis exuberat in pectore dñi iesu: longanimitas uidelicet in expectādo, & in donando facilitas. Et audi qa non sit hoc
Roma.2. muentū meū: legis profecto de longanimitate. An diuitias bonitatis eius & patiētiæ & longanimitatis cōtēnis?
Ibidem. Item. An ignoras quia benignitas dei ad pœnitētiam te adducit? Ad hoc siquidē diu suspēdit sententiā ultionis à contēnente: ut quādoq; exhibeat gratiā remissionis in
Ezech. 18 pœnitente. Non enim uult mortē peccatoris: sed ut conuertatur & uiuat. B Ponam⁹ exēpla & de altero ubere: quod dictum est remittēdi facilitas. Legis & de ipsa. Qua
Ezech.18. cūq; hora ingemuerit peccator: peccatū suū remittet ei.
Esa.55. Legis. Derelinquat impius uiam suā: & uir iniquus cogitationes suas: & reuertatur ad dñm & miserebitur eius, & ad deum nostrum: qm̄ multus est ad ignoscendū. Pulchre Dauid paucis comprehēdit utrūq; dicēs. Longanimis &
p̄s.102. multū misericors. Huius ergo geminæ bonitatis experimento in eam se fiduciam excreuisse fatetur sponsa: ut auderet petere osculū: quid mirum (dicens) si sic præsumo de te ô sponse: quæ de tuis uberibus tantam sum experta abūdantiā suauitatis? Ergo ad audendum me prouocat dulcedo uberū tuorū: non meorū cōfidentia meritorum. Q: autem dicit. Meliora sunt ubera tua uino: hoc est pinguedo gratiæ quæ de tuis uberib⁹ fluit efficacior mihi est ad spiritualē p̄fectū quàm mordax increpatio prælatorū. Nec solū meliora uino: sed & fragrantia unguentis optimis: quia nō modo internæ dulcedinis lacte p̄sentes alis: sed bonæ quoq; opinionis grato odore respgis absentes: bonū habes testimoniū & ab his qui intus & ab his qui foris sunt. Habes inquā lac intus, & foris unguenta: q̄m quidē non essent quos lacte reficeres: si non prius odore attraheres. Sanè de his unguentis si quid dignum cōsideratione cōtineant uidebit post hæc cum eo uentū fuerit:
Cañ.1. ubi dicit in cōsequētibus. In odore unguentorū tuorum curremus. C Nunc iuxta promissum nostrum hæc ip̄a uerba quæ spōsæ data sunt: an & sponso cōgruant uideamus. Sponsa loquēte de spōso: repēte (ut dixeram) adest ille, annuit uoto: dat osculū: impletq; in ea sermonem q̄ scriptus est. Desiderium cordis eius tribuisti ei, & uolūtate
p̄s.20. labiorum eius nō fraudasti eum. Quod & probat ex eius uberū repletiōe. Tātæ nempe efficaciæ osculū sanctū est, ut ex ipso mox cū acceperit illud sponsa concipiat: tumescentibus nimirū uberibus: & lacte quasi pinguescentib⁹ in testimoniū. Quibus studiū est orare frequēter: experti sunt quod dico. Sæpe corde tepido & arido accedim⁹ ad altare: orationi incumbimus. Persistentibus autē repente infunditur gratia: pinguescit pectus: replet uiscera inundatio pietatis, & si sit qui premat: lac conceptæ dulcedinis ubertim fundere non tardabunt. Dicat ergo. Habes sponsa quod petisti, & hoc tibi signū: quia meliora facta sunt ubera tua uino. Hinc te scilicet noueris osculum accepisse q̄ te cōcepisse sentis. Vnde & ubera tibi itumuerūt, facta in ubertate lactis meliora uino sciæ secularis: quæ quidē inebriat: sed curiositate non charitate: implens nō nutriēs: inflans nō ædificās: ingurgitās nō cōfortās. Sed demus & sodalib⁹ ista depromere. Iniuste (inquiūt) mur-

Universidad de Deusto Biblioteca

nuras aduersus spōsum: quia id plus ualet quod ille iam dedit quàm quod tu petis. Quod eñ postulas: te quidem delectat: sed ubera quibus paruulos alis quos & paris: melíora, hoc est necessariora sunt uino cōtēplationis. Aliud siquidē est qđ' umí⁹ lætificat cor hoīs: & aliud quod ædificat multos. Nā & si Rachel formosior: sed Lya fœcōdior est. Noli ergo nimis insistere osculis cōtemplationis: quia meliora sunt ubera prædicationis A Occurrit & alius sensus quē quidē nō proposuerā: sed mínime præteribo. Vt quid eñ uerba hæc nō magis conuenire eis ipsis dícamus: quibus præest in solicitudíne tāquā paruulis mater aut nutrix? Nec eñ æquanímiter ferūt iuuenculæ & tenere adhuc aīæ illā uacare quieti: cuius plenius erudiri doctrína & exemplis informari desiderāt. An non deníq; talíum in subsequenti cōpescitur inquietudo: ubi sub graui contestatione prohibētur suscitare dilectam quousq; ipsa
Cāt. 2. uelit? Hæ itaq; sentiētes osculis inhiare sponsam: secretū quærere sibi: fugitare publicum: declinare turbas, & curæ ipsarū propriā præferre quietō: noli (inquiūt) noli: quia maior in uberibus: quàm in amplexib⁹ fructus exístit. Per ea siquidē nos uendicas à carnalibus desideriis: quæ mílitant aduersus aīam: erípis mūdo & acqrís deo. Hoc ergo est quod aiunt: quia meliora sunt ubera tua uino. Carnis (inquiūt) uoluptatem qua pauloante tanquā uino ebriæ tenebamur, uincunt hæ quas tua nobís ubera stillant delitiæ spūales. Et pulchre uino comparāt carnalē affectū. Vt eñ uua semel expssa non habet iam quod denuo fundat: sed perpetua ariditate dānatur: sic caro ī pressura mortis ab omní prorsus sua delectatione siccatur nec ultra reuí-
Esai. 40. rescit ad líbidines. Vnde propheta. Oīs caro fœnū: & oīs gloria eius tāquā flos fœní. Exiccatū est fœnum & cecidit
Gala. 6 flos. Et apls. Qui semínat in carne: de carne & metet cor-
1. Cori. 6. ruptionē. Et rursum. Esca uentri & uenter escís, deus autē & hunc & has destruet. Vide autē ne non carní tuī: sed & mundo fortè competat ista proportio. Siquidem & ipse transit & cōcupiscentia eius, & cū oīa quæ in mūdo sunt finem habeant: finis eorū nō erit finis. Verū ubera nō sic. Hæc eñ cum exhausta fuerint: rursum de fonte materní pectoris sumūt quod propinēt sugētibus. Merito prómeliora carnis seculíue amore asseruntur ubera sponsæ: quæ nullo unquā lactentium numero aresiunt: sed sem-
Ioan. 7. per abūdant de uisceribus charitatis ut iterum fluāt. Flumína siquidem fluunt de uentre eius: fitq; in ea fons aquæ saliētis in uitam æternam. Cumulat deinde laus uberum, fragrantia unguētorū: q⁹ nō solū uerborū sapore pascant: sed & factorum opinione redoleant. Iam quæ sint uberaq; quo tumida lacte, qualíbus delíbuta unguentis: sub alío sermonis princípio christo adiuuante mōstrabímus. Qui cum patre & spíritusancto uíuit & regnat deus per omnia secula seculorum. Amen.

De tribus unguentis spūalibus: scilicet deuotionis, contritionis, & pietatis. Sermo. X. C

IN On sum ego profundi sensus, neq; adeò perspícacis ingenīj ut nouí quippiā ex me adinuení-re possim. Sed est fons magnus & indeficiens os pauli qđ patet ad nos. De ipso haurio mihí etiam nunc ín ostensione uberū sponsæ, sicut & frequenter
Roma 12. soleo. Gaudere (inquit) cum gaudētibus: flere cū flētib⁹. Materní breuiter exprímuntur affectus: quía nec dolere paruulí nec ualere queūt absq; illa quæ genuit. Vtrobiq; necesse est suis eam conformarí uisceribus. Igitur iuxta Paulí sententiā duas illas affectiones duobus sponsæ uberíbus assignabo: compassionem umí, & cōgratulationem alteri. Alioquín paruula est & nondum nubilis, si nōdum ubera misit: si se uidelicet neq; ad congaudendum sentíat promptā: neq; pronam ad condolendum. Talís si fortè ad regimē animarū seu ad officium prædicationis assumitur: alīs quidem non prodest, sibi uerò obest plurimū. Porrò sese ingerere quantæ impudentiæ est? Sed redeamus ad ubera sponsæ: ac pro diuersitate uberum díuersas & lactis species proponamus. Nam congratulatio quidē exhortationís, cōpassio uerò consolatiōis lac fundit. Porrò utrāq; speciem ubertím cælitus irrorari pio pectorí suo spíritalís mater toties sentit quoties osculū sumit. Videas eam mox plenís uberíbus paruulís incubare lactandis: & ex uno quídem consolatoría: ex altero uerò exhortatoría uberius ministrare prout singulís cōuenire uídebit. Verbi causa. Sí quem fortè ex his quos genuit in euangelio deprehenderit forti alíqua tentatione concussum: & inde turbatum ac tristem pusillanimēq; factum non posse iam ferre uim tētationis, quomodo condoleat: quomodo mulceat: quomodo plangit: quomodo consolatur: quot argumenta pietatis mox reperit quibus erígat desolatū: Econtra: si promptum, si alacrem, si bene proficientē cognouerit, exultat: aggredit salutaribus monitis: accēdit amplí⁹: instruit de quibus potest ut perseueret: utq; in melius semper proficiat exhortatur. Omnibus se conformat: omniū in se transfert affectus: matrem se deníq; probat nō minus deficientium quàm proficientiū. Quanti hodie secus affectos se ostendunt: de his dico qui animas regere susceperunt. Quod enim sine miserabili gemitu dícendū non est: christi opprobria, sputa, flagella, clauos, lāceam, crucem, & mortem: hæc omnia in fornace auaritiæ conflant, & prefligant in acquisitionem turpis quæstus: & pretium uniuersitatis suis marsupíis includere festínant. Hoc solo sanè à iuda scariothis differentes, q⁹ ille horum omne emolumentū denariorū numero cōpēsauit: isti uoratiori ingluuie lucrorum infinitas exigunt pecunías. His insatiabili desiderío inhiant: pro his ne amittant tíment: & cum amittunt dolent: harum in amore quiescunt quātum dūtaxat liberū eis est aseruandí uel augmētandi cura. Animarum nec reputatur casus nec salus. Non sunt profecto matres: qui cū sint de crucifixi patrimonio nimium incrassati, impinguati, dilatati: nō cōpatiūtur super cōtrítiōe Ioseph. Quæ mater est non dissimulat: habet ubera & non uacua. Gaudere cum gaudētibus: flere cum flentibus nouit: nec cessat exprímere de ubere quídem cōgratulationís lac exhortationís: de ubere uerò cōpassionis lac consolationis. Et de sponsæ uberíbus & uberum lacte ista sufficiant. ¶ Iam qualíbus etiā unguentis eadem ubera redoleant índicabo: si tñ uestris oratiōibus iuuer: ut quod inde mihi sentire datū est: detur et eloquí digne ad audientiū utilitatē. alía sponsi atq; alía sponsæ unguenta sunt: quemadmodū & sua cuiq; ubera. Sed de sponsi quo in loco tractandum sit: superius præfixū est. Nunc sponsæ unguentis intendamus. Idq; attentius tanquā his quæ scríptura non mediocriter cōmendauit: ita ut ea pronūciauerit non simplíciter bona, sed optíma. Et pono díuersas species unguentorū: quo ex pluribus ea quæ potíssimum sponsæ uberibus cōgruant eligam⁹. Est unguētū cōtrítionis: & est unguentū deuotiōis, est & pietatis. Primū pungitiuū: dolorē faciēs. Secundū temperatiuū: dolorē leniens. Tertiū sanatiuum: etiam morbum expellens. Nunc de singulis latius dissera-
Pſ. 38. mus. Est ergo unguentū quod sibí conficit anima multis írretita crímínibus: si cum incipit cogitare uías suas: colligat, congerat, conteratq; in mortariolo conscientiæ multas ac uarias species peccatorū suorum: & intra æstuantis pectoris ollam simul omnia coquat igne quodā pœnitentiæ & doloris: ut possit dicere cum propheta. Concaluit
Pſ. 50. cor meū intra me: & in meditatione mea exardescet ignis. Ecce hoc est unū unguentū quo aīa peccatrix suæ cōuersionis primordia cōdire debet: plagisq; suis recētibus adhíbere. Primum nāq; sacrificiū deo spíritus cōtribulatus.
Ibidem. Quādiu ergo nō habet tanquā pauper & inops unde sibí melius ac preciosius cōponat unguentū: nō negligat parare interim istud: licet de uilibus speciēb⁹: quía cor contritū & humiliatū deus nō despicíet. Tanto aūt mín⁹ uile diuinis apparebit cōspectibus: quanto plus sibí illa uíluerit in recordatione peccatoꝝ suorū. Tamen si illo uisibili quo uisibiliter uncti à peccatrice corporei pedes dei referuntur in euangelio, inuisibile hoc & spūale fuisse dicim⁹ figuratū: non oīno uile reputare poterímus? Quid enim
Matth. de illo

Ioan.12. de illo legitur: Et dom⁹ (inquit) impleta est ex odore unguēti. Peccatricis manibus distillabatur: & extremis membris corporis: id est pedibus fundebatur: & tamen non usq; adeò contēptibile aut uile fuit quin totam domū uis aromatum & suauitas repleret odoris. Q; si attendamus quanta in unius peccatoris conuersione fragrātia respergatur ecclesiæ, & quātis fiat odor uitæ ad uitā quiuis pœnitentiā publice perfectúq; pœniteat: profecto & de hoc æque indubitāter pnūciabimus: quia domus impleta est ex odore unguēti. Denicq; & supernas beatoꝝ mansiones
Luce.19. attingit pœnitētiæ odor: ita ut (teste ipa ueritate) magnū gaudiū sit inter angelos dei super uno peccatore pniam agente. Gaudete pœnitentes, pusillanimes confortamini: uobis dico quos nup conuersos de seculo, & à uijs uestris prauis recedētes excepit mox amaritudo & confusio animi pœnitētis: ac uelut recentiū adhuc uulnerum dolor nimius excruciat & perturbat. Secure man⁹ uestræ distillēt myrrhæ amaritudinē in salubrē hanc unctionē: qa cor cōtritū & humiliatū deus non despiciet. Non est oīno spernenda nec uilis æstimāda huiusce modi unctio: cui⁹ odor nō solū hoies prouocat ad correctionē: sed & angelos ad exultationē inuitat. B Sed est unguentū tanto isto profecto præciosius: quāto de melioribus cōpositū specieb⁹. Huius siquidem species ne longe quærātur: penes nos & absq; difficultate reperimus, ac de nostris hortulis talium perfacilè copiam tollimus quotiescūq; necessitas poscit. Quis enī nō satis de ꝓprio cū uult ad manū habet iniqtates & peccata si non dissimulat? Hæ autem sunt, sicut recognoscitis, species unguēti primi quod iam descripsimus.
Iacobi.1. At uerò secūdi hui⁹ aromata terra nīa nequaquā profert sed procul & de ultimis finib⁹ ea nobis cōquirim⁹. Nēpe omne datū optimū, & omne donū perfectū desursum est descēdens à patre luminū. Fit enī unguentū istud de diuinis collatis humano generi beneficijs. Felix qui ipsa sibi studiose colligere & ante mētis suæ oculos digna cū gratiarū actiōe reducere curat. Profecto cū fuerint in uasculo pectoris pistillo crebre meditationis cōtusa atq; cōtrita: deinde cq; igne sancti desiderij simul decocta oīa, & demum impinguata oleo lætitiæ: erit unctio longe præciosior: ex-
ps.49. cellētiorcq; priore. Sufficit ad probandū eius testimoniū qui ait: Sacrificiū laudis honorificabit me. Nec dubium quin excitet ad laudādū beneficioꝝ recordatio. Porrò cū scriptura hoc solū testeť de illo alio: qa nequaquā despicitur: licēt amplius esse cōmēdatū quod & honorificat. Denicq; illū pedib⁹ apponit: hoc capiti. Si enim i xp̄o caput ad
I.Cor.11. diuinitatē referendū est: dicēte Paulo: caput christi deus: proculdubio caput ungit qui gratias agit, qm̄ deū tāgit: nō hoiem. Non quia nō sit hō qui deus est: siquidē de⁹ & homo unus est xp̄s: sed quia omne bonum à deo: non ab hoie est etiā ipsum quod per hoiem ministratur. Profecto enim spūs est qui uiuificat: caro non ꝓdest quicquā. Propterea & maledictus qui spem suā ponit in hoie: qm̄ etsi spes nostra tota merito pendet ex hoie deo: non tamē qa homo sed quia de⁹ est. Itaq; illud pedib⁹: hoc capiti exhibetur: qm̄ & humiliatio cōtriti cordis humilitati cōgruit carnis, & maiestatē decet glorificatio. En quale unguentū proposui uobis: quo se nimirū tangi caput illud tremēdū principatib⁹ nō ducit indignum: imo & honoris insigne iudicat dicēs: Sacrificiū laudis honorificabit me. Quamobrem nō est pauperis & inopis seu pusilli cordis aiæ confiecere istiusmodi unctionem: nempe cuius aromata & species sola confidentia possidet: qnæ tm̄ de libertate spiritus & cordis puritate descendit. Quæ enim pusillanimis est & mediocæ fidei mens: rei suæ familiaris tenuitate constringitur: nec ualet præ inopia ociari ad uacandum diuinis laudibus seu his quæ laudes pariunt intuendis beneficijs. Et si quando certè conaī assurgere: confestim domesticarum necessitatū curis urgentibus reuocatur ad sua, & in se cōprimi propria ægestate cōpellitur. A Q; si huius miseriæ quærit à me causa: dicam q ipsi in uobis (nisi fallor) aut esse aut fuisse recognoscetis. Duab⁹ de causis uidetur mihi huiusce modi animi ægritudo & diffidētia solere cōtingere: aut de nouitate uidelicet conuersionis: aut certè de cōuersationis tepore: etiā si in cōuersione longū tempus habuerit. V trūq; profecto humiliat & deijcit cōscientiam & inquietam facit: dum siue pro tempore siue pro tepore antiquas animi passiōes necdum in se emortuas sentit, & necesse proinde habens resecandis intendere de cordis hortulo spinis iniquitatum & urticis cupiditatū: longius a semetipsa euagari non sinitur. Quid enim? Qui laborat in gemitu suo: poterit ne simul & in dei laudibus exultare? Quonā modo in ore gementis & plangentis sonabit pariter illud Esaiæ: gratiarum scilicet actio, & uox Esa.51.
laudis? Nam sicut à sapiente accepimus. Musica in luctu Eccle.22.
importuna narratio est. Deniq; gratiarū actio beneficium sequitur: non præcedit. Quæ autem adhuc in tristitia est aīa: beneficio non gaudet, sed indiget. Habet ergo unde preces offerat: nō autem unde referat grates. Quomodo enim recolet beneficiū quod nō accepit? Merito proinde dixi: non esse aīæ pauperis cōficere hoc unguentū: quod de recolēdis diuinis beneficijs cōponi debet: qm̄ non pōt uidere lucē donec tenebras intuetur. Nempe in amaritudine est: occupatq; memoriā tristis recordatio peccatoꝝ: nec libet lætum quippiā simul admittere. Idcirco talibus denunciat spūs prophetícus dicens. Vanū est uobis ante ps.126.
lucē surgere. Quod est: Frustra surgitis ad intuēda beneficia quæ delectant: nisi prius recepto lumine consolationis de reatibus qui cōturbant. Non est ergo pauperum hoc unguentū. Sed uidete quinam de eius copia non immerito glorientur. Ibant gaudētes apostoli à conspectu con Actu.5.
cilij: qm̄ digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Multū sibi profecto instillauerant de pinguedine spiritus: quorum lenitas nō dico uerbis: sed nec uerberibus cessit. Erāt enī diuites in charitate, quæ nullis exhauritur expensis, & de ipsa facile holocausta medullata offerre sufficiebant. Fundebant passim sudantia pectora liquorem sanctum quo imbuta plenius erant, qm̄ loquebātur uarijs Actu 2.
linguis magnalia dei: prout spūs sctūs dabat eloqui illis. Nec dubiū quin & illi abūdarēt ijsdem unguentis: quib⁹ apostolus testimoniū perhibebat dicēs. Gratias agō deo .Cor.14.
meo semper pro uobis in gratia dei quæ data est uobis in christo iesu: quia in omnibus diuites facti estis in illo: in omni uerbo & in omni scientia: sicut testimoniū christi confirmatū est in uobis: ita ut nihil uobis desit in ulla gratia. Vtinā & ꝓ uobis ego has ipsas gratias referre possim: ut uideam uos diuites in uirtutibus: alacres in laudibus dei, spirituali hac pinguedine abundantius redundantes in christo iesu domino nostro.

De duobus, hoc est fructu & modo pertinentibus ad opus humanæ redemptionis. Sermo XI. D

OIxi in fine sermonis nec me iterare piget: q cupiam uos omnes fieri sacræ unctionis participes: illius uidelicet in qua dei beneficia cum lætitia & gratiarum actione recolit sancta deuotio. Hoc enim bonū est: tum propter releuādos uitæ præsentis labores: qui utiq; tolerabiliores nobis fiunt exultantibus in laude dei: tum quia nihil ita proprie quendā terris repsentat cælestis habitationis statum sicut alacritas laudantiū deū: scriptura dicēte. Beati qui habitant in domo ps.83.
tua dñe: in secula seculorū laudabūt te. De hoc præcipue unguēto puto dixisse ꝓphetā. Ecce quàm bonū & quàm ps.132.
iocūdū habitare fratres in unum: sicut unguentum in capite. Neq; enim priori uidetur cōgruere posse. Illud enim etsi bonū sit, non est tñ iocundum: quia recordatio peccatorum amaritudinē facit non iocunditatem. Sed nec qui illud faciūt in unū habitant: cum quisq; peccata propria lugeat atq; deploret. Qui uerò in gratiarū actione uersantur: deum solū intuentur & cogitant: ac per hoc ipsi uerè habitant in unū. Bonū est autē quod faciūt: quia seruant ei iustissime gloriā cuius est, & nihilomin⁹ iocundū: quia delectat. Quāobrem suadeo uobis amicis meis reflectere interdū pedem à molesta & anxia recordatione uiarum

Universidad de Deusto
Biblioteca

nestrarū:& euadere in itinera planiora serenioris, memo-
riæ beneficiorum dei:ut qui in uobis cofundimini: ipsius
intuitu, respiretis. Volo uos experiri illud quod sanctus
ps.36. ꝓpheta cōsulit dicēs. Delectare in dño & dabit tibi peti-
tiones cordis tui. Et qdē necessari⁹ dolor pro pctis:sed si
nō sit cōtinuus. Sanè interpolet lætiori recordatione di-
uinæ benignitatis:ne fortè præ tristitia iuduretur cor, &
desperatione plus pereat. Misceamus absinthio mel: ut
salubris amaritudo salutē dare tunc posiit:cū mixto tem-
perata dulcore bibi poterit. Audi deniq; deum quo ipse
cōtriti cordis temperat amaritudinē, quo pusillanimē à
desperationis baratro reuocat, quomodo blandæ & fi-
delis promissionis melle mœrentē consolatur, erigit dissi-
Esai.48. dentē: Ait per ꝓphetā. Ego infrænabo os tuū laude mea
ne intereas, hoc est ne intuitu facinorum tuorum nimiam
incurras tristitiam, atq; instar effrænis equi desperatus in
preceps ruas & pereas. Fræno te (inquit) inhibebo indul
gentiæ meæ, & meis laudibus erigam, respirabisq; in bo-
nis meis qui de tuis confunderis malis: dum me sanè be-
Genē.4. nigniorē quàm te culpabiliorē inuenies. Hoc fræno si in-
Prou.18. frænat⁹ fuisset Cain:nequaquā desperādo dixisset. Maior
est iniquitas mea: quàm ut ueniam merear. Absit absit.
Maior em̄ est ei⁹ pietas quàm quæuis iniqtas. Ideò iustus
nō cōtinue sed tm̄ in principio sermōis accusator est sui.
Porrò aūt in dei laudes extrema sermonis claudere con-
ps.118. suevit, Videte deniq; iustū hoc ordine procedentē. Cogi-
taui (ait) uias meas, & cōuerti pedes meos in testimonia
tua: ut uidelicet q cōtritionē & infelicitatē in uijs ꝓprijs
perpessus fuerat:in uia testimoniorū dei delectaret sicut
in oibus diuitijs. C Et uos igitur exemplo iusti si de uo-
bis in humilitate sentitis:sentite & de domino in bonita-
Sap.1. te. Sic enim legitis apud sapientē. Sentite de dño in boni-
tate, & in simplicitate cordis quærite illum: hoc autem fa-
cile menti persuadet diuinæ munificētiæ frequēs imo cō-
tinua recordatio. Alioquin quo implebitur apostolicum
illud: in oibus gratias agētes: si ea pro quibus gratiæ de-
ps.77. bentur à corde recesserint? Nolo uos iudaico notari op-
probrio: de qbus scriptura testat q̄ non fuerint memores
benefactorū eius: & mirabiliū eius quæ ostendit eis. Verū
qm̄ bona quæ largiri mortalibus nō cessat misericors &
miserator dñs recolere & recolligere oīa omni hoi impos-
ps.105. sibile est (quis em̄ loquet potētias dñi: audītas faciet oēs
laudes eius?) id saltē quod præcipuū est & maximū opus
uidelicet nostræ redēptionis à memoria redemptorū ali-
quatenus non recedat. In quo opere duo potissimū quæ
nūc occurrūt uestris studijs intimare curabo. Et hoc quā
Prou.9. paucis ad compendiū potero: memor illius sententiæ. Da
occasionē sapiēti, & sapiētior erit. Duo ergo illa sunt mo-
dus & fructus. Et modus quidē: dei exinanitio est: fructus
uerò nostri de illo repletio. Hoc meditari sanctæ spei semi
narium est: illud summi amoris incentiuum. Vtrūq; profe
ctibus nīris necessarium: ne aut spes mercēnaria sit si amo-
re non comitetur: aut amor tepescat si infructuosus putet.
Porrò fructū talē expectamus nostri amoris: qualem ipse
Lucæ.6. quem amamus promisit: mensurā (inquiens) plenā & cō-
fertam & coagitatā & supereffluētē dabunt in sinū uestrū.
Mensura ista (ut audio) erit sine mensura. Sed uelim scire
cuius rei futura sit illa mensura: uel potius illa immensitas
Esa.64. quæ repromittitur. Oculus non uidit deus absq; te: quæ
præparasti diligētibus te. Dic nobis tu qui præparas: qd
præparas? Credimus, confidimus, reuera sic promittis, re
plebimur in bonis domus tuæ. Sed quibus quæso bonis
uel qualibus? forte frumento, uino, oleo, auro, atq; argen-
to, lapidibus ue præciosis? Sed hæc nouimus & uidimus,
& uidem⁹ & fastidim⁹. Id quærim⁹ qđ oculus non uidit,
nec auris audiuit, nec in cor hois ascēdit. Hoc placet, hoc
Ioā.6. sapit, hoc delectat, ingrere quodcūq; est illd. Erūt (inqt)
omnes docibiles dei, & ipse erit omnia in omnib⁹. A Vt
audio plenitudo quā expectam⁹ à deo: nō erit nisi de deo.
Quis uerò cōprehēdat quàm magna multitudo dulcedi-
nis in breui isto sermone cōprehensa sit: erit deus omnia
in omnibus: Vt de corpore taceam: in aia tria intuemur: ra-
tionē, uoluntatē, memoriā. & hæc tria ipam aiam esse: quā
tum cuiq; horū in p̄senti seculo desit de integritate sua &
perfectione: sentit omnis qui ambulat in spū. Quare hoc:
nisi qa deus nōdum est oīa in omnib⁹? Hinc est q̄ & ratio
sæpissime in iudicijs fallit, & uoluntas quadruplici pertur
batione iactatur, & memoria multiplici obliuiōe confun-
ditur. Triplici huic uanitati nobilis creatura subiecta est
non uolens, in spe tm̄. Nā q replet in bonis desiderium ani
mæ: ipse rationi futurus est plenitudo lucis: ipse uolunta- ps.102.
ti multitudo pacis: ipse memoriæ cōtinuatio æternitatis.
O ueritas, charitas, æternitas. O beata & beatificās trini-
tas: ad te mea misera trinitas miserabiliter suspirat: quo-
niam à te infeliciter exulat. Discedens à te quantis se in-
tricauit erroribus, doloribus, timoribus. Heu me qualem
pro te cōmutauimus trinitatem. Cor meum conturbatū ps.37.
est, & inde dolor: dereliqt me uirtus mea, & inde pauor:
& lumen oculorum meorū non est mecū, & inde error. In
quàm dissimilē trinitatē ô aiæ meæ trinitas exulans offen-
disti. Verūtm̄ quare tristis es aia mea, & quare conturbas ps.41.
me? Spera in deo: qm̄ adhuc confitebor illi: cū error uide-
licet à rōne: uolūtate dolor: atq; à memoria timor omnis
recesserit, & succesierit illa quā speramus mira serenitas:
plena suauitas: æterna securitas. Primum illud faciet ueri
tas deus: secūdum charitas deus: tertium summa potestas
deus: ut sit deus omnia in oībus: ratione recipiente lucem
inextinguibilem: uoluntate pacē imperturbabilem conse
quente: memoria fonti indeficienti æternaliter inhærēte.
Videritis uos rectē ne primū illud filio: spiritui sancto se-
quens: patri ultimū assignetis: sic tm̄ ut nihil horum uel pa
tri uel filio uel spūi sancto subtrahatis: ne cui fortè perso-
narum aut plenitudinem minuat distinctio, aut proprieta
tem tollat perfectio. Simul & hoc aduertite quid simile si
lij huius seculi experiantur de carnis illecebris: de mundi
spectaculis, & de pompis satanæ: cum tamen hoc totum sit
unde uita præsens eludit miseros amatores suos: dicente
Ioanne. Quicquid in mundo est: concupiscētia carnis est, 1.Ioā.2.
& concupiscētia oculorū, & ambitio seculi. Hæc de redē-
ptionis fructu. In modo quoq; quē (si recolitis) dei esse
exinanitionem diffiniuim⁹, tria itē præcipue uobis intuē
da commendo. Non em̄ simplex aut modica illa exinani-
tio fuit: sed semetipsum exinaniuit usq; ad carnem, ad mor Philip.2.
tem, ad crucē. Quis digne pensет quātæ fuerit humilitatis,
mansuetudinis, dignationis dominum maiestatis carne
indui, multari, morte, turpari cruce? D Sed dicit ali-
quis: non ualuit opus suū reparare creator absq; ista diffi
cultate? Valuit: sed maluit cum iniuria sui: ne pessimum
atq; odiosissimum uitiū ingratitudinis occasionem ultra
reperiret in homine. Sanè multum fatigationis assumpsit
quo multæ dilectionis hominem debitorē teneret: cōmo-
neretq; gratiarū actionis, difficultas redēptiōis: quē mi-
nus esse deuotū fecerat conditionis facilitas. Quid em̄ di-
cebat homo creatus & ingratus? Gratis quidem cōditus
sum: sed nullo auctoris grauamine uel labore. Siquidem
dixit, & fact⁹ sum: quēadmodū & uniuersa. Quid magnum
est quālibet magna in uerbi facilitate donaueris? Sic be-
neficium creationis attenuans humana impietas: ingra-
titudinis materiam inde sumebat unde amoris causam
habere debuerat: idq; ad excusandas excusationes in pec- ps.140.
catis. Sed obstructū est os loquētiū iniqua. Lucę clarius ps.62.
patet quantum modo pro te ô homo dispendium fecit de
dño seruus: de diuite pauper: caro de uerbo: & de dei filio
hominis filius fieri non despexit. Memento iam te etsi de
nihilo factū, nō tm̄ de nihilo redēptū. Sex diebus cōdidit
omnia & te inter oīa. At uerò per totos triginta annos
operatus est salutem tuam in medio terræ. O quantum la-
borauit fustinens, Carnis necessitates, hostis tentatio-
nes: nōme sibi crucis aggrauauit ignominia: mortis cu-
mulauit horrore? Necessariè quidem. Sic sic homines & ps.35
iumenta saluasti domine: quēadmodum multiplicasti mi- Hebr.
sericordiam tuam de⁹? Hæc meditamini: in his uersamini.

Talibus

Talibus odoramẽtis refouete uiscera uestra: quæ diu tor-
si odor molestior pctorũ: ut abundetis & his unguentis
nõ minus suauibus quàm salutaribus. Nec tñ adhuc uos
putetis habere illa optima q̃ in spõsæ uberib9 cõmẽdant.
De quibus incipere modo finiendi iã sermonis angustia
prohibet. Quæ dicta sunt de alijs, tenete memoria: pbate
nita: & de his inuitate me precibus uestris, ut digne loqui
possim qđ & dignũ sit tantis spõsæ delitijs, & uestras ani-
mas ad amorẽ ædificet spõsi Iesu christi dñi nostri. Amẽ.

De precioso unguento pietatis: & de uenerationc habenda à subditis erga prælatos suos. Sermo. XII. B

OVo me unguenta uobis tradidisse recordor.
Vnũ cõtritionis: delicta multa cõplectens. Al-
terũ deuotionis: multa cõtinẽs beneficia. Am-
bo salubria, sed nõ ambo suauia. Primũ siquidẽ
pungitiuũ sentit: qa mouet ad compũctionẽ amara recor-
datio peccatorũ & dolorẽ facit: cũ sequẽs mitigatoriũ sit
diuinæ bonitatis intuitu: cõsolationẽ dãte & sedãte dolo-
rẽ. Sed est unguẽtũ qđ ambob9 lõge antecellit: & hoc ap
pellauerim pietatis: eò q̃ fiat de necessitatibus pauperũ:
de anxietatibus oppressorum: de perturbationib9 tristiũ:
de culpis delinquẽtiũ: & postremo de oĩbus quorũlibet
miserorũ erumnis: etiã si fuerint inimici. Despicabiles ui-
dentur species istæ: sed est sup oĩa aromata unguentũ qđ
Matt.5. ex eis conficitur. Sanatiuũ est. Beati eĩ misericordes: qñ
ipsi miam consequent. Igitur multæ miseriæ collectæ atq̃
oculo pietatis inspectæ ipsæ sunt species, ex quib9 unguẽ-
ta optima cõponũtur: sponsæ digna uberibus: sponsi sen-
sibus grata. Felix mens quæ taliũ collectione aromatũ se-
se ditare & impinguare curauit, infundens ea oleo miseri-
cordiæ: & ardore decoquens charitatis. Quisputas est io
Psal.111. cundus homo qui miseretur & cõmodat: pronus compa
ti: subuenire propt9: dare quàm accipere beatius iudicãs,
ignoscere facilis, irasci difficilis: ulcisci penit9 nõ acquie-
scens: & per oĩa proximorũ æque ut proprias respiciens
necessitates: O quæcũq̃ es aĩa sic affecta: sic imbuta rore
misericordiæ: sic affluens pietatis uiscerib9: sic te omnib9
omnia faciens: sic facta ipsa tibi tanquam uas perditum ut
cæteris præsto ubiq̃ semp occurras atq̃ succurras: sic de-
niq̃ mortua tibi ut uiuas omnibus: tu planè tertiũ optí-
mũq̃ unguẽtũ felix possides: & manus tuæ distillauerunt
totius suauitatis liquorẽ. Nõ exiccabitur in tempore ma
lo: nec feruor persecutionis ebibet illum: sed semper deus
memor erit omnis sacrificij tui: & holocaustum tuum pin
guefiet. D Sunt uiri diuitiarum in ciuitate dñi uirtutũ:
quæro an apud aliquos hæc unguenta inueniant. Et pri-
mus occurrit (sicut ubiq̃ solet) mihi Paulus uas electio-
nis: reuera uas aromaticũ: uas odorificũ & refertũ omni
2. Cor.2. puluere pigmentario. Christi enim erat bonus odor deo
in omni loco. Multæ profectò suauitatis fragrantiam lon
1. Cor. 11. ge latecq̃ spargebat pectus illud: qđ sic affecerat solicitudo
omnium ecclesiarum. Vide enim quales species & qualia
1. Cor.15. aromata coaceruauerat sibi. Quotidie (inquit) morior p
2. Cor.11. pter uestram gloriam. Et rursum. Quis infirmatur & ego
non infirmor: Quis scandalizatur & ego nõ uror: Et mul
tis talibus (quæ uobis bene nota sunt) abundabat diues
iste in cõponendis unguentis optimis. Decebat nãq̃ pri
mis & purissimis aromatib9 redolere ubera quæ Christi
Galat.4. mẽbra lactarent: quorum Paulus mater erat, p certo par-
turiens semel & iterũ donec Christ9 formaret in eis: ac mẽ
bra capiti suo reformarentur. Audi & de alio diuite quõ
ad manum habebat electas species: de quibus optima un-
Iob.31. guẽta cõficeret. Foris, inquit, nõ mãsit peregrinus. Ostiũ
Iob.29. meũ uiatori patuit. Item. Oculus fui cæco: & pes claudo.
Pater erã pauperũ, conterebã molas iniqui: & de dentib9
illius auferebã prædam. Si negabam quod uolebant pau
peribus: & oculos uiduæ expectare feci: Si comedi buccel-
lam meam solus: & nõ comedit pupillus ex ea: Si despexi
prætereuntem cò quòd non haberet indumentũ: & absq̃
operimento pauperem: Si non benedixerunt mihi latera
eius: & de uellcribus ouiũ mearum calefactus est: Quãto
putamus uir iste odore, terrã respersérat in his operibus?
Singula opera singula erant aromata. His propriã reple-
uerat cõscientiam: ut fœtorem putridæ carnis internæ sua-
uitatis exaltatione sibi tẽparet. Ioseph postquã uniuersam
ægyptum post se fecit currere in odore unguẽtorum suo-
rum: etiam suis uenditoribus eandem demum fragrantiã
propinauit. Equidem increpatoria uerba uultu profere- Genẽ.45.
bat irato: sed erumpebant lachrymæ de pinguedine cor-
dis, non iræ indices: sed gratiæ proditrices. Samuel luge-
bat Saul qui se quærebat occidere: & ad ignem charitatis
incalescente pectore liquefactus intus pietatis adeps, fo-
ras emanabat per oculos. Ob bonum deniq̃ quem circũ
quaq̃ diffuderat suæ opinionis odorem: refert de eo scri-
ptura: quia cognouerunt oẽs à Dan usq̃ Bersabee: q̃ fide 1.Reg.3.
lis Samuel propheta esset domini. C Quid de Moyse di
cam: quãto adipe & pinguedine & ipse repleuerat uiscera
suas: Nec domus illa exasperans in qua pro tempore uersa
batur potuit unquam in omni murmure & furore suo un
ctionem spiritus qua semel imbutus fuerat exterminare:
quominus inter assiduas lites & quotidiana iurgia ipse
in sua mansuetudine perduraret. Merito testatus est spũs
sanctus de eo q̃ esset mitissimus oĩm hoim qui morabant Nume.12.
super terram. Siquidem cum his qui oderant pacem erat Ps.119.
pacificus: intantũ ut populo ingrato & rebelli nõ modo
nõ irasceretur: sed & irascentem deũ suo interuentu leni-
ret sicut scriptũ est. Dixit ut disperderet eos: si non Moyses Psal.105.
electus eius stetisset in confractione in conspectu eius: ut
auerteret iram eius: ne disperderet eos. Deniq̃, si dimit- Exod.32.
tis, ait, dimitte: sinautem, dele me de libro tuo quem scri-
psisti. O uere hominem unctũ unctione misericordiæ. Lo-
quitur planè parentis affectu: quam nulla possit delectare
felicitas exortib9 quos parturiuit. Verbi gratia. Si diues
quispiam mulieri pauperculæ dicat. Ingredere tu ad prã-
dium meum: sed quem gestas infantulum relinque foris,
quoniã plorat & molestus est nobis: mũquid faciet? Nõn-
ne magis eliget ieiunare, quàm exposito pignore charo,
sola prãdere cũ diuite? Ita nec Moysi sedet solum se intro
duci in gaudiũ dñi sui: foris. s. remanẽte pplo: cui licet in-
quieto & ingrato uice pariter & affectiõe matris inhæret
dolet uiscera: sed tolerabiliorẽ sibi iudicat tortionẽ quàm
euulsionẽ. D Quid Dauid mansuetius, qui illius mortẽ 2.Reg.1.
lugebat: q suã semp sitierat: Quid benigni9 quàm ut eius 2.Reg.19
molestè ferret decessum, cui succedebat in regnum? Sed &
de morte paricide filij quàm difficile consolationẽ admi-
sit: Magnã profecto optimæ unctiõis copiam præferebat
talis affectio: ideò & securus orabat dicens. Memẽto do- Psal.131.
mine Dauid, & oĩs mãsuetudinis eius. Ergo hi oẽs habue
rũt unguẽta optima q̃bus hodiecq̃ p uniuersas ecclias sua
uissime redolent. Nec solũ ipsi: sed & quicunq̃ se in hac ui
ta ita beneuolos & beneficos præbuerũt: ita inter homi-
nes humane uiuere studuerũt, quatenus omnẽ quam uisi
sunt habuisse gratiam non sibi tenerent, sed in commune
deducerent: æstimantes se amicis pariter & inimicis: sapiẽ
tibus & insipientibus debitores: cumq̃ fuissent utiles oĩ-
bus: humiles in omnibus, & præ omnibus extiterunt dile
cti deo & hominibus: quorum fragrantia in benedictiõe
est: quotquot inquam tales præcesserunt fragrarunt suis
tẽporibus: fragrãt & hodie unguẽtis optimis. Tu quoq̃
si donũ qđ desuper accepisti: nobis contubernalibus tuis
libenter impartiaris: si te exhibeas ubiq̃ inter nos officio
sum: si affectuosum: si gratũ: si tractabilẽ: si humilẽ testimo-
nium habebis ab oĩbus q̃ fragres & ipse unguentis opti-
mis. Oĩs ĩ uobis q fraternas infirmitates tã corporũ quàm
aĩorum non solũ patiẽter supportat: sed insup si licet & si
ualet iuuat obsequijs: cõfortat alloquijs: cõsilijs informat:
si hoc nõ potest propter disciplinã: solicitis saltẽ oratioĩ
bus solatiari nõ cessat infirmo: oĩs, inquã, qui talia opera-
tur in uobis: bonũ oĩno spargit odorem inter fratres: &
odorem de unguentis optimis. Balsamum in ore huiusce-
modi frater in congregatione, monstrat digito: & dicunt
de eo omnes. Hic est fratrum amator, & populi israel: hic 2.Mac.15

Universidad de Deusto Biblioteca

est qui multum orat pro populo & uniuersa sancta ciuitate. B Sed recurramus ad euangeliū atq; aliqd qđ fortè
Marc.16. spectet & ad hæc unguenta regramus. Maria magdalene & Maria Iacobi & Salome emerūt aromata ut uenientes ungerēt Iesum. Quænā ista unguētā tā pciosa ut Christi corpori parētur & cōparentur: tā copiosa ut toti sufficiāt. Neutrū quippe duorū præcedētiū aut emptum aut factum specialiter ad opus dñi: aut toto in corpore legit
Matt.26. fuisse diffusum: sed de subito introducit mulier: uno quidem in loco oculās pedes & unguento ungens: in altero
Mar.14. uerò uel ipsa uel altera habens alabastrum unguenti, & illud mittēs in caput. Cæterū nunc emerunt, ait, aromata: ut uenientes ungerent Iesum. Emunt non unguenta sed aromata: & unctio in obsequium dñi non facta assumitur: sed noua conficitur: nec ad ungendā tm aliquā corporis partē. Verbi gratia, pedes aut caput. Sed sicut scriptū est: ut uenientes ungerent Iesum: quod est toti⁹ cōplexio, nō partis distinctio. Tu quoq; si te induas uiscera misericordiæ, liberalē benignūq; exhibeas: nō tantū parentib⁹ siue cognatis tuis: aut quos tibi uel bñfactores tenes, uel bene facturos speras: nā & ethnici hoc faciunt: sed (iuxta Pauli consiliū) studeas operari bonū ad oēs: ita ut propter deū nec inimico officiū humanitatis corporale seu spirituale negandū subtrahēdumq; existimes: cōstat te quoq; abundare unguentis optimis: nec caput aut pedes dñi tm: sed passim quātū in te est ungere suscepisse totū corp⁹, quod est ecclesia. Et fortè prouide ob hoc dñs Iesus paratam sibi confectionē expendi noluit in suo corpore mortuo: ut seruaret uiuo. Viuit enim ecclesia quæ manducat panē uiuum qui de cælo descēdit. Ipsa est charius corp⁹ Christi: qđ ne mortem gustaret: morti illud alterū traditum fuisse nullus christianus ignorat. Ipsam ungi: ipsam foueri desiderat: ipsius infirma mēbra cupit fomētis accuratioribus releuari. Ipsi ergo p̄ciosa unguenta retinuit, cū anticipās horam & accelerans gloriam, mulierum deuotionem nō eluſit sed instruxit. Renuit ungi, sed parcens non spernēs. Non recusans obsequium, sed reseruās proficuum. Proficuum dico, nō huius materialis atq; corporalis unguenti: sed planè spiritualis: quod in isto designatū est. In isto ergo pepercit magister pietatis unguentis optimis pietatis: quæ membris suis indigentibus tā corporaliter quàm spiritualiter oīno cuperet exhiberi. Deniq; paulo ante cū in caput ei⁹ aut etiā in pedes funderet unguentū: ipsumq; satis p̄ciosum: nunquid phibuit? imo & obstitit prohibētibus. Nam & Simoni indignanti q̄ se tangi à peccatrice permitteret: longam texuit reprehensionis parabolam: & alijs perditionis unguentum causantibus respondit, dicens.
Matt.26. Quid molesti estis huic mulieri? Nomunquam ego (ut modicum faciam excessum) cum sederem mihi ad pedes Iesu mœrens: & offerens sacrificiū spūs contribulati in recordatione peccatorū meorum: aut certè ad caput si qñ uel raro starem & exultarē in recordatiōe bñficiorum
Ibidem. eius: audiui dicētes. Vt quid pditio hæc? Causantes uidelicet q̄ soli uiuerē mihi: qui (ut putabāt) multis prodesse possem. Et dicebāt. Potuit enī uenūdari multo & dari pauperib⁹. Sed nō bonū mercatū mihi est etiā si uniuersum mūdū lucrer: meipsum pdere & detrimētū mei facere. Vnde intelligēs uerba hæc inter illas esse quas scriptura loquit
Esaie.3. muscas morituras quæ pdūt suauitatē unguenti: recordatus sum diuinæ illius sententiæ. Populē meus qui te beatificāt in errorem inducunt. Verū audiāt excusantē dñm:
Matt.26. & respōdentē pro me: q me quasi de ocio incusant. Quid, inquit, molesti estis huic mulieri? quod est: uos uidetis in facie: & ideò fm facies iudicatis. Non est uir (ut putatis) qui possit mittere manū ad fortia: sed mulier. Quid tentatis ei imponere iugū, ad quod ego cum minus sufficientē intueor? Bonū op⁹ operatur in me. Stet in bono quādiu nō conualescit in melius. Si qñ de muliere in uirū, & uirū perfectum profecerit: poterit & in opus pfectionis assumi. Fratres reuereamur episcopos: sed uereamur labores eorum. Si labores pensam⁹, nō affectamus honores. Agnoscamus impares uires nostras: nec delectet molles & fœmineos humeros uirorum, supponere farcinis: nec obseruemus eos, sed honoremus. Inhumane nempè eorum redarguis opera: quorū onera refugis. Temerarie obiurgat uirum de prælio reuertentem: mulier nens in domo. Dico enim. Si is qui de claustro est: cum qui uersatur in populo interdū minus districte: minusue circūspecte sese agere deprehenderit (uerbi gratia, in uerbo, in cibo, in somno, in risu, in ira, in iudicio) non ad iudicandum cofestim pEccli.42. siliat: sed meminerit scriptum. Melior est iniquitas uiri, quàm bñfaciens mulier. Nam tu quidē in tui custodia uigilans bene facis, sed q̄ iuuat multos: & melius facit & uirilius. Qđ si implere nō sufficit absq; aliqua iniquitate, id est absq; quadā inæqualitate uitæ & cōuersatiōis suæ: meLucæ.4. mēto qa charitas operit multitudinē peccatorū. Hæc dicta sint contra geminā tentationē: qua sæpe uiri religiosi episcoporū uel ambire gloriā: uel excessus temere iudicare diabolicis instigationibus incitantur. C Sed redeamus ad unguēta sponsæ. Vidésne quàm sit præferendum cæteris istud pietatis unguentum: de quo solo pmissum non est perditionē fieri? Tantū perditio de ipso non fit: ut nec aquæ frigidæ munus irremuneratū sinatur. Bonū tamen contritionis unguentū qđ de recordatione peccatorum conficitur: mittiturq; in pedes dñi: qa cor contritū & humiliatū deus nō despiciet. Cæterū longe meli⁹ esse arbitror id quod dicit deuotiōis factū de recordatione beneficiorū dei: quippe quod & capiti idoneū reputatur: ita ut perhibeat de ipso deus. Sacrificium laudis honorificabit me. Porrò utrūq; uincit unctio pietatis: quæ de respectu miserorū fit: & per uniuersum Christi corpus diffunditur. Corpus dico non illud crucifixum: sed quod illius acquisitum est passione. Optimū reuera unguentū in cuius cōparatione cætera nec respicere se ostendit qui
Matt.9. ait. Misericordiam uolo & nō sacrificium. Hanc ergo potissimū inter cæteras uirtutes redolere puto ubera sponsæ: quæ sponsi per oia gestit cōgruere uoluntati. An non odore miæ Thabita etiā in morte fragrabat? & ideò cito de morte cōualuit: qa prænaluit odor uitæ. D Sed audite uerbum abbreuiatū super præsenti capitulo. Quisquis & inebriat uerbis & fragrat bñficijs sibi dictū putet: qa me Gant.1. liora sunt ubera tua uino: fragrātia unguētis optimis. Et ad hæc quis idoneus? Quis nostrū unum saltem horum integre perfectecq; possideat: ut nō uidelicet interdum & in dicēdo sterilior: & in operādo tepidior sit? Sed est quæ merito & nō dubie hoc p̄conio glorieť: ecclesia utiq; cui nūquā de uniuersitate sua deest, & unde inebriet, & unde fragret. Qđ eīm sibi deest in uno: habet in altero: fm men- I.Cor.12. surā donationis Christi: ac moderationē spūs diuidentis singulis, put uult. Fragrat ecclesia in his qui sibi faciunt amicos de māmona iniqtatis: inebriat in ministris uerbi: qui uino lætitiæ spūalis infundunt terrā & inebriāt eā & fructū referūt in patientia. Ipsa audacter securecq; sese nominat sponsam: tanquā quæ uerè habet ubera meliora uino: & fragrantia unguētis optimis. Quod & si nemo nostrū sibi arrogare præsumat: ut aīam suam qs audeat sponsam dñi appellare: qñ tamē de ecclesia sumus: quæ merito hoc noīe & re nois gloriat: nō immerito gloriæ hui⁹ participiū usurpam⁹. Qđ eīm simul oēs plene integrecq; possidemus: hoc singuli sine cōtradictione participamus. Gratias tibi dñe Iesu, q nos charissimæ ecclesiæ tuæ aggregare dignatus es: nō solum ut fideles essemus: sed ut etiam tibi uice spōsæ in amplexus iocundos, castos æternosq; copularemur: reuelata & ipsi facie speculantes gloriam tuā: quæ tibi communis pariter est cum patre & spiritusancto in secula seculorum. Amen.

De gloria & laude deo semper attribuenda pro omnibus bonis eius nobis impensis. Sermo. XIII. B

RIgo fontiū & fluminū oīm mare est uirtutum & scientiarū dominus Iesus christus. Quis eīm dominus uirtutum nisi ipse est rex gloriæ? Sed & iuxta Annæ canticum Ideipse deus scietiarū 1.Reg.2.

dominus

dñs est. Continentia carnis, cordis industria uoluntatis rectitudo ex illo fonte manant. Non solum autem, sed & si quis callet ingenio: si quis nitet eloquio: si quis moribus
Colloss.2. placet, inde est. Inde scīæ: inde sapiæ sermo. Thesauri siqui dem sapiētiæ & scīæ ibi oēs absconditi sunt. Quid: Casta consilia, iusta iudicia, sancta desideria: nónne riuuli fontis illius sunt: Quòd si copiæ aquarū secretis subterraneisq; recursibus incessanter æquora repetunt: ut inde rursus ad uisus ususq; nostros iugi & infatigabili erumpant obsequio: cur non etiam spirituales riui ut arua mentium rigare non desinant, proprio fonti sine fraude & sine intermissione reddantur: Ad locum unde exeunt reuertantur flumina gratiarum ut iterum fluant. Remittatur ad suum principiū cæleste profluuiū quo uberius terræ refundat.
1.Thess.5. Qualiter inquis: qualiter dicit apl's. In omnibus gratias agētes. Quicqd sapientiæ, quicqd te uirtutis habere confidis: dei uirtuti & dei sapientiæ reputa Christo. Et qs tā
Luc.18. insanus, ais, ut alīunde præsumat: Nemo planè adeò ut & pharisæus gratias agat: cuius tamen iustitiæ non est laus à deo. Nec enim illa gratiarum actio (si bene recolis euangeliū) gratiorē eū facit. Quarer Quia quicquid in ore denotum sonuerit: cordis nō sufficit excusare tumorē apud
Psal.137. eum qui alta álonge cognoscit. Deus ô pharisæe nō irri-
1.Cor.4. detur. Putas tu habes aliquid quod non accepisti: Nihil, inquit, & ideò gratias refero largitori. Si omnino nihil: ergo nec meritum præcessit in te illum: ut illa de quibus gloriaris acciperes: Quod si & fatearis, primo quidē frustra inflaris aduersus publicanum: qui ideò nō habet qd' tu: quia non accepit ut tu. Deinde uide etiam ne non intergre sua dona resignes deo: & tibi inflectens aliquid de gloria & honore ipsius fraudis merito arguaris: & fraudis in deum. Si enim de his quæ factas ex te tibi quippiam fortè arrogares: falli te magis quàm uelle fraudare crederem & errorem corrigerem. Nunc uerò quia gratias agendo, probas te tibi nihil tribuere: sed dei esse dona tua merita prudenter agnoscere: certè cæteros aspernendo prodis te, q̄ in corde & corde locutus sis: altero commodans linguam mendacio: altero ueritatis usurpans gloriam. Non enim iudicares publicanum contēnendū præte, si non præ illo te honorandum censeres: D Sed quid respondes apl'o
1.Thim.1. præscribenti & dicēti: soli deo honor & gloria: Quid angelo distinguenti & docēti quid sibi retinere placeat deo:
Luc.1. & quid partiri dignetur hominibus: Nam gloria, inquit, in excelsis deo: & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Cernitis ne pharisæum agentem gratias: labijs quidē honorare deum: cordis autem sententia, sc: Sic usu quodā magis quàm sensu uel affectu psonare in ore multorum gratiarum actionem aduertere est: intantum ut homines quoq; sceleratissimi ad quæq; flagitia & facinora sua soleāt gratias deo agere q̄ bene prosperecq; (ut quidem ipsi sapiunt) cesserit sibi in adimpletione peruersarum uoluntatum suarum. Audi (uerbi gratia) furem cum impiæ machinationis male cupitum manipulum reportarit exultātem clam & dicentem. Deo gratias: non inanes uigilias feci: nocturnum laborem meum non perdidi. Similiter qui hominem interfecit: nónne gloriatur & refert gratias q̄ prænaluit aduersus æmulū: aut de hoste se uindicauit: Et nihilomin9 adulter tripudians gestit in dei laudes q̄ diu optato concubitu tandē potitus sit. Non ergo omnis gratiarum actio accepta est deo: nisi quæ de cordis pudica & mera simplicitate procedit. Pudica sanè dixerim propter eos qui & de malis actibus suis gloriātes deo gratias age-
prouer.2. re solent: quasi deus more ipsorum lætetur cum male fecerint, & exultet in rebus pessimis. Audiet qui huiusmo-
Psal.49. di est. Existimasti inique q̄ ero tui similis: arguam te & statuam cōtra faciem tuam. Mera uerò adiunxi propter hypocritas qui deum quidem de bonis suis sed uerbotenus glorificantes: corde retinent quod ore præbuerāt: & quoniam dolose agunt in conspectu eius: inuenitur iniquitas eorum ad odiū. Illi impie mala sua deo: isti dei bona fraudulēter intorquēt sibi. Et quidē primū illud tam stultum tamq; seculare ac quodammodo etiam bestiale est: ut nocesse nō habeā de ipso monere uos. Cæterum sequēs religiosis maxime & spiritualib9 uiris insidiari solet. C Magna & rara uirtus profectò est: ut magna licet operantem magnum te nescias, & manifestam omnibus tuā te solum latere sanctitatē. Mirabilem te apparere & contemptibilē reputare, hoc ego ipsis uirtutibus mirabilius iudico. Fidelis reuera famulus es si de multa gloria domini tui, etsi non exeunte ex te: tamen transeunte per te nil tuis manibus adhærere cōtingat. Tūc iuxta pphetā pronūcis anari
Esaie.33. tiam ex calūnia: & excutis manus tuas ab omni munere. Tunc iuxta mandatū dñi: lux tua lucet coram hoibus: ad
Matt.5. glorificandū non te: sed patrē qui in cælis est. Sed & imitator Pauli fideliumq; prædicatorū nō prædicantiū semetipsos: æque nec tu quæ tua sunt quæris: sed quæ Iesu chri
Philip.2. sti. Quobrem audies & tu. Euge serue bone & fidelis: quia
Matt.25. sup pauca fuisti fidelis: supra multa te cōstituā. Ioseph cū domū & oīa bona ægyptij dñi sui sibi credita sciret: dominam non ignorauit exceptam, & ob hoc non acqeuit cōtingere. Non est, inquit, ex omnibus bonis domini mei
Gen.39. quod nō in mea potestate sit, uel non tradiderit mihi præter te quæ uxor eius es. Mulierē nouerat gloriā esse uiri:
1.Cor.7. & iniquum sibi iudicauit uice cōtraria ingloriū facere eū q̄ se fecerat glorioſum. Aduertit homo dei sapientia prudens uirum uxorē fortiter tanquā propriā zelare gloriā, sibiq; ipsi retinuisse seruandā, nō alij credidisse: & manum ad non cōcessum extendere nō pſumpsit. Quid ergo: homo zelat gloriam suam: & deū audet uelle fraudare de sua quali nō zelantē: D Sed audi qd dicat: Gloriā, inquit,
Esa.42. meā alteri nō dabo. Quid ergo dabis nobis dñe: quid dabis nobis: Pacē, inquit, do uobis: pacem relinquo uobis,
Ioan.14. Sufficit mihi. Gratanter suscipio quod relinquis: & relinquo quod retines. Sic placet: sic mea interesse nō dubito. Abiuro gloriam prorsus: ne fortè si usurpauero non conceſſum, perdam merito & oblatum. Pacē uolo, pacem desidero & nihil amplius. Cui non sufficit pax: nō sufficis tu.
Ephes.2. Tu es enī pax nr̄a q̄ fecisti utraq; unum. Hoc mihi necessārium: hoc satis est: reconciliari tibi: reconciliari mihi. Nam
Iob.7. ex quo posuisti me cōtrariū tibi: factus sum etiam mihimetipsi grauis. Cautus sum nec ingratus fore beneficio datæ pacis: nec sacrilegus inuasor gloriæ tuæ. Tibi domine tibi gloria tua maneat illibata: mecū bene agitur si pacem habuero. Golia prostrato lætatus est populus pacem recepta: sed Dauid singlariter extitit glorioſus. Iosue, Iepthe, Gedeon, Sanson, Iudith quoq; quāquam fœmina: gloriose in diebus suis triumpharunt de hostibus: sed pace cum gaudio fruētib9 cæteris: nemo eis communicauit in gloria. Iudas machabæus multis & ipse inclytus uictorijs: cū frequenter exultanti populo pacē fortiter pugnando tri-
1.Mac.4. buisset: nunquid gloriam quādoq; est partitus alicui: Denicq; & facta est, inquit, non gloria: sed lætitia magna in populo. Quid minus ab his omnibus conditor omnium fecit, quominus & ipse debeat gloriari singulariter: Solus cuncta creauit: solus de hoste triumphauit: solus captiuos liberauit: & socium habebit in gloria: Et brachium, inqt,
Esaie.63. meum auxiliatum est mihi. Item. Torcular calcaui solus:
Ibidem. & de gentibus non est uir mecū. B Quid mihi ergo cū uictoria si nec in prælio fui: Impudētissime mihi arrogo uel gloriam absq; uictoria: uel uictoriam sine pugna. Sed
Psal.71. suscipite montes pacem populo: pacē suscipite nobis: nō gloriam: ipsi soli eam seruantes, qui solus & pugnauit & uicit. Ita quæso ita sit: gloria in excelsis deo: & i terra pax
Luc.2. hominibus bonæ uoluntatis. At uerò non bonæ sed planè iniquæ uoluntatis est: qui nequaquam pace content9: superbo oculo & insatiabili corde inquiet9 anhelat & ad gloriam dei: nec pacem proinde retinens, nec gloriam apprehendens. Quis credat parieti si se dicat parturire radium quem suscipit per fenestram: Aut si glorientur nubes q̄ imbres genuerint: quis nō irrideat: Mihi liquido constat nec de canalibus oriri riuos aquarum: nec de labijs uel dentibus uerba prudentiæ: etli sensus ultra cor-

Universidad de Deusto Biblioteca

poreus nō attingat. Siqua sanè in sctis digna laude uel admiratione intueor: clara luce ueritatis discutiens: profectò reperio laudabilem siue mirabilē alium apparere: atq; alium esse, & laudo deum in sanctis eius: siue sit Helisæus: siue ille magnus Helias mortuorū utiq; suscitatores: ipsi quidem suo non imperio, sed ministerio foris exhibēt nobis noua & insueta. Deus uerò in ipsis manens ipse facit opera: inuisibilis & inaccessibilis in se: in suis spectabilis
Psal.71. atq; mirabilis est: & solus mirabilis qui facit mirabilia solus. Nec laus calami, laudabilis est pictura siue scriptura: nec gloria linguæ aut labiorum sermo bonus. C Tem-
Esa.10. pus est ut & propheta loquatur. Nūquid gloriabitur, inquit, securis cōtra eum qui secat in ea: aut exaltabitur serra contra eum à quo trahitur? Quomodo si eleuetur uirga contra eleuantem se, & exaltetur baculus qui utiq; lignum est: sic contra dominum omnis qui gloriatur: si nō in domino glorietur. Si gloriandū est, Paulus me docuit un-
2.Cor.1. de & in quo. Gloria, inquit, nostra hæc est: testimoniū cōscientiæ nostræ. Securus glorior, si teste cōscientia de gloria conditoris nihil mihi usurpo. Securus planè: qa iam non contra dominū, sed in domino. Hæc nobis gloriatio non
Ioan.5. solum nō phibet: sed & suadetur cū dicitur: Gloriā ab inuicem quæritis: & gloriam quæ à solo deo est non uultis? Reuera gloriari in solo deo: nō nisi à solo deo est. Nec mediocris ista gloria, quippe tā uera, quàm de ueritate & in ueritate: tam rara, ut uix uel paucitas perfectorū perfecte
Psal.61. glorietur in ea. Eant ergo uani filij hoim, mendaces filij hominū: cāt & decipiāt ipsi de uanitate in idipsum. Nam sapiens gloriator probabit opus suū: atq; ad lumen ueritatis diligenter examinabit: & sic habebit in semetipso gloriā: & nō in ore alteri9. Stultus sum si cistellæ labiorū tuorū gloriā meā credidero: & cœpero mēdicare eā abs te, cū habere uoluero. Nónne nempe in tuo arbitrio est probare me uel improbare prout noluerís? Sed si retineo penes me: ipse fidelius seruo mihi. Imo nec mihi eam credo: ipsi
2.Tbi.1. potius repono seruandam, qui potēs est depositum meū seruare in illum diem: cautus in custodiendo: fidelis in restituendo. Secura tunc erit unicuiq; laus à deo: his duntaxat qui humanas laudes cōtempserint. Nam gloria in cō-
Psal.52. fusione corū q terrena sapiūt: dicēte etiā Dauid. Qui hominib9 placēt cōfusi sunt: qm̄ de9 spreuit eos. A Fratres si hæc scitis: nemo uestrū uelit laudari in uita ista: qa qcqd hic fauoris captas qđ ad deū nō retuleris: ipsi furaris. Tibi em̄ unde gloria putide puluis: tibi unde? De uitæ sanctitate? Sed spūs est qui sanctificat: spūs dico, non tu9, sed dei. Et si prodigijs aut signis effulgeas: in manu tua fiunt: sed uirtute dei. An blanditur popularis fauor: q uerbum bonū & bene fortè deprōpseris? Sed Christus donauit os & sapiētiam. Nam lingua tua quid nisi calamus scribe? Et hoc ipsum mutuo accepisti. Talentū creditū est, repetendū cū usura. Si inuētus fueris ad opus impiger: ad fructū referēdū fidelis: pro labore tuo mercedē accipies. Si quominus tolletur à te talētū: & nihilominus exigetur lucrū: & uocaberis seruus nequā & piger. Omnis igit de bonis multiformis gratiæ apparentis in uobis referat ad ipsum laus: laudabilitū siquidē uniuersorū auctorē & largitorē. Idq; non ficte: quemadmodū ab hypocritis: nec sola consuetudine sicut à secularibus: sed nec quadam necessitate: ut iumenta ferendis oneribus applicantur: sed sicut decet sanctos: synceritate fida: deuotione solicita: hilaritate grata sed nō dissoluta. Immolantes itaq; hostiā laudis & reddentes uota nostra de die in diem, curemus omni uigilantia iungere sensum usui: affectum sensui: exultationem affectui: grauitatē exultationi: humilitatē grauitati: libertatē humilitati: quo interdum liberis purgatæ mentis passib9 procedamus: & excedamus per inusitatas quasdam affectiones spirituales lætitias in iubileis amœnitatibus: in lumine dei: in suauitate: in spiritusancto: probantes nos cōprehēsos in his quos propheta intuebatur cum diceret. Dñe in lumine uultus tui ambulabūt: & in noīe tuo exultabunt tota die: & in iustitia tua exaltabūtur. C At sortasse aliquis mihi dicat: Bene admones: sed si ea diceres q̄ tuo proposito cōuenirent. Expectate paulisper. Non sum immemor. Nónne in manibus est id tractare quod dicit: Oleum effusum nomen tuum: Hoc opus: hic labor est. Et Cant.1.
quæ præmisimus an fuerint necessaria uos uideritis. Nūc Aeneī.6.
quod ad me attinet: quia hinc aliena non sint, paucis aduertite. Non recordamini in sponsæ uberibus extremam commendatam esse suaueolentiam unguentorum? Quid ergo consequentius quàm ut eandem fragrantiā spōsa ne sibi arrogare putet de spōsi bñficio recognoscat? Cui planè sensui illa oia quæ ptaxauim9 subseruire cognoscitis. Quòd ubera (inquit) mea sic redolēt & sic placēt: nec studijs nec meritis ascribo meis: sed tuæ ô sponse tribuo largitati: de oleo utiq; effuso noīe tuo. Hoc proliteræ consequentia. Cæterum explanatio ipsius capituli: cuius occasione super nequissimo uitio ingratitudinis præsentē sermonem tam in longum ptraximus: tempus aliud & aliud exordiū sermōis desiderat. Nūc hoc solū admonitos uos esse sufficiat: si sponsa utiq; de omni uirtute sua uel gratia minime audet sibi quippiā arrogare: quanto minus adolescētulæ fortè quæ nos sumus? Dicamus proinde & nos spōsæ uestigia insectātes: dicamus. Nō nobis dñe non nobis: sed noī tuo da gloriam. Dicamus nō uerbo & lingua tantum: sed ope & ueritate: ne fortè (quod nimis uereor) dicatur & de nobis. Qm̄ dilexerunt eum in ore suo, & lin- Psal.77.
gua sua mētiti sunt ei. Cor aūt eorū nō erat rectū cum eo: nec fideles habiti sunt in testamento eius. Dicamus ergo dicamus: clamātes plus medullis cordis, quàm labijs oris. Saluos fac nos dñe deus noster: & congrega nos de nationibus: ut confiteamur noī sancto tuo, nō nostro: & gloriemur in laude tua: nō nostra in secula seculorum. Amen.

De ecclesia fidelium christianorum, & de synagóga iudæorum perfidorum. Sermo XIIII. A

NOtus in iudæa deus: in israel magnum nomen Psal.75.
eius. Populus gentium qui ambulabat in tene- Esaie.9.
bris uidit lucem magnam: quæ erat in Iudæa & in Israel: noluitq; accedere & illuminari: ut p̄. 33.
qui aliqñ non ppls: nūc ppls esset: lapisq; unus angularis 1.Petr.2.
ambos in se parietes uenientes è diuerso recipet: & esset de Ephes.2.
cætero in pace locus eius. Porrò fiduciā dabat inuitantis Psal.75.
uox q̄ iā sonuerat. Lætamini gētes cū plebe eius. Ergo ac- Roma.5.
cedere noluit: sed uertit synagóga: immundā asserens ecclesiā de gentibus: & indignā idololatriæ fecem & ignorātiæ cæcitatē improperās: & dicebat. Tu em̄ quo meritor? Noli me tāgere. Cur inqt? An iudæorū tm̄ deus? Nónne & gentiū? Etsi mihi certè meritum deest: sed non illi miseratio? Nūqd solūmodo iust9 est? Est & misericors. Domi- Psal.118.
ne ueniant mihi miserationes tuæ & uiuā. Et rursum. Mise- Ibidem.
ricordiæ tuæ multæ dñe: p̄m iudiciū tuū uiuifica me: q̄ nimirū tēperatū misericordia est. Quid faciet iust9 & misericors dñs? Altera gloriāte in lege: & applaudente iustitiā sibi: nec indigēte misericordia: sed despiciente ipsam q̄ indiget. Altera è regiōe, ppria cognoscēte delicta: cōfitēte indignitatē: renuente iudiciū: flagitante misericordiā: qd inquā faciet iudex: & ille iudex cui & iudicare & misereri sic utrūq; familiare est: ut neutrū altero familiarius? Quid sanè possit cōuenientius quàm ut pro suo quæq; accipiat uoto: iudiciū illa: ista misericordiā. Iudæus iudiciū q̄rit & habeat; gentes autē sup misericordia honorant deū. Et est iudiciū, ut qui cōtēnunt dei misericordē iustitiā: & suam uolūt cōstituere (quæ profectò nō iustificat sed accusat) eidē suæ iustitiæ relinquant̄ opprimendi magis quàm iustificādi. C Est quippe ex lege (quæ neminē unquā duxit ad perfectū) iugum quod nec ipsi nec patres eorum unquā portare potuerūt. Sed syngóga fortis est: non curat onus leue: nec iugū suaue. Sana est, non est ei opus medicus: nec unctio spūs. Confidit in lege: liberet eam si potest. Non aūt data est lex quæ possit uiuificare: insuper & occidit. Litera em̄ occidit. Propterea, inquit, dico uobis 2.Cor.3.
moriemini in pēīs uestris. Hoc ergo iudiciū ô synagóga quod flagitas. Errori tuo cæca & contentiosa desereris, donec

donec plenitudo gẽtium quas superba spernis & inuida repellis introcat: & agnoscat etiam ipsa, ipsum qui not⁹ est in iudæa deus: quodq; est in israel magnũ nomen eius.
Ioan.9. Hoc qppe in iudiciũ uenit Iesus in hũc mundũ: ut qui nõ
ps.93. uident uideant: & qui uidẽt cæci fiant. Ex parte tñ: qa nõ repellet dñs plebẽ suã ex toto: seruans sibi ad semen apl'os & multitudinẽ credentiũ: quorũ erat cor unũ & aĩa una.
Luc.1. Sed nec repellet in finẽ reliquias saluaturus. Iterum enim suscipiet israel puerũ suũ: & recordabitur miæ suæ: ut ne ibi quidẽ iudiciũ deserat comes mia: ubi nullũ ipsa reperit locũ. Aliogn si pro meritis recepisset: iudiciũ profectò sine misericordia ei qui nõ facit misericordiam. Habet qp pe iudæa oleũ multũ diuinæ notitiæ: idq; in se tanquã in uase clausum auara retinet. Peto & nõ miserẽ nec cõmodat. Sola dei cultum: sola notitiam: sola uult possidere magnum nomẽ eius. Nec zelat sibi: sed inuidet mihi. Ergo tu dñe iudica iudiciũ meũ: & nomen tuũ magnũ magnificetur adhuc: & oleũ qđ multũ est multiplicetur magis. Crescat, ebulliat, effundatur, deriuetur & in gentes: & sentiat oĩs caro salutare dei. Quo pacto ut uult iudæus ingratus, tota in barba Aaron remaneat unctio salutaris: Nõ barbæ: sed capitis est. Caput aũt nõ barbæ solius: sed & totiꝰ est corporis. Capiat sanè prima: nõ sola. Refundat & inferioribus membris, quod accepit ipsa desuper. Descendat descendat & in ubera ecclesiæ supernus liquor. Auida qp pe nimis hunc sibi exprimere de barba non despicit. Per-
Cantic.1. fusaq; rore gratiæ, ut se non ingratam probet dicat: Oleũ effusum nomen tuum. A Sed exuberet quæso adhuc & perueniat usq; in oram uestimẽti: in me utiq; omnium nouissimo atq; indignissimo: de uestimento tñ. Nam & ego illud mihi de maternis uberib⁹ tãquã parul⁹ in Christo iure profectò pietatis efflagito. Q; si murmuret homo cui de bonitate oculus nequam est: dñe responde pro me. De uultu tuo iudiciũ meũ prodeat: & non de supcilio israel.
Matt.20 Imo responde pro te: & dic calumniatori: tibi quippe calũniaq; tribuas gratis. Dic proinde illi. Volo & huic nouissimo dare similiter. Displicet pharisæo. Quid musitas. Ius meum uolũtas est iudicis. Quid iustius ad meritũ: qd ad præmiumditius: An non licet ei qđ uult facere: Mihi quidem misericordia: sed tibi minime iniuria fit. Tolle qđ tuum est, & uade. Si decreuerit saluare & me, quid tu per-
Psal.62. dis: Exaggera quantũ uis merita: & extolle sudores: melior est misericordia dñi sup uitas. Fateor, nõ sustinui põdus diei & æstus: sed iugũ suaue & onus leue, p bñplacito patrisfamilias porto. Opus meum uix unius est horæ: & si plus: præ amore non sentio. Iudæus pprias exercitet uires: mihi probare libet q̃ sit uolũtas dñi bona & beneplacens & perfecta. Ex ea sanè operis ac temporis dãna mihi resartio. Ille pacto conuentionis: ego placito uoluntatis innitor: credo & nõ ad insipientiam mihi. Nam uita in uoluntate eius. Illa mihi reconciliat patrem: illa hæreditatẽ restituit: etiam cumulatiori gratia symphoniæ & cantus & epularum: ac totius exultãtis familiæ celeberrima gau-
Luc.15. dia suscitat mihi. Si indignatur frater meus senior: ille q
Ibidem. hœdũ comedere mauult cũ amicis suis foris: quàm mecũ in paterna domo uitulũ saginatũ. Respõdebitur illi. Epulari & gaudere oportet: quia hic filius meus mortuus fuerat & reuixit: perierat & inuentus est. Adhuc synagóga foris epulatur cum amicis dæmonibus: quib⁹ satis placet qp hœdũ pctũ insipiens deuorat transglutiens & reponẽs, atq; quodãmõ occultans sibi illud in uentre socordiæ & insipietiæ suæ: dũ contemnens dei iustitiã: & suam uolens cõstituere: dicit se nõ habere peccatũ: nec morte egere uituli saginati: mũdam siquidẽ iustãq; ex legis operibus reputãs. At uerò ecclesia scisso uelo occidẽtis literæ in morte uerbi crucifixi: audacter adeius penetralia, præcunte spiritu libertatis irrumpit: agnoscitur, placet, sortiꝰ æmulæ locum: sit sponsa: fruitur præceptis amplexibus: & in calore spũs Christi dñi cui cõfricatur inhærẽs, stillante ac fundente undiq; suis oleũ exultationis præ participibus suis excipiens ipsum ait. Oleum effusum nomen tuum.

C Quid mirũ si ungit q̃ unctum amplectit? Ecclesia ergo recũbit intus: sed ecclesia interim pfectorũ. Spes tñ est & nobis. Excubemus pro foribus qui minus perfecti sum⁹: spe gaudentes. Sponsus & sponsa soli interim intus sint: mutuis secretisq; fruãtur amplexib⁹: nullo strepitu carnalium desideriorũ: nullo corporcorũ fantasmatum perturbante tumultu. Turba uerò adolescentularum quæ absq; hmõi ingetudinibus nõdũ esse pñt, foris expectet. Expectentq; secure: scientes ad se illud spectare quod legũt. Ad
Psal.44. ducentur regi uirgines post eam: proximæ eius asserẽtur tibi. Et ut quæq; sciat cuius spiritus sit: uirgines dico illas q̃ ante Christo fœderatæ quàm fœdate mũdi complexib⁹ ipsi firmiter perseuerant, cui se tanto felicius quãto matutius deuouerũt. Proximas uerò q̃ pristinã suam deformitatẽ in qua mũdo huic qñq; cõformes: mũdi principib⁹, id est spiritibus spurcis in oĩ carnali cõcupiscẽtia sese turpiter prostituerãt: tandẽ aliqñ erubescẽtes & exeuntes in noui hoĩs formã: quãto seri⁹ tãto synceri⁹ reformare festinant. Et hæ & illæ sanè pficiant, non deficiant neq; fatigẽtur: etsi necdum plenè in se sentiunt unde dicant & ipsæ. Oleum effusum nomen tuũ. Nec eñ audent adolescẽtulæ p se facere uerba sponso. Tñ si magistræ uestigiis pressius inhærere studẽt: effusi olei saltẽ odore delectabuntur & incitabunt etiã de odoris pceptione cupere & quærere potiora. A Frequẽter egoipse quod fateri non uerecũdor maximeq; in initio cõuersiõis meæ: corde dur⁹ & frigid⁹: & quærens quẽ uellet diligere anima mea: nec adhuc eñ diligere poterat: quẽ nondum inuenerat: aut certè minus quàm uellet diligebat: & ob hoc q̃rebat ut magis diligeret, quẽ nequaquã quæreret, nisi iam aliquatenus dilexiss̃et. Cum ergo eum quærerẽ in quo recalescceret atq; regescceret spũs meus: utiq; torpẽs & languẽs: nec ulla de parte occurreret q succurreret: p quẽ uidelicet pruina rigens quæ sensus stringebat inter nos dissolueretur: & uernalis illa suauitas ac spũalis amœnitas reuerteretur: tunc magis ac magis languebat & tædebat & dormitabat anima mea præ tædio: tristis penè & desperans: & musitans secũ illud: A facie frigoris eius qs sustinebit, cum subito fortè
Psal.147. ad affatũ uel etiam aspectum cuiuspiã spiritalis perfectiq; uiri, interdum & ad solã defuncti seu absentis memoriam flabat spũs & fluebant aquæ: & erant mihi lachrymæ illæ
Ibidem. panes die ac nocte. Quidnam istud nisi odor exalantis un-
Psal.31. ctionis: qua erat ille pfusus: Nõ eñ unctio quæ ad me nimirũ nisi hoĩe mediante non pertingebat. Eapropter etsi gaudebam de munere: confundebar tamẽ & humiliabar qp sola ad me tenuis exaltatio: & nõ pinguis aspersio peruenisset. Odoratu quippe delectatus non tactu: indignũ me proinde cognoscebam: cui per seipsum dulcescceret deus. Et nũc idipsum si accidat: auid⁹ qdẽ suscipio mun⁹ indultum, gratumq; habeo: sed dolens doleo per meipsum non meruisse: atq; ut dicit: de manu in manũ minime accepisse cũ obnixe id peterẽ. Puder nimirum magis ad hoĩs quàm ad dei moueri memoriã. Et tũc cũ gemitu clamo: Quãdo
Psal.41. uenia & apparebo ante faciẽ dei: Existimo & aliquos uestrum idẽ esse expertos: & experiri interdũ adhuc. Qua in re qd sentiẽdũ nisi qp nostra aut supbia cõuincit: aut hũilitas custodit: aut fraterna charitas nutritur: aut desideriũ excitat. Vn⁹ idẽq; cibus & ægrotis est medicina & ægrotatiuis dicta: porrò & debiles cõfortat, & delectat ualẽtes. Vn⁹ idẽq; cib⁹ & languorẽ sanat & seruat sanitatẽ: & corp⁹ nutrit & palato sapit. C Sed redeamus ad uerba spõsæ: & sic curem⁹ audire q̃ ait, ut studeamus sape & qđ sapit. Sponsa (ut dixi) ecclesia est. Ipsa est cui plus dimissum est: & q̃ plus diligit. Qđ æmula improperat ei ad cõuitiũ: hoc sibi ipsa inflectit ad cõmodũ. Inde mãsuetior ad correptionẽ: inde patiẽtior ad laborẽ: inde ardẽtior ad amorẽ: inde sagacior ad cautelã: inde humilior pro cõscientia: inde acceptior pro uerecundia: inde ad obediendum paratior: inde ad gratiarum actionem deuotior ac solicitior. Deniq; illa (ut dictũ est) murmurãte & memorãte merita sua, & labores, & pondus diei & æstus: ecclesia beneficiũ

Universidad de Deusto Biblioteca

Cantic.1. Psal.121. recolit dicēs. Oleum effusum nomen tuum. Hoc planè testimonium israel ad confitendum nomini domini. Non tamen israel secundum carnem: sed eius qui secundum spiritum est. Nam hoc ille quo pacto dicat. Non q̄ nō habeat oleum: sed non habet effusum. Habet sed reconditum: habet in codicibus: sed non in cordibus. Foris hæret in littera: cōtrectat manibus uas plenum sed & clausum: nec aperit ut ungatur. Intus, intus est unctio spiritus: aperi & ungere: & iam non eris domus exasperans. Quid facit oleū in uasis: si nō sentias & in membris? Quid tibi prodest piū saluatoris nomen lectitare in libris: nec habere pietatem in moribus? Oleum est. Effunde & senties uirtutem eius: quæ triplex est. Sed iudæus ista fastidit: uos audite. Volo dicere cur nomen sponsi oleo comparetur: quod nōdum dixeram. Et tres huius rei occurrunt causæ. At quoniam plurib⁹ uocabulis appellatur (eo q̄ nullum quo proprie dicatur inuenitur: ineffabilis quippe est) prius nobis inuocādus est spiritussanct⁹: ut de multis unū qd' uult hoc loco intelligi (qm̄ scripto designare nō placuit) per se nobis apire dignet. Sed hoc quoq; alias. Nā etsi in prōptu nūc essent oīa: & neq; uos onerati, nec ego fatigat⁹ essem: hora tm̄ finē indicit. Tenete in quo attentos uos reddidi, ut non sit cras necesse repetere: hoc incūbit: hoc in manibus est: docere scilicet cur nomē sponsi oleo cōparetur: & qd' de uobis. Et qm̄ nō possum ego à me dicere quicquā, indicta oratio est, ut nobis spōsus ipe reuelet p spm̄ suū Iesus xp̄s dns nr̄, cui est honor & gl'ia in secula seculorū. Amē.

Qualiter hoc nomē Iesus est medicina salubris fidelibus christianis in omnibus aduersis. Sermo. XV. A

Sapien.1. BEnignus est spūs sapietiæ: & nō consuevit esse difficilis se inuocantibus: q̄ sæpe & antequā inuocetur, dicit. Ecce adsum. Audite iam qd' orā

Esa.58 tibus uobis per me indicare dignat⁹ de eo qd' heri ad hoc ipsum distulim⁹, & orationum uestrarum fructum tempestiuum percipite. En ostendo nomen qd' oleo merito comparatur, & quo merito dicam. Multa quidem sponsi uocabula sparsa per omnem diuinam paginam legitis: sed in duo ea uobis uniuersa complector. Nullū (ut arbitror) reperietis: qd' non aut pietatis gratiam: aut potentiam maiestatis sonet. Spiritus ita dicit etiā per sibi familiarius organū: Duo hæc audiui, qa potestas dei est: &

Psal.61. Psal.110. tibi dñe mia. Ergo sm maiestatē sanctū & terribile nomen

Actu. 4. eius. Secūdū pietatē, nō est nomē aliud sub cælo datū hominibus in quo oporteat nos saluos fieri. Sed exēplis magis pspicuū fiet. Hoc est, inquit, nomē qd' uocabūt eū dns

Hier.23. Esaiæ.7. iustus noster. Nomē potētiæ est. Itē. Et uocabit nomē ei⁹ emanuel. Pietatē insinuat. Item ipse de se. Vos uocatis me, ait, magister & domine. Primum gratiæ est: sed m maiestatis. Non eīm min⁹ pium est docere animum scientiā, quàm

Ioan.13. Esaiæ.9. præbere escā corpori. Rursum ppheta. Vocabitur, inqt, nomen eius admirabilis, cōsiliarius, deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Primū, tertiū, quartū maiestatem sonant: reliqua pietatē. Quod horum ergo effundit? Profectò maiestatis ac potētiæ nomē, in id quod est pietatis & gratiæ quodāmodo trāsfunditur: ipsumq; effundi tur abūde per Iesum xp̄m saluatorē nostrū. Nomē (uerbi causa) qd' de⁹ est: nónne in id qd' est nobiscū deus, hoc est in emanuel liq̄scit & deficit? Sic admirabilis in id qd' est cōsiliari⁹? sic de⁹ & fortis in ea q̄ sunt pater futuri seculi & princeps pacis. Et dns iustus noster: misericors & miserator domin⁹. Nō dico nouū qd: quōdā quoq; nihilomin⁹ Abrā in Abraā: & Saray in Sarā effusa sunt: & iā tūc saluti feræ effusionis celebratū p̄figuratumq; mysteriū recordamur. Vbi iā illud qd' apud antiquos tā terribiliter quàm

Exod.20 Leuit.20 Numer.35. Esaiæ.27 frequēter intonare solebat: ego dns: ego dns. Mini dictat oro: cui⁹ principiū noīe dulci paterno: sequētiū obtinen darū petitionū p̄bet fiducia. Seruī noiant amici: & resurrectio nō tātū discipulis: sed fratribus nūciat. Nec mirū si

Iohelis.2. eū uenit plenitudo tpis facta est effusio noīs: deo q̄ppe qd' p Iohelē p̄miserat adimplēte & effundente de spū suo sup oēm carnē: cū tale aliqd & apud hebræos olim contigisse legā. Credo uos p̄uolare & scire iā qd dicere uelim. Quale erat inquā qd' scisciranti Moysi primo respōsum est: Ego sum q̄ sum: & q̄ est misit me ad uos. Nescio an uel ipe Moyses capet sic: si nō uidelicet effunderet. Sed fusum est: & captū est. Nec modo fusum: sed & effusum. Nā infusum iam erat. Iam cæli habebāt illud: iā angelis innotuerat. Est aūt foris missum, & qd' angelis ita erat infusum ut esset & priuatū: effusum & in hoīes est: ita ut iam tunc merito clamaretur de terra. Oleū effusum nomē tuū: si nō ingratæ plebis exosa puicacia obstitisset. Ait eīm. Ego sum de⁹ Abraā Exodi.3. & de⁹ Isaac, & de⁹ Iacob. D Curríte gētes ad manū est salus: effusum est nomē quod quicunq; inuocauerit salu⁹ erit. Angelorum deus etiā hominū deū se nominat. Oleū misit in Iacob: & cecidit in Israel. Dícite fratribus uestris. Date nobis de oleo uestro. Si nolunt, rogate dñm olei ut mittat & uobis. Dicite. Auser opprobriū nostrū. Ne quæso insultet maliuolus dilectæ tuæ: quā à finibus terræ euocare placuit tibi: tanto utiq; dignantius: quāto minus dignā. Decētne obsecro ut benigni patrisfamilias iuitatos seruus nequā excludat? Ego sum ais, deus Abraā, & deus Matt.3. Isaac, & deus Iacob. Et nō amplius? Effunde, effunde, aperi manū tuā adhuc: & imple oē aial bñdictione. Veniant ab oriēte & occidēte: & recūbant cū Abraā, Isaac & Iacob in regno cælorū. Veniāt, ueniāt tribus tribus domini: testi- Psal.121. monīū israel ad cōfitendū noi dñi. Veniāt & recūbāt, epu- ps.41. lentur & delectētur in lætitia: & unus ubiq; resonet in uoce exultatiōis & cōfessionis sonus epulantis: oleū effusum nomen tuū. Vnū scio: si Philippū & Andreā habuerimus ostiarios: repulsam oīno nō patimur quicūq; oleum petimus, qcūq; uolumus Iesum uidere. Incūctanter Philipp⁹ Ioan.12. dicet Andreæ: Andreas aūt & Philippus dicēt Iesu. Iesus autē qd: Profectò qd' Iesus. Nisi granū frumēti cadens in Ibidem. terrā mortuū fuerit: ipsum solū manet. Si aūt mortuū fuerit: multū fructū affert. Moriatur igitur granum: & surgat gētiū seges. Oportet pati Christū & resurgere à mortuis, & p̄dicari in noīe eius pœnitētiā & remissionē pctōrū: nō solū in iudæā, sed etiā in oēs gentes: quatenus ab uno nomine qd' est Christ⁹ milia milīū credētiū xp̄iani dicant, & dicāt. Oleū effusum nomē tuū. B Agnosco eīm nomē qd' in Esaia legi. Seruos suos, inquit, uocabit nomine alio: in Esa.65. quo qui benedict⁹ est super terrā benedicet in dño. Amē. O nomen bñdictū. O oleū usquequaq; effusum. Quousq; de cælo in iudæā, & inde ī omnē terrā excurrit: & de toto orbe clamat ecclesia: Oleū effusum nomen tuum. Effusum planè: quod nō solum cælos terrasq; perfudit: sed aspersit & inferos: adeò ut in nomine Iesu omne genu flectatur cæ- Philip.2. lestium terrestrium & infernorū: & oīs lingua cōfiteat & dicat. Oleū effusum nomen tuū. Ecce Christ⁹: ecce Iesus: utrūq; infusum angelis: utrumq; effusum in hoīes: & illos hoīes q cōputruerāt tāquā iumēta in stercore suo: hoīes & iumenta saluans: quemadmodum multiplicauit miam suā de⁹, quàm carū quàm uile. Vile sed salubre. Si uile non esset: nō mihi effunderet. Si salubre nō esset, nō me lucraretur. Partíceps noīs sum: sum & hæreditatis. Christian⁹ sum: frater Christi sum. Si sum qd' dico, hæres sum dei: co- Roma.8. hæres aūt Christi. Et qd mirū si spōsi effusum est nomē: cū Philip.2. ipse quoq; effusus sit. Nā semetipm exinaniuit formā serui accipiēs. Denīq; ait. Sicut aqua effusus sum. Effusa est ple- ps.21. nitudo diuinitatis: habitās sup terrā corporaliter: ut de illa plenitudine oēs qui corp⁹ mortis gestamus caperem⁹: ac uitali odore repleti dicerem⁹. Oleū effusum nomē tuū. En qd' nomen effusum: & qualiter & quatenus. Cur uerò oleū: Nā hoc nondū dixi. C In sermone superiore dicere cœperā: sed iteruenit subito aliud qd' p̄dicēdū uidebat: quāquā itermiserim ultra quàm credidi. Qd' nō aliud esse reor: nisi q̄ fortis mulier sapietia misit manū ad collū: & digiti eius apprehendert fusum. Nouit eīm modicam lanā Prou.31. uel linū in lōgū p̄ducere filū: atq; in telæ extendere latitudinē: & sic oēs domesticos suos uestire duplicib⁹? Est peculdubio iter oleū & nomē spōsi similitudo: nec ociosæ spūssanct⁹ alterutrū cōpauit. Ego aūt dico in triplici quadā qualitate olei:

ſitate olei: qđ lucet, paſcit, & ungit: ſi uos melius nō habe-
tis. Fouet ignē, nutrit carnem, lenit dolorē, lux, cibus, me-
dicina. D Vide idē nūc & de ſpōſi noīe. Lucet p̄dicatū:
paſcit recogitatū: inuocatū lenit & ungit. Et percurram⁹
ſingula. Vnde putas in toto orbe tanta & tam ſubita fidei
lux niſi de prædicato Ieſu? Nónne in huius nominis luce
de⁹ nos uocauit in admirabile lumē ſuū: quib⁹ illumina-
tis, & in lumine iſto uidentibus lumē, dicat merito Paul⁹.
Epheſ. 5. Fuiſtis aliq̄n tenebræ: nūc aūt lux in dño. Hoc deniq; no-
mē corā regibus & gētibus & filijs iſrael portare iuſſus eſt
idē apoſtolus: & portabat nomē tanquā lumē, & illumina-
Roma. 13. bat patriā, & clamabat ubiq;. Nox p̄ceſſit: dies autem ap-
propinquauit: abijciamus ergo opa tenebrarū, & indua-
mur arma lucis: ſic ut in die honeſte ambulemus. Et mon-
ſtrabat oibus lucernā ſup candelabrū, annuncians in oī
loco Ieſum & hunc crucifixum. Quō lux iſta inſplenduit
ac perſtrinxit cunctorū intuentiū oculos: q̄n de ore Petri
tāquā fulgur egrediens: claudi unius corporales plantas
ſolidauit & bales: multoſq; ſpūaliter cæcos illuminauit:
Actu. 3. Nunquid non ignem ſparſit, cū ait: In nomine Ieſu chri-
Nota. ſti nazareni ſurge & ambula? A Nec tantū lux eſt nomē
Ieſu, ſed eſt & cibus. An nō toties confortaris: quoties re
cordaris: Quid æque mentē cogitātis impinguat: Quid
ita exercitatos reparat ſenſus, uirtutes roborat, uegerat
mores bonos atq; honeſtos: caſtas fouet affectiones: Ari-
dus eſt oīs aīæ cibus: ſi nō oleo iſto infunditur. Inſipidus
eſt, ſi non hoc ſale conditur. Si ſcribas: non ſapit mihi
niſi legero ibi Ieſum. Si diſputes aut conferas: non ſapit mihi
niſi ſonuerit ibi Ieſus. Ieſus mel i ore: in aure melos: in cor
de iubilus. Sed eſt & medicina. Triſtatur aliquis noſtrum,
ueniat in cor Ieſus: & inde ſaliat in os: & ecce ad exortum
nominis lumen nubilum omne diffugit: redit ſerenū. La-
bitur quis in crimen, currit inſuper ad laqueū mortis de-
ſperādo: nónne ſi inuocet nomē uitæ: cōfeſtim reſpirabit
ad uitā? Cui aliq̄n ſtetit ante facie ſalutaris nominis duri-
tia (ut aſſolet) cordis, ignauiæ torpor, rancor animi, lan-
guor accidiæ? Cui fons fortè ſiccat⁹ lachrymarū inuoca-
to Ieſu: nō continuo erupit uberior: fluxit ſuauior? Cui
in periculis palpitanti & trepidāti: inuocatū uirtutis no-
mē nō ſtatim fiducia p̄ſtitit: depulit metū? Cui q̄ſo in du-
bijs æſtuanti & fluctuanti: nō ſubito ad inuocationē clari
noīs ſubito emicuit certitudo? Cui in aduerſis diffidenti:
iam iamq; deficienti: ſi nomē adiutorij ſonuit: defuit fortitu-
do? Nimirū morbi & languores aīæ iſti ſunt: illud medici-
Pſal. 49. na. Denique & probare licet. Inuoca me, inquit, in die tribu
lationis: eruam te, & honorificabis me. Nihil ita iræ impe-
tum cohibet: ſupbiæ tumorē ſedat: ſanat liuoris uulnꝰ: re-
ſtringit luxuriæ fluxum: extinguit libidinis flāmam: ſitim
temperat auaritiæ, ac totius indecoris fugat prurigīnem.
C Siqdē cū noīo Ieſum: hoiem mihi ꝓpono mitem & hu
milē corde, benignum, ſobrium, caſtum, miſericordem: &
omni deniq; honeſtate ac ſanctitate conſpicuū: eundemq;
ipſum deū oīpotentē: q ſuo me & exēplo ſanet & roboret
adiutorio. Hæc oīa ſimul mihi ſonāt cū inſonuerit Ieſus.
Sumo itaq; mihi exēpla de hoīe, & auxiliū à potēte: illa tā
quā pigmētarias ſpēs: hoc tanquā unde acuā eas: & facio
cōfectionē: cui ſimilē medicorū nemo facere poſſit. Hoc ti
bi electuariū habes ô aīa mea recōditū i uaſculo uocabu-
li huiꝰ qđ eſt Ieſus: ſalutiferū certe, quodq; nulli unquam
peſti tuæ inueniat inefficax. Semp tibi in ſinu ſit: ſemp in
manu: quo tui oēs in Ieſum & ſenſus dirigant & actus. De
Cantic. 8. niq; & inuitaris. Pone me, inquit, ſignaculū in corde tuo:
ſignaculū in brachio tuo. Sed hoc alias. Nūc uerò habes
unde & brachio medearis & cordi. Habes inquā in noīe
Ieſu unde actꝰ tuos uel prauos corrigas, uel minꝰ pfectos
adimpleas: itēq; unde tuos ſenſus aut ſerues ne corrūpāt,
aut ſi corrūpant ſanes. Habuit & iudæa q̄ſdā Ieſus q̄rū ua
cuis gliat uocabulis. Illa em̄ nec lucēt, nec paſcūt, nec me-
dent. D Idcirco ſynagóga i tenebris eſt uſq; adhuc, fame
& infirmitate laborās. Et nō ſanabit nec ſatiabit quousq;
ſciat meū Ieſum dñari Iacob & finiū terræ: & cōuertat ad
ueſperā: & famē patiat ut canes: & circūeat ciuitatē. Et illi
qdē p̄miſſi ſunt tanquā baculꝰ ad mortuū: prophetā præ
uenientes: & ſua interp̄tari noīa nequiuerūt. Vacua quip
pe erāt. Suppoſitus mortuo baculꝰ eſt & nō erat uox neq; 4. Reg. 4
ſenſus, q̄m baculus erat. Deſcendit q baculū miſit: & mox
ſaluū fecit ppl'm ſuū à pctis eorū: pbās ſe eſſe qđ dicebat.
Quis eſt hic q etiā pcta dimittit? Nimirū qui dicit. Salus Marc. 2.
ppli ego ſum: iā uox iā ſenſus eſt: & patet eū nō inane por
tare nomē inſtar priorū. Sentit infuſa ſalus, & beneficium
nō tacet. Intus ſenſus: foris uox. Cōpūgor & confiteor: &
cōfeſſio uitā indicat. A mortuo em̄ tanquā q nō eſt perit Eccli. 17.
cōfeſſio. Ecce uita ecce ſenſus. Suſcitat⁹ pfecte ſum: integra
eſt reſurrectio. An aliud mors corpis eſt: niſi cū ſenſu pri-
uatur & uita? P̄ctm̄ qđ mors aīæ eſt, nec cōpūctionis mihi
ſenſum, nec cōfeſſiōis reliq̄rat uocē: & erā mortuꝰ. Venit
is q pcta dimittit: & utrūq; reſtituit: & dicit aīæ meæ: ſalꝰ Pſal. 34.
tua ego ſum. Quid mirū ſi cedit morsubi uita deſcēdit? Iā Roma. 10
corde creditꝰ ad iuſtitiā: & ore cōfeſſio fit ad ſalutē. Iā oſci- 4. Reg. 4
tat puer: & oſcitat ſepties, & dicit: Septies i die laudē dixi Pſal. 118.
tibi dñe. Videte hūc ſeptenariū. Sacer nūerꝰ ē: nō uacat.
Sed meliꝰ hoc alij ſuamꝰ ſimōi: q̄ſ famelici & nō faſtidioſi
ad tā bōas epulas accedam⁹: iuitāte nos ſpōſo eccliæ dño
nr̄o Ieſu xp̄o: q eſt ſup oīa deus bñdictus in ſecula. Amen.

De cordis contritione: & de tribus ſpeciebus uerę
confeſſionis. Sermo. XVI B

QVid ſibi ergo uult ſeptenarius iſte. Neſcio em̄
an ita ſimplex quiſpiam in nobis ſit qui ocioſas
eſſe has uices: & numerū hūc putet fortuitum.
Ego nec illuc uacare reor q̄ propheta incūbēs 4. Reg. 4
ſup mortuū: ad menſuram puerilis corporis ſeſe cōtraxit,
os ſuū ori illius cōiūxit: oculiſq; oculos & manibus ma-
nus. Spūſanctus ſic oīa fieri: & ſic ſcribi fecit: ad eruditio-
nem proculdubio illorū ſpirituum quos corrupti corpo
ris circūuenit infida ſocietas: ac ſtulta mundi ſapientia de
ſipere docuit. Corpꝰ quippe quod corrūpitur aggrauat Sapien. 9.
aiam: & deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogi-
tantē. Propterea nemo miret ac moleſte accipiat ſi in his
ſcrutādis tanquam qbuſdā ſpūſanctī apothecis curioſus
exiſto: cū ſciam quia ſic uiuit: & in talibus uita ſpūs mei. Eſaiæ. 38.
Dico tñ his q prænolātes ingenio: in omni ſermone ante
penè ſtagitāt ſinē quàm principiū teneāt: debitorē me etiā
tardioribꝰ eſſe: & maxīe. Sed nec ſtudiū tā eſſe mihi ut ex-
ponā uerba, quàm ut ibunā corda. Et haurire & ppiare me
oportet: qđ nō ſit celeriter pcurrēdo: ſed tractādo diligē-
ter, & exhortādo frequenter. Quāquā & p̄ter ſpē q̄ſq; meā
diu nos diſcuſſio detinuit ſacrorū. Putaui fateor unū ad
hoc ſermonē ſufficere: ſiluāq; iſtā umbroſam latebroſamq;
allegoriarū ptranſire nos cito: & ad planitiē moraliū ſen-
ſuū itinere diei quaſi unius peruenire. Sed ſecus contigit.
Biduū qppe iā in eo expendim⁹: & adhuc reſtat uia. Ictus
oculi eminus ſummitates, ramorū & mōtiū cacumina p-
uolabat: ſed uallium ſubteriacēs uaſtitas, & denſitas dume-
torū fruſtrabat obtutꝰ. Nūqd (uerbi gra) Heliſei miracu
lū p̄uidere ualebā: qa nobis uidelicet de gētiū uocatione
& repulſiōe iudæorū diſſerētibꝰ: ita de ſubito i mediū pſi-
liret: Et nūc q̄n qdē incidim⁹ nō pigeat nos paululū imo
rari, cōſequēter ad id qđ intermittim⁹ poſtea reuerſuros.
Siqdē aiarū cibꝰ nihilominꝰ eſt iſte. Canibꝰ quoq; ac ue-
natoribus plerūq; contingit à beſtia quam aggreſſi erant
deliſtere: & ſeq aliā q̄ inopinātibꝰ fortè occurrerit. D Nō
paruū fiducię robur p̄ſtat mihi: q̄ magnꝰ ille uir ꝓpheta
potēs in ope & ſermone de excelſo mōte cælorū deſcēdēs
uiſitare dignatꝰ eſt me: cū ſim cinis & puluis: miſereri mor
tuo: inclinare iacenti: cōtrahi & coæquari puo: cæco par-
tiri lumē oculorū ſuorū: & os mutū oris ꝓprij oſculo ſol-
uere: debilesq; manus ſuarū roborare contactu. Suauiter
rumino iſta: & replent uiſcera mea, & interiora mea ſagi-
nant: & oīa oſſa mea germināt laudē. Hoc ſemel contulit
uniuerſitati: hoc quotidie ſingli in nobis actitari ſentim⁹:
& cordi ſcilicet tribui intelligētiæ lumē: & ori ædificatio-
nis uerbū: & manibus opus iuſtitiæ. Dat ſentire fideliter:

Universidad de Deusto Biblioteca

Eccls.4. dat pferre utiliter: dat efficaciter adimplere: & est funiculus triplex qui difficile rūpit: ad extrahendas aīas de carcere diaboli: & trahendas post se ad regna cælestia: si recte
4.Reg.4 sentias: si digne ploquaris: si uiuēdo cōfirmes. Oculis suis tetigit meos: interioris hois frontem claris luminaribus ornās: fide & intellectu. Ori meo iunxit suū: & mortuo signum pacis impressit: qm̄ cū adhuc pctōres essem⁹: reconciliauit nos deo: iustitiæ mortuos. Os ori applicuit: itera-
Gen.2. to inspirās ī faciē meā spiraculū uitæ: sed sanctioris quàm primo. Nā primo qdē in aīam uiuētē creauit me: scūdo in spiritū uiuificantē reformauit me. Manus suas meis supposuit: exēplum p̄bēs bonorū operū formam obediētiæ.
Proue.31. Aut certè man⁹ suas misit ad fortia: ut doceret man⁹ meas
4.Reg.4 ad p̄lium: & digitos meos ad bellum. Et oscitauit, inquit, puer septies. Sufficiebat ad gloriā manifestandi miraculi oscitasse semel: sed multiplicitas & insignis numerus mysterij admonent. Si illud ingens uniuersi humani generis primū quidē exanime corpus attēdas: uides ubiq; ecclesiam (ex quo uitā propheta incumbente recepit) quasi se-
Psal.118. pties oscitare: qa septies in die laudē dicere consuecuit. Si teip̄m aduertas: in hoc te noueris uita uiuere spirituali, ac mysticū hunc implere numerū: si sensualitatis tuæ quinariū: charitatis binario subijcis: exhibesq; iuxta apl̄m mēbra tua seruire iustitiæ in sanctificationē: q̄ prius exhibuisti seruire iniqtati ad iniqtatē. Aut certè si eundē quarium pximoq; salutī impartiēs ad pficiēdū septenariū duo hæc adijcias: mīam scilicet & iudiciū cātare deo. B Habeo & alias septē oscitatiōes: septē uidelicet expimēta: sine qbus uera & certa sal⁹ rediuiui spūs mīme cōstat: quatuor ad sensum cōpūctiōis: tria ad cōfessiōis solū ptīmētia. Si uis, si nox, si sensus est: tu quoq; eadē ī te recognoscis. Porrò sensum ex integro recupasse te scias, si tuā cōsciam quadruplici sentis cōpūctiōe morderi: pudore gemino, & gemino metu: nā uitā ad pficiendū septenariū triplex cōfessionis spēs attestat: de qb⁹ postea uidebit. Nōme & sētus Hieremias in suo plāctu obseruat hūc numerū: Et tu igit in tua p te lamētatiōe formā habēs pphetica: deū cogita factorē tuū: cogita & bñfactorē: cogita patrē: cogita dñm.
Ad omnia reus es: plāge per singula. Ad primū & ultimū respōdeat timor tu⁹: ad duo media pudor. Pater sanè nō metuitur cum pater sit. Patris enim est misereri semper & parcere. Et si percutit, uirga nō baculo peutit: & cū peus-
Deute.32 ferit sanat. Paterna uox est. Percutiā & ego sanabo. Non est pinde qd̄ à patre formides: q etsi qn̄ feriat ut emendet: nūquā tn̄ ut uindicet. At uerò cogitātē q̄ patrē offendere-
rim: est certè qd̄ pudeat, etsi nō qd̄ terreat. Volūtarie genuit me uerbo ueritatis: nō stimulo carnalis cupiditatis ecxussit, quēadmodū genitor carnis meæ. Deinde etiā nō pepercit unigenito p̄ sic genito. Ita ipse qdē patrē se exhibuit mihi: sed nō ego me illi uicissim filiū. C Quanā frō te attollo iam oculos ad uultū p̄is tā boni: tam malus filius: Pudet indigna gessisse gn̄e meo: pudet tāto patre uixisse degenerē. Exitus aquarum deducite oculi mei: ope-
p̄s.68. riat confusio faciē meā: uultū meū pudor suffundat: occu-
Psal.30. petq; caligo. Deficiat in dolore uita mea: & āni mei in gemitibus. Proh pudor quē fructum habui in qbus nūc eru-
Galat.6. besco: Si in carne seminaui: de carne non metā nisi corru-
1.Ioan.2. ptionē. Si in mūdo: & ipse trāsit & cōcupiscētia ei⁹. Quidē Caduca, uana, & ppe nulla: & quorū finis mors est: infelix & insanus p̄ferre nō erubui: æterni patris amori & hono-
Mala.1. ri. Cōfundor, confundor audire. Si ego pater: ubi est honor me⁹? Sed & si pater nō esset: obrueret me bñficijs. Instaurat aduersum me testes (ut alia innumera taceā) hui⁹ corpis uictū & usum tpis hui⁹: & sup oīa sanguinē dilecti filij clamantē de terra. Pudet ingratitudinis. Quanquam ad cōfusionis cumulū: arguar etiā reddidisse mala pro bonis: & odiū pro dilectione. Mīme quidē mihi à benefactore: sicut nec à patre timendū. Verus qppe benefic⁹ est
Iacobi.1. dās affluēter & nō improperās. Nō improperat dona qa dona sunt: & bñficia sua mihi dedit: nō uēdidit. Deniq; line pœnitētia sunt dona eius. At quāto de illo benignius: tanto de me indignius sentire cogor. D Erubesce & dole nihilominus anima mea: qm̄ etsi illum nō repetere & nō improperare decet: nos tamē omnino dedecet ingratos immemores q; extitisse. Heu qd uel nūc tandē retribuam Psal.115.
domino p̄ oībus q̄ retribuit mihi? Q, si segnior fortè suas partes minus exequitur pudor: timor sanè excitet in adiutorium. Excitetur ut excitet. Sepone parum pia uocabula bñfactoris & patris: atq; ad austeriora cōuertere. Nempe qui legif pariter misericordiarū: & de⁹ toti⁹ cōsolatio- 2.Cor.1.
nis: legif nihilomin⁹ deus ultionū dñs. Legif deus iudex Psal.93.
iustus & fortis. Legif terribilis in cōsilijs sup filios homi- Psal.7.
nū. Legif de⁹ zelans. Q, pater est: q̄ bñficus est: tibi est: q̄ Psal.64.
dominus ac creator tibi. Etem̄ ppter semetipsum fecit oīa, Exod.20
scriptura teste. Qui ergo qd̄ tuū ē, tibi defendit ac seruat: Esa.48.
putas & p̄ se aliqn̄ nō zelabit: putas sui non reqret principatus honorē? Propter hoc irritauit impius deū: quia di- Psal.30.
xit in corde suo, non requiret. Et quid est in corde suo dicere nō reqret: nisi nō metuere qd̄ reqrat? Sed reqret usq; ad nouissimū quadrāte: reqret & retribuet abūdanter sa-
cientibus supbiā. Reqret à redēpto seruitiū: honorem & gloriā ab eo quē plasmauit. Esto q̄ dissimulet pater, ignoscat bñficus: sed nō dñs & creator. Et q parcit filio nō parcet figmēto: nō parcet seruo nequā. Pensa cui⁹ sit formidinis & horroris tuū atq; oīm contēpsisse factorē: offendisse dñm maiestatis. Maiestatis est timeri: dñi est timeri, & maxime hui⁹ maiestatis: huiusq; dñi. Nā si reū regiæ maiestatis quāuis humanæ, hūanis legib⁹ plecti capite sancitū sit: quis finis contemnētiū diuinā omnipotentiam erit? Tangit montes & fumigāt: & tam tremendam maiestatem audet irritare uilis puluiculus: uno leui flatu mox dispergēdus, & mīme recolligēdus? Ille ille timend⁹ est: qui post quā occiderit corpus: ptātē habet mittere & in gehennā.
C Paueo gehēnā: paueo iudicis uultū: ipsis quoq; tremēdū angelicis ptātib⁹. Contremisco ab ira potentis: à facie furoris eius: à fragore ruētis mundi: à conflagratione elemētorū: à tempestate ualida: à uoce archangeli: & à uerbo aspo. Cōtremisco à dētib⁹ bestiæ infernalis: à uētre inferi: à rugientib⁹ pparatis ad escā: horreo uermē rodentem: & ignē torrentē: fumū & uaporē & sulphur & spūs procellarū. Horreo tenebras exteriores. Quis dabit capiti meo aquā, Hier.9.
& oculis meis fontē lachrymarū: ut præueniam fletibus fletū & stridorē dentiū: & manuū pedumq; dura uincula, & pondus catenarū prementium, stringentiū, urentium nec cōsumentiū? Heu me mater mea: ut quid me genuisti filium doloris, filium amaritudinis indignationis & plorationis æternæ? Cur exceptus genibus: cur lactatus uberibus, nat⁹ in cōbustionē, & cib⁹ ignis? Qui sic afficit: sensum p̄culdubio recupauit: & in duplici metu isto: itemq; pudore illo æque duplici habet oscitationes quatuor. D Tres quæ restant ex uoce confessionis adijciet: & nequaquam dicetur iam de eo q̄ nō sit uox neq; sensus: si tamen de corde humili simplici fideliq; processerit illa confessio. Omne ergo quod remordet conscientiam cōfitere humiliter, pure, fideliter: & has uices impleuisti. Sunt q gloriant *Prouer.2.*
cum male fecerint: & exultāt in rebus pessimis: quos nouit tamen propheta: peccata sua, inquit, prædicauerūt sicut So- Esa.3.
doma. Verum hos ab hac disputatione tanquā seculares amoueo. Nam quid ad nos de his qui foris sunt? Quāquā & de his qui religiose uestiti, & religionē professi sunt nō-
nunquam audimus aliquos reminisci & iactare impudentissime mala sua præterita: quæ (uerbi gratia) aliquādo uel fortiter gladiatorio: uel argute literatorio gessere conflictu seu aliud quid secundū mundi quidem uanitatē fauorabile: sm animæ uerò salutem nociuū, pernitiosum, damnosum. Secularis adhuc animi indiciū est hoc, & humilis habitus qui gestatur à talibus, non sanctæ nouitatis est meritum: sed priscæ uetustatis opereulū. Nonnulli talia quasi delendo & pœnitendo reniemorāt: sed gloriā intentione captātes: cōmissa sua non diluūt: sed seipsos illudūt. Nā deus nō irridet. Veterē hoīem nō exuerūt: sed nouo palliant, nō proditur aut proijcitur uetus fermentum illa confessione,

Psal.31. ſſa confeſſione ſed ſtatuitur: ſecundum illud. Inueterauerunt oſſa mea dum clamarem tota die. A Pudet reminiſci quorundam tantam proteruiam: ut non pudeat eos cum exultatione lungēda ſactitare: q & poſt ſuſceptū ſanctū habitū: callide quempiā ſupplantauerint: & circumuenerint in negocio fratrem: aut q talionē pro cōuitio uel maledicto, id eſt malum pro malo: aut maledictum pro maledicto aliquem reddiderint. Sed eſt confeſſio eo periculoſius noxia: quo ſubtilius uana: cum ipſa etiam inhoneſta & turpia de nobis detegere nō ueremur: non quiā humileſsumus, ſed ut eſſe putemur. Appetere aūt de humilitate laudem: humilitatis eſt nō uirtus, ſed ſubuerſio. Verus humilis uilis uult reputari, nō humilis p̄dicari. Gaudet cōceptu ſui: hoc ſolo ſanē ſuperbus q laudes contēnit. Quid peruerſius: quidue indignius quàm ut humilitatis cuſtos cōfeſſio ſuperbiæ militet: & inde uelis uideri melior unde uideris deterior? Mirabile ſactantiæ genus, ut non poſſis putari ſanctus: ſi nō appareas ſceleratus. At talis confeſſio ſpeciem habens humilitatis non uirtutē: non ſolum ueniā
1.Reg.15. non meretur: ſed & prouocat iram. Nimquid profuit ſaul q ſe ad increpationem ſamuelis peccaſſe cōfeſſus eſt? Cui pabilis proculdubio fuit illa confeſſio: quæ culpam nō diluit. Quomodo enim humilem contēneret confeſſionem humilitatis magiſter, & cui humilibus dare gratiam certe ingenitum eſt? Omnino non poterat nō placari: ſi quæ in ore ſonuit, in corde radiaſſet humilitas. Ecce cur humilē eſſe debere cōfeſſionem dixi. B Oportet autē & eſſe ſimplicē. Non intētionem (ſortè quia latet homines) excuſare delectet, ſi ſit rea: nec leuigare culpā, quæ grauis eſt: nec alieno adumbrare ſuaſu cū inuitū nemo coegerit. Primū illud non confeſſio eſt ſed defenſio, nec placat ſed puocat. Sequens mōſtrat ingratitudinē, & ex quo minor reputat culpa eò minuitur, & gloria indultoris. Sed cū minus libēter beneficium datur quod minus grate minúsue neceſſarie prouenire ſentitur. Veniam pinde ſibi abiudicat: qui munus largitoris attenuat: q quidem omnis qui reatum ſuum uerbis alleuiare conatur facit. Iam à poſtremo primi hominis dehortetur exemplum: nec culpā ſiquidem diſſitentis: nec tū conſequentis ueniam: nō dubium quin obreatus mulieris admixtionē. Genus excuſationis eſt, cū arguēris tu: alium incuſare. Porrò excuſare te uelle quando corriperis: quàm ſit non modo minime fructuoſum ſed & perniciōſum: ſanctum dauid interroga. Verba nempe malitiæ excuſationes in peccatis appellat: ne ī ea declinet cor ſuū rogans & ſupplicans. Meritò quidē. In animā etenim ſuā peccat qui ſe excuſat: repellēs proinde à ſe indulgētiæ medicinā, & ſic uitā ſibi proprio ore intercludens. Et quæ nā maior malitia quàm propriā armari in ſalutē: & linguæ
Eccli.14. tuæ temetipſum mucrone cōfodere? Deniq q ſibi nequā: cui eſt bonus? D Sit autē & fidelis cōfeſſio, ut confitearis in ſpe: de indulgētia penit⁹ nō diffidēs: ne tuo te ore nō tā iuſtificēs quàm condēnes. Iudas certè, pditor dñi: & cain fratricida cōfeſſi ſunt: & diſſimili ſunt. Alter. Peccaui, inquit,
Matt.27. tradēs ſanguinē iuſtū. Alter. Maior eſt iniquitas mea, quā
Gen.4. ut ueniā merear: & uerax: licet nil eis, pfuit infidelis cōfeſſio. Hæ itaq tres cōfeſſionis obſeruātiæ iūctæ quatuor ſuperiorib⁹ cōpūctionis: ſeptenariū implēt. Iā uerò ſic cōpūctus, & ſic cōfeſſus: ac ppria, pinde cert⁹ de uita, cert⁹ quo q; nihilomin⁹ es (ut arbitror) uacuo nequaquam noīe appellari Ieſum eum q in te talia ualuit & uoluit operari: nec uacue: ſubſecutū fuiſſe baculū quē præmiſerat. Nō uenit uacue quia nō uenit uacuus. Nam qūo uacuus in quo habitauit plenitudo? Neq enī ei datus eſt ad mēſuram ſpūs. Deniq & uenit in plenitudine tpis: plenū, pinde uenire ſe
Psal.44. indicans. Bene plenū quē unxit pater oleo lætitiæ præ cōſortibus ſuis. Vnxit & miſit plenū gratiæ & ueritatis. Vnxit ut ungeret. Oēs ab eo uncti ſunt: q de plenitudine eius
Eſaie.61. meruerunt accipere. Ideò ait. Spūs dñi ſup me eo q unxerit me: ad annūciādū māſuetis miſit me, ut mederer cōtritis corde: ut p̄dicarē captiuis indulgētiā, & claudis aptionem: ut p̄dicarē annū placabilē dño. Veniebat (ut audis) ungere cōtritides noſtras ac lenire dolores. Ideoq uenit unctus, uenit māſuetus & mitis: & multæ miſericordiæ oībus inuocātibus ſe. Sciebat ſe ad infirmos deſcēdere: exhibuitq qualē oportuit. Et quoniā multæ erāt infirmitates: multa quoq, puidus medicus medicamina curauit afferre. Attulit ſpiritū ſapiētiæ & intellectus, ſpiritū conſilij & fortitudinis, ſpiritū ſciētiæ & pietatis, & ſpiritum timoris dñi. B Vides quot phialas plenas odoramentis cæleſtis medicus p̄parauit ad ſanāda uulnera illius miſeri qui incidit in latrones? Septē ſunt numero: ſeptē fortaſſe præfatis oſcitationibus excitandis accōmodatæ. Spiritus eīm uitæ erat in phialis. Ex his profectò infudit oleum meis uulneribus: infudit & uinum: ſed minus quàm olei. Sic nēpe cōgruebat infirmitatibus meis: ut miſericordiā ſuperexaltaret iudicio: quemadmodum uinō oleū ſuperferē infuſum. Attulit proinde quinq cados olei: uini non niſi duos. Vinū ſiqdē timor tīm & fortitudo fuere: reliqua quinq oleū propria ſuauitate deſignāt. In ſpiritu deniq fortitudinis tanquam potēs crapulatus à uino deſcēdit ad inferos, con Psal.106.
triuit portas æreas, & uectes ferreos confregit: alligauit fortē, & uaſa captiuitatis eripuit. Deſcendit nihilominus in ſpiritu timoris: ſed timēdus non timidus. O ſapientia quāta arte medēdi in uino & oleo animæ meæ ſanitatē reſtauras: fortiter ſuauis, & ſuauiter fortis. Fortis pro me, & ſuauis mihi. Deniq attingis à fine uſq ad finē fortiter: & diſponis omnia ſuauiter: propellens inimicū, & infirmum fouens. Sana me dñe & ſanabor: pſallam & confitebor noī tuo, & dicam. Oleū effuſum nomē tuū. Nō uinū effuſum: Can.1.
nolo eīm ut intres in iudicium cum ſeruo tuo, ſed oleū: quia Psal.142.
coronas me in miſericordia & miſeratiōibus. Oleū planè quod dum ſupenatat cunctis qbus immiſcet liquoribus: liquido illud deſignat nomē: quod eſt ſuper omne nomē. O nomē præſuaue & prædulce. O nomen præclarū, præelectū, & præexcelſum, & ſupexaltatū in ſecula. Hoc uere oleū q̄ exhilarat facie hoīs: q̄ caput ieiunantis impinguat: ut oleū peccatoris nō ſentiat. Hoc nomen nouū q̄ Eſa.62.
os dñi noiauit: quod & uocatū eſt ab angelo priuſquā in Luce.2.
utero conciperet. Hoc nō ſolū iudæus: ſed quicūq; inuo- Iohe.2.
cauerit ſaluus erit: in tantum uſquequaq effuſum, eſt Hoc pater donauit filio ſpōſo eccleſiæ dño noſtro ieſu xp̄o, qui eſt ſuper omnia deus benedictus in ſecula. Amen.

¶ *Sermo decimuſeptimus in quo tractatur de luciferi deiectione.* D

DVtamūsne ſatis pceſſum eſt in ſanctuario dei, dum ſcrutamur mirabile ſacramētum: an ad perſcrutandum adhuc ſi quid reſtat: audemus ſpīritum ad interiora ſequi? Spiritus nēpe iſte ſcrutatur non ſolum hominum corda & renes: ſed etiā pfunda dei: & ſiue ad noſtra ſiue ad alia: ſecurus ſequor eum quocunq; ierit. Tantū ut cuſtodiat corda noſtra & intelligentias noſtras: ne fortè cum non aderit adeſſe putemus: noſtrūq; pro ipſo ſequamur ſenſum deuiantes. Venit namq; Ioan.8.
& uadit prout uult: & nemo facile ſcit unde ueniat aut quo uadat. At iſtud ſine damno fortaſſe ſalutis neſcire licet. Cæterum quando ueniat uel quādo uadat: id planè periculoſiſſime ignoraſ. Cum enim hæ ſpūſſancti circa nos diſpenſatoriæ quidē uiciſſitudines uigilātiſſime nō obſeruant: fit ut nec abſentem deſideres: nec præſentē glorifices. Nēpe qui idcirco recedit ut auidius requiratur: quonammodo ſi abeſſe neſcitur requiritur? Et rurſum qui dignanter ad hoc redit ut conſoletur: qualiter digne p ſua maieſtate ſuſcipitur ſi nec adeſſe ſentitur? Mens ergo quæ ignorat abſceſſum patet ſeductioni: & quæ reditum non obſeruat, erit ingrata uiſitationi. Petiit quondam aliquid he- 4.Reg.2.
liſeus à magiſtro: cum diſceſſum eius imminere præſenſit: nec obtinuit ſicut ſcitis: niſi ea quidem conditione ſi uideret, quando tolleretur à ſe. In figura contigit hoc illis: ſcriptum eſt autem propter nos. A Vigiles eſſe & ſolicīti circa opus noſtræ ſalutis (quod mira ſubtilitate ac ſuauitate diuinæ ſuæ artis inceſſanter actitat ſpiritus in intimo noſtri) prophetico docemur & monemur exemplo.

Universidad de Deusto Biblioteca

Nunquam sanè sine nostra conscientia: magistra unctio quæ docet de oĩbus tollat à nobis si duplicato uolumus munere non fraudari. Nunquã cũ uenerit inueniat impa ratos: sed semp uultus suspẽsos expãsosq; habentes sinus
Luc. 12. ad largam dñi benedictionem. Tales deniq; quærit similes hoĩbus expectantibus dñm suũ qñ reuertat à nuptijs: qui utiq; ab illis supnæ mẽsæ copiosis delitijs, uacua nunquã reuertitur manu. Vigilandũ proinde, & uigilandũ omni hora: quia nescimus qua hora spũs uenturus sit, seu iterũ abiturus. It & redit spũs: & qui stat eo tenente: deserente cadat necesse est: sed nõ collidet: quia dñs rursum suppo nit manũ suã. Et has alternare uices non cessat in his qui spũales sunt, uel quos potiꝰ spũales proinde ipse creare in
puer. 24. tendit uisitans diluculo, & subito probans. Deniq; septies cadit iustus & septies resurgit: si tñ cadat in die, ut se cade re uideat: & cecidisse sciat & resurgere cupiat, & requirat
Psal. 29. manum adiuuãtis, & dicat. Domine in uoluntate tua præ stitisti decori meo uirtutẽ. Auertisti faciem tuã à me: & fa ctus sunt cõturbatꝰ. Aliud est dubitare de ueritate (quod patiaris necesse est) cum spiritus miníme spirat: & aliud sa pere falsitatẽ, quod facile caues si candẽ tuã ignorantiam nõ ignoras: quatenus dicas & tu. Et si qd ignorauí: igno rantia mea mecum est. ℂ Sancti iob sententia est. Agno scite. Pessimæ matris ignorantiæ: pessimæ itidẽ filiæ duæ sunt: falsitas & dubietas. Illa miserior, ista miserabilior. Per nitiosior illa, ista molestior. Cũ loquit spũs cedit utraq;: & est non solum ueritas, sed & certa ueritas. Est quippe ue ritatis ille spiritus: cui cõtraria falsitas est Est & sapientiæ: quæ cum sit candor uitæ æternæ: & ubiq; attingat ꝓpter munditiam suam: obscurum ambigui non admittit. Cauẽ da sanè, cum spiritus iste non loquitur, etsi nõ molesta du bietas: certè falsitas execranda. Aliud est enim sub incerto hoc uel illud opinando sentire: aliud temere affirmare qđ nescias. Aut ergo loquat semper spiritus: quod nostri qui dẽ miníme arbitrij est: aut qñ silere placet, hoc ipsum indi cet & loquatur, saltẽ suum silentium, ne ipsum nobis falso præire putãtes: nostrũ pro ipso male securi sequamur er rorem. Et si suspẽderit ambiguo, nõ relinquat mendacio. Est qui dubie profert mendaciũ, nec mẽtitur: & est qui ue ritatẽ quã nescit affirmat, & mẽtitur. Nam & ille nõ quidẽ quod non est esse, sed se quod credit credere dicit. & uerũ dicit: etiã si hoc uerum nõ sit quod credit: & is cũ se certũ unde non est certus dicit, uerum non dicit: etiã si uerũ sit de quo asserit. His præmissis ad cautelam talia inexperto rũ, sequar iã spiritũ sicut cõfido præeuntẽ: eadẽ tñ cautela si potero quã præmisi, & tentabo facere ipse qđ doceo: ne
Roma. 2. dicatur & mihi. Tu qui alios doces: teipsum non doces: D Distinguendum sanè inter manifesta & dubia: nec illa scilicet adducí in dubiũ: nec ista temere affirmarí. Quod quidem ipsum de magisterio sperandũ est spũs. Nec enim nostra ad illud oĩno industria sufficit. Quis nouit hoĩm: an id quod inter homines iudicatũ à deo: sermo superior (à quo uidelicet si bene meminí quartus est iste) patefecit, in supernis quoq; iudicijs iam factum præcesserit: Quod dico tale est. Putasne lucifer ille q mane oriebat: sed præ propere eleuabat: antequã uerteretur in tenebras generí nostro inuiderit: & ipse olei effusionẽ, ut per seipsum iam tunc indignabundus mussitaret dicens intra se quodãmo do: ut quid perditio hæc: Hoc ego non assero dicere spí ritũ: sednec cõtradicere dico. Nescio eñ. Potuit autem cõ tingere (si tamẽ incredibile nõ putetur) plenũ sapiẽtia & perfectũ decore: hoĩes præscire potuisse futuros etiam & ꝓfecturos in parẽ gloriã. Sed si præsciuit ĩ dei uerbo absq; dubio uidit: & in liuore suo inuidit: & molitus est habere subiectos: socios dedignatꝰ. Infirmiores sunt (inquit) inse rioresq; natura: nõ decet esse cõciues: nec æquales in glo ria. An fortè prodit impiam hãc eius machinationem illa præsumpta ascensio sessioq; significans magisteriũ: Ascen
Esaiæ. 14. dam inquit super montem excelsum & sedebo in lateribꝰ aquilonis: quo altissimi quandam proinde similitudinem obtineret: si quemadmodum ille super cherubin sedẽs gu bernat omnem angelicam creaturam: ita & ipse altus sede ret regeretq; genus humanum. Absit. Iniquitatem medita tus est in cubili suo: mẽtiatur iniquitas sibi. Nos alium nõ cognoscimus iudicem quàm auctorem. Nõ diabolus, sed dominus iudicabit orbem terræ: ipse deus noster in secu lum & in seculũ seculi: ipse reget nos in secula. Ergo in cæ lo concepit dolorem: & in paradiso peperit iniquitatẽ pro lem malitiæ: matrem mortis & erũnarum: omniumq; pri ma parens superbia. Nam etsi inuidia diaboli mors intra Sap. 2. uit in orbem terrarum: initium tamen omnis peccati sup bia. Verum quid illi profuit: Nihilominus tu in nobis es Hier. 10. domine: & nomen tuum inuocatum est super nos. Et dicit populus acquisitionis: dicit ecclesia redemptorum. Oleũ Cant. 1. effusum nomẽ tuũ. Cum ejicior ego: tu illud effundis post me & in me: quoniam cum iratus fueris: misericordiæ re cordaberis. ℂ Accepit tamẽ satan regnum super omnes fi lios superbiæ: factus princeps tenebrarum harũ: ut regno humilitatis etiam superbia militet: dum in uno suo princi patu temporali & tali multos humiles excelsos æternosq; reges cõstituit. Iocundũ iudiciũ ut superbus ille humiliũ malleator: eisdẽ ipsis nesciens fabricet coronas perpetuas, impugnando oĩs, & oĩbus succumbẽdo. Siquidẽ ubiq; & semper iudicabit dñs populos: & saluos faciet filios pau perũ: & humiliabit calũniatorẽ. Vbiq; & semper defensa bit suos, propulsabit nocẽtes: & tollet uirgã peccatorum desuper sortẽ iustorũ: ut nõ extẽdant iusti ad iniquitatem manus suas. Eritq; tandẽ cum ex toto arcũ cõteret & con Psal. 45. fringet arma: & secuta comburet igní. Tu tibi miser sedem collocas in aquilone: plaga nebulosa & frigida: & ecce su scitantur de puluere inopes, & de stercore pauperes: ut se deãt cum principibus, & solũ gloriæ teneant: doleasq; im pleri illud. Pauper & inops laudabũt nomen tuũ. Gratias tibi pater orphanorũ & iudex pupillorum: incaluit super nos mons coagulatus, mons pinguis, cæli distillauerunt à facie dei synaí, effusum est oleum, dilatatũ est nomẽ qđ no bis & cui nos inuidebat iniquus. Dilatatũ (inquam) usq; Psal. 8. ad corda & ora paruulorum: & in ore infantium & lacten tium perficitur laus. Porrò peccator uidebit & irascetur, Psal. 11. & erit sicut ira implacabilis: sic flamma inextinguibilis: quæ iam parata est ei & angelis eius. Zelus dñi exercituũ faciet hoc. Quomodo me amas deꝰ meꝰ, amor meus? quo modo me amas: ubiq; recordans mei, ubiq; zelans salutẽ egeni & pauperis: non solũ aduersum homines superbos: sed etiam aduersus sublimes angelos. In cælo & in terra iu dicas domine nocentes me: expugnas impugnantes me. Vbiq; subuenis, ubiq; assistis, ubiq; à dextris es mihi do mine ne cõmouear. Hæc cãtabo dño ĩ uita mea: psallã deo meo quãdiu sum. D Hæ uirtutes eius, hæc mirabilia eius quæ fecit. Hoc primũ & maximũ iudiciũ, qđ mihi illa cõ scia secretoꝝ aperuit uirgo maría. Deposuit (inquies) po Luc. 1. tẽtes de sede: & exaltauit humiles. Esurientes impleuit bo nis: & diuites dimisit inanes. Secundũ autẽ simile est huic quod iã audistis: ut q nõ uidẽt uideãt: & q uidẽt cæci fiãt. Ioan. 9. In his duob9 iudicijs cõsoletur se paup, & dicat. Memor Psal. 118. fui iudiciorꝝ tuorũ à seculo dñe: & cõsolatꝰ sum Sed reuer tamur ad nosipsos: scrutemurq; uias nostras: & ut in ueri tate id possimus, inuocemus spiritũ ueritatis: & reuocemꝰ ab alto quo nos eduxerat, quatenus antecedat nosetiã ad nos: qñ sine ipso possumus nihil. Nec uerẽdũ ꝙ dedignet cõdescẽdere nobis: qui potius si uel exiguũ qd, absq; ipso conamur, indignat. Non est eñ ille uadens & non rediens: sed ducit nos & reducit de claritate in claritatẽ tanquam dñi spũs: qñq; rapiens ad se in lumine suo: qñq; cõtẽperans & illuminãs tenebras nostras: ut siue supra nos, siue apud nos, semper in luce, semper ut filij lucis ambulemus. Trãsi uimus allegoriarum umbras: uentũ est ad indaganda mo ralia. Edificata est fides, instruatur uita: exercitatus est in tellectus, dicetur actus. Siquidem intellectus bonus omni Psal. 110 bus facientibus eum: si tamen & actus & intelligentia diri gantur in laudem & gloriam domini nostri iesu christi: q est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

De duabus

¶ *De duabus operationibus spiritus sancti: quarum una uocatur effusio, & alia infusio. Sermo.* XVIII. B

Can. 1. Leum effusum nomen tuū. Quid certū demonstrat spūs sctūs nobis in nobis occasione huius capitulī? Profectò (qđ iterim occurrit) geminæ cuiusdam suæ operationis experimentū. Vnius quidem qua nos primo intus uirtutib⁹ solidat ad salutē: alterius uerò qua foris quoq; muneribus ornat ad lucrū: Illas nobis, hæc nostris accipim⁹: uerbi gratia: fides spes, charitas nobis ꝓpter nos dantur. Absq; his quippe salui esse non possum⁹. Porrò scientiæ seu sapientiæ sermo: gratia curationis: ꝓphetia, similiaq; quibus carere cū integritate etiā salutis propriæ possum⁹: proximoq; ꝓculdubio in salutē expēdēda donant. Et has spūs sancti operationes quas uel in nobis, uel in alijs experimur: ut ex re noīa accipiāt, infusionē si placet atq; effusionē nominemus. Cuinā ergo harū cōuenit oleū effusum nomen tuū? Nónne effusionis? Nam de infusione infusum potius quàm effusum dixisset. Deniq; de uberū foris spirāte fragrātia, & non de internis spōsæ uirtutib⁹, platū est: oleū effusum nomē tuū. Deniq; ob bonū odorē uberū extrinsecus perfusorū: ait sponsa. Oleū effusum nomē tuū: ascribēs ipsum odorē noī sponsi tanquā oleo effuso super ubera. Et quicunq; munere grāe exterioris pfusum se sentit: quo & ipse alijs refundere possit: etiam huic dicere est: oleum effusum nomen tuum. Sed sanè cauendū in his aut dare quod nobis accepimus: aut quod erogādū accepimus retinere. Rem ꝓfectò ꝓximi retines tibi: si (uerbi causa) plen⁹ uirtutib⁹ cū sis foris q; nihilomin⁹ donis scientiæ & eloquētiæ adornat⁹: metu fortè aut segnitie: aut min⁹ discreta humilitate: uerbū bonum quod posset ꝓdesse multis, inutili imo & damnabili ligas silentio: certè maledictus q; frumēta absc̄ōdis in populis. Rursum qđ tuum est spargis & perdis: si priusquā infundaris tu: totus semiplenus festines effundere: cōtra legem arans in primogenito bouis, & ouis primogenitum tondens. Nimirū uita atq; salute quam alteri das te fraudas: dum sana uacuus intentione, gloriæ inanis uēto inflaris: aut terrenæ cupiditatis ueneno inficeris, & lethali apostemate turgens interis. D Quāobrē si sapis conchā te exhibebis, & nō canalē. Hic siquidē penè simul & recepit & refundit. Illa uerò donec impleat, expectat: & sic quod superabundat sine suo damno cōicat: scies maledictū qui partē suā facit deteriorem. Et ne meū cōsiliū cōtēptibile ducas:

puer. 29. audi sapientiorē me. Stultus (ait salomon) profert spiritū suū simul: sapiēs reseruat in posterū. Verum canales multos hodie habemus in ecclesia: conchas uerò perpaucas. Tantæ charitatis sunt per quos nobis fluēta cælestia emanant: ut ante effundere quàm infundi uelint: loqui quàm audire paratiores & prompti docere qđ nō didicerūt: & alijs præesse gestiētes, qui seipsos regere nescīūt. Ego nullum ad salutē pietatis gradū illi gradui anteponēdum exi-

Eccli. 50 stimo: quē sapiēs posuit dicens. Miserere aiæ tuæ placens deo. Q; si non habeo nisi parumper olei quo ungar: putas tibi debeo dare & remanere inanis? Seruo illud mihi: & oīno nisi ad ꝓphetæ iussionē non ꝓfero. Si instituerint rogitātes aliq ex his q fortè existimant de me supra id quod

Matt. 25. uident in me: aut audiūt aliqđ ex me, rīdebit eis. Ne fortè nō sufficiat nobis & uobis: ite potiꝰ ad uēdentes & emite uobis. Sed charitas (inquis) non q̄rit quæ sua sunt. Et tu

1. Cor. 13. scis quāobrē: Nō q̄rit quæ sua sunt, ꝓfectò qa nō desunt. Quis nā q̄rat qđ habet? Charitas q̄ sua sunt, id est ꝓpriæ saluti necessaria nūquā non habet. Nec modo habet, sed etiā abūdat. Vult abundare sibi: ut possit & oībus. Seruat sibi quātū sufficiat: ut nulli deficiat. Alioquin si plena nō est, perfecta nō est. B Cæterū tu frater cui firma satis propria salus nondū est: cui charitas adhuc aut nulla est: aut adeò tenera atq; arīdinea: quatenus oī flatui cedat, omni credat spūi, oī circūferat uēto doctrinæ, imo cui charitas tanta est: ut ultra mādatū quidē diligas ꝓximum tuū plus quàm teipsum: & rursum tā illa ut cōtra mādatum fauore liquescat, pauore deficiat, pertubet tristitia, auaritia contrahatur, protrahat ambitione, suspicionibus inquietet, cōuitijs exagitet, curis cuisceret, honorib⁹ tumeat, liuore tabescat. Tu (inquam) uita ī ꝓprijs teipsum sentīes: quanā dementia ēso aliena curare aut ambis aut acqescis? sed eīn audi qd cōsulat cauta uigilq; charitas. Nō ꝙ alijs (inqt) *Matt.* 23. sit remissio: nobis autē tribulatio: sed ex æqualitate. Noli nimiū esse iustus. Sufficit ut diligas proximū tuū tanquā teipm: hoc qppe est ex æqualitate. Dicit eīn dauid: Sicut *Psal.* 22. adipe & pīguedine repleatur aīa mea: & labijs exultatiōis laudabit os meū: infundi nimirū prius uolens, & sic effundere. Nec solū infundi prius sed & impleri quaten⁹ de plenitudine eructaret: non oscitaret de inanitate. Caute qdē: ne quod alijs remissio sibi esset tribulatio. Et nihilominus caste imitans illū de cui⁹ plenitudine omnes accepimus. C Disce & tu non nisi de pleno effundere: nec deo largior esse uelis. Concha imitet fontē. Nō manat ille in riuū: nec in lacū extēdit, donec suis satiet aqs. Non pudeat conchā nō esse suo fonte, ꝓfusiorē. Deniq; ipse fons uitæ plenus in seipso & plen⁹ seipso: nónne primū qdē ebulliēs & saliens in ꝓxima secreta cælorq; oīa īpleuit bonitate: & tūc demū impletis secretioribꝰ superioribusq; partib⁹ erupit ad teras: ac de supfluo hoies & iumēta saluauit: quēadmodum multiplicauit mīam suā de⁹? Prius interna repleuit: & sic exundans in multis miserationibus suis uisitauit terrā & inebriauit eā: multiplicauit locupletare eā. Ergo & tu fac similiter. Implere prius, & sic curato effundere. Benigna prudēsq; charitas affluere cōsueuit: nō effluere. Fili mi ne pereffluas ait salomō: & apls. Propterea inqt debem⁹ intē- *Heb.* 2. dere his quæ dicunt: ne fortè pereffluam⁹. Quid eīn? Tu ne paulo sanctior? sapiētior salomone? Alioquin nec mihi sedet ditari ex te exinanito. Si eīn tu tibi nequā: cui bonus eris? De cumulo si uales adiuua me. Sinautē, parcito tibi. D Sed iam audite quæ & quanta saluti ꝓpriæ necessaria sint: quæ & quanta infundi oporteat prius quàm effundere præsumamus: quæ tīn impræsentiarū breuiter colligere potero. Hora siqdē iā multū ascendit: & sermonis urget ad finē. Accedit medicus ad uulneratū: spūs ad aīam. Quam eīn nō reperiat gladio diaboli uulneratā: etiā post sanatū uulnus antiqui delicti medicamēto baptismatis? Ergo ad illā aīam quæ dicit. Putruerūt & corruptæ sunt cicatrices *Psal.* 37. meæ à facie insipiētiæ meæ: cū accedit spūs qd primo op⁹ est? Vt tumor uel ulcus qđ fortè supercreuit in uulnere: & potest impedire sanitatē ante omnia amputet. Abscindat itaq; ferro acutæ cōpunctionis ulcus inueteratæ consuetudinis. Sed est acerbus dolor: leniat pinde unguēto deuotionis: qđ nō est aliud nisi cōcepta de spe indulgentiæ exultatio. Hanc cōtinēdi parit facultas: & uictoria de peccato. Iam gratias agit & dicit. Dirupisti uincula mea: tibi *Psal.* 115. sacrificabo hostiā laudis. Deinde apponit medicamentū pœnitētiæ: malagma ieiuniorum uigiliarū, orationū: & si qua sunt alia pœnitentiū exercitia. In labore cibandus est cibo boni operis: ne deficiat. Q; opus sit cibus inde doceris. Meus cibus est, inquit, ut faciam uoluntatē patris mei. *Ioan.* 4. Itaq; comitētur pœnitētiæ labores: pietatis opa quæ confortēt. Magnā, ait, fiduciā præstat apud altissimū eleemosyna. Cibus sitim excitat potādus est. Accedat cibo boni operis oīonis pot⁹: cōponēs ī stomacho cōscīæ qđ bene gestū est, & cōmēdās deo. Orando bibit uinum lætificans cor hoīs: uinū spūs qđ inebriat: & carnalīū uoluptatū infundit oblitionē. Humectat interiora arētis cōscīæ: escas bonorū actuū digerit & deducit p quædā animæ mēbra: fidē roborās: spem cōfortās: uegetās ordināsq; charitatē, & impinguās mores. B Sūpto cibo potuq;: quid iā restat nisi ut pauset ægrotus: & geti cōtēplationis post sudores actiōis incūbat? Dormiēs in cōtēplatiōe deū somniat: per speculū siqdē & in enigmate: nō aūt facie ad faciē interim intuet. Tamen sic nō tam spectati quàm conlectati: ideq; raptim & quasi sub quodā coruscamine scintillulæ transeuntis: tenuiter nix attacti inardescit amore: & ait. Anima mea desiderauit te ī nocte: sed & spūs me⁹ in p̄cordijs meis. Talis amor zelat: hic decet amicū spōsi: hoc necesse est ardeat

fidelis seruus & prudens quē constituit dñs super familiā suā. Hic replet: hic feruet: hic ebullit: hic iam secur⁹ effun
2. Cor. 11. dit: exundās & erūpēs ac dicēs. Quis infirmat & ego non infirmor: Quis scādalizat & ego non uror: Prædicet, fructificet, innouet signa, immutet mirabilia: non est quo se
Rom. 13. immiscеat uanitas ubi totū occupat charitas. Siquidem
Ioan. 4. plenitudo legis & cordis est charitas, si tū plena. De⁹ denīq; charitas est: & nihil est in rebus quod possit replere creaturam factam ad imaginē dei: nisi charitas deus, qui solus maior est illa. Eam nondum adeptus periculosissime promouet: quantislibet alijs nideat pollere uirtutibus. Si habuerit oēm scientiā: si dederit oēm substātiā suam pauperibus: si tradiderit corpus suū ita ut ardeat: absq; charitate nacuus est. En quanta prius infundenda sunt: ut effundere audeamus de plenitudine: nō de penuria largientes. Primo quidē cōpunctio: deinde deuotio: tertio peniten tiæ labor: quarto pietatis opus: quinto oratiōis studium: sexto cōtemplationis ocium: septimo plenitudo dilectionis. Hæc omnia operat unus atq; idē spiritus secūdū operationē quæ ifusio appellat: quaten⁹ illa quæ effusio dicta est: pure & ob hoc tute iam adminístret ad laudem & gloriā dñi nostri Iesu xpi. Qui cum patre & spiritusancto uiuit & regnat deus in secula seculorum. Amen.

De nouem ordinibus angelorum. Sermo. XIX. D

ADhuc sponsa amatoria loquitur: adhuc pergit amplius, psequi laudes spōsi. Et gratiā prouocat dū monstrat eā: quā iā acceperat in se uacuā nō fuisse. Audi etenī quid secuta adiūgit. Pro
Cant. 1. pterea (inquit) adolescētulæ dilexerūt te nimis. Quasi dicat. Non frustra nec inaniter nomē tuum exinanitū est ô spōse atq; effusum in ubera mea: ppterea enim adolescentulæ dilexerūt te nimis. Propter qd? Propter nomen effusum & propter ubera ex eo perfusa. Inde quippe excitatæ sunt in amorē spōsi: inde sumpserūt ut diligāt. Sponsa infusum munus excipiente: ille mox sensere fragrantiā: quæ lōge à matre minime esse poterāt: atq; illa suauitate repleRoma. 5. tæ dicit. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritūsanctū qui datus est nobis. Ergo ipsarū deuotionē sponsa commēdās: hic (inquit) fructus ô spōse effusi noīs tui: q; ppterea adolescētulæ dilexerūt te. Effusum siquidē sentiūt: quod integrū capere nō ualebāt: ppterea dilexerunt te. Effusio qppe nomē facit capabile: captus amabile: sed adolescentulis duntaxat. Qui capaciores sunt integro gaudent: effuso non indigent. B Angelica creatura irrepercussa mentis acie intuet diuinorū iudiciorū abyssum multā: quorū summæ æqtatis ineffabili delectatione beata: gloriat insuper effectui ea mācipari per suum ministerium, ac palā fieri: & ppterea diligit merito dñm xpm.
Heb. 1. Nōne oēs, ait administratorii spirit⁹ sunt: missi in ministerium propter eos qui hæreditatē capiūt salutis? Porrò angelos (ut eis aliqd differentius ab his qui simpliciter angeli sunt tribuamus) mirabiliter credo delectat q; ipsis quoq; æternæ sapientiæ consilijs familiarius admittūtur: cadēq; per ipsos locis quæq; suis atq; tpibus summo moderamine dispēsant. Et hæc causa q; diligunt dñm xpm & ipsi. Illæ quoq; beatitudines quæ uirtutes ex eo forsitan appellatæ sunt, q; uirtutū ac prodigiorū occultas perpetuasq; causas felici curiositate rimari ac mirari diuinitus ordinatæ: signa quæ & qñ uolūt ex oībus elemētis terris potēter exhibeāt: & ipsæ ergo exinde nō immerito in ardescūt diligere dñm uirtutū & dei uirtutē xpm. Plenum quippe est suauitatis & gratiæ: incerta & occulta sapientiæ in ipsa sapiētia intueri: plenū nihilominus honoris & gloriæ: causarū in dei uerbo abscōditarū mūdo spectandas mirandasq; in manu ipsorum dirigi efficiētias. Sed & illi spūs q potestates noīant dum crucifixi nostri diuinā oīpotentiā ubiq; fortiter attingentē intuerī ac magnificare delectantur: exturbare & debellare dæmonum hoīmq; cōtrarias potestates pro his q hæreditatē capiūt salutis, accipiūt potestatē. Et hi nōme iustissimā habēt causam: ut diligāt dñm iesum. C Sunt & super istos principatus qui ipsum altius speculātes, & liquido præuidētes: unius sitatis esse principiū & primogenitū oīs creaturæ: tanta pinde principatus dignitate donant: ut ubiq; terrarum habeāt potestatē: quasi de summo quodā rerū cardine, regna & principat⁹: & quaslibet pro arbitrio mutare & ordinare dignitates: pro quorūq; meritis facere primos nouissimos & nouissimos primos: deponere potentes de sede & exaltare humiles. Et hæc istis quoq; ratio diligendi. Sed diligunt & dñationes. Cur? nescio qd subtilius, subliuiusq; indagare: de xpi interminabili atq; irrefragabili dñatu: laudabili quadā præsumptione feruntur, q; scilicet ubiq; uniuersitatis nō solū potēs sed & præsens, supra infraq; obsequi rectissimæ uolūtati suæ: cursus temporum, motus corporū, nut⁹ mēti ū ordine utiq; pulcherrimo cogat: idq; cura tam usgili ut ne puncto qdē, aut iotæ uni: ut dicit horū oīm debitū subtrahere famulatum ullatenus liceat: opera tū tā facili ut turbationē seu anxietatē ullā omnino gubernator nō sentiat. Intuētes ergo dūm sabaoth tāta cū trāquillitate oīa iudicātē: intentissimæ suauissimæq; contēplationis stupore nimio sed sensato rapti in illud diuinæ claritatis tam ingens pelagus recipiunt sese in secretiori quodā miræ trāquillitatis recessu, ubi tanta pace ac securitate fruūtur: ut quiescētib⁹ ipsis pro reuerētia prærogatiuæ: tanquā uere dñationib⁹ ministrare & militare nideatur cætera multitudo. D In thronis sedet deus. Et puto q; his spiritib⁹ supra oēs q memorati sunt: & iustior causa & copiosior sit materia diligēdi. Etenim si intres hominis regis cuiuscūq; palatiū: nonne cum plenū sit sellis, scannis, cathedrisq; regia sedes in eminenti posita cernitur? Et nō est necesse quærere ubi rex sedere solitus sit, nisi mirum mox occurrit manifesta sedes eius: cæteris altior ornatiorq; sedilib⁹. Sic quoq; oīi decoris ornatu cūctis alijs pēminere spiritib⁹ istos intelligе: in qb⁹ speciali quodam stupēdæ dignationis munere: diuina elegit residere maiestas. Q; si sessio significat magisterium: puto illū qui unus est nobis magister in cælo & in terra: dei sapientiam christū, cū alias qdē ubiq; attingat, ppter munditiā suam: speciali⁹ tū istos atq; principalius tāquā propriā sedē sua illustrare pīsentia: & inde tanquā de solēni auditorio docere angelū: docere hoīem scientiā. Inde angelis diuinorū notitia iudiciorū, inde cōsiliorū archāgelis: ibi uirtutes audiūt qū & ubi & qualia, pferāt signa. Ibi denīq; uniuersi siue sint potestates siue principat⁹ siue dñatiōes: discunt pfectò qd ex officio debeāt: qd pro dignitate pīsumant: & quod pcipue cautū est oībus: accepta potestate ad ppriā uoluntatē seu gloriā non abuti. B Illa tū cæli agmina q; cherubim nūcupant (si eis sui uocabuli seruet iterpīatio) arbitror nil habere qd ab ipsis aut per ipsos accipiāt, cum de ipso fonte ad plenum haurire liceat: ipso ea per se dño iesu dignāter introducente in oēm plenitudinē ueritatis: & thesauros sapiæ scientiæq; (q; in eo oēs absconditi sunt) largissime reuelante. Sed nec ea quæ appellata sunt seraphim: qppe q; ipsa charitas deus in se adeò traxit & absorbuit, atq; in eundē rapuit sanctæ affectiōis ardorē: ut un⁹ cū deo esse spūs uideātur: instar profectò ignis qui aerem quē inflāmat dū suū ei totū calorē imprimit, induitq; colorē: nō ignitū sed ignē fecisse cernit. Amant itaq; pcipue cōtēplari in deo illi qdē spūs scientiā: cuius nō est numer⁹: hi uerò charitatē quæ nūquam excidit. Vnde & noīa ista sortiti sunt: ex eo quiq; in quo pēminere uident. Nā cherubim quidem plenitudo sciæ: seraphim uerò incēdētia uel incēsa dicūtur. Diligit ergo ab angelis deus ob iudiciorū suorū summā æqtatē. Ab archāgelis ob consiliorū summā moderationē. Porro à uirtutib⁹ ob benignissimā exhibitionem miraculorū: per quæ incredulos dignātissime trahit ad fidē. A potestatib⁹ uerò ob illā iustissimæ potentiæ uim: qua solet à pijs malignātib⁹ ppulsare & arcere crudelitatē. Verū à principatib⁹ ob æternā & originalē illā uirtutē: qua dat esse & essendi principiū omni creaturæ superiori & inferiori, spiritali & corpali: attigēs à fine usq; ad finē fortiter. A dñatiōib⁹ quoq; ob placidissimā uolūtatē:

qua licet

quā lſect ubiq; dſietur in fortitudine brachij ſui: uirtute tñ potẽtiori pro ſua ingenita lenitate & imperturbabili trãquillitate diſponit oĩa ſuauiter. Diligit & à thronis ob beniuolẽtiã magiſtræ ſapiæ, ſine inuidia eſſe cõicantis: & unctionẽ quæ gratis docet de oĩb9. Cæterũ à cherubim, p pterea diligit: qa de9 ſcientiarũ dñs eſt: & ſcies qd cuiq; op9 ſit ad ſalutẽ. Diſcrete prouidecq; dona ſua digne poſcenti b9, put nouit expedire diſtribuit. A ſeraphim quoq; quia charitas eſt: & nihil odit eorũ que fecit: & uult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionẽ ueritatis uenire. D Hi ergo oẽs prout capiũt diligũt. Sed eñ adoleſcentulæ qñ minus ſapiũt: minus & capiũt nec oĩno ſufficiunt ad tam ſublima. Paruulæ quippe in xp̃o ſunt lacte & oleo nutriẽdæ. Ergo ex uberib9 ſponſæ opus ſumere habẽt unde diligant. Habet oleũ effuſum ſponſa: ad cuius illæ excitantur
Can.1. odorẽ guſtare & ſentire quàm ſuauis eſt dñs. Cũq; amore flagrantes perſenſerint: cõuertens ſe ad ſponſum: oleũ ait effuſum nomẽ tuũ: pptera adoleſcẽtulæ dilexerũt te nimis. Quid eſt nimis? Valde, uehemẽter, ardẽter. Vel certè magis ex obliquo uos qui nuper ueniſtis tangit ſpiritalis ſermo: ueſtrã illã, quã & nos frequenter reprimere conati ſum9 min9 diſcretã uehemẽtiã: imo intẽperãtiã prorſus nimiũ obſtinatã redarguẽs. Nõ uultis eſſe cõi contẽti uita. Nõ ſufficit uobis regulare ieiuniũ: nõ ſolẽnes uigiliæ: nõ impoſita diſciplina: nõ mẽſura quã uobis partimur in ueſtimentis & alimẽtis: priuata præfertis cõibus. Qui ueſtri curã ſemel nobis credidiſtis: qd rurſum de uobis uos intromittitis. Nã illã qua totiẽs deũ cõſcientijs ueſtris teſtibus offendiſtis: ppriã ſcilicet uoluntatẽ ueſtrã: ecce nunc iterũ magiſtrã habetis: nõ me. Illa uos naturæ docet non parcere: rõni nõ acqeſcere: nõ obtẽperare ſeniorũ cõſilio uel exẽplo: nõ obedire nobis. An ignoratis qa melior eſt obediẽtia quàm uictimæ? Non legiſtis in regula ueſtra q qcquid ſine uolũtate uel cõſenſu prĩs ſpũalis fit: uanæ gloriæ deputabit nõ mercedi? B Non legiſtis in euangelio
Luce.2. quã formã obediẽdi puer ieſus pueris ſanctis tradiderit? Nã cũ remãſiſſet in hieruſalẽ: & dixiſſet in his quæ patris ſui erãt oportere ſe eſſe: nõ acqeſcẽtib9 parẽtib9 ei9: ſequi illos in nazareth nõ deſpexit: magiſter diſcipulos: de9 homines: uerbũ & ſapia: fabrũ & feminã. Quid etiã addit ſacra hiſtoria. Et erat (inquit) ſubditus illis. Quouſq; uos ſapiẽtes eſtis in oculis ueſtris? deus ſe mortalib9 credit & ſubdit: & uos in uiis ueſtris adhuc ambulatis? Bonũ rece peratis ſpm̃: ſed nõ bene utimini eo. Vereor ne aliũ, p iſto recipiatis, qui ſub ſpecie boni ſupplãtet uos: & q ſpũ cœ-
1.Cor.11. piſtis, carne cõſummemini. An neſcitis quia angelus ſatanæ multoties trãsfigurat ſe in angelum lucis? Sapiẽtia eſt de9, & uult ſe amari nõ ſolũ dulciter: ſed & ſapiẽter. Vnde
Roma.12. apls. Rationabile (inquit) obſequiũ ueſtrũ. Alioquin facillime zelo tuo ſpũs illudet erroris: ſi ſciẽtiã negligas. Nec habet callidus hoſtis machinamẽtũ efficacius ad tollẽdã de corde dilectionẽ: quàm ſi efficere poſſit ut in ea incaute & nõ cũ rõne ambulet. Quãobrem ego cogito modos quoſdã tradere uobis, quos operæp̃cio eſt deũ diligẽtib9 obſeruare. Sed quia hic ſermo finem deſiderat: cras eos ſi deus uitã mihi & ociũ qd nunc habemus ad diſſerẽdum ſeruauerit: explicare conabor. Tũc enim recreatis noctur na quiete ſenſibus: & qd eſt præcipuũ oratiõe præmiſſa: alacriores, ut iuſtum eſt: ad ſermonẽ de dilectione conueniemus: præſtante domino noſtro ieſu chriſto cui honor & gloria in ſecula ſeculorum Amen.

De triplici modo dilectionis qua deum diligimus. Sermo. XX. C

1. Cor.12. VT à magiſtri uerbis ſermo exordiũ ſumat: qui nõ amat dominum ieſum: anathema ſit. Valde omnino mihi amãdus eſt: per quẽ ſum, uiuo, & ꝑpio. Si ingrat9 ſum & indignus. Dignus plane eſt morte qui tibi dñe ieſu recuſat uiuere & mortu9 eſt: & qui tibi nõ ſapit deſipit: & qui curat eſſe niſi ꝓpter te:
Pſal.145. pro nihilo eſt & nihil eſt. Denicq; qd eſt homo niſi qa tu innotuiſti ei? Propter temetipſum deus feciſti oĩa: & qui eſſe uult ſibi & nõ tibi? nihil eſſe incipit inter oĩa. Deum time Eccl.12.
& mandata eius obſerua: hoc eſt (inquit) oĩs hõ. Ergo ſi hoc eſt oĩs hõ: abſq; hoc nihil oĩs hõ. Inclina tibi de9 modicũ id quod me dignatus es eſſe: atq; de mea miſera uita ſuſcipe obſecro reſiduũ amorum meorũ. Pro his uerò ques uiuẽdo pdidi, qa perdite uixi: cor contritũ & humiliatũ deus non deſpicias. Dies mei ſicut umbra declinaue Pſal. 101.
runt: & præterierunt ſine fructu, impoſſibile eſt ut reuocẽ: placeat ut recogitẽ tibi eos in amaritudine aiæ meæ. Iam de ſapiẽtia ante te eſt omne deſiderĩũ meũ: & propoſitum cordis mei. Siqua eſſet in me: ſeruarem ad te. Sed deus tu ſcis inſipiẽtiã meam: niſi q hoc ipſum fortaſſe ſapere eſt q & ego agnoſco eam: & quidẽ ex munere tuo. Auge illud mihi minime quidẽ ingrato pro munuſculo: ſed ſolicito pro eo quod deeſt. Pro his ergo ita ſum amãs te quãtum poſſum. D Sed eſt quod me plus mouet: pl9 urget: plus accẽdit. Super oĩa (inquam) reddit amabilẽ te mihi ieſu bone calix quẽ bibiſti: opus noſtræ redẽptiõis. Hoc oĩno amorẽ noſtrũ facile uẽdicat totũ ſibi. Hoc (inquã) eſt qd noſtrã deuotionẽ & blandius allicit: & iuſtius exigit: & artius ſtringit: & afficit uehemẽtius. Multum quippe laborauit in eo ſaluator: nec in omni mũdi fabrica tantũ fatigationis auctor aſſumpſit. Illa deniq; dixit & facta ſunt: mandauit & creata ſunt. At uerò hic & in dictis ſuis ſuſtinuit Pſal.32.
contradictores & in factis obſeruatores: & in tormẽtis illuſores: & in morte exprobratores. Ecce quõ dilexit. Adde q hanc ipſam dilectionem nõ reddidit ſed addidit. Nã Roma.11.
quis prior dedit: & retribuetur ei? Sed ut ſanctus ioan- 1.Ioan.4.
nes euangeliſta ait: nõ quia nos dilexerim9 deũ: ſed quia ipſe prior dilexit nos. Deniq; dilexit etiã non exiſtentes. Sed adiecit & reñiſtẽtes diligere iuxta Pauli teſtimoniũ dicentis: qñ cũ adhuc inimici eſſemus reconciliati ſumus Roma.5.
deo p mortẽ filij eius. Alioquin ſi nõ dilexiſſet inimicos: nõdũ poſſediſſet amicos: ſicut necdũ quos ſic diligeret eſſent: ſi non dilexiſſet qui nondum eſſent. B Dilexit autẽ dulciter, ſapiẽter, fortiter. Dulce nempe dixerim q carnẽ induit: cautũ q culpã cauit: forte q mortẽ ſuſtinuit. Nam quos ſanè in carne uiſitauit: carnal'r tñ nequaquã amauit: ſed in prudẽtia ſpũs. Spiritus qppe ante faciẽ noſtrã xps dñs: æmulãs nos dei æmulatiõe, nõ hoĩs: & certè ſaniori quàm prim9 adam euam ſuã. Itaq; quos in carne quæſiuit dilexit in ſpũ: redemit in uirtute. Plenũ prorſus oĩ ſuauitatis dulcedine: uidere hoĩem hoĩs cõditorẽ. At dum naturã prudẽter ſelegit à culpa: etiã potẽter mortẽ ꝓpulit à natura. In carnis aſſumptione cõdeſcẽdit mihi: in culpæ uitatione cõſuluit ſibi: in mortis ſuſceptione ſatisfecit patri: amic9 dulcis: cõſiliarius prudens: adiutor fortis. Huic ſecurus me credo q ſaluare me uelit, noũerit, poſſit. Quem quæſiuit: hũc & uocauit per gratiã ſuã: nũquid uemẽtem ejiciet foras? Sed nec uim nec fraudẽ metuo, pfecto ullam: q me uidelicet de manu eius poſſit eruere: qui & uincẽtẽ oĩa uicit mortẽ & ſeductorem uniuerſitatis ſerpẽtem arte utiq; ſanctiore delusit: iſto prudentior: illa potẽtior. Carnis quidẽ aſſumit ueritatẽ: ſed pẽti filiũ tu dmẽ: dulcẽ ꝓfus in illa exhibens cõſolationem infirmo: & in hac prudẽter abſcõdẽs laqueũ deceptiõis diabolo. Porrò ut patri nos recõciliet: mortẽ fortiter ſubit & ſubigit fundẽs p̃ciũ nr̃æ redemptiõis ſanguinẽ ſuũ. Ergo niſi amaſſet dulciter: nõ me in carcere requiſiſſet illa maieſtas. Sed iũxit affectioni ſapiam, qua tyrannũ deciperet: iũxit & patiẽtiã, qua placaret offenſum deũ patrem. Hi ſunt modi quos uobis ꝓmiſerã: ſed p̃miſi eos in xp̃o: ut cõmendabiliores haberetis.
C Diſce ô xp̃iane à xp̃o quẽadmodũ diligas xp̃m. Diſce amare dulciter: amare prudẽter: amare fortiter. Dulciter, ne illecti. Prudẽter, ne decepti. Fortiter, ne oppreſſi ab amore dñi auertamur. Ne mũdi gloria ſeu carnis uoluptatibus abducaris: dulceſcat tibi præ his ſapientia chriſtus. Ne ſeducaris ſpũ mendacij & erroris: luceſcat tibi ueritas xp̃s. Ne aduerſitatib9 fatigeris: cõforter te uirt9 dei xp̃s. Zelũ tuũ inflãmet charitas: informet ſciẽtia: firmet cõſtãtia. Sit feruidus, ſit circũſpectus, ſit inuict9. Nec teporem

habeat:nec careat discretione:nec timidus sit. Et uide ne
Deute. 6. forte tria ista tibi & in lege tradita fuerint:dicente deo. Di-
liges dñm deum tuũ ex toto corde tuo: & ex tota aĩa tua:
& ex tota uirtute tua. Mihi uidet si aliq̃ cõpetẽtior sensus
in hac trina distinctione nõ occurrit, amor qdẽ cordis ad
zelũ quẽdã ptinere affectiõis: aĩæ uerò amor ad industriã
seu iudicium rõnis:uirtutis aũt dilectio ad animi posse re
ferri cõstantiã uel uigorẽ. Dilige ergo dñm deũ tuũ toto
& pleno cordis affectu:dilige tota rõnis uigilantia & cir-
cumspectione:dilige & tota uirtute: ut nec mori pro eius
amore ptimescas:sicut scriptũ est in cõsequentib9:qm̃ for
tis est ut mors dilectio:dura sicut ifern9 æmulatio. Sit sua-
uis & dulcis affectui tuo dñs iesus: contra male utiq; dul-
ces uitæ carnalis illecebras:& uincat dulcedo dulcedinẽ:
quẽadmodum clauum clauus expellit. Sed sit nihilomin9
intellectui præuia lux & dux rationi: non solũ ob cauen-
das hæreticæ fraudis decipulas: & fidei puritatẽ ab eorũ
uersutijs custodiendã:uerũ ut caut9 quoq; sis nimiã & in
discretã uehementiam in tua cõuersatione uitare. Sit etiã
fortis & cõstãs amor tuus, nec cedẽs terrorib9, nec succũ-
bens laborib9:ergo amem9 affectuose circũspecte & uali-
de:scientes amorẽ cordis quẽ affectuosum dicim9 absq; eo
qui dicit aĩæ dulcẽ qdẽ:sed seducibilẽ: istũ uerò absq; illo
qui uirtutis est rõnabilem esse: sed fragilẽ. A Et uide in
manifestis exẽplis hoc ita esse ut dicim9. Cum ægreferrẽt
Ioan.14. discipuli quod de ascẽsuri magistri discessu ab eodẽ ipso
audierant:audierũt. Si diligeretis me, gauderetis utiq; qa
uado ad patrẽ. Quid ergo? Nõ diligebãt de cuius discessi-
õe dicebãt? Sed diligebãt quodãmodo & nõ diligebãt.
Diligebãt dulciter:sed min9 prudẽter. Diligebãt carnal'r:
sed nõ rõnabiliter. Deniq; diligebãt toto corde:non aũt
Ibidem. tota aĩa. Dilectio eorũ cõtra salutẽ eorũ. Vnde & aiebat.
Expedit uobis ut ego uadã: culpãs cõsiliũ nõ effectũ. Lo-
quẽti itẽ de morte sua futura: obuiare sibi conantẽ petrũ
qui eũ tenere diligebat, cũ ita ut meministis increpando
repressit:qd in eo aliud quàm imprudẽtiã repẽdit? Postre
Marc.8. mo qd est:nõ sapis quæ dei sunt: nisi non sapiẽter diligis,
humanũ sequens affectũ:cõtra diuinũ cõsiliũ. Et uocauit
satanam:eò q̃ saluti etsi nescies aduersaret qui saluatorem
mori prohiberet. Vñ & correctus repetẽtẽ postmodũ tri-
ste uerbũ:minime iã mori uetuit:sed se cõmorituru esse p
misit. Non aũt impleuit:qa necdũ ad tertiũ puenerat gra
dũ:in quo uirtute tota diligit. Erat tota aĩa doctus dilige
re:sed adhuc ifirm9. Bñ instruct9, sed parũ adiut9:nõ igna
rus mysterij, sed martyrij pauidus. Nõ planè illa fortis ut
mors dilectio tunc fuit q̃ morti succubuit: fuit aũt postea,
cũ ex pmissione iesu xpi indut9 uirtute ex alto:tãta tandẽ
cœpit uirtute diligere: ut i cõcilio phibit9 pdicare nomẽ
Actu.5. sanctũ, constãter phibẽtib9 respõderet. Obedire oportet
magis deo quàm hoibus. Tũc demũ tota uirtute dilexit:
Ioã.15. cũ nec uitæ suæ pepercit pro dilectiõe. Maiorẽ siqdẽ cha-
ritatẽ nemo habet: quàm si aĩam suã ponat quis p amicis
suis. Quam etsi minime tũc posuit: iam tñ exposuit:ergo
nõ abduci blãditijs: nec seduci fallacijs:nec iniurijs frãgi
toto corde, tota aĩa tota uirtute diligere est. C Et nota
amorem cordis quodãmodo esse carnalem:q̃ magis erga
carnẽ xpi & quæ in carne xps gessit uel iussit: cor hũanũ
afficiat. Hoc repletus amore facilè ad omnem de hmõi ser
monẽ cõpũgit. Nihil audit libenti9:nihil legit studiosius:
nihil frequẽtius recolit:nil suaui9 meditat. Inde holocau-
sta orationũ tãquam ex adipe uituli saginati impinguat.
Astat oranti hois dei sacra imago:aut nascẽtis aut lacten-
tis:aut docẽtis:aut moriẽtis:aut resurgẽtis:aut ascenden-
tis. Et qcqd tale occurrerit:uel strigat necesse est animũ in
amorẽ uirtutũ:uel carnis exturbet uitia, fugat illecebras,
desideria sedet. Ego hãc arbitror præcipuã inuisibili deo
fuisse causam q̃ uoluit in carne uideri: & cũ hoib9 homo
cõuersari: ut carnaliũ uidelicet qui nisi carnal'r amare nõ
poterant: cũctas primo ad suæ carnis salutarẽ amorẽ affẽ-
ctiones retraheret: atq; ita gradatim ad amorẽ pduceret
spiritualẽ. Nõne deniq; in hoc gradu adhuc stabant qui
aiebant. Ecce nos reliquimus oĩa & secuti sumus te? Solo Luce.5
pfecto corporalis p̃sentiæ amore reliquerant oĩa: adeò ut
salutaris futuræ passiõis & mortis ne audire quidẽ uerbũ
æquanimiter sustinerẽt:sed nec gloriã ascendẽtis postmo
dũ nisi cũ graui mœrore suspicere. Hoc em̃ est quod eis di
cebat. Quia hæc locutus sum uobis:tristitia implenit cor Ioan.16.
uestrũ. Iraq; in sola interim gratia p̃sentis suæ carnis:eos
ab amore ois carnis suspẽderat. Mõstrabat aũt postea eis
altiorẽ amoris gradũ cum diceret. Spũs est qui uiuificat: Ioan.6.
caro nõ pdest qcquã. Puto hũc ascẽderat iã qui dicebat,
Etsi cognouim9 xpm̃ sm̃ carnẽ: sed nũc iam nõ nouimus. 2.Cor.5.
Fortassis & nihilominus ppheta in hocipso stabat:cũ di-
ceret. Spũs ante faciẽ nostrã xps dñs. Nam q̃ subiungit, Treñ.4.
sub umbra eius uiuemus inter gẽtes:mihi uidet ex perso- Ibidem.
na incipiẽtium addidisse: ut quiescant saltẽ in umbra qui
solis ferre ardorem minus ualidos se sentiũt:& carnis dul
cedine nutriunt: dũ necdũ ualẽt ea percipere q̃ sunt spũs
dei. Vmbrã siquidẽ xpi:carnẽ reor esse ipsius:de qua obũ Luc.1.
bratũ est & mariæ:ut eius obiectu feruor splendorq; spũs
illi tẽperaret. In carnis ergo deuotione interim cõsolet, q
uiuificantem spm̃ necdũ habet: eo dũtaxat modo quo ha
bent illi qui aiunt. Spũs ante faciẽ nostrã xps dñs. Et itẽ. 2.Cor.5.
Et si cognouimus xpm̃ sm̃ carnẽ: sed nunc iam non noui-
mus. Nam aliàs quidẽ nequaquã sine spũsctõ uel in carne
diligitur xps: etsi nõ in illa plenitudine. B Cuius tamẽ
mẽsura deuotionis hæc est: ut totũ cor illa suauitas occu-
pet:totũ sibi ab amore uniuersæ carnis ac carnalis illece-
bre uendicet. Hoc qppe toto corde diligere est. Alioqui si
carnis meæ quãlibet consanguinitatẽ uel uoluptatẽ fortè
pfero carni dñi mei: per q̃ me uidelicet min9 ea implere
cõtingat: quæ i carne manẽs uerbo & exẽplo me docuit:
nõme liqdo cõstat q̃ toto nequaquã diligo corde:cũ id
diuisum habẽs, partẽ impẽdere uidear carni eius: partem
intorquere ad propriã? Deniq; ait. Qui amat patrem aut Matt.10.
matrẽ plus quàm me:nõ est me dignus. Et qui amat filium
aut filiam plus quàm me:nõ est me dignus. Ergo ut breui
ter dicã. Toto corde diligere: est oẽ qd̃ blãditur de carne
ppria uel aliena sacrosanctæ carnis eius amori postpone-
re. In quo & mundi æque gloriam cõprehendo: q̃ gloria
mũdi gloria est carnis:& qui in ea delectãtur carnales esse
non dubiũ est. Licet uerò donũ & magnum donũ spũs sit
istiusmodi erga carnem xpi deuotio: carnalem tñ dixerim
hũc amorẽ: illi9 utiq; amoris respectu: quo nõ tam uerbũ
caro iã sapit quàm uerbũ sapiẽtia: uerbũ iustitia: uerbum
ueritas: uerbũ sanctitas: pietas uirt9:& si quid aliud q̃ sit
hmõi dici põt. Et hæc nempe oĩa xps qui factus est nobis
sapientia à deo & iustitia & sanctificatio & redemptio. C
An tibi æque & uno modo affecti uidẽtur: is qdẽ qui xpo
passo pie cõpatitur: cõpungitur: & mouetur facilè ad me
moriã horũ quæ pertulit: atq; istius deuotionis suauitate
pascitur & confortatur ad quæque salubria, honesta, pia?
Itẽq; ille qui iustitiæ zelo semper est accẽsus: qui ueritatẽ
ubiq; zelat: qui sapiẽtiæ feruet studijs: cui amica sanctitas
uitæ & morum disciplina: cuius mores erubescunt iactan
tiam: abhorrent detractionẽ: inuidiam nesciũt: superbiã
detestantur: oẽm humanam gloriã non solum fugiũt: sed
& fastidiunt & contẽnunt: oẽm in se carnis & cordis im-
puritatẽ uehementissime abominãtur & persequũtur: oẽ
deniq; tanquã naturaliter & malũ respuunt, & quod bo-
num est amplectũtur. Nõne si compares utriusq; affectio
nes, cõstat quodãmodo illum superiorẽ respectu quidem
huius amare quasi carnaliter? Bonus tñ amor iste carna-
lis per quẽ uita carnalis excludit, contẽnitur & uincitur
mundus. Proficit autẽ in eo cũ fit & rationalis: perficit cũ
efficitur etiã spiritualis. Porrò rationalis tunc est cum in
omnib9 quæ oportet de christo sentiri fidei ratio ita firma
tenetur ut ab ecclesiastici sensus puritate: nulla uerissimili
tudine: nulla hæretica seu diabolica circũuentiõe aliqua-
tenus deuiet. Iremq; cũ in ppria cõuersatione illa cautela
seruatur: ut discretionis meta nulla superstitione uel leui-
tate: uel spiritus quasi feruẽtioris uehementia excedatur.

Et hoc

Et hoc esse tota aïa deū dilígere: iam supra díximus. Q; si etiã aduuãtis spūs uígor tantus accedat: ut nulla uí labo rum uel tormentorū: sed nec mortis metu iustitia unquã deseratur: in hoc etiã tota uirtute dílígí: & est amor spũa lis. Qđ nimirũ nomẽ huic spãliter amori cõgruere puto: ob p̄rogatiuã utiq; plenitudínis spūs qua p̄cellit. Et hæc Cant.1. sufficiãt pro eo qđ spõsa dicit. Propterea adolescẽtulæ dí lexerunt te nímis. In his q̃ sequũtur: dígneſ nobis aperire thesauros mixe suæ: ipse custos eorũ iesus xp̃s dñs noster. Qui uiuit & regnat cum patre in unitate spūssancti deus per omnia secula seculorum. Amen.

Qualiter sponsa id est ecclesia trahi se optat post sponsum id est Christum. Sermo. XXI. A

Can.1. TRahe me post te. In odore unguentorũ tuorũ curremus. Quidſ Spõsane ergo necesse habet trahi: & hoc post sponsum: Quasi uerò inuita eũ & nõ libens sequaſ: Sed nõ oĩs q trahiſ: inui tus trahiſ. Nec eñ infirmũ aut debilẽ: eũ uidelicet qui per se ire non ualet: trahi ad balneũ seu ad prandiũ píget: & si reum pígeat trahi ad iudiciũ uel ad pœnam. Deniq; trahi uult quæ & hoc rogat. Non autem rogaret: si sequi per se ipsam dilectũ prout uellet ualeret. Vtqd uerò non ualet? An infirmã fateamur & sponsam? Si una quæuis ex adole scentulis infirmã se díceret & peteret trahi: nequaquã mi raremur. At uerò de spõsa q̃ trahere & alios utpotè fortis & perfecta posse sufficere uidebaſ: cui nõ durũ sonet? & ipsa trahi tãquam infirma uel debilis necesse habeat? De quanã aïa iam cõfidimus q; ualída sit & sana: si illam infir mã díci cõsenserím9 q̃ pro sui singulari perfectiõe & excel lẽtiori uirtute spõsa dñi noĩatur? An ecclesia fortè id dixe rit: cũ intueretur dilectũ ascendentẽ: gestíẽs eũ sequi atq; assumi cũ ipso in gloría? Quãquã & quãtæuis perfectiõis aïa quãdiu qdẽ gemit sub corpe mortis hui9: & hui9 secu li nequã retineſ inclusa carcere: uincta necessitatib9: torta sceleribus: lentius seguiusq; assurgat necesse est ad cõtem plãda sublimía: nec oĩno liberũ habet sequi spõsum quo Rom.7. cũq; ierit. Hinc lachrymosa uox illa gemẽtis. Infelix ego homo: qs me liberabit de corpore mortis hui9? Hinc sup plex illa p̄catio. Educ de carcere aïam meam. C Dicat Sap.9. proinde: dicat cũ gemitu etiã sponsa. Trahe me post te: qa corpus quod corrũpitur aggrauat aïam: & deprimit ter Philip.1. rena inhabitatio sensum multa cogitantem. An hoc dicat cupíes dissolui & esse cũ xp̃o: præsertim dũ uideat eas p̄p ter quas manere ipsam in carne necessariũ uidebaſ bene proficiẽtes: amare iam spõsum & stare in tuto charitatis? Siqdẽ hoc præmiserat p̄pterea (inquiẽs) adolescẽtulæ dí lexerũt te. Nũc ergo quasi dicat ecce adolescẽtulæ amant te: & amãdo firmiter inhærent tibí: mecũq; minime iã opus habẽt, nulla mihí causa in hac uita ulterius cõmorãdi. Id circo ait. Trahe me post te. Hoc sentirem: si díxisset: trahe me ad te. Nunc uerò quia dicit post te: magis illud mihi postulare uideſ: ut cõuersationis eius ualeat uestígia seq: ut possit æmulari uirtutẽ & normã tenere uitæ: & morũ queat apprehẽdere disciplinã. In his quippe maxime op9 est adiutorio: quo ualeat abnegare semetipsam, & tollere crucem suã: & sic sequi xp̃m. Hic prorsus trahi necesse ha bet sponsa: nec sanè trahi ab alio quàm ab eoipso qui ait. Sine me nihil potestis facere. Scio, inquit, me nequaquã posse peruenire ad te nisi gradiendo post te: sed neq; hoc quidẽ, nisi adiutã abs te: ideoq; p̄cor ut trahas me post te. Psal.83. Beat9 quidẽ cui9 est auxiliũ abs te: ascẽsiones in corde suo dispositit in ualle lachrymarum: peruẽturus q̃q; ad te in mõtibus gaudiorũ. Q; pauci post te ô dñe iesu ire uolũt: cũ tñ ad te peruenire nemo sit q nolit: hoc sciẽtib9 cũctis: quia delectatiões in dextera tua usq; in finẽ. Et propterea uolunt oẽs te frui: at nõ ita & imitarí: cõregnare cupiunt: Num.23. sed nõ cõpati. Ex his erat ille qui dicebat. Moriaſ aïa mea morte iustorũ: & fiant nouissima mea horũ siliía. Optabat sibí extrema iustorum: sed non ita & principia. D Mortẽ spũaliũ optant sibí etiã carnales: quorũ tñ uitã abhorrẽt: sciẽtes preciosam mortẽ esse sctorum: q̃m cũ dederit dile ctis suis somnũ: ecce hæreditas dñi: & quía beatí mortuí qui in dño moriuntur: cũ ecõtrario iuxta pphetæ sniam: mors peccatorũ pessima sit. Non curant quærere: quẽ tñ desiderãt inuenire: cupiẽtes cõsequi: sed nõ & sequi. Non sic illí quib9 aiebat. Vos estis qui pmãsistis mecũ in tenta Luce.22. tionib9 meis. Beatí qui digní habiti sunt testimonio tuo benígne iesu. Ipsi reuera ibãt post te & pedibus & affectí bus. Notas eís fecisti uias uitæ: uocãs eos post te: qui uía Psal.15. & uita es: & dicens. Venite post me: faciã uos fieri piscato Matt.4. res hoĩm. Item. Qui mihí ministrat: me sequaſ: & ubi sum Ioan.12. ego: illic & minister meus erit. Dicebant ergo gloriantes. Ecce nos reliquímus oĩa & secutí sum9 te. Sic ítaq; & dile Matt.19. cta tua relictís oĩbus p̄pter te: cõcupiscit semp ire post te: semper tuís inhærere uestígíis: ac sequí te quocunq; ieris: sciens q̃m uiæ tuæ uiæ pulchræ: & oẽs semitæ tuæ pacifi cæ. Et quía qui sequiſ te: non ambulat in tenebrís. Precaſ autẽ se trahi: q̃m iustitia tua sicut montes dei: nec sufficit ad illam suis uiríb9. Precaſ se trahi (ut assollet) quía nemo Ioan.6. uenit ad te: nisi pater tuus traxerit eũ. Porrò quos pater trahit: trahís & tu. Opera quippe quæ pater facit: hæc & filius siliter facit. Sed familiarí9 à filio postulat trahi, tãquam à sponso proprío: quẽ pater misit me obuiã ei ducẽ ac p̄ce ptorẽ: qui sibí præiret in uía morũ: & præpararet iter uir tutum: & erudiret eã sicut semetipsum: & uiã prudẽtiæ do ceret: & traderet ei legem uitæ & disciplinæ: & sic merito ipse concupiscceret decorem eius. B Trahe me post te in odore unguẽtorũ tuorũ curremꝰ. Propterea opus habeo trahi: q̃m refriguit paulisper in nobís ignis amoris tui: nec ualemus à facie frigoris huí9 currere modo, sicut heri & nudiustertí9. Curremus aũt postea: cum reddideris læ títiã salutaris tui: cum redierit melior tẽperies gratiæ: cũ sol iustitiæ iterum incaluerit: & pertrãsierit tẽtationis nu bes: quæ hunc operíre ad horã cernitur: atq; ad lenẽ flatũ auræ blandioris: solito cœperint unguenta liquescere: & aromata fluere: & dare odorẽ suũ. Tunc curremus: in odo re illo curremus. Spirantibus, inquã, unguẽtis curremus: q̃m abscedet torpor qui nũc est, & reuertetur deuotio: & iã non erit opus nobis ut trahamur: quippe odore excita tis: ut spõte curram9. Nũc uerò interim trahe me post te. Vidésne illũ qui in spũ ambulat: nequaquam permanere in uno statu: nec eadẽ semper facilitate p̄ficere: & q; nõ sit in hoĩe uía ei9; sed quẽadmodũ ei spũs moderator prout uult dispensat nunc segníus: nũc alacríus: quæ retro sunt obliuiscí & ad anteriora sese extendere. Puto q; hoc ipsum si attenditis uestra uobís experiẽtia intus respõdet, quod ego foris loquor. Ergo cũ te torpore, accidía uel tædio af fici sentís: noli p̄pterea diffidere aut desistere à studío spí rituali: sed iuuãtis requíre manũ: trahí te obsecrãs sponse exẽplo, donec denuo suscitante gratia, factus promptior, alacríorq; curras & dicas. Viam mandatorũ tuorũ cucur Psal.118. rí: cum dilataſti cor meũ. Sic aũt quandiu adest gratia: de lectare in ea: ut non te existímes donum dei iure hæredita rio possidere: ita uidelicet securus de eo quasi nũquã per dere possis: ne subito cũ fortè retraxerit manũ & subtra xerit donũ: tu animo concidas: & tristior quàm oportet fias. Deniq; ne dixeris: in abũdantia tua non mouebor in Psal.29. æternũ: ne etiã illud quod sequiſ dicere cũ gemitu quidẽ cogaris. Auertisti faciẽ tuam à me: & factus sum conturba Ibidem. tus. Curabis potí9 (si sapis) pro cõsilio sapiẽtis in die ma lorum nõ immemor esse bonorũ: atq; in die bonorum nõ immemor esse malorum. Ergo in die uirtutis tuæ noli esse securus: sed clama ad deũ cũ ppheta & dic. Cũ defecerit Psal.70. uirtus mea: ne derelinquas me. D Porrò in tpe tentatio nis consolare: & dic cũ sponsa. Trahe me post te: in odore unguentorũ tuorum curremus. Sic te non deseret spes in tempore malo: nec in bono prouidẽtia deerit: eriscq; inter aduersa & prospera mutabilíũ temporũ tenens quandam æternitatis imaginẽ: utiq; hãc inuiolabilẽ & incõcussam cõstantis animi æqualitatẽ: benedicẽs dũm in omni tpe: proindecq; uẽdicãs tibí etiã in hui9 nutabũdi seculi dubíjs euentibus: certiscq; defectib9 perẽnis quodãmodo incom

Universidad de Deusto Biblioteca

mutabilitatis statū: dum te cœperis renouare & reformare in insigne illud antiquū similitudinis æterni dei: apud quem nō est trāsmutatio nec uicissitudinis obumbratio. Quippe sicut ipse est: ita & tu eris in hoc mūdo: nec in aduersis timidus: nec in prosperis dissolut⁹. In hoc (inquā) nobilis creatura facta ad imaginē & similitudinē eius qui se fecit antiqui honoris dignitatē receptare: iam iamq; & recuperare se indicat: cū sibi indignum ducit huic labēti seculo conformari: reformari magis satagēs (iuxta pauli doctrinā) in nouitate sui sensus in eam similitudinē in qua se conditā nouit: ac per hoc etiā cogēs (ut dignū est) seculum istud quod ꝓpter se factū fuit uersa uice mirū in modum cōformari sibi: dum oia ei cooperari in bonum incipiūt: tanquā in propria & naturali forma: abiecta degeneri specie: recognoscētia dñm suū: cui ad seruiendū creata fuere. B Vnde arbitror illum sermonem quem dixit de se unigenitus: uidelicet si exaltaretur à terra: oia traheret ad seipsum: cunctis quoq; eius fratribus posse esse cōem. His utiq; quos pater p̄sciuit & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui: ut sit ipse primogenit⁹ in multis fratrib⁹. Et ego igitur si exaltatus fuero à terra (audacter dico) oia traham ad meipsum. Nec enim temerarie usurpo mihi fratris mei uocē: cuius me induo similitudinē. Qđ si ita est: non putent diuites huius seculi fratres xp̄i sola possidere cælestia: qa audiūt dicentē. Beati pauperes spū: qm̄ ipsor⁊ est regnū cælorū. Non eos (inquā) æstiment sola cælestia possidere: quia ea sola audiūt in ꝓmissione. Possidēt & terrena. Et quidē tanquā nihil habentes: sed oia possidentes. Non mēdicantes ut miseri: sed ut domini possidentes: eò pro certo magis dñi quo minus cupidi. Deniq; fideli hoi totus mūdus diuitiarū est. Totus planè: quia tam aduersa quàm prospera ipsi⁹ æque oia seruiūt ei & cooperātur in bonū. Ergo auarus terrena esurit ut mēdicus: fidelis contemnit ut dñs. Ille possidendo mendicat: iste contēnendo seruat. C Quære à quouis eorum qui insatiabili corde lucris tpalibus inhiāt: quidnā de his sentiat qui sua nēdētes & dātes pauperibus: regna cælorū pro terrena mercātur substātia: sapienter agāt: necne: proculdubio respondebit sapiēter. Quære item cur quod approbat ipse nō facit: non possum inquiet. Quare: profecto quia dña auaritia nō permittit: qa liber non est: qa nō sunt sua quæ possidere uidet. Sed nec ipse sui iuris. Si uerè tua sunt: expēde ad lucra: & pro terrenis cælestia cōmutato. Si non uales: fatere te pecuniæ tuæ nō dñm esse sed seruū: custodem nō possessorem. Deniq; & cōformaris crumenæ tuæ tāquam seruus dñæ suæ: dum quō ille illi necessario & congaudet gaudenti: & dolēti cōdolet: tu quoq; cū crescēte tuo marsupio: crescis pariter aio, & cū decrescente decrescis. Nam & contraheris tristitia cū illud exinanitur: & lætitia solueris: aut certè inflaris supbia cū implet. Hoc ille. Nos uerò spōsæ curem⁹ æmulari libertatē atq; constantiā: quæ sicut bene instructa in oibus & erudita corde in sapientia: scit abundare: scit & penuriā pati. Cum se rogat trahi: ostēdit quid desit sibi: non pecuniæ sed uirtutis. Rursum cum se nihilominus de spe redituræ gratiæ cōsolat: etsi deficere, nō tñ diffidere se probat. Dicit ergo. Trahe me post te in odore unguētorū tuorū curremus. D Et qd mirū si indiget trahi: quæ post gigantē currit: quæ cōprehēdere nitit cum qui salit in mōtib⁹: trāsilit colles: Velociter (ait) curit sermo eius. Non ualet ex equo currere: nō potest pari cū illo celeritate cōtendere: qui exultat ut gigas ad currēdā uiam, nō potest suis uiribus: & ꝓpterea rogat se trahi. Fessa sum, inquit, deficio: noli me deserere: sed trahe me post te: me incipiā uagari post amatores alios: nec curram quasi in incertū. Trahe me post te: quia satius mihi est ut me trahas: ut scilicet uim qualēcūq; mihi: aut terrēdo minis: aut exercendo flagellis inferas: quàm parcens in meo me torpore male securā derelinquas. Trahe quodammodo imitā: ut facias uoluntariā. Trahe torpentē: ut reddas currentē. Erit qñ non indigebo tractore: qñ uolūtarie & cum omni alacritate curremus. Non curram ego sola etsi solā me trahi petierim: currēt & adolescentulæ mecū. Curremus pariter: currem⁹ simul: ego odore unguētorū tuorū: illæ meo excitatæ exēplo atq; hortatu: ac per hocōs i odore unguētorū tuorū curremus. Habet sponsa imitatores sui: sicut & ipsa est xp̄i: & ideò non ait singulariter curram: sed curremus. B Sed oritur quæstio: cur similiter cū se petīt trahi: etiā adolescētulas nō adiunxit: ut nō trahe me: sed trahe nos diceret. Quid em̄ forténe sponsa indiget trahi: & adolescētulæ non indigēt: O pulchra: ô felix: ô beata: edissere nobis huius distinctionis rationem. Trahe me ais. Quare me: & non nos? An hoc bonum inuides nobis? Absit. Neq; em̄ ꝓtinus dixisses adolescentulas tecum esse cursuras si sola post sponsum ire uoluisses. Cur ergo pluraliter mox subiunctura curremus: trahi te singulariter postulasti. Charitas inquit ita postulabat. Disce per hoc uerbū à me in spūali exercitio duplex auxiliū desuper sperare: correptionē & cōsolationē. Altera foris exercet: altera uisitat intus. Illa reprimit insolentiā: ista in fiduciā erigit. Illa operat humilitatē: ista pusillanimitatē cōsolat. Illa cautos: ista deuotos facit. Timorem dñi docet illa: ista ipsum timorē infuso tēperat gaudio salutari: sicut scriptū est. Lætet cor meū ut timeat nomen tuū. Itē. Seruite dño in timore: & exultate ei cum tremore. C Trahimur cum tētationibus & tribulationib⁹ exercemur. Currim⁹ cū interniis consolationib⁹ & inspirationib⁹ uisitati: tanquā in suaueolentib⁹ unguētis respiram⁹. Ergo quod austerū & durū uidet retineo mihi tanquā forti: tāquā sanæ: tanquā perfectæ: & dico singulariter trahe me. Qđ suaue & dulce tibi tanquam infirmo cōmunico, & dico, curremus. Noui ego adolescentulas delicatas & teneras esse: & minus idoneas sufferre tētationes: & ꝓpterea mecū nolo ut currāt: sed nō ut mecū trahātur. Volo habere socias cōsolatiōis: nō aūt & laboris. Quare? Qm̄ infirmæ sunt: & uereor ne deficiant: ne succumbāt. Me, inquit, ô sponse corripe: me exerce: me tenta: me trahe post te: qm̄ ego in flagella paratа sum: & potens ad sustinendū. Certatim simul curram⁹: id est sola trahar: sed simul curremus. Curremus curram⁹: sed in odore unguētorū tuorū: nō in nostror⁊ fiducia meritorum. Nec in magnitudine uirtū nostrarū currere nos confidim⁹: sed in multitudine miserationū tuarum. Nā & si qñ cucurrim⁹ ac uolūtarie fuimus: nō fuit uolentis neq; currētis, sed miserētis dei. Reuertat⁊ miseratio & curram⁹. Tu qdē in uirtute tua tanquā gygas & potēs curris: nos nisi unguēta tua spirauerint, nō curram⁹. Tu quem pater unxit oleo lætitiæ præ cōsortib⁹ tuis curris in ipsa unctione: nos in illius odore curremus. Tu in plenitudine: nos in odore. Tps esset ut persoluerē qđ de unguentis sponsi lōge supra ꝓmisi: ne me memini: si nō huius sermonis longitudo uetaret. Differo ergo. Nam & materiæ dignitas artari molesta breuitate non patitur. Rogate dñm unctiōis ut uoluntaria oris mei beneplacita facere dignetur: ad insinuandam uestris desideriis memoriā abundantiæ suauitatis suæ: quæ est in spōso ecclesiæ iesu xp̄o dño nr̄o &c.

Isai.12.

Ibidem.

Matt.5.

Psal.147.

Psal.18.

Psal.85.

Psal.2.

Rom.9.

Psal.44.

De quatuor unguentis sponsi: atq; de quatuor uirtutibus cardinalibus. Sermo. XXII. D

SI ita preciosa ita magnifica sponsæ unguēta inuenta sunt: quēadmodum cum tractarent⁊ audistis: sponsi qualia sunt: Et si digne ea nos prout sunt nō sufficimus explicare: haud dubium tñ quin excellētior horū uirtus & gratia efficacior sit: quor⁊ solus non solum adolescentulas sed ipsam quoq; sponsam odor excitat ad currēdū. Si em̄ aduertis: nil tale de ꝓprijs unguētis ausa est polliceri. Et quidē illa optima esse gloriatur: sed nō dicit tamen: qa in eis cucurrisset aut curreret: quod in istorum solo odore promittit. Quid si ipsam unctionē in se effusam sentiret: cuius ita tenui exhilarata fragrantia permouet⁊ ut currat? Mirum si non & uolaret. ¶ Sed dicit aliqs. Desine iam cōmēdare: satis cū ea cœperis assignare: apparebit quid sint. Nō. Minime ego istud polliceor. Sanè an uel ipsa sint q̄ aio suggerūtur dicenda: crede mihi, adhuc nescire me fateor. Exīstimo em̄ spōsum

uarias

narías aromatũ atq; unguentorum habere ſpecies & non paucas: & alías quidẽ eſſe in quibus ſingl'r oblectat ſpõſa: tanquã ꝓpinquior ac familiarior: alías uerò q̃ uſq; ad adoleſcẽtulas peruenĩt: alías q̃ ptingũt etiã ad lõge poſitos & extrancos: ut nõ ſit qui ſe abſcõdat à calore eius. Sed licet ſuauis dñs unuerſis: maxime tñ domeſticis. Et quanto qs ei familiarius ꝓ uitæ meritis ac mẽtis puritate appropiat: tãto eum arbitror recẽtiorũ aromatũ & unctionis ſuauiorís ſentire fragrantiam. B Porrò in hmõi nõ capit intelligentia: niſi quantum experientia attingit. Ego uerò haud temere mihi arrogarim ſponſæ prærogatiuã. Nouit ſponſus quib⁹ delitijs ſpũs foueat dilectã: quib⁹ ſingulariter refocillet ſenſus eius inſpiratiõib⁹ & mulceat odoramẽtis. Sit ſibi fons ꝓprius in quo ei nõ cõmunicet alien⁹: nec indignus bibat ex eo Eſt qppe ort⁹ concluſus, fons ſignat⁹. Cãt. 4. Cæterũ deriuant aq̃ inde in plateas: eas me habere ad manũ fateor: dũ tñ nemo mihi moleſt⁹ ſit aut ingrat⁹: ſi de publico haurio & ꝓpino. Nã ut pauliſper miniſteriũ meũ in hac pte cõmendẽ: nõ nulli⁹ ꝓfecto fatigationis eſt atq; laboris: quotidie. ſ. exire & haurire etiam de manifeſtis riuulis ſcripturarũ: & ex eis ſingulorũ neceſſitatib⁹ inſeruire: ut abſq; ſuo labore q̃ſq; ueſtrũ ꝑſto habeat aquas ſpũales ad oẽ op⁹: uerbi gr̃a: ad lauãdũ: ad potãdũ: ad ciboscoquẽdos. Eſt nimirũ aqua ſapiæ ſalutaris ſermo diuin⁹ nõ mõ Ioan. 13. potãs, ſed & lauãs, dicẽte dño. E t uos mũdi eſtis ꝓpter ſermonẽ quẽ locutus ſum uobis. Sed & crudos carnis cogitatus igne ſpũſcti accẽdẽte coquẽtium eloquium: ac ꝑs. 38. uertit in ſenſus ſpũales & cibos mẽtis: ita ut dicas. Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardeſcet ignis. Qui mẽte ſanè puriori per ſeipſos apꝑhẽdere ſublimiora ſufficiũt quàm ꝓ nos ꝓferant, non ſolũ nõ phibeo, ſed & multũ cõgratulor, dũ & ipſi nos patiãtur ſimpliciora ſimpliciorib⁹ miſtrare. D Quis dabit mihi ut oẽs ꝓphetẽt: V tinã mihi neceſſe nõ eſſet i his occupari. V tinã aut alteri cura incũberet iſta, aut certè (qd' mallem) nemo in uobis eſſet qui ea indigeret, eſſentq; oẽs docibiles dei, & ego poſſem uacare & uidere qm̃ ſpõſus eſt deus. Nunc uerò quem mime interim non dico intueri ſed ne inquire re quidẽ licet (qd' ſine lachrymis nõ loquor) regẽ in decore ſuo ſedentẽ ſup cherubin ſup ſoliũ excelſum & eleuatũ: in ea forma qua æq̃lis patri in ſplẽdoribus ſctõrum añ lucíferũ genitus eſt, in qua & ſemp deſiderant angeli eũ proſpicere, deũ apud deũ, ipm ſaltem hoiem (homo hoib⁹ loquor) ſm eam formã in qua ut ſe manifeſtum nimia ſua dignatione & dilectione preberet: minoratus ab angelis in ſole poſuit tabernaculum ſuũ, tanquã ſponſus ꝓcedẽs de thalamo ſuo. Suauẽ magis quàm ſublimẽ, & unctũ non altũ loquor: qualẽ denicꝫ ſpũs dñi unxit: & miſit euãgelizare pauperibus: mederi cõtritis corde, ꝑdicare captiuis indulgentiã, & clauſis apertionẽ, ꝑdicare annũ placabilem dño. Saluo igitur cuiꝫ qd' fortè ſublimius ſubtiliuscꝫ de ſpõſi unguẽtis ſpeciali munere ſentire ſibi & experiri donatũ eſt, ego quod de cõi accepi, ꝓfero in cõe. Ipe ſiquidẽ fons uitæ, ipſe fons ſignat⁹, de intra ortũ concluſum erũpens per os pauli fiſtulam ſuã: tanquã uerè illa ſapientia q̃ iuxta beati Iob ſententiam trahitur de occultis, in quatuor ſeſe riuos diffudit, & deriuauit in plateas: ubi uidelicet & aſſignat nobis eum factum à deo ſapientiam, & iuſtitiã, & ſanctificationẽ, & redemptionẽ. Ex his utiꝫ quatuor riuis tanquã ꝑcioſiſſimis unguẽtis (nil enim obſtat utrumꝫ intelligi, & aquã & unctionẽ, aquã qa mundant, unctionẽ quia fragrant) ex his inquã quatuor ꝑmiſſis tanquã unguentis ꝑcioſiſſimis ſup mõtes aromatum de cæleſtibus ſpeciebus confectis, tanta eccliæ nares odoris ſuauitas repleuit, ut mox à quatuor mundi partibus excitata illa dulcedine, ſupernũ ꝓperaret ad ſpõſum, tanquã ue
3. Reg. 10. rè illa regina auſtri, feſtinãs à finib⁹ terræ audire ſapiẽtiã Salomonis, opinionis ſiquidẽ odore prouocata. B Sanè & eccliа non ante currere ualuit in odore ſui Salomonis: quouſq; is qui ab æterno ex patre ſapia erat: factus eſt ei in tpe à patre ſapia quo ipſi⁹ odorẽ percipere poſſet. Sic iuſtitia: ſic ſanctificatio: ſic & redẽptio nihilominus ei fact⁹ eſt: ut horũ quoꝫ in odore currere poſſet cum hæc æque oia i ſe añ oia eẽt. Nã & in principio qdẽ erat uerbũ Ioã. 1. ſed tũc demũ ad uidendũ ipm paſtores uenerũt feſtinantes: cũ nũciatũ eſt factũ. Deniqꝫ & loquumr adinuicẽ. Trãſ- Luce. 2. eamus uſq; bethleẽ & uideam⁹ hoc uerbũ qd' factũ eſt: qd' fecit dñs, & oñdit nobis. Et ſequit: ga uenerũt feſtinantes: Prius nõ ſe mouebãt: dũ uerbũ erat tñ apud deũ. At ubi uerbũ qd' erat factũ eſt: ubi hoc dñs fecit & oñdit: tũc uenerũt feſtinãtes: tunc cucurrerũt. Quõ ergo in principio Ioã. 1. erat uerbũ: ſed uerbũ erat apud deũ: factũ eſt añ quaten⁹ eſſe inciperet & apud hoies: ſic nihilominus in principio ſapia erat, erat iuſtitia: erat ſanctificatio & redemptio: ſed angelis, ut eſſet & hoibus: fecit eum hæc oia pater, & fecit qd' pr̃. Deniqꝫ qui factus eſt, inqt, nobis ſapia à deo, & nõ ait ſimpl'r: q factus eſt ſapia, ſed qui factus eſt nobis ſapientia: qm̃ qd' erat angelis factus eſt & nobis. C Et angelis (inquis) quõ redemptio fuerit: nõ uideo. Nec eiñ auctoritas ſcripturarũ uſpiam aſſentire uidet eos aliq̃n aut pctõ extitiſſe captiuos, aut morti obnoxios ut neceſſariã habe rent redẽptionẽ, exceptis duntaxat illis q ſuperbiæ lapſu irremediabili corruẽtes, redimi deinceps nõ merẽtur. Si itaqꝫ angeli nunquã redẽpti ſunt, alij utiꝫ nõ egentes: alij non ꝓmerentes: illi qdẽ qa nec lapſi ſunt: hi añt qa irreuocabiles ſunt: quo pacto tu dicis dñm ieſum xp̃m eis fuiſſe redemptionem? Audi breuiter. Qui erexit hoiem lapſum: dedit ſtanti angelo ne laberetur: ſic illum de captiuitate eruens, ſicut hunc à captiuitate defendens. Et hac ratione fuit æquè utriꝫ redẽptio, ſoluẽs illũ, & ſeruãs iſtũ. Liquet ergo ſanctis angelis dñm xp̃m fuiſſe redẽptionem, ſicut iuſtitiã: ſicut ſapientiã: ſicut ſanctificationẽ. Et nihilominus tñ hæc ipſa quatuor eſſe factum ꝓpter hoies, q inuiſibilia dei nõ niſi per ea q̃ facta ſunt intellecta conſpicere pñt. Sic ergo oẽ qd' erat angelis, factus eſt nobis. D Quidẽ Sa- Roma. 1. pientia, iuſtitia, ſanctificatio, redemptio. Sapientia in prædicatione, iuſtitia in abſolutione peccatorũ, ſanctificatio in cõuerſatione quã habuit cũ pctõribus: redẽptio in paſſione, quã ſuſtinuit pro pctõribus. V bi ergo hæc à deo factus eſt, tunc eccleſia odorẽ ſenſit, tunc cucurrit. Vide iam quadriſariam unctionem: uide affluentiſſimam atq; mæſtimabilem ſuauitatem eius: quem unxit pater oleo lætitiæ præ conſortibus ſuis. Sedebas ô homo in tenebroſis & in umbra mortis, per ignorantiam ueritatis, ſedebas unctus catenis delictorum. Deſcendit ad te in carcerem, non ut torqueret, ſed ut erueret de poteſtate tenebrarũ. Et prio quidẽ ueritatis doctor depulit umbram ignorantiæ tuæ, luce ſapientiæ ſuæ. Per iuſtitiam deide quæ ex fide eſt ſoluit fines peccatorum, gratis iuſtificãs peccatorem. Quo gemino beneficio impleuit ſermonem illum ſancti Dauid. ꝑs. 145. Dominus ſoluit compeditos, dominus illuminat cæcos. Addidit quoꝫ ſancte inter peccatores uiuere, & ſic tradere formam uitæ: tanquam uiæ qua redires ad patriam. Ad cumulum poſtremo pietatis tradidit in mortem animam ſuam, & de proprio latere protulit pretium ſatisfactionis quo placaret patrem, per quod illum planè ad ſe uerſicu- ꝑs. 129. lum traxit. Apud dñm miſericordia, & copioſa apud eum redemptio. Prorſus copioſa, quia non gutta ſed unda ſanguinis largiter per quinꝫ partes corporis emanauit. B Quid tibi debuit facere & nõ fecit? Illuminauit cæcũ, ſoluit uinctum, reduxit erroneũ, recõciliauit reum. Quis nõ poſt illum libenter atq; alacriter currat, qui & ab errore liberat, & errata diſſimulat, qui deinde merita uiuẽdo tradit, præmia moriendo cõquirit? Quam excuſationem habet qui in odore horum unguentorum non currit, niſi ad quem fortè odor minime peruenit? Sed eiñ in oẽm terram exiuit odor uitæ, quoniam mia dñi plena eſt terra, & miſerationes eius ſuper omnia opera eius. Ergo qui uitalem hanc ſparſam ubiꝫ fragrantiam nõ ſentit, & ob hoc non currit: aut mortuus eſt, aut putidus. Fragrantia fama eſt, præuenit opinionis odor, excitat ad currendum, perducit ad unctionis experimentum, ad brauium uiſionis.

Universidad de Deusto Biblioteca

ps.47. Vox una lætantiū:oīm peruenientium.Sicut audiuimus: sic uidimus in ciuitate dñi uirtutū.Oīno propter mansuetudinē q̄ in te p̄dicatur currim⁹ post te dñe iesu: audietes q̄ nō spernas pauperē:pctōrem nō horreas.Non horruisti cōfitentē latronē,nō lachrymantē peccatricē,non chananeā supplicantē,non deprehensam in adulterio: non sedentē in theloneo:non supplicantē publicanū:non negātem discipulū,nō persecutorē discipulorū:non ipsos crucifixores tuos.In odore horum currimus.Porrò sapiētiæ tuæ odorem ex eo percipimus quod audim⁹:quia si quis indiget sapientia,postulet eam à te,& dabis ei. Aſūt siquidem q̄ des omnibus affluenter,& non improperes. Luco.1. At uerò iustitiæ tuæ tanta ubiq̄ fragrantia spargitur:ut nō solum iustus:sed etiam ipsa dicaris iustitia,& iustitia iustificans.Tam ualidus deniq̄ es ad iustificandum,quàm multus ad ignoscendū.Quāobrē quisquis pro peccatis compunctus esurit & sitit iustitiam credat in te qui iustificas impium,& solam iustificatus per fidem:pacem habebit ad deū Sanctitatē quoq̄ suauissime & copiosissime tua redolet non solū conuersatio sed & cōceptio.Pctm siquidē nō cōmisisti:nec contraxisti. Qui ergo iustificati à peccatis sectari desiderāt deliberātq̄ sanctimoniam,sine qua nemo Leuiti.19. uidebit deū audiant te clamantem.Sancti estote: qm̄ ego ps.144. sanctus sum. Cōsiderēt uias tuas,& discāt à te qa iust⁹ is in omnibus uijs tuis,& sanctus in oībus operibus tuis. Iā Ioan.12. redemptionis odor quantos currere facit: Cū exaltaris à terra,tunc prorsus oīa trahis ad teipsum. Passio tua ultimū refugiū:singulare remediū,deficiente sapientia: iustitia non sufficiente,sanctitatis succūbentibus meritis: illa suecurrit. Quis enim de sua uel sapīa uel iustitia uel sanctitate præsumat sufficientiā ad salutē? 2.Cor.3. Nō q̄ sufficientes, inquit,sim⁹ cogitare aliqd à nobis tanquā ex nobis: sed ps.115. sufficientia nostra ex deo est.Itaq̄ cū defecerit uirtus mea: ps.12. non cōturbor,nō diffido,scio qd facia. Calicem salutaris accipiam,& nomen dñi inuocabo.Illumina oculos meos dñe,ut sciā qd acceptū sit coram te oī tempore & sapiens ps.24. sum.Delicta iuuētutis meæ,& ignorantias meas ne memi ps.138. neris,& iustus sum.Deduc me dñe in uia tua,& sctūs sum. Roma.8. Veruntamen nisi interpellet sanguis tuus pro me,saluus nō sum. A Pro his oībus currimus post te,dimitte nos qa clamamus post te.Nec currimus æqualiter oēs in odore oīm unguentorū: sed uideas alios uehemētius studijs fragrare sapientiæ:alios magis ad pœnitentiam spe indulgentiæ animari,alios amplius ad uirtutū exercitium: uitæ & conuersatiōis eius prouocari exemplo,alios ad pietatem passionis memoria plus accendi. Putamus nos de singulis posse reperire exemplar: Currebant in odore sapientiæ qui missi fuerant à pharisæis:cū reuersi dicerent. Ioā.8. Nūquā homo sic locutus est: utiq̄ admirātes doctrinam & confitentes sapientiā. Currebat in hocipso odore sanloan 3. ctus Nicodemus qui ueniens ad iesum nocte: in splendore multo sapientiæ,de multis quippe instructus edoctusq̄ recesserit.Verū in odore iustitiæ cucurrit Maria magda- Luc.7. lena,cui dimissa sunt peccata multa,quoniam dilexit multum.Iusta profectò & sancta:& non iam peccatrix quēadmodum pharisæus exprobrabat:nesciens iustitiā seu sanctitatem dei esse munus, non opus hominis,& quia non modo iustus sed & beatus cui non imputabit dñs pctm̄. An oblitus erat quomodo uel suā ipsius uel alterius corporalē tangendo leprā fugarat nō cōtraxerat: Sic tactus à peccatrice iustus iustitiam impertit,nō perdit,nec sor- Luc.18. de peccati qua illā mundat se inquinat.Cucurrit & publicanus qui cū ꝓpiciationē peccatis suis humiliter implo- Luc.22. raret,descendit iustificatus,teste ipsa iustitia.Cucurrit petrus,qui lapsus fleuit amare,quatenus culpam dilueret,recuperaret iustitiam.Cucurrit Dauid qui reatū agnoscens 2.Reg.12. & confitens audire meruit.Et dñs transtulit à te peccatū tuū. Porrò in sanctificationis odore Paulus currere sese testat:cum xp̄i se imitatorē esse gloriatur dicens ad discí Philip.3. pulos.Estote imitatores mei sicut & ego xp̄i.Cucurrerūt Matt.19. & oēs qui aiebant, Ecce nos reliquim⁹ oīa & secuti sum⁹ te.Desiderio qppe sequendi xp̄m reliquerāt oīa. C Hortatur gñaliter uniuersos ad eundē odorē ista sñia. Qui se dicit in xp̄o manere:debet sicuti ille ambulauit & ipse ambulare.Iam qui in odore cucurrerint passionis: si audire uis:uniuersos martyres accipe.En quatuor unguenta assignata habetis:primū sapientiæ:secundū iustitiæ: tertium sanctificationis:quartum redemptionis.Tenete noīa:percipite fructū,& cōpositionis modū uel numerū specierū qbus cōfecta sunt,nolite requirere.Nō eīn facile in sponsi unguentis hæc p̄sto esse p̄nt nobis,quēadmodum in superioribus illis spōsæ fuerunt.In xp̄o nempe rerum plenitudo est,sine numero & sine modo. Nam & sapientiæ eius ps.46. non est numerus, & iustitia ipsius sicut montes dei,sicut ps.35. mōtes æterni:& sanctitas singularis & redemptio inexplicabilis. D Dicendum & hoc: qa frustra huius seculi sapientes de quatuor uirtutibus tā multa disputauerunt:qs tñ apprehendere oīno nequerunt:cum illū nescierint qui factus est nobis à deo sapientia,docens prudentiā,& iustitia delicta donans,& sanctificatio,in exemplū tēperantiæ continenter uiuēs,& redemptio in exemplum patientiæ fortiter moriens.¶ Forsitan dicit aliquis. Cætera bñ conueniunt:sed sanctificatio ad tēperantiā minus proprie referri uidetur. Ad qd̄ respondeō primū:id esse cōtinētiam qd̄ tēperantiā. Deinde usitatum in scripturis sanctificationem pro cōtinentia seu munditia poni. Deniq̄ quid ille apud Moysen tā crebræ sctificatiōes aliḋ erāt,quàm q̄dā purificationes hoīm tēperantiū se à cibo,à potu,à concubitu:hisq̄ similibus? Sed audi ip̄m p̄cipue aplm quàm familiare habeat,uel uti uel usurpare sanctificationē in hoc sensu.Hæc est,inquit,uoluntas dei sanctificatio uestra: ut 1.Thes.4. sciat unusquisq̄ uestrum suū uas possidere in sanctificatione, & non in passione desiderij. Item. Non enim uocauit Ibidem. nos deus in immunditiam,sed in sanctificationem.Liquet q̄ sanctificationē,p tēperantia ponit.Educto itaq̄ in lucē quod subobscurū uidebatur,redeo ad id unde digressus eram.Quid uobis cū uirtutib⁹,qui dei uirtutē xp̄m ignoratis.Vbi nam quæso uera prudētia nisi in xp̄i doctrina? Vñ uera iustitia nisi de xp̄i mia? Vbi uera temperantia nisi in xp̄i uita? Vbi uera fortitudo nisi in xp̄i passione? Soli ergo qui eius doctrina imbuti sunt, prudentes dicendi sunt:soli iusti qui de eius mia ueniam pctōrum consecuti sunt,soli temperantes,qui eius uitam imitari studeant, soli fortes qeius patiētiæ documēta fortiter in aduersis tenēt. Incassum proinde quis laborat in acquisitione uirtutum si aliunde eas sperandas putat quàm à domino uirtutum: cuius doctrina seminarium prudentiæ: cuius misericordia opus iustitiæ,cuius uita speculum temperantiæ:cui⁹ mors insigne est fortitudinis.Ipsi honor & gloria in secula seculorum Amen.

De tribus modis contemplationis circa deum sub figura trium cellarum. Sermo.XXIII. B

INtroduxit me rex in cellaria sua.Ecce unde Cāt.1. odor, ecce quo currītur:dixerat quia currēdū & in quo currendum:sed quo currendum esset non dixerat.Ergo ad cellaria currītur,& currit in odore qui ex ipsis procedit,spōsa illum solita sua sagacitate præsentiente & cupiente in ipsius plenitudinem introduci.Verū de cellarijs his quid sentiendum putamus? Cogitemus ea interim loca quædam redolentia penes sponsum:plena odoramentis: referta delitijs.In istiusmodi nempe officina potiora quæq̄ ex orto siue ex agro seruanda reponūtur. Illuc ergo pariter currunt.Quic Spiritu feruentes animæ. Currit sponsa, currunt adolescentulæ,sed quæ amat ardentius,currit uelocius, & citius peruenit. Perueniens non dico repulsionem: sed nec cunctationē patitur.Sine mora aperītur ei:tāquam domesticæ: tanquā charissimæ,tanquā specialiter dilectæ, & singulariter gratæ.Adolescentulæ autem quid? Sequuntur álōge.Neq̄ em̄ cū adhuc infirmæ sint pari possunt deuotiōe cum sponsa currere,nec ipsius oīno imitari desiderium & feruorem,ideoq̄ tardius peruenientes, foris remanent.At

charitas

charitas spōse non quiescit neq; insolescit (ut assolet) suc
cessibus suis ut eas obliuiscatur, cōsolans magis & hortās
ad patientiam quatinus æquanimiter & sui ferant repul
sam, & illi⁹ absentiā. Deniq; & nūtiat eis gaudium qd̄ per
cepit, nō ob aliud sanè: nisi ut sibi cōgaudeāt, dū confidāt
minime alienū fore à se quicqd gīæ matri accesserit. Nam
nec illa ita proficere curat quo ipsarum negligat curā: nec
fructuosos suos profectus putat illaq; damno. Quocūq; pro
inde meritorū progatiua tollatur ab illis: charitate absq;
dubio, & pia solicitudine necesse est eā semper esse cum il
lis. Oportet deniq; eā spōsum suū imitari, & petentem ni
mirum cælos, & nihilominus in terris cū suis se fore usq;
ad cōsummationē seculi pollicentē. Sic & ista quātumuis
proficiat, quātūlibet promoueat, cura prouidentia atq; affe
ctu ab his q̄s in euangelio genuit nūquā amouet, nunquā
Cañ.1. sua uiscera obliuiscitur. Dicat itaq; eis. Gaudete, cōfidite.
D Introduxit me rex in cellaria sua, putate & uos pariter
introductas. Sola introducta uideor, sed soli non prode
rit. Vestrum oīm est meus oīs profectus, uobis proficio,
uobiscū partibor quicqd plꝰ forte uobis meruero. Vis in
Ibidem. dubitanter scire qa in hoc sensu & affectu locuta sit. Audi
quid illæ respōdeant. Exultabimus & lætabimur in te. In
Ibidem. te inquiunt exultabimus & lætabimur, nam in nobis nec
dum meremur. Et addunt. Memores uberum tuorū: hoc
est æquanimiter sustinemus dum ueniās, scientes te plenis
ad nos reuersuram uberibus. Tunc nos confidimus exul
Ibidem. tare & lætari, memores interim uberum tuorū. Quod ad
iungunt super uinū, significāt se adhuc quidē pro sui im
perfectione carnaliū desideriorū (q̄ uino designantur) re
cordatione pulsari, uinci tñ eadē desideria memoria abun
dantiæ suauitatis, quā iā ex uberib⁹ fluentē expertæ sunt.
Dicerē de uberibus, si nō me satis dixisse superi⁹ meminis
sem. Nūc uerò uides quō de matre p̄sumunt, quō eius lu
cra & gaudia sua reputant, ppriæ repulsæ iniuriam illius
introductione cōsolātes. Minime ita cōfiderēt nisi matrē
agnoscerēt. A Audiant hoc p̄lati qui sibi cōmissis semp
p̄s.2. uolūt esse formidini, utilitati raro. Erudimini qui iudica
tis terrā. Discite subditorū matres uos esse debere: nō do
minos. Studete magis amari quàm metui. Et si interdū se
ueritate op⁹ est: paterna sit no tyrānica. Matres fouēdo:
pres uos corripiēdo exhibeatis. Māsuescite: ponite ferita
tē. Suspēdite uerbera, producite ubera, pectora lacte pin
guescāt: nō typo turgeāt. Quid iugū uestrum sup eos ag
grauatis: quorū potius onera portare debetis? Cur mor
sus à serpēte paruulus: fugit conscium sacerdotis, ad quem
cū magis oportuerat tanquā ad sinū recurrere matris? Si
Ezech.3. spirituales estis instruite hmōi in spū lenitatis, considerās
unusquisq; seipm ne & ipse tentetur. Alioquin ille in pctō
suo morietꝰ: sanguinē aūt eius, ait, de manu tua requiram.
Sed hec alias. B Nunc qm̄ literæ consequentia ex his q̄
p̄taxauimus manifesta est: uideamus iam de cellarijs quid
spiritualiter sentire debeamus. In cōsequentibus mentio
fit etiā de orto & de cubiculo, q̄ ambo nunc adiungo istis
cellarijs, & in p̄sentē disputationē assumo. Nam simul tra
ctata, melius exinuicē innotescent. Et quæramus si placet
tria ista in scripturis sanctis: ortū, cellarium, cubiculū. In
ipsis nempe libenter deum sitiens aia uersatur & moratur,
sciens se ibi absq; dubio inuenturam quem sitit. Sit itaq;
ortus simplex ac plana historia: sit cellarium moralis sen
sus: sit cubiculū arcanū theoricæ cōtēplationis. Et primū
quidē historiā ad ortū puto nō immerito deputaui, q̄ in
ea inueniant uiri uirtutum tanquā ligna fructifera in orto
sponsi & in paradiso dei, de quorū bonis actibus ac mori
bus quot sumis exēpla, tot carpis poma. An fortè qs am
bigat dei esse plantationē bonū hoiem? Audi sctm̄ Dauid
p̄s.1. de uiro bono quid canat. Erit, ait, tanquā lignū qd̄ plan
tatū est secus decursus aquarū qd̄ fructū suū dabit in tpe
suo, & folium eius nō defluet. Audi hieremiā codē spū con
Hierc.17. cinentē, & eisdem penè uerbis. Erit tanquā lignū, inquit,
qd̄ plantatū est secus decursus aquarū, qd̄ ad humorem
mittit radices suas, & nō timebit cū uenerit æstus. Itē pro
pheta. Iustus ut palma florebit, & sicut cedrus libani mul- p̄s.91.
tiplicabit. Et de seipso. Ego aūt sicut oliua fructifera in do- p̄s.51.
mo dei. C Est ergo historia ortus, & ipsa tripertita. Cō
tinet nāq; in ea cæli & terræ creatio, recōciliatio, & repa
ratio. Creatio quidē tanquā orti satio siue plantatio. Re
cōciliatio aūt quasi germinatio satorū uel plātatorū. Tē
pore nempe suo rorantib⁹ cælis desuper & nubibus pluē- Esa.45.
tibus iustū: aperta est terra, & germinauit saluatorem, per
quem facta est cæli terræq; recōciliatio. Ipe est em̄ pax nra Epho.2.
qui fecit utraq; unū, pacificans in sanguine suo q̄ in terris
sunt & q̄ in cælis. Porrò reparatio futura est in fine seculi.
Erit em̄ cælū nouū & terra noua, & colligentur boni de
medio malorū, tāquā fructus de orto in dei promptuaria
reponendi. In die illa erit (ut scriptū est) germē dñi in ma
gnificentia & gloria & fructus terræ sublimis. Habes igi- Esa.4.
tur tria tempora in orto historici sensus. In morali quoq;
disciplina tria æque aduertere est: cellas quasi tres in cel
lario uno. Et idcirco forsitā pluraliter cellaria dixit, & nō
cellarium, cellarū uidelicet hunc numerum cogitans. In
fra deniq; introductā se gloriat in cellā uinariā. D Nos prouc.9.
ergo quia legimus, da occasionem sapienti & sapientior
erit, habentes occasionē ex uocabulo, quod spūssanct⁹ cel
læ huic censuit imponendū, relíquis quoq; duabus nomi
na imponamus. Aromaticā uni, & unguentariam alteri.
Causas horū uocabulorū uidebimus postea. Nūc aūt ad
uerte cūcta apud sponsum salubria: cuncta suauia reperiri
unū unguenta aromata. Vinū (scriptura teste) lætificat p̄s.103.
cor hois. Exhilarari nihilomin⁹ facie in oleo legis, q̄ utiq;
puluis pigmētoq; infunditur ut unguenta fiant. Aromata
non modo grata suauitate odoris, sed ui quoq; medendi
utilia sunt. Merito se introductam illuc exultat spōsa, ubi
tanta redūdat ubertas gratiæ. Sed habeo & alia nomina:
puto & euidentiorē sui gerentia rōnem. Et ut suo ordine
nominentur, primā nuncupauerim disciplinæ, secundam
naturæ: postremam gratiæ. In priori discis iuxta ethicæ
partis rōnē inferior ee, in sequēti par, ī posteriore supior,
hoc est sub alio, cum alio, super alium. Vel sic. Subesse, co
esse, præesse. Primo ergo discis esse discipulus, secundo so
cius, tertio & magister. Equidem omnes homines natura
æquales genuit. At quoniam bono naturæ in moribus su
perbia deprauato, facti sunt homines æqualitatis impa
tientes: contendentes inuicem superiores constitui, atq;
alterutrum supergredi cupientes, & inanis gloriæ cupi
di, inuicem mutientes, inuicem prouocantes. Primo om
nium in cella priori iugo disciplinæ insolentia morum
domanda est, quousq; duris ac diutinis seniorum atrita
legibus humilietur, & sanetur ceruicosa uoluntas: bo
numq; in se naturæ quod superbiendo amiserat, obedien
do recipiat, dum solo iam naturali affectu, non metu di
sciplinæ cum uniuersis naturæ suæ socijs, id est cum om
nibus hominibus socialiter quantum in se est: quieteq;
se habere didicerit, in cellam tandem naturæ transiens
experiensq; quod scriptum est. Ecce quàm bonū & quàm p̄s.132.
iocundum habitare fratres in unum. sicut unguentum in
capite. C Accedit nimirum disciplinatis moribus tan
quā tritis speciebus oleum lætitiæ bonum naturæ, & fit
unguentum bonum atq; iocundum. Quo quasi unct⁹ red
ditur homo suauis & mitis, homo sine querela, neminem
circumueniens, neminem concutiens, neminem lædens,
nemini se superextollens aut præferens: insuper & liben
ter communicans in ratione dati & accepti. Puto si bene
intellexisti utriusq; cellæ proprietates, non incongrue me
hanc unguentariam: illam aromaticam appellasse testa
beris. In illa deniq; sicut pigmentorum uires atq; fragrā
tiam pistili extorquet, & exigit uiolenta contusio: sic re
ctorum morum elicit quodammodo & exprimit natura
lem uim uis magisterij & districtio disciplinæ. In hac aūt
uoluntariæ, & tanquam innatæ affectionis grata mansue
tudo, sponte officiosa currit instar planè unguenti quod
est in capite, ad leuem caloris tactum descendentis ac dif
fluentis per totum. Itaq; in cella disciplinæ tāquam siccæ

Universidad de Deusto Biblioteca

re ſimplices aromatũ ſpecies continent,& inde aromatícam eam denominandã putaui.In ea uerò q̃ naturæ dicta eſt,qñ iam quaſi confecta reponunt & ſeruant unguenta, nihilominus ex re nomẽ & ipſa accepit ut unguẽtaria nũcupetur.Nã uinariã quoq; cellam non aliam ſanè ſui nominis arbitror ferre rationem:miſiq; in ea uinum zeli in charitate feruentis reconditur.Nec debet omnino præeſſe aliis qui in eam necdũ meruit introduci.Oportet prorſus hoc uino æſtuet q aliis præſidet: quẽadmodũ doctor
2.Cor.11. gentiũ æſtuabat quando dicebat.Quis infirmatur & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur & ego non uror? Alio quin improbe ſatis præeſſe affectas,quibus prodeſſe non curas: & quorũ non zelas ſalutem,ſubiectionẽ nimis ambitioſe uendicas tibi.Hanc ego cellã quoq; gratiæ nomi naui,non q̃ abſq; gratia uel reliquas duas obtinere oĩno quis poſſit,ſed ob plenitudinem quæ ſingulariter in iſta
Roma.13. percipitur.Deniq; plenitudo legis eſt charitas,& qui diligit fratrem legem impleuit. D Vidiſti rõnem uocabulorũ,uide & differentiã cellarum.Nec enim paris facilitatis ſeu facultatis eiuſdem eſt petulantes uagoſq; ſenſus atq; intemperãtem carnis appetitum magiſtri comprimere metu,ad rigida diſciplinæ cohibere cenſura,& ſponta neo affectu bene cum ſocijs conuenire,caſtigatis ſub ferula uiuere moribus,& ſola magiſtra uoluntate gratũ paribus gerere morem.Nam neq; unius rurſum quis dicat eſſe meriti,uniſue uirtutis,ſocialiter uiuere & utiliter poſſe.Quãmulti deniq; ſub præceptore quieti uiuunt, quos ſi iugo abſoluas uideas non poſſe geſcere:nec ſe ullo modo æqualibus ſeruare innoxios. Itemq; innumeros cernes ſimpliciter ac ſine querela inter fratres conuerſari: ſuper fratres nõ ſolum inutiliter,ſed & inſipienter & nequiter.Quadam ſiquidem bona mediocritate contenti ſunt qui huiuſmodi ſunt,ſicut eis mẽſuram gratiæ partitus eſt deus,minime quidem egentes magiſtro, nec tamen idonei magiſterio.Prioribus ergo ſequentes quidem in moribus antecellunt,ſed utriſq; ſuperiores exiſtunt qui ſuperiores eſſe ſciunt.Deniq; & accipiunt in promiſſione qui bene p̃ſunt,conſtitui ſuper oĩa bona domini ſui. At pauci profecto qui utiliter,pauciores qui & humiliter p̃ſunt. Facile tamen utrũq; adimplet qui matrem uirtutũ diſcretionẽ perfecte adeptus, uino nihilominus charitatis uſq; ad contemptum propriæ gloriæ,uſq; ad ſuiipſius obliuionem, & non ad quærenda quæ ſua ſunt debriatur,qd ſolo ac miro ſpiritus ſancti magiſterio intra cellam uinariã obtinetur.Virtus ſiquidem diſcretionis abſq; charitatis feruore iacet,& feruor uehemens abſq; diſcretionis temperamento præcipitat.Ideoq; laudabilis cui neutrum deeſt: quatenus & feruor diſcretionem erigat,& diſcretio feruorem regat.Ergo taliter oportet eſſe moratũ cum q præeſt. Optimũ aũt in moribus dixerim & ſummam diſciplinæ huius perfecte app̃hendiſſe:cui totas has cellas abſq; offendiculo percurrere & circuire donatum eſt:qui in nullo prorſus aut reſiſtat prioribus:aut inuideat paribꝰ: aut ſubiectis uel deſit in cura uel in ſuperbia præſit,prælatis obediens,ſocijs cõgruens,ſubditis utiliter condeſcẽdẽs. Quod quidem perfectionis inſigne,haud dubius ſponſæ amuerim.Innuit hoc etiam ſermo quem dixit:quia introCañ.1. duxit me rex in cellaria ſua,dum non in unã aliquã cellã, ſed in cellaria pluraliter ſe introductã oſtendit. C Iã ad cubiculum ueniam? Quid & iſtud? Et id me præſumo ſcire quid ſit? Miníme mihi tãtæ rei arrogo experientiã, nec gloriorin prærogatiua,quæ ſoli ſeruatur beatæ ſponſæ, cautus iuxta illud græcorum,ſcire meipſum,ut ſciam etiã cum prophera quid deſit mihi . Tamẽ ſi nihil omnino ſcirem,nihil dicerem.Quod ſcio,non inuideo uobis nec ſubp̃s.93. traho.Quod neſcio,doceat uos qui docet hominem ſcientiam Dixi & meminiſtis:in theoricæ cõtemplationis arcano regis eſſe quærendum cubiculum. Sed quomodo de unguentis dixiſſe me ſcio,multa uidelicet & diuerſa penes ſponſum ea eſſe: nec omnia præſto omnibus: ſed ſua quibuſq; pro diuerſitate indulta meritorum,ſic quoq; non unum puto cubiculũ regi eſſe,ſed plura. Nã nec una eſt regina profecto ſed plures,& concubinæ multæ ſunt, & adoleſcentularũ nõ eſt numerus.Et unaquæq; inuenit
Eſai.24. ſecretum ſibi cum ſponſo,& dicit.Secretum meũ mihi, ſecretum meũ mihi.Non oĩbus uno in loco frui datur grata & ſecreta ſponſi præſentia,ſed ut cuiq; paratũ eſt à patre ipſius.Nõ enim nos eum elegimus,ſed ipſe elegit nos, & poſuit nos,& ubi ab eo quiſq; poſitꝰ eſt, ibi eſt. Deniq; mulier una compuncta ſecus pedes domini ieſu ſortita eſt locum:cum altera ſuæ deuotionis fructum ad caput inuenerit:ſi tamen altera.Porrò Thomas in latere: Ioannes in pectore:Petrus in ſinu patris,Paulus in tertio cælo,ſecreti huius gratiam ſunt aſſecuti.Quis noſtrum digne diſtinguere ſufficiat has uarietates meritorum uel potius præmiorum? Ne omnino tamen præterijſſe quod ipſi nouimꝰ uideamur,prior mulier ſtrauit ſibi in tuto humilitatis: poſterior in ſolio ſpei.Thomas in ſolido fidei: Ioannes in lato charitatis: Paulus in intimo ſapientiæ: Petrus in luce ueritatis.Sic ergo apud ſponſum manſiones multæ ſunt: & ſiue regina,ſiue cõcubina,ſiue etiam de numero ſit adoleſcentularum,congruum quæq; pro meritis accipit ibi locum,terminumq; quouſq; liceat ſibi contemplando procedere, & introire in gaudium domini ſui,& rimari dulcia ſecreta ſponſi:quod ſuo loco diſtinctius quantum dignabitur ipſe ſuggerere demonſtrare conabor. A Nunc uerò id noſſe ſufficiat:nulli adoleſcentularum, nulli concubinarũ,nulli uel reginarũ patere omnino acceſſum ad ſecretum illud cubiculi,quod ſuæ illi columbæ formoſæ: perfecte uni unicũ ſponſus ſeruat. Vnde nec ego ſanè indignor : ſi non ad illud admittor,p̃ſertim cũ conſtet mihi ne ipſam quidẽ ſponſam interim adhuc ad oẽ qd uult peruenire ſecretũ. Deniq; & flagitat indicari ſibi ubi paſcat: ubi cubet in meridie.Cañ.1. Sed audite quouſq; peruenerim aut me pueniſſe putauerim.Nec eñ iactantiæ deputandũ eſt: qd in ueſtros pãdo profectus.Eſt locus apud ſponſum de quo ſua iura decernit,& diſponit conſilia ipſe uniuerſitatis gubernator : leges conſtituens oĩ creaturæ,pondus & menſuram & numerum.Et locus iſte altus & ſecretus,ſed miníme quietus.Nam & ſi ipſe quantum in ſe eſt diſponit oĩa ſuauiter,diſponit tñ & cõtemplantem qui forte eo loci peruenerit,quieſcere nõ permittit:ſed mirabiliter quãuis delectabiliter rimantẽ & admirantem fatigat redditq; inquietum.Pulchrè utrumq; in cõſequentibꝰ ſponſa exprimit,& delectationem uidelicet iſtiuſmodi contemplatiõis, & inquietudinem:ubi & ſe dormire,& cor ſuũ uigilare fatetur.Nam in ſomno quidẽ ſuauiſſimi ſtuporis placidiq; admirationis ſentire quietem,in uigilijs uerò inquietæ nihilominus curioſitatis ac laborioſæ exercitationis pati ſe fatigationẽ ſignificat.Hinc beatus Iob.Si dormiero,ait,dico quando conſurgam,& rurſus expectabo
Iob.7. ueſperam. Sentis ne in his uerbis ſanctam animam uelle interdum moleſtam quodammodo declinare ſuauitatem, eandemq; rurſum ſuauem moleſtiam affectare? Non enim dixiſſet,quando conſurgam,ſi ex toto ei quies illa ſuæ cõtemplationis placuiſſet,ſed & ſi ex toto diſplicuiſſet, non denuo expectaſſet horam quietis,id eſt ueſperam.Nõ igitur locus eſt iſte cubiculi,ubi nequaquam per omnem modum quieſcitur. C Eſt item locus de quo ſuper rationalem reprobam quidem creaturam, immobilis uigilat ſecretiſſima & ſeueriſſimma animaduerſio iuſti iudicis deterribilis in conſilijs ſuper filios hominum.Cernitur, inquam à timorato contemplatore hoc loco deus, iuſto ſed occulto iudicio ſuo,reproborũ nec diluens mala, nec acceptans bona,inſuper & corda indurans: ne forte doleãt & reſipiſcant & conuertant,& ſanet eos Et hoc non abſq; certa & æterna ratione,quod tanto formidoloſius cõſtat eſſe, quanto immobilius fixum extat in æternitate.Pauendum ualde quod in propheta de huiuſmodi legimus:ubi
Eſa.26. loquens ad angelos ſuos deus,ſic ait.Miſereamur impio. Quibus pauentibus atq; quærentibus,non ergo diſcet facere iuſtitiam? Non, inquit, ſubdensq; cauſam, in terra, ait, ſanctorum

Esa.26. ait,ſctōrū iniqua geſſit:& nō uidebit gloriam dñi. Ti
meāt clerici:timeāt miniſtri eccl'iæ qui in terris ſanctorū
quas poſſident:tā iniqua gerunt,ut ſtipendijs q̄ ſufficere
debeant minime contēti,ſuperflua qbus egeni ſuſtentan
di forent:impie ſacrilegeq; ſibi retineant,& in uſus ſuæ ſu
perbiæ atq; luxuriæ uictū pauperū cōſumere non uerean
tur,duplici profectò iniquitate peccantes,q& aliena diri
piunt,& ſacris in ſuis uanitatibus & turpitudinibus abu
tunt. D Talib⁹ ergo cū impſentiarū parcere ac miſereri
ne in æternū parcat:cui⁹ iudicia abyſſus multa aduertit:
quis hoc loco requiem q̄rat? Habet hæc uiſio tremorē iu
dicij:non ſecuritatē cubiculi. Terribilis eſt locus iſte & to
tius expers q̄etis. Totus inhorrui ſi q̄n in eū raptus ſum:
Eccli.9. illā apud me replicans cum tremore ſnīam. Quis ſcit ſi eſt
Iob.13. dignus amore an odio? Nec mirū ſi titubo ego ibi (ſolū
ps.72. utiq; q̄d à uento rapit & ſtipula ſicca) ubi & maximus il
Ibidem. le cōtemplator ſuos quoq; fatetur penè motos fuiſſe pe
des,penè effuſos greſſus. Et dicebat. Zelaui ſup iniquos,
pacē pctōrū uidens. Quare? In labore,inquit,hoim non
ſunt,& cū hoibus nō flagellabunt. Ideoq; tenuit eos ſup
bia,ne humilient ad pœnitentiā ſed damnent ꝓpter ſuper
biā,cū ſuperbo diabolo & angelis eius. Nā qui in labore
hoim non ſunt:in labore dæmonū profecto erunt:dicēte
Mat.25. iudice. Ite maledicti in ignē æternū:qui paratus eſt diabo
Gen.26. lo & angelis eius. Eſt tamē dei locus & iſte,planè nō aliud
ps.110. quàm domus dei & porta cæli. Hic nempe timeri diſcitur
Eccle.1. deus. Hic ſctū & terribile nomen eius,& tāquam ingreſ
ſus gl'iæ. Initiū planè ſapientiæ timor dñi. Nec te moueat
q̄ initiū ſapientiæ huic demū loco dederim & nō priori.
Ibi quippe in quodā quaſi auditorio ſuo docentem de oi
bus magiſtrā audimus ſapientiā:hic & ſuſcipimus. Ibi in
ſtruimur quidem:ſed hic afficimur. Inſtructio doctos red
dit,affectio ſapientes. B Sol non oēs quibus lucet etiam
calefacit. Sic ſapiētia multos quos docet qd ſit faciendū:
non continuo etiā accendit ad faciendū. Aliud eſt multas
diuitias ſcire,aliud & poſſidere:nec notitia diuitem facit,
ſed poſſeſſio. Sic prorſus:ſic aliud eſt noſſe deū,& aliud ti
mere:nec cognitio ſapientē,ſed timor facit,qui & afficit.
Tu ne ſapientem dixeris quem ſua ſcia inflat? Quis illos
ſapientes niſi inſipientiſſimus dicat,qui cū cognouiſſent
deū:non tanquā deū glorificauerunt,aut gratias egerūt?
Roma.1. Ego magis cum apoſtolo ſentio,qui inſipies cor eorum
manifeſte pronūciat. Et bene initium ſapientiæ timor do
mini,quia tūc primū deus aīæ ſapit,cum eam afficit ad ti
mendū,non cum inſtruit ad ſciendū. Times dei iuſtitiā,ti
mes potentiam,& ſapit tibi iuſtus & potens deus:quia ti
mor ſapor eſt. Porrò ſapor ſapientē facit,ſicut ſcia ſcientē,
ſicut diuitiæ diuitem. Quid ergo prior locus? Tantum p̄
parat ad ſapientiam. Illic p̄pararis:ut hic initieris. Præpa
ratio rerum cognitio eſt. Verum hanc facillime ſequit ela
tionis tumor:ſi nō reprimat timor,ut merito dicatur ini
tium ſapie timor dñi,qui ſe peſti inſipientiæ prim⁹ oppo
nit. Ibi itaq; quidam acceſſus eſt ad ſapientiam,hic & in
greſſus. Porrò nec hic nec ibi ſpeculāti perfecta eſt quies,
quia illic deus apparet tanquam ſolicitus,hic tanquā tur
batus. Non ergo cubiculū q̄ſieris in his locis,quorū alter
auditorium quaſi docentis,alter p̄torium iudicis magis
apparet. C Sed eſt locus ubi uerè quieſcens,& quietus
cernit deus:locus oīno non iudicis,non magiſtri,ſed ſpō
ſi,& qui mihi quidē (nam de alijs neſcio) planè cubiculū
ps.118. ſit,ſi quando in illum contigerit introduci. Sed heu rara
hora,& parua mora. Clare ibi agnoſcit mia dñi ab æterno
& uſq; in æternū ſuper timentes eum. Et felix qui dice
re poteſt. Particeps ego ſum omniū timētiū te,& cuſtodiē
tium mandata tua. Stat propoſitum dei,ſtat ſententia pa
cis ſuper timētes eū,ipſorū & diſſimulans mala,& remune
rans bona,ut miro modo eis non modo bona,ſed & mala
ps.31. cooperentur in bonum. O ſolus uerè beatus cui non im
Roma.3. putauit dñs pctū:nā q non habuerit pctū,nemo. Omnes
Roma.8. enim peccauerunt,& oīes egent gloria dei. Quis accuſa
bit? dñs aduerſus electos dei? Sufficit mihi ad oēm iuſtitiam
ſolum habere propitium cui ſoli peccaui. Oē quod mihi
ipſe nō imputare decreuerit:ſic eſt quaſi nō fuerit. Nō pec
care dei iuſtitia eſt,hoīs iuſtitia,indulgētia dei. Vidi hæc
& intellexi illius ſententiæ ueritatem,oīs qui natus eſt ex
deo,non peccat:quia generatio cæleſtis ſeruat eum. Ge
neratio cæleſtis æterna prædeſtinatio eſt:qua electos ſuos
deus dilexit & gratificauit in dilecto filio ſuo ante mundi
conſtitutionem:ſic in ſancto apparentes ſibi:ut uiderent ps.62.
uirtutem ſuam & gloriā ſuam: quo eius forent conſortes
hæreditatis,cuius & apparerent conformes imaginis. A
Hos ergo aduerti quaſi nunquā peccaſſe,qm̄ & ſiqua de
liquiſſe uidentur in tempore:nō apparent in æternitate:
quia charitas patris,ipſorum cooperit multitudinē pctō
rū,& dixi beatos quorū remiſſæ ſunt iniquitates, & quo ps.31.
rū tecta ſunt peccata:cum ſubito tanta mihi quoq; de me
ſuborta fiducia & infuſa lætitia eſt:quantus certè in loco
horroris:id eſt in loco ſecundæ uiſionis non præceſſerat
timor:ita ut mihi uiſus ſim tāquā unus ex illis beatis eſſe.
O ſi duraſſet. Iterum iterumq; uiſita me domine in ſaluta ps.105.
ri tuo:ad uidendū in bonitate electorū tuorū,ad lætandū
in lætitia gentis tuæ. O uerè quietis locus,& quē non im
merito cubiculi appellatione cenſuerim:in quo deus non
quaſi turbatus ira,nec uelut diſtentus cura proſpicit:ſed
probatur uoluntas eius in eo bona & beneplacens,& pfe
cta. Viſio iſta nō terret:ſed mulcet,inquietā curioſitatem
non excitat,ſed ſedat:nec fatigat ſenſus ſed trāquillat. Hic
uerè quieſcitur. Tranquillus deus trāquillat omnia:& qe
tū aſpicere,quieſcere eſt. Cernere eſt regem poſt diurnas
forenſiū q̄ſi lites cauſarū,dimiſſis à ſe turbis curarū mole
ſtias declinantem:petentem de nocte diuerſorium:cubicu
lum introeuntem cū paucis,quos hoc ſecreto & hac fami
liaritate dignatur,eo certè ſecurius quo ſecretius,quie
ſcentem:eo ſerenius ſe habentem quo placidi⁹ ſolos intuē
tem quos diligit. B In hoc arcanum & in hoc ſanctua
rium dei:ſi quē fortè ueſtrum aliqua hora ſic rapi & ſic ab
ſcondi contigerit:ut minime auocet aut ꝓturbet,uel ſen
ſus egens,uel cura pungens,uel culpa mordens:uel ea cer
tè que difficilius amouentur irruentia imaginum corpo
rearum fantaſmata,poterit quidem hic cum ad nos redie
rit gl'iari & dicere. Introduxit me rex in cubiculū ſuū: qd' Cañ.1.
tamen an ipſum ſit de quo exultat ſpōſa:non temere affir
mauerim. Eſt tñ cubiculū:& cubiculum regis. Quia nimi
rum de tribus quos triplici aſſignauimus uiſioni: ſolus ſa
ctus eſt in pace locus iſte. Vt enim aperte monſtratū eſt,&
in priori exigua,& in ſecundo nulla percipit quies: cū &
illic apparens admirabilis: ad indagandi ſtudium exer
ceat curioſitatem,& hic immoteſcens terribilis: infirmita
tem concutiat. At uerò tertio iſto in loco non planè terri
bilis,nec tam admirabilis quàm amabilis apparere digna
tur:ſerenus & placidus,ſuauis & mitis,& multæ mīæ om
nibus intuentib⁹ ſe. Iā ut horum q̄ de cellario,orto,cubi
culo,longiori ſunt diſputata ſermone memoria ueſtra cō
pendium teneat:mementote trium temporum,triū meri
torū,trium quaſi p̄miorum. In orto aduerte tempora: me
rita in cellario:p̄mia in triplici illa contemplatione cubi
culum inquirentis. Et de cellario quidem iſta ſufficiāt. Por
rò de orto uel cubiculo ſiqua addenda, aut alia fortè
quàm dicta ſint modo aduertenda occurrerint: loco ſuo
non prætereamus. Sinautem ſufficiant quæ dicta ſunt,&
minime iterentur:ne unquā in faſtidium (quod abſit) ue
niant ea quæ proferuntur ad laudem & gloriam ſponſi ec
cleſiæ domini ieſu chriſti. Qui eſt ſuper omnia deus bene
dictus in ſecula Amen.

*Hic oſtenditur qualiter beatus Bernardus diu diſtulerit pro
ſequi præſens opus propter ſchiſma quod in eccleſia ſuſci
tauerat Petrus leonis contra uerū papā innocētiū ſed'm:
tandē diuina clemētia ſuffragāte: beatus Bernar
dus ipm ſchiſma ſedauit: & omnes eccleſiæ aduer
ſarios mortuo petro leone cū papa Innocētio
pacificauit, & poſtmodū ad opus hoc qd'
itermiſerat repedauit. Ser. XXIIII.*

Universidad de Deusto Biblioteca

A Hoc demũ tertio fratres reditũ ab urbe nostrum clementior oculus è cælo respexit,& uultus tã dem serenior desuper arrisit nobis:quiescit leo nina rabies:finẽ accepit malitia:ecclesia pacem recepit. Ad nihilũ deductus est in cõspectu eius malignꝰ: q cã p hoc fermè octennũ diro schismate cõturbarat. Nũ uerò ego gratis de tantis periculis ero redditus uobis? Vestris desideriis donatus sum:uestris me profectibus paro:quorũ uiuo meritis:uolo uiuere studijs & saluti. Quod dudum cœpta in canticis me exequi uultis:libẽter quidẽ accipio,& dignũ arbitror:interruptũ potius resarcire sermonẽ,quàm noui ordiri quippiã. Vereor aũt ne dissuetũ per id temporis animũ,& distentũ diu habitũ:non solum ad tã diuersa:sed etiã ad tã indigna:dignitas materiæ put oportet nõ admittat. Sed si qd̃ habeo:hoc uobis do. Poterit & fideli obsequio meo deus etiã quod non habeo dare ut dem. Si non:culpetur sanè ingentũ nõ uoluntas. Lo
Cañ.1. cus aũt unde incipere debemus nisi fallor)iste est. Recti diligunt te. Qd̃ antequã explanare incipiamus quid sit, uideamus cuius sit:quisnam hoc uidelicet dicat. A nobis nãq; exigit̃ qd̃ auctor nõ loquit̃. Et fortasse melius adolescentulis id damus,ut suis uerbis:& hoc addant. B Recti diligunt te. Et cui hoc potissimũ personæ congruere iudicamus? Si adolescentulis: matri sine dubio id loquun
Ibidem. tur. Siquidem cum dixissent ei: exultabimꝰ & lætabimur in te:memores uberũ tuoꝝ super uinũ:nec dubium quin matri loquerent̃,cõtinuato sermõe hoc quoq; intulerũt: recti diligũt te,puto ppter aliquas de numero ipsarum q̃ nondũ saperent:licet pariter currere uiderent̃,q̃ sua sunt querentes,& non ambulãtes simpliciter neq; syncere,sed speciali gloriæ matris inuidentes,& captãtes occasionem murmurandi aduersus eam,ex eo nimirum q̃ sola in cella
2.Corĩ.11. ria introisset Qd̃ nõ est aliud nisi qd̃ apls ait: periculum in falsis fratribus. Ipsæ sunt deniq; quibus exprobrãtibus
Cañ.1. subinde pro se satisfacere cogitur:ubi eis ita respõdet. Nigra sum sed formosa filiæ hierusalem. Itaq; ppter murmurantes & blasphemantes dicit̃ ab his q̃ bonæ, q̃ simplices, q̃ humiles & mansuetæ sunt. Ab his, inquã, dicitur sponsæ,consolandi gra:recti diligũt te. Non sit tibi, inquiunt, cura de iniqua reprehensione blasphemarum harum:cum constet quia recti diligunt te. Bona profectò consolatio cum blasphemamur à malis bene facientes:si recti diligãt nos. Omnino sufficit aduersus os loquentium iniqua,opi
Ps.33. nio bonorum cum testimonio conscientiæ. In dño laudabitur anima mea:audiant mansueti & lætentur. Mansueti,inquit,lætentur,mansuetis placeam:& æquanimiter audio quicquid in me iactare uoluerit liuor perditarũ. C Ergo in hoc sensu puto appositum:recti diligunt te. Nec absurde,ut æstimo:cum ubiq; penè in choro adolescentularum tales inueniam quæ acta sponsæ curiosæ observent:derogandi non imitandi causa. Torquentur in bonis seniorum suorum, malis pascuntur. Videas ambulare seorsum:conuenire sibi & sedere pariter: moxq; laxare procaces linguas in detestandum susurrium. Vna uni coniungitur:nec spiraculum incedit in eis:tanta est libido detrahendi:audiendiue detrahentem. Ineunt familiaritatẽ ad maledicendum:concordes ad discordiam. Conciliant inter se inimicissimas amicitias,& pari consentaneæ malignitatis affectu celebratur odiosa collatio. Haud secus egere quõdã herodes & pilatus:de qbus narrat euãgelistã: quia facti sunt amici in illa die,hoc est in die dominicæ pas
1.Corĩ.11. sionis. Conuenientibus sic in unum: non est dominicam cœnam manducare:sed magis propinare & bibere calicẽ dæmoniorum:dum importantibus linguis aliorum perditionis uirus:aliorum aures intrantem mortem libenter
Hiere.9. excipiunt. Sic quippe iuxta prophetam:intrat mors p fenestras nostras:cũ prurientes auris? & oribus:lætale poculum detractionis inuicem nobis ministrare contendimus. A Non ueniat anima mea in consilio detrahentiũ:
Roma.1. quoniam deus odit eos dicente apostolo:detractores deo obibiles. Quam sententiam deus ipse loquens in psalmo audi quo affirmat. Detrahẽtem, inquit, secreto proximo Ps.100. suo:hunc persequebar. Nec mirũ cum id præcipue uitium charitatem q̃ deus est: et quidẽ cæteris acrius impugnare & persequi cognoscatur:quemadmodũ uos quoq; potestis aduertere. Omnis qui detrahit:primum quidem seipsum prodit uacuum charitate. Deide quid aliud detrahendo intendit:nisi ut is cui detrahit ueniat in odiũ uel contemptum ipsis apud quos detrahit? Ferit ergo charitatẽ in eis qui se audiunt lingua maledica,& quantum in se est necat funditus & extinguit. Nõ solum autem: sed & in absentibus uniuersis ad quos uolans uerbũ fortè p eos qui præsentes sunt peruenire cõtigerit. Vides quàm facile & in breui ingentem multitudinem animarũ ueloci ter currens sermo,tabe malitiæ huius inficere possit? Pro
Ps.13. pterea dicit de talibus propheticus spiritus. Quorum os maledictione & amaritudine plenũ est:ueloces pedes eoꝝ
Ibidem. ad effundẽdum sanguinem. Vtiq; tam ueloces quàm uelociter currit sermo. Vnus est qui loquitur,& unũ tãtũ uerbum profert,& tamẽ illud unum uerbum uno in momento multitudinis audientium dum aures inficit:animas interficit. Cor siquidẽ felle liuoris amarũ per linguæ instrumentũ spargere nisi amara non põt:dicente dño. Ex abun
Luce.6. dantia cordis os loquit̃. B Et sunt species pestis huius: dum alij quidem nude atq; irreuerẽter uti in buccã uenerit:uirus euomant detractionis. Alij aũt quodam simulatæ uerecundiæ fuco conceptã malitiã,quam retinere non possunt adumbrare conantur. Videas præmitti alta su-
Nota. spiria:siccq; quadam cum grauitate & tarditate:uultu mœsto,demissis supercilijs,& uoce plangenti egredi maledictionem,& quidem tanto persuasibiliorem,quanto creditur ab his qui audiunt corde inuito & magis condolẽtis affectu:quàm malitiose proferri. Doleo,inqt,uehementer pro eo q̃ diligo eũ satis,& nũquã potui de hac re corrigere eũ. Et alius. Mihi quidẽ,ait,bñ cõpertum fuerat de illo istud:sed per me nunquam innotuisset. At qñ per alterũ patefacta est res:ueritatẽ negare non possum dolens dico: reuera ita est. Et addit. Grãde dammũ. Nam aliàs quidem in pluribus ualet:cæterũ in hac parte(ut uerũ fateamur) excusari minime põt. C His paucis aduersus malignissimum uitium commemoratis,reuertamur ad explanandi ordinem,& demonstremus qui sint hoc loco intelligendi recti. Non enim arbitror sentire quempiam recte intelligentiæ,secundum corpus rectos dici eos qui sponsam diligunt. Propterea demonstranda à nobis est spiritualis,id est animi cordisue rectitudo. Spiritus est qui loquitur spiritualibus spũalia comparans. Ergo fm animũ nõ fm terrenam,& feculẽtam materiam deus hoiem rectũ fecit. Ad imaginem quippe & similitudinem suã creauit illum. Ipse
Ps.9. uerò quẽadmodũ psallis,rectus dñs deus noster,& nõ est iniquitas in eo. Rectus itaq; deus,rectum fecit hominẽ similem sibi.i.sine iniquitate:sicut nõ est iniqtas in eo. Porrò iniquitas cordis est,non carnis uitium:ut per hoc noueris in spũali portione tui,& nõ in crassa luteaq; substantia dei similitudinẽ conseruandam fore siue reparandam. Spiritus enim est deus,& eos qui uolunt similes ei uel perseuerare uel fieri:oportet intrare ad cor,atq; in spũ id negotij actitare:ubi reuelata facie speculantes gloriam dei in eandem imaginem transformentur,de claritate in claritatem:tanquã à dñi spiritu. Quanquã & corporis staturam dedit homini deus rectam:forsan ut ista corporea exterioris utilioris q̃ rectitudo figmenti:hoiem interiorem illum qui ad imaginem dei factus est: spiritualis suæ seruandæ rectitudinis admoneret,& decor limi deformitatẽ arguceret animi. Quid enim indecẽtius quàm curuum recto corpore gerere animum? Peruersa res est & fœda:lutcum uas quod est corpꝰ de terra,oculos habere sursum:cælos libere q̃ suspicere:cælorumq; luminaribꝰ oblectare aspectꝰ. Spiritualem uerò cælestemq; creaturam suos ecõtrario oculos,id est iternos sensus atq; affectus,trahere in terrã deorsum,& quæ debuit nutriri in croceis,hærere luto tanquã unam de suibus,amplexariq; stercora. A Erubesce aia

mea

mea diuinā in pecorinā cōmutasse similitudinem. Erubesce uolutari in cœno quæ de cælo es. Erubesce aia, ait corpus: in mei consideratione. Creata similis creāti recta: me quoq; accepisti adiutoriū simile tibi: utiq; sm lineamenta corporeæ rectitudinis. Quocūq; te uertas: siue ad deū sursum siue ad me deorsum (nemo siquidē carnē suam unquā odio habuit) ubiq; occurrit tibi species decoris tui, ubiq; prosratu tuæ dignitatis habes de magisterio sapiæ familiarē admonitionē. Me ergo meā quā tui gra accepi retinente & seruante progatiuam: tu quō non confunderis amisisse tuā. Cur suam in te conditor intuetur abolitam similitudinem: cū tuā in me tibi conseruet assidueq; repræsentet: Iā oē adiutoriū quod tibi ex me debebatur, uertisti tibi in cōfusionem: abuteris obsequio meo, indigne humanum corpus inhabitas: brutus & bestialis spūs. Istiusmodi ergo curuæ animæ nō possunt diligere spōsam quoniam non sunt amicæ sponsi: cum sint mundi. Qui uult, inquit, amicus esse huius mundi: inimicus dei constituitur. Ergo quærere & sapere quæ sunt super terram, curuitas animæ est, & è regione meditari ac desiderare quæ sursum sunt, rectitudo. Et hanc rectitudinem ut sit perfecta in oībus inuenīri necesse est sensu atq; consensu. Illum uerò rectum corde dixerim: qui & recte in omnibus sentiat, & à recto quod senserit, in nullo dissentiat. Ecce de quibus dicitur ad sponsam: recti diligunt te. Qui uidelicet in oībus & recte & recto acquieseūt. B Rectū reuera te dixerim si recte in omnib⁹ sentias: & factis nō dissentias. Inuisibilis animi statum nunciet fides & actio, Rectum iudica: si fide catholicū & iustum opere probaueris. Si quomi minus: curuum censere non dubites. Sic nempe habes. Si recte offers, & recte nō diuidis, peccasti. Recte quidē qd' cumq; horū offers: recte autē ab alterutro ea non diuidis. Noli esse rectus oblator & prauus diuisor. Quid diuidis actum à fide? Inique diuidis, fidē perimens tuam. Nā fides sine operibus mortua est. Mun⁹ mortuū offers deo? Si eñ q̄dam anima fidei ipsa deuotio est: quid fides quæ nō operatur ex dilectione nisi cadauer exanime? Bene honoras deum munere fœtido: bene placas tuæ fidei interfector. Quomodo hostia pacifica: ubi tā fœua discordia est? Non mirum si Cain insurrexit in fratrem: qui suam prius occiderat fidem. Quid miraris ô Cain si ad tua non respicit munera qui te despicit? Nec hoc mirū si nō respicit ad te: qui ita diuisus es in te. Si manum deuotioni: quid animū das liuori? Non concilias deum tibi: discors tecum. Non placas sed peccas, etsi nondum quidem impie feriendo: sed tamen diuidendo non recte. Et si necdum fratricida: tā tamen fideicida teneris. D Nunquid rectus uel quādo manum porrigis deo: cuius cor in terram trahit liuor & fraternum odium? Quomō rectus cuius fides mortua: cuius opus mors: cui⁹ nulla deuotio, amaritudo multa? Erat quidem in offerente fides: sed non in fide dilectio. Recta oblatio: sed crudelis diuisio. Mors fidei est separatio charitatis. Credis in christum: fac christi opera ut uiuat fides tua. Fidem tuam dilectio animet: probet actio. Non incuret terrenum op⁹: quem fides cælestium erigit? Qui te dicis in christo manere: debes sicut ipse ambulauit & tu ambulare. Q; si propriam gloriam quæris, florenti inuides: absenti detrahis: reponis lædenti te. Hoc christus non fecit. Confiteris te nosse deum: factis autem negas. Non recte, planè, sed impie linguam christo, animam dedisti diaboło. Audi ergo qd dicat. Homo iste labijs me honorat: cor autem eius lōge est à me. Non es profectò rectus: qui tam nō recte diuidis. Non potes attollere caput pressum diaboli iugo. Non te surrigere præuales cui dominatur iniquitas. Iniquitates tuæ super gressæ sunt caput tuū, & sicut onus graue grauatæ sunt sup te. Iniquitas deniq; sedet super talentum plumbi. Vides q̄ non faciat hominē rectum: fides etiam recta q̄ non operatur ex dilectione? At qui sine dilectione est: non habet unde diligat spōsam. Sed nec opera quamuis recta: rectum cor efficere sufficiunt sine fide. Quis enim rectum dicat hominem: non placentem deo? Sine fide aūt impossibile est placere deo. Qui nō placet deo: nō potest illi placere deus. Nam cui placet deus: deo displicere non pōt. Porrò cui non placet de⁹: nec spō sa eius. Quō ergo rectus qui nec deū diligit, nec ecclesiam dei cui dicitur: recti diligunt te? Si ergo nec fides sine operibus: nec opera sine fide sufficiunt ad animi rectitudinē, nos qui in christum credimus fratres rectas studeamus facere uias nostras, & studia nostra. Leuemus corda nostra cum manibus ad deum: ut toti recti inueniamur, fidei nostræ rectitudinem, rectis actibus comprobantes, dilectores sponsæ, dilecti à sponso iesu christo domino nostro: q̄ est deus benedictus in secula Amen.

Ephe.5.

Iacobi.4.

Titum.1.

Mar.7.

ps.37.

Gen.4.

Iaco.2.

Heb.11.

Cañ.1.

Cañ.1.

Esa.42

ps.119.

prouc.15.

De nigredine & formositate sponsæ, id est ecclesiæ quid sint. Sermo. XXV. B

ECce quod dixeram in sermone: quia æmulis lacessentibus sponsa respōdere cogatur, quæ corpore quidem de numero adolescentularū esse uidentur: animo autem longe sunt. Ait nempè. Nigra sum sed formosa filiæ hierusalem. Patet q̄ detrahe-rent ei, nigredinem improperantes. Sed aduerte sponsæ patientiam ac benignitatem. Non modo enim non reddidit maledictū pro maledicto, sed insuper benedixit: filias hierusalem uocās: quæ magis pro sua nequitia filiæ babylonis uel filiæ Baal, aut si quod aliud nomen improperij occurrisset, appellari meruerant. Sanè didicerat à ꝓpheta: Imò ab ipsa unctione q̄ docet suauitatē: calamū quassatum non conterendum, & linum fumigans non extinguendum. Propterea non putauit amplius irritandas satis cōmotas per se: nec q̄quā addendum stimulis inuidiæ qua torquebātur. Magis autē cum his qui oderunt pacē studuit esse pacifica: sciens se etiam insipientibus debitricem. Maluit ergo ipsas fauorabili demulcere uocabulo: quia curæ fuit ei infirmarū potius operā dare saluti, quàm propriæ ultioni. Omnibus quidem optanda est ista perfectio: propriè aūt optimorum forma est ꝑlatorum. Sciunt quippe boni fidelesq; præpositi languentium sibi creditam animarū curam, non pompam. Cumq; internū murmur cuiuspiā illarū querulæ uocis indicio deprehendūt: etsi, in ipsos usq; ad conuitia, & cōtumelias prorūpentis, medicos se & nō dominos agnoscentes, parant confestim aduersus frenesim animæ non uindictam, sed medicinam. Hæc igitur ratio cur sponsa filias hierusalem dicat eas ipsas quas maliuolas sustinet atq; maledicas: uidelicet ut in blādo sermone deliniat murmurantes: commotionē sedet, sanet liuorem. Scriptum est enim. Lingua pacifica cōpescit lites. Aliàs uerò filiæ reuera hierusalem quodammodo sunt quæ huiusmodi sunt: nec falsò ita eas nominat sponsa. Siue enim propter sacramenta ecclesiæ, quæ indifferenter quidem cum bonis suscipiunt, siue propter fidei æque communem confessionem: siue ob fidelium corporalem saltem societatem: seu etiam propter spem futuræ salutis, à qua omino non sunt quandiu hic uiuūt: uel tales desperandæ quantumlibet uiuant desperatæ: nō incongrue filiæ hierusalem nominantur. D Videamus iam quid illud fuerit dicere: nigra sum sed formosa. Nullāne in his uerbis repugnantia est? Absit. Propter simplices dico qui inter colorem: & formam discernere non nouerunt, cum forma ad compositionem pertineat: nigredo color sit. Non omne deniq; quod nigrum est: cōtinuo deforme est. Nigredo (uerbi causa) in pupilla non dedecet. Et nigri quidam lapilli in ornamentis placent, & nigri capilli candidis multibus etiam decorem augēt & gratiam. Sic tibi quoq; facile aduertere est in reb⁹ innumeris. Quā quam sine numero sunt quæ in superficie quidem reperies decoloria, in compositione uerò decora. Tali fortassis modo pōt sponsa cum pulchritudine utiq; cōpositionis, neuo non carere nigredinis, sed sanè in loco peregrinationis suæ. Alioquin erit cum eam sibi in patria exhibebit sponsus gloriæ gloriosam, nō habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi. At uerò nunc si diceret quia nigredinē non haberet: seipsam seduceret, & ueritas

Universidad de Deusto Biblioteca

in ea nō esset. Quāobrem ne mireris qa dixit: nigra sum: & rursum nihilominus quia formosa sit gloriatur. Quō enim non formosa cui dicit. Veni formosa meaꝛ Cui autē dicitur uenī, nondū peruenerat: ne fortè qs putet hoc dictū, non quidē huic nigræ q̄ adhuc laborat ueniendo in uia, sed beatæ illi q̄ iam prorsus absq; nigredine regnat in patria. Sed audiam⁹ unde nigrā & unde formosam se dixerit. An nigrā quidem ob tetrā conuersationē, quā pri⁹ habuit sub principe huius mundi: imaginē terrestris hominis adhuc portās, formosam uerò de cælestis similitudine: quam postea cōmutauit ambulans iam in nouitate uitæ? Sed si hoc est: cur nō magis de præterito nigra fui, & non nigra sum dicit? Si cui tamen placet hic sensus: id qd̄

Cañ. 2. sequitur: sicut tabernacula cedar: sicut pelles Salomonis: sic oporteret intelligi ut de ueteri quidem conuersatione cedar, de noua uerò Salomonis se dixerit tabernaculum. Hoc enim esse pelles quod tabernaculum: propheta ostē-

Hiere. 4. dit dicens. Repente uastata sunt tabernacula mea: subito pelles meæ. Prius igitur nigra sicut uilissima tabernacula cedar: postea formosa sicut pelles glorioſi regis. C Sed uideamus quomodo ad statū pot⁹ uitæ potioris utrumq; respiciat. Si consideremus habitū exteriorem sanctorū eū qui in facie est: quàm sit humilis utiq;, & abiectus, & quadā neglectus incuria: cum tñ identidem intus reuelata facie gloriā dei speculantes, in eandē imaginē transformentur de claritate in claritatē, tanquā à dñi spū: nónne una quælibet talis anima merito nobis uidebitur posse respondere exprobrantibus sibi nigredinem: nigra sum sed formosa? Vis tibi denicq; demonstrē animā, & nigram pa-

2. Cor. 10 riter & formosam? Epistolæ, inquiūt, graues sunt: sed præsentia corporis infirma, & sermo cōtemptibilis. Paulus hic erat. Itáne Paulum ô filiæ hierusalem de præsentia corporis æstimatis, & tanquā decolorē deformēq; contemnitis: quia cernitis homūculum afflictari: in fame & siti, in frigore & nuditate, in laboribus plurimis, in plagis supra modum, in mortibus frequenter. Hæc sunt q̄ denigrant Paulum. Pro huiusmodi doctor gentium reputatur inglori⁹, ignobilis, niger, obscur⁹, tanquā denicq; peripsima huius mundi. Enimuerò nónne ipse est q rapitur in paradisum: qui unū alterūq; perambulans usq; ad tertium sui puritate penetrat cælu? O uerè pulcherrima aīa quam etsi infirmum inhabitantem corpusculū pulchritudo cælestis admittere non despexit: angelica sublimitas nō reiecit: charitas diuina non repulit, hanc uos dicitis nigram? Nigra est sed formosa filiæ hierusalem. Nigra uestro: formosa diuino angelicoq; iudicio. Et si nigra est: forinsecus est. Sibi autem pro minimo est ut à uobis iudicetur: aut ab his q fm faciem iudicant. Homo siquidē uidet in facie: deus autem intuetur cor. Propterea etsi nigra foris: sed intus formosa ut ei placeat cui se probauit. Non eñ uobis, quibus si adhuc placeret: christi seruus non esset. Felix nigredo, quæ mentis candorem parit: lumen scientiæ, conscientiæ puritatem. A Audi denicq; quid per prophetā deus ꝓ mittat istiusmodi nigris: quos aut humilitas pœnitentiæ, aut charitatis zelus: tanquā solis æstu decoloraſſe uidet.

Esa. 1. Si fuerint, ait, peccata uestra ut coccinum, quasi nixdealbabuntur, & si fuerint rubra quasi uermiculus, uelut lana alba erunt. Non planè contemnenda in sanctis ista nigredo extera, quæ cādorem operatur internum, & sedem

Sapiē. 7. proinde præparat sapientiæ. Candor est enim uitæ æternæ sapientia, ut sapiens definit, & candidam oportet esse animam in qua ipsa sedem elegerit. Q- si anima iusti sedes est sapientiæ: haud dubie dixerim aīam iusti esse candidā: & fortassis iustitia ipa candor est. Iustus autem erat Paulus cui reposita fuerat corona iustitiæ. Candida proinde

2. Thi. 4. pauli anima erat, & sapientia sedebat in ea: ita ut sapientiam loqueretur inter perfectos: sapientiam in mysterio absconditam: quam nemo principum mundi huius agnouit. Porrò hunc in eo sapientiæ iustitiæq; candorem nigredo illa exterior de præsentia corporis infirma: de laboribus plurimis: de ieiunijs ac uigilijs multis: aut operabaſ aut promerebatur. Ideoq; & quod nigrū est Paulī: speciosius est omni ornatu extrinseco: omni etiam regio cultu. Non cōparabitur ei quantalibet pulchritudo carnis: nō cutis utiq; nitida & arsura, non facies colorata uicina putredini: non uestis præciosa obnoxia uetustati: non auri species, splendórue gemmarū seu quæcq; talia: quæ omnia sunt ad corruptionem. B Merito proinde oīs curasanctorū: spreto ornatu cultuq; supfluo exterioris sui hois qui certè corrumpitur: omni se diligentia præbet & occupat excolēdo ac decorādo interiori illi qui ad imaginem dei est, & renouaſ de die in diem. Certi sunt enim deo non posse esse quicquā acceptius imagine sua: si proprio fuerit restituta decori. Propterea & oīs gloria corū intus nō foris est: hoc est non in flore fœni: aut in ore uulgi: sed in dño. Vñ & dicunt. Gloria nostra hæc est, testimonium cō 2. Cori. 1.

scientiæ nostræ, q̄ conscientiæ solus sit arbiter deus: cui soli placere desiderāt, & cui placere sola uera, & summa gloria est. Non mediocris planè gloria illa quæ intus est: in

ꝑs. 44. qua gloriari dignatur & dñs gloriæ: dicente Dauid. Oīs gloria eius filiæ regis ab intus. Et tutior sua cuiq; gloria: dum habet eam in semetipso, & non in altero. At non in solo fortassis cādore interno: sed in exteriori quoq; nigredine gloriādum, ne quid omnino sctis depereat, sed oīa cooperentur in bonū. Non solū igit in spe, sed & gloriari

2. Cor. 2. in tribulationibus, libenter, ait, gloriabor in infirmitatibus meis ut inhabitet in me uirtus christi. Optanda infirmitas q̄ xpi uirtute compēsatur. Quis dabit mihi nō solū infirmari: sed & destitui ac deficere penitus à memetipso: ut domini uirtutū uirtute stabiliar? Nam uirt⁹ in infirmitate perficit. C Denicq; ait. Quādo infirmor: tunc fortis sum & potens. Qd̄ cū ita sit: pulchre sponsa conuertit sibi ad gloriā: qd̄ ei pro opprobrio ab æmulis intorquet: non modo formosam, sed & nigrā esse se gloriās. Nō enim erubescit nigredinē: quā nouit præcessisse & in sponso. Cui si mīlari quātæ etiam gloriæ est? Nil sibi gloriosius proinde putat, quàm christi portare opprobriū. Vñ uox illa prorsus exultatiōis & salutis. Absit mihi gloriari: nisi in *cruce* Gal. 6. domini mei iesu christi. Grata ignominia crucis ei qui crucifixo ingratus non est. Nigredo est: sed forma & similitudo domini. Vade ad sanctum Esaiam, & describet tibi qualem in spiritu illum uiderit. Quem namq; alium dicit uirum doloris, & sciētē infirmitatem, & quia nō erat ei species neq; decor? Et addidit. Nos putauimus eum tanquā leprosum, & percussum à deo & humiliatum. Ipse aūt uulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra, & liuore eius sanati sumus. Ecce unde niger. Iunge & illud sancti Dauid. Speciosus forma præ ꝑ. 44. filijs hominū, & habes totū in sponso qd̄ sponsa de se hoc in loco testata est. Num tibi recte & ipse uidet fm ea quæ dicta sunt æmulis posse respondere iudæis, niger sum sed formosus filij hierusalē? Niger planè: cui non erat species ꝑ. 21. neq; decor. Niger, quia uermis & non hō: opprobriū hominū & abiectio plebis. A Denicq; seipsum fecit peccatū, & nigrū dicere uerear? Intuere sanè pannis sordidum: plagis liuidum, illitum sputis, pallidum morte, & nigrum uel tūc pfectò fatebere. Percunctare etiā apl'os eundē ipm qualem in monte pspexerint: aut certè angelos in qualem prospicere concupiscant, & nihilominus formosum mirabere. Ergo formosus i se, niger ꝓpter te: quàm formosum & in mea forma te agnosco domine iesu, non ob diuina tantum quibus effulges miracula, sed & propter ueritatē, & mansuetudinem, & iustitiam. Beatus qui te in his hominem inter homines conuersantem diligenter obseruans: seipsum præbet pro uiribus imitatorem tui. Hoc iam beatitudinis munus formosa tua primitias suæ dotis accepit, nec quod formosum est tui imitari pigra: nec quod nigrū sustinere confusa. Vnde & dicebat. Nigra sum sed formosa filiæ hierusalem. Et addidit similitudinem, sicut tabernacula cedar: sicut pelles Salomonis. At istud obscurum est: nec attingendum oīno fatigatis. Habetis tempus ad pulsandum. Si non dissimulatis, aderit qui reuelat misteria.

Esa. 53. Ibidem.

Nec cūctabitur

Nec cũctabitur aperire: qui & ad pulsandũ inuitat. Ipse est
Apoc.3. enim q aperit: & nemo claudit: spõsus ecclesiæ Iesus xps dñs noster: qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

¶ *Sermo. XXVI. in quo beatus Bernardus interseris planctum & mœrorem suum pro morte uenerabilis Gerardi monachi fratris sui.* C

Cant.1. SIcut tabernacula cedar sicut pelles Salomonis. Hinc incipiendum quia hic desijt sermo superior. Hoc expectatis audire qd sit & qualiter ei quod proximo tractatum est capitulo ccaptet: quia humilitudo est. Potest enim hoc ita subiunctum fuisse ut utracp pars similitudinis ad id solum respondeat quod ibi pcesserat, nigra sum. Potest & ita ut duobus illis duo ista: id est singula singulis referãtur. Ille sensus simplicior: iste obscurior est. Sed tentemus utrumcp, & prius quidem hunc q difficilior apparet. Non autẽ in duob9 primis: sed in duobus duntaxat extremis difficultas est. Nam cedar quidem (quod interpretatur tenebræ) aperte satis cum nigredine cõuenire uidetur, sed pelles Salomonis cum formositate non ita. Porrò tabernacula in eandem nihilominus cõcurrere conuenientiã quis nõ uideat: Quid enim tabernacula nisi nra sunt corpora in quib9 peregrinamur: Nec emim habem9 hic manentẽ ciuitatẽ: sed futurã inquirimus. Sed & militamus in eis tanquã in tabernaculis: prorIob.7. sus uolenti ad regnũ. Denicp militia est uita hois sup terram. Et quãdiu militam9 in hoc corpore: peregrinamur à dño. i. à luce. Nam dñs lux est: & inquãtum qscp cũ eo non est: intantũ in tenebris est, hoc est in cedar. Flebilem promPsal.119. de uocẽ illã agnoscat suam. Heu mihi quia incolatus me9 prologatus est: habitaui cũ habitantibus cedar: multũ incola fuit anima mea. Est ergo hoc habitaculum nostri corporis non ciuis mansio aut domus indigenæ: sed aut tabernaculũ militantis: aut stabulũ uiatoris. Est, inquã, hoc corpus tabernaculũ: & tabernaculũ cedar: quod nimirũ animã quasi obiectu sui: incircumscripti luminis interim nunc
1.Cori.13. fraudat aspectu: nec sinit omnino uidere illud nisi per speculũ quidẽ & in enigmate: nõ aũt facie ad faciem. D Videsne unde ecclesiæ nigredo: unde pulcherrimis qcp aiabus nonnulla rubigo inhæserit. De tabernaculo profectò cedar: de exercitio laborioſæ militiæ: de diuturnitate miseri incolatus: de angustijs erũnosi exilij: de corpore denicp
Sap.9. fragili & graui: quia corp9 quod corrũpit aggrauat aiam: & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantẽ. Propterea & cupiunt dissolui: ut corpore leuatæ xpi auo-
Roma.7. lent in amplexus. Vñ & gemẽs una de miseris aiebat. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hui9c Scit nimirũ quæ huiusmodi est cp non possit in tabernaculo cedar carere ad purum macula aut ruga: non quantulacunqꝫ nigredine: & cupit exire ut se possit exuere. Et hæc ratio cur spõsa nigram se dixerit: sicut tabernacula cedar. Sed enim quomodo formosa sicut pelles Salomonis c At nescio quid sublime ac sacrum sentio in his pellibus inuolutum: quod minime ausim omnino contingere: nisi ad nu-
Prou.25. tum sanè ipsius qui reposuit & signauit. Legi nimirũ. Qui scrutator est maiestatis: opprimetur à gloria. Supersedeo igitur & differo. Vobis interim curæ erit solito impetrare fauorem uestris precibus: ut eo alacriores quo fidẽtiores redeamus ad id quod attentioribus eget animis. Et fortasis inueniet pius pulsator quod temerarius scrutator non posset. Quãquã & mœror finẽ imperat & calamitas quam patior. B Quousqꝫ eũ dissimulo & ignis quem intra me ipsum abscondo triste pectus adurit: interiora depascitur: Clausus latiꝰ serpit, sæuit acriꝰ. Quid mihi & cantico huic qui in amaritudine sum: Vis doloris abducit intentionẽ: & indignatio dñi ebibit spiñ meũ. Subtracto siquidẽ illo per quem mea in dño studia utcunqꝫ libera esse solebant: simul & cor meũ dereliqt me. Sed feci uim animo ac dissimulaui usqꝫ huc: ne affectus fidem uincere uideretur. Denicp plorãtib9 alijs ego (cut aduertere potuistis) siccis oculis secutus sum inuisum funus: siccis oculis steti ad tumulũ quousqꝫ cuncta peracta sunt exequiarum solemnia. Indutus sacerdotalibus: solitas in eum orationes proprio ore cõpleui: terrã meis manibus ex more ieci super dilecti corpus: terrã mox futurũ. Qui me intuebant flebant: & mirabantur cp nõ flerem ipse: cũ nõ illũ quidẽ: sed me potius q illũ amisissem oẽs miserarent. Cuius emim uel ferreum pectus super me ibi nõ moueret, quem uideret Gerardo superstitẽ? Cõmune dãnũ: sed præ meo nõ reputabat infortunio. At ego quib9 poterã uirib9 fidei reluctabar affectui: nitẽs uel inuitus non moueri frustra additione naturæ: uniuersitatis debito, conditionis usu, potentis iussu, iudicio iusti, flagello terribilis, dñi uoluntate. Pro huiusmodi semper extunc & deinceps exegi à memetipso non indulgere multo fletui: multum tñ turbat9 & mœstus. Nec potui imperare tristitiæ qui potui lachrymæ: sed ut scriptũ est, turPsal.76. batus sum: & nõ sum locutus. C At suppressus dolor altius introrsum radicauit: eo (ut sentio) acerbior fact9, quo non est exire permissus. Fateor uictus sum. Exeat necesse est foras quod intus patior. Exeat sanè ad oculos filiorum qui scientes incõmodũ: planctum humanius æstimẽt, dulcius cõsolent. Scitis ô filij quàm iust9 sit dolor meus: quàm dolenda plaga mea. Cernitis nempe quàm fidus comes deseruit me in uia hac qua ambulabã: quàm uigil ad curam, quàm non segenis ad opus: quàm suauis ad mores. Quis ita mihi perneccssarius: cui æque dilectus ego: Frater erat genere: sed religione germanior. Dolete quæso uicẽ meã uos qbus hæc nota sunt. Infirmus corpore erã: & ille portabat me. Pusillus corde erã, & confortabat me. Piger & negligens: & excitabat me. Improuidus & obliuiosus: & cõmonebat me. Quo mihi auulsus est: quo mihi raptus è manibus hõ unanimis: hõ fm cor meũ: Amauimus nos in uita: quõ in morte sumus separati: Amarissima separatio: & quam nõ posset oĩno efficere nisi mors. Qñ emim me uiuus uiuũ desereres: Oĩno opus mortis: horrendum diuortiũ. Quis emim tam suaui uinculo mutui nostri non pepercisset amoris nisi toti9 suauitatis inimica mors: Bene mors, quæ unum rapiendo: duos furiosa peremit. An non mors etiã mihi: Imo plus mihi: cui utiqꝫ omni morte infelicior uita seruata est. Vt uo ut uiuens moriar: & hoc dixerim uitam: Qꝫ mitius me priuares ô austera mors uitæ usu, quàm fructu. Nã uita sine fructu: grauior mors. A Denicp duplex
Matth.3. malum ligno paratur infructuoso: securis & ignis. Ergo
Psal.87. meis laboribus inuidens: elongasti à me amicum & proximũ: per cuius maxime studium erant (si qñ erant) fructuosi. Satius proinde mihi fuisset periclitari uita quàm tua gerarde pſentia: q meorũ in dño studiorum eras solicitus incitator: fidelis adiutor: cauꝰ examinator. Cur quæso aut amauimus aut amisimus nos: Dura conditio: sed mea miseranda fortuna, nõ & illius. Nam tu chare frater si charos amisisti: chariores utiqꝫ recepisti. Me uerò quænam iã miserum consolatio manet post te unicũ solatium meũ: Placita fuit pariter utriqꝫ societas corporum pro morũ cõcordia: sed solũ me diuisio uulnerauit. Cõe quod libuit, qd' triste & lugubre meũ: in me trãsierũt ſræ: in me cõfirmatus fuIbidem. ror est. Erat ambob9 alterutrũ grata pſentia: dulce consortiũ: suaue collo quiũ: sed tãtas utriusqꝫ delitias ego pdidi, tu mutasti. Et qdẽ imutatis illis retributio multa. Quanto fœnore gaudiorũ ac bñdictionũ cumulo cares hodie nobis frater charissime: tanto habes certè pro me tantillo repositã tibi xpi pſentiam. Nec dispẽdium sentis absentiæ à nobis tuæ: angelorũ admixtus choris. Non est igitur qd' causeris tu de nostra quasi subtracta tibi præsentia: cui affatim sui suorũqꝫ copiam dñs maiestatis indulsit. B At ego pro te qd' quàm uellẽ scire quid nam sentias nunc de me illo unico tuo: mediis nutante curis & pœnis: destituto te baculo imbecillitatis meæ. *Si* tñ licet adhuc cogitare demiseris ingresso abyssum luminis atqꝫ illo pelago æternæ felicitatis absorpto: fortè enim etsi nosti nos fm carnem: sed nunc iã nõ nosti: & qñ introisti in potentias dñi: me-Psal.70. moraris iustitiæ eius soli9: immemor nostri. Cæterũ q ad-1.Cori.6. hæret deo, unus spirit9 est: & in diuinum quendam totus

Universidad de Deusto Biblioteca

immutat affectū:nec pōt iam sentire aut sapere nisi deum:
Ioan.4. & qđ sentit & sapit de⁹:plenus deo. Deus aūt charitas est:
& quāto quis cōiūctior deo:tāto plenior charitate. Porrò
impassibilis est deus:sed nō incompassibilis:cui proprium
est misereri semper & parcere. Ergo & te necesse est misericordē esse q inhæres misericordi:quāuis iā minime miser
sis:& q nō pateris,cōpateris tñ,affect⁹ proinde tu⁹ nō est
imminut⁹ sed immutat⁹:nec qm̄ deū induisti:nostri cura te
1.Petr.5. exuisti:& ipsi eñ cura est de nobis. Qđ infirmū est abiecí-
1.Gori.13. sti:sed nō qđ pīū. Charitas deniq; nūquā excidit. Nō obli
Psal.12. uiscēris me in finē. Videor mihi quasi audire fratrē meū di
Esa.49. centē. Nunqd mater obliuisci poterit filij uteri sui? Et si il-
la oblita fuerit:ego tñ nō obliuiscar tui. Nō expedit pro
sus. Scis ubi uerser:ubi iaceā:ubi reliq̄ris me. Nō est q por
rigat manū. Ad oē qđ emerserit respicio ad gerardum ut
consueuerā:& non est. Heu tunc ingemisco miser:sicut hō
sine adiutorio. Quē consulam in ambiguis:cui in aduersis
fidam:qs portabit onera:qs pericula propulsabit? Nónne
ubiq; gressus meos Gerardi oculi anteibant? Nónne tuū
gerarde pectus curæ meæ notius quàm meum ipsius habe
bant:familiarius incursabāt,acrius urgebāt? Nónne in lín
gua tua illa placabili & poteti:meā a sermonibus seculi fre
quētissime uēdicabas:& amico reddebas silētior? Dñs de-
Esa.50. derat illi linguā erudītā:ut sciret qñ deberet proferre ser
monē. D Ita deniq; in prudētia responsorū suorū & in
gra data sibi desup:& domesticis satisfaciebat & exteris:
ut penè me nemo regreret cui prior fortè Gerard⁹ occu
rrisset. Occurrebat aūt aduentātib⁹:opponēs se ne subito
meū ociū incurrarēt. Si qb⁹ sanè per se satisfacere nō qui
bat:hos perducebat ad me:cæteros emittebat. O uirū in
dustriū:ō amicū fidelē,& amico gerebat morem:& officijs
charitatis non deerat. Quis uacua ab eo recessit manu? Si
dives,consilīū:si pauper,subsidium reportabat. Nec quæ
rebat q̄ sua sunt,qui se medijs ingerebat curis ut ego uaca
rem. Sperabat eñ (sicut erat humillimus) maiorem de no
stra quiete fructū quàm si uacaret ipse. Interdū tamē postu
labat absolui & alteri cedere quasi qui melius prouideret.
Sed ubi ille inueniret? Nec petulanti aliquo (ut assolet) in
eo officij detinebat affectu,sed solo intuitu charitatis. Siq-
dem plus oībus laborabat:& minus omnibus accipiebat:
ita ut sæpe cū alijs necessaria ministraret:egeret ipse in plu
ribus (uerbi causa) cibo aut ueste. A Deniq; cū se senti
ret decessui propinquare: Deus,inquit,tu scis q̄ quātum
in me fuit semp optaui quietē mihi intendere:tibi uacare.
Sed implicitū tenuit timor tuus & uoluntas fratrū:& stu
stium obediendi:super oīa abbatis pariter & fratris ger
mana dilectio. Ita est. Gratias tibi frater de oi fructu,meo
rū si quis est de dño studiorū. Tibi debeo si profeci:si pro
fui. Tu intricabaris:& ego tuo bñficio feriatus sedebā mi
hi:aut certè diuinis obsequijs sanctius occupabar:aut do
ctrinæ filiorum utilius intendebam. Cur eñ securus intus
non essem:cum te scirem agentem foris manum dexteram
meā,lumen oculorū meorū,pectus meū & linguā meā? Et
quidē indefessa manus,oculus simplex,pectus consilij:lín-
Psal.36. gua loquēs iudiciū,sicut scriptū est. Os iusti meditabitur
sapiam:& lingua ei⁹ loquet iudiciū. Sed qd dixi foris agē
tem illum:quasi interna Gerardus nesciret:ac spūalium ex
pers esset donorū? Norūt qui illum norunt spūales quàm
uerba eius spiritū redolerēt. Norunt cōtubernales,quàm
mores eius & studia nō carnē saperent:sed feruerent spū.
Quis illo rigidior in custodia disciplinæ:qs in castigando
corpus suū districtior uel suspensior:sublimior in contem
plando:subtilior in differendo? Quoties cum eo differens
ea didici quæ nesciebam:& qui docturus aduenerā,do
ctus magis abscessi? Nec mirum de me cū magni ac sapien
tes uiri idipsum nihilominus ex illo sibi accidisse testētur.
Psal.70. Non cognouit literaturam:sed habuit literarum inuento
rem sensum,habuit & illumināte spiritum. Nec in maxi
mis tantum:sed & in minimis maximus erat. Quid (uerbi
causa) in ædificijs,in agris,ortis,aquis,cunctis deniq; ar
tibus seu operibus rusticorū:qd inquā uel in hoc rerū ge-
nere Gerardi subterfugit peritiā? Cementarijs,fabris,agri
colis,ortolanis,sutoribus atq; textoribus facile magister
erat. Cumq; omnium iudicio omnibus esset sapientior:so
lis in suis oculis non erat sapiens. Vtinam multos etsi mi
nus sapientes:non plus tangeret illa maledictio. Væ qui sa- Esaie.5.
pientes estis in oculis uestris. Scientibus ista loquor:& ad
huc plura his de illo & maiora cōpertis. Parco tamē quia
caro mea & frater est:hoc tamen securus addo:mihi utilis
in omnib⁹ & præomnib⁹ fuit. Vtilis in paruis & magnis:
in priuatis & publicis,foris & intus. C Merito ex eo pē
debam totus qui mihi totum erat. Solum penè reliquerat
mihi prouisoris honorem & nomen. Nam opus ipse facie
bat. Ego uocitabar abbas:sed ille præerat in solicitudine.
Merito requieuit in illo spiritus meus: per quem licebat
delectari in domino in omnibus:prædicare liberius,orare
securius. Per te inquam mihi frater mi mens sobria & gra
ta quies:sermo efficacior:pinguior oratio:frequentior le
ctio:& feruentior affectus. Heu sublatus es:& hæc omnia
simul. Tecum omnes pariter abiere delitiæ & lætitiæ meæ.
Iam curæ irruunt:iam molestiæ hincinde pulsant,& angu
stiæ undiq; solum me repererunt:solæ mihi te abeunte re
manserunt:solus sub sarcina gemo. Aut ponere aut oppri
mi necesse est:quia tu tuos humeros subduxisti. Quis mi
hi tribuat cito mori post te? Nam pro te nolim nec te tua
fraudare gloria. Porrò superuiuere tibi labor & dolor. Vi
uam quoad uiuam in amaritudine: uiuam in mœrore: &
hæc sit mihi cōsolatio ut mœrendo affligar. Non parcam: Iob.19.
& iuuabo manum domini. Etenim manus domini tetigit
me. Me inquam tetigit & percussit:non illum quem uoca
uit ad requiem. Me occidit cum succidit illum. Nunquid
enim occisum quis dixerit quem plantauit in uita? At
quod illi uitæ ianua fuit:mihi planè est mors: meq; illa
morte mortuum dixerim: non hunc qui obdormiuit in
domino. A Exite,exite lachrymæ iampridem cupien-
tes. Exite:quia is qui uobis meatum obstruxerat:commea
uit. Aperiantur chataractæ miseri capitis:& erumpāt fon
tes aquarum:si fortè sufficiant sordes diluere culparū quib⁹
iram merui. Cum consolatus fuerit super me dom⁹;
tunc fortassis & ego merear consolari:si tamen non peper
cero à mœrore. Nam qui lugent ipsi consolabuntur. Pro Matth.5.
pterea condescendat mihi omnis sanctus:& in spiritu leni
tatis,qui spiritualis est sustineat lamentantem. Luctus me⁹
humano quæso pensetur affectu:nō usu. Videmus nempe
mortuos quotidie plāgere mortuos suos:fletum multum,
& fructum nullum. Non culpamus affectum nisi cum exce
dit modum: sed causam. Ille nimirum naturæ est: & eius
turbatio pœna peccati:hæc uanitas & peccatum. Etenim
ibi sola (nisi fallor) plorantur damna gloriæ carnis: uitæ
præsentis incommoda. Et plorandi qui ita plorant. Num
quid ego sic? Similis mihi affectus:sed altera causa dissimi
lisq; intentio. Nulla mihi sanè querela de omnibus quæ
sunt mundi. In his profectò quæ sunt dei ademptum do
leo:fidele auxilium:salutare consilium: gerardum lugeo.
Gerardus est in causa:frater carne: proximus spiritu: so
cius proposito. B Adhæsit anima mea animæ illius: &
unam fecit de duabus: non consanguinitas sed unanimi
tas. Carnis quidem necessitudo non defuit: sed plus iun
xit societas spiritus: consensus animorum: morum con
formitas. Cum ergo essemus cor unum & anima una: hāc
meam pariter atq; ipsius animam pertransiuit gladius: &
scindens mediam partem locauit in cælo:partem in scæno
deseruit. Ego,ego illa portio misera in luto iacens: trun
cata parte sui & parte potiori: & dicitur mihi: ne fleueris?
Aualsa sunt uiscera mea à me: & dicitur mihi ne senseris?
Sentio,sentio uel inuitus:quia nec fortitudo lapidum for
titudo mea: nec caro mea ænea est: sentio prorsus & do
leo: & dolor meus in conspectu meo semper. Non sanè
nos poterit duritiæ & insensibilitatis arguere ille qui ue
berat: quomodo illos de quibus ait. Percussi eos & non
doluerunt. Affectum meum confessus sum: & non ne
gaui. Carnalem quis dixerit: ego humanum non nego:

sicut

ſicut nec me hoiem. Sí ne hoc ſufficít: nec carnalẽ negauerim. Nam & ego carnalis ſum: uenundatus ſub pc̃ō: addictus morti: pœnis & erumnís obnoxius. ℂ Non ſum fateor inſenſibilis ad pœnas: mortẽ horreo meam & meorũ. Meus gerardus erat: meus planè. An non meus qui frater ſanguine fuit: profeſſione filius: ſolicitudine pater: cõſors ſpíritu: intimus affectu? Is receſſit à me: ſentio læſus ſum & grauiter. Ignoſcite filij: ímo ſi filij uícem dolete paternam.

Iob. 19. Miſereminí mei: miſereminí mei ſaltem uos amící mei: quí certè conſideratis quàm grauía pro peccatís recepí de manu dominí. In uírga índignationís ſuæ percuſſit me digne pro meritís: dure pro uíribus. An leue quís dixerit uiuere me abſq; gerardo: níſi qui ignorat quíd mihí cum gerardo? Nec tamen contradico ſermonibus ſancti. Nec reprehendo iudicíũ quo recepít quíſq; quod dignus eſt. Ille coronam quam meruit: ego quã debuí pœnam. Nũquíd qa ſentio pœnã: reprehẽdo ſniam? Humanũ eſt illud: hoc ímpium. Humanũ inquam & neceſſe affici erga charos: ſiue delectabiliter cum pſto ſunt: ſiue cum abſunt moleſte. Non erít ocioſa ſocialis conuerſatio: preſertím ínter amícos: & quíd effecerit mutuus amor ín ſibí pſentibus: horror índícat ſeparatiõís: & dolor de inuícem ín ſeparatís. Doleo ſuper te gerarde chariſſime: nõ quía dolendus: ſed quía ablatus. Et ídeò fortaſſis dolendum mihí potíus ſuper me: q bibo calicẽ amaritudínís. Et ſolus dolendus: quía ſol⁹ bibo. Non em̃ & tu. Solus ego patíor quod ſolent pariter patí quí ſe dilígunt cum ſe amittunt. Vtinam non te amíſerim ſed præmíſerim: utínam uel tarde aliq̃ ſequar te quocũq; ieris. A Non em̃ dubíum quín ad íllos ieris quos circa medíum extremæ noctís tuæ ínuitabas ad laudem: cum ín uultu & uoce exultationis ſubíto erupíſtí ín illud dauídícum: ſtupentíbus quí aſſíſtebant. Laudate dominũ de cælís: laudate eum ín excelſís. Iam tibí frater mí nocte adhuc media dieſcebat: & nox ſicut dies íllumínabatur. Prorſus

Pſal. 148. Pſal. 138. illa nox íllumínatio tua ín delitíis tuís. Accít⁹ ſum ego ad íd míraculí: uídere exultantem ín morte hominem & ínſultantem morti. Vbí eſt mors uíctoría tua? Vbí eſt mors ſtímulus tuus? Iam nõ ſtímulus ſed ſubílus. Iam cantando morítur homo: & moriendo cantat. Vſurparís ad lætítiã mater mœroris: uſurparís ad gloríam gl'iæ ínímica: uſurparís ad íntroítum regní porta ínferí: & fouea perditiõís ad ínuentiõem ſalutís. Idcíp ab homíne peccatore: iuſte nímirum: quía tu ínique in hominem innocentem & iuſtum poteſtatem temeraría uſurpaſtí. Mortua es ô mors: & perforata hamo quem íncauta glutíſtí: cuius illa uox eſt in pOſee. 13. pheta. O mors ero mors tua: morſus tuus ero ínferne: Ilío ínquam hamo perforata tranſeuntíbus per medíum tuí fidelibus: latum lætumq; exitũ pandís ad uítã. Gerardus te non formídat larualís effígies. Gerardus per medías fauces tuas tranſít ad patríã: non modo ſecurus, ſed & lætabũdus & laudans. Cũ ergo ſuperueníſſem & extrema iã pſalmí me audiente clara uoce compleſſet: ſuſpicíẽs in cælum

Pſal. 30. aít. Pater ín manus tuas commendo ſpíritum meum. Et repetens eundem ſermonẽ: ac frequenter íngemínans pater, pater, conuerſus ad me: exhílarata quídem facie: quanta, ínquit, dignatio dei patrem hominũ eſſe: quanta hominũ gl'ia, dei filios eſſe & hæredes? Nã ſi filij & hæredes. Sic cãtabat quem nos lugemus: in quo & meum fateor luctum penè ín cantũ conuertit dũ íntentus gl'iæ eíus: propríæ ferè miſeríæ oblíuíſcor. Sed reuocat me ad me pungens dolor: facílecq; à ſereno illo íntuitu tanquã à leuí excítat ſomno perſtringẽs anxíetas. Plangam igítur: ſed ſup me: qa ſuper illũ ſam uetat ratío. Puto em̃ ſi opportunitas daretur:

Lucæ. 23. modo díceret nobis. Nolite flere ſuper me: ſed ſup uoſípſos flete. ℂ Plãxit merito Dauíd ſuper parícída filío, cuí perpetuo ſcíret obſtructũ exitũ de uentre mortís mole crímínís. Merito ſup ſaul & ſup ionathã: quibus æque abſorptís ſemel, emerſio ſam nõ ſperat. Et quídem reſurgent: ſed non ad uítam. Imo ad uítam: ut uíuí ín morte ínfelící⁹ moríantur. Quãquã de ionatha poſſit non immerito hærere ſententia. At mihí etſi non iſta ſuppetit plangendi rõ: non tñ nulla. Plãgo primũ ſup mea ípſius plaga: atq; huius iactura domus. Plango deínde ſup pauperũ neceſſitatibus: quorũ Gerardus pater erat. Plango certè & ſuper uniuerſo ſtatu noſtrí ordínis, nr̃æ profeſſionis, quí de tuo gerarde zelo, cõſilío, & exemplo robur nõ mediocre capiebat. Plãgo poſtremo etſi nõ ſuper te: propter te tñ. Hinc prorſus: hinc afficíor grauíter: quía uehementer amo. Et nemo mihí moleſtus ſit: dícens nõ debere ſic affící: cum benign⁹ ſamuel ſuper reprobo rege: & pius Dauíd ſuper paricída filío ſatisfecerint affectioní: & non ad ínjuríam fídei: nõ ín ſuperní ſuggillatione iudicíj. Abſalõ filí mí: aít ſanctus da-

1. Reg. 17. uíd: filí mí abſalon: & ecce plus quàm abſalõ hic. Saluator quoq; uídens ciuitatem hieruſalem: & puídens ruituram:

Lucæ. 19. fleuit ſuper eam. Et ego propríã & q̃ ín pſentí eſt deſolatio nẽ nõ ſentíam? Plagã meã recẽtẽ & grauẽ nõ doleam? Ille fleuit cõpatiendo: & ego patiendo nõ audeã? Et certè ad tumultũ lazarí nec flentes arguít: nec à fletu prohibuít: ín ſuper & fleuit cũ flentíbus. Et lachrymatus eſt, ínqt. Ieſus.

Ioan. 11. Fuerunt lachrymæ illæ teſtes profecto naturæ: nõ índíces diffidentíæ. Dẽníq; & prodíit mox ad uocẽ ei⁹ q erat mor-

Ibidem. tuus: nec continuo putes fidei præiudícium dolentís affectum. A Sic nec fletus utíq; noſter ínfidelitatis eſt ſignũ: ſed cõditionís índícium. Nec quía percuſſus ploro: arguo ferientẽ: ſed prouoco pietatem: ſeueritatẽ flectere ſatago. Vnde & uerba mea dolore ſunt plena: non tamen & mur-

Iob. 6. mure. Nunquíd nõ plenum iuſtítiæ protulí cp unius ſníæ complemento & punitus eſt quí debuít: & coronatus quí meruit? Et adhuc díco: bene utrumq; fecit dulcis & rect⁹ dominus. Miſericordiã & iudícium cãtabo tibí domíne. Cantet tibí miſericordía quam feciſtí cũ ſeruo tuo Gerardo: cantet & iudícium quod nos portamus. In altero bonus: ín altero iuſtus laudaberís. An ſolíus laus bonitatis? Eſt & iuſtítiæ. Iuſtus es domíne: & rectum iudícium tuũ.

Pſal. 118. Gerardum tu dediſtí: gerardum tu abſtuliſtí: & ſi dolem⁹ ablatũ: nõ tamen oblíuíſcimur cp datus fuit: & gratías agímus cp habere illum meruímus: quo carere ínterim nõ uolumus ínquantum non expedit. Recordor domíne pactí mei & miſeratíonis tuæ: ut magís iuſtificerís ín ſermoní-

Pſal. 50. bus tuís: & uíncas cum iudicarís. Cum pro cauſa eccleſiæ anno præteríto Viterbíj eſſemus ægrotauit ille: & ínualeſcente languore cum iam proxima uíderetur uocatio: ego ægerríme ferens comitem peregrinationís, & illum comítem ín terra relinquere aliena: nec reſignare his quí mihí eũ commiſerant: quũ amabatur ab omníb⁹ ſicut erat amabílis ualde: cõuerſus ad oratíonem cũ fleru & gemitu. Expecta ínquã dñe uſq; ad reditum. Reſtitutum amícis: tollè iam eum ſi uís, & nõ cauſabor. Exaudiſtí me deus: conualuít: opus perfecímus quód ínjũxeras: redíuímus cũ exultatione reportantes manípulos pacís. Porrò ego oblítus penè ſum meæ conuentionís: ſed nõ tu. Pudet ſingultuum horum quí præuaricationís me arguũt. Quíd plura? Repetíſtí commẽdatum: recepíſtí tuum. Fínem uerborũ índicũt lachrymæ: tu illís domine finẽ modumq; índixeris.

¶ *De ornatu ſponſæ: & qualiter quælibet anima ſancta cælum dicatur.*

Sermo XXVII. C

QVía debitís humanitatís officíjs amícum reuerentem ín patríã proſecuti ſumus: redeo fratres ad propoſitũ ædificandi qd̃ intermiſerã. Incongruũ nãq; eſt diu flere lætantẽ: & ſedentí ad epulas lachrymas multas íngerere importunũ. Sed & ſi nr̃as deficamus erumnas: me íd quídem oportet níms: ne non tam amaſſe illũ quàm noſtra quæſiſſe de illo commoda uídeamur. Temperet ſanè dilecti gaudium mœſtitiam deſolatorum: & tolerabilius fiat nobis quod nobíſcum nõ eſt: quía cum deo eſt. Fretus ergo oratíonibus ueſtris uolo ín lucem ſi poſſim prodere quícquid illud eſt quod opertũ íllís pellibus ſentío: quæ ín exemplũ decoris ſponſæ productæ ſunt: hoc ſi recolitis tactum fuit: ſed indiſcuſſum remanſit. Porrò diſcuſſum & declaratum quomodo nígra ſit ſicut tabernacula cedar. Quomodo ergo ſicut pelles

Universidad de Deusto Biblioteca

salomonis formosæ? Quasi uerò salomon in omni gl'ia sua quicquã habuerit condignũ decoræ sponsæ & gl'ia ornatus eius. Et quidẽ si nõ ad decorem sponsæ: sed ad nigredinem potiꝰ nescio quas pelles istas sicut & tabernacula cedar respicere diceremus: fortassis competeret nec deesset unde id congrueremonstraremus sicut & monstrabimus. At uerò si spõsæ claritati quarũcumq; decorẽ pelliũ comparandũ putamus: hic prorsus opus nobis est eius ad quẽ pulsastis auxilio: quatenꝰ mysteriũ hoc digne aperire possimus. Quid namq; corũ quæ in facie lucent: si internæ cuiuspiam sanctæ animæ pulchritudini comparetur: non uile ac fœdũ recto appareat æstimatori? Quid, inquã, tale in se ostendit ea quæ præterit figura huiꝰ mũdi: quod æquare speciem animæ possit illius quæ exuta terreni hominis uetustatẽ: eius qui de cælo est decorẽ induit: ornata optimis moribus pro monilibus: ipso purior sicut & excelsior æthere, sole splendidior? Noli ergo respicere ad istum salomonem: cum indagare cupis cuiusmodi se pellibus similem in decore sponsa glorietur. A Quid est ergo quod
Canti.1. dicit: formosa sum sicut pelles salomonis. Magnũ & mirabile quiddã ut ego æstimo, si tñ nõ hunc sed illũ hic attendamus de quo dicitur. Ecce plus quàm salomon hic. Nam usq; adeò is meꝰ salomõ, salomõ est: ut nõ mõ pacificꝰ (qd' quidẽ salomon interpretatur) sed & pax ipsa uocetur: pau
Ephe.2. lo perhibẽte: quia ipse est pax nostra. Apud istum salomonem non dubito posse inueniri: quod decori sponsæ omni
Psal.103. no comparare nõ dubitem. Et præsertim de pellibus eius aduerte in psalmo. Extendens, ait, cælum sicut pellem. Nõ ille profecto salomon (etsi multum sapiens: multumq; potens) extendit cælum sicut pellem: sed is potius qui non tã
Prou.8. sapiens quàm ipsa sapientia est: ipse prorsus extendit & cõdidit. Istius siquidem & non illius illa uox est. Quando pparabat cælos (haud dubium quin deus pater) ego aderam. Aderat sine dubio præparanti cælos sua uirtus suaq; sapientia. Nec putes astitisse ociosam: & quasi ad spectandum solummodo: quia dixit aderam: non etsam pparabã.
Ibidem. Respice paulisper inferius: & inuenies aperte subiungentem: quia erat cum eo componẽs omnia. Deniq; ait. Quæ
Psal.103. cumq; emꝫ pater facit: hæc & filius similiter facit. Et ipse itaq; extendit cælum sicut pellem. Pulcherrima pellis quæ in modum magni cuiusdam tentorij uniuersam operiens faciem terræ, solis, lunæ, atq; stellarũ uarietate tam spectabili humanos oblectat aspectꝰ. Quid hac pelle formosiꝰ? Quid ornatius cælo? Minime tamen uel ipsum ullatenus conferendũ gloriæ & decori sponsæ: eoipso succumbens q præterit & hæc figura ipsiꝰ: utpotè corporea & corporeis subiacens sensibus. Quæ emꝫ uidentur, temporalia sunt: quæ autem non uidentur, æterna. C Sed est rationalis quædam sponsæ species: spiritualisq; effigies, ipsaq; æterna: qa imago æternitatis. Decor eius (uerbi gratia) charitas est:
1.Gorĩ.13. & charitas sicut legitis nunquam excidit. Est certè & iustitia: & iustitia eius, inquit, manet in seculum seculi. Est etiã
Psal.9. patientia: & legitis nihilominus: quia patientia paupertũ non peribit in finem. Quid uolũtaria paupertas: quid humilitas? Nonne altera regnũ æternum: altera æque exaltationem promeretur æternã. Eo quoq; spectat & timor dñi
Psal.18. sanctus permanens in seculum seculi. Sic prudentia, sic temperãtia: sic fortitudo: & siquæ sunt uirtutes aliæ, quid nisi margaritæ sunt q̃dam in sponsæ ornatu: splendore perpetuo coruscãtes? Perpetuo, inquam, quia sedes & fundamẽtum perpetuitatis. Nec enim perpetuæ beatæq; uitæ, omnino locus in anima est: nisi mediis quidẽ interiectis q; uirtutibus. Vnde propheta deo (qui utiq; uita beata est) iu-
Psal.88. stitia, inquit, & iudicium pparatio sedis tuæ. Et apostolus
Ephe.3. dicit xpm habitare non ommimodo quidem: sed signanter
Ioan.12. per fidem in cordibus nostris. Domino quoq; sessuro super asellum: uestes suas discipuli substrauerunt: significantes saluatorem seu salutem nequaquam insidere nudæ animæ quã non uidelicet uestitam inuenerit doctrina & moribus apostolorum. Et ideò ecclesia promissionem habens futuræ felicitatis: curat interim præparare & præornare se in-
uestitu deaurato: circũdata uarietate gratiarum atq; uirtutum (qualẽ quidẽ ex parte descripsimus) quo digna & capax plenitudinis gratiæ inueniatur. D Cæterum spũali huic tam pulchræ uarietati: quam de prima interim stola in quadam ueste suæ sanctificationis accepit: nullo pacto ego comparauerim in decore cælum hoc uisibile atq; corporeum: quamuis in suo genere quidem siderea uarietate pulcherrimum. Sed est cælum cæli: de quo propheta. Psallite, inquit, domino: qui ascendit super cælum cæli ad oriẽtem. Et hoc cælũ intellectuale ac spirituale: & qui fecit cælos in intellectu: creauit illud & statuit in sempiternum, ipsumq; inhabitat. Ne uerò putes sponsæ deuotionem citra illud remanere cælum: in quo scit habitare dilectum. Vbi emꝫ thesaurus eius: ibi & cor eius. Emulatur sanè assistẽtes uultui ad quem suspirat: & quibus se interim nõ ualet uidendo associare: studet conformare uisuendo: moribus magis quàm uocibus clamans. Domine dilexi decorẽ domus tuæ: & locum habitationis gloriæ tuæ. Prorsus de hoc cælo miníme sibi indignum ducit ducere similitudinem: hoc extentum sicut pellis: non spatijs tamen locorum: sed affectibus animorum. Hoc miris uarijsq; artificijs distinctum operibus. Diuisiones autem sunt non cælorum: sed beatitudinum. Nam alios quidem posuit angelos: alios autem archangelos: alios uerò uirtutes: alios dominatiões: alios principatus: alios potestates: alios thronos: alios cherubim: atq; alios seraphim. Sic stellatũ cælum hoc. Sic depicta hæc pellis. Hæc una de pellibus mei salomonis: & hæc præcipua in omni ornatu multiformis gloriæ eius. Habet autem grãdis ista pellis quamplurimas in se æque salomonis pelles: quoniã unusquisq; beatus & sanctus qui ibi est: pellis est utiq; salomonis. Benigni siquidem sunt atq; extẽti in charitate: pertingentes usq; ad nos: quibus gloriam quam habent non inuident, sed optant: ita ut ex ipsis huiꝰ rei gratia demorari apud nos non grauentur: seduli circa
Hebre.1. nos: & curam gerentes nostri: omnes administratorij spiritus missi in ministerium propter eos qui hæreditatem capiunt salutis. Quãobrem sicut cælum cæli singulariter dicitur uniuersa illa multitudo collecta beatorum: sic & cæli cælorum propter singulos: qui utiq; cæli sunt, nominantur: & ad singulos spectat quod dicitur: Extendens cælum
Psal.103. sicut pellem. Videtis credo quæ nã illæ pelles: & cuius sint salomonis. De quarum sponsa similitudine gloriatur. C Nũc iam intueamini eius gloriam quæ & cælo se comparat: & illi cælo quod tanto est gloriosius, quanto diuiniꝰ. Nec immerito usurpat inde similitudinem: unde originẽ ducit. Nam si propter corpus quod de terra habet: tabernaculis cedar se assimilat: cur non & propter animam quæ de cælo est: cælo æque similem se esse glorietur: præsertim cum uita testetur originem: testetur naturæ dignitatem & patriæ? Vnum deũ adorat & colit quomodo angeli: christum super omnia amat quomodo angeli: casta est quomodo ãgeli: idq; in carne peccati & fragili corpore quod nõ angeli: quærit postremo & sapit quæ apud illos sunt non quæ super terram. Quod euidentius cælestis insigne originis quàm ingenitã & in regione dissimilitudinis retinere similitudinem: gloriam uitæ cælibis in terra & ab exule usurpari: in corpore denique penè bestiali uiuere angelum. Cælestis sunt ista potentiæ: nõ terrenæ: & q uerè de cælo sit anima quæ hæc potest, aperte indicantia. Audi tñ apertius. Vidi, inquit, ciuitatem sanctam hierusalem nouam: de
Apoc.21. scendentẽ de cælo, à deo paratam tanquã sponsam ornatã
Ibidem. uiro suo: & addidit. Et audiui uocem magnã de throno dicentẽ. Ecce tabernaculũ dei cũ hominib9: & habitabit cũ eis. Ad quidꝰ Credo ut sibi acquirat spõsam de hominib9. Mira res. Ad sponsam ueniebat: & absq; sponsa non uenie bat. Quærebat sponsam: & sponsa cum ipso erat. An duæ erantꝰ Absit. Vna est emꝫ, ait, colũba mea. D Sed sicut de
Cantic. Ioan.10. diuersis ouibus gregibus unũ facere uoluit: ut sit unũ ouile & unus pastor: ita cum haberet sponsam inhærentem sibi à principio multitudinem angelorum: placuit ei & de hominibus conuocare ecclesiam: atq; unire illi quæ de cælo est: ut sit

Cant.6. est:ut sit una sponsa & sponsus unus. Ergo ex adiuncta ista perfecta est illa non duplicata:& agnoscit de se dictū. Vna est perfecta mea. Porrò unam conformitas facit nunc quidem in simili deuotione:postea uerò & in pari gloria. Habes itaq; utrumq; de cælo:& sponsum.s.Iesum:& sponsam

Phil.2. hierusalem. Et ille quidem ut uideretur:semetipsum exinaniuit formam serui accipiens:& in similitudinem hominū factus:& habitu inuentus ut homo. At illā in quanā putamus forma seu specie:aut in quo habitu uidelicet descendentem uidit ille qui uidit:An fortè in frequentia angelorum:quos uidit descendentes & ascendentes super filium hominis:Sed melius dicimus q; sponsam tunc uiderit:cū uerbum in carne uidit agnoscēs duos in carne una. Dum enim sanctus ille emanuel terris intulit magisterium disciplinæ cælestis:dum supernæ illius hierusalem quæ est mater nostra:uisibilis quædam imago & species decoris eius per ipsum nobis & in ipso expressa innotuit:quid nisi in sponso sponsam perspeximus:unum eūdemq; dominū gloriæ admirantes,& spōsum decoratum corona:& sponsam ornatam monilibus suis:Ipse igitur qui descendit,ipse est & qui ascendit:ut nemo ascendat in cælum nisi qui de cælo descendit:unus idemq; dominus:& sponsus in capite & sponsa in corpore. Nec frustra in terris uisus est homo cælestis:cum de terrenis cælestes quamplurimos fecerit sibi similes:ut sit quod legitur:qualis cælestis,tales & cælestes. Extunc igitur in terra uiuitur more cælestium:dū instar supernæ illius beatæq; creaturæ:hæc quoq; quæ à finibus terræ uenit audire sapientiam salomonis:cælesti uiro nihilominus casto inhæret amore:etsi necdum quomodo

Osee.2. illa iuncta per speciem:tamen sponsata per fidem:iuxta promissum dei dicentis per prophetam. Sponsabo te mihi in misericordia & miserationibus:& sponsabo te mihi in fide. Vnde magis magisq; conformari satagit formæ quæ de cælo uenit:discens ab ea uerecūda esse & sobria:discēs pudica & sancta:discens patiens atq; compatiens:postremo discens mitis & humilis corde. Et ideo moribus huiusce modi contendit & absens placere ei in quem angeli prospicere concupiscunt:ut dū desiderio feruet angelico:pro

Ephe.2. bet se proinde ciuem sanctorū & domesticam dei:probet dilectam:probet sponsam. C Ego puto omnem animam talem nō modo cælestem esse propter originem:sed & cælum ipsum posse non immerito appellari propter imitationem. Et tunc liquido ostēdit quia uerè origo ipsius de cælis est:cum conuersatio eius in cælis est. Est ergo cælū sancta aliqua anima:habens solem intellectum,lunam fidem, astra uirtutes. Vel certè sol iustitiæ zelus aut feruens charitas:& luna cōtinentia. Quomodo enim claritas (ut aiūt) lunæ non nisi à solæ est:sic absq; charitate seu iustitia conti

Sap.4. nentiæ meritum nullum est. Hinc denique sapiens. O quàm pulchra est,inquit,casta generatio cum charitate. Porrò stellas dixisse uirtutes,non me pœnitet:considerantem cōgruentiam similitudinis. Quomodo nempe stellæ in nocte lucent:in die latent:sic uera uirtus quæ sæpe in prosperis non apparet:eminet in aduersis. Illud sanè cautelæ est: hoc necessitatis. Sidus est ergo uirtus:& homo uirtutum cælum. Nisi quis fortè cum deum per prophetam dixisse

Esa.66. legit:cælum mihi sedes est:cælum hoc uolubile uisibileq; intelligendum existimet:& non potius illud de quo alibi apertius scriptura commemorat:anima,inquiens,iusti sedes est sapientiæ. Qui autem ex doctrina sapit saluatoris spiritum esse deum,atq; in spiritu adorandū:etiā sedem ei non ambigit assignare spūalem. Ego uerò fidenter id fecerim:non minus in hominis iusti quàm in angelico spiritu. Confirmat me in hoc sensu maxime illa fidelis promissio.

Ioan.14. Ego (ait filius) & pater ad eum,id est ad sanctum hominē ueniemus & māsionem apud eum faciemus. D Prophetam quoq; non de alio dixisse cælo arbitror. Tu autem in

Psal.21. sancto habitas laus israel. Manifeste autem apostolus di-

Ephe.3. cit:habitare christum per fidem in cordibus nostris. Nec mirum si libenter inhabitat cælum hoc dominus Iesus:qd utiq; non quomodo cæteros dixit tātum ut fieret:sed pugnauit ut acquireret:occubuit ut redimeret. Ideò & post laborem uoto potitus ait. Hæc requies mea in seculum seculi:hic habitabo qm elegi eam. Et beata cui dicitur. Veni electa mea:& ponā in te thronum meum. Quid tu tristis es ō anima mea:& quare conturbas me? Putasne & tu penes te inuenias locū dñō? Et quis nobis loc⁹ in nobis huic idoneus gloriæ:sufficiēs maiestati? Vtinam uel mereamur adorare in loco ubi steterunt pedes eius. Quis dabit mihi saltem uestigijs adhærere sanctæ cuiuspiam animæ:quam elegit in habitationem sibi? Tamen & si dignetur infundere & meā animam unctione misericordiæ suæ:atq; ita extēdere sicut pellem:quæ utiq; cum ungitur dilatat: quaten⁹ & ego dicere ualeā. Viā mandatorum tuorū cucurri:cum dilatasti cor meū:potero etiā ipse fortassis ostendere in me ipso:etsi non cœnaculum grande stratum ubi possit recūbere cum discipulis suis:attamē ubi saltem reclinet caput. Alonge suspicio illos certè beatos,de quibus dicitur. Et

2.Cor.6. inhabitabo in eis:& deambulabo in illis. O quanta illi animæ latitudo:quanta & meritorum prærogatiua quæ diuinam in se præsentiam & digna inuenitur suscipere & sufficiens capere. B Quid illa cui & spatia suppetunt,& deambulatoria ad opus quidem maiestatis? Nō est profecto intricata forensibus causis:curiue secularibus:nec certè uentri & luxuriæ dedita:sed nec curiosa spectandi:seu cupida omnino dominandi:uel etiam tumida dñatu. Oportet namq; primo quidem his omnibus uacuam esse animā ut cælum fiat:atq; habitatio dei. Alioquin quomodo poterit uacare & uidere qm ipse est deus? Sed & odio siue in-

Psal.45. uidiæ aut rancori minime prorsus indulgendū:qm in ma-

Sapien.1. liuolam animam non introibit sapientia. Deinde necesse est eam crescere ac dilatari ut sit capax dei. Porrò latitudo eius (sicut dicit apostol⁹.) Dilatamini in charitate. Nam & si anima minime,cum sit spiritus:quantitatem corporeā recipit:tamen confert illi gratia quod negatum est à natura. Crescit quidē & extēditur:sed spūaliter. Crescit nō in substātia:sed in uirtute. Crescit & in gloria. Crescit etiam in templum sanctum in domino. Crescit denique & proficit in uirum perfectū:in mensuram ætatis plenitudinis christi. Ergo quātitas cuiusq; animæ æstimetur de mensura charitatis quā habet:ut uerbi gratia:quæ mul-

1.Cor.13. tum habet charitatis,magna sit:quæ parū:parua:quæ uerò nihil,nihil:dicente paulo. Si charitatem non habuero nihil sum. Q; si quantulācumq; habere cœperit:ut saltem diligentes se diligere curet,ac salutare uel fratres suos:& eos qui se salutant:iam non nihil quidem illam animam dixerim:quæ in ratione dati & accepti:socialem saltem retinet charitatem. Verumtamē iuxta sermonem domini:quid amplius facit? Nec amplam proinde nec magnam,sed planè angustam:modicamq; censuerim animam:quam adeò modicæ charitatis esse cognouerim. At si grādescat & proficiat:ita ut trāsiens limitem angusti obnoxiumq; amoris huius:latos fines bonitatis gratuitæ,tota libertate spirit⁹ apprehendat:quatenus largo quodam gremio bonæ uoluntatis ad omnem seipsam curet extendere proximum:diligendo unumquemq; tanquam seipsam. Nunquid iam illi recte dicetur:quid amplius facis:quippe quæ seipsam tam amplam facit? Amplum,inquam,gerit charitatis sinum quæ complectitur uniuersos etiam quibus nulla se nouit carnis necessitudine iunctam:nulla spe percipiendi commodi cuiusquā illectam:nulla percepti redhibitiōe obnoxiam:nullo denique omnino astrictam debito:nisi illo sanè

Roma.13. de quo dicitur. Nemini quicquam debeatis:nisi ut inuicem diligatis. D Verum si adijcias etiam usq; quaq; uim facere regno charitatis:ut usq; ad ultimos eius terminos occupare illud pius inuasor præualeas:dum ne inimicis quidem claudenda uiscera pietatis existimes,benefacias his quoq; qui te oderunt,ores & pro persequentibus ac calumniantibus te:necnon & cum his qui oderunt pacem esse pacificus studeas:tunc prorsus latitudo cæli,latitudo tuæ animæ,& altitudo non dispar:sed nec dissimilis pulchritudo:impleturq; tunc demum in ea quod dicitur.

Universidad de Deusto Biblioteca

Psal.103. Extendens cælū sicut pellē. In quo iā mirę latitudinis, altitudinis, ac pulchritudinis cælo summus & immensus: atq; gloriosus nō modo dignanter habitat: sed & spaciose deambulat. Vidésne quales in se habeat ecclía cælos: cū sit nihilomin⁹ ipsa in sua quidē uniuersitate ingens quoddam cælū extentū à mari usq; ad mare: & à flumine usq; ad terminos orbis terrarum. Vide etiam consequenter cui & in hocipso assimiles eam: si tm̄ non tibi excidit illud quod paulò ante memoratū est huius rei exemplar: de cælo uide licet cæli & cælis cælorū. Ergo exemplo illius quæ sursum est mater nostra: hæc quoq; q adhuc peregrinatur habet cælos suos: hoies spirituales uita & opinione conspicuos, fide puros, spe firmos, latos charitate contemplatione suspensos. Et hi pluentes pluuiam uerbi salutarem: tonant increpationibus: coruscant miraculis: hi enarrant gloriā dei: hi extenti sicut pelles super oēm terram: legem uitæ & disciplinæ: digito quidem dei scriptam in semetipsis ostendunt: ad dandam scientiam salutis plebi eius: ostendūt & euangelium pacis: qm̄ salomonis sunt pelles. B Agnosce iam in his pellibus supernarum illarum imaginem: q̄ in sponsi ornatu non longe superius describebantur. Agnosce similiter & reginam astantem à dextris eius circumamictam similibus ornamentis: non tamen paribus. Nam etsi Psal.44. huic etiam in loco peregrinationis suæ & in die uirtutis Psal.109. suæ: in splendoribus sanctiorum nō mínima claritatis atq; decoris est portio: differenter tamē illum coronat integritas & consummatio gloriæ beatorum. Quāquam & sponsam dixerim perfectam atq; beatam: sed ex parte. Nam ex parte tabernaculum cedar: formosa tamen, siue in illa portione sui quæ iam beata regnat: siue etiam in illustribus uiris: quorum etiam in hac nocte sua sapientia atq; uirtutibus tāquā cælum suis sideribus adornatur. Vnde prophe- Dan.12. ta. Qui docti inquit, fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiunt multos: quasi stellæ in perpetuas æternitates. O humilitas ô sublimitas. Et tabernaculum cedar: & sanctuarium dei: & terrenum habitaculum: & cæleste palatium: & dom⁹ lutea: & aula regia: & corpus mortis: & templum lucis: & despectio deniq; superbis: & sponsa christi. Nigra est sed formosa filiæ hierusalem: quam etsi labor & dolor longi exilij decolorat: species tamen cælestis exornat: exornāt pelles salomonis. Si horretis nigram, miremini & formosam. Si despicitis humilem: sublimem suspicite. Hoc ipm quàm cautum, quàm plenum consilij, plenum discretionis & congruentiæ est: q̄ in sponsa delectio ista & ista celsitudo ſm tempus quidē eo moderamine sibi pariter contemperantur ut inter mūdi huius uarietates & sublimitas erigat humilem ne deficiat in aduersis: & sublimem humilitas reprimat ne euanescat in prosperis. Pulchre omnino ambæ res cum ad inuicem contrariæ sint: sponsæ tamen pariter cooperantur in bonum: subseruiunt in salutem. Et hæc pro eo q̄ sponsa uidetur de pellibus salomonis inducere similitudinē. Restat tamen aperiendus ille super eodē capitulo sensus quē in principio commemorauī & promisi: qualiter uidelicet tota ad solam nigredinem similitudo referatur: qua quidē non estis promissione fraudandi. Cæterum id differendū in aliud sermonis principiū. Tum quia hoc iam huius flagitat longitudo: tum etiam ut præueniat ex more oratio ea quæ in laudem & gloriam sunt referēda sponsi ecclesiæ Iesu christi domini nostri. Qui est deus benedictus in secula seculorum. Amen.

¶ *De nigredine & formositate sponsi: & quomodo non per uisum, sed potius per auditum corporis peruenitur ad notitiam ueritatis.*

Sermo. XXVIII.

Enctis credo cuius & quibus salomonis pellibus decorem sponsæ sentiam comparatum: si tamen ad ostensionem commendationemq; referatur decoris: data ex his similitudo. At si ad nigredinem magis referenda putet: sicut & illa de tabernaculis cedar: non equidem aliunde occurrit mihi quicquam de pellibus hmōi salomonis: nisi quas fortè rex in usum tabernaculi soleret assumere: si quando in tentoriis habitare liberet: quas utiq; (si quæ tamen fuerūt) obscuras sine dubio & tetras esse necesse fuit: tanquam quæ quotidiano forent expositæ soli & frequētium iniurijs pluuiarum. Neq; id frustra: sed ut is qui intus repositus erat ornat⁹ nitidior seruaretur. Hoc exemplo sponsa non negat nigredinē sed excusat: nec probro ducit qualemcūq; habitum quem charitas formet: iudiciū ueritatis non improbet. Deniq; quis 2.Cor.11. infirmatur cum quo nō infirmetur? quis scandalizatur & non uritur? Induit se compassionis neuum: ut morbum in altero passionis leuet uel sanet. Nigrescit candoris zelo, lucro pulchritudinis. Multos candidos facit unius denigratio: non cōtingitur culpa: sed cum afficitur cura. Expedit, Ioan.11. inquit, ut unus moriatur homo pro populo: & non tota gens pereat. Expedit ut unus pro omnibus denigretur similitudine carnis peccati: & non tota gens nigredine cōdemnetur peccati. Splendor & figura substantiæ dei obnubiletur in forma serui pro uita serui. Candor uitæ æternæ nigrescat in carne pro carne purganda. Speciosus for- Psal.44. ma præ filijs hominum: pro filijs hominum illuminandis obscuretur in passione, turpetur in cruce, palleat in morte. Ex toto non sit ei species neq; decor: ut sibi speciosam atq; decoram acquirat sponsam ecclesiam sine macula & si- Cant.4. ne ruga. C Agnosco pellem salomonis: imo ipsum in pelle foris nigra salomonem amplector. Habet & salomon nigredinem, sed in pelle. Foris niger, in cute niger non int⁹. Alioquin omnis gloria eius filiæ regis ab intus. Intus diuinitatis candor, decor uirtutum, splendor gloriæ, immocētiæ puritas. Sed tegit hæc despicabilior infirmitatis color: & quasi absconditus uultus eius & despectus: dum tētatur per omnia pro similitudine absq; peccato. Agnosco denigratæ formam naturæ. Agnosco tunicas illas pelliceas prothoplastorum peccantium habitum. Deniq; se- Phil.2. metipsum denigrauit formam serui accipiens: in similitudinem hominum factus & habitu inuentus ut homo. Agnosco sub pelle hœdi (qui peccatum significat) & manum quæ peccatum non fecit: & collum per quod mali cogitatio non transiuit. Ideoq; non est inuentus dolus in ore ei⁹. Esa 53. Noui q̄ fis lenis uatura: mitis & humilis corde: blandus aspectu: suauis spiritu. Et quidem unctus oleo lætitiæ præ cōsortibus tuis. Vnde ergo nunc instar esau pilosus & hi- Psal.44. spidus? Cuius nam rugosa & tetra imago hæc: & unde hi pili? Mei sunt: nam pilosæ manus similitudinem proximi exprimunt peccatoris. Meos agnosco hos pilos: & in pel- Iob.19. le mea uideo deum saluatorem meum. D Non tamen rebecca sic illum induit, sed maria: tāto dignsiorem qui benedictionem acciperet: quāto sanctior quæ pepit. Et bene in meo habitu: quia mihi benedictio uendicatur: mihi postulatur hæreditas. Siquidem audierat. Postula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam: & possessionem tuam terminos terræ. Tuam, inquit, hæreditatem: tuamq; possessionem dabo tibi. Quomodo dabis ei si sua est? Et quomodo suā mones ut postulet? Aut quomodo sua si necesse habet ut postulet? Mihi proinde postulat: qui meam ad hoc induit formam ut suscipiat causam. Quippe disciplina pacis Esa.53. nostræ super eum, dicente propheta: & dominus in eo posuit iniquitatem omnium nostrum: unde debuit fratribus per omnia similari sicut ait apostolus: ut misericors fieret. Hebr.2. Propterea uox quidem uox Iacob: manus autem manus Gen.27. sunt esau. Suū est quod auditur ex eo: quod in eo uidetur nostrum. Quod loquitur spiritus & uita est: quod apparet mortale & mors. Aliud cernitur & aliud creditur. Nigrū sensus renunciat: fides candidum & formosum probat. Niger est, sed oculis insipientium: nam fidelium mentibus formosus ualde. Niger est: sed formosus. Niger reputatione herodis, formosus confessione latronis, centurionis fide. Quàm formosum aduerterat qui exclamauit. Verè homo Mar.15. hic filius dei erat. Sed in quo aduertit: aduertendū. Si cm̄ attenderat quod apparebat: quomodo formosus: quomodo filius dei? Quid nisi deforme & nigrum oculis

spectantium

spectantiū occurrebat: cū expansis ín cruce manibus: medius duorū nequā risum malignantibus daret: fletū fidelibus: Et solus erat risui: q solus poterat esse terrori: sol⁹ honori debuerat. Vñ igit aduertit pulchritudinem crucifixi,
Luce.23. & q̄ is sit filiꝰ dei: q cū iniquis reputatꝰ est: Respōdere aliquid ad id: nostrū nec fas nec opus est. Nec eñ euāgelistæ hoc diligētia p̄terijt. Sic eñ habes. Videns autē centurio
Marc.15. qui ex aduerso stabat: quia sic clamans expirasset, ait. Verè hic hō filiꝰ dei erat. Ergo ad uocē credidit: ex uoce agnouit filiū dei: & nō ex facie. Erat eñ fortasse ex ouibus eius,
Ioan.10. de quibus ait. Oues meæ uocē meā audiunt: & cognosco meas & cognoscunt me meæ. B Auditus inuenit quod non uisus. Oculum species fefellit: auri ueritas se infudit. Oculus, pnunciabat infirmū, oculus fœdū, oculus miserū, oculus morte turpissima condēnatū. Auri dei filius: auri formosus inmotuit: sed nō iudæorū: quia erāt incircunciſi auribus. Merito petrus abscidit auriculā seruí: ut uiā faceret ueritati: & ueritas liberaret eum. i. liberū faceret. Erat ille cēturio incircūcisus: sed nō aure: qui ad unā expirātis uocem sub tot infirmitatis indicijs dñm maiestatis agnouit. Ideoq̄ non despexit quod uidit: quia credidit qđ non uidit. Non aūr credidit ex eo quod uidit: sed ex eo procul dubio quod audiuit: quia fides ex auditu. Dignum quippe fuerat per superiores oculorum fenestras ueritatem intrare ad aiam: sed hoc nobis ꝺ aīa seruatur in posterum: cū uidebimus facie ad faciem. Nunc autē unde irrepsit morbus: inde remedium intret: & per eadem sequatur uestigia, uita mortem tenebras, lux uenenū serpentis, antidotū ueritatis: & sanet oculū qui turbatus est ut serenus uideat quem turbatus non potest. Auris prima mortis ianua: prima aperiatur & uitæ. Auditus qui tulit reparet uisum: q̄ñ nisi crediderimus non intelligemus. Ergo auditus ad me-
Psal.50. ritum: uisus ad p̄mium. Vnde propheta. Auditui meo, inquit, dabis gaudium & lætitiā. Q. fidelis retributio audítionis beata uisio sit: & beatæ meritum uisionis fidelis au-
Matth.5. ditio. Beati, ait, mundo corde: quoniam ipsi deum uidebūt. Porrò fide oportet mundari oculum qui uideat deū: quēadmodū habes fide mundans corda eorū. Interim ergo dū necdū parat⁹ est uisus: audit⁹ excitet: audit⁹ exercitet: audit⁹ excipiat ueritatem. Felix cui ueritas attestat, dicens. In auditu auris obediuit mihi. D Dign⁹ q uideā: si priusquā uideā, obedisse iueniar. Secur⁹ uidebo: ad quē
Esa.50. meæ obedíētiæ mun⁹ p̄cesserit. Quàm beat⁹ q ait. Dñs deꝰ aperuit mihi aurem: & ego non cōtradico: retrorsum non abij. Vbi & uoluntarie habes obedientiæ formam: & lōga nimitatis exemplū. Qui eñ nō cōtradicit spontaneus est:
2.Cor.9. & qui retro non abijt, perseuerat. Vtrūq̄ necessarium: q̄ñ
Mat.10. hilarem datorem diligit deus. Et qui perseuerauerit usq̄ in finem: hic saluus erit. Vtinam & mihi aperiat aurem dominus: intret ad cor meū sermo ueritatis: mūdet oculū &
Psal.9. lætæ præparet uisioni: ut dicā deo etiā ipse. Præparationē cordis mei audiuit auris tua. Vt audiam à deo etiā ipse cū
Ioan.15. cæteris obedientibus. Et uos mūdi estis propter sermonē quē locutus sum uobis. Nec oēs mundantur qui audiūt:
Luce.11. sed qui obediunt. Beati qui audiūt: & custodiūt illud. Ta-
Deute.6. lē requirit auditū q mādat, dicens. Audi israel. Talē offert
1.Reg.3. qui ait. Loquere dñe: qa audit seruus tuus. Talem spondet
Psal.84. qui dicit. Audiam quid loquat in me dñs deus. Et ut scias etiā spiritum sanctum hunc in animæ spūali profectu ordinem obseruare: ut uidelicet pri⁹ formet auditum quàm lætificet uisum. Audi, inquit, filia & uide. Quid intendis ocu-
Psal.44. lūs Aurē para. Videre desideras xp̄m: oportet te prius au-
Psal.47. dire eū: audire de eo ut dicas cū uideris. Sicut audiuim⁹: sic uidimus. Immensa claritas: uisus angust⁹: & non potes ad eam. Potes auditu sed non aspectu. Clamantem deniq̄
Gen.3. deum. Adam ubi es: nō uidebam iam peccator audiebam tamen. Sed auditus aspectum restituet: si pius, si uigil, si fidelis præcesserit. Fides purgabit: quem turbauit impietas. Et quem inobedientia clausit: aperiet obedientia. De-
Psal.118. niq̄ à mandatis tuis intellexi, inquit, q̄ intellectum reddat obseruatio mandatorum: quem tulit trangressio B Aduerte adhuc in sancto isaac quomodo præ cæteris sensibus auditus in iam sene uiguerit. Caligant oculi patriarchæ, palatum seducitur, fallitur manus, non fallitur auris. Quid mirum si auris percipit ueritatem: cum fides ex auditu: auditus per uerbum dei: uerbū dei ueritas sit: Vox, inquit, uox Iacob est: nihil uerius. Manus autem manus sunt esau: nihil falsius. Falleris, manus similitudo decepit te. Nec in gustu ueritas: & si suauitas est. Nā quomodo habet ueritatem: qui se putat edere uenationem: cum domesticis uescatur hœdorum carnibus? Multominus oculus qui nihil uidet. Non est ueritas in oculo: non sapientia. Væ qui sapientes estis, ait, in oculis uestris. Num bona sapientia cui maledicitur mūdi est: ac per hoc stultitia apud deum. Bona & uera sapientia trahitur de occultis: ut sapit beatus Iob. Quid foris eam quæris in corporis sensu? Sapor in palato: in corde sapiētia est. Ne quæras sapientiam Iob.28.
in oculis carnis: quia caro & sanguis non reuelat eam: sed spíritus. Nō in gustu oris: nec enim inuenitur in terra suauiter uiuentium. Non in tactu manus: cum sanctus dicat. Si osculatus sum manum meam ore meo: quod est iniquí-
Iob.31. tas maxima & negatio in deum. Quod tunc fieri arbitror cum donū dei quod est sapientia nō deo: sed meritis ascríbitur actionum. C Sapiens fuit isaac sed tamen errauit in sensibus. Solus habet auditus uerum: qui percipit uerbum. Merito carnem rediuiuam uerbi tāgere prohibetur mulier carnaliter sapiēs: plus quippe tribuens oculo quā oraculo: id est carnis sensui quàm uerbo dei. Quem enim mortuum uidit: resurrecturum non credidit: cum tñ hoc promiserit ipse. Deniq̄ non quieuit oculus usq̄ dum satiatus est uisus: qñ non erat consolatio fidei, nec dei rata promissio. Nónne cælū & terra: & quicquid oīno carnis oculus attingere potest: ante habent transire & perire: quàm iota unū aut unus apex ex omnib⁹ quæ locutus est deus? Et tñ cessauit à fletu in uisu oculi: quæ noluit consolari in uerbo dñi: plurís habens experimentum quàm fidem. At experimentum fallax. Mittitur ergo ad certiorem fidei cognitionem: quæ utiq̄ apprehēdit qđ sensus nescit, experí-
Ioan.20. mentum non inuenit. Noli me tangere, inquit, hoc est, dís-fuescere huic seducibili sensui: inmitere uerbo, fidei assuesce, fides nescia falli, fides inuisibilia comprehēdens, sensus penuriā nō sentit. Deniq̄ transgreditur fines etiam rationis humanæ: naturæ usum: experientiæ terminos. Quid interrogas oculū ad quod non sufficit? Et manus quid explorare conat qđ supra ipsam est? Min⁹ est quicquid ille uel illa renunciet. Sanè fides pronunciet de me: quæ maiestati nihil minuat. Disce id habere certius: id tutius sequi quod illa suaserit: noli me tangere: nondum enim ascendi ad pa-
Ibidem. trem meum. Quasi uerò cum iam ascenderit: tunc tangi ab ea uelit aut possit. Et utiq̄ poterit: sed affectu nō manu: uoto non oculo: fide non sensibus. Quid tu me, ait, modo tangere quæris: quæ sensu corporis gloriam æstimas resurrectionis. Non recordaris quomodo tempore adhuc meæ mortalitatis transfigurati ad horam: morituri corporis gloriam oculi discipulorum sustinere nequiuerunt? Adhuc quidem tuis sensibus gero morem: formam ingerendo seruilem: quam de consuetudine recognoscas. Cæte-
Psal.138. rum mirabilis facta est gloria mea ex te: confortata est & non poteris ad eam. Differ ergo iudicium: suspende sententiam & tantæ rei diffinitionem ne credas sensui: fidei reseruato. Illa dignius: illa diffiniet certius quæ plenius comprehendet. B Deniq̄ comprehendit illo suo mystico ac profundo sinu: quæ sit longitudo, latitudo, sublimitas, & profundum. Quod oculus non uidit: nec auris au-
1. Cor.2. diuit: nec in cor hominis ascendit: illa in se quasi quodam inuolucro clausum portat seruatq̄ signatum. Illa igitur digne me tanget quæ patri consedentem suscipiet: non iam in humili habitu sed in cæleſti carne ipsa, sed altera specie. Quid deformem uis tangere? Expecta ut formosum tangas. Nam qui deformis modo: tunc formosus. Deformis tactui: deformis aspectui. Deformis deniq̄ deformi tibi: quæ sensibus plus inhæres: fidei minus. Esto for-

Universidad de Deusto Biblioteca

mosa & tange me. Esto fidelis, & formosa es. Formosa formosum & digniùs tanges & felicius. Tanges manu fidei: desiderij digito, deuotionis amplexu. Tanges oculo mentis. At numquid adhuc nigrũ? Absit. Dilectus tuus candidus & rubicundus. Formosus planè quem circundant flores rosarũ & lilia conuallium, hoc est martyrũ uirginũq; chori. Et qui medius resideo: utriq; non dissideo choro, uirgo & martyr. Quõ deniq; candidis non congruo uirginũ choris: uirgo uirginis filius: uirginis sponsus? Quõ non roseis martyrum: causa uirtus fructus & forma martyrij? Talem talis taliterq; tange, & dic. Dilectus meus cãdidus & rubicundus: electus ex milibus. Milia milliũ cum dilecto: & decies centena milia circa dilectum: & nemo ad dilectum. Num tibi uerendũ erit ne fortè in quempiam de multitudine errore incidas quærendo quem diligis? Nõ prorsus ambiges quemnam eligas: facile occurret electus è milib9: cũctis insignior, & dices. Iste formosus in stola sua: gradiens in multitudine fortitudinis suæ. Nõ ergo in pelle nigra quæ hactenus sanè ingerenda fuit oculis persequẽtium: ut contemnerent occidendũ: aut etiã amicorum: ut recognoscerent rediuiuũ. Non (inquam) iam in pelle occurret nigra: sed in ueste alba: speciosus forma, nõ mõ præ filijs hoim: sed etiã præ uultibus angelorũ. Quid me uis tãgere in humili habitu, seruili forma, specie contemptibili? Tange cælesti decorũ specie: gloria & honore coronatũ: diuina quidem maiestate tremendum: sed ingenita serenitate gratum ac placidum. D Inter hæc aduertenda prudentia sponsæ & profunditas sermonũ eius: quæ sub figura pelliũ salomonis. S. in carne rimata est deũ: in morte uitam: summã gliæ & honoris inter opprobria: & sub nigro deniq; habitu crucifixi candorẽ innocentiæ: splendorẽq; uirtutũ: sicut ille utriq; pelles cũ essent nigræ atq; despectæ: pciosa & pcãdida pdiuitis regis in se ornamẽta seruabant. Merito nigredinẽ nõ cõtẽnit in pellib9, decorẽ q sub pelibus est aduertẽs. Et iõ quidã illã cõtẽpserũt: qa hũc mini me cognouerũt. Si eñ cognouissent: nũquã dñm gliæ crucifixissent. Nõ cognouit herodes & idcirco despexit. Nõ cognouit synagóga: q̃ nigredinẽ illi passionis & infirmitatis improperans: alios, ait, saluos fecit: seipsum non potest saluũ facere: xps rex israel descendat de cruce & credimus ei. Sed cognouit latro de cruce, licet in cruce: q & innocentiæ puritatẽ cõfessus est. Hic aũt (inquiens) qd mali fecit? Et gloriã regiæ maiestatis simul est protestatus. Memento mei, dicens, dũ ueneris in regnũ tuũ. Cognouit cẽturio: q filiũ dei clamat. Cognoscit ecclia: q̃ & æmulat nigredinem ut decorẽ participet. Non cõfunditur nigra uideri, nigra dici: ut dicat dilecto. Opprobria exprobrãtiũ tibi ceciderũt super me. At sanè nigra instar pelliũ salomonis: foris. s. & nõ intus. Neq; eñ int9 nigredinẽ me9 salomõ habet. Denique non ait, nigra sum sicut salomõ, sed sicut pelles salomonis: q in superficie tñ sit ueri nigredo pacifici. Peccati nigredo int9 est & prius interiora culpa commaculat quàm ad oculos prodeat. Deniq; de corde exeunt cogitationes malæ. furta, homicidia, adulteria, blasphemiæ: & hæc sunt q̃ coinquinãt hoiem: sed absit ut salomonẽ. Minime prorsus apud uerum pacificum istiusmodi inquinamenta reperies. Oportet namq; esse sine pctõ eũ qui tollit pcta mũdi: quo ad reconciliandos pctores inuẽtus idoneus, iure sibi nomen uendicet salomonis. B Sed est nigredo affligentis pœnitentiæ: cum assumit lamentatio pro delictis. Hãc fortassis nõ abhorreat in me salomon si sponte tñ induam mihi pro peccatis meis: quia cor cõtritum & humiliatum deus nõ despiciet. Est & afficietis compassionis: si afflicto condoleas & fraternũ te decoloret incõmodũ. Nec hanc profecto reiiciedam putat noster pacificus: quippe quam & sibi ipse pro nobis dignanter induit: q peccata nra tulit in corpore suo super lignum. Est & persecutiõis: quæ etiã pro summo ornamento habetur: siquidem suscipiatur pro iustitia & ueritate. Vñ est illud. Ibant gaudentes discipuli à conspectu concilij: qñ digni habiti sunt pro noie Iesu cõtumeliã pati. Deniq; beati qui psecutionẽ patiunt pro-

Cañ.5.

Ibidem.

Esa.63.

1.Cor.2.

Mat.27.

Luc.23.

Ibidem.

Mat.27.

Psal.68.

Mat.15.

Psal.50.

1.Pet.2.

Actu.5.

Matth.5.

pter iustitiã. Hac potissimũ gloriari ecclesiã arbitror: hãc libentius imitari de pellib9 sponsi. Deniq; & habet in promissiõe. Si me persecuti sunt & uos persequent. C Vnde & addit sponsa. Nolite me considerare q̃ fusca sim: quia decolorauit me sol, hoc est: nolite me notare quasi deformẽ: quia cernitis pro ingruente persecutione minus florentẽ: minus fm gloriam seculi coloratam. Quid exprobratis ni gredinẽ: quã feruor persecutionis non conuersationis pudor inuexit? Vel solem dicit zelum iustitiæ quo accẽdit & accingitur aduersus malignãtes, dicẽs deo. Zelus domus tuæ comedit me. Et illud. Tabescere me fecit zelus meus: quia obliti sunt uerba tua inimici mei. Illud quoq;. Defectio tenuit me: pro pctõribus derelinquentib9 legem tuã. Itẽ. Nonne qui oderũt te dñe oderã: & sup inimicos tuos tabescebã? Etiã illud sapiẽtis caute obseruat. Filiæ, ait, tibi sint: noli ostẽdere lætũ uultũ ad ipsas ut. S. remissis & mollibus & fugitãtibus disciplinam: nõ cãdorẽ serenitatis sed obscuræ seueritatis exhibeat. Vel decolorari à sole: est igne scere charitate fraterna: fiere cum flentibus: cũ infirmantibus infirmari: uri ad scãdala singulorũ. Vel sic. Sol iustitiæ decolorauit me xps: cuius amore lãgueo. Languor iste coloris quædã exterminatio est, & defectus in desiderio aiæ. Vñ & dicit. Memor fui dei & delectatus sum & exercitat9 sum: & defecit spũs meus. Ergo instar urentis solis desiderij ardor peregrinantẽ in corpore decolorat: dum uultui gloriæ inhiantem impatientem facit repulsa: & excruciat amantẽ dilatio. Quis nostrũ ita sancto amore ardet: ut desiderio uidendi xpm oẽm colorẽ præsentis gliæ lætitiæq; fastidiat & deponat: illa ei prophetica uoce contestans: & diem hois nõ desiderauit: tu scis? Item cũ sancto Dauid. Renuit cõsolari anima mea. i. psentiũ bonorum inani lætitia despicit colorari. Vel certè. Decolorauit me sol: sui nimiæ comparatione splendoris: dũ appropians illi: ex eo me obscuram deprehendo, nigrã inuenio, fœdam despicio. Cæterum aliàs quidẽ formosa sum: qd fuscam dicitis solius solis pulchritudini succumbentem? Ar sensui priori uidentur magis assentire ea quæ sequuntur. Adiicientes siquidẽ. Filij matris meæ pugnauerunt contra me: persecutionẽ passam se esse aperte significat. Sed hinc aliud sermonis principium ordiemur, qm̃ sufficere hac uice possunt quæ accepimus de gloria sponsi ecclesiæ domini nostri Iesu christi dono ipsius, qui est deus benedictus in secula. Amen.

Psal.76.

Hier.17.

Psal.76.

Cant.1.

¶ De querimonia ecclesiæ contra suos impugnatores, uel contra illos qui impugnant unitatem fraternam.

Sermo. XXIX.

Filij matris meæ pugnauerunt contra me. Annas & cayphas & iudas scharioth filij synagógæ fuerunt: & hi contra ecclesiam æque synagógæ filiam in ipso exortu ipsius acerbissime pugnauerunt: suspendentes in ligno collectorem ipsius Iesum. Iam tunc siquidem deus impleuit per eos quod olim præsignauerat per prophetam dicens. Percutiam pastorem & dispergentur oues. Et fortassis illius uox illa est in cantico ezechiæ. Præcisa est uelut à texente uita mea dum adhuc ordirer succidit me. De his ergo atq; alijs qui de illa gente christiano nomini contradixisse sciuntur: puta dictum à sponsa. Filij matris meæ pugnauerunt contra me. Et pulchre filios matris suæ: non autem & patris sui illos uocat: qui non habebant patrem deum: sed ex patre diabolo erant, homicidæ utiq; sicut & ille homicida erat ab initio. Propterea non dicit fratres mei: aut filij patris mei: sed filij, inquit, matris meæ pugnauerunt contra me. Alioquin si nõ ita distingueret: uideretur etiam apostolus paulus comprehensus in his de quibus conqueritur: q̃ & ipse aliquando persecutus sit ecclesiam dei. Sed misericordiam consecutus est: quia ignorans hoc fecit manẽs in incredulitate: & approbauit deũ se habere patrẽ: fratrẽ ecclíæ tam ex patre quàm ex matre esse. B Sed attende quõ nominatim filios matris suæ, & solos incusat: quasi soli in culpa sint. Quanta & ab exteris passa est: iuxta illud apud prophetam.

Mat.26.

Esa.53.

Ioan.8.

1.Corin.

1.Ibi.

Psal.128. phetā. Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea: & supra dorsum meū fabricauerunt pctōres. Quid ergo singulariter filios mris tuæ causaris: quæ te minime ignoras & ex alijs atq; alijs nationibus sæpissime impugnatam? Ad men
puer.23. sam diuitis uocatus, diligēter (inqt) cōsidera quæ tibi apponunt. Fratres ad mēsam salomonis sedem? Quis ditior salomone? Nō de terrenis dico diuitijs: quāquā & ipsis salomon abundaret. Sed intuemini pñtem mēsam quō supnis est referta delitijs. Spūalia sunt & diuina quæ nobis in ea apponūtur. Diligēter ergo (inqt) cōsidera quæ tibi apponunt: scies qa talia te oportet præparare. Ego utiq; qđ in me est, diligēter attēdo: id mihi apponi in his vbis spōsæ: & ad meā prorsus doctrinā cautelāq; respicere: q; ita ex noie ac sola exprimit pcutio à domesticis, & tacentur tot & tā grauia q̄ ubiq; terrarū nihilomin? ex oi natiōe quæ sub cælo est ab ifidelib? ab hæreticis & schismaticis ptulit se cognoscitur. Noui sponsæ prudentiā: nec putauerim casu hæc illā, aut quasi immemorē pterijsse. Sed pfectò id expressius plāgit qđ & sentit differētius: quodq; uigilianti? nobis cauēdū existimat. Quidnā hoc? Malū utiq; intestinū atq; domesticū. Hoc tibi manifeste in euāgelio ore ipi?
Matt.7. saluatoris exprimit, cum dicit. Et inimici hois domestici
Psal. 40. cius. Hoc & in ppheta. Homo (inqt) pacis meæ, q̄ edebat
Psal.54. panes meos: magnificauit sup me supplātatione. Itē: quomiā si inimicus meus maledixisset mihi: sustinuissem utiq;. Et si is q̄ oderat me super me magna locutus fuisset, abscōdissem me forsitā ab eo. Tu uerò homo unanimis dux me? & notus me?: qui simul mecū dulces capiebas cibos, hoc est qđ à te patior cōuiua & cōtubernali meo, id molestius sentio: fero ægrius. Scitis hæc q̄rimonia cui?, & de quo sit:
D Agnoscite ergo & spōsam eodē de filijs mris suæ con-
Psal.37. querentē affectu: qm̄ in eodē spū, cū ait. Filij mris meæ pugnauerūt cōtra me. Vñ & alibi loquit. Amici mei & pximi mei aduersum me appropinquauerūt & steterūt. Lōge
Psal.132. q̄so à uobis facite semp hoc tā abominabile & detestabile malū uos q̄ expti estis & q̄tidie eximini quàm bonum sit & quàm iocūdū habitare fratres in unū: si tñ in unū & nō in scā dalū. Alioqn nec iocūdū planè nec bonum: sed pessimū ac molestissimū. Væ aūt hoi illi p quē unitatis uinculū iocūdū turbat. Iudiciū profectò portabit quicūq; est ille. Ante mihi contingat mori: quàm audire in uobis quēpiā iuste clamitantē: Filij matris meæ pugnauerunt cōtra me. Nōme præsentis congregationis tanquā unius matris filij omnes uos estis: singuli alterutrum fratres? Quid ergo
1. Petri.3. à foris uos cōturbare aut cōtristare possit: si it? bene est is,
1.Cori.12. & fraterna pace gaudetis? Denicq; quis uobis nocere poterit (iquit) si boni æmulatores fueritis? Quāobrem æmulamini charismata meliora: ut bonos uos probetis æmulatores. Charisma peroptimū charitas est. Planè incomparabile q̄ nouæ sponsæ cælestis sponsus toties inculcare cu-
Ioan.13. rabat: nunc quidē dicens. In hoc cognoscent omnes quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis adinuicem:
Ibidem. nunc uerò. Mandatum nouum do uobis ut diligatis inui-
Ioan.17. cem: & hoc est præceptū meum ut diligatis inuicē: itemq; orans unū eos fore sicut ipse & pater unum sunt. B Et ui-
1.Cori.13. de si non ipse Paulus qui te ad charismata meliora inuitat inter cætera charitatē in summo ponit: siue cum fide & spe
1.Cori.12. dicit eā esse maiorē & supereminētem scientiæ: siue cū enumeratis pluribus aut miralibus supernæ gratiæ donis: tādē ad supexcellētiorē uiam nos mittit. Haud aliam, pfectò illā quàm charitatē diffimēs. Denicq; q̄dnā huic cōparādū
1.Cori.13. putemus quæ ipsi pfertur martyrio ac fidei trāsferēti mon-
Nota. tes? Hoc igitur est quod dico. Pax uobis à uobis sit: & oē quod extrinsec? mināri uidet, nō terret: qa nō nocet. Nam econtrario q̄cquid foris blandiri apparet: nulla est pfectò cōsolatio: si intus (quod absit) seminariū discordiæ germinauerit. Proinde dilectissimi pacem habete ad uos: & nolite lædere inuicem. Non facto, nō uerbo, non signo qualicumq;: & ne quis fortè exacerbatus & præoccupatus à pusillanimitate spūs, & tempestate deū interpellare cogatur aduersus eos qui se læserint aut cōtristauerint: & prorumpere in uerbum graue cōtingat: filij matris meæ pugnauerūt cōtra me. Sic em̄ peccātes in fratrē: in christum peccatis, q̄ ait. Quod uni ex minimis meis fecistis: mihi fecistis. Matt.25.
C Nec cauendum à grauioribus tātū offensis: uerbi grā, ab aperto cōuitio seu maledicto: sed à clādestino q̄q; & uenenato susurrio. Nō (inquā) sufficit os custodire ab his & his similibus, cauenda sunt & leuia. Si tamē leue debeat dici quodcūq; in fratrem p̄sumpseris uolūtate lædendi: cum hoc solo si iraseceris illi: diuini reus iudicij tenearis. Meritо quidem. Nā quod tu leue putas: & ob hoc leuius præcipitas: plerūq; alius aliter accipit: tanquā hō uidens in facie & ſm facie iudicās, paratus festucam trabē suspicari, & scintillā putare fornacem. Non enim est omnium charitas illa quæ omnia credit. Proni sunt autem sensus hominis & 1.Cori.13.
cogitationes ad malum potius suspicandum quàm ad bo- Gen.8.
nū credendū: præsertim ubi disciplina silentij nec te qui in causa es excusare permittit: nec illū uultus suspicionis aperire quod patiē ut curetur. Ita uritur ille: & moritur clauso & læthali uulnere: intra semetipsum gemēs: dū totus in ira & disceptatiōe positus: nil aliud silens uersare in mēte possit: nisi iniuriā quā accepit. Nō potest orare, non potest legere, nō sanctū aut spiritale aliquid meditari. Et ita intercepto uitali spiritu dum suis destituta alimentis uadit ad mortem aīa: pro qua christus mortuus est: quid tu interim quæso animi habes? Quid oratio tua aut opus quodcūq; interim feceris sapit tibi: contra quem nimirū christus anxie clamat de pectore frīs tui quē cōtristasti: filij? (iquies) matris meæ pugnat contra me: & qui simul mecum dulces capiebat cibos: repleuit me amaritudine. D Quòd si dixeris illum non tam grauiter pro tam leui causa debuisse turbari. Respōdeo. Quanto leuior est, tanto à te leuius putat nō committi: quāquā nescio quomō leue dicas (ut iā dixi) quicquid amplius est quàm iracsci: cum uel hocipsum obnoxiū esse iudicio ex ore ipsi? acceperis iudicis. Quid enim. Tu ne leue dixeris in quo offenditur christus: unde ad dei iudiciū ptrahi habes: cū horrēdū sit incidere in ma- Heb.10.
nus dei uiuētis? Tu ergo accepta fortè iniuria (quod quidem interdū non accidere in his cōuentibus difficile est) non continuo more secularis, oblique referire fratrem respōsione festines: sed neq; sub specie quasi corripiendi uerbo acuto & urenti transfigere audeas ullatenus animam pro qua christus affigi cruci dignatus est; non grumire quasi increpando: non labijs mussitare, quasi murmurando: nō narem cōtrahere aut cachinnare, quasi subsannando: nō frontē rugare, quasi minuendo aut comminando. Sanè cōmotio tua ibi moriatur ubi oritur: nec permittat exire quæ mortē portat, ne perimat: ut dicere possis & tu cū propheta: turbatus sum & non sum locutus. B Quod- Psal.76.
dam altius intellexi sentire istud: quasi de diabolo & angelis eius dictum: qui cum fuerint & ipsi filij hierusalem illi? quæ sursum est mater nostra: ex quo lapsi sunt: non cessant sororem suam ecclesiam impugnare. Sed neq; contendo si quis usurpet hoc etiam in bonam significationem ſm q̄ spirituales q̄ sunt in ecclesia aduersus carnales fratres suos dimicant in gladio spiritus: quod est uerbum dei: uulnerā- Ephe.6.
tes eos ad salutē: atq; ad spiritualia istiusmodi ipugnatio- Psal.140.
nibus prouehentes. Vtinam corripiat me iustus in miseri- Deu.32.
cordia & increpet me: percutiens & sanans, occidens & ui- Gal.2.
uificans: quo audeam & ego dicere: uiuo autē iam nō ego Matth.5.
uiuit uerò in me christus. Esto, inquit, consentiens aduersario tuo dū es cū eo in uia: ne tradat te iudici: & iudex tortori. Bonus aduersarius: cui si consentiens ero: non erit unde aut iudex me calūniet: aut tortor. Ego profectò si quos uestrum aliquando pro huiusmodi contristaui: nō me pœnitet. Contristati em̄ sunt ad salutem. Et quidem nescio id me fecisse unquam absq; mea quoq; magna tristitia: ſm illud. Mulier cū parit tristitiam habet. Sed absit ut iam me- Ioan.16.
minerim pressuræ: tenens fructū doloris mei: dum perinde uideā christū formatū in sobole. Nescio autem quomodo etiam tenerius mihi astricti sunt: qui post increpatoria & per increpatoria tandē conualuerūt de infirmitate, quàm

qui fortes ab initio permanserũt:nõ indigẽtes istiusmodi medicamẽto. C Ergo in hunc sensum poterit ecclesia seu anima diligens deũ dicere,q decolorauit eã sol:mittendo scilicet & armãdo de filijs matris eius:qui eã salubriter expugnarent:& captiuã ducerent ad fidẽ amoremq ipsius:
Psal.119. multis utiq confixã sagittis illis:de quibus scriptũ est. Sa
Psal.37. gittæ potẽtis acutæ.Et itẽ.Sagittæ tuæ infixæ sunt mihi. Ideoq sequitur,& ait:qm̃ non est sanitas in carne mea:ut
Matt.26. fm animã sanior proinde fortiorq factus dicat.Spiritus q
2.Cor.12. dem promptus est:caro aũt infirma.Et cum apostolo.Qñ eñ infirmor:tunc potẽs sum & fortis.Vides quia carnis infirmitas robur spũi augeat,& subministret uires.Ita econtrario noueris carnis fortitudinẽ,debilitatẽ spũs operari. Et quid mirum si hoste debilitato,tu fortior efficeris:Nisi
Gal.5. fortè illã tibi insanissime ducas amicã:quæ nõ cessat cõcupiscere aduersus spiritũ.Vide ergo si nõ prudẽter sagittari & impugnari salubriter postulat sanctus:cũ dicit in ora
Psal.118. tione.Confige timore tuo carnes meas D Optima timor iste sagitta:qui cõfigit & interficit carnis desideria ut spiritus saluus sit.Sed & qui castigat corpus suũ & in seruitutem redigit nónne is tibi uidetur etiã manũ contra se pu-
Hebr.4. gnantis ipse iuuare? Est & sagitta sermo dei uiuus & efficax,& penetrabilior omni gladio ancipiti. De quo salua-
Matt.10. tor.Non ueni,inquit,pacẽ mittere sed gladiũ.Est etiam sagitta electa amor xpi:quæ mariæ aiam nõ modo confixit sed etiã pertransiuit:ut nullã in pectore uirginali particulam uacuã amore relinqueret,sed toto corde,tota anima, tota uirtute diligeret:& esset gratia plena.Aut certè pertransiuit eam:ut ueniret usq ad nos:& de plenitudine illa omnes acciperemus:& fieret mater charitatis:cuius pater est charitas deus:parturiens & in sole ponẽs tabernaculũ
Esa.49. eius:ut scriptura impleretur:quæ dicit.Dedi te in lucẽ gẽtium:ut sis salus mea usq ad extremũ terræ.Hoc eñ impletum est per Mariam:quæ in carne uisibilem edidit: quem inuisibilem nec de carne nec cũ carne suscepit. Et illa quidem in tota se grãde & suaue amoris uulnus accepit: ego uerò me felicẽ putauerim si summa saltẽ quasi cuspide huiꝰ gladñ pungi interdum me sensero:ut uel modico accepto amoris uulnere,dicat etiã anima mea.Vulnerata charitate ego sum.Quis mihi tribuet in hunc modũ non modo uulnerari:sed & expugnari oĩno usq ad exterminationẽ coloris & caloris illius qui mlitat aduersus animam? B Si exprobrauerint filiæ huius seculi illi animæ quæ hmõi est, dicentes pallidam & sine colore esse:nónne tibi congrue posse respondere uidebitur.Nolite me cõsiderare q fusca sim:quia decolorauit me sol. Et si se ad hoc meminerit puenisse adhortationibus seu increpationibus aliquorũ seruorũ dei æmulantiũ eam dei æmulationẽ:nónne cõsequẽter ueraciterq inferre poterit:qa filñ matris meæ pugnauerunt contra me.Erit ergo sensus(iuxta quod dictũ est) ut ecclesia seu studiosa quæuis anima id loquatur,non quasi gemens aut cõquerens:sed quasi gaudẽs & gratias agens: insup & glorians,q pro noĩe & amore xpi digna sit fusca seu decolor esse & dici:atq hoc ipsum ascribat nõ suæ industriæ,sed gratiæ & misericordiæ præuenientis se & mit-
Roma.10. tentis ad se.Nam quõ crederet sine prædicante Quõ autẽ prædicarent nisi mittereñtur.Filios matris suæ cõtra se pugnasse memorat nõ ut irata:sed ut nõ ingrata.Vñ & sequitur.Posuerũt me custodẽ in uineis.Qđ uerbũ utiq si spũaliter examinet:puto nil in se querimoniæ aut rancoris habere uidebitur:sed magis fauorabile aliqd redolere.Verũ ad id cõtingendũ prius sanè qu̇m manũ apponere audeamus(locus eñ sanctus est)cõciliãdus est nobis solitis precibus & hic cõsultãdus ille spũs q scrutaꝰ alta dei:aut certè unigenitꝰ qui est in sinu patris sponsus ecclesiæ Iesus xps dñs noster,q est super oĩa deus benedictus in secula.Amẽ.

¶ *Qualiter populi fidelium seu animæ electorum per uineas significantur:quarum ecclesia custos dicitur:& de prudentia carnis quæ est mors.*

Sermo. XXX. C

POsuerunt me custodem in uineis. Quis? Tui ne illi oppugnatores quos pxime memorasti? Audite & intelligite si nõ se ab illisipsis fatetur ista promotã,à quibus & passam.Nec mirum tñ si quidem fuerit causa pugnandi intentio corrigendi. Nam quis nesciat multos amicabiliter utiliterq multoties oppugnatos:quãm multos quotidie experimur pñs impugnatiõibus prælatorũ ad meliora proficere:prouehi ad altiora? Ergo illud potius demonstremus si possumus,quemadmodum aduersus ecclesiã pugnatum sit à filijs matris suæ: & hostili animo,& dãno utili.Id eñ iocundius:cũ qui nocere intendũt,prosunt & nolentes. Vtriq uerò sensum tenet superior interpretatio:qm̃ quidem nõ defuerũt & qui bene & qui male æmularentur eam diuersa intentione pugnantes:sed utriq profuerunt.Intantum deniq se profecisse ex his quæ ab æmulis passa est gloriaꝰ,ut pro una uinea quam sibi abstulisse uisi sunt:super multas se gaudeat constituta.Hoc mihi(inquit)præstitere pugnando contra me & contra uineam meam:qui dicunt eximanite,exi- Psal.36.
nanite usq ad fundamentũ in ea:ut unam pluribus cõmutarim.Hoc quippe est quod infert:uineã meam nõ custodiui:tanquã causam subiungens unde hoc illi contigerit: ut nõ in una iam:sed in pluribus custos posita sit. D Et litera quidem sic est.Sed si eam simpliciter sequimur: contenti eo solo quod sonare in superficie illa uidetur,putabimus nos legere in scriptura sancta de his uineis corporeis & terrenis quas quotidie cernimus de rore cæli & de pinguedine terræ accipere unde fundunt uinũ:in quo est luxuria:& sic nihil nõ dico dñi sponsæ dignũ:sed nec cuiuis cæterarũ congruũ quid de tam sancta & diuina scriptura attulisse uidebimur.Quæ eñ conuenientia sponsis & custodiæ uinearum? Sed & si conuenire putetur:unde docebimus fuisse aliquando ecclesiam istiusmodi deputatã officio? Numquid de uineis cura est deo? Si autẽ spirituali sensu uineas ecclesias,id est fideles iterpretamur populos:iux-
ta propheticæ sensum:dicentis.Vinea domini sabaoth do- Esa.5.
mus israel est:incipiet fortassis elucere nobis quomõdo spõsæ minime indignũ sit fieri custodem in uineis. Puto quidem q & nõ parua insuper & in hoc ipso apparebit prærogatiua:si quis diligentius curet aduertere quantũ ubiq per orbem in hmõi uineas dilatauerit terminos suos à die illa qua hierosolymis à filijs matris suæ expugnata est & turbata:una cũ prima illa sua nouella plantatione:multi- Actu.4.
tudinem dico credentiũ quorum legitur fuisse cor unum & anima una.Et ipsa est quam modo fatetur se minime custodisse:sed nõ ad insipientiam sibi. B Nec enim ita inde cuulsa in persecutione fuit:ut nõ alibi plãtaretur:atq alijs locaretur agricolis:qui reddant fructus eius temporibus suis.Non prorsus.Nõ perit:sed migrauit,etiam crescit & dilatata est:tanquam cui benedixit dominus.Deniq leua Psal.79.
oculos tuos & uide:si non operuit montes umbra eius,& arbusta eius cedros dei.Si non extẽdit palmites suos usq ad mare & usq ad flumen propagines eius.Nec mirũ: dei 1.Cori.3.
enim ædificatio est:dei agricultura est.Ipse fœcundat,ipse propagat,ipse putat & purgat eam ut fructũ plus afferat. Quando nempe sua defuisset cura uel opera quam plantauit dextera eius:Non planè habenda neglectui: in qua apostoli palmites:domiñ uitis:& pater eius agricola est. In fide plantata:in charitate mittit radices:defossa farculo disciplinæ:stercorata pœnitentium lachrymis:rigata prædicantium uerbis:& sic sanè exuberans uino in quo est luxuria:sed non luxuria:uino totius suauitatis nullius libidinis.Hoc certè uinum lætificat cor hominis:hoc constat & angelos bibere cum lætitia.Deniq gaudent in conuersione & pœnitentia peccatorum:salutem hominum sitientes: lachrymæ pœnitentium uinum eorũ:q in illis uitæ odor: sapor gratiæ sit:indulgentiæ gustus:reconciliationis iocũditas: sanitas redeuntis innocentiæ: serenatæ suauitatis conscientiæ.Ergo ex illa una uinea quam sæuæ persecutionis uisa est deleuisse tempestas: quantæ in uniuersa terra propagatæ refloruerunt:& in his omnibus custos posita sponsa est:ut

sponsa est: ut nō contristet q̄ primā uineā non custodiuit. Cōsolare filia sion: si cæcitas ex parte cōtigit in israel: quid tu pdis? Mirare mysteriū: & noli plāgere derrimētum. Dilata sinū: & collige plenitudinē gentiū. Dic ciuitatibus iu-
Actu.13. dæ. Vobis oportebat primum loqui uerbū dei: sed q̄m repulistis illud: & indignos uos iudicastis æternæ uitæ: ec-
Exo.32. ce cōuertimur ad gētes. Moysi sanè oblatū est à deo: si p̄uaricatorem populū uellet dimittere: & diuinæ exponere ultioni: ipsum qdē fieri posse in gētē magnā: sed ille renuit. Quare. Ob nimiam profectò dilectionem qua illi fortiter deuinctus pp'o tenebat: & q̄m nō requirebat q̄ sua sunt, sed dei honorē: & nō quod sibi utile foret sed quod multis. Et ille qdē sic. D Ego aūt cōsilio secretiori puto hoc munus diuinit? pro sui magnitudine seruatum sponsæ: ut ipsa potius & nō moyses mitteretur in gentem magnam. Nō em̄ oportebat amicū sponsi p̄ripere sponsæ benedictionem: & propterea nō quidē moyses sed noua sponsa, cui dicitur.
Mar.vlt. Ite in mūdū uniuersum: p̄dicate euāgeliū omni creaturæ. Ipsa, inquā, prorsus missa est in gētem magnā. Nūm maior potuit quàm in uniuersitatē? Et facile uniuersitas cessit portāti pacem, grām offerenti. Sed nō sicut grā: ita & lex: quàm dissimili uultu ad oēm cōscientiā se offerūt suauitas huius, & illius austeritas. Quis sanè ex æquo respiciat condēnātē & cōsolantē, reposcētē & ignoscentē, plectētem & amplectētem? Non pari profectò acceptabit uoto umbra & lux, ira & pax, iudiciū & mia, figura & ueritas, uirga &
Exo.17. hæreditas: frænū & osculum. Graues denique moysi manus
Actu.15. testib? aaron & hur. Graue legis iugum testibus ipsis apostolis: q̄ hoc & sibi & patrib? importabile clamitant. Graue iugū & uile p̄mitū: nā terra est in promissione. Pro hmōi nō est moyses missus in gentē magnam. Verū tu mater ecclesia: p̄missionē habēs uitæ q̄ nūc est & futuræ: facile i duplici grā obtues ab uniuersis te recipi: & ppter iugū suaue & ppter regnū sublime. Pulsa de ciuitate: ab uniuersitate exciperis: dum sic puocat q̄ promittis: ut quod imponis nō terreat. Quid adhuc unius uineæ plāgis damnum: q̄
Esa.60. tāto sibi fœnore cōpensatū est? Pro eo q̄ fuisti derelicta & odio habita & nō fuit qui p te trāsiret: ponā te, inquit, in superbiā seculorū, gaudiū in gnātione & gnationē: & suges lac gētiū: & māmilla regū lactaberis: & scies quia ego dñs saluās te: & redēptor tuus fortis Iacob. Tali itaq; modo dicit se sponsa posità custodē in uineis: & quia uineam suā non custodiuit. B Ego loci huius occasione meip̄m reprehendere soleo q̄ aiarū susceperim curā: qui meā non sufficerē custodire: uineas aias interpretans. Q; si p̄bas & tu hāc nostrā interpretationē: uide etiā cōsequēter an recte quoq; dicamus fidē uitē: uirtutes palmites: botrū op?: de uotionē uinū? Siquidem nec palmes absq; uite, nec uirtus sine fide aliqd est. Sine fide em̄ impossibile est placere deo:
Hebr.11. fortasse & displicere necesse erit. Denique oē quod nō est ex
Roma.14. fide, pc̄m̄ est. Hoc ergo considerare oportuit illos qui me posuerūt custodē in uineis: si uidelicet ppriā custodissem. At quāto tpe inculta iacuit & deserta: redacta in solitudinem? Prorsus defecerat uinū ex ea: arefactis præ sterilitate fidei: uirtutū palmitibus. Erat fides, sed mortua. Quomodo em̄ non mortua sine operib?? Et id qdē in seculari uita. Cæterū cōuersus ad dñm: meliuscule cœpi fateor custodire: nō tamen prout oportuit. Et quis nempe ad hoc idoneus? Nec sctūs ppheta q̄ait. Nisi dñs custodierit ciuitatē: frustra uigilat qui custodit eā. Quantis etiā tunc memini me patere insidijs illi? q̄ sagittat in occultis imaculatū? Quantū nobis ō uinea mea furtiuis subreptū est machinamentis: eo ipso tpe quo uigilātius intendere cœpimus curæ & custodiæ nr̄æ? Quot & quales priorū botros operum aut p̄focauit ira: aut tulit iactantia: aut fœdauit inanis gloria? Quāta ab illecebra gulæ: quāta ab accidiæ spū: quanta à pusillanimitate spūs & tēpestate sustinuimus? Sic erā: & nihilomin? tñ posuerūt me custodē in uineis: nō cōsiderātes qd de mea ego facerē uel fecissem: nec audientes arguentē magistrū ac dicētē. Si quis domui suæ p̄esse nescit: quō ecclīæ dei diligētiā habebit? C Miror audaciā plurimorū quos uidem? de suis uineis nō colligere nisi spias & tribulos: uineis tñ dñicis etiā se ingerere nō uereri. Fures sunt & latrōes: nō custodes neq; cultores. Hoc illis. Væ aūt mihi etiā nūc à piculo uineæ meæ: imo magis nūc q̄n plurib? intent?: nin? circa unā diligēs, minusq; solicitus fieri cogor. Nec sepē circūdare: nec torcular fodere in ea licet. Heu destructa est maceria ei? & uīdemiāt eā oēs q̄ p̄ter
Psal.79. grediunt uiā. Patet exposita tristitiæ, iracūdiæ atq; ipatientiæ puia. Demoliunt eā sedule q̄dā uulpeculæ instātiū necessitatū. Irrūpūt undiq; anxietates: suspitiōes, solicitudines. Turbæ discordātiū: causaq; molestiæ: rara hora desūt. Nō ē phibēdi facultas: nō copia declinādi: sed nec orandi spaciū. Quo imbre lachrymarū perfundere sufficiā sterilitatē aīæ meæ uineæ meæ uoluī dicere: sed de psalmo sic incidit: ppter usum: & sensus idē est. Nec piget erroris q̄ admonet infirmitatis: qa nō de uinea sermo est: sed de aīa. Ergo aīa cogitet: cū uinea legit. Siqdē sub hui? specie & nomine illius sterilitas deplorat. Quibus ergo lachrymis rigabo sterilitatem uineæ meæ? Oēs palmites eius aruerūt præ inopia. Iacent sine fructu: eò q̄ nō habeāt humorē. Iesu bone quos fasciculos sarmentorum ex eis in tuo quotidie sacrificio: ustio contriti cordis mei te teste absumit. Sit
Psal.50. obsecro sacrificiū tibi spūs cōtribulatus: cor cōtritū & humiliatū deus ne despicias. A Et ego qdem sic pro impfecto meo traho ad me capitulū p̄sens. Perfect? aūt omnis erit q̄ aliàs dicere poterit: uineā meā nō custodiui: illo uide licet sensu quo saluator loquit? in euangelio. Qui pdiderit
Matt.10. animā suā, ppter me: inueniet eā. Idone? planè & dignus qui ponat custos in uineis: quē, ppriæ cura uineæ à cōmissarū diligētia & sollicitudine nō impedit aut retardat. Dū nō q̄rit q̄ sua sunt: neq; qd' sibi utile est, sed qd' multis. Propterea sanè petro cura ista credita est in tā multis uineis q̄
Luc.22. erāt de circūcisiōe: qa homo parat? erat & incarcerē & in mortē ire: usq; adeò suæ uineæ. i. suæ animæ non detineba tur amore: quo min? curæ intēderet creditarum. Merito & paulo inter gentes tā ingens silua credita est uineārū q̄ & ipse in suæ custodia uineæ miníme curiosus inuētus sit: ita ut nō solū alligari: sed & mori in hierusalē paratus fuerit, ppter nomē dñi Iesu xp̄i. Denique nihil horū uereor, in-
Actu.21. quit, nec facio aīam meā p̄ciosiorē quàm me. Optim? æstimator rerū: q̄ nil suorū sibi p̄ferendum existimet. Q; multi saluti propriæ modicā utilissimāq; pecuniā p̄tulerūt? Paulus nec aīam. Nō, inqt, facio eam p̄ciosiorē quàm me. Ergo differentiā facis inter te & aīam tuā. Prudēter quidē tu tibi pluris es quàm quiduis tuū. B Sed qūo nō tua anima tur? Arbitror q̄ qa paulus iā tunc in spū ambularet; & mente cōsentiret legi dei q̄n bona est: idcirco hanc ipsam men-
Roma.7. tem suā tanquā principale ac supremū quiddā sui: dignū duxerit suimet potius quàm suæ cuiuspiā rei nomine designare: reliquū uerò q̄d' cōstat naturæ esse inferioris & inferiori, pinde utilioriq; essentiæ (quod est corpus) inhærere: nō mō officio uiuificādi ac sensificandi: sed & fouēdi nutriēdiq; desiderio: hoc inquā, sensuale atq; carnale appellatione sui hō spūalis indignū iudicās inter sua magis sensuit deputandū quàm se psonal? exprimēdū p̄ illud. Cum me dico, inqt, excellentius quod in me est in quo & sto per gratiam dei, idest mētē rationēq; intellige. Cū loquor: animā meā, hoc inferius accipe qd' carni animādæ uides accōmodatū: etiā & iūctū in cōcupiscentia. Id me fuisse quidē, sed iā nō esse agnosco: qa nō fm carnē adhuc ambulo: sed
Roma.8. fm spm̄. Viuo ego iā nō ego, uiuit uerò in me xp̄s. Secūdū mētē ego: fm carnē nō ego. Quid em̄ si carnal? etiam nunc
Gal.2. aīa cōcupiscit? Iā nō ego opor illud sed qd' habitat in me
Roma.7. pc̄m̄. Et iō nō me qdē sed tm̄ meū dixerim qd' in me carnaliter sapit: idq; nō aliud quàm ipsam aiam. Reuera em̄ aīæ portio est carnalis affectio ei?, & uita quā administrat corpori. Hāc ergo aiam suā paul? spnebat præ se, pat? p̄ dño nō solū alligari: sed mori in hierlm: & sic perdere aiam suā iuxta cōsiliū dñi. Tu quoq; si propriā deseras uoluntatē: si corporis uoluptatib? pfecte renūcies: si carnē tuā crucifigas cū uitijs & cōcupiscentijs: sed & mortifices mēbra tua

Universidad de Deusto Biblioteca

quæ sunt sup terram, probabis te pauli imitatorē: qui non facias aiam tuā pretiosiorē teipso: probabis & xp̄i discipulum etiā illam perdendo salubriter. Et quidē prudenti⁹ eā perdis ut custodias: quàm custodis ut p̄das. Nā qui uoluerit aiam suā saluā facere: p̄det eam. D Quid hic uos dicentis obseruatores ciborū: morū neglectores? Hipocrates & sequaces eius docent animas saluas facere in hoc mundo: xp̄s & eius discipuli perdere. Quēnā uos è duobus sequi magistrū eligitis? At manifestum se facit qui sic disputat: hoc oculis, hoc capiti, & illud pectori uel stomacho nocet. Profectò unusquisq; quod à suo magistro didicit: hoc in medium profert. Num in euangelio legisti has differētias: aut in prophetis: aut in literis apostolorum? Caro & sanguis pro certo reuelauit tibi hanc sapientiam: non spiritꝰ patris. Est eñ carnis hæc sapiētia. Sed audi qd de ipsa nostri medici senti ant. Sapientia, inquiunt, carnis mors est. Item. Sapientia carnis inimica est deo. Num Hipocratis seu Galeni sententiā: aut certè de schola epicuri debui proponere uobis? Christi sum discipulus: christi discipulis loquor. Ego si peregrinum dogma induxero: ipse peccaui. Epicurꝰ atq; Hipocrates corpis alter uoluptatē: alter bonam habitudinem præfert: meus magister utriusq; rei contemptum prædicat. Animæ in corpore uitam quā summo studio iste unde sustēteret: ille unde & delectet inquirit atq; inquirere docet: saluator monet & perdere. A Quid eñ tibi aliud de xp̄i auditorio sonuit cū pauloante clamatum est: qui amat aiam suā perdet eam? Perdet eā dixit: siue ponendo ut martyr: siue affligendo ut pœnitens. Quamquā genus martyrij est: spū facta carnis mortificare: illo nimirū quo membra ceduntur ferro horrōre quidem mitius: sed diuturnitate molesti⁹. Videsne hac sentētia magistri mei carnis sapientiam cōdemnari, per quam utiq; aut in luxū uoluptatis diffluitur: aut ipsa quoq; bona ualetudo corporis ultra quàm oportet appetitur? Deniq; q̄ uera sapiētia in uoluptates nō effluat: audisti profectò à sapiente: ne inueniri quidē hanc in terra suauiter uiuentiū. Qui autē inuenit dicit. Super salutē & omnē pulchritudinē dilexi sapientiā. Si sup salutē & pulchritudinē: quāto magis super uoluptatē & turpitudinem? Quid uerò p̄dest temperare à uoluptatib⁹ & inuestigādis diuersitatibus cōplexionum: ciborūq; uarietatibus exquirendis: quotidianā expēdere curam? Legumina, inquit, uentosa sunt: caseus stomachum grauat, lac capiti nocet, potū aquæ nō sustinet pectus, caules nutriunt melācholiam, colerā porri accendunt, pisces de stagno aut de lutosa aqua meæ penitus cōplexioni nō eōgruūt. Quale est hoc ut in totis fluuijs, agris, ortis, cellarijsue reperiri uix possit quod comedas? Putas te quæso monachum esse non medicū: nec de complexione iudicandum: sed de professiōe. Parce obsecro primū quidem quieti tuæ: parce deinde labori ministrantium: parce grauamini domus: parce conscientiæ. Conscientiæ dico, non tuæ sed alterius, illius uidelicet q prope sedens: & edens quod sibi apponitur: de tuo singulari ieiunio murmurat. Scandalo quippe est ei: aut tua odiosa superstitio, aut duritia: quā fortè putat illius q tibi habet, puidere. Scandalizatur inquam in tua singularitate frater iudicans te superstitiosum tanquā supflua q̄ritantem: aut certè me durū causans qui nō perquirā uictui tuo necessaria. Frustra sibi quidam blandiuntur de exēplo pauli hortantis discipulū nō bibere aquā: sed modico uti uino propter stomachū & frequētes suas infirmitates. Qui attendere debent primum quidem apostolū minime sibijpsi rem istiusmodi suadere, sed nec discipulū æque exposcere sibi. Deinde non monacho hoc intimari, sed ep̄o: cuius uita tenere adhuc & nascenti ecclīæ perneccessaria esset. Timothe⁹ hic erat. Da mihi alterū timotheū: & ego cibo cum si uis etiam auro, & poto balsamo. Cæterum tu tibimetipsi dispensas, misertus tui. Suspecta est mihi fateor tua ipsius in te dispensatio: & uereor tibi illudi sub tegmine & nomine discretionis, à carnis prudentia. Id te saltem uolo admonitum esse ut si tibi ita auctoritas apostoli placet de bibendo uino, modico, quod ille adiūxit, nō prætermittas. Et de hoc satis. Sed reuertamur ad sponsam: & discamus ab ea uineas proprias utiliter non custodire: præsertim nos qui uidemur deputati custodes in uineis sponsi ecclesiæ Iesu christi dñi nostri: qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

Matt.16.

Nota.

Roma.8.
Ibidem.

Sap.7.

Nota.

1.Timo.5.

¶ *De excellentia diuinæ uisionis: & qualiter in præsenti sanctis uiris gustus diuinæ præsentiæ uariatur pro uarijs animæ desiderijs.*

Sermo. XXXI. D

Indica mihi quē dilīgit anima mea: ubi pascas ubi cubes in meridie. Studiosis mentibus uerbum sponsus frequenter apparet: & nō sub una specie. Quid ita? Profectò qm̄ nondum uidetur sicuti est. Nempe illa uisio stat, quia forma stat quæ tunc uidetur. Est eñ nec ullā capit ex eo quod est fuit uel erit mutationem. Tolle nempe fuit & erit: unde iam transmutatio aut uicissitudinis obumbratio? At quicquid uenies ex eo quod fuit non cessat tendere in id quod erit: transitum sanè habet per est: sed omnino non est. Nā quomodo est qđ nunquam in eodem statu permanet? Solum proinde uerè est quod nec à fuit præciditur: nec ab erit expungitur: sed solū atq; inexpugnabile remanet ei est, & manet quod est. Nec fuit sanè tollit illi esse ab æterno: nec erit esse in æternum: ac per hoc sibi uendicat uerum esse, id est increabile, interminabile, inuariabile. Cum igitur ipse qui sic est: imo qui nō sic aut sic est, uidetur sicuti est: stat ut dixi illa uisio: quia nulla eam interpolat uicissitudo. Et tunc ille de euangelio unus omnibus qui sic uident denarius reddītur in una specie quæ offertur. Nam & quod apparet ut inuariabile in se est: ita inuariabiliter intuentib⁹ præsto est: & quibus apparet, nil uidere desiderabilius uolunt: nil possunt delectabilius. Quādo ergo illa uel fastidiet auiditas: uel se subtrahet suauitas: uel fraudabit ueritas: uel deficiet æternitas? Q. si inæternum extenditur uidendi copia pariter & uoluntas: quomodo nō plena felicitas? Nil quippe aut deest iam semper uidentibus: aut supereſt semper uolentibus. At talis uisio non est uitæ præsentis: sed in nouissimis reseruatur: his duntaxat qui dicere possunt. Scimus quia cum apparuerit similes ei erimus: quia uidebimus eum sicuti est. Et nūc quidē apparet quibus uult: sed sicuti uult: nō sicuti est. B Nō sapiens nō sanctus nō propheta uidere illum sicuti est potest: aut potuit in corpore hoc mortali: poterit autem in immortali: qui dignꝰ habebitur. Itaq; uidetur & hic: sed sicut uidetur ipsi: & non sicuti est. Nam neq; hoc luminare magnum (solem loquor istum quē quotidie uides) uidisti tamen aliquando sicuti est: sed tm̄ sicut illuminat: uerbi causa: aerē, montem, parietem. Quod nec ipsum quidē aliquatenus posses si nō aliqua ex parte ipm̄ lumē corporis tui pro sui ingenita serenitate & perspicuitate cælesti lumini simile esset. Non deniq; alterum membrum corporis capax est luminis ob multam utiq; dissimilitudinem. Sed nec ipse oculus cum turbatus fuerit lumini propinquabit: nimirum ob amissam similitudinē. Qui ergo turbatus, nullatenus serenum solē uidet propter dissimilitudinem: serenus aliquatenus uidet propter nōnullam similitudinem. Profectò si parí prorsus puritate uigeret: uideret omnino offensa facie eū sicuti est propter omnimodā similitudinem: ita & solem iustitiæ illū qui illuminat omnē hominē uenientē in hunc mundū: uidere in hoc mūdo sicut illuminat illuminatꝰ pōt: tāquā iā in aliquo similis: sicuti est, omnino nō potest: tanquā nōdū perfecte similis. Propterea dicit. Accedite ad eum & illuminamini: & facies uestræ non cōfundentur. C Ita sanè: sed si quantum satis est illuminamur: ut reuelata facie speculātes gloriam dei: in eandem imaginem transformemur de claritate in claritatem tāquā à dñi spiritu. Ergo accedēdū ad eū: nō irruendū: ne irreuerens scrutator maiestatis opprimatur à gloria. Nec locis sanè accedendum: sed claritatibus ipsisq; non corporeis: sed spiritalibus tanquam à domini spū. A dñi planè & nō à nostro: quāuis in nostro. Qui ita q; clarior, ille ppinquior: esse autē clarissimum, perueniſſe est. Porrò

Matt.20.

Psal.33.

2. Cori.3.

puer.25.

1.Ioan.3.

est.Porrò iã ꝑsentibus nõ aliud est uidere sicuti est: quàm esse sicuti est:& aliqua dissimilitudine nõ cõfundi. Sed id tunc,ut dixi. Interim uerò tanta hæc formarum uarietas atq; numerositas specierum in rebus cõditis:quid nisi quidam sunt radij deitatis monstrãtes quidem quia uerè sit à quo sunt:nõ tamen quid sit prorsus diffinientes? Itaq; de ipso uides:sed nõ ipm.Cum autẽ de eo quẽ non uides,cætera uides:scis indubitanter existere quem oportet inquirere:ut inquirentem nõ fraudet gratia:negligentem ignorantia nõ excuset.Verum hoc genus uidendi,commune. In promptu enim est iuxta apostolum omni utenti ratione:inuisibilia dei per ea quæ facta sunt intellecta conspicere. Alius proculdubio ille modus:quo quondam patrib9 crebra illa atq; ambitiosa diuinæ præsentiæ familiaritas dignanter indulta est:quamquam nec ipsis sicuti est:sed sicut dignata est.Nec uno omnibus modo:sed ut ait apostolus.Multifariẽ multisq; modis:cum ipse in se sit unus dicẽte ipso ad israel:dñs deus tuus deus unus est.Et hæc demõstratio nõ quidem cõmunis:sed tamen foris facta est:nimirum exhibita per imagines extrinsecus apparentes seu uoces sonantes. A Sed est diuina inspectio eò differentior ab his quò interior:cũ per seipsum dignatur inuisere de9 animam quærentem se:quæ tamen ad quærendum toto se desiderio & amore deuouit.Et hoc signum istiusmodi aduentus eius sicut ab eo qui expertus est edocemur. Ignis ante ipsum præcedet & inflammabit in circuitu eius inimicos eius.Oportet namq; ut sancti desiderij ardor præueniat faciem eius ad omnem animam:ad quam est ipse uenturus qui omnẽ consumat rubiginem uitiorum:& sic præparet locum domino.Et tũc scit anima quoniam iuxta est dominus:cum se senserit illo igne succensam:& dixerit cũ propheta.De excelso misit ignem in ossibus meis & erudiuit me.Et illud.Concaluit cor meum intra me:& in meditatione mea exardescet ignis.Tali animæ suspiranti frequẽter:imo sine intermissione oranti & afflictanti se præ desiderio: cum interdum desideratus ille qui ita quæritur miseratus occurrit:puto illi de propria experientia conueniẽte:ut dicat cum sancto Hieremia.Bonus es domine sperantibus in te:animæ quærenti te.Sed & angel9 eius qui un9 est de sodalibus spõsi in hoc ipsum deputat9 minister profectò & arbiter secretæ mutuæq; salutationis:is inquã angelus quomodo tripudiat:quomodo collætatur & cõdelectatur:& conuersus ad dominum dicit.Gratias ago tibi domine maiestatis:quia desiderijs cordis eius tribuisti ei: & uoluntate labiorum eius non fraudasti eam:ipse est qui in omni loco sedulus quidam pedissequus aiæ non cessat solicitare eam:& assiduis suggestionibus monere dicens. Delectare in dño:& dabit tibi petitiões cordis tui.Et rursum.Expecta dñm & custodi uiam eius.Itẽ si morã fecerit expecta eum:quia ueniens ueniet,& non tardabit.Ad dominũ autem.Sicut ceruus(inqt)desiderat ad fontes aquarum:ita desiderat anima ista ad te de9.Desideraui te in nocte:sed & spirit9 tuus in præcordijs eius de mane uigilauit ad te.Et iterum.Tota die expandit ad te man9 suas,dimitte illã qa clamat post te.Cõuertere aliquantulũ & deprecabilis esto super eam.Respice de cælo & uide & uisita desolatam.Fidelis paranymphus:qui mutui amoris conscius, sed non inuidus:non suã quærit:sed dñi gratiam. Discurrit medius inter dilectũ & dilectam,uota offerens,referens dona.Excitat istã:placat illũ.Inter dũ quoq; (licet raro)re præsentat eos pariter sibi:siue hanc rapiens,siue illum adducens.Siquidem domesticus est & notus in palatio: nec ueretur repulsam,& quotidie uidet faciem patris. D Vide autem tu ne quid nos in hac uerbi animæq; cõmixtione corporeum seu imaginatorium sentire existimes.Id loquimur qđ apls dicit:quoniam qui adhæret deo un9 spiritus est.Excessum puræ mentis in deũ siue dei piũ descensum in animã:nostris quibus possum9 exprimim9 uerbis, spũalib9 spũalia cõparãtes.Itaq; in spũ fit ista coniunctio: ga spũs est deus:& cõcupiscit decorẽ aiæ illi9 quam fortè aduertit in spiritu ambulãtẽ:& curã carnis non pficiẽtem

Roma.1.
Heb.1.
Deut.6.
Psal.96.
Treñ.1.
Psal.38.
Treñ.3.
Psal.20.
Psal.36.
Ibidem.
Abac.1.
Psal.41.
Psal.87.
Matt.15.
Psal.89.
1.Corĩ.6.
Ioan.4.

in desiderio,præsertim si sui amore flagrantẽ conspexerit. Nõ ergo sic affecta & sic dilecta cõtenta erit oino uel illa q̃ multis per ea quæ facta sunt:uel illa quæ paucis per uisa & somnia:facta est manifestatio sponsi:nisi & speciali prærogatiua intimis illũ affectib9 atq; ipsis medullis cordis cælitus illapsum suscipiat habeatq; præsto quem desiderat nõ figuratum,sed infusum:nõ apparentem:sed afficientẽ:nec dubium quin eo iocundiorem:quo intus,nõ foris.Verbũ nempe est nõ sonans sed penetrans:nõ loquax,sed efficax: nõ obstrepẽs auribus,sed affectibus blandiens.Facies est non formata sed formans:non perstringens oculos corporis:sed faciem cordis lætificans,grata quippe amoris munere nõ colore. A Non tamen adhuc illum dixerim apparere sicuti est:quãuis nõ oino aliud hoc modo exhibeat quàm quod est.Neq; enim uel sic cõtinue præsto erit quãuis deuotissimis mentibus:sed nec uniformiter omnibus. Oportet namq; pro uarijs animæ desiderijs diuinæ gustũ ꝑsentiæ uariari:& infusum saporẽ supernæ dulcedinis diuersa appetẽtis animi aliter atq; aliter oblectare palatum. Deniq; aduertisti in hoc amatorio carmine quoties mutauerit uultum:& in quanta multitudine dulcedinis suæ coram dilecta dignatus sit transformari:& quo nunc quidẽ instar uerecũdi sponsi sanctæ aiæ secretos petat amplex9 & osculis delectetur:nunc uerò in oleo & unguẽtis medicũ exhibere appareat:nimirũ ꝓpter teneras & infirmas animas istiusmodi adhuc indigẽtes fomentis & medicamentis:unde & delicato adolescentularum nomine designantur.Si mussitet quis,audiet quia nõ est opus sanis medic9, sed male habẽtibus.Nũc rursum quasi uiator quispiam itinerantibus sponsæ simul atq; adolescentulis sese associans, iocũdissimis confabulationibus suis:à labore uiæ oẽm reuelat comitatum:ita ut eo discedente loquantur. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu dum loqueretur nobis in uia? B Facundus comes,qui in sermonũ & morum suauitate suorũ:tanquam in quadã suaueolentia spirantium unguentorũ post se currere faciat uniuersos.Vnde & dicunt.In odore unguentorũ tuorũ curremus.Item aliquando occurrens quasi prædiues aliquis paterfamilias qui in domo sua abũdet panibus:imo tanquã rex magnificus & potẽs,q spõsæ paupis uideat pusillanimitatem erigere:prouocare cupiditatẽ,demonstrans illi omnia desiderabilia gloriæ suæ:diuitias torcularium ac promptuariorũ:ortorũ & agrorũ copias:demũ etiã introducens eã in ipsa secreta cubili.Nimirũ confidit in ea cor uiri sui: & non est ex omnibus quod ab illa existimet abscondendum quam redemit inopẽ:probauit fidelem,amplexatur amabilem. Atq; ita non cessat siue hoc siue illo modo interno iugiter apparere conspectui quærentium se:ut sermo impleatur quem dixit.Ecce ego uobiscum sum usq; ad consummationem seculi.Et in his omnibus suauis & mitis & multæ misericordiæ.Nam in osculis quidem affectuosum & blandum:in oleo autem & in pigmentis atq; unguentis clementem & affluentem uisceribus pietatis & compassionis. C Porrò in uia hilarem,affabilem,plenũ grãæ & solatij:in ostẽsione uerò diuitiarũ ac possessionũ munificum se ac largum pro regia liberalitate remuneratorem demõstrat.Ita per omnem huius carminis textum reperies uerbum istiusmodi similitudinibus adumbrari.Vñ ego puto id significatũ apud prophetam ubi ait.Spiritus ante faciẽ nostram xps dñs:in umbra eius uiuemus inter gentes: ꝙ scilicet uideamus nunc per speculũ & in enigmate:& necdum facie ad faciẽ.At istud sanè donec uiuimus inter gentes.Nam inter angelos aliter:qñ iam indifferenti omnino felicitate cũ ipsis uidebimus eũ & nos sicuti est:hoc est in forma dei:& non in umbra. Quomodo namq; apud ueteres quidem umbrã figuramq; dicimus extitisse:nobis autem per gratiam xpi in carne præsentis ipsam per se illucescere ueritatẽ:ita nos quoq; respectu futuri seculi ĩ quadã interim ueritatis umbra uiuere nõ negabit:nisi qui nõ acquiescit apostolo dicẽti:ex parte cognoscimus: & ex ꝑte prophetamus.Et illud.Non arbitror me comprehendisse

Matt.8.
Luc.24
Cant.1.
puer.vlt.
Mat.vlt.
Treñ.4.
1.Corĩ.13.
Phil.3.

Quō em̄ nō est distinctio eius qui per fidē ambulat, & illi⁹
Cāt.3. qui per speciē? Ergo iust⁹ ex fide uiuit: beat⁹ exultat in spe
cie. Et ideō sanctus homo uiuit interim in umbra christi:
sanctus angelus in splendore uultus gloriæ gloriatur. Et
bona fidei umbra: quæ lucem temperat oculo caliganti &
Actu.15. oculū p̄parat luci. Scriptū est em̄. Fide mundās corda eo-
rū. Fides itaq; lucē nō extinguit sed custodit. Quicqd sa-
nē est illud quod uidet angelus: hoc mihi umbra fidei ser-
uat: fideli sinu repositū: in tempore reuelandū. An non ex-
pedit tenere uel inuolutū quod nudū nō capis? A Deni
Lucæ.1. q; & mater domini uiuebat in umbra fidei: cui dictū est: &
Ibidem. btā quæ credidisti. Habuit & de christi corpore umbrā q̄
audiuit: & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Nec em̄ uilis
umbra quæ de uirtute altissimi formatur. Et uerē uirt⁹ in
carne xp̄i: quæ uirgini obūbrauit: ut quod ip̄ossibile erat
mortali fœminæ: obiectu tm̄ inuolueri uiuifici corpis ferret
præsentiā maiestatis, & lucē sustineret inaccessibilē. Virt⁹
planē: in qua ois cōtraria fortitudo debellata est. Et uirt⁹
& umbra fugās dæmones: tutās hoies. Aut certē v̄tus ne-
getās: umbra refrigerās. Vnum⁹ pinde i umbra xp̄i q per
fidē ambulamus & carne ipsius pascimur ut uiuam⁹. Caro
Ioan.6. em̄ christi uerē est cibus. Et uide ne propterea etiā nūc de
scribatur hoc loco apparens tāquā in schemate pastorali:
ubi illū sponsa quasi unū quempiā de pastoribus uidetur
Ioan.10. alloqui dicens. Indica mihi ubi pascas ubi cubes in meri-
die? Bonus pastor qui animā suā dat pro ouibus suis. Ani
mam pro illis, carnē illis. Illam in pretiū, istam in cibum.
Res mira, ipse pastor, ipse pascua est, ipse redemptio. Verū
sermo in longum pergit: qm̄ locus amplus est & grandia
continens: & non explicabitur paucis: atq; hac necessita-
te uidetur mihi iam rumpendus potius quām finiendus.
Oportet autem ut qm̄ materia pendet, memoria uigilet:
quatenus ubi pausatum erit: inde mox resumatur & per-
tractetur prout dominus dabit Iesus christus sponsus ec-
clesiæ, qui est super oia deus benedictus in secula. Amen.

¶ Qualiter christus suscipitur ab anima sancta tanquā sponsus: & ab anima infirma tanquam medio-cus: & de differentia cogitatio-num unde oriantur.

Ser. XXXII. C

IN dica mihi ubi pascas, ubi cubes in meridie. Hic sumus, hinc progredimur. Sed antequā tra
ctari incipiat uisio ista & allocutio: recapitulan-
dum breuiter arbitror de alijs uisionibus quæ
præcesserunt: quomodo nobis aptari spiritaliter possint
pro uotis & meritis singulorum: ut apprehensis illis (si ta-
men hoc datum fuerit) facilior & in huius discussione clu-
ceat intellectus. Verum id difficillimum. Nam etsi illa uer-
ba quibus ipsæ uisiones seu similitudines describuntur so
nare corpora atq; corporea uideātur: spūalia tm̄ sunt quæ
nobis ministrantur in his, ac per hoc in spū quoq; causas
& rōnes earū oportet inqri. Et qs idoneus inuestigare &
cōprehendere tā multos aiæ effectus pfectusq; qbus hæc
de p̄sentia sponsi tam multiformis gratia dispensatur? Tm̄
si intremus ad nos: & spūssanctus in lumine suo dignetur
ostendere nobis qd' ope suo nō dedignatur assidue acti-
ta re in nobis: puto non omino nos in his sine intellectu re-
1.Cori.2. mānsuros. Cōfido em̄ nō accepisse nos spm̄ huius mūdi, sed
spm̄ qui ex deo est: ut sciamus quæ à deo donata sunt no-
Psal.72. bis. Ergo si cui nostrū cū sancto ppheta adhærere deo bo-
num est (ut loquar manifestius) si qs in nobis est ita deside
rij uit: ut cupiat dissolui & cū xp̄o esse: cupiat autem uehe
menter, ardenter sitiat, assidue meditet: is pfectō non secus
quām in forma spōsi suscipiet uerbum in tpe uisitationis:
hora uidelicet qua se astringi ītus qbusdā brachijs sapiæ:
Psal.20. atq; inde sibi infundi senserit sancti suauitatem amoris. Si
quidem desideriū cordis eius tribuetur ei: etsi adhuc pere
grināti in corpe. Ex parte tm̄ idq; ad tēpus & tēpus modi
cum. Nā cū uigilijs & obsecrationibus & multo labore &
imbre lachrymarū q̄situs affuerit: subito dum teneri puta-
tur elabitur: & rursum lachrymanti & insectanti occurrēs
cōprehendi patitur, sed minime retineri: dum subito iterū
quasi è manib⁹ euolat. Et si institerit p̄cibus & fletibus de-
uota aīa, denuo reuertet: & uoluntate labiorum eius non
fraudabit eam: sed rursum mox disparebit: & nō uidebitur
nisi iterū toto desiderio reqrat: ita ergo & in hoc corpore
pōt esse de p̄sentia sponsi frequens lætitia, sed nō copia: qa
etsi uisitatio lætificat, sed molestat uicissitudo. Et hoc tan-
diu necesse est pati dilectam, donec semel posita corporeæ
sarcina molis: auolet & ipsa leuata pennis desideriorū suo
rum: libere iter carpēs per cāpos cōtemplationis: & mēte
sequens expedita dilectū quocunq; ierit. A Nec m̄ uel in
trāsitu præsto erit sic oī aīæ, nisi illi dūtaxat quā ingens de
uotio: & desideriū uehemens, & p̄dulcis affectus sponsam
p̄bat: & dignā ad quā gra uisitādi accessurū uerbū decorē
induat formā sponsi accipiens. Qui em̄ nondū inuenit ita
affectus: sed compunctus magis actuum recordatione suo
rum, loquens in amaritudine animæ suæ dicat deo. Noli Iob.10.
me condēnare: aut fortē etiam adhuc periculose tentatur
à propria cōcupiscentia abstractus & illectus: hic talis non
sponsum requirit, sed medicum: ac per hoc nō oscula qui-
dem uel amplexus, sed tantum remedia uulneribus acci-
piet suis: in oleo utriq; & unguentis. An non sæpenumero
sic sentimus, & sic experimur orantes: nos qui nostris quo
tidie adhuc excessibus tentamur præsentibus: mordemur
præteritis? A quanta me amaritudine frequenter liberasti
aduenies Iesu bone? Quoties post anxios fletus, post in-
enarrabiles gemit⁹ & singultus, saucia cōscientia mea un-
xisti unctione miæ tuæ, & oleo lætitiæ perfudisti? Quoties
me oratio quē penē desperantem suscepit, reddidit exultā-
tem & præsumentē de uenia? Qui similiter afficiūtur ecce
hi sciunt q̄ uere medicus sit dīs Iesus: qui sanat contritos Psal.46.
corde & alligat contritiones eorum. Qui experti nō sunt:
credāt inde eidem ipsi dicenti. Spiritus domini unxit me: Luca.4.
ad euangelizandum mansuetis misit me: ut mederer con-
tritos corde. Si adhuc dubitant, accedant certē & probēt
& sic in semetipsis discāt qd sit: misericordiā uolo & non sa- Mat.9.
crificium. C Sed uideam⁹ & reliqua. Sunt qui in studijs
spiritalibus fatigati & uersi in teporem atq; in defectū quo
dam spiritus positi ambulant tristes uias domini: corde
arente & tædente accedunt ad quæq; inuncta: frequen-
ter murmurant: longos dies, longas cōquerūtur & noctes
loquētes cū sancto Iob. Si dormiero dicā: qn̄ consurgam? Iob.7.
& rursum expectabo uesperā. Ergo ubi cōtingit tale aliqd
pati: si misertus dominus appropiet nobis in uia qua am-
bulamus, & incipiat loqui de cælo qui de cælo est: nec non
fauorabile quippiā cantare nobis de canticis sion: narrare
etiā de ciuitate dei: de pace ciuitatis: de æternitate pacis:
de statu æternitatis: dico nobis erit pro uehiculo animæ
dormitanti & pigritanti læta narratio: ita ut pellat omne
fastidiū ab aio audiētis, & à corpore fatigationem. An tibi
aliud uel pati uel petere ille uidet qui ait. Dormitauit ani- Psal.ult.
ma mea præ tædio: cōfirma me in uerbis tuis. Et nōne cū
obrmuerit clamabit: qūo dilexi legem tuam dñe: tota die Ibidem.
meditatio mea est? D Sunt em̄ quædā uerba uerbi spōsi
ad nos: nr̄æ meditationes de ipso & eius gloria: elegantia,
potentia, maiestate. Non solū autem sed & cum auida mē-
te uersamus testimonia eius: & iudicia eius, & in lege eius
meditamur die ac nocte: sciamus pro certo adesse spōsum
atq; alloqui nos: ut nō fatigemur laboribus, sermonibus
delectati. Tu ergo cū tibi aliqua talia uolui aio sentis, non
tuā putes cogitationē: sed illū agnosce loquētē: qui apud
prophetam dicit. Ego qui loquor iustitiam. Simillima em̄ Esaiæ.45.
sunt nr̄æ cogitata mētis sermonibus ueritatis in nobis lo-
quentis: nec facile qs discernit quid intus pariat cor suum
qdue audiat, nisi qui prudenter aduertit dñm in euāgelio
loquentē: quia de corde exeūt cogitatiōes malæ. Et illud. Matth.
Quid cogitatis mala in cordibus uestris? Et qui loquitur Esaiæ.
mendaciū: de suo loqtur. Aplis aūt. Non q̄ sufficientes, in- loan.3.
quit, simus cogitare aliquid à nobis tanquā ex nobis: sub 2.Cori.
audis bonū, sed sufficientia nostra ex deo est. Cū ergo ma-
la in corde uersamus, nostra cogitatio est: si bona, dei ser-
mo est.

Psal.84. mo est. Illa cor nostrum dicit: hæc audit. Audiam, ait, qd loquatur in me dñs deus: qm̃ loquetur pacem in plebem suã. Itaq; pacẽ, pietatẽ, iustitiã, de⁹ in nobis loqtur: nec talia nos cogitamus ex nobis: sed in nobis audimus. Cæterum homicidia, adulteria, furta, blasphemiæ, & his similia de corde exeunt: nec audimus ea, sed dicimus. Deniq; dixit insipiens in corde suo: nõ est deus. Et propter hoc irritauit impius deum: qa dixit in corde suo nõ requiret. Sed est p̃terea qd̃ corde qdẽ sentiẽ: nõ tm̃ cordis est uerbũ: nec em̃ de corde exit sicut nr̃a cogitatio: sed neq; illud est qd̃ ad cor fieri dixim⁹ uerbũ uidelicet uerbi: cũ sit malum: immittitur autẽ à cõtrarijs potestatibus: sicut fiunt immissiones per angelos malos: quale (uerbi causa) fuit quod legitur misisse in cor diabolus: ut traderet dñm iudas simonis scariothis. B Verum quis ita uigil & diligens obseruator motionũ internarũ suarũ: siue in se, siue & ex se factarum, ut liquido ad quæq; illicita sensu cordis sui discernat inter morbũ mẽtis & morsum serpẽtis. Ego nulli hoc mortaliũ possibile puto: nisi q illuminatus à spũsctõ speciale accepit donũ quod apls inter cætera charismata quæ enumerat: nominat discretionẽ spirituũ. Quantũlibet em̃ quis (fm salomonem) omni custodia seruet cor suũ: & omnia quæ intra se mouentur uigilantissima intentione obseruet, etiã si diuturnum fortẽ in his habuerit exercitium: & frequẽs experimẽtũ: nõ poterit tm̃ ad purũ in se dinoscere discernẽue abinuicẽ malũ innatũ & malum seminatum. Nam delicta quis intelligit: Nec multum refert nr̃a scire unde inest nobis malũ dũmodo inesse sciamus: uigilandum potius & orandũ undecunq; sit ne cõsentiam⁹. Deniq; orat ppheta cõtra utrumq; malũ dicẽs. Ab occultis meis munda me dñe: & ab alienis parce seruo tuo. Et ego non possum tradere uobis qd̃ nõ accepi. Nõ autem accepi fateor unde assignem certã notionem inter partũ cordis & seminariũ hostis. Quippe utrũq; malum, utrũq; à malo, utrũq; in corde, sed nõ utrumq; de corde. Hoc totũ certum mihi in me: etsi incertũ quid cordi, quid hosti tribuã. Et id quidem, ut dixi, absq; piculo. Sed sanè est ubi periculose imo dãnabiliter errat, atq; ibi merito nobis certa præfigitur regula: ne quod dei est in nobis, demus nobis: putantes uerbi uisitationem nostram esse cogitationem. Ergo quantũ distat bonum à malo: tantũ ista duo à se: qm̃ nec de uerbo malũ: nec de corde exiet bonũ: nisi qd̃ prius fortẽ de uerbo conceperit: quia nõ põt bona arbor fructus malos facere, nec arbor mala fructus bonos. At satis dictum esse credo quid dei, quid nostrũ in nostro sit corde: nec superflue (ut arbitror) sed ut sciant inimici gratiæ: absq; gr̃a nec ad cogitandũ bonum sufficere cor humanum: sed sufficientiam ipsius ex deo esse: dei uocẽ bonũ quod cogitat: nõ cordis prolẽ existere. Tu ergo si uocem eius audis, nõ iam nescias unde ueniat aut quo uadat: sciens qa à deo exit: & ad cor uadit. Vide aũt quõ uerbũ qd̃ egredit de ore dei nõ reuertat ad eum uacuũ: sed prosperet & faciat oia ad quæ misit illud ut dicere possis & tu qa gr̃a dei in me uacua nõ fuit. Felix mens cui uerbũ individuus comes: ubiq; se affabilẽ præbet: cuius indesinenter oblectata suauitate facundiæ: à carnis molestijs & uitijs sese uindicet omni hora redimẽdo tp̃s à diebus malis. Non lassabit, nõ molestabitur: quoniam sicut dicit scriptura. Nõ cõstristabit iustũ quicqd ei acciderit. D Iã uerò magni patrisfamilias seu regiæ maiestatis schema apparere existimo his qui accedentes ad cor altũ: de maiori spũs libertate & puritate conscientiæ magnanimiores facti cõsueuerũt audere maiora: inquieti prorsus & curiosi secretiora penetrare: & apprehendere sublimiora: & tentare perfectiora, non modo sensuum: sed & uirtutũ. Hi em̃ pro fidei magnitudine digni inueniuntur qui inducãtur in omnẽ plenitudinem: nec est omnino in omnibus apothecis sapiẽtiæ à quo deus scientiarũ dñs arcẽdos cẽseat: cupidos ueritatis, uanitatis non conscios. Talis erat moyses qui audebat dicere deo. Si inueni gratiam in oculis tuis: ostende mihi teipsum. Talis philippus qui sibi & suis condiscipulis patrem flagitabat ostendi.

Matth.15. Psal.13. Eiusd.9. Psal.77. Ioan.13. 1.Cori.12. puer.4. Psal.18. Ibidem. Matth.7. 2.Cori.3. 1.Cori.15. Ephe.5. puer.12. Exo.33. Ioan.14.

Talis & Thomas: q nisi sua manu tangeret uulnus & fossum lat⁹: credere recusabat. Pusilla fides: sed de magnitudine animi miro modo descendens. Talis quoq; Dauid qui & ipse dicebat deo. Tibi dixit cor meũ, exquisiuit te facies mea: faciem tuam dñe requirã. Tales itaq; magna audent, qm̃ magni sunt: & q̃ audẽt obtinẽt iuxta uerbũ promissionis ad ipsos: quod est istiusmodi. Quãcunq; locum calcauerit pes uester: uester erit. Magna siquidem fides: magna meretur, & quatenus in bonis domini fiduciæ pedem porrexeris: eatenus possidebis. B Deniq; moysi ore ad os loquitur deus: & palam non per enigmata & figuras dominum uidere meret: cum prophetis alijs tantum in uisione appere se dicat: & p somniũ loq. Philippo quoq; fm petitionẽ cordis sui ostensus est pater in filio: in eo, peculdubio qd̃ icõtinẽti audiuit. Philippe q uidet me, uidet & patrẽ: ga ego in p̃re & pater in me est. Sed & Thomæ iuxta desiderium cordis eius palpãdũ se præbuit: & uolũtate labiorũ eius non fraudauit eum. Quid dauid? Nonne & ipse uoto se oĩno fraudari significat ubi ait: nõ daturum se somnum oculis suis: nec palpebris suis dormitationẽ: donec inueniret locũ dño? Igitur istiusmodi magnis spiritibus, magn⁹ occurrit sponsus: & magnificabit facere cum eis: emittens lucem suã & ueritatẽ suam: eosq; deducẽs & adducens in montẽ sanctũ suum & in tabernacula sua: ita ut dicat qui eiusmodi est, qa fecit mihi magna q potens est. Regem in decore suo uidebunt oculi eius præcuntem se ad speciosa deserti: ad flores rosarũ & lilia cõuallium: ad amœna hortorũ & irrigua fontiũ: ad delitias cellariorũ & odoramenta aromatũ: postremò ad ipsa secreta cubiculi. C Isti sunt thesauri sapientiæ & scientiæ penes sponsum absconditi: hæc uitæ pascua p̃parata in refectionẽ animarũ sanctarũ. Beat⁹ uir qui impleuit desideriũ suũ ex ipsis. Hoc solũ admonitus sit, ne sol⁹ habere uelit quæ possunt sufficere pluribus. Propterea em̃ fortassis post ista oĩa sponsus tanquã pastor apparere describitur: ut proinde admoneatur assecutor tantorum munerum pascendi gregis simpliciorum: qui scilicet tam non ualent per semetipsos apprehendere ista: quãm nõ audent sine pastore oues exire in pascua. Deniq; hoc ipsum sponsa prudenter aduertẽs postulat sibi indicari ubi ip̃e pascat & cubet sub meridiano feruore: pata (ut qdẽ ex hoc intelligi dat) pasci & pascere cũ illo & sub illo. Nec enim tutũ arbitratur lõge agere gregẽ à summo pastore: nimirũ ob incursiões luporũ: eorũ maxime q uenisũt ad nos in uestimẽtis ouiũ: & ppterea satagit in eisdẽ cum ipso pariter pascere pascuis & cubare umbris. Et causam ponit. Ne incipiam (inquiens) uagari post greges sodaliũ tuorũ: ipsi sunt q se uolũt uideri amicos spõsi & non sunt: & cũ suos nõ illi⁹ greges pascere cura sit eis: hinc inde tm̃ insidiãtes, dicunt. Ecce hic est xp̃s: ecce illic est: uide licet ut multos seducãt & abducãt à xp̃i gregib⁹ & societ suis. Hoc pro literæ textu. Iã uerò spiritalẽ sensum q in ea latet: sub alio sermõis principio expectate: quicquid illud erit quod mihi inde uobis orantibus sua misericordia partiri dignabit sponsus ecclesiæ Iesus christus dominus noster: qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

Cant.1. Psal.24. Psal.22. Psal.26.

¶ *De his quæ semper sectanda sunt à mente deuota: & quid sit meridies: & de quatuor generibus tentationum semper euitandis.*

Sermo. XXXIIII. D

INdica mihi quẽ diligit anima mea ubi pascas, ubi cubes in meridie. Et ali⁹ quidam, Indica, inquit, mihi cur me ita iudices? Vbi non sanè sententiam causatur, sed scrutatur causam: erudiri flagellis petens, non eruí. Item alius precatur dicens. Vias tuas domine demonstra mihi: & semitas tuas edoce me. Quas dixerit uias uel semitas manifestat alibi. Deduxit me, inquiens, super semitas iustitiæ. Ergo tria ista anima curiosa dei non cessat inquirere iustitiam, & iudicium, & locum habitationis gloriæ sponsi: tanquã uiã in qua ambulet: cautelã qua ambulet: & ad quam ambulet mansionem, de qua mãsiõe sic habes in propheta. Vnã petii, inq, tã dño

Ioan.10. Psal.24. Psal.22. Psal.26.

hāc requirā:ut ínhabítē ín domo dñí omníbꝰ díebꝰ uítæ meæ. Et iterū, Dñe dílexi decorē domꝰ tuæ:& locū habíta P*ſal.*25. tionis gl̄iæ tuæ. Porrò de relíqs duobꝰ:íuſtítia & íudícíū, P*ſal.*88. aít, præparatío ſedís tuæ. Merito tría íſta mēs deuota req-rít, utpotè ſedē dei, & ſedís p̄parationē. Et pulchre ín ſponſæ p̄rogatíuā cōcurrūt pariter oía ad cōſummationē uír-tutū: ut de forma íuſtítiæ ſit formoſa: de íudícíorū notítía cauta: de deſidério p̄ſentíæ ſeu gloríæ ſponſi caſta. Talem prorſus decet eſſe ſponſam dñí pulchrā: eruditā & caſtam. Ergo petítío quā ultímā poſuí, íſtíus eſt locí. Petít ſiquidē ab eo quē dílígít aīa ſua índícarí ſíbí ubí paſcat, & ubí cu-bet ín merídíe. Et prīo aduerte quàm elegāter amorē ſpūs à carnís díſcernat affectu: dū dilectū exprímere magís ípſa affectíōe quàm noīe uolēs nō ſímplíciter quem dílígo: ſed ô, íngt, quē dílígít aīa mea: ſpūalem deſignās dilectionem. Deínde qdnā eā ín loco paſcuæ adeò delectet dílígēter at-tēde. Sed nec íllud p̄tereat te de hora meridiana: & q ís po-tíſſímum explorat locus: ín quo quí paſcít cubat ſímul: qd̄ eſt magnæ ſecuritatís índícíū. Arbítror eīm ob hoc additū cubat: q eo locí mínímè neceſſe ſit ſtare & uígílare ſup cu-ſtodíā gregís: qñ grex etiā cubāte paſtore & pauſante ſub umbrís líbere nihílomínꝰ díſcurrat ín paſcuís. Felix regío ín qua pro líbítu oues íngrediūtur & egrediunt: & nō eſt q exterreat. Quís míhí tríbuat uídere uos, mecꝫ. pariter ín Matt.18. montibus paſcí una cū íllís nonagíntanouē q̄ íllíc relictæ legūtur: cū paſtor earū dígnāter ad unā deſcendít q̄ erra-uerat: Secure proculdubío cubat p̄pe: quí & longe rece-dere mínímè dubítauít: ſcíens quia ín tuto eas relíquerat. Merito ſpōſa íllo ſuſpírat, merito īhíat loco paſcuæ ſímul & pacís: ſed quíetís, ſed ſecuritatís, ſed exultatiōís, ſed ad-míratiōís, ſed ſtuporís. Nā & me míſerū heu lōge agentē: & de lōge ſalutātē. En ípſa eiꝰ recordatío ad lachrymas p-P*ſal.*136. uocat: planè íuxta affectionē & uocē dícentū. Super flumí-na babylonís íllíc ſedímus & fleuímus: dū recordaremur tuí ſíon. C Líbet exclamare & me, cū ſponſa pariter & cū P*ſal.*147. p̄pheta. Lauda deū tuū ſion qñ cōfortauít ſeras portarū tuarū: bñdíxít fílíꝰ tuís ín te. Qui poſuít fines tuos pacē: & adípe frumēti ſatíat te. Quís nō íllíc uehemēter cupíat paſcí & p̄pter pacē & p̄pter adípē & p̄pter ſatíetatē? Ní-hil ibí formídaſ, níhíl faſtídíſ, níhíl deficít. Tuta habítatío paradíſus, dulce pabulū uerbū, opulētia multa nímís æter-nítas. Habeo & ego uerbū, ſed ī carne, & míhí apponítur ueritas, ſed ín ſacramēto. Angelus ex adípe frumēti ſagína tur, & nudo ſaturaſ grano: me oportet ītérim quodā ſacra-mēti cortíce eſſe cōtentū, carnís furfure, líteræ palea, uela-míne fídei. Et hæc talía ſunt q̄ guſtata afferūt mortē: ſi non de prímítꝰ ſpūs quātulūcūq; accípíāt cōdimētū. Prorſus 4.*Re.*4. mors míhí ín ōlla: níſí ex p̄phetæ farínula dulcoretur. De níq; abſq; ſpū & ſacramentū ad íudícíum ſumítur: & caro nō prodeſt quícquā: & lítera occídít: & fides mortua eſt. Sed ſpūs eſt q uíuíficat: ut uíuā ín eís. D At quantalíbet ſanè abūdantía ſpūs pínguēſcant íſta: non pari omníno ío cunditate ſumítur cortex ſacramenti & adeps frumenti: fi-des & ſpes: memoría & p̄ſentía: æternítas & tēpus: uultus & ſpeculū: ímago dei & forma ſeruí. Nempe ín omníbus hís fides locuples míhí: íntellectus paup. Nūqd uerò par ſapor íntellectuí fideíq; cum ſit ín meritum íſta: ílle ín præ-míum? Vídes ergo díſtare ínter pabula: quantum & ínter loca: & ſícut exaltant cælí à terra, íta habítātes ín eís bonís potioribus abūdare. Feſtínem? proínde fílíj feſtínem? ad locū tutiorē, ad paſtū ſuauíorem, ad uberíorem & fertílío-rem agrum. Feſtínemus ut habítemus ſine metu, abunde-mus ſine defectu, epulemur ſine faſtídío. Tu enim domíne ſabaoth quí cū tranquíllítate íudícas omnía: etíam cū ſe-curitate æque omnía ibí paſcís: ídēípſe & dominus exercí-Actu.7. tuum & paſtor ouíum. Ergo & paſcís & cubas pariter, ſed nō hic. Deníq; ſtabas cū è cælo proſpíceres unam ex tuís ouículis (ſtephanum loquor) à lupís círcundarí ſuper ter-ram. Et p̄pterea quæſo índica míhí ubí paſcas, ubí cubes ín merídíe, hoc eſt tota díe. Etením ílla merídies tota eſt P*ſal.*83. díes: & ípſa neſcíens ueſperam. Et ídeo melíor díes ílla in atrīs tuís ſuper mília: quía neſcít occaſum. At matutínum forſitan habuít, cum prímum uídelícet díes ſcíficatus íllu-xít nobís per uíſcera utiq; míſerícordíæ dei noſtrí: ín qb⁹ uíſítauít nos oriens ex alto. Verè tunc ſuſcepímus deus mí ſerícordíam tuā ín medio templí tuí: cū ín medio umbræ mortís, exortꝰ matutíní lux orta eſt nobís: & uídímus glo-ríam domíní. Quantí reges & prophetæ uoluerūt uídere & nō uíderūt: Quare: níſí qa nox erat, & necdū uenerat íl-lud expectatum mane cuí fuerat repromíſſa mīa: Vnde & orabat quís dícēs. Auditam fac míhí mane míſerícordíam P*ſal.*142. tuā: quía ín te ſperauí. B Fuít nāq; quædā huíus aurora dící: ex quo ſol íuſtítiæ per archangelū gabrielem nūcíatꝰ eſt terrís: & uírgo deū ín utero de ſpūſcto cōcepít & pepe-rít uírgo, ac deínceps quoad ín terrís uíſus eſt: & cū homí-nibus cōuerſatus eſt. Nā uſq; adeò per totum íd temporís lux puſílla & tanquam lux reuera auroræ appuít: ut díem eſſe ínterím apud homínes penè uníuerſítas ígnoraret. De níq; ſi cognouíſſent: nunquā dñm gloríæ crucifixíſſent. Et 1.*Cori.*2. utiq; ípſís paucís díſcípulís dícebatur. Adhuc modicū lu- Ioan. men ín uobís eſt: eo q aurora eſſet, & ínítium uel potíus ín-dícíū dící: dū ſol adhuc abſconderet radíos ſuos, & mínī-me eos ſpargeret ſuper terram. Paulus quoq; dícebat: qñ Roman.13. nox p̄ceſſít, dies aūt appropínquauít: ſígnificans eſſe tunc adhuc adeò modícum lumē ut propínquaſſe quàm uení-ſe díem dícere maluerít. Qñ autē hoc dícebat? Profectò qñ ſol reuerſus ab ínferís: íam ſe ad alta cælí ſuſtulerat. Quan-to magís cū adhuc ſímílítudo carnís pcti ínſtar denſæ nu-bís opíret aurorā: íuxta oēs nímírum noſtrí corpís paſſío-nes: íta ut neq; amara mors, nec crux probroſa defuerít. Quāto magís (inquā) tūc exígua tenuíſq; admodum lux fuít: & quæ de auroræ magís quàm de ſolís p̄díre p̄ſentía uídereſ? Erat ergo aurora: & ípa ſubobſcura ſatís: tota íllа chriſtí cōuerſatío ſuper terrā: uſq; dū occumbens & rur-ſum exorīēs: ſolarís ſuæ p̄ntíæ lumíne clarıorí fugauít au-rorā, & mane facto abſorpta eſt nox ín uíctoría. C Deníq; habes. Et ualde mane una ſabbatorū uenīunt ad mon- Mar.16. mentum orto íam ſole. An nō mane fuít quando ortus eſt ſol? Attulít aūt nouū de reſurrectiōe decorem: & ſereníorē ſolíto lucē: qñ etſi nouerámus eū ſm carnem, ſed nūc íam 2.*Cori.*5. non nouímus. Eſt ſcríptum ín propheta decorem índuit: P*ſal.*92. índuit fortítudínem et præcíngít ſe: q carnís ínfírma tam-quā nubíla quædā excuſſerít, ſtolam gloríæ índuens. Sanè extunc eleuatus eſt ſol, & ſenſím demū díffundens ſuos ra-díos ſuper terrā: cœpít paulatím ubíq; clarıor apparere, ſeruídíorq; ſentírí. Verum quātūlíbet íncaleſcat & íncale-ſcat: multíplícet & dílatet radíos ſuos ſuper oē huíus nr̄æ mortalítatís currículum (erít eīm nobíſcū uſq; ad conſum-matíonē ſeculī) nō tīm ad meridianū p̄ueníet lumen: nec ín íllа ſuí plenítudíne uídebítur modo: ín qua uídendus eſt poſtea: ab hís dūraxat quos hac uíſíone ípſe dígnabít. O uerè merídíes: plenítudo feruoris & lucís, ſolís ſtatío, um-brarū exterminatío, deſiccatío paludū, fœtorum depulſío. O perenne ſolſtítíū, quando íā nō índínabítur díes: ô lu-mē, meridianū: ô uernalís tēperíes: ô æſtíua uenuſtas: ô au-tūnalís ubertas: & (ne qd uídear prætermiſſe) ô quíes & ſe-riatío hyemalís? Aut certe ſi hoc magís probas ſola tunc hyems abíit & receſſít. Hūc locū (inquít) tantæ claritatís & pacís & plenítudínís índíca míhí: ut quēadmodum Ia- Gen.32. cob adhuc ín corpore manens uídít dñm facie ad faciem Num.12. & ſalua facta eſt anima eíus: uel certè ſícut Moyſes uídít eum non per figuras & enígmata ſeu per ſomnía, utí pro-phetæ alíj: ſed mō plane p̄cellentí atq; ínexperto cæterís ſí-bí noto & deo: uel ſícut Eſaías reuelatís oculís cordís uí-dít eum ſuper ſolíum excelſum & eleuatum: uel etíam quō paulus raptus ín paradíſum, audíuít uerba ineffabília: & 2.*Cori.*12. dñm ſuum Ieſum x̄pm uídít oculís ſuís: ita ego quoq; te ín lumíne tuo & ī decore tuo per mētís exceſſíum merear cō-tēplarí paſcentē uberíus, quieſcentem ſecurí? Nam & hic paſcís: ſed non ín ſaturitate. Nec cubare lícet: ſed ſtare & uígílare oportet propter tímores nocturnos. A Heu nec clara lux nec plena refectío, nec māſío tuta: & ídeò índíca

míhí ubí

Mat.2. mihi ubi pascas: ubi cubes in meridie. Beatam me dicis cum esurio & sitio iustitiã. Quid hoc ad illorũ felicitatẽ: ps.54. qui repleti sunt in bonis domus tuæ: qui epulant & exul- ps.79. tant in cõspectu dei: & delectantur in lætitia? Sed & si qd Mat.5. patior ꝓpter iustitiã: nihilominus beatam pronũcias. Et certe pasci ubi timeas pati, iocunditatẽ habet: sed non securitatem. Porrò, aũt pasci & pati simul: nónne molesta iocunditas est? Omnia mihi hic cedunt citra perfectũ, plura ps.15. præter uotũ: & tutũ nihil. Qñ adimplebis me lætitia cum ps.26. uultu tuo? Vultũ tuũ dñe requirã. Vultus tuus meridies est. Indica mihi ubi pascas, ubi cubes in meridie. Scio satis ubi pascas non cubans: indica mihi ubi pascas & cubes. Non ignoro ubi alijs temporibus pascere soleas: sed scire uelim ubi in meridie pascas. Nam in tẽpore quidem mortalitatis meæ: & in loco peregrinationis meæ consue ui sanè sub tua custodia pasci & pascere in lege & prophetis & psalmis de te: necnon in euangelicis pascuis, & apud apostolos similiter requieui: frequenter etiã de gestis sanctorum & uerbis & scripturis eorũ uictũ mihi atq; attinentibus mihi mendicaui ut potui: frequẽtius aũt (qñ is ma- ps.41. gis ad manũ fuit) manducaui panẽ doloris: & uinũ compunctionis bibi: & factæ sunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte: dum dicitur mihi quotidie ubi est deus tuus. ps.22. Nisi q̃ de mensa tua siquidẽ parasti in conspectu meo mẽsam aduersus eos qui tribulant me. De ipsa, inquam, tuæ quidẽ beneficio miserationis accipio: in quo utcũq; respiro quoties tristis est anima mea: & quoties conturbat me. Hæc pascua noui & frequẽtaui te secuta pastorẽ: sed indica quæso etiã quæ non noui. C Sunt qdẽ & alĩ pastores: qui dicunt se esse sodales tuos, & nõ sunt: habẽtes greges suos & fines suos pabulo mortis refertos: in qbus pascunt nec tecum nec per te: quorum utiq; terminos nõ intraui Mat.13. nec appropiaui eis. Ipsi sunt qui dicunt. Ecce hic est xps: ecce illic est: pmittentes sapiæ & scientiæ pascua uberiora, & credit eis: & cõfluunt ad eos multi: & faciunt eos filios gehẽnæ duplo quàm se. Cur hoc nisi quia non est ibi meridies & perspicua lux ut liqdo ueritas cognoscat: facilecq; pro ea recipit falsitas ꝓpter uersimilitudinẽ: quæ nõ facile in obscuro à uero discernit: præsertim qa aquæ furtiuæ Prou.9. dulciores sunt & panis absc̃ditus suauior? Et propterea Cañ.1. quæso ut indices mihi ubi pascas ubi cubes in meridie. i. in manifesto: ne seducta incipiam uagari post greges sodaliũ tuorũ: quẽadmodũ & ipsi uagi sunt: nulla stabiles certitudine ueritatis: semp discentes, & nũquã ad sciam ueritatis peruenientes. Hæc spõsa ꝓpter philosophorũ & hæreticorũ uaria & uana dogmata. Mihi uerò uidef nõ solum ꝓpterea: sed & ꝓpter dolos inuisibiliũ potestatũ: sicut sunt ps.10. seductorij spũs sedentes in insidijs: & parates sagittas suas in pharetra: ut sagittent in obscuro rectos corde. Propter hos, inquã, & maxime uidetur mihi illa meridies optanda etiã nobis: ut clara luce deprehendamus astutias diaboli: 2.Cor.11. atq; angelũ satanæ illũ qui se trãsfigurat in angelũ lucis, ab angelo nostro facillime discernamus. Nõ enim aliter ps.90. nos custodire sufficim⁹ ab icursu & dæmonio meridiano nisi in meridiano æque lumine. A Quod quidem dæmonium idcirco meridianũ dictum existimo: quia sunt aliqui de numero maligñorũ: qui cũ merito tenebrosæ obstinatæq; uoluntatis suæ nox & nox perpetua sint: diẽ tñ se ad fallendũ simulare uouerunt: nec modo diẽ, sed & meridiẽ: sicut eorũ princeps nõ cõtentus esse æqualis deo: etiã aduersat & extollit supra id quod dicit aut quod colit deus. Itaq; nisi cordi illius quẽ fortè aliquod istiusmodi dæmonium meridianũ tentandũ acceperit: oriens ex alto illuxerit uerus meridies: qui fallum conuincat & prodat: nõ poterit oĩno cauerí: sed tentabit & supplantabit sine dubio sub specie boni: pro bono scilicet malũ, incauto & improuido persuadens. Et tũc meridies, id est maior claritas apparet tentans: cũ quasi boni maioris imaginẽ pfert. Quoties (uerbi causa) suggessit anticipare uigilias: quo ad solẽnia fratrum illuderet dormitanti? Quoties produci iciunia ut diuinis obsequijs cò inutilẽ redderet: quò imbecillem? Quoties bene ꝓficientib⁹ in cœnobijs inuidẽs obtẽtu quasi maioris puritatis eremum petere persuasit: & cognouerunt miseri tandẽ quàm uerus sit sermo quẽ frustra Eccle.4. legerant: uæ soli: qñ si ceciderit nõ habet subleuatẽ. Quoties ad opus manuũ plus quàm opus fuerat incitauit: & fractũ uiribus cæteris regularibus exercitijs inualidũ reddidit? Quàm multis exercitationem corporis (quæ iuxta apl'm ad modicũ ualet) non modicam persuasit & pietate fraudauit? B Deniq; ipsi experti estis qũo quidam (ad uerecũdiã illoq; dico) qui ante inhiberi nõ poterãt, ita in spũ uehementi ad oĩa ferebant: post ad tantã ignauiam de- Gala.3. uenerunt: ut fm illud apl'i cũ spũ cœperint: nũc carne consumment: quàm turpe iniere fœdus cũ suis corporib⁹ qb⁹ crudele ante indixerant bellũ. Videas ꝓpudor iportune superflua q̃rere: qui prius necessaria obstinatissime recusabant. Quãquã si q in sua fortè inuicti obstinatione pdurãt indiscretius abstinẽtes: & singularitate notabili cõturbãtes eos cũ qb⁹ habitare debẽt unius moris in domo: haud scio sanè an se existiment pietatẽ retinere: cum hmõi mihi uideant & lõgius abiecisse. Nã qui sapiẽtes in oculis suis decreuerũt apud se nec cõsilio acquiescere nec præcepto: uideant qd respõdeant nõ mihi, sed dicẽti: qñ quasi pctm̃ hariolãdi est repugnare: & quasi scel⁹ idololatriæ nolle ac 1.Reg.15. quiescere. Præmiserat aũt: qa melior est obedientia quàm ibidem. uictima: & auscultare magis quàm offerre adipẽ arietum, id est abstinẽtiã cõtumaciũ. Vnde dñs ꝓpphetã. Nũquid ps.149. manducabo ait carnes taurorum aut sanguinẽ hircorum potabo? Significans mínime sibi accepta fore seruitia superborũ uel immũdorũ. C Sed sanè uereor ne dãnates superstitiosos uideamur frena laxare gulosis: & audiant illi ad periculũ sui qd ad remediũ his dicit. Quãobrẽ audite utraq; pars: quatuor esse tentationũ genera: & ipsa nobis ita ꝓphetico sermone describi. Scuto, inquit, circũdabit ps.90. te ueritas eius: nõ timebis à timore nocturno: à sagitta uolante in die, à negotio perãbulante in tenebris: ab incursu & dæmonio meridiano. Attẽdite nihilominus & uos alij: quod oĩb⁹ spero profuturũ. Illud oẽs in nobis sentimus & sensimus q cõuersi sum⁹ ad dñm qd' sancta scriptura dicit. Fili accedens ad seruitutẽ dei: sta in timore: & præpara Eccli. aiam tuã ad tẽtationẽ. Itaq; primordia nostræ conuersionis (iuxta cõis qdẽ experietiæ rõnem) primus exagitat timor: quẽ intrãtibus statim horror uitæ ingerit artioris: & insueta austeritas disciplinæ. At is timor nocturnus dicit, uel quia nox in scripturis designare solet aduersa: uel qm̃ ꝓpter qd' aduersa pati aggredimur, id nõ dũ reuelatũ est. Si enim̃ dies ille luceret in cui⁹ lumine pariter & labores & pmia uiderem⁹: timor oĩno quorũuis laborũ nullus esset præ desiderio præmiorũ: dũ clara luce appareret: qm̃ nõ Roma.8. sunt cõdignæ passiones huius tpis ad futurã gloriã quæ reuelabit in nobis. Nũc uerò qm̃ absc̃dita sunt ab oculis nostris, & nox est interim in hac parte: tentamur nimirũ à timore nocturno: & pro bonis quæ nõ uidemus: formidamus quæ impræsentiarũ sunt aduersa tolerare. Vigilãdũ proinde & orãdũ primo intrãtibus cõtra hãc primã tẽtationẽ: ne subito præoccupati à pusillanimitate spũs & tẽpestate: à bono cœpto (qd' abfit) resiliant. A Superata autẽ hac tẽtatione: armemus nos nihilominus & aduersus hominum laudes: quæ de laudabili potissimũ uita sumũt materiã. Alioquin patebimus uulneri à sagitta uolãte in die: quæ est inanis gloria. Fama siqdẽ uolat: & ideò in die: qa ex operib⁹ lucis. Si hæc exuffiat tãquã inanis aura: restat ut solidius aliqd afferat de diuitijs & honoribus seculi: si fortè qui non curat laudes: appetat dignitates. Et uide si non hic ordo tentandi seruatus est in dño nostro: cui post suggestũ ad solã uanitatẽ præcipitiũ: ostẽsa sunt oĩa regna Mat.4. mundi atq; oblata. Tu ergo exemplo dñi & ista renue. Aliter necesse est circumueniri te à negotio perambulante in ps.90. tenebris: quod est hypocrisis. Etenim ista de ambitione descendit: & in tenebris habitatio eius: qppe absc̃dit qd' est: & quod nõ est mẽtitur. Negotiat aũt omni tpe: formã retinens pietatis ad sese occultandũ: uirtutem autem eius

Universidad de Deusto
Biblioteca

nendícans & emens honores. B Postrema tentatio est dæmonium meridianum, q̃ soleat maxime insidiari perfectis: qui uidelicet tanquã uiri uirtutum oĩa superauerint: uoluptates, fauores, honores. Quid enim iam supersit ei qui tẽtat in quo possit pugnare palam aduersus huiusmodi? Venit, inde occultus qui manifestus nõ audet, & quẽ satis expertus est apertũ omne horrere malũ: falso bono supplãtare molit. Qui aũt dicere possunt cũ apl'o. Nõ enĩ ignoramus astutias eius: quò plus proficiunt: eò magis solliciti sunt cauere à laqueo isto. Hinc est q̃ Maria angelica salutatione turbatur: dolũ (nisi fallor) suspicans. Et Iosue non prius amicũ angelũ suscipit, quàm esse amicum uouerit. Deniq; scisciatur suusne sit an aduersariorum: tanquam qui expertus sit dæmonij meridiani uersutias. Apostoli quoq; aliqñ cum laborarent in remigãdo uento aduersante & iactante nauiculã, uidẽtes dñm ambulantẽ supra mare, & putãtes esse fantasma: ita ut clamarent præ timore: nónne apertã meridiani suspicionẽ dæmonij præ-
Mar. 6. tenderũt? Et recordamini scripturæ dicẽtis: quia quarta uigilia noctis uenit ad eos ambulans supra mare. C Quarto igitur, id est supremo demũ loco hæc tẽtatio formidetur, & quò se in summo stare quis uiderit: eò sibi uigilantius ab incursu, & dæmonio meridiano cauendum intelligat. Porrò discipulis uerus se manifestauit meridies
Matt. 28. in eo q̃ audierunt, ego sum nolite timere, & falsi suspicio ab eis depulsa est. Vtinam & nobis quoties palliata falsitas molitur irrepere: emittat lucem suam, & ueritatem suã ad pdendã illã oriẽs ex alto uerus meridies, & diuidat lucẽ à tenebris: ut nõ notemur à ppheta tanquã ponẽtes lucẽ tenebras & tenebras lucẽ. D Adhuc nisi tædio fuerit longitudo sermonis, has quatuor tentationes tẽtabo suo ordine assignare ipsi corpori xpi, quod est ecclesia. Et ecce quàm breuius possum percurro. Videte primitiuã ecclesiã: si nõ primo peruasa est acriter nimis à timore nocturno. Erat enim nox qñ oĩs qui interficeret sanctos arbitrabat obsequiũ se præstare deo. Hac aũt tentatione deuicta & sedata tẽpestate: inclyta facta est, & iuxta pmissionem ad se factã in breui posita in superbiã seculoꝝ. Et dolens inimicus q̃ frustratus esset à timore nocturno: conuertit se callide ad sagittã uolantẽ in die, & uulnerauit in
ps. 143. ea quosdam de ecclesia. Et surrexerunt hoĩes uani, cupidi gloriæ, & noluerũt sibi facere nomen, & exeũtes de ecclesia diu eandẽ matrẽ suã afflixerũt in diuersis & peruersis dogmatib9. Sed hæc quoq; pestis depulsa est in sapientia sanctoꝝ, sicut & pria in patiẽtia martyrũ. En tempora ista libera quidẽ deo miserãte ab utraq; illa malitia, sed planè fœda à negotio perambulãte in tenebris. Væ generatiõi huic à fermento pharisæorũ quod est hypocrisis: si tñ hypocrisis dici debet: quæ iam latere præ abũdãtia non ualet, & præ impudẽtia non quærit. Serpit hodie putida tabes per oñe corpus ecclesiæ, & quò latius, eò desperati9: eoq; periculosius, quo interius. A Nam si insurgeret apertus inimicus hæreticus, mitteretur foras & arescceret, si uiolent9 inimic9, abscõderet se forsitan ab eo. Nũc uerò quẽ eĩciet: aut à quo abscondet se? Oẽs amici, & oẽs inimici, oẽs necessarij, & oẽs aduersarij, oñes domestici, & nulli pacifici: oẽs proximi, & oẽs quæ sua sunt quærẽtes. Ministri xpi sunt, & seruiũt antichristo. Honorati incedunt de bonis dñi: qui dño honorẽ nõ deferũt. Inde is quẽ quotidie uides meretricius nitor: histrionicus habitus: regius apparatus: inde aurum in frænis: in sellis & calcaribus, & plus calcaria quàm altaria fulgent. Inde splendidæ mensæ & cibis, & scyphis, inde cõmessationes & ebrietates, inde citharæ, & lyræ, & tibia, inde redundantia torcularia, & promptuaria plena eructantia ex hoc in illud. Inde dolia pigmẽtaria: inde referta marsupia. Pro hmõi uolunt esse, & sunt ecclesiarum præpositi, decani, archidiaconi, epi, archiepi. Nec eĩ hæc merito cedunt: sed negotio illi qd perambulat in tenebris. Olim prædictũ est, & nunc tẽpus
Esa. 38. impletionis aduenit. Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Amara prius: in nece martyrum: amarior post in conflictu hæreticorũ: amarissima nũc in moribus domestiorum. Non fugare, non fugere eos potest, ita inualuerũt, *ps. 39.* & multiplicati sunt super numerũ. Intestina & insanabilis est plaga ecclesiæ, & ideo in pace amaritudo eius amarissima. Sed in qua pace: Et pax est & nõ est pax. Pax à paganis: & pax ab hæreticis: sed non profectò à filijs. Vox plangentis in tempore isto. Filios enutriui & exaltaui, ipsi aũt spreuerũt me. Spreuerunt & maculauerũt me à turpi *Esaie 1.* uita: à turpi quæstu: à turpi commercio: à negotio deniq; perambulante in tenebris. Supersit ut iam de medio fiat *ps. 90.* dæmoniũ meridianũ ad seducendos si qui in xpo residui sunt adhuc permanẽtes in simplicitate sua. Siquidem absorbuit fluuios sapientiũ & torrẽtes potentiũ, & habet fi- *Iob. 40.* ducia ut Iordanis influat in os eius. i. simplices & humiles qui sunt in ecclesia. Ipe enim est antichristus, qui se nõ solũ dicẽ: sed & meridiẽ mentiet, & extollet supra id quod dicit aut quod colitur deus: quẽ dñs Iesus interficiet spũ oris sui, & destruet illustratione aduẽtus sui: utpotè uerus & æternus meridies, spõsus & aduocatus ecclesiæ: qui est super oĩa deus benedictus in secula. Amen.

¶ *Sermo. XXX IIII. in quo tractatur de humilitate & patientia.* C

Cãt. 1. SI ignoras te ô pulchra inter mulieres: egredere & abi post greges sodalium tuorũ: & pasce hœdos tuos iuxta tabernacula pastorũ. Olim sanctus Moyses qñ multũ præsumebat de gratia & familiaritate quam inuenerat apud deum: aspirabat ad quandam uisionem magnam: ita ut diceret deo. *Si inueni gratiã ĩ oculis tuis: ostẽde mihi teip̃m.* Accepit autem pro ea uisionẽ longe inferiorẽ: ex qua tñ ad ipsam quam uolebat posset aliqñ peruenire. Filij quoq; Zebedæi in simplicitate cordis sui ambulãtes: magnũ aliqd & ipsi ausi sunt: sed ad gradũ nihilominus sunt reducti per quẽ fuerat ascẽdẽdũ. Ita & modo spõsa qñ rẽ grandẽ postulare uidetur: reprimit sanè austeriori responsione: sed planè utili & fideli. Oportet nãq; hũiliter sentire de se nitentẽ ad altiora, ne dũ supra se attollit: cadat à se: nisi in se firmiter per ueram humilitatẽ fuerit solidat9. Et quia nisi humilitatis merito maxima minime obtinent: pterea q̃ pudendus est correptione humiliat: humilitate meret. D Tu ergo cum te humiliari uideris: habeto id signum in bonũ: omo argumẽtũ gratiæ ppinquãtis. Nã sicut ante ruinam exaltatur cor: ita ante exaltationẽ humiliat. Sanè utrũq; legis: deũ *Luc. 4.* scilicet & superbis resistere, & hũilib9 dare gratiam. Nõme deniq; seruũ suũ Iob cũ post insignẽ triũphũ tantã & tam pbatã ipsi9 patiẽtiã larga remunerãdã benedictione censeret: prius in multis & districtis percussatiõibus humiliare curauit, & sic parare uiã bñdictioni. At parum est cũ per seipsum humiliat nos de9 si tũc libẽter accipimus, nisi qñ & per aliũ hoc facit, sapiam9 simil'r. Quãobrẽ accipite hui9 rei mirabile documẽtũ de sancto Dauid. Aliqñ male dictũ est illi, & à seruo. At ille nec cumulatã iniuriã sensit: *2. Reg. 16.* quia præsensit gratiã. Quid mihi, ait, & uobis filij saruiæ? Ouere hoiem fm cor dei, q̃ se ulciscenti pori9 quàm exprobrãti succẽsendũ putauit. Vnde & secura cõscientia loquebatur. Si reddidi retribuẽtibus mihi mala: decidã merito ab inimicis meis inanis. Vetuit ergo phiberi maledicum *ps. 7.* cõuiciantẽ: quæstũ æstimãs maledicta. Et addit. Dñs misit illũ ad maledicẽdũ Dauid. Prorsus fm cor dei: q̃ de corde dei ferebat fiam. Sæuiebat lingua maledica, & ille intendebat qd in occulto ageret de9. Vox maledicentis in auribus, & anim9 inclinabat se ad bñdictionẽ. Nũquid in ore blasphemi deus? Absit. Sed eò usus est ad humilandũ Dauid. Nec latuit pphetã: q̃ppe cui incerta & occulta sapiæ suæ manifestauerat deus, & ideo dicit. Bonũ mihi q̃ humi- *ps. 118.* liasti me, ut discã iustificationes tuas. B Vides quia humilitas iustificat nos? Humilitas dixi, & non humiliatio. Quãti humiliant & humiles nõ sunt? Alij cum rãcore humiliant. Alij patiẽter: & alij libenter. Primi rei sunt: sequentes imoxij: ultimi iusti. Quãquã & innocẽtia portio iustitiæ est: sed cõsummatio eius apud humilẽ. Qui aũt dicere

potest:

poteſt: bonum mihi: quia humiliaſti me: ſis uerè humilis
eſt. Non poteſt hoc dicere qui inuitus tolerat: minus qui
murmurat. Neutri horū ꝓmittimus gratiā ꝙ humiliaſ, &
ſi ſanè lōge hi duo à ſe differāt, & alter quidē in patientia
ſua poſſideat aiam ſuam: alter in ſuo murmure pereat. Sed
enim & ſi unus iram: neuter tñ gratiā promeretur: qñ nō
Luc.4. humiliatis ſed humilib⁹ deus dat gratiam. Eſt aūt humi-
lis qui humiliationē cōuertit in humilitatē, & ipſe eſt q di
ps.118. cit deo. Bonū mihi ꝙ humiliaſti me. Nemini prorſus qđ
2.Cor.9. patiēter fert bonum eſt: ſed planè moleſtū. Scimus autē ꝙ
Matt.6. hilarē datorē diligit deus. Vnde & cū ieiunam⁹ iubemur
caput noſtrū ungere oleo, & faciē lauare: ut noſtrum ſcili-
cet opus bonū ſpiritali quodā gaudio cōdiatur: & holo-
cauſtū noſtrū pingue fiat. Etenim ſola gratiam quā præfert
mercē læta & abſoluta hūilitas. Quæ eñ coacta fuerit uel
extorta: qualis utiq; eſt in uiro patiente illo q poſſidet ani
mam ſuā: hæc, inquā, humilitas, etſi uitā obtinet propter
Luc.1. patientiā: ꝓpter triſtitiā tñ gratiā nō habebit. Nō eñ cō-
gruit ei q eiuſmodi eſt illud ſcripturæ. Gloriet humilis in
exaltatione ſua: qñ nō ſponte humiliat neq; libenter. Vis
aūt uidere humilē recte gloriātē, & uere dignum gloria-
2.Cor.12. Libēter, inquit, gloriabor in infirmitatibus meis: ut inha
bitet in me uirtus xpi. Non dicit patienter ſe ferre infirmi
tates ſuas: ſed & gloriari & libenter gloriari in illis: ꝓbās
etiā ſibi bonū eſſe ꝙ humiliaſ: nec ſufficere oīno ut poſſi-
deat aiam ſuā tanquā patiēter humiliatus: niſi & gratiam
accipiat tanquā ſponte humiliatus. Generalem uerò hinc
Matth.23 audi regulā. D Oīs qui ſe humiliat, ait, exaltabit. Signi-
ficat ꝓfectò nō oēm exaltandā eſſe humilitatē: ſed eam tñ
quæ de uolūtate uenit: non ex triſtitia, nec ex neceſſitate.
Nec eñ per cōtrariū oīs qui exaltaſ humiliandus erit, ſed
tantū qui ſe exaltat humiliabit: nimirū ob uolūtariam ua
nitatē. Ita ergo non q humiliaſ, ſed qui ſponte ſe humiliat
exaltabit: utiq; ob meritū uoluntatis. Eſto eñ ꝙ humilita-
tis materia per alium miniſtraſ: uerbi gra: probra, dāna,
ſupplicia, nō tamē idcirco recte ab alio quàm à ſemetipſo
humiliatus ille dicet: qui illa oīa tacita & læta cōſcientia,
cauſa dei ſubeūda decreuerit. Sed quo ꝓgredimur? patiē-
ter ut ſentio ſuſtinetis exceſſum in uerbo de humilitate &
patiētia: ſed reuertamur ad locum de quo digreſſi ſumus.
Id nāq; incidit nobis ex occaſione reſponſi: quo grandia
præſumentē ſpōſam reprimēdā cenſuit ſpōſus, & non ad
inſipientiā illi: ſed ut ſanè ex eo ꝓbabilioris & maioris hu-
militatis daret occaſio, per quā dignior potior⁊ atq; corū
ipſorum quæ petebat capacior efficeret. Verūtamen quia
adhuc in ianuis ſumus præſentis capituli, diſcuſſionis ei⁹
initiū principio ſi placet ſermonis alterius ordiamur, præ-
ſertim ne uerba ſpōſi uel recēſeant cū tædio, uel audiant.
Quod ipſe auertat à ſeruis ſuis Ieſus xps dñs noſter: qui
eſt ſuper oīa deus benedictus in ſecula. Amen.

¶ *De increpatione dura quam facit ſponſus ad ſpon-
ſam: & de duplici ignorantia nimium pauenda
& fugienda.* Sermo XXXV.

Cañ.1. SI te, inquit, ignoras egredere. Dura & aſpera in
crepatio ꝙ dicit egredere. Hoc quippe uerbū
ſeruí audire ſolent à ualde iraſcētib⁹ & indignā
tibus dñis: uel ancillæ à dñabus ſuis: cū grauí-
ter illas offenderint. Exi hinc: exi à me: egredere à cōſpe
ctu meo, & à domo iſta. Hoc ergo uerbo aſpero atq; ama-
ro ſatis nimiūq; increpatorio utitur modo ſponſus cōtra
dilectā: ſub cōditione tñ ſi ſeipſam ignorauerit. Nil quip-
pe ualidius efficaciūue ad terrendū potuit in eā intende
re: quàm ut egredi minaret. Quod & tu aduertere potes,
ſi bene attēdas: unde quo egredi iubeatur. Vnde eñ quo
putas niſi de ſpiritu ad carnem: de bonis animi ad ſecula-
ria deſideria, de interna requie mentis ad mundi ſtrepitū,
& inquietudinē curarū exteriorū? In qbus oībus non eſt
niſi labor & dolor: atq; afflictio ſpūs. Quæ eñ aīa ſemel à
dño didicit, & accepit intrare ad ſeipſam: & ī intimis ſuis
dei præſentiā ſuſpirare & quærere faciē eius ſemper (ſpí-
ritus eſt enim deus, & qui quærūt eum oportet eos in ſpí-
ritu ambulare & non in carne ut ſm carnem uiuant) talis
inquā aia neſcio an uel ipſam gehennam ad tempus expe
riri horribilius pœnalíusue ducat: quàm poſt ſpūalis ſtu-
dij huius guſtatam ſemel ſuauitatem exire denuo ad illece
bras uel potius ad moleſtias carnis, ſenſuūq; inexplebilē
repetere curioſitatē: dicēre Eccleſiaſte. Oculus nō impleť Eccls.1.
uiſu, nec auris auditu. Audi enim hoiem expertū quæ lo-
quimur. Bonus es, inquit, dñe ſperantibus in te: aiæ quæ- ps.118.
renti te. Ab hoc bono ſi quis auertere ſanctam illā animā
conaretur: puto haud ſecus accepiſſet quàm ſi ſe de para-
diſo, & ab ipſo introitu gloriæ conſpiceret deturbari. Au
di adhuc & aliū ſimilē huic. Tibi dixi cor meū, ait, exquſi ps.28.
uit te facies mea: faciem tuam dñe requiram. Vnde & dice
bat. Mihi autem adhærere deo bonū eſt. Et item loquens ps.72.
ad animam ſuam dicit. Conuertere anima mea in requiem ps.114.
tuam: quia dñs benefecit tibi. C Dico ergo uobis: nihil
eſt quod intantū formidet quiſquis hoc beneficium ſemel
accepit: quàm ne gratia derelictus neceſſe habeat denuo
egredi ad carnis cōſolationes: imo deſolatiōes, rut ſumq;
carnalium ſenſuum ſuſtinere tumultus. Terribilis, proin-
de & nimis formidoloſa cōminatio: egredere & paſce hœ
dos tuos. Quod eſt: indignam te noueris illa tua familia-
ri & ſuaui rerum contemplatione cæleſtiū: intelligibiliū:
diuinarū. Quāobrem egredere de ſanctuario meo corde 2.Par.26
tuo: ubi ſecretos ſacroſq; ueritatis ac ſapientiæ ſenſus dul
citer haurire ſolebas, & magis tanquā una de ſecularibus
paſcendis & oblectandis tuæ carnis ſenſib⁹ intricare Hœ
dos quippe (qui peccatū ſignificant: & in iudicio collocā
di ſunt à ſiniſtris) dicit uagos & petulantes corporis ſen-
ſus: per quos peccatum tanquam mors per feneſtras intra
uit ad animam. Cui & bene cōgruit quod ſequitur in ſcri
ptura, iuxta tabernacula paſtorum. Non enim ſupra ſicut Cañ.1.
agni: ſed iuxta tabernacula paſtorum hœdi paſcūtur. Pa-
ſtores ſiquidem qui ueri paſtores ſunt: licet tabernacula
habeant de terra & in terra: corpora uidelicet ſua: his die
bus quibus nunc militant: non tamen de terra ſed de cæle
ſtibus paſcuis greges dominicos paſcere conſueuerunt,
neq; enim ſuam eis: ſed domini prædicant uoluntatē. At
hœdi (qui ſunt corporis ſenſus) cæleſtia nō requirūt: ſed
iuxta tabernacula paſtorum in omnibus uidelicet bonis
ſenſibilibus huius mundi (quæ eſt regio coporū) ſumunt
unde ſua deſideria non tam ſatiēt quàm irritent. A Tur
pis mutatio ſtudiorū: ut cui ante ſtudij fuerat peregrinan
tem & exulem animā ſuam ſacris meditationibus tanquā
cæleſtibus paſcere bonis: dei beneplacitū & myſteria uo-
luntatis eius ingrere: penetrare deuotione cælos, & mēte
ſupernas circuire manſiones: ſalutare patres atq; apoſto-
los & choros prophetarū: martyrūq; admirari triūphos:
ac ſtupere pulcherrimos ordines angelorum: nunc oībus
his omiſſis, turpi ſe mancipet corporis ſeruitutí ad obe-
diendū carni: ad ſatisfaciendum uentri & gulæ: ad mendi
candum in uniuerſa terra: unde ex ea quæ præterit mundi
huius figura: ſuā ſemper famelicā curioſitatē aliquatenus
cōſoletur. Exitus aquarū deducant oculi mei ſuper hmōi ps.118.
animā: quæ cum nutriret in croccis, demum amplexaſ ſter
cora. Paſcit enim iuxta beati uiri ſniam: ſterilem quæ non
habebat filios, & uiduæ non benefacit. Et uide quia non
ſimpliciter egredere: ſed egredere, inquit, & abi poſt gre- Cañ.1.
ges ſodaliū tuorū, & paſce hœdos tuos. In quo (ut mihi
uidetur) magnæ cuiuſdam rei nos admonet: quid iſtud?
Heu ꝙ egregia creatura iam olim facta de grege, & nunc
in peius miſerabiliter proruens: nō ſaltē inter greges re-
manere permittitur: ſed poſt abire iubetur. Qñ inquis?
Quomodo legis? Homo cū in honore eſſet nō intellexit: ps.48.
comparatus eſt iumentis inſipientibus: & ſimilis factus eſt
illis. Ecce quomodo de grege facta eſt egregia creatura.
Puto dicerēt iumēta ſi loqui fas eſſet. Ecce Adam fact⁹ eſt
quaſi unus ex nobis. Cum in honore eſſet, inquit. In quo
honore quæris? Habitabat in paradiſo, & in loco uolu-
ptatis conuerſatio eius: nihil moleſtiæ, nihil indigentiæ
ſentiebat, & odoriferis ſtipatus malis: fulcitus floribus:

Universidad de Deusto Biblioteca

gloria & honore coronatus,& constitutus super opa manuum plasmatoris. Magis autem ob insigne diuinæ similitudinis præcellebat,& erat illi sors & societas cū plebe angelorū,& cū omni militia cælestis exercitus. C Sed mutauit istā gloriā dei in similitudinē uituli comedentis fœnū. Inde est q panis angelorū factus est fœnū positum in præsepio: appositum nobis tanquā iumētis, uerbū qpe caro factū est,& iuxta pphetā ois caro fœnū. At fœnū Esaiæ, 11. istud minime desiccatū est: nec ex eo cecidit flos, quia requieuit super ipsum spūs dñi. Propter hoc nāq; aliquando finis uenit uniuersæ carnis: quia spūs recesserat uitæ. Denicq; ait. Non permanebit spūs meus in hoīe in æternū: quia caro est. Carnis noīe hoc loco uitiū designari intelligi: non naturam. Nec eīm spīm natura expungit sed uitiū. Propter uitiū ergo ois caro fœnū,& ois gloria eius tāquā Esa. 40. flos fœni. Exiccatū est, inquit, fœnū & cecidit flos: sed nō ille flos q de uirga & radice iesse ascēdit: eō q requieuit sup eum spūs dñi. Nec illud fœnū quod uerbum factum est: p Ibidem. eo q sequitur in propheta. Verbū aūt dñi manet in æternum. Si eīm fœnū uerbū,& uerbū in æternū manet, fœnū quoq; necesse est maneat i æternū. Alioqn quō uitam præbet æternam si ipsum minime manet in æternum? Ait eīm. Ioan. 6. Si quis māducauerit ex hoc pane, uiuet in æternū. Et quē Ibidem. panē dicat, aperit cum subiungit. Et panis quē ego dabo: caro mea est pro mūdi uita. Quō ergo æternū nō est quo ps. 15. æternaliter uiuit? Sed recole nūc mecū uocē filij ad patrē loquentis in psalmo. Non dabis, inquit, sanctū tuū uidere corruptionē. Haud dubium quin de corpore dicat quod in sepulchro iacebat exanime. Hoc enim sanctū & angel⁹ qui nūciauit uirgini locut⁹ est dicēs,& quod nascet ex te sanctū, uocabit filius dei. Quo ergo pacto sanctum fœnum poterat uidere corruptionē, quod de incorrupti uteri perpetuo uirore uernātib⁹ pascuis ortū: etiā auides angelorum in se figere possit obtut⁹: insatiabiliter oblectādos? D Perdat sanè fœnū uiriditatē, si Naria uirginitatem amiserit. Ergo cibus hois mutauit se in pabulum pecoris: hoīe mutato i pecus. Heu tristis & lachrymosa mutatio: ut homo paradisi accola, terræ dñs: cæli ciuis: domesticus domini sabaoth, frater beatorum spirituū,& cælestiū cohæres uirtutū: repentina se cōuersione inuenerit,& propter infirmitatē iacentē in stabulo,& propter pecorinam similitudinē indigētē fœno,& propter indomitā feritatem alligatū præsepio: sicut scriptū est. In chamo & fræno maxillas eorū cōstringe: qui nō approximāt ad te. Agnosce tū ps. 31, ô bos possessore tuū,& ô tu asine præsepe dñi tui: ut pro Esaiæ. 1. phetæ dei fideles inueniantur qui ista sunt dei mirabilia prælocuti. Cognosce pecus quem non cognouisti homo. Adora in stabulo quē fugiebas in paradiso. Honora præsepiū cuius cōtēpsisti imperiū. Comede fœnū quē panem: & panē angelicū fastidisti. B Sed quænā causa, inquis, tantæ delectionis? Profectò q homo cum in honore esset non intellexit. Quid non intellexit? Non dicit. Non dicamus. Positus in honore non intellexit q limus esset, honoris fastigio delectatus,& continuo in se expertus est q tāto post tempore homo de filijs captiuitatis & prudenter aduertit,& ueraciter protulit dicēs. Qui se putat aliquid esse cum nihil sit, ipse se seducit. Væ misero q non fuit qui iam tunc diceret ei. Quid superbis terra & cinis? Hinc ægregia creatura gregi admixta est: hinc bestiali similitudine dei similitudo mutata est: hinc societas cum iumentis proconsortio angelorum inita est. Vides quàm sit fugiēda nobis hæc ignorātia: de qua tot milia malorum uniuerso nostro generi prouenerunt? Ait enim propheta hominē iu- ps. 48. mentis insipientibus comparatum: quia nō intellexit. Cauenda proinde oīmodis ignorātia: ne fortè si adhuc sine intellectu,& post uexationē inuēti fuerimus: multo plura & grauiora prioribus mala inueniāt nos: dicaturq; de nobis. Curauimus babylonē & nō est sanata. Merito quidē Hiere. 51. q nec uexatio dederit intellectū auditui. C Et uide ne fortè etiā hic sponsus cum dilectam ab ignorātia tanto increpationis tonitruo deterreret, propterea minime dixerit, egredere cum gregibus, aut egredere ad greges, sed egredere ait post greges sodalium tuorum. Vt quid hoc? Sanè ut secūdā proinde ignorantiā priore magis pudendā pudendāq; ostenderet: q illa hoiem bestijs parem fecisset, ista & posteriorē. Nam homines quidē merito ignorātiæ ignorati, id est reprobati,& ad tremēdum illud iudicium stare,& igni perpetuo tradi habēt, nō autem & pecudes. Nec dubium fore deterius his qui sic erūt, quàm his quæ omnimodo nō erūt. Melius ei fuerat, inquit, si natus non Mar. 14. fuisset homo ille. Non utiq; si natus non fuisset omnino: sed si nat⁹ nō fuisset homo: sed uerbi gratia: aut pecus aut alia quæpiam creatura: quæ qm̄ iudicium nō haberet, ad iudicium nō ueniret: ac per hoc nec ad supplicium. Sciat ergo anima rationalis quæ se ob priorem ignorantiam erubescit pecudes habere sodales in perfruendis utiq; bonis terræ: nō etiam similiter socias habituram in perferendis tormentis gehennæ,& tum demum etiam ab ipsis gregibus suorum sodalium iumentorū cum dedecore exturbādam, nec iam uel cum ipsis ituram, sed planè post, quando illis nihil mali sentientibus, ipsa malis oībus exponetur. A quibus non liberabitur in æternū: si quidē secūdo ignorare adiecerit. Egreditur itaq; homo & solitari⁹ abijt post greges sodaliū suorum, cum solus in inferno inferiori retruditur. An non tibi posteriorē uidetur tenere locum: q ligatis manibus & pedibus proijcitur in tenebras exteriores? Et erunt, pfectò nouissima hominis illius peiora prio- Luce. 11. ribus, quādo qui prius bestijs æquabatur, nūc & postponitur. Puto q & in præsenti uita si bene aduertas, posteriorem ire pecoribus hominē iudicabis. An non siquidē tibi uidet ipsis bestijs quodammodo bestialior esse homo ratione uigens,& ratione nō uiuens? Nam pecus quidē si se ratione non regat: excusationē habet à natura, à qua hoc ei penitus munus negatum est, non habet homo, cui ab ipsa speciali prærogatiua donatū est. A Merito proinde ecipso censetur homo egredi,& post ire gregalibus animantibus, q solum hoc animal conuersatione degeneri iura naturæ transgrediens: rationis compos: rationis expertia moribus & affectibus imitatur. Conuincitur ergo ire post greges homo,& nunc quidem deprauatione naturæ: postmodum autē & extremitate pœnæ. Ecce sic maledicetur homo qui ignorantiam dei habere inuētus fuerit. Dei dicam an suis? Vtrumq; sine dubio, utraq; ignorantia damnabilis est: utralibet sufficit ad perditionē. Vis scire quia ita est? Sed de dei minime dubitas: si tamen cōstat tibi nō aliā uitā esse æternā, quàm ut patrē cognoscas deū uerum,& quē misit iesum xp̄m. Audi ergo sponsum liquido: & aperte in anima etiam aīæ ignorantiā condēnantē. Quid enim dicit? Non utiq; si deum: sed si ignoras te, in- 1. Cor. 14 quit &c. Patet ergo quia ignorans ignorabit: siue se, siue deum ignorare contingat. De qua utraq; ignorantia erit nobis (si tamen deus manum apponat) utilis admodum disputatio. Non modo tamen, ne fatigati, & nō præmissa ex more oratione: aut ego minus diligēter rem necessariā prosequar, aut uos minus attente, quæ non nisi magno suscipienda sunt desiderio audiatis. Etenim si corporis cib⁹ cum absq; appetitu,& satiatus illum sumis: non modo nō pdest, sed & nocet plurimū: multo magis panis animæ cū fastidio sumptus: non scientiæ nutrimentum: sed magis tormentum conscientiæ importabit. Quod à nobis auertat sponsus ecclesiæ iesus christus dñs noster: qui est sup oia deus benedictus in secula. Amen.

¶ *Quòd scientia literarum sit bona ad instruendum: sed scientia propriæ infirmitatis sit utilior ad salutem* Sermo XXXVI. C

NEgo meæ pmissioni: en ego desiderijs uestris: en ego etiam deo pro debito famulatu triplici ut uidetis ratione urgeor ad loquendum: pacti ueritate: charitate fraterna: timore domini. Si tacuero: os meum condemnabit me. Quid si loquar? Pro- Rom. 15 fectò uereor idem iudicium: ne loquentē nidelicet & nō facientē idem idem os meū condēnet me. Iuuate me orationibus

nibus uestris ut semper possim & loqui quæ oportet, & opere implere quæ loquor. Non ignoratis hodiernũ uobis propositũ esse sermonem de ignorãtia: uel potius de ignorantijs: qñ duæ si meministis propositæ sunt: nostri una, & altera dei. Quas & monuim⁹ ambas esse cauẽdas: q ambæ dãnabiles sint. Supereſt ut clarius hocipsum faciam: edisserã pleni⁹. Sed prius quærendũ existimo: sit ne ignorantia oĩs dãnabilis, & mihi quidẽ uidetur non esse. (Neq; enĩ oĩs ignorantia damnat) sed multa & innumera esse quæ nescire liceat absq; diminutiõe salutis: uerbi gratia. Si ignoras fabrilẽ artem, seu carpentariã: aut cementariam, & quæcũq; istiusmodi sunt artes quæ ad usus uitæ huius præsentis ab hoibus exercẽtur: nunqd impedit ad salutẽ? Etiã absq; oĩbus illis artib⁹ quæ liberales dicũtur, quãuis honestioribus utilioribusq; studijs & discãtur & exerceant, & quãplurimi hoĩm salui facti sunt: placentes moribus atq; operibus. Quantos enumerat apostolus in epistola ad hebræos factos dilectos nõ in scientia literaꝝ: sed in cõscientia pura & fide nõ ficta? Omnes placuerunt deo in uita sua, uitæ meritis, non scientiæ. Petrus & Andreas & filij Zebedæi cæteriq; cõdiscipuli omnes non de schola rhetoꝝ aut philosophorũ assumpti sunt: & nihilominus tñ saluator per ipsos operatus est salutem in medio terræ. Non in sapietia quæ in ipsis esset plusquàm in cunctis uiuentibus: quẽadmodũ sanctus aliquis de semetipso cõfessus est, sed in fide & lenitate ipsorũ saluos fecit illos etiã & sanctos, etiã & magistros. Deniq; notas mundo fecerũt uias uitæ, & non in sublimitate sermonis: aut in doctis humanæ sapientiæ uerbis: sed sicut placuit deo per stultitiã prædicationis corũ saluos facere credentes: quia mundus eũ in sua sapientia nõ cognouit. A Videar forsan nimius in suggillatione scientiæ: & quasi reprehẽdere doctos ac prohibere studia literarum. Absit. Non ignoro quãtũ ecclesiæ profuerint: & prosint literati sui: siue ad refellendos eos q ex aduerso sunt: siue ad simplices instruendos. Deniq; legi. Quia tu repulisti scietiã, repellam & ego te: ut non fungaris mihi sacerdotio. Legi. Qui docti fuerint: fulgebũt quasi splendor firmamẽti, & qui ad iustitiã erudiunt multos: quasi stellæ in perpetuas æternitates. Sed & scio ubi legerim scientia inflat, & rursum: qui apponit scientiam apponit & dolorẽ. Vides quia differẽtia est scientiarũ: qñ alia inflans, alia cõtristans este? tibi uerò uelim scire quænã harum uideaꝝ utilior seu magis necessaria ad salutẽ. Illáne quæ tumet: an quæ dolet? Sed non dubito quin dolentẽ tumẽti præferas: quia sanitatẽ quã tumor simulat: dolor postulat. Qui autem postulat: propinquat saluti: qñ qui petit accipit. Deniq; qui sanat cõtritos corde, execratur inflatos: dicente sapiẽtia: quia de⁹ superbis resistit: humilibus aũt dat gratiã. Et apls aiebat. Dico aũt per gratiã quæ data est mihi oĩbus qui sunt inter uos non plus sapere quàm oportet: sed sapere ad sobrietatem. Nõ prohibet sapere: sed plus sapere quàm oportet. Quid est aũt sapere ad sobrietatẽ. B Vigilantissime obseruare qd scire magis priusue oporteat. Tẽpus enĩ breue est. Est aũt quod in se est oĩs scientia bona; quæ tñ ueritate subnixa sit, sed tu qui cũ timore & tremore tuam ipsius operari salutem pro tpis breuitate festinas: ea scire prius amplius q; curato: quæ senseris uiciniora saluti. Nónne medici corporũ medicinæ portionẽ diffimiunt eligere in sumẽdis cibis quid prius: quid posterius, & quẽadmodũ quidq; sumi oporteat. Nam etsi bonos cõstat esse cibos quos deus creauit: tu tñ ipsos tibi si in sumẽdo modũ & ordinẽ non obserues, reddis planè nõ bonos. Ergo qd' dico de cibis: hoc sentire & de scientijs. Sed melius mitto uos ad magistrum. Non est enĩ nostra ista sententia, sed illius, imo & nostra, quoniam ueritatis. Qui se, inquit, putat aliquid scire: nondũ scit quomodo oporteat eum scire. Vides qñ non ꝓbat multa scientẽ si sciẽdi modũ nescierit? Vides inquã, quomodo fructũ & utilitatem scietiæ in modo sciendi cõstituit? Quid ergo dicit modũ sciendi? Quid nisi ut scias quo ordine: quo studio: quo fine quæq; nosse oporteat?

Quo ordine? ut id prius quod maturius ad salutem. Quo studio? ut id ardentius quod uehemẽtius ad amorẽ. Quo fine? ut nõ ad inanem gloriã: aut curiositatẽ: aut aliquid simile: sed tñ ad ædificationem tuã uel proximi. C Sũt nãq; qui scire uolunt eo fine tantum ut sciant, & turpis curiositas est, Et sunt q scire uolũt ut sciantur ipsi, & turpis uanitas est. Quí profectò nõ cuadẽt subsannantem satyricũ: & ei qui eiusmodi est decantantem. Scire tuũ nihil est nisi te scire hoc sciat alter. Et sunt item qui scire uolunt ut scientiã suã uendãt, uerbi causa, pro pecunia, pro honoribus, & turpis quæstus est. Sed sunt quoq; qui scire uolũt ut ædificẽt, & charitas est. Et item qui scire uolũt ut ædificent, & prudẽtia est. Horum oĩm soli ultimi duo non inueniunt in abusione scietiæ: quippe qui ad hoc uolũt intelligere ut bene faciãt. Deniq; intellectus bonus oĩbus facientibus eum. Reliqui oẽs audiant. Scienti bonũ & nõ facienti, paccatũ est ei. Ac si per sillitudinẽ dicat. Sumẽti cibũ & nõ digerẽti: pernitiosum est ei. Cibus siqdẽ indigestus, & qui bonam nõ habet decoctionem malos generat humores, & corrumpit corpus & non nutrit. Ita & multa scietia ingesta stomacho animæ, quæ est memoria: si decocta igne charitatis non fuerit, & sic per quosdã artus aiæ mores scilicet atq; actus transfusa atq; digesta: quatenus ipa de bonis quæ nouerit uita attestante: & moribus bona efficiat: nónne illa scientia reputabit in peccatũ, tanquã cibus cõuersus in prauos noxiosq; humores? An nõ mal⁹ humor peccatũ, an nõ mali humores prauí mores? An non inflationes & tortiones in conscientia sustinebit qui hmõi est, sciens uidelicet bonũ & nõ faciens? An nõ respõsum mortis & damnationis toties in semetipso habebit quoties in mentem uenerit sermo quẽ dixit deus, quia seru⁹ scies uoluntatẽ dñi sui: & non facies digna, plagis uapulabit multis? A Et uide ne fortè in persona talis aiæ propheta plãgeret dicens. Ventrẽ meũ doleo: uentrem meũ doleo. Nisi q ipsa ingeminatio geminum uidetur innuere sensum: ut præter hunc quem diximus etiam alium requiram⁹. Puto enim q in sua persona potuit hoc dixisse propheta: q uidelicet scientia plenus, & æstuans charitate, & oĩno effundere cupiẽs: non inueniret qui curaret audire, & sic quasi onerí sua sibi scientia erat quã communicare nõ poterat. Plangit itaq; pius ecclesiæ doctor: tam illos qui scire contẽnunt quomodo sit uiuendũ, quàm illos qui sciẽtes male nihilominus uiuũt. Et hoc pro eo q eundẽ sermonẽ propheta repetit. Aduertis ne iam quàm uerum sensit apostolus, qa scietia inflat? B Volo proinde animã primo oĩm scire seipsam, q id postulet ratio & utilitatis & ordinis. Et ordinis quidẽ, qñ q nos sumus primũ est nobis. Vtilitatis uerò, quia talis scientia non inflat: sed humiliat, & est quædã præparatio ad ædificãdum. Nisi enim super humilitatis stabile fundamentum: spirituale ædificium stare mínime nõ potest. Porrò ad se humiliãdum nihil anima inuenire uiuacius seu accommodatius potest: quàm si se in ueritate inuenerit: tantũ non dissimulet, nõ sit in spiritu ei⁹ dolus: statuat se ante faciẽ suam, nec se à se auertere abducatur. Nónne ita se intuens clara luce ueritatis inueniet se in regione dissimilitudinis, & suspirans misera quàm iam latere nõ poterit q uerè misera sit: nónne cum ꝓpheta clamabit ad dominũ: In ueritate tua humiliasti me: Nã quomodo nõ uerè humiliabit in hac uera cognitiõe sui: cum se perceperit oneratam peccatis, mole huius mortalis corporis aggrauatã: terrenis intricatã curis: carnalitũ desideriorum fece infectam, cæcam, curuam: infirmã, implicitam multis erroribus: expositã mille periculis: mille timorib⁹ trepidam, mille difficultatibus anxiam: mille suspitionibus obnoxiam: mille necessitatibus erũnosam: procliuem ad uitia: inualidam ad uirtutes: Vnde huic iam extollentia oculorum: unde leuare caput? Nónne magis cõuertet in erũna sua: dum configitur spina? Conuertetur, inquã, ad lachrymas: conuertetur ad planctus & gemitus: conuertetur ad dominũ, & in humilitate clamabit: sana animam meam; quia peccaui tibi. Porrò conuersa ad dñm recipiet

Perſius ſatyra. 1.

ꝑs. 110: Luce. 4.

Hiere. 4.

ꝑs. 13.

ꝑs. 40.

Oſee. 4. Dan. 12. 1. Cori. 8. Luce. 11. ꝑs. 146. Luce. 4. 1. Cori. 6.

Universidad de Deusto Biblioteca

consolationē: quia pater est misericordiarum: & deus totius cōsolationis. C Ego quādiu in me respicio: in amaritudine moratur oculus meus. Si autē suspexero & leuauero oculos ad diuinæ miserationis auxilium: temperabit mox amarā uisionē mei, uisio læta dei: cui & dico. Ad me ipsum aīa mea conturbata est, propterea memor ero tui. ps.41. Nec mediocris dei uisio pium & deprecabilem experiri: sicut reuera benignus & misericors est, & præstabilis super malitia: quippe cuius natura bonitas, & cui proprium est misereri semper & parcere. Tali itaq; experimento & tali ordine salubriter innotescit deus: cum prius se homo nouerit in necessitate positū, & clamabit ad dominum: & ps.49. exaudiet eū: & dicet. Eruam te & honorificabis me. Atq; hoc modo erit gradus ad notitam dei cognitio tui, & ex imagine sua quæ in te renouatur ipse uidebitur: dum tu quidē reuelata facie gloriam dñi cum fiducia speculando: in eandē imaginē trāsformaris de claritate in claritatē tā quam à dñi spiritu. D Sed iam demū aduerte: quomodo utraq; cognitio sit tibi necessaria ad salutē, ita ut neutra carere ualeas cum salute. Nam si ignoras te: non habebis timorē dei in te: non humilitatē. An uerò sine timore dei & sine humilitate de salute præsumas, tu uideris. Bene fecistis grunniendo significare q̄ minime ita sapiatis, imo q̄ non ita despiatis, ne in eo quod planum est immoremur. Sed attendite cætera An potius pausandum est nobis propter somnolentos? Putabam me uno sermone implere qd promisi de duplici ignorantia, & fecissem nisi fastidiosis longior uideretur: quosdā siquidē oscitantes, quosdā & dormitātes intueor. Nec mirum. Præcedentis noctis uigiliæ (longissimæ quippe fuerunt) excusant eos. Verum illis quid dicam, qui & tunc dormierunt, & modo nihilominus dormiunt? Sed non pergo nunc ulterius exagitare, uerecundiam eorum sufficit tetigisse. Puto q̄ melius deinceps uigilabunt, nostræ obseruationis cauterium uerituri. In hac spe gerimus eis hac uice morem, & quod continuandum ratio exigebat: eorum charitate (pendēte licet disputatiōe) partimur: faciētes finem ubi non erat finis. Ipsi uero sup sibi facta indulgentia nobiscū glorificent spōsum ecclesiæ iesum xp̄m dominum nostrū, qui est super omnia deus bn̄dictus in secula. Amen.

¶ *De duabus notitijs, & de duabus ignorantijs, & de his quæ ex se parturiunt.*

Sermo XXXVII. B

RVto non habemus nunc opus hortari ad uigilandum: cum absq; dubio sermo ille suggillatorius uigilet: utpotè adhuc recens, qui herì à nobis charitatiue prolatꝰ: bene aliquos expergefecit. Ergo tenetis memoria q̄ teneā assensum uestrum: neminē absq; sui cognitione saluari: de qua nimirum mater salutis humilitas oritur, & timor dñi, qui & ipse sicut initium sapientiæ: ita est & salutis. Nemo dico absq; illa cognitione saluatur, qui tamen ætatem habeat ac facultatem cognoscendi. Quod propter paruulos loquor, & propter fatuos quorū alia ratio est. Quid si ignoras deū? Poterit ne spes esse salutis cum dei ignorantia? Ne hoc quidem. Nec enim potes aut amare quem nescias: aut habere quem non amaueris. Nouerís proinde te ut deum timeas: nouerís ipsum, ut æque ipsum diligas. In altero initiaris ad sapientiam, in altero & cōsummaris, quia initium sapientiæ timor domini est, & plenitudo legis est charitas. Tam ergo utraq; ignorantia cauenda est tibi: quàm sine timore & amore dei salus esse non potest. Cætera indifferentia sunt: nec salutem si sciantur, nec damnationem si nesciātur habentia. Non tamen dico contēnendam aut negligendā scientiā literarū: quæ ornat animā, & erudit eam: & facit ut possit etiam alios erudire. Sed duo illa oportet & expedit ut præcedāt, in quibus summā salutis constituī: superior ratio declarauit. C Et uide si non in- Esa.37. tuebatur, & si non docebat hūc ordinē qui dicebat. Semi nate uobis ad iustitiam: metite spem uitæ, & tūc demum illuminate uobis, ait, lumen scientiæ. Vltimā posuit scientiam tanquā picturam: quæ statum habere nequeat super mane, & ideo illa duo præmisit & subiecit illi tanquam si solidū aliquid picturæ substerneret. Securus iam intendā scientiæ, si uitæ prius per beneficiū, spei securitatē accepero. Tu ergo seminasti tibi ad iustitiam: si ex uera notitia tui cuigilasti timere deum: temetipsum hūiliasti: fudisti lachrymas: eleemosynas profudisti: cæterisq; te pietatis actionibus mancipasti: ieiuniis & uigiliis affixisti corpus: si pectus tunsionibus: cælos clamoribus fatigasti: hoc siquidem seminare est ad iustitiam. Semina sunt bona opera: bona studia: semina lachrymæ sunt. Ibāt, inquit, & flebāt ps.125. mittentes semina sua. Sed quidē Semper flebunt? Absit. Sed uenient cum exultatione portātes manipulos suos. Ibidem. Merito cum exultatione: cum reportant manipulos gloriæ. At istud, inquis, in resurrectione in nouissimo die, & est nimis longa expectatio. Noli animo frangi: noli deficere à pusillanimitate spiritꝰ, habes interim de primitiis spiritꝰ: quod ad præsens in exultatione metas. Seminate (ait) uobis iustitiā: metite spem uitæ. Non te modo mittit ad diem nouissimū, qñ res iam erit in re & non in spe: sed de præsenti loquitur. Prorsus magna lætitia, & exultatio multa nimis cum uita uenerit. A Sed nūquid tantæ lætitiæ spes erit sine lætitia? Spe gaudentes ait apostolꝰ. Et Rom.12. Dauid non lætaturū, sed lætatū se dixit q̄ in domū dñi se ps.121. speraret iturū. Nondum uitam tenebat, sed spem profectò uitæ messuerat atq; in semetipso experiebatur ueritatem scripturæ perhibentis: quia non modo remuneratio: sed ipsa quoq; expectatio iustorū lætitia. Hanc parit in aīo illius qui sibi ad iustitiam seminauit: præsumpta indulgentia delictorum: si tamen ipsam indulgentiam efficacia attestatur acceptæ gratiæ ad uiuendū sanctius deinceps. Oīs in uobis qui hæc sentit intra se actitari: scit quid loquitur Matt. spiritus, cuius uox atq; operatio minime inter se unquā dissentiunt. Propterea ergo intelligit quæ dicuntur: qñ quæ foris audit, intus sentit. Nam qui in nobis loquitur: operatur in uobis unus atq; idem spiritus diuidens singulis prout uult: aliis quidē loqui, aliis aūt operari quod bonum est. Quisquis itaq; uestrum post illa amara, & lachrymosa cōuersationis suæ primordia respirasse in spem atq; in quoddā serenum supernæ consolationis pennis gratiæ sublauatū se euolasse lætatur: is profectò iam meriti suarū recipiens fructum temporaneū lachrymarū, & ipse uidit deum: & audiuit uocē dicētis. Date ei de fructib⁹ manuū Prou.31. suarū. Nam quomodo nō uidit: deū qui gustauit & uidit qñ suauis est dñs? Quàm dulcem & suauem te sensit dñe iesu, cui à te nō modo peccata donata sunt: sed & munus sanctitatis indultū est: neq; id solū, sed addita insuper ad cumulū bonoꝝ uitæ æternæ promissio. Felix qui tantum iam messuit habēs interim quidē fructū suum in sanctificationē: finē uerò uitā æternā. Merito qui se inuento fleuit: gauisus est uiso dño: ad cuius utiq; miserationis intuitum tantos iam leuauit manipulos: remissionem, sanctificationem, spem uitæ. O quàm uerus est sermo qui in propheta legit. Qui seminant in lachrymis in exultatione metent. ps.125. Vbi breuiter cōprehēsa utraq; cognitio est, & nostri qdē in lachrymis serens: quæ autē dei metens in gaudio. Hac ergo in nobis gemina præcunte notitia iam ea quæ fortè supercreuerit scientia minime inflat: utpotè quæ nihil afferre ualeat terreni commodi uel honoris: quod non sit sanè inferius spe concepta, lætitiaq; spei iā altius redicata in aīo: spes aūt nō cōfundit: qa charitas dei diffusa est in cordib⁹ nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Ideo illa non cōfundit, quia ista infundit certitudinē. Per hanc enī ipse spūs testimonium perhibet spiritui nostro q̄ filij dei sumus. C Quidnam igitur nobis de nostra quantacūq; scientia prouenire possit: qd' non sit minus hac gloria qua inter dei filios numeramur? Parum dixi nec respici in eiꝰ comparatione potest orbis ipse & plenitudo eius: etiam si totus cedat unicuiuis nostrum in possessionem. Cæterū si nos ignorantia dei tenet: quomodo speramus in eum quē ignoramꝰ? Si nostri, quomodo humiles erimus: putantes nos aliquid

nos aliquid esse cum nihil simus? Scimus autē nec superbis nec desperatis partem esse uel societatem in sorte sanctorū. Intuere ergo nunc mecum quāta cura & solicitudine ambas istas repellere à nobis ignorantias debeamus, quarū omnis peccati altera initium parit: altera consummationē: sicut duarū è regione notitiarū initiū sapientiæ una: perfectionē altera gignit: illa timorē dñi, ista charitatem. At istud de notitijs supra ostensum est. Nunc de ignorantijs uide. Etenim sicut initium sapientiæ timor dñi: sic initiū omnis peccati superbia, & quomodo perfectionem sibi sapientiæ uendicat amor dei: ita desperatio sibi omnē malitiæ cōsummationem. Et quēadmodum ex notitia tui uenit in te timor dei: atq; ex dei notitia dei itidem amor: sic ecōtrario de ignorantia tui superbia, ac de dei ignorātia uenit desperatio. D Sic aūt superbiā parit tibi ignorantia tui: cū meliorem quàm sis decepta & deceptrix tua cogitatio te esse mentitur. Hoc quippe est superbia: hoc initiū oīs peccati: cū maior es in tuis oculis quàm apud deū: quàm *in* ueritate. Et ideò qui primus peccauit hoc grāde peccatū (diabolū loquor) de ipso dictū est: quia in *ueritate non stetit*: sed mendax est ab initio: qñ qđ in sua *fuit cogitatione*, non fuit in ueritate. Quid si in eo discorderet à ueritate: ut minorē se inferioremq; putaret: quàm ueritas haberet? Excusaret eum sua proculdubio ignorātia, & minime reputaretur superbus: nec tam inueniretur iniquitas eius ad odium quàm humilitas fortassis ad gratiam. Si enim in quonam statu unūquēq; nostrum habeat deus: liquido cognosceremus, nec supra sanè nec infra se-
2.Reg.22 cedere deberemus: ueritati in omnib⁹ acquiescētes. Nūc
Eccli.9. autem quia cōsilium hoc posuit tenebras latibulū suum: & sermo abscōditus est à nobis: ita ut nemo sciat si dign⁹
Luc.14. sit amore uel odio: iustius tutiusq; profectò iuxta ipius ueritatis consilium nouissimum nobis locum eligimus, de quo postmodū cū honore superi⁹ educamur: quàm præsumim⁹ altiorē unde cedere mox oporteat cū rubore. B
Nota. Non est ergo periculū quātūcūq; te humilies: quātūcūq; reputes minorē quàm sis: hoc est quàm te ueritas habeat: est autem grande malum: horrēdumq; periculū: si uel modice, pl⁹ uerò te extollas: si uel uni uidelicet in tua cogitatiōe te præferas: quē fortè parē tibi ueritas iudicat, aut ēt superiorē. Quēadmodū enim si per ostium transeas cuius superliminare (ut ad intelligētiam loquar) nimiū bassum sit: non nocet quātūcūq; te inclinaueris: nocet autē si uel trāsuersi digiti spacio plus quā ostij patit mensura erexeris: ita ut impingas, & capite quassato collidaris: sic in anima non est planè timenda quantalibet humiliatio: horrēda autem nimiumq; pauenda uel minima temere præsumpta erectio. Quāobrem noli te homo cōparare maioribus: noli minoribus: noli aliqbus: noli uni. Quid scis enim ô homo si unus ille quē fortè oīm uilissimū atq; miserrimū reputas: cuius uitā sceleratissimam ac singulariter fœdissimam horres, & pptera illum putas spernendū: nō modo præ te qui fortè iam sobrie, & iuste & pie uiuere te confidis: sed etiā præ cæteris oībus sceleratis tanquā omnium
ps.76. sceleratissimū: qđ scis, inquam, si melior & te & illis mutatione dexteræ excelsi in se quidem futurus sit: in deo uerò iam sit: Et propterea nō mediocrē nō uel penultimū: non ipsum saltē inter nouissimos eligere locum nos uoluit: sed
Luc.14. recumbe, inquit, in nouissimo loco: ut solus uidelicet oīm nouissimus sedeas: teq; nemini: non dico præponas: sed
Eccle.1. nec comparare præsumas. Ēn quātū malū uenit de ignorantia nostri? Vtiq; peccatū diaboli, & initiū oīs peccati superbia. Quid etiā dei parturiat ignorantia, alias uidebimus. Nam nunc horæ breuitas non permittit: qñ hodie tarde cōuenim⁹. Itaq; sufficiat unūquēq; modo ne seipm ignoret ammonitum esse: non solum sermone nostro: sed ipsius quoq; dignatiōe sponsi ecclesiæ iesu xpi dñi nostri; qui est super oia deus benedictus in secula. Amen.

Qualiter ex ignorantia dei nascitur desperatio: & qualiter sponsa dicatur pulchra inter mulieres.

Sermo XXXVIII.

Vid igitur dei ignorantia parturit? Nam hinc incipiendū est: sicut recordamini hic heri fuisse terminatū. Quid itaq; parturit? Dixim⁹ desperationē: sed quonāmodo, dicamus. Fortè aliqs reuersus in se, & displicēs sibi in oībus malis quæ fecit: cogitāsq; resipiscere & redire ab oīni uia mala, & carnali cōuersatione sua: si ignorat quàm sit bon⁹ de⁹: quàm suauis & mitis, & quàm mult⁹ ad ignoscēdum: nónne sua carnalis cogitatio arguet eū & dicet? Quid facis? Et uitā istā *Sapiē.12.* uis pdere & futurā? Pctā tua maxia sunt & nimiū multa: *Esa.55.* nequaquā pro tot & tātis nec si te excories sufficies satisfacere: cōplexio tenera est: uita extitit delicata: consuetudinē difficile uinces. Pro his & similib⁹ desperatus resilit miser, ignorans quàm facile oīpotēs q neminē uult perire cūcta ista dissolueret: seqturq; impœnitētia: quæ est delictum maximū, & blasphemia irremissibilis: ipse uerò aut cōturbatus nimia tristitia absorbetur & ferē in pfundū: minime iam ut consolationē recipiat emersurus, sicut scriptum est. Impius cū uenerit in profundum malorū contē- *prou.18.* nit: aut certè dissimulans, & sibi qualicūq; uerisimili blandiens ratione reuocat se irreuocabiliter in seculū: ad perfruendum & delitiandū in oībus bonis eius quoad licuerit. Cum autē dixerit pax & securitas, tūc repētin⁹ ei sup- *1.Thes.5.* ueniet interitus: sicut dolor in utero habentis, & non effugiet. Ita ergo & de ignorantia dei uniuersæ malitiæ consummatio uenit, quæ est despatio. B Apls dicit q ignorantiā dei qdā habēt. Ego autē dico omnes ignorare deū *1.Cor.15.* qui nolūt cōuerti ad deū. Neq; eīm ob aliud proculdubio renuūt: nisi quia grauē & seuerū imaginant qui pius est, durū & implacabilē q misericors est: ferū & terribilē qui amabilis est, & mentit iniquitatē sibi: formans sibi idolum pro eo, qđ nō est ipse. Quid timetis modicæ fidei ut peccata nolit remittere? Sed affixit ea cruci cū suis manibus. Quòd teneri & delicati estis? Sed ipse nouit figmētum no- *ps.145.* strū. Quòd male assueti & ligati peccādi cōsuetudiē? Sed dñs soluit cōpeditos. Fortè ne irritatus in immanitate & multitudine crimīnum cunctetur porrigere manum adiutorē? Sed ubi abundauit delictum: superabūdare & gra- *Roma.5.* tia consuecuit. An de uestimento soliciti estis uel cibo cæteris? corpori uestro necessarijs, & propterea cunctamini relinquere uestra? Sed scit quia his oīb⁹ indigetis. Quid multis amplius? Quid iā impedit à salute? Sed hoc est qđ dico: deū ignoratis, sed nec creditis auditui nostro: uellē uos uel expertis credere, qa nisi crediderītis non intelligetis. Sed non est oīm fides. Absit autē ut de tali: hoc est de dei ignorātia sponsam cōmonitam sentiamus: quæ tanta sponsi pariter & dei sui, non dico agnitione, sed amicitia & familiaritate donata est, ut eius crebra colloqa, & oscula mereretur, & nunc familiari ausu loquitur. Indica mihi ubi pascas, ubi cubes in meridie. C Vbi sanè non ipm *Cañ.1.* sed locum habitationis gloriæ eius sibi indicari requirit: quāquā non aliud ipse, & aliud locus eius uel gloria. Sed reprimenda censetur propter pīsumptionē, & de sua ipsi⁹ cōmonēda cognitiōe, in qua nimirū uisa est aliquatenus caligare: quæ tātæ se æstimarit idoneā uisioni, siue minus attendens præ excessu suo qđ esset in corpore, siue frustra sperās etiā manentē in corpore ad illā se posse inaccessibilem accedere claritatē. Ergo ad seipam protinus reuocat, & ignorantia cōuincit: & insolētia castigat. Si ignoras te *Cañ.1.* (inqt) egredere. Terribiliter sponsus intonat in dilectam, nō tanquā spōsus sed tāquā magister, & non quasi iratus: sed ut territa purgaretur, purgata idonea redderet huic ipsi cui inhiat uisioi. Mūdi cordibus nēpe illa uisio sequestrat. Pulchrè autē pulchrā: nō ommodo qdem: sed pulchrā inter mulieres eā dicit uidelicet cū distinctione: quatenus & ex hoc ampli⁹ reprimat, & sciat qd desit sibi. Ego eīm puto mulierum noīe hoc loco appellatas aīas carnales ac seculares: nihil in se uirile habentes: nihil forte aut constans in suis actibus demōstrātes, sed totū remissum, totū fœmineū & molle qđ uiuūt & qđ agūt. Spūalis aūt aīa, & si inde iam pulchra q nō fm carnem ambulat, sed fm spīm,

Universidad de Deusto Biblioteca

ex eo tñi q̄ adhuc in corpore uiuit, citra perfectum adhuc pulchritudinis proficit, ac perinde non pulchra omnimodo: sed pulchra inter mulieres, id est inter alias terrenas, & quæ nō sunt sicut ipsa spūales, nō autē inter angelicas beatitudnes, non inter uirtutes, ptātes, dñationes. D Sicut patrū aliqs olim inuētus, & dictus est iustus in generatione sua, id est præ oibus sui tpis suæcq̄ generationis: Gen.18. & Thamar iustificata perhibet ex iuda, hoc est præ iuda: Luc.18. & in euāgelio publicanus descēdisse refert de templo iustificatus sed iustificat⁹ à pharisæo, & qūo magnus ille Ioannes magnifice quondam cōmēdatus q̄ uidelicet superiorem non haberet: sed hoc inter natos mulierū: nō aūt inter choros beatoꝝ cælestiūmq̄ spirituū: ita & sponsa modo dicitur pulchra: sed interim adhuc inter mulieres, & non inter cælestes beatitudines. Desinat ꝓinde quādiu in terris est, quæ in cælis sunt curiosi⁹ inuestigare: ne fortè seruatrix maiestatis opprimat à gloria: desinat, inquam, donec inter mulieres uersatur, inquirere quæ apud sublimes illas sunt ptātes: solis ipsis perspicua, solis licita tanquam cælestib⁹ cælestia ad uidendū. Mirabilis facta est, inquit, uisio ista ex te ô sponsa quā tibi postulas demōstrari: nec modo p̄uales intuerī meridianā & miram quam inhabito Cañ.1. claritatē. Dixisti enim. Indica mihi ubi pascas: ubi cubes in meridie. Sed eñ induci in nubes, penetrare ī plenitudinem luminis: irrūpere claritatis abyssos, & lucē habitare inaccessibilē, nec tpis est hui⁹ nec corpis. Id tibi in nouissimis reseruat: cū te mihi exhibuero gloriosam: non habētem maculam, aut rugam, aut aliqd hmōi. An nescis quia quādiu uiuis in hoc corpe: peregrinaris à lumine? Quō quæ necdū tota pulchra es: idoneam te existimas uniuersitatē pulchritudinis intuerī? Quō deniq̄ quæris me i mea claritate uidere, quæ adhuc ignoras te? Nam si te plenius nosses, scires utiq̄ corpe qđ corrūpit aggrauatam nullaten⁹ posse attollere oculos, & figere in illū fulgorem ī quē ꝓspicere angeli cōcupiscūt. Erit cū apparuero q̄ tota pulchra eris sicut ego pulcher sum totus, & simillima mihi, ui Cañ.4. debis me sicuti sum. Tunc audies. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Nunc uerō: etsi ex parte iam similis, ex parte tñ dissimilis: contēta esto ex pte cognoscere. Teipsam attende & altiora te ne quæsieris: & fortiora te ne scrutata fueris. Alioquin si ignoras te ô pulchra inter mulieres: nam & ego te dico pulchrā: sed inter mulieres: hoc est ex pte. Cū aūt uenerit qđ pfectū est: tūc euacuabit qđ ex parte est. Si ergo ignoras te: sed quæ sequunt dicta sunt, & nō oportet iterum dici. Promiseram me de duplici ignorantia utiliter disputaturū: si quo minus implesse uideor: date ueniā uolenti. Nā uelle adiacet mihi: perficere aūt nō inuenio: nisi quātū sua benignitate ad uestrā ædificationem largiri dignabit spōsus ecclesiæ iesus xp̄s dñs noster, qui est sup oīa deus benedictus in secula. Amen.

De curribus Pharaonis, id est diaboli, & de principibus exercitus: qui sunt malitia, luxuria, & auaritia &c.

Sermo. XXXIX. C

Cañ.1. EQuitatui meo in currib⁹ Pharaonis assimilaui te amica mea. Ante oīa in his uerbis libenter accipimus ecclesiæ typū in patrib⁹ p̄cessisse, & nostræ sacramenta salutis præostensa esse. In exitu p̄s.113. israel de ægypto, geminoq̄ illo admirabili maris obsequio, & transitū scilicet populo dantis, & ultionem de hostibus baptismi gratia euidenter exprimit: saluātis hoīes 1 Cor.10. & crimina submergētis. Oēs (inquit) sub nube fuerūt: & oēs in Moyse baptizati sunt in nube & in mari. Sed oportet cōsequētiā sicut solemus signare uerboꝝ, & sequentia prioribus copulare. Et ita demū elicere suaue quippiā si possum⁹ qđ ꝓfit moríb⁹ instruēdis. Vbi itaq̄ spōsæ præsumptio dura & austera increpatiōe repressa est: ne tristior remaneret: bona illi aliqua quæ iā accepat ad memoriam reducuit, & aliqua que nondū acceperat ꝓmittuntur: sed & pulchra denuo phibet & appellat amica. Q. tibi, inquit, dure locutus sum amica mea: nulla in me tibi suspicio sit odij uel rācoris. Nā signa amoris mei in te euidentia sunt: ipsa mea munera: quib⁹ te honorauī & ornauī. Nec mihi animi est illa retrahere: sed magis addere ampliora. Vel sic. Non ægreferas amica mea: minime te accipere modo quod postulas: quæ tāta à me iā accepisti, & maiora horū accipies: si in præceptis meis ambulaueris: & in amore meo perseueraueris. Hæc pro literæ cōsequētia. A Nūc iam uideamus qualia sint quæ se donasse commemorat. Et primum quidem est q̄ eam assimilauit equitatui suo in Exo.14. curribus Pharaonis, liberādo utiq̄ à iugo peccati: morti ficatis uniuersis operibus carnis: quēadmodum ille populus liberat⁹ est à seruitute ægypti: subuersis & submersis cunctis curribus Pharaonis. Id quidē miseratio maxima, in qua ego quoq̄ si gloriari uoluero nō ero insipiēs: ueritatem enim dicā. Fateor & fatebor: nisi quia dñs adiuuit ꝓs.93. me: paulominus habitasset in inferno anima mea. Non sum ingratus: non sum oblitus: misericordias domini in ꝓs.88. æternum cantabo. Verum hactenus mihi cum sponsa. De reliquo illa singulari dignatione postquā liberata est alci scitur in amicam decorem: induitur tāquā domini spōsa: interim tamen in genis duntaxat & in collo. Ad hæc illi promittuntur murenulæ pro ornatu: ipsæq̄ aureæ prōtio, & distinctæ argento pro decore. Cui nō admodū placeat ordo ipse donationū? Primū misericorditer liberat: secūdo dignāter adamatur: tertio benigne abluit & purgatur. Postremo optimi ornamenti accipit promissionē. Non ambigo quosdā iam uestrum in semetipsis recognoscere quæ dicūtur: propriocq̄ experimento cōmonitos ad ꝓs.118. intelligentiā præuolare. Sed sanè memor uersiculi illius: declaratio sermonum tuorum illuminat & intellectū dat paruulis: pro huiusmodi dignū duco cadē modice latius explananda. Benignus est enim spūs sapientiæ, & placet illi doctor benignus & diligens: qui ita cupiat satisfacere studiosis: ut morem gerere tardioribus nō recuset. Dereq̄ qui elucidant me uitam æternam habebūt: ait ipsa sapientia. Quo quidē p̄mio ego fraudari noluerim. Quanquā in his etiā quæ plana uidentur quandoq̄ talia latent: quæ ipsis quoq̄ qui capaciores uidētur, & p̄uolātes ingenio: nō erit inutile si diligentius declarētur. G Sed uide iam similitudinē de Pharaone & exercitu eius, & domini equitatu. Non inter ipsos exercitus similitudo data est: sed de ipsis. Quæ enim societas lucī ad tenebras: aut quæ pars fideli cum infideli? Sed inter sanctā spiritalemq̄ aiam & equitatū domini planè cōparatio est, & inter Pharaonem & diabolū amborūq̄ exercitus. Nec miraberis unā animā equitat⁹ multitudini similatā: si aduertas quantæ in ipsa una quæ tam sancta aia sit uirtutū acies habeantur: quāta in affectionibus ordinatio: quāta in moribus disciplina: quāta in orationibus armatura: quātum in actionibus robur: quātus in zelo terror: quanta deniq̄ ipsi cum hoste conflictuum assiduitas, numerositas triumphorum. Deniq̄ in cōsequentibus legitur. Terribilis ut castrorum Cañ.6. acies ordinata. Et item. Quid uidebis, inquit, in sunamite Cañ.7. nisi choros castrorum? Aut si id tibi non placet: noueris huiusmodi animam nūquā esse sine angelorum custodia, qui eam æmulantur dei æmulatione, solicīti suo uiro seruare, & uirginē castam exhibere christo. Et ne dixeris in corde tuo. Vbi sunt? Quis eos uidit? Vidit eos prophera helisæus insuper, & fecit orando ut uideret etiā Giezi. Tu 2.Reg.6. non uides, quia non es propheta, nec puer ꝓphetæ. Vidit patriarcha Iacob: & ait. Castra dei sunt hæc. Vidit & do- Heb.1. ctor gētium qui dicebat. Nónne oēs administratorii spiritus sunt missi in ministerium propter eos qui hæreditatē capiunt salutis? Ergo angelicis fulta ministeriis, & superno ītipata agmine: sponsa incedēs similis est equitatui domini: illi utiq̄ qui quondā in currib⁹ Pharaonis tam stupendo diuini adiutorii miraculo triumphauit. Si enim diligenter aduertas cuncta quæ ibi miraris magnifice perpetrata: inuenies hic nihilominus admiranda. Nisi q̄ in eo nunc magnificentius triumphat: q̄ quæ illic corporaliter præcesserunt, hic spūaliter adimplētur. An nō tibi nempe multo fortius longeq̄ gloriosi⁹ esse uidet diabolum prosternere Exod.15.

ſternere quàm pharaonem: atq; aerías debellare poteſtates quàm currus Pharaõis ſubuertere. Ibí deniq; pugnatũ eſt aduerſus carnem & ſanguinem: hic aduerſus príncipes & ptãtes: aduerſus mũdí rectores tenebrarũ harũ: contra ſpũalia nequitiæ ín cælestib9. A Et proſequere modo mecũ ſingula proportionís membra. Ibí populus eductus de ægypto: hic homo de ſeculo. Ibí proſternitur pharao: hic diabolus. Ibí ſubuertũtur currus pharaonís,
1.Pet.2. hic carnalía & ſecularía deſideria quæ mílitant aduerſus animam ſubruuntur. Illí ín fluctibus: iſtí ín fletib9. Marí illí: amarí iſtí. Puto & nunc clamitare dæmonía: ſi fortè contíngat íncídere ín talem animã. Fugiamus íſraelem,
Exo.14. qa dñs pugnat pro eo. Vís ne etiã alíquos de príncipib9 pharaõis propríis tibí deſignẽ noib9, & de curríb9 deterí bã, ínſtar quorũ tu quoq; alíos ſi quí ſunt p teipm ualeas ínuenire: Magn9 quidẽ príneeps ſpíritalis atq; ínuiſibílis regís ægypti profectò malítia eſt: magn9 luxuría: magnus auaritia. Et hí quidem poſſident terminos ſuos ſub rege ſuo, ſicut ſuí cuiq; aſſignati ſunt. Nã malítia ín oĩ regione maleficioꝝ atq; facinorũ dñat. Luxuría oĩ ímmũdítiæ & turpitudíní carnís pẽſt. Auaritia ín ptes rapinæ, &
Prou.1. fraudís ſortita eſt príncipatũ. B Accipe nũc quoq; quales hís ſuís pricipib9 pharao ꝓpauerit curr9 ad perſequẽdum populũ dei. Habet namq; malítia currũ ſuum rotis quatuor cõſiſtentẽ: ſæuítia, ímpatiẽtía, audacía, ímpudentia. Valde etenim uelox eſt currus iſte ad effundendũ ſanguínem: quí nec ínnocentia ſiſtitur, nec patientia retardatur: nec tímore frænatur: nec ínhibetur pudore. Trahitur autem duobus admodũ pernicíbus equís, & ad omnem
1.Theſ.5. pnicíem paratíſſimís: terrena potẽtia, & ſeculari pompa. Tũc namq; quadríga iſta malitiæ currit ualde uclociter: cum hinc quidem potentiæ effectus ſubeſt eius adímplendís malítioſis conatibus: ín de plauſus põpæ arrídet perpetratís ſceleribus: ut ſermo impleaf q ſcriptus eſt: quo-
ꝑs.9. níam laudatur peccator ín deſideríis aíæ ſuæ: & íníquus
Luce.22. benedicetur. Et íterũ alía ſcríptura. Hæc eſt, ínquit, hora ueſtra, & poteſtas tenebrarum. Porrò præſident duobus hís equís auríga duo, tumor & liuor, & tumor quidẽ põpã: líuor uerò potentiã agit. Is enim rapido fertur diabolicarũ amore põparũ: cuius apud ſe cor prius ıntumuit. Nam qd' ín ſe firmiter ſtat tímore compreſſum: grauitate modeſtũ: humílitate ſolidũ, puritate ſanũ: aura huius uanitatis nequaquã leuiter rapietur. Item terrenæ iumentũ potẽtiæ nómne ínuidía agit, & quaſi qbuſdã líuoris urgetur hincínde calcarib9, ſuſpicione utiq; decedẽdí & metu ſuccumbendi. Aliud eſt eĩm qꝺ ſuſpectus eſt ſucceſſori, &
Genes. aliud qꝺ timetur ínuaſor. Hís itaq; ſtímulís terrena potentia continue agitatur. Et curr9 quidẽ malítiæ ſic ſe habet. Luxuriæ uerò currus quadríga níhilominus uoluítur ín tiorum: ingluuie uidelicet uentrís: líbidíne coitus: mollície ueſtíũ: ocĩ ſoporíſq; reſolutióe. Trahit eqs æque duobus proſperitate uitæ, & rerũ abundantía, & qui hís præſident duo: ignauiæ torpor, & ínfida ſecuritas: quía & co-
Prou.1. pía ín ígnauiã ſoluit, & ſm ſcripturã: proſperitas ſtultorũ pdet íllos: nõ ſanè ob aliud níſi qĩa male ſecuros reddat.
1.Theſ.5. Cum autẽ dixerint pax & ſecuritas: tunc ſubitaneus ſupueníet eís ínteritus. Hí calcaría míníme habent, neq; flagella uel aliquid huiuſmodí: ſed pro hís utũtur paruulo papilíone conopeo ad faciẽdã umbrã, & flabello ad citãdũ uentum. Porrò conopeum diſſimulatío eſt umbrã faciens & protegẽs ab æſtu curarũ. Propríũ namq; eſt mollís & delicatæ animæ etiã neceſſarías diſſimulare curas: & ne æſtuãtes ſolícitudínes ſentíat ſub latibulo diſſimulatiõís abſcõdí. Flabellũ uerò effuſio eſt uẽtũ adulatíonís apportans. Largí ſunt enim luxurioſi ementes auro uentum de ore adulatoꝝ. Et de hoc ſatís. D Iam uerò auaritía rotis, & ípſa uehitur quatuor uitioꝝ, quæ ſunt puſillanimitas, ínhumanitas, cõtemptus dei, mortís oblíuío. Porrò iumenta trahentia, tenacitas, & rapacitas, & hís unus auríga ambobus ꝑſidet, habendí ardor. Sola ſiquídem auaritía quoníam cõducere plures nõ patit uno cõtenta eſt ſeruítore. Ipſe uerò íníunctí operís promptꝰ ad modũ atq; ínfatígabilís executor: urgendís ſanè iumentís trahentibus, flagrís utiq; acerrímís: líbidíne acquírendí, & metu amittendí. Sũt & alíj príncipes regís ægyptí habentes & ípſi currus ſuos ín expeditíone domíní ſuí, ſicut ſuperbía quæ unus eſt de maíoribus príncipib9: ſicut ínímica fidei ímpíetas: magnum & ípſa tenens locum ín domo & regno pharaonís, & multí adhuc ſunt alíj ínferíoris ordínís ſatrapæ & eqtes: quorũ nõ eſt numer9 ín pharaonís exercitu: quorũ & noía & officía: necnon & arma & apparatus eorũ ueſtrís ſtudíís (ut ín hís exerceamíní) ínqrenda relínquo. In iſtorũ ítaq; príncipũ fortitudíne: curruũq; ſuoꝝ ínuiſibílis pharao ubiq; díſcurrẽs ín oẽm familiã dñí quibus põt uíribus more tyrãnico debaccha tur. In hís etiam hís díebus exeuntẽ íſrael de ægypto ínſequíf. At ílle nec ſubuectus curribus, nec protect9 armís, níhílominus tñ ſola dñí manu confortatus ſecure decantat. Cantemus dño: glorioſe eĩm honorificatus eſt: equum
Exo.15. & aſcenſorẽ proiecit ín mare. Itẽ. Hí ín curribus, & hí ín
ꝑs.19. equís: nos autem ín noíe dñí dei noſtrí ínuocabimus. Et hæc dicta ſint pro adducta ſimilitudíne de eqtatu domíní & curribus pharaonís. B Poſt hæc amica appellaf. Nã ípſe quidẽ & ante liberatiõnẽ amícus erat: alíoquín non líberaſſet quã non amaſſet: ſed ílla beneficio líberationis adducta eſt ut eſſet amica. Audí deniq; confidẽtẽ. Nõ qa
1.Ioã.4. dílexerim9 eũ nos, ígr, ſed ípſe prior dílexit nos. Recorda re nũc míhí & Moyſi & æthíopíſſæ, & agnoſce iã tũc ꝓfiguratũ cõíugiũ uerbí & animæ peccatrícis, & díſcerne ſi potes quíd tibí dulcíus ſapíat ín conſideratione ſuauiſſimí ſacramẽti: uerbí ne nímium benígna dignatío, an aní mæ ĩæſtímabílis gloría, an ínopínata fiducía peccatoris. Sed nõ potuit Moyſes æthíopíſſæ mutare pellem, potuit
Nume.12. chriſtus. Sequítur eĩm. Pulchræ ſunt genæ tuæ ſicut turtu-
Canti.1. rís. Sed hoc ſermoní alterí reſeruef: ut ſemp quæ ín mẽſa ſponſi nobís apponuntur, cũ auiditate ſumentes eructemus ín ípſius laudem & gloriã Ieſu xꝓí dñí noſtrí: quí eſt ſuper omnia deus benedictus ín ſecula. Amen.

Quòd intentio ſit facies animæ: cuius q̃ ſit pulchritudo aut deformitas declaratur: & q̃ eiuſdem ſit ſolitudo & pudicitia. Ser. XL.

Pulchræ ſũt genæ tuæ ſicut turturís. Tenera eſt
Cañ.1. ſponſæ uerecũdía: & ad íncrepatiõnẽ ſpõſi puto facies eius rubore ſuffuſa eſt: pulchríorq; ex eo apparẽs íllico audít. Pulchræ ſunt genæ tuæ ſicut turturís. Vide autem ne carnalíter cogites coloratã carnís putredínem, & prurulentíam flaui ſanguíneíne humoris uítreæ cutís ſuperficiem ſummatím atq; æqualíter ſuffundentem: è quíbus ſibĩnuicem moderate permíxtis ad uenuſtandam genarum effigiem rubor ſubpallídus ín efficentiã corporeæ pulchrítudínís tẽperaf. Alioquín ín corporea ílla animæ ínuiſibílísq; ſubſtãtia nec corporeís diſtincta membrís: nec uiſibílibus extat fucata colorib9. Tu uerò ſpíritalem eſſentíam ſpíritalí ſi potes attíge íntuítu, & ad coaptãdũ propoſitæ ſilítudís ſchema cogita animæ faciem, mentís íntentionem: ex qua nímirũ rectitudo operís: ſicut ex facie pulchrítudo corporís æſtimaf. Porrò uerecũdía íntellige tãquã colorem ín facie: qꝺ hæc potiſſimũ uírtus: & uenuſtatẽ íngerat & augeat gratíam. Pulchræ ergo ſunt genæ tuæ ſicut turturís. Poterat uſitatí9 faciẽ ponere, & deſcríbere pulchrã ſicut ſolet, cuí9 pulchrítudo laudatur: pulchra facie ſeu decora facie díci: ſed neſcío quíd ſibí uoluerít ut magís genas pluraliter dícendum putauerít: níſi qꝺ míníme íd credíderím ocíoſum. Spíritus namq; ſapientiæ loquítur, cuí nõ eſt fas uel modícum qd omníno adſcribere ocioſum aut ſec9 dictũ quàm oportuerít. Eſt ítaq; ſine dubío cauſa q̃cũq; ílla ſit cur pluraliter genas maluerít quã ſingulariter faciẽ dícere. Et ſi tu melíus nõ habes, ego qd' míhí uídetur aperío. Duo q̃dã ín íntẽtione quã faciẽ aíæ eſſe dixímus, neceſſaríæ requíruntur, res & cauſa, íd eſt quíd íntendas, & propter quíd. Et ex hís ſanè duobus aíæ uel decor uel defor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mitas iudicat: vt (uerbi causa) aïa q̄ ambo ista recta atq; pudica habuerit: illi merito uera citerq; dicatur. Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis. Quæ uerò altero horũ caruerit: non poterit dici de ea q̄ pulchræ sint genæ eius sicut turturis: propter eam quæ adhuc ex parte erit deformitatem. Multo aũt minus illi hoc poterit cõuenire quæ neutrum horum habere laudabile inuenitur. At id totũ fiet planiꝰ in exemplis. B Si (uerbi causa) intẽdat quis animũ inquirẽdæ ueritati: atq; id solo ueritatis amore: nónne is tibi uidet, & rem & causam habere honestam: meritoq; sibi uendicare quod dicit: pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis: quippe cui in neutra genarũ neuus reprehensionis appareat? Quòd si minime quidẽ ueritatis desiderio: sed aut inanis gloriæ: aut alterius qualiscũq; cõmodi temporalis obtentu in ueritatẽ intenderit iam, & si unam genarũ uideatur habere formosam: nõ tamen ut arbitror dubitabis iudicare uel ex parte deformem cuius alteram facie causæ turpitudo fœdauerit. Si autem uideris hoiem nullis honestis studijs intẽdẽtẽ: sed carnis illecebris irretitũ: uentri & luxuriæ deditũ: quales sunt illi quorũ deꝰ
Philip.3. uẽter est, & gloria in cõfusione eorũ q terrena sapiunt: qd istum: nónne ex utraq; parte fœdissimũ iudicabis: in cuiꝰ utriq; intentione, & res & causa reproba inuenitur? Ergo intendere non in deum sed in seculũ, secularis aïæ est: nec ullam prorsus genarum speciosam habẽtis. Intendere autem quasi in deum sed non propter deum: hypocritæ planè aïæ est: cuius etsi uma facies decora uidetur q̄ ad deũ qualicũq; intẽtione respiciat: ipsa tñ simulatio omne decorũ in ea exterminat, & magis per totũ ingerit fœditatẽ. Si autem uel solum uel maxime ob uitæ præsentis necessaria ad deũ conuerterit intentionẽ: nõ qdẽ fece hypocrisis putidã: pusillanimitatis tñ uitio dicimus subobscurã: & minus acceptã. Porrò ecõtrario intẽdere i aliud quàm in deũ, tñ ppter deũ: nõ ociũ mariæ, sed marthæ negotiũ ẽ. Absit aũt ut quæ huiusmodi est quicquã illã dixerim habere deforme, nec tamẽ ad perfectũ affirmauerim puenisse decoris: qppe quæ adhuc solicita est, & turbatur erga
Luc.10. plurima, & non potest terrenorũ actuũ uel tenui puluere nõ respgi. Quẽ tamẽ cito facileq; deterget, uel in hora sanctæ dormitionis casta intẽtio & bonæ conscietiæ interrogatio in deũ. Ergo solum inquirere deũ propter ipsum solum: hoc planè est utramq; bipartitæ intentionis faciẽ habere pulcherrimã: atq; id proprium ac speciale spõsæ: cui merito singulari p̄rogatiua audire cõueniat. Pulchræ sũt genæ tuæ sicut turturis. Cur uerò sicut turturis? Pudica
Cañ.1. auicula est, & conuersatio eius non cum multis: sed solo degere fertur contenta compare: ita ut si illum amiserit, alterum non requirat: sed sola deinceps conuersetur. D Tu ergo q hæc audis: ut sanè non ociosè audias ea q̄ scripta sunt propter te, & nunc propter te uersantur & disputantur, tu (inquã) si ad istiusmodi spũssancti incitamẽta mouerís, & inardescis dare operam quomodo animam tuam facias sponsam dei: stude ambas speciosas habere has genas tuæ intẽtionis: ut imitator castissimæ uolucris sedeas: fm prophetam solitari, quoniam leuasti te supra te. Ommo supra te est angelorum domino desponsari. An non supra te adhærere deo: atq; unũ spiritum esse cũ eo? Sede itaq; solitarius sicut turtur: nihil tibi & turbis: nihil cum multitudine cæterorum etiamq; ipsum obliui-
Psal.44. scere populum tuum: & domum patris tui, & concupiscet rex decorem tuum. O sancta anima sola esto: ut soli omnium serues teipsam, quẽ ex omnibus tibi elegisti. Fuge publicũ: fuge & ipsos domesticos: secede ab amicis & intimis: etiã & ab illo qui tibi ministrat. An nescis te uerecundum habere sponsum, & qui nequaquã suã uelit tibi indulgere p̄sentiam p̄sentibus cæteris? Secede ergo: sed mente nõ corpore: sed intentione: sed deuotione: sed spiritu. Spiritus enim ante faciẽ tuã christus dñs: spiritusq; requirit nõ corporis solitudinẽ: quãquã & corpore interdũ nõ ociose te seiungas: cum opportune potes: præsertim in tempore orationis. Tenes etiã in hoc & mandatum sponsi & formam. Tu, inquit, cum oraueris intra in cubiculum tuũ: & clauso ostio ora. Et qd̄ dixit fecit. Solus in oratione pernoctabat: nõ modo se abscondens à turbis: sed nec ullũ quidẽ discipulorũ: nec ullũ domesticorũ admittens. Denique tres secũ intimos sibi adduxerat cũ ultro properaret ad mortẽ: auulsus est & ab ipsis orare uolẽs. Ergo & tu fac similiter quando orare uolueris. Decætero sola indicitur tibi mẽtis & spiritus solitudo. B Solus es si nõ communia cogites: si non affectes præsentia: si despicias quod multi suspiciunt: si fastidias quod omnes desiderãt: si iurgia deuites, si damna non sentias: si non recorderis iniuriarum. Alioquin nec si solus corpore es: solus es. Vidésne posse esse te: & solũ cũ inter multos, & inter multos cũ solꝰ es. Solꝰ es in quãtacũq; hominũ uersaris frequentia: tantum caue alienæ conuersationis esse aut curiosus explorator: aut temerarius iudex. Etiam si perperam actũ quid deprehendas: nec sic iudices proximũ: magis autem excusa. Excusa intẽtionẽ si opus nõ potes: puta ignorantiam: puta subreptionem: puta casum. Q; si omnem omnino dissimulationem rei certitudo recusat: suade nihilominus ipse tibi, & dicito apud temetipsum. Vehemens fuit nimis tentatio. Quid de me illa fecisset si accepisset in me similiter potestatem? Et memento me modo alloquí sponsam, & non amicum sponsi instruere: cui alia ratio est diligentius obseruandi ne quis peccet, & explorandi an peccet, & emẽdandi si peccatum fuerit. A qua sanè necessitate sponsa libera est: soli uiuẽs sibi, & ipsi quẽ diligit sponso pariter & dño suo, q est sup oĩa deꝰ bñdictꝰ in scla. Amen.

¶ *Qualiter spõsa recipit interim magnam cõsolationẽ de contemplatione diuinæ claritatis: antequã perueniat ad eius speciem futurã.* Sermo XLI. C

Matt. 6.

Matth. 9.

Collum tuũ sicut monilia. Solet ornari collum monilibus: nõ ipsis comparari. Sed hoc ille faciant qbus qa de pprio nõ inest decor: aliũde necesse est ut mendicẽt unde se speciosas mẽtiantur. Nam sponsæ collũ ita in seipso formosum, & tam decenter quasi natura formatũ est: ut extrinsecus nõ regrat ornatũ. Quid enim opus est peregrinorũ fucos adhibere colorum: cui ppria & tãquã innata sufficit pulchritudo, intãtũ ut ipsorũ quoq; quæ ad ornandũ quærũtur monilia possit adæquare nitorẽ? Hoc nẽpe itelligi uoluit qui nimirum qdẽ á collo (ut assolet) pẽdere monilia: sed ipm potiꝰ esse sicut monilia dixit. Nũciã inuocãdꝰ est nobis spũs sctũs: ut sicut spũales spõsæ genas sua dignatione tribuit inuenire: ita etiã ipius spũale collũ demostrare dignetur. Etenim qdẽ intellectui (qa mihi incũbit loq q̄ sentio) nihil interim uerisimiliꝰ pbabiliusue elucet, quàm ipm aïæ intellectũ colli nomine designari. Tu quoq; idẽ (ut arbitror) approbabis: si aduertas similitudinis rõnẽ. An non siquidem tibi uidetur colli quodãmodo uice fungi intellectus: per quem tua anima trajcit in se spiritus uitalia alimenta: atq; in quædam transfundit uiscera morum affectuũq; suorũ? Hoc ergo spõsæ collum, id est purus & simplex intellectus: cum nuda & aperta ueritate satis per se ipsum reniteat: non indiget ornamento: sed ipsum magis tanquam preciosum monile animam decenter exornat: ac pinde simile monilibus ipsis describitur. Bonũ monile ueritas: bonum puritas siue simplicitas, bonum planè monile saperé ad sobrietatem. Philosophorum uel hæreticorum intellectus non habet hunc in se puritatis ueritatisq; nitorem, & ideò multam curam gerunt ipsum colorare: & fucare faleris uerborum, & uersutijs syllogismorũ: ne si nudus appareat: falsi etiam appareat turpitudo. A
Bilder. Segtur. Murenulas aureas faciemus tibi: uermiculatas argento. Si faciam singulariter, & non pluraliter faciem? dixisset, absolute & indubitanter etiam hoc loquí sponsum pronunciassem. Nunc autem uide ne fortè magis sodalibus eius congruentius assignem?: sponsam quasi consolantibus tali promissione q̄ donec perueniat ad uisionem cuius sic flagrat desiderio, facturi sint illi murenulas pulchras: & preciosas, quæ sunt aurium ornamẽta. Atq;

hoc propterea

hoc ꝓpterea (ut opinor) quia fides ex auditu, & quādiu per fidē ambulatur & non per ſpeciē, dāda opera potius inſtruēdo auditui, quàm uiſui exercendo. Fruſtra nanq; intenditur oculus qui nō ſit fide mundat⁹: cum ſolis qui mūdo corde ſunt, uidēdi copia ꝓmittatur. Scriptū uerò
Actu. 15. eſt: Fide mūdans corda eorū. Quia ergo fides ex auditu, & ex illa uiſus purgatio eſt merito illi ornandis auribus intendebāt, dū auditus ſicut ratio docuit, uiſus ſit præparatio. Tu inquiunt, ō ſponſa intuendæ dilecti inhias claritati, ſed hoc alterius tēporis eſt. Damus autē impræſentiarum ornamenta auribus tuis, quod erit tibi interim cōſolatio, erit & præparatio ad hocipſum quod poſtulas.
ps. 44. Ac ſi illud prophetæ ei dicant: Audi filia & uide. Videre deſideras, ſed audi prius. Gradus eſt auditus ad uiſum.
ps. 85. Proinde audi & inclina aurem tuam ornamētis quæ tibi facimus, ut per auditus obediētiam ad gloriam pueniās
ps. 50. uiſionis. Nos auditui tuo damus gaudium & lætitiam: nam uiſui nō eſt noſtrum dare (in quo gaudij plenitudo, & tui deſiderij adimpletio eſt) ſed illius quem diligit anima tua. Ipſe ut gaudiū tuū plenū ſit, oſtendet ſeipſum tibi. Ipſe adimplebit te lætitia cū uultu ſuo. Tu interim accipe ad conſolationem murenulas has de manu noſtra, cæterum delectationes in dextera eius uſq; ad finē C Ad
ps. 15. Canti. 1. uertendum cuiuſmodi ei murenulas offerunt. Aureas, inquit, & uermiculatas argento. Aurum diuinitatis eſt fulgor, aurum ſapientia quæ deſurſum eſt. Hoc auro fulgentia quædam quaſi ueritatis ſignacula ſpōdent ſe figuratos hi quib⁹ id miniſterij eſt: ſupni aurifices, atq; interniſ aiæ aurib⁹ inſerturos. Qđ ego nō puto eſſe aliud quàm texere ſpirituales quaſdam ſimilitudines, & in ipſis puriſſima diuinæ ſapientiæ ſenſa animæ contēplantis conſpectí
1. Cor. 13. bus importare, ut uideat ſaltēper ſpeculum & in ænigmate, quod nōdū facie ad faciem ualet ullatenus intuerí. Diuina ſunt, & niſi expertis ꝓrſus incognita quæ eſtamur, quomodo uidelicet in hoc mortali corpe, fide adhuc habente ſtatum, & necdum propalata perſpicui ſubſtantia luminis, iam tamen interim pure interdum cōtemplatio ueritatis partes ſuas agere intra nos uel ex parte ꝓſumit, ita ut liceat uſurpare etiā alicui noſtrū cui hoc datū deſu-
1. Cor. 2. per fuerit illud apoſtoli: Nunc cognoſco ex parte. Itē: Ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus. Cum autē diuinius aliquid raptim & ueluti in uelocitate coruſci luminis interluxerit menti ſpiritu excedenti, ſiue ad temperamētum nimij ſplendoris, ſiue ad doctrinæ uſum, continuo (neſcio unde) adſunt imaginatoriæ quædā rerum inferiorum ſimilitudines infuſis diuinitus ſenſis cōueniēter accommodatæ, quibus quodammodo adumbrat⁹ puriſſimus ille ac ſplendidiſſim⁹ ueritatis radius, & ipſi animæ tolerabilior fiat, & quibus cōmunicare illū uoluerit capabilior. Exiſtimo tamē ipſos formari in nobis ſanctorum ſuggeſtionibus angelorū ſicut econtrario cōtrarias & malas ingerí immiſſiones per angelos malos non dubiū
1. Cor. 13. eſt. Et fortaſſis hinc illud eſt ſpeculū atq; ænigma, ut dixí, ꝓ quod uidebat apoſtolus ex iſtiuſmodi puris pulchriſq; imaginationib⁹ angelorum quaſi manibus fabricatum: quatenus & deí eſſe qđ purū & abſq; omní fantaſia corporcarum imaginū cernitur, ſentiamus: & elegantē quālibet ſimilitudinē, quaſd digne ueſtitum apparuerit, miniſterio deputemus angelico. Quod ſignaſſe expreſſi⁹ uí
Cañ. 1. detur alia interpretatio, dicens: Similitudines aurifabrí faciemus tibí, cum diſtinctionibus argentí. Vnum eſt cū diſtinctionibus argenti, & uermiculatas argento. In quo mihi ſignificare uidet non modo ſimilitudines intus per angelos ſuggerí, ſed nitorem quoq; eloquij per ipſos extrinſec⁹ miniſtrarí quo cōgrue atq; decēter ornatæ, & ab auditoribus facilius capiantur & delectabilius. Quòd ſi
ꝑs. 11. dixeris, quid eloquio & argento? dicit tibi propheta: Eloquia domini eloqa caſta, argentū igne examinatum. Ita ergo illi cæleſtes adminiſtratorij ſpirit⁹ peregrinanti in terrís ſpōſæ faciūt murenulas aureas uermiculatas argen
Cañ. 1. to. B Vide autē quō illa aliud cupit & aliud accipit, &

niſtentí ad cōtēplationis getē labor prædicationis impo nitur: & ſitienti ſponſi præſentiā, filiorū ſponſi pariendorum alendorūq; ſolicitudo iniungitur. Neq; nūc tm̄ accídit illi hoc, ſed & alia uice (ut nemini) cum ſponſi amplexus & oſcula ſuſpiraret, reſponſum eſt ei: qa meliora ſunt *Ibidem.*
ubera tua uino: ut ex hoc ſe intelligeret matrē, atq; ad dādum lac paruulis, nutriendumq; filios reuocarí. Fortaſſis & in aliis cātici huí⁹ locis hocipm tu quoq; (niſi piger ſis ad inquirendum) per teipſum aduertere poteris. An non *Geñ. 29.*
res iſta quondam in ſancto patriarcha Iacob præfigurabatur, cum fruſtrat⁹ optatis diuq; expectatis rachelis amplexibus, ꝓ ſterili & decora, ſœcūdam & líppam inuitus atq; ignarus accepit? Ita ergo nunc ſponſa ſcire cupiens & inquirens ubí in meridianis horis dilect⁹ paſcat & cubet, murenulas ꝓ eo reportat aureas, uermiculatas argento, id eſt ſapientiā cum eloquentia, haud hubiū qn ad p̄dícatiōis opus. Docemur ex hoc ſanè intermittēda plerūq; dulcia oſcula propter lactentia ubera, nec quēquā ſibí, ſed omnes illí q mortu⁹ eſt pro oīb⁹, eſſe uiuendū. Væ q bene de deo & ſentire & eloq acceperūt, ſi quæſtū æſtimēt pietatē, ſi conuertāt ad inanē gloriā qđ ad lucra dei acceperant erogādū, ſi alta ſapiētes, humilib⁹ nō conſentiāt. Paueant qđ in ꝓpheta legíf, dicēte dño: Dedí eis aurū meū & argētū meū, ipſi aūt de argento & auro meo opatí ſunt Baal. Tu ergo audí qd ſpōſa accepta hinc quidē increpatione, inde uerò ꝓmiſſione, reſpōderit. Neq; em̄ uel de ꝓmiſſis extollíf, uel ꝓ repulſa iraſcitur, ſed ſicut ſcriptū eſt: Corripe ſapientē, & amabit te. Et item qđ ad donationes *Prou. 9.*
& promiſſiones ſpectat: Quāto maior es humilia te in oīb⁹. *Eccli. 3.*
bus. Quod ex eius reſpōſione melius utrūq; patebit. Sed ipſa ſi placet diſcuſſio in aliud ſermonis principiū differatur. Et de his quæ dicta ſunt gloríficem⁹ ſponſum eccleſiæ dñm noſtrū ieſum chriſtum, qui eſt ſup omnia benedict⁹ deus in ſecula. Amen.

¶ *De duplici hūilitate, una uidelicet quam parit ueritas, & altera quā inflāmat charitas. Sermo.* XLII. D

CVm eſſet rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum. Hæc ſunt uerba ſpōſæ quæ in hodiernū diē diſtulimus, hoc reſponſum qđ dedit ubi increpata eſt à ſponſo, non tamen ſponſo, ſed eius ſodalibus. Quod facile eſt aduertere ex uerbis ipſis. Cum enim non dicit quaſi ad ſecundam perſonam cū eſſes rex in accubitu tuo, ſed cum eſſet in accubitu ſuo, patet ꝙ non ad ipſum loquitur, ſed de ipſo. Puta proinde ſponſum ubi eam (quatenus uiſum fuit) aut corripuit aut repreſſit, comperta ex ſuffuſione genarū uerecundia, ceſſiſſe loco, ut illa ſe abſente loqueretur liberius quæ ſentiret: ſed & ſi pauidior (ut aſſolet) quàm oportuerit, & deiectior animo facta eſſet ſodalium eam conſolationes erigerent. Quod tamē & ꝑ ſeipſum facere non neglexit, quātū iudicauit pro tēpore oportere. Nam ut clarū relinqueret, quantū ſibí in illa correptiōe complacuit, quippe quā ſenſit digne & prout oportuit acceptarí, nō ſanè ante ſe abſentauit, quàm ex abundantia (quod non eſt dubiū) cordís prorūperet in laudes eius, & genarum collíq; ipſi⁹ pulchritudinē cōmēdaret: ꝓpterea & quí cū ipſa remanent, blandè loquunt illi, & munera offerūt ſciētes domini uoluntatem. Ad ipſos ergo reſponſio eius. Et literalis quidē contextio ſchematis ita ſe habet. B Sed priuſquam ex hac teſta nucleum ſpiritus elicere inchoemus, dico unum breuiter. Felix cui ſua obiurgatio ſic reſpondet quemadmodū habem⁹ formam præſentis loci. Vtinam magis neminem obiurgare neceſſe ſit, hoc enim melius. Sed quoniam in multis offendimus omnes mihi tacere nō licet, cui ex officio incumbit peccātes arguere, magis autem urget charitas. Quod ſi arguero & fecero quod meū eſt, illa autē increpatio procedens miníme qđ ſuum eſt faciat, neq; id ad qđ miſſi illam, ſed reuertatur ad me uacua tanquā iaculū feriens & reſiliens, quid me animi tūc habere putatís fratres? Nónne angor, nónne torqueor? Et ut mihi uſurpē aliqđ ex uerbis magiſtrí (quia *Canti. 1.*

de sapiẽtia nõ possum) prorsus coartor è duobus, & quid eligam nescio, placere ne mihi in eo q̃ locutus sum, quoniam quod debui feci: an pœnitẽtiam agere super uerbo meo: quia quod uolui non recepi. Volui nimirũ perimere hostẽ, & eripere fratrẽ: & non feci sic magis autem cõtrariũ accidit. Nam læsi animã, & culpã auxi. Sic dẽ accessit & contemptus. Nolunt audire te, inquit, quia nolunt audire me. Vides quæ maiestas contẽnitur: Nõ te putes me solum spreuisse, dominus locut⁹ est. Et quod dixit p̃phetæ, dixit & apostolis. Qui uos spernit, ait, me spernit. Non sum p̃pheta, nõ sum apostolus, & p̃phetæ tamen & apostoli (audeo dicere) uice fungor: & quib⁹ nõ æquor meritis, eorum implicor curis. Et si ad meã multam confusionem, & si ad grande periculũ mihi sup cathedrã Moysi sedeo, cuius tamen uendico mihi uitã, nec experior gratiã. Quid tamẽ: Num ideo cathedræ non deferet, quoniã occupata est ab indigno: Etiam si scribæ & pharisæi in ea sedeant, inquit, quæ dicunt facite. Plerũq; etiam impatientia contemptui iungitur, ita ut aliqs nõ solũ nõ curet corrigi obiurgatus, sed insuper obiurgãti indignetur more frenetici manum medici repellẽtis. Mira peruersitas. Me dicanti irascitur qui non irascitur sagittãti. Est enim qui sagittat in obscuro rectos corde, qui & teipsum nunc sagittauit ad mortem, & in illũ non cõmouerisc: Mihi indignaris qui sanum te fieri cupio: Irascimini, inquit, & noli peccare. Si peccato irasceris, non solũ minime peccas, sed & quod peccaras exterminas. Nunc uerò & peccatũ retines medicamẽtum respuẽdo, & peccare apponis irrationabiliter irascendo, & est supra modum peccãs peccatum. Aliquoties additur & impudentia, ut non modo impatienter ferat q̃ corripit, sed etiam id unde reprehẽdit, impudẽter defendat. Hoc planè desperatio. Frõs, inquit, mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. Et ait: Recessit zelus meus à te, ultra nõ irascat tibi. Solo auditu cõtremisco. Sentisne quanti periculi quãtiq; horroris & tremoris res sit peccati defensio: Dicit iterum: Ego quos amo arguo & castigo. Si ergo te zelus deseruit, & amor. Nec eris amore dign⁹, q̃ indignus castigatiõe cẽseris. D Vides qa tũc magis irascit de⁹, cũ nõ irascit. Miseream impio, inqt, & nõ discet facere iustitiã. Misericordiam hanc ego nolo. Super omnem iram miseratio ista, sepiens mihi uias iustitiæ. Satius profectò mihi iuxta p̃phetæ consilium, apprehendere disciplinã, ne quãdo irascatur domin⁹, & peream de uita iusta. Volo irascaris mihi pater misericordiarũ. sed illa ira qua corrigis deuiũ, nõ qua extrudis deuia. Illud tua nobis benigna aiaduersio parit, hoc formidolosa nutrit dissimulatio. Non enim cũ nescio, sed cũ sentio te iratum, tũc maxime confido propitiũ: etenim cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis. Deus, inquit, tu p̃pitius fuisti eis, & ulciscens in oẽs adinuẽtiones corũ. Moysen alloquitur & Aarõ atq; Samuelem, quos modo p̃miserat, & hoc uocat p̃pitiationem, q̃ cor deus nõ pepercit excessibus. I nũc tu ergo, atq; hãc tibi excludito in æternũ, defendẽdo errorẽ, & accusando correptionẽ. An non istud est malũ dicere bonũ, & bonũ malum: An non ex hac odiosa impudẽtia pullulabit mox impœnitẽtia, mater desperationis: Quem enim pœniteat super bono quod putat: Væ illis, inquit, Væ illi æternũ est. Aliud est quẽq; tẽtari à propria cõcupiscentia abstractum & illectũ, & aliud sponte appetere malum tanquam bonũ, ad mortẽ quasi ad uitã male-securũ properare. Pro huiusmodi dico mallem aliquando tacuisse & dissimulasse quod agi perperam deprehẽdi, quàm ad tantam reprehẽdisse pernicie. Dicas forsan mihi q̃ bonũ meum ad me reuertatur, & quia liberaui animã meã, & mundus sum à sanguine hominis cui annunciaui & locutus sum, ut auerteret à uia sua mala, & uiueret. Sed etsi innumera talia addas, me tamen minime ista consolabuntur, mortem filij intuentẽ. Quasi uerò meam illa reprehẽsione liberationẽ q̃sierim, & non magis illius. Quæ enim mater etiam si oẽm quã potuit curã & diligẽtiã ægrotanti filio adhibuisse sciat, si demũ frustratam se uiderit, & oẽs labores suos esse penit⁹ inefficaces, illo nihilominus moriẽte, ꝓpterea unquã à fletibus temperauit. Et illa qdẽ hoc pro morte temporali, quãto magis me pro morte æterna mei filij manet utiq; ploratus & ululatus multus, etiã si nihil mihi cõsci⁹ sum quo minus annunciauerim illi: C Vides etiam à quãtis è regione malis & se & nos liberat, qui correptus mãsuete respõdet, uerecunde acquiescit, modeste obtemperat, humiliter confitetur: Huic ego animæ in omnibus me profitear debitorem, huic me ministrũ & seruũ tãquã dignissimæ dñi mei spõsæ, & q̃ reuera dicere possit: Cum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suũ. Bonus hũilitatis odor, qui de hac ualle plorationis ascendẽs, perfusis circũquaq; uicinis regionib⁹ ipm quoq; regiũ accubitũ grata suauitate respergat. D Est nard⁹ humilis herba, quã & calidæ ferunt esse naturæ hi qui herbarum uires curiosius explorarunt, & ideo per hanc uideor mihi nõ incõuenienter hoc loco uirtutẽ humilitatis accipere, sed quæ sancti amoris uaporibus flagret. Quod propterea sanè dico, quoniã est humilitas quam nobis ueritas parit, & nõ habet calorẽ: & est humilitas quã charitas format & inflammat. Atq; hæc quidẽ in affectu, illa in cognitione consistit. Eteñ tu si temetipsum intus ad lumen ueritatis & sine dissimulatione inspicias, & sine palpatione dijudices: non dubito quin humilieris & tu in oculis tuis, factus uilior tibi ex hac uera cognitione tui, quanuis necdum fortasse id esse patiaris in oculis aliorũ. Eris igitur humilis, sed de opere interim ueritatis, & minime adhuc de amoris infusione. Nam si ueritatis ipsius quæ te tibi ueraciter atq; salubriter demonstrauit, sicut splendore illuminat⁹, ita affectus amore fuisses: uoluisses procul dubio, qd in te est, eãdẽ de te oẽs tenere sniam, quã ipam apud te ueritatẽ habere cognoscis. Sanè qd in te est dixerim, quoniam plerũq; non expedit innotescere oĩbus oĩa quæ nos scimus de nobis atq; ipsa ueritatis charitate, & charitatis ueritate uctamur palã fieri uelle quod nocere agnoscẽti. Aliogn si priuato amore tui tẽt⁹ detines pariter intra te iudicij ueritatis inclusum, cui dubiũ est mihi te ueritatem diligere, cui proprium præfers uel cõmodũ uel honorem: Vides igit non esse idipm, hoiem de seipso nõ altum iam sapere ueritatis lumine redargutum: & humilibus sponte cõsentire, munere charitatis adiutũ. Illud enim necessitatis est, hoc uolũtatis. Semetipsum exinanit, inquit, formam serui accipiens, & formam humilitatis tradens. Ipse se exinaniuit, ipse se humiliauit, non necessitate iudicij, sed nostri charitate. Poterat nimirum uilem se & contemptibilem demonstrare, sed planè non reputare quoniam sciebat seipsum. Voluntate proinde humilis fuit, & nõ iudicio, qui talem se obtulit qualẽ esse nesciuit: magis autẽ placuit minimũ reputari, qui se summum non ignorabat. Deniq; ait: Discite à me qa mitis sum, & hũilis corde. Corde dixit, cordis affectu, id est uoluntate. Itaq; necessitatẽ excluſit, qui uoluntatem confessus est. Nõ eñ quomodo ego uel tu inuenimus nos in ueritate dignos dedecore & cõtemptu, dignos oĩñi extremitate & inferioritate, dignos etiã supplicijs, dignos plagis: nõ, inquã, ita & ille quæ tamẽ oĩa expertus est quia uoluit tanquã hũilis corde. Hũilis uidelicet illa humilitate quã cordis sua sit affectio, non quã extorsit discussio ueritatis. Propterea dixi hãc uolũtariæ humilitatis speciẽ, non redargutione ueritatis, sed charitatis intra nos infusione creari: qa cordis est: qa affectionis: quia uoluntatis: au uerò recte tu iudica. Itẽq; etiã hoc tuo æque examinet iudicio, dignẽne candẽ dño assignarim, quẽ charitate constat exinanitum, charitate minoratũ ab angelis, charitate parentib⁹ subditum, charitate baptistæ manib⁹ inclinatum, charitate carnis infirma passum, charitate postremo morti obnoxium, cruce inglorium extitisse. C Sed & hoc unũ adhuc tui sit considerare arbitrij, rectẽne etiã hãc ipsam humilitatẽ ita charitate calentem, herba humili & calida, id est nardo putauerim designatã. Et si ita cuncta probaueris, probabis enim

Ezech. 3.
Luc. 10.
ps. 10.
ps. 70.
Apoc. 3.
Esaiæ. 26.
ps. 2.
ps. 98.
Eccli. 31
ps. 39.
Cant. 1.
Philip. 2.
Matt. 11.

habis enim rationi manifestissime acquiescens tunc si iam apud teipsum humiliatus es necessaria illa hūilitate quā scrutās corda & renes ueritas sensibus ingerit animæ uigilantis adhibe uoluntatem, & fac de necessitate uirtutē, quoniā nulla est uirtus sine cōsuentia uoluntatis. Sic autem fiet istud, si nolis alter apparere foris, quàm te inuenis intus. Alioquin time ne de teipso legas. Quoniam do- ps.35. lose egit in conspectu eius, ut inueniatur iniquitas eius ad odiū. Pondus, inquit, & pondus abominatio est apud deum. Quid enim? Tu te depreciaris in secreto apud teipsum ueritatis trutina ponderatus, & foris alterius pre- cij mentiens maiori te pondere uēdis nobis quàm ab ipa accepisti? Time deū, & noli hanc rem pessimam facere: ut quem humiliat ueritas, extollat uoluntas: hoc enim est resistere ueritati, hoc pugnare cōtra deum. Magis autem acquiesce deo, & sit uolūtas subdita ueritati, nec tātum sub- ps.61. dita, sed & deuota. Nónne deo, inquit, subiecta erit anima mea? Et parū est esse subiectum deo, nisi sis & omni humanæ creaturæ propter deū, siue abbati tanquam præcellenti, siue prioribus tanquā ab eo cōstitutis. Ego plus dico, Matt.3. subdere paribus, subdere & minoribus. Sic enim decet nos, inquit, omnē implere iustitiam. Vade & tu ad minorem si uis in institia esse perfectus, defer inferiori, iuniori te inclinato. Hoc enim faciens trahes & ipse ad te sponsæ sermonē quem dixit: quia nardus mea dedit odorē suū. D Odor deuotio est, odor bōa opinio quæ ad oēs puenit, ut christi sis bonus odor in omni loco, spectabilis omnibus, amabilis oibus. Nō potest hoc ille humilis quē ueritas ad humilitatē cogit, quoniā sibi habet illam, & exire nō patitur ut sparsa foris redoleat. Magis aūt nō habet odorem, qa nō habet deuotionē, utpote q nō sponte neq; libenter se humiliat. Sponsæ uerò humilitas tanquā nardus spargit odorem suum, amore calens, deuotiōe uigens, opinione redolens. Sponsæ humilitas uoluntaria est, perpetua est, fructifera est. Odor eius nec reprehensione exterminatur Cant.1. nec laude. Audierat: Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis, & collum tuum sicut monilia. Acceperat & repromissionē ornatus aurei, & nihilominus tamen cum humilitate respondet, & quanto maiorem se audit, tanto humiliat se in omnibus. Non gloriatur in meritis, nec inter laudes suas humilitatis obliuiscitur, quā & humiliter confitetur sub nardi nomine. Ac si uoce uirginis Mariæ dicat. Nullius mihi meriti cōscia sum ad tantam dignationē, nisi q Cantic.1. respexit deus humilitatem ancillæ suæ. B Nam quid est aliud, nardus mea dedit odorem suum, quàm placuit mea humilitas? Non mea, inquit, sapientia, nō mea nobilitas, non mea pulchritudo, quæ nulla erant mihi, sed quæ sola inerat humilitas dedit odorem suum, id est solitum. Solito placet deo humilitas. Solito planè atq; ex cōsueto excelsus dominus humilia respicit: & ideò cum esset rex in accubitu, id est in excelso habitaculo suo, illuc quoq; hu- ps.112. militatis odor ascendit. In altis habitat, inquit, & humi- Cantic.1. lia respicit in cælo & in terra. Ergo cū esset rex in accubitu suo, nardus sponsæ dedit odorē suū. Accubitus regis, sinus est patris: qa semper in patre filius. Nec dubites regem hunc esse clementē, cui perennis accubitus est paternæ benignitatis diuersoriū. Meríto clamor humiliū ascēdit ad eum, cui fons pietatis est mansio, cui familiaris suauitas, cui substātialis uel potius consubstantialis bonitas est: cui ideò totum qđ est, de patre est, ut nil prorsus in regia maiestate nisi paternū, humiliū trepidatio suspicetur. ps.11. Deniq; propter miseriā inopū & gemitū pauperum nūc exurgam dicit dominus. Horū igitur cōscia spōsa (utpotè domestica atq; charissima) non se putat arcendam spōsi gratia, penuria meritorum, sola de humilitate præsumēs. Regē deniq; noīat, nam sponsum interim territa increpatione non audet, & in alto habitare fatet, nec sic tū diffidit humilitas. C Primitiuæ ecclesiæ potes hunc cōgruentissime aptare sermonē, si recordaris dies illos quibus assumpto domino ubi erat prius, & sedente in dextera patris illo suo antiquo nobili atq; glorioso accubitu, discipuli erant congregati in loco uno: perseuerātes unanimiter in oratione cū mulieribus & maria matre Iesu & fratrib⁹ eius. Nónne tibi uidetur retera tūc tēporis nardum paruulæ & trepidātis spōsæ dare odorem suum? De Actu. 2. niq; cū factus est repēte de cælo sonus tanquā aduenientis spiritus uehemētis, & repleuit totā domū ubi erant sedētes, an nō merito paupercula tunc dicere potuit? Cū esset Cañ.1. rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. Patuit pro certo oībus in loco manentibus quàm grat⁹ humilitatis & quàm beneplacit⁹ odor ascenderat, cui mox tā copiosa & gloriosa remuneratione respōsum est. Cæterū illa nō ingrata bñficij fuit. Audi enī quomodo mox repleta deuotione parat se ad oīa mala perferenda pro nomine ei⁹. Nā seqtur: Fasciculus⁹ myrrhæ dilectus me⁹ mihi Ibidem. inter ubera mea cōmorabit. Infirmitas mea (quā nostis) non simit ulterius progredi. Hoc solum dico: quia tribulationum amaritudines sub myrrhæ nomine dicit se subire paratā amore dilecti. Reliquū capituli alias psequemur, si tamē exorat⁹ à uobis spūssctūs affuerit, q nos intelligere faciat uerba sponsæ q̄ ipse inspirādo formauit, sicut nouit illi⁹ cui⁹ ipe spūs est laudib⁹ cōuenire, spōsi ecclīæ Iesu xp̄i dñi nr̄i, q est sup oīa de⁹ bñdict⁹ in secula. Amen.

¶ *Qualiter consideratio passionis & laborū xp̄i facit spontaneam, id est aīam pergere illæsam inter prospera & aduersa huius mundi.* Sermo. XLIII. A

Fasciculus⁹ myrrhæ dilect⁹ me⁹ mihi, inter ubera Cañ.1. mea cōmorabitur. Ante rex, modo dilect⁹. Ante in accubitu regio, modo inter sponsæ ubera. Magna humilitatis uirtus, cui etiam deitatis maiestas tam facile se inclinat. Cito reuerentiæ nomen in uocabulū amicitiæ mutatū est: & q lōge erat, in breui factus est prope. Fasciculus⁹ myrrhæ dilect⁹ meus mihi. Myrrha amara res, dura & aspera tribulationum significat. Ea sibi dilecti causa imminere prospicies, gratulabunda id loquitur, cōfidens se oīa uirsliter subiturā. Ibant, inqt, gau- Actuū.5. dentes discipuli à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Propterea deniq; non fascem, sed fasciculum dilectū dicit q̄ leue præ amore ipsi⁹ ducat quicquid laboris immineat & doloris. Bene fasciculus: quia paruulus natus est nobis. Bene fasciculus: quia non sunt condignæ passiones huius tempo- Roma.8. ris ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis. Id em, inqt, qđ in præsenti est momētaneū & leue tribulationis nostræ, supra modū in sublimitate æternum pondus gloriæ operat in nobis. Erit ergo quandoq; nobis ingens cumulus gloriæ, qui modo est fasciculus myrrhæ. An non fasciculus cuius iugum suaue est & onus leue? Non qa leue in se (nec em leuis passionis asperitas, mortis amaritudo) sed leuis tamē amāti. Et ideò nō ait tātū fasciculus⁹ myrrhæ dilectus meus sed mihi, inquit, quæ diligo fasciculus est. Vnde & dilectum nominat, mōstrans dilectionis uim Cantic.1. omnium amaritudinū superare molestiā, & quia fortis est ut mors dilectio. Et ut scias non in se illam, sed in dño gloriari, neq; de ꝓpria uirtute sed de dñi adiutorio præsumere fortitudinē, dicit illū inter ubera sua cōmoraturū, cui secura decātet. Etiā si ambulauero in medio umbræ mor- ps.22. tis, non timebo mala qm tu mecū es. C Memini me in uno superiorū sermonū duo sponsæ ubera cōgratulationem diffinisse atq; compassionē, iuxta Pauli doctrinam dicētis: gaudere cū gaudētib⁹, flere cū flentib⁹. Quia uerò Roma.12. inter aduersa & ꝓspera uersans, nouit utrobiq; pericula non deesse, medīū huiusce modi uberū suoꝝ uult habere dilectū, cuius aduersus utraq; cōtinua ꝓtectione mumitā nec læta extollāt, nec tristia deiciāt. Tu quoq; si sapis, imitaberis spōsæ prudētiā: atq; hūc myrrhæ tam charū fasciculum de principali tui pectoris nec ad horā patieris auelli, amara illa oīa q̄ ꝓ te ptulit, semp in memoria retinēs, ut assidua meditatione reuoluēs, quo possis dicere & tu. Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter ubera mea cōmorabitur. ¶ Et ego fratres ab inuite mea conuersiōe p acceruo meritorū quæ mihi desse sciebam, hunc mihi fasci

culũ collígare,& ínter ubera mea collocare curauí, collectum ex oĩb9 anxietatib9 & amaritudínib9 dñi mei. Primum uidelicet infantilíũ illarũ necessitatũ. Deíde laboꝝ quos ptulit ín pdicãdo,fatigationũ ín díscurrendo, uigiliarũ ín orãdo,tẽtationũ in iciunãdo, lachrymarũ ín cõpatiendo,insidiarũ in colloquẽdo,postremò piculorũ in falsis fratríb9, conuitiorũ, sputorũ, colaphoꝝ,subsannationum, exprobrationum,clauorum,horumq; similium, quæ ín salutẽ nostri generis silua euãgelica copiosíssime noscitur protulísse. Vbí sanè ínter tot odoríferæ myrrhæ huius ramusculos míníme ptermittendã putauí etiã illã myrrhã qua ín cruce potatus eít,sed neq; illã qua unctus est in sepultura. Quarũ ín príma applicuit sibi meoꝝ amaritudínẽ pctõrũ. In sctã futurã incorruptionẽ mei corporis dedicauit. Memoriã abũdãtiæ suauitatis horũ eructabo quoad uíxero. In æternũ non obliuíscar míserationes ístas: quía in ipsis uíuificatus sum. Has olím sctus Dauíd cũ lachrymis requirebat: Veníant mihí,inquiens,míserationes tuæ & uiuã. Has & alíus qdã sanctorũ cũ gemitu memorabat dicẽs: Míserícordiæ dñi multæ: quàm multí reges & ꝓphetæ uoluerũt uídere,& nõ uíderunt: & audíre,& nõ audíerũt. Ipsi laborauerũt,& ego in labores eorũ ítroíui. Ego messui myrrhã quã illi plãtauerũt. Mihi hic salutaris fasciculus seruat9 est. Nemo tollet eũ à me, ínter ubera mea cõmorabitur. A Hæc meditarí dixí sapientiã,ín his iustitiæ mihí pfectionẽ cõstítui,in his plenitudínẽ scíẽtiæ: in his díuitias salutis: in his copias meritorũ. Ex his mihí ínterdum potus salutaris amaritudínis, ex his rursum suauis unctio consolationis. Hæc me erígunt ín aduersis,in ꝓsperis reprímũt,& ínter læta tristiaq; uítæ præsentís uía regía incedẽti tutũ præbẽt utrobiq; ducatum,hínc índe mala ímmínentia ꝓpulsando. Hæc mihí cõcíliãt mũdí iudicẽ,dũ tremendũ potestatibus mitẽ humílemq; figurãt,dũ non solũ placabílẽ sed & imitabílẽ repsentãt eũ q inacceſſibilis est prícipatib9,terríbilis apud reges terræ. Propterea hæc mihí in ore frequenter, sícut uos scítis: hæc ín corde semp,sicut deus scit: hæc stilo meo admodum familíarí,sícut apparet: hæc mea sublímior ínterím philophía,scire Iesum,& hũc crucifixũ. Non regro sicut sponsa ubi cubet in meridíe,quem lætus amplector mea ínter ubera cõmorãtẽ. Nõ requíro ubi pascat in meridíe,quẽ íntueor saluatorẽ in cruce. Illud sublimi9, ístud suaui9 uel parati9. Panís illẽ,hoc lac. Hoc uíscera reficit paruulorũ,hoc replet ubera matrum: & ideò ínter ubera mea cõmorabít. Hũc & uos dilectíssimi tã dilectũ fascículũ collígite uobis,hũc medullis ínserite cordís,hoc muníte aditum pectoris,ut & uobis ínter ubera cõmoret. Habete illũ semper nõ retro in humeris,sed ante præ oculis, ne portãtes & non odorãtes,& onus premat, & odor nõ erígat. Memẽtote qa accepit eũ Symeõ in ubnis suís. María gestauit in utero, fouit in gremío,spõsa sibi ínter ubera collocauit. Et ne qd ptermittã,factũ est uerbũ in manu zachariæ ꝓphetæ,necnõ & quorũdã aliorũ. Arbítror & Ioseph uírũ mariæ super genua frequẽter illí arrísísse. Hoẽs añ se eũ habuerũt,& null9 retro. Exẽplo ergo sínt uobis,ut & uos símíliter faciatís. Sí cñ ante oculos habuerítis quẽ portatís, pro certo uidẽtes angustias dñi, leuius uestras portabítis,ipso auxíliante ecclesiæ sponso, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

Ps.110.

Ps.118.

Ibidem.

Luc.2.

Ioan.13.

¶ *Quòd uir ecclasticus debet esse pius in corrigẽdo mãsuetos, & ecõuerso durus & austerus cõtra asperos & obstinatos qñ ipsi delinquũt.* Sermo. XLIIII. C

Cantic.1. BOtrus cypri dilect9 me9 mihi in uíneis Engaddí. Si dilectus in myrrha,multo magis in botri suauitate. Ergo dñs me9 Iesus myrrha mihi in morte,botr9 in resurrectiõe,seipsum mihi saluberrimũ tẽperauit in potũ,i lachrymis,i mẽsura. Mortu9 est ꝓpter pctã nr̃a,& resurrexit ꝓpter iustificationẽ nr̃am, ut peccatis mortui iustitiæ uiuam9. Itaq; tu,si pctã l uxísti bibísti amaritudínẽ. Si aũt iã respirasti i spẽ uitæ uita sanctiorí,mutata est tibi myrrhæ amaritudo ín uínũ qd̃ lætí ficat cor hoís. Et fortassis hoc illud significauerit qd̃ saluatorí oblatũ est ín cruce uínũ myrrhatũ,& ideò noluit bíbere,quoniã ístd̃ sitiebat. Tu ergo post myrrhæ (ut díxí) amaritudínes,uínũ iocũditatis experiẽs,haud temere & ipse dicere poteris. Botr9 cypri dilectus meus mihí in uíneís Engaddí. Engaddí duplicẽ habet interpretationẽ,& uní ambæ intellectui seruiũt. Dicit nãq; fons hœdi,& baptísma gẽtiũ, lachymasq; peccãtiũ aperte designat. Dicit & oculus tẽtationis,q & lachrymas æque fundat, & tẽtationes q̃ mínímè unquã desunt uítæ hoís sup terrã ꝓspíciat. Sed & popul9 gẽtiũ q ambulat ín tenebris, numquã per se laqueos tẽtationũ agnoscere,ac p hoc nec euadere potuit,donec per gratã illí9 qui illumínat cæcos,recepit oculos fidei,donec uenít ad ecclesiã q̃ habet oculũ tentationis,donec se tradidit uiris spũalibus ínstruendũ,q illuminatí spũ sapiæ,suo & experimento docti,possunt ueraciter dicere,qa non ignoramus astutías diaboli,& cogitationes eius. Ferunt in Engaddí arbusculas balsamí crescere,q̃ ín modũ uínearũ ab índigenís excolunt̃,& índe fortẽ tan uíneas appellauit. Alioquín qd faceret botrus cypri ĩ uíneís Engaddí? Quís unquã botros de uíneís ĩ uíneas trãsportauit? Solet síquídẽ uínũ ubi deest alíũde euchi, nõ ubí adest. A Ergo uíneas engaddí dícit plebes ecclesiæ,q̃ habet balsamí liquorẽ,spíritũ mãsuetudínis,ín quo paruulorũ adhuc ín Christo tenerítudínẽ blãde fouet,& dolores pœnitentiũ cõsolat̃. Sed etsi quís frater ín alíquo delícto ꝓoccupatus fuerit,uir ecclesiastic9 q hunc spũm iã accepit,curabit huíusmodí mox ínstruere ín codẽ spũ lenitatis,considerans seipsum,ne & ipse tenet̃. In hoc typo quotquot baptízandí sunt,etiã corporaliter,ecclesia oleo materiali ungere consueuit. Quía uerò uulnera illius quí ínciditin latrones,& ſumento corpis pij samaritani ecclesiæ est deportat9 ín stabulũ,nõ in solo oleo, sed in uíno símul & oleo sanitatẽ recipiũt,necessariũ habet spíritualis medic9 etiã uínũ feruidí zeli cũ oleo mãsuetudínis, cuí sanè cõuenit non modo cõsolarí pusillanímes, sed & corrípere ínquietos. Sí eñ uíderit illũ q uulnerat9 est. i. q peccauit, blãdís aut lenibus hortamentís quæ ín eũ prærogata sunt,mínímè emẽdatũ,magis aũt fortè etiã abutentẽ sua mãsuetudine & patíẽtía negligentiorẽ fierí,& ín pctõ suo etiã securi9 obdormíre: frustrato tã suauiũ oleo monitoꝝ, oportebít sanè mordacíorib9 uti medicamẽtis, & uínum cõpunctionis ínfundere,durís uídelicet cũ eo increpatíonib9 atq; ínuectionib9 agere, & si causa requírit, & durítia tãta est,etiã cẽsuræ ecclíasticæ baculo pcellere cõtẽptorẽ. Sed unde illí hoc uínũ? Nec eñ in uíneís engaddí uínum ínuenít,sed oleũ. Quærat ergo in cypro, nã illa ínsula forax est uíní,& uíní optimí,tollẽsq; índe sibi ingẽtem botrũ,quẽ olím exploratores de ísrael in uecte ferebant,chorũ ꝓpheticũ pcedẽtẽ,& subsequẽtẽ apostolicũ,mediũ autem ieſum pulchro schemate figurãtes. Hunc ergo botrũ accipíes sibi dícat. Botr9 cypri dilect9 me9 mihi. C Ví dím9 botrum,uideam9 qualiter zeli uínũ exprímat ex eo. Et eñ si peccãti hoí hõ pctõr míníme índignat̃, sed magis quasi quẽdã ei suauíssimi balsamí rorẽ sudãs,pũ exhibet cõpassionis affectũ,hoc scímus unde uenit,& iã audístis, sed nõ aduertístis fortasse. Dictũ nãq; est q ex considerationeſuíꝑsi9 cuiq; uoníat mãsuetũ esse ad oẽs,dũ hõ cõsílio sapiẽtíssimí Pauli,ut pie cõdescẽdere sciat ꝓoccupatis ín pctõ cõsiderat seipsum,ne & ipse tẽtet̃. An nõ hinc denicq; amor ꝓxímí radicẽ trahit,de quo in lege mandatur. Díliges ꝓximũ tuũ sicut teipsum? Ex íntimis sanè humanís affectibus prímordía ducit sui ortus fraterna dilectio, & de ínsita hoí ad seipsum,naturali quadam dulcedíne tã quã de humore terreno sumit ꝓcul dubio uegetationem & uím,ꝑ quã spirãte quidẽ gra desup fruct9 parturit pietatis: ut qd̃ sibi aía naturaliter appetit,naturæ consorti, id est alteri hoí iure q̃dã hũanitatis ubi poterit & oportuerit non exístímet denegandũ,sed sponte ac líbens ímpartiat̃. Ineſt ergo naturæ li pctõ nõ obsolescat, ístíusmõí gratæ & egregiæ quasi suauitatis líquor: ut molliorẽ magis ad cõpa-

2.Cor.5.

Psal.103.

Cañ.1.

Ibidem.

Luc.10.

Luc.10.

gis ad cōpatiendū peccātibus, quàm adindignādū aſperiorē ſeſe ſentiat & exhibeat. D Verū quia iuxta ſapiētis ſentētiam, muſcæ morituræ exterminānt hoc ſuauitatis unguētū, & minime habet in ſe natura unde id reparet ſibi ſemel amiſſum, ſentit doleda mutatiōe corruere ī illud
Gen.8. qđ ueraciter ait ſcriptura: Proni ſunt ſenſus hoīs & cogitationes in malū ab adoleſcētia. Nō bona adoleſcentia, in qua filius iunior portionē ſibi paternæ ſubſtantiæ poſtulat ſequeſtrari, & bonum incipit uelle diuidere qđ in cōe dulcius poſſidet, & habere ſolꝰ qđ participatiōe non mi
Luce.15. nuitur, partitione amittitur. Deniq; omnia, inquit, bona ſua diſſipauit, uiuēdo luxurioſe cū meretricibus. Quænā hæ meretrices: Vide ne ipſæ ſint q̄ exterminānt ſuauitatis unguentum, carnales uidelicet cōcupiſcentiæ, de quibus ſaluberrime ſcriptura te amonens, poſt concupiſcentias, inquit, tuas nō eas. Et merito morituras deſcribit ſapies:
1.Ioan.2. qui & mūdus trāſit, & concupiſcētia eius. His ergo dū ſatisfacere ſingulariter uolumꝰ, boni nos ſocialis atq; communis ſingulari ſuauitate priuamus. Hæ prorſus muſcæ ſordidæ & pungentes, q̄ in nobis decorē naturæ fœdant, mētem curis & ſolicitudinibꝰ lacerant, ſocialis gratiæ ſuauitatem exterminānt. Hinc hō iunior filiꝰ appellatur, q̄ natura quodam inſenſatæ lubrico adoleſcentiæ deprauata, omnem uirilis maturitatis ac ſapientiæ ſuccū amiſerit, & uerſus in aſperū arēte animo p̄ter ſe uniuerſos deſpiciat, factus ſine affectione. Igitur ab incunte adoleſcentia iſta peſſima atq; miſerrima, proni ſunt ſenſus hominis & cogitationes in malū, & natura ad indignandum quàm ad cōpatiendum paratior. Inde homo tanquā oīno exutus hominem, in quo uult ſibi cū opus habet ab hoībus ſubueniri, non uult ipſe hominibus opꝰ habētibus ſubuenire. Magis aūt iudicat, ſpernit, irridet homo hoīes delinquētes pctōr, nō cōſiderās ſeipſum ne & ipſe tētet. A quo malo minime p ſe (ut dixi) natura reſurget, neq; recuperabit oleū ingenitæ manſuetudinis, qđ ſemel eſt exterminatū in ea. Verūtamē qđ nō pōt natura, pōt gr̄a. Quem ergo hominū unctio ſp̄us miſerata, p̄fundere denuo ſua benignitate dignabit, is continuo reuertet in hominem, inſuper & aliquid melius à gr̄a quàm à natura recipiet. In fide & lenitate ſanctū faciet illū, & dabit illi nō oleū ſed balſamū in uineis Engaddi. B Nec em̄ dubiū ex fonte hæ
Apo.1 di profluere charismata meliora: cuius utiq; unctio hœdos uertit ī agnos, & de ſiniſtra trāsfert ī dexterā pctōres,
Roma.5. abūdāti qđē añ p̄fuſos unctiōe miſericordiæ, ut ubi abū dauerūt delicta: ſup abūdet & gr̄a. An non uerē uidet tibi rediſſe quodāmodo is hō in hoīem, q animi ſecularis feritate depoſita, & recuperata etiā cū fœnore gratiæ hūanæ unctiōe manſuetudinis, quā in ipſo muſcæ carnalium cupiditatum penitus exterminarant, de ſuo quē geſtat hoīe (imo qui ipſe eſt) & materiā ſumit & formā miſerendi hominibus aliis: ita ut tanquā feralē quēdā rictū exhorreat nō ſolū cuiquā facere hoīm, qđ pati ipſe nolit, ſed etiā nō facere oīa oībꝰ quæcūq; ſibi fieri uelit. C En unde oleū. Vinum unde. Profectò ex botro cypri. Et em̄ ſi amas dīm Ieſum toto corde, tota aīa, tota uirtute tua, uunquid ſi uiderīs eius iniurias cōtēptumq;, ferre ullatenus æquo animo poteris: Minime, ſed mox arreptus ſp̄ū iudicij & ſp̄ū
Eſaie.4. ardoris, & tāquā potēs crapulatus à uino, repletus zelo
p̄s.118. Phinees, dices cū dauid. Tabeſcere me fecit zelus meꝰ, qa oblīti ſunt uerba tua inimici mei. Et cū dño. Zelus domꝰ tuæ comedit me. Vinum eſt ergo feruidiſſimus zelus iſte exp̄ſſum de botro cypri, & calix inebrians xp̄i amor. Deniq; deꝰ nr̄ ignis cōſumēs eſt, & ppheta ignē dicebat de excelſo miſſum in oſſibus ſuis, eò q̄ diuino amore flagraret. Habens itaq; ex fraterno oleū māſuetudinis, & ex diuino amore uinū æmulationis, ſecurus accede ad ſananda uulnera illius qui incidit in latrones, piſſimi ſamaritani optimus imitator: ſecure quoq; dicito & tu cum ſponſa:
Cañ.1. Botrꝰ cypri dilectꝰ meꝰ mihi in uineis engaddi, hoc eſt zelus iuſtitiæ amor dilecti mei mihi in affectibus pietatis. Et de hoc ſatis. Nam & infirmitas mea pauſandum indicit, ſicut & ſæpe facit, ita ut plerūq; cogar imperfectas (ut ipſi ſcitis) relinquere diſputationes, reſiduaq; capitulorum in diem alterū reſeruare. Sed qđ: Ego in flagella paratus p̄s.37.
ſum, ſciens me adhuc longe recipere impatia meritis. Vapulem ſanè uapulem ut male operans, ſi fortè uerbera in merita reputentur fortaſſis miſerebit flagellato, qui bonum in me nō inuenit quod remuneret ſponſus eccl̄iæ Ieſus xp̄s dñs noſter, q eſt ſup oīa deꝰ bñdictꝰ in ſcla. Amē.

¶ *De duplici pulchritudine aīæ, & qualiter anima loquitur ad dei uerbum, & uerbum ad animam: & quæ ſint linguæ.* Sermo. XLV. A

ECce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra: oculi tui columbarū. Pulchræ optimæ ex amore ſponſæ p̄ſumptio: ex amore indignatio ſponſi. Hoc reī exitꝰ probat. Et em̄ p̄ſumptionē correptio, correptionē emēdatio, emēdationē remuneratio ſecuta eſt. Adeſt dilectus, amouet magiſter, rex diſparet, dignitas exuit, reuerētia ponit. Cedit q̄ppe faſtus ubi inualeſcit affectus. Et ſicut quondam quaſi amicus ad amicū Moyſes loq̄bat, & dñs rñdebat: ita & nūc inter uerbū & aīam ac ſi inter duos uiſcinos familiaris admodum celebratur confabulatio. Nec mirū. Ex uno amoris fonte utriq; influit diligere inuicē, confoueri pariter. Ergo dulciora melle uolant hincinde uerba, mutui in ſe totius ſuauitatis ferūtur aſpectꝰ, ſancti indices amoris. Deniq; is illā amicam nuncupat, pulchram prouunciat, pulchram iterat, eadem ab illa uiciſſim recipiens. Nec ociоſa iteratio, quæ amoris confirmatio eſt, & fortaſſis aliquid innuit requirendū. Quæramus geminā aīæ pulchritudinem: hoc enim mihi uidetur innuere. Decor aīæ humilitas eſt. Nō à meipſo hoc dico, cū propheta prior dixerit. Aſpges me
p̄s.50. hyſſopo & mundabor: humili herba & pectoris purgatiua, hūilitatē ſignificās. Hac ſe poſt grauem lapſum rex & propheta lauarī cōfidit, & ſic niueū quēdā innocētiæ recuperare candorē. Verum ī eo qui grauiter peccauit etſi amāda, nō tñ admiranda humilitas. At ſi quis innocentiā retinet, & nihilominus hūilitatē iūgit: nōne is tibi uidetur geminū aīæ poſſidere decorē. B Sēta maria ſcīmonīā non amiſit, & hūilitate nō caruit. Et ideo concupiuit rex decorē eius, quia humilitatē innocētiæ ſociauit. De-
p̄s.44. niq; reſpexit, inquit, humilitatē ancillæ ſuæ. Ergo beati q
Luce.1. cuſtodiūt ueſtimēta ſua munda, uidelicet ſimplicitatis & innocētiæ, ſi tñ & decorem induere humilitatis adiciant. Profectò audiet quæ huiuſmodi inuenīt: Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra. Vtinam uel ſemel dicas aīæ meæ dñe Ieſu: ecce tu pulchra es. Vtinam mihi humilitatem cuſtodias. Nam primā ueſtē ego male ſeruaui. Seruꝰ
p̄s.115. tuꝰ ſum ego. Nec em̄ audio p̄fiteri amicum, q teſtimoniū decoris mei cum repetitione non audio. Sufficit mihi ſi ſemel audiam. Sed qđ ſi & hoc in quæſtiōe ſit: Scio quid faciam, uenerabor amicam ſeruus, cumulatum in ea decorem deformis homunculus admirabor, gaudebo ad uocem ſponſi tantā nihilominus pulchritudinē admirantis. Quis ſcit ſi ſaltē ex hoc inuenturus ſim gratiam in oculis amicæ, ut gr̄a ipſiꝰ & ipe inueniar inter amicos: Deniq; amicꝰ ſpōſi ſtat, & gaudio gaudet ꝓpter uocem ſponſi. Enuox eiꝰ in auribꝰ dilectæ, audiamus & gaudeamꝰ. Aſſunt ſibi, loquunt pariter, ſtemꝰ ſimul, nulla nos huic ſubducat
Cañ.1. colloquio ſeculi cura, nulla illecebra corpis. Ecce, inquit, tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra. Ecce admirātis uox eſt, reliquum laudis. D Merito admirāda, cui ſanctitas amiſſa humilitatem nō attulit, ſed ſeruata admiſit. Merito pulchra repetitur, cui neutra defuit pulchritudo: Rara auis in terris, aut ſanctitatem nō perdere, aut hu
Iuue.7. militatē ſanctimonia non excludi: & ideò beata q̄ utranq; retinuit. Deniq; probatum eſt, nihil ſibi cōſcia eſt: & correptionem non abnuit. Nos & cum magna delinquimus, uix ferimꝰ reprehendi: hæc autē æquo animo audit contra ſe amaritudines, nihil peccans. Nam ſi deſiderat uidere claritatem ſponſi, quid mali eſt: Magis & laudis eſt, & tamen increpata pœnitentiam agit, & dixit: Faſciculꝰ myr-
Cant.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rhæ dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur. Hoc est. Sufficit mihi, nolo iã scire nisi Iesum, & hunc crucifixũ. Magna humilitas. Actu innocens suscipit pœnitẽtis affectum: & quæ non habet unde pœniteat, habet tamẽ ut pœniteat. Cur ergo, iquis, increpata est, si nihil male fecit? Sed enim audí nũc dispensationem & prudentiã
Gen.22. sponsi: Sicut Abraæ olim obedientia sanè tentata est, ita
Ibidem. & nunc humilitas sponsæ. Et quomodo ille impleta obedientia tunc audiuit: nunc cognouí q̃ timeas deum, sic & huíc modo quasi sub alijs uerbis dicit, nunc cognouí q̃
Canti.1. humilis sis. Hoc enim est qđ ait. Ecce tu pulchra es. Et iõ preconium iterat, ut gloriæ sanctitatis additũ signet hũílitatis decorem: ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra. Nũc cognouí q̃ pulchra sis, nõ solũ ex meo amore, sed etiam ex tua hũilitate. Non dico nũc pulchram inter mulieres, nec pulchrã in genís, nec in collo, sicut ante dicebã, sed pulchram simpliciter fateor, nõ utiq̃ pulchrã ex
Ibidem. comparatione, nõ cum distinctiõe, nõ ex parte. A Et addit: Oculí tui columbarũ. Aperte adhuc cõmendatur humilitas. Ad hoc siquidem respicit q̃ illa reprehensa de alta inquisitione sua, continuo non cunctata est ad simpli-
Canti.1. ciora descendere, ita ut diceret: Fasciculꝰ myrrhæ dilectꝰ meus mihi. Multum profectò distat inter uultũ gloriæ & fasciculũ myrrhæ: & ideò magnũ hũilitatis insigne, inde huc acquiescere reuocarí. Ergo oculí tui columbarũ. Iã
Ibidem. inquit, non ambulas in magnís, neq̃ in mirabilibꝰ super te, sed instar simplicissimæ uolucris cõtẽta es simpliciorí-
ps.130. bus, nídificans in foraminibus petræ, meís uulneribꝰ immorans, & libenter ea quæ sunt de me dũtaxat incarnato & passo oculo intuens columbino. Aut certè quia in specie auís huius spũsctũs apparuit, spíritualis magís quàm simplex in ea intuitus columbæ noíe cõmendat. Et si hoc placeat, oportet referas capitulũ præsens ad id qđ paulò ante sodales murenulas ei facere aureas ꝓmiserũt, nõ intẽdentes (ut tũc docuí) ornare aures corporis, sed informare auditũ cordis. Potuit itaq̃ fierí ut fide quæ est ex audítu, corde amplíꝰ mũdato ad uidẽdũ qđ ante nõ poterat, instructior redderet. Et quoníam de acceptis murenulís in usu acutiorí ad intelligẽtiã spũalem usa est profecisse: placuit spõso, cuí semp (quod in se est) placet magís uideCanti. 4. rí in spũ, & annumerans id quoq̃ eius laudibꝰ, ait: Oculí tui columbarum. Iam me, inquit, intuere in spũ, qa spíritꝰ ante faciem tuã xps dns. Et habes unde id possis, qa oculí tui colũbarũ. Ante nõ habebas & ideò reprimenda fuístí: sed nunc copiã habeto uidendí, quía oculi tui columbarũ, id est spũales. Non sanè copiam quam petebas, nec eñ uel modo adhuc ad illã potes, sed q̃ tñ interím sufficere possit. Sanè ducenda es de claritate in claritatem, & ꝓpterea uide ut potes modo, & cum plus poteris, plus uídebis. Non puto fratres, non puto mediocrem hãc neq̃ communem esse oibꝰ uisionem, etsi sit inferior illa qua uídendus est in futuro. ¶ Deniq̃ ex his quæ sequuntur ad-
Canti.1. uertite. Sequitur enim: Ecce tu pulcher es dilecte mí, ecce tu pulcher. Vides quàm in excelso stat, & in sublime mentis uertícem extulit, quæ uniuersitatis dñm quadam sibí proprietate uendicet in dilectum. Attẽde eñ quomõ nõ simpliciter dilecte, sed dilecte mí, inquit, ut proprium designaret. Magna uisio ꝓrsus de qua ísta in id fiduciæ & auctoritatis excreuit, ut oĩm dñm, dñm nesciat, sed dilectũ. Existímo eñ nequaquã hac uice ei ꝙ sensibus impertatas imagines carnís aut crucis, aut alías quascunq̃ corporearum similitudines infirmitatũ. In his namq̃ iuxta ꝓphetam nõ erat ei species neq̃ decor. Hæc autem cũ intuíta nũc pulchrũ decorũq̃ ꝓnũciat, in uisiõe meliorí illum sibí apparuísse significans. Ore eñ ad hos (sicut quõdã cũ sancto Moyse) loquit cũ spõsa, & palã non per ænigmata & figuras deũ uidet. Talẽ deniq̃ ore ꝓnũciat, qualem &
Esaiæ.33. mente conspicat, uisione planè sublimi & suauí. Regem in decore suo uiderũt oculi eius, non tamẽ ut regẽ, sed ut dilectum. Viderit eum sanè quis super solíum excelsum & elcuatum, & alius facie quoq̃ ad faciem sibí apparuísse testatus sit, mihi tamen uidetur eminentía in hac parte esse apud sponsam q̃ ibí uisus legitur dominus, hic dilectus. Sic enim habes. Vidí dñm sedentem super solium excel- Gen.32.
sum & eleuatũ. Et itẽ. Vidí dominũ facie ad faciem, & sal- 3.Reg.22
ua facta est anima mea. Sed si ego dominus, inquit, ubi est timor meus? Q. si illis facta est reuelatio cum timore, qa ubi dñs, ibí timor: ego profectò si optio daretur, tanto líbentius tantoq̃ charí ꝙ sponsæ amplecterer uisionem, quãto in meliorí affectiõe quæ est amor factam aduerto. Nam timor pœnam habet, perfecta autem charitas foras míttit timorẽ. Multũ sanè interest apparere terribilem in consilijs super filios hominũ, & apparere speciosum forma præ ps.44.
filijs hominum. Ecce tu pulcher es dilecte mí & decorus. Verba ísta planè amorẽ resonant, non timorem. B Sed fortè ascendunt cogitationes in corde tuo, & quæris dubius apud te dicẽs. Qua rõne uerba uerbí facta ad animã referuntur, & rursum aiæ ad uerbũ, ut illa audierit uocem loquẽtis sibi, & perhibentis q̃ pulchra sit, uicissimq̃ ipsa preconium suo mox reddiderit laudatorí? Quo possint hæc fierí? Nam uerbo loquímur, nõ uerbũ loquí. Itemq̃ aía nõ habet unde loquat, nisi os corporis sibí uerba formauerit ad loquendum. Bene quæris, sed attende spíritũ loq, & spíritualiter oportere intelligí q̃ dicũtur. Quoties ꝓinde audís uel legis uerbũ atq̃ aíam pariter collog, & se inuicẽ intueri, nolí tibí imaginari quasi corpeas intercurrere uoces, sicut nec corporeas colloquentium apparere imagines. Audí potius qđ tibí sit in huiusmodí cogitandũ. Spũs est uerbũ, spũsq̃ aía, & habẽt línguas suas qbus se alterutrũ alloquant, ꝓsentesq̃ indicent. Et uerbí quidẽ lingua fauor dignationís eius, animæ uerò deuotiõis fervor. Elinguis est aía atq̃ infans quæ hanc non habet, & nõ potest ipsi ullatenus sermocinatio esse cum uerbo. Ergo huiusce modi linguam suã cũ uerbũ mouet uolens ad aíam loq, non potest anima nõ sentíre. Víuus est enim sermo dei & efficax, & penetrabilíor oĩ gladío ancípití, pertingẽs usq̃ ad diuisionẽ aiæ & spũs. Et rursum, cũ suã animã mouet, uerbum latere multo minus poterit, non solũ quía ubiq̃ est præsens, sed propter hoc magís q̃ ipsi ipso stímulante, deuotionís lingua míníme ad loquendũ mouetur. Verbo igitur dicere animæ, pulchra es, & appellare amicam, infundere est unde & amet, & se ꝓfumat amarí. Ipsa uerò uerbũ uicissim nominare dilectum, & fateri 1ꝑã
pulchrũ, q̃ amat & q̃ amatur: sine fictione & fraude asserere illí, & mirarí dignationẽ, & stupere ad gratiam. Sigdem pulchritudo illius, dilectio eius, & ideò maior qa ꝓueniens. Medullis proinde cordis & intimarum uocibus affectionum tanto amplius atq̃ ardentius clamitat sibi diligendum, quanto id prius senlit diligens quàm dilectum. Itaq̃ locutio uerbí infusio doní, responsio animæ cũ gratiarũ actione admiratio. Et idcirco plus díligit q̃ se sentit in diligendo uictam: & ideò plus mirat q̃ ꝓuentam agnoscit. Vnde nõ contenta est semel dicere pulchrũ, nisi repetat & decorũ, eminentiã decoris illa reperitiõe designãs. Aut certè in utraq̃ xpí substãtia dignum expressit oĩ admiratiõe decorem: in altera naturæ, in altera gratiæ. D Quàm pulcher es angelis tuis dñe Iesu ĩ forma dei in die æternitatis tuæ, in splendoribus sanctorum ante luciferũ genitus, splendor & figura substantiæ patris, & quidem perpetuus mínimeq̃ fucatus candor uitæ æternæ. Quàm mihi decorus es dñe mí in ipsa tuí huius positione decoris. Et enim ubí te exinaniuistí, ubí naturalibꝰ radijs lumẽ indeficiens exuistí, ibí pietas magís emicuit, ibí charitas plus effulsit, ibí amplius gratia radiauit. Quàm clara mí- Nu.24.
hi oríris stella ex Iacob, quàm lucidus flos de radice Iesse Esaiæ.11.
egrederis, quàm iocundum lumen in tenebris uisitastí me oriens ex alto. Quàm spectabilis & stupendus etiam uirtutibus supuis in cõceptu de spũ, ĩ ortu de uirgine, in uitæ innocẽtia, in doctrinæ fluentis, in coruscationibus miraculorũ, in reuelationibꝰ sacramentorũ. Quàm deniq̃ rutilãs post occasum sol iustitiæ de corde terræ resurgis, quã formosus in stola tua demum rex gloriæ in alta cælorũ te recípis

recipis. Quō nō ꝓ his oībus oīa ossa mea dicēt: Dñe qs si milis tui: Hæc ergo similiaq; puta in dilecto intuentē spō sam aduertisse, cum diceret. Ecce tu pulcher es dilecte mi & decorus, Neq; hæc sola: sed insuper aliquid proculdubio de naturæ decore superioris qđ nostrū omnino præteruolat intuitum, & effugit experimentū. Ergo iteratio utriusq; decorē substantiæ designauit. Audí deinde quō tripudiat ad aspectū afflatūq; dilecti, & corā ipso nuptiali carmine quæ amoris sunt gratulabūda decantat. Seqtur
Canti.1. enim: Lectulus noster floridus, tigna domorum nostrarū cedrina, laquearia nostra cypressina. Sed seruemus recentiori principio sponsæ cantilenā, ut & nos de quiete facti alacriores, liberius exultemus & lætemur in ea ad laudē & gloriā spōsi ipsius Iesu xp̄i dominí nostri, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

¶ De statu & compositione totius ecclesiæ, & quomodo per actiuam uitam quæ sub obedientia agitur, peruenitur ad contemplatiuam. Sermo. XLVI.

Canti.1. LEctulus noster floridus, tigna domorū nostrarum cedrina, laquearia nostra cypressina. Epithalamiū canit, cubile & thalamos pulchro sermone describens. Spōsum imitat ad requiem. Hoc enim melius quiescere & cum xp̄o esse. Necessariū aūt exire ad lucra ꝓpter saluādos. Verū nunc opportunitate (ut putat) inuēta, ornatū nunciat thalamū, lectulūq; uelut digito monstrās, dilectū (ut dixi) imitat ad requiē, & cum eūtibus in Emaus cordis ardorē nō sustinens, ad mentis pertrahit hospitiū, secū pernoctare cōpellit, & cū petro loqtur: Dñe bonū est nos hic esse. Iam qđ spūaliter ista cōtineant, reqramus. Et in ecclesia quidē lectū in quo quiescitur, claustra existimo esse & monasteria in quibus quiete à curis uiuitur seculi, & solicitudinib⁹ uitæ. Atq; is lectus floridus demōstratur, cū exēplis & institutis patrum tanquā quibusdā bene olentibus respersa floribus fratrū cōuersatio & uita refulget. Porrò domos populares, cōuentus intellige christianoꝝ, quos hí qui in sublimitate positi sunt, xp̄iani utiq; utriusq; ordinis principes,
ps.16. quasi tigna parietes, iustis impositis legibus fortiter strin gunt, ne sua quisq; lege uel uolūtate uiuētes, tanquam parietes inclinati & macerię depulsæ dissideāt à semetipsis, & sic oīs structura ædificij corruēs dissipetur. Laquearia uerò quæ à tignis firmiter pendent, & domos insigniter ornant, puto bene institutí clerí mansuetos & disciplinatos mores, ritecq; administrata officia designare. Quomodo nāq; stabūt ordines clericoꝝ, & administratiōes eoꝝ, si nō principū tanquā tignorū beneficio & munificētia sustentētur, & ptegātur potētiæ? Q. aūt tigna cedrina, & cypressina laquearia describūtur, natura absq; dubio habet in his specieb⁹ lignoꝝ quod cōgruat præfatis ordinibus. Et cedrus quidē qm̄ imputribile est, necnō & odorifera, altæq; proceritatis lignū, satis indicat quales oporteat assumi uiros in uices tignorū. Ergo ualidos & constantes necesse est esse eos qui super alios ordinātur, nec non & lōganimes in spe, atq; ad superna mentis uerticem attollētes, qui etiā bonū fidei suæ & cōuersationis ubiq;
2. Cor.2. odorē spargētes, dicere cum aplo possint: Christi eñ bonus odor sumus deo in omni loco. D Cypressus item boní æque odoris & imputribile similiter lignū, incorruptæ uitæ & fidei ēt quēuis de clero debere esse demōstrat: ut merito decorí domus ac laquearium ornatuí deputet.
ps.92. Scriptū est enim: Domū tuā decet sanctitudo dñe in longitudinē dierū. Vbi sanè & sanctimoniæ decus, & indeficiētis gratiæ expressa perseuerātia est. Oportet ergo uirū qui ad ornamentū & decorē assumitur domus, bonis ornatū moribꝰ esse. Et quāuis semper ipse sit intus, bonū tñ testimoniū habere & ab his qui foris sunt. Sunt & alia in natura lignorū horū competētia his quæ spūaliter dissēruntur, sed breuitatis causa prætereo. A Notādū uerò pulchrè omnē ecclesiæ statū breui uno uersiculo comprehensum, auctoritatē scilicet prælatoꝝ, cleri decus, populi disciplinā, monachorū quietē. In horū prorsus cum rectè sunt omnia, sancta mater ecclesia consideratione lætatur, & tūc ea quoq; offert intuēda dilecto, cum ad eius tāquā omniū auctoris refert oīa bonitatem, nihil sibí ex oībus tribuens. Nam ꝙ ait noster & nostrarū, nō usurpationis est signū, sed dilectionis, ꝙ nimiæ uidelicet fiditatis, nihil eius quem ualde dilígit, à se æstimet alienum. Nec enim se ipōsi cōtubernio aut quietis eius putat arcē dam cōsortio, quæ semper nō quæ sua, sed quæ illi⁹ sunt quærere consuenit, & hæc causa cur sibí & sponso simul si Canti.1. ue lectulum siue domos ausa sit ꝓnūciare cōmunes. Dixit enim lectul⁹ noster, & tigna domorū nostrarū, & laquearia nostra: audacter se in possessionem associās cuí iunctā nō dubitat in amore. Non ita illa quæ propriæ uolūtatí nondum abrenūciauit, sed per se iacet, per se habitat, ma- Lucæ.15. gis aūt non per se, sed cū meretricib⁹ luxuriose uiuēdo cōuersatur, cōcupiscentias loquor carnis, cū quib⁹ dissipat bona sua, & portionē substantiæ quam sibí diuidí postulauit. B Cæterùm tu quí has spūssancti uoces audis uel legis, putásne aliqua horū quæ dicūtur ualeas applicare tibí, ac de felicitate sponsæ, quæ hoc amoris carmine ab ipso spíritu canitur, aliquid recognoscere in temetipso, ne dicatur & tibí, quia uocē eius audis, & non scis unde ueniat, aut quo uadat. En fortè appetis & ipse cōtēplationis quietē, & bene facis, tantū ne obliuiscaris flores qbus lectulū sponsæ legis aspersum. Ergo cura & tu tuum similiter circundare bonorū florib⁹ operū, uirtutū exercitio tanquā flore fructum sanctū ocium præuenire. Alioquín delicato satis ocio dormitare uoles, si nō exercitat⁹ quiescere appetas, & Liæ fœcūditate neglecta, solis cupias Rachelis amplexibus oblectarí. Sed & præposterus ordo est ante meritū exigere præmiū, & ante laborē sumere cibū, cum dicat aplus: Quí nō laborat non māducet. A mādatis 2. Tessa. 2
tuís intellexí, inquit, ut scias nisi obedictiæ mandatoꝝ cō- ps.118.
templationis gustū penitus nō deberí. Nō igitur putes de propriæ amore quietis, sanctæ obedientiæ actibus, senioruműe traditionibus præiudiciū ullatenus faciendū. Alioquín nō dormiet tecū sponsus in lecto uno: illo præsertim quē tibí pro obedictiæ floribꝰ, cicutis atq; urticis inobedictiæ asperstí. Propter qđ nō exaudiet oratiōes tuas, uocatusq; nō ueniet. Nec enim dabit inobedíeti copiam suí tantus obedictiæ amator, ut morí quàm nō obedire maluerit. Sed neq; approbat tuæ contemplationis inane ocium, quí dicit per prophetā: Laborauí sustinens: Hiere.6.
significās tēpus quo exul cælo & patría summæ quietis, operatus est salutē in medío terræ. Magis autē uereor ne te quoq; inuoluat formídolosa illa sentētia, ita intonans inperfidiā iudæorū. Neomenias uestras & sabbatū & festiuitates alias nō ferā. Item: Calendas uestras & solemnitates uestras odit aīa mea, facta sunt mihí molesta. Et lugebit super te propheta, & dicet: Vídērūt eam hostes, & de- Treñ.1.
rísserunt sabbata eius. Cur eñ ꝙ dilectus repudíat, non irrídeat inímicus? D Miror ualde impudētiā aliquorum quí inter nos sunt, quí cū oēs nos sua singularitate turbauerint, sua impatictia irritauerint, sua cōtumacia & rebellione cōtempserint, sua inobedictia coinquinauerint, audent nihilominus ad tam fœdū concupiscētie suæ lectulū omní orationū instātia totius puritatis dīm imitare. At cū extēderitis, ait, manus uestras, auertā oculos meos, & cū multiplicaueritis orationē, nō exaudiā. Quid eñ? Lectulus nō est floridus, magis aūt & putidus est, & tu illuc regē gloriæ trahis? Ad pausandū hoc facis, an ad causandum? Centurio uetat illū intrare sub tectū suū ꝓpter suā Matth.8.
indignitatē, cuius tñ fides ī uniuerso redolet israele, & tu ad te compellis intrare tantorū sordēs spurcitia uitiorū? Clamat aplorꝝ princeps: Exí à me dñe, quia homo pecca- 1. Petri.2.
tor sum, & tu dicis: Intra ad me dñe, qm̄ sanctus sum. Oēs 1. Timo.2.
(inquit) unanimes in oratione estote, fraternitatem dilígite. Et uas electionis, leuātes puras manus, ait, sine ira & disceptatione. Vidésne quomodo cōcordet sibí, & eodē spíritu de pace & tranquillitate animí (quā habere debet ille qui orat) loquant princeps aplorꝝ, & doctor gentiū?

Universidad de Deusto Biblioteca

Perge ergo tu tota die expãdere ad deũ manus tuas, qui fratres tota die molestas, unanimitatẽ impugnas, ab unitate te separas. Et quid me uis facere inquis? Profectò ut primo quidẽ emũdes cõscientiã ab oĩi inquinamento iræ & disceptationis, & murmuris, & liuoris, & quicqd oĩno aduersari cognoscit aut paci fratrũ, aut obediẽtiæ seniorum, de cordis habitaculo eliminare festines. Deinde etiã circũdare tibi flores bonoꝝ quorũcꝫ actuũ & laudabiliũ studioꝝ atcꝫ odoramẽta uirtutũ, id est quæcũcꝫ sunt uera, quæcũcꝫ pudica, quæcũcꝫ iusta, quæcunꝫ sancta, quæcũcꝫ amabilia, quæcunꝫ bonæ famæ, si qua uirtus, si qua laus disciplinæ. Hæc cogitare: in his exerceri curato. Ad istiusmodi securè uocabis sponsum, qm̃ cũ introduxeris eum, ueraciter dicere poteris & tu, quia lectul⁹ noster floridus, redolẽte nimirũ cõscientia pietatẽ, sed pacẽ, sed mansuetudinẽ, sed iustitiã, sed obedientiã, sed hilaritatem, sed humilitatẽ. Et de lectulo qdẽ sic. C Domũ uerò dei spiritualem seipsum quisꝫ agnoscat, qui tm̃ iam nõ in carne ambulet, sed in spiritu. Templũ em̃ dei, ait, sanctũ est, qd̃ estis uos. Curate ergo fratres spũali huic ædificio (quod uos estis) ne fortè cũ in superiora ꝓficere cœperit: uacillet & corruat si lignis fortibus nõ fuerit subnixũ & colligatũ, curate, inquã, illi tigna dare imputribilia & immobilia, timorẽ uidelicet dñi, illũ castum qui permanet in se
ꝑs.9. culũ seculi, patiẽtiã de qua scriptũ est: Quia patiẽtia paucorum nõ peribit in finẽ: longanimitatẽ quoꝫ quæ sub quouis structuræ põdere, inflexibilis pseuerãs in infinita secula uitæ beatæ ꝓtẽdit, saluatore loquente in euãgelio:
Matt.10. Qui perseuerauerit usꝫ in finẽ saluus erit. Nagis aut supoĩa charitatẽ quæ nunquã excidit, quia fortis est, inqt, ut mors dilectio, dura sicut infer⁹ æmulatio. Studete deinde his tignis substernere & alligare: ligna alia æque ꝑciosa & pulchra, cui tm̃ illa ad manũ fuerint in opus laqueariũ ad decorẽ domus, sermonẽ scilicet sapiẽtiæ, siue scientiæ ꝓphetiã, gratiã curationũ, interꝑtationẽ sermonũ, & cætera talia quæ magis noscuntur sanè apta ornatui, quàm necessaria fore saluti. De his præceptũ nõ habeo, cõsiliũ autẽ do. Quoniã qdẽ istiusmodi ligna cõstat & laboriose quæri, & difficile inueniri, & periculose elaborari (nã & rara ea ꝑsertim his tpibus terra nostra ꝓducere reperit:) cõsulo sanè & moneo nõ multopere ista requiri. Magis aũt ex lignis aliis laquearia ꝑparari, quæ etsi minus appareãt splendida, nõ min⁹ tm̃ ualida esse ꝓbant, insuper & facili⁹ possidẽtur & tutius. Vtinã & mihi illorũ suppetat copia
Roma.12. lignoꝝ, qb⁹ ortus sponsi ecclesia copiose densat, pax, bonitas, benignitas, gaudium in spũsancto, misereri in hilaritate, tribuere in simplicitate, gaudere cũ gaudentibus, flere cũ flẽtibus. An nõ tu illã domũ (quod ad laquearia spectat) satis abũdecꝫ ornatã cẽseas, quam talibus lignis
ꝑs.25. inspexeris sufficiẽter cõpositecꝫ tabulatã? Dñe dilexi decorẽ domus tuæ, semper da mihi ligna hæc quæso, quib⁹ tibi semp ornatũ exhibeã thalamũ cõscie, cõscientiæ dico & meæ & alteri⁹. His cõtẽtus ero, erũt & q meo in hac re cõsilio acquiescere uolẽt, quia & te puto fore cõtentum: cætera sanctis apostolis & uiris apostolicis derelinquo. Sed & uos dilectissimi tametsi illa ligna non habeatis, nihilominus tm̃ si hæc habetis cõfidite, nihilomin⁹ cũ omni fiducia accedite ad lapidẽ summũ, angularẽ, electum, preciosum, nihilomin⁹ super fundamẽtũ apl'oꝝ & ꝓphetaꝝ, & ipsi tanquã lapides uiui superædificamini domos spirituales, sacerdotiũ sanctũ, offerre spũales hostias acceptabiles deo per Iesum xp̃m spõsum ecclie dñm nostrũ, qui est super oĩa deus benedictus in secula. Amen.

¶ *De triplici flore scilicet uirginitatis, martyrij, & bonæ operationis: & de deuotione habẽda circa diuinum officium.* Sermo. XLVII. B

Cantic.1. EGo flos campi & liliũ conuallium. Ad hoc respicere puto ꝙ sponsa de respersis lectulum floribus commendarat. Ne enim sibi flores ascriberet illos quibus lectulus decoratus, & uenusta tus thalamus uidebat: infert spõsus se esse florem campi, nec de thalamo sanè prodire flores, sed de campo, & suo munere & sui participatione fieri quod renitet, & quod redolet. Ne quis ergo exprobrare illi posset & dicere, qd habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? ipse dilectæ suæ sicut ambitiosus amator, ita informator benignus, pie illi dignanterꝫ demõstrat, cui nitorem de quo gloriabatur, ac suaneolen *Ibidem.* tiam lectuli debeat deputare. Ego flos campi, inquit, de me est qd̃ gloriaris. Saluberrime admonemur & ex hoc loco, quia nequaquã gloriari oportet: & si quis gloriat, in dño glorietur. Et ſm̃ literam istud. C Nunc iam scrutemur, ipso de quo loqmur adiuuante, spiritalẽ qui in ea tegitur intellectũ. Et primo aduerte nunc mihi trifarium quendam floris statum, in campo, in orto, in thalamo, ut post hoc etiam illud facilius compertum fiat, cur se potissimũ campi florem elegerit appellare. Et in campo quidem & in orto oritur flos, in thalamo autem minime redolet & lucet in eo: non tamen erectus & stans ut in orto uel campo, sed planè iacens tanquã qui illatus sit non innatus. Proprerea & necesse est sanè reparare frequẽter & semper recẽtiores apponere flores, ꝙ diu odorẽ suum minime retineant nec decorẽ. Q. si (ut in alio sermone præfatus sum) lectulus respersus floribus cõscientia est bonis referta operib⁹, uides certè ut similitudo seruetur: nequa quã sufficere semel uel secũdo operari quod bonũ est, nisi
2.Cor.9. incessanter addas noua prioribus, quatenus seminans in benedictionibus, de benedictionibus & metas. Alioquin iacet & marcet flos boni operis, atcꝫ in breui omnis ex eo & nitor exterminatur & uigor, si non aliis atcꝫ aliis superiectis pietatis actibus continue reparetur. Hoc in thalamo. In orto autem non ita, sed necꝫ in campo similiter.
D Ex se enim semel productis floribus assidue submini-
Gen.27. strant, unde diu in ipsis decus ingenitum perseueret. Differunt tamen & ipsi inter se, ꝙ ortus quidem ut floreat hominum manu & arte excolitur, campus uerò ex semetipo naturaliter producit flores, & absꝫ omni humanæ diligentiæ adiutorio. Putasne iam tibi uideris aduertere qs nam ille sit campus, nec sulcatus uomere, nec defossus sarculo, nec fimo impinguatus, nec manu hominis seminatus, uenustatus tamen nihilominus nobili illo flore, super quem constat requieuisse spiritum dominis? Ecce (inqt) odor filij mei sicut odor agri pleni cui benedixit dominus. Necdum speciem suam ille flos agri induerat, & iam dabat odorem suum, quando eum ut hoc præ gaudio exclamaret præsensit spiritu corpore marcens, sanctus & senex patriarcha caligans usu, sed odoratu sagax. Non se proinde debuit florem thalami protestari, qui flos est perpetuo uigens: sed necꝫ item orti, ne humano uideret opere generatus. Pulchre autẽ & conuenientissime flos campi sum, ait, qui & absꝫ humana industria prodijt, & semel, ꝓdeũti nulla est deinceps dominata corruptio: ut sermo impleat quẽ dixit: Non dabis sanctum tuũ uidere corru- ꝑs.15.
ptionẽ. A Sed si placet accipe & aliã huius rei rationẽ (ut arbitror) nõ spernendã. Non em̃ sine causa sanè multiplex spiritus à sapiẽte describitur, nisi ꝙ sub uno literæ cortice diuersos plerũcꝫ sapiẽtiæ intellectus tegere consueuit. Itaqꝫ iuxta præfatã de floris statu partitionẽ, flos est uirginitas, flos martyriũ, flos actio bona. In orto uirginitas, in campo martyrium, bonũ opus in thalamo. Et bene in orto uirginitas, cui familiaris uerecundia est fugitãs publici, latibulis gaudẽs, patiens disciplinæ. Deniqꝫ
Cant.4. in orto flos claudit, qui in campo exponitur, spargiturꝫ in thalamo. Et habes. Ortus conclusus, fons signat⁹. Quiutiqꝫ claustrum pudoris signat in uirgine, & inuiolatæ custodiã sanctitatis, si tamẽ talis fuerit quæ sit sancta corpore & spiritu. Bene item in cãpo martyrium, dum martyres ludibrio omnium exponãtur, spectaculũ facti & angelis & hoib⁹. Nónne illorũ miserãda uox est in psalmo: ꝑs.78.
Facti sum⁹ opprobrium uicinis nostris, subsannatio & illusio his qui in circuitu nostro sunt. Bene quoꝫ in thalamo actio bona, quæ cõscientiã & quietam facit & tutam.

Post bonum

Post bonū denicꝫ opus securius in cōtemplatione dormi
tur,& tanto quis sollicialius sublimia intueri & inuestiga
re aggreditur,quanto sibi conscius est minime se proprie
amore quietis,charitatis operibus defuisse. Et hæc oīa
fm aliqd dñs Iesus. B Ipse flos orti, uirgo uirga uirgi-
ne generatus. Idem flos campi, martyr, martyrum coro-
na martyrū forma. Denicꝫ foras ciuitatē educt⁹ est, extra
castra passus est, in ligno eleuat⁹ est, spectādus hominib⁹,
subsannandus ab oībus. Ipse item thalami flos, speculum
& exemplū totius beneficētiæ, quēadmodū ipse iudæis
Ioan.10. protestatus est dicēs Multa bona opera ostēdi uobis ex
Actu.10. patre meo. Et item scriptura de eo. Qui pertransiit, ait, bñ
faciēdo & sanādo omnes. Si igitur hæc tria dñs, quæ fuit
causa ut è tribus se campi florē maluerit appellare? Profe
ctò ut eam ad tolerantiam animaret, cui nouerat immine-
re (siquidē uellet pie uiuere in Christo) pſecutionē pati.
Id se ergo libentius profitet, ad quod potissimū uult ha-
bere sequacem, atꝫ hoc est quod aliàs dixi: qm̄ semper &
illa appetit quietē, & ille incitat ad laborē, denuncians ei
Actu.14 qꝫ per multas tribulationes oportet intrare in regnū cæ-
lorū. Vnde cū noua in terris ecclesia nouiter desponsata
Ioan.16. sibi redire ad patrē disponeret, dicebat ei: Venit hora ut
oīs qui interficit uos, arbitret⁹ obsequiū se præstare deo.
Item: Si me, ait, persecuti sunt, & uos persequētur. Potes
& tu in euāgelio multa colligere huic denūciationi malo
Canti.2. rum perferēdorum similia. C Ego flos campi, & liliū cō
uallium. Illa ergo monstrante lectulū, ille uocat ad campū,
ad exercitiū prouocat. Nec putat quicquā persuasibilius
fore illi ad ineundū certamen, quàm si seipsum certantis
aut exemplū ꝓponat aut præmium. Ego flos campi. Sanè
utrumuis in hoc sermone intelligi dat, qꝫ uel sit uidelicet
pugnātis forma, uel qꝫ gloria triūphātis. Vtrūcꝫ es mihi
p̄s.17. fortiter ꝓuocat, ac uehemēter accendit. Tu doces manus
meas ad prælium exēplo uirtutis tuæ, tu caput meum post
uictoriā, tuæ coronas præsentia maiestatis, siue quia pu-
gnantē te specto, siue quia te expecto nō solū coronantē,
sed & coronā, in utrocꝫ mirabiliter tibi me allicis, utercꝫ
Canti.1. fumis uiolentissimus ad trahendū. Trahe me post te, liben
ter te sequor, libētius fruor. Si sic bonus es dñe sequētib⁹
te, qualis futurus es cōsequētibus? Ego flos cāpi. Qui di
ligit me, ueniat in campū, non refugiat mecum & pro me
1.Timo.6. inire certamē, ut possit dicere: Bonū certamē certaui. D
Et qm̄ nō superbi uel arrogantes, sed humiles poti⁹, q de
se præsumere nesciūt, martyrio idonei sunt, addit se etiam
liliū esse conuallium, id est humiliū coronā, specialē gloriā
Esa.40. futuræ exaltatiōis ipsoꝝ, hui⁹ eminētia floris designans.
Erit nāꝫ cum oīs uallis implebitur, & oīs mons & collis
humiliabit, & tunc cādor ille uitæ æternæ liliū planè non
colliū, sed cōuallium apparebit. Iust⁹ germīabit sicut liliū,
inquit. Quis iustus nisi humilis? Denicꝫ cum se manibus
Matt.3. baptistæ serui dñs inclinaret, & ille expauescceret maiesta-
tem: Sine, inquit, sic em̄ decet nos implere omnē iustitiā:
cōsummationē profectò iustitiæ in humilitatis perfectio
ne cōstituens. Iustus ergo humilis, iustus cōuallis est. Et
si humiles inuenti fuerimus, germinabimus & nos sicut li
lium, & florebimus in æternū ante dñm. An non uerè uel
tunc maxime se liliū cōuallium comprobabit, cum refor-
mabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori
claritatis suæ? Nō ait corpus nostrū, sed corpus humilita
tis nostræ: ut huius liliꝫ miro & sempiterno cādore solos
significet humiles illustrandos. Et hæc dicta sunt pro eò qꝫ
sponsus se florem campi, & liliū esse conuallium protestat⁹
est. B Iam etiā quid de sua cōsequenter charissima pro-
testetur, bonū esset audire, sed hora nō patitur. Ex regula
namꝫ nostra nihil operi dei præponere licet. Quogdem
nomine laudum solennia quæ deo in oratorio quotidie
persoluuntur, pater ideò benedictus uoluit appellari: ut
ex hoc clari⁹ aperiret: quàm nos operi illi uellet esse inten
Nota. tos. Vnde uos moneo dilectissimi pure semper, ac strēnue
diuinis interesse laudib⁹. Strēnue quidē, ut sicut reueren-
ter, ita & alacriter dño assistatis. Non pigri, nō somnolen
ti, nō oscitātes, nō parcētes uocib⁹, nō præcidētes uerba
dimidia, nō integra trāsilientes, non fractis & remissis uo-
cibus muliebre quiddā balba de nare sonantes, sed uiriliꝫ
(ut dignum est) & sonitu & affectu uoces sanctissimus de-
promentes. Purè uerò ut nil aliud dum psallitis quàm qd̄
psallitis cogitetis. Nec solas dico uitandas cogitationes
uanas & ociosas: uitādæ sunt & illæ illa dūtaxat hora &
illo loco quas officiales fratres pro cōi necessitate quasi
necessario frequēter admittere cōpellunt. Sed ne illa qdē
profectò recipere tunc cōsuluerim quæ fortè pauloāte in
claustro sedētes in codicib⁹ legeratis, qualia & nunc me
uiua uoce differente, ex hoc auditorio spūssancti recentia
reportatis. Salubria sunt, sed minime illa salubriter inter
psallendū reuoluitis. Spūs em̄ sanctus illa hora gratū nō
recipit quicqd aliud quàm debes, neglecto eo qd̄ debes
obtuleris. Cuius semper facere uolūtatē ad eius uolūtatē
ipso inspirāte possimus, gra & mia spōsi ecclesiæ Iesu xpi
dñi nostri, qui est sup oia deus benedict⁹ in secula. Amen.

¶ *De laude reciproca quæ fit inter sponsum & sponsam: & qualiter per umbram Christi intelligatur corpus & fides eius.* Sermo XLVIII. D

SIcut lilium inter spinas, sic amica mea inter fi- Cantic.2.
lias. Nō bonæ filiæ quæ pungunt. Attēde pes-
simū germen eius cui maledictum est terræ no-
stræ. Cū, inquit, coueris eā, spinas & tribulos Gen.3.
germinabit tibi. Donec ergo in carne est anima, inter spi
nas profectò uersatur, & necesse est ut patiatur inquietu
dines tentationū, tribulationumcꝫ aculeos. Q si liliū est
ipsa iuxta spōsi uerbū, uideat quàm uigilē solicitamcꝫ esse
oporteat super custodia sui: septa undiqꝫ spinis, hincin-
de aculeos intendētibus. Nec em̄ uel leuissimā spinæ susti
net ullaten⁹ punctionē floris teneritudo, sed mox ut mo-
dice premit, perforatur. Sentis quàm merito necessariecꝫ
hortet nos ꝓpheta seruire dño in timore. Et item apl's cū p̄s.2.
timore nihilomin⁹ & tremore nostrā ipsorū operari salu Philip.2.
tem? Tenebāt nimirū ꝓprio experimēto hui⁹ suæ uerita
tē, utpotè amici sponsi, qui minime prorsus ambigerēt &
ad suas aias, pertinere qd̄ dicitur, sicut liliū iter spinas, sic Cantic.2.
amica mea inter filias. Denicꝫ unus eorū, conuersus sum p̄s.31.
(ait) in ærūna mea dum configit spina. Bene cōfixus, qui
cōuersus exinde est. Bene pungeris si compungeris (mul-
ti cū sentiūt pœnā, corrigūt culpā) & talis dicere potest,
conuersus sum in ærūna mea, dū cōfigit spina. Spina cul-
pa est, spina pœna est, spina falsus frater, spina uicinus est
malus. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.
O candens liliū, ó tener & delicate flos, increduli & sub-
uersores sunt tecū: uide quō caute ambules inter spinas.
Plenus est mūdus spinis. In terra sunt, in aere sunt, in car-
ne tua sunt. Versari in his, & minime lædi, diuinæ poten-
tiæ est, non uirtutis tuæ. Sed confidite, inquit, quia ego Ioan.16.
uici mundū. Et si igit⁹ undiqꝫ tibi intendi ꝓspicias tribula
tionū tanquā tribulorū aculeos, non turbet cor tuū neqꝫ
formidet, sciēs quia tribulatio operat patientiā, patientia Roma.5.
probationē, ꝓbatio spem, spes aūt nō cōfundit. B Con
sidera lilia agri quō inter spinas uigēt & nitent. Si fœnū
quod hodie est & cras in clibanū mittit, de⁹ sic custodit,
quāto magis amicā & spōsam suā charissimā? Denicꝫ cu- p̄s.145.
stodit dñs oēs diligētes se. Sicut liliū inter spinas, sic ami-
ca mea inter filias. Non mediocris titulus profectò uirtu
tis inter prauos uiuere bonum, & inter malignātes inno-
centiæ retinere candorē, & morū lenitatē, magis autem si
his qui oderūt pacē, pacificū & amicum ipsis te exhibeas
inimicis. Id planè tibi similitudinem datam de lilio iure
quodam proprietatis specialiter uēdicabit, qꝫ ipsas utiqꝫ
pungentes se spinas cādore proprio illustrare & uenusta
re non cessat. An nō proinde lilium tibi uidetur implere
quodāmodo euangelij perfectionem, qua orare iubemur Luce.6.
pro calūniantibus & persequētibus nos, benefacere his
qui oderūt nos? Ergo & tu fac similiter, & erit anima tua
amica dñi, & laudabit te de te dicens: quia sicut liliū inter Canti.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ibidem. spinas, sic amica mea inter filias. C Sequitur. Sicut malus inter ligna siluarū, sic dilectus meus inter filios. Reddit sponsa preconiū uicem cōmēdanti se spōso: à quo laudari est laudabilem fieri, & quem laudare intelligere, & admirari laudabilem. Et sicut ex eminenti flore figurata à spōso laus eius est, ita è regione & ex excellenti ligno, ipa illius singularē gloriam eminentiāq; demonstrat. Mouet inde me de ligno hoc q̄ non tantæ esse excellētiæ uideat, quātæ aliqua cæterorum, & ideò minus digne assumi in opus similitudinis, utpotè quod non sufficiat laudis uicē implere. Sicut malus inter ligna siluarū, sic dilectus meus inter filios. Deniq; nec sponsa magni æstimasse uidetur, quæ hoc in lignis siluarū tantū efferre curauit, nimirū ste rilibus, nec fructus humano uictui aptos ferentibus. Cur ergo omissis melioribus & nobilioribus lignis, huius mediocritas arboris adducta in mediū est ad formādū spōsi preconium? Itáne ad mēsurā laudem recipere debuit, qui ad mensurā spiritū non accepit? Hæc nempe data de illa arbore similitudo facit ut uideatur habere superiorē, qui parē nō habet. Quid dicem⁹ ad hæc? Fateor parua laus,
Esaiæ.9. qm̄ paruí laus. Nō em̄ hoc loco prædicatur magnus dñs & laudabilis nimis, sed paru⁹ domin⁹ & amabilis nimis, paruus utiq; qui natus est nobis. Ergo non maiestas attollitur hic, sed cōmendatur humilitas, digneq; ac rationabiliter quod infirmū & stultū est dei, hoim fortitudini & sapientiæ antefertur. Ipsi sunt nanq; ligna siluestria &
ps.13. infructuosa, qm̄ fm̄ ppheta: Oēs declinauerūt, simul inutiles facti sunt, nō est q̄ faciat bonū, nō est usq; ad unū. D
Canti.2. Sicut malus inter ligna siluarū, sic dilect⁹ me⁹ inter filios. Vna inter ligna siluarū dñs Iesus arbor faciens fructū, fm
ps.8. hoiem sanè, etsi prælatus hoibus, sed ab angelis minoratus. Miro etenim modo & angelis sese factus caro subiecit, & angelos sibi manēs deus subiectos retinuit. Deniq; uidebitis, inquit, angelos ascēdētes & descēdentes super filium hois, q̄ in uno codēq; hoie xpo Iesu & infirmitatē foueāt, & stupeant maiestatē. Quia ergo spōsæ id dulcius q̄ se imminuit sapit, libēti⁹ attollit gratiam, præfert misericordiā, stupet dignationē. Libuit proinde hoiem inter hoies admirari, nō inter angelos deū, tāquā malus inter ligna excellit siluarum, & nō planè inter ortorum plantaria. Nec putat minui laudes, ubi de consideratione infirmitatis, pietatis bonitas exaltatur. Quò cm̄ iuxta aliquid à laudibus tēperat, eò ītè iuxta aliquid magis laudat, minus prosequēs gloriam dignitatis, ut gratia dignationis
1. Cor.1. emineat. Sicut ergo apostolus, quod stultū & infirmū est dei, sapientius fortiusq; dicit esse hoibus, sed nō angelis:
ps.44. & sicut ppheta speciosum prædicat forma præ filijs hominū, & nō præ angelis: sic ista certè in eodem spiritu loquēs sub typo fructiferæ arboris siluestriumq; lignorum hoc loco efferre uoluit hoiem deū super oēm gratiam hominū, nō aūt super excellētiā angelor̄. Sicut malus inter ligna siluarū, sic dilectus meus inter filios. Et bene inter filios, quia cum esset unicus patris sui, multos illi & absq; inuidia filios acquirere studuit, quos non cōfunditur uocare fratres, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Iure autē præponit uniuersis adeptatis per gratiā, is qui
Canti.2. per naturā filius est. Sicut malus inter ligna siluarū, sic dilectus meus inter filios. Merito sicut malus, qui instar fructiferæ arboris & umbram refrigerij habet, & fert fructū optimū. An nō uerè fructiferū lignū, cuius flores fructus honoris & honestatis? Deniq; lignū uitæ est apprehendētibus eum. Non comparabunt huic oīa ligna siluarum: quia etsi sint arbores pulchræ & magnæ quæ opem ferre uideantur orando, ministrando, docendo, exemplis iuuando, solus tamē dei sapientia Christus lignū est uitæ,
Ioan.6. sol⁹ panis uiuus q̄ de cælo descēdit, & dat uitā mūdo. C
Canti.2. Ideò ait. Sub umbra eius quē desideraueră sedi, & fruct⁹ ei⁹ dulcis gutturi meo. Merito ei⁹ desideraverat umbrā, de quo & refrigeriū esset & refectionē pariter acceptura. Nā cætera quidē siluaꝝ ligna etsi umbrā solatij habēt, sed
1. Timo.2. non uitæ refectionē, non fructus perpetuos salutis. Vnus est enim uitæ auctor, un⁹ mediator dei & hominū homo Christus Iesus, qui dicit spōsæ suæ, salus tua ego sum. Nō Ioan.6. Moyses, inquit, dedit uobis panē hunc de cælo, sed pater meus dat uobis panē de cælo uerum. Propterea ergo xpi potissimū desideraverat umbrā, q̄ solus sit qui non solum ab æstu refrigerat uitiorū, sed & replet delectatione uirtutum. Sub umbra eius quē desideraverā sedi. Vmbra eius, Canti.2. caro eius, umbra eius, fides. Mariæ obumbrauit proprij filij caro, mihi dñi fides: quāquam & mihi quoq; quomodo nō obumbrat caro, qui in mysterio manduco eam? Et sancta nihilomin⁹ uirgo, fidei & ipsa experta est umbram, cui dictū est: Et beata quæ credidisti. Sub umbra ei⁹ quē Luce.1. desideraverā sedi. Et ppheta. Spūs, inquit, ante faciem no Treñ.4. stram Christus dñs: in umbra eius uiuim⁹ inter gētes. In umbra in gentibus, in luce cum angelis. In umbra sumus quādiu per fidem ambulamus & nō per speciē. Et ideò iustus in umbra, qui ex fide uiuit. At qui uiuit ex intellectu, beatus est: quia non in umbra iam, sed in lumine, Iustus erat Dauid, & ex fide uiuebat cū dicebat deo: Da mihi in ps.118. tellectū ut discam mandata tua, & uiuam: scies successurū fidei intellectū, intellectui reuelandū lumen uitæ, & luminis uitam. Prius est uenire ad umbram, & ita ad id cuius umbra est pertrāsire, quoniā nisi crediderītis, ait, nō intelligetis. D Vides fidē & uitam esse & uitæ umbrā: Nā è regione uita in delicijs agens qm̄ non est ex fide, & mors
1.Timo.5. est & umbra mortis. Quæ enim, inquit, uidua in delicijs est, uiuens mortua est. Deniq; sapientia carnis mors est. Sed & mortis est umbra, illius scilicet quæ cruciat in æternum. Sedimus & nos aliqñ in tenebrosis & umbra mortis, carnaliter cōuersantes, & non ex fide uiuētes, mortui iam quidē iustitiæ, à morte uerò secūda paulomin⁹ absorbendi. Quantū etenim umbra prope est corpori cuius est umbra, tantū pro certo uita illa nostra inferno appropinquauit. Deniq; nisi quia dñs adiuuit me, inquit, paulomi ps.93. minus habitasset in inferno aia mea. Nunc aūt de umbra 1.Ioan.3. mortis ad uitæ transiuimus umbrā, magis aūt translatisimus de morte in uitam, in Christi umbra uiuētes, si tamē uiuētes, & non mortui. Nec enim reor cōtinuo ut quis in umbra ei⁹ fuerit, q̄ uiuat in ea, quia nō planè oīs qui fidē habet, ex fide uiuit. Nam fides sine operibus mortua est, nec potest dare uitā quā minime ipsa habuerit. Ideò propheta cū dixisset. Spūs ante faciē nostrā Christus dñs: nō Treñ.4. contētus fuit sequi & dicere, in umbra eius sumus: sed in umbra, inquit, eius uiuimus inter gentes. Et tu ergo uide ut uiuas exemplo prophetæ in umbra ei⁹, ut quādoq; & regnes in lumine eius. Nec em̄ tantū umbrā habet, habet & lucem. Ipse per carnem umbra est fidei, ipse intelligentiæ lumen per spiritū. Et caro est enim & spiritus. Caro in carne manētibus, spiritus ante faciem nostram, id est in futuro, si tamen quæ retro sint obliuiscētes, ad ea quæ ante sunt nosmetipsos extendimus, quo peruenientes experiamur de uerbo quod dixit: Caro non prodest quicquā, spi
2.Cor.3. ritus est qui uiuificat. Nec ignoro q̄ in carne adhuc manēs quis dixerit: Et si cognouimus Christū fm carnē, sed nunc iam nō nouimus. Ad hoc ille. Nos uerò qui nondū in paradisum, nondū ad tertiū cælū rapi meruim⁹, christi interim carne pascamur, mysteria ueneremur, exempla sectemur, fidē seruemus, & uiuimus profectò in umbra, B
Canti.2. In umbra eius quem desideraveram sedi. Fortassis felici⁹ aliquid ista expertam se gloriatur in eò q̄ se in umbra dicit nō ut ppheta uiuere, sed sedisse. Sedere enim quiescere est. Plus est autem quiescere in umbra quàm uiuere, sicut uiuere plus est quàm tantummodo esse in ea. Igitur
Treñ.4. quod est cōmune multorum, propheta assumens sibi, in umbra eius uiuimus, inquit. Spōsa uerò habēs prærogatiuam, etiam q̄ sub ea singulariter sederit gloriatur. Non enim ut ille pluraliter uiuimus dixit, ita & hic sedimus, sed singulariter sedi, ut agnoscas prærogatiuā. Vbi itaq; nos cum labore uiuimus qui conscij peccatoꝝ sub timore seruimus, ibi hæc deuota & amans suauiter requiescit.
Cāt.2. Deniq; timor pœnā habet, amor suauitatem. Vnde ait, &

fructus

fructus eius dulcis gutturi meo: gustum cõtemplationis significãs quẽ obtinuerat per amorẽ suauiter sublenata. Ad istud in umbra quia per speculũ & in ænigmate. Erit cum declinauerint umbræ crescẽte lumine, imo penitus disparuerint, & subintrabit sicut perspicua ita & perpetua uisio: eritq; non modo suauitas gutturi, sed & satietas ventri, sine fastidio tamen. Sub umbra eius quem desideraui sedi & fructꝰ eius dulcis gutturi meo. Nos quoq; ubi sponsa pausat pausemus pariter, de sumpto gustu patrẽfamilias glorificantes, qui nos ad tales epulas inuitauit, spõsum ecclesiæ Iesum xpm dñm nostrũ, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

Ibidem.

¶ *Qualiter per discretionem ordinatur charitas, ut omnia membra ecclesiæ, id est electi inuicem colligentur.* Sermo XLIX. D

Cantic.2.

INtroduxit me rex in cellam uinariã, ordinauit in me charitatem. Vt quidẽ ꝓpositi capituli uidetur sonare litera, habito pro uotis dulci ad modum familiariq; colloquio cum dilecto, illo abeũte spõsa regredit ad adolescẽtulas, aspectu ita ipsius affatuq; refecta atq; accẽsa quatenꝰ ebriæ similis appareret. Et quasi illis stupẽtibꝰ nouitatẽ, & quærẽtibꝰ causam, respõdit miru minime esse si uino æstuaret quæ in cellam uinariã introisset. Ft ꝑm literã ita. Sed m spiritũ quoq; nõ negat ebriã, sed amore, non uino, nisi q amor unũ est. Introduxit me rex in cellã uinariã. Qñ præsens est spõsus, & spõsa ad ipsum sermonẽ dirigit: tunc spõsus dicit aut dilectus, aut quẽ diligit aia mea mqt: loquens uerò de ipso adolescẽtulis, regẽ nominat. Vt quid hoc: Propterea credo, quia & sponsæ amãti atq; dilectæ conueniat uti familiarius (quod à se est) amoris noibus: & adolescentulis tanquã disciplina indigentibus opus sit reuerẽdo premi uocabulo maiestatis. Introduxit me rex in cellã uinariã. Quænã ista sit cella uinaria, ꝓtereo dicere, quia dixisse me recolo. Tamen si ad ecclesiã referat sermo, cum repleti spũ sancto discipuli musto ebrij à ppl'o putarentur: tũc tãquã

Actuũ.2.

amicus sponsi pro spõsa stans Petrus in medio eorũ, non (inquit) sicut uos æstimatis, hi ebrij sunt. A Attẽde interim q nõ oino ebrios, sed ebrios sicut ab illis æstimati sunt denegauit. Erãt eñ ebrij, sed spũsancto, nõ musto. Et quasi testificarent ad plebẽ reuera in cellam se fuisse uinariam introductos, rursum Petrꝰ pro oibꝰ: Sed hoc est, ait,

Iohelis.2.

quod dictũ est per ꝓphetã Iohel. Et erit in nouissimis diebus, dicit dñs: effundã de spũ meo super omnẽ carnem, & ꝓphetabunt filij uestri & filiæ. Iuuenes uestri uisiones uidebũt, & senes uestri somnia somniabũt. An nõ tibi cella uidetur fuisse uinaria illa domus in qua erãt discipuli pariter cõgregati, cũ factus est repẽte de cælo sonus tanquã

Actuũ.2.

aduenientis spũs uehemẽtis, & repleuit totam domum ubi erant sedẽtes, adimpleuitq; prophetiã Iohelis: Et nõme unusquisq; illorum exiens inebriatꝰ ab ubertate domus illius, & torrẽte uoluptatis tantæ potatus, dicere merito

Cantic.2.

quibat, qñ introduxit me rex in cellam uinariam: Sed & tu quoq; si collecto tuo spiritu, mente sobria & uacua curis, orationis domũ solus introeas, & stans coram deo ad unũ aliquod de altaribus cæli ianuã tãgas sancti desiderij manu, & præsentatus choris sanctoꝝ tua penetrãte deuotione (si quidẽ oratio iusti penetrat cælos) in ipsorũ præsentia miserandus deplores miserias & calamitates quas pateris, crebris suspiriis & gemitibus inenarrabilibꝰ proferas necessitatẽ, flagites pietatẽ: si, inquã, hoc egeris, con-

Matt.7.

fido in eo qui dixit: Petite & accipietis, quasi si perseueraueris pulsans, nõ exibis uacuꝰ. Verũ cum te nobis reddideris plenũ gratia & charitate, nec poteris spiritu feruẽs dissimulare munꝰ acceptũ, qd sine inuidia cõmunicabis, erisq; oibus in gratia quæ data est tibi, non modo gratꝰ, sed fortassis etiã admirãdus: poteris & ipse ueraciter protestari quia introduxit me rex in cellã uinariam: tiñ cautꝰ esto nõ in te, sed in dño gloriari. Nec omne donũ quãuis spũale prodire dixerim de cella uinaria, cũ sint & aliæ penes sponsum cellæ uel apothecæ, diuersa in se recondita habẽtes dona atq; charismata ꝑm diuitias gloriæ eius: de quibꝰ cellis memini me alibi latiꝰ disputasse. C Nõme hæc condita sunt, inquit, apud me & signata in thesauris meis? Ergo pro diuersitate cellarum, diuisiones gratiarũ sunt, & unicuiq; manifestat spũs ad utilitatẽ. Et quãquam alij quidẽ detur sermo sapientiæ, alij aũt sermo sciẽtiæ, alij uerò ꝓphetia, alij gratia curationũ, alij genera linguarũ, alij interpretatio sermonũ, aliaq; aliꝭ his similia: nõ tamẽ quis horũ pro hmõi dicere poterit q introductꝰ fuerit in cellã uinariam. Ex aliꝭ quippe cellis siue thesauris ista sumunt. Sed si quis orãdo obtineat mente excedere in id diuini arcani unde mox redeat diuino amore uehemẽtissime flagrans, & æstuans iustitiæ zelo, necnon & in cunctis spũalibus studijs atq; officijs perminũ feruens, ita ut possit dicere: Cõcaluit cor meũ intra me, & in meditationibꝰ meis exardescet ignis: is planè cũ ex charitatis abũdãtia beatã & salutarẽ uini lætitiæ ructare crapulã cœperit, in cellã nõ immerito perhibebit uinariã introisse. D Cũ enim duo sint beatæ cõtemplatiõis excessus, in intellectu unus, & alter in affectu: unus in lumine, alter in feruore: unus in agnitione, alter in deuotione: pius sanè affectꝰ, & pectus amore cales, & sanctæ deuotionis infusio, etiam & uehemẽtis spũs replet zelo, nõ planè aliũde quàm è cella uinaria reportãtur: & cuicunq; cũ horũ copia surgere ab oratione donat, põt in ueritate loqui, quia introduxit me

Ps.38.

Cantic.2.

rex in cellã uinariã. Sequitur: Ordinauit in me charitatẽ. Oino necessarie. Importabilis siquidem absq; scientia est zelus. Vbi ergo uehemẽs æmulatio, ibi maxime discretio est necessaria, quæ est ordinatio charitatis. Semper quidẽ zelus absq; scientia minus efficax minusq; utilis inuenitur, plerũq; autẽ & pernicios⁹ ualde sentit. Quò igitur zelus feruidior ac uehemẽtior spũs, profusiorq; charitas: eò uigilãtiori opus scientia est quæ zelũ supprimat, spũ tẽperet, ordinet charitatẽ. Proinde sanè ne tanquã nimia & importabilis pro impetu spũs quem è cella uidet uinaria reportasse, præsertim ab adolescentulis sponsa timeat, iungit quod discretionis est etiã se pariter accepisse, id est ordinẽ charitatis. Discretio quippe omni uirtuti ordinẽ ponit, ordo modũ tribuit & decorẽ, etiã & perpetuitatẽ. Deniq; ait: Ordinatione tua perseuerat dies: diẽ uirtutẽ appellans. Est ergo discretio nõ tam uirtus quàm quædã moderatrix & auriga uirtutum: ordinatrixq; affectuũ, & morũ doctrix. Tolle hãc, & uirtꝰ uitiũ erit, ipsaq; affectio naturalis in perturbationẽ magis cõuertet, exterminiũq; naturæ. B Ordinauit in me charitatẽ. Factũ est aũt hoc cũ in ecclesia quosdã quidẽ dedit apl'os, quosdã aũt prophetas, alios uerò euangelistas, alios pastores & doctores ad consummationem sanctorum. Oportet aũt ut hos unà oẽs charitas liget & cõtemperet in unitatẽ corporis xpi: q minime oino facere poterit si ipsa non fuerit ordinata. Nam si suo quisq; feratur impetu ꝑm spiritum quem accepit, & ad quæcq; uolet indifferẽter prout afficitur & nõ rationis iudicio conuolarit, dũ sibi assignato officio nemo contentus erit, sed oẽs omnia indiscreta administratione pariter attentabunt, nõ planè unitas erit, sed magis confusio. Ordinauit in me charitatem. Vtinam & in me dñs Iesus tãtillũ ordinet charitatis quod dedit, ut sic mihi curæ sint uniuersa quæ sunt ipsius, ut tamẽ quod mei potissimum propositi seu officij esse constiterit, ante oia curem, sed sanè ita id prius, ut tamen ad multa quæ mihi specialiter nõ attinent, afficiar amplius. Non enim semper quod prius curandum, id etiã diligendũ amplius erit: cum sæpe quod prius est ad solicitudinem minus sit ad utilitatẽ, ac per hoc minus esse oporteat & in affectu. Frequẽter proinde quod ꝓ iniuncto præponit, de iudicio post habet: & quod ueritas iudicat præponendũ, id charius amplecten dũ ordo postulat charitatis. Nõme (ubi gratia) ex iniũcto incũbit mihi cura oim uestrum? Iam qcqd huic fortè prætulero operi, q minus ipsi inuigilem digne & utiliter pro uiribus exequẽdo: etsi ex charitate fortassis id facere uidear, ordinis tamen ratio nõ cõsentit. Q si ante omnia

Universidad de Deusto
Biblioteca

quidem (ut debeo) huic intēdo curæ, non autē magis ad maiora gaudeo dei lucra, quæ per alterū fieri forte comperoro, patet me ordinem charitatis ex parte tenere, ex parte nequaqnam. Si uerò me & ad id amplius quod ſpecialius incūbit ſolicitū, & nihilominus ad illud quod maius eſt magis affectū exhibeā, utrobiq; pfectò inuenior charitatis ordinē aſſecut⁹, & nō eſt cur dicere nō poſſim etiā ipſe quia ordinauit in me charitatē. D Si aūt dicas difficile quenquā plus alieno gaudere magno bono quàm ꝓprio paruo: aduertes certè uel ex hoc excellētiā gratiæ
Canti.2. apud ſpōſam, & qm̄ nō cuilibet aīæ dicere ſit, quia ordinauit in me charitatē. Quare facies deciderunt quorūdā ueſtrū modo ad hunc ſermonē? Nā alta ſuſpiria teſtantur triſtitiā animorū cōſciētiarūq; deiectionē. Nimirum metientes noſmetipſos nobis, ſentimus aliqui noſtrum pro noſtræ imperfectiōis experietia, quàm rara uirt⁹ ſit alienæ nō inuidere uirtuti, nedū gaudere ad illā, nedū etiā tanto
Ioan.12. plus quàm ad propriā quēq; gratulari, quāto ſe perpenderit in uirtute ſuperatū. Adhuc modicū lumen in nobis eſt fratres quotquot de nobis ita ſentim⁹. Ambulem⁹ dū lucē habemus, ne tenebræ nos comprehēdāt. Ambulare
Philip.3. proficere eſt. Ambulabat apls qui dicebat: Non arbitror
Ibidem. me cōprehendiſſe. Et addit: Vnū aūt quæ retro ſunt obliuiſcēs, ad ea quæ ante ſunt me extēdo. Quid eſt unū autē? Vnū aūt (inquit) quaſi rēmāſit mihi ad remediū, ad ſpē, ad cōſolationē. Quid illic? Quæ retro ſunt uidelicet obliuiſcens, ad ea quæ ante ſunt me extendo. Magna fiducia q̄ magnū electionis uas perfectū abnuens, pfectū fatetur. Ergo nō ambulantē ſed ſedentem à mortis tenebris comprehēdi periculū eſt. Et quis ſedēs niſi qui nō curat proficere? Id caueto, & ſi morte præoccupat⁹ fueris, in refrige
Sapien. 4 rio eris. Dices deo: Imperfectū meū uiderunt oculi tui, &
Pſal.138. in libro tuo nihilomin⁹, inquit, oēs ſcribentur. Qui oēs? Profectò qui in deſiderio proficiendi inueniūtur. Sequtur enim: Dies formabunt, & nemo in eis: ſubaudis, peribit.
Ibidem. Dies pficientes intellige, qui ſi morte p̄occupati fuerint, in eo quod eis deeſt perficiēdi ſunt. Formabunt, & nemo in eis informis relinq̄tur. B Et quomodo, ais, ego proficere poſſum qui fratri pficienti inuideo? Si doles q̄ inuides, ſentis, ſed non conſentis. Paſſio eſt q̄q; ſananda, non actio cōdenanda. Tantū nō illic reſideas iniquitatem meditans in cubili tuo, qualiter uidelicet foueas morbū, ſatisfacias peſti, perſequaris inſontē, bene ab illo geſta calūniando, deprimendo, peruertendo, atq; impediēdo gerēda. Alioqn nō nocet ambulanti & extēdēti ſe ad meliora
Roma.6. quod iam nō ipſe operatur, ſed quod habitat in eo peccatum. Non eſt ergo damnatio illi qui non dat membra ſua arma iniqtati, nō linguā ad detrahendū, nō quicquā reliqui corporis ad lædēdū nocēdumue aliquo modo, magis aūt cōfundit ſic ſe eſſe male affectū: & inolitum ex longo uitiū cōfitēdo, flendo, orando conat expellere: & cum non præualet, mitior inde ad oēs, atq; apud ſe humilior
Matt.11. inuenit. Quis ſanè ſapiens hoīem damnet qui à dño didicit mitis eſſe & humilis corde? Abſit ut inueniat expers ſalutis imitator ſaluatoris ſponſi eccleſiæ dñi noſtri, qui eſt ſuper oīa deus benedictus in ſecula. Amen.

¶ *De duplici charitate, ſcilicet actuali & affectuali: & eius ordinatione.* Sermo L. C

VOs forſitan expectatis tractari ſequētia, explicitum putantes ueſticulum qui nouiſſime tractabatur. Verùm ego aliud molior. Habeo enim quod adhuc uobis apponam de fragmentis heſterni cōuiuij, quæ mihi collegerā ne perirēt. Peribūt autē ſi nulli appoſuero. Nam ſi uoluero ea habere ſolus, ipſe peribo. Nolo pinde ueſtrā illis quā bene noui fraudare ingluuiē, præſertim cū ſint de ferculo charitatis, eo dulcia quo ſubtilia, eo ſapida quo minuta. Alioqn cōtra charitatē eſt ualde nimis de ipſa charitate fraudare. Itaq; hic
Cantic.2. ſum: Ordinauit in me charitatem. Eſt charitas in actu, eſt & in affectu. Et de illa q̄dē quæ operis eſt, puto datam eſſe legē hoibus, mandatūq; formatū. Nam in affectu quis ita habet ut mandatur? Ergo illa mandatur ad meritū, iſta in præmiū datur. Cuius initiū quidē profectūq; uitā quoq; p̄ſentē experiri diuina poſſe gra non negamus, ſed planè cōſummationē defendim⁹ futuræ felicitati. Quò ergo iubēda fuit, quæ implēda nullo modo erat? Aut ſi placet tibi magis de affectuali datū fuiſſe mādatū, nō inde cōtendo, dumō acquieſcas & tu mihi q̄ minime in uita iſta ab
Philip.3. aliquo hoīm poſſit uel potuerit adimpleri. Quis em̄ ſibi arrogare id audeat qd̄ ſe paulus ipſe fatet non cōprehendiſſe? Nec latuit p̄ceptorē, p̄cepti pōdus hoīm excedere uires, ſed iudicauit utile ex hoc ipſo ſuæ illos inſufficientiæ admoneri, & ut ſcirent ſanè ad quē iuſtitiæ finem niti
Roma.3. pro uiribus oporteret. Ergo mādādo impoſſibilia, nō p̄uaricatores hoies fecit, ſed humiles, ut omne os obſtruat, &
Ibidem. ſubditus fiat oīs mūdus deo: quia ex operib⁹ legis nō iuſtificabit oīs caro corā illo. Accipiētes q̄ppe mādatū, & ſentiētes defectū, clamabim⁹ in cælū, & miſerebitur noſtri deus, & ſciem⁹ in illa die quia nō ex operib⁹ iuſtitiæ quæ
2.Thim.1. fecimus nos, ſed ſm ſuā miam ſaluos nos fecit. Atq; hoc dixerim ſi quidē cōſenſerimus affectualē legē fuiſſe mādatam. Sed actuali id poti⁹ cōuenire inde uel maxime apparere uidetur, q̄ cū dixiſſet dñs, diligite inimicos ueſtros:
Luce.6. Ibidem. mox de operib⁹ infert, benefacite his qui oderūt uos. Itē
Roma.12. ſcriptura: Si eſurierit inimic⁹ tu⁹, ciba illū: ſi ſitit, potū da illi: & hic de actu habes, nō de affectu. Sed audi item dñm
Ioan.14. etiam de ſui dilectione mandantē: Si diligitis me, inquit, ſermōes meos ſeruate. Atq; id quoq; ad opera mittimur per iniunctā obſeruantiā mandator⁹. Superuacue aūt de
Matt.22. opere monuiſſet, ſi in affectione ſam fuiſſet dilectio. Sic te ergo neceſſe eſt & illud accipere q̄ iuberis diligere proximum tuū ſicut teipſum, etſi non ita aperte expreſſum ſit. An non deniq; ſatis tibi eſſe iudices adimplēdū iſtud de
Matt.7. proximi dilectione mandatum, ſi id perfecte obſerues in quo omni homini recte de lege naturæ præſcribit, quod tibi nō uis fieri, alij ne feceris? Et item illud: Quæcūq; uultis ut faciāt uobis hoies & uos facite illis. Neq; hoc dico,
2.Timo.3. ut ſine affectione ſimus, & corde arido ſolas moueam⁹ manus ad opera. Legi inter alia quæ ſcribit apoſtol⁹ magna & grauia hoīm mala: hoc quoq; annumeratū ſcilicet ſine affectione. B Sed eſt affectio quā caro gignit, & eſt quā ratio regit, & eſt quā condit ſapientia. Prima eſt quā apls legi dei dicit nō eſſe ſubiectā, nec eſſe poſſe. Secūda quam perhibet è regione conſentiētē legi dei q̄m bona eſt. Nec dubiū diſtare inter ſe contentioſam & cōſentaneā. Longe
Pſal.33. uerò tertia ab utraq; diſtat, quæ & guſtat & ſapit quoniā ſuauis eſt dñs. primā elimināſ, ſecundā remunerans. Nam prima quidem dulcis, ſed turpis: ſecunda ſicca, ſed fortis: ultima pinguis & ſnauis eſt. Igitur per ſecūdā opera fiūt, & in ipſa charitas ſedet, nō illa affectualis quæ ſale ſapiæ cōdita pingueſcēs magnā menti importat multitudinem dulcedinis, ſed quædā potius actualis, quæ etſi nondum dulci illo amore ſuauiter reficit, amore tamē amoris ipſi⁹
1.Ioan.3. uehemēter accēdit. Nō diligam⁹, ait, uerbo neq; lingua, ſed opere & ueritate. Vides quomodo caute medi⁹ incedit inter uitioſum atq; affectuoſum amorē, ab utroq; pariter hanc diſtinguens actualem & ſalutiferam charitatem? Nec linguæ metiētis in hac dilectione recipit fictum, nec
Ibidem. rurſum afficiētis exigit ſapientiæ guſtū. Opere, inquit, diligamus & ueritate: q̄ uidelicet moueamur ad bene operandū magis quodam uiuidæ ueritatis impulſu, quàm ſapidæ illius charitatis affectu. C Ordinauit in me charitatem. Quā putas harū? Vtrāq;, ſed ordine oppoſito. Nā
Canti.2. actualis inferiora præfert, affectualis ſuperiora. Etenim in bene affecta mente non dubium (uerbi cauſa) quin dilectioni hois dei dilectio præponat, & in hoibus ipſis perfectiores infirmioribus, cælū terræ, æternitas tempori, aīa carni. Attamē in bene ordiata actiōe ſæpe aut etiā ſemper ordo oppoſit⁹ inuenit. Nā & circa pximi curā & pl⁹ urgemur, & pluries occupamur, & infirmioribus fratrib⁹ diligentiori ſedulitate aſſiſtim⁹, & paci terræ magis quàm cæli gloriæ iure humanitatis & ipſa neceſſitate intendimus,

& temporalium

& temporaliū inquietudine curarū uix aliquid sentire de æternis permittimur: & languoribus nostri corporis postposita aīæ cura pœnæ cōtinuæ inseruim⁹: & ipsis denīq; infirmioribus membris nostris abūdantiorē honorē
1.Cor.12. iuxta sniam apli circūdamus, per hoc quodāmodo faciē-
Matt.20 tes uerbū dñi, de quo habes. Erūt nouissimi primi, & primi nouissimi. Orantē denīq; hoiem cū deo loqui quis dubitet? Quoties tamē inde charitate iubēte abducimur & auellimur ppter eos qui nostra indigēt opa uel loquela? Quoties pie cedit negotiorū tumultib⁹ pia quies? Quoties bona conscientia ponit codex: ut operi manuū insudetur? Quoties pro administrandis terrenis: iustissime ipsis
Ibidem. supersedemus celebrandis missarum solēnijs? Ordo posterus: sed necessitas non habet legem. Agit ergo suum actualis charitas ordinē iuxta patrisfamilias iussionem: incipiens à nouissimis. Pia certè & iusta quæ non sit acceptrix personarū: nec pretia consideret rerū, sed hoīm necessitates. At non ita affectualis: nā à primis ipsa ducit ordinem. A Est enim sapientia per quā utiq; quæq; res sapiunt prout sunt, ut (uerbi gratia) quæ pluris natura habet: pluris quoq; ipsa affectio sentiat: minora minus: minima minime. Et illum quidem ordinē charitatis ueritas facit: hunc aūt ueritatis ordinē charitas nēdicat sibi. Nā & uera in hoc est charitas: ut qui indigēt amplius accipiant prius: & rursum in eo chara appareat ueritas: si ordinē te-
Matt.22. nemus affectu, quē illa rōne. Tu ergo si diligas dñm deum tuū toto corde, tota aīa, tota uirtute tua, & amorē amoris illum quo cōtenta est charitas actualis affectu feruentiori transilies, ipso comminus diuino amore (ad quem is est gradus) accepto in plenitudine spiritu tot⁹ ignescas: sapit tibi p̄fectò deus: & si nō digne oīno put est: quod utiq; impossibile est oīni creaturæ: certè prout tuū sapere est. Deinde sapies etiā ipse tu tibi prout es: cū te senseris nil habere prorsus unde te ames, nisi inquantū dei es: quippe q totum unde amas in illum effuderis. Sapies, inquam, tibi prout es: cū ipso experimēto amoris tui & affectiōis quā ad teipsum habebis, nihil dignū te esse inuenies: qđ uel à teipso ametur, nisi ppter ipsum, sine quo ipse es nihil. B
Ibidem. Iam uerò proxim⁹ quē uerè te oportet diligere tanquam teipsum: ut tibi & ipse sapiat prout est: haud aliud profectò sapiet tibi quàm tu tibi qui hoc est qđ tu. Est em̄ hō. Qui itaq; te non diligis nisi quia diligis deū: cōsequenter oēs q similr diligūt eum diligis tanquam teipsum. Porrò inimicū hoiem qm̄ nihili est: pro eo q̄ non diligit deū nō potes quidē diligere tanquā teipsum qui deū diligis: diliges tū ut diligat. Non est autem idipsum diligere ut diligat: & diligere quia diligit. Proinde ut tibi & ipse sapiat prout est: sapiet tibi non quidē qđ est: qui utiq; nihili est: sed quod futurus forsitan est: quod est ppe nihili: quippe quod adhuc pendet sub dubio. Etem̄ de quo cōstat q̄ ad amorē dei nō sit deinceps reditur⁹: sapiat tibi necesse est: non ppe iam nihil: sed nihil ex toto: utpotè qđ in æternū nihili est. Illo igitur excepto qui nō modo iam nō diligēdus, insup & odio habendus est: sm illud: nónne qui ode-
Psal.138. runt te dñe oderam: & super inimicos tuos tabescebā? de cætero nulli uel inimicissimo hoī negari quātulūcūq; affectū charitas sanè in hac parte ambitiosa permittit. Quis sapiens & intelliget hæc? Da mihi hoiem qui ante omnia quidē ex toto se diligat deū: se uerò & proximū inquantū diligunt ipsum: inimicū aūt tanquā aliqn̄ forsitan dilectorum: porrò parētes carnis suæ germanius ppter naturā: spūales uerò eruditores suos p̄fusius ppter gratiā: atq; in hunc modū ad cætera quæq; dei ordinato intēdat amore: despicies terrā: suspicies cælū, utens hoc mūdo tāquā nō utens: & inter utenda & frueda intimo quodā mentis sapore discernēs: ut trāsitoria trāsitoriæ: & ad id dūtaxat quod opus & prout opus est curet: æterna desiderio amplectatur æterno: talē, inquā, da mihi hoiem, & ego audaciter illū sapientē pronuncio: cui nimirū quæq; res reuera sapiūt prout sunt: & cui in ueritate atq; securitate cōpetit
Cantic.2. gloriari & dicere: quia ordinauit in me charitatē. Sed ubi ille: aut quando ista? Quod flens dico: quousq; adoramus & nō gustamus: prospiciētes patriā & nō apprehēdētes: suspirātes & de lōge salutantes? O ueritas exulum patria, exilij finis, uideo te: sed intrare non finor carne retentus: sed nec dignus admitti, peccatis sordēs. O sapientia quæ attingis à fine usq; ad finē fortiter: in instituendis & continendis rebus: & disponis oia suauiter, in beandis & ordinādis affectibus: dirige actus nostros prout nostra tpalis necessitas poscit: & dispone affectus nostros prout tua ueritas æterna reqrit, ut possit unusquisq; nostrū secure in te gloriari & dicere: quia ordinauit in me charitatem. Tu es em̄ dei uirtus & dei sapietia Christus spōsus ecclesiæ dñs noster super omnia deus benedictus in secula. Amen.

¶ *Qualiter sponsa petie sibi accumulari fructus bonorum operum cum floribus & odoramentis fidei: & de spe & timore.* Sermo LI. A

Vlcite me floribus: stipate me malis: quia amore langueo. Creuit amor: quia incentiua amoris plura solito p̄cesserūt. Vides siquidē quāta hac uice nō uidendi tantū, sed & colloquendi copia fuit. Ipsa quoq; uisio apparet uultu indulta serenio ri: & sermo iocundior: & sermocinatio longior atq; protractior. Nec solū oblectata colloquio: sed & gloriata preconio est. Ad hæc eius quem desideraverat refrigerata est umbra: cibata fructu: potata calice. Nec enim sitibūda putanda est exisse de cella uinaria: in quam se introductā modo nouissime gloriatur. Imo uerò sitibūda: quoniā qui bibit me, inqt, adhuc sitiet. Post ista omnia sponso more suo
Cantic.2. Eccli.24 recedente illa languere amore se perhibet, id est præamore. Quò enim gratiorē fuerat experta præsentiam: eò post modum absentiam molestiorem sensit. Subtractio nempe rei quam amas: augmentatio desiderij est: & quod ardentius desideras, cares egrius. Rogat proinde ista interim odoramentis florum ac fructuū confoueri: quousq; denuo reuertatur quē molestissime sustinet demorantē. Atq; is ordo sermonū. Nunc iam spiritalē fructū qui in ipsis est: spiritu duce ueritatis tētemus eruere. Et si cōmunis ecclesia sanctorum hic recipitur loquens: nos in floribus fructi
Philip.1. busq; designati sumus: sed & quisq; conuersi de seculo in toto seculo. In floribus quidem nouella & tenera adhuc incipientiū cōuersatio demōstrat, in fructibus uerò profi cientium fortitudo: & maturitas perfectorum. His stipata mater peregrinās & fructificās: cui uiuere Christus est: & mori lucrum: profectò æquanimius fert molestiā suæ dilationis: qm̄ iuxta scripturam datur ei de fructu manuū suarum tanquam ex primitijs spiritus: & laudant eam in portis opera eius. Si autem sm moralē sensum in una aīa uis tibi utraq; hæc assignari: & flores uidelicet & fructus: fidē florem: fructū actum intellige. Nec incōgrue (ut opinor) id tibi uidebit: si aduertas quomodo imitar floris necessario præcedentis fructū, bonum quoq; opus fide oporteat
Hebr.11. præueniri. Alioquin sine fide impossibile est placere deo, Paulo attestante: magis autem æque ipso docente: omne quod non est ex fide: etiā peccatum est. Itaq; nec sine flore
Iacobi.2. fructus: nec sine fide opus bonū. Sed & fides sine operib⁹ mortua est: sicut inutiliter quoq; flos apparet: ubi non sequitur fructus. C Fulcite me floribus, stipate me malis;
Cantic.2. quia amore langueo. Ergo ex bonis operibus in fide non ficta radicatis recipit cōsolationem mens assueta quietī: quoties sibi (ut assolet) lux contemplationis subtrahitur. Quis em̄ non dico cōtinue: sed uel aliquādiu dum in hoc corpore manet lumine cōtemplationis fruaī? At quoties (ut dixi) corruit à cōtemplatiua: toties in actiuam se recipit, inde nimirū tanquam è uicino familiarius reditura in idipsum: qm̄ sunt inuicē cōtubernales hæ duæ: & cohabitāt pariter. Est quippe soror Mariæ Martha. Neq; enim etsi à contemplationis lumine cadit: patitur tamen ullatenus se incidere tenebras peccati, seu ignauiam ocij: sanè in luce bonæ operationis se retinēs. Et ut scias etiā opera
Matt.5. lucē esse: luceat lux uestra, inquit, corā hoīb⁹: quod nō est dubiū de operib⁹ fuisse dictū, quæ hoies poterāt intueri.

Universidad de Deusto Biblioteca

Cantic.2. Fulcíte me floríbus:ſtípate me malís:quía amore lãgueo. Cũ præſto eſt quod amatur uíget amor:languet cũ abeſt. Quod nõ eſt aliud quàm tædium quoddã ímpatiẽtis deſi derij: quo neceſſe eſt affici mentẽ uehemẽter amantís ab ſentẽ quẽ amat:dũ totus ín expectatione: quantãlíbet feſtínationẽ reputat tarditatem. Et ídeo iſta poſtulat ſibi ac cumulari bonorũ operũ fructus cũ fidei odoramentis: ín quíbus morã faciẽte ſponſo ínterím requieſcat. A Loquor uobís experimẽtũ meũ qđ expertus ſum. Sıq̃n ſanè cõperí ꝓfeciſſe alíquos ueſtrũ ex meís monítis: tunc non me piguit fateor curam prætuliſſe ſermonís ꝓprío ocío & quíeti. Cũ eñ (uerbí gratía) poſt ſermonẽ íracũdus quíſpíam reperíẽ mutat⁹ ín mítẽ: ſuperb⁹ ín humílẽ: puſillanímís ín fortẽ: porrò mítis, humílís, fortís, ín ſua quíſq; gratía excreuiſſe, & ſeípſo melíor factus eſſe agnoſcitur: ſed & quí fortè tepuerãt & languebãt círca ſpũale ſtudíũ torpẽtes & dormítantes: ad ígnítum eloquíũ dñí referbuiſſe &
Pſal.118. cuígílaſſe uídẽtur: & quí deſerto fonte ſapiẽtiæ foderant ſibí ꝓprías uolũtatís cíſternas nõ ualẽtes aquas cõtínere: propterea cꝫ ad oẽ ímundũ grauatí corde arído murmurabãt, nullũ ín ſe habẽtes deuotionís humorẽ. Hí, ínquã, cũ de rore uerbí & pluuía uolũtaría quã ſegregauit deus hæreditatí ſuæ reſtoruiſſe ꝓbant ín opera obedientíæ: factí ín oíbus uoluntarí & deuotí: nõ eſt (dico uobís) unde ſubeat mentẽ quaſi pro ímtermíſſo ſtudío ſocũdæ contemplationís triſtítía: cũ talíbus fuero círcũdatus floríb⁹ atq; fructib⁹ píctatís. Patiẽter auellor ab ínfœcundæ Rachelís amplexíbus: ut de Lya míhí exuberẽt fructus ꝓfectuũ neſtrorũ. Mínímẽ prorſus pigebít me ímtermiſſe quíetís ꝓ cura ſermonís: cũ uídero ín uobís germínare ſemẽ meum:
1. Cor. 8. atq; ex eo augerí íncremẽta frugũ íuſtítíæ ueſtræ. Charítas eñ quæ non quærít quæ ſua ſunt, íd míhí ſamdudum facíle perſuaſit: nil ſcílícet deſíderabílíum meorum ueſtrís præferre utílítatíbus. Orare, legere, ſcríbere, meditarí: & ſí qua ſunt alía ſpíritalís ſtudíj lucra: hæc arbítratus ſum ꝓ
Cantic.2. pter uos detrímenta. B Fulcíte me floríbus: ſtípate me malís, quía amore langueo. Hoc ítaq; locuta eſt ſponſa adoleſcẽtulís ín ſpõſí abſentía: monẽs eas ín fide proficere & operíbus bonís, donec ueníat: ſentiens ín eo fore & beneplacítũ ſponſí & fíliarũ ſalutẽ, & ſuã ípſí⁹ conſolatíonẽ. Scío me hũc locum ín líbro de dílectione dei pleníus explícuiſſe: & ſub alío íntellectu potíorí ne an deteríorí lector íudícet: ſí cuí utrũq; uídere placuerít. Non ſanè à prudente de díuerſítate ſenſuũ íudícabor: dũmodo ueritas utróbíq; nobís patrocínetur: & charítas cuí ſcípturas ſeruíre oportet eò ædificet plures, quò plures ex eís ín opus ſuũ ueros erudíerít íntellect⁹. Cur eñ hoc díſplíceat ſenſib⁹ ſcripturarũ: quod ín uſíbus rerum aſſídue experímur? In quãtos (uerbí cauſa) ſola aqua noſtrorũ aſſumít corporũ uſus? Ita unus qlíbet díuínus ſermo nõ erít ab re: ſí díuerſos pariat íntellectus, díuerſís animarum neceſſítatíbus &
Cantic.2. uſíbus accõmodandos. C Sequtur. Leua eíus ſub capíte meo: & dextera eíus amplexabít me. Et ſuper hoc quoq; ín præfato opuſculo meminí uberíus diſputatũ: ſed ſígnemus ſermonís ordinẽ. Líquet denuo adeſſe ſponſum: credo ut ſua præſentia languentẽ erígat. Quomódo eñ non ín præſentía eíus cõualeſceret, quã abſentia cõſternarat? Ergo nõ ſuſtínet dílecte moleſtíã, adeſt: neq; ením moram facere poteſt tantís deſíderíís euocatus. Et quía illã compererat donec abſens fuit fidelem ad opera & ſolícítam ad lucra: ín eo nímírũ q flores ſibí & fructũ⁹ præceperat aduarí: etiã cum propẽſíorí hac uíce remuneratione gratíæ eſt reuerſus. Deníq; uno brachíorũ ſuorũ ſuſtentat caput íacentís: alterum ad amplexandum parans ut ſínu foueat. Felix anima quæ ín Chriſti recũbít pectore: & ínter uerbí brachía requieſcit. Leua eíus ſub capíte meo: & dextera eíus amplexabítur me. Non aít amplexatur, ſed amplexabítur me: ut noueris priorí gratíæ adeò non íngratam: ut ſecundã gratíarũ actione præuenerít. Díſce ín referendo gratíam non eſſe tardus aut ſegnís: díſce ad ſíngula dona gratías agere. Diligẽter, ínquít, conſídera quæ tíbí appo-

nunt: ut nulla uídelícet dei dona debíta gratíarũ actione
Ioan.6. fruſtrẽtur: nõ grandía: nõ mediocría: non puſílla. Deníq; íubemur colligere fragmẽta ne pereant, íd eſt nec míníma beneficía oblíuíſcí. Nunquíd non perít quod donatur íngrato? A Ingratítudo ímímíca eſt animæ: exínanítío meritorũ uírtutum díſperſío: beneficíorum perdítío. Ingratítudo uentus urens ſiccans ſibí fontẽ píetatís: rorem míſericordíæ: fluẽta gratíæ. Propter hoc deníq; ſponſa mox ut gratíã de leua ſenſit: gratías egit, non expectans plenítudínem quæ ín dextera eſt. Neq; ením ubí memorata eſt leuam ſam eſſe ſub capíte ſuo: etíam ſecuta eſt à dextera ſe ſímíliter amplexatã: ſed amplexabít me ínquít. Cæterum quíd putamus uerbo ſponſo leuã eſſe ſiue dexterã? Num íd quod dícít hominís uerbũ, íſtíuſmodí corporeas partes habet ín ſe díuíſas, & lineamẽta díſtíncta, ac díſtínguẽtia ínter ſíníſtrã & dexterã? Quãto magís ís qui dei & de⁹ eſt ſermo uarietatẽ prorſus alíquam non admittít: ſed eſt quí eſt: ín ſua nímírũ natura tam ſímplex, ut non habeat partes: tam unus ut nõ habeat numeros. Eſt eñ dei ſapíẽtía: de qua ſcríptũ eſt. Et ſapiẽtíæ eíus nõ eſt numerus. At ſi quod ínuaríabíle eſt: íd íncõprehẽſibile: ac per hoc etiã ineffabile eſſe neceſſe eſt: ubí quæſo ínuenías uerba qbus íllã maieſtatẽ uel digne aſſignes, uel ꝓprie ꝓloquaris, uel cõpetenter díſſímías? Tamen utcũq; loquamur qđ utcũq; de ea ſpũſancto reuelante ſentímus: docemur auctoritate patrũ & cõſuetudíne ſcripturarũ cõgruẽtes de rebus notís licere ſímílitudínes uſurpare: ſed & uerba non noua ínuenire: ſed nota mutuarí uel transferre: quíbus dígne & cõpetẽter eædẽ ſímílitudínes ueſtíanť. Alíoquín ridícule ígnota per ígnota docere conaberís. Ergo quía per dextrum & ſíníſtrum aduerſa ſolent atq; proſpera deſignarí: uídetur míhí hoc loco íntelligí poſſe leuam quídẽ uerbí, cõmínatíonẽ ſupplícíj: dexterã uerò regni promíſſíonẽ. Eſt aũt cum mens noſtra formídíne pœnæ ſeruíliter premitur: & tunc nequaquã ſub capíte ſed ſuper caput leua eſſe dícenda eſt: nec poteſt ſíc affecta aĩa oĩno dícere: quía leua eíus ſub capíte meo. At uerò ſí proficíens ex hoc ſpũ ſeruitutís trãſíerít ín quendã ſpõtaneí obſequíj dígnioré affectũ: quatenus uídelícet præmíís potíus ꝓuocet, quàm artetur ſupplícíís: magís aũt ſí amore boní ípſíus agatur:
Cantic.2. tunc índubítãter dícere poterít: quía leua eíus ſub capíte meo: quíppe quí íllũ ſeruílẽ metũ q ín ſíníſtra eſt melíorí atq; excellẽtíorí habítudíne ſuparít anímí: & dígnís deſiderijs etíam ípſí appropíauerít dexteræ: ín qua ſunt oẽs ꝓ
Pſal.15. míſſíones: dícente ꝓpheta ad dñm. Delectatíones ín dextera tua uſq; ín fínem. C Vnde & certa ſpe concepta cũ
Cantic.2. fiducía loquítur: & dextera eíus amplexabítur me. Tu ſã mecum uíderís an íta affectæ & aſſecutæ hunc tantæ ſuauítatís locum íllud quoq; conueníat de pſalmo uſurpare: ut dícat etíam ípſa. In pace ín ídípſum dormíã & requíe-
Ps.4. ſcam: præſertím cũ ſuppetat cauſa quæ ſequtur: qñ tu dñe ſíngulariter ín ſpe cõſtituíſtí me. Quod equídem tale eſt. Donec qs premít à ſpũ ſeruitutís, parũq; habet de ſpe: de tímore plurímũ: nõ eſt eí pax neq; requies fluctuãte nímírum cõſcíentía ínter ſpem & tímorẽ: maxímeq; ꝙ à ſuperexcellẽte tímore abũdãti⁹ crucíet. Nã tímor pœnã habet.
Ibidem. Et ídeò nõ eſt íllí dícere ín pace ín ídípſum dormíã & requieſcã: qñ necdũ ſe ſíngulariter ín ſpe conſtítutũ dícere poteſt. Cæterũ ſí paulatím per íncremẽtũ gratíæ cœperít deficere tímor & ꝓficere ſpes: cũ demũ ad hoc uentũ fuerít ut totís uírib⁹ exurgẽs charítas ĩ adiutoríũ ſpeí foras mittat tímorẽ: nómne eíuſmodí aĩa ſíngulariter ín ſpe conſtítuta uídebít: ac proínde etíã ín pace ín ídípſum dormíre ſam & requeſcere? Sí dormíatís, ínquít, ínter medíos cle-
Ps.67. ros: pennæ colũbæ deargẽtatæ. Qđ propterea dictũ puto, qñ eſt loc⁹ ínter tímorẽ & ſecuritatẽ: tãquã ínter leuã & dexterã: media uídelícet ſpes: ín qua mens & conſcíẽtia molli nímírum ſuppoſíto charítatís ſtratu ſuauíſſíme requieſcít. D Et forte ín cõſequẽtíb⁹ huius ípſíus cantící hic locus fuerít deſígnat⁹: ubí ín deſcríptíone ferculí Salomonís ínter cætera habes. Media charítate conſtrauit
Cantic.3. propter

propter filias hierlm. Nā quise singulariter in spe cōstitutū sentit: nō iā in timore seruit, sed requiescit i charitate.
Cañ.2. Deniq; regescit & dormit spōsa p qua dicit: Adiuro uos filiæ hierlm p capreas ceruosq; cāporū: ne suscitetis neq; euigilare faciatis dilectam quoadusq; ipa uelit. Magna & stupēda dignatiō q; qescere faciat animā contēplātem in sinū suo: inīup & custodit ab infestātib⁹ curis: protegitq; ab inquietudinib⁹ actionū & molestijs negotiorū: nec patitur oīno suscitari nisi ad ipsius utiq; uoluntatē. At istud nō in angustijs finiēdi iam sermonis adoriendū est, magis autē hinc alius inchoet: quatenꝰ locus delectabilis debita in tractādo diligētia nō fraudet. Nō q; uel tunc sufficiētes simus cogitare aliqd à nobis quasi ex nobis (p̄sertim in tā digna tāq; excellēte & omnino supereminēte materia) sed sufficiētia nostra ex deo est: sponso ecclesie Iesu xp̄o dño nostro: qui est super oīa deus bñdictus in secula. Amen.

De excessu qui contemplatio dicitur: in qua sponsus facit quiescere animam sanctam: pro eius quiete zelans. Sermo LII. B

Canti.2. DIuro uos filiæ hierlm p capreas ceruosq; cāporū, ut nō excitetis neq; euigilare faciatis dilectā quoadusq; ipsa uelit. Prohibent adolescētulæ. Has em̄ filias hierlm dicit: quia etsi delicatæ & molles quasi fœmineis adhuc affectib⁹ & actibus infirmæ: sponsæ tm̄ inhærēt spe ꝓficiēdi & ꝓficiscēdi hierlm. Prohibent ergo ab infestatiōe spōsæ dormietis: ne. s. præter uoluntatē ipsius ullaten⁹ eā excitare p̄sumāt. Propter ea em̄ dulcissim⁹ spōsus leuā suā capiti eius supposuit ꝑm ea q̄ p̄missa sunt: quatenus in sinu suo eā qescere faceret & dormire. Et nūc sicut subinde scriptura prosequit, ipse custos illius dignātissime & beneuolētissime uigilat sup eā: ne adolescētularū crebris minutisq; necessitatib⁹ inquietata euigilare cogat. Ista est literalis cohærētia textus. C Sed em̄ cōtestatio illa facta p capreas ceruosq; cāporū: nihil oīno ꝑm literā cōsequētiæ rōnabilis habere uidet: adeò totā sibi eā uendicat intelligētia spūalis. At quoquo modo illa se habeat: interim bonum est nos hic esse, & intuerī paulisper naturæ diuinæ bonitatē, suauitatē, dignationē. Quid nāq; tu hō in humanis unquā affectib⁹ expertus es dulci⁹, quàm mō tibi exprimit de corde altissimi? Et exprimitur ab illo qui scrutat alta dei: & nō pōt nescire q̄ in eo sunt, qa spūs ipsi⁹ est: nec aliud planè loq quàm qd̄ apud ipm̄ uidit: qm̄ ueritatis spūs est. Deniq; nec deest i nostro gñe q hoc munere felix lætificari meruerit: & sic in semetipso suauissimi arcani huius habuerit experimētū: nisi tm̄ scripturæ loco q præmanib⁹ est oīno decredim⁹: ubi manifeste inducitur cælestis spōsus uehemētissime zelās pro quiete cuiusdā dilectæ suæ solicitus seruare inter brachia ꝓpria dormitētē: ne qua fortè molestia uel inquietudine à somno suauissimo deturbet. D Nō me capio præ lætitia q; illa maiestas tā familiari dulciq; cōsortio nostræ se inclinare infirmitati minime dedignat: & supna deitas aiæ exulātis inire cōubia: eiq; spōsi ardētissimo amore capti exhibere affectū nō despicit. Sic, sic in cælo esse non ambigo ut lego in terra: sentietq; ꝓ certo aia qd̄ continet pagina: nisi q; nō sufficit ista oīno exprimere quātū capere illa tūc poterit: sed nec quātū iam pōt. Quid putas illic accipiet q̄ hic tanta familiaritate donatur: ut dei brachijs amplecti se sentiat: dei sinu foueri: dei cura & studio custodiri: ne dormiēs fortè à quopiā donec ultro euigilet excitet? Age iam itaq; dicam⁹ si possum⁹: quisnā ille sit somn⁹ quo dilectam suā spōsus obdormire uelit: nec patiat oīno nisi ad ipsius
Roma.13. arbitriū excitari. ne forte cū legerit quis apud apl̄m: hora est iā nos de somno surgere: siue apud ꝓphetā exorari ab ipso deū illuminare oculos suos ne unquā obdormiat in morte, nominū equiuocatione turbet: nec inueniat oīno quid digne de dormitione spōsæ q̄ hoc loco memoratur
Ioan.11. sentire possit. Nā ne illud quidē simile est huic qd̄ de lazaro ait in euāgelio dñs. Lazar⁹ amic⁹ noster dormit: eamus & à somno excitem⁹ eū. Hoc em̄ dicebat de morte corporis ei⁹, cū discipuli de dormitione somni dictū putarēt. A Nō est aūt is spōsæ somn⁹ dormitio corporis: uel placida
Ibidem. q̄ sensus carnis suauiter sopit ad tp̄s: uel horrida q̄ fundit⁹ uitā tollere cōsuescit. Multomagis uerò & ab illa alienus existit qua obdormit morte: cū uidelicet in peccato qd̄ est ad mortē irreuocabiliter pseuerat. Magis aūt istius modi uitalis uigilq; sopor sensum interiorē illuminat: & morte propulsata uitā tribuit sempiternā. Reuera em̄ dormitio est: q̄ tm̄ sensū nō sopiat sed abducat. Est & mors (qd̄ nō dubius dixerim) qm̄ apl's quosdā in carne adhuc uiuētes commendādo sic loquitur. Mortui estis: & uita uestra Colo.3.
abscōdita est cum xp̄o in deo. Proinde & ego nō absurde spōsæ extasim uocauerim mortē: q̄ tm̄ nō uita sed uitæ eripiat laqueis: ut possit dicere. Aīa nostra sicut passer ere- p̄s.123.
pta est de laqueo uenantiū. Inter mediōs nāq; laqueos in hac uita incedit: qui utiq; toties nō timētur: quoties sancta aliqua & uehementi cogitatione aīa à semetipsa abripitur: si tm̄ cōusq; mēte secedat & auoleat: ut & hunc communē transcēdat usum & cōsuetudinem cogitandi. Etem̄ frustra iacitur rete ante oculos pēnatorum. Quid em̄ formidetur luxuria: ubi nec uita sentitur? Excedēte qppe aīa & si nō uita: certè uitæ sensu: necesse est etiam ut nec uitæ tentatio sentiatur. Quis dabit mihi pēnas sicut colūbæ & p̄s.54.
uolabo & requiescā? B Vtinā hac morte ego frequēter cadā: ut euadā laqueos mortis: ut nō sentiā uitæ luxuriātis mortifera blandimenta: ut nō obtupescā ad sensum libidinis: ad æstum auaritiæ: ad iracundiæ & impatientiæ stimulos: ad angores solicitudinū & molestias curarum. Moriatur anima mea morte iustorū: ut nulla illā illaqueet fraus: nulla oblectet iniquitas. Bona mors quæ uitam non aufert: sed transfert in meli⁹. Bona qua non corpus cadit: sed aīa subleuatur. Verū hæc hoīm est. Sed moriatur aīa mea morte etiā (si dici potest) angelorū, ut præsentiū memoria excedens: rerū se inferiorū corporearūq; nō modo cupiditatibus sed & similitudinib⁹ exuat: sitq; ei pura cū illis conuersatio: cum quibus est puritatis similitudo. Talis (ut opinor) excessus aut tm̄: aut maxime contemplatio dicitur. Rerū etem̄ cupiditatibus uiuendo nō teneri, humanæ uirtutis est: corporū uerò similitudinibus speculādo nō inuolui: angelicæ puritatis est: utrūq; tamē diuini muneris est, utrumq; excedere: utrumq; teipsum trāscendere est, sed longe unū: alterū nō longe. Beatus qui dicere potest. Ecce elongaui fugiens: & mansi in solitudine. Non p̄s.54.
fuit cōtentus exire nisi & lōge se faceret, ut posset quiescere. Trāsiliisti carnis oblectamenta: ut minime iam obedias concupiscentijs eius, nec tenearis illecebris professi⁹. Separasti te, sed nondū elōgasti: nisi & irruētia undiq; fantasmata corporearum similitudinum transuolare mentis puritate præualeas. Hucusq; noli tibi promittere requiē. Erras si citra inuenire te existimas locum quietis: secretū solitudinis: luminis serenum: habitaculum pacis. Sed da mihi qui illuc peruenerit: & incunctāter fateor requiescētem: qui merito dicat. Cōuertere aīa mea in requiē tuam: p̄s.114.
quia domin⁹ benefecit tibi. Atq; hic uerè in solitudine locus & in lumine habitatio: prorsus iuxta prophetā: tabernaculum in umbraculū diei ab æstu: in securitatē & abscōsionē à turbine & à pluuia. De quo & sanctus dauid. Abscondit me, inquit, in tabernaculo suo in die malorū: protexit me in abscondito tabernaculi sui. Puto ergo in solitudinem hanc secessisse spōsam: ibiq; præ amœnitate loci inter amplexus spōli suauiter obdormisse. i. in spiritu excessisse: qm̄ ꝓhibitæ sunt adolescentulæ expergefacere illā quoadusq; ipsa uoluerit. D At illud qualiter? Non em̄ simpliciter neq; leuis (ut assolet) cōmonitione prohibitæ sunt: sed oīno noua & insueta cōtestatione per capreas. s. ceruosq; camporū. Quo quidem genere ferarū uidentur mihi satis congruēter expressæ sanctæ aiæ exutæ corporibus: simul & qui cū deo sunt angeli. Nimirū propter acumen uisus & salt⁹ celeritatē. V trūq; hoc siquidē utriusq; spiritibus cōuenire cognoscimus: nā facile & petunt summa & intima penetrāt. Quorū quoq; in cāpis designata conuersatio euidenter liberos atq; expeditos signat in cōtemplatiōe discursus. Quid sibi uult ergo adiuratio facta per

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtos: Profectò ne inquietæ adoleſcentulæ audeant leuí ex cauſa euocare dilectã à tã reuerẽdo collegio cuí abſq; dubio toties admiſcetur quoties contẽplando excedit. Pulchre itaq; horum auctoritate terrentur à quorum ſocietate conſtat auelli illam ipſarum importunitate. Attendant adoleſcentulæ quos offendãt pariter cum matrẽ inquietant: & míníme ita materna de charitate cõfidant: ut non in illum cælestem cõuentum ſine magna neceſſitate irruere uereantur. Id quippe ſe agere cogitẽt quoties in contẽplatione quieſcentí plus iuſto moleſtæ ſunt. Ponitur ſanè in uoluntate ipſius & uacare ſibí, & curæ illarum intẽdere prout oportere iudicauerit cum uetatur excitari ab illis quouſq; ipſa uelit. Nouit ſponſus quanta flagret dilectione: etiam erga proximos ſponſa, & ſatis propria charitate ſolicitari matrem de profectibus filiarum: nec ſe ullo pacto illis ſubtracturã ſeu denegaturã quãtum & quoties opus fuerit: propterea cẽ ſecure diſcretioní eius credẽdam cenſuit hanc diſpenſationem. Non enim eſt talis quales multos uidemus prophetica inuſtione notatos: quí quod craſſum eſt & fortè aſſumentes: quod debile eſt proïciũt. Numquid medicus ualentes requirit: & non potius ægrotantes? Sí contingat: facit forſitan ut amicus, ſed non ut medicus. Quos docebís magiſter bone ſi omnes indoctos repuleris? Quib9 quæſo adhibebís diligentiã diſciplinæ: ſi indiſciplinatos uel effugaueris oẽs uel fugeris? In quibus obſecro tuam probabis patientiam ſi ſolos admiſeris manſuetos: inquietos excluſeris? ¶ Sunt tamen de hic ſedentibus: quí utinã præſens capitulum attentius obſeruarent. Cogitarent certè quanta præpoſitis reuerẽtia debeatur: quos temere inquietando cæli quoq; ciuibus ſe reddunt infeſtos: & nobis fortè pluſculum ſolito parcere demum inciperent: nec tam irreuerenter leuiterq; ſe ingererent cum uacamus. Rara ſatis mihi ad feriandum à ſuperuenientibus, ut bene norunt) conceditur hora: etiã cum ipſi me in omní patientia ſuſtinebũt. Verũ ego ſcrupuloſius moueo iſtiuſmodí querelam: ne quis fortè puſillanimis ſupra uires propriæ patientiæ diſſimulet à neceſſitatib9 ſuis, dũ me inquietare ueretur. Superſedeo igitur: & ne magis impatientiæ exemplum uidear dare infirmis. Puſilli domini ſunt credentes in eum, non patior ut ex me ſcandalum patiantur. Non utar hac poteſtate: magis autẽ ipſi me utantur ut líbet: tãtum ut ſalui fiant. Parcent mihi ſi non pepercerint: & in eo potius requieſcam ſi nõ me inquietare timuerint pro neceſſitatibus ſuis. Geram eís morem quoad potuero, & in ipſis ſeruiam deo meo quandiu
2. Cor. 6. fuero in charitate non ficta. Non quæram quæ mea ſunt:
1. Cor. 6. nec quod mihi eſt utile: ſed quod multis id mihi utile iudicabo. Hoc ſolum deprecor ut fiat acceptum eís fructuoſumq; miníſterium meum: ſi fortè uel ex hoc inueníam in die mala miſericordiam in oculis patris eorum ſimul & ſponſi eccleſie Ieſu chriſti domini noſtri: quí cum eo eſt ſuper omnia deus benedictus in ſecula. Amen.

¶ *Qualiter per montes & colles ſignificantur beatitudines cæleſtium ſpirituum: in quibus tranſilit, id eſt notum fecit myſterium ſuæ incarnationis: uenię ad incarnandũ.*

Sermo. LIII. A

VOx dilecti mei. Videns ſponſa nouã adoleſcentularũ uerecundiam & uerecundũ timorẽ: q. ſ. de nouo cœpiſſent nõ audere ſe ingerere ſancto ocio ipſius: nec ſicut heri & nudiuſtertius moleſte fieri quieſcẽti in contẽplatione præſumerẽt: agnoſcit hoc ſibí prouenisſe cura & opera ſponſi: & exultãs in ſpíritu ſiue pro illarũ profectu quæ à nímia & ſuperflua inquietudine cõpeſcũtur: ſiue pro ſua deinceps futura liberiorí quiete: ſiue etiã pro dignatione & fauore ſponſi adeò pro hac ipſa eius quiete zelãtis: & tãto ſtudio defenſantis ſuauiſſima ocia ſua: imo ſtudia feruentiſſima: ait hoc facere uocẽ dilecti ſui huius rei gratia factã ad illas. Etenim his quí alíis præeſt in ſolicitudíe uix unquã uel raro ſecure uacat ſibi: dum ſemper timet ſui penuriã facere ſubditis: & non placere deo q9 cõí utílitati, ppriã pfert quietẽ, & cõtẽplationís dulcedinẽ. Nõ autẽ parũ gaudíj & ſecuritatis accedit interdũ ſuauiter feriãti: cũ ex metu quodã & reuerentia erga ſe immiſſa diuínitus cordib9 ſubditorũ intelligit ſuã deo placere quietẽ: quí facit ut illi æquo magís animo ſuas neceſſitates ſuſtineant: quàm patris ſpiritalis grata audeãt ocia temere pturbare. Nã iuſta trepidatio paruulorũ manifeſte ſignat audiſſe eos intus quaſi minacẽ atq; increpatoriã illi9 pculdubío uocẽ q ĩ ppheta loquit. Ego *Eſaie. 65.* quí loquor iuſtitiã. Vox ei9 inſpiratío eius eſt: ac iuſti timoris incuſſio. Cõperta ergo hac uoce ſpõſa gaudens & exultãs: uox, inquit, dilecti mei. Amica eſt, & gaudio gaudet ppter uocẽ ſponſi. *Cañ. 2.* ¶ Et addit. Ecce iſte uenit ſaliẽs in montibus: trãſiliẽs colles. Cõperta ex auditu uocis dilecti præſentia incunctanter intẽdit bene curioſos oculos ad uidendũ quẽ audierat. Auditus ducit ad uiſum: quia fides ex auditu, qua corda mundãtur: ut poſſit uideri de9. Sic enĩ habes. Fide mundãs corda. Videt itaq; uenientem *Actu. 15.* quẽ loquentẽ audierat: obſeruãte etiã hic ordinẽ illũ ſpiritu ſancto quí apud prophetã deſcript9 eſt ita. Audi filia & *ps. 44.* uide. Et ut certius aduertas nõ caſu neq; fortuitu: ſed de ſtudío magís & induſtria: ob illam. ſ. rationẽ quã præmiſimus auditũ hoc loco pmiſſum uiſui. Vide ſi non hic ordo uerborũ à ſancto quoq; Iob obſeruatus inueníf: ubí ſic loquitur deo. Auditu auris audiui te: & nunc oculus meus *Iob 42.* uidet te. Sed & ubí ſpiritus ſanctus ſuper apl'os in die pentecoſtes deſcẽdiſſe memorat: nónne audit9 uiſum præueniſſe deſcribit? Ait enĩ. Factus eſt repẽte de cælo ſonus tanquã aduenientís ſpirit9 uehemẽtis. Et infra: Et apparuerũt *Actu. 2.* illis diſpertitæ linguæ tanquã ignis. Et hic ergo ſpiritus ſancti aduentũ primo audit9: dehinc uiſus pcepiſſe refert. Sed de hoc ſatis: qm̃ tu quoq; ſi curas operã dare huiuſce modí inquiſitioní: poteris & ipſe fortaſſis in alíjs ſcripturæ locis nõnulla ſimilia reperíre. D Nũc iã illud cõſideremus qđ diligentioris eget inquiſitionís: & difficiliores habet acceſſus. Ad qđ nimirũ oino me egere fateor adiutorio ſpirituſſancti: ut ponere in lucem poſſim quí ſint illi mõtes ſeu colles ſuper quos ſaliẽtẽ & tranſiliẽtẽ eos, eccleſia ſpõſum lætis ſpectauit obtutib9: credo cũ pperaret ad ipſius redẽptionẽ cuius cõcupierat decorẽ. Nã íd quidem propterea ita: & nõ dubie ſenſerim, qm̃ ſimile quid de propheta occurrit mihi euidẽter in ſpíritu p̃uidẽte & exprimẽte ſaluatoris aduentũ. In ſole poſuit tabernaculum *ps. 18.* ſuũ: & ipſe tanquã ſponſus pcedẽs de thalamo ſuo. Exul- *Ibidem.* tauit ut gigas ad currẽdã uiã: à ſummo cælo egreſſio ei9: & occurſus eius uſq; ad ſummũ ei9. Curſus & recurſus is notiſſimus eſt: à quo & ad quíd ímitus cõſummatusq; notiſſimũ. Quíd igitur? Pingemus nobis ſiue in pſalmis iſta legentes: ſiue in præſenti cantico uirum gigantẽ procere ſtaturæ: abſentis cuiuſpiã mulierculæ amore captũ: & dũ properat ad cupitos amplex9: trãſilientem mõtes collesq; hos quos uidemus mole corporea ſuper plana terræ tãta altitudíne emínẽtes: ut & ſupra nubes aliquí illorũ uertícem extuliſſe cernãtur? A Verũ nõ decet iſtiuſmodí corporeas fantaſias imaginarí: p̃ſertím tractãtes hoc canticũ ſpíritale: ſed nec licet omnino nobis quí memínimus legiſſe in euãgelío: quía ſpíritus eſt deus: & eos quí adorãt eum, in ſpíritu oportet adorare. Quí ſunt ergo hi ſpíritales montes & colles: ut poſtmodũ conſequenter agnoſcamus: ſponſus quí deus ac per hoc & ſpíritus eſt, quales & cuiuſmodí dabat ſaltus in illís uel ſuper illos? Sí illos putamus in quíbus euãgelium refert olím fuiſſe relictas noua gintanouẽ oues: cũ pius paſtor earũ uenit unam in terris quærere quæ perierat: nihílominus & adhuc in obſcuro res eſt & intellect9 hæret: dum difficile ſit inuenire ſpíritales illas & ſupercæleſtes beatitudines (nam ipſe ſunt ſine dubío quæ ibí memoratæ ſunt oues) quos uel quales alios habeant ſpíritales ſimiliter montes uel colles ad habitandũ paſcendúmue in illís. Verũtamen ſi non in uerítate aliquí eſſent: ueritas hoc non dixiſſet. Sed neq; prophęta longe ante de ciuitate dei ſuperna hieruſalẽ protuliſſet:

ps.8. liſſet quia fundamẽta eius ſint in montibus ſanctis, ſi non uere imbi eſſent mõtes ſancti. Deniq; q̃ cæleſtis habitatio ſancta illa uere habeat non modo ſpiritales ſed & uiuos ac Eſaiæ 55. rationales mõtes colles q̃; audi Eſaiã: Mõtes & colles cantabũt corã Deo laudes. Quimã igitur iſti niſi idemipſi cæli inhabitatores ſpũs, quos Dñica uoce oues diximus appellatos, ut ipſi ſint montes qui oues: Niſi fortè abſurdum tibi uideatur aut in montibus mõtes, aut in ouibus oues paſci: & iuxta literã quidẽ durũ ſonat, ſm ſpirituale autem intelligẽtiã dulce ſapit, ſi ſubtiliter aduertamus quomodo utrarũq; ouiũ paſtor, dei ſ. ſapientia Chriſtus, unũ idemq; pabulũ ueritatis aliter in terris, aliter in cæleſtib⁹ gregib⁹ ſuis adminiſtret. Nã nos quidẽ mortales hoies interim in loco peregrinatiõis noſtræ, in ſudore uultus noſtri comedere panẽ noſtrũ neceſſe habemus, foris illum in labore & ærumna mẽdicantes, id eſt uel à doctis uiris, uel à ſacris libris, uel certè per ea quæ facta ſunt, inuiſibilia dei intellecta conſpicientes. Angeli autẽ in omni plenitudine etſi nõ à ſemetipſis, tñ in ſemetipſis tanta facilitate quanta & felicitate accipiunt unde & beate uiuunt. Sunt enim omnes docibiles Dei: quod ſanè electos hominũ quandoq; aſſecuturos certa ueritate promittitur, & nõdum experiri tribuit felicitate ſecura. Paſcuntur proinde in montibus montes, uel oues in ouibus, cũ ſanè ſupernæ illæ ſubſtantiæ ſpiritales intra ſemetipſas de uerbo uitæ unde ſuam beatã perpetuent uitã, affluẽter inueniunt, idẽ ipſi & montes & oues, montes propter plenitudinẽ uel celſitudinẽ: oues propter mãſuetudinem. Pleni quippe Deo, celſi meritis, cumulati uirtutibus: nihilominus tñ erectos uertices tota & humili obediẽtia ſubmittunt & inclinãt illius longè ſupereminẽtis imperio maieſtatis, tanquã oues manſuetiſſimæ ad nutum ſui paſtoris per oĩa ambulantes & ſequentes eũ quo-
ps.86. cũq; ierit. Et in his ſm prophetã Dauid uere mõtibus ſanctis tanquã prima oĩm creata ſapientia fundamenta ciuitatis Dñi ab initio firmiter ſtabilita conſiſtũt: quæ utiq; una eſt in cælo & in terra, licet ex parte peregrinans, & ex parte regnans. Et ex his nihilominus, iuxta Eſaiã, tanquã quibuſdam uitalibus cymbalis bene ſonãtibus iugis reſonat gratiarum actio & uox laudis, ſuaui & inceſſabili uoce implẽtibus q̃d ex eodẽ prophera pauloante memorauimus: quia montes & colles cantabunt coram Deo laudes: & itẽ
ps.83. quod ille alius loquens ad dñm Deum: Beati, ait, qui habitant in domo tua Domine: in ſecula ſeculorum laudabunt te. Hi ergo (ut ad id recurramus unde aliquãtulum, ſed ut puto neceſſariò digreſſum eſt) illi ſunt montes atq; colles in quibus eccleſia uidit cæleſtem ſponſum mira alacritate ſalientẽ, cũ ad ſuos properaret amplexus: nec modo ſalientem, ſed & tranſilientem eos. A Vis tibi hos ſaltus ex literis prophetarũ apl'orumq; demonſtrẽ: Non q̃ nũc omnia q̃ de hac re apud illos ab ociosis inueniri queunt teſtimonia replicare incipiã (hoc enim lõgum eſt & opus nõ eſt) ſed ea tãtũmodo pono q̃ breuiter & aperte aſtruere uideãtur id quod dicitur de ſponſi ſaltibus. Dicit de illo Dauid
ps.18. quia poſuit in ſole tabernaculũ ſuũ, & ipſe tanquã ſpõſus procedens de thalamo ſuo, Exultauit ut gigas ad currendam uiam, à ſummo cælo egreſſio eius. En quãtum ſaltum dedit à ſummo cælo ad terras. Sanè enim non inuenio alibi ubi in ſole poſuerit tabernaculum ſuum, id eſt in luce & in manifeſto ſuam dignatus ſit exhibere præſentiam ipſe
Baruch 3. lucis inacceſsibilis habitator, niſi utiq; in terris. Deniq; in terris uiſus eſt, & cũ hominibus conuerſatus eſt. In terris, inquã, palã, quod eſt in ſole poſuit in tabernaculũ ſuũ, corpus uidelicet quod de uirginis corpore ad hoc ſibi aptare
Lucæ 3. dignatus eſt, ut in eo in ſe inuiſibilis uideretur, & ſic uideret omnis caro ſalutare Dei, cum in carne ueniſſet. Saliit ergo in mõtibus, id eſt in illis ſupremis ſpiritibus, cum ad eos uſq; deſcendit ſacramentum à ſeculis abſconditum, & magnum pietatis myſterium eis dignanter aperiens. Sed tranſiens hos ſuperiores atq; eminentiores montes, cherubim. ſ. atq; ſeraphim, necnõ dominationes, principatus, & poteſtates, uirtutesq; etiam uſq; ad inferiorẽ ordinẽ angelorũ deſcẽdere tanquã ad colles dignatus eſt. Sed nũquid uel in illis remanſit: Tranſiliit & colles. Non eñ, inquit, an Hebr.2. gelos, ſed ſemẽ Abrahæ apprehendit, quod utiq; angelis inferius eſt, ut ſermo impleret quẽ dixit memoratus pphe ta, loquens ita ad patrẽ de filio: Minuiſti eum paulominus ps.8. ab angelis. Quãquam hoc ſanè ad cõmendationẽ naturæ humanæ dictum poſsit intelligi, q̃ homo ad imaginem & ſimilitudinẽ Dei cõditus ac præditus ratione inſtar utiq; angeli: modicũ tamen diſtet ab angelo propter corpus de terra. C Sed audi apoſtolũ Paulum aperte pronuntiantẽ de eo: Qui cum in forma Dei eſſet, nõ rapinã arbitrabatur Philip.2. eſſe ſe æqualem Deo: quia ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominũ factus, & habitu inuẽtus ut homo. Et rurſum: Vbi uenit, inquit, plenitudo Gala.4. tẽporis, miſit Deus filiũ ſuum factũ ex muliere, factum ſub lege, ut eos qui ſub lege erant, redimeret. Qui ergo factus ex muliere, factus & ſub lege eſt: proculdubio non ſolum montes, id eſt maiores ſuperioresq; beatitudines, ſed etiã minores angelos deſcendendo tranſiliit, qui quidẽ in comparatione ſuperiorũ merito collium nomine deſignantur. Cæterum qui minor eſt in regno cælorũ, maior eſt quouis Lucæ 7. carnẽ portante ſuper terrã, etiã ſi ſit ille magnus Ioannes baptiſta. Nã etſi ſanè Deum hominẽ fateamur, etiam in homine ſuper omnẽ principatũ & poteſtatẽ longe incomparabiliter præeminere: certũ tamẽ quia etſi præit maieſtate, ſed infirmitate ſuccũbit. Ita ergo ſaliit in mõtibus, & trãſiliit colles, cum non ſolum ſuperioribus, ſed & inferioribus ſpiritibus dignatiſsime ſe inferiorem exhibuit. Nec modo illis ſupernis ſpiritibus, ſed & ipſis qui domos luteas inhabitant, ſubiectũ ſe exhibuit, tranſiliens & uincens humilitate etiã hominũ humilitatẽ. Erat deniq; ſubditus Mariæ Matth.3. & Ioſeph, cũ eſſet duodenis in Nazareth: & apud Iordanem Iohannis ſe manibus iam iuuenis inclinauit. Sed & Lucæ 24. inclinata eſt dies, nec adhuc omnino de his montibus deſcendere libet. Cæterũ ſi hac uice uoluerimus cũcta horũ prout delectat explorare amœna, abdita perſcrutari, uerẽ dũmne aut ſermo grata breuitate careat, aut larga excellens materies debita diligentia feſtinatione fraudetur. Pauſemus proinde hodie iam ſi placet in montibus iſtis: qm̃ bonũ eſt nos hic eſſe, ubi à paſtore Chriſto umà cũ ſanMatt.17. ctis angelis in loco paſcuæ collocati, & iocũdius paſcimur ps.22. & uberius. Et nos ſiquidẽ oues paſcuæ eius. Ruminemus ps.99. ergo tanquã mũda animalia boni paſtoris quæ de hodierno ſermone tota auiditate glutiimus, ſermone altero reſidua capituli eiuſdẽ attentius percepturi, largiente ſponſo eccleſiæ Ieſu Chriſto domino noſtro, qui ſuper omnia eſt Deus benedictus in ſecula. Amen.

¶ *Qualiter tantum per montes ſignificantur angeli & homines, & per colles dæmones. Item de triplici timore quo quiſq; timere debet, ne perdat gratiam bene operandi quam à Deo ſuſcepit.* Sermo LIIII.

SVper eodẽ capitulo q̃d heſterno ſermone uerſatum eſt, dicturus ſum aliũ intellectũ quẽ hodierno ſeruaui, uos probate & eligite potiora. Non eſt opus ſuperiora repetere, quæ excidiſſe nõ arbitror in tã breui. Si quo minus tamẽ ſcripta ſunt ut dicta ſunt & excepta ſtilo, ſicut & ſermones cæteri ut facile recuperetur q̃d fortè exciderit. Quapropter accipite alia. Ecce Cant.2. uenit iſ, inquit, ſaliẽs in mõtibus, trãſiliẽs colles. Spõſum loquitur: qui profectò tunc in montibus ſaliit, cum miſſus à patre ad euangelizandũ pauperibus angelorũ fingi non eſt de dignat⁹ officio, factus magni cõſilij angelus, qui Dñs Pſal.97. erat. Per ſe deſcendit ad terras, qui alios delegare ſolebat: Ibidem. per ſe notum fecit Dñs ſalutare ſuũ: per ſe in conſpectu gẽtium reuelauit iuſtitiã ſuam. Cum itaq; oẽs iuxta Pauli ſenHebr.1. tẽtiam adminiſtratorij ſpũs ſint, miſsi in miniſterium, ppter eos qui hæreditatẽ capiũt ſalutis: qui erat ſuper illos, fact⁹ eſt inter illos tãquã unus ex illis, diſſimulãs iniuriã: & accumulãs gratiã. Sed audi ipm: Nõ ueni inquit miniſtrari, Mat.20. ſed miniſtrare, & animã meã dare pro multis. Quod quidẽ cæterorum nemo feciſſe inuentus eſt, ut omnes quotquot

Universidad de Deusto Biblioteca

miníſtraſſe uíſi ſunt, ípſe deuotis trāſierit fidelibuſq; obſequíis. Bonus miníſter qui carnē ſuā in cibum, ſanguínē in
1.Cor.10. potū, animā miníſtrauit in precium. C Bonus planè, qui ſpiritu alacer, charitate feruens, pietate deuotus, non ſolū ſalit in mōtibus, ſed & trāſilit colles. i. ſuperat & uincit ala-
Pſal.44. critate miníſtrandi, utpotè quē unxit deus deus ſuus oleo lætitiæ præ cōſortibus ſuis. In quo utiq; ſingulariter exultauit ut gigas ad currendā uiam. Deniq; tranſilíit Gabrielem, & peruenit ad uírginē, eodem archāgelo teſtāte, cum
Lucæ 1. aít: Aue grā plena, dñs tecum. Quíde: Quem modo reliquiſti in cælo, nunc in utero reperis: Quonā modo: Volauit
Pſal 17. & præuolauit ſuper pennas uentorum. Victus es ô archangele: trāſilíit te qui præmíſit te. Aut certè ſaliebat in montibus cū in angelis olim patribus apparebat, quod utiq; propriétati líteræ magis conuenire uidetur. Non enim, aít, ſaliens in montes, ſed in montibus, ut ípſe in eis uideatur ſalire qui facit & dat ut ſaliant, quēadmodū loquitur in prophetis, operatur in iuſtis, cum illis uerba, & illis opera tribuit. Adde q; aliqui eor⁹ perſonā eius gerebant, ita ut loq; retur quiſq; illorū non tanquā angelus, ſed tanquam dñs. Verbi gratia. Ille angelus qui cum Moyſe loquebat, dicebat: Non ego dñi, ſed ego dñs: atq; id frequētius iterabat. Saliebat ergo in mōtibus. i. in angelis, in quibus & loquebatur, & ſuā hoībus exhibebat præſentiā. Ad hoīes enim ſaliebat, ſed in angelis, non in ſe. Non in ſua natura, ſed in ſubiecta creatura. Qui enim ſalit, de loco ad locum uadit, quod non cadit in deum. Ergo in mōtibus. i. in angelis ſaliebat, qui in ſe non poterat: & ſaliebat uſq; ad colles, id eſt patríarchas & prophetas cæteroſq; ſpiritales uíros de terra. Sed tranſiliebat & colles, cum non ſolū magnis & ſpiritalibus uíris, ſed & aliquibus de populo etiam & nōnullis mulierib⁹ æque in angelis loqui & apparere dignatus eſt. Vel colles dícit aerias poteſtates, quæ inter montes quidē miníme iam numerantur, pro eò q; à uírtutum celſitudine defluxerūt per ſuperbiā: nec tamen uſq; ad humília uallīū, ſiue ad ualles humílium per pœnitentiā detumeſcunt. De his arbitror illud dictum in pſalmis. D Montes ſicut cera fluxerunt à facie dómini. Hos itaq; tumētes ac ſteriles colles tanquā medios poſitos inter montes perfectorū & ualles pœnitentiū proculdubio trāſilíit qui in mōtibus ſalit,
Pſal.64. hiſq; p̄teritis & deſpectis deſcēdit ad ualles, ut ualles abūdent frumento. Porrò illi è regione æterna ariditate ac ſte-
2.Regū 1. rilitate dāmnātur, ſicut habes prophetæ ſuper illos imprecationē: Nec ros, inquit, nec pluuia deſcēdant ſuper uos. Atq; ut noueris q; ad angelos qui p̄uaricati ſunt, ſub figu-
1.Reg.31. ra montiū gelboe iſta loquat: ubi, inquit, ceciderūt uulnerati multi. Quàm multi in his maledictis mōtibus de exercitu Iſrael ceciderūt à príncipio & quotidie cadūt. De qui-
Pſal.87. bus & habes in eodē ꝓpheta, cū dícit dño: Sicut uulnerati dormiētes in ſepulchris, quor⁹ nō es memor amplíus, & ipſi de manu tua repulſi ſunt. Non eſt ergo mirum ſi ſteriles & infructuoſi permanēt iſti, non mōtes cælíci, ſed aerij
2.Regū 1. colles, ſuper quos nec ros nec pluuia deſcendit: quíppe auctore gratiæ & benedictionū largítore tranſiliente eos, & deſcendente ad ualles, ut cæleſti imbre perfundat humiles qui ſunt ſuper terrā, & fructū afferant in patiētia, fructum triceſimū, ſexageſimū & centeſimum. B Deniq; uiſitauit
Pſal.64. terrā, & inebriauit eā, multíplicauit locupletare eam. Ter-
Pſal.132. rā uiſitauit, non aerē: quia miſericordia dñi plena eſt terra.
Pſal.73. Deniq; operatus eſt ſalutē in medio terræ, nmiquid in medio aeris? Hoc aduerſum Origenē, qui in aere dñm gloriæ denuo pro dæmonibus impudenti crucifigit mēdacio, cū
Roma.6. huius cōſcius myſterij Paulus affirmet q; reſurgēs ex mortuis iam non morit, mors illi ultra non dñabitur. Verū nō ſolū uiſitauit terrā qui aerē trāſiliuit, ſed etiā cælū: dicente
Pſal.35. ſcriptura: Dñe in cælo miſericordia tua, & ueritas tua uſq; ad nubes. Vſq; ad nubes enim cælū eſt q̄d inhabitāt ſancti angeli, quos non trāſilíit ſpōſus, ſed ſalit in eis: ita ut imprimat ipſis duo q̄dā ueſtigia pedū ſuorū, miſericordiā & ueritatē. De quib⁹ dñi ueſtigijs meminí me in ſuperioribus ſermonib⁹ plenū diſputaſſe. A nubib⁹ uerò & infra dæmonū habitatio eſt in aere iſto imo & caliginoſo, in quib⁹ non ſalit ſpōſus, ſed trāſilit illos & p̄terit, nec ullū in ſe retinent dei tranſeuntis ueſtigiū. Nā quomodo in diabolo ueritas eſt, de quo in euāgelijs ueritatis ſentētia extat q; in ueritate nō ſtetit, ſed mēdax extitit ab initio? Sed nec miſericordē quis dixerit eū, q; níhilomín⁹ ab initio homicida fuiſſe cadē ipſa euāgelij ueritate cōuincit. C Porrò autē qualis Ioan.8.
paterfamílias, tales & domeſtici eius. Pulchre proinde de ſpōſo eccliа pſallēs q; in altis habitet, & humília reſpiciat Pſal.112.
in cælo & in terra, nullā oīno mētionē facit de his q; in aere uerſant ſpiritib⁹ ſuperbis: qm̄ deus ſuperbis reſiſtit, & hu- Iaco.4.
milibus dat gratiā. Vídet ergo illū ſalientē in mōtibus & trāſilientē colles, iuxta imp̄catiōnē Dauid dicētis: Omnes Pſal.124.
mōtes qui in circuitu eius ſunt. i. in circuitu gelboe, uiſitet dñs, à gelboe aūt trāſeat. Diabolo nempe (quí per gelboe deſignat) hincinde ſunt montes quos uíſitat dñs: ſuprà angeli, infrà hoīes. In pœnā ſiquidē ſuā locū in aere iſto medíū inter cælū & terrā de cælo cadēs ſortitus eſt, ut uideat & inuideat, ipſaq; inuídia torqueat: ſcriptura dicēte: Pec- Pſal.111.
cator uídebit & iraſcetur, dētibus ſuis fremet & tabeſcet. Quàm miſer cū ſuſpícit cælos, in quib⁹ innumeros mōtes intuet diuina claritate fulgētes, diuínis laudibus reſultantes, ſublímes in gloria, abūdātes in gratia. Quàm miſerior cū reſpícit terrā montes níhilominus quāplurimos de populo acquiſitionis habentē, fide ſolidos, ſpe excelſos, charitate ſpatioſos, cultos uírtutibus, bonorū operū fructibus referros, de rore cæli tanquā de ſaltu ſponſi quotidíanā capientes benedictionē. D Cum quāto putamus dolore & rancore aſpiciat ille cupidiſsimus gloriæ iſtos in circuitu ſuo tā glorioſos mōtes, cum ſe & ſuos è regione incultos, tenebroſos, bonis omnibus infœcūdos deſpiciat: ita ut ſe ſentiat eſſe opprobrium hoīm & angelorum qui oibus exprobrat: ſm illud in pſalmis: Draco iſte quem formaſti ad Pſal.103.
illudendū ei. Atq; hoc quia ob ipſorū ſuperbiā trāſilit eos ſponſus, ſaliens in mōtes qui in circuitu eius ſunt, tanquā fons aſcendens de medio paradiſi, irrígans uniuerſa, & implens omne animal benedictione. Beati qui torrente uolu- Pſal.144
ptatis huius potari interdum uel raro promerētur: in quibus etſi non continue fluit, ſaltem per horas ſalit aqua ſapientiæ, & fons uitæ, ut fiat in ipſis quoq; fons aquæ ſalien- Pſal.45.
tis in uitā æternam. Et quidē huius flumínis impetus lætificat ciuítatem dei, & ſanè peremníter & affluenter. In noſtros autē mōtes qui in terra ſunt, utínam interdum facta quaſi inundatione ſaltus dare aliquos non deſpiciat, quibus ſufficiēter irrígati, nobis quoq; qui ualles ſumus, ſtillare uel raras guttulas poſsint, ne oīno arídi & ſteriles remaneamus. Miſeria & egeſtas & oīno fames ualida in regione illa, quæ nullis unquā iſtiuſmodi uel ſaltib⁹ uel inſtillationibus humectatur, præterfluente & tranſiliente illā fonte ſapientiæ. Et quía non habuerunt, inquit, ſapiētiam: perierunt propter ſuā inſipientiā. B Ecce uenit iſ ſaliens in Cantic.2.
montibus, tranſiliens colles. Ad hoc ſalit ut tranſiliat, qui non uult ad oēs pertingere: neq; enim in omnibus beneplacitum eſt deo. Fratres, ſi iuxta ſapientiam Pauli ſcripta ſunt iſta ad correctionē noſtrā, obſeruem⁹ ſponſi diſcretos 1.Cor.10.
& circūſpectos ſaltus, quēadmodū uidelicet tam apud angelos quàm apud nos & in humiles ſaliat, & ſupbos tranſiliat. Siquidē excelſus dñs & humília reſpícit, & alta alōge Pſal.137.
cognoſcit. Hæc, inquā, attendamus, quo cauti ſimus ſponſi nos ſalutiferis ſaltibus præparare, ne ueluti à mōtibus gelboe fortè tranſeat, & à nobis, ſi indignos nos ſua uiſitatione conſpexerit. Quid ſuperbis terra & cinis? Et de angelis tranſilit dominus, execrans eorū ſuperbiā. Ergo repudíatio angelorū fiat emēdatio hoīm: ſcripta eſt enim ad ipſorum correctionem. Cooperetur níhi in bonum etiam diaboli malum: & lauem manus meas in ſanguine peccatoris. Pſal.57.
Qualiter inquis? Audi. Superbo certè diabolo horrenda & formídoloſa maledictio intorquetur, propheta Dauid in ſpiritu dicente de illo ſub typo gelboe, ut ſuprà memoratum eſt. Montes, inquit, qui in circuitu eius ſunt, uiſitet Pſal.124.
dominus: à gelboe autem tranſeat. C Sanè ego hoc legens referenſq;

genus, referens{que} oculos in me, & intuës diligẽter, inuenio me peste ipsa infectum quã in angelo dñs intñ exhorruit, quatenus propterea declinaret ab eo, cum oës in circuitu eius mõtes sint de angelis, siue de hoibus uisitationis suæ gra dignaretur: & pauens tremens{que} aio ad memetipsum: Si sic actũ est cũ angelo, quid de me fiet terra & cinere? Ille in cælo intumuit, ego in sterquilinio. Quis nõ tolerabiliorẽ in diuite superbiã quàm in paupere ducat? Væ mihi si tam dure in potẽte illo animaduersum est pro eo q̃ eleuatũ est cor illius, nec ei pfuit q̃ cognata potentibus superbia esse cognoscit, quid de me exigendũ & misero & superbo? Deni{que} iam luo pœnas, iã acerbissime uapulo. Non sine causa sanè ab heri & nudiustertius inuasit me lãguor iste animi, & mẽtis hebetudo, insolita quædã inertia spiritus. Currebam bene: sed ecce lapis offensionis in uia, impegi, & corrui. Superbia inuẽta est in me, & dñs declinauit in ira à seruo suo. Hinc ista sterilitas animæ meæ, & deuotionis inopia quã patior. Quomodo ita exaruit cor meũ, coagulatũ est sicut lac, factũ est sicut terra sine aquæ? Nec cõpungi ad lachrymas queo: tanta est duritia cordis. Non sapit psalmus, nõ legere libet, non orare delectat, meditationes solitas nõ inuenio. Vbi illa inebriatio spũs? Vbi mẽtis serenitas & pax & gaudiũ in spũsancto? Ideò ad opus manuum piger, ad uigilias somnolẽtus, ad irã præceps, ad odiũ pertinax, linguæ & gulæ indulgentior, senior obtusiorq̃ ad prædicationẽ. Heu omnes montes in circuitu meo uisitat dñs, ad me autem nõ appropinquat. Num collis non sum ex his quos transilit dñs sponsus? Nam alium quidem intueor singularis abstinẽtiæ, alium uerò patiẽtiæ admirandæ, aliũ autẽ summæ humilitatis & mansuetudinis, alium multæ misericordiæ & pietatis, illũ in contẽplatiõe frequẽter excedere, hunc pulsare & penetrare cælos orationũ instãtia, aliosq̃ in aliis præeminere uirtutibus. Hos, inquã, cõsidero oës feruẽtes, oës deuotos, oës in Christo unanimes, oës donis cælestibus & gratia affluẽtes, tanquã spirituales reuera mõtes qui à dño uisitãtur, & spõsum in se sanctem frequẽter recipiunt. Ego autẽ qui hoc in me inuenio nihil, quid me aliud putem quàm unum de montibus gelboe quem præterit in ira & indignatione sua ille cæterorũ omniũ benignissimus uisitator? Filioli hæc cogitatio tollit extollentiam oculorũ, concilíat gratiam, sponsi saltibus præparat. A Hæc ego in me trãsfiguraui propter uos: ut & uos ita faciatis. Imitatores mei estote. Quod nõ de exercitio dico modo uirtutum, aut morũ disciplina, aut gloria sanctitatis (nec enim de huiusmodi quicquã mihi temere arrogauerim imitatione dignum) sed uolo uos non parcere uobis, sed accusare uosmetipsos, quoties fortè in uobis uel ad modicum tepere gratiam, uirtutem languescere deprehenditis, sicut & ego pro huiusmodi memetipsum accuso. Hoc facere hominis est qui curiosus circũspector est sui, & scrutator uiarum suarum ac studiorum, atq̃ in omnibus semper suspectũ habet arrogantiæ uitium ne subrepat. In ueritate didici nil æque efficax esse ad gratiam promerendam, retinendã, recuperandã, quàm si omni tempore coram deo inueniaris non altum sapere, sed timere. Beatus homo qui semper est pauidus. Time ergo cũ arriserit gratia, time cum abierit, time cũ denuo reuertetur, & hoc est semper pauidum esse. Succedant uicissim sibi in animo tres isti timores, sm q̃ gratia uel adesse dignatur, uel offensa recedere, seu iterum placata redire sentietur. Cum adest, time ne indigne opereris ex ea. Nã hoc monet apostolus: Videte, inquiens, ne in uacuum gratiam dei recipiatis. Et ad discipulum: Noli, inquit, negligere gratiam quæ in te est. Et de semetipso dicebat, ga gratia dei in me uacua non fuit. Sciebat homo consiliũ dei habens, redundare in contemptum donantis, donum negligere, nec expendere ad quod donatum est, ideq̃ intolerabilem esse superbiam iudicabat, & propterea studiosissime hoc malum & ipse cauebat, docebatq̃ cauendum. ¶ Sed rursum latet fouea hic, quæ nolo uos lateat, de qua is ipse superbiæ spiritus tanto periculosius, quãto occultius (sicut habetis in psalmo) insidiatur quasi leo in spelunca sua. Nam si impedire non prævalet actionem, tentat intentionem, suggerens & suadens quatenus effectum gratiæ arroges tibi. Quod quidẽ superbiæ genus lõge illo priore intolerabilius esse nõ ambigas. Quid enim odiosius illa uoce qua quidã dixerunt, manus nostra excelsa, & nõ dñs fecit hæc omnia? Sic ergo timendum manẽte gratia. Quid si recesserit? Num multo magis tunc timendum? Planè multo magis: quia ubi deficit tibi gratia, deficis tu. Audi etenim quid dator gratiæ dicat: Sine me, ait, nihil potestis facere. Time ergo subtracta gratia tanquam mox casurus. Time & contremisce deo tibi ut sentis irato. Time quia reliquit te custodia tua. Nec dubites in causa esse superbiã, etiam si non appareat, etiã si nil tibi conscius sis. Quod enim tu nescis, scit deus: & qui te iudicat ipse est. Sed nec qui seipsum commẽdat ille probatus est: sed quem deus commendat. Nunquid commendat te deus cum gratia priuat? Aut nunquid qui humilibus dat gratiã, humili auferet datam? Ergo argumentum superbiæ, priuatio est gratiæ. Quãquam tamen interdum subtrahitur gratia siue retrahitur non pro superbia quæ iam est, sed quæ futura est nisi subtrahatur. Habes huius rei euidens documentum de apostolo qui stimulos carnis suæ sustinebat inuitus, non quia extolleretur, sed ne extolleretur. Sed siue iam existens siue nondum, superbia tamen semper causa erit subtractæ gratiæ. Iam si gratia repropitiata redierit, multo amplius tunc timendum, ne fortè contingat recidiuum pati: iuxta illud in euãgelio: Ecce sanus factus es, uade & amplius iam noli peccare, ne aliquid deterius tibi contingat. Audis recidere quàm incidere esse deterius? Proinde inualescẽte periculo, inualescat & metus. Beatus es si cor tuum triplici isto timore repleueris, ut timeas quidem pro accepta gratia amplius pro amissa, longe pius pro recuperata. Hoc fac, & eris hydria in Christi conuiuio impleta usq̃ ad summum, continens nimirũ metretas non binas tantum, sed & ternas, ut Christi mereaberis benedictionem, quæ aquas tuas conuertat in uinũ lætitiæ, & perfecta charitas foras mittat timorem. Quod dico, tale est. A Aqua timor est, quoniam ab æstu refrigerat desideriorum carnalium. Initium, inquit, sapientiæ timor domini. Et habes: Aqua sapientiæ salutaris potauit illum. Si timor sapientia, & sapiẽtia aqua, timor aqua est. Deniq̃ timor domini, inquit, fons uitæ. Porrò hydria mens tua. Capientes, inquit, singulæ metretas binas uel ternas. Tres metretæ, tímores tres. Et impleuerunt eas, inquit, usq̃ ad summum. Non unus timor, non duo quoq̃, sed toti tres simul replent usq̃ ad summũ. Omni tempore time deum, & ex omni corde tuo, & implesti hydriam tuam usq̃ ad summum. Amat deus integrum munus, affectum plenum, perfectum sacrificium. Cura proinde nuptijs cælestibus plenã inferre hydriam, ut de te quoq̃ dicatur, quia replenit eum spiritus timoris domini. Qui sic timet, nihil negligit. Vnde nanq̃ negligentia intret in plenitudinem? Alioquin quod capere adhuc aliquid potest, plenum nõ est. Eadem sanè ratione non potest simul & sic timere, & altum sapere. Non est enim quo admittas superbiã, repletus timore domini. Et sic de cæteris uitijs sentiendum, quia necesse est omnia plenitudine timoris excludi. Tũc demum si plene, si perfecte timueris, dabit charitas saporem aquis tuis ad domini benedictionem. Sine charitate enim timor pœnã habet. Et quidem charitas unum, quod lætificat cor hominis. Perfecta autem charitas foras mittit timorẽ, ut ubi aqua fuerat, unum esse incipiat ad laudem & gloriã spõsi ecclesiæ Iesu Christi dñi nostri, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

¶ Qualiter homo per ueram pœnitentiam potest euadere iudicium dei. Sermo LV. C

Similis est dilectus meus capreæ hinnuloq̃ ceruorum. Ex præcedenti uersiculo pendet. Quem enim salientem & properantem modo deseruerat, consequenter comparat capreæ hinnuloq̃ ceruorum. Apte quidem, q̃ hoc genus animantium,

Psal.118. 1.Cor.4. 2.Cor.6. 1.Thim. 4 1.Cor.15. Nota. Psal.9. 2.Cor.10 Iaco.4. Ioan.5. 1.Ioan.4. Psal.110. Eccles.15. Ioan.2. Esaiæ 11. Psal.103. 1.Ioan.4. Cantic.2.

Universidad de Deusto Biblioteca

cursu uelox, & saltu agile sit. Porrò sermo de sponso est, & Psal.147. sermo spōsus est. Et propheta dicit de deo, quia uelociter currit sermo eius. Sanè cōgruēs huic loco, ubi spōsus (qui sermo dei est) saliēs transiliensq; describitur, similis proinde factus capreæ hinnuloq; ceruoꝝ. Et hæc ratio similitudinis. Adde tñ ne ulla similitudinis ipsius uel minima proportiūcula uacet, qa caprea quidē non modo cursus pernicitate, sed & acumine uisus eminet. Quod utiq; pprie illam respicit narrationis partē qua spōsus non solū saliens, sed & trāsiliēs apparere refert: quia nisi acuto & perspicaci intuitu non posset oīno, præsertim inter currendū, discernere in quos salire, & quos trāsilire deberet. Alioquin poterat sufficere ad designādam festinātis uelocitatē, de solo hinnulo cōparatio. Is qppe rapidiori se ferre nosci cursu. Nūc uerò qm̄ spōsus iste etsi ardēter amās cursim ruere in dilecte uideatur amplexus, nihilominus tñ gressus uel potius saltus suos prudēti considerationē dirigere nouit cautus ubi oporteat figere pedē: oportuit profectò cū hinnulo etiam de caprea similitudinē dari, quatenus & per illum salientis desiderium, & per hanc eligentis exprimeretur iudicium. Christus nempe iustus & misericors saluator & iu- 1.tim.2. dex, & quia amat uult omnes homines saluos fieri, & ad Ioan.15. agnitionē ueritatis uenire: & quia iudicat, nouit qui sunt eius, & ipse scit quos elegit à principio. Igit̄ duo hæc bona spōsi, misericordiam scilicet & iudicium in his duobus animantibus cōmendata à spiritusancto nobis interim sentiamus, ut in testimonium integritatis & perfectionis fidei nostræ, nos quoq; prophetam imitātes, misericordiam & iudicium cantemus domino. Ego autē non dubito & alia de horum natura ab his quidem qui talium curiosi & gnari sunt, posse monstrari, quæ sponso aptari utiliter & congruēter queant: sed hæc (ut arbitror) sufficere possunt ad dandā rationē adductæ similitudinis. Pulchre tamen spiritussanctus non de ceruo, sed de hinnulo ceruorū similitudinem dedit, in quo & patrum fecit mentionem è quibus Christus fm carnē, & infantiæ meminit saluatoris. B Vt Esaiæ 9. hinnulus quippe apparuit paruulus qui natus est nobis. Verum tu qui aduentum desideras saluatoris, time seruitium iudicis, time oculos capreæ, time illum qui per pro- Sopho.1. phetam dicit: Et erit in die illa & ego scrutabor Hierusalē in lucernis. Acuto uisu est, nihil inscrutatū relinquet ocu- Psal.7. lus eius. Scrutabitur renes & corda ipsaq; cogitatio hominis confitebitur illi. Quid tutum in Babylone, si Hierusalem manet scrutinium? Puto enim hoc loco prophetā Hierusalem nomine designasse illos qui in hoc seculo uitā ducunt religiosam, mores supernæ illius Hierusalem conuersatione honesta & ordinata pro uiribus imitantes, & non uelut hi qui de Babylone sunt, uitam in perturbatione uitiorum scelerumq; confusione uastantes. Deniq; illorum peccata manifesta sunt præcedentia ad iudicium, & non egent scrutinio, sed supplicio. Mea autem (qui uideor esse monachus & Hierosolymita) peccata certè occulta sunt, nomine & habitu monachi adumbrata. Et ideireo necesse erit subtili ea inuestigari discussione, & quasi admotis lucernis de tenebris in lucē prodi. Possumus afferre aliquid & de psalmo ad confirmandum id quod dicitur de scrutan- Psal.74. da Hierusalem. Ait nanq; sub persona domini: Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Vias iustorum (nisi fallor) & actus eorum discussurū se & examinaturū dicit. Verendū ualde cum ad hoc uentum fuerit, ne sub tā subtili examine multæ nostræ iustitiæ (ut putantur) peccata ap- 1.Cor.11. parcant. Vnum est tamen si nosmetipsos diiudicauerimus, non utiq; iudicabimur. Bonum iudicium quod me illi districto diuinoq; iudicio subducit & abscondit. Prorsus horreo incidere in manus dei uiuentis. Volo uultui iræ iudicatus præsentari, non iudicandus. Spiritualis homo omnia diiudicat, & ipse à nemine iudicat. Iudicabo proinde mala mea, iudicabo & bona. Mala meliorib⁹ curabo corrigere actibus, diluere lachrymis, punire ieiunijs, cæterisq; sanctæ laboribus disciplinæ. In bonis de me humiliter sentiam, & iuxta præceptum dñi seruum me inutilem reputabo, qui quod facere debui tantū feci. D Dabo operā nec lolia pro granis, nec palcas cum granis offerre. Scrutabor Sopho. ego uias meas & studia mea: quo is qui scrutaturus est Hierusalem in lucernis, nihil inscrutatum in me suę indiscussum inueniat. Neq; enim iudicaturus est bis in idipsum. Quis mihi det ita ad liquidū prosequi & persequi uniuersa delicta mea, ut in nullo oporteat ueteri oculos capreæ, in nullo ad lumē contingat erubescere lucernam? Et nunc uideor, sed non uideo. Præsto est oculus cui omnia patēt, etsi non patet ipse. Erit quando cognoscam sicut & cognitus sum. At nunc quidem cognosco ex parte, non tamē ex parte cognitus, sed ex toto. Vereor aspectū exploratoris illius qui post parietem stat. Hoc enim scriptura addit de Cantic.2. illo quem pro acumine uisus capreæ assimilauit: En ipse stat, inquit, post parietem respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos. De quo suo loco uidebimus. Huncergo uereor occultum occultorum exploratorem. Sponsa nihil ueretur, quia nihil sibi conscia est. Quid deniq; uereatur, amica, columba formosa? Nempe subinde habes: En Eadem. dilectus meus, inquit, loquitur mihi. Mihi non loquitur, & ideò formido aspectum: quoniam non habeo testimonium. Tu quid audis de te ô sponsa? Quid tibi loquitur dilectus tuus? Surge, inquit, propera amica mea, columba mea, speciosa mea. Verum hoc quoq; alteri seruabo principio, nec brenitate artabo ea quæ diligentiam desiderantia sunt, ne fortè & de hoc reus inueniar, si quo minus uos inueniamini in hac parte ædificati ad intelligentiam & amorem sponsi ecclesiæ Iesu Christi domini nostri, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

¶ *Quòd peccata & uitia sint tanquam parietes mediantes inter deum & peccatorem.* Sermo LVI. B

DEcce ipse stat post parietē, respiciēs per fenestras, Cantic.2. prospiciēs per cancellos. Secundū literā quide uidetur dicere, quia is qui cū saltibus aduentare prospiciebat, appropiasset usq; ad contuberniū sponsæ, & stans post parietē curiosius introspiceret per fenestras & rimas, & uerecūdè non præsumeret sese ingerere. Secundū spīm autē appropiasse quidē nihilominus intelligitur, sed aliter: ita sanè quemadmodum & à cæteris sponso agi oportuit, & à spiritusancto dici. Nil quippe qđ uel auctorem dedeceat uel narratorem, uerus & spiritualis intellectus admittet. Ergo appropiauit pariēti, cum adhæsit carni. Caro paries est: & appropiatio sponsi, uerbi incarnatio. Porrò cancellos & fenestras per quas respicere perhibetur, sensus (ut opinor) carnis, & humanos dicit affectus, per quos experimentum cepit omnium humanarum Esaiæ 53. necessitatum. Deniq; languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Humanis ergo affectionibus sensibusq; corporeis pro foraminibus usus est & fenestris, ut miserias hominum homo factus experimento sciret, & misericors fieret. Sciebat & antè, sed aliter. Sciebat deniq; uirtutem obediendi ipse dominus uirtutum, & tamen te- Hebr.4. ste apostolo didicit ex his quæ passus est, obedientiam. In hunc modum & misericordiam didicit, etsi misericordia domini ab æterno. Docet hoc quoq; idem gentiū doctor, ubi cum asserit tētatum per omnia pro similitudine absq; peccato, ut misericors fieret. C Vidésne factum esse quod erat, & qđ nouerat didicisse, & sibi apud nos quæsisse rimas & fenestras, per quas calamitates nostras diligētius exploraret? Tot autem in nostro ruinoso & pleno rimarum pariete inuenit foramina, quot nostræ infirmitatis & corruptionis in suo corpore sensit experimēta. Sic itaq; Cant.2. sponsus post parietem stans, & per fenestras & cancellos respiciens erat. Et bene stans, quia solus reuera in carne stetit, qui carnis peccatum non sensit. Possumus & hoc fideliter sapere, quia stetit per diuinitatis potentiam, qui per carnis infirmitatem occubuit, dicente ipso: Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Ego autem puto Matt.26. etiam illud huic sententiæ suffragari, quod sanctus Dauid in hoc mysterio, utpotè propheta domini & prophetans de domino loquebatur, & quidem Moysen loquens, sed dominum

dominū intuens. Ipse enim uerus est Moyses, qui uerè per aquam uenit, & nō in aqua tantū, sed in aqua & sanguine. Psal.105. Ait itaq; memoratus propheta: Dixit ut disperderet eos (patrem siquidem loquebatur) si non Moyses electus eius stetisset in confractione in cōspectu eius ut auerteret iram eius ne disperderet eos. Quomā modo quæso Moyses stetit in confractione? Quemadmodū, inquā, aut stetit si confractus est: aut si stetit, quomodo confractus est? At ego tibi ostendo si uis qui uerè stetit in confractione. Ego alium noui neminē qui hoc potuerit nisi dñm meum Iesum, qui certè in morte uiuebat, qui corpore fractus in cruce, diuinitate stabat cum patre, in uno nobiscum supplicans, in altero cum patre propitians. A Et stabat post parietē, dum quod iacebat in illo, manifestum erat in carne: & quod stabat in ipso, quasi post carnē latebat: sanè unus idemq; homo manifestus, & deus absconditus. Sed & unicuiq; nostrum qui desideramus aduentum ipsius, puto illum mihi hominus post parietē stare, dum corpus hoc nostrū, quod certè peccati est, abscondat interim nobis faciem eius, & præsentiam intercludat. Deniq; quādiu sumus in hoc corpore, inquit, peregrinamur à domino. Non quia in corpore, sed quia in corpore hoc, qđ utiq; de peccato est, & sine peccato non est. Et ut scias quoniam obstāt non corpora, sed peccata: audi scripturam: Peccata nostra, inquit, separant inter nos & deum. Et utinam unus mihi tantū obstet paries corporis, solumq; obicem patiar id quod est in carne peccatum, & non multæ intersint maceriæ uitiorū. Vereor enim ne etiam præter illud quod in natura est, quàm plurima de propria iniquitate adiecerim, quorum à me interiectu nimium elongauerim sponsum: ita ut si uerum dicere uelim, post parietes magis mihi illum stare fatear, non post parietem. B Sed dico hoc planius. Sponsus quidem æqualiter atq; indifferenter præsto ubiq; est, diuinæ utiq; præsentia maiestatis, & magnitudine uirtutis suæ. Gratiæ tamen exhibitione seu inhibitione quibusdam longè, quibusdam propè esse dicitur angelorum duntaxat & hominum, id est rationalium creaturarum. Deniq; longè à pec Psal.118. catoribus salus. Et sanctus Dauid nihilominus dicit: Vt quid domine recessisti longe? Cæterum à sanctis pia dispēsatione ad tempus, & nō ex toto, sed iuxta aliquid aliquando longe se facit. Peccatoribus autem de quibus dicitur: Psal.9. Superbia eorum ascendit semper. Et item: Inquinatæ sunt Psal.72. uiæ illorū in omni tempore: semper ualdeq; longe est, atq; Psal.9. in ira hoc, & non in misericordia. Quamobrē orat ad deū sanctus, & ait: Ne declines in ira à seruo tuo: sciens quia & in misericordia potuerit declinare. Propè est ergo dominus sanctis & electis suis etiam cum longe esse uidetur, & non æqualiter omnibus, sed aliis plus, aliis minus, pro meritorum diuersitate. Nam etsi prope est dominus omnibus inuocantibus eum in ueritate, & iuxtà est his qui tribulato sunt corde, non tamen omnibus forsan, ita ut dicere possint, quia ipse stat post parietem. Sponsæ uerò quàm prope est, quæ uno tantum pariete diuiditur. Propterea cupit dissolui, & rupto medio pariete cum illo esse quem post parietem esse confidit. C Ego autē quoniam peccator sum, Psal.33. dissolui non cupio, sed formido: sciens quia mors peccatorum pessima. Quomodo non pessima mors, ubi non subuenit uita? Formido exire, & in ipso contremisco portus ingressu, dum non confido prope assistere qui excipiat exeuntem. Quid enim? Securēne exeo si non dominus custodiat exitum meum? Heu ero ludibrio dæmonum intercipientium me, non assistente qui redimat, neq; qui saluum faciat. Nil tale uerendum erat animæ Pauli: cui ab aspectu & amplexu dilecti unus tantummodo paries obsistebat, ui delicet lex peccati quam inueniebat in membris suis. Ipsa est carnis concupiscentia, qua carere omnino non potuit donec in carne fuit. Hoc sanè uno interfecto pariete, non longe peregrinabat à domino. Vnde & optabat clamans. Roma.7. Quis me liberabit de corpore mortis huius, sciens se mortis compendio continuo ad uitam peruenturum. Hac ergo Paulus se fatebatur una lege teneri, scilicet concupiscē-

tia quam carni suæ immobiliter insitam tolerabat inuitus. Decætero nihil, inquit, mihi conscius sum. Verum quis 1.Cor.4. similis Paulo, qui non uidelicet huic interdum consentiat concupiscentiæ ad obediendum peccato? Nouerit proinde is qui peccato consenserit, & alterum sibi se opposuisse parietem, ipsum utiq; prauum illicitumq; consensum: nec potest gloriari qui huiusmodi est, quia stet sibi post parietem sponsus, quando iam parietes interstint, non paries. Multo minus si consensus uenerit ad effectum, cum tertius quoq; iam paries sponsi arceat impediatq; accessum, actus uidelicet ipse peccati. Quid si & consuetudo fortè peccatum in usum, aut usus etiam in contemptum perduxerit? Sicut scriptum est: Impius cum uenerit in profundum ma Prou.18. lorum, contemnit. Nónne si ita exieris, milies ante à rugiētibus præparatis ad escam poteris deuorari, quàm peruenire ad sponsum, non uno siquidem iam, sed tanta à te parietum numerositate intercluſum? Primus concupiscētia. Secundus consensus. Tertius actus. Quartus consuetudo. Quintus contemptus. Cura ergo concupiscentiæ priori totis resistere uiribus, ut non pertrahat in consensum, & omnis deinceps malignitatis fabrica euanescit: nec est omnino quod sponsum prohibeat appropinquare tibi præter solum parietē corporis, quatenus gloriari possis & tu dicens de illo, quia en ipse stat post parietē nostrū. B Sed & hoc tibi tota uigilantia prouidendū, ut apertas semper inueniat fenestras, & cancellos quosdam confessionū tuarum, per quos te intus benigne respiciat: quoniam respectus eius, profectus tuus. Aiunt cancellos angustiores esse fenestras, quales utiq; hi qui libros describunt, aptare sibi solent ad recipiendū lumen paginis. Vnde & puto cancellarios eos appellari, qui chartis conscribēdis ex officio deputātur. Cum ergo sint duo genera cōpunctionis, unū in mœrore p nris excessibus, alterū in exultatione p diuinis muneribus, quoties sanè eā quæ sine anguſtia cordis mihi me fit, peccatorū. s. meorū facio confessionem: uideor mihi cancellum. i. angustiorem aperire fenestram. Nec dubium quin libenter per istā respiciat is qui stat post parietē pius explorator: quia cor contritum & humiliatū deus non de Psal.50. spiciet. Deniq; & hortat ad hoc ipsum. Dic tu, inquiēs, ini Ibidem. quitates tuas ut iustificeris. Quòd si interdū corde dilatato in charitate, pro consideratione diuinæ dignationis ac miserationis libet animū laxare in uocē laudis, & gratiarū actionē, puto me non iā angustā sed amplissimā stanti post parietē sponso aperire fenestrā, per quam (qui fallor) tanto libētius respicit, quanto amplius sacrificiū laudis honorificat eū. Ad manū est de scripturis utrāq; hāc approbare cōfessionem, sed scientibus ista loquor, & non estis superfluis onerādi, qui uix necessariis indagādis sufficitis: tāta quippe sunt sacramēta epitalamij hui? & laudū preconia, quæ in eo decātanē ecclesiæ & spōso eius Iesu Christo dño nro, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

¶ *De uisitationibus domini quæ fiunt animæ sibi recte uacanti, & quid per Martham, Lazarum & Mariam significatur.* Sermo LVII. C

IN dilectus meus loquitur mihi. Videte processus Cantic.2. gratiæ, & dignationis diuinæ animaduertite gradus. Attendite sponsæ deuotionē atq; solertiā, quàm uigili utiq; oculo sponsi obseruat aduentum, & deinceps ipsius omnia intuetur. Venit ille, accelerat, appropiat, adest, respicit, alloquitur, & nihil horū mōmētorum sponsæ industriā effugit, anticipatue notitiam. Venit in angelis, accelerat in patriarchis, appropiat in prophetis, adest in carne, respicit in miraculis, alloquit in apostolis. Vel sic. Venit affectu & studio miserandi, accelerat subueniendi zelo, appropiat humiliādo semetipsum, adest præsentibus, prospicit in futuros, loquitur docens & suadens de regno dei. Sic ergo est aduentus sponsi. Benedictiones & diuitiæ saluis cum eo, & uniuersa quæ de ipso sunt, affluunt delicijs: redundantia certè iocundis ac salutaribus sacramentis. D Porrò quæ amat, uigilat & obseruat, & beata quā dominus inuenerit uigilantē. Nō trās- Luce 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſbit illã, nec p̃teribit ab ea, ſed ſtabit & loquetur eſ, loque
Cantic. 2. turq; amatoria, ſiquidẽ ut dilectus. Sic quippe habes: En
dilectus meus loquitur mihi. Bene dilectus q uenit amato
ria locuturus, non autem increpatoria, neq; enim de illis
eſt qui à domino merito arguuntur quòd faciem cæli diiu
dicare noſſent, tẽpus uerò aduentus eius minime cogno
uiſſent. Hæc nãq; tam ſolers & prudens ac bene uigilans
& uenientem alonge proſpexit, & ſalientem pro feſtinatio
ne aduertit: & tranſilientẽ ſuperbos ut humili ſibi per hu
militatem propinquaret, uigilantiſſime obſeruauit: & de
Ibidem. num cum iam ſtaret & occultaret ſe poſt parietem, nihilo
minus præſentem agnouit, ſed & reſpicientẽ per feneſtras
cancellosq; perſenſit, & nunc pro remuneratiõe tantæ de
uotionis & religioſæ ſolicitudinis loquentem audit. Sanè
enim ſi reſpexiſſet, & minime locutus fuiſſet, ſuſpectus pe
terat eſſe ille reſpectus, ne fortè magis indignationis foret
Lucæ 22. quàm dilectionis. Denicq; reſpexit Petrum, & non fecit ei
uerbum. Et ideò fortaſsis fleuit ille q reſpicies ſe tacuerit.
Hæc autem quoniam poſt aſpectum meruit & affatũ, non
modo non flet, ſed & gloriatur præ lætitia clamans. En di
lectus meus loquitur mihi. Vides intuitum domini cum
in ſe ſemper maneat idem, non tamen eiuſdem ſemper effi
caciæ eſſe, ſed conformari meritis ſingulorum quos reſpi
cit, & aliis quidem incutere metũ, aliis uerò magis conſo
lationẽ & ſecuritatem afferre. B Denicq; reſpicit terram,
& facit eam tremere: cum è regione reſpexerit Mariam &
Lucæ 1. infuderit gratiam. Reſpexit, ait, humilitatem ancillæ ſuæ,
ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.
Non ſunt hæc uerba plorantis aut trepidantis, ſed gaudẽ
tis. Reſpexit ſimiliter hoc loco ſponſam, & nec tremuit illa
nec fleuit inſtar Petri, quia non ſapiebat terram ſicut ille.
Dedit uerò lætitiam in corde eius, affatu teſtificans quo
eã reſpexerit affectu. Denicq; uerba quæ loquit, audi quàm
Cantic. 2. non indignantis ſint ſed amãtis. C Sequitur. Surge pro
pera amica mea, columba mea, formoſa mea, & ueni. Felix
conſcientia quæ de ſe iſta meretur audire. Quis putas in
nobis eſt adeò uigilans & obſeruans tempus uiſitationis
ſuæ, ſponſumq; aduẽtantem ita per ſingula eius momenta
Lucæ 12. diligenter explorans, ut cum uenerit & pulſauerit, confe
ſtim aperiat ei? Non enim ſic iſta de eccleſia referuntur, ut
non ſinguli nos qui ſimul eccleſia ſumus, participare nis
eius benedictionibus debeamus. Etenim in hoc generali
ter omnes atq; indifferenter uocati ſumus, ut benedictio
nem hæreditate poſsideamus. Vnde & audebat dicere ad
dominum quidam. Hæreditate acquiſiui teſtimonia tua
in æternum, quia exultatio cordis mei ſunt. Illa puto hæ
reditate qua ſe eſſe præſumebat filium patris ſui qui eſt in
cælis. Porrò ſi filium, & hæredem: hæredem dei, cohæredẽ
autem Chriſti. Magnam uerò rem gloriatur ſe acquiuiſſe
hæreditate iſta, teſtimonia dñi. Vtinã ego de me uel unum
meruerim tenere teſtimoniũ dñi, quia is non in uno, ſed in
Pſal. 118. multis exultat teſtimoniis. Denicq; ait iterũ. In uia teſtimo
niorum tuorũ delectatus ſum, ſicut in omnibus diuitiis. Et
reuera quid diuitiæ ſalutis, quid deliciæ cordis, quid ani
2. Cor. 10 mæ uera & cauta ſecuritas, niſi dñi atteſtationes? Non eñ,
inquit, qui ſeipſum commẽdat, ille probatus eſt, ſed quem
deus commẽdat. Vt quid nos hactenus adhuc fraudamur
commẽdationibus ſeu atteſtationibus his diuinis, & pa
terna hæreditate priuamur? Quaſi minime & nos uoluta
rie genuerit uerbo ueritatis, ſic in nullo nos meminimus
ab illo taliter commẽdatos, nec ulla de nobis aſſecutos te
Roma. 8. ſtimonia eius. Vbi eſt quod apls dicit, quia ipſe ſpiritꝰ dei
teſtimoniũ perhibet ſpiritui noſtro q filij dei ſumus? Quo
modo filij, ſi expertes hæreditatis? Arguit nos pro certo
negligẽtiæ & incuriæ ipſa inopia noſtra. D Nam ſi quis
Eccli. 49 noſtrũ integre & perfecte iuxta uerbũ ſapiẽtis, cor ſuũ tra
dat ad uigilandũ diluculo ad dñm qui fecit illũ, & in con
ſpectu altiſsimi deprecetur: ſimulq; uotis oñibus ſtudeat
Eſaiæ 40 ſm Eſaiam prophetã, parare uias dñi, rectas facere ſemitas
Pſal. 24. dei ſui, cui cũ propheta ſit dicere: Oculi mei ſemper ad do
Pſal. 15. minũ, & quia prouidebam dñm in conſpectu meo ſemper:
nõme hic accipiet benedictionẽ à dño, & miſericordiam à Pſal. 23.
deo ſalutari ſuo? Viſitabitur ꝓfectò frequẽter, nec unquã
ignorabit tempus uiſitationis ſuæ: quantumlibet is qui in
ſpiritu uiſitat, clandeſtinus ueniat & furtiuus, utpotè uere
cundus amator. Adhuc ergo longe agentẽ bene uigilans
anima ſobria mente proſpiciet, & deinceps uniuerſa com
periet quæ in dilecti aduentu ſponſam tam ſolerter quàm
ſignanter aduertiſſe monſtrauimus, quia ipſe ait: Qui ma Proue. 8.
ne uigilauerint ad me, inueniẽt me. Nam & deſideriũ feſti
nantis agnoſcet, & quando prope & quando præſto ſam
erit, continuo ſentiet, ſed & reſpiciẽtis ſe oculum quaſi ſo
lis radium per feneſtras & rimas parietis ſubeuntem bea
to oculo cernet, & demũ audiet uoces exultatiõis & amo
ris appellata amica, colũba, formoſa. Quis ſapiens & intel Cantic. 2.
liget hæc, ita ut ea etiam digne abinuicẽ diſtinguere, & de
ſignare ſingula queat, ac diſſinire ad intelligentiam aliorꝫ?
Si à me illud ſperatur, ego ea mallem ab experto audire, &
qui aſſuetus ſit & exercitatus in talibus. At quoniã quiſq;
qui huiuſmodi eſt, uerecunde magis ſilẽtio abſcondere eli
git quod ſilentio percipit, & ſeruare ſecretum ſuum ſibi id
ſibi tutius arbitratur: dico ego cui ex officio loqui eſt, nec
tacere licet, quicquid illud eſt, quod de huiuſmodi uel p
prio uel alieno teneo experimento, & quod facile experi
ri plures queunt: ſanè altiora relinquens apprehendere il
la ualentibus. Si igitur admonitus fuero uel foris ab homi
ne uel intus à ſpiritu de tuenda iuſtitia, & ſeruanda æqui
tate, iſtiuſmodi ſalutaris ſuaſio erit mihi profectò prænun
cia imminentis aduẽtus ſponſi, & præparatio quædam ad
digne ſuſcipiendum ſupernum uiſitatorem, propheta hæc
mihi indicante, dicẽdo quia iuſtitia ante eum ambulabit. Pſal. 87.
Et item loquitur deo ſic. Iuſtitia & iudicium, inquit, præ Pſal. 88.
paratio ſedis tuæ. Nihilominus uerò ſpes eadẽ arridebit,
ſi ſermo inſonuerit de humilitate uel patientia, ſeu etiam
de fraterna charitate & obedientia deferenda prælatis, ma
xime autem de ſectanda ſanctimonia & pace, & cordis pu
ritate quærenda, quoniam quidem ſcriptura ait. Domum Pſal. 92.
domini decet ſanctitudo, & factus eſt in pace locus eius, & Pſal. 75.
mundi corde deum uidebunt. Quicquid itaq; ſiue de his
ſiue de aliis quibuſlibet uirtutibus ſuggeſtum animo fue
rit, ſignificatio (ut dixi) erit mihi uiſitationem domini uir
tutum imminere animæ meæ. G Sed etſi corripuerit me
iuſtus in miſericordia, & increpauerit me, idipſum ſentiã,
ſciens quia æmulatio iuſti & beneuolentia iter faciunt ei
qui aſcendit ſuper occaſum. Bonus occaſus, cum ad corre
ptionem iuſti ſtat homo, & corruit uitiũ, & dominus aſcẽ
dit ſuper illud, conculcans hoc pedibus & conterens ne re
ſurgat. Non ergo contemnenda increpatio iuſti, quæ rui
na peccati, cordis ſanitas eſt: necnon & dei uia ad animã.
Sed nec ullus ommino ſermo qui ædificet ad pietatem, ad
uirtutes, ad mores optimos, nẽgligẽter eſt audiẽdus: quo
niam & illic iter quo oſtenditur ſalutare dei. Quòd ſi ſer
mo gratus uenit & placidus, quatenus pulſo faſtidio cum
deſiderio audiatur: iam non modo uenire ſponſus, ſed &
accelerare, id eſt cum deſiderio uenire credẽdus eſt. Illius
nanq; deſiderium tuum creat, & q tu eius properas ſermo
nem admittere, inde eſt q ipſe feſtinat intrare. Non enim 1. Ioan. 4.
nos eum, ſed ipſe, inquit, prior dilexit nos. Iam & ſi etiam
ignitum eloquium ſentis, atq; ex eo conſcientiam uri in re
cordatione peccati, recordare tunc de quo ſcriptura dicit
quia ignis ante ipſum præcedet: & ipſum prope eſſe non Pſal. 96.
dubites. D Denicq; iuxtà eſt dñs his qui tribulato ſunt Pſal. 33.
corde. Si uerò non ſolum compũgeris in ſermone illo, ſed
& conuerteris totus ad dominũ, iurans & ſtatuens cuſto
dire iudicia iuſtitiæ eius: etiam adeſſe ipſum iam noueris,
præſertim ſi te iam deſcere ſentias amore ei? Etenim utrũq;
de illo legis, & ignem uidelicet ante ipſum præcedere, &
ipſum nihilominus ignẽ eſſe. Moyſes ſiquidẽ de illo dicit Deute. 4.
quia deus ignis conſumẽs eſt. Differunt aũt, q is qui præ
mittitur ignis, ardorem habet ſed non amorẽ, coquẽs ſed
non excoquẽs, mouẽs nec promouẽs. Tantũ ad excitandũ
præmittit & p̃parandũ, ſimulq; ad cõmonendũ quid ex te
ſis,

fis,quo dulci⁹ sapiat postmodum quod ex deo mox eris. At uerò ignis q fe⁹ est,cōsumit qdē,sed nō affligit,ardet suauiter,desolat feliciter. Est eñ uerè carbo desolatorius, sed q sic in uitia exerceat uim ignis,ut ī aīa uicē exhibeat unctionis. Ergo in uirtute qua immutaris & ī amore quo
Psal.117. inflammaris,dñm p̄sentem intellige: Nam dextera dñi fa-
Psal.76. cit uirtutē. Nō aūt fit hæc mutatio dexteræ excelsi nisi in
Psal.38. feruore spūs,& in charitate non ficta,ita ut dicat q; hmōi est. Concaluit cor meum intra me,& in meditatione mea exardescet ignis. Porrò hoc igne consumpta oī labe⁹ peccati,& rubigine uitiorū,fiīa emūdata ac serenata cōscien tia,sequat subita q̄dā atq; insolita latitudo mētis,& infu sio luminis illuminātis intellectū uel ad scientiam scriptu rarū,uel ad,mysteriorū notitiā,quoꝝ alterum ,ppter nos oblectādos,alteꝝ ppter ædificādos proximos reor dari: oculus respicietis,p culdubio est iste educēs quasi lumen
Esaiæ.58. iustitiā tuā,& iudiciū tuū tāquā meridiē,iuxta illd̄ pphe tæ esaiæ: Orietur,inquit,tāquā sol lux tua &c. B Sed sa nè nō p ostia aperta sed per angusta foramina is tātæ cla ritatis radius se infundet,stante adhuc duntaxat hoc rui noso pariete corporis. Erras si aliter speras,ad quantācū q; cordis proficias puritatē,cū ille p̄cipuus cōtemplator
1.Cori.13. dicat. Videmus nunc per speculū & in ænigmate,tūc aūt facie ad faciē. Post hunc tantæ dignationis ac miserati ōis respectū sequit uox blāde & leniter diuinā insinuās uolū tatē,q̄ nō est aliud quàm ipse amor,q ociosus esse nō pōt:
Canti.2. de his q̄ dei sunt solicitans & suadens. Deniq; audit spon sa ut surgat & ,pperet,haud dubiū qn ad animarū lucra. Hoc siquidē uera & casta contemplatio habet,ut mentem quā diuino igne uehementer succēderit,tanto interdum repleat zelo & desiderio acquirēdi deo qui eū similiter di ligat,ut ociū contēplationis pro studio p̄dicationis libē tissime intermittat: & rursum potita uotis,aliquaten⁹ in hac parte tanto ardenti⁹ redeat in idipsum,quanto se fru ctuosius intermisisse meminerit,& itē sumpto contempla tionis gustu,ualenti⁹ ad cōquirēda lucra solita alacritate recurrat. Cæterū inter has uicissitudines plerūq; mēs flu ctuat,metuēs & uehemēter exæstuās,ne fortè alteri horū dū suis affectionibus hinc inde distrahit,plus iusto inhæ reat,& sic in utrolibet uel ad modicū à diuina deuiet uo luntate. Et fortasse tale aliquid sctūs Iob patiebat cū dice
Iob.7. ret. Si dormiero,dico,q̄n consurgā & rursum expectabo uesperā: hoc est. Et quiet⁹ neglecti operis,& occupatus p turbatæ nihilomin⁹ quietis me arguo. Vides uirū sanctū inter fructū operis,& somnū cōtēplatiōis grauiter æstua re,& in bonis licet semp uersantē,semp tñ quasi de malis pœnitentiā agere,& dei cū gemitu momentis singulis in quirere uoluntatē. Vnicum quippe in hmōi remediū seu refugiū oratio est & frequēs gemitus ad deū,ut quid quā do & quatenus nos facere uelit,assidue nobis demonstra re dignetur. D Habes(ut ego opinor)tria hæc.i.prædi cationē,orationē,cōtemplationē,in tribus commendata & designata uocabulis. Et eñ merito amica dicitur,q̄ spō si lucra studiose ac fideliter p̄dicando,cōsulēdo,ministrā
Canti.2. do cōquirit. Merito columba,q̄ nihilominus pro suis de lictis in oratione gemens & supplicans,diuinā sibi nō cess
Ibidem. sat conciliare misericordiā. Merito quoq; formosa,q̄ cæle sti desiderio fulgēs,supernæ contēplationis decorem se in duit,horis dūtaxat q⁹ cōmode & opportune id pōt. Sed & illud uide si ualeat coaptari huic triplici uius animæ bono,de tribus uidelicet psonis illis in domo una cōma
Lucæ.10. nentibus,amicis utiq; saluatoris,& admodū familiaribus ei,martham loquor ministrantē,& mariā uacātem,& laza rum quasi gementē sub lapide,& resurrectionis gram fla gitantem. Hæc dicta sunt pro eō q̄ sponsa describit adeò sollers & peruigil in obseruando semitas sponsi,ut mini me eā latere possit quando & in quanta festinatione ad se ueniat,sed & quando longe,& quando prope,& quando præsens sit,nulla subitatione præoccupari ualeat ut ignoret,& quia proinde meruerit nō solum respici misericor diter,sed & dignāter lætificari amoris uocib⁹ & gaudere gaudio ppter uocē sponsi. A Nos quoq; ad hæc (quāuis audacter) adiecimus q̄ quis etiam de nobis anima si simi liter uigilet,similiter & salutabit ut amica,cōsolabitur ut colūba,amplexabit ut formosa. Perfectus oīs reputabitur in cuius anima tria hæc cōgruenter atq; opportune con currere uidebunt,ut & gemere pro se,& exultare in deo nouerit,simul & proximorū utilitatibus potēs sit subueni re,placens deo,caut⁹ sibi,utilis suis. Sed ad hæc quis ido neus? Vtinā ipsa in uniuersis nobis etsi non tota in singu lis,saltē singula in diuersis sicut hodie haberi uidentur,lō gis reseruent tēporibus. Habemus siquidē martham tāquā saluatoris amicā in his q exteriora fideliter administrant. Habemus & lazarū tāquā columbā gementem nouitios utiq;,qui nuper peccatis mortui,pro recētib⁹ adhuc pla gis laborāt in gemitu suo sub timore iudicij,& sicut uul-
Psal.37. nerati dormientes in sepulchris,quorū nō est memor am plius,sic se nō putāt reputari,donec ad xp̄i iussionē sublā to pondere timoris tāquā p̄mentis lapidis mole,respirare in spem ueniæ possint. Habemus quoq; mariam contem plātē ī illis q processiu longioris tēporis cooperāte gratia dei in aliqd meli⁹ & lætius p̄ficere potuerunt,qñ iā de in dulgentia p̄sumentes,nō tā uersare intra se soliciti sunt tri
Psal.1. stem imaginē pctōrū,quàm certè in lege dei meditari die ac nocte insatiabiliter delectant,inter dū etiam reuelata fa cie gloriā sponsi cū ineffabili gaudio speculātes,in eandē imaginem transformantur de claritate in claritatē tāquā à domini spiritu. Iam ad quid sponsam surgere & prope rare hortetur is qui paulò ante defensare uisus est eam ne dormiens suscitaretur,alio sermone uidebimus. Adsit ip se ut & huius nobis sacramēti rationem aperire dignetur sponsus ecclesiæ Iesus christus dominus noster,qui est su per omnia deus benedictus in secula. Amen.

¶ *Qualiter sponsus hortatur sponsam .i. uiros perfectos ad regimen imperfectorum,& de putatione uitiorum in eis faciendā ut uirtutes succrescant.* Sermo LVIII. C

SVrge ppera amica mea,columba mea,formosa mea,& ueni. Quis hoc dicit? Absq; dubio spon sus. Et nónne ipse est q paulò ante suscitari dile ctā tātopere prohibebat? Quo pacto ergo nūc nō solū ut surgat sed ut & acceleret iubet? Venit in mentē simile quid ex euangelio. Ea qppe nocte qua dñs tradeba-
Matt.26. tur,cū fatigatos productiorib⁹ uigiliis discipulos q secū erāt,dormire demū ac requescere p̄cepisset,in ipa hora sur gere cogit,surgite eamus,inquit,ecce appropinquat qui me tradet. Nunc q̄q; similiter uno penè momēto & prohi-
Ibidem. bet suscitari spōsam,& suscitat,surge,inquēs,& ueni. Quid
Canti.2. sibi itaq; uult tā subita hæc mutatio uolūtatis siue cōsilij? Putamusne leuitate usum spōsum,& aliqd uoluisse prius q̄ mox noluerit? Miníme. Sed agnoscite eas quas uobis supra si meministis cōmendani & nō semel uicissitudines utiq; sanctæ getis,ac necessariæ actiōis,& qa nō sit ī hac ui ta copia contemplandi,nec diuturnitas ocij,ubi officij & opis cogētior urget instātior q; utilitas. More igit suo spō sus ubi dilectā paululū in sinu ,pprio qeuisse psentit,ad ea denuo q̄ utiliora uisa sunt,trahere nō cunctat. Nō tñ qua si inuitam,nec eñ quod fieri uetuit,faceret ullatenus ipse. Sed trahi sanè à spōso spōsæ,est ab ipso accipere desideriū quo trahatur,desiderium bonorū operū,desiderij fructi ficandi sponso,qppe cui uinere sponsus est & mori lucrū. Et est desiderij uehemēs,q̄ eā nō tantū surgere,sed & sur gere festinātēr solicitat. Sic qppe habes. Surge,propera & ueni. Nec parū cōfortat q̄ auid⁹ ueni,& nō uade,per hoc se intelligēs nō tā mitti quàm duci,& secū pariter spōsum esse uenturū. Quid enim difficile sibi illo comite reputet? Pone me,inquit,iuxta te,& cuiusuis manus pugnet con-
Iob.17. tra me. Itē. Si ambulauero in medio umbræ mortis,nō ti-
Psal.22. mebo mala,qñ tu mecum es. Non utiq; suscitatur præter quā uelit,quando fit prius ut uelit: quod non est aliud nisi sancti quæstus immissa auiditas. B Animatur etiā ad op⁹ iniunctum,& de temporis opportunitate reddit alacrior.
Tps faciendi,inqt,ô sponsa: qa hyems transijt qñ operari
Canti.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nemo poterat. Imber q̄q; qui ínundatiõe facta operiebat terrã culturas impediebat, & uel sata necabat, uel serí uetabat. Is, inquã, imber excurrit, abijt & recessit. Flores apparuerunt in terra nostra: uernalẽ profectò tẽperiẽ adesse signantes, operãdi commoditatẽ, frugũ uicinitatẽ ac fructuum. Deinde subdit ubi & qd primũ operari oporteat. Tẽpus, inquiẽs, putatiõis aduenit. Ad uíneas ergo excolendas ducit. Quæ ut possint uberioribus fructibus respõdere colonis añ oĩa necesse est sarmenta sterilia proñci, succidi noxia, putari superflua. Hæc iuxta literam. C Nunc iã uideam⁹ qd ístiusmodi quasi hístorico schemate spũaliter nobis ínnuatur íntelligendũ. Et uíneas quidẽ aĩas esse uel ecclesias símulq; huius rei rationem q̄nam sit, díxi uobis iam, & audístis, nec opus habetis íterato audíre. Ad has itaq; reuísendas, corrígendas, ínstruendas, saluandas, aĩa perfectior ínuitatur, q̄ tñ id ministerij sortita sit nõ sua ambitione, sed uocata à deo tanquã aaron. Porrò ínuitatio ípsa quid est nísi íntima q̄dam stímulatio charitatis, pie nos solicitãtis æmulari fraternã salutẽ, æmulari decorem domus dñi, íncrementa lucrorũ ei⁹, incremẽta frugũ iustítiæ eius, laudẽ & gloríam noĩs eius: Istíusmodi itaq; circa deũ religiosis affectib⁹ quoties ís q aĩas regere, aut studio p̃dicationís ex officio íntẽdere habet, hoĩem ſuũ ínteriorem senserit pmoueri, totíes pro certo sponsum adesse íntelligat, totíes se ab illo ad uíneas ínuitari. Ad quid nísi ut euellat & destruat, & ædificet & plãtet? Verùm qm̃ operí huic sicut & omní rei sub cælo nó omne tẽpus suppetit & aptũ est addít ís qui ínuitat, tẽpus putationís aduenísse. Adesse hoc nouerat q dícebat. Ecce nunc tẽp⁹ acceptabile, ecce nũc díes salutis, neminí dantes ullã offensionem, ut nõ uituperet ministeriũ nostrũ. Vítiosa sine dubío atq; superflua, & omne deniq; qd' offendiculũ dare, & impedire fructũ salutís possit, putare iã & resecare monebat, sciens quía temp⁹ putationís aduenerit. Ideò & aiebat fidelí cuídam cultorí uínearũ argue, increpa, obsecra. In primo & secundo horũ putationẽ uel extirpationem, ín ultímo plãtationẽ índicẽs. Et hæc quidẽ sponsus per os pauli de tempore operãdi. Sed audi qd per propriũ os de tẽporũ cósideratiõe sub alio quidem rerũ schemate & nomine cũ noua spõsa sit locut⁹. Nónne uos dicitis, ínquit, qa quatuor menses sunt, & messis uenit? Ecce dico uobis. Leuate oculos uestros & uídete regiones quía albæ sunt iam ad messem. Itẽ: Messis quidẽ multa, operarij pauci: rogate dominũ messis ut mittat oparios in messem suã. Sicut ígitur íbi metendi animarũ segetes tempus adesse monstrabat, ita & hic uíneas æque íntelligíbiles. í. aĩas uel ecclesias tẽp⁹ putãdi aduenísse denũciat, id forsitan ínter utrasq; res uolẽs uocabulorũ díuersitate dístinguí, ut messes plebes, uíneas congregationes sanctorũ cohabítantiũ, íntellígamus. D Porrò hyemale tempus quod p̃teríssse significat, illud míhi designare uídetur cũ dñs Iesus iã non ín palam ambularet apud iudæos, eò q̄ cõspirassent aduersus eum uolẽtes eũ interficere. Vñ & dicebat ad quosdã. Tempus meũ nõdum aduenit, tẽpus aũt uestrũ semper est paratum. Et rursum: Ascẽdite uos ad díe festũ hũc, ego nõ ascendã. Ascendit tñ postea & ipe, nó palã, sed quasi ín occulto. Extũc ergo & deínceps usq; ad aduẽtũ spũssancti quo recaluerunt torpẽtia fidelíũ corda tanquã ígne quẽ dñs ad hoc ípsum misit ín terrã, hyems fuit. Tu ne negaueris hyemẽ tũc fuisse, cum Petrus sederet ad prunas, non mínus gelído corde quàm corpore: Deniq; erat frigus, ínquit. Magnum reuera frigus cor negantis cõstrínxerat. Nec mírum tamen, cũ ígnis ab eo ablatus esset. Nam paulò ante non paruo feruebat zelo, quíppe adhuc ígni proximus, qui euaginato gladio uc ígnẽ pderet, seruí auriculã amputauit. Sed non erat tempus putationís, & ídeò audit. Conuerte gladium tuũ ín locũ suũ. Erat em̃ hora & potestas tenebrarũ, & qsqs tũc discipulorũ leuaret gladium uel ferrí uel uerbí, aut ferro trucandus erat, & neminẽ lucraref, nec qppiã fruct⁹ afferret: aut certè timoris gladío ad negandũ cogendus: & sic magís ípse periret, iuxta uerbum dñí quod subíũxit mox ita dícens. Oĩs qui accípit gladium, gladio períbit. Quís nẽpe cæterorũ ante pauẽdã mortis ímaginem impauidus staret, trepidãte & cedẽte príncipe ípso, & qui uoce confortatoría suí imperatorís fuerat p̃munitus & p̃monítus alios confortarer? B Cæterũ nec ís nec illí sibí adhuc índuerant uírtutẽ ex alto, & ob hoc tutũ nõ erat eís exíre ín uíneas, & exercere línguæ sarculũ & gladío spírit⁹ putare uites, purgare palmítes ut fructũ plus afferrent. Deniq; ípse dñs tacebat ín passione, & ín multís ínterrogatus nõ respondebat, factus (iuxta ꝓphetã) sicut hõ non audiens, & non habens ín ore suo redargutiones. Dicebat autẽ. Sí uobis díxero, nõ creditís mihí: sí aũt & interrogauero, nõ respõdebitís mihí: sciens tp̃s putationís nondum aduenísse, nec responsurã prorsus uíneã suã ímpensis laboribus. i. nec fidei nec boní operís fructũ alíquem relaturã. Quarer: Quía hyems erat ín cordibus perfidorũ, & hyemales quidã malítiæ ímbres occupauerãt terram, iacta semína uerbí suffocare quàm fouere paratíores, sed & cultui uinearum oẽm mihílomínus ímpedẽdã operã frustraturí. C Quos uos me nũc putatís dícere ímbres? Istósne quos uídemus currentes per aera nubes turbulento spũ spargere sup terrã? Nõ est ita. Sed quos de terra ín aerẽ sursum ferũt boies turbulẽti spũs, ponentes ín cælũ os suũ, & língua eor⁹ trãsiens in terrã, tanquã pluuía amaríssima terram ípsam palustrẽ ac sterílẽ facit, & tã plãtis quàm satís ínutilẽ. Nõ quidem hís uísibílibus atq; corporeís ad nostros utíq; corporeos usus datís, de qbus nulla planè sicut nec de bob⁹ cura est deo. Sed qb⁹? Profectò q̄ seuit & plãtauit dei manus & nõ hoĩs, q̄ & uel germinare uel radicarí in fide & charítate poterãt, & fruct⁹ parturíre salutís, sí bonís & temporaneís imbrib⁹ rigarent. Aĩæ deniq; sunt pro qbus xp̃s mortuus est. Væ nubíb⁹ pluentíb⁹ ístiusmodi ímbres sup eas q lutũ faciant, fructũ nõ afferant. Nã sicut sunt & bonæ & malæ arbores ferentes quæq; fruct⁹ pro suí dissímilitudine differentes, bonæ uídelicet bonos, & malæ malos, ita & arbitror nubes & bonas quæ bonos, & malas quæ malos pluãt ímbres. Et uíde ne fortè ínmueret nobís hanc nubiũ ímbríumq; differentiã q dícebat: Mãdabo nubibus meis ne pluant super eã (haud dubiũ qn sup uíneã) ímbrẽ. Cur putas adiunxísse sigñter meis, nísi qa sunt & malæ nubes q̄ nõ sunt ei⁹? Tolle tolle, ínquiũt, crucifige eum. O nubes uíolentas & turbídas. O ímbrẽ procellosum, ô torrentem íníquitatis, euertere magis quàm fœcundare ídoneũ. Nec mínus malus mínísue amarus mínorí licet ímpetu, prues ímber ílle q subsecut⁹ est. Alios saluos fecit, seipm nõ pót saluũ facere. Christ⁹ rex ísrael descẽdat nũc de cruce, & credímus eí. D Philosophorũ uẽtosa loquacitas nõ bonus ímber est, q sterilitatẽ magís íntulit terrís quàm fertilitatẽ. Multo magís praua dogmata hæreticorum, malí ímbres sunt, q̄ p fructib⁹ spínas, producũt & tríbulos. Malí ímbres etiã traditiones phariſæorũ q̄s saluator redarguit, & ipsí nubes malæ. Et nísi exístimes me ínsuriã facere moysi, nam bona nubes ílla, non oẽ qd' pluit uel ípsa, bonũ tñ dicã, ne ílli cõtradicam q aít. Dedi illis. í. iudæis p̃cepta non bona, haud dubiũ quín per moysen, & iustificationes ín quibus nõ uíuẽt ín eís. Literalís ílla (uerbí causa) obseruatio sabbatí sonantís requiẽ, nõ donãtis, índictus sacrificiorum ritus, interdictus porcinæ carnis esus, nõ nullo⁹q; símilium q̄ immunda à moyse censent, pluuía est hoc totum ex ílla nube descendẽs, sed nolo ín agrũ uel ortũ meũ qñq; descẽdat. Fuerít sanè bona suo tẽpore, post temp⁹ sí uenerít nõ bonã iam censeo. Oĩs etiam lenís & leníter descendẽs pluuía sí sit ínteperstiua, molesta est. Donec ergo ístiusmodi aq̄ pestilẽtes occupauerũt terrã & inualuerunt super eam, tps suũ uíneæ nõ habuerũt, nec fuit q̄ sponsa ínuitaref ad putandas uíneas. B Cæterũ íllis decurrentibus terra apparuit arída, & flores apparuerũt ín ea, significantes tẽp⁹ putatiõis adesse. Quæris qñ hoc fuit? Qñ putas, nísi cũ refloruit caro xp̃i ín resurrectionem? Et híc primus & maximus flos qui apparuit ín terra nostra, nã primitiæ dormientiũ xp̃s. Ipse, inquã, flos campi, & lílium conuallium Iesus: ut putabatur

Ibidem. Ibidem. Pſal.25. 2.Cori.6. Canti.2. Ioan.4. Matt.9. Ioan.7. Ibidem. Lucæ.12. Ioan.18. Lucæ.22. Mat.26. Ibidem. Matt.15. Pſal.37. Lucæ.22. Ioan.19. Eſa.5. Lucæ.23. 2.mac.7. 1.Cori.15. Cant.2.

Lucæ.2. patrabat filius Ioseph à nazareth, qđ ínterp̄tatur flos. Is ergo flos apparuit primus, nō solus. Nam & multa corpora
Matt.27. sctōrū q dormierūt, pariter surrexerūt, qui uelut qdā lucidissimi flores simul apparuerūt in terra nra. Deniq; uenerūt in sctām ciuitatē, & apparuerūt multis. Flores etiā fuerūt q primi crediderūt de pplo, primitiæ sctōrū. Flores eorum miracula instar florū, pducentia fructū fidei. Nā postquā ille infidelitatis imber aliquantulū uel ex parte abiit & recessit, secuta mox est pluuia uoluntaria quam segrega
Psal.84. uit de hæreditati suæ, & flores apparere cœperūt. Dns dedit benignitatem, & terra nra dedit flores suos: ita ut una die tria milia, in alia qnq; milia de pplo crederent, adeò in breui creuit florū numerus. i. credentiū multitudo. Et nō potuit gelu malitiæ p̄ualere aduersus flores q apparebāt, nec p̄ripere (ut assolet) fructū uitæ quā promittebant. Nā cū oēs q crediderāt, induerent uirtute ex alto: surrexerunt
1. Petr. 5. ex eis hoies q minas hoim contēpserunt, fortes in fide, passi sunt quidē quāplurimos cōtradictores, sed nō cesserūt, neq; subterfugerūt, quo minus & facerēt & annunciarent
Psal.125. opera dei. Nā iuxta illud in psalmo, spūaliter quidē & seminauerūt agros, & plātauerūt uineas, & fecerunt fructū natiuitatis. Processu tpis tēpestas sedata est, & pace reddita terris creuerunt uineæ, & propagatæ & dilatatæ sunt, & multiplicatæ sup numerū. Et tūc demū sponsa ad uineas inuitat, nō quidē ad plantādū, sed ad putandū qđ plātatū iā erat. Opportune qdem, nā id opus pacis tēpus require-
Psal.149. bat. Qū etenī psecutionis tpe id liceret? Alioquin sumere in manus gladios ancipites, facere uindictam in nationibus, increpationes in pplis, alligare reges eorū in compe-
Ibidem. dibus, & nobiles eorum in manicis ferreis, & facere in eis iudiciū cōscriptū: hoc qppe putare uineas est. Hæc, iquā, oia uix uel pacis tpe actitantur in pace. Et de his satis. D Poterat etiā finiri sermo, si pri? quēq; uestrū iuxta morem meū de sua uinea monuissem. Quis em̄ ita ad unguē oia à se superflua resecauit, ut nil se habere putet putatione dignum? Credite mihi, & putata repullulant, & effugata redeunt, & reaccenduntur extincta, & sopita denuo excitantur. Parum est ergo semel putasse, sæpe putandum est. Imo si fieri possit semper, quia semper quod putari oporteat (si nō dissimulas) inuenis. Quantūlibet in hoc corpore ma-
Iosue.15. nēs profeceris, erras si uitia putas emortua, & non magis suppōsa. Velis nolis intra fines tuos habitat iebuseus, subiugari pōt, sed nō exterminari. Scio, inquit, quia non habitat in me bonum. Parum est nisi & malū inesse fateatur. Ait, nō quod uolo bonum hoc ago, sed quod odi malum illud facio. Si aūt qđ odi illud facio, iam nō ego operor illud, sed qđ habitat in me pctm̄. Aut te ergo si audes p̄sert ap'lo (nēpe ipsius ista uox est) aut fatere cū illo te quoq; uitijs nō carere. Mediū deniq; uitiorū uirtus tenet, ac proinde sedula eget nō solū putatione, sed & circūcisiōe. Alioquin uerendū ne circunquaq; à lābentibus uel poti? à rodētibus uitijs illa dum nescis paulatim elanguecat, aut si supercreuerint suffocet. Vnū in tāto discrimine cōsilium est, obseruare diligenter, & mox ut renascentiū capita appareburit, prōpta seuēritate succidere. Nō pōt uirtus cū uitijs pariter crescere. Ergo ut illa uigeat, ista crescere non sinantur. Tolle superflua & salubria surgūt, utilitati accedit qc qd cupiditati demis. Dem? operā putationi. Putetur cupiditas ut uirt? roboret. Nobis fratres ꝓputationis semp est
Canti.2. tps: sicut semp est opus. B Cōfido enim quia nobis hyēs iā transiit. Scitis quā hyemē dicam: Timorē illū qui nō est in charitate, q cū oēs iniēciet ad sapientiā, neminē consummat, qm̄ supueniens charitas extundit illū tanquā hyemē æstas. Estas em̄ charitas est. Quæ si iā uenit, imo quia uenit (sicut iustum est mihi sentire de uobis) siccauerit necesse est omnē hyemalē imbrem, omnem uidelicet anxietatis lachrymā, quam amara recordatio peccati, & timor ante extorquebat iudicij. Itaq; (qđ nō dubius dico) etsi nō de oībus uobis, profectò de pluribus hic iam imber abiit & recessit. Nā & flores apparent, indices pluuiæ suauioris. Habet & æstas pluuias suas suaues & uberes. Quid dulci? lachrymis charitatis? Flet quippe charitas, sed ex amore, non ex mœrore. Flet ex desiderio. Flet cū fletibus. Tali imbre nō ambigo rigatos uberius actus obedientiæ uestræ, quos lætus intueor, non murmure tetros, non tristitia subobscuros, sed quodam spūali gaudio iocundos & floridos. Sic sunt ac si semper flores gestetis in manibus. Ergo si hyems Canti.2. transiit, imber abiit & recessit, si demū flores apparuerunt in terra nostra, & subinde q̄dam spūalis græ uernalis temperies tēpus putationis indicit, qd restat nisi ut deœtero toti incumbamus huic operi tam sancto, tam necessario? Scrutemur iuxta prophetam uias nras & studia nostra & in eo se quisq; iudicet profecisse, non cū non inuenerit, qđ reprehendat, sed cum quod inuenerit reprehendet. Tunc te non frustra scrutatus es, si rursum opus esse scrutinio aduertisti. Et toties nō te fefellit inquisitio tua quoties iterādam putaueris. Si autē semper hoc cum opus est facis, semper facis. Semper ergo opus esse tibi memineris superni auxilij, & misericordiæ sponsi ecclesiæ Iesu xp̄i dñi nostri, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

¶ *De gemitibus animæ suspirantis ad cœlestem patriam, & de commendatione castitatis & uiduitatis.* Sermo LIX. A

VOx turturis audita est in terra nra. Minime iā Canti.2. dissimulare queo, ꝙ ecce secūdo is qui de cælo est, de terra loquit. Vtiq; tā dignāter, tā socialiter, quasi un? è terra. Sponsus est iste. Qui cū p̄mitteret flores apparuisse in terra, adiūxit nostra: & nunc nilominus uox, inquit, turturis audita est in terra nostra. Ibidem. Ergo ne rōne carebit deo quidem tam insueta (ne dicam indigna) locutio? Nusquā (ut opinor) de cælo sic locutū reperies, nusquā alibi de terra. Aduerte igitur quantæ suæ uitatis sit, deū cæli dicere in terra nostra. Quicq; terrigenæ & filij hominū audite: Magnificauit dns facere nobiscum, Psal.125. Multum illi cum terra, multum cum sponsa, quā de terris sibi asciscere placuit. In terra, inquit, nra. Nō planè principatum sonat uox ista, sed consortiū, sed familiaritatē. Tanquā sponsus hoc dicit, nō tāquā dns. Quid? Conditor est, & consortē se reputat. Amor loquitur q dñm nescit. Carmē nimirū amoris est, nec alijs hoc quàm amatorijs fulciri oportuit. Amat & deus, nec aliunde hoc habet, sed ipse est unde amat. Et ideò uehementius, qa nō amorē tam habet quàm hoc est ipse. Verū q̄s amat, amicos habet, nō seruos. Deniq; amicus sit de magistro: nec em̄ amicos discipulos diceret si non essent. Vides amori cedere etiam maiestatē? Ita est fratres, neminem suspicit amor, sed ne despicit quidem. Oēs ex æquo intuetur q perfecte se amāt, & in seipso celsos humilesq; cōtēperat, nec mō pares, sed unum eos facit. Tu deū forsitan adhuc ab hac amoris regula excipi putas, sed qui adhæret deo, unus spiritus est. Quid miraris 1. Cori. 6. hoc? Ipse fact? est tāquā un? ex nobis. Minus dixi, nō tanquā unus, sed un?. Parū est parem esse hoibus, homo est. In de terrā nostrā uēdicat sibi, sed quasi patriā, nō quasi possessionē. Quidni uēdicet? Inde illi sponsa: inde substantia corporis. Inde spōsus ipse, inde duo in carne una. Si caro Ibidem. una, cur non & patria una? Cælū cæli dño, inqt, terrā autē Psal.113. dedit filijs hoim. Ergo ut filius hominis hæreditat terram, ut dns subijcit, ut cōditor administrat, ut ꝓsponsus cōicat. Dicēdo nēpe in terra nra, proprietatē pfectò abnuit, societatē nō respuit. Et hæc pro eo ꝙ spōsus tam benigno usus est uerbo, ut dignatus sit dicere in terra nra. B Nūc cætera uideamus. Vox turturis audita est in terra nostra. Et Canti.2. hoc indicium est transactæ hyemis, tēpus nihilomin? putationis adesse denuncians. Id iuxta literam. Aliàs turturis uox non dulce admodum sonat, sed signat dulcia. Ipa auicula si emis, non magni: si discutis, non parui precij est. Et uox qdē gemēti quàm canenti similior, pegrinatiōis nræ nos admonet. Illius doctoris libenter audio uocem, q non sibi plausum sed mihi planctū mouebat. Verè turture exhibes, si gemere doceas. Et si persuadere uis, gemendo id magis quàm declamando studeas oportebit. Exemplum sanè tū in alijs multis, tū uel maxime hoc in negocio uerbo efficaci? est. Dabis uoci tuæ uocē uirtutis, si qđ suades prius

Universidad de Deusto
Biblioteca

tibi illud cognoscerís persuasisse. Validior opis quàm oris uox. Facut loq̃ris, & nõ solũ me facili⁹ emẽdas, sed te quo q̃ nõ leui liberas probro. Nó iã pertinebit ad te si quis dicat: Alligãt onera grauia & importabilia, & imponunt ea in humeros hoĩm, digito autẽ suo nolunt ea mouere. Sed neq̃ illud uerearis oporret. Tu qui alios doces, teip̃m nõ doces? C Vox turturis audita est in terra nostra. Donec hoies p dei cultu meredẽ tiñ in terra, & tiñ terrã acceperunt (illã utiq̃ lacte & melle manãtẽ) minime se cognouerunt peregrinos sup terrã, nec more turturis ingemuerũt ueluti patriæ reminiscentes, magis autẽ pro patria exilio abutentes, dederunt se comedere pinguia, & bibere multum. Ita tãdiu nõ est uox turturis audita in terra nr̃a. Vbi ergo regni cælorũ ꝓmissio facta est, tũc intellexerũt hoies se non habere hic ciuitatẽ manentẽ, sed futurã inqrere tota auiditate cœperũt, & tũc primũ manifeste sonuit ĩ terra uox turturis. Nã dũ sctã q̃q̃ iam aĩa xp̃i p̃sentiã suspiraret, regni dilationẽ molestè ferret, desideratã patriã gemitibus & suspiriis álonge salutaret: nõme tibi uidet uice fungi gemebundæ ac castissimæ turturis q̃cunq̃ aĩa in terris ita fecisse? Extunc ergo & deinceps uox turturis audita est in terra nostra. Quidni moueat mihi crebras lachrymas & gemitus quotidianos xp̃i absentiæ? Dñe ante te oẽ desiderium meũ, & gemitus me⁹ à te nõ est absconditus. Labora ui in gemitu meo, tu scis, sed beatus qui dicere potuit: Laua-

Psal.37. *Psal.6.* *Ibidem.*

uabo p singulas noctes lectũ meũ lachrymis meis stratum meũ rigabo. Non solũ aũt mihi, sed & oĩbus q diligunt ad uentũ dei⁹ gemit⁹ isti cõperti sunt. D Hoc qppe est qd̃ ip se aiebat: Nunqd pñt ingt filij sponsi lugere quãdiu cũ illis est sponsus? Veniẽt aũt dies cũ auferet ab eis spõsus, & tũc lugebũt. Ac si diceret: Et tunc uox turturis audietur.

Canti.2.

Ita est Iesu bone, uenerũt dies illi. Nã & ipsa creatura ingemiscit & parturit usq̃ adhuc, reuelationẽ filiorum dei expectans. Nõ solũ aũt illa, sed et nosipsi intra nos gemimus adoptionẽ filiorum dei expectãtes redemptionẽ corporis nostri: hoc scientes, qa quãdiu sumus in corpore hoc, peregrinamur à dño. Nec uacui gemitus, qbus è cælo tam misericorditer respondet. Propter miseriã inopum & gemitũ pauperũ nũc exurgã: dicit dñs. Fuit & in tpe patrum uox ista gemẽtiũ, sed rara & penes q̃ẽq̃ suus gemit⁹. Vñ & dicebat qs: Secretũ meũ mihi, secretũ meũ mihi. Sed & q aiebat: Gemitus me⁹ à te nõ est absconditꝰ, profectò monstrabat absconditũ esse q soli deo nõ esset abscõditus. Et ideò tunc dici non potuit: Vox turturis audita est in terra nr̃a, qñ secretũ adhuc paucorũ iã tũc in multitudinẽ non exiuit. At ubi palã clamatũ est, q̃ sursum sunt q̃rite, ubi xp̃s est in dextera dei sedẽs: ad oẽs iã cœpit pertinere gemitus iste turtureus: & una oĩbus cẽ gemẽdi rõ, qa oẽs sciebãt dñm fm qd̃ ĩ ꝓpheta legit: Et cognoscẽt me oẽs à mínimo usq̃ ad maximũ, dicit dñs. B Cæterũ si multi gemẽtes qd sibi uult unius designatio: Vox turturis inquit. Quare nõ turturẽ: Fortè apls id soluit ubi ait, qa ipse spũs postulat pro sctis gemitibus menarrabilib⁹? Ita est. Ipse inducit gemẽs, qui gemẽtes facit. Et quãlibet multi sint q̃s ita gemere audias, uniusp oĩm labia uox sonat. Quidni illu⁹ q ipsam in ore singulorũ pro quorũq̃ necessitatibus formet? Denicq̃ unicuiq̃ daꝰ manifestatio spũs ad utilitatẽ: Sua uox q̃ẽq̃ manifestũ facit, & p̃sentẽ indicat. Et audi ex euãgelio q uocẽ habeat spũs? Spũs, inquit, ubi uult spirat, & uocem eius audis, & nescis unde ueniat, aut quo uadat. Etsi ille ne sciebat q literã occidẽtẽ docebat mortuos magister mortuus, nos sciamus q trãslati de morte in uitã per uiuificantẽ spiritũ certo & quotidiano experimẽto ipso nos illumi nãte probamus uota & gemitus nr̃os ab ipso uenire, & ad deũ ire, illicq̃ inuenire miam in oculis dei. Qñ enĩ sui spũs uocem irritã faceret deus? At ipse scit quid desideret spũs, quia fm deũ postulat pro sanctis. Nec soli cõmendant turturem gemitus, commendat & castitas. C Huius denicq̃ merito digna fuit dari hostia p uirgíneo partu. Sic quippe habes, par turturũ, aut duos pullos columbarum. Et licet aliàs quidẽ per colũbã spiritusanctus solcat designari,

Psal.37. *Canti.2.* *Gol.3.* *Hiere.31.* *Roma.8.* *1.Corĩ.12.* *Ioan.3.* *Ioan.3.* *Luc.2.*

tñ quia libidinosa auis est, non decuit offerri eã in sacrificium dñi, uisi ea sanè ætate qua nesciret libidinem. At turturis nõ designat ætas, qñ agnoscitur castitas in quacũq̃ ætate. Denicq̃ cõpare uno cõtenta est, quo amisso alterum iam nõ admittit, numerositatẽ in hominibus nuptiarũ redarguens. Nã etsi forsitã culpa ppter incõtinẽtiã uenialis est, ipa tñ tãta incõtinẽtia turpis est. Pudet ad negocitũ honestatis rõnẽ nó posse in hoĩe, quod natura possit in uolucre. Cernere eñ est turturem tpe suæ uiduitatis, sanctæ uiduitatis opus strenue atq̃ infatigabiliter exequentem. Videas ubiq̃ singularẽ, ubiq̃ gementẽ audias, nec unquam in uiridi ramo residentẽ, pspicies, ut tu ab eo discas uoluptatũ uirẽtia uelut uirulenta uitare. Adde q̃ in iugis mõtiũ & in summitatib⁹ arborũ frequentior illi conuersatio est, ut quod uel maxime propositũ pudicitiæ decet, doceat nos terrena despicere, & amare cælestia. Ex qbus colligit q uox sit turturis, etiã p̃dicatio castitatis. Neq̃ enĩ à principio uox ista in terris audita fuit, sed magis illa: Crescite & multiplicamini, & replete terrã. Incassum ꝓfectò uox illa pudicitiæ sonuisset, necdũ ꝓpalata resurgentiũ patria, in qua longe felicius hoies neq̃ nubent neq̃ nubent, sed sunt sicut angeli dei in cælis. D Tu ne uoci illi tp̃s fuisse tunc dicas cum maledicto ois subiacebat sterilis in israel cum patriarchæ ipsi plures simul haberent uxores, cũ frater fratris absq̃ liberis defuncti semẽ suscitare ex lege compellebatur? At ubi insonuit ex ore cælestis turturis cõmẽdatio illa spadonũ qui se castrauerũt propter regnum dei, & item alterius cuiusdam castissimæ turturis consilium de uirgínibus ubiq̃ inualuit, tunc primũ dici ueraciter potuit qa uox turturis audita est in terra nr̃a. Ergo si in terra nostra & flores apparuerunt, & uox turturis audita est, profecto & uisu ueritas cõperta est & auditu. Vox quippe auditur, flos cernitur. Flos miraculum est, ut nostra superior interꝑtatio habet, quod uoci accedens fructum parturit fidei. Et si fides ex auditu, sed ex uisu confirmatio est. Sonuit uox, splenduit flos, & ueritas de terra orta est: per fidelium confessionẽ uerbo signoq̃ pariter concurrentib⁹ in testimonium fidei. Testimonia ista credibilia facta sunt nimis, dum flos uoci, auri oculus attestatur. Audita uisa confirmant, ubi duorum testimoniũ (auris loquor & oculi) ratũ sit. Propterea dñs aiebat: Ite renunciate Ioanni (eius nempe discipulis loq̃batur) q̃ audistis & uidistis. Nec breuius illis nec planius intimari fidei ualuit certitudo. Eadẽ sanè in breui etiã uniuersæ terræ persuasio facta est, & eodẽ argumenti cõpendio. Quæ audistis, ingt, & uidistis. O uerbũ abreuiatũ, attamen uiuũ & efficax. Haud dubi⁹ ꝓfecto assero quod auribus oculisq̃ percepi. Intonat tuba salutaris, coruscant miracula, & mundus credit. Cito persuadetur quod dicitur, dũ quod stupef ostenditur. Habes aũt quia profecti apli p̃dicauerunt ubiq̃ dño cooperante & sermonẽ confirmante sequentib⁹ signis. Habes in monte stupenda claritate transfiguratũ & nihilominus supernа testificatum uoce. Habes in iordane similiter & columbam designãtem, & uocẽ testificantẽ. Itaq̃ hæc duo ubiq̃ pariter uox & signũ ad introducendã fidẽ ex diuina largitate concurrunt, ut latus ad aĩam per utraq̃ feneſtras ingressus pateat ueritati. B Sequitur. Ficus protulit grossos suos. Non comedam⁹ ex eis, nec eñ esui habiles sunt ob imaturitatẽ sui. Bonarũ ficuũ habẽt speciẽ, sed similitudinẽ, nõ saporẽ, fortè hypocritas designãtes. Non abnciamus tñ, aliàs forsitan his opus habebimus. Alioquin satis per seipsos leuiter & ante tp̃s cadẽt, sicut fœnũ tectorũ qd̃ prius quàm cuellatur exaruit: qd̃ ego de hypocritis dictũ reor. Nõ sine causa tñ in carmine nuptiali eorũ mentio facta est. Erũt sine dubio etsi nõ esui, usui qualicũq̃. Multa ĩ nuptiis ꝑter dapes necessarie procurãtur. Ego uerò istud adeò minime prætereũdũ existimo, ut qcqd illud est, inter angustias extremitatũ sermonis hui⁹ discutere nolim, sed differo in diẽ alterũ. & horã liberiorẽ. An uerò necessarie, uobis tũc experiri licebit, tñ mihi opportunitatẽ facultatẽq̃ obtineãt uota uestra ad proferẽdũ qd̃ sentio, ĩ uestrã

Luc.2. *Marc.16.* *Canti.2.* *Psal.128.* *Psal.92.* *Psal.84.*

ipsorum

ſpſore ædificationē,in laudē & gloriā ſpōſi eccl'iæ Ieſu xp̄i dñi noſtri,q eſt ſup oia deus benedictus in ſecula. Amen.

¶ De incredulitate iudæorum, qua compleuerunt menſuram patrū ſuorum, occidendo Chriſtum. Sermo LX. C

Canti.2. Icus protulit groſſos ſuos. Ex ſuperioribus pēdet pñs locus, dixerat eñ tēp⁹ putationis uenisse, tam ex floribꝰ quī iā apparebant, quàm ex auditu turturis uocē hoc afferens. Idipſum adhuc ex groſſorum productione affirmat: quia nō ſolum ex floribus & uoce turturis experimentū capitur tēporis, ſed capitur & ex ficu. Nō eñ non eſt acer indulgentior tunc cū ficus groſſos ſuos protulerit. Ficus flores nō habet, ſed pro floribꝰ groſſos mittit, tpe quo cæteræ arbores florent. Et quō flores apparent & tranſeunt, ad nihil utiles niſi q̄ ſecuturi fructus quidā p̄nuncij ſunt: ita & groſſi oriunt̄, ſed immature cadūt & dant locū maturandis, ipſi mīme habiles ad ueſcēdū. Et hinc ergo (ut dixi) ſumit ſponſus expimentū tpis & argumētū ſuaſionis, ut nō pigriteꝰ pergere ſpōſa ad uineas: ga non perit opa q̄ tēpeſtiua uenit. Et litera quidē ſic. Quid uerò ſpūs: Vt planè hoc loco nō ſicum intueamur, ſed populū: nempè de hoībus cura eſt deo, nō de arboribus. Verè ficus eſt ppl'us fragilis carne, paruulus ſenſu, aīo humilis, cuiꝰ primi fructꝰ (ut interim noī alludamus) groſſi utiq; & terreni. D Nec eñ popularis eſt ſtudiū primū q̄rere regnū dei & iuſtitiā eiꝰ, ſed ut ait apl's, co-
Matt.6. 1. Cori.7. gitare q̄ mūdi ſunt, quō placeāt uxoribus, uel ille uiris. Tribulationem carnis habebunt hmōi, ſed in nouiſſimis non negamus eos fructꝰ fidei aſſecuturos, ſi bonam habuerint nouiſſimā confeſſionē, maximeq; ſi carnis opera eleemoſynis redemerint. Ergo primi plebiū fructꝰ nec fructus ſunt, nō magis quàm ficuū groſſi. Deniq; ſi dignos poſtmodū fructus pœnitentiæ fecerint (nō enim prius q̄; ſpūale eſt,
Matth.3. ſed q̄ animale) dicet illis: Quē fructū habuiſtis tunc in illis in qbus nūc erubeſcitis? Ego tñ hoc loco nō quemuis ppl'm interp̄tari liberū puto, unꝰ ſignāter exprimit. Neq; enim ptulerunt dixit, quaſi de pluribꝰ, ſed q̄ſi de una protulit, inqt, ficus groſſos ſuos, & (ut ſentio ego) q̄ eſt plebs iudæorū. Quāta in hanc ſaluator parabolice in euangelio
Luc.13. Luc.21. Ioan.1. Marci.11. loq uidet, ut eſt illud: Arborē ficī habebat qdā plantatā in uinea ſua &c. Itē: Videte ficulneā et oēs arbores. Et Nathanaeli dictū eſt: Cū eſſes ſub ficu, uidi te. Et rurſum maledicit ficulneæ pro eò q̄ nō inuenit in ea fructū. Bene ficus, q̄ bona licet patriarcharū radice prodierit: nunquā tñ in altum ꝓficere, nunquā ſe humo attollere uoluit, nūquam reſpondere radici ꝓceritate ramorū, generoſitate florū, fœcūditate fructuū. Male prorſus tibi cū tua radice cōuenit arbor puſilla, tortuoſa, nodoſa. Radix eñ ſancta. Quid ea
Canti.2. dignū tuis apparet in ramis? Ficus, inquit, protulit groſſos ſuos. Nō hos nobili à radice traxiſti ſemē nequam. Qđ in ea eſt, de ſpūſancto eſt, ac ꝓ hoc ſubtile totū ac ſuaue. Tibi unde hi groſſi? Et uerè quid non groſſum in gente illa? Nec actus profecto, nec affectus, nec intellectus: ſed nec ritus quē in colēdo deum habuit. Nā actus in bellis, affectus in lucris totus erat, intellectus in craſſitudine lr̄æ, cultꝰ in ſanguine pecudū & armētorū. B At dicit aliquis: Cum iſtiuſmodi groſſos non aliqñ proferre gens illa ceſſauerit, ergo nō aliqñ tps putationis nō extitit, quia unum utriq; rei tps exiſtere perhibetur. Non ita eſt. Dicimus mulieres filios procreaſſe nō cū parturiūt, ſed cū iā pepererūt. Dicimus & arbores edidiſſe flores ſuos, nō cū cœperint florere, ſed potius cū dederint. Ita hic quoq; dictū eſt, quia ſicꝰ ptulit groſſos ſuos, non cū aliquos edidit, ſed cū totos. i. cū ad finē puenit editio. Quæris quo tpe iſtiuſmodi complemētū illi ppl'o accidit? Cū xp̄m occidit. tūc cōpleta eſt
Matt.23. Ioan.19. malitia eiꝰ, iuxta q̄ ipe eis p̄dixerat, implete menſurā patrū ueſtrorum. Vñ in p̄tib⁹ nō ꝓditurus iam ſpm̄, cōſummatum eſt inquit. O qualē conſummationē dedit groſſis ſuis ficus hæc maledictā, & ꝓbibria æterna ariditate damnata! O quàm ſunt nouiſſimi peiores prioribꝰ! Incipiens ab inutilibꝰ, ad pernitioſos puenit & uenenatos. O groſſum uiperēq; affectum, odire hoīem q hoīm & corpora ſanat, & aīas ſaluat. O nihilominus intellectum groſſum & certè bouinū, q deū nō intellexerunt, nec in operibus dei. Nimiū me fortaſſe q̄ratur in ſui ſuggillatione iudæus, q intellectū illius dico bouinum. Sed legat in Eſaia: & plus quàm bouinū audiet. Cognouit, inquit, bos poſſeſſorem ſuū, & aſinus p̄ſepe dñi ſui, iſrael nō cognouit me, populꝰ meus non intellexit. Vides me iudæe mitiorē tibi ꝓpheta tuo? Ego te cōparaui iumētis, ille ſubiecit. Quāquā in ſua ꝓſona ꝓpheta nō dixit hoc, ſed in dei, q deū ſe & ipſis opibus clamat. Et ſi mihi, inqt, nō credꝫtis, opibus credite: & ſi nō facio opa patris mei, nolite credere: nec ſic tñ euigilant ad intelligēdū. Nō fuga dæmonum, nō obedictia elemētorū, nō uita mortuorū beſtialē hāc & plꝰ quàm beſtialem hebetudinē ab eis depellere quiuit. De qua nō minus mirabili quàm miſerabili cæcitate factū eſt, ut in illud tam horrendū tamq; enormiter groſſum facinus proruerint, domino maieſtatis inſcientes manus ſacrilegas. Extunc Canti.2. itaq; dici potuit qa ſicꝰ protulit groſſos ſuos, cum iā uidelicet legitima illiꝰ ppl'i eſſe cœperūt quaſi in exitu ſup ſummum, ut nouis (iuxta ueterē ꝓphetiā) ſupuenientibus uetera proiicerent. Nō aliter ſanè quàm quō groſſi cadūt & cedūt ſuborientibꝰ ficubus bonis. Quādiu, inqt, non ceſſauit ficus producere groſſos ſuos, nō te uocaui ō ſponſa, ſciens nō poſſe una ꝓdire optimas ficus. Nunc aūt producētis q prius ꝓducēdi erāt, nō iā intēpeſtiue te inuito, cum boni ac ſalutares fructus in ꝓximo eſſe noſcant, inutiles ex punctura. D Nam uineæ, inqt, florentes odorē dederūt, Canti.2. quod nihilominus appropinquātis fructus indicium eſt. Hic odor ſerpentes fugat. Aiunt floreſcentibus uineis oē reptile uenenatū cedere loco, nec ullatenus nouorū ferre odorē florū. Qđ uolo attēdāt nouitij noſtri, & fiducialiter agant, cogitantes qualem ſpm̄ acceperūt, cuius primitias dæmones nō ſuſtinent. Si ſic nouitius feruor qd erit abſoluta perfectio? Perpendat ex flore fructus, & ſaporis uirtus ex ui æſtimet odoris. Vineæ florentes odorem dederunt. Et in principio quidē ſic fuit. Ad p̄dicationē nouæ gr̄æ ſecuta eſt nouitas uitæ in his q crediderūt, q cōuerſationem ſuā inter gētes habētes bonā xp̄i erant bonus odor in oī 2. Cori.2. loco. Odor bonus, teſtimoniū bonū. Hoc de bono opere tanquā de flore odor procedit. Et qm̄ tali flore & tali odore inter primordia naſcentis fidei fideles aīæ ueluti q̄dam ſpiritales uineæ refertæ apparuerūt, habentes teſtimoniū bonū & ab his q foris erant, nō incongrue (ut opinor) de ipſis dictū ſentimus qa uineæ florentes odorem dederunt. Ad qđ: Vt eo ſanè prouocati etiā qui necdū crediderant, ex bonis operibus illos conſiderantes glorificarent & ipſi deū, atq; ita eis odor uitæ ad uitā eſſe icīperet. Idcirco ergo dediſſe odorē nō immeritò referunt, q non ſuā gloriā, ſed aliorū de ſua bona opinione q̄ſiere ſalutē. Alioqn poterant more quorundā q̄ſtum æſtimare pietatē, uerbi gr̄a, oſtentationis mercedis. At iſtud eſſet non dare odorem, ſed uendere. Nunc uerò qa oia ſua in charitate faciebant, nō planè uēdiderūt odorē, ſed dederunt. Cæterū ſi uineæ aīæ, flos opus, odor opinio eſt, quid fructꝰ? Martyriū. Et uerè fructus uitis, ſanguis eſt martyris. Cum dederit, inqt, Pſal.126. dilectis ſuis ſomnum, ecce hæreditas domini filij merces fructus uentris. Propemodū dixiſſem, fructus uitis. Quid ni ſanguinem uuæ dixerim meraciſſimum, ſanguinem innocentis, ſanguinem iuſtiæ? Quidni muſtum rubens, probatum, p̄cioſum, planè de uinea ſoreth, torculari paſſionis expreſſum? Deniq; p̄cioſa in conſpectu dñi mors ſctōrū eius. C Hæc pro eo q̄ dictum eſt uineas florentes odorē dediſſe. Ita ſi ad tēpora gratiæ hunc locū reſpicere malimus, aut ſi placet magis referri ad patres (nam uinea domini ſabaoth domus iſrael eſt) erit ſenſus: Chriſtū in carne naſciturum & moriturū odorauerunt prophetæ & patriarchæ, ſed nō dederunt tunc eundē odorē ſuum, qa non exhibuerunt in carne quem in ſpū p̄ſenſerunt. Non dederunt odorē ſuū, nec ſecretū ſuū publicauerūt, expectantes ut reuelaretur in ſuo tpe. Quis ſanè tunc caperet ſapientiā in myſterio abſconditam, in corpore non exhibitam? Ita

Universidad de Deusto Biblioteca

Titū.3.

uíneæ tūc quidē nō dederūt odorē suū. Dederūt aūt post ea, cū p successiones generatio ū nascentem ex se xp̄m fm carnē partu uirgineo seculis ediderūt. Tunc planè, inquā, spūales illæ uíneæ dederūt odorē suū, cum apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri dei, & cœpit p̄sentē habere mundus quē pauci adhuc absentē p̄senserant. Vir ille (uerbi causa) q iacob tangens, & xp̄m sentiens, ecce, inquit, odor filij mei sicut odor agri pleni cui bñdixit dñs: cū hoc dicebat, habebat delicias suas sibi, nec cuiquā illas cōicabat. At ubi uenit plenitudo tēporis in quo misit deꝰ filiū suum factū ex muliere, factū sub lege, ut eos q sub lege erant redimeret: tunc prorsus odor ille qui in illo erat, sese ubiq; sparsit, adeò ut à finib⁹ terræ ip̄m sentiens clamaret ecclesia, oleū effusum nomē tuū: currēteq; adolescentulæ in odore olei. Ita ista uínea dedit odorem suum, & eo tp̄is dederūt & cæteræ ī qb⁹ hic ip̄e odor uitæ extiterat. Quid ní dederūt, è qb⁹ xp̄s fm carnē? Dictum est itaq; uíneas dedisse odorē, siue qa fideles animæ bonā de se ubiq; opinionem spargūt, siue q palā facta sunt mundo oracula & reuelationes patrū, & in oēm terrā exiuit odoratus eorū, dicēte apl'o: Manifeste magnū est pietatis sacramentū qđ manifestatū est in carne, iustificatū est in spū, apparuit angelis p̄dicatū est gentib⁹, creditū est mundo, assumptū est in gloria, D Mirū uerò si nec ficus nec uíneæ istæ aliqd habent qđ mores ædificet. Ego hūc locū arbitror esse & moralem. Dico aūt p gr̄am dei q̄ in nobis est, & ficus nos habere & uíneas. Ficus quidē qui suauiores in mor⁹ sunt, uíneas uerò q spū feruētiores. Oīs q se inter nos cōmuniter socialiterq; agit, & nō solū sine q̄rela conuersatur inter fratres, sed & multa cum suauitate fruendum se oībus præbet in oi officio charitatis, qdni illū uicē agere ficus conuenientissime dicā? Qui tñ grossos suos pri⁹ ptulerit pro iecerit q; oportet, timorē utiq; iudicij, quem perfecta charitas foras mittit: & amaritudinē pctorū, q̄ uerè confessioni & infusioni gr̄æ, crebrarūq; pfusioni lachrymarum cedat necesse est, cæteraq; talia instar grossorū p̄euntia fructuum suauitatē, q̄ nos quoq; p uosmetip̄os cogitare potestis. Vt tñ adhuc ego aliqd adnicia de eiusmodi qđ occurrit, uide te ne fortè etiā hæc inter grossos deputari possint, scientia, prophetia, linguæ, similiaq;. Et em̄ ista more grossorum deficere habent, & cedere melioribus, dicēte apl'o qa & scientia destruetur, & prophetiæ euacuabuntur, & linguæ cessabunt. Fidē q; ipsam intellectus excludet, speiq; succedat uisio necesse est. Qđ em̄ uidet qs, qd sperat? Sola nō excidit charitas, sed illa qua de⁹ toto corde, tota aīa, tota uirtute diligitur. Ideò hāc mínime grossis annumerauerim, ne ad ficū quidē dixerim pertinere, sed ad uíneas. Iam qui uíneæ sunt, seueriores nobis quàm suauiores se exhibent in spū uehementi agētes, zelantes pro disciplina, uitia acerrime corripiētes, aptantes sibi congruentissime uocem illā: Nónne q oderūt te dñe oderā, & sup ínimícos tuos ta beſcebā? Item: Zelus domus tuæ comedit me. Et mihi quidem illí in dilectione proximí, isti in dilectiōe dei eminere uidētur. Sed libet pausare sub hac uite & sub hac ficu, ubi dei proximiq; obūbrat dilectio. Vtranq; teneo cū te amo domine Iesu christe, qui meus proximus es, qm̄ homo es, & fecisti mecum misericordiam, & nihilominus es super omnia deus benedictus in secula. Amen.

Gal.2.

I. Cori.13. Lucæ.10.

Psal.136. Psal.68.

¶ *Qualiter ecclesia reperit diuitias diuinæ misericordiæ in foraminibus uulnerum Christi. Et de fortitudine martyrum quam à Christo receperunt.* Sermo LXI. C

Cant.2.

SVrge amica mea sponsa mea & ueni. Commendat sponsus multam dilectionem suam iterādo amoris uoces. Nam iteratio, affectionis expressio est: & q rursum ad laborem uínearum solicitat dilectam, ostendit quàm sit de animarum salute solicit⁹. Nam uíneas animas esse iam audistis: non immoremur superuacue in his q̄ dicta sunt. Videte sequētia. Sponsam tñ nusquā (ut memíni) in hoc toto ope apte adhuc noīarat, nisi mò cū ad uíneas itur, cum uíno charitatis appropínquatur. Quæ cū uenerit & perfecta fuerit, faciet spūale cōfugiū, & erūt duo nō in carne una, sed ín uno spū: dicente apl'o: Qui adhæret deo, unus spūs est. ¶ Sequit: Columba mea in foraminib⁹ petræ, in cauernis maceriæ, ostende mihi facié tuā, sonet uox tua in auríb⁹ meis. Amat, & pergit amatoría loq. Colūbā denuo blandiēdo uocat, suā dicit, & sibi asserit propriā. Qđ q; ipse rogari obnoxíus ab illa solebat, ipsi⁹ nūc uersa uice & cōspectū postulat & colloquiū. Agit ut spōsus: sed ut uerecūdus, publicū erubescit, decernitq; frui delicijs suis in loco seq̄stri, utiq; in foramib⁹ petræ, & in cauernis maceriæ. D Puta ergo sic dicere sponsum: Ne timeas amica quasi hæc ad quam tehortamur opa uíneariū, negociū amoris ípedire seu interrūpere habeat. Erit certè & aliqs usus ī ea ad id qđ pariter optam⁹. Vineæ sanè macerias habent, & díuersoria grata uerecundis. Hic literalis lusus. Quíd ní díxerím lusum? Quid enim serium habet hæc lr̄æ series? Ne auditu qdē dignū quod foris sonat, si non ínt⁹ adiuuet spūs ínfirmitatē intelligentiæ nr̄æ. Ne ergo remaneamus foris, ne & turpiū (qđ absit) amorū uídeamur lenocínia recensere, afferte pudícas aures ad sermonē q ín manib⁹ est de amore: & cū ipsos cogitatis amātes, nō uírū & fœminā, sed v̄bū & aīam sentíatis oportet. Et si xp̄m & ecclesiā dixero, ídem est, nisi q; eccl'iæ noie nō una aīa, sed multarū unitas uel poti⁹ unanímitas designatur. Nec sanè foramína petræ aut cauernas maceriæ latebras putetis operātiū ínigtatē, ne q̄ prius suspício subeat de operíbus tenebrarū, ali⁹ hūc locū ita exposuit, foramína petræ uulnera xp̄i interpretans. Recte oíno, nam petra xp̄s. Bona foramína, q̄ fidē astruunt resurrectionís, & xp̄i díuínitatē. Dñs meus, ínqt, & deus meus. Vñ hoc reportatum oraculū nisi ex foramínibus petræ? In his passer ínuenit sibí domū, & turtur nídū, ubi reponat pullos suos. In his se colūba tutatur, & circunuolitantē ínterpída intuec accípitrē. Et ideò ait: Columba mea in foramínib⁹ petræ. Vox columbæ in petra exaltauit me. Et item: Statuit, inquit, supra petrā pedes meos. Vír sapiens ædificat domū suam supra petram, q ibi nec uentorū formídet ínjurías, nec ínundationū. B Quid non boní in petra? In petra exaltatus, in petra securus, in petra firmiter sto. Securus ab hoste, fortis à casu, & hoc quoníam exaltatus à terra. Anceps est em̄ & caducū terrenū omne. Conuersatio nostra in cælis sit, & nec cadere nec deíci formídamus. In cælis petra, ín illa firmitas atq; securitas est. Petra refugium herinacijs. Et reuera ubí tuta firmacq; ínfirmis securitas & requies, nisi ín uulneribus saluatoris? Tanto illíc securior habito, quanto ille potentior est ad saluandū. Fremit mundus, premit corpus, díabolus ínsidiatur, non cado: fundatus enim sum supra firmam petram. Peccauí peccatum grā de turbatur conscientia, sed non perturbabitur, qm̄ uulnerum dñi recordabor. Nempe uulneratus est propter ínquitates nostras. Quid tam ad mortem, quod nō xp̄i morte saluetur? Si ergo ín mentē uenerit tam potens tamq; efficax medícamentum, nulla iam possíum morbi malignitate terreri. Et ideò líquet erraſſe illū, q aít: Maior est ínquitas mea, quàm ut ueníam merear. Nisi q; non erat de membrís xp̄i, nec pertinebat ad eum de xp̄i mérito ut suū p̄sumeret, suum díceret qđ illíus esset tāquā rem capitis membrum. C Ego uerò fidenter qđ ex me mihi deest, usurpo mihí ex uíscerib⁹ domíni, quoniā misericordía affluunt, nec desunt foramína per quæ effluant. Foderunt manus eíus & pedes, latusq; lancea forauerunt: & per has rímas licet mihí fugere mel de petra, oleumq; de saxo durissimo, íd est gustare & uídere quoníam suauis est dñs. Cogitabat cogitationes pacis, & ego nesciebam. Quis enim cognouit sensum dñi, aut qs consiliarius eius fuit? At clauis reserans, clauus penetrans factus est mihi, ut uídeam uoluntatem domíni. Quídni uídeam per foramē? Clamat clauus, clamat uulnus q; uerè deus sit ín xp̄o mūdum reconciliās sibi. Ferrum pertransijt animam eius, & appropínquauit cor illíus, ut non iam nō sciat cōpatí infirmitatibus meis. Patet arcanum cordis per foramína corporis, patet magnū illud pietatis sacramētum, patet uíscera misericordiæ dei nostri

Ephe.5. 1. Cori.6. Cant.2. Ibidem. Ioan.20. Psal.83. Cant.2. Psal.39. Psal.21. Psal.80. Deut.32. Psal.33. Luc.1.

dei nr̃i in qbus uisitauit nos oriens ex alto. Quidni uisce-
ra per uulnera pateãt: In quo eñ clarius quàm in uulneri-
bus tuis eluxisset q̃ tu dñe suauis & mitis, & multæ miæ?
Maiorem eñ miserationẽ nemo habet, quàm ut aiam suã
pouat qs pro addictis morti & damnatis. Meũ pinde me-
ritũ miseratio dñi. Non planè sum meriti inops, quandiu
Treñ.3. ille miserationũ nõ fuerit. Q; si miæ dñi multæ, mult9 mihi
lominus ego in meritis sum. Quid eñ si multorũ sim mihi
Roma.5. conscius delictorum? Nempe ubi abundauit delictum, su-
perabundauit & gratia. Et si miæ dñi ab æterno & usq; in
æternum, ego quoq; misericordias dñi in æternum canta-
bo. Nunqd iustitias meas? Dñe memorabor iustitiæ tuæ
solius. Ipsa est enim & mea. Nempe factus es mihi tu iusti-
tia à deo. Nunquid mihi uerendum ne non una ambobus
sufficiat? Non est pallium breue, qd̃ fm pphetam non pos-
Psal.118. sit operire duos. Iustitia tua iustitia in æternũ. Quid lon-
gius æternitate? Et te pariter & me operiet largiter larga
& æterna iustitia. Et in me quidem operit multitudinem
pctorũ: in te aũt dñe gd nisi pietatis thesauros, diuitias bo-
Psal.13. nitatis? Hæ in foraminibus petræ repositæ mihi. Q; ma-
gna multitudo dulcedinis tuæ in illis, opertæ quidem, sed
in his qui pereunt. Vt qd eñ sctm̃ detur canibus, uel mar-
1.Cori.2. garitæ porcis? Nobis autẽ reuelauit deus per spiritũ suũ,
etiã & apertis foraminibus introduxit in sctã. Quanta in
his multitudo dulcedinis, plenitudo gr̃æ, perfectioq; uir-
tutũ? A Ibo mihi ad illa sic referta cellaria, atq; ad ammo-
nitionem prophetæ relinquam ciuitates, & habitabo in
petra: ero quasi columba nidificans in summo ore forami-
nis, ut cum moyse positus in foramine petræ, transeunte
dño merear saltẽ posteriora eius prospicere. Nã facies stã
tis. i. incõmutabilis claritatem quis uideat, nisi qui intro-
duci iam meruit nõ in sancta, sed in sanctasanctorum? Nec
uilis tamen aut contemnenda posteriorũ cõtẽplatio. Con
temnat herodes: ego tanto magis nõ contẽno, quãto ma-
gis contẽptibilẽ se ostendit herodi. Habent etiam aliqd &
Psal.77. posteriora dñi qd̃ uidere delectet. Quis scit si conuertatur
Psal.20. & ignoscat deus, & relinquat post se bñdictionẽ? Erit cum
ostendet faciẽ suã: & salui erimus. Sed interim præueniat
nos in benedictionibus dulcedinis: illis utiq; quas post se
relinquere consueuit. Nunc dignationis suæ posteriora
demonstret, aliàs in gloria dignitatis faciem suam demon-
straturus. Sublimis in regno, sed suauis in cruce. In hac
Psal.15. me uisione præueniat, in illa adimpleat. Adimplebis me,
ait, lætitia cum uultu tuo. Vtraq; uisio salutaris, utraq; sua
uis, sed illa in sublimitate, ista in humilitate. Illa in splendo
Psal.67. re, hæc in pallore est. Deniq;, inquit, & posteriora dorsi ei9
in pallore auri. Quomodo non in morte pallescat? Sed me
lius pallens aurũ quàm fulgens aurichalcum, & quod stul-
tum est dei, sapientius est hominibus. Aurum uerbũ, aurũ
sapientia est. C Hoc aurum semetipsum decolorauit ab-
scondens formam dei, & formam serui pr̃tendens. Decolo-
Canti.1. rauit & ecclesiam quæ ait: Nolite me considerare q̃ fusca
Psal.67. sim, quia decolorauit me sol. Ergo & posteriora iplius in
pallore auri, quæ fuscũ non erubuit crucis, ustionẽ passio-
nis non horruit, liuorẽ uulnerũ non refugit. Et iam cõpla
cet sibi in illis, & optat nouissima sua fore horum similia.
Idcirco deniq; audit: Columba mea in foraminib9 petræ,
q̃ in Christi uulnerib9 tota deuotione uersetur, & iugi me
ditatione demoretur in illis. Inde martyri tolerantia, inde
illi magna fiducia apud deum altissimum. Nõ est q̃ uerea-
tur martyr exanguem, liuidamq; leuare ad cum faciem, cu-
ius liuore sanatus est, gloriosam representare similitudinẽ
mortis eius, utiq; in pallore auri. Quid uereatur cui etiam
Canti.2. à domino dicitur: Ostende mihi faciem tuam? Ad quid?
Vt mihi uidetur, se magis ostendere uult. Ita est, uideri
uult, non uidere. Quid eñ ille non uidet? Non est ei opus
ut quis se ostendat à quo nihil nõ uidetur nec si se absco-
dat. Vult ergo uideri, uult benignus dux deuoti militis
uultum & oculos in sua sustolli uulnera, ut illi9 ex hoc ani
mum erigat, & exẽplo sui reddat ad tolerãdum fortiorem.
Enimuerò non sentiet sua, dum illius uulnera intuebitur.

Stat martyr trípudiãs & triumphãs toto licet lacero cor-
pore, & rimãte latera ferro, nõ mõ fortiter sed & alacriter
sacrũ è carne sua circunspicit ebullire cruorem. Vbi ergo
tunc aia martyris? Nempe in tuto, nempe in petra, nempe
in uisceribus Iesu, uulneribus nimirũ patentibus ad intro
eundum. Si in suis esset uisceribus scrutans ea, ferrum pro
fecto sentiret, dolorem non ferret: succumberet, & negaret.
Nunc aũt in petra habitãs, quid mirum si in modũ petræ
durueriter? D Sed neq; hoc mirum, si exul à corpore, dolo
res non sentiat corporis. Neq; hoc facit stupor, sed amor.
Submittitur eñ sensus, nõ amittitur. Nec deest dolor: sed
superatur, sed cõtẽnit. Ergo ex petra martyris fortitudo,
inde planè potens ad bibendum calicem dñi. Et calix hic Psal.22.
inebrians quàm p̃clarus est? Præclarus, inquã, atq; iocun-
dus non minus imperatori spectanti quàm militi triũphã-
ti. Gaudium etem̃ dñi, fortitudo nr̃a. Quidni gaudeat, ad
uocẽ fortissimæ cõfessionis? Denicq; & reqrit eã cũ deside-
rio. Sonet, inquiens, uox tua in auribus meis. Nec cuncta- Canti.2.
bit repẽdere uicẽ sc̃m suã promissionẽ cõtinuo, ut qui se Marc.8.
cõfessus fuerit corã hoĩbus, cõfitebit & ipse eũ corã patre
suo. Rumpamus sermonẽ, nec enim põt finiri mõ, ne sit si-
ne modo, si cuncta q̃ adhuc ex proposito capitulo restant,
uno isto uelimus sermone complecti. Ergo quod supereſt
seruem9 principio alteri, ut de nostro sanè & uerbo & mo
do gaudeat sponsus ecclesiæ Iesus xp̃s dñs noster, qui est
super omnia deus benedictus in secula. Amen,

¶ *Qualiter intelligatur hoc quod dicitur, Oratio iusti penetrat cælos. Et q̃ nemo potest bene deum contemplari, & uerbum dei prædicare, nisi per sectam habuerit mentis puritatem.* Sermo. LXII. B

COlumba mea in foraminibus petræ, in cauernis Canti.2.
maceriæ. Non tantum in foraminibus petræ tu
tum reperit columba refugium, sed & in cauer-
nis maceriæ. Q; si macería non congeriem lapi-
dum, sed sanctorum communionem accipimus, uideamus
ne fortè cauernas maceriæ dixerit angelorum, qui ob su-
perbiam lapsi sunt, loca, quasi uacua derelicta, quippe quæ
repleri ex hominibus habent tanquam ruinæ de lapidib9
uiuis reficiendæ. Vnde apostolus Petrus: Accedentes, in- 1.Petr.2.
quit, ad lapidem uiuum, & ipsi tãquam lapides uiui super-
ædificamini domos spirituales. Nec puto ab re esse si intel-
ligim9 angelorum custodiam uicem exhibere maceriæ in
uinea dñi, q̃ est ecclesia p̃destinatorum: cum Paulus dicat:
Nõne omnes administratorii spiritus sunt missi in minis- Hebræ.1.
terium propter eos qui hæreditatẽ capiũt salutis? Et pro
pheta: Immittit angel9 dñi in circũitu timẽtiũ eũ. Et si ita Psal.33.
sedet, erit sensus, qa ecclesiã tpe & loco pegrinationis suæ Psal.118.
duæ res cõsolentur. De p̃terito quidẽ memoria passionis
xp̃i, de futuro aũt q̃ se in sortẽ sctõrũ cogitat & cõfidit re-
cipiẽdam. Ambo hæc ueluti añ & retro oculata insatiabili
desiderio cõtuet, & uterq; illi intuitus admodũ grat9, uter
q; est illi refugiũ, à tribulatione malorũ & dolore integra
cõsolatio: cũ non solum quid sibi expectandũ, sed & unde
id sit præsumendum nouerit. Expectatio læta nec dubia,
quæ christi morte firmata est. Cur paueat ad præmiũ ma-
gnitudinem, quæ precii dignitatem considerat? Quàm li-
bens mẽte inuisit foramina per q̃ sibi sacrosancti sanguinis
precium fluxit. Quàm libens cauernas perambulat & di-
uersoria & mãsiones quæ sunt in domo patris multæ atq;
diuersæ, in qbus habet collocare filios suos pro quorũq;
diuersitate meritorũ. Et tũc quidẽ (qd̃ solũ interim põt)
sola in his memoria reqescit, cæleste habitaculũ qd̃ desur-
sum est, iam aio induens. Erit aũt cũ implebit ruinas, cum Psal.109.
cauernas & corpore inhabitabit & mente, cũ uacua domi
cilia q̃ antiq reliquerũt habitatores, ipsa suæ uniuersitatis
illustrabit p̃sentia, nec ulla ultra apparebit cauerna pe-
nitus in cælesti macería, felici decætero perfectione sui atq;
integritate gaudente. D Aut si id magis probas, dicem9
has cauernas à studiosis & pijs mentibus non inueniri, sed
fieri. Quonam modo inquis? Cogitatione & auiditate.
Cedit nempe in modum maceriæ mollioris pia macerics
desiderio animæ, cedit puræ cõtemplationi, cedit crebræ

Universidad de Deusto
Biblioteca

orationi. Denicꝫ oratio iusti penetrat cælos. Non utiꝫ
aeris huiꝰ corporei spacioſas altitudines ueluti quodam
Ezech.5. remigio alarū ſuarum inſtar uolucris uolantis ſcindet: aut
quaſi gladius acutus ipſius firmamenti ſolidum celſumꝫ
Pſal.18. uerticem perforabit. Sed ſunt cæli ſancti, uiui, rationales, q
enarrant gloriā dei: q fauorabili quadam pietate noſtris ſe
uotis libenter inclinant: & ſinuatis ad tactū nræ deuotio-
nis affectibus in ſua nos recipiunt uiſcera quoties digna
ad eos intentiõe pulſamus. Pulſanti eñ aperietur. Licebit
itaꝫ unicuiꝫ noſtrū etiã hoc tpe nræ mortalitatis cauare
ſibi q̃cũꝫ pte uolet cauernas ſupnæ maceriæ: nũc qdẽ pa-
triarchas reuiſere: nũc uerò ſalutare ꝓphetas: nũc ſenatui
imiſceri apl'orũ: nũc martyrũ inſeri choris: ſed & beatarũ
uirtutũ ſtatꝰ & mãſiones à mimo angelo uſꝫ ad cherubim
& ſeraphim tota mentis alacritate percurrendo luſtrare:
Luce.12. prout quẽꝫ ſua deuotio feret. Apud quos magis afficiet
immittẽte ſibi ſpũ prout uult: ſi ſteterit & pulſauerit: cõ-
ſtim aperiet ei, & facta quaſi cauerna in mõtibꝰ uel potius
mentibꝰ ſctis: dũ ſe ultro inflectunt ad pietatẽ: requieſcet
uel paululũ apud illos. A Oĩs aĩæ ſic faciẽtis, & facies &
uox deo grata exiſtit: facies ꝓpter puritatẽ, uox ꝓpter, cõ-
Pſal.95. feſſionẽ. Etenĩ cõfeſſio & pulchritudo in cõſpectu ei. Vñ
Canti.2. & dr̃ illi q eiuſmodi ẽ. Oñde mihi faciẽ tuã: ſonet uox tua
in auribꝰ meis. Vox admiratio in aĩo cõtẽplãtis: uox gr̃a
rũ actio eſt. Delectat admodũ iſtiuſmodi cauernis deus: è
qbus ſibi uox reſonat gr̃arum actionis, uox admirationis
& laudis. Felix mẽs q̃ ſibi in hac maceria frequẽter cauare
ſtuduit: ſed q̃ in petra felicior. Licet qdem cauare & in pe-
tra: ſed ad hoc puriore mẽtis acie opus eſt; & uehementio
ri oĩno intẽtione: etiã & meritis potioribꝰ ſctitatis. Et ad
Ioan.1. hæc qs ſdone? Nẽpe ille q dixit. In principio erat uerbũ:
& uerbũ erat apud deũ, & deꝰ erat uerbũ: hoc erat in prin
cipio apud deũ. Nónne tibi uidet ipſis ſe uerbi penetrali-
bus immerſiſſe, & de abditis pectoris eiꝰ quandã intimæ ſa
pietiæ ſacro ſanctã cruiſſe medullã? Quid ille q ſapiam lo-
q̃bat iter pfectos: ſapiam in myſterio abſcõditã: quã nemo
principũ mũdi huiꝰ cognouit? Nónne uno & altero cælo:
acuta ſed pia curioſitate terebratis è tertio tãdẽ hanc pius
ſcrutator euixit? At ipam nõ ſiluit nobis uerbis qbus po-
2.Cori.12 tuit fidelibꝰ fideliter intimãs. Audiuit aũt uerba ineffabi-
lia: q̃ nõ licuit illi loq. Nõ utiꝫ hoĩ: nã ſibi illa loquebat &
deo. Puta ergo deũ quaſi ſolicitã pauli charitatẽ hoc mõ
cõſolari & dicere. Quid anxiaris q̃ cõceptũ tuũ audit? nõ
Canti.2. capit humanus? Sonet uox tua in auribus meis: hoc eſt.
Si quod ſentis non licet reuelare mortalibus: cõſolare tñ
q̃ uox tua diuinas queat mulcere aures. Vides ſctãm ani-
mã nũc qdẽ charitate ſobriã nobis: nũc uerò puritate ex-
cedẽtẽ deo? Vide etiam de ſctõ Dauid, ne fortè ipſe ille ſit
hõ de quo cũ deo quaſi de alio loquit: qm̃ cogitatio hoĩs
cõfitebit tibi: & reliquiæ cogitationis diẽ feſtũ agent tibi.
Ergo qđ de cogitatione ꝓphetica uerbo & exẽplo ꝓphe-
te uenire ad mediũ poterat: id ꝓpheta in publicã mox la-
xabat cõfeſſionem: & ex eo confitebatur in ppls dño, reli-
quũ ſibi & deo ſeruans: unaꝫ feſtiuũ ducens in lætitia &
exultatione. Hoc ergo eſt qđ nobis intimare memorato
uerſiculo uoluit: qcqd uidelicet ſua illa ſcrutabũda & aui-
da cogitatione ex arcano ſapientiæ eruere ꝑualebat: par-
tem quã poterat in ſalutẽ populorum ſolicita ꝑdicatione
impartiebat: reliquũ qđ capere plebes non poterant feſti-
ua iubilatione in dei laudibꝰ expendebat. Vides ſanctæ cõ
tẽplationi deperire nihil: dũ quod expendi in plebiũ ædi-
Pſal.146. ficationem non põt: id uel maxime deo ſit iocunda decoꝛ
racꝫ laudatio? D Quæ cum ita ſint, duo liquet cõtempla
tionis genera eſſe, unum de ſtatu & felicitate & gloria ci-
uitatis ſupernæ: quo uel actu uel ocio ingẽs illa cælestium
ciuium occupata ſit multitudo: alterũ de regis ipſi? maie-
ſtate, æternitate, diuinitate. Illa in maceria: iſta in petra.
Sed hoc quãto difficilius cauat: tanto ſuauius quod inde
eruis ſapit. Nec uereris illud qđ ſcriptura minat ſcruta-
toribus maieſtatis: tantũ affer purũ & ſimplicem oculum.
Non opprimeris à gloria: ſed admitteris: niſi non dei, ſed
tuã q̃ſieris gloriã. Aliſoquin ſua quiſꝫ opprimitur, nõ dei
gloria: dũ procliuis in iſtã, ad illã leuare ceruicem nõ ſtuit:
nimirũ grauẽ cupiditate. Hac excuſſa ſecure ſcrutemur in
petra: in qua theſauri abſcõditi ſapientiæ & ſcientiæ ſunt.
Pſal 54. Si adhuc dubitas: audi ipſam petram. Qui operantur, in-
quit, in me: nõ peccabũt. Quis dabit mihi pẽnas ſicut co-
lũbæ: & uolabo & requieſcã? Ibi requiẽ inuenit mãſuetꝰ
& ſimplex ubi doloſꝰ opprimit, uel elatꝰ & cupidꝰ inanis
gl'iæ. Eccl'ia colũba eſt: & ideo requieſcit. Colũba: quia inno-
cens, qa gemens. Colũba inquã: quia in mãſuetudine ſuſci
pit inſitũ uerbũ. Et requieſcit in uerbo, hoc eſt in petra: nã
petra eſt uerbũ. Eccl'ia ergo in foraminibꝰ petræ per quã
introſpicit & uidet gloriã ſponſi ſui: nec opprimit tñ à glo
ria: qñ nõ ſibi uſurpat eã. Non opprimit, quia non ſcruta-
trix maieſtatis eſt, ſed uolũtatis. Nam quod maieſtati attí-
net: interdũ qdẽ & in ipſam intendere audet, ſed quaſi ad-
mirans: nõ quaſi ſcrutãs. Sed & ſi qñ per exceſſum rapi in
illã contingat: digitus dei eſt iſte dignanter leuãs hoĩem:
nõ hoĩs temeritas inſolenter dei alta peruadẽs. Cum enim Actu.9.
apl's raptum ſe cõmemoret, ut auſum excuſet: quiſnam al-
ter ꝑſumet mortalium huic ſe diuinæ maieſtatis horrendo
ſcrutinio ꝓprijs intricare conatibus: & importunus cõte
plator pauenda irrũpere in arcana? Scrutatores proinde
maieſtatis tanquã irruptores dici reor: non qui ſ. rapiũ-
tur in eã: ſed qui irruũt. Ipſi itaꝫ opprimunt a gl'ia. Ergo
formidoloſa ſcrutatio maieſtatis: at uoluntatis tam tuta
quàm pia. B Quidni tota diligẽtia ſcrutando inſtẽ ſacra
mento gl'iæ uoluntatis: cui mihi parendũ p oĩa ſcio? Sua
uis gloria q̃ non aliunde quàm de ipſius ſuauitatis cõtem
platione procedit: quàm de diuitiarũ bonitatis ac multæ
miſerationis intuitu. Deniqꝫ uidimus gloriã hanc: gloriã Ioan.1.
quaſi unigeniti à patre. Totũ nẽpe beniguũ & uere patero
nũ quod apparuit gloriæ in hac parte. Non me opprimet
gl'ia iſta totis licet uiribꝰ intendentẽ in ſe: ego potius im-
primar illi. Etenim reuelata facie ſpeculantes in eandẽ ima
ginem transformamur de claritate in claritatẽ tanquam à
dñi ſpũ. Transformamur cũ cõformamur. Abſit autẽ ut in
maieſtatis gloria: & nõ magis in uoluntatis modeſtia: dei
ab hoĩe conformitas ꝑſumat. Gl'ia mea hæc eſt ſi umquã de
me audiero. Inueni hoĩem ſm cor meũ. Cor ſponſi: cor pa-
tris ſui. Ipm quod: Eſtote, ait, miſericordes ſicut & pater Luce.6.
ueſter miſericors eſt. Hæc forma quã uidere deſiderat: cũ
eccleſiæ dicit, oſtende mihi faciem tuam: forma pietatis &
mãſuetudinis. Hanc cum oĩ fiducia leuat ad petram cui ſi-
milis eſt. Accedite, inquit, ad eum & illuminamini: & fa-
cies ueſtræ non confundentur. C Quo pacto humilis ab
humili confundetur, à pio ſancta, & à manſueto modeſta?
Non planè abhorrebit à puritate petræ pura facies ſpon-
ſæ, nõ magis quàm à uirtute uirtꝰ: à lumine lumẽ. Sed quia
nõ ex oĩ interim parte adhuc ad petrã forãdam eccleſia ac-
cedere põt (neqꝫ eñ omniũ eſt q in eccleſia ſunt ſacramẽta
diuinæ uolũtatis inſpicere: aut apꝑhẽdere per ſemetipſos
ꝓfunda dei) ideo nõ ſolũ i foraminibus petræ ſed & in ca-
uernis maceriæ habitare oſtenditur. Ergo in perfectis qui
dem qui rimari ac penetrare arcana ſapientiæ & puritate
conſcientiæ audent, & intelligentiæ acumine poſſunt: ha-
bitat in foraminibus petræ. De reliquo in cauernis mace-
riæ: ut qui in petra p ſemetipſos fodere, aut non ſufficiũt:
aut nõ ꝑſumũt: in maceria fodiant, contenti uel gl'iam ſan-
ctorũ mente intueri. Si cui ne hoc qdẽ poſſibile ſit: huic ſa-
nè ꝓponet Ieſum, & hũc crucifixum: ut & ipſe abſq; ſuo la
bore habitet in foraminibus petræ: in qbus nõ laborauit.
Iudæi in his laborauerũt: & ipe in labores infidelitãũ introi
bit ut ſit fidelis. Nec uerendũ q̃ patiat repulſam: qui & no
catur ut intret. Ingredere, inqt, in petrã: & abſcondere in Eſa.2.
foſſa humo à facie timoris dñi, & a gl'ia maieſtatis eius. In-
firmæ adhuc & inerti aiæ (cõ) iuxta quod in euãgelio qdam
de ſemetipſo confitetur: fodere nõ ualet: mẽdicare erube- Luce.16.
ſcit) foſſa oſtenditur humus ubi lateat: donec conualeſcat
& proficiat: ut poſſit & ipſa per ſe cauare ſibi foramina in
petra, per quæ intret ad interiora uerbi, animi utiꝫ uigo-
re & puritate

re & puritate. Et si intellixim⁹ fossam humũ, illã quæ ait:
Psal.21. Foderunt manꝰ meas & pedes meos: non erit ambigendũ de sanitate in ea citius adipiscenda aïæ uulneratæ quæ in ea demorabit. A Quid enim tã efficax ad curanda conscientiæ uulnera, necnõ ad purgandã mẽtis aciẽ, quàm xpi uulnerũ sedula meditatio? Verum donec purgata & sana ta pfectie fuerit, non uideo qualiter illi aptari possit qđ dr:
Cant.2. Ostẽde mihi faciẽ tuã, sonet uox tua in auribus meis. Qũo deniq; faciem suã ostendere audeat, uel leuare uocem suã,
Esaiæ.2. cui & latere indicitur? Abscondere, inquit, in fossa humo. Quare? Quia non est pulchra facie, nec digna quæ uideatur. Non erit digna uideri, quãdiu nõ erit uidere idonea. Cum aũt per inhabitationẽ fossæ humi in sanando oculo interiori tñ profecerit, ut reuelata facie speculari gloriam dei & ipsa possit, tũc demum quæ uidebit fiducialiter iam loq̃tur, uoce & facie placẽs. Placeat necesse est facies, quæ in dei claritatem intẽdere põt. Neq; eñ id posset, nisi clara ipsa quoq; esset & pura, utiq; trãsformata in eandẽ quam conspicit claritatis imaginem. Alioqn ipsa dissimilitudine resiliret ĩsolito reuerberata fulgore. Ergo cũ pura purã intueri potuerit ueritatẽ: tũc faciẽ ipsius sponsus uidere cupiet, consequenter & uocẽ eius audire. Nã quantũ illi placeat cum puritate quidem mentis prædicatio ueritatis,
Cant.2. ostendit, cum subinde infert: Vox enim tua dulcis. Quia enim non placeat uox si displiceat facies, demonstrat cum illico subdit: Et facies tua decora. Quid internæ decor faciei nisi puritas? In pluribus hæc absq; prædicationis uoce complacuit, illa absq; ista in nemine. B Impuris non se ostendit ueritas, non se credit sapientia. Quid ergo lo-
Ioan.3. quuntur quã non uiderũt? Qđ scimus, inquit, loqmur, & quæ uidimus testamur. Id ergo tu audes testari qđ nõ uidisti, & loqui qđ ignoras? Quæris quẽ dicã impurũ? Qui laudes requirit hũanas, qui nõ ponit sine sumptu euangelĩ, q euãgelizat ut mãducet, q quæstũ æstimat pietatem, q nõ reqrit fructũ, sed datũ. Impuri sunt tales, & cũ non habeãt unde uideãt ueritatẽ propter impuritatẽ, habent tñ unde illã loquãtur. Quid præpropere agitis? Cur lucẽ nõ
Psal.126. expectatis? Cur opꝰ lucis ante lucem præsumitis? Vanum
1.Cori.13. est uobis ante lucem surgere. Lux est puritas, lux est charitas quæ nõ quærit q̃ sua sunt. Hæc p̃cedat, & pes linguæ in incerto nõ ponit. Superbo oculo ueritas nõ uidetur, syncero patet. Nõ est qđ se ueritas deneget intuẽdã puro cor
Psal.49. di, ac p hoc nec eloquẽdã. Peccatori autem dixit deꝰ. Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamẽtum meum per os tuũ? Multi puritate neglecta, ante loqui quàm uidere conati sunt, & aut grauiter errauerũt nescientes de quibus loquerentur, neq; de quibus affirmarent: aut turpiter uiluerũt, dũ q alios docerẽt, seipsos nõ docuissent. A quo nos gemino malo semper custodiat exoratus à nobis spõsus ecclesiæ Iesus christus dominus noster, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

¶ *Quo uiro sapienti uita seu mens sua sit sibi uinea in cultu. Et de duobus uulpium generibus, scilicet adulatoribus & detractoribus. Et de tentationibus monachorum nouitiorum.* Sermo LXIII. D

Cant.2. CApite nobis uulpes paruulas quæ demoliũtur uineas. Nam uinea nostra floruit. Liquet q̃ non ociose ad uineas ĩtũ sit, qñ ibi inuentæ sunt uulpes demolientes eas. Litera quidem istud. Spiritus autem quid? Ante omnia sanè ut communem, & usitatum literæ sensum in hac explanatiõe penit⁹ respuam⁹, ut potè ineptũ & insulsum: idignũq; planè q recipiat in scriptura tã sancta tã authẽtica. Nisi qs fortè ita uecors & aio stolidꝰ sit, ut pro magno habeat didicisse ex ea instar filiorum huius seculi, curã gerere terrenarũ possessionum, cu-
Ephe.5. stodire & defensare uineas ab incursantibus bestijs, ne fortè contingat amittere fructum uini, in quo est luxuria, simulq; pareat opera & impensa. Grande scilicet dãnum, ut propterea librũ sanctũ tãto studio & tãta cum ueneratiõe legamus, q̃ docemur in eo à uulpibus uineas custodire, ne in excolendis illis frustra marsupia uacuentur si in custodiendis illis pigri fuerimus. Non estis tã rudes, neq; adeò spiritualis gratiæ expertes, ut ita carnaliter sapiatis. Ergo in spiritu ista q̃ramus. Ibi sanè inuenimus, sano qdẽ intellectu, sensuq; nihilominus digno, & uineas florentes, & uulpes demolientes, in quibus capiendis uel amouendis & honestius laboratur & fructuosius. An uos dubitatis longe uigilantius insistendum mentibus seruandis quàm frugibus, lõge curiosius inuigilãdũ cauẽdis ppter illas spũalibus neqtijs, quàm capiendis propter istas fraudulentis uulpeculis? A Sed iam à me demõstrãdæ sunt spiritales istæ tam uites quàm uulpes. Vestra intererit filij suæ quẽq; uineæ putidere, cũ me disputante aduerterit in quibus sibi & à qbꝰ maxime sit cauendũ. Viro sapienti sua uita uinea est, sua mẽs, sua cõscientia. Nil qppe incultũ desertúmue in se sapiens derelinquet. Stultus non ita. Cuncta apud eũ neglecta inuenies, cũcta iacentia, cuncta inculta & sordida. Nõ est uinea stulto. Quomõ uinea, ubi nil plantatũ, nil elaboratũ uspiã paret? Tota spinis siluescit & tribulis stulti uita, & uinea est? Et si fuit, iam nõ est, redacta in solitudinẽ. Vbi uitis uirtutis? Vbi botrꝰ boni operis? Vbi uinum lætitiæ spũalis? Per agrũ hominis pigri transiui, in- *puer.24.*
quit, & per uineã uiri stulti, & ecce totum repleuerãt urticæ, & opuerũt superficiẽ eiꝰ spinæ, & macería lapidũ destructa erat. Audis sapientẽ irridentẽ stultũ q̃ bona naturæ & dona gr̃æ q̃ fortè p lauacrũ regeneratiõis accepat, tanquã illã quã plãtauit deus & nõ hõ primã suam uineã, in nõ uinea negligẽdo redegit. Deniq; nõ põt uinea esse ubi uita nõ est. Nã stultus q̃ uiuit, mortẽ potius quàm uitã esse cẽsuerim. Quõ uita cũ sterilitate? Arbor arida & in sterilitatem uersa nónne mortua iudicat? Et sarmẽta mortua sunt.
Et occidit, inqt, in grãdine uineas eorũ: monstrãs uita priuatas q̃ sterilitate dãnatæ sunt. Sic stultꝰ eoipso q̃ inutiliter uiuit, uiuẽs mortuus est. Soli itaq; conuenit sapiẽti habere uel potius esse uineã. Qui uitã habet est lignũ fructiferum in domo dei, ac per hoc lignũ uiuẽs. Siquidẽ & ipsa sapientia qua sapiẽs dicit & est, lignũ uitæ est apprehẽdentibus eã. Quidni uiuat apprehẽsor eius? Viuit, sed ex fide. Iustus nempe est sapiens, & iustus ex fide uiuit. Et si anima *Hebr.10.*
iusti sedes est sapiẽtiæ, sicut est: pfectò is sapiens, qui iustꝰ. Is ergo siue iustũ nomines siue sapiẽtẽ, nũquã absq; uinea uiuet, quia nũquã non uiuet. Hoc quippe est illi uinea qđ uita. Et bona uinea iusti, imo bona uinea iustus, cui uirtus uitis, cui actio palmes, cui uinũ testimonium conscientiæ, cui lingua torcular expressionis. Deniq; glia nr̃a hæc est, inquit, testimoniũ cõscientiæ nr̃æ. Vides apud sapiẽtẽ uacare nihil? Sermo, cogitatio, conuersatio, & si qd aliud est ex eo, qd ni totum dei agricultura, dei ædificatio est, & uinea dñi sabaoth? Quid deniq; illi de se perire possit, qñ & foliũ eiꝰ nõ defluet? Cæterũ tali uineæ nũquã infestatiões, nũquã insidiæ deerũt. Nempè ubi multæ opes, multi sunt & q comedũt eas. Sapiẽs erit solicitus seruare uineã suam nõ minꝰ quàm excolere, nec sanct eã uorari à uulpibꝰ. Pessima uulpes occultus detractor, sed nõ minus nequam adulator blãdꝰ. Cauebit sapiens ab his. Dabit operã sanè qđ in ipso est, capere illos q talia agunt, sed cape bñficijs atq; obsequijs monitisq; salutaribꝰ & oronibus p his ad deũ. Nõ cessabit istiusmodi carbões ignis cõgerere sup caput maledici, & item super adulatoris, quousq; (si fieri potest) & illi inuidiã, & isti simulatiõnẽ de corde tollat, faciẽs mãdatũ spõsi dicẽtis. Capite nobis uulpes paruulas quæ de- *Cant.2.*
moliuntur uineas. An non tibi captus ille uidet q̃ suffusus ora rubore, qppe ppriũ erubescens iudiciũ, ipse suæ cõfusiõis & pœnitudinis testis est, siue q̃ oderit hominẽ amore dignissimũ, siue q̃ dilexerit tãtũ uerbo & lingua eũ à quo se diligi ope & ueritate uel sero expertus est? Captꝰ planè, & captus dño, sm q̃ noiatim ipse expressit: capite, inquens, nobis. Vtinam ego oẽs aduersantes mihi sine causa ita capere possim, ut xp̃o eos uel restituã uel acqrã. Sic fic cõsum *Psal.39.*
dant & reuereant qui quærũt aïam meã, auertantur retrorsum & erubescant q uolunt mihi mala, quatenus inueniar & ipse obediẽs sponso, nõ modo in capiẽdo uulpes, sed & in capiendo ipsi. Sed reflectat sermo ad sui principium, ut

Universidad de Deusto Biblioteca

ſuo ordíne ſeries explanationis procedat. A Capite nobis uulpes paruulas quæ demoliuntur uineas. Locus moralis eſt, & iuxta morũ diſciplinã nos iam oſtendimus ſpiritales has uineas non niſi ſpũales uiros eſſe, quorum cum omnia interiora culta ſint, oĩaq; germinantia, oĩa fructifícantia & parturientia ſpũ ſalutis, quõ de regno dei, ſic de his uineis æque dñi ſabaoth poſſunt dicere: qũ intra nos ſunt: Deniq; in euãgelio legitur dari gentibus regnum facientibus fructus eius. Hi ſunt quos paulus enumerat dícens: Fructus autem ſpũs eſt charitas, gaudium, pax, patiẽ Gal.5. tia, longanimitas, bonitas, benignitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas. Fructus iſti profectus noſtri. Hi accepti ſponſo, quia ipſi cura eſt de nobis. Num de uirgultis cura eſt deo? Homines non arbores amat homo deus, & noſtros pfectus ſuos fructus deputat. Tps horum diligẽter obſeruat, arridet apparentibus, & ſolícitus ſatagit ne pereãt nobis cum apparuerint. Imo uerò ne pereãt ſibi: ſe cñ reputat tãquam nos. Ideoq; prouidens capi ſibi iubet inſidiãtes uulpeculas, ne nouellos fructus ipſæ præ- Cant.2. ripiant. Capite, inquit, nobis uulpes paruulas quæ demoliuntur uineas. Et quaſi quis dicat, ꝓpropere times, nõdũ uenit fructuũ tẽpus: nõ eſt ita, inquit, nã uinea noſtra floruit. Poſt flores nõ eſt fructuũ mora: adhuc illis cadẽtib⁹, iſti erũpũt illico, illico incipiũt apparere. B Parabola iſta inſtantis eſt tpis. Videtis iſtos nouitios? Nuper uenerũt, nuper cõuerſi ſunt, non poſſumus de ipſis dicere quia uinea noſtra floruit. Floret cñ. Interim quod in eis appere uidetis, flos eſt, fructuũ tempus nondum aduenit. Flos nouella cõuerſatio eſt, flos formula recẽs uitæ emendationis eſt. Inducerũt ſibi facie diſciplinatã, & bonam toti⁹ corporis cõpoſitionẽ. Placent fateor q̃ in facie ſunt, negligentior utiq; is g foris apparet corporum cult⁹ & ueſtiũ, ſermo rarior, uult⁹ hilarior, aſpect⁹ uerecũdior, inceſſus maturior. Verum qa hæc nouiter cœpere, ipſa ſui nouitate flores cẽſenda ſunt, & ſpes fructuum magis quàm fructus. Vobis fiſ.14. lioli non timemus à fraude uulpium, quæ fructibus magis quàm floribus inuidere noſcunt. Veſtrum altiũde periculum eſt. Vſtionem certè metuo floribus, non ſubreptionẽ, ſed uſtionẽ à frigore. Aqlo mihi ſuſpect⁹ eſt, & frigora matutina quæ intẽpeſtiuos flores ſolent pdere, fructus præri- pere. Itaq; ab aquilone pandit ueſtrũ malum. A facie frigo- Pſal.147. ris eius qs ſuſtinebit? Hoc frigus ſi ſemel aĩam, aĩæ quidẽ (ut aſſolet) incuria ſpíritu dormitãte paruaſerit, ac nemine deinde (qd abſit) inhibente ad interiora eius peruenerit, deſcenderit in uiſcera cordis & ſinũ mentis, cõcuſſerit affectiones, occupauerit cõſilij ſemitas, perturbauerit iudicij lumen, libertatẽ addixerit ſpũs, mox (ut in corpe ſolet euenire febricitantibus) ſubit quidã animi rigor, & uigor lenteſcit, lãguor fingit uiriũ, horror auſteritatis intendit, timor ſolicitat paupertatis, cõtrahitur animus, ſubtrahit gra, ptrahitur longitudo uitæ, ſopit rõ, ſpũs extinguitur, deſeruescit nouitius feruor, ingraueſcit tepor faſtidioſus, refrigeſcit fraterna charitas, blanditur uoluptas, fallit ſecuritas, reuocat conſuetudo. Quid plura? Diſſimulatur lex, abdicatur ius, fas pſcribitur, derelinquitur timor dñi. Dãtur poſtremò impudẽtiæ man⁹, ꝑſumitur ille temerarius, ille pudendus, ille turpiſſimus, plenus ille ignominia & cõfuſione ſaltus de excelſo in abyſſum, & de pauimẽto in ſterquilinium, de ſolio in cloacam, de cælo in ſcænum: de claſtro in ſeculum, de paradiſo in infernum. Principiũ & originem huius peſtis, & uel qua arte uitetur, uel qua ſuperetur uirtute, nõ eſt hui⁹ tpis demõſtrare. Aliàs erit hoc, nũc cœpta pſequamur. Ad prouectiores & firmiores ſermo eſt retorquend⁹, ad uineã q̃ iam floruit, cui qdẽ etſi nõ eſt qd floribus formidet à frigore, ſed nõ fruct⁹ ſecuri ſunt à uulpibus. Dicendũ aperti⁹ quid ſint ſpũaliter hæ uulpes, cur puſillæ dicant, cur iubeant potiſſimũ capi, & nõ abigi uel occidi, etiã introducenda diuerſa genera harum beſtiarũ ad maiorẽ audientium notitiã & cautelã, nõ ſanè ſermone iſto, ut faſtidio cõſulam⁹, & nr̃æ deuotionis alacritas ppetuet in gra & cõfeſſione gl̃iæ magni eccl̃iæ ſponſi dñi nr̃i Ieſu xp̃i, qui eſt ſuper oĩa de⁹ benedictus in ſecula. Amen.

¶ *De tentationibus monachorum proiectorum, & de hæreticis.*

Sermo LXIIII. V

IDſum promiſſioni ueſtræ. Capite nobis uulpes paruulas q̃ demoliũtur uineas, nã uinea noſtra floruit. Vulpes tentationes ſunt. Neceſſe eſt ut ueniant tentatiões. Quis enim coronabitur, niſi qui legitime certauerit? Aut quomodo certabunt, ſi deſit qui impugnet? Tu ergo accedens ad ſeruitutem dei ſta in timore, & præpara aniмã tuam ad tentationem, certus omnes qui pie uolunt uiuere in xp̃o, perſecutionem paſſu- 2.Timo.3. ros. Porrò tentationes diuerſæ ſunt, pro temporũ diuerſitate. Et iuitiꝰ qdẽ nr̃is tanquã nouellarũ teneris floribus plantationũ in euidenti uis algoris incũbit, cuius meminimus in ſermone altero, & incipientes ab hac peſte cautos reddidimus. Iam uerò pficientiũ ſanctioribus ſtudiꝰ minime qdẽ eſſe opponere contrariæ uirtutes apte audent, ſed ſolẽt ex occulto inſidiari quaſi quædã fraudulentæ uulpeculæ, ſpecie qdẽ uirtutes, re autẽ uitia. Quãtos (uerbi gratia) ingreſſos uias uitæ, pgreſſos ad meliora, ſup ſemitas iuſtitiæ bene ſecurecq; proficiſcẽtes & proficientes, fraude phpudor uulpiũ harũ turpiter ſupplãtatos expt⁹ ſum, & ſero in ſe uirrutũ ſuffocatos plãgere fruct⁹. Vidi ego hominẽ currentẽ bñ, & ecce cogitatio (quidni uulpecula fuit?) quantis, inqt, bonũ quo ſolus fruor, ſi eſſem in patria, poſſem utiq; impartiri fratribus & cognatis, notis & amicis? Amãt me, & facile acquieſcerẽt ſuadẽti. Vt qd pditio hæc? Matt.26. Vado illuc, & ſaluo multos ex illis, & me piter. Nec uerendũ in loci mutatiõe. Etenim dũ bñ facia, quid intereſt ubi, ni ſi ꝙ illic ꝑculdubio ſati⁹ ubi fructuoſius degãr? Quid plura? It & perit miſer, non tam exul ad patriam quàm canis reuerſus ad uomitũ. Et ſe pdidit infelix, & ſuorũ acqſiuit neminẽ. Enuma uulpecula, iſta uidelicet fruſtratoria ſpes quã habuit in acqſitione ſuorũ. Potes tu quoq; p teipſum in teipſo alias atq; alias ſimiles huic inuenire ſeu aduertere ſi non negligas. C Vis tñ ut unã adhuc ego oſtendam tibi? Facio, etiã & tertiã & quartã quoq; demonſtrabo, ſi te ad capiẽdas eas quas fortẽ ex his in tua aduerteris uinea, inuenero uigilãte. Interdũ bene pficiẽtis cuiuſpiã, cũ ſibi pfuſius aliqd ſupnæ gr̃æ ſenſerit irrorari, ſubit aĩm deſideriũ pdicãdi, nõ qdẽ ad parẽtes & ꝑpiquos, iuxta illud, cõtinuo nõ acqeui carni & ſanguini: ſed q̃ſi puri⁹, fructuoſi⁹, fortiuscq; paſſim ad extraneos & ad oẽs. Caute oĩno. Sanè timet pphetica incurrere maledictũ, ſi quæ in abſcondito accepit frumenta, abſcõdat in pp̃is: & contra euãgelium facere, niſi q̃ in aure audiuit, pdicauerit ſuper tecta. Vulpes eſt, at ꝙ illa priore eò nociuior quò occultior ueniẽs. Sed capio tibi eã. Primus moyſes dicit: nõ arabis in primoge- Deut.15. nito bouis. Hoc paulus interp̃tans, nõ neophytũ inqt, ne 1.Tim.3. in ſuperbiã elat⁹ incidat i iudiciũ diaboli. Et rurſum. Nec Heb.5. q̃ſquã, inqt, ſumit ſibi honorẽ, ſed q uocat à deo tanquam Rom.10. aaron. Itẽ ipſe. Quõ pdicabũt, ait, niſi mittantur? Et ſimus monachi officiũ eẽ nõ docere, ſed lugere. Ex his ſilibusq; collectis mihi texo rete, & capio uulpẽ, ne demoliatur uineã. Ex his nẽpe claret & certũ eſt ꝙ publice pdicare nec mõacho cõuenit, nec nouitio expedit, nec nõ miſſo licet. Porrò cõtra hæc tria uenire quãta conſcientiæ demolitio eſt? Ergo qcqd tale aĩo ſuggerat, ſiue ſit illd tua cogitatio, ſiue immiſſio ꝙ ãgelũ malũ, doloſam agnoſce uulpeculam. i. malum ſub ſpecie boni. D Sed aſpice aliam. Quantos ex monaſterijs ſpũ feruẽtes eremi ſolitudo ſuſcepit, & aut tepefactos euomuit, aut tenuit contra eremi legem non modo remiſſos, ſed etiã diſſolutos: ſicq; apparuit uulpeculam affuiſſe ubi tãta facta eſt uaſtatio uineæ. i. uitæ & cõſciẽtiæ hoĩs detrimẽtũ. Cogitabat ſi ſol⁹ degeret, multo ſe copioſiores fructus ſpũs ꝓcepturũ, qppe q in eõi uita tñ ſpũalis gr̃æ fuiſſet exptus. Et bona uiſa eſt ſua cogitatio ſibi, ſed rei exitus indicauit magis candẽ illi cogitationem uulpẽ demoliẽtẽ fuiſſe. Quid illud qd nos quoq; toties in domo iſta tã grauiter inquietat, notabilem loquor quorũdã qui inter nos ſunt ſuperſtitioſamq; abſtinẽtiã, ex qua ſe oĩbus, ſibiq;

sibiq; oēs molestos reddūt: Quō nō hæc ipsa discordia tā gñalis & suæ illis cōscietiæ dissipatio est, & qđ in ipso est, grādis uineæ huius quā plātauit dextera dñi, uestræ scili-
Mat.26. cet oīm unanimitatis demolitio: Væ hoī p quē scandalū
Mar.9. uenit. Qui scandalizauerit, inquit, unū de his pusillis, durum est qđ sequit. Quāto duriora meret qui tātā & tā sanctam multitudinē scādalizat: Iudiciū prorsus durissimum portabit qui cūq; est ille. Sed hæc aliàs. B Nunc uerò intendamus his q̄ à sponso dicunt sup pusillis & astutis his aīalibus demolientibus uineas. Pusillis dixerim, non malitia, sed subtilitate. Astutū siquidem natura hoc genus est animātis, promptūq; admodū ad nocēdum in occulto, & uidet mihi congruentissime designare subtilissima quædā uitia, specie palliata uirtutū, qualiū utiq; formā præmissis ad notitiam exemplis, paucis licet iam aliquātisper expressis. Nec em̄ aliter nocere queūt nisi q̄ se uirtutes uirtutum quadā similitudine mentiūtur. Sunt aūt cogitationes hominū aut uanæ, aut factæ immissiones per angelos malos,
2.Cor.11. angelos satanæ qui se transfigurant in angelos lucis, parā-
Psal.10. tes sagittas suas in pharetra, hoc est in occulto, ut sagittēt in obscuro rectos corde. Vnde & pusillas eas propter hoc reor dici, q̄ cum cætera uitia quadā quasi corpulentia sui manifesta se præbeant, hoc genus pro sui subtilitate haud facile agnosci, & ideò nec cauerī possit, nisi dūtaxat à perfectis & exercitatis, & q habeāt illūminatos oculos cordis ad discretionē boni & mali, maxiēq; ad discretionē spirituū, qui cū apostolo possint dicere: qa nō ignoramus astutias
2.Cor.2. satanæ, neq; cogitationes eius. Et uide ne fortè ob hoc à sponso iubeant nō qdem exterminari uel abigi uel occidi, sed capi, q̄ uidelicet hmōi spirituales dolosasq; bestiolas omni uigilantia & cautela obseruari oporteat & examinari, & sic capi, id est comprehendi in astutia sua. Ergo cum pdītur dolus, cū fraus aperit, cū conuincit falsitas, rectissime tūc dicit capta uulpes pusilla q̄ demoliebat uineam. C Deniq; dicimus hominem in sermone capi, sicut habes in
Matt.22. euangelio: quia cōuenerunt pharisæi in unum ut caperēt
Canti.2. Iesum in sermone. Ita ergo sponsus capi iubet uulpes pusillas quæ demoliunt uineas, id est deprehendi, conuinci, pdi. Solū hoc malignitatis genꝰ id ppriū habet, ut agnitū iā minime noceat, ita ut agnosci sit illi expugnari. Quis em̄ nisi demēs cōpta decipula, scīēs & prudēs pedē mittat in illā? Sufficit, pinde si capiant q̄ eiusmodi sunt, hoc est si pdas & deducas ad mediū, qppe qbꝰ appere pire est. Non sic cætera uitia. Nēpe manifeste ueniunt, manifeste nocēt, scientes captiuāt, superāt reluctātes, utpotè ui nō dolo agētia. Ergo cōtra huiusmodi aperte fæuientes bestias non inuestigatione opus est, sed refrenatione. Solas has uulpes paruulas, dissimulatrices maximas (qa proditæ iā non nocent) sufficit educi in lucem & capi in callidītate sua. Nam foueas habent. Tali itaq; ex causa uulpes istæ & capi iubētur, & paruulæ describunt. Vel ideò paruulæ, ut nascentia uitia in ipso ortu, donec utiq; paruula sunt, uigilanter obseruans illico cōprehēdas, ne crescētia plus nocēat, & difficilius capiantur. D Et si iuxta allegoriam ecclesias uineas, uulpes hæreses uel potius hæreticos ipsos intelligamus, simplex est sensus, ut hæretici capiant potius quàm effugent. Capiant dico, nō armis, sed argumētis qbus refellant errores eorū, ipsi uerò si fieri pōt recōcilient catho
1.Tim.2. lice, reuocent ad uerā fidē. Hæc est em̄ uoluntas eiꝰ q uultoēs hoies saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire. Hoc deniq; uelle se phibet, q nō simplr capite uulpes, sed capite, inquit, nobis uulpes paruulas. Sibi ergo & sponsæ suæ, id est catholice iubet acqri has uulpes, cū ait: capite eas nobis. Itaq; homo de ecclesia exercitatus & doctus si cū hæretico hoīe disputare aggredit, illò intentionē suam dirigere debet, quatenus ita errantē cōuincat ut & cōuer
Iacob.5. tat, cogitās illud apli Iacobi: qa q cōuerti fecerit pctōrem ab errore uiæ suæ, saluabit aīam eius à morte, & opit multitudinē peccatorū. Quòd si reuerti noluerit, nec cōuict9 post primā iā & scd'am admonitionē (utpotè q oīno subuersus est) erit fm apostolū deuitandus. Ex hoc iā melius

cut quidem ego arbitror) effugat aut etiam relīgat, quàm sinit uineas demoliri. B Nec ꝓterea sanè nihil se egisse putet qui hæreticum uicit & cōuicit, hæreses confutauit, ueriſimilia à uero clare apertecq; distinxit, praua dogmata plana & irrefragabili rōne praua esse mōstrauit, prauum deniq; intellectū extollētē se aduersus scientiam dei in captiuitatē redegit. Nempe cœpit nihilominus q talia opatus est uulpem, etsi nō ad salutē illi: & cœpit eam spōso & spōsæ, quāuis aliter. Nā etsi hæreticus nō surrexit de fece, ecclesia tm̄ cōfirmat in fide, & qdē de ꝓfectib9 spōsæ, sponsus sine dubio gratulat. Gaudium eteīn dñi est fortitudo nra. Deniq; nō putat à se aliena lucra nra, qui se nobis tam dignāter associat, dū iubet capi uulpes nō sibi, sed nobis secū, capite inqens nobis. Aduertere est em̄ qđ ait nobis. Quid hac uoce socialius: An nō tibi uidetur hoc dicere, quasi qdā paterfamilias qui p se nihil habeat, sed oīa communia cū uxore & filiis atq; domesticis: Et q loqt de9 est, minime tm̄ ut deus id loquit, sed ut sponsus: Capite nobis uulpes. Vides quàm socialiter loquit qui sociū nō habet. Poterat dicere mihi, sed maluit nobis, cōsortio delectat9. O suauitatē, ô grām, ô amoris uim. Itane summus omniū un9 fact9 est oīm: Quis hoc fecit: Amor dignitatis nesci9, dignatione diues, affectu potens, suasu efficax. Quid uiolentius: Triūphat de deo amor. Quid tamen tam non uiolentum: Amor est. Quæ est ista uis quæso tam uiolenta ad uictoriā, tā uicta ad uiolentiā: Deniq; semetipsum exinanii Phil.2.
uit, ut scias amoris fuisse q̄ plenitudo effusa est, q̄ altitudo adæquata est, q̄ singularitas associata est. Cum quonam tibi ô admirande sponse tam familiare consortium: Nobis inquis capite. Cui tecū: An ecclesiæ de gentibus: De mortalibus & peccatoribus collecta est. Illam scimus quæ sit. Sed tu quis es, æthiopissæ huius tam deuotus, tam ambitiosus amator: Sanè nō alter moyses, sed plus quàm moyses. Nū tu ille es speciosus forma præ filiis hominū: Parū Psal.44.
dixi, cādor es uitæ æternæ, splēdor & figura substātiæ dei. Postremò super omnia deus benedictus in secula. Amen.

¶ *De duplici genere hæreticorum, scilicet manifestorum & occultorum. Et de impietate quorundam qui ne secretum prodatur peierare permittunt, dicentes uiros posse mulieribus cohabitare sine detrimento continentiæ.* Sermo LXV. D

OVos uobis sup uno capitulo disputaui sermones, tertium edere paro, si audire nō tædeat. Et necessariū reor. Nam quod ad nostram quidem spectat domesticam uineam (quæ uos estis) satis me arbitror in duobus fecisse sermonibus pro munimēto illi aduersus insidias tripartiti generis uulpiū, qui sunt adulatores, detractores, ac seductorū quidam spīritus, gnari & assueti mala sub specie boni inducere. Verum dominicæ nō ita. Illam loquor quæ impleuit terram, cuius & nos portio sumus uineam grandem nimis, domini plantatam manu, redemptam sanguine, rigatam uerbo, propagatam gratia, fœcundatam spīritu. Ergo plus proprii curā gerēs, in cōmune minus pfui. Mouet me autem pro ipsa multitudo demolītium eā, defensantiū paucitas, difficultas defensionis. Difficultatē occultatio facit. Nā cū ecclesia semp ab initio sui uulpes habuerit, cito omnes compertæ & captæ sunt. Cōfligebat hæretic9 palā, nā inde hæreticus maxime, q̄ palam uincere cupiebat, & succumbebat. Ita ergo facile illæ capiebant uulpes. Quid em̄ si posita in lucem ueritate, hæreticus in suæ pertinaciæ tenebris remanens, solus foris relīgatus arescere t: Nihilominus capta reputabatur uulpes condemnata impietate, & impio foras misso, ostentui utiq; iam uicturo, nō fructui. Ex hoc iuxta ꝓphetā: erāt Osee.9.
illi ubera arētia, & uenter sterilis quia nō repullulat error publice confutatus, & falsitas aperta non germinat. A Quid faciemus his malignissimis uulpib9 ut capi queant, q̄ nocere quàm uincere malūt, & ne apparere qdem uolūt, sed serpere: Omnibus una intentio hæreticis semper fuit captare gloriam de singularitate scientiæ, sola ista malignior cæteris, uersutiorq; hæresibus, dānis pascit alienis, propriæ gloriæ negligens. Docta credo exemplis ueterū,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ proditæ euadere nō ualebant, sed confestim capiebā
tur: cauta est nouo maleficij genere operarí mysteriū íni-
quitatis, eò licēti⁹ quò latēti⁹. Denicꝫ índixere (ut dicit)
latebras sibí, firmauerūt sibí sermonē nequā. Iura píura, se
cretū, pdere noli. Enímuerò aliàs ne tenuiter qdem iurare
ullatenus acqescūt, ppter illud de euāgelio, nō iurare neqꝫ
Luc.5. per cælū neqꝫ p terram &c. O stulti & tardi corde, repletí
planè pharisiaco spū, liquātes culicē, & camelū glutientes.
Iurare nō licet, & peierare licet: An in hoc solo utrūqꝫ lí-
cet: De quonā míhi euāgelio: loco, pducitis istā exceptio
nē q ne iota quidem (ut falso gloriamini) præteritis: Pa-
tet uos & superstitiose obseruare de iuramento, & flagitio
se præsumere de píurio. O peruersitatē. Qđ ad cautelā cō-
sultū est, uidelicet non iurare, hoc isti mādatí uice tam cō-
tentiose obseruant: & qđ immobili iure sancitum est, non
peierandū scilicet, hoc tāquā índifferens pro sua uolunta-
te dispēsant. Nō, ínquntˌ sed ne mysteriū publicem⁹. Qua-
si gloria dei nō sit reuelare sermonē. An dei inuident glo-
riæ: Sed magis credo ꝙ pandere erubescāt, scientes inglo
riū. Nam nefanda & obscœna dicunt agere in secreto, ſiq-
dē & uulpiū posteriora fœtēt. ℂ Sed taceo q̄ negarēt: ad
Matt.7. manifesta respōdeāt: An iuxta euāgelij cauēt sanctū dare
canibus, & margaritas porcis: At illud aperte fatení est se
nō esse de ecclesia, qui oēs q de ecclesia sunt, canes censent
& porcos. Sine exceptione enim omnibus qui de sua secta
nō sunt, suū illud quicquid est subtrahendum existimant.
Cæterū hoc & si sentiāt nō respōdebūt, ne manifesti fiant:
nēpe qđ oīmodo fugiūt, sed nō effugiēt. Responde mihi ô
homo qui plus quàm oportet sapis, & plus quàm dicí pōt
desipis. Dei est an nō mysteriū qđ occultas: Si est, cur nō
ad eius gloriā pādis: Nā gloria dei reuelare sermonem. Si
nō, cur fidem habes in eo qđ nō est dei, nisi quia hæretic⁹
es: Aut igiť dei secretū ad dei gloriā ˌpdāt, aut dei negent
mysteriū, & míníme se hæreticos negent, aut certè nihilo
mínus manifestos se fateantur inímicos gloriæ dei, qui no
lunt manifestum fierí quod ei norūt fore ad gloriam. Stat
puer.25. nempe scripturæ ueritas. Gloria regum celare uerbū, glo
ria dei reuelare sermonē. Nō uis tu reuelare: Nō ergo uis
deū glorificare. Sed fortè nō recípis scripturā hāc. Ita est,
solius euāgelij se profitentur æmulatores & solos. Respon
Matt.10. deant ˌpínde euangelio. Quod dico, ait, in tenebris, dicite
in lumine: & quod in aure auditis, ꝑdicate super tecta. Iam
nō licet silere, usquequo occultū tenet qđ palam de⁹ fierí
iubet: Vsquequo opertū est euāgelíū uestrum: Suspicor,
2.Cor.4 uestrū nō est pauli. Nā ille suū fatet opertū non esse. Et si,
ínqt, opertū est euāgelíū meū, in his opertū est qui pereūt.
Videte ne uos diceret apud quos euāgelíū ínuenit optū.
Quid aperti⁹ ꝙ pereatis: An fortè nec paulum recípitis:
De qbusdā ita audiui. Nō enī inter uos oēs p oīa concor
datis, etsi à nobis oēs dissentiatis. At uerò eorū uerba &
scripta & traditiones qui corporaliter cū saluatore fuerūt
pari auctoritate euāgelij cūcti (ni fallor) indifferenter re-
cípitis. Nūquid illi opertū tenuere euāgelíū suū: Nūqd
in deo carnis ínfirma, mortis horrida, crucis ignominiā
tacuere: Et quidē in oēm terrā exiuit son⁹ eorū. Vbí apo
stolica forma & uita quam iactatis: Illi clamāt, uos susur-
ratis. Illi in publico, uos in angulo. Illi ut nubes uolant,
Esa.60. uos ī tenebris ac subterraneis domib⁹ delitescitis. Quid
símile illis ín uobis ostēditis: An quod uobiscum mulier
culas non utiqꝫ circunducitis, sed includitis: Non æque
comitatio ut cohabitatio suspicioni patet. Verū quisnā
de illis símistrū quippiam suspicaret, qui mortuos suscita-
bant. Fac tu símiliter, & una recubantē putabo fœmínam
uirū. Alioquín temere tibí usurpas illorū dispensationē,
quorū sctitatē nō habes. Cum fœmína semp esse, & nō co
gnoscere fœmínā, nónne pl⁹ est quàm mortuū suscitare:
Quod minus est nō potes, & qđ maius est uis credā tibi:
Quotidie latus tuū ad lat⁹ iuuenculæ est in mēsa. Lectus
tuus ad lectum ei⁹ in camera, oculi tuí ad illius oculos in
colloquio, manus tuæ ad manus ipsius in opere: & conti-
nūes uis putarí: Esto ut sis, sed ego suspicióe nō careo. Scā
dalo míhi es, tolle scandali causam, quo te probes uerum
ut ſactitas euāgelij æmulatorē. Qui scādalizauerit unum Matt.18.
de ecclesia, nónne euāgelíū condemnat illū: Tu ecclesiam
scandalizas: Vulpes es demoliens uineā. Iuuate me socij
ut capiat. Vel potius capite uos nobis eā ô angeli sancti.
Versuta est ualde, operta est íníqtate & ipietate sua. Pla-
nè tam pusilla atqꝫ subtílis, ut facile qdē humanos frustre
tur obtut⁹. Numqd & uestros: Proptrerea uox illa ad uos,
utpotè sodales sponsi: capite nobís uulpes paruulas. Ergo Cant.2.
facite quod iubemini, capite nobis hanc tam uersipellem
uulpeculā, quam ecce iam diu frustra ísequímur. Docete
& suggerite qualiter fraus deprehendatur. Hoc enī est ece
pisse uulpem: qa longe plus nocet falsus catholic⁹, quàm
si uerus appareret hæreticus. Nō est autem hominis scire
quid sit in homine, nisi quis fortè ad hocipsum fuerit uel
illuminatus spíritu dei, uel angelica ínformat⁹ índustria.
Quod signū dabitis ut palā fiat pessima hæresis hæc do-
cta mentirí, nō lingua tm̄ sed uita: ℂ Et quidem recens
uastatio uineæ uulpem índicat affuisse, sed nescio qua arte
fingendí ita sua confundit uestígia callídissimum animal,
ut qua uel intret uel exeat, haud facile queat ab hoie de-
prehēdí. Cūcꝫ pateat opus, nō apparet auctor: ita per ea q̄
in facie sunt, cūcta dissimulat. Denicꝫ si fidē interroges, ní
hil christíanius. Si conuersationem, níhil irreprehensibi-
lius: & quæ loqť, factis ꝓbat. Videas hominē in testimonū
suæ fidei frequētare ecclesiā, honorare presbyteros, offer-
re munus suum, confessionem facere, sacramentís cōícare
Quid fidelius: Iam quod ad uitam moresqꝫ spectat, nemi
nē concutit, neminē circūuenit, nemínem supergreditur
Pallent ínsuper ora ieiunís, panem non comedit ociosus,
operat manibus unde uitā sustentat. Vbí iam uulpes: Te-
nebamus eā, quomodo elepsa est è manibus: Quō tam re-
pente disparuit: Instemus, ínuestígemus: à fructibus eius
cognoscemus eam. Et certè uincarum demolitio testatur
uulpem. Mulieres relictis uíris, & item uiri dímissis uxo-
ribus ad istos se conferunt. Clerici & sacerdotes po-
pulis ecclesiasqꝫ relictis íntonsi & barbatí apud eos ínter
textores & textrices plerunqꝫ ínuentí sunt. An nō grauis
demolitio ista: An non opera uulpiū hæc: Verū nō apud
omnes fortè ista tam manifesta deprehendunt, & si sint, nō
est unde probētur. Quonā modo capimus illos: Reuerta-
mur ad cōsortiū & contubernīū fœmínarū. Hoc enī inter
eos nemo q careat. Interrogo unūquēpiā horū. Heus tu
bone uir, quænam hæc mulier, & unde hæc tibí: Vxórne
tua: Non, ínquit, nā uoto meo istud nō cōuenit. Filia er-
go: Non. Quíd: Nō soror, nō neptis, non aliquo saltem
ꝓpínqtatis uel affinitatis gradu attínēs tibi: Nullo pror-
sus. Et quomodo tuta tibí cum ísta continentia tua: Sanè
nec licet tibi istud. Cohabitationē (si nescis) uirorū & fœ
minarū ín his qui nouere continētiā, ecclesia uetat. Si nō
uis ſcādalizare ecclesiam, eíce fœminā. Alioquín ex hoc
uno cætera q̄ nō adeò manifesta sunt, ꝓculdubio credibí
lia fiunt. A Sed quo míhi, ínquit, euāgelij loco mōstras
ꝓhibitū istud: Euangelium appellasti, ad euāgelium ibis.
Si obedías euāgelio, non facies ſcādalum. Prohibet enim
planè euāgelium scandalum fierí. Facís autē tu, ístam non
amouēdo iuxta cōstitutū ecclesiæ. Suspectus eras, at nunc
manifeste censebere & cōtēptor euāgelij, & eccl'iæ aduer-
sator. Quíd iudicatis fratres: Si ꝓtínax fuerit ut nec obe-
diat euāgelio, nec ecclesiæ acqescat, qd iā tergiuersarí po-
test: Nónne apte uobis uidet deꝓhensa fraus, cōprehensa
uulpes: Si non amouet fœmínam, nō amouet scandalum.
Si non amouet scandalū cum amouere possit, transgressor
tenetur euangelij. Quíd factura ecclesia est, nisi ut amoueat
illum q nō uult amouere scandalū, ne sit símilis illi mobe-
diens: Nam hoc mandatū habet ex euangelio, non parce-
re nec proprio oculo scandalizanti se: non manui, non pe-
dí, sed eruere illū, abscíndere ísta, & proíicere à se. Si, ínqt, Matt.18
ecclesiam nō audierit, sit tibí sicut ethnicus & publícanus.
B Fecímus ne aliquíd: Puto quia fecimus. Cœpím⁹ uul-
pem, quía fraudem percepímus. Manifesti sunt qui late-
bant falsi

bant falsi catholici,uerí depredatores catholicæ. Etenim dum mecū dulces capiebas cibos,corpus dico & sanguinem christi,dum in domo dei ambulauimus cū consensu: fuit suadendi locus,imo opportunitas seducendi iuxta illud Sapientiæ:Simulator ore decipit amicum suum.Nūc autem facile sm sapientiā Pauli:post unā & secundam ammonitionē hæreticū hominem deuitabo,sciens quia subuersus est qui eiusmodi est, ac proinde cautus prouidere ne iam sit & subuersor.Itaq; nō nihil est(iuxta uerbum sapientis)in insidijs suis captos esse iniquos. Illos præsertim iniquos,qui insidijs pro armis uti cauti sunt.Nam cōflictus omnino ab his & defensio periit. Vile nempe hoc genus & rusticanum ac sine literis,& prorsus imbelle. Denicq; uulpes sunt,& pusillæ:sed neq; illa in quib9 male sentire dicunt,defensibilia sunt,nec tam subtilia quàm suasibilia,idq; dūtaxat mulierculis rusticis & idiotis, & quales utiq; oēs sunt quotquot adhuc de secta hac esse expertus sum.Nec eñ in cūctis assertionibus eorum(quam multæ sunt)nouū gd aut īauditū audisse me recolo,sed quod tritū est & diu uentilatū inter antiquos hæreticos, à nr̄is autē cōtritū & euentilatū. Dicendū tm̄ & dicā quænā illæ ineptiæ sint,partim quas scisscitātibus se catholicis minus caute respondentes ipsi confessi sunt, partim quas diuisi ab inuicē litigātes de inuicē pdiderūt,partim quoq; quas nōnulli eorum redeūtes ad ecclesiam detexerūt:non'q ad omnes respondeā(nec eñ necesse est)sed tantū ut innotescāt. At istud alterius erit opus sermonis, in laudē & gloriam nois sponsi ecclesiæ iesu christi domini nostri,qui est super omnia deus benedictus in secula.Amen.

¶ *De erroribus quorundam negātium nuptias, & circa baptismum parulorum,purgatorium ignē, & orationes pro defunctis.* Sermo.LXVI. D

Capite nobis uulpes paruulas quæ demoliūtur uineas.Ecce ego ad uulpes istas.Ipsæ sunt quæ prætergrediuntur uiam,& uindemiāt uineam. Nō sunt cōtentæ deserere uiam,nisi & desertare uineā possint,addentes præuaricationem.Nō sufficit hæreticos esse,nisi & hypocritæ sint, ut sit supra modū peccans peccatū.Hi sunt qui ueniunt in uestimentis ouium ad nudandas oues,& spoliandos arietes. An nō tibi utra q; res impleta uidetur ubi & fide plebes, & plebib9 sacerdotes depredati inueniuntur? Quinam isti prædones? Hi oues sunt habitu,astu uulpes,actu & crudelitate lupi. Hi sunt qui boni uideri,non esse: mali nō uideri, sed esse uolunt.Mali sunt,& boni uideri uolunt,ne soli sint mali:mali uideri timent,ne parum sint mali.Etenim minus semper malitia palam nocuit,nec unquam bonus nisi boni simulatione decept9 est.Ita ergo in malū bonorū boni apparere studēt:mali nolūt,ut plus liceat malignari. Neq; enim est apud eos uirtutes colere,sed uitia colorare quodam quasi uirtutum mimo.Denicq; superstitionis impietatē noie religionis intitulāt.Innocentiā diffiniūt tm̄ in apto nō lædere,innocētiæ pinde solū sibi uendicātes colorē.In opimē tū turpitudinis,cōtinētiæ se insigniere uoto.Porrò turpitudinem in solis existimāt reputādā uxoribus: cū uel sola sit ea quæ cū uxore est causa quæ turpitudinē excusat in coitu.Rustícani hoies sunt & idiotæ & prs9 cōtēptibiles, sed nō est(dico uobis)cū eis negligēter agēdū.Multū eñ pficiūt ad impietatē,& sermo eorū ut cācer serpit. B De nicq; nō neglexit spūssctūs q de his quondam tā manifeste uaticinat9 est,dicēte apl'o.Spūs aūt manifeste dicit qa in nouissimis tpib9 discedēt qdā a fide,attēdētes spiritibus erroris,& doctrinis dæmoniorū in hypocrisi loquētiū mendaciū,& cauteriatā habētiū suā cōscīam,phibentiū nubere, abstinere a cibis quos de9 creauit ad percipiendū cū gratia rū actione.Istos prsus istos dicebat,hi nubere prohibent, hi à cibis abstinent quos de9 creauit:de quibus postea uidebimus.Nūc autē uidete sinon proprie dæmonū & non hoim ludificatio hæc sm qd'p̄dixerat spūs.Quære ab illis suæ sectæ auctorem, neminem dabunt. Quæ hæresis non ex hominibus habuit proprium hæresiarchā? Manichæi Manē habuere principē & p̄ceptorē,sabelliani sabellium, arriani arriū,eunomiani eunomiū,nestoriani nestorium. Ita oēs cæteræ huiusmodi pestes singulæ singulos magistros homines habuisse noscunt,à quibus originem simul duxere & nomē.Quo noie istos titulóue censebis? Nullo, qm̄ nō est ab hoie illorum hæresis,neq; per hominem illā acceperūt. Absit tm̄ ut per reuelationē Iesu xp̄i,sed magis & absq; dubio(uti spūssctūs p̄dixit)p immissionē & fraudem dæmoniorū in hypocrisi loquentiū mēdaciū,prohibentium nubere.In hypocrisi planè hoc & uulpina dolositate loquuntur,fingentes se amore id dicere castitatis,qd' magis causa turpitudinis fouendæ & multiplicandæ adin uenerūt.Res tm̄ tā in apto est,ut mirer quō unquā homini xp̄iano psuaderi potuerit:nisi q; hi adeò aut bestiales sunt ut non aduertant qualiter omni immunditiæ laxat habenas qui nuptias damnat,aut certè ita pleni nequitia,& diabolica malignitate absorpti,ut aduertētes dissimulent,& lætentur in p̄ditione hominū. C Tolle de ecclesia honorabile cōnubiū & thorū immaculatū,nónne reples eā cōcubinarijs,incestuosis, seminifluis,mollibus,masculorum concubitoribus,& oi denicq; genere immūdorū? Elige ergo utrūlibet,aut saluari uniuersa monstra hæc hoim, aut numerū saluādorū ad cōtinentiū redigi paucitatē. Quàm parcus in uno,quàm largus in altero? Neutrū horū cōpetit saluatori.Quid? Coronabit turpitudo? Nihil min9 decet honestatis auctorē.Dānabitur uniuersitas p̄ter paucu los cōtinētes? Nō est hoc esse saluatorē.Rara in terris continētia,neq; pro tātillo quæstu ad terras plenitudo illa semetipsam exinaniuit.Et quō de illa oēs accepimus si solis indulsit cōtinentibus participiū suū? Nō est qd' ad hoc respondeāt.Sed neq; ad illud credo.Si honestati in cælis,est locus,nō sit autē honesto & turpi cōsortiū,sicut nō est'societas lucí ad tenebras:pfectò neminē imūdorū loc9 in loco salutis manet.Si qs aliter sapit,arguet illum apl'ica uox, absq; oi ambiguo asserens:qm̄ qui talia agunt regnum dei non possidebunt.Qua iam exiet de cauerna hæc insidiosa uulpecula? Puto in fouea deprehēsam,in qua sibi duo quasi foramina fecerat,unum quo intret:alterū quo exeat. Nā cōsueuit ita.Vide ergo quomodo utrobiq; illi intercluſus sit exitus.Si solos in cælestib9 collocat continentes,perit ex maxia pte sal9.Si oēm spurcitiā pariter cū cōtinētibus collocat,pit honestū.Sed iusti9 pit ipsa,neq; hac exitura neq; illac,recluſa ppetuo & capta in fouea quā fecit. A Quidā tm̄ dissentiētes ab alijs,inter solos uirgines mrimonium cōtrahi posse fatent.Verū qd in hac distinctione rōnis afferre possint,non uideo,nisi q; pro libitu quisq; suo sacramenta ecclesiæ tāquā matris uiscera dēte uipereo certatim inter se dilacerare contēdūt.Nā qd' dicunt p̄tēdere de primis cōiugib9 qa uirgines erāt,qd istud q̄so mrimonij p̄iudicat libertati,quo min9 & iter nō uirgines cōtrahi liceat? Sed nescio qd se in euāgelio īuenisse susurrāt,qd' suæ ineptiæ frustra existimāt suffragari.Illud credo q; dns cū premisisset testimoniū de genesi:Et creauit hoiem de9 ad imaginē & similitudinē suā,masculū & fœminā creauit illos: postea ītulit:ergo qd' de9 cōiūxit,hō nō sepet.Hos,īqūt, cōiūxit deus,qa uirgines ambo erāt,& iā nō licuit separi: nō erit aūt ex deo copulatio secus p̄sumpta. Quis tibi dixit ,pterea à deo cōiūctos qa uirgines erāt? Nam scriptura hoc nō loquit.An nō uirgines erāt? inquit.Erāt,sed nō est idipsum,copulatos uirgines,& copulatos quia uirgines.Quāquā neq; hoc qdem nominatim dictum reperies quod uirgines essent,quamuis essent.Sexuum sanè exp̄ssa diuersitas est,non uirginitas,cum dictum est:masculum & fœminā creauit illos.Merito quidē.Non eñ maritalis copula corporū requirit integritatē,sed sexuū aptitudinem. Bene proinde ipsam instituens spūssctūs,sexū expressit,& uirginitatē tacuit,nec dedit occasionem uenādi uerbū insidiosis uulpeculis.Quod utiq; libēter fecissent, quāuis id quoq; frustra.Quid enim si dixisset uirgines creauit illos? Nō ,pterea cōtinuo obtinuisses solos uirgines licere cōiungi? Et tm̄ qūo exultasses ex sola uerbi occasiōe? quomō

puer.xi. Titū.3.

puer.ii.

Cant.2.

1.Timo.4

Ibidem.

1.Timo.4

Gen.1.

Mar.10.

Gen.1.

1.Cori.15

Universidad de Deusto
Biblioteca

exufflasses secūdas & tertias nuptias: qūo insultasses catholice scorta lenonesq; admuicē tanto libentius conīū genti, quāto pinde eos de turpi ad honestū trāsire nō dubitat: C Fortasīs & reprehēderes deum, pphetæ præcipientē fornicariā ducere, nunc autē & occasio deest, & libet gratis hæreticū esse. Nam testimoniū qd' usurpasti ad astruendū errorē tuū, plus ad destruēdū ualere, inuētū est, pro te facere nihil, contra te plurimū. Nunc autē audi quod te ex toto aut cōfundit aut corrigit, & hæresim tuā
1.Cori.7. prsus cōterit & comminuit. Mulier quanto tpe uir eius uiuit, alligata est uiro. Si autem dormierit uir eius, soluta est à lege uiri, cui uult nubat, tantū in domino. Paulus est qui cōcedit uiduæ ut cui uult nubat, & tu ecōtra præcipis, nulla præter uirginē nubat, & hoc nō nisi uirgini: ut non cui uult nubat uel ipsa. Quid manū dei abbreuias: Quid largā benedictionē nuptiarū restringis: Quod prorsū uēdicas uirgini qd' indultū est sexui: Nō cōcederet hoc paulus nisi liceret. At parū dico cōcedit, uult quoq;. Volo, inquit, adolescentiores nubere, nec dubiū quin uiduas dicat. Quid manifestius: Ergo quod concedit quia licet, etiam uult qa expedit. Qd' licet & expedit, hæretic⁹ phibet: Nihil ex hac prohibitiōe persuadebit, nisi q; hæretic⁹ est. D Supest ut & de residuo apostolicæ pphetiæ istos aliquātulū exagitem⁹. Abstinēt nāq; hi, ut prædixit ille, à cibis quos creauit de⁹ ad percipiēdum cū gratiarū actiōe. Hic quoq; hæreticos se pbātes, nō sanè quia abstinēt, sed quia hæretice abstinēt. Nam & ego interdū abstineo, sed abstinentia mea satisfactio est pro peccatis, non superstitio pro impietate. Num redarguimus paulū
1.Cori.9. q; castigat corpus suum, & in seruitutem redigit: Abstineo à uino, quia in uino luxuria est: aut si infirm⁹ sum, mo
Ephe.5. dico utor, iuxta consiliū pauli. Abstineo à carnibus, ne dū nimis nutriunt carnē, simul & carnis nutriāt uitia. Panē ipsum cū mēsura studebo sumere, ne onerato uētre stare ad orandū tædeat, & ne improperet etiā mihi ppheta: qa panē meū comederim in saturitate. Sed ne simplici qdē aqua ingurgitare me assuescam, ne distensio sanè uentris usq; ad titillationem pertingat libidinis. Hæreticus aliter. Nempe horret lac, & quicquid ex eo conficitur: postremò oē quod ex coitu procreatur. Recte & christiane si nō idcirco qa ex coitu, sed ne ad coitū puocēt. Cæterū qd sibi uult q; ita generaliter omne qd' ex coitu generat uitat. Suspicionē generat mihi obseruatio ista ciborum tam signāter expressa. Verūtamen si de regula medicorū hæc profers nobis, non reprehendimus curā carnis quā nemo unquā odio habuit, si tm nō nimia fuerit. Si de disciplina abstinentiū, id est spūalitū medicorum schola: etiam uirtutem approbamus qua carnem domas, frenas libidinē A At si de insania manichæi præscribis beneficētiæ dei, ut qd' ille creauit & donauit ad percipiēdū cū gratiarū actione, tu nō mōdo ingratus, sed & censor temerari⁹ immūdū decernas, & tanquā à malo abstineas: nō planè abstinentiā collaudabo, sed execrabor malitiā & blasphemiā: te magis immundum dixerim, qui immundum quid putas. Omnia mūda mundis, ait ille rerū optimus æstimator: & nihil immundum, nisi ei qui immundum quid putat. Immundis autem & infidelibus nihil est mundū, sed polluta est eorū & mens & conscientia. Væ qui respuitis cibos quos deus creauit, iudicantes immundos & indignos quos trāiciatis in corpora uestra: cum propterea uos corpus xpi quod est ecclesia tāquā pollutos & immūdos expuerit. Non ignoro q; se & solos corp⁹ christi esse
Matt.16. glorientur, sed sibi hoc persuadeant qui illud quoq; persuasum habent, potestatem se habere quotidie in mensa sua corpus Christi & sanguinē consecrādi ad nutriendū se in corpus christi & mēbra. Nempe iactant se esse successores apostolorum & apostolicos nomināt, nullū tamen
Matt.5. apostolatus sui signū ualentes ostendere. Quousq; lucerna sub modio: Vos estis lux mundi, dictum est apostolis: & ideò apostoli super candelabrum, ut toto luceant mundo. Pudeat successores apostolorū lucē nō esse mūdi, sed modū, mundi autem tenebras. Dicamus eis: uos estis tenebræ mūdi. Et transeamus ad alia. C Se dicūt ecclesiā, sed contradicunt ei qui dicit: Non potest ciuitas abscon- Ibidem.
di supra montē posita. Itáne lapidem de monte abscissum sine manibus, montem factum, & implentem mundum, uestris creditis inclusum antris: Et ne hic qdē immorandū, ipa opinio refugit publicari, suo cōtenta susurrio. Habet & semp hēbit integrā xps hæreditatē suā & possessionē suā terminos terræ, se poti⁹ subtrahunt huic magnæ hæreditati, q xpo illā conant detrahere. Vidēte detractores, uidete canes. Irrident nos qa baptizamus infantes, quòd oramus pro mortuis, q; sanctorum suffragia postulamus. In oī genere hoīm atq; in utroq; sexu festināt proscribere xpm, in adultis & puulis, in uiuis & mortuis. Hinc quidem infantib⁹ ex impossibilitate naturæ, inde uerò adultis ex difficultate cōtinētiæ p̄scribētes. Porrò mortuos uidentiū fraudantes auxiliis, uinētes nihilominus sanctorū fo.94.
q decesserūt suffragiis spoliātes. Absit. Non relinquet dominus plebē suā quæ est sicut arena maris, nec cōtēt⁹ erit paucitate hæreticor; qui omnes redemit. Neq; enim parua, sed planè copiosa apud eū redēptio. Quāt⁹ uerò nūerus istorū ad magnitudinē precis: Se magis precio fraudant q ipsum euacuare conant. Quid em̄ si infans, p se loq nō potest, p quo uox sanguinis fratris sui, & talis fratris clamat ad deū de terra: Astat & clamat nihilomin⁹ mater eccl'ia. Quid tm̄ infans: Nónne & ipe uidetur tibi inhiare quodāmō de fontib⁹ saluatoris, uociferari ad deū, suisq; uagitibus clamitare: domine uim patior, respōde pro me. Flagitat auxiliū gratiæ: qa uim patit ab origine. Clamat innocētia miseri, clamat ignorātia paruuli, clamat addicti infirmitas. Ita ergo clamant hæc omnia, sanguis fratris, fides matris, destitutio miseri, & miseria destituti. Et clamatur ad patrē. D Porrò pater seipsum negare nō pōt, pater est. Nemo mihi dicat quia nō habet fidem cui mater impertit suam inuoluens illi in sacramento quousq; idoneus fiat pprio nō tm̄ sensu sed assensu euolutam purāq; pcipe. Nūqd breue pallio ut non possit ambos coopire: Magna est ecclesiæ fides. Nūqd minor fide chananæa mulieris, quam constat & filiæ sufficere potuisse & fibi: Iō audiuit. O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut petisti. Matt.15.
Nūqd minor fide illo; q paralyticū per tegulas demittētes, aiæ, illi simul & corpis obtinuere salutem: Deniq; habes. Quorum fidem ut uidit, ait paralytico: Confide fili: Ioan.5.
remittūtur tibi pcta tua. Et paulopost. Tolle grabatū tuū Matt.9.
& ambula. Qui hæc credit, facile huic psuadebit merito ecclīam p̄sumere nō solū puulis baptizatis in sua fide salutē, sed etiā interfectis pro christo infantibus coronā martyrij. Quæ cum ita sint, nullū præiudicium sustinebunt regenerati de eo qd' dictum est. Sine fide impossibile est placere deo, cū sine fide nō sint qui in testimoniū fidei baptismi gram̄ peeperūt. Sed neq; de eo qd' itē dictū est: q uerò Mar.16.
non crediderit, cōdēnabit. Quid enim credere est nisi fidē hre: Itaq; & mulier saluabit p generationē filiorū si permanserit in fide cū lenitate, & infantibus per lauacri regenerationē succurret, & adulti q cōtinere nō poterūt, coniugij tricesimo fructu se redimēt, uiuētium quoq; preces & hostias mortui q opus habebūt & digni erūt, mediatib⁹ pcipient angelis, & eorū q iam puenerūt, uiuētib⁹ adhuc neq; quaquā solatia deerūt p deū q ubiq; est, & in deo nusquā affectu charitatis absentiū. Nam & xps propter hoc mor Luca.14.
tuus est & resurrexit, ut uiuorū dominaret & mortuorū. Propter hoc quoq; & infans nat⁹ est, & p singulos ætatū gradus pfecit in uirū, ut nulli deesset ætati. C Non credunt autē ignē purgatoriū restare post mortē, sed statim animā solutā à corpe uel ad requiē trāsire uel ad dānationem. Quærant ergo ab eo q dixit quoddā peccatum esse quod neq; in hoc seculo neq; in futuro remitteret, cur hoc dixerit si nulla manet in futuro remissio purgatiōne peccatis. Iā uerò q ecclesiā nō agnoscūt, non est mirū si ordinibus ecclesiæ detrahunt, si instituta non recipiunt, si sacramēta contēnunt, si mandatis non obediunt. Peccatores,

inquiunt,

inquiunt, sunt aplici, archiepi, episcopi, psbyteri, ac p hoc nec dadis nec accipiedis idonei sacramētis. Numquā uerò duo ista cōuenīēt, episcopū esse & pctōrē? Falsum est. Episcopus erat cayphas, & tñ quantus pctōr qui in dominū mortis dictabat sententiā? Si negas episcopum, arguet testimoniū Ioannis qui cū in testimoniū sui pontificat⁹ etiā prophetasse refert. Apostolus erat iudas, & licet auarus & sceleratꝰ, electꝰ à dño. An tu de illius aplatu dubitas quem Ioan. 6. dominus elegit? Nónne ego, inquit, uos duodecim elegi, & unus ex uobis diabolus est? Audis cūdē electum! apostolū, & extitisse diabolū, & negas posse eē episcopū q pctōr est? Sup cathedrā moysi sederūt scribæ & pharisæi: & qui nō obedierūt eis tāquā episcopis, inobedietiæ rei fuerūt, Matt. 13. etiā i ipm dñm pcipietē & dicētē: q dicūt facite. Patet quāuis scribæ, quāuis pharisæi, quāuis uidelicet maximi pctōres, ppter cathedrā tñ moysi ad eos quoq; nihilomin⁹ ptinere qđ itē dixit: quos audit, me audit: & quos spnit, me spnit. D Multa qdē & alia huic pplo stulto & insipieti à spiritibus erroris in hypocrisi loquentibus mendaciū mala psuasa sunt, sed non est respondere ad omnia. Quis em̄ omnia nouit? Deinde labor infinitus esset, & minime necessarius. Nam quantum ad istos, nec rationibus conuincuntur, quia non intelligunt: nec auctoritatibus corrigūtur, quia non recipiunt: nec flectuntur suasionibus, quia subuersi sunt. Probatum est, mori magis eligunt quàm cōuerti. Horum finis interitus, horum nouissima incendium manet. Horum siquidem in facto samson ex successis uulpium caudis figura præcessit. Plerūq; fideles iniectis manibus aliquos ex eis ad medium traxerūt. Quæsiti fidem, cū de quibus suspecti uidebātur, omnia prorsus suo more negarent, examinati iudicio aquæ, mendaces inuenti sunt. Cumq; iam negare non possent, quippe deprehensi, aqua eos nō recipiente, arrepto ut dicit freno dentibus tā misere quàm libere impietatē nō confessi, sed professi sunt, palā pietatē astruentes, & pro ea mortē subire parati. Nec minus parati inferre qui astabāt. Itaq; irruēs in eos populus nouos hæreticis suæ ipsorū perfidiæ martyres dedit. Approbamus zelū, sed factū non suademus: qa fides suadenda est, non imponenda. Quāquam melius, peu ldubio gladio coercerentur, illius uidelicet qui non sine causa gladium portat, quàm in suum errorē multos trahere permittant. Dei em̄ minister ille est, uindex in irā ei qui male agit. A Mirabātur aliq, q nō modo patienter, sed & læti ut uidebatur ducerent ad mortē, sed qui minus aduertūt quanta sit potestas diaboli, non modo in corpora hominum, sed etiā in corda q̄ semel pmissus possederit. Nónne pl⁹ est sibimet hominem inicere manus, quàm id libenter ab alio sustinere? Hoc autem in multis potuisse diabolum frequēter experti sumus, qui seipsos aut submerserūt aut suspen- Matt. 27. derūt. Denicq; iudas suspendit seipsum, diabolo sine dubio immittente. Ego tamen maius existimo, magisq; admiror q potuit immisisse in cor eius ut traderet dñm, quàm ut se metipsum suspenderet. Nihil ergo simile habent cōstantia martyrū, & pertinacia horū: qa mortis contemptū in illis pietas, in istis cordis duritia operatur. Et ideò propheta Psal. 18. martyris forsitā uoce dicebat: Coagulatū est sicut lac cor eorū, ego uerò legē tuā meditat⁹ sum: pro eò uidelicet q etsi pœna eadē uideret, longe diuersa esset intētio, illo utiq; durante cor contra dominū, isto in lege dñi meditante. Quæ cū ita sint, nō est opus (ut dixi) frustra multa aduersus homines stultissimos atq; obstinatissimos dicere, sufficit immotuisse illos ut uitentur. Quāobrē ut deprehēdant, cogēdi sunt uel abiicere fœminas, uel exire de ecclesia, utpotè scandalizantes ecclesiam in cōuictu & contubernio fœminarū. Dolendum ualde q non solum laici principes, sed & qdā ut dicitur de clero, necnon de ordine episcoporum, qui magis eos persequi debuerāt, propter quæstum sustineant, accipientes ab eis munera. Et quomodo, inquiunt, damnabimus nec conuictos nec cōfessos? Friuola satis nō ratio, sed occasio. Hoc solo etiam si aliud non esset facile deprehēdis, si (ut dixi) uiros & fœminas qui se continentes dicūt, abinuicē separes, & fœminas quidem cum aliis sui & sexus & uoti degere cogas, uiros æque cū eiusdem propositi uiris. Per hoc em̄ cōsultū erit utrorūq; uoto simul & famæ, cū continētiæ suæ & testes habuerint & custodes. Quod si nō sustinēt, iustissime eliminabuntur de ecclesia quam scandalizant, nō solum notabili sed etiam illicita cohabitatione. Ergo ista sufficiant pro deprehendēdis harū uulpium dolis: ad dandam scientiam & cautelam dilectæ & gloriosæ sponsæ domini nostri Iesu christi, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

¶ *De mirabili affectu dilectionis sponsæ quem cruciat propter amorem christi sponsi.* *Sermo* LXVII.

D Ilectus meus mihi, & ego illi. Hactenus uerba sponsi. Adsit ipse ut digne ad gloriam ipsius & nostram ipsorum salutem sponsæ eius possimus inuestigare sermones. Neq; enim tales sunt qui à nobis cōsiderari & discuti prout dignum fuerit ualeant, nisi ipse fuerit dux uerbi. Sunt enim quàm suaues ad gratiam, tam fœcūdi ad sensus, tā etiam profundi ad mysteria. Cui similabo eos? Uni interim alicui epularū quæ triplici quadā emineat gra, delicioſa ad saporē, solida ad nutrimētum, efficax ad medicinam! Sic, inquā, sic singulus quisq; sponsæ sermo, & ex cò q suauiter sonat, affectum mulcet, & de sensuū ubertate mētē impinguat & nutrit, & de altitudine mysteriorū dū intellectū quo plus exercet pl⁹ terret, miro modo tumorē sanat inflantis scietiæ. Eteñ si un⁹ qs piam ex his fortè qui sibi scioli uident, curiosius se dederit scrutinio horum, cū uiderit ingeniū suū succumbere uires, & redigi in captiuitatē omnē intellectum persenserit, nónne humiliatus ad illā uocē compelletur, ut dicat. Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, & non potero ad eam? Et nunc quidem principium uerborum eius quātæ suauitatis insigne pfert? Nam uide quale principiū dederit: dilectus, inquit, meus mihi, & ego illi. Simplex uox uidetur, qm̄ suauiter sonat. Sed de hoc uidebitur postea. A Nunc uerò à dilectiōe incipit, de dilecto prosequit, nihil aliud se scire indicās nisi dilectum. Patet de quo sermo: cū quo, nō ita. Nō em̄ ut cū ipso eodē fuerit sentire pmittitur, cū ipse iam nō affuerit. Neq; id dubiū, nēpe mox eum reuocare uidet, & quasi post tergū clamare: reuertere, inquiēs, dilecte mi. Unde adducimur nō aliud sanè concipere nisi q finitis uerbis suis, iterū suo more se absentauerit, & illa remānserit nihilomin⁹ de eo loquēs, q nunquam absens est sibi. Ita est, in ore retinuit qui non recedebat à corde, nec qñ recedebat: quod de ore exit, de corde uenit, & ex abūdantia cordis os loqt. Ergo loqt de dilecto ut uerè dilecta & uerè diligenda, qm̄ diligit multū. Quærimus cum quo? Nā de quo, nouimus: & nō occurrit nisi fortè cū adolescētulis q̄ à matre abesse nō pñt ubi discesserit sponsus. Sed melius (ut opinor) sentimus secum potius & nō cum altero sic locutā, pīertim q trūcata & minus cōtinens inueniat ipsa locutio, insufficiens planè ad dādā intelligentiam auditori, ob quā uel maxime inuicem loquimur. Dilectus meus mihi, inquit, & ego illi. Non plus? Pendet oro. Imo non pendet sed deficit. Suspēditur auditor, nec erudit, sed erigitur. Quid est hoc q dicit, ille mihi, & ego illi? Nescimus quid loquitur: qa nō sentim⁹ qđ sentit. O scīā anima quid tuus ille tibi, qd tu illi? Quænā q̄so hæc inter uos tā familiariter fauorabiliterq; discurrēs exhibitio & redhibitio? Tibi ille, tuq; uicissim illi. Sed qđ? Idipsum ei tu, qđ tibi ille, an aliud? Si nobis, si ad nostram loqueris intelligentiam, euidenter quod sentis edicito. Quousq; alias nostras tollis? An fm pphetā secretū tuū tibi? Ita est, affectus locutus est, non intellect⁹, & ideò non ad intellectum. Ad quid ergo? Ad nihil nisi q mirabiliter delectata & affectata uehementer ad desideratos affatus, finem illo faciente nec tacere omino quiuit, nec tñ qđ sensit exprimere. Neq; em̄ ut exprimeret sic locuta est, sed ne taceret. Ex abūdantia cordis os locutū est, sed nō pro abundantia. C Habent suas uoces affect⁹ per quas se etiā cū nolunt pdunt, timor (uerbi causa) meticulosas, dolor gemebūdas, amor iocundas.

Cant. 2.

Cant. 2.

Cantic. 2.

Psal. 138.

Cantic. 2.

Ioan. 10.

Luc. 6.

Luc. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nūqd dolentiū plāctus, mœrentiúmue ſingultus uel gemí
tus, pcuſſorū ítēcꝫ pauētiū ſubitas & efferatas clamitatio»
nes, ſeu etiā ſaturatorū ructus, aut uſus creat, aut ratio ex»
citat, aut deliberatio ordinat, aut præmeditatio formate
Eíuſmodi certū eſt nō nutu pdire animí, ſed erūpe motu.
Sic flagrās ac uehemens amor pſertim diuinus, cū ſe intra
ſe cohibere non ualet, non attendit quo ordine, qua le»
ge, quáue ſerie ſeu paucitate uerborū ebullíat, dummō ex
hoc nullū ſuí ſentiat detrimētū. Interdū nec uerba reqrit,
interdū nec uoces oīno ullas, ſolis ad hoc cōtēt ſuſpiriis.
Inde eſt ꝙ ſpōſa ſancto amore flagrās, idēcꝫ incredíbili mo»
do, ſanè pro captanda quantulacūcꝫ euaporatione ardo»
ris quem patitur, non cōſiderat quíd, qualiter eloquatur,
ſed quicquíd in buccam uenerit, amore urgente nō enun»
ciat, ſed eructat. Quídni eructet ſic referta & ſic repleta
D Reuolue textum epithalamíi huius ab ipſo exordío uſq
huc, & uíde ſi tanta uſpiam illí quanta hac uice in cunctis
uiſitatiónibus & allocutionibus ſponſi copia eius indul»
ta fuerit, & ſi unquam ex ore ipſius nō modo tam multos,
Pſal. 102. ſed & tam iocundos ſermones acceperit. Quæ ergo reple»
uerat in bonis deſiderium ſuum, quíd mírum ſi ructum po
tius quàm uerbum fecit? Et ſi uerbum feciſſe tibí uídetur,
eructatū puta, & non ſubordinatum aut præordinatum.
Nec enim ſpōſa rapinam arbitratur ſibí aptare prophetæ
Pſal. 44. dictum. Eructauit cor meū uerbū bonū, quippe eodem re»
Canti. 2. pleta ſpíritu. Dilectus meꝰ mihí, & ego illí. Nihil cōſequē
tiæ habet, deeſt oratioui. Quíd inde? Ructus eſt. Quíd tu
in ructu quæris orationū iunctúras, ſolennia dictionum?
Quas tu tuo ructui leges imponis uel regulas? Non reci»
pit tuā moderationē, non à te cōpoſitionem expectat, non
cōmoditatē, nō opportunitatē requírit, per ſe ex intímis
non modo cū non uis, ſed & cū neſcis erūpit, euulſus po»
tius quàm emiſſus. Tū odorem portat ructus qñcꝫ bonū
qñcꝫ malū pro uaſorū è quibus aſcendit contrariis qualí»
tatibus. Deníqꝫ bonus homo de bono theſauro ſuo pro»
fert bonum, & malus malū. Bonum uas ſponſa dñí mei, &
bonus mihi odor ex illa. Gratías ago tibí dñe Ieſu qui me
Matt. 15. dignatus es admittere ſaltem ad odorandum. Ita domíne,
nam & catellí edunt de micís quæ cadunt de menſa domi»
norum ſuorū. B Mihi fateor bene redolet ructus dilectæ
tuæ, & de plenitudíne eius quāuis modicum quid gratan»
ter accipio. Memoriam abūdantiæ ſuauitatis tuæ eructat
ps. 144. mihí, & neſcio quíd ineffabile tuæ dignationis & amoris
Canti. 2. odoratus ſum in uoce iſta: Dilectus meus mihi, & ego illí.
ps. 67. Ipſa (ut dignum eſt) epulętur & exultet in conſpectu tuo,
& delectetur in lætítia. Verūtamē ſic tibí excedat, ut ſobría
ps. 64. ſit nobis. Ipſa ergo repleatur in bonis domus tuæ, & tor»
rente uoluptatis tuæ potetur, ſed quæſo perueniat ad me
pauperē uel tenuis odor eructante illa cū ſatiata fuerit. Be
ne mihi eructauit moyſes, & bonus odor in ructu eiꝰ creā»
Gen. 1. tis potentiæ. In principio, inquit, creauit deus cælum &
Eſa. 53. terram. Bñ eſaías, nā ſuauiſſimum redimentis miæ odorem
dedit, ita eructuans: Tradidit in mortem animam ſuam, &
cum ſceleratis reputatus eſt, & ipſe pctā multorum tulit, &
pro tranſgreſſoribus rogauit, ut nō perírent. Quíd æque
miſericordiā redolet? Bonꝰ quoqꝫ ex ore hieremiæ ructꝰ,
Pſal. 44. bonus ex Dauíd, qui ait: Eructauit cor meū uerbū bonū.
Repleti ſunt omnes ſpūſancto, & eructantes omnia imple»
uerūt bonitate. Ructū hieremiæ reqrítis? Nō ſum oblitus,
iam parabā illū. Bonū eſt præſtolari cū ſilētio ſalutare dñi.
Eius eſt (nō fallor) admouere naríbꝰ, balſamū uincit ſuaui
tas remunerātis iuſtítiæ quā iportat. Patientē pro iuſtitia
uult me expectare mercedē in poſterū, non recipe in pūti,
Abac. 2. ꝙ iuſtitiæ merces ſalutare nō ſeculí, ſed domíni ſit. Sí mo»
ram fecerit, inquit, expecta eum, & ne murmuraueris, qñ
bonum eſt cum ſilentio expectare. Ego faciam quod horta
tur, expectabo dominum ſaluatorem meū. C Sed pecca»
3. Reg. 10 tor ſum, & adhuc mihi grandis reſtat uia: qa lōge à pecca»
toribus ſalus. Nō murmurabo tamē, in odore uel dolore
Pſal. 63. interim cōſolabor me. Lætabitur iuſtus in dño, guſtu ex»
pericns quod ego ſentio odoratu. Quē ſpectat iuſtus, pec»
cator expectat, & expectatio odoratio eſt. Nam expecta» Rom. 8.
tio, ait, creaturæ reuelatiōem filiorum dei expectat. Porrò
ſpectare guſtare eſt, & uídere qñ ſuauis eſt dñs. An potius ps. 33.
iuſtus qui expectat, & q iam tenet beatus? Deníqꝫ expecta» puer. 10.
tio iuſtorū lætítia. Nā peccator nihil expectat. Et inde pec
cator, ꝙ bonis præſentibus non modo detētus, ſed & con
tentus, nihil in futurum expectat, ſurdus ad uocem illā: Ex
pecta me, dicit dñs in die reſurrectionis meæ in futurum.
Et ideo iuſtus erat ſymeon quía expectabat & odorabat
iam chriſtum in ſpíritu, quem necdum in carne adorabat.
Et beatus in expectatione ſua: quía per odorem expecta»
tionis peruenit ad guſtum contemplationis. Deníqꝫ ait,
& uiderunt oculi mei ſalutare tuum. Iuſtus quoqꝫ abraam Luce. 2.
qui & ipſe expectauit ut uideret diem domíni, & nō eſt cō Luce. 8.
fuſus ab expectatione ſua, nā uidit & gauiſus eſt. Iuſti apo» Luce. 12.
ſtoli cum audiebant, & uos ſimiles hominibus expectanti
bus dominum ſuum. D Quídni iuſtus, & Dauíd quan» Pſal. 39.
do aiebat, expectans expectaui dominum? Ipſe eſt quartus
de numero prænominatorum ructatorum meorum, quē
penè prætercieram. Non expedit quídem. Iſte os ſuum ape Pſal. 118.
ruit, & attraxit ſpíritum, & ſaturatus nō modo eructauit,
ſed & cantauit. Ieſu bone quantam meis naríbus & auri»
bus iſte infudit ſuauitatem in ructu & cantu ſuo de oleo læ Pſal. 44.
titiæ quo unxit te deus deus tuus præ conſortíbus tuis ex
myrrha & gutta & caſſia à ueſtimētis tuis à domibus ebur
neis, ex quibus delectauerūt te filiæ regum in honore tuo.
Vtinā me digneris occurſu tanti uatis & amící tui in die
ſolemnitatis & lætítiæ, quando egredietur de thalamo tuo
epitalamium ſuum canens in pſalterio iocundo cum citha
ra: affluens delitiis, reſperſus & reſpergens, uniuerſa iſtiuſ
modi puluere pigmentario. In illa die, uel potius in illa ho
ra, nam hora eſt ſi quando eſt, & fortaſſis ne hora quidem,
ſed horæ dimidium, iuxta illud ſcripturæ: Factum eſt ſilen» Apoc. 8.
tium in cælo quaſi media hora, ergo in illa hora replebitur Pſal. 125.
gaudio os meum, & lingua mea exultatione, dum ſingulos
non dico pſalmos, ſed uerſus ſingulos ſentíam ructus &
quídem odoriferos ſuper omnía aromata. Quíd *Ioannis*
ructu fragrantíus, qui uerbi mihi redolet æternitatem, ge»
nerationem, diuinitatem? Quíd de pauli ructibus loquar,
quanta orbem ſuauitate repleuerint? Deníqꝫ chriſti bo»
nus odor erat in omni loco, uerba certè ineffabília etſi non
profert ut audíam, offert tamen ut cupíam, & líbeat odora
re quæ audire non licet. Neſcio enim quo pacto, quo plus
latent, plus placent, & auídius inhiamus negatis. B Sed
ſam aduerte apud ſponſam ſimilem rem quomodo inſtar
pauli in præſenti capítulo & ſecretum non aperit, nec præ
terit tamen intactum, aliquid quaſi olfactui noſtro indul»
gens, quod guſtui fortè interim non competere iudicarit,
ſiue propter indignitatem noſtram, ſiue propter incapaci»
tatem. Dilectus meus mihi, & ego illí. Quod nō eſt dubiū, Canti. 2.
duorum quidē hoc loco amor mutuus flagrat, ſed in amo»
re ſumma unius profectò fœlicitas, alterius mira dignatio.
Neqꝫ enim inter pares eſt conſenſio ſeu complexio hæc.
Cæterum quíd iſta ex hac prærogatiua amoris glorietur
impenſum ſibí repēſumcꝫ nicíſſim à ſe: quís ſe líquido noſ
ſe præſumat, niſi qui præcipua puritate mentis, & corpo»
ris ſanctitate in ſemetipſo meruerit tale aliquid experiri?
Res eſt in affectibus, nec ratione ad eā pertingitur, ſed con
formitate. Quàm pauci uerò qui dicant. Nos autem reue» 2. Cori. 3.
lata facie ſpeculantes gloriā domíni, in eandem imaginem
transformamur de claritate in claritatem, tāquam à domí
ni ſpíritu. C Verum ut ſub aliqua qualicumqꝫ intelligen»
tiæ forma quod legitur redigatur, ſaluo quidem ſponſæ
ſuo ſingulari ſecreto, ad quod interim nō dar accedere, pſ
ſertim talibus quales nos ſumꝰ, apponendū ſanè aliqd, no»
bis cò accommodatius ad cōmunē conſenſum, quò uſita»
tius: quod & uerbis cōſequētiā, & intellectū det paruulis. Pſal. 118.
Et mihi quidē uidetur ſatis eſſe ad noſtrā groſſam & quo»
dāmodo popularē intelligentiā, ſi dicendo, dilectus meus Canti. 2.
mihi, ſubaudiamus intendit: ut ſit ſenſus, dilectus meus in»
tendit mihi, & ego illí. Quanquam tamen nec ſolus ego id
ſenſerim

ps.39. senserim nec prius, cū ppheta ante me dixerit: Expectans expectaui dominū, & intendit mihi. Habes aperte intentionem domini ad prophetam, habes & prophetæ ad dominū in eo quod ait, expectans expectaui. Nam qui expectat intendit, & expectare intendere est. Idem omnino sensus, eadē penè uerba apud propheta quæ apud sponsam, sed prius ex propheta transposita. Prius siquidem is quod illa posterius posuit, & ecōuerso. Cæterum sponsa rectius locuta est, & non prætendens meritum, sed præmittens beneficium, & se præuentam dilecti gratia confitens.

Rom.11. Recte oīno. Nam quis prior dedit illi & retribuet ei? D Deniq; audi ioannem quid in epistola super hoc senserit.

1.Ioan.4. In hoc est charitas, inquit, nō quasi nos dilexerimus deū, sed ille prior dilexit nos. Propheta tamen gratiæ præuentionem etsi tacuit, non negauit subsecutionē. Planè non

ps.22. tacuit. Sed accipe & alio loco certiorē de re ista ipsius cōfessionē. Et misericordia tua inquit (domino loquebat) subsequetur me omnibus diebus uitæ meæ. Audi & de præuentione identidem ipsius non minus certam manifestámue sententiā. Deus meus, inquit, misericordia eius

ps.58. ps.78. preueniēt me. Item ad dominū. Cito, ait, anticipient nos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis. Pulchre sponsa posterius (ni fallor) hæc eadem uerba non eodem ordine ponit, sed sequitur & ipsa prophetæ ordinem, loquens hoc modo: Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi. Cur ita? Nempe ut tunc magis gratia plenam se probet, cum totū gratiæ dederit, & primas scilicet illi partes adscribens & ultimas. Alioquin quomodo gratia plena si quid habuerit quod non sit ex gratia? Nō est quo gratia intret ubi iam meritū occupauit. Ergo iam plena confessio gratiæ, ipsius gratiæ plenitudinem signat in aia confitentis. Nam si quid de proprio ineſt, inquantum est, gratiā cedere illi necesse est. Deest gratiæ quicquid meritis deputas. Nolo meritū quod gratiam excludat. Horreo quicqd de meo est ut sim meus, nisi q illud magis forsitan meum est quod me meū facit. Gratia reddit me mihi iustificatum gratis, & sic liberatum à seruitute peccati. B Deniq; ubi spiritus domini, ibi libertas. O fatuam sponsam synagógam, quæ contemnens dei iustitiā, id est gratiam sponsi sui, & suam uolens constituere, iustitiæ dei nō est subiecta. Ob hoc misera repudiata est, & iam non est

Oseæ.2. sponsa, sed ecclesia, cui dicitur: Despōsaui te mihi in fide. Desponsaui te mihi in iudicio & iustitia. Desponsaui te mihi in misericordia & miserationibus. Nec tu me elegisti, sed ego elegi te: nec ut te eligerem, tua inueni merita,

Ioan.15. sed præueni. Ita ergo in fide desponsaui te mihi: & non in operibus legis, desponsauiq; in iustitia, sed iustitia quæ est ex fide, nō ex lege. Restat ut iudices iudiciū rectū inter me & te, iudicium quo te desponsaui, ubi constat interuenisse non tuum meritū, sed meum placitum. Hoc est autem

Mat.20. iudicium ut tua merita non extollas, non præferas opera legis, non iactes pondus dici & æstus, quæ magis in fide & in iustitia quæ est ex fide, necnon in misericordia & miserationibus noscēris desponsata. Quæ uerè sponsa est agnoscit ista, & utrāq; gratiam cōfitetur. Primo quidem eam quæ prima est, qua & præuenta est, postea uerò & subsequentē. Ait itaq; nūc: Dilectus meus mihi &, ego illi:

Canti.3. principium dilecto tribuēs. In cōsequētibus: ego, inquit, dilecto meo, & dilectus meus mihi: consummationem illi æque concedens. Nunc iam uideamus quid dicat: dilectus meus mihi. Si enim hoc recipitur ut subaudiamus

ps.39. intendit, sicut iam diximus, & sicut propheta ait: Expectans expectaui dominū, & intendit mihi: ego autem in uerbo istō sentio nescio quid nō planè exiguum, nec mediocris prærogatiuæ. Sed non est ingerenda fatigatis auribus & mentibus res omni alacritate digna. Si non grauat, differatur, & non in longum: crastinus inde incipiat sermo. Tantū orate ut ab irruentibus occupationibus interim custodiat nos gratia & misericordia sponsi ecclesiæ Iesu christi domini nostri, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

¶ *Qualiter sponsus christus intendit sponsæ ecclesiæ, & ipsa illi. Et de cura quam habet deus de electis, & unde insit ecclesiæ: quid sit mereri uel non, aut præsumere.* Sermo. LXVIII. D

AVdite iam quod heri distulimus, audite gaudium meū quod sensi. Et uestrū est, audite gaudentes. In uno uerbo sponsæ sensi hoc: & quasi odoratus abscondi, eò uobis hodie festiuius exhibendum, quò tēpestiui? Sponsa locuta est, & dixit spōsum intēdere sibi. Quæ est sponsa, & quis est sponsus? Hic deus noster est: & illa (si audeo dicere) nos sumus, cū reliqua quidem multitudine captiuorū quos ipse nouit. Gaudeamus, gloria nostra hec est, testimoniū conscientiæ 2. Cor.1.
nostræ. Nos sumus in quos intendit deus. Quāta tñ dispar ilitas? Quid terrigenæ & filij hoim corā illo? Sed m prophetā sic sunt quasi nō sint, & quasi nihilū & inane reputati sunt ei. Quid sibi ergo uult ista inter tam dispares cōparatio? Aut illa in immēsum gloriat, aut is in immensum amat. Quàm admirabile est q illius intentionem ista sibi quasi propriā uendicat dicēs: Dilectus meus mihi. Nec eò Canti.2.
cōtenta tñ, pergit ampli? gloriari, respondere se illi quasi ex æquo morē gerere, repēdere uicē. A Segtur enim. Et ego illi. Insolēs uerbū, & ego illi. Nec minus insolens, dilectus meus mihi: misiq; utroq; insolentius utrunq; simul. O quid audet cor purū, & cōscientia bona, & fides non ficta? Mihi, inquit, intēdit. Itáne huic intenta est illa maiestas, cui gubernatio pariter & administratio uniuersitatis incumbit, & cura seculorum, ad sola trāsfertur negocia: imo ocia amoris & desiderij huius? Ita planè. Ipsa est eīm ecclesia electorū, de quibus apls. Oīa, inquit, ppter electos. Et cui dubium q gratia & misericordia dei sit in sanctos eius, & respectus in electos illius? Ergo prudentiā cæteris creaturis nō negam?, curā sponsa uēdicat sibi. Nunquid 2.Timo.2.
de bobus cura est a deo? Nec dubiū quin idē possim? dicere de equis, de camelis, de elephantis, & de cunctis bestijs Sap.4.
terræ, similiter & de piscibus maris, & uolatilibus cæli. 1. Cor.9.
Postremò de omni re quæ est super terram, solis sanè excep 1.petri.5.
tis qbus dicit. Omnē solicitudinem uestrā proijcientes in eum, qñ ipsi cura est de uobis. An nō tibi uidetur ueluti his uerbis dictū? Intendite illi quia ipse intēdit uobis. Et obserua apīm Petrū (eius enim uerba sunt) si non & ipse uerborū spōsæ obseruauerit ordinē. Nempe non ait: oēm solicitudinem uestrā proijcientes in eum, ut sit ipsi cura de uobis, sed quia ipsi cura est de uobis: aperte proinde monstrans ecclesia sanctorū nō modo quoniā dilecta, sed & q prius dilecta fuerit. B Constat nō ad eam pertinere de uerbo quod de bobus dixit apls, nam curam illius habet 1.Cor.9.
qui dilexit illā, & semetipsum dedit pro illa. Nónne hæc est ouis errās, cuius cura etiam supernorum curæ gregū prælata est? Deniq; illis expositis, pastor descendit ad istam, quæsiuit diligenter, inuentam non reduxit, sed reuexit, noua cum illa & de illa intulit cælis festa gaudiorū populis angelorū inuitatis ad solemnitatem. Quid ergo? Propris humeris dignatus est eam reportare, & curam illius non habebit? Ideò nō confunditur dicere: Dñs solicitus est mei: nec se existimat errare, cum item dicit: Dñs ps.39. ps.137.
retribuet pro me: & si quid est aliud quod curam dei circa ipsam significare uideatur. Inde est q dominum sabaoth dilectum suum dicit, & eum qui cum tranquillitate iudicat omnia, sibi intendere gloriatur. Quidni glorietur? Esa.49.
Audiuit illum dicentem sibi. Numquid mater potest obliuisci ut nō misereatur filio uteri sui? Etsi illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. Deniq; oculi domini super iustos. Et quid sponsa nisi cōgregatio iustorū? Quid ipsa, nisi generatio quærentiū dominum, quærentium faciem sponsi? Non eīm ille intendit huic, & nō ista illi? Propterea utrunq; ponit dicens: Ille mihi: & ego illi. Ille mihi, quia Canti. 2.
benignus & misericors est. Ego illi, quia non sum ingrata. Ille mihi gratiam ex gratia, ego illi gratiam pro gratia. Ille meæ liberationi, ego illius honori. Ille salutí meæ, ego illius uolūtati. Ille mihi & nō alteri, quoniā una sum

columba eius: ego illi & non alteri. Nec enim audio uocē
Marci 13. alienorū, nec enim acquiesco dicētibus mihi: Ecce hic est christus, aut ecce illic est. Hæc ecclesia. D Quid singulis quisq; nostrum? Putamúsne in nobis quempiam esse cui aptari queat quod dicit. Quid dixi in nobis? Ego aūt & de quouis itra ecclesiam cōstituto si quis hoc quærat, nō oīno reprehēdēdū censuerim. Nec enim una unius ratio est atq; multorū. Deniq; nō ꝓpter animam unā, sed ꝓpter mulcas in unā ecclesiā colligendas, in unicā astringendas
Psal. 73. spōsam deus tam multa & fecit & pertulit, cum operatus est salutē in medio terræ. Charissima illa est una uni, non adhærens alteri sponso: nō cedens alteri spōsæ. Quid ista nō audeat apud tam ambitiosum amatorē? Quid non ab illo speret qui se quæsiuit è cælo, uocauit à finibus terræ? Nec modo quæsiuit, sed acqsiuit. Adde & de modo acquisitionis in sanguine acquisitoris. Alias uerò (ut assolet) propterea magis præsumit, qñ prospicies in futurū non ignorat qñ dñs se opus habet. Quæris ad quid? Ad uidendū in bonitate electorū suorū, ad lætandum in lætitia gentis suæ, ut laudet cum hæreditate sua. Nec parum hoc opus existimes, nullū dico tibi remanebit opus perfectum si hoc nutarit. Nónne de statu & cōsummatione ecclesiæ finis oīm pendet? Tolle hanc, & frustra inferior ista creatura reuelationē filiorū dei expectat. Tolle hanc, & neq; patriarchæ neq; pphetæ aliqui cōsummabuntur, cū Paulus asserat deū ita puidisse pro nobis, ne sine nobis con-
Hebr. 11. summarētur. Tolle hanc, & ipsa sanctorū angelorum pro imperfectione sui numeri gloria claudicabit, nec dei ciuitas de sui integritate gaudebit. Vnde ergo implebit? pro positū dei, & mysteriū uolūtatis eius, magnūq; illud pie-
Psal. 8. tatis sacramētū? Vnde postremò dabis mihi infantes & lactentes, quorū ex ore laudē suā perficiat deus? Cælū nō
1. Cor. 3. habet infantes, habet ecclesia, quibus & dicit: Lac uobis potū dedi, nō escam. Et hi ad laudem quasi complēdam à
Psal. 112. propheta inuitant, dicēte: Laudate pueri dñm. Tu putas deū nostrū totā habiturū suæ gloriæ laudē, donec ueniāt
Psal. 137. qui in conspectu angelorū psallant sibi? Lætati sumus pro diebus qbus nos humiliasti, annis quibus uidimus mala. Hoc genus lætitiæ cæli nescierunt nisi per ecclesiæ filios, hoc nemo unquam lætatur qui nunquā non lætatur. B Opportune post tristitiā gaudiū subit, post laborē quies, post naufragiū portus. Placet cūctis securitas, sed ei magis qui timuit. Iocūda oīb⁹ lux, sed euadenti de potestate tenebrarū iocūdior. Trāisse de morte ad uitā, uitæ gratiā duplicat. Pars mea hæc in cælesti conuiuio, & seorsum ab ipsis spiritib⁹ beatis. Audeo dicere expertē meæ beatitudinis ipsam beatā uitā, nisi si dignet fateri q̄ p̄ charitatem ea in me fruit, & per me. Aliqd sanè uidet etiā perfectioni illi accessisse ex nie, neq; hoc parū. Deniq; gaudēt angeli ad pœnitentiā peccatoris. Q̄ si delitiæ angelorū lachrymæ meæ, quid delitiæ: Omne opus ipsorum laudare deū,
Psal. 65. sed deest laudi si desinit qui dicant: Transiuimus per ignē & aquā, & eduxisti nos in refrigerium. Felix proinde in sua uniuersitate ecclesia, cuius oīs gloriatio impar est causæ, nō pro his tantū quæ illi iam facta sunt, sed pro his quoq; quæ de illa adhuc oportet fieri. Nam & de meritis quid solicita sit, cui de ꝓposito dei firmior suppetit securiorq; gloriādi ratio. Non potest seipsum negare deus, neq; non facere quæ iam fecit (ut scriptū est) qui fecit quæ futura sunt. Faciet, faciet, nec deerit suo proposito de⁹. Sic nō est quod iam quæras qb⁹ meritis speremus bona, præsertim
Ezech. 36 cum audias apud prophetā: Non ꝓpter uos sed ꝓpter me ego faciā, dicit dñs. C Sufficit ad meritū scire q̄ nō sufficiant merita. Sed ut ad meritum satis est de meritis non præsumere, sic carere meritis, satis ad iudicium est. Porrò infantiū renatorū neminē carere meritis, sed xp̄i habere merita. Quibus se tamen indignos reddūt si sua iungere quiuerūt sed neglexerunt: quod quidē periculū iā adultæ ætatis est. Merita proinde habere cures, habita data noueris, fructū speraueris dei mīam, & omne periculū euasisti paupertatis, ingratitudinis, præsumptiōis. Pernicios a paupertas, penuria meritorū, præsumptio autem spiritus, fallaces diuitiæ. Et ideò diuitias & paupertates ne dederis mihi dñe, ait sapiens. Felix ecclesia, cui nec merita sine præsumptione, nec præsumptio absq; meritis deest. Habet unde præsumat, sed non merita. Habet merita, sed ad promerendū, nō ad præsumendū. Ipsum non presumere, nónne promereri est? Ergo eò præsumit securius quò nō præsumit, & nō est q̄ cōfundat in uerbo gloriæ, cui multa materies gloriādi. Misericordiæ dñi multæ, & ueritas Prou. 30. Psal. 116. eius manens in æternum. D Quidni glorietur secura, in cuius testimoniū gloriæ, misericordia & ueritas obuiauerunt sibi? Siue igitur dicat dilectus meus mihi: siue dicat, Psal. 84. Psal. 39. expectās expectaui dñm & intendit mihi: siue etiā, dñs solicit⁹ est mei, uel si quæ sunt eiusmodi uoces aliæ atq; aliæ quæ diuinum quendam affectum ac singularem fauorem erga aliquid similiter exprimere uideātur, nihil horum à se alienum putabit, cui ratio præsumendi domini cōstitutio est, præsertim cū non alterā uideat spōsam, alteramue ecclesiā, cui possint fieri quæ nō possunt nō fieri. Ergo de ecclesia patet q̄ in nullo illa oīa sibi aptare uerebitur. De una aīa quæritur etiam si sit spūalis & sancta, liceátne illi ullo modo audere in talibus. Neq; eñ prærogatiuas oēs unius illius catholicæ multitudinis (ob quam oīa fiunt) una de multitudine arrogabit sibi, quātalibet emineat sanctitate. Et ideò difficilius ut sentio ego inuenietur (si tamē inuenietur) quomodo possit licere. Vnde necessariū reor alio istud sermone tentari, nec modo ingredi uias scrupulosæ disputationis, quarū adhuc exitum ignoramus, nisi prius super uerbo abscōdito oratū fuerit ad eum qui aperit & nemo claudit, spōsum ecclesiæ Iesum Christum dñm nostrū, qui est super oīa deus benedictus in secula. Amen.

¶ *Qualiter omnis altitudo se extollens aduersus scientiam dei deijciatur: & de aduentu & mansione patris & uerbi apud animam deū diligentē: & familiaritate quæ inde inter deū & animam contrahitur.* Sermo LXIX. B

Dilectus meus mihi, & ego illi. Hanc uocem uni uersali ecclesiæ sermo superior assignauit, propter factas sibi à deo ꝓmissiones uitæ eius quæ nunc est pariter & futuræ. De aīa ꝓposita quæstio est, quia non potest sibi arrogare una quod uniuersitas audeat, nec aliquo modo ad se trahere illā. Si nō licet, referamus proinde oportet ita ad ecclesiam, ut nullatenus ad personā. Nec modo hanc, sed & reliquas uoces similes huic loquētes grandia, uerbi gratia, expectans expectaui dñm & intendit mihi, & si quas alias sermo superior perstrinxit. Q̄ si qs licere putat, ergo non abnuo, sed interest cui. Non eñ cuicūq; . Prorsus habet ecclesia dei spirituales suos qui non modo fideliter sed & fiducialiter agant in eo, cū deo quasi cum amico loquentes, testimoniū illis 2. Cor. 1. perhibēte cōscientia gloriæ eius. Quimā illi sint, id quidē penes deū, tu uerò audi qualem te esse oporteat si talis uis esse. Quod tamen dixerim non quasi expertus, sed quasi experiri cupiens. Da mihi animam nihil amantem præter deū, & quod propter deū amandū est, cui uiuere christus nō tantum sit, sed & diu iam fuerit, cui studij & ocij sit prouidere deū in conspectu suo semper, cui solicite ambulare cum dño deo suo, non dico magna, sed una uoluntas sit, & facultas non desit: da inquam talem animam, & ego non nego dignam sponsi cura, maiestatis respectu, dominantis Ibidem. fauore, solicitudine gubernantis: & si uoluerit gloriari, nō erit insipiens, tātū ut qui gloriatur, in domino glorietur. Ita in quo multi audent, audet & unus, sed alia ratione. Nempe sanctam multitudinē causæ supradictæ fidentem faciūt, sanctā animā duplex quædā ratio. Primo quidē q̄ habeat in natura simplicissima spōsi diuinitas quasi unum respicere multos, & quasi multos unum. Nec ad multitudinē mult⁹ erit, nec ad paucitatē rarus, nec ad diuersitatē diuisus, nec restrictus ad unum, nec anxius ad curas, nec perturbatus seu turbulētus ad solicitudines. Sic sanè uni intētus, ut nō detētus: sic plurib⁹, ut nō distētus. D Denique q̄d ut probare suauissimū, ita charissimū probasse est:

tanta est

tãta est uerbi dignatio, tanta benecuolẽtia pris uerbi erga bene affectã & bene compositã aiam (quod quidẽ ipsum patris munus & uerbi opus est) ut quam sua tali benedictione præuenerint & præparauerint sibi, sua quoq; dignentur præsentia, & ita ut nõ modo ad eam ueniant: sed etiã mãsionem apud eam faciant. Non enim sufficit exhiberi, nisi & copiã sui præbeant. Quid est uenire ad ãnimã uerbũ? Erudire in sapietia. Quid est patrẽ uenire? Afficere ad amorẽ sapientiæ, ut dicere possit, quia amatrix facta sum formæ illius. Patris diligere est, & ideò patris aduentus ex infusa dilectione probatur. Quid faceret eruditio absq; dilectiõe? Inflaret. Quid absq; eruditione dilectio? Erraret. A Denicq; errabãt de gbus dicebat. Testimoniũ illis perhibeo q̃ zelum dei habẽt, sed nõ fm scientiã. Non decet spõsam uerbi esse stultã, porrò elatã pater non sustinet. Pater enim diligit filiũ, & omnẽ altitudinẽ extollentẽ se aduersus scientiã uerbi, semper in promptu habet deijcere atq; destruere, siue immittẽdo zelum, siue intendendo: quorũ alterũ misericordiæ, alterũ iudicij est. Vtinã in me omnẽ extollentiã comprimat, imo deijciat, & ad nihilum redigat nõ accensus furor, sed infusus amor. Vtinã discã non superbire, sed unctione potius quàm ultione magistra. Domine ne in furore tuo arguas me, sicut angelum extollentem se in cælo: neq; in ira tua corripias me, sicut hominẽ in paradiso. Ambo iniq̃tatẽ meditati sunt, altitudinẽ affectãtes: ille potentiæ, iste scientiæ. Denicq; credidit insipiens mulier pollicenti, sed seducenti. Eritis sicut dij, scientes bonũ & malũ. Iam sese ante seduxerat, cui persuaserat similem fore altissimo. Nam qui se putat aliquid esse cum nihil sit, ipse se seducit. Verũ utraq; altitudo deiecta est, sed in homine mitius, iudicante ita illo qui omnia fecit in pondere & mensura. Nam angelo in furore punito, imo damnato, homo iram tantum sensit, & non furorem. Nempe cum iratus fuit, misericordiæ recordatus est. B Propter hoc semen eius filij iræ & non furoris usq; in hodiernum diem. Si non nascerer filius iræ, non opus esset renasci. Si furoris filius nascerer, aut non contigisset, aut non potuisset renasci. Vis uidere furoris filiũ? Si uidisti satanam tanquã fulgur cadentẽ de cælo, quod est in impetu furoris præcipitatũ, & cognouisti de furore dei. Denicq; nõ est recordatus misericordiæ suæ, quia cum iratꝰ fuerit, misericordiæ recordabit: non cum iam usq; ad furorẽ exasperit. Væ filijs diffidẽtiæ, his quoq; qui ex adam sunt, qui nati iræ filij, ipsi sibi iram in furorẽ, uirgã in baculum imo in malleum diabolica obstinatione conuertunt. Denicq; thesaurizant sibi iram in die iræ. Ira autem accumlata, quid nisi furor? Peccauerũt peccatũ diaboli, & diaboli sententia percellentur. Væ etiam quamuis mitius quibusdam filijs iræ qui nati in iram, non expectauerunt renasci in gratia. C Nempe mortui in quo & nati, iræ filij permanebunt. Iræ dixerim, non furoris: quia ut pijssime creditur, & humanissime gemitur, mitissime sunt, penè totum quo addicti sunt aliunde trahentium. Ergo in furore diabolus iudicatus est, quia inuenta est iniquitas eius ad odium, hoïs autem ad iram, & ideò in ira corripitur. Ita omnis altitudo contrita est, & quæ inflat, & quæ præcipitat, patre nimirum zelante pro filio. Vtrobiq; siquidem iniuria (filij est) & de usurpata potẽtia aduersus uirtutem dei quæ ipse est, & de præsumpta scienta aliunde quàm à sapientia dei quæ nihilominus ipse est. Dñe quis similis tibi? Quis nisi splendor & figura substãtiæ tuæ? Quis nisi imago tua? Solus in forma tua, solus non rapinam arbitratus est esse se æqualem tibi altissimus altissimi filius. Quomodo non æqualis? Etiam unum estis ipse & tu. Sede sibi à dextris tuis, non sub pedibus. Quo pacto audet quis persuadere locum unigeniti tui? Præcipitetur. Ponit sibi sedem in excelso: subuertatur cathedra pestilẽtiæ. Item quis docet hominem scientiam? Nõne tu ô clauis Dauid aperiens cui uis, & cui uis claudes? Et quomodo sine claue ad thesauros sapientiæ & scientiæ introitus imo irruptio tentabatur? Qui non intrat per ostium, fur est & latro. Petrus ergo intrabit qui claues accepit. Non tamẽ solus, nam & me si uoluerit introducet, aliumq; excludet quem fortè uoluerit, in scientia & potestate sibi data desuper. A Et hæ claues quæ? Potestas aperiendi, & claudendi, atq; inter excludendos & admittendos discretio. Et non in serpente thesauri, sed in christo. Et ideò nõ potuit dare scientiam serpens quam non habuit, sed qui habuit dedit. Nec enim potuit habere potestatem quã non accepit, sed qui accepit habuit. Dedit christus, accepit petrus, nec inflatus de scientia, nec præcipitandus de potẽtia. Quare? Quia in neutra extollit se aduersus scientiam dei, qui nihil horum præter dei scientiam affectat aut, sicut ille qui dolose egit i conspectu eius, ut inueniatur iniquitas eius ad odium. Quomodo denicq; præter scientiã dei, qui se scribit apostolum Iesu christi fm præscientiam dei patris? B Et hæc dicta sint pro eo quod incidit de zelo dei, quem intẽdit in præuaricãtes angelum hominemq;. Nam in ambobus reperit prauitatẽ, qualiter uidelicet in ira & in furore suo destruxerit omnẽ altitudinẽ extollẽtẽ se aduersus scientiã dei. Nunc iam recurrẽdum ad zelum misericordiæ, id est qui non intenditur, sed qui immittitur, quoniam qui intenditur (ut iam diximus) iudicij est: & satis nos terruit ex memoratis exemplis tam grauiter punitorũ. Propterea ibo ego mihi ad locum refugij à facie furoris domini, ad illum utiq; pietatis zelum suauiter ardentem, efficaciter expiantẽ. C Nunquid non expiat charitas? Et potenter. Legi q̃ operiat multitudinem peccatorum: sed dico. Nunquid nõ idonea est seu sufficies ad deijciendã humiliandãq; omnẽ extollẽtiam oculorum & cordis? Et maxime. Nam non extollitur, non inflatur. Si ergo dominus Iesus dignetur uenire ad me, uel potius in me, non in zelo furoris, & ne in ira quidẽ, sed in charitate & spiritu mãsuetudinis, æmulãs me dei æmulatiõe (quid enim ita dei ut charitas, nempe & deus est) si inquam in ista uenerit, in hoc cognoscam q̃ nõ sit solus, sed uenerit etiam pater suus cum eo. Nam quid æque paternũ? Propter hoc nempè non pater uerbi tantũ, sed & pater misericordiarũ est appellatus, q̃ innatum habeat misereri semper & parcere. Si sensero aperiri mihi sensum ut intelligã scripturas, aut sermonem sapientiæ quasi ebullire ex intimis, aut infuso lumine desup reuelari mysteria, aut certè expandi mihi quasi quoddã largissimũ cæli gremium, & uberiores desursum influere animo meditationũ imbres, non ambigo sponsum adesse. Verbi siquidem hæ copiæ sunt, & de plenitudine eius ista accipimus. Q. si se pariter infuderit humilis quædã sed pinguis intimæ aspersionis deuotio, ut amor agnitæ ueritatis, necessarium quoddam odium uanitatis in me generet & contemptum, ne fortè aut scientia inflet, aut frequẽtia uisitationum extollat me: tunc prorsus paterne sentio agi mecum, & patrem adesse non dubito. Si autem perseuerauero huic dignationi dignis semper (quod in me est) affectibus & actibus respõdere, & gratia dei apud me uacua non fuerit: etiam mansionem apud me faciet tam pater enutriens quàm uerbũ erudiens. D Quanta putas ex hac mansione inter ãmam & uerbum familiaritatis gratia oriatur, quanta de familiaritate sequatur fiducia? Nõ est (ut opinor) q̃ iam talis anima dicere uereatur: Dilectus meus mihi: quæ ex eò q̃ se diligere, & uehementer diligere sentit, etiam diligi nihilominus uehementer non ambigit, ac de sua singulari intẽtione, solicitudine, cura, opa, diligentia, studioq; quo incessanter & ardenter iuuigilat quemadmodum placeat deo, æque hæc omnia in ipso indubitanter agnoscit recordans p̃missionis eius. In qua mensura mẽsi fueritis, remetiẽt uobis: nisi q̃ redhibitionem gratiæ prudẽs spõsa ad suã magis cauta est trahere partẽ, sciẽs se potiꝰ præuentã à dilecto. Inde est q̃ illius operam præfert. Dilectus inquisẽs meus mihi, & ego illi. Ergo ex propris quæ sunt penes deum agnoscit, nec dubitat se amari quæ amat. Ita est. Amor dei amore animæ parit, & illius præcurrens intentio intẽtam aiam facit, solicitudoq; solicitam. Nescio

Luc. 10. Ioan. 14. Sapien. 8. Roma. 10 Psal. 6. Gene. 3, Esaiæ 14. Luc. 10. Psal. 123. Philip. 2.

Matt. 16. 1. Petri 1. 2. Cor. 10 1. Pet. 4. Eccli. 23. 1. Ioan. 4. Matth. 7. Cantic. 2.

Universidad de Deusto Biblioteca

enim qua uicinitate naturæ cum semel reuelata facie gloriam dei speculari anima poterit, mox illi se conformari necesse est, atq; in eandem imaginem transformari: Igitur qualem te parueris deo, talis oportet apparcat tibi deus. Cū sancto sanctus erit, & cum uiro innocēte innocēs erit. Psal 17. Quidni æque & cum amante amans, & cum uacante uacans, & cum intento intentus, & solicit⁹ cū solicito? A Prouer.8. Deniq; ait. Ego diligentes me diligo, & qui mane uigilauerint ad me, inuenient me. Vides quomodo nō solū de amore suo certum te reddat, siquidem tu amas illum, sed etiam de solicitudine sua quam pro te gerit si te senserit solicitum fui. Vigilas tu, uigilat & ille. Consurge in nocte in principio uigiliarū tuarum. Accelera quantum uis etiam ipsas anticipare uigilias, inuenies eum, non præuenies. Temere in tali negotio uel prius aliquid tribuis tibi uel plus, & magis amat & ante. Si hæc anima scit, imo quia scit, miraris q; illa maiestatem quasi cætera non curantem soli sibi intendere glorietur, cui soli ipsa postpositis curis omnibus tota se deuotione custodit. Sermo finem desiderat, sed unum dico spūalibus qui in nobis sunt mirū quidem, sed uerum, aīam deum uidentem haud secus uidere quàm si sola uideatur à deo. Ea ergo fiducia dicit illum intendere sibi, secū illi, nihil præter se & ipsum uidens. Bonus es domine animæ quærenti te, occurris, amplecteris, sponsum exhibes, qui dominus es: imo qui es super omnia deus benedictus in secula Amen.

¶Vnde sponsus dilectus dicatur, & de ueritate, mansuetudine, & iustitia, cæterisq; uirtutibus quæ sunt lilia inter quæ pascitur. Sermo LXX. B

Cant.2. Dilectus meus mihi, & ego illi: qui pascitur inter lilia. Quis huic iam imputet præsumptioni uel insolentiæ, si se dicat inisse societatem cum illo qui pascit inter lilia? Etiam si inter sidera pasceretur, eo solo quo pasceretur, nescio quid magnum uideri possit cum eiusmodi amicitias seu familiaritatem habere. Aliqd prorsus ignobile & humile sonat pasci. Nunc uerò cum & pasci inter lilia perhibetur, delectionis adiectio lōgius amouet & propulsat temeritatis notam. Quid enim Matt.6. sunt lilia? Iuxta uerbum domini, fœnum quod hodie est, & cras in clibanū mittitur. Quātus est iste qui fœno pasci tur, quasi unus agnorum aut uitulorum? Et agn⁹ planè & uitulus saginatus. Sed tu fortè uigilantius aduertisti, non pabulum hoc loco designari, sed locum, nec enim dictū est lilijs cum pasci, sed inter lilia. Esto. Nō fœnum comedit ut bos, in fœno tamen uersari, & super fœnū discūbere instar unius de turba, quid eminētiæ habere potest? Quid uerò gloriæ hinc, habere dilectum illū qui hoc egerit? C Et fm literam quidem sponsæ uerecūdia & cautela prudētiæ ei⁹ Psal.111. in loquēdo satis apparet, utiq; disponentis sermones suos in iudicio: & rerum gloriā uerborū modestia temperātis. Aliàs autem non ignorat unum esse & qui pascitur, & qui pascit: inter lilia commorantem, & regnātem super sidera. At libētius humilia dilecti memorat, propter humilitatē quidē ut dixi, magis autem q; exinde cœpit esse dilectus, ex quo & pasci. Nec modo exinde, sed inde. Nam qui in altissimis est dñs, in imis est dilectus, super sidera regnās, & inter lilia amās, Amabat & super sidera, quia nusquā & nunquā potuit nō amare, quia amor est, sed donec ad lilia descendit, & pasci inter lilia compertus est, nec amatus est nec factus dilectus. Quide Num amatus est à patriarchis & prophetis? Est. Sed non prius quàm uisus est & ab ipsis inter lilia pasci. Neq; enim non uiderūt quē præuiderunt, nisi ita quis absq; spiritu sit, ut uidentem in spiritu, putet uidere nihil. Vnde ergo uidentes (nam sic prophetæ appellati sunt) si nihil uiderunt? Inde est q; uoluerunt uidere quæ non uiderunt. Nec enim poterant uelle uidere in corpore, quem in spiritu non uidissent. A Sed dico, nunquid omnes prophetæ? Quasi omnes uidere uoluerint, aut fuerit omniū fides? Sed enim qui uiderūt, aut prophetæ fuerūt, aut prophetis acquiescētes. Et credidisse enim uidisse est. Non modo namq; qui per prophetiæ spiritum, sed & qui per fidē uidet, si quis ipsum quoq; dicat uidere in spiritu, mihi non uidetur errare. Ita ergo q; ad lilia descendere, & inter lilia pasci dignatus est is qui oēs pascit: dilectum fecit illum, quia non potuit ante diligi quam agnosci. Ac per hoc cum de dilecto facta est mentio, pulchrè & illud memoratum est quod dilectionis & agnitionis extitit causa. Quærenda in spiritu refectio hæc inter lilia: nā corporea cogitare ridiculum est. Quin ipsa lilia spiritalia (siquidem potuerimus) demonstranda à nobis erunt. Puto hoc quoq; dicere nos oportebit, unde inter lilia pascatur dilectus, lilijsne ipsis, an alijs inter lilia recondītis herbis uel floribus? Et in his illud mihi difficilius apparet, q; pasci non pascere perhibeā. Nam quia pascat dubium non est, necenim indignū ei. At pasci, indigentiam sonat, & ne spiritualiter quidem sine iniuria maiestatis facile illi posse assignari uidetur. Nec ego sanè recordor usq; modo aduertisse me in hoc cantico pastum uspiam perhiberi, cum pascentem puto recordemini & uos mecum. B Deniq; postulauit sibi aliquando demonstrari ubi in me- Cantic.1. ridie pasceret & cubaret. Et nunc quidem (quod necdum dixerat) perhibet pasci, sed nō similiter postulat locum indicari sibi, sed ipsa indicat, assignans inter lilia. Nouit hoc, illud nō nouit, quia æque præsto esse nō potest quod sublime & in sublimi est, & quod humile & super terrā. Sublime opus, sublimis & locus, nec accessus ad eū usq; adhuc uel ipsi sponsæ. Et ideò semetipsum exinaniuit usq; ad hoc ut pasceretur ipse omnium pastor, & inuentus est inter lilia, & uisus ab ecclesia, adamatus est ab inope pauper, factus dilectus propter similitudinē. Non solum autem, sed & propter ueritatem & māsuetudinem & iustitiam: quòd Psal.44. per eam scilicet promissiones adimpletæ sunt, quòd superbi dæmones unà cum principe suo iudicati sunt, quòd iniquitates remissæ sūt. Talis ergo apparuit qui merito amaretur uerax per se, mitis hominibus, iustus pro hominib⁹. O uerè amandum & totis medullis cordis amplectendum sponsum. Quid iam cunctetur ecclesia totam se tota deuotione committere tam fido redditori, tam pio indultori, tā iusto propugnatori? Porrò præmiserat propheta dicens: Specie tua & pulchritudine tua intende prospere. Vnde Psal.eodē. species hæc & pulchritudo? Puto ex lilijs. Quid lilio speciosius? Sic nihil formosius sponso. C Quæ sunt ergo illa lilia è quibus species decoris eius? Procede, inquit, & re- Ibidem. gna propter ueritatem & mansuetudinē & iustitiam. Lilia sunt, lilia inquam orta de terra, nitentia super terram, eminentia in floribus terræ, fragrantia super odorē aromatū. Ergo inter hæc lilia sponsus, & omnino ex his speciosus & pulcher. Aliàs enim (quod quidem ad carnis infirma spectat) non erat ei species neq; decor. Bonum autem lilium Esaie 53. ueritas, candore conspicuum, odore præcipuum. Deniq; Sapien 7. candor est lucis æternæ, splendor & figura substantiæ dei. Lilium planè, quod ad nouam benedictionē terra nostra produxit & parauit ante faciem omniū populorum lumē Luce 2. ad reuelationem gētium. Donec sub maledicto fuit terra, spinas & tribulos germinauit. At nunc ueritas de terra orta est, domino benedicēte, speciosus omnino quidem flos campi, & lilium conuallium. Agnosce lilium ex candore, qui mox in ipso ex ortu floris pastorib⁹ de nocte emicuit, dicente euangelio: quia angelus domini stetit iuxta illos, Luce 2. & claritas dei circumfulsit illos. Bene dei, quia non angeli sed lilij candor ille aderat, sed illuc micabat abusque Bethleem. Agnosce lilium & ex odore, quo & longe positis innotuit magis. Et quidem stella apparuit, sed eam minime uiri graues secuti fuissent, nisi intima quadam suaueolentia orti lilij traherentur. Et uerè lilium ueritas, cuius odor animat fidem, splendor intellectum illuminat. Leua etiam oculos nunc in ipsam personam domini, qui in Ioan.14. euangelio loquitur: ego sum ueritas: & uide quàm competēter ueritas lilio comparetur. Si non aduertisti, aduerte de medio floris huius quasi uirgulas aureas prodeuntes, & cinctas candidissimo flore pulchre ac decenter dispositio in coronam: & agnosce auream in Christo diuinitatem

tatem humanæ coronatã puritate naturæ, ideſt Chriſtum in diademate quo coronauit eum mater ſua. Nam in quo coronauit eum pater ſuus, lucem inhabitat inacceſsibilẽ, nec poſſes in eo illum interim adhuc uidere. Sed de hoc aliàs. B Nunc uerò lilium ueritas eſt. Eſt & manſuetudo. Et bene lilium manſuetudo habẽs innocentiæ candorẽ, & odorẽ ſpei, quoniã ſunt reliquiæ, inquit, homini pacifico. Bonæ ſperat mãſuetus, nec min⁹ etiã in præſenti lucidũ quoddã uitæ eſt ſocialis exemplar. An non liliũ quæ lucet officio, redolet ſpe? Adde q̃ ſicut ueritas de terra orta eſt, ita mãſuetudo. Niſi quis dubitet ortum de terra agnũ dominatorẽ terræ, illũ agnum qui ad occiſionẽ ductus eſt, & non aperuit os ſuũ. Nec tantũ manſuetudo ſeu ueritas de terra orta eſt, ſed & iuſtitia propheta dicente. Rorate cæli deſuper, & nubes pluant iuſtum: aperiat̃ terra, & germinet ſaluatorẽ, & iuſtitia oriat̃ ſimul. Quòd aũt iuſtitia liliũ ſit, recordamini de ſcriptura, quia iuſtus germinabit ſicut lilium, & florebit in æternũ ante dñm. Nequaquã liliũ hoc hodie eſt, & cras in clibanum mittit̃, quia in æternũ florebit. Et florebit ante dñm: cuius in memoria æterna erit iuſtus, & ab auditione mala non timebit, illa ſcilicet auditione qua in clibanum ignis peccatores ire iubent. Porrò huius liliĳ cãdor cui non ſplendet, niſi cui non placet? Deniq; ſol eſt, ſed non ille qui orit̃ ſuper bonos & malos. Neq; eũ qui dicturi ſunt, ſol iuſtitiæ non ortus eſt nobis, lucẽ illius q̃ uiderũt: uiderũt aũt quotquot audierũt: Vobis aũt qui timetis deũ: orietur ſol iuſtitiæ. Ergo cãdor huius liliĳ apud iuſtos, fragrãtia etiã uſq; ad iniquos diffunditur, etſi non in bonũ ipſis. Deniq; audiuimus iuſtos dicẽtes, quia Chriſti bonus odor ſumus in omni loco, ſed alĳs quidem odor uitæ in uitam, alĳs odor mortis in mortem. Quis uel ſceleratiſsimus iuſti non ꝓbet opinionẽ, quãuis non amet opus? Et beatus ſi ſe non iudicat in eo q̃ probat. Iudicat autẽ, q̃ probãs bonũ, & nõ amãs, ideoq; nõ beatus planè, ſed miſer, proprio cõdemnatus iudicio. Quid eo miſerius cui odor uitæ, nõ uitæ ſed mortis nũcius eſt? Imo nec nuncius quidem, ſed baſulus. C Sunt multa apud ſpõſum & alia lilia præter hæc quæ ex propheta inciderũt nobis, ueritatẽ loquor & manſuetudinẽ & iuſtitiã, nec erit difficile iam cuilibet ueſtrũ ſimilia reperire per ſemetipſum in orto tam delicioſi ſponſi. Abundat & ſuperabundat talibus. Quis illa enumeret? Nempe quot uirtutes, tot lilia. Quis finis uirtutũ apud dñm uirtutum? Quòd ſi plenitudo uirtutũ in Chriſto & liliorũ, & fortaſsis ꝓpterea ipſe ſe lilium appellauit, q̃ totus uerſetur in liliĳs, & oĩa quæ ipſius ſunt lilia ſunt, conceptio, ortus, conuerſatio, eloquia, miracula, ſacramẽta, paſsio, mors, reſurrectio, aſcenſio. Quid horum non candidũ, & non ſuauiſsime redolens? Tanta deniq; in conceptione refulſit ſuperni luminis claritas de ſuperuenientis abundãtia ſpũs, ut ne ipſa quidẽ uirgo ſancta ſuſtinuiſſet, ſi non ſibi obumbratum foret à uirtute altiſsimi. Porrò ortũ candidauit incorrupta uirginitas matris, conuerſationẽ innocentia uitæ, eloquia ueritas, miracula puritas cordis, ſacramẽta pietatis arcanum, paſsionẽ patiendi uoluntas, mortẽ libertas nõ moriẽdi, reſurrectionẽ martyrũ fortitudo, aſcenſionẽ exhibitio promiſsionũ. Quàm bonus fidei odor in his ſingulis, noſtra quidẽ qui candorem non uidimus, tempora & uiſcera replens. Et beati qui non uiderũt, & crediderũt. Pars mea in his odor uitæ qui procedit ex ipſis. Is infuſus naribus meis apto quodam fidei inſtrumento, & quidem copioſius pro multitudine liliorũ, ſanè & exilium leuat, & patriæ deſideriũ aſsidue innouat in uiſceribus meis. A Habent lilia & aliqui ſodalium ſpõſi, ſed non copiã. Omnes eñ ad menſurã ſpiritum acceperũt, ad menſurã uirtutes & dona. Solus ille non habet modũ, qui habet totũ. Aliud eſt lilia habere, aliud non niſi lilia habere. Quẽ dabis mihi de liliĳs captiuitatis adeò innocentẽ & ſanctũ: qui totam terrã ſuã floribus occupare potuerit, & iſtiuſmodi floribus? Nec infans certe unius diei ſine ſorde eſt ſuper terrã. Magnus eſt qui tria uel quatuor lilia ædificare potuerit in terra ſua in tanta denſitate ſpinarum & tribulorum, quæ ſunt germina inueterata maledictionis antiquæ. Mecum uerò qui pauper ſum, bene agitur ſi unquam ab hac peſsima ſegete iniquitatũ uidelicet atq; uitiorum tantillũ terræ meæ uendicare extirpando & excolendo ſufficiã, unde unũ ſaltẽ producere lilium poſsim, ſi fortè & penes me paſci interdũ dignetur is qui paſcitur inter lilia. At parum dixi, unũ de penuria cordis mei os meũ locutum eſt. Vnum prorſus nõ ſufficit, duo ad minus neceſſaria ſunt. Dico autem continentiã & innocẽtiam, quarũ una ſine altera nec ſaluabit. Fruſtra deniq; ad unam quãlibet harum inuitabo ſponſum, qui non ad liliũ paſci, ſed inter lilia perhibetur. Dabo proinde operam habere lilia, ne de ſingularitate cauſetur liliĳ, qui non uult niſi inter lilia paſci, & ſic declinet in ira à ſeruo ſuo. Pono itaq; primam omnium innocentiam: & ſi huic iungere continẽtiam quiuero, diuitem me putabo in poſſeſsione liliorum. Rex ſum autem ſi tertiam his adiungere potero patientiã. Et quidem poſſunt ſufficere illæ, ſed quia & deficere in tentationibus poſſunt, ſiquidem tentatio eſt uita hominis ſuper terrã: opus profectò patiẽtia eſt: quæ utriuſq; ſit quaſi tutrix quædam & cuſtos. Puto ſi uenerit amator ille liliorum, & ita inuenerit, quòd nõ dedignabitur iã paſci apud nos, & apud nos facere paſcha, ubi illi & multa ſuauitas in duabus, & magna erit ſecuritas propter tertiam. Verum quo pacto dicatur paſci, qui paſcit omnia, poſtea uidebitur. Nunc uerò apparet ſponſum non modo apparere inter lilia, ſed minime omnino extra lilia poſſe aliquando inueniri, cum omne quod de eo eſt & ipſe ſit, lilium ſponſus eccleſiæ Ieſus Chriſtus dominus noſter, qui eſt ſuper omnia deus benedictus in ſecula. Amen.

¶Vnde eſt animæ candor liliorum, quòd ſponſus & paſcit nos, & paſcitur à nobis. Et qualis ſit unitas animæ ſanctæ ad deum. Sermo LXXI. C

EInis præcedentis ſermonis, principium huius. Eſt ergo lilium ſponſus, ſed non lilium inter ſpinas, quoniã non habet ſpinas qui peccatũ non fecit. Deniq; ſponſam proteſtatus eſt liliũ inter ſpinas, quoniam ſi dixerit uel ipſa quia ſpinas non habeat, ſeipſam ſeducit, & ueritas in ea nõ eſt. Se uerò florem quidem & lilium profeſſus eſt, non tamen inter ſpinas. Magis autem, ego, inquit, flos campi & lilium conuallium, & non eſt ſpinarum mentio, quòd ſolus ſit hominũ qui opus non habeat dicere: conuerſus ſum in ærumna mea dum cõfigitur ſpina. Ergo abſq; liliĳs nũquam eſt qui abſq; uitiis ſemper eſt, quia totus & ſemper eſt candidus: ſpecioſus forma præ filĳs hominum. Tu ergo qui hæc audis uel legis, cura habere lilia penes te, ſi uis habere hunc habitatorem liliorum habitantem in te. Opus tuum, ſtudium tuum, deſiderium tuum, lilia eſſe proteſtentur moralis quidem rerum ipſarum candor atq; odor. Habent & mores colores ſuos, habent & odores. Neq; enim in ſpiritibus idipſum eſt color & odor, non magis quàm in corporibus. Ergo de colore conſcientia conſultetur, de odore fama. Fetere feciſtis odorem noſtrum coram Pharaone & ſeruis eius, aiunt illi dicentes de opinione. Porrò colorem operi tuo dat cordis intentio, & iudicium conſcientiæ. Nigra ſunt uitia, uirtus candida eſt. Inter hanc atque illa conſcientia conſulta diſcernit. Stat ſententia domini de oculo nequam & lucido, qua inter candidum & nigrum certos fixit limites, & diuiſit lucem à tenebris. Quod ergo de corde puro & conſcientia egreditur bona, candidum eſt, & eſt uirtus. Si autem & bona fama ſecuta fuerit, & lilium eſt, quippe cui nec candor liliĳ deſit nec odor. A Porrò uirtus etſi non propterea maior: pulchrior tamen illuſtriorq; efficitur. Quòd ſi in conſcientia neuus fuerit, nec quod ex ea prodierit carebit neuo. Nã ſi radix in uitio, & ramus. Ac per hoc quicquid illud ſit quod radix uitiata non abſque traduce uitiĳ ex ſe producat, uerbi gratia, ſermo, actio, oratio, etiam ſi fama applaudere uideatur, non eſt quod debeat lilium dici: quia & ſi odor commiuere uidetur, ſed non color. Quo pacto eñ lilium cũ impuritatis neuo? Nec ſanè fama ualebit

Iob. 20. Iob. 5. Pſal. 84. Actũ 7. Eſaiæ 45. Pſal. 111. Malac. 4. Pſal. 26. Iob 7. Exo. 5. Gene. 1. Cantic. 2. Ibidem. Pſal. 44.

uendícare uírtuti, quod eſſe uítiũ cõuícerit cõſcíẽtia. Erít quídẽ uírtus contẽta candore conſcíẽtiæ, ubí ſequí nõ poterít odor famæ, cæterũ odor famæ nec excuſare ſufficiet uítiũ cõſcíẽtiæ decoloris. Prouídebít tñ ſemper (quod ín ſe eſt) homo uírtutís bona, nõ tñ corã deo, ſed etiã coram hoĩbus, ut uerè ſít líliũ. Sed eſt etiã cãdor animæ índulgẽtia deí, ipſo dicẽte per prophetã: Si fuerínt peccata ueſtra ut coccinũ, quaſi níx dealbabũtur: & ſi fuerínt rubra quaſi uermículus, uelut lana alba erunt. B Et eſt candor quem ſibí índuít ís quí míſeretur ín hílaritate. Etenim ſi íntueárís íllum quẽ propheta depíngit ſocundũ hominẽ quí míſeretur & commodat, nónne ís tíbí uídebítur de ípſa animí ſocunditate índuiſſe candorẽ quendam pietatis uultuí pariter & operí ſuo: Sicut è regione ſi ex triſtitia & ueluti ex neceſsitate quís tríbuat, nõ candídũ planè, ſed tetrum præfert manu & fronte colorẽ. Et ideò hílarẽ datorem díligít deus. Nũquíd & triſtẽ? Profectò quí reſpexít ad Abel ob alacritatís candorẽ, auertít facíẽ à Caín: quía & concíderat facies eíus utícp à triſtítia & líuore. C Aduerte qualís color triſtítiæ ſeu ínuídiæ ſit, quí deí à ſe auertít aſpectum. Pulchre & eleganter ín colorãdo beneficío candor ſocũdítatis laudatus eſt uoce ílla poetæ: ſuper oĩa uultus acceſſere boní. Nec modo hílaris dator, ſed & quí tríbuít ín ſímplicitate, díligít à deo, & ſímplicitas candor eſt. Probamus à contrarío, nam neuus duplícitas. Parum dixí, macula eſt. Quíd duplícitas níſi dolus? Sed enim quí doloſe egit ín conſpectu deí, ínuenta eſt íníquitas eíus ad odíum. Et ídeò beatus cuí nõ ímputabít dñs peccatum, nec eſt in ſpírítu eíus dolus. Pulchre dñs paucís utrãcp notauít maculã, dolũ triſtítiamcp: nolíte, ínquiens, fierí ſicut hypocrítæ triſtes. Sponſus ítacp & cum ſit uírtus, ín uírtutibus cõplacet ſibí: & cum ſit líliũ, líbenter ínter lília cõmoratur: & cum ſit candor, delectatur cãdidís. D Et fortaſsís hoc eſt quod dícitur paſcí ínter lília, candore & odore uírtutum delectarí. Et quídem paſcebat olím corporaliter apud Maríam & Marthã, & recumbẽs etiã corpore ínter lília (íllas loquor, nã lília erant) níhílomínus ſpírítũ refocíllabat deuotíone & uírtutibus mulíerũ. Quòd ſi ílla hora íntraſſet propheta aut angelus ſeu alíus quíuís ſpíritalís, tantũ non ignorans quæ maieſtas recumberet, nónne ſtupens dignatiõnẽ & familíaritatẽ quã ílli eſſe conſpíceret cũ puris animís pudícisqcp corporib⁹ tamen terrenís & ſexus ínfirmíorís, merito teſtaretur, quía uídí íllũ nõ modo cõmorantẽ ſed & paſcẽtem ínter líliã: Ita ergo ím utrũcp (carnem díco & ſpírítũ) paſcí ínter lília ſponſus ínuẽtus eſt. Puto autẽ qp & ípſe uícíſsím paſceret, ſed ín ſpírítu. Hoc ípſo quo paſcebatur, quomodo paſcebat? Quomodo, ínquã, cõfortabat tímídítatẽ fœmínarũ, ıocundabat humílítatẽ, ímpínguabat deuotiõnẽ? Sed ſi uídíſtí qp paſcí ílli ſit paſcere, uíde etíam nunc ne fortè & ecõuerſo paſcere ſit eí paſcí. Domíne quí paſcís me à ıuuẽtute mea, aít ſanctus patríarcha Iacob. Bonus paterfamílías, quí ſuorum domeſticorũ curam gerít, maxíme ín díebus malís, ut alat eos ín fame, cíbãs íllos pane uítæ & íntellectus, & ſic nutríẽs ad uítam æternam. At paſcens íta puto níhílomínus paſcítur ípſe, & quídẽ eſcís quíbus líbẽter ueſcítur, pfectíbus noſtrís. Etenim gaudíũ dñí fortítudo noſtra. Ita ergo & cum paſcít paſcítur, & paſcítur cum paſcít, ſímul nos ſuo gaudío ſpírítualí refícíes, & de noſtro æque ſpírítualí profectu gaudens. Cíbus eíus pœnítẽtía mea, & cíbus eíus ſalus mea, cíbus eíus ego ípe. An non cínerem tanquam panem manducat? Ego autem quía peccator ſum, cínís ſum, ut mãducer ab eo. Mandor cum arguor, glutíor cum ínſtituor, decoquor cum ímmutor, dígeror cum trãsformor, unior cũ conformor. Nolíte mírarí hoc, & manducat nos, & manducatur à nobís: quo artíus ílli aſtríngamur. Non ſanè alíàs perfectè unímur ílli. Nam ſi mãduco & non mãducor, uídebítur ín me eſſe ílle, ſed nondũ ín ílló ego. Quòd ſi manducor quídẽ nec manduco, me ín ſe habere ílle, ſed non etíam ín me eſſe uídebítur. Nec enim perfecta unítío ín uno quouís horũ. Sí eñ manducet me, ut habeat me ín ſe; & à me uícíſsím mandu-

Eſaiæ 1.

Pſal.111.

2.Cor.9.

Matth.6.

Pſal.101.

cetur ut ſit ín me, quatenus íntegra firmacp ſit cõnexío, cũ ego ín eo, & níhílomínus ín me ípſe erít. B Vís tíbí per ſímíle oſtendam quod dícitur? Attolle oculos nunc ín quãdam ſublímíorẽ quídẽ rerum conuenientíam, ſímílẽ tamen huic. Sí ípſe ſponſus ín patre íta eſſet, ut non tamen ín ípſo pater, aut íta pater ín ípſo eſſet, ut nõ eſſet ípſe ín patre: audeo dícere, & ípſorum citra perfectum unítas remaneret, ſi tamen íam unítas eſſet. Nunc uerò cum & ípſe ín patre, & pater ín ípſo ſit, non eſt quo claudícet unítas, ſed uerè perfectecp unum ſunt ípſe & pater. Sic ígítur anímа cuí adhærere deo bonum eſt, non ante ſe exíſtímet ípſí perfectè unítam, níſi cum & íllum ín ſe & ſe ín íllo manentem perſenſerít. Non quía uel tunc unum dícatur cum deo, ſicut unum ſunt pater & fílíus: quãuís quí adhæret deo, unus ſpírítus eſt. Legí hoc, ſed íllud non legí. Non díco de me, quí níhíl ſum, ſed planè nemo níſi demens ſíue de terra ſíue de cælo uſurpabít ſibí íllam unígeníti uocem: ego & pater unũ ſumus. Et tñ ego lícet puluís & cínís, fretus quídem ſcripturæ auctorítate mínímе íſtud dícere uerear, quía unus cum deo ſpírítus ſum: ſí unquam tñ certís fuero perſuaſus experímentís deo me adhærere ínſtar uníus íllorum quí ín charítate manent, ac per hoc ín deo manẽt, & deus ín eís, manducantes deũ, & manducatí à deo. Nam de talí adhæſione puto dictum: Quí adhæret, deo unus ſpũs eſt. Quíd ergo? Dícit fílíus. Ego ín patre, & pater ín me eſt: & unũ ſumus. Dícit homo: Ego ín deo, & deus ín me eſt: & unus ſpírítus ſumus. C Sed nunquíd pater & fílíus ut ſint ín ínuícem, & quaſi proínde unum, ínuícẽ ſe manducant, ſícut deus & homo mutua ſe quadã ín ſeſe manducatione traſcíunt, ut per hoc etſi nõ unum, unus certè ſpírítus ſint? Abſit. Nec ením uno modo ínſunt ſibí hí atcp íllí, ſed necp una unítas utrorumcp. Denícp ínnuítur tíbí unítatum díuerſítas: per unus, & unum, quoníã nec patrí & fílío unus, nec homíní & deo unũ poterít cõuenírе. Tu ſí ſapís occaſione accepta eris ſapíẽtíor, prudenter aduertens íllíc quídẽ per unum, unítatem ſubſtantíæ uel naturæ: híc uerò per unus, æque unítatem, ſed ídeò longe alteram, quía ínter ſubſtantías & naturas, homíní nempe & deo ſua cuícp & natura & ſubſtantía eſt, cum patrís fílícp conſtet penítus eſſe unam. Vídes íllam nec unítatẽ eſſe, ſíquídẽ huíc ſíngulaí ſummæcp unítatí comparetur? Nam quomodo unítas ubí numerus naturarũ, ſubſtantíarũ díuerſítas? Et tamen unus ſpírítus dícítur, & eſt cũ deo anímа adhærens deo, nec præíudícat rerum pluralítas unítatí huíc, quã facít non confuſío naturarũ, ſed uoluntatũ conſenſío. Propter hanc quoqp multa corda unũ, & multæ anímæ una dícuntur, ſícut ſcríptum eſt: Multítudínís credentíũ erat cor unũ, & anímа una. Et hæc ergo unítas. Cæterũ quíd ad íllam quæ non unítíone cõſtat, ſed extat æternítate? Non planè íllam quædã ínſtar huíus mutua manducatío facít: quía nec fit. Eſt ením. Sed nec coníũctío uel quaſi compoſítío, uel tale alíquíd quod uníus non eſt. Eſt autem patrí fílíoqp natura, eſſentía, uolũtas nõ modo una, ſed unum. Hoc nempe eſt íllís eſſe quod naturam eſſe: hoc uelle quod eſſe, uel naturam eſſe. Non eſt ítacp quod unítas qua unum ſunt pater & fílíus, dícatur fierí de naturís uel eſſentíís uel uoluntatíbus: qa non ſunt: nõ eſt quod dícatur uel fierí, quía eſt. Nec ením factíua eſt, ſed natíua. Sunt ín ſeſe pater & fílíus non ſolum ineffabílí, ſed etíam íncomprehenſíbílí modo ſuí ípſorum capabíles pariter & capaces, ſed ſanè íta capabíles ut non partíbíles, íta capaces ut non partícípes. Nam ut ín hymno eccleſía canít. In patre totus fílíus, & totus ín uerbo pater. Eſt pater ín fílío, ín quo ſíbí ſemper bene complacuít: & eſt fílíus ín patre, à quo ut nunquam non natus, ítа nunquam eſt ſeparatus. Porrò per charítatem homo ín deo, & deus ín homíne eſt, dícẽte Ioãne: quía quí manet ín charítate, ín deo manet, & deus ín eo. Conſenſío quædã hæc ut ſint duo ín uno ſpírítu, ímo unus ſpírítus ſint. Vídésne díuerſítatem? Non eſt ídẽ profectò cõſubſtãtíale & cõſentíbile. Quãquã ſí aduertíſtí, ſatís tíbí per unus & unũ ípſarũ quoqp ímmíſ differẽtía unítatum, quoníã quídẽ nec patrí & fílío unus, nec homíní

2.Cor.6.

Ioan.7.

1.Ioan.4.

2.Cor.6.

1.Ioan.4.

nec hominũ & deo unum poterit conuenire. Non possunt dici unus pater & filius, quia ille pater, & ille filius est: unũ tamẽ dicuntur & sunt, ꝙ una omnino illis & non cuiꝙ sua substãtia est. Quo cõtra homo & deus quia unius nõ sunt substantiæ uel naturæ, unum quidẽ dici nõ possunt. Vnus tamẽ spũs certa & absoluta ueritate dicũtur, si sibi glutino amoris inhæreãt. Quam quidẽ unitatẽ non tam essentiæ ꝗ̃ cohærentia facit, quàm conniuẽtia uolũtatũ. C Patet (ni fallor) satis non modo diuersitas, sed & disparilitas unitatum, una in una, altera in diuersis existente essentijs. Quid tam distans à se quàm unitas pluriũ & uniusc? Ita inter unitates (ut dixi) discriminant unus & unũ, ꝙ per unũ quidẽ in patre & filio essentiæ unitas, per unus uerò inter deũ & hominẽ nõ hæc sed consentanea quædã affectionũ pietas designat. Cum adiectione tñ etiam pater & filius sanissime dicuntur unus, uerbi causa unus deus, unus dñs, & quicquid aliud est quod à se quisꝙ & nõ ad alterũ dicit. Siquidem nõ est illis diuersa diuinitas siue maiestas, non magis quàm substãtia uel essentia uel natura. Nẽpe hæcipsa omnia si pie cõsideres, non diuersa seu diuisa in illis, sed unum
Actu.4. sunt. Minus dixi, unũ sunt & cũ illis. Quid illa unitas qua multa corda unũ, & multæ animæ una leguntr? Nec cẽsenda (ut reor) nomine unitatis cõparata huic quæ nõ multa unit, sed unum singulariter signat. Ergo singularis ac summa illa est unitas quæ non unitione constat, sed extat æternitate. Nec sanè hanc spũalis illa præfata mãducatio facit, quia nec fit. Est enim. Multo minus eam facere putãda est essentiarũ qualiscũꝙ coniunctio, seu cõsentio uolũtatum, quia non sunt. Vna eñ illis (ut dictũ est) & essentia & uoluntas, uni uerò non est cõsensus, non cõpositio, nõ copulatio, aut tale aliquid. Duas esse oportet ad minus uolũtates, ut sit consensus, duas æque essentias, ut sit coniunctio siue unitio per cõsensum. Horũ nihil in patre & filio, quippe nec essentias duas, nec duas habẽtibus uolũtates. Vna est utraꝙ res illis, uel potius (ut præfatũ me memini) unũ duo ista in illis, unum & cum illis sunt, ac per hoc ipsi sicut incomprehensibiliter, ita incõmutabiliter inuicẽ in se manentes, uerè & singulariter unum sunt. D Si quis tñ inter patrẽ & filiũ dicat esse cõsensum, nõ contẽdo, dũmodo nõ uoluntatũ unionẽ, sed unitatẽ intelligat uolũtatis. At qui deũ & hominẽ, quia ꝓpriꝰ extãt ac distant & uolũtatibus & substantijs: longe aliter in se alterutrũ manere sentimus, id est nõ substãtijs cõfusos, sed uolũtatibus cõsentaneos. Et hæc unio ipsis cõmunio uoluntatũ, & cõsensus in charitate. Felix unio si experiaris, nulla si comparaueris. Vox
Psal.72. experti. Mihi autẽ adhærere deo bonũ est. Bonũ planè, si omni ex parte adhæseris. Quis est ꝙ perfecte adhæret deo, nisi qui in deo manẽs tanquã dilectus à deo, deũ nihilominus in se traxit uicissim diligẽdo? Ergo cum undiꝙ inhærent sibi homo & deus, inhærẽt autem undiꝙ intima mutuaꝙ dilectione inuisceratí alterutrũ sibi: per hoc deum in hoie, & hoiem in deo esse haud dubiè dixerim. Sed homo quidẽ ab æterno in deo tanquã ab æterno dilectus, si tñ ex illis sit qui dicũt: Qñ dilexit & gratificauit nos in dilecto filio suo ante mũdi constitutionẽ. Deus uerò in homĩe, ex quo dilectus ab hoie est. Et si ita est: hõ quidẽ in deo est, & qñ in hoie deus nõ est: deus aũt in hoie nõ est qui nõ sit in deo. Manere enim in dilectione non potest, etsi forsitan ad tẽpus diligat nõ dilectus, potest aũt nondũ diligere etiam
1.Ioan.4. dilectus. Alioquin qũo stabit: Qñ ipse prior dilexit nos? Porrò cũ iam etiã diligit qui ante diligebat, & hõ in deo, & deus in hoie est. Qui autẽ nunquã diligit, cõstat ꝙ nunquã dilectus est, ac per hoc nec ipe in deo, nec de? in eo est. Hæc dicta sint ad dãdã differẽtiã inter illã cõnexionẽ qua pater & filius unũ sunt, & illã qua adhærens deo aĩa, unus spũs est: ne fortè quia legitur de hoie manẽte in charitate quia in deo manet, & deus in eo: & itẽ de filio ꝙ nihilominus in patre sit, & pater in ipso, par prærogatiua adoptati putaretur & unici. B His ergo ita absolutis, recurrendũ nobis ad illũ qui pascit inter lilia, quia inde excursus hic factus est usꝙ huc, utrũnam non ociose, uos iudicabitis.

Et iam quidẽ loci ipsius duos intellectus posueram, siue ꝙ uirtutibus pascit candidatoꝝ qui uirtus & cãdor est, siue ꝙ peccatores recipit ad pœnitentiã in corpore suo (quod est ecclesia) ꝙ quibus sibi incorporãdis seipsum fecit pec- *Roma.6.*
catũ, qui peccatũ nõ fecit, ut destrueretur corpus peccati cui aliqñ complãtati fuere peccãtes, essentẽꝙ iustitia in ipo iustificati gratis. Tertiã adhuc pono sententiã quæ occurrit: & satis fore reor non modo ꝓ loci explanatione, sed & pro fine sermonis. Sermo dei ueritas est, & ipse spõsus. Nostis hoc, audite cætera. Is cum audit, & minime obedit illi: uacuus interim & ieiunus quodãmodo remanet, oĩno tristis & querulus ꝙ ꝓlatus in uacuũ sit. Si autẽ obeditũ fuerit, nónne tibi uerbũ uidebit in quãdã excreuisse corpulẽtiã, quia uerbo opus accesit, utpotè refectũ quibusdã fructibus obediẽtiæ, iustitiæ frugibꝰ? Inde est ꝙ in Apocalypsi loquit: Ecce sto ad ostiũ & pulso, si quis audierit uocẽ *Apoc.3.*
meã, & aperuerit mihi ianuã, introibo ad illũ, & cœnabo cũ eo, & ipse mecũ. Videt approbari hic sensus & apud ꝓphetã sniã dñi, ubi dicit ꝙ uerbũ suũ nõ reuertet ad eũ ua- *Esaiæ 55.*
cuũ, sed ꝓsperabit, & faciet ad quæ misit illud. Non reuertet (inquit) ad me uacuũ uel ieiumũ, sed quasi ꝓspere in oĩbus agẽs, saturabit bonis actibus eoꝝ qui in dilectione acquieuerẽt illi. Deniqꝫ usu loquẽdi sermo impletus tũc dicit, cũ fuerit mãcipatus effectu, ꝙ uidelicet tãdiu inanis & maer ac quodãmodo famelicus sit, donec opere cõpleatur.
D Sed audi ipm quo se dicat cibo ali. Meus, inquit, cibus *Ioan.4.*
est ut faciã uolũtatẽ patris mei. Verbũ uerbi est aperte indicantis esse suũ cibũ factũ bonũ, si tñ inuenerit illud inter lilia, hoc est inter uirtutes. Alioquin si extra repererit, etsi bonus (quod in se est) uidet cibus, non tãget illum is qui pascit inter lilia. Verbi causa, non recipit eleemosynam de manu raptoris seu fœneratoris, sed nec de hypocritæ quidem, qui cũ facit eleemosynã, facit tuba cani ante se, ut glorificetur ab hoibus. Sed nec illius orationẽ aliquo modo exaudiet qui amat orare in angulis platearũ ut ab hoibus uideatur. Nempè oratio peccatoris execrabilis erit, fruſtra *Prou.28.*
quoꝙ offert munus suum ad altare qui conscius est sibi ꝙ *Matth.5.*
frater suus habet aliquid aduersum se. Deniqꝫ nõ respexit *Gene.4.*
ad Cain munera, eò ꝙ non rectè ambularet cum fratre suo. Teste sancto propheta etiã abominabatur sabbata & neo- *Esaiæ 1.*
menias & sacrificia Iudæorum, ita ut manifeste protestare tur odisse ea animam suam, & dicebat: Cum ueniretis ante cõspectum meũ, quis quæsiuit ea de manibus uestris? Credo non redolebãt lilia manus illæ, & propterea respuebat munus ex illis qui pasci inter lilia consueuit, & non inter spinas. Quidni spinosas habebant manus, quibus aiebat: *Ibidem.*
Manus uestræ sanguine plenæ sunt? & manus Esau pilosæ *Gene.27.*
erant spinosis similes, ideoꝙ non sunt admissæ ut ministrarent sancto. A Vereor ne & inter nos aliqui sint quorum non acceptet munera sponsus, eò quòd non redoleãt lilia. Etenim si in die ieiunij mei inuenîatur uoluntas mea, non *Esaiæ 58.*
tale ieiunium elegit sponsus, nec sapit illi ieiunium meum, quod non liliũ obediẽtiæ, sed uitium propriæ uoluntatis sapit. Ego autem non solum de ieiunio, sed de silentio, de uigilijs, de oratione, de lectione, de opere manuum, postremõ de omni obseruatione monachi ubi inuenitur uoluntas sua in ea, & non obediẽtia magistri sui, idipsum sentio. Minime prorsus obseruantias illas etsi bonas in se, tamen inter lilia, id est inter uirtutes censuerim deputandas: sed audiet à propheta qui eiusmodi est. Numquid tale est obse- *Ibidem.*
quium quod elegit? dicit dominus. Et addit: In die bonorum tuorum inueniuntur uoluntates tuæ. Grande malum propria uoluntas, qua fit ut bona tua tibi bona non sint. Oportet proinde extra lilia fiãt qui huiusmodi sunt, quia nihil oĩno quod propria inquinatum sit uoluntate, gustabit is qui pascitur inter lilia. Sapientia est ubiꝙ attingens propter munditiã suã, & nil inquinatũ in eam incurrit. Ita ergo inter lilia pasci amat sponsus, id est apud munda & nitida corda. Sed quousqꝫ? Donec aspiret dies, & inclinen- *Cantic.2.*
tur umbræ. Vmbrosus locus est & condensus, non intremus siluam hanc profundi sacramenti nisi clara luce dicí.

Universidad de Deusto Biblioteca

Iam enim disputate me longius, inclinata est dies, dum in uiti abstrahimur ab his liliis. Nec sum ueritus prolixitatē, cui fastidiū omne detraheret odor florū. Modicū quid re stare uidef de præsenti capitulo. At istud modicū recondi tū nimis, sicut & cætera uniuersa carminis huius. Sed qui Prou.20. reuelat mysteria, aderit (ut confido) cū pulsare cœperim?: Hesier.13. & nō claudet ora loquentiū se, cui familiare magis est rese rare clausa, spōsus ecclesiæ dñs noster Iesus Christus, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

¶ *Dies aspirans, & umbræ inclinatæ quæ sint. Et quòd genus humanum accepit concupiscentiam hæreditariam ex transgressione primorum parentum.* Sermo LXXII. C

Cantic. 2. OIlectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia donec aspiret dies, & inclinent umbræ. No uissima tīn capituli huius tractanda pars est, & dubito in ipso ingressu cui nam potissimū eam iungam duarum præcedentiū. Nam possum indifferenter utrīq;. Siue enī dicas: dilectus meus mihi, & ego illi, donec aspiret dies, & inclinētur umbræ, interposito tīn qui pasci tur inter lilia, siue p literæ serie, qui pascitur inter lilia do nec aspiret dies, & inclinētur umbræ: non inconuenīēter utrouis assignas. Hoc sanè refert q donec si primo iunxe ris, inclusiuum oportet intelligas: si medio, exclusiuū sen tias necesse est. Esto nempe q desinat sponsus pasci iam in ter lilia ubi aspirauerit dies, nunquid similiter cessabit etiā sponsæ intēdere, aut ipsa illic? Absit. In æternum perseuera bunt sibi, nisi q tunc felicius cum uehementius, tunc uche mētius cum expeditius. Sit ergo tale hoc donec quale est Matth.1. illud apud Matthæū, ubi narrat non cognouisse Mariam Ioseph, donec peperit filiū suum primogenitū. Non enim Psal.122. post cognouit. Vel certè quale est illud i psalmo: Oculi no stri ad dīm deū nostrum donec misereat nostri. Non enim auertētur cū cœperit misereri. Vel quale item illud dñi ad Matt.28. apl'os: Ecce ego uobiscū sum usq; ad consummationē secu li. Non enim post non erit cum illis. Verū hoc ita, si donec referas ad dilectus meus mihi, & ego illi. Si autē ad qui pa scitur inter lilia, respicere malis, erit alio sensu accipiendū. Porrò operosius ostēdet quomodo tūc dilectus pasci desi nat cū aspirauerit dies. Etenim si dies resurrectionis is est, quidni multo magis pasci ibi inter lilia iuuet, ubi horum maior admodū copia erit: Et pro aptāda quidē literæ con sequētia hæc dicta sint. A Nunc iam aduerte mecū, toto licet liliis fulgētibus regno, spōsoq; medio existēte & deli ciante, non tn esse q dicatur & pasci, iuxta id quidē quod ante cōsueuerat. Vbi nāq; iam peccatores quos sibi incor poret Christus māsos morsosq; quasi quibusdā dentibus disciplinæ austerioris, afflictione scilicet carnis, & cordis cōtritione? Sed neq; cibum sibi iam exiget uerbū sponsus ex aliquibus factis seu operibus obedientiæ, ubi omne ne gociū ocium, solaq; in intuitu & affectu res erit. Et quidē cibus eius ut faciat uoluntatē filius unigenitus patris sui, sed hic, nō ibi. Quid enī faciat factā? Et perfectā tūc esse cō stat. Deniq; probare iā tunc est oibus sanctis quæ sit uolū tas dei bona & beneplacens & perfecta. Et certè post perfe ctum, faciendū supererit nihil. Frui decætero restat, non fie ri: experiri, nō operari: ea uiuere, nō exerceri in ea. Nōme ipsa est quā instātissima prece docti quidem à dño, sicut in cælo ita & in terra perfici postulamus, quo eius iā delectet fructus, actus non fatiget: Non erit itaq; spōso uerbo ope ris cibus, quia cesset necesse est omne opus ubi plenius ab uniuersis percipitur sapientia. Nam qui minorantur actu, percipiunt eam. B Sed uideamus nunc si quod dicimus stare possit, & in illam sententiā qua pasci inter lilia, cādi datu uirtutum oblectari, quidam interpretantur. Nam & nos ipsam inter cæteras nō præteriuim9. Dicemusne aut non fore, aut sponso minime sapere tūc uirtutes? Et quidē sentire alterutrū, dementiæ est. Sed uide ne fortè alias illis delectetur, nam constat delectari, sed forsitan potu magis quàm pastu. Sanè in tempore & corpore isto nulla nostra uirtus ita ad purum defecata erit, nulla ita suauis & mera, 1.timo.2. ut spōso habilis sit ad potandū. Sed qui uult oēs homines saluos fieri, dissimulat multa, & quos non potest potandi interim facilitate glutire, curat ex ea uel quippiam elicere sapidum, quasi arte quadā & quodā labore mandēdi. Erit cum erit uirtus colabilis, nec premetur dente, nec fatigabi tur à mandente. Vel potius non fatigabit mandentē, quæ bibentem absq; opera delectabit, tanquā utiq; potus non esca. Deniq; habes spondentē in euāgelio, quia nō bibam Mat.26. de hoc genimine uitis, inquit, donec bibā illud nouum uo biscum in regno patris mei. Et de cibo nulla mētio est. Sed apud prophetā quoq; legitur: tanquā potēs crapulatus à Psal.77. uino. De cibo autē nihil ibi penitus inuenit. Sponsa ergo cōscia mysterij huius, cum dilectum pasci inter lilia compe risset ac perhibuisset, cōstituit terminum quoad id digna retur, imo cōstitutum agnouit & perhibuit dicens: donec Cant.2. aspiret dies, & inclinentur umbræ. Sciebat enī uirtutibus eum postea potandū potius quàm pascēdum. Conuenire uidef, & cōsuetudo est, quia post cibū potus sumi de more solet. Ergo qui hic manducat, illic bibet, eò tunc suauius quò securius glutiturus & ea ipsa quæ scrupulosius modo & quodammodo laboriosius quasi mandendo liquat. D Nūc iam intēdamus cōsiderare de die illo & illis umbris, qui ille, quæ istæ, ille qua ratione aspirans, hæ in qua pote state habeāt inclinari. Signanter oīno dictū est: donec aspi ret dies: imo singulariter. Solo qppe hoc loco (nisi fallor) diem aspirantē comperies. Auræ nēpe non tēpora spirare dicūtur. Spirat homo, spirant animalia cætera, quibus in desinēter reciprocatus aer uitā cōtinuat. Et quid hoc nisi uētus? Spirat & spiritus sanctus, & inde spirit9. Quo pacto ergo dies spirans qui nec uentus, nec spiritus, nec animal est? Quanquā nec spirans quidē, sed quod signātius sonat aspirans dictus sit. Nec minus præter solitū dictū, & inclinent umbræ. Deniq; ad exortū huius corporei uisibilisq; luminis umbræ non inclinātur, sed annullant. Extra pro inde corpora quærendæ hæ res. Et si quidē spiritales inue nerimus diem & umbras, tunc forsitan & inclinatio harū, & illius aspiratio facilius elucebit. Qui illum diem de quo propheta dicit: Melior est dies una in atrijs tuis super mi- Psal.83. lia: corporeū opinatur, nescio quid iam non corporeū opi netur. Est & in mala significatione dies, cui maledixere pro phetæ. Absit aūt ut ex uisibilibus his quos fecit dñs. Itaq; spūalis est. Iam umbrā quis ambigat spūalem, qua Mariæ obumbratū est concipiēti, & item eā quæ in pphetia sic me morat: Spūs ante faciē nostrā Christus dñs, sub umbra ei9 uiuemus inter gētes? A Ego tn umbrarū noīe hoc loco magis arbitror designatas cōtrarias potestates, quæ non modo umbræ uel tenebræ, sed & principes tenebrarū ha rum ab apostolo perhibentur, simulq; inhærentes illis ex genere nostro filios utiq; noctis, & non lucis neq; dici. Hæ siquidē umbræ nō planè cum aspirauerit dies in nihilo re uertentur, sicut à facie huius corporeæ lucis umbras cor poreas nō disparere tn, sed & penitus deperire uidemus. Itaq; erūt minime quidē extremius nihilo, miserius tamē. Psal.9. Erunt, sed inclinatæ & subditæ. Deniq; inclinabit se, inq;, & cadet (haud dubium quin princeps umbrarū) cum do minatus fuerit pauperū. Ergo non natura delebit, sed po tentia subtrahet. Non peribit substātia, sed transibit hora & potestas tenebrarū. Tolluntur ne uideāt gloriā dei, non annullātur, ut semper uranf. Quidni inclinabunf umbræ, cū deponentur potētes de sede, ponēturq; scabellū pedū? Quod utiq; oportet fieri cito. Nouissima hora est. Nox Rom.13. præcessit, dies autē appropinquauit. Aspirabit dies, & ex pirabit nox. Nox diabolus est, nox angelus satanæ, etsi se 2.Cor.11. transfiguret in angelū lucis. Nox etiā antichristus, quem dñs interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione ad uentus sui. Nūquid non dñs dies est? Dies planè illustrans & spirans, qui spū oris sui fugat umbras, & destruit laruas illustratione aduentus sui. C Aut si magis placet simpli citer uerbum inclinationis accipere, nihilq; aliud inclina ri quàm annihilari esse putandū, neq; huic desimus sensui, dicimus umbras figuras & ænigmata scripturarū, necnō & sophisticas locutiones, cauillationesq; uerborum & implicita

implicita argumẽtorũ,q̃ oĩa ueritatis interim lumẽ obũbrant. Ex parte enim cognoscimus: & ex parte prophetamus. Verum aspirante die inclinabũtur umbræ, quia occupante omnia luminis plenitudine, nulla pars superesse poterit tenebrarũ. Deniq; cũ uenerit quod pfectũ est, tũc euacuabitur quod ex parte est. Hactenus de his sufficere poterat si spirans dies illa & non aspirãs dicta fuisset. Nũc uerò pro tanto illo licet additamento adhuc aliquid addẽdum existimo, nimirum pro inuestiganda huius diuersitatis ratione. Ego eñ (ut uerũ fatear) iam olim mihi persuasi in sacri preciosiq; eloquij textu nec modicã uacare particulam. Solemus autẽ hac uoce uti cũ uehemẽter aliquid desideramus, ut (uerbi gra) cũ dicimus, ille ad illũ honorem uel illam dignitatem aspirat. Designatur itaq; per hoc uerbũ mira affatura affluentia uehementiaq; spiritus die illo, cũ non solũ corda sed & corpora suo quidẽ in genere spiritalia erũt, & qui digni inuenĩẽtur, inebriabũtur ab ubertate domus dñi, & torrẽte uoluptatis illi⁹ potabuntur. D Vel aliter. Iam sctis angelis dies sanctificatus illuxit, spirãs illis iugi impetu perpetis meat⁹ mel
p̃s.86. liflua sempiternæ diuinitatis arcana. Deniq; fluminis im-
p̃s.45. petus lætificat ciuitatẽ dei, sed ciuitatẽ cui dicitur: Sicut lætantiũ omniũ habitatio est in te. Cũ autẽ & nobis qui terram inhabitamus, spirare adiecerit, erit non modo spirãs sed & aspirãs, q̃ dilatato sinu admittat & nos. Vel (ut paulò altius repetamus, & disseram⁹ latius) psasmato homine de limo terræ, plasmator sicut uera narrat historia, inspirauit in faciẽ ei⁹ spiraculum uitæ, factus proinde illi dies inspirãs. Et ecce inuida nox callide impegit in diem
Gen.2. hanc, luce utiq; simulata. Nam dum quasi splendidius lumen scietiæ pollicetur, inopinatas nouæ luci offudit praui tenebras cõsilij, & primordijs originis nræ tetrã dãno
p̃s.81. sæ præuaricationis inuexit caliginem. Væ uæ, nescierunt neq; intellexerunt, in tenebris ambulant nescientes, ponẽtes tenebras lucem, & lucẽ tenebras. Deniq; comedit de ligno mulier quod sibi dederat serpens, quod uetuerat deus: deditq; uiro suo, & cœpit illis quasi de nouo discere. Nam illico aperti sunt oculi amborum, & fact⁹ est dies
Gene.3. conspirans, inspirantem extundens, & substituẽs expirãtem. A Conspirauerunt siquidem & conuenerunt in
p̃s.2. unũ aduersus dominum, & aduersus christum eius, serpẽtis astutia, mulieris blanditiæ, uiri mollities. Vnde & loquebantur mutuo, dominus scilicet & christus eius. Ecce adam factus est quasi unus ex nobis, quod ad utriusq; iniuriam lactãtibus se peccatoribus acquieuisset. In hac die nascimur miuersi. Portamus deniq; omnes impressum nobis cauterium conspirationis antiquæ. Eua utiq; uiuente in carne nostra, cuius per hæreditariam concupiscentiam serpens nostrum suæ factioni sedula satagit solicitudine uẽdicare consensum. Propterea (ut dixi) huic dicti maledixere sancti, breuem optãtes, & cito uerti in tenebras, q̃ sit cõtentionis & contradictionis dies, dũ non cesset in ea caro concupiscere aduersus spiritum, legiq; mentis mẽbrorũ, contraria lex rebellione infatigabili assiduc contradicat. Itaq; dies expirans factus est. Extũc eñ & deinceps quis est homo qui uiuet & non uidebit mortem? Dicat, pira quis, ego non min⁹ pro misericordia putem, ne electos scilicet propter quos omnia fiunt, diu defatiget molesta contradictio qua captiui ducunt & ipsi in lege peccati, quæ est in membris ipsorum. Horrent nimirum ægerrimeq; ferunt turpem captiuitatẽ, & tristẽ cõtentionẽ. Festinem⁹ proinde respirare à cõspiratiõe antiqua
Iob.14. & iniqua, quoniã breues dies hois sunt. Ante sanè excipiat nos dies respirãs, quàm nox suspirãs absorbeat æternæ caliginis tenebris exteriorib⁹ inuoluẽdos. C Quæris in quo respiratio ista? In eo si incipiat spiritus uicissim cõcupiscere aduersus carnem. Huic si repugnas respiras. Si spiritu facta carnis mortificas, respirasti. Si hanc cum
1.Cori.9. uitijs & cõcupiscentijs suis crucifigis, respirasti. Castigo, inquit, corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte cũ alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Vox est respirã-

tis, imo qui iam respirarat. Vade & tu fac similiter, ut te respirasse probes, ut dic̃ denuo inspirantẽ tibi noueris illuxisse. Nec nox mortis p̃ualebit aduersus rediuiuũ hũc
Ioan.1. diem, magis autem in tenebris lucet, & tenebræ eum non comprehenderunt. Intantum non reor (nec uita decedẽte cedere lumen uitæ) ut nemini congruentius quàm sic mortuo assignandam cẽseam uocem illã, & nox illumina-
p̃s.138. tio mea in delitijs meis. Quidni clari⁹ uideat nube, uel potius fece corporis euolut⁹? Erit sine dubio uiculis solut⁹ corporeis inter mortuos liber, & inter cæcos uidẽs. Nã quemadmodum olim omni oculo caligante per uniuersam ægyptum, sol⁹ in mediis tenebris clare uidebat populus uidens deum, id est populus israel, dicente scriptura:
Exo.10. Quia ubicũq; israel erat, lux erat: sic inter filios tenebrarum in tetra mortis caligine fulgebunt iusti & uidebunt eò utiq; clarius, quò exuti corporum umbris. Nam & hi qui ante non respirauerunt (nec enim quæsierunt inspirãtis diei lumen, & sol iustitiæ nõ ortus est eis) hi inquam, ibunt de tenebris in tenebras densiores, ut qui in tenebris sunt, tenebrescãt adhuc, & qui uidẽt, uideant magis.
D Vbi nõ inconuenienter forsitã adducet etiã sermo dñi quem dixit: Quia habẽti dabitur, & abũdabit: ei aũt qui
Luc.19. nõ habet, & qd̃ uidetur habere, auferetur ab eo. Ita est, & additur in morte uidentibus, & nõ uidentib⁹, demitur. Quò eñ hi min⁹ & min⁹: eò illi magis magisq; uidẽt: donec & hos excipiat suspirans nox, & illos aspirans dies, quæ sunt nouissima utrorũq;, extrema uidelicet cæcitas, & suprema claritas. Ex hoc iã nõ est quod dematur omni no uacuis, non est quod addatur plenis: nisi q̃ hi nescio qd pleno amplius se accepturos præsumũt fm promissionem à deo ad se factam. Et promissionis quidem uerbum
Luc.6. tale est. Mẽsuram bonam & cõfertam & coagitatam & superefluentem dabunt in sinum uestrum. A An nõ pl⁹ pleno quodãmõ tibi esse uidet qd̃ supefluitr? Porrò plaside audies plenũ & pleni⁹, si te legisse memineris in æternum & ultra. Ergo is cumul⁹ aspirantis erit diei. Ipsa imquã adijciet ad mẽsurã inspiratæ plenitudis, ad inspirãtis diei copiã, supra modũ in sublime põdus gl̃iæ operãs, ita ut redũdet in corpa supefluẽs clarificatiõis adiectio. Hac de causa eñ nõ spirãs, sed aspirans dicta est, q̃ addat ad inspirantẽ, hoc significante spiritu sctõ per adiectam ad præpositionem: quia quos illa intus illuminat, hos ista adornat foris, & stola gloriæ induit eos. Atq; id satis p̃ danda
Eccli.45 ratione uocabuli qd̃ est aspirãs. Et si uultis scire, dies aspirans ipse est saluator quẽ expectam⁹, q reformabit corp⁹
Philip.3. humilitatis nostræ cõfiguratũ corpori claritatis suæ. Nã & inspirans nihilomin⁹ idẽipse est fm operationem qua nos respirare prius facit in lumine quod inspirat, ut sim⁹ & nos dies respirans in ipso, fm quod interior noster homo renouatur de die in diem, & renouatur in spũ mentis suæ ad imaginem eius qui se creauit, factus proinde dies ex die, & lumẽ ex lumine. Cum igitur duo in nobis præcedãt dies, unus quidẽ inspirãs p̃ corporis uita, alter uerò respirans in sanctificationis gratia, porrò tertius superfit aspirãs in resurrectiõis gloria: claret profectò aliq̃n adimpletũ iri in corpore quod p̃cessit in capite, magnũ utiq;
Osee.6. pietatis sacramentũ, & p̃phetæ testimoniũ, q ait: Viuificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos, & uiuemus in cõspectu ei⁹, sciemus, sec̃murq; ut cognoscam⁹ dominũ: ipse est in quẽ angeli prospicere concupiscunt spõsus ecclesiæ Iesus Christus dñs noster, qui est sup omnia deus benedictus in secula. Amen.

¶ *Qualiter Christus ad iudicandum ueniet in forma humana, ut mitis appareat electis, qui conculcabit impios.*

Sermo LXXIII. C

Canti.2. REuertere, similis esto dilecte mi capree hinnuloq; ceruorũ. Quid? Modo it, modo reuocas? Quid subitũ in tã breui emersit? Oblitáne aliquid? Etiã oblita, totum qd̃ nõ ille est, se quoq; ipsam. Deniq; cũ sit rationis non expers, non tamen modo ut uidetur rationis est compos. Sed nec in sensu illi

Universidad de Deusto Biblioteca

ullatenus apparet uerecūdia esse, quā fortè habet in moribus. Amor intemperās facit hoc. Nēpe is est qui omnē in se triumphans captiuāscp pudoris sensum, conueniētiæ modū, deliberatiōis cōsiliū, totiq; modestiæ & opportunitatis neglectū quendam & quādā incuriā parit. Nam uide nunc quomodo illū penè adhuc incipientē ire, iam tamē redire flagitat. Etiā accelerare rogat, & quidem currere instar unius alicuius feræ siluarū uelociter currētis, uerbi gratia capreæ hinnulive ceruoq;. Hic literæ tenor, & hæc iudæorū portio. Ego uerò quemadmodū accepi à domino, in profundo sacri eloquij gremio spiū mihi seruabor & uitā, & pars mea hæc, qui in xp̄m credo. Quidni eruā dulce ac salutare epulū spiritus de sterili & insipida litera tanquā granum de palea, de testa nucleum, de osse medullā? Nihil mihi & literæ huic, quæ gustata carnem sapit, glutita mortem affert. Sed enim qđ in ea tectum est,

1. Cor. 2. de spiritu sancto est. Spiritus aūt loquitur mysteria, teste apostolo, sed israel pro uelato mysterio ipsum mysterij uelamen tenet. Quare, nisi qa adhuc ualamen est positum super cor ei? Ita quod sonat litera, illi? est: quod designat, meū est, ac p hoc illi ministratio mortis in litera, mihi uita in spiritu. Nam spiritus est qui uiuificat, dat quippe intellectū. A An non uita intellectus? Intellectū da mihi

Ioan. 16. ps. 118. & uiuam, ait propheta dño. Intellectus non remanet extra, non hæret in superficie, non instar cæci palpat forinseca, sed profunda rimatur, preciosissimas solitus eximde ueritatis exuuias tota auiditate diripere ac tollere sibi, &

Ibidem. cum propheta dicere dño: Lætabor ego super eloqa tua, sicut qui inuenit spolia multa. Nempe ita regnum ueritatis uim patitur, & uiolenti rapiūt illud. Verum ille senior

Matth. 11. frater qui de agro ueniens formā tenuit populi ueteris & terreni, qui pro terrena hæreditate doctus diligere tritorum, attrita frōte gemit anxius sub graui iugo legis, portatcp pondus diei & æstus. Is inquam qui a intellectū non habuit, foris stat etiam nūc, & nō uult nec inuitatus à patre intrare domum conuiuij: semetipsum fraudans uscp adhuc participio symphoniæ & chori, & uituli saginati.

ps. 132. Miser qui renuit experiri quàm bonū sit & quàm iocundum habitare fratres in unū. Et hæc dicta sint p distinctione partis ecclesiæ, partiscp synagogæ: quo & cæcitas huius ex illius prudentia manifestior fiat, & felicitas illi? ex huius miserāda fatuitate præemineat. B Nūciā scrutemur uerba sponsæ, & sic conemur castos exprimere sancti amoris affectus, ut nil in sacro eloquio ratione carens, nil indecorū importunúmue resedisse omnino appareat.

Ioan. 13. Et si in mentē uenerit hora illa cum dñs Iesus (is em̄ sponsus est) transiret ex hoc mūdo ad patrē, simulcp quid tūc animi gereret sua illa domestica ecclesia noua utiq; nupta cum se deseri cerneret quasi uiduam desolatam unica

Luc. 18. spe sua, apostolos loquor, qui relictis omnib? secuti fuerant eum, atcp cū ipso permanserāt in tentationib? suis) si hæc inquā cogitauerimus, nō immerito neq; incōgrue puto uidebitur quātū de abscessu tristis, tātū solicita extitisse de reditu, præsertim sic affecta & sic relicta. Itaq; diligenti & indigenti hæc ipsa duplex ratio erat commonē dilectū, ut quandoquidē persuaderi non poterat quin iret & ascēderet ubi erat prius, saltem promissum denuo maturaret aduentū. C Quod enim optat & postulat similem fore feris, & ciusmodi feris q̄ cursu agiliores esse uidentur, cupientis animi indiciū est, cui nihil satis festinatur. Nónne hoc quotidie postulat cum dicit in oratiōe: Adueniat regnū tuū? Ego tm̄ præter agilitatem existimo non minus signanter exprimi etiam infirmitatem, & quidem sex? in caprea, ætatis in hinnulo. Vult itaq; eum, ut

Esaiæ. 9. mihi uidetur) etsi cum potestate uenire, non tamen in forma dei in iudicio apparere, sed sanè in ea qua non modo natus, sed & paruulus nat? est nobis, idcp solo de infirmiori fœmineo sexu. Cur hoc? Nempe ut ex utroq; admoneatur infirmo miteſcere i die iræ, memineritcp in iudicio misericordiam superexaltare iudicio. Etenim si iniquitates

ps. 129. obseruauerit, etiā electorū quis sustinebit? Astra nō sunt munda in conspectu eius, & in angelis suis reperit prauitatē. Audi deniq; sanctū & electū qd dicat deo. Tu, inqt, ps. 31. remisisti impietatem peccati mei: pro hac orabit ad te omis sanct? in tempore opportuno. Opus itaq; habēt & sancti p peccatis exorare, ut de misericordia salui fiant, propriæ iustitiæ non fidentes. Omnes em̄ peccauerunt, & egent misericordia dei. Vt ergo cum iratus fuerit, misericordiæ recordetur, rogat ab ista apparere in misericordiæ habitu, illo de quo apostolus: Et habitu, inquit, inuētus ut homo. Philip. 2. Necessarie quidem. Si enim cum hoc quoq; temperamento tāta erit in iudicio æquitas, in iudice ferítas, in maiestate sublimitas, nouitas in facie ipsa rerum, ut fm prophetam non possit cogitari dies aduentus eius, quid putas foret si ignis ille consumens (deum loquor omnipotētem) in illa suæ diuinitatis magnitudine, fortitudine, puritate, uemisset cōtra solium quod uento rapitur ostensurus potentiā suam, & stipulam siccā persecuturus? Et homo est, inquit, & qs uidebit eū? Et quis stabit ad uidēdū eum? Quāto magis deū nobis absq; homine exhibentem nemo hominum ferret, utpotè claritate inaccessibilem, celsitudine inattingibilem, incōprehensibilem maiestate? Nunc uerò cum exarserit in breui ira eius, quàm grata Psal. 2. propter filios gratiæ apparebit blanda quædā ussio hois sanè firmamentum fidei, spei robur, fiduciæ augmentū, p scilicet gratia & misericordia sit in sctōs eius, & respectus in electos illius. Deniq; ipse pater deus dedit filio iudicij ptātem, & nō qa suus, sed qa filius hois est. O uerè patrem misericordiarū, uult per hominē homines iudicari: quo in tanta trepidatione & pturbatione malorum, electis fiducia pster naturæ similitudo. Prædixerat hoc quōdam sanctus Dauid orās pariter & pphetās: Deus, inquies, iu- ps. 71. dicium tuū regi da, & iustitiā tuā filio regis. Sed neq; huic dissonat promissio facta p angelos, q eo assumpto ita ad apl'os loquebātur. Hic Iesus qui assumptus est à uobis in Actu. 1. cælū, sic ueniet quēadmodū uidistis eū eūtem in cælum, hoc est in hac ipsa corporis forma atq; substantia. B Liquet ex his omnibus sponsam in se diuinū habere consiliū, & mysteriū supnæ uoluntatis minime ignorare: ō sub umbra imbelliū imbecillūcp animantiū, naturā infirmiorē uel potiq; inferiorē, qa iā infirma nō erit) in iudicio exhibendam, & orantis affectu, & spū pphetantis enunciat, quatenus q cælū terrācp mouebit in uirtute sua, accinct? ps. 64. potentia contra insensatos, & suauis nihilominus & mitis & quasi omnino inermis apparebit pter electos. Vbi hoc quoq; addi pōt qa ad discernēdū alterutros à se, op? erit quodāmodo illi cū hinnuli quidem saltib? luminib? capreæ, quatenus uidere & discernere in tāta multitudine & in tāta turbatione possit in quosnā salire, & quos trāsilire oporteat, ne fortè cōtingat iustū p impio cōculcari, cū in ira populos cōfringet. Nā quātū ad impios, necesse est ut impleatur prophetia Dauid, imo sermo dñi loquen- ps. 17. tis per os ei?: Quia cōminuā eos ut puluerē ante faciē uēti, ut lutū platearū delebo eos. Et item alius sermo quē p alium prophetā prædixerat, impletus nihilominus tunc cognoscet, cum ad angelos rediens dicet: Calcaui eos in Esaiæ 63. furore meo, & conculcaui eos in ira mea. Si cui aūt magis ita intelligēdū uidetur, ut malos potius transilire, atq; in bonos salire hinnulus noster debeat, nō cōtendo, tātum cogitet salt? dispositū iri in discrimināt̄ionē bonorū malorumue. Nā & à me (si bene meminī) ita dictum est in sermone altero, ubi capitulū idē alibi supra, & ab auctore positū, & à me expositū nihilomin? reperit. Verum ibi fm di- Epbe. 3. spēlationē quidem gratiæ q̄ in præsenti uita aliis dat, aliis nō dat, iusto qdē dei iudicio sed occulto, salire & transilire is hinnul? dictus est, hic aūt fm ultimā ac uariā retributionem meritorū. Et fortè sensui huc uideat astipulari extremum capituli hui?, qđ quidem penè oblitus fueram. C Cant. 2. Dicēs nāq;: Similis esto dilecte mi capreæ hinnuloq; ceruorum, addit, supra mōtes bethel. Nec enim in domo dei (quod sonat bethel) mali montes sunt. Quāobrē salicus in eos hinnulus non conculcat, sed lætificat, ut scriptura impleatur

Esaiæ 35. impleat quæ dicit: Mōtes & colles cātabunt corā deo laudes. Et qdē sunt mōtes quos ſm euangeliū tollit fides cōparata ſinapi, ſed nō ſunt montes Bethel. Etenim quicūq; ſunt Bethel, minime eos tollit fides, ſed colit. Quòd ſi principatus & poteſtates necnō & cætera nihilominus beatorū ſpirituū agmina cælorūq; uirtutes mōtes ſunt Bethel, Pſal.86. ut de his intelligamus dictū: Fundamēta eius in montib⁹ ſanctis: nō ſanē his himnulus uilis ac cōtemnendus qui ſupra tam excellentes mōtes uiſus eſt apparere, tāto angelis melior effectus, quāto differētius præ illis nomē hæreditauit. Pſal.8. D Quid enim ſi in pſalmo legimus minoratū ab angelis: Neq; enim nō melior quia minor, nec cōtraria ſunt locuti apoſtolus & ꝓpheta, quippe habētes eundem ſpīritum. Nā ſi dignationis fuit q̄ minorat⁹ eſt nō neceſſitatis, nihil planè in hoc bonitati p̄ſcribit̄, ſed aſcribitur. Denīq; minoratū ꝓpheta phibuit, nō minorē, attollens gratiam, & ꝓpellēs iniuriā. Nā & minoritatē natura recuſat, & minorationē excuſat cauſa. Nēpe minoratus eſt: quia ipſe uoluit. Minorat⁹ eſt ſua uoluntate, & noſtra neceſſitate. Sic minorari miſereri fuit. Quæ nā p̄ditio hæc: Profectò acceſſit pietati quicqd maieſtati uiſum eſt deperiſſe. Quāquam nec apl's tacuit hoc magnū magnæ pietatis arcanū, ſed ait: Eum aūt qui modico quàm angeli minoratus eſt uidem⁹ Ieſum ꝓpter paſſionē mortis gloria & honore coronatū. Hebr.2. A Et hæc dixerim⁹ pro noīe & ſimilitudine himnuli, quatenus ſpōſo eā (iuxta ſermonē ſpōſæ) abſq; maieſtatis iniuria aptarem⁹. Quid dico abſq; maieſtatis iniuria, quādo nec infirmitas inhonorata remāſit: Himnulus eſt, paruul⁹ eſt, capreæ quoq; ſimilis phibet̄, tāquā fact⁹ ex muliere, at Hebr.7. tamē ſuper mōtes Bethel, attamē excelſior cælis fact⁹. Nō dicit excelſior cælis manēs uel exiſtēs, ſed excelſior cælis factus, ne qs putet de illa natura dictū in qua eſt q eſt. Sed & ubi p̄fert angelis, melior nihilomin⁹ perhibet effect⁹: & nō dicit manēs uel exiſtēs melior. Ex quib⁹ apparet q̄ nō modo in eo q̄ ab æterno eſt: ſed etiā in eo q̄ in tpe factus eſt, oēm ſibi eminētiā uendicet ſupra omnē principatū & po- 1.Cor.2. teſtatē, ſupra omnē denīq; creaturā, utpotè primogenitus oīs creaturæ. Itaq; qd' ſtultū eſt dei, ſapiētius eſt hoib⁹: & quod infirmū eſt dei fortius eſt hoib⁹. Hoc qdem apl's. Mihi aūt nō uideī errare ſi qs etiā ſapiētiæ & fortitudini angelorū p̄ferendū dicat idētidē ſtultū infirmūq; dei. Ita ergo præſens locus cōuenienter aptabit̄ uniuerſali eccleſiæ. Iam uerò qd' ad unā ſingulariter aiam ſpectat, nā & una, ſi deū dulciter, ſapiēter, uehemēter amat, ſpōſa eſt, quiſq; ſpiritualis in ſemetipſo aduertere pōt qd ſibi inde ꝓpriū reſpōdeat experimētū. Ego uerò qcqd illud eſt qd' in me de hmōi experiri donatū eſt, corā eloquī nō uerebor. Nā & ſi uile forſitā cū fuerit auditū & deſpicabile uideat̄, non mea refert, quia q ſpiritualis eſt, nō me deſpiciet: qui minus, nō me intelliget. Attamē ſi in aliū iſtud ſermonem ſeruauero, fortè nō deerūt qui ædificent̄ in his quæ exorat⁹ interim dīs inſpirabit, ſpōſus eccleſiæ Ieſus chriſtus dīs noſter, q eſt ſuper omnia deus benedictus in ſecula. Amen.

¶ *De uiſitationibus uerbi ſponſi quæ fiunt in ſpiritu ad aiam ſanctā, de qbus ſcīus iſte uir* Bernardus *ſe p̄bet exēplū ad ædificationē audiētiū. Sermo.* LXXIIII. C

Cant.2. REuertere, inquit. Liquet nō adeſſe quē reuocat, affuiſſe tn, idq; nō longe ante, qppe q dū adhuc abiret, reuocari uidetur. Intempeſtiua reuocatio magni unius amoris, magnæ alterius amabilitatis indicium eſt. Qui ſunt iſti charitatis cultores, amatorq; tam indefeſſi ſectatores negoci: quorum alterū ꝓſequitur, alteram urget tam inquietus amor. Et mihi quidem ut meminī meæ promiſſionis, incūbit aſſignare hunc locū uerbo & animæ, ſed ad hoc ut digne uel aliquātiſper fiat, ipſius adiutorio uerbi egere me fateor. Et certè ſermo iſte decuerat magis expertū magiſq; conſciū ſcī & arcani amoris, ſed nō poſſum officio deeſſe meo, nō ueſtris oīno uotis. Periculū meū uideo & non cauco, uos me cogitis. Pſal.130. Prorſus cogitis ambulare in magnis & in mirabilibus ſu- Pſal.49. ꝓ me. Heu quàm uereor ne ſubinde audiā. Quare tu enaras delicias meas, & aſſumis ſacramentū meum ꝓ os tuū: Audite me tamē hominē qui log trepidat, & tacere nō poteſt. Excuſabit forſitā auſum trepidatio ipſa mea, magis autem ueſtra ſi ꝓuenerit ædificatio. Et fortè hæ lachrymæ pariter uidebuntur: Reuertere aīt. Bene. Abibat, reuocatur. Quis mihi reſeret hui⁹ mutabilitatis ſacrm: Quis mihi digne explicet ire & redire uerbi: Nunqd leuitate utiſponſus: Vnde quo uenire ſeu denuo ire q̄at q totū ipleat: Quē deniq; motū hīe localē poſſit q ſpūs eſt: Aut quē poſtremò uel cuiuſcūq; gn̄is motū das illi q de⁹ eſt: Eſt qppe oīno incōmutabilis. D Verū hæc q pōt cape capiat. Nos aūt in expoſitione ſacri myſticiq; eloquī caute & ſimpliciter ambulātes, geramus morē ſcripturæ quæ noſtris uerbis ſapientiā in myſterio abſconditā loquit̄ noſtris affectibus, dum deū figurat, inſinuat notis rerū ſenſibiliū ſimilitudinibus tanquā quibuſdam uilioris materiæ poculis ea quæ p̄cioſa ſunt, ignota & inuiſibilia dei, mentib⁹ ꝓpinat humanis. Sequamur ꝓinde & nos eloquī caſti conſuetudinem, dicamusq; uerbū dei deum ſponſum animæ, prout uult uenire ad animam, & iterū dimittere eam: tm ut ſenſu animæ nō uerbi motu iſta fieri ſentiamus. Verbi cauſa, cū ſentit gratiam, agnoſcit præſentiam: cum non, abſentiam quer̄itur, & rurſum præſentiam quærit, dicens cū prophe- ta: Exquiſiuit te facies mea, faciem tuā domine requiram. p̄ſ.26. Quidni requirat: Neq; eī ſub ducto ſibi tam dulci ſponſo interim aliquid aliud, nō dico deſiderare, ſed nec cogitare libebit. Reſtat igitur ut abſentem ſtudioſe requirat, reuocet abeūtem. Ita ergo reuocatur uerbum, & reuocatur deſiderio animæ, ſed eius animæ cui ſemel indulſerit ſuauitatem ſui. Numqd nō deſiderium uox: Et ualida. Denīq; de- p̄ſ.9. ſideriū pauperū, inquit, exaudiuit dīs. Verbo igitur abeūte: una interim & continua aīæ uox: cōtinuū deſideriū eius, tāquam unū continuūq; reuertere donec ueniat. B Et nunc da mihi animā quam frequenter uerbum ſpōſus inuiſere ſoleat, cui familiaritas auſum, cui guſtus famem, cui contemptus omnium ociū dederit, & ego huic incunctanter aſſigno uocem pariter & nomen ſponſæ, nec ab ea penitus locū qui in manibus eſt, cenſuerim alienum. Talis nempe inducitur loquēs. Quem enim reuocat, eius abſq; dubio ꝓbat ſe meruiſſe præſentiam, etſi non copiam. Alioquin non reuocaſſet illū, ſed uocaſſet. Porrò reuocationis uerbū reuertere eſt. Et fortè ideò ſubtraxit ſe, quo auidius reuocaretur, teneretur fortius. Nam & aliquando ſimulabat ſe longius ire, nō quia hoc uolebat, ſed uolebat audire: Mane nobiſcum dīne, qm̄ adueſperaſcit. Et rurſum alia Luc.24. uice ſuper mare ambulans, cū apoſtoli nauigarent & laborarēt in remigādo, quaſi uolens præterire eos, nec rūc qdē iſtud uolebat, ſed magis probare fidem, & elicere precem. Denīq; ſicut aīt euangeliſta: Turbati ſunt & clamauerunt, Marc.6. putantes fantaſma eſſe. Ergo iſtiuſmodi piam ſimulationē, imo ſalutarem diſpenſationē quam tunc corporaliter uerbum corpus interdum exhibuit, non ceſſat idētidem uerbum ſpūs modo ſuo ſpūali cū deuota ſibi aia ſedulo actitare. Præteriens teneri uult, abiens reuocari. Neq; enim hoc irreuocabile uerbū. It & redit pro beneplacito ſuo, quaſi Iob.7. uiſitans diluculo & ſubito probans. Et ire quidē illi quodāmodo diſpēſatoriū, redire uerò ſemper uoluntariū eſt, utrūq; autē plenū iudicij. At penes ipm horū ratio. Nunc uerò cōſtat in aīa fieri huiuſmodi uiciſſitudines euntis & redeuntis uerbi, ſicut aīt: Vado & uenio ad uos. Item: Modicū & non uidebitis me, & iterū modicū & uidebitis me. Ioan.14. Ioan.16. O modicum & modicum. O modicum longū. Pie dīne, modicū dicis q̄ non uidemus te: Saluum ſit uerbum domini mei, longum eſt & multū ualde nimis. Veruntamē utrūq; uerū, & modicum meritis, & non modicum uotis. Habes utrūq; in propheta. Si morā fecerit, inqt, expecta eum: qa Abac.2. ueniens ueniet, & non tardabit. Quomodo non tardabit ſi moram fecerit, niſi quòd ad meritū ſatis eſt, ſed non ſatis ad uotum: Porrò anima amans uotis fertur, trahitur deſiderijs, diſſimulat merita, maieſtati oculos claudit, aperit uoluptati, ponens in ſalutari, & fiducialiter agens in eo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Intrepida denicq; & inuerecunda reuocat uerbum, & cum fiducia reperit delicias suas: solita libertate uocans nō do-
Cant.2. minum, sed dilectum. Reuertere dilecte mi. D Et addit: Si-
milis esto capreæ hinnuloq; ceruorum sup mōtes Bethel.
2.Cor.8. At istud postea. Nunc uerò sustinete modicum quid īsi-
pientiæ meæ. Volo dicere, nā & hoc pacē9 sum uobis, quo-
modo mecū agitur in eiusmodi. Nō expedit quidem. Sed
prodar sanè, ut prosim: & si profecerítis uos: meā insipiētiā
consolabor: si non, meam insipientiam confitebor. Fateor
& mihi aduētasse uerbū, in insipiētia dico, & pluries. Cūq;
sæpius intrauerit ad me, non sensi aliquoties cum intrauit.
Adesse sensi, affuisse recordor: interdū & præsentire potui
introitū eius, sentire nunquā, sed ne exitū quidem. Nā un-
de in animam meā uenerit, quóue abierit denuo eā dimit-
tens: sed & qua uel introierit uel exierit, etiā nūc ignorare
Ioan.3. me fateor, sīm illd: Nescis unde ueniat, aut quo uadat. Nec
mirū tamen: qa ipse est cui dictū est: Et uestigia tua non co
gnoscentur. Sanè per oculos non intrauit: quia nō est co-
loratum. Sed neq; per aures: qa nō sonuit: sed neq; per na-
res: qa nō aeri miscetur sed menti: nec infecit aerem, sed fe-
cit. Neq; uerò per fauces: qa non est mansum uel haustum.
Nec tactu cōperi illud: qa palpabile nō est. Qua igitur in-
troiuit: An fortè nec introiuit gdē: qa non de foris uenit:
Neq; em̄ est unū aliqd ex his quæ foris sunt. Porrò nec de
intra me uenit, qm̄ bonū est, & scio qm̄ nō est in me bonū.
Ascendi etiam superius meū, & ecce supra hoc uerbū emi-
nens. Ad inferius quoq; meū curiosus explorator descen-
di, & nihilominus infra inuētum est. Si foras aspexi, extra
omne exterius meū comperi illud esse: si intus, & ipsum in-
terius erat. Et cognoui uerum quidem esse quod legeram:
qa in ipso uiuimus, mouemur, & sumus: sed ille beatus est
in quo est ipsum, q illi uiuit, q eo mouet. B Quæris igit
Prou.5. cū ita sint omnino inuestigabiles uiæ eius, unde adesse nō-
Canti.4. rim: Viuum & efficax est, moxq; ut intus uenit, expergefe-
cit dormitantem animam meam, mouit & mollíuit & uul-
nerauit cor meum, quoniam durum lapideūq; erat, & ma-
le sanū. Cœpit quoq; euellere & destruere, ædificare & plā
tare, rigare arida, tenebrosa illuminare, clausa reserare, fri-
Esa.40. gida inflāmare, necnon & mittere praua in directa, & aspe-
ra in uias planas: ita ut benediceret anima mea domino, &
omnia quæ intra me sunt noī sancto eius. Ita igitur intrās
ad me aliquoties uerbū spōsus, nullis unquā introitū suū
indicijs innotescere fecit, nō uoce, non specie, non incessu.
Nullis denicq; suis motibus cōptū est mihi, nullis meis sen
sibus illapsum penetralib9 meis, tm̄ ex motu cordis (sicut
præfatus sum) intellexi præsentiā eius, & ex fuga uitiorū,
carnalīūq; compressione affectuū aduerti potentiā uirtu-
tis eius, & ex discussiōe siue redargutione occultorū meo-
rū admiratus sum profunditatē sapiētiæ eius, & ex quātula-
cūq; emendatione morū meorū exptus sum bonitatē mā-
suetudinis eius, & ex renouatione ac reformatiōe spiritus
mētis meæ, id est interioris hominis mei pcepi utcūq; spe-
ciē decoris eius, & ex cōtuitu horū oīm simul expaui mul-
titudinē magnitudinis eius. Verū qa hæc oīa ubi abscesse
rit uerbū, perinde ac si ollæ bulliēti subtraxeris ignē, quo-
dam illico languore torpentia & frigida facere incipiunt:
atq; hoc mihi signū absceſſionis ei9, tristis sit necesse est ai
mea donec iterum reuertatur, & solito recalescat cor meū
intra me, idcq; sit reuersionis indiciū. Tale sanè experimen-
tum de uerbo habēs, qd mirum si & ego usurpo mihi uo-
cem sponsæ in reuocado illud cum se absentauerit, qui etsi
non pari, simili tamē uel ex parte desiderio feror: Familia-
re mihi erit quoad uixero p uerbi reuocatione reuocatio-
nis uerbū, quod utiq; reuertere est. Et quoties elabet, to-
ties repetet à me, nec cessabo clamitare quasi post tergum
Psal.50. abeuntis ardēti desiderio cordis ut redeat, & reddat mihi
lætitiā salutaris sui, reddat mihi seipsum. Fateor uobis filij,
nil aliud interim libet, dum nō præsto est quod solū libet.
Ioan.1. Et hoc oro ut non uacuum ueniat, sed plenū gratiæ & ue-
ritatis, amore utiq; suo sicut heri & nudiustertius. D In
quo mihi similitudinem capreæ & hinnuli exhibitum iri
posse uidetur: cū ueritas capreæ oculos habeat, gra hinnu
li hilaritatē. V trag; res necessaria mihi, & ueritas quidem
cui abscōdi nō possim, gra aūt cui nolim. Alioqn sine alter
utra usitatio plena nō erit, cū & illius seueritas absq; hac
onerosa, & huius hilaritas absq; illa dissoluta possit uide-
ri. Amara est ueritas sine condimēto gratiæ, sicut absq; ue-
ritatis freno leuis & nescíens modum plerūq; & insolens
ipsa deuotio. Quàm multis non profuit gratiam percepis-
se, pro eò p temperamentum de ueritate pariter non acce-
perunt: Ex hoc enim plus quàm oportuit cōplacuere sibi
in ea, dū uerita nō sunt ueritatis obtutus, dū non respexe-
runt ad capreæ maturitatē, magis autem se totos hinnuli
leuitati hilaritatiq; dederūt. Inde factū est, ut in qua priua-
tim exultare noluerāt gratia priuarentur: quibus uel sero
dici potuerit: Eūtes ergo discite quid sit: Seruite domino Psal.2.
in timore, & exultate ei cum tremore. Dixerat nāq; sancta
anima quædā in abūdantia sua: Non mouebor in æternū: ps.29.
cū subito sensit auersam à se facie uerbi, secq; non mō motā,
sed etiā conturbatam: & sic in tristitia didicit opus fuisse si
bi cum munere quidem deuotionis, etiā pōdere ueritatis.
Ergo non in sola quidē gratia plenitudo gratiæ est, sed ne
in sola quidē ueritate. B Quid pdest scire quid te opor- Actū.4.
teat facere, si non detur & uelle facere: Quid si uelis quidē,
sed minime possis: Quantos expertus sum agnita ueritā-
te tristiores, & ideò magis q iam confugere ad ignoran-
tiæ excusationē non liceret, scientes & non facientes quod
ueritas hortaretur: Quæ cum ita se habeant, neutrum sine
altero sufficit. Parum dixi. Nō expedit quoq;. Vnde id sci-
mus: Scienti, inquit, bonum & non facienti, peccatum est Iacobi.4.
illi. Item: Seruus sciens uoluntatem domini sui, & non fa- Luce.12.
cies digna, uápulabit multis. At istud pro parte ueritatis.
Pro gratiæ quidē: Scriptum est: Et post buccellam introiuit Ioan.13.
in eum satanas. Iudam loquitur, qui accepto munere gra-
tiæ, quia in ueritate non ambulabat cū ueritatis magistro,
uel potius cum magistra ueritate, locum in se diabolo de-
dit. Audi adhuc: Cibauit illos ex adipe frumenti, & de pe- ps.79.
tra melle saturauit eos. Quos? Inimici domini mētiti sunt
ei. Quos melle cibauit & adipe, hi mentiti sunt ei facti ini-
mici: quia ueritatem gratiæ non sunxerunt. De quibus
alibi habes: Filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni inuete ps.17.
rati sunt, & claudicauerunt à semitis suis. Quidni claudica
rent, uno pede gratiæ contenti, & non apponentes ueritā
tem: Erit igitur tempus eorum in secula, sicut & principis
ipsorum, qui & ipse in ueritate non stetit, sed fuit mendax
ab initio, ideoq; audiuit: Perdidisti in decore tuo sapien- Ezec.28.
tiam. Nolo decorem qui mihi sapientiam tollat. Quæris
quis ille tam noxius tamq; pernitiosus decor? Tuus. Ad-
huc fortè sine intellectu es? Planius audi. Priuatus, ppri9.
Non culpamus donum, sed usum. C Denicq; si aduerti-
sti, non in decore, sed in suo decore dictus est ille perdidis-
se sapiētiam. Et (ni fallor) unus angeli animæq; decor ipsa
est. Quid enim uel hæc uel ille absq; sapientia, nisi rudis de-
formisq; materia est? Ea ergo ille non modo formatus, sed
& formosus fuit. Sed perdidit eam cum fecit suam: ut non
sit aliud in decore suo, quàm in sua sapientia perdidisse sa-
pientiam. Proprietas in causa est. Quòd sibi sapiens fuit,
quòd non dedit gloriam deo, q non retulit gratiam p gra
tia, q non secundū ueritatem ambulauit in ea, sed ad suam
eam retorsit uolūtatē: istud est cur eam perdidit, imo istud
est quòd eam perdidit. Etenim sic habere, perdere est. Et si Iacobi.2.
Abraam, inquit, ex operibus iustificatus est, habet gloriā,
sed non apud deum. Et ego. Non ergo in tuto inquam.
Perdidi quicquid habeo non apud deum. Nam quid tam
perditum quàm quod extra deum exulat? Quid mors ni-
si priuatio uitæ? Ita mihil perditio nisi alienatio à deo est.
Væ qui sapientes estis in oculis uestris, & coram uobis
metipsis prudentes. De uobis dicitur: Perdam sapientiam 1.Cor.1.
sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Per-
diderunt sapientiam: quia sua sapientia perdidit eos.
Quid non perdiderunt qui ipsi perditi sunt? An uerò nō
perditi quos nescit deus? D Porrò autē uirgines fatuæ,

quas

quas quidem non alíunde fatuas puto níſi quía dícẽtes ſe eſſe ſapientes, ſtultæ factæ ſunt. Hæ inquã à deo audíre habent: Neſcio uos. Et item illí qui gratiã miraculorũ ad ſuã Matt.25. uſurpauerũt gloriam, nihilominus auditurí ſunt quia nõ noui uos: ut liquído ex hís clareſcat gratiã nõ ꝓdeſſe ubi ueritas non eſt in intentione, ſed obeſſe magís. Et quidem penes ſponſum utraq; res. Deniq; gratia & ueritas per Ieſum chriſtum facta eſt, ait Ioãnes baptiſta. Sí ergo cũ una quauis harum ſine altera pulſauerit ad oſtium meũ dominus Ieſus chriſtus (ipſe eſt enim dei uerbum, animæ ſponſus) intrabit ſanè non tãquam ſponſus, ſed tanquã iudex. ꝓ.142. Abſit, nequaquam fiet hoc. Non intret in iudicíũ cum ſeruo ſuo. Intret pacificus, intret iocundus & hilaris, maturꝰ tamen, & ſeríus intret qui ſeueriori quodã ueritatis uultu in me dum inſolentiã reprimit, purget lætitiã. Intret quaſi hinnulus ſaliens, quaſi caprea circũſpectus, qui culpã diſſimulando tranſiliat, pœnã miſerãdo reſpiciat. Intret quaſi deſcendens de montibus Bethel feſtiuus & ſplendidus, quaſi procedens à patre ſuauis & mitis, qui non dedigneꝰ dici & fieri ſponſus animæ quærenti ſe, cũ ſit ſuper omnia deus benedictus in ſecula. Amen.

¶ Deus quærendus eſt debito tempore, modo & loco. Et ꝙ nunc ſit acceptabile tempus in quo quiſq; per bona opera poteſt ſibi inuenire deũ, ac ſuam operari ſalutem. Sermo. LXXV. B

Cantí.3. IN lectulo meo quæſiui per noctes quem dílígit anima mea. Non eſt reuerſus ſponſus ad uocem & uotum reuocantis. Quareꝰ Vt deſideriũ creſcat, ut probetur affectus, ut exerceatur amoris negocíũ. Sanè ergo diſſimulatio eſt, non indignatio. Sed ſupereſt ut quæratur ſi fortè reperíaꝰ quæſitus, qui uocatus nõ uenít, dícente domíno: Omnís qui quærit inuenít. Matt.7. Porrò uerbũ reuocationís tale eſt: Reuertere aſſimilare dilecte mí capreæ hinnuloq; ceruorum. Ad quã uocem dum non eſt reuerſus, utiq; ob íllas cauſas quæ dictæ ſunt, hinc iſta quæ amat facta cupídior, mox ſeſe ad requírendum tota auiditate dedit. Et primo quidem quærit illum in lectulo: ſed miníme inuenit. Surgit inde, circuit ciuitatem, it & redit per platéas & uícos, & non occurrit neq; apparet. Interroganꝰ quíq; fortè occurrerint, nihilq; certí reportaꝰ. Neq; uíci unius aut unius noctís quæſitío hæc, & hæc fruſtratío, cum dicat iſta: qa quæſiui per noctes. Quíd hoc deſideriĩ eſt & ardoris, ut ſurgens de nocte publicũ nõ erubeſcat, percurrat ciuitatẽ, ꝓcunctꝰ palã & paſſim de dilecto, atq; à ueſtigandís ſemitís eius nulla ualeat ratione auertí, nulla præpedirí difficultate, non tempeſtiue retinerí amore quietís, non ſponſæ uerecundía, non uel timore nocturnoꝝ & tamen in his omnibus fruſtrata eſt uſq; adhuc à deſiderio ſuo. Quareꝰ Quíd ſibi uult pertinax hæc & diuturna fraudatio tædiorũ nutrix, ſuſpicionũ fomes, impatientiæ fax, nouerca amoris, mater deſperationiſꝰ Sí adhuc diſſimulatio eſt, nimis eſt moleſta. C Eſto ꝙ pie utiliterq; interim fuerit diſſimulatũ, donec in ſola adhuc uocatíõe ſeu reuocatione res erat. Nunc uerò cum requíritur, & ita requíritur, quíd iam cõferre poterit diſſimulatío? Sí de carnalibus ſponſis & pudendís amoribus quæſtío eſt, ſicut literalís ſupficies præluſiſſe uídetur, & ſi inter íllos talia cõtingere queant, mea nõ intereſt, ipſi uíderint. Quòd ſi animarum quærentiũ dominũ mentibus & affectíbus ꝑ quãtuloctũq; poſſe meo reſpondere & ſatisfacere me oportet, eruendum ſanè eſt de ſcriptura ſancta (in qua ſe uitam habere cõfidũt) eò uitale aliquid quò ſpũale, ut edant pauperes & ſaturenꝰ, & uiuant corda eorũ. Et quíd tã cordiũ uíta, quàm dñs meus Ieſus chriſtus, de quo aiebat qui eo uíuebat: quía cũ Chriſtus apparuerít uíta ueſtra, tũc & uos apparebitís cum ípſo in gloría? Ipſe ergo ad medium ueniat, quo & nobís ueraciter dici poſſit, medíꝰ autẽ ueſtrũ ſtetit quẽ uos neſcítís. Quãquã neſcio quomõ non ſciaꝰ à ſpíritalíbus ſpõſus ſpũs, q tñ ita in ſpũ ꝓfecerũt ut poſſint dícere cum prophetaꝰ Spíritus ante faciem noſtram Chriſtus domínus. Et cũ apl'o: Et ſi cognouímus Chriſtum ſm carnem, ſed nunc iam non nouímus. Nónne ís eſt quẽ ſpõſa quærebatꝰ Is uerè eſt ſponſus, & amans & amabílis. Is inquam uerè ſponſus, ſicut caro eíus uerè eſt cíbus, & ſanguís eíus uerè eſt potus: totũ quod de ípſo eſt, uerè eſt qñ ípſe eſt, non aliud ſanè quàm ípſa ueritas. Verum ís ſponſus quíd eſt ꝙ nõ inuenítur quæſitus, cum requíratur tam ſtudioſe & ímpígre, nũc quidẽ in lectulo, nunc uerò in cíuitate, aut etiã in platéis uel uícís, ípſe aũt dícat: Quæríte & inuenietís: & qui quærit inuenít: propheta quoq; loqꝰtur ad eum: Bonus es dñe animæ quærenti te: & item ſanctus Eſaías: Quæríte dominũ dũ inueníri poteſt. Quomõ ergo implebuntur ſcripturæꝰ Neq; eñ quæ hic inducítur quærens, una eſt ex hís quíbus ípſe aít. Queretís me, & nõ inuenietís. B Sed attendíte tres eſſe cauſas quæ interím occurrunt & quærentes fruſtrarí ſolent, cũ aut uídelícet non in tempore quærunt: aut non ſicut oportet, aut non ubí oportet. Sí enim omne tempus aptũ eſt ad quærendũ, cur ergo dícit ꝓpheta (qđ iam memoraui) Quæríte dñm dũ inueníri poteſtꝰ Erít abſq; dubío cũ inueníri nõ poterít, & ideò addit: ut inuocef dũ prope eſt: qa futurũ eſt, iam non prope futurũ. A quo eñ tunc non requíreturꝰ Mihí, inquít, curuabítur omne genu &c. Nec tñ inueníeꝰ ab impíís, quos ultores angelí arcebũt profectò, & tollent ne uídeant gloriã dei. Fruſtra inclamabunt & fatuæ uírgines, míníme prorſus iã ad eas exít, clauſa ianua. Sibí proínde dictum putent íllæ: Quæretís me, & non inuenietís. Cæterũ nunc tempus acceptabile, nũc dies ſalutís ſunt, tempus planè & quærendí & inuocandí, qñ plerũq; & antequam inuoceꝰ adeſſe ſentíꝰ. Audí denic; qd polliceaꝰ. Antequã me inuocetís, inqt, dícã, ecce adſum. Nec latuit benignítas hæc & facílitas temporís quod nũc eſt, illũ qui in pſalmo loquítur: Deſideriũ pauperũ exaudíuit dñs, ꝓparatiõnẽ cordís eorũ audíuit auris tua. Quòd ſi per bona opera ꝙrítur deus, ergo dum tempus habemus operemur bonũ ad omnes, præſertím qa dñs aperte prænũcíat ueníre noctem, qñ nemo poteſt operarí. Túne alíud ad quærendum deum, ad operandũ quod bonũ eſt reperturus es tíbí tempus in ſeculís uenturís, præter hoc qđ conſtituit tíbí deꝰ in quo recordetur tuíꝰ Et ídeò dies ſalutís: quía in hís ípſe deus rex noſter ante ſecula operatus eſt ſalutem in medío terræ. C I ergo tu, & in medío gehennæ expectato ſalutem quæ facta eſt in medío terræ. Quam tibí ſomnías prouenturam inter ardores ſempiternos facultatem ueniã pmerendí, cum iam tranſíit tempus míſerendíꝰ Non relinqꝰtur tibí hoſtía pro peccatís, mortuo in peccatís. Non crucifígitur íterum filíus dei, mortuus eſt ſemel, iam non morítur. Non deſcendít ad ínferos ſanguís qui effuſus eſt ſuper terram. Bíberunt omnes peccatores terræ, non eſt qđ ſibí ex eo uendícẽt dæmones ad reſtínguẽdos focos ſuos, ſed neq; homines ſocíj dæmoníorum. Semel illò deſcendit non ſanguís, ſed anima, & hæc portío eorum qui in carcere erant, una illa uiſitatío quæ tunc facta eſt per præſentiã animæ: cum corpus penderet exaníme ſuper terram. Sanguís aridam rígauit, ſanguís infudit terram, & inebríauit eam, ſanguís quæ in terra & quæ in cælís ſunt pacificauit. Non autem & quæ apud ínferos, níſi quod ſemel illò ut díxí anima eius excucurrit, & fecit ex parte redemptionẽ, ne uel eo momentí uacarent opera charitatís, ſed ultra non adíjciet. Ergo nunc tempus acceptabile & aptũ ad quærẽdum, in quo planè quí quærít inuenít, ſi tamen ubí & utí oportet quærít. Et hæc una cauſa quæ impedíre poteſt ne inueníaꝰ ſponſus à quærentibus ſe, cum non quærũt in tẽpore opportuno. At nõ ea impedit ſpõſam, nempe inuocantem & quærentẽ in tẽpore opportuno. Sed ne illa quí dem eum tepide aut negligenter ſeu perfunctorie quærit: nam corde ardenti & omnino inſatigabíliter ꝙrit, planè ut decet. D Reſtat ut de tertía uídeamus, ne uídelícet ubí non decet quærat. In lectulo meo quæſiui quẽ dílígit anima mea. An fortè non in lectulo quærendus erat, ſed in lecto, quíppe cuí orbís anguſtus eſtꝰ Sed nõ horreo lectulum, quí nouí paruulũ. Paruulus denic; nobís natus eſt.

Matt.25.
Matt.7.
Cantic. 2.
ꝓ.21.
Coloſ.3.
2. Cor.5.
Ioan.6.
Matt.7.
Eſaiæ.55.
Ioan.7.
Eſaiæ 55.
Eſaiæ 45
Matt. 25.
2. Cor. 6.
ꝓ.9.
Galat.6.
ꝓ.73.
Roma.6.
2. Cor.6.
Cantic.3.
Eſaiæ.9.

Universidad de Deusto Biblioteca

Exulta tu & lauda habitatio siō, qa magnus in medio tui sanctus israel. At idē dñs in sion magnus, apud nos paruulus, apud nos infirmus repertus est, ex uno iacere, ex altero & in lectulo iacere habēs. An nō lectulus tumulus? An non lectulus præsepium? an non lectulus uterus uirginis? Neq; enim magni patris uterus lectulus est, sed lectus magnus. De quo ad filiū. Ex utero, inquit, ante luciferum genui te. Quāquā nec lectus quidē forsitan digne censendus sit uterus ille, qui regentis potius quàm iacētis est locus. Manens enim in patre, regit cum patre uniuersa. Deniq; nō iacere, sed sedere ad dexterā patris filiū fides indubitata habet, & ipse cælū sibi sedem esse non lectū perhibet: ut scias illum in suis, id est in superis nequaquā solatia habere infirmitatis, sed potestatis insignia. B Merito proinde sponsa ponens lectulū dicit suū, quia omne quod infirmum est dei, non de proprio inesse illi manifestū est, sed de nostro. Ex nobis assumpsit quæ p nobis sustinuit: nasci, lactari, mori, sepeliri. Mea est mortalitas nati, mea infirmitas paruuli, mea expiratio crucifixi, mea sepulti dormitio. Quæ priora transierunt, & ecce noua sunt omnia. In lectulo meo quæsiui per noctes quē diligit anima mea. Quidē In tuo quærebas qui se iam in sua receperat? Num uideas filium hominis ascendentem ubi erat prius? Iam cælū tumulo commutauit & stabulo & tu illum in tuo adhuc lectulo quæris? Surrexit, non est hic. Quid quæris in lecto fortem, in lectulo magnum, clarificatum in stabulo? Introiuit in potentias domini, decorem induit & fortitudinem: & ecce sedet super cherubim qui sub lapide iacuit. Ex hoc iam non iacet sed sedet, & tu tāquā iacenti subsidia paras? Siue (ut absolutior ueritas sit) aut sedet iudicans, aut stat adiuuans. Sic uos ō bonæ mulieres cuinam quæso excubias exhibetis, cui aromata cōparatis, paratis unguenta? Si sciretis quātus is sit, quāq; sit inter mortuos liber mortuus iste quē ungere pergitis, uos forsitan petissetis ab eo potiꝰ ungi. Nōme iste est quē unxit deꝰ suus oleo lætitiæ præ consortibus suis? Beati eritis uos si gloriari potueritis reuertentes & dicere, quia de plenitudine eius & nos accepimus. Enimuerò factum est ita. Nam reuera unctæ remeant q̄ unctuæ uenerāt. Quidni unctæ tam læto nuncio nouæ odoriferæq; resurrectiōis? Quàm speciosi pedes euāgelizātiū pacē, euāgelizātiū bona. Missæ ab angelo opus faciunt euāgelistæ: factæq; aplæ apostolorū dum festinant ad annunciādū mane misericordiā dñi, dicūt: In odorem unguentorum tuorum currimus. Extūc ergo & deinceps frustra in lectulo quæsitus est spōsus, quia etsi cognouerat eum ecclesia fm carnem, id est fm carnis infirmitatem, sed nunc iam non nouit. Deniq; quæsitus est post modum à Petro & Ioanne idemtidem in sepulchro, sed minime inuētus. Vide tu utrū ne apte & competenter quisq; horū tūc dicere quiuerit. In lectulo meo quæsiui quem diligit anima mea, quæsiui & non inueni. Nēpe itura ad patrē caro quæ nō erat ex patre, prius per gloriam resurrectionis omne infirmū se exuit, accinxit potentia, induit lumine sicut uestimento, in quali nimirum gloria & ornatu decuit eam paternis aspectib⁹ præsentari. D Pulchre uerò spōsa non quē diligo ego, sed quem diligit anima mea inquit, q̄ uerè & ꝓprie ad solā pertineat animam illa dilectio qua aliquid spiritualiter diligit: uerbi gratia deum, angelum, animam. Sed & diligere iustitiā, ueritatē, pietatem, sapientiam, uirtutesq; alias, ciusmodi est. Nam cum fm carnem quippiam diligit uel potiꝰ appetit aia: uerbi gratia cibū, uestimentū, dominium, & quæ istiusmodi sunt corporalia siue terrena, carnis potius quàm aiæ amor dicēdus est. Et hoc pro eò q̄ sponsa minus usitate sed nō minus proprie animam suam sponsum diligere dicit, monstrans proinde spiritū esse sponsum, & à se nō carnali sed spirituali amore diligi. A Et bene per noctes se quæsisse eum ait. Nam si iuxta paulum, qui dormiunt nocte dormiunt, & qui ebrij sunt nocte ebrij sunt: ita non absurde (ut opinor) dici potest q̄ qui ignorant, nocte ignorant: ac per hoc qui quærunt, nocte quærunt. Quis em̄ quærat quod palā habet? Porrò dies palā facit quod nox abscondit: ut reperias in die quod in nocte q̄sieras. Nox est itaq; donec quæriꝰ spōsus: qui si dies esset, de medio fieret, & minime quæreret. Et de hoc satis: nisi fortè numerositas hæc noctium adhuc aliquid quærendū signet: quia non noctem, sed noctes posuit. Et mihi uidetur, si tu melius nō habes, talis mihi posset ratio reddi. Habet mundus iste noctes suas, & nō paucas. Quid dico quia noctes habet mūdus, cum penè totus ipse sit nox, & totus semper uersetur in tenebris? Nox est iudaica perfidia, nox ignorantia paganorum, nox hæretica prauitas, nox etiam catholicorum carnalis animalisue conuersatio. An non nox ubi nō percipiūtur ea quæ sunt spiritus dei? Sed & apud hæreticos uel schismaticos quot sectæ: tot noctes. Frustra per has noctes iustitiæ solem & lumen quæritis ueritatis, id est sponsum: qa nulla societas lucí ad tenebras. B Sed dicit aliquis q̄ non sit tam stulta tamue cæca sponsa ut quærat lumē in tenebris, quærat dilectū apud ignorantes, & qui non diligunt eum. Quasi uerò se per noctes nunc quærere dicat, & nō potius quæsisse. Non, ait, quæro: sed quæsiui per noctes quē diligit aia mea. Et est sensus, qa cū esset paruula, sapiebat ut paruula, cogitabat ut paruula, & quærebat ueritatē ubi non erat, errās, & nō inuenīs: iuxta illud in Psal. Errauí sicut ouis quæ perijt. Deniq; in lectulo se memorat tunc adhuc esse: tanquā ætate imbecillem ac paruulam sensu: si tamen ita construas: in lectulo meo, subaudis existens uel iacens, q̄si ui quē diligit anima mea. Nō q̄siui in lectulo sed sedēs in lectulo quæsiui. Hoc est: Cū adhuc infirma & inualida forē, & omnino minus idonea sequi sponsum quocunq; iret, se qui & ardua & excelsa sublimitatis illius: incidí in multos qui cognoscentes desiderīū meū dicebant mihi: Ecce hic est xp̄s, ecce illic est, & neq; hic neq; illic erat. Incidí aūt, & non ad insipientiā mihi. Nam quò propius accessī, & exploraui diligentius, eò citius certiusq; cognoui ueritatē apud eos minime esse. Quæsiui enim, & non inueni: & deprehendi noctes, qui se dies mentiebantur. Et dixi: Surgā & circuibo ciuitatem: per uicos & platēas quæram quem diligit anima mea. Intuere uel nunc quia iacet quæ dicit surgam. Pulchre omnino. Quidni surgeret, recogito de resurrectiōe dilectiꝰ. Cæterū ō beata si cōsurrexisti cū christo, quæ sursum sunt sapias oportet: neq; deorsum, sed sursum quæras xp̄m necesse est: ubi sedet in dextera patris. Sed circuibo, ais, ciuitatē. Ad quidē? In circuitu impij ambulant. Iudæis istud relinquito: quibus propriꝰ eorū propheta hoc uaticinatus est: quia famē patiētur ut canes, & circuibūt ciuitatē. Et si introieris in ciuitatē, fm prophetā aliū: Ecce attenuati fame, quod utiq; nō esset si ī casuisset panis uitæ. Surrexit de corde terræ, sed super terram non remansit. Ascendit autē ubi erat prius. Nā qui descendit, ipse est & qui ascendit, panis uiuus qui de cælo descendit, idemipse sponsus ecclesiæ iesus xp̄s dominꝰ noster, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

Porro dies palā facit quod nox abscondit: ut reperias in die quod in nocte q̄sieras. Nox est itaq; donec quæriꝰ spōsus: qui si dies esset, de medio fieret, & minime quæreret. Et de hoc satis: nisi fortè numerositas hæc noctium adhuc aliquid quærendū signet: quia non noctem, sed noctes posuit. Et mihi uidetur, si tu melius nō habes, talis mihi posset ratio reddi. Habet mundus iste noctes suas, & nō paucas. Quid dico quia noctes habet mūdus, cum penè totus ipse sit nox, & totus semper uersetur in tenebris? Nox est iudaica perfidia, nox ignorantia paganorum, nox hæretica prauitas, nox etiam catholicorum carnalis animalisue conuersatio. An non nox ubi nō percipiūtur ea quæ sunt spiritus dei? Sed & apud hæreticos uel schismaticos quot sectæ: tot noctes. Frustra per has noctes iustitiæ solem & lumen quæritis ueritatis, id est sponsum: qa nulla societas lucí ad tenebras. B Sed dicit aliquis q̄ non sit tam stulta tamue cæca sponsa ut quærat lumē in tenebris, quærat dilectū apud ignorantes, & qui non diligunt eum. Quasi uerò se per noctes nunc quærere dicat, & nō potius quæsisse. Non, ait, quæro: sed quæsiui per noctes quē diligit aia mea. Et est sensus, qa cū esset paruula, sapiebat ut paruula, cogitabat ut paruula, & quærebat ueritatē ubi non erat, errās, & nō inuenīs: iuxta illud in Psal. Errauí sicut ouis quæ perijt. Deniq; in lectulo se memorat tunc adhuc esse: tanquā ætate imbecillem ac paruulam sensu: si tamen ita construas: in lectulo meo, subaudis existens uel iacens, q̄si ui quē diligit anima mea. Nō q̄siui in lectulo sed sedēs in lectulo quæsiui. Hoc est: Cū adhuc infirma & inualida forē, & omnino minus idonea sequi sponsum quocunq; iret, se qui & ardua & excelsa sublimitatis illius: incidí in multos qui cognoscentes desiderīū meū dicebant mihi: Ecce hic est xp̄s, ecce illic est, & neq; hic neq; illic erat. Incidí aūt, & non ad insipientiā mihi. Nam quò propius accessī, & exploraui diligentius, eò citius certiusq; cognoui ueritatē apud eos minime esse. Quæsiui enim, & non inueni: & deprehendi noctes, qui se dies mentiebantur. Et dixi: Surgā & circuibo ciuitatem: per uicos & platēas quæram quem diligit anima mea. Intuere uel nunc quia iacet quæ dicit surgam. Pulchre omnino. Quidni surgeret, recogito de resurrectiōe dilectiꝰ. Cæterū ō beata si cōsurrexisti cū christo, quæ sursum sunt sapias oportet: neq; deorsum, sed sursum quæras xp̄m necesse est: ubi sedet in dextera patris. Sed circuibo, ais, ciuitatē. Ad quidē? In circuitu impij ambulant. Iudæis istud relinquito: quibus propriꝰ eorū propheta hoc uaticinatus est: quia famē patiētur ut canes, & circuibūt ciuitatē. Et si introieris in ciuitatē, fm prophetā aliū: Ecce attenuati fame, quod utiq; nō esset si ī casuisset panis uitæ. Surrexit de corde terræ, sed super terram non remansit. Ascendit autē ubi erat prius. Nā qui descendit, ipse est & qui ascendit, panis uiuus qui de cælo descendit, idemipse sponsus ecclesiæ iesus xp̄s dominꝰ noster, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

Psal.109. Ibidem. Mar.16. Psal.70. Psal.92. Psal.87. Psal.44. Ioan.1. Rom.10. Can.1. Can.3. Can.3. 1.Thes.5. Hiere.14 Col.3. Can.3. Can.5. Can.3. Psal.109. Ioā.14.

¶ *De claritate spōsi in qua coæqualis patri sedet à dextris gloriæ eius: & qualiter boni pastores debēt esse soliciti uigiles & discreti circa pascēdas animas sibi commissas.*

Sermo. LXXVI. D

RER uicos & platēas quæram quem diligit anima mea. Adhuc ut paruula sapit. Puto arbitrata est egressum de tumulo, publicum mox petisse, ut solito doceret populos, ac sanaret infirmos, & ut manifestaret gloriam suam in israel, si fortè reciperēt resurgentem de morte, qui se recepturos promittebant descendentem de cruce. Verum ille perfecerat opus quod sibi dederat pater ut faceret: quod sanè ista intellexisse debuerat uel ex uoce pendentis, illa scilicet qua illico expiraturus ait: Consummatum est. Nō erat iam q̄ se denuo crederet turbis: quæ nec sic forsitan erant in eum creditura. Et festinabat ad patrem qui sibi diceret: Sede à dextris meis: donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Fortius nempe atq; diuinius cum exaltatus fuerit à terra, omnia trahet ad seipsum. Hæc autem per uicos & platēas

Can.3. Psal.118. Ioā.19. Psal.109. Ioā.12.

platéas quæ rẽdum putauit, fruendi auida, sed ignara mysterii. Iterum ergo frustrata repetit dicens: quæsiui illũ & non inueni illum: ut sermo impleretur quẽ dixit: quia uado ad patrem: & iam nõ uidebitis me. Dicat forsitan ista. B Quomodo ergo credent in eũ, quẽ nõ uiderũt? Quasi fides ex uisu sit, & nõ potius ex auditu. Quid magni est credere qđ uideris, & tuis nõ negare oculis fidẽ quid laudis meretur? Sed si quod nõuidemus speramꝰ, per patiẽtiam expectamus, & patientia meritum est. Beati denique qui non uiderunt & crediderunt. Proinde ut non euacuetur meritum fidei: subducat se uisui, dans uirtuti locum. Etiam & tempus est ut iam in suum sese recipiat. Quæris in quẽ suum: In dexteram patris. Nec enim rapinam arbitrabitur esse se æqualem deo, cum sit in forma dei. Ergo is sit unigeniti locus, in quo omnis eius iniuria propulsata uideatur. Sedeat sanè iuxta nõ infra, ut oẽs honorificẽt filiũ sicut honorificãt patrẽ. In hoc apparebit maiestatis æqualitas, si nec iferiorẽ patre, nec posteriorẽ suspexeris. At ista interim nihil horum aduertit, sed quasi ebria præamore hac illacq́ discurrens quærit oculis quẽ iã oculus nõ cõtingit, sed fides. Non eñ existimat xp̃m aliter oportere intrare in gloriam suam: nisi prius resurrectionis gloria palam mundo innotescẽte confutetur impietas, exultent fideles, glorientur discipuli, populi cõuertantur, denumq́ ab uniuersis glorificetur ipse cum ex præsentia resurgentis cunctis claruerit ueritas prædicentis. Falleris ô sponsa. Oportet quidem hæc fieri: sed in tempore. C Nunc uerò interim uide ne fortè id dignum magis & supernæ cõsentaneum iustitiæ sit si nõ detur sanctũ canib9, & margaritæ porcis, si potius ꝑm scripturã tollat impius ne uideat gloriã dei, si nõ fraudet fides merito, quæ tũc sanè probatior esse dignoscitur cũ creditur quod non uidetur, si penes ipsam seruetur dignis quod occultatur indignis, ut qui in sordibus sunt sordescant adhuc, & iusti iustificentur magis, si non dormitent præ tædio. Cæli & cæli cælorũ tabescãt & confundantur ab expectatione sua, si non ipse pater omnipotẽs diutius iam frustretur à desiderio cordis sui, si non demũ unigenitus ultra ab introitu gloriæ suæ (qđ uel solũ indignissimũ est) aliquatenus retardet. Quãti putas æstimãda sit gloria quãtacũq́ mortaliũ, ut ab ea quæ à patre suo ab æterno parata est debeat eum uel ad modicũ retinere? Adde ꝙ nulla ratione in longius protrahi decet ipsius filij petitionem. Quam dicam petitionem quæris? Nempe illam qua dicit. Pater clarifica filium tuum. Quod tamen eum petiisse sensérim non ut supplicem, sed ut præscium. Libere petitur quod in potestate petentis accipere est. Ergo dispensatoria filij petitio est nõ necessaria, quippe donãtis cũ patre quicquid à patre acceperit. D Vbi & hoc dicendum, quia non solum pater clarificat filiũ, sed & filius clarificat patrem, ne quis dicat filium minorẽ patre, quasi à patre clarificetur, cum & ipse clarificet patrem, dicente filio: Pater, clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te. Sed fortè adhuc submittendum putes filium, ꝙ quasi inglorius uideatur à patre recipere claritatem quam demũ patri refundat. Audi qa non est ita. Clarifica me, inquit, pater claritate quam habui priusquam mundus fieret apud te. Si ergo claritas filij posterior nõ est, utpotè q̃ ab æterno est: ex æquo se clarificant pater & filius. Et si ita est, ubi patris primatus? Equalitas, pfectò est ubi coæternitas. Et usq́ adeò æqualitas, ut una sit claritas amborum, sicut ipsi unũ sunt. Vnde mihi uidetur dicendo rursum. Pater clarifica nomen tuũ, nõ sanè aliud petere quàm se clarificari, in quo & per quem nomẽ patris proculdubio clarificaretur. Et responsum accepit à patre, & clarificaui & iterum clarificabo. Quæ quidẽ ipsa responsio nõ parua filij glorificatio fuit. Cæterum abundantius ad fluenta iordanis augustiusq́ clarificatus dignoscitur & Ioannis testimonio, & columbæ designatione, & uoce dicentis. Hic est filius meus dilectus. Sed & in monte corã tribus discipulis nihilominus magnificẽtissime clarificatus est, tum uoce eadem denuo ad se cælitus delapsa, tum mira illa eximiaq́ transfiguratione corporis sui, tum etiã prophetarũ attestatione duorum qui ibidẽ apparuerũt cũ eo loquentes. B Superest ergo ut iuxta promissum patris semel adhuc clarificetur, eaq́ erit plenitudo gloriæ, cui non queat amplius addi. Sed ubi illa dabitur benedictio? Non est ut ista suspicata est in platéis uel uicis, nisi fortè in illis de quibus dicitur: Platéæ tuæ hierusalem sternentur auro mundo, & per omnes uicos tuos alleluya cantabitur. In his reuera illam recepit à patre filius claritatẽ, cui non poterit similis inueniri, ne in cælestibus quidẽ. Cui enim aliqñ angelorũ dictum est: Sede à dextris meis? Non modo autem de numero angelorũ, sed nec de supioribꝰ qdẽ reliquis beatorum ordinibus omnino quis repertus idoneꝰ est ad capessendam superexcellentem hanc gloriã. Ad neminẽ prorsus illorũ facta est uox illa gloriæ singularis, neminí uocis in se efficiẽtiam experiri datum. Siue throni, siue dñationes, siue principatus, siue potestates, profectò desiderant in eũ prospicere, non se illi comparare præsumunt. C Igitur dño meo singulariter à dño & dictũ & datum est sedere à dextris gloriæ ipsius, utpotè in gloria coæquali, in essentia consubstantiali, pro generatione consimili, maiestate nõ dispari, æternitate nõ posteriori. Ibi ibi eñ illũ q quæret inueniet, & uidebit gloriã eius, nõ gloriã quasi unius cæterorũ, sed planè gloriã quasi unigeniti à patre. Quid facies ô sponsa? Putas potes sequi eũ illuc? Aut te ingerere audes uel uales huic tã sancto arcano, tamq́ arcano sanctuario, ut fiã in patre, & patrem intuearis in filio? Non utiq́. Vbi est ille tu non potes uenire modo, uenies autẽ postea. Age tñ, sequere, quære, nec te inaccessibilis claritas uel sublimitas à quærendo deterreat, ab inueniendo desperare faciat. Si potes credere: omnia possibilia sunt credenti. Prope est, inquit, uerbum in ore tuo & in corde tuo. Crede & inuenisti: nam credere inuenisse est. Norũt fideles habitare christum per fidem in cordibꝰ suis. Quid propius est? Quære ergo secura, quære deuota, bonus est dominꝰ animæ quærẽti se. Quære uotis, sequere actibus, fide inueni. Quid non inuenit fides? Attingit inaccessa, deprehendit ignota, comprehendit immensa, apprehendit nouissima, ipsam denicq́ æternitatem suo illo uastissimo sinu quodammodo circuncludit. Fidenter dixerim, æternã beatamq́ trinitatẽ quã nõ intelligo credo, & fide teneo, quod nõ capio mẽte. Sed dicit aliqs, quomodo credet sine prædicãte: cũ fides ex auditu sit: auditꝰ per uerbũ prædicationis? Deus hoc prouidebit. Et ecce iam præsto sunt qui nouã spõsam cælesti nupturam sponso, de quibꝰ oportet instruant & informent, fidem doceant, formã pietatis ac religionis tradãt. D Audi denicq́ quid adñciat: Inuenerunt me uigiles qui custodiũt ciuitatem. Qui eñ uigiles hi? Nẽpe illi quos saluator in euãgelio beatos pnũciat: si cũ uenerit inuenerit uigilãtes. Quam boni uigiles qui nobis dormientibꝰ ipsi peruigilãt, quasi rationem reddituri pro animabꝰ nostris. Quàm boni custodes qui uigilãtes animo, atq́ in orationibꝰ pnoctãtes hostiũ insidias sagaciter explorant, anticipãt consilia malignãtium: deprehendunt laqueos, eludũt tẽdiculas: retiacula dissipant, machinamẽta frustrãtur. Hi sunt fratrum amatores & populi christiani qui multũ orãt pro populo & uniuersa sancta ciuitate. Hi sunt qui multũ solliciti pro sibi commissis dñicis ouibus, cor suum tradũt ad uigilandũ diluculo ad dñm q̃ fecit illos, & in cõspectu altissimi deprecantur. Et uigilant & deprecantur, scientes suam insufficientiam in custodienda ciuitate: Et quia nisi dñs custodierit ciuitatẽ, frustra uigilat qui custodit eã. Porrò cũ dominꝰ ita præcipiat: Vigilate & orate, ne intretis in tẽtationem: liquet ꝙ absq́ duplici hoc exercitio fidelium, studioq́ custodũ, nõ potest esse secura ciuitas, non sponsa, non oues. Horũ differentiã quæris? Vnũ sunt. Ciuitas propter collectionẽ, sponsa propter dilectionẽ, oues propter mansuetudinẽ. B Vis scire hoc sponsam quod ciuitatem esse? Vidi, inquit, ciuitatẽ sanctã hierusalẽ nouã descendentem

Universidad de Deusto
Biblioteca

de cælo,à deo paratã tanquã ſpõſam ornatã uiro ſuo. Idẽ tidem tibi hoc & de ouib⁹ liquido apparebit, ſi recorderis primus ille cuſtos (petrũ loquor) cũ ſibi primo oues committerẽtur, quàm attente ſimul de amore cõmonitus ſit. Quod utiq; tãta cura ſapiẽs creditor nõ feciſſet, niſi ſentiret ſponſum, id ſibi utiq; ex ſe timo reſpondẽte conſciẽtia. Audite hæc amici ſponſi, ſi tñ amici. At parũ dixi amici, amiciſſimi ſint oportet qui priuilegio tantæ familiaritatis donantur. Non ocioſe toties repetitũ eſt: Petre amas me ſe in commiſſione ouium. Et ego quidem id ſignificatum perinde puto acſi illi dixiſſet Ieſus: niſi teſtimonium tibi perhibente cõſciẽtia q me ames, & ualde perfecteq; ames, hoc eſt plus quàm tua, plus quàm tuos, plus quàm & te, ut huiꝰ repetitionis meæ numerus impleat ne quaquã ſuſcipias curã hanc, nec te intromittas de ouibꝰ meis, pro quibus ſanguis vtiq; meus effuſus eſt. Terribilis ſermo, & qui poſſit etiã impauida quorũuis tyrãnorũ corda concutere. ¶ Propterea attẽdite uobis quicũq; opus miniſterij huius ſortiti eſtis, attendite inquam uobis, & precioſo depoſito quod uobis creditum eſt. Ciuitas eſt, uigilate ad cuſtodiã concordiamq;. Sponſa eſt, ſtudete ornatui. Oues ſunt, intendite paſtui. Et hæc tria ad illã dñi trinam ſciſcitationẽ fortè non incõgrue pertinere dicentur. Porrò cuſtodia ciuitatis ut ſit ſufficiens triſaria erit, à ui tyrannorũ, à fraude hæreticorũ, à tẽtationibꝰ dæmonũ. Sponſæ uerò ornatꝰ in bonis operibꝰ & moribus & ordinibus. At paſtus ouiũ cõmuniter quidẽ in paſcuis ſcripturarũ tanquã in hæreditate dñi, ſed eſt diſtinctio in illis. Nã ſunt mãdata quæ duris atq; carnalibꝰ animis imponunt ex lege uitæ & diſciplinæ. Et ſunt olera diſpẽſationũ, q̃ infirmis & puſillis corde de reſpectu miſericordiæ apponunt. Et ſunt conſiliorũ ſolida fortiaq;, q̃ ex intimis ſapiẽtiæ ꝓponunt ſanis & q exercitatos habẽt ſenſus ad diſcretionẽ boni & mali. Paruulis nanq; tanquam agniculis adhortatiõis lac potus datur, nõ eſca. Ad hæc boni ſolicitiq; paſtores impinguare pecus nõ ceſſant bonis lætiſcq; exẽplis, & ſuis magis quàm alienis. Nam ſi alienis & nõ ſuis, ignominia eſt illis, & pecus ita nõ proficit. Si enim (uerbi cauſa) ego q uideor inter uos paſtoris gerere curã uobis appoſuero moyſi manſuetudinẽ: patientiam iob, miam ſamuelis, dauid ſanctitatem, & ſi qua ſunt ciuſmodi exempla bonorũ: immitis ipſe & impatiẽs atq; immiſericors & miníme ſanctꝰ, ſermo (ut uereor) minꝰ ſapide cuenict, & uos minꝰ auide capietis. Verũ hoc ſupnæ pietati relinquo, ut qd minꝰ uobis ex nobis eſt, ipſa ſuppleat: & qd perperã, ipſa corrigat. Nũc uerò bonꝰ paſtor hoc quoq; curabit, ut ſm euãgeliũ inueniatur habere ſal in ſemetipſo, ſciens qa ſermo ſale conditus quãtũ placuerit ad gratiã, tantum proderit ad ſalutẽ. Hæc interim de cuſtodia ciuitatis, atq; ornatu ſpõſæ: necnõ & paſtu ouiũ dicta ſint. ¶ Volo tñ adhuc eadẽ paulo expreſſius deſignare propter eos qui dũ auide nimis honoribus inhiãt, minus prouide grauibus ſe ſuppoñunt oneribus, expoñunt periculis, ut ſciant ad quid uenerint, ſicut ſcriptum eſt. Amice, ad qd ueniſti? Ni fallor: ad ſolam ciuitatis cuſtodiam ut quãtum ſatis eſt procuretur, opus eſt uiro forti, ſpirituali, fideli. Forti ad propulſandas iniurias, ſpirituali ad deprehendendas inſidias, fideli qui non quæ ſua ſunt quærat. Porrò autem ad mores honeſtandos uel corrigendos (quod utiq; ad decorem pertinet ſponſæ) quis non liquido agnoſcat perneceſſariã fore cum multa quidem diligentia diſciplinæ cenſuram? Eapropter omnis cui hoc opus incũbit, oportet ferueat zelo illo quo accenſus præcipuꝰ ille æmulator ſpõſæ domini aiebat. Emulor uos dei æmulatione: deſpõdi enim uos uni uiro uirginẽ caſtam exhibere xp̃o. Iam quomodo in paſcua diuinorũ educet eloquiorũ greges dñicos paſtor idiota? Sed & ſi doctus quidẽ fuerit nõ ſit autẽ bonus, uerendúmne non tam nutriat doctrina uberi quàm ſterili uita noceat. Temere itaq; & in hac parte hoc onus ſubitur abſq; ſcientia pariter uitaq; laudabili. Sed ecce qd nõ laudamus. Finis

Ioan.21.

Mar.9.

Mat.26.

2. Cor.11.

indicitur, ubi non erat finis. Euocamur in materiam alteram, & cui hãc cedere indignum. Angor undiq;, & quod ægrius feram ignoro, auelli ab iſta, an diſtendi in illa; niſi qꝰ utrolibet ſimul utrunq; moleſtius. O ſeruitutem. O neceſſitatem. Non quod uolo hoc ago, ſed quod odi illud facio. Notate tamẽ ubi deſinimus, ut quàm cito in id redi re liberum erit, inde mox ordiamur in nomine ſponſi eccleſiæ Ieſu chriſti domini noſtri, qui eſt ſuper omnia deus benedictus in ſecula. Amen.

¶ *De malis paſtoribus eccleſiæ: & item quomodo ſpiritus & animæ ſanctorum ſimul cum angelis adiutorio ſunt electis adhuc peregrinantibus.* Sermo LXXVII. C

EYa expediti ſumus. Diximus heſtemo ſermone quales in uia hac qua ambulamꝰ, uellemus habere duces, nõ quales habemus. Longe diſſimiles experimur. Nõ omnes ſunt amici ſpõſi quos hodie ſponſæ hincinde aſſiſtere cernis, & q (ut uulgo aiunt) eam quaſi addextrare uident. Pauci admodum ſunt qui non quæ ſua ſunt quærãt ex omnibꝰ charis eius. Diligunt munera, nec poſſunt pariter diligere chriſtum, quia manꝰ dederũt mãmomæ. Intuere quomodo incedũt nitidi & ornati circũamicti uarietatibꝰ, tanquam ſponſa procedẽs de thalamo ſuo. Nónne ſi quempiam taliũ repẽte eminus procedentẽ aſpexeris, ſponſam potius putabis quàm ſpõſæ cuſtodẽ? Vnde uerò hanc illis exuberare exiſtimas rerum affluentiã, ueſtiũ ſplendorem, menſarũ luxuriem, cõgeriẽ uaſorũ, argẽteorũ & aureorũ, niſi de bonis ſpõſæ? Inde eſt q illa paup & inops & nuda relinqẽ facie miſerãda, inculta, hiſpida. exãgui. Propter hoc nõ eſt hoc tpe ornare ſponſam, ſed ſpoliare: nõ eſt cuſtodire, ſed perdere: non eſt defendere, ſed exponere: nõ eſt inſtituere, ſed proſtituere: nõ eſt paſcere gregem, ſed mactare & deuorare, dicente de illis domino: Qui deuorant plebem meam ut cibũ panis, & quia comederũt Iacob: & locũ eius deſolauerũt Et in alio ꝓpheta. Peccata populi mei comedent. quaſi dicat. Peccatorũ pretia exigũt, & peccãtibꝰ debitã ſolicitudinẽ non impendũt. ¶ Quẽ dabis mihi denumero præpoſitorũ q nõ plus iuigilet ſubditorũ uacuãdis marſupijs quàm uitijs extirpandis? Vbi quiſ orãdo flectat irã: q p̃dicet animũ placabilẽ dño? Leuiora loquimur: grauiora grauius manet iudiciũ. Sine cauſa tamẽ uel his uel illis immoramur: qa nõ audiunt nos. Sed & ſi literis forſitan mãdent iſta q dicim⁹, dedignabunt legere: aut ſi fortè legerint, mihi indignabunt, quãuis recti⁹ ſibi hoc faceret. Propterea relinquam⁹ iſtos nõ inuẽtores ſpõſæ, ſed uẽditores: & ingramus potiꝰ illos à qbꝰ ſpõſa ſe inuẽtã loquit. Et quidẽ illorũ iſti ſortiti ſunt miniſterij locũ, ſed nõ zelũ. Succeſſores oẽs cupiunt eſſe, imitatores pauci. O utinam tam uigiles reperirent ad curam, quàm alacres currũt ad cathedrã. Vigilarent utiq; ſolicite ſeruantes ab illis inuentam, ſibi creditã. Imo uerò euigilarent pro ſemetipſis: nec ſinerẽt de ſe dici: Amici mei & proximi mei aduerſum me appropinquauerunt & ſteterũt. Iuſta oĩno quærimonia, nec ad ullã iuſtiꝰ quàm ad noſtrã referenda ætatẽ. Parum eſt noſtris uigilibus q nõ ſeruant nos, niſi & perdãt. Alto quippe demerſi obliuiõis ſomno, ad nullũ dominicæ cõminationis tonitruũ expergiſcuntur, ut uel ſuũ ipſorum periculũ expaueſcãt. Inde eſt ut nõ parcãt ſuis qui nõ parcunt ſibi, perimẽtes pariter & pereũtes. ¶ Sed eñ qnã illi ſunt uigiles à quibꝰ ſe inuẽtã phibet ſpõſa? Nẽpe apoſtoli, atq; aplici uiri. Verè hi ſunt q cuſtodiunt ciuitatem, id eſt eã ipſam quã inuenerũt eccleſiam, eoq; uigilantius, quò nũc tpis grauius periclitãtẽ cõſpiciunt, à malo utiq; domeſtico & inteſtino: ſicut ſcriptum eſt: Et inimici hoĩs domeſtici eiꝰ. Neq; eñ ꝓ qua uſq; ad ſanguinẽ reſtiterũt, ſuo derelinquũt patrocinio deſtitutã: ſed protegũt & cuſtodiunt eam die ac nocte, hoc eſt in uita & in morte ſua. Et ſi preciosa eſt in conſpectu dñi mors ſanctorũ eius, non ambigo ego quin etiã tanto in morte potentius id agant quanto in ipſa etiam confortatus eſt principatus eorum. ¶ Sic iſta aſſeris, ait quis, acſi oculis tuis uideris ea. Sunt autem ab

Nota.

Pſal.52.

Oſee.4.

Matth.7.

Pſal.115.

Pſal.138.

autem ab humanis secluſa conſpectibus. Cui ego. Si tu tuorum oculorū teſtimoniū fidele putas, teſtimoniū dei
Iſa.62. maius eſt. Ait uerò, Super muros tuos hieruſalē cōſtituí cuſtodes, tota die & tota nocte in perpetuū nō tacebunt.
Heb.1. Sed de angelis, inquis, id dictū eſt. Non abnuo, oēs ſunt adminiſtratorū ſpūs. At quis me phibeat itidē & de iſtis ſentire, qui potētia quidē minime ſint ipſis angelis impares ſunt, affectu autem & miſericordia cō nobis forſitan germaniores exiſtūt quò natura cōiunctiores? Iūge & tolerantiā earūdē paſſionū & miſeriarū in quibus nos protēpore adhuc uerſamur. Nihil ne ampliꝰ miseratiōis pro nobis uel ſolicitudinis operabit in mētibus ſanctis, ꝙ & ſe tranſiſſe per eas proculdubio meminerunt? Nónne illa
Pſal.65. ipſorū uox eſt: Trāſiuimus per ignē & aquam, & eduxiſti nos in refrigeriū? Quide Ipſi tranſierunt, & nos in mediis ignibꝰ uel fluctibꝰ derelinquēt, nec ſaltē manū porrigere dignabunt periclitantibus filijs? Non eſt ita. Bene tecum agitur ô mater eccleſia, bene tecū agitur in loco peregrinationis tuæ: de cælo & de terra uenit auxiliū tibi. Qui cuſtodiūt te nō dormitāt neq; dormiūt. Cuſtodes tui angeli ſancti, uigiles tui ſpūs & aīæ iuſtorū. Nō errāt qui te ab utriuſq; inuētā ſpiritibꝰ ſenſerint, ab utriſq; pariter cuſtodiri. Et eſt huius ſolicitudinis ratio quibuſq; ſua, his quidē ꝙ ſine te non conſumment, illis uerò ꝙ niſi de te ad ſui plenitudinem minime reſtaurentur. Nam quis neſciat ſatana cadente de cælo & eius cōplicibus numerū ſupernæ multitudinis parte nō modica immínutū? De te itaq; oēs cōſummationē expectāt, alij numeri, alij deſiderij ſui.
Pſal.141. Agnoſce proinde uocē in pſalmo: Me expectant iuſti donec retribuas mihi. Et aduertendū ꝙ non iſta illos, ſed illi iſtā potius inueniſſe reſeruntur, utq; ego ſuſpicor ad hoc ipſum ſtudiū deſtinati. Nam quomodo prædicabunt niſi
Luc.10. mittantur? Denicq; habes loquentē in euangelijs: Ite ecce ego mitto uos, & ite prædicate euangeliū omni creaturæ. Ita eſt. Illa quærebat ſponſum: & ſponſum non latebat. Nempe qui in hoc ipſum excitauerat eam ut ſe quæreret, & dederat illi cor ad præcepta & legē uitæ & diſciplinæ: dūmodo eſſet qui inſtrueret & doceret uiam prudentiæ. Et miſit in occurſum eius plantatores & rigatores qui eā enutrirēt & cōfirmarēt in omni certitudine ueritatis, hoc eſt indicarēt illi certāq; redderent de dilecto: quia ueritas eſt quā quærit, & quam uerè diligit aīa eius. D Et reuera quis fidus uerūſue aīe amor, niſi utiq; is quo ueritas adamatur? Ratiōis ſum compos, ueritatis ſum capax, ſed utinam non forem ſi amor ueri defuerit. Horum quippe ramorū is fructus eſt, & ego radix. Non ſum ſecurus à ſecuri ſi abſq; eo inueniar. In illo nimirum naturæ munere illud diuinæ imaginis enitere inſigne haud dubium, ex quo cæteris præſto animātibus. Inde eſt ꝙ audet aīa mea ad dulces caſtoſq; aſſurgere ueritatis amplexus, & ſic in amore ipſius tota ſecuritate ac ſuauitate quieſcere, ſi tñ inueniat gratiā in oculis tanti ſponſi, ut dignā reputet quæ ad hanc pertingat gloriam, imo ipſe eā ſibi exhibeat non habentē maculā aut rugā aut aliqd eiuſmodi. Quāti putas eſſe diſcriminis, quāue dignū pœna tantū dei donum ocioſum tenere? Verum hoc aliàs. A Nunc uerò ſponſa quē quærebat minime reperit: & quos nō ꝙrebat reperta eſt ab ipſis. Audiant hoc qui ſine duce & præceptore uias uitæ ingredi non formidāt: ipſi ſunt in arte ſpūali exiſtentes & diſcipuli pariter & magiſtri. Non ſufficit hoc, etiā coaceruāt diſcipulos ſibi, cæci duces cæcorū. Quàm multi ex hoc à recto tramite periculoſiſſime aberraſſe cōperti ſunt. Nimirum ignorātes aſtutias ſatanæ & cogitationes ipſi?, factū eſt ut qui ſpiritu cœperāt, carne cōſummarent: abducti turpiter, lapſi dammabiliter. Videāt proinde qui eiuſmodi ſunt, quō caute ambulēt: & de ſpōſa exemplum ſumāt, quæ nō prius ad eum quē deſiderabat, ullo modo ualuit peruenire quàm ſibi occurrerēt quorū magiſterio uteref ad cognoſcēdū de dilecto, certè ad diſcēdū timorē
Nota. dñi. Seductori dat manū, qui dare diſſimulat præceptori. Et qui dimittit oues in paſcua abſq; cuſtode, paſtor eſt nō ouiū, ſed luporū. Nunc iam uideamus de ſpōſa quō ſe dicat inuentā. Mihi enim inſuete ſatis uerbū inuētionis poſuiſſe uidef. Nam ita hoc dicit, ac ſi uno de loco eccleſia uenerit. Venit eñ ab oriente & occidēte, iuxta uerbū
Mat.8. dñi, & à cunctis finibus terræ. Sed neq; aliqñ congregata eſt in unū locū, ubi ab apoſtolis ſeu ab angelis inuenirer deducēda uel dirigēda ad eum quem diligit aīa ſua. C Fuit ne prius inuenta quàm collecta? Non: quia nec erat. Quāobrem ſi collectā, ſi congregatā, ſi certè (quod magis uocabulo eccleſiæ cōpetit) cōuocatā à prædicatoribus ſe dixiſſet, tranſiſſem ſimpliciter, minime in aliquo cunctabundus. Coadiutores enim dei ſunt, quem & audiere loquētē: Qui nō colligit mecū, diſpergit. Sed neq; hoc mihi
Mat.12. ab re uidebit, ſi dixerit qs ab eis fundatā ſiue ædificatam. Siquidē hoc fecerūt unà cū illo qui in euāgelijs loquitur:
Et ſuper hanc petram ædificabo eccleſiā meā: & quia fun-
Mat.16. data eſt ſupra firmā petrā. Nunc uerò nihil horū loquens
Matth.7. ſed præter ſolitum quidē perhibēs ſe inuentā, cūctari aliquantū nos facit, atq; in ſuſpicionē adducit latere loco quod ſit diligēt ius intuendū. Volebam fateor præterire, neq; ſubducere huic ſcrutinio, cui ſufficere, non ſentirē. Cæterum reminiſcens in quātis æque dubijs & obſcuris nobis quidem ſurſum corda leuātibus, etiam ſupra ſpem meā adiutū me ſenſerim, pudet diffidētiæ, & reprehendēs timorē meū adorior nō quidē temere quod timide refugiebam. Aderit (ut confido) ſolitū adiutoriū: quod ſi minus, apud beneuolos tamen auditores, non erit ocioſum quod uoluí. Verū hoc habebit ſequēs ſermo principium, nam præſentē hic claudimus. Ipſe autē det uobis ea quæ dicuntur nō ſolū tenere memoriter: ſed & ardenter diligere, & efficaciter adimplere ſponſus eccleſiæ Ieſus chriſtus dominus noſter, qui eſt ſuper omnia deus benedictus in ſecula. Amen.

Quòd ſponſa id eſt eccleſia electorum prædeſtinata eſt à deo ante ſecula, & præuenta ab eo ut quæreret eum & conuerteretur.

Sermo. LXXVIII. D

AD uerbum inuētionis (ſi bene memini) illic ſtetimus & hæſimus ſcrupuloſius, uidelicet audiētes ꝙ ſponſa à prædicatoribus ſuis ſe inuentam dixerit. Porrò cauſæ noſtræ cūctatiōis & dubitationis à nobis expreſſæ ſunt, & uiſum eſt à nobis aliqd eſſe quærendum, ſed non in calce ſermonis, quo iam artabamur, quod quæſitum eſt potuit explicari. Quid reſtat niſi ut debitum iam ſoluamus? In explicatione ſacramenti magni, illud loquor quod doctor gentium interpretatus eſt in chriſto & in eccleſia ſanctum caſtumq; connubium: ipſum eſt opus noſtræ ſalutis. In eo inquam tres ſibi inuicem cooperātur, deus, angelus, homo. Et deus quidem quidni operetur: & curam gerat nuptiarum dilecti filij ſui? Ipſe uerò ac tota uoluntate. Et utiq; per ſe ipſe ſufficeret, & abſq; amminiculo horū, hi aūt ſine ipſo poſſunt facere nihil. Ergo quod ex illis aſciuit in opus miniſterij huius, nō ſibi ſolatiū, ſed pfectum quæſiuit in illis. Nam
hoibus quidē merita locauit in opere, ſm illud: Dignus
Luc.10. eſt operarius mercede ſua. Et quia unuſquiſq; ſm propriū laborē accipiet, ſiue qui in fide plantat, ſiue qui rigat qđ plantatū fuerit. Angelorū autem cum ad ſalutem humani generis miniſterio utitur, nónne facit ut ab hoibus angeli diligantur? Nam quia ab angelis homines diligantur, inde uel maxime aduerti poteſt, ꝙ antiqua ſuæ ciuitatis damna ex hoibus reſarcitū iri angeli non ignorant. Nec alijs profectò legib⁹ regnū charitatis regi decebat, quàm pijs ipſorū qui pariter regnaturi ſunt mutuiſq; amoribus & puris affectionibus in inuicē & in deum. Eſt autem in modo operandi differētia multa, pro cuiuſq; nimirū operarij dignitate. Deus nempe facit quod uult ſola ipſa facilitate uolēdi, ſine æſtu, ſine motu, ſine præiudicio loci uel temporis uel cauſæ uel perſonæ. Eſt enim deus ſabaoth,
qui cū trāquillitate iudicat oīa. Eſt ſapiētia diſponēs oīa
Sap.8. ſuauiter. Porrò angelus non abſq; motu operatur tam locali quàm temporali, ſine æſtu tñ. Homo autē nec ab æſtu

animi, nec à motu corporis animiq; liber est in operãdo. Deniq; cum timore & tremore suã ipsius iubetur operari
Gen.3. salutẽ, atq; in sudore uultus sui comedere panẽ suum. C His ita explicitis intuere nunc mecũ in hoc tam magnifico opere nostræ salutis tria esse: quæ dã quæ sibi uendicat auctor deus, præuenitq; in illis omnes auxiliatores & cooperatores suos, prædestinationẽ, creationem, inspiratio nem. Quarum prædestinatio nõ dico ab exortu ecclesiæ, sed ne à mundi principio quidem principiũ habuit, non deniq; à tẽpore illo uel illo: ante tempora est. Porrò creatio cum tempore, inspiratio iam in tempore fit ubi & qñ uult deus. Sanè fm prædestinationẽ nunquã ecclesia electorum penes deum nõ fuit. Si miratur hoc infidelis, audiat quod magis miretur, nũquã nõ grata extitit, nũquã non dilecta. Quidni audacter loquar arcanũ quod mihi de corde dei promptus ille supernorũ delator consiliorũ aperuit? Paulum dico, qui ut multa alia, ita hoc quoq; de diuitijs bonitatis eius nõ est ueritus diuulgare secretum.
Ephe.1. Benedixit nos, inquiens, in omni benedictione spirituali in cælestib9 in christo, sicut elegit nos in ipso ante mundi
Ibidem. constitutionẽ, ut essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate. Et addit. Qui prædestinauit nos in adoptionẽ filiorũ per Iesum christũ in ipso fm ppositũ uoluntatis suæ in laudẽ gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificauit nos in dilecto filio suo. Nec dubium quin uoce oim electorũ ista dicantur, & ipsi ecclesia sunt. D In illo igitur tam profundo æternitatis sinu antequã in lucẽ opus prodiret huius creatiõis, quis illã uel beatorũ spirituum inuenire aliquo mõ ualuerit: nisi cui ipsa æternitas deus uoluerit reuelare? Sed & cum iam ad nutum creãtis uisa est emersisse in species formasq; factitias has atq; uisibiles, non continuo tamen inuenta est a quoquam hominum uel angelorũ: eò q̃ non agnosceretur: imagine terrestris hominis adumbrata, & operta mortis caligine. Sine quo generalis uelamine confusionis nemo filiorũ hominũ in-
Psal.14. trauit hanc uitam, uno sanè excepto qui ingreditur sine macula. Emanuel is est, qui tamen & ipse ex nobis pro nobis nostri se induit maledicti nostriq; peccati similitudinem, non ueritatem. Sic enim habes: quia apparuit in similitudine carnis peccati: ut de peccato dãnaret peccatũ in carne. Decetero unus oĩbus per omnia introitus est: electis dico & reprobis. Non enim est distinctio. Omnes peccauerũt: & oẽs caputiũ suæ uerecũdiæ portant. Propter hoc itaq; etsi in rebus cõditis iã creata existens ecclesia, nec sic tñ à creatura ulla inueniri poterat uel agnosci, miro utroq; modo interim latens, & intra gremiũ beatæ prædestinationis, & intra massam miseræ damnationis. Ceterũ quam celauerat ab eterno prædestinans sapiẽtia, & item creans potentia minime prodiderat ab initio: uisitans profectò gratia suo in tempore reuelauit, fm operationem quam ideo inspiratione supra nominauit, q̃ desponsi spiritu humanis infusum spiritibus quippiam fuerit in præparationẽ euangelij pacis, id est parare uiã dño, atq; euãgelio gloriæ eius ad corda oĩm quotquot erant: prædestinati ad uitã. B Frustra uigiles laborassent in prædicando, si nõ hæc gratia præcessisset. Nunc uerò uidentes uelociter currere uerbum, & populos nationũ ad dominũ in omni facilitate conuerti, cõcurrere in unitatẽ fidei trib9 & linguas, atq; in unã colligi matrẽ catholicã terminos terræ cognouerũt de diuitijs gratiæ, quæ a seculis absconditæ tenebantur in abdito prædestinationis æternæ, & gauisi sunt eam se inuenisse quam ante secula dñs elegerat in sponsam sibi. Ex quo (ut opinor) clarum fit nõ ociosum esse q̃ se inuentam ab his sponsa testata est, sed propterea q̃ se ab ipsis collectã agnosceret non electã, compertã non conuersam. Et nempe ascribenda cuiusq; conuersio est, cui dicere necesse habent uniuersi illud de
Psal.84. psalmo: Cõuerte nos deus salutaris noster. Sed non æque illi fortassis inuentionis uocem cõpetenter aptarim sicut conuersionis, imo uerò sic est. Non est inuenire dño, sed præuenire, & inuentionẽ præuẽtio excludit. C Deniq; quid inueniat, qui nihil unquã nõ nouit? Nouit dñs qui sunt eius, ait quidam. Ipse uero quid? Ego scio, ait, quos
Ioan.15. elegerim à principio. Planè quam ab æterno præsciuit, quam elegit, quam dilexit, quam condidit: rationis non erat ab eodẽ perhiberi inuentã: præparatã tamen ab ipso
Ioan.1. ut inueniretur, fidenter dixerim. Nam qui uidit, testimonium perhibuit, & scimus quia uerũ est testimoniũ eius. Vidi, inquit, ciuitatem sanctã hierusalem nouam descen-
Apo.21. dentem de cælo, à deo paratam tanquã sponsam ornatam uiro suo. Isq; è uigilib9 unus qui custodiũt ciuitatẽ. Sed audi ipsum eius præparatorem ueluti digito eam demonstrantem uigilibus, sed sub tropo altero. Leuate oculos
Ioan.4. uestros, ait, & uidete regiões quia albæ sunt iam, id est præparatæ ad messem. Ex hoc pater familias operarios inuitat ad opus: quando iam senserit sic omnia præparata ut absq; multo sui ipsorum labore gloriari & dicere queant, qñ coadiutores dei sum9. Quid enim facturi sunt? Nepe sponsam quæsituri, inuentæq; indicaturi de dilecto. Non enim suã quærant, sed sponsi gloriã, qñ sponsi amici sunt. Et pro hac nõ multũ apud illam laborabunt, adest, iamq; illũ tota deuotione requirit, intantũ præparata est uoluntas eius à dño. D Deniq; necdũ illis uigilibus quicquã loquentibus interrogat de dilecto, & præuenit prædicatores suos: præuenta ipsa, percunctans & dicens: Num quẽ
Can.1. diligit anima mea uidistis: Bene proinde se inuentam perhibuit ab his qui custodiũt ciuitatẽ, quæ à dño ciuitatis præcognitã iam se nouerat & præuẽtã: quatenus illi talẽ eam inuenirent, non facerẽt. Sic à petro cornelius, & paulus ab anania inuenti sunt: nam ambo præuenti à dño
Actu.9. erant & præparati. Quid saulo paratius, qui supplici iam
Actu.10. & mẽte & uoce clamauerat: Dñe, quid me uis facere? Nec minus cornelius qui eleemosynis & orationibus suis do-
Ioan.1. mino quidem eas sibi inspirante, promeruit peruenire ad fidẽ. Inuenit quoq; philippus nathanaelẽ, sed prius dñs
Ibidem. illum cum esset sub ficu iam uiderat. Quæ dñi uisio nunquid nõ præparatio fuit? Et andreas simonẽ fratrẽ suum nihilominus inuenisse refert: sed præuisum æque à dño ac præscitum ut uocaretur cephas, quasi fortis in fide. D Legimus de maria q̃ inuenta fuerit in utero habẽs de spi-
Matth.1. ritusancto, Existimo autẽ simile quid habere in hac parte sponsam dñi matri ipsius. Nisi enim & ipsa inuenta esset habens de spiritusancto: nequaquã ab inuẽtoribus suis tam familiariter requisisset de eo cuius spũs est ille. Nõ sustinuit ut illi effarentur ad quid uenissent, ipsa locuta est, & quidem ex abundantia cordis. Num quẽ diligit anima mea uidistis? Sciebat quia beati oculi qui uidissent: & ad
Mat.13. mirans eos qui uiderant, aiebat. Num uos estis quibus uidere donatum est: quem tot reges & prophetæ uoluerunt uidere & non uiderunt? Num uos estis qui meruistis in
Mar.13. carne aspicere sapientiã, in corpore ueritatem, in homine deum? Multi dicunt, ecce hic est, & ecce illic: sed ego tutius mihi arbitror fidem accõmodare uobis, qui mãducastis & bibistis cũ eo postquã resurrexit à mortuis. Et hoc dictũ sit de eo q̃ sponsa scisitata est à uigilibus. Si quo minus, supplebitur sermone alio. Nunc autem ex hoc uel maxime liquet præuẽtã fuisse à spiritusancto, ab his uerò qui custodiũt ciuitatẽ inuentam compertãq;, q̃ uere ipsa sit quã præsciuit & prædestinauit ante secula deus, præparauitq; dilecto filio suo delicias sempiternas in seculis æternis, ut sit sancta & immaculata in cõspectu eius, germinãs sicut lilium, & florens in æternum ante dñm patrem domini mei Iesu christi spõsi ecclesiæ, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

¶ *De amore tenaci & indissolubili quo anima tenet sponsum: & qualiter sponsus in fine seculi reuertetur ad synagogam iudæorum saluandam.* Sermo. LXXIX. C

NVm quem diligit anima mea uidistis? O amor
Can.3. præceps, uehemens, flagrãs, impetuose, qui præter te aliud cogitare non sinis: fastidis cætera, contẽnis omnia præter te, te contentus. Cõfundis ordines, dissimulas usum, modũ ignoras: totũ quod

opportunitatis

opportunitatis, qđ rationis, quod pudoris, quod consilij iudicijue uidetur, triumphas in temetipso, & redigis in captiuitatem. Et omne quod cogitat ista & quod loquitur, te sonat, te redolet, & aliud nihil: ita tibi ipsius & cor uen-
Can.3. dicasti & linguā. Ait: Num quem diligit aīa mea uidistis? Quasi uerò hi sciant quid cogitet ipsa. Quē diligit aīa tua de ipso scisciteris? Et nō habet nomen? Quænā uerò tu, & ille quis? Et hæc ita dixerim ꝓpter singularitatē eloquij, & insignē uerborū incuriā, qua præsens scriptura cæteris dissimilis satis apparet. Vnde in epithalamio hoc nō uerba pensanda sunt, sed affectus. Cur ita, nisi ꝙ amor sanctus quem totius huius uoluminis unā constat esse materiā, nō uerbo: sit æstimandus aut lingua, sed opere & ueritate? Amor ubiq; loquit: & si quis horum quæ leguntur cupit adipisci notitiā, amet. Alioquin frustra audiendum legen-
gúmue amoris carmen qui non amat accedit, quoniam o-
mnino nō potest capere ignitū eloquiū, frigidum pectus. Quomodo enim græcè loquentē nō intelligit qui græcū non nouit, nec latinè loquentem qui latinus non est, & ita de cæteris: sic lingua amoris ei qui nō amat barbara erit,
1.Cor.13 sicut æs sonans aut cymbalum tinniens. Isti uerò (uigiles loquor) quoniam de spiritu & ipsi acceperunt ut ament, sciunt quid loquitur spiritus, & amoris uocibus optime compertis sibi, in promptu habent respōdere in simili lingua, id est studijs amoris, pietatisq; officijs. D Denique ita in breui edoctā emittunt de eo quod quærit, ut dicat:
Can.3. Paululū cum pertrāsissem eos inueni quem dilígit anima mea. Bene paululū, quia uerbum abbreuiatū fecerunt ei, symbolum fidei tradentes. Et quod sequit, tale est. Oportebat quidē sponsam trāsire per eos per quos cognosceret ueritatem, sed tamen & pertrāsire. Nisi enim pertrāsisset & ipsos, nō inuenisset quē quærebat. Atq; hoc ipūm suasum ab illis nō ambigas. Non em prædicabant semetipsos, sed
Eccli.24. dominū suum Iesum, qui absq; dubio & supra ipsos est & ultra. Vnde & ait: Trāsite ad me oēs qui cōcupiscitis me. Nec sufficiebat trāsire, sed & pertrāsire docetur. Siquidē pertrāsierat is quē uestigabat. Non modo enim de morte ad uitam transierat, sed pertransierat ad gloriam. Quidni etiā hanc oportuit pariter pertrāsire? Alioquin non poterat apprehēdere quem nō per eadem uestigia sequeretur quocunq; ierat. Et ut quod dico clarius sit: si dns meus Iesus surrexisset quidem à mortuis, sed ad cælos miníme ascēdisset, nō poterat dici de eo ꝙ pertransierit, sed tantū trā-
sierit, ac per hoc sponsam illum quærentem transire solum modo oporteret, nō pertrāsire. Nūc uerò quoniā iam resurgendo transierat, & adiecerat pertrāsire, utiq; ascendēdo: meritò se etiam ista non trāsisse, sed pertransisse perhibuit: quæ hunc quidē fide & deuotione ad cælos usq; secuta est. Igitur credere resurrectionem transire est, credere etiam ascensionē pertransire. Et fortasse (quod una dierū dixisse me memini cum tractarē) nouerat illam, istam non nouerat. Ergo quod sibi deerat instructa ab illis, quia scilicet qui resurrexerat etiā ascendisset: ascendit & ipsa pariter, hoc est pertransijt & inuenit. Quidni inuenerit per-
Can.3. tingens mente ubi ille corpore est? Paululum cum pertrāsissem eos, & bene eos: nam tam ipsos quàm cætera membra sua quæ sunt super terram, caput nostrū punctis præcessit duobus atq; transcendit, resurrectione (ut iam dixímus) & ascēsione. Etenim primitiæ christus. Q; si ille præcessit, & fides nostra. Vbi enim illa eum nō sequeretur? Si
Psal.138. ascenderit in cælum, ipsa illic est: si descenderit in infernū, adest. Et si sumpserit pennas suas diluculo, & habitauerit in extremis maris, illuc, ait, manus tua deducet me: & tenebit me dextera tua. Nónne denique fm hanc omnipotēs & summe bonus pater sponsi conresuscitauit & consedere nos fecit in dextera sua in cælestibus? Atq; hoc pro eò ꝙ dixit ecclesia, quia pertransiui eos, quoniam & semet pertransijt, fide stans quo necdum re ipsa peruenit. Arbitror & illud planum cur se pertransisse potius quàm trāsisse dícere maluit. C Et nos transeamus ad ea quæ sequuntur.
Can.3. Tenui eum nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genetricis meæ. Ita est extunc & deinceps non deficit genus christianum, nec fides de terra, nec charitas de ecclesia. Venerunt flumina, Matth.7. flauerunt uenti, & impegerunt in eam, & non cecidit: eò qđ fundata esset supra petram. Petra autem est christus. Itaq; nec uerbositate philosophorum, nec cauillatiōibus 1.Cor.10 hæreticorum, nec gladijs persecutorū potuit ista aut poterit aliquando separari à charitate dei, quæ est in christo Iesu, adeò fortiter tenet quem dilígit anima sua, adeò illi Psal.72. adhærere deo bonum est. Glutino bonum est (ait esaias.) Esa.41. Quid hoc tenacius glutino quod nec aquis eluitur, nec uētis dissoluitur, nec scinditur gladijs? Deniq; aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem. Tenui eum, nec dimittam. Et sanctus patriarcha. Non te (inquit) dimit- Gen.32. tam, nisi benedixeris mihi. Ita ista non uult eum dimittere, & fortè magis quàm patriarcha id non uult, quia nec pro benedictione quidem. Siquidem ille benedictione accepta dimisit eum, hæc autem non sic. Nolo, inquit, benedictionem tuam: sed te. Quid enim mihi est in cælo, & à te quid uolui super terram? Non dimittam te nec si benedí-
xeris mihi: Tenui nec dimittam. Nec minus forsitan ille te Can.3. neri uult, cum perhibeat dicens: Delicíæ meæ esse cum fi- puer.8. lijs hominum. Quodq; pollicens ait: Ecce ego uobiscum Mat.8. sum omnib⁹ diebus usq; ad cōsummationem seculi. Quid hac copula fortius, quæ una duorum tam uehementi uoluntate firmata est? Tenui eum inquit. Sed nihilominus ipsa uicissim tenetur ab eo quem tenet: cui alibi dicit: Te- Psal.72. nuisti manū dexterā meam. Quæ tenetur & tenet, quomodo iam cadere potest? Tenet fidei firmitate, tenet deuotionis affectu. At nequaquā diu teneret si non teneretur. Tenetur autem potentia & misericordia domini. D Tenui Can.3. eum nec dimittam, donec introducam illum in domū matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ. Magna ecclesiæ charitas, quæ ne æmulæ quidem synagógæ suas delicias inuidet. Quid benignius quàm ut quē dilígit anima sua, ipsum communicare parata sit inimicæ? Nec mirū tamen, quia salus ex iudæis est. Ad locum unde exierat reuertatur saluator, ut reliquiæ israel saluæ fiant. Nō rami radici, non matri filij ingrati sint. Non rami radici inuideant qđ ex ea sumpsere, non filij matri quod de eius suxere uberibus. Teneat itaq; ecclesia firmiter salutem quam iudæa perdidit, ipsa apprehendit, donec plenitudo gentium introeat, & sic omnis israel saluus fiat. Velit in comune communē uenire salutem, quæ sic ab omnibus capitur ut nil singulis minuatur. Vtiq; hoc facit, & plus. Quid plus? Q; & nomen sponsæ illi optat & gratiā. Prorsus super salutē hoc. Incredibilis charitatis, si non sermo quem locuta est ipsa fecisset fidē. Dixit enim (si aduertisti) uelle se introducere quē tenebat, nō modo in domū matris, sed & in cubiculū quoq;: qđ est prærogatiuæ indiciū. Sufficiebat ad salutē si domū intraret, at secretū cubiculi signat gratiam. Hodie, ait, huic domui salus facta est. Quidni sit domestícis salus saluatore ingresso domū? B Sed quæ in cubiculum meretur recipere, seorsum habet secretum suum sibi.
Can.3. Salus domui sit: thalamo deliciæ reconduntur. In domū Can.3. matris meæ introducā eum, inquit. In quā domum nisi de qua olim prænunciarat iudæis: Ecce relinquet uobis domus uestra deserta. Fecit qđ dixit, sicut habes & de hoc testímonium eius in ꝓpheta. Reliquí, ait, domū meā, dimisi hæreditatē meā, & nunc ista pollicet reducere illum, & domui matris suæ perditā salutē restituere. Et si hoc parum uidetur, audí quid boni adiciat. Et in cubiculum genitrí- Can.3. cis meæ. Qui ingredit thalamū, sponsus est. Magna amoris potentia. Saluator indignabundus exierat de domo & hæreditate sua, & nunc ad huius gratiam mitigatus inflectitur, ita ut redeat non modo saluator, sed & sponsus. Benedicta tu à domino filia, quæ & indignationem compescis, & hæreditatē restituis. Benedicta tu matri tuæ, cuius beneficio auertit ira, reuertit salus, reuertitur qui dicat illi: Salus tua ego sum. Non sufficit hoc, addat & dicat:
Desponsabo te mihi in fide, despōsabo te mihi in iudicio Psal.34.

Universidad de Deusto Biblioteca

& iustitia, desponsabo te mihi in misericordia & miserationibus. Sed memento quia quæ has concilíat amicitias, sponsa est. Quomodo ergo sponsum & hunc spōsum alteri cedit, ne dicam cupit? Non est ita. Cupit quidem illum matri filia bona, non tamen ut cedat illi, sed ut communicet. Sufficit unus duabus, nisi q̄ iam nō erunt duæ, sed una in ipso. Ipse est enim pax nostra, qui facit utrāq; unam, ut sit una spōsa, & sponsus unus Iesus christus dominus noster, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

¶ *De imagine siue uerbo dei, & anima quæ ad imaginē est, subtilis disputatio: & de errore Gilberti pictauensis episcopi, quem Eugenius papa damnauit in concilio Remensi.* Sermo LXXX. D

QVidam uestrum (ut comperi) minus æquo animo ferunt, q̄ ecce iam per aliquot dies dum stupori & admirationi sacramentorum inhærere delectat, sermo quē ministramus, aut nullo fuerit, aut exiguo admodum moralium sale conditus. Id quidem præter solitum. Sed num quæ dicta sunt reuisere libeet? Non procedo nisi prius reuoluam omnia. Ea dicite (si recordamini) à quonā scripturæ loco cœperit defraudatio hæc, ut rursum inde adoriar. Meū est resarcire dānа, imo domini, de quo totum præsumimus. Quo itaq; repe-
Cantic.3. tendum principio? An inde: In lectulo meo quæsiui per noctes quem dilígit anima mea? Ni fallor, inde. Abhinc tantū & deinceps cura una fuit mihi harum allegoriarum densa discussa calígine ponere in lucem christi & ecclesiæ secretas delícias. Igitur redeamus ad indaganda moralia. Nec enim mihi poterit esse pigrum, quod uobis commodum fuerit. Atq; hoc ita congrue fiet, si quæ dicta sunt in christo & in ecclesia, uerbo animæq; eadem nihilominus assignemus. Sed dicit mihi aliquis. Quid tu duo ista conungis? Quid enim animæ & uerbo? Multū per oēm modum. Primo quidē q̄ naturarū tanta cognatio est, ut hoc imago, illa ad imaginē sit: deinde q̄ cognationem similitudo testetur. Nempè non ad imaginē tantum, sed ad similitudinem facta est. In quo similis sit quæris? Audi de imagine prius. Verbum est ueritas, est sapientia, est iustitia, & hæc imago. Cuius? Iustitiæ, sapientiæ, & ueritatis. Est em̄ imago hæc iustitia de iustitia, sapientia de sapientia, ueritas de ueritate, quasi de lumine lumen, de deo deus. Harū rerum nihil est anima, quoniā nō est imago. Est tm̄ earundem capax, appetēsq; & inde fortassis ad imaginem. Celsa creatura in capacitate qdē maiestatis, in appetētia autē rectitudinis insigne præferēs. B Legimus quia deus hominem rectum fecit, q̄ & magnum capacitas (ut dictū est) probat. Oportet nāq; id quod ad imaginem est, cum imagine cōuenire, & nō in uacuū participare nomen imagi-
Philip.2. nis, quēadmodum nec imago ipsa solo uel uacuo nomine uocitatur imago. Habes uerò de eo qui imago est, quia cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo. Vbi tibi utiq; eius & in forma dei innuit rectitudo, & in æqualitate maiestas, ut dum rectitudini rectitudo, & magnitudo magnitudini comparatur, consonāter sibi altrinsecus respondere appareat q̄ ad imaginem est, & imaginem: sicut imago quoq; nihilomin⁹ in utroq; respondet illi cuius imago est. Nempè ipse est de quo sanctum Dauid audistis in psalmis canentem, nūc quidē: Ma-
ps.146. gnus dīs noster, & magna uirtus eius: nunc uerò: Rectus
Psal.16. dīs deus noster, & non est iniquitas in eo. Ab isto recto & magno deo habet imago eius ut & ipsa recta & magna sit, habet anima quæ ad imaginem est. Sed dico, nihil ne ergo amplius habet imago ab anima quæ ad imaginem est, quia & huic magnū rectumq; assignamus? Et plurimum. Hæc ad mensurā accepit: illa ad æqualitatem. An non pl⁹ hæc? Aduerte & aliud. C Huic utrumq; aut creatio aut dignatio cōtulit, illi generatio. Atq; id magnificētius esse non dubium est. Sed ne hoc quidem eminentius esse quis abnuat, q̄ cum à deo huic, illi & de deo utrumq; sit, id est de dei substantia. Est enim consubstātialis deo imago sua, & omne quod eidem suæ imagini impartiri uidetur, ambobus est substantiale, non accidētale. Adhuc unū attēde in quo imago non parum eminet. Magnū & rectum, ista duo natura à sese discrepare qs nesciat? In imagine unum sunt. Neq; hoc solū, unum sunt & cum imagine. Imagini enim nō modo id rectū est esse quod magnum esse, sed etiā id magnū rectumq; esse, quod esse: animæ nō ita. Et magnitudo eius & rectitudo ipsius diuersæ ab ea, idiuersæ abinuicem sunt. Si enim (ut supra docui) eò anima magna est
Colo.3. quò capax æternorū, eò recta quò appetens supernorum, quæ non quærit nec sapit quæ sursum sunt, sed quæ super terrā: non planè est recta, sed curua, cum tamen pro hmōi magna esse non desinat, manens utiq; etiam sic æternitatis capax. Neq; em̄ illius aliqñ nō capax erit, etiam si nunquā
ps.38. capiens fuerit, ut sit quomodo scriptum est: Veruntamen in imagine pertransit homo. Ex parte tamen, ut eminētia uerbi appareat de ipsa integritate. Quo enim à magno rectóue uerbū cadat: quod sic ea utiq; habet, ut sit quæ habet? Vel ideò ex parte, ne si toto priuaretur, nō superesset spes salutis. Nā si desinat magna esse, & capax. D Quippe de capacitate (ut dixi) æstimat aiæ magnitudo. Quid uerò sperare posset cuius capax nō foret? Itaq; per magnitudinē quā retentat etiam perdita rectitudine, in imagine pertransit homo, uno quasi claudicās pede, & factus filius
ps.17. alienus. De talib⁹ em̄ reor dictum: Filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni inueterati sunt: & claudicauerunt à semitis suis. Pulchre appellati sunt filij alieni: nam filij propter retentā magnitudinē, alieni ꝓpter amissam rectitudinem. Nec dixisset claudicauerūt, sed corruerūt, aut qppiā simile, si ex toto hois imaginem exuissent. Nunc uerò fm magnitudinē quidē in imagine pertransit homo, quātū uerò ad rectitudinem ueluti claudicās cōturbatur & deturbat ab imagine, scriptura ita dicente: Verūtamen in imagine pertrāsit homo, sed & frustra conturbat. Frustra oīno. Nā
ps.38. sequitur: Thesaurizat & ignorat cui cōgregabit ea. Cur ignorat nisi quia inclinās se ad hæc infima & terrena, thesaurizat sibi terram? Prorsus ignorat de his quæ terræ cōmittit, cui congregabit ea, tineæne demolíēti, an furi effodienti, hosti dirípiēti, an igni deuorāti. Et inde misero homini incuruanti se & incubāti his quæ in terra sunt, flebilis uox illa de psalmo. Miser factus sum, & curuatus sum
ps.37. usq; in finē, tota die cōtristatus ingrediebar. In semetipso siquidē experiř ueritatē illius sententiæ sapiētis. Deus re-
Eccli.7. ctum hoiem fecit, ipse autē se implicuit doloribus multis.
Esaie.8. Et cōtinuo uox ludibrij ad eū: Incuruare ut trāseamus. B Sed unde uenimus huc? Nempe inde cū docere uellem⁹: Rectum magnūq; (quo gemino bono diffinieramus imaginē) nec in aīa esse unū, nec cū anima, quēadmodum in uerbo & cū uerbo ea unum esse fideli æque assertione docuimus. Et de rectitudine quidem ex his quæ dicta sunt liquet q̄ diuersa & ab aīa sit & ab aiæ magnitudine, quandoquidē ea etiā nō exístēte, & aīa manet & magna. Verū magnitudnis aiæq; diuersitas unde docebitur? Nō enim inde pōt unde rectitudinis aiæq; mōstrata est, cum non sit rectitudine, ita & magnitudine sua priuari aīa possit: non est tm̄ sua magnitudo aīa. Nam etsi aīa non inuenitur absq; magnitudine sua, ipsa tm̄ & extra animam reperitur. Quæris ubi? In angelis. Inde quippe magni sunt angeli, unde aīæ magnitudo comprobat, ex captu uidelicet æternitatis. Q2 si eò constitit aīam discrepare à rectitudine sua q̄ ea carere possit: quidni æque liqueat esse diuersam & à sua magnitudine quā sibi ꝓpriā uendicare nō possit? Cū itaq; nec illa in omni, nec ista in sola sit anima, patet utrāq; indifferenter differre ab ea. C Item. Nulla forma est id cuius est forma. Est autē magnitudo forma aīæ. Nec enim ideò nō forma, quia inseparabilis est illi. Hoc siqdem sunt substātiales differētiæ oēs, hoc nō modo ꝓprie ꝓpria, sed & ꝓpria quædā, hoc citā aliæ innumerabiles formæ. Non igitur sua magnitudo aīa, non magis quàm sua nigredo coruus, quàm suus candor nix, quàm sua risibilitas seu rationalitas hō, cum tm̄ nec coruum sine nigredine, nec sine

candore

candore nitẽ, nec hoiem qui non & risibilis sit & rationalis, unquã reperias. Ita & aia & aiæ magnitudo, etsi inseparabiles, diuersæ tñ abinuicẽ sunt. Quõ non diuersæ, cũ hæc in subiecto, illa subiectũ & substantia sit? Sola summa & increata natura quæ est trinitas deus, hanc sibi uendicat meram, singularemq; suæ essentiæ simplicitatem, ut nõ aliũ & aliud, nõ alibi quoq; & alibi, sed ne modo quidẽ & modo inueniat in ea. Nẽpe in semet manens qđ habet est: & quod est, semper & uno modo est. In ea & multa in unũ & diuersa in idẽ redigunt, ut nec numerositate rerum sumat pluralitatem, nec alterationem de uarietate sentiat. Loca oia cõtinet, & quæq; suis ordinat locis, nusquã contẽta locor. Tẽpora sub ea trãseũt, non ei. Futura nõ expectat, præterita nõ recogitat, præsentia non experitur. D Recedãt à nobis charissimi, recedãt nouelli nõ dialectici, sed hæretici, qui magnitudinẽ qua magn⁹ est de⁹, & item bonitatẽ qua bonus, sed & sapientiã qua sapiẽs, & iustitiã qua iustus, postremõ diuinitatẽ qua deus est, deũ non esse impiissime disputant. Diuinitate, inquiũt, deus est, sed diuinitas non est deus. Forsitan non dignaf deus esse quæ tãta est ut faciat deũ. Sed si deus nõ est, quid est? Aut enim deus est, aut aliqd quod nõ est deus, aut nihil. Equidẽ nõ das deũ esse. Sed ne nihilũ quidẽ (ut opinor) dabis, quam usq; adeõ necessariã deo esse fateris, ut nõn modo absq; ea deus esse non possit, sed ea sit. Q; si aliquid est quod nõ est de⁹: aut minor erit deo, aut maior: aut par. At quõ minor qua deus est? Restat ut aut maiorem fatearis, aut parẽ. Sed si maior, ipsa est summũ bonum, nõ deus. Si par, duo sunt summa bona, non unum. Quod utrũq; catholicus refugit sensus. Iam de magnitudine, bonitate, iustitia, sapientiaq;, idẽ per oia quod de diuinitate sentimus, unũ in deo sunt & cum deo. Nec eñ aliunde bonus quàm unde magnus, nec aliunde iustus aut sapiens quàm unde magnus & bonus, nec aliũde deniq; simul hæc oia est quàm unde deus, & hoc quoq; nõ nisi seipso. A Sed dicit hæretic⁹. Quidẽ Deũ diuinitate esse negas? Nõ, sed eãdem diuinitatẽ qua est, deũ nihilomin⁹ assero, ne deo excellentius aliquid esse assentiar. Nam & magnitudine dico magnũ, sed quæ ipse est, ne maius aliqd deo ponã: & bonitate fateor bonũ, sed non alia quàm ipse est, ne melius ipso aliquid mihi uidear inuenisse: & de cæteris in hunc modum. Securus & libens pergo inoffenso (ut aiunt) pede in eius sententiã qui dicebat. Deus non nisi ea magnitudine magnus est, quæ est quod ipse. Alioquin illa erit maior magnitudo quàm de⁹, Augustinus hic est ualidissimus malleus hæreticorum. Si quid itaq; de deo proprie dici possit, rect⁹ cõgruẽtiusq; dicetur, deus est magnitudo, bonitas, iustitia, sapientia: quàm deus est magn⁹, bonus, iustus, aut sapiens. Vnde nõ immerito nuper in cõcilio quod papa Eugeni⁹ Remis celebrauit tam ipsi quàm cæteris epis peruersa uisa est & omnino suspecta expositio illa in libro Gilleberti episcopi pictauensis, quo super uerba Boetij de trinitate, famosissima quidẽ atq; catholica, cõmentabatur hoc modo. Pater est ueritas, id est uerus. Filus est ueritas, id est uerus. Spiritussanct⁹ est ueritas, id est uerus. Et hi tres simul nõ tres ueritates, sed una ueritas, id est un⁹ uerus. O obscurã peruersamq; explanationẽ, quàm ueritus saniusq; per contrarium ita dixisset. Pater est uerus, id est ueritas. Fili⁹ est uerus, id est ueritas. Spiritussanctus est uerus, id est ueritas. Et hi tres unus uerus, id est una ueritas. Quod quidem fecisset si sanctum dignaretur Fulgentium imitari, qui ait. Vna quippe ueritas unius dei, imo una ueritas unus de⁹ nõ patitur seruitium atq; culturam creatoris creaturæq; coniungi. C Bonus corrector, qui ueracissime de ueritate loqueretur, q pie catholiceq; sentiret de uera & mera diuinæ simplicitate substantiæ, in qua nihil esse possit qđ ipsa nõ sit, & ipsa deus. Quanquã manifestius in nonnullis locis alijs à rectitudine fidei liber ille præfati episcopi usus est discrepare, quorum (uerbi causa) adhuc unũ pono. Nam dicẽte auctore, cum dicitur, deus deus deus, pertinet ad substantiã: noster cõmentator intulit, nõ quæ est, sed qua est: quod absit ut assentiat catholica ecclesia, esse uidelicet substãtiã uel aliquam omnino rem qua deus sit, & quæ non sit deus. Sed hæc miníme iam contra ipsum loquimur, quippe qui in eodem conuentu sentẽtiæ episcoporũ humiliter acquiescens, tam hæc quàm cætera digna reprehensione inuenta proprio ore damnauit) sed ꝓpter eos qui adhuc librũ illũ cõtra apostolicum utiq; promulgatũ ibidẽ interdictũ transcribere & lectitare ferũtur, contẽtiosus persistẽtes sequi episcopũ in quo ipse non stetit, & erroris quàm correctionis magistrum habere malẽtes. Non solũ autem, sed & propter uos, occasione accepta de differentia imaginis, & animæ quæ ad imaginem facta est, operæ preciũ credidi excursum hũc facere, ut si qui fortẽ ex aquis furtiuis, quæ dulciores uident, aliquãdo aliquid biberint, sumpto antidoto euomant illud, & purgato mẽtis stomacho ad id quod fm promissionẽ nostrã dicendũ de similitudine supereſt accedẽtes, puriora iam in gaudio non de nostris hauriant, sed de fontibus saluatoris sponsi ecclesiæ Iesu christi dñi nostri, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

¶ *Qualiter anima uerbo dei similatur per simplicitatem essentiæ, immortalitatem, & arbitrij libertem.* Sermo LXXXI A

QVæsitum est ante de affinitate animæ ad uerbum, atq; id quidem necessarie. Quæ enim conuentio tantæ maiestati & tantæ paupertati, ut more & amore sponsorum ueluti ex æquo sese complecti referantur sublimitas illa & illa humilitas? Nã si uere id dicimus, ualde læta fiducia est: si falso, ualde punienda audacia. Propterea ergo de conuenientia horum quærẽdum fuit, quæ qdẽ iam multa inuẽta est, sed nõ ois. Quis enim uel nimis hebes non uideat quàm se è uicino respiciant imago & qđ ad imaginẽ est? Quorũ utiq; unũ uni, & alterum alteri sermo (si recolitis) assignauit hesternus. Nec de imagine tm̃, sed etiam de similitudine demonstrata ibidem ꝓpinquitas est, nisi q ipsa similitudo in quo uel in quibus potissimũ cõstet, necdum à nobis est declaratum. Age iam intẽdamus declarationi huic, ut quò aia plenius suã agnouerit originẽ, cò amplius erubescat uitã habere degenerẽ. Imo uerò quod pcẽ uitiatũ deprehenderit in natura, studeat reformare industria: ut digne suo genere dei quidẽ munere sese regens, ad amplexus uerbi fidenter accedat. Aduertat igitur ex hac diuinæ ingenuitate similitudinis inesse sibi illam suæ substãtiæ naturalem simplicitatem, qua hoc est illi esse qđ uiuere, & si nõ quod bene, quòd uere beate uiuere: ut sit similitudo, non æqualitas. Gradus propinquus, gradus tamen. Neq; enim unius excellentiæ parisue fastigij sunt, hoc habere esse qđ uiuere: & item habere hoc esse quod beate uiuere. Ergo si uerbi est illud propter sublimitatem, hoc aiæ propter similitudinẽ, salua quidem eminẽtia uerbi: palam est affinitas naturarum: palã animæ prærogatiua. Et ut quod dicẽ planius fiat, soli deo id est esse quod beatum esse, atq; hoc primum & purissimũ simplex. Secundum aũt simile est huic, id uidelicet habere esse quod uiuere, atq; hoc aiæ est. Ex hoc etsi inferiori gradu ascẽdi potest non modo ad bene, sed etiam ad beate uiuendũ, non quia uel tunc sit hoc esse quod beatum esse illi qui eò peruenerit: quatenus ita glorietur pro similitudine, ut tamẽ ꝓ disparitate habeat semper unde omnia ossa eius dicãt: Dñe quis similis tuj? C Bonus tñ aiæ gradus, ex quo & solo ad beatã ascenditur uitã. Sunt nãq; uiuẽtia, & horũ genera duo, quæ sentiũt, & quæ non sentiunt. Porrò insensibilibus sensibilia præferuntur, atq; utriscq; uita qua uiuitur & sentit. Nõ stabunt pariter in gradu uno uita & uiuens, multo minus uita & quæ sunt sine uita. Vita aia est uiuẽs qdẽ, sed non aliunde quàm seipsa, ac per hoc nõ tam uiuens quàm uita, ut proprie de ea loquamur. Inde est q infusa corpori uiuificat illud, ut sit corp⁹ de uitæ ꝑsentia nõ uita, sed uiuẽs. Vnde liquet ne uiuo quidẽ corpori id uiuere esse qđ esse, cũ esse & minime uiuere possit. Multominus quæ uitæ expertia

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt,ad hunc gradū assurgēt.sed nec omne quod uita dici tur uel est,cōtinuo ualebit pertingere huc.Est pecoi ū, est & arborū uita,sensu altera uigens,altera carēs. At neutri tñ idē esse qđ uiuere est:cū(ut quidē multoꝝ opinio est) ante in elementis quàm uel illa in mēbris,uel ista in ramis extiterint.At ꝼm hoc cū desinunt uiuificare,simul uiuere cessant,sed non & esse.Soluuntur pariter & dissoluuntur, tanquā non allīgatæ tñ.sed& collīgatæ.Neqꝫ eīm unū sim plex est quæqꝫ harū,sed ex pluribꝰ cōstans,& ꝓpterea nō redigitur in nihilū,sed dissilit in ꝑtes,ut & ad suū quodqꝫ recurrat prīcipiū,uerbi causa aer ad aerem,ignis ad ignē, & reliqua in hunc modū.Nequaquā igit talī uitæ idē esse & uiuere est,quæ est & qñ nō uiuit. D Porrò nihil horꝝ quibꝰ nō hoc esse qđ uiuere sit,ad bene beateqꝫ uiuendū qñqꝫ ꝓficiet uel emerget.Quippe quòd neqꝫ ad hūc inferiorē gradum potuit peruenīre.Sola quæ in ipso stare cognoscitur aīa hois,in eo dignitatis creata est,uita à uita, simplex à simplici,immortalis ab immortalī,ut non sit lōge à summo gradu,ubi scīlicet id esse quod beate uiuere est,in quo solus stat beatus & solus potēs rex regū & dñs dñantiū.Accepit itaqꝫ in sui conditione aīa,etsi non esse, posse tñ esse beata,summo proinde gradui quātū licet appropiās,non pertingēs tñ.Neqꝫ eīm uel ipsi(ut supra dixímus) hoc erit aliqñ esse qđ' beatam esse,nec qñ beata erit. Fatemur similitudinem,æqualitatē renuimꝰ.Verbi causa, uita deus,uita & aīa est.Silis quidē,sed dispar.Porrò silis, qꝫ uita,qꝫ seipsa uiuens,qꝫ nō tñ uiuēs,sed & uiuificans,sicut & ille hæc oīa est.Dispar uerò quātū à creante creata. Dispar,qꝫ ut nisi creata ab illo nō esset,sic nisi ab ipso uiuificata non uiueret.Non uiueret dico,sed spūali uita, non naturali.Nā naturali quidem etiā quæ nō spūaliter uiuit, immortaliter uiuat necesse est.At qualis uita,in qua satiꝰ foret non nasci,quàm non ab ea morī: Mors potius est,& ꝑs.33. ideò grauior,qa pctī,nō naturæ. B Deniqꝫ mors pctoꝝ pessima.Ita ergo q ꝼm carnē uiuit aīa,uiuēs mortua est,qꝫ pe cui bonū erat oīno non uiuere quàm sic uiuere. A qua nimirū uitali quadā morte miníme unquā resurget nisi ꝑ uerbū uitæ,imo ꝑ uerbū uitā,uiuētē utiqꝫ & uiuificantē. Aliàs aūt immortalis est aīa,& in hoc nihilominus uerbo filīs qdē,sed nō æqualis.Nā intantū superexcellit īmortalitas deitatis,ut apls dicat de deo:Qui solus habet immortalitatē.Quod ego reor pro eò dictū,qꝫ solꝰ sit natura incō mutabilis deꝰ,qui ait:Ego dñs,& nō mutor.Vera nāqꝫ & Mala.3. integra īmortalitas tam non recipit mutationē quàm nec finē,qꝫ oīs mutatio quædā mortis imitatio sit. Oīne eteīn quod mutat,dū de uno ad aliud transit esse, quodāmodo necesse est moriat qđ' est,ubi esse incipiat qđ' non est.Q; si tot mortes quot mutatiōes,ubi immortalitas: Et huic uanitati subiecta est ipsa creatura nō uolēs,sed ꝓpter eū qui subiecit eā in spe.Attñ immortalis aīa est:qm cū ipa sibi uita sit,sicut non est quo cadat à se,sic nō est quo cadat à uita. Verū cum cōster suis affectibus mutarī eā, agnoscat ita se deo in immortalitate similē,ut sciat sibi deesse nō modicā immortalitatis partē,soli cedēs absolutā pfectāqꝫ immortalitatē,apud quē nō est transmutatio, nec uicissitudinis obumbratio.Nō mediocris tñ aīæ dignitas pñti disputatione comperta est,quæ gemina quadā uicinitate naturæ uerbo appropiare uidet,simplicitate essentiæ,& perpetuitate uitæ. C Sed eīn aduc unū occurrit qđ' mínime præteribo:nec eīn minꝰ insignē similémue mínus,uerbo aīam facit,& fortè etiā plus.Arbitrij libertas hæc est,planè diuinum quiddā ꝑfulgens in aīa tanquā gēma in auro.Ex hac nēpe inest illi inter bonū qdē & malū,necnō inter uitā & mortē,sed & nihilominus inter lucē & tenebras & cognitio iudicij,& optio eligēdi:& si qua sunt alia quæ sil' circa animi habitum sese è regione respicere uideant,nihilominus inter ipsa cēsorius qdē arbiter is aīæ oculus diiudicat & discernit,sicut arbiter in discernendo,ita in eligendo liber.Vnde & liberū noīatur arbitriū,qꝫ liceat uersarī ī his pro arbitrio uolūtatis.Inde hō ad pmerēdū potis.Omne eteīn qđ' feceris bonū malúmue,qđ' qdē non facere liberū sit,meríto ad meritum reputaī.Et ut meríto laudaī non is tantū q potuit facere mala & nō fecit,sed & qui potuit nō facere bona & fecit:ita malo nō caret meríto tam is q potuit nō facere mala & fecit,quàm qui potuit facere bona& nō fecit.Vbi aūt non est libertas,nec meritū.Propterea q̄ sunt carētia rōne aīalia nihil meretur,qa sicut deliberatione,ita & libertate carēt.Sensu agunt,ferunt impetu,rapiū tur appetitu.Neqꝫ eīn iudiciū habēt quo se diiudicēt hue regāt,sed ne instrīm qdē iudicij,idest rōnē:inde est qꝫ non iudicanī,qa nō iudicant.Quanā qppe rōne ab his exigat ratio,quam nō acceperūt: Hāc uím à natura solus hō nō patit,& ideò solꝰ inter animātia liber.Et tñ interueniente pctō patit quādā uím & ipse,sed à uoluntate,nō à natura, ut ne sic quidē ingenita libertate priuet. D Qđ' eīn uolū tariū,& liberū.Et quidē pctō factū est,ut corpꝰ qđ' corrū ſap.9. pitur aggrauet aīam,sed amore,nō mole. Nam qꝫ surgere aīa per se iam nō pōt quæ per se cadere potuit:uolūtas in causa est,quæ corrupti corporis uitiato ac uitioso amore lāgueſcēs & iacēs,amorē pariter iustitiæ nō admittit.In nescio quo prauo & miro modo ipsa sibi uoluntas,peccato qdē in deteriꝰ mutata,necessitatem facit,ut nec necessitas cum uoluntaria sit,excusare ualeat uolūtatē,nec uolūtas cum sit illecta,excludere necessitatem.Est eīn necessitas hæc quodāmodo uoluntaria. Est fauorabilis uis q̄dā, premendo blādiēs, & blādiēdo premens. Vñ sese rea uolūtas ubi semel pctō cōsenserit,nec excutere iā per se,nec excu Esaie.21. sare tñ ullatenus de rōne queat.Inde querula illa uox uelutí gemētis sub onere necessitatis huiꝰ.Dñe inqt uím patior,respōde pro me. Sed rursus scīēs qꝫ nō iuste causaret aduersus dñm,cū uolūtas sua ipsius potius in causa foret, attēde qd secutꝰ intulerit.Quid dicā,aut qd respondebit mihi,cum ipe fecerím: Premebatur iugo,nō alio tñ quàm uolūtariæ cuiusdā seruitutis,& erat pro seruitute quidē miserabilis,sed pro uoluntate inexcusabilis.Voluntas eīn est quæ se cū esset libera seruā fecit pctī,pctō assentiendo: uolūtas nihilominus est,quæ se sub pctō tenet uoluntarie seruiēdo. B Vide qd dicas,ait aliqs mihi. Túne uolūtariū dicis,quod iam necessariū constat esse: Verū quidē est qꝫ uolūtas seipsam addixerit,sed nō ipsa se retinet,magis retinetur & nolēs.Bene hoc saltē das,qa retinetur.Sed uigilanter retíne uoluntatē esse quā retíneri fateris.Itaqꝫ uoluntatē nolentē dicis: Non utiqꝫ uolūtas retinet non uolens:Volūtas eīn uolētis est,nō nolētis.Q; si uolēs retinetur,ipsa se retinet.Quid ergo dicet aut quid respondebit ei,cum ipsa fecerit: Quid fecit: Seruam se fecit,unde dicitur: Qui facit peccatum,seruus est peccati. Propterea cū Ioan.8. peccauit(peccauit autē cū pctō obedire decreuit)seruam se fecit.Sed sit libera si nō adhuc facit. Facit aūt in eadem seruitute se retínens.Neqꝫ eīn nō uolēs uoluntas tenetur: uoluntas enim est.Ergo quia uolēs seruā seipsam fecit,nō modo fecit,sed facit.Merito proinde(quod sæpe memorandū est) quis respōdebit illi cum ipsa fecerit,ipsa & faciat: Sed non me,inquís,decredere facies necessitatē quā patior,quā in memetipso experior,contra quā & assidue luctor. Vbinam quæso hāc necessitatem sentis: Nónne in uolūtate: Non ergo parū firmiter uis,quod & necessario uis.Multū uis qđ' nolle nequeas nec multū obluctās. C Porrò ubi uolūtas,& libertas.Quod tñ dico de naturali, nō de spirituali,qua libertate(ut dicit apostolus) christꝰ Gala.4. nos liberauit.Nam de illa idēipse dicit: Vbi spiritus dñi, ibi libertas. Ita aīa miro quodam & malo modo sub hac uoluntaria quadam ac male libera necessitate & ancilla tenetur & libera,ancilla propter necessitatē,libera propter uoluntatē:& quod magis mirū,magisqꝫ miserū est:eò rea quò libera,eoqꝫ ancilla quò rea,ac per hoc eò ancilla quò libera.Miser ego hō,quis me liberabit à calumnia huius pudendæ seruitutis: Miser,sed liber.Liber quia hō,miser quia seruus.Liber quia filīs deo,miser quia cōtrariꝰ deo. O custos hoīm quare posuisti me contrariū tibi: Posuisti Iob.7. enim cū nō ꝓhibuisti.Alioqn ipse me posui,& factus sum mihimetipsi grauis.Iustissime quidem,ut hostis tuus, hostis sit

Universidad de Sevilla

ſis ſit & me⁹:& qui tibi repugnat,repugnet & mihi.Ego uerò qui tibi,ego qui mihimet cõtrarius factus ſum, atq; in mẽbris meis inuenio quod cõtradicat & mẽti meæ,& legi tuæ:quis me liberabit de manibus meis? Non enim quod uolo hoc ago,ſed me non alio prohibẽte. Et quod odi illud facio,ſed me nõ alio cõpellente.Atq; utinã ,phibitio hæc & hæc cõpulſio ita eſſet uiolenta,ut nõ eſſet uoluntaria:forſitan eñ ſic poſſem excuſari, aut certè ita eſſet uoluntaria ut non uiolẽta:profectò eñ ſic poſſem corrigi. Nũc uerò nuſquã exit⁹ miſero patet,quẽ & uoluntas (ut dixi) inexcuſabilẽ,& incorrigibilẽ neceſſitas facit. Quis me eripiet de manu pctõris, & de manu cõtra legẽ agentis & iniqꝫ D Quærit qs de quo ꝙrar? De me. Ego ille pctõr,ille exlex,ille iniqu⁹.Peccator qa peccaui,exlex qa uoluntate pſisto agere cõtra legẽ.Nã mea uoluntas ipſa eſt lex in mẽbris meis,legi diuinæ recalcitrãs.Et qñ lex dñi
ps.36. lex mẽtis meæ,ſicut ſcriptũ eſt:Lex dei ei⁹ in corde ipſi⁹: per hoc & mihiꝑſi mea ipſi⁹ uoluntas cõtraria inueniꝫ,q̃ eſt iniqtas maxima.Cui eñ nõ iniquus q mihi ſum? Qui ſibi nequã,ait,cui bonus? Fateor nõ ſum bon⁹, qa nõ eſt in me bonũ.Conſolabor me tñ,qa & ſctõrum uox iſta eſt. Scio qa nõ eſt in me bonũ,inqt. Diſcernit tñ qd̃ dicit,in ſe:in carne ſua interptãs;ꝑpter cõtradictoriã legẽ q̃ in ea eſt.Nã habet legem & in mẽte,eacꝫ melior.An nõ lex dei bona? Qd̃ ſi mal⁹ ꝑpter legẽ malã:qũo nõ ꝑpter bonam bonus? An mala ſua eſt quæ eſt in carne ſua,& iõ de mala mal⁹,& minime bon⁹ de bona? Nõ eſt ita.Lex dei eius in mẽte ipſius,atq; ita in mẽte,ut ſit & mentis. Teſtis eſt ipſe
Roma.7. qui ait:Inuenio aliã legẽ in mẽbris meis,repugnãtẽ legi mẽtis meæ.Nũqd ſuũ qd̃ carnis ſuæ eſt,& nõ ſuũ qd̃ mẽtis ſuæ eſt? Ego dico & pl⁹.Quidni dicã, qd̃ idẽipſe magiſter dicit? Nã mẽte qdẽ ſeruiẽs legi dei,carne autẽ legi
Ibidem. pcti,qd magis ſuũ fateaꝫ cuidẽter oñdit cũ malũ qd̃ i carne eſt,ita a ſe alienũ cẽſet,ut dicat:Itaq; iã nõ ego operor illud,ſed qd̃ habitat in me pctñ. Et ideò fortaſſis ſignanter aliã dixerit legẽ inuẽtã in membris ſuis,ꝙ alienã hanc & quaſi aduentitiã reputaret. B Vnde & adhuc ego aliqd audeo ampli⁹,haud temere qdẽ,paulũ uidelicet nõ iã malũ ꝑpter malũ qd̃ in carne habet,magis aũt bonũ pro
Ibidem. pter bonũ qd̃ in mẽte habet.An nõ bon⁹ q cõſentit legi dei qñ bona eſt? Nã etſi ſe itidẽ fateaꝫ ſeruire legi pcti,carne hoc facit nõ mẽte.Cũ aũt mẽte qdẽ ſeruiat legi dei,carne aũt legi pcti,qdnã potiſſimũ hoꝫ paulo imputãdũ putes tu uideris:nã mihi fateor facile ꝓſuaſum quod mentis
Ibidem. quàm qd̃ carnis eſt pluris eſſe,nõ ſolũ mihi,ſed & ipi paulo(ut iã dictũ eſt)q ait.Si aũt qd̃ nolo illud facio, iam nõ ego operor illud,ſed qd̃ habitat in me pctñ.Sed de libertate iſta ſufficiant.In libello quẽ de gr̃a & libero arbitrio ſcripſi,diuerſa fortaſſis de imagine & ſilitudine diſputata leguñ:ſed(ut arbitror)nõ aduerſa.Legiſtis illa,iſta audiſtis:quænã magis ꝓbetis,ueſtro iudicio derelinquo.Vel ſi qd melius utriſq; ſapitis:in hoc gaudeo & gaudebo. At quoquo mõ illa ſe habeãt:tria qdẽ in pñtiarũ p̃cipua cõmendata tenetis:ſimplicitatẽ,immortalitatẽ,libertatẽ.Et hoc uobis liqdo appere iã arbitror,aiam ꝓ ingenita atq; ingenua ſilitudine quæ i his tã eximie claret,nõ paruam cũ uerbo hr̃e affinitatẽ,ſpõſo eccl̃iæ Ieſu xp̃o domino noſtro,qui eſt ſuper oĩa deus bñdictus in ſecula.Amen.

¶ *Qualiter anima ſimilis deo manens,per peccatum tamen diſſimilis facta eſt in ſimplicitate, immortalitate, & libertate.* Sermo LXXXII. C

QVid uobis uidetur? Poſſumúsne iam regredi ad exponẽdi ordinẽ unde digreſſi ſumus, quia patet propinquitas uerbi & aiæ,pro qua utiq; demonſtrãda digreſſio ipſa facta eſt? Poſſemus ut mihi uideꝫ,niſi parum quid dubietatis in his quæ dicta ſunt adhuc reſidere ſentirẽ.Nil furari uolo.Non libenter ꝑtereo qd̃ uobis utile putẽ.Et quõ id audeã, de his præſertim quæ uobis accipio? Scio hoiem aliqd aliqñ iterlocquendum ex his quæ ſuggerebat ſpirit⁹(& ſi nõ infideli, minus tamen fidenti animo)retentantẽ & reſeruantẽ ſibi ut haberet quod diceret denuo tractatur⁹:& ecce uox ad eum(ut quidẽ ei uiſum eſt) donec iſtud tenebis, aliud nõ accipies.Quid ſi retinuiſſet nõ pudendo ſuæ inopiæ,ſed fraternis ꝓfectib⁹ inuidẽdo? Nõne merito & hoc ipſum quod uidebaꝫ habere,auferreꝫ ab eo? Quod quidẽ lõge à ſeruo ueſtro ſemper faciat de⁹,ſicut ſemper fecit. Sic mihi iugiter abundare dignetur fons ille indeficiens ſapientiæ ſalutaris,quõ ſine inuidia uobis communicaui & reſudi quicquid mihi infundere hactenus dignatus eſt ipſe. D Si ego uos fraudo,à quo iam non uerear ipſe fraudari? Ne à deo quidẽ. Eſt itaq; in his quæ dicta ſunt aliqd qd̃ (ut uereor ego) offendiculũ dare queat ſi non cõplaneꝫ. Et(ni fallor)ſunt de his ſtãtib⁹,quibus iam ſcrupulũ mouit quod dicere uolo,Trina illa uerbi ſimilitudo quã aiæ aſſignauimus,imo qua inſignitã aduertimus: recolitisne ꝙ etiã inſeparabiliter ineſſe illi uiſa fuerit nobis? Id quidem uideatur aliqbus ſcripturarũ teſtimoniis obuiare,ut
ps.48. uerbi gr̃a eſt illud in Pſal. Homo cũ in honore eſſet non intellexit,comparatus eſt iumentis inſipiẽtibus,& ſimilis
ps.105. factus eſt illis.Et item illud:Mutauerũt gloriã ſuam in ſimilitudinẽ uituli comedẽtis fœnũ:ſed & qd̃ aperte dictũ
ps.49. eſt in perſona dei:Exiſtimaſti inique ꝙ ero tui ſilis: & plaq; alia q̃ ſilitudinẽ dei in hoie poſt pctũ deletam cõcorditer aſſeuerare uidenꝫ. A Quid ergo dicemus ad hæc? Tria illa in deo miníme eſſe, & ſic alia quærenda in qbus ſilitudinem aſſignem⁹,aut eſſe qdẽ in deo,ſed nõ in aia,& ne ſic qdẽ in his ſilitudinem inueniri:aut eſſe & in aia, ſed poſſe etiã nõ ineſſe,ac ꝓ hoc nõ inſeparabilia eſſe? Abſit. Et in deo & in aia ſunt,& ſemp inſunt:nec eſt qd̃ nos aliqd horũ dixiſſe pœniteat,ita totũ ſubnixũ eſt indubitata & abſolutiſſima ueritate.Sed qd̃ ſcriptura loqtur de diſſimilitudie facta:nõ qa ſilitudo iſta deleta ſit loqꝫ, ſed quia alia ſupducta.Nõ planè aia natiuã ſe exuit formã,ſed ſupinduit peregrinã.Illa addita,nõ iſta ꝑdita eſt:& quæ ſupuenit,obſcurare ingenitã potuit,ſed nõ extermiare. De
Roma.1. Treñ.4. niq; obſcuratũ eſt inſipiẽs cor illoꝫ:ait apl's. Et ꝑpheta: Quõ obſcuratũ eſt aurũ,mutat⁹ eſt color optim⁹? Obſcuratũ aurũ plãgit,ſed aurũ tñ:mutatũ colorẽ optimũ, ſed nõ fundamẽtũ coloris euulſum.Manet in fundamẽto ꝑ ſus inconcuſſa ſimplicitas,ſed miníme apparet duplicitate operta humanæ doloſitatis,ſimulatiõis,hypocriſis. B Quàm incõgrue ſimplicitati duplicitas admiſceꝫ, quàm indigne tali fundamẽto talis ſtructura cõmittitur. Hmõi ſibi uerſutiam ſerpens induerat,cum ſe ut deciperet conſi
Gene.3. liariũ exhibebat,ſimulabat amicum.Hmõi quoq; ſeducti ab eo paradiſi incolæ induerãt ſibi,cũ pudendã iam nuditatẽ tegere conarenꝫ,& umbra frondoſi ligni, & frondiũ ſuccinctoriis,& uerbis excuſatoriis.Quàm late extunc & deinceps omnẽ poſteritatẽ hæreditariũ hypocriſis uirus infecit.Quẽ dabis de filiis adã qui qd̃ eſt,non dico uelit, ſed uel patiaꝫ uideri? Sed perſeuerat nihilomin⁹ in oĩ aia cum originali duplicitate gñalis ſimplicitas, ut de collatione confuſio augeaꝫ.Perſeuerat æque immortalitas,ſed fuſca & tetra,irruẽte tenebroſa corporeæ mortis caligine.Nam etſi nõ priuaꝫ uita,uitæ tñ bñficium ſuo corpori iam nõ ſufficit uẽdicare.Quid ꝙ ne ſuã quidẽ ſpũalẽ dũ
Eze.18. taxat uitã retinet ſibi? Aia nẽpe quæ peccauerit,ipſa moriet. Nõne morte iſta duplici incurſante, illa qualiſcũq; immortalitas quã retentat,tenebroſa ſatis reddit & miſellaꝫ Adde ꝙ appetẽtia terrenoꝝ (quæ quidẽ oĩa ad interitum ſunt) dẽſat tenebras,ita ut in aia ſic uiuẽte nil à parte aliqua niſi pallida facies,& imago quædam mortis apparere cernaꝫ. C Cur non eñ quæ immortalis eſt, ſilia ſibi immortalia appetit & æterna, ut qd̃ eſt appareat, & qd̃ facta eſt uiuat? Cæterũ cõtraria ſapit & q̃rit,& mortali⁹ ſeſe degeneri cõuerſatione cõformãs,immortalitatis candorẽ q̃dã mortiferæ cõſuetudinis piceo colore denigrat. Quidni mortaliũ appetit⁹ immortalẽ mortali ſimilẽ, imorEccli.13. tali diſſimilẽ faciat? Qui tãgit picẽ(ait ſapiẽs) inquinabitur ab ea. Fruẽdo mortali⁹ mortalitatẽ ſe induit, & ueſtem immortalitatis incidẽte mortis ſimilitudine decolorauit

Universidad de Deusto
Biblioteca

non exuit. Euam attẽde quõ eius aĩa immortalis, immortalitatis suæ gloriæ, sucum mortalitatis inuexit, mortalia utiq; affectãdo. Vt quid enim cum immortalis esset, mortalia nõ contempsit & transitoria, contenta sibi similibus immortalibus & æternis: Vidit inquit lignũ q̃ esset pulchrum oculis, & aspectu delectabile, ac suaue ad uescendum. Non est tua ô mulier ista suauitas, ista delectatio, istaq; pulchritudo. Et si tua pro parte luti, nõ tua solius, sed cõmunis cũctis animãtibus terræ. Tua, quæ uerè tua est, aliũde & alia: nã æterna est de æternitate. D Quid tu animæ tuæ aliam formã, imo deformitatem imprimis alienã: Enimuerò quod delectat habere, id etiam perdere timet, & timor color est. Is libertatẽ dũ tingit tegit, & eã nihilominus sibimet reddit dissimilẽ. Quàm digniùs sua origine nihil cuperet ubi nihil metueret, ac per hoc à seruili timore isto ingenitã sibi defenderet libertatẽ, manentem in uigore & decore suo. Heu non ita est, mutatus est color optimus. Fugitas & latitas, audis uocẽ domini dei, & abscondis te. Cur hoc nisi quia quem amabas times, & libertatis speciẽ, forma seruilis exclusit: Sed & uoluntaria illa necessitas & contraria lex inflicta in mẽbris (de qua proximo sermone disseruj) eidem incubat libertati, & liberam natura creaturã per propriã ipsius uoluntatẽ dum allicit subijcit seruituti, implẽs faciem eius ignominia, ita ut uel carne seruiat legi peccati, & non uolens. Quia ergo naturæ ingenuitatẽ, morum probitate defensare neglexit, iusto auctoris iudicio factum est, non quidem ut libertate propria nudaret, sed tamen superinduceretur sicut dyploide confusione sua. Et bene sicut dyploide, ubi ueste ueluti duplicata manente libertate ꝓpter uoluntatem, seruilis nihilominus conuersatio necessitatem ꝓbat. Hoc de simplicitate, hoc de immortalitate animæ aduertere est: & nil tibi in ea si bene consideres apparebit quod nõ sit istiusmodi similitudinis pariter & dissimilitudinis dyploide adopertũ. An nõ dyplois ubi nõ innata sed affixa & quadam quasi acu peccati assuta simplicitati fraus, immortalitati mors, necessitas libertati: Nemẽ enim essentiæ simplicitati præscribit duplicitas cordis, nõ naturæ immortalitati mors aut uoluntaria peccati aut necessaria corporis, nõ arbitrij libertati necessitas uoluntariæ seruitutis. B Itaq; bonis naturæ mala aduentitia dum non succedũt sed accedũt, turpant utiq; ea, non exterminant, cõturbant, non deturbãt. Inde anima dissimilis deo, inde dissimilis est & sibi: inde comparata iumẽtis insipientibus, & similis facta est illis: inde quod legitur cõmutasse gloriã suam in similitudinem uituli comedentis fœnũ: inde homines tanquam uulpes duplicitatis & fraudis foueas habent: & quia pares uulpibus se fecerũt, partes uulpium erunt: inde iuxta Salomonẽ unus exitus hominj & iumento. Quidni similiter exeat q̃ similiter uixit: More bestiali incubuit terrenis: more bestiali excedet terris. Audi aliud. Quid mirum si similem sortimur exitum, qui & similem habemus introitum: Vnde enim hominibus nisi de similitudine bestiali ille tam intemperans ardor in coitu, tam immoderat⁹ dolor in partu: Ita homo in conceptu & ortu in uita & morte comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. C Quid q̃ libera creatura sibi subditum appetitũ nõ regit ut domina, sed sequitur & obsequitur ut ancillæ: Nónne & in hoc se assimilat & annumerat cæteris animantibus quæ natura nõ in libertatẽ uocauit, sed condidit in seruitutem seruire suo uentrj, appetitui obedire: Nónne tali merito cõfunditur perhiberi uel existimari similis deus: Ideoq; ait: Existimasti inique q̃ ero tui similis: Et infert. Arguam te & statuam contra faciem tuam. Non est sese uidentis animæ deum existimare similẽ sibi, aiæ dũtaxat (qualis mea est) peccatricis & iniquæ. Eiusmodi nãq; arguitur. Existimasti inique, ait, & non dicit, existimasti aia uel existimasti homo q̃ ero tui similis. Sed si statuatur iniquus ante faciẽ suam, & contra uultũ quendã morbidum putidumq; interioris hominis sui sistatur, ut dissimulare aut declinare non queat impuritatẽ conscientiæ suæ, sed uideat uel inuitus sordes peccatorũ suorũ, uitiorũ inspiciat deformitatẽ, nequaquã poterit existimare deum fore similem sibi: sed quasi diffidens pro tanta dissimilitudine quã uidebit: puto exclamabit & dicet: Dñe quis similis tibi: Quod quidem dictũ pro uolũtaria illa & nouitia dissimilitudine. Nã manet prima similitudo, & ideò illa plus displicet q̃ ista manet. O quantũ bonum ista, quãtumq; malum illa: ex mutua tamen collatione utraq; res in gñe suo plus eminet D Cum ergo anima tantã in se una rerũ distantiã cernit, quidni clamet inter spem & desperationem utiq; posita: Dñe quis similis tui: Trahitur in desperationẽ pro tanto malo, sed reuocat in spem à tãto bono. Inde est ut quò sibi pl⁹ displicet in malo q̃ in se uidet, eò se arctius ad bonũ q̃ æque in se cõspicit trahat, cupiatq; fieri ad q̃ facta est, simplex & recta, & timẽs deũ, ac recedẽs à malo. Quidni recedere possit, ad q̃ accedere potuit: Quidni accedere, à quo recedere potuit: Q̃ tñ utrumq; dixerim de gratia præsumendũ, nõ de natura, sed ne deindustria quidẽ. Nẽpè sapientia uincit malitiã, nõ industria uel natura. Nec deest occasio præsumẽdi, ad uerbũ est cõuersio ei⁹. Nõ est apud uerbũ ociosa aiæ generosa cognatio, de qua triduo iã tractamus, & cognationis testis similitudo perseuerãs. Dignãter admittit in societatem spiritus similẽ in natura. Et certè de ratione naturæ, similis similẽ quærit. Vox requirẽtis: Reuertere sunamitis, reuertere ut intueamur te. Intuebitur similẽ, qui dissimilem nõ uidebat: sed & se intuendũ præstabit. Scimus quoniã cũ apparuerit, similes ei erimus, quoniã uidebimus eum sicuti est. Puta ergo de difficultate magis quàm de impossibilitate uenire illam percũctationem: Dñe quis similis tibi: Aut si hoc magis probas, uox est admirantis. Admirãda prorsus & stupenda illa similitudo quam dei uisio comitatur, imo quæ dei uisio est, ego autem dico in charitate. Charitas illa uisio, illa similitudo est. Quis nõ stupeat charitatem dei spreti & reuocantis: Merito iniquus arguit ille qui supra indutus est dei similitudinem usurpãs sibi, cum diligẽdo iniquitatẽ, neq; possit se diligere neq; deũ, sic enim habes: Qui diligit iniquitatem, odit animã suã. Facta igitur de medio iniquitate quæ eam quæ ex parte est dissimilitudinem facit, erit unio spiritus, erit mutua uisio, mutuaq; dilectio. Siquidem uenientẽ quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est: eritq; ad alterutrum casta & consummata dilectio, agnitio plena, uisio manifesta, conuictio firma, societas indiuidua, similitudo perfecta. Tũc cognoscet anima sicut cognita est, tunc amabit sicut amata est, & gaudebit sponsus super sponsam, cognoscens & cognitus, diligens & dilectus Iesus xp̃s dñs noster, qui est super oĩa deus benedict⁹ in secula. Amen.

Eccli3. ps.105. ps.49. Ibidem. Ibidem. ps.10. Cant.6. Baruch3

¶ *Qualiter anima quantũcũq; uitijs corrupta adhuc per amorem castum & sanctum potest redire ad similitudinem sponsi, id est christi.* Sermo LXXXIII. B

QVantũ quidem regularis hora permisit quam nobis cõstituimus ad loquendũ, biduũ hoc in demonstranda uerbi animæq; affinitate expensum est. Quæ utilitas in omni labore isto: Nempè hæc. Docuimus oẽm animã licet oneratã uitijs, peccatis irretitã, captam illecebris, exilio captiuã, corpore carceratam, luto hærentem, infixam limo, affixam membris, confixam curis, distentã negotijs, contractam timoribus, afflictam doloribus, erroribus uagam, solicitudinibus anxiam, suspicionibus inquietam, & postremò aduenã in terra inimicorũ: iuxta prophetæ uocem coinquinatam cum mortuis, deputatã cum his qui in inferno sunt, licet inquã sic damnatã, & sic desperatã, docuimus tamen hanc in sese posse aduertere non modo unde respirare in spem ueniæ, in spem misericordiæ queat, sed etiã unde audeat aspirare ad nuptias uerbi, cum deo inire fœdus societatis non trepidet, suaue amoris iugũ cum rege ducere angelorum nõ uereat. Quid enim nõ tute audeat apud eum cuius se insignẽ cernit imagine, illustrẽ similitudine nouit:

Quid

Quid, inquã, quereatur de maiestate, cui de origine fiducia datur: Tantũ est ut curet naturæ ingenuitatẽ uitæ honestate seruare, imo cæleste decus qđ sibi originaliter inest, dignis quibusdã studeat morũ affectuumq; uenustare & decorare coloribus. C Vtqd cũ dormitet industriæ Grã de, pfectò in nobis donũ naturæ ipsa est: quæ si min⁹ suas exequaĩ ptes, nonne qđ reliquũ habet natura in nobis, totũ turpabitur, totũ quasi quadã uetustatis operiet rubigine? Id qdẽ iniuria auctori. Et utiq; ad hoc auctor ipse de⁹ diuinæ insigne generositatis ppetuo uoluit ĩ aĩa cõseruari, ut semp hæc in sese ex uerbo habeat, quo admoneatur semp aut stare cũ uerbo, aut redire si mota fuerit. Nõ mota quasi locis migrãs, aut pedib⁹ gradiens, sed mota (sicut substantiæ utiq; spũali moueri est) cũ suis affectib⁹ imo de fectib⁹ à se quodãmodo in pei⁹ uadit, cũ se sibi uitæ & morum prauitate dissimilẽ facit, reddit degenerem: q̃ tñ dissimilitudo non naturæ abolitio, sed uitiũ est, bonũ ipm naturæ quãtũ sui cõparatione attollẽs, tantũ fœdãs coniunctione. Iã uerò aĩæ redit⁹ cõuersio eius ad uerbũ, reformãdæ per ipm, cõformãdæ ipi. In quo? In charitate. Ait enim:

Ephes.5. Estote imitatores dei sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione, sicut & xps dilexit uos. Talis cõformitas maritat aĩam uerbo, cui uidelicet similis est per naturam, similẽ nihilomin⁹ ipsi se exhibet p uoluntatẽ, diligẽs sicut dilecta est. Ergo si pfecte diligit, nupsit. Quid hac cõformitate iocundi⁹? qd optabili⁹ charitate q̃ sit ut humano magisterio nõ cõtenta, per temet ô aĩa fiducialiter accedens ad uerbũ, uerbo cõstãter inhæreas, uerbũ familiariter percũcteris cõsultesq; de oi re, quãtũ intellectu capax, tantũ audax desiderio. Verè spũalis sanctiq; cõnubij contractus est iste. A Parũ dixi cõtractus, complexus est. Cõplexus plane, ubi idẽ uelle, & nolle idẽ, unũ facit spm de duob⁹. Nec uerendũ ne disparitas psonarũ claudicare in aliquo faciat cõuentientiã uoluntatũ, quia amor reuerentiã nescit. Ab amando qppe amor, nõ ab honorãdo denominat. Honoret sanè q horret, q stupet, q metuit, qui miratur: uacant hæc oĩa penes amantem. Amor sibi abũdat: amor ubi uenerit, cæteros in se oẽs traducit & captiuat affect⁹. Propterea q amat, amat, & aliud nouit nihil. Ipse q honori merito, merito stupori & miraculo est, amari tñ plus amat. Spõsus & spõsa sunt. Quã q̃ris aliã inter spõsos necessitudinẽ uel cõnexionẽ pter amari & amare. Hic nex⁹ uicit etiã qđ natura arti⁹ uixit, uinculũ parẽtũ ad filios. Denisq; ppter hoc ait:

Matt.19. Relinq̃t hõ prem suũ & matrẽ suã, & adhærebit spõsæ. Vides iste affect⁹ quã sit in spõsis, nõ cæteris tñ affectibus, sed etiã seipso potẽtior. B Adde q̃ iste spõsus nõ mõ amans sed amor est. Nũqd honor? Cõtẽdat qsese: ego nõ legi. Le

1.Ioan.4. gi aũt qa de⁹ charitas est, & nõ est qa honor est uel dignitas legi. Nõ quia honorẽ nõ uult deus, q ait: Si ego pater, ubi est honor me⁹? Verũ id pater. Sed si spõsum exhibeat, puto quia mutabit uocem, & dicet. Si ego spõsus, ubi est amor meus? Nã & ante ita locut⁹ est. Si ego dñs, ubi est timor me⁹? Exigit ergo deus timeri ut dñs, honorari ut pater, ut sponsus amari. Quid in his pstat, qd eminet? Nempe amor. Absq; hoc & timor pœnã habet, & honor nõ habet gratiam. Seruilis est timor quãdiu ab amore nõ manumittitur. Et q de amore nõ uenit honor, non honor, sed adulatio est. Et quidẽ soli deo honor & glia, sed horũ neutrũ acceptabit deus, si melle amoris cõdita non fuerint. Is per se sufficit, is p se placet, & ppter se. Ipse meritũ, ipse p̃miũ sibi est. Amor pter se nõ requirit cãm, nõ fructũ. Fructus eius, usus ei⁹. Amo qa amo, amo ut amẽ. Magna res amor, si tñ ad suũ recurrat principiũ, si suæ origini reddit⁹, si refusus fuo fonti semper ex eo sumat unde fugiter fluat. Solus est amor ex oĩbus animæ motib⁹ sensib⁹ atq; affectib⁹, in quo potest creatura etsi nõ ex æquo rñdere auctori, uel de simili mutuã repẽdere uicẽ. Verbi gra. Si mihi irascat deus: nũ illi ego similiter reirascar? Nõ utiq;, sed pauebo, sed cõtremiscã, sed uenia depcabor. Ita si me arguat, non redarguet à me, sed ex me potius iustificabit. Nec si me iudicabit, iudicabo ego eum, sed adorabo: & saluãs me non quærit à me ipse saluari, nec uicissim eget ab aliquo liberari, quia liberat oẽs. Si dñat, me oportet seruire: si imperat, me oportet parere: & non uicissim à dño uel seruitiũ exigere uel obsequiũ. C Nunciam uideas de amore quàm aliter sit. Nam cũ amat deus, nõ aliud uult quàm amari: qppe nõ ad aliud amat nisi ut amet, sciens ipso amore btõs qui se amauerint. Magna res amor, sed sunt in eo gradus. Sponsa in summo stat. Amant cũ & filij, sed de hæreditate cogitãt, quã dum uerent quoquo modo amittere, ipm à quo expectat hæreditas plus reuerent, minus amãt. Suspectus est mihi amor cui aliud quid adipiscendi spes suffragari uidet. Infirm⁹ est qui fortè spe subtracta aut extinguit aut minuit. Impurus est q & aliud cupit. Purus amor mercẽnarius nõ est. Purus amor de spe uires non sumit, nec tñ diffidẽtiæ dãna sentit. Spõsæ hic est, quia hoc spõsa est quæcũq; est. Spõsæ res & spes unus est amor. Hoc spõsa abũdat, hoc cõtẽtus est spõsus. Nec is aliud quærit, nec illa aliud habet. Hinc ille spõsus, & spõsa illa est. Is spõsis pprius est, quẽ alter nemo cõtingat nec filius quidẽ. Denisq; ad filios clamat, ubi est honor meus? & nõ ubi est amor meus dicit, seruãs spõsæ prærogatiuã. Sed & iubet homo honorare patrẽ suũ & matrẽ suã, & de amore tacetur: non quia non amãdi sint parẽtes à filijs, sed quia multi filiorũ honorare parẽtes magis quàm amare affecti sunt. Esto q̃ honor regis iudiciũ diligat, sed sponsi amor imo sponsus amor solã amoris uicem requirit & fidẽ. Liceat proinde redamare dilectã, quidni amet sponsa, & sponsa amoris? Quidni ametur amor? Merito cũctis renũcians affectionib⁹ alijs, soli & tota incũbit amori, quæ ipsi tñdere amori habet in redhibẽdo amore. Nam & cũ se totam effuderit in amorem: quantũ est hoc ad illius fontis perẽne pfluuiũ? A Non planè pari ubertate fluunt amãs & amor, anima & uerbũ, sponsa & sponsus, creator & creatura, non magis quàm sitiens & fons. Quid ergo? peribit propter hoc & ex toto euacuabitur nupturæ uotũ, desiderium suspirãtis, amãtis ardor, præsumẽtis fiducia: quia nõ ualet ex æquo currere cũ gigãte, dulcedine cum melle contendere, lenitate cum agno, candore cũ lilio, claritate cum sole, charitate cũ eo qui charitas est? Non. Nam etsi minus diligit creatura qm̃ minor est, tamen si ex tota se diligit, nihil deest ubi totũ est. Propterea (ut dixi) sic amare nupsisse est, qm̃ non põt sic diligere, & parũ dilecta esse: ut in consensu duo? integrũ iter perfectumq; cõnubiũ: nisi quis dubitet animã à uerbo & prius amari & plus. Prorsus & præuenit amãdo & uincit. Felix quæ meruit præueniri in tantæ bñdictione dulcedinis. Felix cui tãtæ suauitatis cõplexũ experiri donatũ est. Quod nõ est aliud quàm amor sanctus & castus, amor suauis & dulcis, amor tãtæ serenitatis quãtæ & syncerit atis, amor mutu⁹, intim⁹, ualidusq;, qui non in carne una, sed uno planè in spũ duos iungat, duos faciat iam nõ duos sed unũ, Paulo ita dicẽte. Qui adhæret 1.Cor.6.
deo unus spũs est. Et nũc potius eã super his audiam⁹ quã facile magistrã de omnibus fecit & magistra unctio, & frequẽs experiẽtia. Nisi fortè id melius seruamus in aliud sermonis principiũ, ne rem bonã coartemus inter angustias huius iã ppemodũ finiendi. Et si probatis facio finẽ etiam ante finẽ: ut famelici tẽpestiue cõueniam⁹ cras ad delicias sanctæ animæ quibus beata meret frui cũ uerbo, & de uerbo sponso utiq; suo Iesu Christo dño nostro, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

¶ *Quòd anima quærẽs deũ, præuẽta est ab eo: & quid sit illa quæsitio in qua iam ab eo præuenta est.* Sermo LXXXIIII. B

IN lectulo meo per noctes quæsiui quem diligit anima mea. Magnum bonũ quærere deũ. Ego hoc nulli in bonis animæ secundũ existimo. Primum in donis, ultimũ in pfectibus est. Virtutũ nulli accedit, cedit nulli. Cui accedat quã nulla præcedit? Cui præcedat quæ omniũ magis consummatio est? Quæ enim uirtus ascribi possit non quærẽti deũ: aut quis terminus quærenti deũ? Quærite, inquit, facie eius semper. Exi- Cantic.3. Psal.104.
stimo quia nec cum inuentus fuerit cessabitur à quærẽdo. Non pedum passibus, sed desiderijs quærit deus. Et utiq;

non extundit desiderij sanctũ felix inuentio, sed extendit. Nũqd cõsummatio gaudij, desiderij cõsumptio est? Oleũ magis est illi: nã ipm flãma. Sic est. Adimplebit lætitia, sed desiderij nõ erit finis, ac p hoc nec q̃rẽdi. Tu uerò cogita si potes q̃ritãdi hoc studiũ sine ĩdigẽtia, & desiderij sine anxietate. Alterũ pfectò pñtia, alterũ copia excludit. Nũc iã uidete cur ista p̃miserim. Nimirũ, ut oĩs ĩter uos aĩa q̃rẽs deũ, ne magnũ bonũ in magnũ sibi detorq̃at malũ, nouerit se p̃uẽtã ĩ illo, & añ q̃sitã quàm q̃rẽtẽ. Sic eĩ de magnis bonis mala oriri nõ mínima solẽt: cũ facti eximij de bonis dñi utimur donis tãquã nõ datis, nõ dam⁹ gloriã deo. Ita pfectò q maximi uidebãtur p accepta gr̃a, p nõ redhibita minimi reputãtur apud deũ. Ego autẽ parco uobis. Vius sum modestiorib⁹ uocibus, maximo minimoq̃, sed q̃ sentio nõ exp̃ssi. Discrimẽ inuolui, ipse nudabo, optimũ pessimũq̃ dixisse debuerã. Nã uerẽ & absq̃ dubio eò quisq̃ pessim⁹ quò optimus, si hoc ipsum quò est optim⁹ aſcribat sibi. Nẽpe pessimũ hoc. Quòd si dicat quis, absit, agnosco, gratia dei sum id quod sum: studeat autẽ captare gloriolã p gratia quam accepit: nónne fur est & latro? Audiat qui
Luc. 19. eiusmodi est. Ex ore tuo te iudico serue nequã. Quid nequius usurpãte sibi gloriã dominj suj? D In lectulo meo per noctes quæsiui quem dilígit aĩa mea. Quærit aĩa mea uerbũ: sed q̃ uerbo prius quæsita sit. Alioquin semel à fa-
Iob 7. cie uerbi egressa uel electa, non reuertet oculus eius ut uideat bona, si nõ requiraf à uerbo. Quasi uerò aliud anima nr̃a sit quàm sp̃us uadẽs & non rediens, si sibi fuerit derelicta. Audi profugã & deuiã, quid doleat, & qd petat. Erra
Psal. 118. ui, ait, sicut ouis q̃ perij: q̃re seruũ tuum. O hõ, redire uis? Sed si in uolũtate res est, qd opẽ flagitas? Quid aliũde mẽ dicas, in quo abũdas tu tibi? Palã est, quia uult & nõ põt,
Psal. 77. sed sp̃us est uadẽs & nõ redíes, etsi is sit longi⁹ agens qui nec uult: quãquã nõ oĩno illã animã expositã dixerim uel relictã, q̃ reuerti cupit, & requiri petit. Vñ eĩ uolũtas hæc illi? Inde (ni fallor) q̃ à uerbo uisitata iam sit & q̃sita: nec ociosa q̃sitio, q̃ operata est uoluntatẽ, sine qua reditus esse nõ poterat. Sed nõ sufficit semel q̃ri, tant⁹ est aĩæ lãguor, tantaq̃ in reditu difficultas. Quid eĩ si ultr? Iacet uolun-
Roma. 7. tas, ubi facultas non suppetit. Nã uelle adiacet mihi, inqt, perficere aũt bonũ non inuenio. Quid ergo ille quem de psalmo induxim⁹ q̃rit? Nõ planè aliud quàm q̃ri quòd nõ q̃reret nisi q̃situs fuisset, & rursum non q̃reret si q̃situs sa-
Psal. 118. tis fuisset. Quod & postulat, q̃re, inquiẽs, seruũ tuũ: ut qui dedit uelle, det & perficere pro bona uoluntate. Mihi tñ nõ uidetur istiusmodi animæ posse competere locus præsens, q̃ secundã gratiã necdũ percepit, uolens quidẽ sed nõ ualẽs adire quẽ dilígit aĩa sua. Nam quõ potest illi cõ-
Cantic. 3. uenire quod ibi sequitur surgere & circuire ciuitatẽ, sed & per uicos & platẽas q̃rere dilectum, q̃ eget ipsa q̃rẽ? Faciat hoc q̃ potest, tãtũ se meminerit quæsitã prius, sicut & pri⁹ dilectã, atq̃ inde esse & quod quærit, & quod dilígit.
B Oremus & nos charissimi ut cito anticipẽt nos miseri-
Psal. 78. cordiæ istæ, qa pauperes facti sum⁹ nimis, qd nõ de oĩbus
Ephes. 5. nobis dico. Scio enim quãplurimos uestrũ ambulãtes in dilectione qua xp̃s dilexit nos, & in simplicitate cordis q̃rentes illũ. Sed sunt aliqui (quod tristis dico) qui nullum nobis adhuc in se dedere indicium huius tã salutaris anticipationis, ac per hoc nec suæ salutis, homines se ipsos amantes nõ dñm, & quærentes quæ sua sunt nõ quæ dñi.
Cantic. 3. Quæsiui (ait illa) quem dilígit aĩa mea. Nempe huc te prouocat anticipantis benignitas, illius qui te & prior q̃siuit & prior dilexit. Minime prorsus nisi prius quæsita quærentes, sicut nec diligeres nisi dilecta prius. Non in una tantum benedictione sed in duabus prænũcta es, dilectione & quæsitione. Dilectio causa quæsitionis: quæsitio fructus dilectionis est & certitudo. Dilecta es, ne ad supplicium potj⁹ quæsitã suspiceris: quæsita es, ne frustra dilectam cõquereris. Vtraq; tam amica cõperta suauitas & ausum dedit, & uerecundiã depulit, & reditũ persuasit, & mouit affectum. Hinc zelus, hinc ardor iste quærẽdi quẽ dilígit aĩa tua, qa profectò necnõ quæsita quærere poteras, necnõ quærere quæsita nunc potes. C Sed noli obliuiscj unde huc uenerís. Et ut in me potius transfigurẽ quæ dicunt (id enim tu tius) time es ô anima mea quæ relicto uiro tuo priore cum quo tibi bene fuerat, primã fidẽ irritã fecisti, iens post amatores tuos? Et nunc quoad libuit fornicata cum illis, fortẽ & contẽpta ab illis, audes impudẽs & frontosa uelle reuerti ad illũ quẽ superba contempsisti? Quid? Digna latebris quæris lucem, & curris ad sponsum, dignior plagis quàm osculis? Mirũ si non pro sponso iudicẽ offendas. Felix qui ad hæc animã suã respõdentẽ audierit, non timeo, qa amo: quod non amata omnino non facerem. Itaq; etiam amor. Nihil dilecte timendũ. Paueant quæ non amãt. Quidni assidue ĩmicitias suspicẽtur? Ego uerò amãs, amari me dubitare nõ possum, nõ plus quàm amare. Nec possum uereri uultũ cuius sensi affectum. In quo? In eò q̃ talẽ non modo quæsiuit, sed & affecit, fecitq̃ certã proinde de quæsitu. Quidni respõdeã in quæsitu, cui in affectu respõdeo? Nũquid irascetur quæsitus, qui etiã contẽptus dissimulauit? quinimo non repellet requirentẽ, qui & contemnentẽ requirit. Benignus est sp̃us uerbi, & benigna nunciat mihi, intimãs & suadẽs de uerbi & zelo desiderioq̃, quod utiq̃ sibi nõ potest esse abscõditũ. Scrutaf alta dei, cõscius carũ quas cogitat cogitatiões pacis & nõ afflictiõis. D Quidni animer ad quærendũ experta clemẽtiam, & persuasa de pace? Fratres, hoc suaderi, à uerbo quæri est: persuaderi, inueniri est. Sed non oẽs capiunt hoc uerbũ. Quid faciemus paruulis nostris (illos loquor qui adhuc inter nos incipiẽtes sunt, non tñ insipiẽtes) cũ teneant initiũ sapiẽtiæ, subiecti imuicẽ in timore Christi? Vnde illis inquã facim⁹ Psal. 110.
fidẽ q̃ hæc ita se habeant penes sponsam, cum ipsi talia agi secũ necdũ persenserint? Sed mitto eos ego ad talẽ cui decredere non debeant. Legant in libro, quod in corde alterio quia nõ cernunt, non credunt. Est scriptum in prophetis. Si dimiserit uir uxorem suã, & illa recedens duxerit uiro Hiere. 3.
rum alium: nunquid reuertetur ultra? nũquid nõ polluta & contaminata erit mulier illa? Tu autẽ fornicata es cum Ibidem.
amatoribus multis: & tamẽ reuertere ad me dicit dominus, & ego suscipiam te. Verba dñi sunt, non est fas suspendere fidem. Credant quod nõ experiunt: ut fructum q̃q; experientiæ fidei merito cõsequant. Satis arbitror declaratum quid sit quæri à uerbo, & quæ hæc sit necessitas nõ uerbo sed animæ: nisi q̃ quæ experta est, & pleni⁹ ista nouit & felicius. Restat ut sequẽti tractatu doceamus sitiẽtes animas quærere à quo quæsitæ sunt, uel potius id discamus ab illa quæ hoc loco inducitur quærẽs ipsum quẽ dilígit anima sua, sponsum animæ Iesum Christũ dñm nostrũ, qui est super omnia, deus benedictus in secula. Amen.

¶ *De septem necessitatibus propter quas anima quærit uerbum: quæ eadem reformata accedit ad eius dulcedinem contemplandam atq; perfruendam.* Sermo LXXXV. B

IN lectulo meo quæsiui quẽ dilígit anima mea. Cantic. 3.
Ad quid? Dictum est, & iterare superfluũ: propter quosdã tamẽ qui non interfuerũt cum tractaretur, dico aliquid breuiter, & quod fortasse ne hos quidem qui interfuerũt audire pigebit. Nec enim totũ dici tunc potuit. Quærit anima uerbũ cui consentiat ad correctionẽ, quo illuminetur ad cognitionẽ, cui inmitatur ad uirtutẽ, quo reformetur ad sapientiã, cui conforme tur ad decorẽ: cui maritetur ad fœcũditatem, quo fruatur ad iocunditatẽ. Propter has oẽs causas quærit anima uerbum. Non ambigo esse quãplures & alias, sed hæ interim occurrerunt. Poterit aũt si cui cordi fuerit, facile alias atq; alias aduertere in semetipso. Siquidem multæ sunt auersiones nostræ, multæ & infinitæ animæ necessitates, & anxietatũ nõ est numerus. At uerbũ ditius pleniusq; superabũdat in bonis, utpotè sapiẽtia uincit malitiã, uincens in bonis mala. Et nunc harũ quas posui accipite rationẽ. Et primo quod primum est uidete quemadmodũ consentiat ad
correptionem. Legimus uerbũ in euangelijs loquẽs. Esto Matth. 5.
consentiẽs, inquit, aduersario tuo dum es cum illo in uia, ne fortè tradat te iudici, & iudex tortori. Quid cõsultius?

Verbi

Verbi confitẽ est Cui fallor ? se aduersariũ ꝓtestãtis, ꝙ ad-
Psal.94. uersẽ carnalibus desideriis nostris dñs dicit: Sẽper hi errãt corde. Tu uerò qui hæc audis, si pauẽs cœperis uelle fugere à uẽtura ira: credo solicit⁹ eris quomodo huic cõsentias aduersario q tibi illã tã terribiliter intẽtare uidet. At istud impossibile nisi dissentias tecũ, nisi tibimet aduerseris, nisi graui & uigili lucta tuipse cõtra teipm infatigabiliter prælieris, postremò nisi ualefacias inueteratæ cõsuetudini, innatæq; affectioni. Id quidẽ durũ. Si tuis attẽperaueris uiribus tale erit ac si in uno digitorũ tuoꝝ torrẽtis impetũ sistere, aut ipsum denuo coneris iordanẽ conuertere retrorsum. Quid facies? Quære uerbũ cui cõsentias, ipso facẽte ut cõsentias. Fuge ad illũ qui aduersatur, per quẽ talis fias cui iam nõ aduersẽt, ut blãdiat qui mínabat, & sit ad immutandũ efficacior infusa gratia quàm intẽsa ira. Hæc prima (ut opinor) necessitas, ob quã anima incipit q̃rere uerbũ.

C Sed si ignoras quid ille uelit cui iam uolũtate cõsentis, nónne & de te dicet quia zelũ dei habes, sed nõ ſm scientiã? Et ne hoc leue existímes, memineris scriptũ: Quia ignorãs ignorabit. *Scire* uis qd cõsulã & in hac necessitate? Qd in prima. *Meo cõsilio* nũc quoq; ibis ad uerbũ, & docebit te uias suas, ne uolẽdo quidẽ, sed ignorando bonũ dũ curris cõtingat excurrere & errare in inuio & nõ in uia. Lux est
Psal.118. eñ uerbũ. Declaratio deniq; sermonũ illuminat, & intellectũ dat paruulis. Beatus es si dicas & tu: Lucerna pedibus meis uerbũ tuũ, & lumen semitis meis. Nec parũ pficit aia tua, cui⁹ immutata uolũtas, cui⁹ illumínata rõ est ut bonũ & uelit & nouerit. In altero uitã, in altero uisum recepit. Nã & malũ uolẽdo mortua erat, & bonũ ignorãdo cæca.

D Iã uiuit, iã uidet, iã stat in bono, sed ope & opere uerbi. Stat manu uerbi leuata uelut sup pedes duos, deuotionẽ
1.Cor.10. & agnitionẽ. Stat, inquã, sed sibi putet dictũ. Qui se existimat stare, uideat ne cadat. Putas ne stare per se possit q̃ surgere per se nõ potuit? Non opinor. Quid eñ? Verbo dñi
Psal.32. cæli firmati sunt, & terra stabit sine uerbo? Cur ergo si stare per se poterat, orabat homo de terra: Confirma me in-
quiẽs in uerbis tuis? Deniq; & ꝓbarat. Eius ipsi⁹ illa uox
Psal.117. fuit: Impulsus euersus sum ut caderem, & dñs suscepit me. Quæris quis ille impulsor? Non est unus. Impulsor diabolus est, impulsor mũdus, impulsor homo. Quis iste homo sit quæris? Quisq; sui. Noli mirari, usq; adeò homo impulsor sibi est, & suimet præcipitator, ut nõ sit quod ab altero impulsore formides, si ipse à te proprias cõtineas manus.
1.Petri 3. Quis eñ, inquit, uobis nocere poterit si boni æmulatores fueritis? Manus tua cõsensus tuus. Si diabolo suggerente uel seculo suadẽte qd non oportet, assensum tuũ tenueris, & nõ dederis mẽbra arma iniqtati, nec permiseris regnare peccatũ in tuo mortali corpore, bonũ te æmulatorẽ pbasti, cui malitia oĩno nil nocuit, uide ne magis pfuerit. Scriptũ est eñ: Bonũ fac, & habebis laudẽ ex illa. Cõfusi sunt q
Psal.18. quærebãt animã tuã, tu uerò cantabis: Si mei nõ fuerit dominati, tũc immaculatus ero. Boni planè æmulatoris insigne dedisti, si cõsilio sapiẽtis misereris animæ tuæ, si omni
1.Timo.5. custodia seruas cor tuũ, si iuxta apl̃m teipsum castũ custo-
Matt.16. dis. Alioquin & si uniuersum mundũ lucreris, animæ autẽ tuæ detrimentũ patiaris, nõ planè bonũ te cẽsemus æmulatorẽ, qñquidẽ nec saluator. Cum igit̃ tres sint stãti immínẽtes stratores, hoꝝ diabolus liuore malitiæ, mũdus uẽto uanitatis, homo semetipsum põdere fuæ corruptionis impellit. Impellit diabolus, sed nõ euertit, siquidẽ tuũ illi negaueris assensum. B Deniq; habes. Resistite diabolo, &
Iaco.4. fugiet à uobis. Iste est qui stãtes in paradiso impulit inuidus & euertit, sed cõsentiẽtes, nõ resistẽtes. Iste est qui seipsum de cælo superbus nullo impellẽte p̃cipitauit: ut scias multomagis hoiem suo ipsius casui imminere, quẽ ꝓpriæ substãtiæ põdus grauat. Est & mũdus impulsor, quia in maligno positus est. Impellit oẽs, sed solos euertit amicos suos id est, cõsentaneos sibi. Nolo esse amicus mũdi, ne cadam. Nã qui uult esse huius mũdi amicus, inimic⁹ dei cõstituit⁹, quo utiq; nullus grauior casus. Ex quib⁹ satis claret quàm sit homo p̃cipuus impulsor sui, qui suo sine alieno impulsu cadere põt, alieno absq; suo cadere nõ potest. Cui nã horũ p̃cipue resistendũ? Nempe huic qui eò molestior quò interior solus deiicere sufficit, cũ sine ipso alij possint facere nihil. Non sine causa sapiens expugnatori p̃tulit ut biũ, uirũ qui animo dominat. Multũ hoc ad te, opus uirtute habes, & nõ quacũq;, sed qua induaris ex alto. Ipsa eñ si perfecta sit, facile sic animũ uictorẽ sui, & sic inuictum reddit ad oĩa. Est quippe uigor animi cedere nescius ꝓ tuẽda rõne. Aut si magis ꝓbas, uigor animi immobiliter stãtis cũ rõne uel ꝓ ratione. Vel sic. Vigor animi qd in se est oĩa ad rationẽ
Psal.23. cogens uel dirigẽs. C Quis ascẽdet in montẽ dñi? Huius ad uerticẽ mõtis, id est, ad uirtutis perfectionẽ quisq; conscẽdere adoriet, sciet ꝓfectò quàm sit ascẽsus arduus, & cassus concitus absq; uerbi adiutorio. Felix aĩa q̃ angelis spectãtib⁹ præbuit gaudiũ pariter & miraculũ sui, ut audiret
Cantic.8. de se loquẽtes: Quæ est ista quæ ascẽdit de deserto deliciis affluẽs innixa super dilectũ suũ? Alioquin frustra nititur si nõ immittitur. Sanè etiã contra se immitẽs inualescet. Et facta seipsa ualidior coget ꝓ ratione uniuersa: irã, metũ, cupiditatẽ & gaudiũ uelut quendã animi currum bonus auriga reget: & in captiuitatẽ rediget omnẽ carnalẽ affectũ, & carnis sensum ad nutũ rõnis in obsequiũ & tutis. Quidni oĩa possibilia sint immitẽti sup eũ qui oĩa põt? Quãtæ fiduciæ uox: oĩa possum in eo qui me cõfortat. Nil oĩpotentiã uerbi clariorẽ reddit, quàm ꝙ omnipotẽtes facit oẽs qui in se sperant. Deniq; omnia possibilia sunt credẽti. An non om
Marci 13. nipotẽs cui omnia possibilia sunt? Ita animus si nõ præsumat de se, sed si cõfortet à uerbo, poterit utiq; dñari sui, ut nõ dominetur ei oĩs iniustitia. Ita inquã uerbo innixũ, &
Psal.118. indutũ uirtute ex alto, nulla uis, nulla fraus, nulla iam illecebra poterit uel stantẽ deiicere uel subiicere domínãtem.

A Vis nõ timere impulsorem? Non ueniat tibi pes superbiæ, & manus impellẽtis non moueat te. Ibi ceciderũt qui operantur iniquitatẽ. Ibi diabolus & angeli eius corruerunt, qui licet non pulsi extrinsecus, expulsi sunt tamẽ, nec potuerunt stare. Deniq; in ueritate nõ stetit qui non innixus est uerbo, qui in sua uirtute confisus est. Et ideò fortasis sedere uoluit, quia stare nõ ualuit. Dicebat enim. Sedebo in monte testamẽti. Cæterũ deo aliter iudicãte, nec stetit nec sedit, sed cecidit dicẽte domino. Videbam satanam
Lucæ 10. sicut fulgur de cælo cadentẽ. Ergo qui stat, si nõ uult cadere, nõ fidat sibi, sed nitatur uerbo. Verbum loquitur. Sine
Ioan.15. me nihil potestis facere. Ita est, nec surgere ad bonum, nec stare in bono possum⁹ sine uerbo. Tu ergo qui stas, da gloriam deo, & dic: Statuit supra petram pedes meos, & dire-
Psal.39. xit gressus meos. Cuius manu erigeris, ipsi⁹ necesse est uirtute tenearis. Hæc pro eò quòd dixi opus nos habere uerbo cui imitamur ad uirtutẽ. B Nũc iam uidẽdũ est de eo qd itẽ memorauí, ꝓ uerbũ scilicet nihilomin⁹ nos reformari ad sapiẽtiã. Verbũ uirt⁹, uerbũ sapiẽtia est. Sumat ergo aĩa de uirtute uirtutẽ, ac de sapiẽtia sapientiã, & uni uerbo munus utrũq; ascribat. Alioquin si aliunde aut utrãq; aut alterutrã arroget sibi, neget etiã simul uel de fonte riuum, uel de uite uinũ, uel lumẽ oriri de lumine. Fidelis sermo. Si
Iacobi 1. quis, inquit, indiget sapiẽtia, postulet à deo, qui dat oĩbus affluẽter, & nõ improperat, & dabit ei. Hæc ille. Ego uerò haud secus de uirtute senserim. Cognata uirt⁹ sapiẽtiæ est. Donũ dei uirtus est, deputãda in donis optimis, descẽdẽs & ipsa desursum à pre uerbi. Et si qs existimet id per oĩa eã quod sapiẽtiã esse, nõ inficior, sed in uerbo, nõ in aĩa. Quæ eñ in v̄bo ꝓ ei⁹ singulari diuinæ naturæ simplicitate unũ sunt, unũ tñ effectũ in aĩa non habẽt, sed ad illius uarias & diuersas necessitates uelut diuersa sese participãda accõmodãt. Iuxta quã rationẽ ꝓfectò aliud est aĩo uirtute agi, & aliud sapiẽtia regi: aliud dñari in uirtute, aliud in suauitate deliciari. C Licet nãq; & sapiẽtia potẽs, & uirtus suauis existat, ut tñ ꝓprias quibusq; reddamus uocabulis significãtias, uigor uirtutẽ, sapiẽtiã placiditas animi cũ spiritali quadã suauitate demonstrat. Hanc puto ab apl̃o designatã ubi post multa hortamẽta pertinẽtia ad uirtutẽ, ad-
2.Cor.6. iecit, qd sapientiæ est: In suauitate in spũsancto. Igit̃ stare,

Universidad de Deusto Biblioteca

reſiſtere,uim ui repellere,quæ utiq; in partib⁹ uirtutis deputãtur,honor quidẽ,ſed labor eſt. Non eſt enim idipſm honorẽ tuũ laborioſe defendere,& quiete poſsidere. Non eſt idẽ uirtute agi,& uirtute frui. Quicqd uirtus elaborat,ſapiẽtia fruit: & qd ſapiẽtia ordiat,deliberat,moderat,uirt⁹ exequit. Sapiẽtiam ſcribe in ocio,ait ſapiẽs. Ergo ſapiẽtiæ otia negocia ſunt,& quò otioſior ſapiẽtia,eò exercitatior in genere ſuo. E regione uirtus exercitata clarior eſt: eoq; pbatior quò officioſior. Et ſi quis ſapiẽtiã uirtutis amore diffiniẽrit,nõ à uerò deuiare uidebit. V bi autẽ amor eſt,labor nõ eſt,ſed ſapor. Et fortè ſapiẽtia à ſapore denomiat,q uirtuti accedẽs quoddã ueluti cõdimẽtũ ſapidã reddat,q p ſe inſulſa quodãmodo & aſpera ſentiebat. Nec duxerim repẽhendẽdũ ſi qs ſapiẽtiã ſaporẽ boni diffiniat. Hũc saporẽ perdidim⁹ ab ipſo penè exortu gẽris nr̃i. Ex quo cordis palatũ ſenſu carnis pualẽte infecit uirus ſerpẽtis antiqui, cœpit animæ nõ ſapere bonũ,ac ſapor noxi⁹ ſubitrare. D Deniq; pni ſunt ſenſus hoĩs & cogitatiões in malũ ab adoleſcẽtia,hoc eſt ab inſipiẽtia primæ mulieris. Ita inſipiẽtia mulieris ſaporẽ boni excluſit,qa ſerpẽtis malitia mulieris inſipiẽtiam circũuenit. Sed unde malitia uiſa eſt uiciſſe ad tp̃s,inde ſe uictã dolet in æternũ. Nã ecce denuo ſapientia mulieris cor & corpus impleuit,ut q per fœminã deformati in inſipiẽtiã ſumus,per fœminã reformemur ad ſapiẽtiã. Et nunc aſsidue ſapiẽtia uincit malitiã in mẽtibus ad quas intrauerit,ſaporẽ mali quẽ illa inuexit, ſapore exterminãs meliori. Intrãs ſapiẽtia dum ſenſum carnis infatuat,purificat intellectũ,cordis palatũ ſanat & reparat. Sano palato ſapit iã bonũ,ſapit ipſa ſapiẽtia, qua in bonis nullũ meli⁹. Quàm multa fiũt bona,& nõ ſapiũt facientibus: ſiquidẽ nõ ſapore boni ad illa, ſed aut ratiõe aut qualicũq; occaſione ſeu neceſsitate impelluntur,& ecõtrario multis q faciũt non ſapiũt mala,ſed ad hæc inducunt aut metu aut cupiditate rei cuiuſpiã potius quàm ſapore mali. Qui autẽ tranſierũt in affectũ cordis,aut ſapiẽtes ſunt,& ipſo delectãtur ſapore boni: aut maligni ſũt,& ipſa cõplacet ſibi malitia,etiã nulla ſpe alterius cõmodi bladiente. Malitia uerò quid niſi ſapor eſt maliæ? A Beata mens quã ſibi totã uẽdicauit ſapor boni,& odiũ mali. Hoc reformari ad ſapiẽtiã eſt,hoc ſapiẽtiæ uictoriã feliciter experiri. Nã in quo euidẽtius ſapiẽtia uincere malitiã cõprobat, quàm eũ excluſo ſapore mali,q nõ aliud quàm ipſa malitia eſt,boni quidã intim⁹ ſapor mẽtis intima occupare tota ſuauitate ſentiẽs? Itaq; ad uirtutẽ ſpectat tribulationes fortiter ſuſtinere,ad ſapiẽtiã gaudere in tribulationib⁹. Cõfortare cor tuũ,& ſuſtinere dñm,uirtutis eſt: guſtare & uidere q̃ ſuauis eſt dñs,ſapientiæ eſt. Et ut magis ex pprio bono naturæ bonũ qd̃q; clareſcat, modeſtia animi pbat ſapientẽ,conſtãtia uirũ uirtutis oſtẽdit. Et bñ poſt uirtutẽ ſapiẽtia,q uirt⁹ ſit quoddã quaſi ſtabile fundamẽtũ ſup qd̃ ſapiẽtia ædificet ſibi domũ. Oportuit aũt p̃cedere notitiã boni,qa nõ eſt ſocietas luci ſapiẽtiæ,& tenebris ignorãtiæ. Oportuit & bonã uolũtate,qa in maliuolã animã nõ introibit ſapiẽtia. B Iã ſi in uolũtatis mutatione reddita immotuit animæ uita,in eruditione ſanitas,in uirtute ſtabilitas,in ſapientia poſtremo maturitas: ſupereſt ut decorẽ illi inueniam⁹,ſine quo ſpecioſo forma præ filiis hoĩm placere nõ põt. Deniq; audit,qa concupiſcet rex decorẽ tuũ. Quanta enumerauim⁹ animæ bona, dona uerbi,uolũtatẽ bonã,ſciẽtiã,uirtutẽ,ſapientiã,& nihil horũ uerbũ rex cõcupiſcere legit, ſed tñ concupiſcet, inquit,rex decorẽ tuũ. Ait ppheta. Dñs regnauit,decorẽ induit. Quidni imagini ſuæ pariter & ſpõſæ ſimile cupiat indumentũ? Tãto profectò ſibi charior illa,quãto ſimilior ſibi. In quo ergo animæ decor? an fortè in eo qd̃ honeſtũ dicit? Hoc interim ſentiam⁹ſi melius non occurrit. De honeſto aũt exterior interrogẽt cõuerſatio,nõ q̃ ex ea honeſtũ p̃deat,ſed per eã. Nã in cõſciẽtia & habitatione eius & origo. Siquidẽ claritatis eius,teſtimoniũ cõſciẽtiæ. Nihil hac luce clarius,nihil hoc glorioſius teſtimonio,cũ ueritas in mẽte fulget,& niẽs in ueritate ſe uidet. Sed qualẽ? Pudicã,uerecundã,pauidã,circũſpectã,nihil penitus admittentẽ quod enacuet gloriã cõſciẽtiæ atteſtãtis,in nullo conſciã ſibi qd̃ erubeſcat p̃ſentiã ueritatis, quo cogat auertere faciẽ quaſi cõfuſam & repercuſſam à lumine dei. Hoc planè,hoc illud decor̃ eſt qd̃ ſup oĩa bona animæ diuinos oblectat aſpect⁹, & nos noĩam⁹ ac diffiniim⁹ honeſtũ. Cũ aũt decoris huius claritas abũdantius intima cordis repleuerit, pdeat foras neceſſe eſt rãquã lucerna latẽs ſub modio,imo lux in tenebris lucẽs latere neſcia. Porrò effulgentẽ & ueluti qbuſdã ſuis radijs errũpentẽ mẽtis ſimulacrũ corpus excipit, & diffundit per mẽbra & ſenſus,quatenus oĩs inde reluceat actio, ſermo,aſpectus,inceſſus,riſus,ſi tñ riſus mixtus grauitate, & plenus honeſti. C Horũ & aliorũ profectò artuum ſenſumq; motus,geſtus & uſus cũ apparuerit ſerius,purus, modeſtus,totius expers inſolẽtiæ atq; laſciuiæ,tum leuitatis,tum ignauiæ alienus,æquitati aũt accõmodus,pietati officioſus: pulchritudo animæ palã erit, ſi tñ non ſit in ſpũ eius dolus. Pòt eñ fieri ut ſimulent oĩa hæc,& nõ ex abundãtia cordis taliter moueant. Et ut magis eluceat is animæ decor,ip̃m ſi placet honeſtũ in quo hũc locandũ cẽſuim⁹, diffiniat mẽtis ingenuitas ſolicita ſeruare cũ conſciẽtia bona famæ integritatẽ. Vel iuxta aplm, puidere bona nõ tñ corã deo,ſed etiã corã hoĩbus. Beata mens q̃ hoc ſe induit caſtimoniæ decus,& quẽdã ueluti cæleſtis innocẽtiæ candidatũ,per quẽ ſibi uẽdicet gl̃ioſam cõformitatẽ,non mũdi,ſed uerbi,de quo legit q̃ ſit cãdor uitæ æternæ,ſplẽdor & figura ſubſtãtiæ dei. D Ex hoc iã gradu audet q̃ hmõi eſt cogitare de nuptijs. Quidni audeat,eò ſe nubilẽ quò ſimilẽ cernẽs? Non terret celſitudo quam ſociat ſimilitudo, amor cõciliat,pfeſsio maritat. Profeſsionis forma hæc eſt: Iurauí & ſtatuí cuſtodire iudicia iuſtitiæ tuæ. Hanc ſecuti aplí aiebãt: Ecce nos reliquim⁹ oĩa,& ſecuti ſumus te. Simile eſt illud qd̃ in carnali quidẽ dicti,Chriſti & eccleſiæ cõnubiũ ſpiritale ſignauit: ꝓpter hoc relinquet homo patrẽ ſuum & matrẽ ſuã,& adhærebit uxori ſuæ: & erunt duo in carne una. Et apud pphetã gl̃iatio maritatæ. Mihi aũt adhærere deo bonũ eſt: ponere in dño deo ſpẽ meã. Ergo quã uideris animã relictis oĩbus uerbo uotis oĩbus adhærere: uerbo uiuere: uerbo ſe regere: de uerbo cõcipere quod pariat uerbo: quæ poſsit dicere, mihi uiuere Chriſtus eſt & mori lucrũ: puta cõiugẽ,uerboq; maritatã. Confidat in ea cor uiri ſui,ſciens fidelẽ,quæ præ ſe oĩa ſpreuerit,oĩa arbitretur ut ſtercora ut ſibi ipſum lucrifaciat. Talẽ nouerat de quo dicebat. Vas electiõis eſt mihi iſte. Prorſus pia mater & fidelis uiro ſuo aĩa Pauli cũ diceret: Filioli mei quos iterũ parturio donec formet Chriſtus in uobis. B Sed attẽde in ſpũali matrimonio duo eſſe genera pariẽdi: & ex hoc etiã diuerſas ſoboles,ſed non aduerſas: cũ ſanctæ mẽtes aut p̃dicãdo aĩas,aut meditãdo intelligẽtias pariũt ſpiritales. In hoc ultimo genere interdũ excedit & ſecedit etiã à corporeis ſenſibus,ut ſeſe nõ ſentiat q̃ uerbũ ſentit. Hoc fit cũ mens ineffabili uerbi illecta dulcedine,quodãmodo ſe ſibi furat,imo rapit atq; elabit à ſeipſa ut v̄bo fruat. Aliter ſanè afficit mens fructificãs uerbo,aliter fruẽs uerbo. Illic ſolicitat neceſsitas pximi,hic inuitat ſuauitas uerbi. Et quidem læta in ple mater,ſed in amplexibus ſpõſi lætior. Chara pignora filioru,ſed oſcula plus delectãt. Bonũ eſt ſaluare multos: excedere autẽ & cũ uerbo eſſe,multo iocũdius. At qñ hoc,aut quãdiu hoc? Dulce cõmerciũ,ſed breue momẽtũ, & experimẽtũ rarũ, hoc eſt qd̃ ſupra poſt alia memini me dixiſſe,quærere utiq; animã uerbũ quo fruat ad iocũditatẽ. C Pergat quis forſitã quærere à me etiã uerbo frui qd ſit? Rñdeo. Quærat potius expertũ à quo id ꝺrat. Aut ſi & mihi experiri daret,putas me poſſe eloqui quod ineffabile eſt? Audi expertũ: Siue,inquit,mẽte excedim⁹ deo,ſiue ſobrij ſumus uobis: hoc eſt. Aliud mihi cũ deo,ſolo arbitro deo: aliud uobiſcum mihi. Illud licuit experiri,ſed minime log. In hoc ita cõdeſcẽdo uobis,ut & ego dicere,& uos capere ualeatis. O quiſquis curioſus es ſcire qd ſit hoc uerbo frui,para illi nõ aurẽ,ſed mentẽ. Nõ docet hoc lingua: ſed docet gratia. Abſcõditur à ſapiẽtibus & prudẽtibus,& reuelatur paruulis. Magna fratres,magna & ſublimis uirtus humilitas,

Eccleſ.38.
Gene.8.
Pſal.33.
Prouc.9.
Pſal.44.
Pſal.92.
Sapiẽ.7.
Heb.4.
Pſal.118.
Matt.19.
Epheſ.5.
Pſal.72.
Matth.11.
Matth.5.
Ioan.1.
Actuũ 9.
Gala.4.
2.Cor.8.
2.Cor.5.
Nota.

humilitas, quæ promeretur quod non docetur, digna adi
pisci quod nō ualet addiscī, digna à uerbo & de uerbo cō
cipere quod suis ipa uerbis explicare nō potest. Cur hoc
non quia sit meritum, sed quia sic placitum corā patre uer
bi sponsi animæ Iesu Christi domini nostri, qui est super
omnia deus bene dictus in secula. Amen.

¶ *De cautela & uerecundia sponsæ quærentis uerbum: & de com*
mendatione uerecundiæ. Sermo LXXXVI. D

NOn est quod à me iam quæratur cur quærat ani
ma uerbum, satis supercq; id intimatum supra.
Age prosequamur reliqua præsentis capituli,
duntaxat quæ ad mores spectant. Vbi primam
nunc aduerte sponsæ uerecūdiam, qua nescio an quicquā
gratius aduerti in moribus hominum queat. Hanc primo
omnium libet quodammodo in manibus sumere, & quasi
speciosum quendam florem decerpere loco, nostrisq; ap
ponere adolescentibus. Non quia non sit & in prouectio
ri ætate omni studio retinenda, quæ est certè omnium or
natus ætatum: sed quòd tenere gratia uerecundiæ in tene
riori ætate amplius pulchriusq; deceat. Quid amabilius
uerecundo adolescente, quàm pulchra hæc & quàm splen
dida gemma morum in uita & uultu adolescentis, quàm
uera & minime dubia bonæ numcia spei, bonæ indolis in
dex? Virga disciplinæ est illi qui pudendis affectibus im
minens, lubricæ ætatis motus actusq; leues coerceat, com
primat insolētes. Quid ita turpiloquij & omnis deinceps
turpitudinis fugitans? soror continentiæ est. Nullū æque
manifestum indiciū columbinæ simplicitatis: & ideò etiā
testis innocentiæ. Lampas est pudicæ mentis iugiter lu
cens, ut nil in ea turpe uel indecorum residere attemptet,
quod non illa illico prodat. Ita expunctrix malorum, &
propugnatrix puritatis innatæ, specialis gloria conscien
tiæ, & famæ custos, uitæ decus, uirtutis sedes, uirtutum
primitiæ, naturæ laus, & insigne totius honesti. Rubor
ipse genarum quem fortè inuexerit pudor, quantum gra
tiæ & decoris suffuso afferre uultui solet? Vsq; adeò genui
num animi bonum uerecundia est, ut & qui male agere nō
uerentur, uideri tamen uerecundentur, dicente domino:
Ioan.3. Omnis qui male agit odit lucem. Sed & qui dormiunt, no
cte dormiunt: & qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt: opera nimi
rum tenebrarum & digna latebris, tenebris occultantes.
Interest tamen quòd occulta dedecoris, quæ uerecundia
horum non habere sed prodere erubescit, sponsæ uerecū
dia omnino non operit, sed expuit, sed propellit. B Idcir
Eccles.4. co ait sapiens. Est pudor adducens peccatum, & est pudor
adducens gloriam. Quærit sponsa uerbum uerecūde qui
dem, quia in lectulo, quia per noctes: sed hæc uerecūdia ha
bet gloriam, non peccatum. Quærit hoc ad purificationē
2.Cor.1. conscientiæ: quærit ad testimonium, ut possit dicere: Glo
Cantic.3. ria mea hæc est, testimonium conscientiæ meæ. In lectulo
meo per noctes quæsiui quem diligit anima mea. Verecun
dia tibi, si aduertis, & loco signatur & tempore. Quid tam
amicum uerecundo animo quàm secretum? Porrò secre
Matth.6. tum & nox & lectulus habet. Denicq; orare uolentes iube
mur intrare cubiculum: uticq; secreti gratia. Id quidem ad
cautelam: ne coram orantibus laus humana orationis fu
retur fructum, frustretur effectum. Sed doceris nihilomi
nus uerecundiam sententia hac. Quid tam proprium ue
recundiæ quàm proprias uitare laudes, uitare iactantiam?
Patet quòd signanter & ad uerecundiam orantibus pete
re secretum indixerit pudoris filius & minister. Quid tam
indecorum maxime adolescenti quàm ostentatio sanctita
tis? Cum tamen ab hac potissimum ætate aptum profectò
capiatur temporaneumq; religionis exordium, Hieremia
Threñ.3. dicente: Bonum est homini si portauerit iugum domini,
ab adolescentia sua. Bona commendatio securturæ oratio
Psal.118. nis, si præmittas uerecūdiam, dicens: Adolescentulus sum
ego & contemptus, iustificationes tuas non sum oblitus.
¶ Nec modo locum & tēpus obseruare oportet eum qui
sibi orare uoluerit. Tempus feriatū commodius aptiusq;
maxime autem cum profundum nocturnus sopor indicit
silentium, tunc planè liberior exit puriorq; oratio. Con Threñ.2.
surge in nocte, inquit, in principio uigiliarum tuarum, &
effunde sicut aquam cor tuum ante cōspectum domini dei
tui. Quàm secura ascēdit de nocte oratio, solo arbitro deo,
sanctoq; angelo qui illam superno altari suscipit præsentā
dam. Quàm grata & lucida uerecundo colorata rubore.
Quàm serena & placida nullo interturbata clamore uel
strepitu. Quàm denicq; munda atq; syncera nullo respersa
puluere terrenæ solicitudinis, nulla aspicientis laude seu
adulatione tentata. D Propter hoc ergo sponsa non mi
nus uerecunde quàm caute & lectuli secretum petebat &
noctis, orare hoc est uerbum quærere uolens. Vnum est
enim. Alioquin non recte oras, si orando præter uerbum
aliquid quæras, aut quod propter uerbum non quæras,
quoniam in ipso sunt omnia. Ibi remedium uulnerum, ibi
subsidia necessitatum, ibi resarcitus defectuum, ibi prose
ctuum copiæ, ibi denicq; quicquid accipere uel habere ho
minibus expedit, quicquid decet, quicquid oportet. Sine
causa ergo aliud à uerbo petitur, cū ipsum sit omnia. Nam
& si ista tēporalia cum necesse est postulare uidemur, si uer
bum in causa est (ut quidem dignum est) nō utiq; illa, sed
hoc potius quærimus, propter quod alia postulamus. No
runt hoc qui omnē usum harum rerū ad promerendū uer
bum dirigere consueuerūt. Non pigeat tamē scrutari ad
huc secreta lectuli huius & temporis, si fortè in his aliquid
lateat spiritale quod uenire ad medium prosit. Et si placet
sentire lectuli quidē nomine humanā figurari infirmitatē,
nocturnis autē tenebris ignorantiā æque humanā: conse
quens est & congruū satis ut dei uirtus & dei sapiētia uer
bum, contra utrūq; originale malū instantius requiratur.
Nēpe quid conuenientius quàm ut infirmitati uirtus, igno
rantiæ sapiētia opponatur? Et ne quid simpliciorum cor
dibus de hac interpretatione resideat dubiū: audiāt quid
super hoc sanctus propheta dicat. Dominus opem ferat il Psal.40.
li super lectum doloris eius: uniuersum stratū eius uersasti
in infirmitate eius. Atq; id quidē de lectulo. Iam de igno
rantiæ nocte quid manifestius quàm quod in alio idetidē
loquit psalmo: Nescierūt neq; intellexerūt, in tenebris am Psal.81.
bulant: pro certo exprimens ipsam in qua nati sunt totius
humani generis ignorantiā. Ipsa est (ut opinor) cui se bea
tus apostolus fatetur natum, & gloriatur ereptum, dicens:
Qui eruit nos de potestate tenebrarum. Vnde & dicebat: Colloc.1.
Non sumus filij noctis neque tenebrarum. Item ad omnes Ephes.5.
electos: Vt filij, inquit, lucis ambulate.

¶ *Explicium sermones.* LXXXVI. *beati Bernardi super*
Cantica: quos morte præuentus non compleuit.

¶ *Sequuntur eiusdem epistolæ.*

¶ *Miraculum de prima epistola.*

FRater Robertus sancti uiri monachus & secun
dum carnem propinquus, in adolescentia sua
quorundam persuasione deceptus, Cluniacum
sese contulerat. Venerabilis autem pater postea
quàm aliquādiu dissimulauit, eundem fratrem statuit per
epistolam reuocare. Quo dictante uenerabilis Vuillhel
mus Ricuallis postea monasterij primus abbas in mem
brana scribēs, eandem excipiebat epistolam. Erant autem
pariter sub dio sedentes (ad dictandum quippe secretius
septa monasterij egressi fuerant) subito autem inopinatus
imber erupit: & is qui scribebat (sicut ipso referente didi
cimus) chartam reponere uoluit. Ad quem pater sanctus:
Opus inquit dei est, scribere ne timeas. Scripsit ergo epi
stolam in medio imbre sine imbre. Cum enim undiq; plue
ret, chartam expositam uirtus operuit charitatis: & quæ
dictabat epistolam, schedulam quoq; pariter conseruabat.
Et hæc quidem epistola ob tam grande miraculum in co
dice epistolarum eius à fratribus non immerito prima est
ordinata.

Universidad de Deusto Biblioteca

INCIPIVNT EPISTOLAE DIVI BERNARDI ABBATIS.

¶ *Epistola prima ad Robertum nepotem suum: qui de ordine Cisterciensi transierat ad Cluniacum.*

SATIS ET PLVS QVAM satis sustinui dilectissime fili Roberte si fortè dei pietas & tuam per se, & meam per te animam dignaretur inuisere: tibi scilicet inspirando salutarē compunctionem: mihiq; de tua salute lætitiam. Sed quoniā usq; adhuc frustratum me cerno ab expectatione mea: iam non ualeo tegere dolorem meum, anxietatē reprimere, dissimulare tristitiam. Vnde & cōtra iuris ordinem cogor reuocare læsus, eum qui me læsit: spretus requirere cōtemptorē: iniuriam passus, iniuriatori satisfacere: rogare deniq;, à quo rogari debueram. B Dolor quippe nimius non deliberat: non uerecundat: non consulit rationē: non metuit dignitatis dammum: legi nō obtemperat: iudicio nō acquiescit: modum ignorat & ordinē: id oīnimodo & solūmodo satagēte animo, quo uel careat quod se dolet habere, uel habeat quo se dolet carere. At inquis, nec læsi quēpiā, nec spreui: sed spret⁹ potius ego, ac multipharie læsus, tm̄ fugi malefactorē meum. Cui iniuriam feci si iniurias fugis? An nō expedit cedere persecutori quàm resistere: fugere feriētē quàm referire? Rectè. Assentio. Non ut contenderē cœpi hæc: sed ut contētionē dirimerem. Fugere persecutionē non est culpa fugientis, sed persequētis. Non cōtradico. Omitto quod factum est: non requiro cur uel quomodo factū est: culpas non discutio: non retracto causas: nō recordor iniurias. Solēt enim hæc magis īstigare quàm mitigare discordias. Solū quod mihi magis est cordi, loquor. Me miserū q̄ te careo, q̄ te non uideo, q̄ sine te uiuo: p̄ quo mori, mihi uiuere est: sine quo uiuere, mori. Nō igitur quæro cur abieris: sed q̄ iam non redieris, queror. Non causas discessionis, sed moras causor regressionis. Veni tantū, & pax erit. Reuertere, &
Lucæ 15. satisfactū est. Redi inquā redi: & lætus cantabo: Mortuus fuerat, & reuixit: perierat, & inuentus est. C Fuerit certè meæ culpæ quod discessisti: delicato quippe adolescētulo austerus extiterā: & tenerum durus nimis inhumane tractaui. Hinc enim & præsens quondā aduersum me (quantum meminī) murmurare solebas: hinc & nunc (sicut audiui) etiā absenti derogare non cessas. Non tibi imputet. Possem forsitan excusare & dicere: quia sic lasciui pueritiæ motus coercēdi erant: ac rudibus annis debebantur aspera illa disciplinæ districtioris initia: scriptura attestante
Prou. 23. quæ ait: Percute filium tuum uirga: & liberabis animam
Hebr. 12. eius à morte. Et rursum: Quos enim diligit dns corripit:
Prou. 27. flagellat autem omnem filium quem recipit. Et illud: Vtiliora sunt uerbera amici: quàm oscula inimici. Sed fuerit (ut dixi) meæ culpæ quod discessisti: ne dū de reatus perpetratione contēditur, emendatio retardet. At uerò hinc uel proculdubio incipiet esse & tuæ, si non parcas pœnitētiæ, indulgeas confitēti: quia potui quidem aliquādo in aliquibus fuisse erga te indiscretus: sed certè non maleuolus. Quod si & in futuro hāc ipsam indiscretionē meam suspectam habes: noueris me iam non esse qui fueram: quia nec te puto fore qui fuisti. Mutatus mutatū inuenies: & quem ante metuebas magistrū: comitē amplectere securus. Itaq; siue mea culpa recesseris (ut tu putas, & ego non excuso) siue tua (ut multi putāt, etsi ego nō accuso) siue mea simul & tua (quod ego magis puto) ex hoc iam si redire renueris: solus profectò inexcusabilis eris. A Vis ab omni culpa liber esse? Reuertere. Si tuā agnoscis, ignosco. Ignosce & tu mihi: ubi meam agnosco. Alioquin, aut tibi nimis indulges, qui tuam culpā & agnoscis & dissimulas: aut mihi nimis immisericors es, cui nec satisfacienti ignoscendum putas. Iam si redire recusas: aliam quære occasionem unde falso blandiaris conscientiæ tuæ: quia non erit ultra quod formidare debeas de rigore districtionis meæ. Neq; enim formidandū est q̄ futurus sim præsenti formidolosus: cui adhuc absenti iam toto sum corpore prostratus, totis astrictus uisceribus. Humilitatē exhibeo, charitatē promitto, & tu times? Intrepidus ueni quo te uocat humilitas: pertrahit charitas. Securus accede: talibus præuentus obsidibus. Fugisti sæuū: reuertere ad mansuetū. Reuocet te mea lenitas: cuius sæueritas effugauit. Vide fili qua te cupiam duci: nō spiritu seruitutis iterum in timore, sed spiritu adoptionis filiorū, in quo clamare & tu nō confundaris, abba pater: causam utiq; tanti doloris mei non minis apud te, sed blandimentis, precibus, non terroribus agens. Alius forsitan aliter tentaret. Et uerè quis alius non magis discuteret reatum, & incuteret metū: non opponeret uotum, & proponeret iudiciū: non argueret inobediētiæ, non indignaretur apostasiæ: q̄ de tunicis ad pellicias, de oleribꝰ ad delicias, q̄ deniq; ad diuitias de paupertate trāsieris? Sed ego nouī animū tuū: qui facilius possit amore flecti, quàm timore compelli. Deniq; quid necesse est bis pungere non recalcitrātem: ualde timidum magis exterrere: per se satis erubescentem confundere amplius: cui sua ratio magister, cui propria conscientia uirga, & ingenita uerecundia lex disciplinæ est? C Quòd si cui mirum uidetur, quomodo puer uerecundus, simplex, timoratus, ausus fuerit contra uoluntatem fratrū, magistri imperiū, regulare decretum, suum deserere & uotum & locū: miretur etiam q̄ & Dauid sanctitati subreptum sit, q̄ sapientiæ Salomonis illusum, q̄ Sanson fortitudini obuiatū. Qui pthoplastū dolo captū expulit de patria felicitatis: quid mirū si tenero subripuit adolescentulo in loco horroris & uastæ solitudinis? Huc accedit quod nec sicut illos Babylonicos senes, species decepit eum, nec sicut Giezi pecuniæ amor: nec honoris ambitio, sicut Iulianū apostatā: sed fefellit illum sanctitas, seduxit religio, perdidit auctoritas seniorum. Quæris quomodo? Primo quidē missus est magnus quidam prior ab ipso principe priorū: foris quidē apparens in uestimētis ouiū: intrinsecus autē lupus rapax. Deceptisq; custodibus, æstimantibus quippe ouem esse: uæ uæ admissus est solus ad solam lupus ouiculam. Nec refugit ouicula lupū: quem & ipsa putabat ouem. Quid plura? attrahit, allicit, blāditur: & nouī euangelij prædicator commendat crapulam, parcimoniam damnat: uoluntariam paupertatem miseriam dicit. Ieiunia, uigilias, silentium, manuumq; laborem, uocat insaniam. Econtra: ociositatem, contemplationem nuncupat: edacitatē, loquacitatē, curiositatē, cunctam deniq; intemperantiā nominat discretionē. Quādo, inquit, delectatur deus cruciatibus nostris? Vbi p̄cipit scriptura quēpiā sese interficere? Qualis uerò religio est fodere terrā, siluam excidere, stercora comportare? Nunquid non sentētia ueritatis est: Misericordiam uolo, & non sacrificium? Et: Nolo mortem peccatoris: sed magis ut conuertatur & uiuat. Matth. 9. Ezech. 18 Et: Beati misericordes: q̄m ipsi misericordiā consequētur. Matth. 5. Vt quid uerò deus cibos creauit: si non liceat māducare? Vt quid nobis corpora dedit: si prohibeat sustentare? Deniq; qui sibi nequā: cui bonus? Quis unquā sanum sapies, carnem suam odio habuit? Talibus tandē allegationibus male credulus puer circumuentus seducitur: seductorē sequitur: Cluniacum ducitur, tōdetur, raditur, lauat, exuit, rusticanis, uetustis, sordidis, induit preciosis nouis ac nitidis: & ita in conuētum suscipitur. Sed cum quali putas honore? Cum quo triumpho? Cum quanta reuerentia? Defertur ei super oēs coetaneos suos: & tanquā uictor rediēs à pugna, sic laudatur peccator in desideriis animæ suæ. Sustollitur in altū: statu nō mediocri collocatur: ita ut multis senioribus prælatus sit adolescēs, fauet, blanditur, congratulat ei uniuersa fraternitas: exultant oēs tanquā uictores capta præda q̄n diuidūt spolia. O Iesu bone: quàm multa facta sunt p̄ unī⁹ animulæ pditione? Cuius ad hæc quantū libet robustū pectus nō emolleseceret? Cuius interior quā-

Psal. 9.

Esaiæ 9.

tūuis

tuus spiritualis oculus nō turbaret: Cui inter talia ad suā licebat recurrere cōsciam: Quis denicp in tāta pōpa uel ueritatē ualeat agnoscere: uel obtinere humilitatē? B Nititur interea pro eo romā: aplica cōpellat auctoritas: & ut papa non neget assensum: suggeritur ei infantē olim à parentibus oblatū fuisse monasterio. Non fuit qui refelleret: nec em̄ cōtradictor est expectat9: iudicatū est de parte: ab iudicatū absentib9. Iustificati sunt q iniuriā fecerunt: excidérunt à causa qui passi sunt: absq; satisfactiōe absoluitur reus: firmat privilegio crudeli nimium clemēs suā absolutionis: quo reportato cōfirmaret fluctuāti male suasa stabilitas: securitas dubitanti. Et hic tenor literarū: hæc iudicū summa: hæc totius causæ diffinitio, ut teneāt qui tulerūt, fileant qui amiserunt. Inter hæc autem pereat aīa pro qua xps mortu9 est: & hoc qa cluniacēses uolunt. Fit professio super professionē: uouet qd̄ non soluet: proponit qd̄ non tenebit. Et cū primū pactum irritū factū sit: i secūdo geminat præuaricatio: & sit supra modū peccās pactū. Veniet ueniet q male iudicata reiudicabit: illicite iurata confutabit: qui faciet iudiciū iniuriā patientibus: q iudicabit i iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ. C Veniet pro certo qui per prophetā minat, in psalmo dicēs. Cū accepero tps: ego iustitias iudicabo. Quid faciet de iniustis iudicijs: qui ipsas q̄q̄ iustitias iudicabit? Veniet inquā, ueniet dies iudicij: ubi plus ualebunt pura corda, quàm astuta uerba: & cōscia bona, quàm marsupia plena, quandoquidē iudex ille nec fallet uerbis, nec flectet donis. Tuū dñe iesu tribunal appello: tuo me iudicio seruo: tibi cōmitto causam meā. Dñe deus sabaoth qui iudicas iuste, & probas renes & corda: cuius oculi sicut fallere nolunt: ita falli non pñt: tu uides, qui tua: uides, qui ēgrunt & sua. Tu nostri qbus ei uiscéribus in cūctis tētationibus suis semp affuerim: quātis pro eo gemitibus aures tuæ pietatis pulsauerim: qualiter ad quæq; illius scandala, perturbationes, molestias ego urebar, torquebar, affligebar. Et nūc timeo ne frustra. Puto em̄: quātū expertus sum: adolescentis per se satis feruētis & insolescētis nec corpori talia expedire fomēta: nec menti illa glīæ tētamenta. Itaq; arbiter meus dñe iesu: de uultu tuo iudiciū meū prodeat: oculi tui uideāt æquitatē. Videāt & iudicēt quid potius stare debuerit: an uotū pfis de filio: an filij de seipso: pīsertim cū filius aliqd maius deuouerit. D Videat & famulus tuus legislator noster Benedict9: qd regularius fuerit: utrū qd̄ factum est de infantulo nesciente ipso: an quod ipse per se postmodū prudens & sciens fecit: cum iā ætatem haberet ut de se loqueretur. Quāquā dubiū nō sit promissum illū fuisse, nō donatū. Nec enim petitio quā regula præcipit, pro eo facta fuit à parentibus: nec manus illius cū ipsa petitione inuoluta palla altaris: ut sic offerret corā testibus. Ostenditur deinde terra quæ cum illo & pro illo dicitur data fuisse. Sed si cum terra eī receperunt: cur non & cum terra eum retinuerūt? An fortè requirebant magis datum quàm fructum: & pluris æstimata est terra quàm aīa? Alioquin oblatus monasterio, quid q̄rebat in seculo? Nutriendus deo: cur expositus erat diabolo? Ouis xpi: cur inuēta est patere morsibus lupi? De seculo qppe: nō de cluniaco: te teste Roberte ueniſti cistercium. Quæsisti, petisti, pulsasti: sed tui adhuc teneritudine, te licet inuito, dilatus es p biennīū. Quo tempore patienter expleto: & absq; calumnia: tuis demum pcibus: multisq; si meministi lachrymis: diu expectatā impetrasti miam: & quē satis desideraueras ingressum, obtinuisti. Post hæc per annum iuxta regulam in oi patiētia probatus: perseueranter & sine querela conuersatus: post annū spōte professus: tunc primum seculari ueste reiecta, religiōis habitū suscepisti. O insentate puer, qs te fascinauit non soluere uota tua: quæ distinxerunt labia tua? An nō uel ex ore tuo iustificaberis, uel ex ore tuo condemnaberis? Quid de parentis uoto solicitus es, negligens tui: cum ex ore tuo non illius habeas iudicari: tuo rū non illius uota labiorū exigendus sis? B Et quid tibi frustra quispiā blanditur de absolutiōe apostolica cuius conscientiā diuina ligata tenet sniā? Nemo, inquit, mittēs manum suā ad aratrum & respiciēs retro: aptus est regno dei. Nunqd & hoc persuadebunt nō esse retro respicere q dicunt tibi euge euge? Filiole: si te lactauerint pctōres, ne acquiescas eis. Noli credere oī spūi. Sint tibi multi necessarij: unus autē sit tibi consiliarius de mille. Tolle occasiones: respue blandimenta: adulationibus claude aures: te interroga de te: qa tu te melius nosti quàm alius. Attende cor tuū, discute intentionē, consule ueritatē: tua tibi conscientia rñdeat cur abieris, cur ordinem tuum, cur fratres, cur locū, cur me, qui & tibi propinquus carne, & propinquior spū sum, deseruerīs. Si ut artius, ut recti9, ut pfectius uiueres: securus esto, qa non retro aspexisti, sed & gl'are cū apostolo dicens: Quæ retro oblitus, & ad ea q̄ ante sunt extentus: sequor ad palmā gloriæ. Sin aliàs: noli altum sapere, sed time: qm̄ cut cū uenia tui dixerim) quicquid tibi amplius indulges in uictu uestitucp superfluo: in uerbis ociosis, in uagatione licētiosa & curiosa, quam uidelicet promisisti quam apud nos tenuisti: hoc proculdubio retro aspicere est, puarícari est, apostatare est. Et hæc dico fili non ut te confundā, sed ut tāquā filiū charissimū moneam: qa & si multos habeas in xpo pedagogos, sed nō multos patres. Nā si dignaris: & uerbo & exēplo meo in religionē ego te genui. Nutriui deinde lacte qd̄ solū adhuc paruulus capere poteras: daturus & panē, si expectares ut grandescerēs. Sed heu quàm ppropere & intempestiue ablactat9 es. Et uereor ne totū qd̄ fouerā blandimentis, roborauerā adhortationib9, orationib9 solidaueram: iāiamcp euanescat, deficiat, pereat, & lugeā miser non tā casū laboris damnum, quàm dānatæ sobolis miserabilem casum. Placétne tibi q̄ ali9 nunc gl'ietur de te, q nihil utiq; laborauit in te? Simile mihi contigit qd̄ & illi meretrici apud salomonē: cui uidelicet paruulus suus ab altera q̄ suū à se oppressum extinxerat: furtim sublatus est. Tu quoq; de sinu mihi & utero abscisus es. Ablatū gemo: repeto uiolēter auulsum. Non possum oblíuiscí uiscera mea. Quorū nimirum parte detracta non modica: non pōt nisi torqueri pars relíqua. Veruntamen quo tuo cōmodo, qua tui necessitate hoc nobis moliti sunt amici nri? quor̄ man9 sanguine plenæ sunt? quorum aīam meā pertrāsiuit gladi9: quorū dentes arma & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus. Nā utiq; mihi si in aliquo unquā eos offenderā (qd̄ utiq; mihi conscius non sum) plenā prorsus rependerē uicē. Mirū uerò si non plus talione recepi: si uidelicet tale aliqd in eos deliqsse potui, quale nūc ab eis pertuli. Nam ut uerum fatear: non os de ossibus meis, uel carnem de carne mea, sed tulerunt mihi gaudiū cordis mei, fructū spūs mei, coronā spei meæ: & uelut mihi sentire uideor aīæ meæ dimidium. Vt quid hoc? Fortè miserti sunt tui: & cæco cæcū ducēti indignātes: ne perires post me, in suū te transtulere ducatum. O molesta charitas, ò dura necessitudo. Tantum tuam dilexere salutem: ut in meam impingerēt. Nisi me perempto: tu saluari non poteras? Et utinam ipsi te absq; me saluēt. Vtinam & si ego moriar, uel tu uiuas. D Sed quid? Salus ergo magis in cultu uestium, & ciborum est opulentia: quàm in sobrio uictu uestitucp moderato? Si pellicíæ lenes & calidæ, si panni subtiles & preciosi, si longæ manicæ, & amplum capucium, si opertorium siluestre, & molle stamineū, sctm̄ faciunt: qd moror & ego q̄ te nō sequor? Sed hæc infirmantium sunt fomenta, non arma pugnantium. Ecce enim qui mollib9 uestiuntur, in domibus regū sunt. Vinū & similia, mulsum & pinguia corpori militant: nō spūi. Frixuris nō aīa saginatur, sed caro Multi in ægypto fratres. Multo tēpore deo sine piscibus seruierunt. Piper, zinziber, cyminū, saluia, & mille hmōi species salsamētorū: palatum quidem delectāt: sed libidinem accedunt. Et tu mihi in his securitatem pones? tu cum hmōi tutam duces adolescentiam? Prudenter sobriecp conuersanti, satis est ad omne condimentum sal cum fame. Qua sola non expectata: necesse est aliàs atq; aliàs de nescio quibus succis extraneis confici permixtiones, q̄ uidelicet palatiū reparent, gulā prouocent, ex-

Psal.16. Ioan.9. Psal.145. Esaiæ 11. Psal.74. Luc. 9. Prouer.1. 1.Ioan.4. Eccles.6. Philip.3. 3.Regū 3. Esaiæ 1. Psal.56. Matth.11. Nota.

Universidad de Deusto Biblioteca

etēt appetitū. B Sed qd faciet, inquís, qui aliud nō pōt? Bene. Scio qa delicatus es: & q̄ his assuet? mō duriora nō possīs: sed quid si potes facere ut possīs? Quæris quō? Surge, p̄cingere, tolle ociū, exere uires, moue brachia, cōplosas explica manus, exercitare in aliquo: & statim sentíes sola te appetere que famem tollant, non fauces demulceant. Redder q̄ppe sapores rebus exercitiū: quos tulit inertia, multa q̄ respuís ociosus, post laborē sumes cum desiderio. Siquidē ociū parit fastidiū: exercitiū famē. Fames autē miro mō dulcia reddit: q̄ fastidium facit insipida. Olus, faba, pultes, panis q̄z cibarius cum aqua, quiescenti quidem fastidio sunt: sed exercitato magnæ uidētur deliciæ. Iam forte tunícis dissuetus exhorres nimiꝝ eas: tā ꝓpter hyemis
Iob.6. frigus, quàm ꝓpter æstatis ardorē. Sed nunqd legísti: Qui timet pruinā, ueniet super eum nix? Vigílias times & icíunia, manuumq̄z laborē. Sed hæc leuia sunt meditanti flammas perpetuas. Recordatio deinde tenebrarū exteriorū facit non horrere solitudinē. Si futuram cogitas de uerbis
Mat.12. ociosis discutionē: non ualde displicebit silentium. Fletus
Eiusd.13. æternꝰ & stridor ille dentiū añ cordís oculos reductꝰ: pares tibí reddet mattā & culcitrā. Deniq; si totum de nocte quod regula præcipit bene ad psalmos uigilaueris, nimis durus erit lectus in quo quiete nō dormías. Si tātū in die quātū professus es manibꝰ laboraueris: durus erit cibus quē libenter nō comedas. C Surge miles xp̄i, surge, excutere de puluere, reuertere ad prælium unde fugísti: fortius post fugam p̄liaturus, gloriosius triumphaturus. Habet quidē xp̄s multos milites q fortíssime cœperunt, stetерunt, uicerunt: paucos autem qui de fuga conuersi rursus se periculo ingesserint quod declinauerant: rursus fugarint hostes quos fugiebāt. Et qa oē rarū p̄ciosum: gaudeo te de illís posse esse qui quāto rariores, tanto apparebunt gloriosiores. Aliàs autē si multū timídus es, cur uel times ubi nō est timor: nō autē times ubi magís est timēdū? An qa fugísti ex acie: putas te manus hostiū euasisse? Libentiꝰ te insequitur aduersarius fugientem, quàm sustineat repugnantē: & audacius insistit à tergo, quàm resistat in faciē. Securꝰ nūc proiectis armís, capís matutinos somnos, cū illa hora xp̄s resurrexerit: & ignoras q̄ exarmatus & tu timidior, & hostibus minus timendus sis? Armatorū multitudo circunuallauerunt domum: & tu dormis? Iam ascendunt aggerē: iā dissipant sepem: iā irruunt per posticū. Tu tiusne est ergo tibí, ut te inueniāt solū quàm cum alijs? nudū in lectulo quàm armatū in cāpo? Expergíscere, sume arma, & fuge ad cōmilitones tuos quos fugiens deseruerας: ut qui te ab eís disiunxerat, ipse te denuo timor iungat. Quid armorū refugís pondꝰ & asperitatē delicate miles? Aduersarius instans & circunuolantia spicula facient clypeū non esse oneri: loricam non sentíri uel galeā. Et quidē subito procedēti de umbra ad solē, de ocio ad laborē: graue cernís oē quod incipit. Sed postquā ab his dissuescere, & ad illa se paulisper assuescere cœperit, usus tollit difficultatem: inuenitq̄z facile esse, quod impossibile ante putauit. Solent etiam fortíssimi milites audita buccina ante congressum trepidare. At ubí ad prælium uētū fuerit: spes uictoriæ, & timor ne uincantur, reddit intrepidos. Quid uerò tu trepidas? quē fratrū unanimitas armatorū circūuenиet, cuí angelí assistēt à latere: quē dux bellí xp̄s præibit,
Ioan.16. suos animans ad uictoriam, & dicens: Confidite ego uici
Rom.8. mundū. Si xp̄s pro nobís, quís cōtra nos? Securus potes pugnare ubí securꝰ es de uictoría. B O uerè tuta pro xp̄o & cū xp̄o pugna: in qua nec uulneratus, nec prostratus, nec conculcatus, nec miles si fierí possit occísus fraudaberís à uictoría: tātum ne fugias. Sola causa qua perdere possis uictoriā, fuga est. Fugiendo potes illam amittere, moriendo non potes: & beatus si pugnādo morīaris: qa mortuus, mox coronaberís. Væ autē tibí si declinādo pugnā, perdis & uictoriā simul & coronam. Quod ipse auertat à te fili dilectíssime, qui in iudicio de his meis literís maiorē tibí habet inferre dānationē, si nullam ex eís in te repererit emendationem.

¶ *Ad fulconem puerum postea Lingonensem archidiaconum.* EPistola. II.

BOnæ indolis adolescēti Fulconi: frater Bernardus p̄ctōr, inde lætarí in adolescentia unde in senectute nō pœniteat. ¶ Non miror si miteris: sed miror si nō miteris unde mihi ad te scribere uelie, ciue rustic⁹, scholastic⁹ monach⁹: cū nulla hinc tibí occasio necessaría occurrat: nulla se rō patens oñdat. At si attenderís qđ scriptū legís: Sapientib⁹ & insipiētib⁹ debitor sum: & illud: Charitas non q̄rit q̄ sua sunt: forsitā in- Rom.1.
telliges quicqd illa iusserit, nō esse p̄sumptū. Charitas eñ I.cori.13.
ad te obiurgandū me compulit, q̄ tibí cōdolet, quāuis nō dolenti: q̄ tibí miseret, licet non miserabilí. Et inde magis dolet, q̄ cū sis dolend⁹, non doles: & inde magis miseret, q̄ cum miser sis, miserabilis nō es. Nec frustra forsitan tibí cōpatitur, dūmodo patienter tu audías unde cōpatiatur. Vult te tuū sentire dolorē, ut iā non habeas unde dolere: uult te tuā scire miseriā, ut incipías miser non esse. C O bona mater charitas: q̄ siue foueat infirmos, siue exerceat prouectos, siue arguat inquietos, diuersis diuersa exhibens: sicut filios diligit uniuersos. Cū te arguit, mitis est: cū blanditur, simplex est. Pie solet sæuire, sine dolo mulcere, patiēter nouit irasci, humiliter indignarí. Ipsa est quæ hoim mater & angelorū: nō solū q̄ in terrís, sed etiā que in cælo sunt pacificauit. Ipsa est quæ deū hoī placans: hoīem deo recōciliauit. Ipsa est mi Fulco: q̄ fratres illos cū quib⁹ olim dulces capiebas cíbos: habitare facit unius moris in domo. Hæc talis tamq̄z honorabilis mater à te se quéritur offensam, expostulat læsam. Læsa tñ nō ꝓuocat: sed spreta te reuocat: ostendens tibí in te de se ueraciter scriptū esse. Charitas patiens est benigna est. Licet læsa, licet offensa, si I.cori.13.
cōuersus fueris ad illam: obuiabit tibí quasi mater honorificata. Cōtemptus oblita suí ruet in amplexum tuí: gau- Luc.15.
dens quē perdíderat esse inuentū: quí mortuus fuerat uiuum. Sed in quo inquis læsa? in quo contēpsit? Audi. In eo proculdubio, q̄ te quē sinu suo lacte nutriendum materno susceperat, añ tp̄s ablactastí: q̄ expertā lactis dulcedinē in quo posses crescere in salutē, tā leuiter, tā celeriter exulastí. D O puer insensate? O puer magis sensu quàm ætate: qs te fascinauit à bene incepto itinere tā cito discedere? Gene.3.
Auunculus inquies. Sic adam quondā uxorem, uxor serpentē ad excusandas excusationes in pctis prætendebāt. Vterq̄z tñ suæ culpæ dignam excepit sniam. Nolo decanum accuses: nolo te per illū excuses. Inexcusabilis eñ es. Illius culpa: tuā non excusat. Quid nā ille fecit? Nunqd te rapuit? Nunqd uim intulit? Rogauit: nō ligauit. Blandiēdo attraxit: nō uiolenter traxit. Quís te cogebat credere blandienti, assentíre attrahēti? Ille sua nondū reliquerat: qd mirū si te qui suus eras, requebat? Si agnū de grege, uitulū de armento cum perdít requírit, & nemo causatur: te quoq̄z qui multis ouib⁹ uel uitulís apud eū pluris es, adēptum si repetit, qs inde mirets? Siquidē nō usurpat illam sibí perfectionē de qua dicit: Si quís abstulerit tua: me repe- Luc.6.
tas. Repetebat ergo suū: qui sua adhuc tenebat. At tu qui iam seculū spreueras: secularē sequi debebas? Fugit ouis tremebunda, ueniente lupo. Abscondit se columba tremens, accipitre uiso. De cauernula sua mus esuriens exire non audet, ambiente cato. Et tu cum uidebas furem, curPsal.49.
rebas cum eo? Nam quid aliud quàm furem dixerim: qui preciosam xp̄i margaritā. i. aiam tuam furarí non dubitauerit? Volebā si possem illius errorē dissimulare: ne odium & nullum fructū cōsequerer ex ueritate. Sed non potui fateor intactū trāsire: quem usq̄z ad hanc diē comperí spūi sctō pro uiríb⁹ restitisse. Nā quí manū non retinet à malo quod pōt: licet q̄nq̄z fruſtretur effectus, non minus culpat affectus. In me certē feruorē nouitium extinguere uoluit: sed deo gras nō ualuit. Alterí quoq̄z nepotí suo Guirrico cognato tuo multum restitit. Sed quid nocuit? Imo plurimum præstitit. Destitit inuictus tandem senex auunculus à persecutione: extitit inuictus puer nepos: gloriosior de tētatione. Sed heu quō te uicit, qui illū uincere non poterat?

Aut quomodo

Aut quō qui te uicit, ab illo superatus est: Nunquid te fortior ille: Nunquid prudentior: Certè qui antea utrūq; nouerant, Guirrico Fulconē præferebāt. At postquā uērum est ad bellū: exitus indicauit hominū erraſſe iudiciū. Ibi prohpudor fugit qui præferabat: ubi fortiter uicit qui inferior credebat. C Sed quid de auunculi dicam malitia qui à xpi militia retrahit nepotes suos, ut secum trahat ad inferos: Iranē solet beare amicos: Quo xps uocat secū in æternum mansuros: auunculus reuocat secū in æternū arsuros. Miror si iam xps ei non irascitur: & dicat. Quoties Matt.23. uolui congregare nepotes tuos quēadmodū gallina congregat pullos suos sub alas: & noluisti: Ecce relinquet tibi domus tua deserta. Christus dicit: Sinite paruulos uenire ad me: taliū enim est regnū cælorū. Auunculus ait. Sini Matt.19. te nepotes meos ut ardeāt mecū. Christus dicit: Mei sunt: mihi debēt seruire. Sed oportet (inquit auūculꝰ) eos mecū Apoc.5. perire. Xps dicit mei sunt: ego illos redemi. Sed ego (inquit auūculꝰ) eos nutriui. Tu qdē (ait xps) illos nutristi: sed pane meo nō tuo: ego uerò redemi, non sanguine tuo, sed meo. Sic carnalis auunculꝰ cōtra patrē spūum ꝓ nepotib9 certat: quos dū bonis cupit onerare terrenis, cælestibus exhæredat. Xps tñ nō rapinā arbitratus si suos quos fecit & redemit sanguine proprio ad se uenientes college- Ioā.6. rit, iuxta quod ante promiserat: Et eū qui uenit ad me nō ejcia foras: Fulconi primo pulsanti lætus apparuit: lætis amplexibus lætū excepit. Quid plura: Veterē hominem exuitur, & nouū induit: quodq; solo noīe extiterat, moribus & uita canonicū profitetur. Fama uolat, bonus odor xpo: rei nouitas circunquaq; diffusa puenit ad aures auūculi. D Quid ergo faceret carnalis nutricius qui carnis quā nutrierat, quā carnaliter amabat, solatium perdebat: Et si alīs fuit res illa odor uitæ ad uitā: sed non illi. Quare: 1.Cori.2. quia animalis homo nō percipit ea q̄ sunt spirit9 dei. Stultitia enim illi uidet. Nā si spiritum xpi haberet, nō tā de carne doleret, quàm gauderet de spū. Sed quia terrena non q̄ sursum sunt sapiebat: turbat9 & tristis tale aliqd secū uolebat. Quid audio: Væ mihi, à quāta spe cecidi. Sed qd: Debet ne stare quicqd absq; meo cōsilio, absq; mea licētia fecerit: Quod ius, que lex, que iustitia, q̄ ratio: ut quem ex utero nutriendū suscepi, alius fruatur adulto: Iam caput aspersū canis. Heu uitæ meæ reliquū expēdā cum mœrore: quia me deseruit baculus senectutis meæ. Heu mihi. Si hac nocte expetitur à me aīa mea: quæ parauī, cuius erūt: Pſal.143. Prōptuaria mea plena eructātia ex hoc in illud: oues meæ fœtosæ, abundantes in egressibus suis: boues meæ crassæ cui remanebūt: Prædia, Prata, dom9, argentea uasa & aurea: cui congregata sunt: Ditiores quosq; ac q̄stuosiores ecclīæ meæ honores acquisieram mihi: reliquos etsi nō licebat habere: spe tñ in Fulcone tenebā. Quid igit faciam: Propter illū unum tot & tanta perdā: Nā quicqd sine illo possederim: amisisse me iudico. Quin potius & ista retinebo, & illū reuocabo si potero. Sed quō: Factū est: auditū est. Quod factū est, nō pōt nō fieri: qd' auditū est, celatū esse non poterit. Fulco canonicus est regularis: si reuertitur ad seculū, notabilis erit & infamis: sed tolerabilius est hæc audire de illo, quàm uiuere sine illo. Cedat ergo nūc honestas utilitati: pudor necessitudini. Malo non parcere uere cūdiæ pueri: quàm miserabili subiacere tristitiæ. Acquie- Pſal.16. scens itaq; consilio carnis, rationis oblitus & legis, tāquā leo paratus ad prædam, & sicut leena rapto catulo rapiēs & rugiens, sacra non ueritus: sanctorum irrupit habitacu- Pſal.30. lum, in quo tirunculum suum xps absconderat à contradictione linguarum, postmodum admixturus consortio angelorū. Quærit ac flagitat reddi sibi nepotem suum: queritur & clamat iniuste se ab illo relictum: xpo reclamante & Actu 9. dicente. Quid agis miser: Quid furis: Quid me persequeris: Non sufficit tibi q̄ tuam, tuoq; exēplo multorū mihi aīas tuleris, si non etiā hunc ausu sacrilego rapias de manu mea: Non times tu futurum iudicium: An contemnis terrorem meū: Cui hoc facis: Cui bellum indicis: Terri- Pſal.75. bili utiq; & ei qui aufert spīm principū, Insane redi ad cor tuum. Memorare nouissima tua, & non peccabis. Memo- Eccli.7. rare q̄ tua substātia: & utiliter timebis. B Et tu puer, inquit, si assenseris, si acquieueris, morte morieris. Memēto Gene.19. uxoris Loth de Sodoma qdē electæ, qa deo credidit: sed in uia mutatæ, quia retro aspexit. Discere in euangelio quo- Lucæ.9. niā non liceat retro aspicere: ei qui semel manū ad aratrū misit. Auunculus tuus q̄rit aīam tuā: qui iam perdidit suā. Verba oris eius: iniquitas & dolus. Noli intelligere fili mi Pſal.35. ut male agas: noli intēdere in uanitates & insanias falsas. Pſal.54. Ecce in uia qua ambulas, abscondit laqueos: tetēdit rhetia. Molliti sunt sermones eius super oleum: & ipsi sunt iacula. Pſal.9. Vide fili mi ne rapiaris à labiis iniquis & à lingua dolosa. Configat carnes tuas diuinus timor: ne te decipiat carnalis amor. Blanditur: sed sub lingua eius labor & dolor. La- Ibidem. chrymatur: sed insidiat. Insidiatur ut rapiat pauperē: rape- Gal.1. re pauperē dum attrahit eū. Caue inquā fili mi, ne acquie- Deut.32. scas carni & sanguini: nā gladiꝰ meus deuorabit carnes. Sperne blādimēta: cōtemne promissiones. Promittit magna: sed ego maiora. Offert plura: sed ego plurima. Dimittes ergo pro terrenis cælestia: pro temporalibus æterna: Alioquin oportet te soluere uota tua: quæ distinxerūt la- Pſal.65. bia tua. Iuste exigitur ad soluendum: qui non cogitur adnouendum. Nam & si cum pulsares nō repulit: tamē ut intrares non cōpulit. Nō licet ergo dimittere, qd' spōte promisisti. Non est fas requirere: q̄ per te dimisisti. En utrūq; uestrū præmoneo: utriq; salubriter consulo. Tu, inquā ad auunculum, regularem ne reducas ad seculum: quia si reducis, seducis quem apostatare facis. Tu regularis, secularem ne sequaris: quia si illum sequeris, me persequeris: cui de teipso iniuriā facis. Tu si seduxeris animā pro qua mortuus sum: crucis meæ te constituis inimicum. Qui enim non Matt.12. colligit mecum, dispergit. Quātomagis qui collectos dispergit: Tu uerò si ei cōsentis, à me dissentis: quia qui non est mecum, contra me est. Quantomagis qui mecum fuit, si me deserit: contra me est: Tu si circumuenis paruulū qui ad me uenit: seductor ac sacrilegus iudicaberis. Tu uerò si quod ædificaueras iterum destruis: præuaricatorem te constituis. Ambos uos necesse est meo iudicio præsentari: ambos assistere meo tribunali. Alter de propria præuaricatione: alter de alterius seductione iudicabitur. Et unde alter in iniquitate sua morietur: inde moriētis sanguis de manu alterius requiretur. Hæc & his similia utriusq; teste cōscientia: utriq; xpe inuisibiliter, sed terribiliter intonabas: his sacris monitis amborū mentes pie terrēdo pulsabas. Quis ad hæc non timeret, timendo resipisceret, nisi qui more aspidis surdæ & obturantis aures suas, uocē ue- Pſal.57. neficī incantantis sapienter, aut non audiret, aut se audire dissimularet: A Sed usquequo iam satis uel nimis lōgam protrahimus epistolā: dū inuiti loquimur rem silētio dignam: Cur tantis circuitiōibus ad ueritatē ambimus: dū pudenda reuelare timem9: Dicam tñ, dicā cum pudore, qd' multis cognitū: occultare & si uolo non ualeo. Sed quare cum pudore: Vt quid me scribere pudeat: qd' illos non puduit facere: Si pudeat audire qd' impudenter egerunt: non pudeat emendare quod libenter non audiunt. Prohdolor. Neutrū illorū reuocare potuit, aut illū à seductione timor & ratio, aut hunc à præuaricatione pudor & professio. Quid plura: Verba præcipitationis concinnat Pſal.51. lingua dolosa. Concepit dolorem, & persuasit iniquitatē. 2.Petr.2. Subuertit peruersus cōuersum: reuertit canis ad nomitū. Ecclesia uīa suū recepit alūnum, quē meli9 habebat amissum. Sic lugdunū olim studio similiter & industria sui decani: eiusdē decani nepotē suū canonicū: quem bene perdiderat, male recuperauit. Sicut ille Fulconē beato Augustino: sic Othbertum iste sancto Benedicto subripuit. O Pſal.17. quàm ordinati9 ipse cū sctō sanct9 efficeret: quàm cū puer so sctus puteret. O quàm pulchri9 senē secularē puer religiosus ad se traheret, & sic uinceret uterq;: quàm religiosum secularis ad se retraheret, in q̄ uictus est uterq;. O senē infelicē: ô auunculū crudelē: q iā decrepit9: statim moritur9: nepotis aīam prius interfecit: quē ut peccatorum

Universidad de Deusto Biblioteca

Eccl.24. suoꝝ haberet hæredē, à xpī sorte priuauit. Sed qui sibi nequā est, cui bonꝰ? Maluit in suis facultatibꝰ habere successorē: quàm pro iniqtatibus intercessorē. Sed qd ad me de decanis magistris nr̄is, qui principatū meruerunt in ecclesijs? Clauē scientiæ tenēt: & primas cathedras in cōuentibus possident. Viderint ipsi qualiter subditos iudicēt, fugitiuos reuocēt, reuocatos si ita uoluerint, iterū effugent, dispersos colligant, collectos dispergant. C Quid ad me? Fateor aliquantū in illos propter te mi Fulco modū nr̄æ paruitatis excessi: dū tuā de illis cupio palliare uerecūdiā, tēperare culpam. Omitto ergo illos, ne non tā reprehensioni quàm reprehensori iuste indigneñ, nec tā de sua correctione cogitēt, quàm mihi de præsumptione calumnieñ. Non ecclīæ principē: sed puerū scholarē obiurgare suscepi, qui nesciat indignari, non norit irasci: nisi forte & tu sensu non malitia paruulus, idipsum mihi calūnieris, & dicas: Imo quid mihi & ipsi? Quid ad illū de pctō meo? Nūqd ego sum monachꝰ? Et ad hoc fateor qd̄ respondeā non habeo: nisi ꝙ confisus sum, tū de tua quā in te credidi ingenita mansuetudine, tū de dei charitate qua & in principio epl̄æ excussase me memini. Cuius zelo tñ, tui erroris misertus, tñ tuæ miseriæ cōpassus sum: quatenus supra modū & morē meū de te non meo me intromiserim. Grauis lapsus tuus ac miserabilis casus prouocauit me ut hoc præsumpserim. Quē em̄ coætaneorū tuorū me uidisti arguere? Cui uel breuissimas aliqñ literas direxisse? Non tñ ꝙ oēs cæteros sctōs putauerim, aut nihil in eis reprehensione dignū inuenerim. D Cur ergo, inqs, singulariter me reprehendis, cū & in alijs uideas qd̄ iustius forsitan reprehendere possis? Ad qd̄ ego. Propter singularitatem erroris tui, propter immanitatē peccati tui. Nā etsi pleriꝙ alij pdite uiuūt, etsi inordinati & idisciplinati sunt: nondū tñ ordinē aut disciplinā pfessi sunt. Sunt qdē pctōres: sed nō præuaricatores. Tu uerò quātumlibet modeste & honeste uiuas, si caste, si sobrie, si oīno religiose te habeas: deo tamē minus accepta est tua religio, quam deturpat uoti præuaricatio. Idcirco charissime, ne te tuis coætaneis cōpares: à quibus professio separat. Nec respectu secularium de tua tibi forte paulò grauiori continentia blandiaris, cum tibi dñs

Apoc.3. dicat: Vtinam te calidum aut frigidum inuenissem. Hic ostenditur aperte quia minus deo tepidus places: quàm si uel quales illi sunt frigidus esses, illos utiꝙ deus patienter expectat de frigore quandoꝙ ad calorem proficere. Te uerò indignans, aduertit de calore iam in teporem defecisse.

Ibidem. Et quia tepidum te inueni, incipiam, inquit, te euomere ex ore meo. Et merito: quia tu ad tuum uomitum rediisti: quia tu eius gratiam euomuisti. A Heu qūo xp̄m tam cito fastidis, de quo scriptū est: Mel & lac sub lingua eius? Miror ꝙ ad gustum cibi dulcissimi nausearis: si tñ gustasti quàm dulcis est dominus. Aut certè nondum gustasti, & nescis quid sapit christus: ideoꝙ non appetis inexpertum: aut si gustasti, & dulce non sapuit, sanum non habes palatū. Ipse

Cant.3. quippe dei est sapientia, quæ ait: Qui comedit me, adhuc

Ioan.4. esuriet: & qui bibit me, adhuc sitiet. Sed quō pōt esurire uel sitire xp̄m, plenus quotidie siliquis porcorū? Non potes bibere simul calicē xp̄i, & calicē dæmoniorū. Calix dæmoniorū superbia est: calix dæmoniorū detractio & inuidia est. Calix dæmoniorum crapula & ebrietas est. Quæ cum impleuerint uel mentem uel uentrem tuum, xp̄s in te non inueniet locum. Non mireris qd̄ dico. In domo auūculi tui, non potes inebriari ab ubertate domus dei. Cur inqs? qa domus deliciarū est. Quō ignis & aqua simul esse non possunt: sic spirituales & carnales delicię in eodem se non patiuntur. Vbi crapulam ructantis inter pocula senserit xp̄s: uina sua dulciora super mel & fauum, menti propinare non dignatur. Vbi curiosa ciborum diuersitas, ubi diuitis supellectilis discolor uarietas oculos pariter pascit & uentrem: cælestis panis icunam deserit mentē. Eya læ-

Ezech.11. tare iuuenis in adolescentia tua: ut decedente pariter cum ætate tpali lætitia: succedat ꝙ te absorbeat æterna tristitia. Sed absit hoc adolescētulo nostro: auertat hoc deus à puero suo. Quis potius disperdat dñs universa labia dolosa

Psal.11. eorum qui tibi tale consilium donant: qui dicunt tibi quo

Psal.6. tidie, euge euge, & q̄runt aīam tuā. Hi sunt cum quibꝰ habitas: quorum praua colloquia adolescētis bonos mores corrumpunt. C Sed quandiu iam non exis de medio eorum? Quid facis in urbe qui claustrū elegeras? Quid tibi cum seculo qui seculum spreueras? Funes ceciderunt tibi

Psal.15. in præclaris: & tu opibus inhias terrenis? Si uis habere simul hæc & illa, breuiter tibi respondebitur: Memento fili

Luce.16. quia recepisti bona in uita tua. Recepisti dixit, non rapuisti: nec etiam de hoc tibi frustra blandiaris, ꝙ tuis cōtentꝰ aliena non rapias. Verumtamen q̄ sunt illa tua? Bñficia ecclesiæ? Recte. Quia surgis ad uigilias: uadis ad missas: horis chorū nocturnis diurnisq; frequentas. Bene facis. Sic ecclīæ præbendā gratis nō accipis. Dignū est ut q altario deseruit, de altario uiuat. Concedit ergo tibi ut si bene deseruis, de altario uiuas: non aūt ut de altario luxurieris, ut de altario superbias, ut inde compares tibi frena aurea, sellas, depictas, clacaria deargentata, uaria griseaq; pellicea à collo & manibus ornatu purpureo diuersificata. Deniq; quicquid præter necessarium uictum, ac simplicem uestitū de altario retines, tuum non est: rapina est, sacrilegium est. Orabat quidam sapiens tātū uictui suo tribui necessaria:

1.tim.6. non superflua. Habentes (ait apls) uictū & uestitum: non

Gen.28. uictum & ornatum. Et quidam alius sanctus. Si dederit, in quit, mihi dominus panem ad manducādū, & uestimentū q̄ operiar. Nota quo operiar. Sic ergo & nos cōtenti simꝰ uestimentis quibus operiamur: non quibus lasciuiamus, non quibus superbiamus, non quibus mulierculis uel similari uel placere studeamus. Sed hoc faciūt, inquis, cum quibus habito: si non facio quod cæteri, de singularitate notabor. Propterea inquā exi de medio eorum: ne aut in urbe notabiliter uiuas, aut exemplo pereas aliorum. D Quid agis in urbe delicate miles? Cōmilitones tui quos fugiens deseruisti: pugnant & uincunt, pulsant & intrāt: cælum rapiunt & regnant. Et tu sedens super ambulatorē tuum indutus purpura & bysso: circuis platēas, uicosper ambulas? Hæc sunt pacis ornamēta: nō belli munimenta.

Eccl.13. An dicis pax & nō est pax? Purpura non propulsat libidinē, non superbiam, non auaritiā repellit: & siqua sunt alia ignea inimici iacula non extinguit. Deniq; qd̄ magis metuis: febrē non prohibet, mortem nō arcet. Vbi sunt arma bellica: ubi scutū fidei: ubi galea salutis: ubi patiētiæ lorica? Quid trepidas? Plures sunt nobiscū quàm cū illis. Sume arma: resume uires dum adhuc p̄lium durat. Assunt angeli spectatores & protectores: adest ipse dñs adiutor & susceptor: q doceat manus tuas ad p̄lium, & digitos tuos ad bellū. Procedamus in adiutoriū fratrū, ne si forte sine nobis pugnēt, sine nobis uincant, sine nobis ingrediātur: nouissime cum clausa fuerit ianua, sero pulsantibus, de

Matt.25. intus nobis respondeat: Amē dico uobis: nescio uos. Fac q̄so te prius sciri: fac te prius uideri: ne tūc nesciaris ad gloriā, sciaris aūt ad pœnā. Si te xp̄s agnoscit in bello, recognoscet in cælo: & sicut promisit manifestabit tibi seipm:

1.cori.13. si tñ & tu pœnitendo respiscēdo talē te exhibueris ut cum fiducia dicere possis: tūc cognoscā, sicut & cognitus sum. His interim ammonitionibus uerecundū adolescētis aīm pulsatū esse sufficiat. Iā enim nr̄is etiā p̄cibus pro eo diuina pulsanda est pietas. Quæ si ad ictus nr̄arū inuectionum eius mentē uel parum mollitā inuenerit: confido de ipsa ꝙ citius nos de ipso lætificabit.

¶ *Ad quosdam canonicos regulares.* *Epistola.* III.

EXhortatio illa in literis uestris tam salubris, tam cōpendiosa: magna quidem scientiæ, mira charitatis uestræ indicia, mirantibus nobis & congratulantibus præfert. Sed quod de laudibus nostris pro uestra deuotione, quæ tñ non probastis, tā excellētia præmisistis: etsi ad humilitatis quoq; formam t qut: cum ex uobis est; non mediocriter instruere nos potuit nao nscientias tamen nostras multo inferius iacentes, quantum in nobis est, uehementer exterruit. Quis enim

nostrum

nostrū suā attendens cōuersationē: tāta de se & tā indebita sine magno uel metu uel periculo possit audire? De huiusmodi qppe alieno seu etiā ꝓprio se iudicio committere:
1.Cori.4 securū nō est. Qui enī iudicat nos, dñs est. ¶ Cæterū de fratribus de quorū salute uestrā nimirū charitatem solicitam esse cognouimus: ut securos uos reddamus, nouerītis multorum illustriū uirorum, & maxime charissimi uiri Guilhelmi cathalanensis epī hortatu & consilio ad nos de clinasse, secū à nobis susceptī multis precibus ac supplicationibus impetrasse: ea uidelicet intentione, ut ob tenorē artioris uitæ, ab institutionibus beati Augustini ad obseruātias sancti Benedicti dei adiutorio sic transeāt, ut tñ ab eius magisterio qui unus est oībus magister in cælo & in terra, nō discedāt: illāc; primā fidem quam apud nos, imo quā primū in baptismo promiserūt, non irritā faciāt: sed saluā integrāc; custodiant. Talibus itac; taliter susceptis, absit ut synceritatē uestrā aut in suscipiēdo lædam, aut in retinendo lædendam esse credamus: dum tamen illos si fortè infra annū ꝓbationis qui regulariter constitutus est, cœpta deserere, & ad uos redire uelle contigerit: inuitos non detineamus. Alioquin sanctissimi fratres uestra non refert ut spīs libertatis qui in eis est, anathemate inconsulto frustra impedire nitamini: nisi fortè (qđ deus auertat) quæ uestra, non quæ Iesu christi sunt quærere studeatis.

¶ *Ad Arnoldum abbatem Morimundi.* *Epistola* IIII.

OMino abbati Arnoldo frater Bernardus de Claraualle spīs cōpunctionis & cōsilij. ¶ Primo scire te uolo dōnū cisterciensem necdū qñ tuus nunci⁹ ad nos uenit de flādria, quo paulò ante per nos transierat, remeasse: & ob hoc nec literas accepisse quas ei tussisti præsentari: & adhuc esse tantæ à te ꝑsumptæ nouitatis ignarum. Felix interim cui tā tristes rumores uel ad tps liceat ignorare. Deinde ꝙ de tui desperādo nos reuocatione interdicis, ne qđ quasi inconcusse apud te fixum est, frustra tibi literas dirigendo dissuadere conarer: in hoc tibi obedire fortasse quidem pro ratione non debui: reuera autē præ dolore fateor nō potui: cū etsi pro certo scirē ubi te opportune inuenissem: ipse poti⁹ uenissem quàm has misissem, effecturus fortasse per metpsum qđ nullis lr̄is possum. Rides forsitan meā hmōi tanquā cassam fiduciā: utpotè propriæ pertinaciæ conscius: ad quā utic; flectendā, nullam uim, nullam precem, nullam speras prævalere industriam. At uerò ego de illius potentia non diffi-
Mar.9. dens qui dixit: Oīa sunt possibilia credenti: fideliter usur-
Phil.4. pans & mihi illā sniam: Oīa possum in eo⁽ⁱ⁾ q me confortat: quāuis in magna parte lapidei cordis tui obstinationē & ipse non ignorem: utinā nunc tñ siue fructuose siue frustra tuo lateri adhærerē. Quāta q̄ me mouēt aduersum te (frustra nescio an fructuose) facerem tibi in facie: non solū uerbis, sed & uultu & oculis. Tuis deinde ꝓuolut⁹ uestigijs: tenerem pedes: amplecterer genua: totusc; à collo pendēs illud mihi dulcissimū caput deosculer: qđ sub uno mecū ꝓposito, suaui iugo xpī iā plurib⁹ annis attritū est. Flerem quoc; quantū ualerē: rogarē & obsecrarē per dñm Iesum: quatenus parceres: primo quidem eius crucī, qua utic; redemit, quos tu quātū in te est perimis: collegit quos tu dispergis. Perimis inquam & dispergis: siue quos tecum ducis: siue quos huc deseris: qbus utic; etsi diuersum, non dispar tñ utrisc; metuim⁹ piculū. Deinde etiā parceres & nobis amicis tuis: qb⁹ licet immeritis, nō nisi fletū & lachrymas reliquisti. O si hoc mihi licuisset, flexissem forsitā affectione, quē rōne non possum: pectusc; illud ferreū qđ, nec xpī timori in hac re duntaxat cedere acqescit, fraterna fortè pietas emollisset. Sed heu, & hanc nobis copiam subtraxisti. B O magna nostri ordinis colūna. Patiēter, quæso, audi amicū uel absentē, tuæ penitus discessionis impatientem: tuo medullitus & labori & periculo compatientem. O inquam magna nostri ordinis columna: non metuis te ruente, magnam mox ꝓculdubio ruinā secuturā? At ego, inquies, non ruo: scio qđ facio: bonā conscientiam habeo. Esto. Credimus tibi de te. Sed numquid de nobis, qui iam & grauia tuo ex discessu gementes sustinemus scandala, & grauiora pauentes expectamus picula? An & tu quoq; nō ignoras ista, sed dissimulas? Qua rōne ergo multorū faciēdo ruinā, te ruere nō præsumis: qui in hoc uidelicet posit⁹ eras: ut non qđ tibi est utile, sed magis quod alijs: nec quæ tua, sed q̄ Iesu xp̄i sunt, q̄rere debeas? Quō inquā securus abis: qui gregi tibi commisso, omnem de se securitatem in perpetuum aufers? Quis occurret lupis incursantibus: qs consolabitur in tribulationibus: quis prouidebit in tentationibus: quis denic; leoni resistet rugienti & quærenti quem deuoret? Patebunt sine dubio morsibus malignantium, qui deuorant plebem Christi sicut escam panis. ¶ *Psal.52.*
Heu quid facient nouellæ plantationes xp̄i quæ per manꝰ tuas consitæ fuerant diuersis in locis: & locis horroris, & uastæ solitudinis? Quis circumfodiet, quis impinguabit fimo, quis sepē circundabit, qs succrescentes solicitus erit rescindere surculos? Aut flante profectò tentationum uento, tenerrime adhuc, heu facile eradicabūtur: aut inter frutecta certè simul exorientia, cum non erit q purget, suffocatæ nullū afferent fructū. Quæ cum ita sint, iudica tu quale hoc tuū bonū erit: aut si uel esse poterit bonum cum tātis malis. Quātūlibet dignos facturum te fructus pœnitentiæ confidas: nónne huiuscemodi spīs necesse erit suffocari? Nónne denic; si recte offers, & non recte diuidis, peccas? *Genē.4.*
Quid enim? Recténe fortè diuidere esse dices, soli animæ tuæ consulere: & filios tuos quos orphanos relinquis, consilio paterno destituere? O miseros & miserabiles: & eò miserabiliores, quò uiuo se conspicīūt orbari patre. D Quā quam dubitare te quoq; oportuerit an uel tibi recte consulas: in eo uidelicet ꝙ absc; consilio fratrum & coabbatū tuorum: absc; patris & magistri tui licentia, rem tam nouā præsumis. Illud etiā multos permaxime mouet: ꝙ pueros imbecilles & delicatos iuuenes tecum ducis. Alioquin si boni & robusti sunt: desolatæ domui fuerant necessarij. Si delicati (ut dixi) & imbecilles: duræ ac laboriosæ peregrinationi nō erunt idonei. Sed & regendis animabus corū nequaquā te ultra credimus uelle præesse: quippe cui⁹ cognouimus esse propositū, pastoralē abijcere sarcinā dūtaxat tuorū, & soli deinceps uiuere tibi. Valde em̄ incōgruū esset: ut alibi præsumptuose nō uocatus resumeres, qđ alibi prohibitus inconsulte relinquis. Sed iam ne oīa scienti multa superfluo ingeram: in fine & in fide tibi polliceor: si opportunitatem loquendi tecum mihi dederis: daturum me operā, quatenus idipsum quod inordinate & periculose aggressus es: licite & ob hoc secure peragas. Vale.

¶ *Ad Adam monachum, qui prædicto abbati Morimundi adhæsit, in qua dissuadet ne peregrinetur cum illo.*

Epistola. V.

LVa mihi satis comperta humilitas, & instantis periculi necessitas, præbet mihi fiduciam conueniendi te acrius, & arguēdi liberius. O insensate quis te fascinauit tam cito recedere ab illo saluberrimo consilio, in quo dudū tibi pariter & mihi deo solo teste conuentum est? Cogita insipiens uias tuas, & cō *Psal.118.*
uerte pedes tuos in testimonia domini. Non recordaris ꝙ primo in maiori monasterio tuæ conuersionis initia dedicasti: secundo apud Fusniacum, nostræ te qualicumq; proui dentiæ commendasti: tertio in Morimundo stabilitatē tuam firmasti: quarto mecum rursus inito consilio, suggestæ tibi ab abbate Arnoldo peregrinationi, imo uagationi, ingenue abrenunciasti: ipsius quoq; tibi consortium, si nō ipse licite posset abire, illicitum iudicasti? Quid enim? Licténe dices illum recedere, qui & sibi commissis lachrymabile scandalum reliquit: nec commissoris licentiā expectauit? Sed quorsum inquies tēdūt hæc quæ sic retractare uoluisti? Vt te manifeste leuitatis arguam, ut est: & non esse te apud te euidenter ostendā: sicc; errorem tuum iam tādem agnoscens & erubescēs, uel sero discas ab apostolo non oī *1.Ioan.4.*
spīritui credere: discas à salomone, multos quidē familiares, *Eccli.6.*
unum autem habere cōsiliarium de mille: discas præcursoris dñi exemplo, non solum mollibus nō uestiri, sed nec in *Matt.1.*

modū uento agitatæ arūdinis circūferri oī uento doctri-
Matt.7. næ:discas ex euāgelio,domū tuam supra petram fundare:
Matt.10. discas & cū discipulis,serpentis nō obliuisci prudentiam
cum simplicitate columbæ:& tā ex his quàm ex aliis atq;
aliis scripturarum testimoniis hanc colligas summam:quā
tum tibi uidelicet usq; modo milleformis ille seductor elu-
sit:qui cum inte boni initium non ualuit præpedire,inui-
dit perseuerantiæ.Hoc nimirum suæ posse sufficere mali-
tiæ iudicans:si hanc posset auferre tibi,quam solam uirtu-
tum nouerat coronari.Obsecro te per uiscera misericor-
diæ xpī,ut nullatenus abeas,aut uel nō prī quàm ad nos
loco quidem opportuno ueniας loqui:si quod fortè tātis
malis,q̄ iam nobis ex uestra discessiōe aut uenisse sentim⁹,
aut uentura metuimus,queat remedium inueniri.Vale.

¶ *Ad Brunonem Coloniensem,unde supra.*

Epistola sexta.

DOmino Brunoni Coloniensi uiro illustri & dile
cto suo:frater Bernardus abbas dictus de Clara
ualle salutē.¶Etsi qd pōt pctōris oratio,ex quo
dudū Remis nr̄i inuicē utriq; gratā cœpim⁹ no
titiā,non puto uos nostræ penit⁹ fuisse paruitatis oblitū.
Et ob hoc nō timide tanquā ad extraneū,sed fidentissime
scribo ad uos q̄cūq; uolo:ut ad notū & familiarē nr̄m.Ar-
noldus abbas Morimundensis in graue totius nostri or-
dinis scandalum,suum nuper monasterium satis inordina
te deseruit.Quippe qui nec coabbatū suorum in tam scru
puloso facto expectauit consilium:nec ipsius cui præcipuā
debebat subiectionē,abbatis.s.Cisterciensis licentiam,uel
assensum. Sed cum esset homo sub potestate,habēs & ip-
se sub se milites,potestatis impatiēs superioris,alienū qui-
dem iugū à propria ceruice superbus abiecit:suū autē su-
perbior in subiectos retinuit.Siquidē de magna multitu-
dine monachorum quos circuiens mare & aridā inaniter
cōgregarat non xp̄o sed sibi:paucis admodū,hisq; simpli-
cioribus ac remissioribus relictis desolatis,meliores quosq;
& pfectiores sui socios erroris assumpsit.Inter quos tres
quorum nos maxime ablatione turbauit,ausus est etiam
seducere,& secū ducere statuit:Eurardū uidelicet fratrem
nostrū,& Adam quē bene nostis:nobilemq; illū puerum
Cōradū:quem & pridem nō sine scādalo tulerat de Colo-
nia.Quos tū,si operā dare uolueritis,uestra confidim⁹ pos
se reuocari industria.Nā de ipsius Arnoldi reuocatione,
quia iā in pluribus eius inflexibilis animi obstinationem
probauim⁹:incassum laborare nos nolumus. Audiuimus
aūt Eurardū & Adā & nonnullos eiusdē cōsortij alios fra
tres,in uestris adhuc partib⁹ demorari.Quod si uerū est:
oportet uos eos per uos interim si dignamini conuenire:
flectere precibus:rōne conuincere:& colūbinam eorū sim
plicitatem prudentia instruere serpentina:ne putent obe-
dientiam inobedienti adhærere:ne licite sequi se posse cō-
fidant uagantē illicite:ne seducant deserere professum or-
dinē ꝓpter inordinatū hominē:cū ipsum quoq; angelum
1.Cor.12 de cælo si aliud eis euangelizauerit,dubitare nō oporteat
apostolica auctoritate anathema dicere:& ab ipso docean
2.Thes.3. tur ap̄lo,se ab oī fratre inquiete ambulante debere substra
1.Timo.6. here.Qui uos quoq; doceat non superbe sapere,nec spera
re in incerto diuitiarum:donec omnibus abrenunciantē,
probatum sibi Christus uendicet discipulum.Valete.

¶ *Ad Adam monachum unde supra,in qua monet eum ut mortuo abbate redeat:& q̄ non debuit ei obedire.* *Epistola.VII.*

SI maneres in charitate quam in te olim aut no-
uimus aut putauimus:charitatis profectò dam-
na sentires:quæ utiq; sunt scandala pusillorum.
Nec cīm charitas charitatē offenderet,aut cōtē-
neret cū sentiret offensam.Nam seipsam non ꝑōt negare:
nec cīm in se diuisa est.Nouit potius in se diuisa coniunge-
re:cōiuncta diuidere nescit.Proinde ut dixi,si maneret in
te:non sileret,non quiesceret,non dissimularet,gemens,&
æstuans,& intra pīū pectus tuū proculdubio submurmu-
2.Cor.11. rans illud:Quis scandalizat̄,& ego nō uror? Siquidem be-
nigna est.Pācē diligit:congaudet unitati.Sola quippe est
quæ illam generat,colligat,solidat,& cōseruat ubicumq;
seruari cognoscitur in uinculo pacis.Infensa ergo uobis
hac tā honorabili matre unitatis & pacis:quo pacto quæ-
so uestrum quodcūq; sacrificiū deo fore acceptū præsumi
tis,cum absq; illa nec martyrium quidem aliquid esse pu-
tet apostolus? Aut qua ratione uobis fortè infensam non 1.Cori.
esse cōfiditis:cui⁹ castis uisceribus,cuius charis pignori-
bus tam inhumane agendo non pepercistis nec parcitis:
scindentes unitatem,rumpentes uinculum pacis? Ponen-
dum est ergo munus quodcumq; offerre paratis:& prius
habenti aduersum uos non fratri,sed fratrum multitudini
reconciliandū.Ecce nimirū uniuersæ fraternitatis unitas
aduersum uestram paucitatē,quodam ueluti uestri discer-
sus gladio sauciata cōqueritur:quasi quæ plangens mise-
rabiliter dicat.Filij matris meæ pugnauerunt contra me. Cantic.1.
Et meritò.Qui em̄ nō est cū illa:cōtra illam est.Putas sine
gemitu tā iustum filiæ gemitum pia possit mater charitas
audire? Ideò & ipsa nostris lachrymis iungens suas,ait de
uobis:Filios enutriui & exaltaui:ipī autem spreuerūt me. Esaie.1.
Charitas ipse deus est.Pax nostra xp̄s,q̄ fecit utraq; unū. Ephe.2.
In trinitate unitas maxime cōmēdatur.Cui ergo charitas,
pax,& unitas,irata cognoscitur:qd habet in regno christi
& dei? Sed forsitan dicis.Abbas noster abduxit nos,& se-
cum ire ꝑcepit:num inobedientes esse debuimus? Scis q̄-
dem,nisi fortè oblitus sis:qd quadā die cōicato mecū iam
conspirati scandali consilio,ac diligenter mutua collatio-
ne discusso,inter nos conuenerit.In quo si permansisses,&
de te illud non incongrue diceretur: Beatus uir qui non Psal.1.
abijt in consilio impiorū.Sed esto. Debuistis obedire filij
patri:magistrū seq̄ discipuli.Licuerit certè abbati mona-
chos suos ducere quo libuerit,& docere quod uoluerit:
sed quādiu uixit.Nūc uerò mortuo illo,quē uel audire do
ctorē,uel sequi ducē cogimini:quo adhuc tam graue scan-
dalum emēdare cūctemini? Quis iam phibet nō dico me,
sed deū nostrū per os hieremiæ benigne uos reuocantem
audire? Ait em̄: Nunqd qui cecidit,non resurget:aut qui Hiere.8.
auersus est,non reuertetur? An & ille moriens interdixit,
ne uel post casum tentetis resurgere:post auersionem mur
re audeatis de reuersione? Itáne etiam defuncto necesse est
uos obedire,& obedire cōtra charitatē:obedire inuisæ ip
sorum salutis periculū? Sed arbitror q̄ nequaquā firmius
seu tenacius dices esse uinculū abbatū ad subditos,quàm
coniugū ad seipsos:quorū quippe deus copulā,& nō ho- Matt.19.
mo inuiolabili ligauit sacramēto,loquente saluatore:Quē Rom.7.
deus cōiunxit,homo nō separet.Ap̄lo aūt asserente solu-
tam esse mulierē à lege uiri mortuo illo:tu te abbatis existi
mas defuncti lege teneri,& hoc cōtra legem quæ sanctior
est,legē uidelicet charitatis? Et hæc dixi,nō q̄ putem uos
uel uiuenti in hoc paruisse debere:aut uel dicēdā esse obe
dientiā sic paruisse. Alioquin gīalis de hmōi illa sua est: Psal.124.
Declinātes aūt in obligationes:adducet dominus cū ope-
rantibus iniquitatem. At ne fortè quis abbatū etiā in ma
lo obedientiam ab hoc maledicto liberam esse contendat: Ezech.18
audi alibi apertius.Fili⁹ nō portabit iniquitatem patris:
& pater nō portabit iniquitatem filij.Ex his ergo liquido
apparet mala imperantib⁹ nō esse parendū:præsertim dū
prauis obtemperans imperijs,in quo homini uideris obe
diens:deo planè qui oē quod perperam agitur interdixit,
inobedientē te exhibes.Valde aūt peruersum est profiteri
te obedientē in quo noscerís superiorē propter inferiorē:
i.diuinā ꝓpter humanā soluere obedientiam.Quid enim?
Quod iubet hō,prohibet deus:& ego audiā hoiem,surd⁹
deo? Non sic ap̄li.Clamāt quippe dicētes:Melius est obe- Actu.5.
dire deo,quàm hominibus.Hinc dñs in euangelio pha-
sæos increpans:Quare & uos,inquit,transgredimini man Matt.15.
datum dei propter traditionem uestram? Et per esaiam.Si Esaie.1.
ne causa autem,ait,colunt me,mandata & doctrinas homi
num tenentes.Et item ad prothoplastum.Pro eò q̄ obedi- Gen.3.
sti uoci uxoris tuæ pluſquam meæ:maledicta terra in ope
re tuo.Igitur facere malum quolibet etiam iubente:cōstat
nō esse obedientiam,sed potius inobedientiam.Sanè hoc
aduertendum,q̄

aduertendū, q̄ dam sunt pura bona: quædā pura mala: & in his nullā deberi hoibus obediētiā: qm̄ nec illa omittenda sunt etiā cum prohibent: nec ista uel cū iubentur committenda. Porrò inter hæc sunt media q̄dam, q̄ pro modo, loco, tpe, uel psona, & mala possunt esse, & bona: & in his lex posita est obedientiæ, tanquā in ligno scientiæ boni & mali, qđ erat in medio paradisi. In his, pfectò phas non est nostrū sensum sniæ pscribere magistrorū. In his oīno p̄latorum nec iussio nec prohibitio contemnenda. Videamus ne fortè tale fuerit qđ arguimus in uobis: & ob hoc forsitan argui nō debuerit. Qđ euidēti⁹ elucebit, si p̄missæ diuisionis exempla subiecero. Fides, spes, charitas, & cætera huiusmodi, pura sunt bona: quæ quia male nō possunt uel iuberi uel teneri, bñ nō p̄nt uel phiberi uel nō teneri. Pura mala sunt, furtū, sacrilegiū, adulterium, & cætera talia: q̄ utiq; nec uel bene p̄cipi uel perfici p̄nt: nec male prohiberi uel nō fieri. Aduersus hmōi non est lex. Nullius quippe phibitio ualet obuiare præceptis: nullius iussio præiudicare prohibitis. Sunt deinde media, q̄ quidē per se nec bona esse noscunt nec mala: possunt tm̄ indifferenter & bene pariter & male uel prohiberi uel iuberi: sed male nullatenus in his à subditis obediri. Ex his sunt ut exēpli gr̄a ponam, sciuare, uigilare, legere, & q̄q; talia. Sciendum uerò quia media q̄dam, in purorū plerūq; bonoꝝ seu malorum transeunt ratione. Nā coniugium cū & fieri liceat, & non fieri: factū tā solui nō licet. Qđ ergo ante nuptias medium esse liquebat: in tā cōiugatis puri bōi uim obtinet. Itē propria possidere, seculari quidē homini mediū est, qm̄ & non possidere licet: monacho uerò quia possidere nō licet, purum malum est. Vidésne iam frater, uestrum factum cui potissimum mēbro diuisionis conueniat: Si puris aptandum bonis, probabile est. Si puris malis deputandū, uituperabile est. Sin uerò collocandū inter media: uia quidem excusari forsitan pōt propter obedientiam: mora uerò penitus non pōt, q̄ non fit per obedientiā. Nam mortuo iam abbati si quid ante iussit quod nō debuit: nequaquam esse parēdum, superior patefecit disputatio. Et si res per se iam satis clucescat: tm̄ ppter quosdā qui q̄runt occasiōem ubi ratio nō suppeditat, clarū faciā breuiter: & ita clarum, ut oīs dubietatis umbra disparcat: qđ nec purū nec mediū bonum, sed planè purū fuerit malū sic obedisse, sic uestrū monasteriū reliquisse. Et quidē taceo de mortuo, qui suū & solū iam iudicē habet deū, & uerè nunc suo dño aut stat aut cadit: ne fortè indignans & merito indignās dicat deus: Tulerunt hoies à me iudiciū. Tamē ad correctionē uiuentiū: non quidē qđ gessit, sed qđ iussit, discussio: utrū uidelicet illa iussio uim habere debuerit: quatenus in scandalū multorū ei fuerit obsequendū. Et p̄mittendū qđ si qui simpliciter, nihilq; suspicātes mali, male licet proficiscentem secuti sunt, putantes eū epi Lingonēsis, & abbatis Cistercīēsis (nā utriq; debitor erat) licētia proficisci (qđ utiq; nonnullos de illo comitatu sic credidisse incredibile non est) nra hæc illos nō tāgit reprehēsio, dummō ubi cōpererint sine mora regrediantur. Igitur aduersus illos tm̄, imo pro illis sermo est nobis, qui scientes & prudētes miserunt manus in ignē: q cōscij p̄sumptionis, secuti sunt p̄sumptorem: nō
2. Thes. 3. audietes apl̄m phibentē & denunciantē, ut se ab oi fratre ambulāte inordinate subtraherēt: cōtenentes & ipsius dñi
Matt. 12. uocē dicētis: Qui non colligit mecum, dispergit. Vos fratres, uos inquā aperte & specialiter notat illud apud hiere
Hier. 7. miā, quod cū dolore qdē reminiscor, opprobriū: Hæc est, ingt, gens q̄ non audiuit uocē dei sui. Dei eiī propriè uox est ista, hostē suū ppriō designantis ex officio, & tanquam digito demonstrātis: ut simplices ab eius impio deterreat cōsectatu. Qui nō est, inquit, mecum: dispergit. Ac si dicat. In hoc teiā mecū nō esse itelligas: si sequeris dispersorem. Deo ergo clamāte: Qui nō colligit mecū, dispergit: sequi uos oportuit dispersorē: Deo inquā uos imitante ad colligendū: homini potius ad dispergendū obsequi debebatis: Magistros contemnebat, subditos exponebat, socios cōturbabat: & uos uidentes furē, currebatis cū eo? Silere de mortuo statueram: sed cōpulsus fum fateor aliquantulum p̄tergredi: dū non potuit improbari obeditio, si non reproba monstraret & iussio. Porrò iussio hois & actio cū diuersa nō fuerint: impossibile uisum est unam sine altera, uel approbari uel respui. Liquet tamē huiuscemodi iussiōni nō fuisse obtemperandū: deo qppe imperante cōtraria. Itē. Maiorū institutis, minorū nō esse præponēda: aut cōmunibus priuata non præiudicare imperia quis dubitat? Nā ex regula sancti Benedicti hoc habemus. Possem quidem abbatem Cistercīensem ad medium deducere: q utiq; superior illo quantū pater filio, quantum magister discipulo, quantū deniq; abbas cōmisso sibi monacho, meritò se à uobis propter ipm quærit fuisse contēptū. Possem & epm, cuius nihilominus qa nō fuit expectatus consensus, inexcusabilis est & contēpt⁹: cū ad ipsos & de ipsis dñs dicat:
Luc. 10. Qui uos spernit: me spernit. Sed qm̄ his posset ambobus opponi & anteponi romani pōtificis tanquā grauior auctoritas, cuius quippe uos aiunt p̄munitos fuisse licentia, quæ & ipsa licentia suo quidem loco erit discutienda: talis potius proferatur, cuius oīno fas non sit auctoritati contradicere. Certè summus ille pontifex qui per sanguinem proprium solus & semel introiuit in sancta æterna redemMatt. 18. ptione inuenta: terrifica uoce denunciat in euangelio: ne quis unum de pusillis eius audeat scandalizare. Vobis autem unius donetur scandalū, si non ultra processit malum. Facilis sequatur uenia culpā, ex qua graue dammū nō oritur. Nunc uerò quod dubium nō est pluribus scandalizatis: quis aperte nō uideat quàm inhumane humanam iussionem diuinæ prætulerītis? Quod quidem audere, qs nisi amens dicere audeat bonum esse, aut bonum fieri posse, quātælibet dignitatis homine præcipiente? Quod autem nec bonum est, nec bene fieri potest: purum proculdubio malū est. Vnde consequenter aduertitur q̄ iter uestrum inmultorum usurpatum scandalum, ac per hoc & contra dei mandatum, nō purum bonum aut medium, sed purū omnino fuerit malum: qm̄ quidem & purum bonum semper bonum est, & medium bene fieri potest. Quomō ergo uel abbatis iussio uel papæ permissio licitum facere ualuit, qđ purum (sicut irrefutabiliter probatum est) malum fuit: cū superius nihilominus allegatum sit ea quæ huiuscemodi sunt, id est pura mala, ut numquam iuste iuberi, sic nec licite posse fieri? Vides quàm inanis excusatio de hūana obedientia: ubi in deum conuincitur facta trāsgressio? Nec timendum mihi arbitror q̄ ad illud domini responsum de sibi nunciato scandalo phariſæorum refugias: ut quomodo
Matt. 15. ille nihili pendebat dicens: Sinite illos, cæci sunt, & duces cæcorum: ita & nostra uobis scandala non esse timēda existimes. Vides nēpe quàm nil simile habeat in hac parte proportio. Nam si compares personas: illic phariſæi superbi, hic pauperes christi scandalizantur. Si causas: hic leuitas, ibi ueritas in causa esse dignoscitur. Rursus quod & superius propositum est, uos non solum diuinis humana, sed & communibus priuata prætulisse imperia: hoc solū ad probationem sufficiat, quod uestræ illi & nouitati insolitæ, & insolenti præsumptioni: non tātum nostri ordinis uniuersitas, sed etiam oīm monasteriorum & consuetudo, & institutio reclamare uidetur. Quod & uos quoq; non immerito timentes, nec satis de propria causa confidentes: remorsas ac remordentes conscientias, apostolica conati estis delinire licentia. O friuolum satis remedium: quod non est aliud nisi more Orthoplastorum cauteriatis conscientijs texere perizomata: uidelicet ad uelamentum non ad medicamentum. Apostolicam, inquiunt licentiam quæsiuimus, & impetrauimus. Vtinam non licentiam quæsissetis, sed consilium, id est nō ut liceret: sed an liceret. Vnde tamē quærebatis licentiam? Vt liceret quod non licebat? Facere itaq; uolebatis quod non licebat. Sed quod nō licebat: malum erat. Mala igitur erat intentio: quæ in malum tendebat. Nisi fortè tale hoc fuisse dicatur, quod absq; licentia quidem non liceret: liceret autem si cum licentia fieret. Verum id iam superius inuincibili excluſum est ratione.

Universidad de Deusto Biblioteca

Nec eñ de⁹ ubi ait: Nolite contemnere unũ ex his pusillis qui in me credunt, addidit etiam nisi cum licentia: aut dicens: Qui scandalizauerit unum de pusillis meis &c. determinauit subiungens, sine licentia. Constat igitur, ubi ueritas, & ueritas necessaria in causa non est: nec licite scandalum quodlibet posse à quolibet cõmitti: nec iuste præcipi, nec innoxie cõsentiri. Huius tñ patrãdi mali q̃rendam putastis esse licentiã. Sed ad quid? An ut quanto licenti⁹, tanto securi⁹: & quò securi⁹, eò & periculosi⁹ peccaretis? Mira cautela: & stupenda puidentia. Malum qđ iam corde cõceperãt: opere tñ cauti fuerũt nõ implere nisi cũ licẽtia. Conceperunt dolorẽ: sed nõ pepererũt iniquitatẽ: donec inquo papa cõceptui p̃buisset assensum. Quo lucro? Quóue saltim cõpendio malis? Nunqd ideò aut malũ esse desijt, aut uel minorarũ est quia papa concessit? Quis uerò malũ esse neget: assensum præbere malo? Qđ tñ summum fecisse pontificẽ nequaquã crediderim: nisi aut circumuentum mendacio, aut importunitate uictũ. Qñ etenim aliter huiuscemodi uobis licentiã indulgeret: seminandi uidelicet scãdala, schismata suscitãdi, amicos cõtristãdi, fratrum conturbãdi pacẽ, & cõfundẽdi unitatẽ, ppriũq̃ insup continendi ep̃m? Et hæc qua necessitate, necesse nõ habeo dicere: cũ rei exit⁹ satis indicet. Profectõ nempe plãgimus: profectũ non cernim⁹. His ergo talib⁹ & tã grauib⁹ malis dare assensum, exhibere obsequiũ, impẽdere adiutorium, tu mihi obedientiã noias: modestiã nũcupas: appellas mansuetudinẽ? Tu inquã conaris pessima uitia uirtutum palliare noibus? An te putas hoc sine iniuria facere dñi uirtutum, cp uirtutib⁹ facis iniuriã? Vanissimam p̃sumptionem, turpissimã lenitatẽ, crudelissimã dissentionem, obediẽtiæ, modestiæ, mansuetudinis noibus uelas: & uelatis sordib⁹, sacra illa uocabula maculas? Hanc ego nunquam æmuler obedientiã. Talẽ mihi nunquã libeat modestiã: uel potius molestiã imitari. Huiuscemodi mansuetudo semper longe fiat à me. Talis siquidẽ obediẽtia, oi est contẽptu deterior. Talis q̃q̃ modestia, ultra oẽm modũ extendit. Vltra dicã, an citra? Sed uerius forsitan, & utroq̃ cõpetẽtius dixerim extra. Qualis denicq̃ illa est mãsuetudo, q̃ ipso etiã auditu oim aures exasperat? Volo tñ eam ipsam ut & mihi mõ exhibeas. Cũ tã patiens sis, ut à quolibet etiã quo nõ licet p̃trahi nõ contẽdas: liceat & me obsecro paulò nũc cõfidentius agere tecũ. Alioquin male multũ meruí de te: si quod nemini soles, soli mihi indignandũ putaueris. Igitur tuam conuenio conscia. Volẽs, an inuitus p̃fectus es? Sed si, ex uoluntate, iã nõ ex obedientia. Si aũt inuitus: suspectũ uideris habuisse imperiũ, cui obsequi grauabaris. Vbi uerò suspicio: ibi discussio necessaria. Verũ tu ut tuæ patientiæ dares uel caperes experimẽtũ: nihil discutiẽs, trahi te passus es non solũ p̃ter uoluntatẽ tuã: sed & cõtra cõscientiã. O patientia oi digna impatiẽtia. Nõ possum fateor nõ irasci huic cõtẽtiosissimæ patientiæ. Videbas dispergentẽ, & sequebaris. Scãdala dictãtẽ audiebas & obsequebaris? Vera patiẽtia est, pati uel agere cõtra qđ libeat: sed nõ præter qđ liceat. Mirum uerò q⁹ hoiem audiebas furtiue susurrãtẽ, deum nõ audiebas aperte reclamantẽ, tali quasi celitus
Matt. 18. emisso tonitru: Væ illi per quẽ scandalũ uenit. Non tñ autẽ dñs: sed & sanguis ipsi⁹ clamore nihilominus uehemẽti (surdis licet) terribiliter irrugiebat. Clamor eius: eius effusio. Effusus qppe, pro dispersis filijs dei ut eos congregaret in unũ: iuste fremebat in dispersores. Odit nimirũ dispsores: q nõ nouit nisi colligere. Magnus eius clamor & uehemens: qui corpora de sepulchris, aias ab inferis excitauit. Terrã cælosq̃ tuba illa cõuocauit in unũ: quippe q̃ in terra & q̃ in cælis sunt pacificans. In oẽm terrã exiuit sonus ille: & uestrã nõ ualuit rũpere surditatẽ? Vox nempe illa in
p̃s. 67. uirtute: uox illa in magnificẽtia. Et quid clamat? Exurgat deus, & dissipent inimici eius. Et iterum: Disperge illos in uirtute tua: & depone eos protector me⁹ dñe. Sanguis xp̃i est, frater adam: sanguis xp̃i est q pro pijs congregatis aduersus impios dispersores quasi tuba exaltat uocem suam. Minatur autẽ se dispersores dispergere: qui pro dispersis collígendis effusus est. Et si eius uocem tu nõ audis: audit eam de cuius latere manauit. Quomodo namq; proprium nõ audit: qui abel sanguinẽ audiebat? Sed quid ad me inquis. Ille uiderit cui mihi cõtradicere fas nõ erat. Non est discipulus super magistrũ. Docendus, nõ docturus: eius lateri adhærebã. Sequi debui, non perire præceptorẽ auditor. O istorũ temporũ paule simplex, si tamen & ille alterũ se tibi exhibuisset antonium: ut quicquid uel leuiter de labijs eius procederet, necesse nõ haberes discutere: sed sine cunctatione ad omnia nihil hæsitãs obedires. O monachũ obediẽtissimum, cui ex quibuslibet seniorum uerbulis ne unum quidem iota præteruolet. Nõ attendit quale sit qđ præcipit. Et hæc est obedientia sine mora. Si ita oportet: ne causa legitur in ecclesia: Omnia probate, quod bonum 1. The. 5.
est tenete. Si ita oportet: deleamus iam de libro euangelij: Estote prudentes sicut serpentes: sufficiente quippe quod Matt. 10.
sequitur, & simplices sicut columbæ. Nec dico à subditis mandata præpositorum esse dijudicanda, ubi nil iuberi deprehenditur diuinis cõtrarium institutis: sed necessariam assero & prudentiam, qua aduertatur si quid aduersatur: & libertatem, qua & ingenue contemnatur. Cæterum ille nihil, inquit, habeo interrogare: uiderit ille quid iussum. Dic quæso, si dato in manus gladio, suum te armari iussisset in iugulum, acquieuisses? Aut si fe tuo uoluisset impulsu in ignem uel in aquam præcipitẽ dari, obtemperasses? Nõme etiam ab his non prohibere cum possis, in crimen tibi reputatur homicidij? Age ergo: uide ne fortè sub prætextu obedientiæ, in quippiam ei grauius inseruieris. Nõ ignoras certè qui dixerit (quam mihi hinc fortasse non credere) expedire scandala facientibus, demergi potius in Mat. 18.
profundum maris. Cur hoc dixit, nisi quia significare uoluit tam grauia illos in posterum manere tormenta: ut eis comparata mors tẽporalis: nec pœnalis esse uideatur sed commoda? Qui ergo eum scandala facere iuuisti: iuuisti enim sequendo illum, obsequendo illi: nónne utilius iuxta præmissam ueritatis sententiam, molam asinariam collo eius suspenderes, & sic eum demergeres in profundum maris? Quid ergo? Tu ille obedientissimus discipulus, illum patrem & præceptorem tuum, quem ne puncto quidem temporis, uel transuerso ut dicitur pedis, à te quandiu uixit passus elongari: ita ut in foueam quoq; post eum, non quidem cæcis, sed apertis more balaam oculis caderes non cunctatus sis: tu ne inquam illum tuo ita beandum putasti obsequio: ut morte illi grauiorem exhibueris obedientiam? Reuera nunc experior quàm uera sit illa sententia. Inimici hominis, domestici illius. Sic itaq; sentiens, sic con Mich. 7.
scius ipse tibi: nónne si sapis gemis, & si non desipis tremis? Quippe cuius obedientia non meo, sed ueritatis iudicio, peior inuenta est homicidio? Si hæc non ignoras: quomodo non trepidas? Q. si trepidas: quomodo non emendare festinas? Alioquin qualem hinc ad illud tribunal terrificum conscientiam portas, ubi iudex teste non indiget, ubi ueritas discutit intentiones, ubi inquisitio cuparum pertingit, ad abdita cordis, ubi denicq; secretissimos recessus mentium diuinus ille inuestigat intuitus: & ad subitum illum solis iustitiæ fulgorem, animarum expansi sinus, cuncta siue bona siue mala euomunt quæ celabant? Ibi frater adam, facientes & consentientes pari pœna punientur. Ibi fures & socij furum similem sunt accepturi sententiam. Ibi par subibunt iudicium: & qui lactant, & qui lactantur peccatores. Perge igitur iam dicere, quid ad me ille uiderit. Tange piscem: & dic, uon sum inquinatus ab ea. Absconde ignem in sinu tuo: & te factum non aduri. Pone denicq; portionem tuam cum adulteris: nihilq; tua interesse putato. Non ita esaias. Redarguit Esaiæ.
enim seipsum, non solum quia ipse immundus, sed & q̃ socius sit immundorum: quia inquiens uir pollutus labijs ego sum, & in medio populi immunda labia habentis ego habito. Redarguit autem se dixerim: non quia cũ malis habitaret: sed quia mala non redarguerit. Sic namq; ait. Væ mihi quia tacui. Quando uerò ipse malum facere Ibidem
acquiesceret:

acqeſceret qđ ſe in aliꝭ non redarguiſſe redarguit: Quid enim etiã dauid: Nomne alieni cogitatione peccati ſe ſenſerat inquinari poſſe: cũ diceret: Cum hominibus operãtibus iniquitatem, & non cõmunicabo cum electis eorũ: Deniq; & orat dices: Ab occultis meis mũda me domine: & ab alienis parce ſeruo tuo, Vñ etiam malorũ quorũ noluit participare malum: ſtuduit declinare cõſortium. Ait etenim: Non ſedi cum concilio uanitatis: & cũ iniqua gerentibus non introibo, Huic uerſiculo concinit & ſubiequens: Odiui, inquit, eccleſiam malignãtium: & cum impĩs non ſedebo. Audi deniq; & ſapientis conſiliũ, Fili mi, ait, ſi te lactauerint peccatores: ne acquieſcas eis. Tu ergo aduerſus hæc atq; alia in hunc modũ innumera ueritatis teſtimonia, putaſti cuipiam obediendum: O odioſa puerſitas. Obedientiæ uirtus quæ ſemper militat ueritati: aduerſus ueritatem accingitur: Felicem ego dixerim fratris Henrici inobedientiã: cui cito reſipiſcenti ab errore, & reuertenti ex itinere: talem contigit non experiri obedientiam. Quàm potiorem nunc & dulciorem ſuæ huiuſmodi inobedientiæ carpit: iamiamq; deguſtat fructum: bonam habens conſcientiam: q̃ cæteris collegis ſuis fraterna corda graui ſcandalo concutientibus, ipſe inter fratres in ꝓpoſito & ordine ſuo ſine querela conuerſetur. Cuius ego, ſi optio detur, pigram potiꝰ elegerim inobedientiam cum ipſius conſcientia: quàm horum ſtudioſam obedientiam cum ſcandalo. Eſtimo enim quia melius agit iſte ſic inobediẽs abbati, ſed non charitati, ſeruando unitatem in uinculo pacis: quàm illi qui ita obtemperant homini uni, ut unum præferant unitati, Fidẽter & hæc addiderim, expedire magis cuilibet ſola uiuus hominis periclitari obedientia: quàm reliquis omnibus pietatis bonis, & uotis propriæ profeſſionis. Siquidem ut cætera taceam, duo ꝑcipua nobis in monaſterijs conuerſantibus obſeruanda traduñt: ſubiectio abbati, & ſtabilitas in loco. Et ita obſeruanda, q̃ neutrũ præpediat alterum, nec alterutrum ſibi præiudicent. Vt uerbi gratia, ſic te ſtabilem in loco exhibeas, ut abbati ſubiici non cõtẽnas: ſic obedias ſubiectus abbati, ut ſtabilitatem non amittas. Porrò ſi deteſtaris in loco licet perſeuerantẽ, qui abbatis fortè ſubdi contẽnit imperijs: miraris ſi reprehendimus obedientiam, q̃ nobis ueſtrũ deſerẽdi locum uel cauſa extitit uel occaſio: præſertim cum in profeſſiõe regulari ſic promittatur ſtabilitas, ut de ſubiectione abbati exhibenda, nulla penitus mẽtio fiat: Sed q̃ris forſitan inquiens mihi. Quid ergo tu de ſtabilitate tua facis, quam apud ciſterciũ firmaſti: & nunc alibi habitas: Ad quod reſpõdeo. Ego quidem ciſtercienſis monachus ibidem profeſſus, ab abbate meo ubi nunc habito miſſus ſum: ſed miſſus in pace, miſſus ſine ſcandalo, ſine diſcordia: miſſus iuxta conſuetudinẽ & communem inſtitutionẽ, Quãdiu ergo in eadem qua miſſus ſum pace & concordia perſeuero, quãdiu in unitate ſto, communibus priuata non præfero: quietus & ſubditus, in quo poſitus ſum permaneo: ſecura dico conſcientia, qđ promiſi, firmiter teneo. Quomodo enim ſtabilitatis ꝓuaricor uotum, qui unanimitatis non rumpo uinculum, pacis firmamentũ non deſero: Et ſi corpus abſentauit obediẽtia: ſed ſpiritũ ſemper ibidem præſentem tenet concors deuotio, & in nullo diſſimilis conuerſatio. Qua die autẽ (qđ qui dem deus auertat) aliꝭ incipiã uiuere legibus, aliꝭ moribus cõuerſari, diuerſis deſeruire obſeruatijs, adinuenire noua, extranеas uſurpare conſuetudines: trãſgreſſor profeſſionis, promiſſam ſtabilitatẽ iam non me tenere confido. Dico ergo abbati per omnia obtemperandum, ſed ſalua profeſſione. Verũ tu profeſſus ſm regulam ſancti benedicti, ubi promiſiſti obedientiam: promiſiſti & ſtabilitatem. Quòd ſi obedieris quidem: ſtabilis autem nõ fueris: dum offendis in uno, factus es oĩm reus. Sí omnium: & ipſius obedientiæ. Vides itaq; pondꝰ tuæ obediẽtiæ: Quõ nẽpe ſtabilitatis tranſgreſſionem ſufficit excuſare: quæ nec ſibi quidem ualet patrocinari: Item notum eſt ſolenniter ac regulariter profiteri quemq; in præſentia abbatis. In

Pſal.140.

Pſal.25.

Ibidem.

puer.1.

ꝑſentia ergo tantũ: non etiã ad nutũ ipſiꝰ fit cuiuſq; profeſſio. Teſtis proinde adhibetur abbas, non dictator profeſſionis: adiutor nõ fraudator adimpletiõis: uindex non auctor ꝑuaricationis. Quid igit: Ponam in manu abbatis qđ abſq; ulla exceptione coram deo & ſctis eius ꝓpria manu & ore firmaui: audiẽs ex regula, ſi quãdo aliter fecero à deo me eſſe damnandũ, quẽ irrideor: Sí abbas meꝰ aut etiã angelus de cælo contraria ſuſſerit: libere recuſabo hmõi obedientiam: quæ me tranſgreſſorem uoti proprii, & peierare faciat nomen dei mei. Scio eñ me iuxta ſcripturæ ueritatem ex ore meo uel condemnandũ uel iuſtificandũ. Et quia os quod mentit occidit animam: & quod deo ueraciter canitur: Perdes omnes qui loquuntur mendacium. & quia unuſquiſq; onꝰ ſuũ portabit, & unuſquiſq; proſe rationẽ reddet. Alioquin qua fronte pſallam mentiens in conſpectu dei & angelorum illud de pſalmo: Reddam tibi uota mea quæ diſtinxerunt labia mea: Viderit deniq; abbas meus quid ſibi faciẽdũ putet de eo quod ex regula ad ipſum ſpecialiter dirigitur, ut præſentem regulam in omnibus conſeruet. Et ite qđ uniuerſaliter præcipitur, & nemo excipitur, ut omnes ſcilicet per omnia magiſtram ſequantur regulam, nec ab ea temere deuietur à quoquam. Ego ſic ipſum ſequi decreui ſemper & ubiq; magiſtrum, ut nequaquã à regulæ, quã teſte ipſo iurauí & ſtatui cuſtodire, deuiem magiſterio. Occurramus breuiter quæſtioni que à latere nobis ſurgere poſſe uidet: & ſic iam nimis lõgam finiamus epiſtolã. Videor nempe contraria loqui rei quam facio. Quæri etenim à me poteſt: ſi hos damno qui abbatis ſui non ſolũ conſenſu ſed & iuſſu ſuum monaſterium deſeruerũt: quo pacto illos & recipiã & retineã, qui de aliꝭ monaſterijs fracto ſtabilitatis uoto, & contempto ſenſorum imperio, ad noſtrum ordinẽ ueniunt: Ad quod quidem breuis reſponſio: ſed periculoſa. Vereor namq; diſplicere quibuſdã quod dicturꝰ ſum. Cæterũ mihi magis uerendũ puto, ne tacendo ueritatem, illum uerſiculũ non ueraciter cantem. Iuſtitiam tuam non abſcondi in corde meo: ueritatẽ tuam & ſalutare tuum dixi. Hac ergo ratiõe illos ſuſcipimus: qñ non putamus eſſe malũ ſi uota labiorum ſuorũ q̃ in locis ſuis potuerunt quidẽ promittere, ſed nequaquã perſoluere, deo qui ubiq; eſt, ubicũq; poterunt reddant: & ſolius ruptæ ſtabilitatis damna, reliquorum regularium ꝑceptorum integra obſeruatione compenſent. Sí cui diſplicet hoc, & murmurat aduerſus hominẽ quærẽtem ſalutem ſuam: reſpondebit pro eo ſalutis auctor: Nónne oculus tuus nequam eſt, quia ille bonus: O quiſquis es qui ſaluti inuides alienæ: parcito uel tuæ. An neſcis q̃ inuidia diaboli intrauit mors in orbem terrarum: Attende itaq; tibi. Sí eñ ubi inuidia, ibi mors: pfectò nõ põt ſimul & inuidere & uiuere. Quid moleſtus es fratri tuo qñ ſatagit quemadmodũ q̃ proceſſerunt de labijs ſuis, non faciat irrita: Sí quærat homo quomodo & ubi perſoluat quod pollicitus eſt deo: quid tu perdis: Fortaſſis ſi aliquantæ pecuniæ tu eum debitorem teneres: circuire cogeres mare & aridam donec uſq; ad nouiſſimum quadrantem debitum redderet uniuerſum. Quid igitur meruit de te deus tuus: quoniam non uis ut & ipſe à ſuo quod ſuum eſt debitore recipiat: Imo uni inuidens, duos tibi reddis infenſos: dum & dñm ſerui obſequio, & domini gratia ſeruum fraudare conaris, Tu quare illum potius non imitaris: & ipſe uidelicet perſoluendo quod debes: Putasne & tuum non requiretur debitũ: An potius propter hoc magis irritas impie deum: quia dicis in corde tuo non requiret: Quid inquis: Omnes ergo damnas qui ſimiliter non faciunt: Non. Sed audi quid & de ipſis ſentiam: & noli fruſtra calumniari. Quid me uis odioſum facere multis milibus ſanctorum, qui ſub noſtra profeſſione non noſtro conuerſantes more: tamen aut ſancte uiuunt, aut beate defuncti ſunt: Num ignoro q̃ reliquerit ſibi deus ſeptem milia uirorum, qui non curuauerunt genua ſua ante baal: Audi ergo æmule, calumniator auſculta. Dixí cur de aliꝭ monaſterijs ad noſtra uenientes, recipiẽdos cenſuerim. Num-

Pſal.31.

3.Re.19.

Universidad de Deusto Biblioteca

ad non uenientes dānauit: Excuso illos: non istos accuso. Soli sunt iuidi: quos excusare nec uolo nec ualeo. Quib⁹ exceptis, si qs cæteroꝝ ad regulæ cupiat transire puritatē, sed ꝓpter scandalū non audeat, aut certè etiā ob certam corporis infirmitatē, puto ga non peccat: dū tm in suo studeat loco sobrie & iuste & pie cōuersari. Nā siqua ex more monasteriī minus fortè districte quàm regula constituit se uidet, obseruare cōpellit: excusabit hoc forsitan aut illa charitas qua cunctatur migrare ad melius propter scanda
1. Petr. 4. lum, iuxta illud: Charitas operit multitudinē pctōrū: aut illa humilitas, qua propriæ consci⁹ infirmitatis se reputat
Iaco. 4. imperfectū. Siquidem & de ipsa scriptū est: De⁹ humilib⁹ dat gratiā. Multa qdē tibi locutus sum charissime, cū multis opus nō habeas: quippe cui sit & ingeniū uelox ad intelligendum quod dicitur, & uoluntas agilis ad eligendū quod utiliter suadetur. Sed licet specialiter quidem ad te: nō tm tā multa ꝓpter te scribenda putaui. Hæc itaq; : quibus deus prouidit fore necessaria. Te aūt ut meū iam olim familiarissimū paucis & cum omni fiducia moneo: ne iam diutius animas desiderantiū te, in tuæ quidē animæ horrendum periculū, tui expectatione suspendas. En tua eoruq; (ni fallor) qui tecum sunt: & mors & uita in manu tua est. Arbitramur eīm quicqd feceris tu aut uolueris: illos eē facturos. Alioquin aperte denūcia illis quia iuxta omniū abbatū nostrorū nō contenendā fniam, q̄ merito processit
Ezec. 18. in uos: qui redierint uiuent, qui renuerint morientur.

¶ *Ad Brunonem Colonien sem electum.* *Epistola.* VIII.

QVæris à me cōsiliū uir illustris Bruno: an uolentibus te ꝓmouere ad ep̄atum acqescere debeas. Quis hoc mortaliū diffinire ꝑsumat: De⁹ forsitan uocat: qs audeat dissuadere: Fortè non uocat: qs appropinquare cōsulat: Vtrū uerò uocatio dei sit an nō sit, qs scire possit excepto spū q scrutat etiā alta dei: uel si cui fortè reuelauerit ipse: Magis quoq; dubium redit cōsiliū illa in lris tuis humilis, sed terribilis cōfessio: qua uitā tuā tā grauiter, & ut credo non nisi ueraciter accusas. Nec eīm negandū est huiuscemodi uitā esse indignam tā sacri dignitate ministerii. Sed rursum nō imerito è regione times (quā & nos idipm metuim⁹) si ob malū cōsciæ de cōmisso sciæ talēto nō facis lucrū: nisi qd alio fortè negociādi genere, etsi minus copiose, minus tm & piculose fructifi care ualeres. Horreo fateor: hic eīm tibi ut mihi loq debeo qd sentio. Horreo īquā cōsideras unde quo uocaris: præsertim cū nullū intercurrerit pniæ tps, p qd utcūq; huiuscemodi piculosissim⁹ transit⁹ fiat. Et qdē rect⁹ ordo requirit: ut pri⁹ ꝓpriā, deinde alienas curare studeas cōsciētias.
Eccli. 3. Prim⁹ quippe pietatis grad⁹ est de quo scriptū est: Miserere aīæ tuæ placēs deo. Ex hoc aūt ad miserandū ꝓximū, recto iā tramite charitas ordinata ꝓcedit: qppe quem ad sui qsq; mēsurā amare ꝑcipit. Q, si in hūc modū quo te hactenus ipse amasti, & tibi cōmittēdos amatur⁹ es: malo ego q dē tibi nō cōmitti, quàm sic diligi. Si aūt prius te diligere didicisses: & me forhtā scires amare. Sed qd si suā de⁹ acceleret tibi grām, & multiplicet miam: & sit ad restituendam innocētiā efficacior uelox clemētia quàm diuturna pniæ
Psal. 31. Btūs siquidē cui nō imputabit dns pctū. Nā qs accusabit aduersus electū dei: Si deus iustificat: qs est qui condēnet:
Luc. 23. Hoc salutis cōpendiū sctūs ille latro cōsecutus est: uno eo dēq; die simul & cōfessus latrocinia, & introductus in gloriā: breui q̄dā cōtēt⁹ pōte crucis ad trāsigendū de regione dissimilitudinis in terrā uiuētiū: & de luto fecis in paradisum uoluptatis. Hoc subitū pietatis remediū percepit fe-
Luc. 7. lix illa peccatrix: cū repēte ubi superabundauerāt delicta, abundare cœpit & gra. Absq; multo pniæ labore dimissa sunt ei pctā multa, q̄n dilexit multū: & ī breui meruit cha-
1. Petr. 4. ritatis accipe latitudinē: q̄ (ut scriptū est) cooꝑit multitu-
Matt. 9 dinē pctōrū. Hoc & ille paralyticus in euāgelio duplex atq; celerrimū potētissimæ bonitatis psensit beneficium, prius mente quàm carne curat⁹. Sed aliud est celerem adipisci ueniam peccatorū: & aliud de ipsis celeribus ad insulas mox
Matth. 9. prouehi dignitatum. Video tm matthæum de theloneo ad apostolatus culmen assumptum: sed hoc me rursum conturbat, q̄ non prius audierit cum cæteris apostolis suis: Ite in orbem uniuersum, prædicate euāgelium omni creaMarc. 1 turæ: quàm egerit pœnitentiā: multo tempore ac labore sequendo dīm quocumq; iret: permanens cum eo in tentationibus suis. Sed & si occurrat de Ambrosio, q̄ de tribunalibus ad sacerdotium raptus fuerit: non ꝓme ualde confortat: cum à puero mundam in mundo duxerit uitam: & sic etiam fuga & latebris, multisq; dissimulationum modis declinare conatus sit. Si de saulo quoq; factus repente paulus, repente uas electionis, repente doctor gentium, in exemplum adducitur: hoc exempli euacuat similitudinē,
1. Tim. 1. q̄ ille ideò misericordiam consecutus sit, quia ignorās ip⁹ so teste peccauit, manēs in incredulitate. Quāquam si tale quippiam q̄q; bene & utiliter factū fuisse agnoscitur, de quo dici ueraciter possit. Hec est mutatio dexteræ excelPsal. 76. si: nō tam exemplū quàm miraculum afferre debeat. Hæc interim à me ad id quod quæritis suspensiue responsa sufficiant. Neq; enim possum unde certus non sum, certā proferre sententiam. Sic contingere debet quærenti rem ubi non sit. Sermo à propheta, consiliū à sapiente quærendum est. Nunquid enim de luto limpidum quippiā haurire potestis: Vnum tamen est quod amico absq; periculo, & noquaquā sine fructu impēdere possumus: nīæ uidelicet pro hac re orationis ad deum qualecumq; suffragium. Deo ergo relinquentes sui quod ignoramus secretum consilij: ip⁹ sum supplici deuotiōe & deuota supplicatione precamur, ut in uobis & de uobis operetur quod & se deceat: & uobis expediat. Habetis autem dominum Norbertum: quē melio⁹ præsentem præsens de talibus interrogare potestis. Nam tanto uir ille in diuinis aperiendis mysterijs nobis promptior: quanto & deo propior esse cognoscitur.

¶ *Ad eundem iam archiepiscopum Colonien sem.*

Epistola. IX.

IGnationis uestræ susceꝑi scripta deuotus: & adiuncta solicitus fui: & si profui, uos probabitis. Sed de hoc satis. Porrò in eadem charitate audeo quæ sequuntur. Si cunctos qui uocātur ad ministerium, constat eligi & ad regnum: profectò securus est colonien sis archiepiscopus. Q, si etiā & sanctē in regno, & iudam in sacerdotio legitur elegisse non alio⁹ quàm ipse deus, & non potest solui scriptura quæ hoc asserit: timeat necesse est & colonien sis archiep̄s. Si uerò (qd uerū
1. Tim. 4. est) & illa sententia hodie quoq; uiget, quia nō multos nobiles, non multos potentes, nō multos sapientes elegit de⁹: nunquid non triplicem quoq; habet timendi causam colonien sis archiepiscopus: Curemus ergo in alto positi, non altum sapere, sed timere: sed humilibus consentire. Principem, inquit, te constituerunt: esto in illis tāquam unus ex Eccli. 32. illis. Et iterum: Quāto maior es: tanto humilia te in omniEccli. 3. bus. Sapiens est qui hoc consulit: quippe haud secus sentiens ab ipsa sapientia quæ ait: Qui maior est uestrum: fiat Luc. 22. sicut iunior. Alioquin iudicium durum his qui præsunt: timeat potestas. Seruus quoq; sciens uoluntatem domini suī, & non faciens digna, uapulabit multis. Timeat qui cognouit literaturam. Timeat nobilis: quia iudex omnium, non est acceptor personarum. Iste profectò necessarij timoris funiculus triplex, difficile rumpitur. Durúsne uideor quia non blandior: q̄ metum incutio, q̄ amico cupio initium sapientiæ: Sic mihi contingat semper beare amicos: id est terrendo salubriter, nō adulando falliciter. Ad illud me prouocat qui dicit: Beatus homo qui semper est pauiProuer. 28. dus. Ab hoc reuocat qui ait: Populi meus qui te beatifiEsaiæ 3. cant: in errorem inducunt.

¶ *Ad eundem.* *Epistola.* X.

ORrendum punire nephas, etsi duplici ratione incumbat uobis, tum pro debito uidelicet officij, tum quia & apostolica iniungit auctoritas: puto tm q̄ nō superuacua in re tanta, etiam amici comonitio accedit. Hoc aūt est q̄ amicum & patrē cupimus esse ammonitū: ut hæc ipsa ultio q̄ facienda est, eo q̄q;

zelo quo

zelo quo faciẽda est fiat: quatenus non solũ presens facinus multatum esse uideatur: sed etiam à simili temeritate audiens omnis malignitas compescatur.

¶ *Ad Cartusienses & Guigoni priori.* Epla. XI.

INter patres reuerẽdissimis & inter amicos charissimis Guigoni priori cartusiensi: cæteriscp sanctis qui cũ eo sunt: frater Bernardꝰ de clara ualle salutẽ æternã. ¶ Sãctitatis uestræ literas tã lætus accepi: quàm auidus & olim desideraueram. Legi eas, & quas uoluebã in ore literas: scintillas sentiebam in pectore: quibus & concaluit cor meum intra me, tanquam ex illo igne quem dñs misit in terram. O quantus in illis meditationibus exardescit ignis: è quibus huiuscemodi euolant scintillæ. Vestra illa succensa & succendens salutatio sic mihi (ut uerũ fatear) accepta fuit & est: quasi non ab homine sed certissime ab illo qui mãdat salutes iacob, descendere uideretur. Non me sanè arbitror salutatũ in uia: non in transitu: non ueluti ex occasione (ut assolet) consuetudinis: sed planè ex uisceribus, ut sentio, charitatis prodiit hæc tam grata & inopinata benedictio. Benedicti uos à domino qui me in benedictionibus dulcedinis tãtæ præuenire curastis: ut darer puero uestro uobis primũ scribentibus fiducia rescribẽdi: scribere quidẽ ad uos iam pridem gestienti: sed non præsumenti. Verebar nimirum sanctam quam in domino habetis importunis scriptitationibus infestare qetẽ: fuge illud uestrũ sacrũcp silentiũ à seculo: susurriũ cũ deo: uel ad modicũ interrumpere: nostracp ingerere auribꝰ secretis penitus occupatis supernis eulogiis. Timebã omnino molestꝰ fieri: uel moysi in monte, uel heliæ in deserto: aut certè excubanti in tẽplo samuel: si diuinis intentissimos cõfabulationibus ali
1. Regũ. 5 quatenus auocare tentassem. Clamat samuel: loquere domine, quia audit seruus tuus: & ego me audiri præsumerem? Timebã inquã ne si & dauid elonganti se & fugienti manenticp in solitudine: importunus insisterẽ: indignans excusaret & diceret. Sine me, non audio te modo: audiam
Psal. 84. potius qd' dulcius ausculto. Audiã qd loquat in me dñs deꝰ: quoniã loquet pacẽ in plebẽ suã: & sup sanctos suos:
Psal. 118. & in eos qui conuertunt ad cor. Aut certè illud: Declina te à me maligni: & scrutabor mãdata dei mei. Quid enim? Egóne tam temerarius essem: ut inter sponsi brachia suauiter quiescentem auderem suscitare dilectam quouscp uel let ipsa? Putarem illico auditurum me ab illa. Noli mihi
Cant. 2. molestus esse. Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi: qui pascitur inter lilia. Verũ quod non audeo ego: audet charitas: & cum omni fiducia pulsat ad ostium amici: nequa quam putans pati se debere repulsam: quæ amicitiarum matrem se nouit: nec ueretur uestrũ etsi gratissimũ pauli sper inquietare ocium, propter suum negocium. Ipsa profectò: ipsa cum uult facit uos excedere deo. Ipsa & cũ uoluit fecit sobrios nobis: adeò ut mínie duceretis indignũ, me non modo sustinere loquentem, sed tacentem insup benigne prouocare. Amplector benignitatem, dignationem ammiror, laudo & ueneror puritatẽ: qua de nostris profectibus quos putatis: tanta in domino exultatione gloriamini. Glorior & ego plurimum tanto testimonio: & seruorum dei tam grata quàm gratuita admodum familiaritate delector. Hæc iam glïa mea: hoc gaudiũ meũ: hæ deliciæ cordis mei: cp nõ frustra leuaueri oculos meos in mõtes: unde qppe iã nõ mediocre uenit auxiliũ mihi. Hi iã nobis stillarũt mõtes dulcedinẽ: & adhuc spero qa stillabũt quouscp ualles nostræ abũdabũt frumẽto. Festiuus cñ erit mihi dies ille ducẽdus: & memoriale sempiternũ in quo uirũ illũ uidere ac suscipere meruí: p quẽ factũ est ut in cordibus uestris ego reciperer. Et quidẽ iam añ receperatis ut apparet in literis uestris: sed nũc artius ut cõperi & familiarius, cũ ille uobis retulit de me quædã: que etsi non probauerit, putauit tamen. Fidelis quippe & religiosus: absit ut aliter loqueret: quàm credidit. En re
Matt. 10. uera in me experior quod ait saluator: Qui recipit iustũ in nomine iusti, mercedẽ iusti accipiet. Mercedẽ quippe iusti dixerim cp iustus reputor: nõ ob aliud nisi cp iustum recepi. Nam siqua superaddita sunt: ea iustus non tam ex ueritate rei, quàm ex puritate sui locutꝰ est. Audistis, credidistis, exultastis, scripsistis, & me nõ parum lætificastis: non solum cp aliquem locũ gratiæ, & locũ non mediocrẽ apud uestrã meruí sanctitatẽ: sed & cp nobis uestrorũ non parua ex parte puritas animorũ innotuit. Paucis pro certo aperuistis, cuius spiritus estis. Gaudeo proinde mihi: gaudeo & uobis: meæ utilitati, & uestræ synceritati. Illa siquidẽ uera & syncera est charitas: & omnino de corde puro, & cõscientia bona, & fide non ficta iudicanda procedere: qua proximi bonum æque ut nostrum diligimus. Nam qui magis aut certè solum diligit suum: cõuincitur non caste diligere bonum: quod utiqꝫ propter se diligit, non propter ipsum. Et hic talis non potest obedire ꝓphete, qui ait: Confitemini dño qm̃ bonus. Cõfitetur quidẽ Psal. 117.
quia fortassis bonus est sibi: non autẽ qm̃ bonus est in se. Quapropter nouerit in se dirigi illud ab eodẽ propheta opprobrium: Confitebitur tibi, cum benefeceris ei. Est q Psal. 48.
cõfitetur dño, qm̃ potẽs est: & est qui confitetur, quoniã sibi bonus est: & itẽ qui confitetur qm̃ simpliciter bonus est. Primꝰ seruus est, & timet sibi: secũdus mercennariꝰ est, & cupit sibi: tertius filiꝰ, & defert patri. Itaqꝫ & qui timet, & qui cupit, uterqꝫ pro se agunt. Sola quæ in filio est charitas: nõ quærit quæ sua sunt. Quamobrẽ puto de illa dictum: Lex domini immaculata, conuertens animas: cp so- Psal. 18.
la uidelicet sit quæ ab amore sui & mundi auertere possit animũ, & in deum dirigere. Nec timor quippe nec amor priuatus conuertit animã. Mutant interdum uultum uel actum: affectũ nunquã. Facit quidem etiam seruus nõnũquã opus dei: sed quia non sponte, in sua adhuc duritia permanere cõuincitur. Facit & mercẽnarius: sed quia nõ gratis, ppria trahi cupiditate cognoscit. Porrò ubi proprietas: ibi singularitas. Vbi autẽ singularitas: ibi angulus. Vbi uerò angulus: ibi sine dubio sordes, siue rubigo. Sit itaqꝫ seruo sua lex timor ipse quo cõstringit: sit mercẽnario sua cupiditas, qua & ipse artatur: quoniam ab ipsa tentatur abstractus & illectus. Sed harum nulla aut sine macula est, aut animas conuertere potest. Charitas uerò conuertit animas: quas facit & uoluntarias. Porrò in eo eam dixerim immaculatam: cp nil sibi de suo retinere consueuit. Cui nempe de proprio nihil est: totum profectò quod habet, dei est. Quod autem dei est: immundum esse non potest. Lex ergo domini immaculata, charitas est: q̃ non quod sibi utile est quærit, sed quod multis. Lex autẽ domini dicitur: siue cp ipse ex ea uiuat: siue cp eam nullus nisi eius dono possideat. Nec absurdũ uideatur quod dixi, etiam deum uiuere ex lege: cũ non alia dixerim quàm charitate. Quid uerò in summa & beata illa trinitate summam & ineffabilem illam cõseruat unitatẽ nisi charitas? Lex est ergo, & lex domini charitas: que trinitatẽ in unitate quodammodo cohibet: & colligat in uinculo pacis. Nemo tamen me existimet charitatẽ hic accipere qualitatem, uel aliquod accidens: alioquin in deo dicerem (qd' absit) esse aliquid quod deus non est: sed substantiã illam diuinam: quod utiqꝫ nec nouum nec insolitum est: dicente ioanne: Deus charitas est. Dicitur ergo recte charitas, 1. Ioan. 4.
& deus, & dei donũ. Itaqꝫ charitas dat charitatem: substãtia accidentalem. Vbi dãtem significat: nomẽ est substantiæ. Vbi donũ, qualitatis. Hæc est lex æterna: creatrix & gubernatrix uniuersitatis. Siquidem in pondere, & mensura, & numero per eam facta sunt uniuersa: & nihil sine lege relinquitur: cum ipsa quoqꝫ lex omniũ sine lege nõ sit, non tamen alia quàm seipsa, qua & seipsam etsi non creauit: regit tamen. Cæterum seruus & mercennarius habẽt legem non à dño: sed quã ipsi sibi fecerunt: ille deum non amando: iste plus aliud amando. Habent inquam legem non domini, sed suam: illi tamen quæ domini est subiectã. Et quidem suã sibi quisqꝫ legem facere potuerunt: non tamen eã incõmutabili æternæ legis ordini subducere potuerunt. Tunc autem dixerim quemqꝫ sibi suam fecisse le-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gem,quando cõmuni & æternæ legi propriam prætulit uoluntatem:peruersæ utiq; uolens suum imitari creatorem:ut sicut ipse sibi lex,suiq; iuris est: ita is quoq; seipm regeret:& legẽ sibi suam faceret uoluntatẽ: graue utiq; & importabile iugũ sup oẽs filios adã:heu inclinãs & incuruãs ceruices nras:adeò ut uita nra inferno appropinquauerit.Infelix ego homo:qs me liberabit de corpore mortis huius:Quo utiq; sic premor:ut nisi quia dominus adiuuit me: paulominus habitasset in inferno anima mea.
Iob,7. Sub hoc onere grauat9 gemebat q dicebat:Quare posuisti me contrarium tibi:& factus sum mihimetipsi grauis? Vbi dixit factus sum mihimetipsi grauis: ostendit q̃ lex ipse sibi esset:nec alius hoc quàm ipse sibi fecisset. Quod autem deo loquens præmisit: posuisti me contrarium tibi:dei se tamen non effugisse legem indicauit. Hoc quippe ad æternam iustamq; legem dei pertinuit:ut qui à deo noluit suauiter regi pœnaliter à seipso regeretur: quiq; sponte iugum suaue & onus leue charitatis abiecit, propriæ uoluntatis onus importabile pateref inuitus. Miro itaq; modo æterna lex fugitiuũ suum,& posuit sibi cõtrarium,& retinuit subiectũ: dum uidelicet nec iustitiæ pro meritis legem euasit,nec tamen cum deo in sua luce,in sua requie,in sua gloria remansit: subiectus potestati & submotus felicitati.
Ibidem. Domine deus cur non tollis peccatum meum: & quare non aufers iniquitatem meam: ut abiecta grauí sarcina propriæ uoluntatis,sub leui onere charitatis respirem:nec iam seruili timore coercear:nec mercẽnaria cupiditate illiciar:sed agar spiritu tuo, spiritu libertatis,quo aguntur filij tui:qui testimonium reddat spiritui meo q̃ & ego sim unus ex filijs, dum eadem lex mihi fuerit quæ & tibi:& sicut tu es,ita & ipse sim in hoc mundo:
Rom.13. Hi siquidem qui hoc faciunt quod ait apostolus:Nemini quicquã debeatis,nisi ut inuicem diligatis: proculdubio sicut deus est, & ipsi sunt in hoc mundo: nec serui aut mercenarij sunt,sed filij.Itaq; nec filij sunt sine lege:nisi forte aliquis aliter sentiat propter hoc quod scriptum
1.Timo.1. est:Iustis non est lex posita.Sed sciendum est q̃ alia lex est promulgata à spiritu seruitutis in timore: alia à spiritu libertatis data in suauitate.Nec sub illa coguntur esse filij: nec sine ista patiunt. Vis audire quia iustis nõ est lex posita:
Rom.8. Non accepistis,inquit,spiritum seruitutis iterum in timore. Vis audire q̃ tamen sine lege charitatis non sint:
Ibidem. Sed accepistis,ait,spiritum adoptionis filiorum. Deniq; audi iustum utrumq; de se fatentem:& q̃ non sit sub lege:nec tamen sit sine lege:
1.Cor.9. Factus sum, inquit, his qui sub lege erant,quasi sub lege essem:cum ipse non essem sub lege.His qui sine lege erant:tanquã sine lege essem, cum sine lege dei non essem,sed in lege essem christi. Vnde apte non dicitur.Iusti non habent legem:aut iusti sunt sine lege:sed iustis non est lex posita:hoc est non tanquã inuitis imposita:sed uoluntarijs eò liberaliter data: quò suauiter
Matth.11. inspirata.Vnde & pulchre dominus:Tollite,ait,iugũ meũ super uos.Ac si diceret.Nõ impono inuitis:sed uos tollite si uultis.Alioquin non requiẽ sed laborẽ inuenietis animabus uestris.Bona itaq; lex charitas & suauis:q̃ non solum leuiter suauiterq̃ portatur:sed etiã seruorũ & mercennariorũ leges portabiles ac leues reddit: quas utiq; non de-
Matth.5. struit:sed facit ut impleantur,dicente dño:Non ueni legẽ soluere sed adimplere.Illã temperat, istam ordinat,utrãq; leuigat.Nunquã erit charitas sine timore,sed casto: nunquã sine cupiditate,sed ordinata.Implet ergo charitas legem seruí, cũ infundit deuotionẽ: implet & mercennarij, cum ordinat cupiditatem.Porrò timori permixta deuotio ipsum non annullat:sed castificat.Pœna tantũ tollitur
Psal.18. sine qua esse non potuit dum fuit seruilis: & timor manet
1.Ioan.4. in seculũ seculi castus & filialis.Nã q̃ legit: Perfecta charitas foras mittit timorẽ:pœna intelligenda est, quæ seruili (ut dixim9) nunquã deest timori:illo scilicet genere locutionis:quo sæpe causa ponitur p effectu. Deinde cupiditas tunc rectè à superueniẽte charitate ordinatur:cũ mala quidem penitus respuunt:bonis uerò meliora proferuntur:nec bona nisi propter meliora appetuntur. Q? cum plenè per dei gratiã assecutũ fuerit:diliget corpus & uniuersa corporis bona tm̃ propter aiam: anima ppter deũ: deus autẽ propter seipsum. Verũtamen quia carnales sumus,& de carnis cõcupiscentia nascimur, necesse est cupiditas uel amor noster a carne incipiat: quæ si recto ordine dirigitur,quibusdam suis gradibus duce gratia proficiens,spiritu tandem cõsummabitur: quia non prius q̃ spirituale:sed quod animale, deinde quod spirituale. Et prius necesse est,portemus imaginẽ terrestris:deinde cælestis.In primis ergo diligit seipsum homo propter se.Caro quippe est:& nil sapere ualet præter se.Cumq; se uideret per se nõ posse subsistere:deũ sibi quasi necessariũ incipit p fidẽ inquirere & diligere.Diligit itaq; in secũdo gradu deũ:sed ppter se,nõ ppter ipsum.At uerò cũ ipsum cœperit occasione propriæ necessitatis colere & frequẽtare cogitando,legẽdo,orando,obediendo:quadã huiusmodi familiaritate paulatim sensimq; deus innotescit,cõsequenter & dulcescit: & sic gustato quàm suauis est dñs, transit ad tertiũ gradũ ut diligat deũ nõ iã ppter se,sed propter ipsum.Sanè in hoc gradu statur:& nescio si à quoquã hominũ quartus in hac uita perfectè apprehẽditur:ut se scilicet homo diligat tm̃ ppter deũ. Asserant hoc si qui experti sunt:mihi fateor impossibile uidetur.Erit autẽ peculdubio cũ introductus fuerit seruus bon9 & fidelis in gaudiũ domini sui: & inebriatus ab ubertate domus dei. Quasi enim ebrius miro quodãmodo oblitus sui: & à se penitus uelut deficiens,totus purget in deum: & deinceps adhærens ei unus spũs erit. Arbitror hoc prophetã sensisse.cũ diceret:Introibo in potentias dñi:dñe memorabor iustitiæ tuæ solius. Sciebat profectò cũ introiret in spũales potentias dñi:exutum se iri uniuersis infirmitatibus carnis: ut iam nil de carne haberet cogitare: sed totus in spiritu memoraretur iustitiæ dei solius. Tunc pro certo singula christi membra dicere poterunt de se,quod paulus aiebat de capite:Et si cognouimus fm carnem christum: sed nũc iam nõ nouimus.Nemo ibi se cognoscit fm carnẽ: qa caro & sanguis regnũ dei nõ possidebunt. Nõ q̃ carnis substantia illic futura non sit:sed q̃ carnalis omnis necessitado sit defutura, carnisq; amor amore spiritus absorbendus:& infirmæ quæ nũc sunt humanæ affectiones:in diuinas quasdã potẽtias habeãt commutari. Tunc sagena charitatis quæ nũc tracta per hoc mare magnũ & spatiosum, ex omni genere piscium congregare non desinit:cum perducta ad littus fuerit: malos foras mittens, bonos solum modo retinebit.Siquidem in hac uita ex omni genere piscium intra sinum suæ latitudinis,charitatis rhete concidit:ubi se pro tempore omnibus cõformãs:omniũq; infirmitatibus se sue aduersa,sue prospera transiens,ac sua quodammodo faciens,non solum gaudere cum gaudentibus, sed etiam flere cũ flentibus consuecit.Sed cum peruenerit ad littus uelut malos pisces omne quod triste patitur foras mittẽs, sola quæ placere & iocunda esse poterunt,retinebit.Num quid enim tunc (uerbi gratia) paulus aut infirmabit cum infirmis:aut uretur pro scãdalizatis:ubi scandala & infirmitas procul erunt? Aut certè lugebit eos qui ante non egerunt pœnitentiam, ubi certum est sic neminem fore qui pœniteat: quomodo qui peccet non erit? Absit autem ut uel eos qui ignibus æternis cum diabolo & angelis eius deputandi sunt:plangat & defleat in illa ciuitate quam fluminis impetus lætificat: cuius diligit dominus portas super oia tabernacula iacob: q̃ uidelicet in tabernaculis etsi quando gaudetur de uictoria, laboratur tamen in pugna,& plerũq; periclitatur de uita: in illa autem patria nulla prorsus admittatur aduersitas,siue tristitia,quemadmodum de illa canitur:Sicut lætantium oim habitatio est in te.Et rursum: Lætitia sempiterna erit eis. Deniq; quomodo misericordiæ recordabitur:ubi memorabitur iustitiæ dei solius? Proinde ubi iam non erit miseriæ locus,aut misericordiæ tẽpus:nulli9 p̃fectò esse poterit miserationis affectus. Longum quidẽ achuc texere sermonem

mouē insatiabilī colloquendī ad uos desiderio pulsor fratres mei charissimi & desideratissimi: sed tria sunt que finem indicunt. Primū quidem q̄ maxime uereor, ne fiam onerosus uobis. Secundum: quia pudet loquacitas. Tertiū: q̄ domesticis urgeor curis. In fine precor misereminī mei: & si exultastis in bonis de me tantum auditis: certis quæso cōpatiminī malis. Vidit fortassis qui uobis ea narrauit, aliqua parua: & de paruis grandia æstimauit. Vra autem syncerítas facile credidit, qđ libēter audiuit. Gratulor quidē de charitate, quæ omnia credit: sed cōfundor p ueritate, quæ omnia nouit. Volo uos mihi credere, de me magis quàm alteri qui tantum uidet in facie. Nemo quippe scit quæ sunt in homine: nisi spiritus hominis qui in eo est. Dico uobis ego qui de me loquor nō ex coniectura, sed ex sententia, non sum talis qualis putor uel dicor: quod quidem tam securus fateor quàm certus experior: ita ut nil malim uestris orationibus specialiter obtinere, quàm ut talis fiam, qualem literæ uestræ prædicant.

¶ *Ad eosdem: in qua supplicat ut orent pro ipso.* *Epistola.* XII.

MAntissimo dño & reuerentissimo patrí Guigoni priorí cartusiēsi: & sanctis fratribus adherentibus ei: frater Bernardus de claraualle: modicū id quod est. ¶ Primū q̄ accedēs ad partes illas nō adieci puenire usq̄ ad uos uidere facies uestras, rememorari iniquitates & necessitates meas: etsi forsitan uobis satisfaecre possum: mihi fateor non possum. Irascor occupatiōib⁹ meis: qb⁹ factū est, nō ut neglexerim: sed ut nequiuerim. Hoc frequenter patior, & ideo frequēter irascor: dignus utinā cui omnis sanctus cōdoleat. Alioquin dupliciter miser sum: si nec miserabilis sum. Ego uerò fraternæ pietati locum in me ostendo, non meritum. Misereminī mei, nō quia dignus: sed quoniam inops & pauper sum ego. Iustitia meritum quærit: misericordia miseriam intuetur. Vera misericordia non iudicat, sed afficit: nō nititur discussione, occasione contenta. Non enim expectatur ratio, ubi affectio trahit. Lugebat samuel saul, miserās non deliberans. Fundebat lachrymas dauid filio paricidæ: etsi non profuturas, pias tamē. Ita & uos misereminī mei: nō quia meruí, sed quia egeo. Misereminī tanquam misericordiam cosecuti à domino: ut sine timore à mundi tumultibus liberati seruiatis ei. Felices quos abscōdit in tabernaculo suo in die malorum in umbra alarum suarū sperantes, donec trāseat iniquitas. Cæterum ego infelix: pauper & nudus homo natus ad laborem: implumis auicula penè omni tempore nidulo exulans: uento exposita & turbini: turbatus sum & motus sum sicut ebrius: & omnis scientia mea deuorata est. Misereminī proinde: & si nil meriti certè sic affecti.

¶ *Ad dominum papam Honorium.* *Epistola.* XIII.

SVmmo pontificí Honorío: frater quidē pfessione monachus, cōuersatione peccator: seipsum quātillus est. ¶ Aiūt apud uos plus ualere pauperis precem: quàm potentis uultum. De qua uestra singulari dignatione tam sancta opinio facit me dignitatis celsitudinem non uererí, quominus audeam loquí ad uos, id præsertim quod charitas suggerit. (De ecclesia dico dñe cathalaunensi: cuius quantū in me est, nec ualeo nec debeo dissimulare periculū.) Videmus nimirū iam iamq̄ imminere, sentim⁹ nos q uicini sumus, pacē uidelicet memoratæ ecclesiæ grauiter mox esse turbandā: si electiōi illustris illius uiri, id est magistri Alberici: in quā utiq̄ totus tā clerus quàm populus pari uoto & uoce cōuenerant, & cōuenisunt: uestræ pietatis assensum impetrare nequiuerint. De qua re si & nostra quæritur aut curat sententia: nouimus hoiem sanæ fidei & doctrinæ hactenus extitisse: in diuinis pariter & hūanis prudētē esse: & speramus in domo dei (si tñ ipse elegit eū) fore uas in honorē: & utilē futurū nō solū illi: sed & oī gallicanæ ecclīæ. Vestræ iā discretionis est iudicare, an merito flagitet à uobis faciēda dispensatio: unde talis pōt sperari recompēsatio.

¶ *Ad eundem dominum Honorium papam.* *Epistola.* XIIII.

SVmmo pontificí Honorío: frater Bernard⁹ abbas clareuallis, salutē: & si quid potest peccatoris oratio. ¶ Quāto ad uos timore scribā: monuit ipse quē timemus in uobis. Sed ut audeam, domina charitas facit: quippe quæ imperat & uobis. Pro ecclesia Diuionensi rogatus, susceptí facere precē: sed qd potissimum precarí debeam, penè dubito. Nam sicut tentare aliquid uel prece uel precio aduersus iustitiam iniquum est: sic pro iustitia multum laborare apud iustitiæ amatorem, superfluum. Verū etsi nos quid oremus sicut oportet nescimus: confidimus tamē q̄ uestra benignitas præsertim in causa religiosorum ociosa esse non poterit. Et quidem sanctitatis uestræ prudentia solicitaq̄ discussio, quid inuentura sit ego nescio: sed hoc dico quod audiui, & frequenter audio, quia uidelicet longo & incōcusso tenore fertur Diuionensis ecclesia possedisse ea, de qbus aduersus eam causantur Lexouienses: ita ut hi qui uidentur antiquiores de uicinis, mirentur & indignentur: nouam abominantes calumniam.

¶ *Ad Hamericum cancellarium, unde supra.* *Epistola.* XV.

VIro illustrí domino Haimericó apostolicæ sedis cancellarío. B. de claraualle, quæ retro sunt obliuisci: & ad ea q̄ ante sunt, apostolum sequí, ¶ Nō latet amicos nostros q̄ me familiarí affectu diligitis: & tantæ mihi felicitatis fructum inuident, si solus habere uoluero. Monachi Diuionēses ob antiquā illius ecclesiæ religionē mihi charissimi sunt. Sētiāt si placet q̄ non sit amor ociosus: siue uester ad nos: siue noster ad illos: salua tamen in omnibus iustitia: contra quam ne amicum quidem respicere fas est.

¶ *A Petrum presbyterum cardinalē, unde supra.* *Epistola.* XVI.

CHarissimo domino suo Petro presbytero cardinali: frater Bernard⁹ abbas clareuallis, salutē & non in uia. ¶ Ego causam non habeo: causam tamen Diuionēsium monachorum, quia uiri religiosi sunt, meam facio. Manutenete eam, ut meam. Sic tamen meā: ut & iustitiæ sit. Quod utiq̄ & nos cōfidimus, & tota ferè patria testatur.

¶ *Ad Petrum diaconum cardinalem legatum, unde supra.* *Epistola.* XVII.

DOmino uenerabilí Petro Ro. ecclesiæ diacono cardinalí & legato: frater Bernardus seipsum quantū pōt. ¶ Quòd ad uos non ueni ut mandastis, non mea pigritia: sed causa fuit nō contēnēda. Siqdē salua uestra oimq̄ bonorū reuerētia, mihi ppositū est nequaquā egredí de monasterio: nisi certis ex causis. Quarum utiq̄ nulla modo se obtulit ut licite possem uestræ in hoc, imo & nostræ satisfacere uoluntatí. Verum uos quid facitis de eo qđ iamdudum uestrarū priorum literarum promissiōe tenemus: uestro scilicet quem adhuc sustinemus aduentu? Quæ illa deinde scripta sint, quæ & ante nobis fieri iussistis, & nunc requiritis, omnino nescimus: ideoq̄ nihil parauimus. Ego enim nescio me quippiam quandoq̄ scriptitasse de moralibus, quod uestræ excellentiæ studio dignum putem. Aliquí fratres nonnulla ex his quæ me coram audiere loquentem, stilo suo excepere. Quorum unus uobis præsto est: præcētor uidelicet Trecensis: & archidiaconus Gebuinus: & facile potestis habere si qua placent: q̄ ab illo excepta sunt. Tamen si curæ uobis, aut curis quādoq̄ uestris uacuum fuerit: & ita dignū iudicatis, dignitatis uidelicet uestræ promissam p̄sentiā expectantib⁹ exhibere filiolis: tūc si quid in manib⁹ inuentū, aut nostro posse, adhuc elaborari studio uisum fuerit quod fortè delectet, uestræ oīno p uirib⁹ nō deero uolūtatí. Diligimus em̄ bonā famā uestrā: reueremur quā in nobis audiuimus circa res dei solicitudinē & syncerítatē: & ideò ualde gratū habemus, si nostra uo-

bis fortem in aliquo esse possit officiosa rusticitas.

¶ *Ad eundem Petrum.* *Epistola.* XVIII.

CVm totū me dedero uobis: parum est ut digne mihi uidear recōpensasse, uel dimidium benevolentiæ quam erga nostrā humilitatem habere uos aiunt. Gaudeo quidem de gratia: sed tēperat fateor pro tanto fauore lætitiam, q̄ eundem mihi fauorem nō opus sed opinio acquisierit. Pudet nimirū grāditer exultare: cum sentio in me uenerari, uel diligi, non quidem quod sum, sed qđ putor. Nec enim ego tunc dilígor, quādo sic dilígor: sed nescio quid in me pro me, qđ non sum ego. Imo ut uerius loquar, non nescio: nam certissime scio q̄ nihil. Nihil enim proculdubio est, quicqd putatur & non est. Porrò cum amat̄ quod non est, sed esse putatur: non amor uel amans nihili est: sed quod amatur. Mirandū, sed magis dolendum quàm mirandū: q̄ id qđ nihil est, amari potest. Hinc planè sentimus, unde, quo, uenimus: quid pdidimus: quid inuenimus. Adhærendo ei qui semper & beate est: semper & nos esse, & beate esse poteramus. Adhærendo autem dixerim: non solum per cognitionem, sed per amorem. Nā quidā ex filijs adam cum cognouissent deū: nō sicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt: sed euanuerūt in cogitationib⁹ suis. Merito proinde obscuratū est insipiens cor eorū: quia cum ueritatem cognoscerēt, & cōtēnerent: iure receperūt in pœnā ut nec cognoscerēt. Heu sic adhærēdo ueritati per cognitionē: sed ab illa defluendo per amorem, amando pro illa scilicet uanitatē: hō uanitati similis fact⁹ est. Et qd uanius, quàm diligere uanitatē: Et qd iniqui⁹, quàm contēnere ueritatē: Quid uerò iustius, quàm cōtēptoribus subtrahi & ipsam cognitionē: Quid inquā iusti⁹, quàm ut iā de eius cognitione gloriari nō possit: q cognitā non glorificauit: Itaq̄ appetitus uanitatis, est cōtēptus ueritatis. Contēptus ueritatis causa nostræ cæcitatis. Et quia non ꝓbauerūt, inquit, deū habere in notitiā: tradidit illos in reprobū sensum. Ex hac ergo cæcitate descēdit, ꝓplerūq̄ ꝓ eo qđ est, amam⁹ uel approbamus quod nō est: qm̄ dū sumus in hoc corpore: peregrinamur ab eo q summe est. Et qd est hō ô deus, nisi q̄ immotuisti eis: Itaq̄ si notitia dei causa est, ut hō aliqd sit: ignorantia facit ut nihil sit. Sed q uocat ea q̄ non sunt tanquā ea q̄ sunt, miserat⁹ quodāmō redactos in nihili: manna illud absc̄ditum, de quo apl's:

Col. 3. Et uita, inqt, ua abscōdita est cū xp̄o in deo: quia necdū possumus cōtēplari ꝓ speciē: uel plene amplecti ꝓ amorē: dedit interim nobis & sapere ꝓ fidē: & quærere ꝓ desideriū: ꝓ quæ utiq̄ duo ad esse, de nō esse secūdo reducti: ficri incipiamus initiū aliqđ creaturæ eius: transituri q̄nq̄ in uirū pfectū, in mensuram ætatis plenitudinis xp̄i. Qđ pculdubio erit, cū iustitia conuertetur in iudiciū, hoc est fides in intellectū: iustitia uidelicet quæ ex fide est, in iudiciū plenæ cognitionis: & itē, desideriū peregrinatiōis, in plenitudinē cōmutabitur dilectionis. Si enim adhuc absentes initiat fides & desiderium: præsentes profectò consummat intellect⁹ & amor. Sicut autē fides ducit ad plenā cognitionē: sic desideriū ad pfectā dilectionē. Et sicut di-

Esa. 7. citur: Nisi crediderītis, nō intelligetis: sic dici æque non absurde pōt. Si non desideraueritis, non pfecte amabitis. Intellectus igit est fructus fidei: pfecta charitas desiderij.

Abac. 2. Interim iustus ex fide uiuit: nam beatus ex intellectu. Interim iustus desiderat ad deum sicut ceruus ac fontes aquarū: mā btūs haurit iā in gaudio de fontib⁹ saluatoris: hoc est delectatur in plenitudine charitatis. His ergo fortassis quasi duobus aīæ brachijs, intellectu uidelicet & amore, id est cognitione & dilectione ueritatis: amplectitur & cōprehendit cū oībus sanctis, lōgitudo, latitudo, sublimitas & pfundū: hoc est æternitas, charitas, uirtus & sapientia.

1. Ioan. 4. Et hæc oīa xp̄s. Eternitas est: qa hæc est uita æterna: ut cognoscant te uerū deū: & quē misisti iesum xp̄m. Charitas

1. Cor. 1. est: qa deus est. De⁹ cm̄ charitas est. Est & dei uirt⁹: & dei sapientia. Sed qn̄ hæc erunt: Qn̄ uidebimus eū sicuti est: Qn̄ amabimus eū put est: Nā expectatio creaturæ: reuelationem filiorū dei expectat. Vanitati em̄ creatura subiecta est non uolēs. De qua uniuersali uanitate inest nobis, & uelle laudari, cū sim⁹ uitupabiles: & nolle laudare quos scimus ee laudabiles. Sed & hoc uanū est, ga nāq̄ plerūq̄ ignorantia, & tacetur qđ est: & p̄dicatur qđ nō est. Quid ad ista dicemus: nisi quia uani filij hoim: mendaces filij hominū in staterīs: ut decipiant ipsi de uanitate in idipsum? Laudamus mēdaciter: delectamur, inaniter: ut & uani sint qui laudentur: & mēdaces qui laudāt. Alij adulant, & ficti sunt: alij laudant quod putant. & falsi sunt: alij utrorumq̄ ꝓconijs gloriant̄: & uani sunt. Solus sapies q cū apostolo dicit: Parco aūt ne quis me existimet supra id qđ uidet in me, aut audit aliquid ex me. Hæc interim uobis nimis festine, & ob hoc minus festiue: exaraui potius quàm dictaui: ac fortassis loquaci⁹ quàm debui: sed omnino ueracius nō potui, put sapui. Sed ut inde sumat epistola finē unde sumpsit exordium: nolo uos de me incertæ famæ nimis credulū esse: quæ (ut optīe nostis) sæpe in sua solet utrobiq̄ falli fnia: & de laude uidelicet & de uituperatione. Probate si placet & æstimate, quatenus amor uel fauor ne ster: & iustus: & eò sit ampli⁹ amico gratus, quò pro meritis moderatus: ut cū laus de grauitate iudicij non meticio processerit uulgi: & si minus honoris, min⁹ quoq̄ cōferat & oneris. Est certe qđ me magis quātuluscūq̄ sum facit esse uestrū: qđ uidelicet in rebus dei strenue sincereq̄ (ut aiunt) pro ura uice uersamini. Hoc ut semp de uobis uere dicatur: semper in uobis uerè inueniat̄. Librum quē quæsistis, ad transcribēdū, habetis. Opuscula nostra que requirītis: & pauca sunt: & nihil est in eis oīno qđ nostro studio dignū putē. Tū quia melius iudico mihi, nostrum culpari ingeniolū quàm uoluntatem: & periclitari apud uos potius imperitiā quàm obedientiā: quæ horū & quo uobis placet ut mittā: scripto nobis ꝓ pñtem nuncū significate: ut quæ mō penes me nō sunt, ab his qui habēt ea requiram: & dirigā quocūq̄ mādauerītis. Et ut sciatis quid petatis: scio me scripsisse libellum, qui inscribitur de humilitate: & quatuor homilias in laudibus uirginis matris: nā hūc habet titulū: sup illum uidelicet locū euāgelij apud lucā. Vbi dicit: Missus est angel⁹ gabriel. Necnō & [illegible] apologiā ad quendā amicū nostrū: ubi aliqua disserui de cluniacēsibus & nostris, id est cisterciēsibus obseruantijs. Sed & paucas ad diuersos epl'as dictaui. Aliq fratres ex his qui me coram audiere loquentē, suo stilo exceperunt, & penes se retinent. Vtinā (qđ miníme spero) nostra uobis in aliquo possit esse officiosa rusticitas.

¶ *Item ad eundem.* *Epistola.* XIX.

APempus est ut promissum exigā: utq̄ probē ne forte frustra de uobis semp cōfisus sim, ex quo uīam & notitiā merui, & amicitiā. Mihi siqdē uos p̄stitisse cōfidite: qcqd opis uīæ isti Remenses legati p̄sto sibi esse pensserint. Nō quia me tanti putē, hæc audeo, sed uos promisistis: utrúmne digne, uos uideritis.

¶ *Ad Haimericum cancellarium, unde supra.* *Epistola.* XX.

VIro illustri dño Haimerico, sanctæ romanæ sedis cancellario: frater Bernardus de claraualle salutē, & oratiōem. ¶ Quia semel cœpi, loquar & loquar ad uos: eroq̄ importunus: sed importunus charitatis: sed ueritatis: sed iustitiæ. Nam etsi tanti non sum: ut romæ habeam propria negocia: nulla tamen quæ dei esse constiterit, à me dico aliena. Quapropter si uerè id mihi gratiæ apud uos manet, qđ multorū habet opinio: liceat illud obsecro legatis domini archiepiscopi Remensis in præsenti negocio experiri. Nil quippe eos nisi quod iustum est, perferre uel quærere suspicamur.

¶ *Ad Matthæum legatum.* *Epistola.* XXI.

FVit quidē parere paratū cor meū: sed nō æque & corpus meū. Sæuientis siquidē acutæ febris exusta ardoribus: & exhausta sudoribus: non ualuit sufficere spiritui prompto, caro infirma. Volui ergo: sed præuolanti uolūrati obstitit ea, quā dixi, occasio.

occasio. Quæ an iusta sit, ipsi iudicent amici nostri: qui me omni exclusa excusatione, obedientiæ rhetibus circũclusum: quotidie de claustro ad ciuitates pertrahere moliuntur. Simulq; attendant istam me occasionem non fallaciter adinuenisse: sed grauiter ptulisse: ut uel nũc experiantur: quia non est consilium cõtra consilium dei. Quibus si ego respondissem: exui tunicam meã: quomodo induã illa. Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Professõ indignarent. Nũc autẽ diuino aut succẽseãt, aut acquiescant iudicio: quo factũ est, ut etsi uelim, nõ ualeã proficisci. Sed grandis, inquiunt, fuit causa: grauisq; necessitas. Quærendus ergo fuerat, qui grandibus diffinitendis fuisset idoneus. Si me talem putãt: ego me talẽ nõ esse nequaquam puto sed scio. Denicq; siue grandia sint siue parua: ad quæ me ita perurgent: ego causam non habeo. Quæro siquidem, facilia sunt an difficilia: quæ ad perturbandum amicũ silentiũ tãtope imponere curatis amico? Si facilia: absq; me possunt fieri. Si difficilia: per me nõ possunt effici. Nisi fortè tanti æstimor, cui grandia & impossibilia reseruentur: tanquã ea ego possim, q̃ nemo alius facere potest. Quod si ita est: dñe deus me? quomodo tuũ de me solo frustratũ est iudiciũ: ponẽs sub modio lucernã quæ poterat lucere supra cãdelabrũ? Et ut apti? loquar, tẽtãs me facere monachũ: & uolẽs abscondere in tabernaculo tuo in die malorũ: hoiem necessariũ mundo: sine quo eccl̃ia non pñt sua ptractare negocia? Sed & hoc mei mihi necessarij præstiterũt: ut nũc quoq; uidear loqui turbatus hoi: cui? nũquã nisi seren?, & cũ oi iocũditate soleo recordari. Vos tamẽ, uobis dico pater, nouerit̃is, quia paratus sum & nõ sum turbatus: ut custodiã mandata uestra. Vestræ autẽ indulgentiæ erit parcere mihi: ubi parcendũ decreueritis.

¶ *Ad Humbaldum Lugdunẽn. archiepiscopum & legatum.*

Epistola. XXII.

REuerẽdissimo dño & pri suo Hũbaldo Lugdunẽn. archiepo, & romanæ sædis legato, frater B. clareuallis abbas: si quid põt peccatoris oratio. ¶ Dominus episcop? Meldẽsis cũ accepit literas uestras, fortè tunc ad nos uisitandi gratia ueniebat. Cumq; iam è domo nra rescribere pararet, suis nostras tãquam uestri familiaris literas iungere curauit: suo sperãs negocio profuturas, Cui cũ nõ possem negare quod uellet: id solũ uestræ reuerẽtiæ familiariter breuiterq; intimãdum putaui: qa si aduersus ecclam quærentẽ quæ sunt iesu christi, homines seipsos amantes: & q̃ sua sunt quærentes audieritis: hoc nec uestræ cõgruit dignitati: nec officio.

¶ *Ad Attonẽ Trecensem ep̃m.* *Epistola.* XXIII.

DAuerí episcopo, pauper abbas, paupertatis consequi præmiũ, qd̃ est regnũ cælorũ. ¶ Laudarem uos: & iure laudarem: si non me reuocaret illa sententia: Neminem laudaueris in uita sua. Siquidem rem laude dignam egistis: sed ei laus ascribenda est à quo accepistis & uelle & perficere, quòd merito laudaret. Deũ ergo p uos, & in uobis operantẽ glorificamus: qui tm̃ ad hoc in uobis uoluit glorificari, ut & uos redderet gloriosum. Qui nimirũ cum sit mirabilis in maiestate sua: etiã in sanctis suis gloriosus apparere dignat: ne solus habeat gloriam. Ipse nempe licet sibi sufficiens ad omnem magnificentiam: quærit tm̃ gl̃iam & in sanctis: nõ ut augeat sibi, sed ut suis cõcret. Nouit aũt q̃ sunt eius: sed nobis nõ facile innotescũt: nisi cũ ipse reuelare dignabitur. Scimus sanè de qualib? scriptũ est: In labore hoim nõ sunt: & cũ hoib? nõ flagellabunt. Et qa nobis hæc sententia nõ cõgruat: nihilomin? mõ cognoscimus. Scriptũ quoq; est: Quẽ diligit dñs corripit: flagellat aũt oẽm filiũ quẽ recipit. Flagellatũ uideo & emẽdatũ: & aliud suspicer quàm unũ esse ex filijs? Porrò correptiõis uestræ clarũ satis insigne tenemus: ipsam pauptatẽ nunc uram. Nobilis reuera titulus pauptatis: quã ipe deus orc cõmẽdãs ppheticus: Ego sum, ait, uir uidens paupertatẽ meã. Sup omnes regios thesauros: hic uos titulus nobilitat amplio?, & reddit illustrẽ. Scio me ex scriptura cõmemorasse superius: non esse laudandũ hoiem in uita sua. Verũ quomodo me possum cohibere à laude illius, q̃ post aurũ abire iam desijt: & sperare contempsit in pecuniæ thesauris? De qualiminimirũ scriptura sic loquitur: Quis est hic: & laudabimus eũ? Fecit enim mirabilia in uita sua. An fortasse non est qdẽ laudandus homo in uita sua, q̃ tentatio est super terram: nec ideò tamẽ laudãdus nõ est: cũ mortuus peccato uiuit deo? Vana quidem laus & seductoria, qua laudatur peccator in desiderijs animæ suæ: in quo qui me beatificat, in errorem inducit: sed non idcirco prædicanda, & multum commendanda non erit illius uita, qui dicere potest? Viuo autem iam nõ ego: uiuit uerò in me christus. Cũ ergo laudatur homo in quo iam uiuit non ipse sed christus: nõ in sua laudatur: sed in christi uita: ac per hoc non laudat: contra sententiã quæ prohibet hominem laudari in uita sua. Cur denicq; dignus meis laudibus non erit: quem sui quoq; nominis deus laude dignat, dicẽte Dauid: Pauper & inops laudabunt nomẽ tuum. Laudatur Iob q̃ sua patienter amisit: & non laudabit ẽps, qui & libenter dimisit, & liberaliter distribuit? Non expectauit mortem, q̃n iam nec dare nec retinere in sua haberet potestate: quod utiq; multi faciunt: quorum uidelicet testamentum non nisi in mortuis confirmat: sed adhuc inter spem uitæ metũq; positus mortis: uiuens libensq; dispersit, & dedit paupibus: ut iustitia eius maneret in seculũ seculi. Nũquid & pecunia mãsura similiter erat in seculũ seculi? Bona ergo recõpensatio iustitiæ pro pecunia: q̃n pro eo qd̃ teneri nõ poterat, id restitutũ est, qd̃ feliciter maneat in æternum. Melior est eñ incõparabiliter iustitia quàm pecunia: q̃ illa ditet & repleat arcã: hæc animã. Denicq; sacerdotes dei induuntur iustitia: & multo utiq; decẽti? & diti?, quàm auro uel serico. Sed gr̃as deo, q̃ iam harũ rerũ in uobis gloriæ trãsitoriæ gl̃iosum est opatus cõtẽptum: dũ de animæ periculo saluberrimũ incussit metũ. O mira circa uos diuina clemẽtia. Mortẽ intẽtauit: ne iferret. Formidare uos uoluit: quam uos uoluit experiri. Cum hoc fecit: quid effecit, nisi ne uestra uobis essent charíora quàm uos? Inter medullas artuum febris acuta sæuiebat: & tardante sudore cruciat? uehemẽs indies ingrauescebat. Cũq; iã foris mẽbris frigescẽtibus calor molestissimus introrsum se colligens: exhausta longa inedia uiscera depascerat: pallidæ interim mortis ante oculos tristis uersabat imago. Et ecce tanquã de supnis uox emissa diuinitus insonuerit: Ego sum: ego sum, q̃ deleo non te sed iniqtates tuas. Mox ubi sacerdos dei ut paup morerer, sua omnia pauperibus erogauit: cœperunt subito de intimis desperati iam sudoris inopinati fontes erũpere, sicq; aiæ pariter & corporis suo ordine salus utraq; pcedẽs: liquido monstrauit in uobis adimpletũ: qd̃ in scriptura sua pollicetur deus: Ego occidam: & ego uiuere facia: pcutiã & ego sanabo: & non est qui de manu mea possit eruere. Percussit carnẽ: ut anima sanaret. Occidit auaritiã: ut iustitiæ uiueretis. Sic uiuificato & sanato quid sperandũ est, nisi ut iam non sit qui nos de manu dei possit eruere: si tm̃ euangelicũ illud cõsilium obseruare non negligitis: Ecce sanus factus es: iam noli peccare. ne deterius aliqd tibi cõtingat. Quod uidelicet idcirco p̃monet pius pater, quia nõ uult ut cõtingat: qppe qui nõ uult mortẽ peccatoris: sed magis ut cõuertat & uiuat. Et merito. Quæ eñ utilitas ĩ sanguine peccatoris? Nõ enim infernus cõfitebit deo: neq; mors laudabit eũ: sed uos qui uiuitis bñdicitis dño: & dicitis: Non moriar sed uiuã: & narrabo opa domini. Et illud: Impulsus euersus sum ut caderem: & dominus suscepit me.

Ecclꝰ. 31.

Esa. 43.

Deut. 32.

Ioan. 5.

Psal. 171.

Ibidem.

¶ *Ad magistrum Gilbertum uniuersalem episcopum Londoniensem.* *Epistola.* XXIIII.

LOnge satis exijt sermo quẽ feciſti: & magnum deqit suauitatis odorẽ, ad quoscũq; potuit peruenire. Extincta est auaritia: cui non suaue redoleat: Charitas regnat: cui dulce non sapiat? Quãdo hoc cognoscunt omnes, quia uerè sapiens sis, qui sapientiæ hostem maximum contriuisti: hoc certè & tuo

Psal. 72.

Prouer. 3.

Treñ. 3.

Universidad de Deusto Biblioteca

sacerdotio dignum,& nomine.Tali profectò decebat,spe cialē tuā philosophiā clarescere testimonio:hoc præclara illa tua studia fine cōpleri.Vera illa & indubitata sapiētia est,quæ turpia lucra cōtēnit:& indignū sibi iudicat eodē cum idolorū seruitute conturbernio frui.Nō magnū fuit magistrū Gilbertū epm fieri: sed episcopum Londonien sem pauperē uiuere.id planè magnificū.Nec em tāto noī quicquā augere gliæ potuit sublimitas dignitatis.: auxit aūt plurimū humilitas paupertatis. Pauperiē æquo ani mo ferre,uirtus patientiæ est:sponte appetere, sapientiæ laus est Laudatur deniq; & ammirabilis prædicat, q post aurū non abiit:q uerò & abiecit,plus nihil merebit.: Nisi quod uigil ratio mirādū minime ducit, si sapiens sapien ter agit:& ille sapiens qui in cunctis huius mundi sapien tium literis & studijs ludēs,omnē quoq; studuit & potuit diuinam quodammodo reuocare & renouare scripturā. Quid em: Dispersisti dedisti pauperibus : sed pecuniam. Quid uerò pecunia est, ad illā quam pro ea commutasti
Psal.111. iustitiam: Iustitia, inquit, eius manet in seculum seculi, Num ita & pecunia: Quæstuosum sanè, honestumq; cō mercium:illam quæ præterit, pro illa dare quæ pmanet. Sic semper tibi negociari detur,bone & omni laude pro sequende magister.Supererit ut laudabile principium, cō dignum consequatur finem:& cauda hostiæ capiti cōiun gatur.Benedictionem tuā libenter accepimus: præsertim q; tāta tuæ huius pfectionis fuerit cumulata iocunditate. Latorem epistolæ etsi pro seipso satis commēdabilem: ta men etiam pro me uestræ magnificentiæ esse cupio com mēdatum.Est siquidem mihi pro sua honestate & religio sitate charissimus.

¶ Ad *Hugonem Rothomagensem archiepiscopum.*

Epistola. XV.

SI diei malitia inualescit,non præualeat. Si tur bat:nō pturbet.Mirabiles elationes maris:sed mirabilior in altis dominus.Benigne,si nō dis simulas,egit tecum usq; adhuc superna misera tio,pater illustris.Prouida namq; dispēsatione, nō prius præfectus es malis,quàm sociatus bonis : quorum cōsor tio,& exemplo bonus fieres : & sic postmodum etiam in ter malos uiuere bonus posses.Et quidē inter bonos bo num esse, salutem habet : inter malos uerò & laudem . Il lud tantæ facilitatis est, quantæ & securitatis : hoc tantæ uirtutis,quantæ & difficultatis.Quale nempe est istud:tā gere picē,& non inquinari ex ea:in igne sine læsione uer sari:& in tenebris absq; caligine: Palpabant quondam tenebras ægyptij:cum tamen de populo dei scriptura di
Exo.10. cat:Vbicūq; israel erat:lux erat.Erat dauid uer9 israelita:
Psal.118. & ideò caute dicebat se habitare non in cedar : sed cū ha bitantibus cedar:tanquam qui semper habitaret in lumi ne:licet ipsi fuerit cum habitantibus cedar,corporalis co habitatio.Vnde & arguit quosdam non ueros israelitas: q; commixti inter gentes didicerint opera eorum : & fa ctum sit illis in scandalū.Dico ergo.Sufficiebat tibi apud Cluniacenses custodire innocentiam , sicut scriptum est:
Psal.17. Cum uiro innocente innocens eris. Porrò apud Rotho magē opus est patientia: quemadmodum docet aposto
2.Timo.2. lus:seruum dei inquiens non oportet litigare , sed magis patientem esse ad omnes.Nec solum patientem, qui nolit uinci à malo:sed & pacificum,qui uincat in bono malum, Alterum,ut malos portes:alterum,ut & quos sustines, sa
Luce.21. nes.In patientia tua possides animam tuam : sed iis etiam pacificus:ut & commissas tibi possideas . Quæ tanta glo
Psal.119. ria,quam dicere posse:Cum his qui oderūt pacem , eram pacificus:Esto ergo patiens,quia es cum malis:esto paci ficus,quia præes malis:habeat charitas zelū:sed adhibeat pro tpe modum sæuerias.Censura quidem nunquam re missa,intermissa tamen plerūq; plus proficit. Vigor iusti tiæ semper feruidus:sed nunquā præceps.Sicut nō omne quod libet licet:sic non omne quod licet statim etiam ex pedit.Hæc melius me ipse nosti:ideoq; supersedeo. Orari pro me instanter postulo:quia incessanter pecco.

¶ Ad *Guidonē Lausemnēsem epm.* *Epistola.* XXVI.

MAnum uestram misitis ad fortia: opus est forti tudine . Speculator domui israel factus es:: opus est prudentia . Sapientibus & insipienti bus debitor estis : opus est iustitia . Postremò maxime temperantia opus est : ne qui alijs prædicat, ipse (quod absit) reprobus fiat.

¶ Ad *Arductionē Gebennēsem electū.* *Epistola.* XXVII.

GRedimus electionē tuā esse à deo, quam tanto cleri populiq; consensu fuisse celebratā accepi mus'. Gratulamur gratiæ eius, ne dicā meritis tuis:quoniam ne tibi plusquam oporter blan diamur,nō ex operibus iustitiæ quæ feceris : sed em suam misericordiā hoc fecit tibi.Si secus tu(qđ absit)sapieris exaltatio in ruinam.Si aūt cognoscis gram:uide ne in uanum acceperis'. Bonas fac decætero uias tuas,& studia tua,& ministeriū sanctū:si uitæ sanctitas non præcesserit, se quatur:saltē.Tūc uerè fatebimur te præuentū in bene dictionib9 dulcedinis:tibi de bonis meliora sperātes.Exul tabim9 & lætabimur q; fidelis seruus & prudēs cōstitu9 sit sup familiā domini,futur9 ex hoc filius felix & potens sup oia bona patris constituendus . Alioquin si altiorem quàm meliorē esse delectat:non præmium,sed præcipitiū expectamus.Optamus & oramus ne hoc contingat: pa ti si opus est obuias manus apponere : & pro nostro ex guo posse,iuuare ad id potius quod decet,& expedit.

¶ Ad *eundem iam episcopum.* *Epistola.* XXVIII.

DRæbet audaciā charitas:ut fiducialius loquar tibi.Cathedra charissime quā nup sortitus es, hoiem multorū expetit meritorum: q; in te aut nulla,aut non quātū satis est pceptisse dolemus. Siquidē & facta tua:& studia tua præterita:in nullo pror sus uisa sunt,epali conuenire officio.Quid tm: Nō potuit deus de lapide hoc suscitare filium abrahæ: Non potuit fa cere de9,ut q; præire debuerāt bona,uel subsequant.Qđ utiq; & libēti9 accipim9:si cōtigat. Nescio em quo pacto plus placebit subita hæc mutatio dexteræ excelsi, quàm si uitæ prioris merita suffragarēt.Dicem9 nēpe, qa à dño factū est illud:& est mirabile in oculis nris.Sic paul9 ex p secutore doctor gētiū fact9 est.Sic matthæus de thelonio uocat9. Sic ambrosius de palatio assumpt9 est:iste ad epi scopatū:ille ad apl'atū. Sic alios quāplures nouim9 de ui ta & habitu'seculari,utiliter extitisse pmotos.Deniq; non ne multoties ubi supabūdauerūt delicta: uidef supabun dare & gratia: Et tu igit charissime his atq; hmōi anima tus exēplis:pcinge sicut uir lūbos tuos:bonas facito dem ceps uias tuas:& studia tua:quatenus nouissima tua anti qua sopiāt:& delicta iuuētutis tuæ: deleat uespertina cor rectio.Paulū imitari curato,in honorificando ministeriū tuū.Honorificabis aūt grauitate morū: maturitate consi liorū:actuū honestate.Hæc sunt quæ officium episcopale maxime nobilitant & ornāt.Oia fac cū cōsilio:nec tamen oīm aut quorūcūq;,sed tm bonorū.Bonos in cōsilio:bo nos in obsequio:bonos habeas contubernales : q uitæ & honestatis tuæ & custodes sint,& testes . In hoc em te bo num ,pbabis:si testimoniū à bonis habueris . Sint pietati uestræ commēdati pauperes fratres nostri qui circa uos sunt,Alpēses illi de bono mōte, & illi de altacūba . In his experiemur,quanta uobis de nobis cura sit.

¶ Ad *Stephanū Metensem epm.* *Epistola.* XXIX.

STephano metensis ecclesiæ dei gratia strenuo ministro:eius in xpo humiles fratres de Clara ualle:salutes &orationes.¶Exquo dudum fra colitis nræ uos fraternitati dignāter sociastis: nostris uos orationibus humiliter commēdastis : semper soliciti fuimus(ut debuim9)aliquid scire de esse uestro:& euentus uestros crebro scisscitari studuimus à quibus po tuimus : desiderantes iugiter & orantes uos prosperari in dei opere ad qđ assumptus fueratis: & gressus uestros dirigi in semita mādatorum ipsius.Benedictus itaq; deus qui non anmouit orationē nram , & miam suam à uobis:

lætificans

letificãs utiq; nos: p hunc uenerabilẽ fratrẽ Guillelmum cuius pfectò nõ min9 uerbis, quàm nostris credimus oculis, de uestra sospitate & ꝓsperitate, ac pace, per uos ecclesiæ reddita. Congratulamur uobis: sed damus gloriam deo: scientes qđ estis, & qđ potestis, ipsi9 nó uestrũ esse: Quod & nos semp sentire in uobis amicabiliter admonemus; ne nihil & esse & posse incipiatis, si qd aliter sapitis, & uestris (qđ absit) meritis uel uiribus ꝙppiã horũ ascribitis. Alioquin uerendũ ne pax uestra conuertat in pturbationẽ: & prosperitas in aduersitatẽ: sic nimirũ illo iuste iudicãte q ut humilibus grãm dare, ita & superbis resistere consueuit: qui & non solũ cũ sancto sanctus, sed & cũ peruerso peruersus, in psalmo legit: nec tñ faciẽs pacẽ, sed & creans malum, per prophetam describitur. *Psal.17. Esa.45.*

¶ *Ad Alberonẽ primicerium metensem.* *Epistola.* XXX.

HOnorabili uiro Alberoni dei gratia metensis ecclesiæ primicerio: fratres q in claraualle quaslicumq; obsequio seruiunt deo: salutes & orationes. ¶ Fidelem curam uestram, in his quæ dei sunt, & si iam olim & audieramus, & uideramus: sed nunc in nobisipsis experiendo persensimus. Cæterũ, cũ in his quæ nuper à nobis missi fratres, uestro quidem consilio suggesserũt episcopo: & uestram beneuolentiam, & ipsius episcopi promptum teneamus assensum: qa tñ dei quoq; beneplacitũ in oĩbus. & his maxime quæ ad eũ pertinẽt, ante oĩa & super oĩa necesse est nos & inqrere & custodire: idcirco ad comprobandũ certius qd ipse de hac re potius uelit: rẽ sicut inter episcopũ monachosq; cõuenerat, uestra utiq; iudustria mediante & ordinante qualiter fieri deberet, & hortante ut celeriter, & iuuante ut honorabiliter fieret: non quidẽ omittendã: sed usq; post messionẽ: tum p uestra: tũ pro tpis opportunitate expectãda: necessario intermittẽdã esse putauim9. Iã uerò tunc si & episcopi uoluntas in eodẽ pstiterit: & uobis nihilomin9 idipm æque ut modo placuerit: tali cõiectura dei quoq; esse consilium securius cõfidẽtes, speram9 nos uestræ utriusq; deuotioni iuxta qđ difficilitũ erat, satis esse facturos. Arbitramur eñ acceptũ esse deo, si quãtũ in nobis est, nemini oneri esse studuerimus: ne non tam fructũ quàm darũ in hoc eius negocio requirere (qđ absit) uideamur. Et præcipue uestris nos maioribus atq; iustãtioribus occupationib9 sub huius rei occasiõe importunius ingerere: & molestos cũ necesse non est uobis exhibere: & hoc gratum non esse deo, & nostris scimus moribus non congruere.

¶ *Ad Hugonem comitẽ Campaniæ, militem templi factum.* *Epistola.* XXXI.

SI causa dei factus es ex comite miles. & pauper ex diuite: in hoc profectò tibi, ut iustũ est, gratulamur: & in te deũ glorificam9: scientes quia hæc est mutatio dexteræ excelsi. Geterũ ꝙ tua iocunda præsentia nobis ita nescio quo dei est subtracta iudicio, ut ne interdũ quidẽ te uidere ualeamus, sine quo nũquã si fieri posset eẽ uellemus: hoc æquanimiter fateor nõ portamus. Quid enim? possumus ne oblíuisci antiqui amoris, & beneficiorũ, quæ domui nr̃æ tam largiter contulisti? Vtinã ipse pro cuius amore fecisti: in æternũ non obliuiscat deus. Nã nos quãtũ in nobis est: minime prorsus ingrati: memoriã abũdantiæ suauitatis tuæ mente retinemus, & si liceret ope monstraremus. O quam libenti animo & corpori tuo pariter & animæ puidissemus: si datum fuisset ut simul fuissemus. Qđ qa nõ est: restat ut quẽ præsentẽ habere nõ possum9, pro absente semper orem9.

¶ *Ad abbatẽ sancti Nicasij Remensis.* *Epistola.* XXXII.

VAnto tibi affectu cõdoleã, scit ille qui nostros oĩm dolores in corpe suo tulit. Quàm libenter tibi si scirẽ consulerem, si possem succurrerem: tam efficaciter ipse mihi, qui oĩa scit, & omnia potest, in cunctis meis necessitatibus consulat & succurrat. Si frater Drogo de sua discessione me consuluisset: absit ut cõsentirem. Si post discessionem ad nos diuertisset: absit ut susciperem. Deniq; quod solum potui, ad abbatẽ qui eum susceꝑit, nostras mox (sicut scis) pro eo literas misi. Et nũc sup hoc quid tibi ultra possum facere paterniam uerò quantũ ad te pertinet, optime mecũ nouit sanctitas tua, perfectos solere uiros nõ solũ in spe: sed & in tribulationibus gloriari: cõsolãte eos scriptura, & sic loquẽte. Vasa figuli pbat fornax: & hoies iustos tentatio. Et, iuxta est dñs his q tribulato sunt corde. Et per multas tribulationes oportet nos intrare in regnũ cælorũ. Et oẽs q pie uolunt uiuere in christo psecutionẽ patiuntur. Necidcirco tamen immerito his quos in anxietate positos uidemus, amicis nostris cõpatimur: qb9 utiq; dũ exitũ ignoramus, defectum metuimus. Qũ qdẽ sicut scis & electis tribulatio operat patientiã, patientia pbationẽ, probatio spem, spes aũt non confundit: sic dãnandis & reprobis tribulatio parit ecõtrario pusillanimitatẽ, pusillanimitas perturbationem, perturbatio desperationẽ, & illa interimit. Ne ergo hæc te tã horrẽda (qđ deus auertat) demergat tẽpostas aq̃: ne huius tã tremendæ abyssi absorbeat profundũ, néue urgeat sup te tã inexplebilis puteus os suum: solicite studeat humilis prudẽtia tua nõ uinci à malo: sed uince re in bono malum. Vinces autẽ, spem tuã in deo fortiter figendo: & rei finem longanimiter expectando. Et si quidẽ ille resipuerit: siue ob tui timorem: siue ob suũ laborẽ, bene. Sinautẽ: bonũ est tibi hũiliari sub potenti manu dei & nequaquam uelle resistere supnæ dispoñi: qa si ex deo est, nõ poterit dissolui. Conandũ est poti9 tibi: tuæ licet iustæ indignationis stimulos illa reprimere sententia, quã qdẽ sctorũ in simili fertur causa ꝓtuliſſe. Siquidem instiganti-bus eũ qbusdã fratrib9 atq; increpantib9 cur suũ in sui iniuriã ab alia susceptũ eccl'ia fugitiuũ non reqreret: nequaquã, inqt, ubicũq; eñ est, si bon9 est, me9 est. Fraudulẽter tibi & nõ fideliter cõsulo: si idipm à meipso nõ exigo. Nã cum unus noster nõ solum religione pfessus, sed & carne propinquus, cluniaci me inuito & susceptus sit & detinea tur, doleo quidem, sed fileo: orans & p illis ut uellint ablatum reddere: & pro illo, ut uelit spõte redire: sin uerò, seruãs ei uidictã q factur9 est iudiciũ iniuriã patiẽtib9: & arguere habet in æquitate p mansuetis terræ. Fratrẽ Hugonẽ de Lausanna ore tuo, & nostro spiritu cõmouemus nõ omni spũi credere, & ne cito moueat certa p incertis deserere: sciens diabolũ soli semp persequantiæ insidiari: quã solã uirtutũ nouit coronari: tutiusq; esse in ea uocatione qua uocatus est simpliciter perseuerare, quàm sub specie quasi melioris boni, id quidẽ quod iam cœpit, amittere: nec ad id quod præsumit, fortassis sufficere.

¶ *Ad Hugonẽ Potiniacensem abbatẽ.* *Epistola.* XXXIII.

DIlectissimo suo dño Hugoni abbati, frater Bernardus de Claraualle, idem quod sibi. ¶ In nr̃is prioribus literis aut ego, quantũ ex uestris perpenditur: minus aperte scripsi quod uolui: aut uos aliter illas intellexistis quàm debuistis. Siquidẽ que nobis de monachi illius susceptione euentura denuntiaui: ueraciter ita timui & adhuc timeo ut scripsi. Nõ tamẽ ad hoc illa uobis ꝑdicere studui: qđ uel suaderẽ uel consulerem: uel certè ut scribitis, censerem illum debere reddi: quippe qui ipsius iam dudum feruentissimũ desideriũ noui, & ei poti9 qđ nũc illud adimpleuerit debeo cõgratulari. Sed cũ à familiarissimo nobis abbate eius: et ab archiepo Remẽsi: nostræ literæ ad regrendũ illũ uehementer exigerent: ut à me si fieri posset oẽm depellerẽ suspicionẽ tales ꝓut sciui dictare curaui: qbus et ipsis satisfacerẽ: & uos cõtra eorundẽ imminẽtes calũnias: uobis illas nõ tacẽdo præmunirem. Hæc me ita in illis literis sensisse uestrã sagacitatem uel ex eo aduertere posse credidi, quod in fine illarum posuisse me memini: si tñ eo à uobis oculo legeret, quo à me scriptũ fuit. Nã cũ denunciatis malis, q̃ no imerito uobis metuebã, tandẽ inferrẽ: quod si hæc oĩa pati melius ducitis, quã illũ amittere, mea nihil interest, uos uideritis. Aut eñ ipsa mea uerba sunt hæc, aut propè ipsa. Cũ itaq; hoc in fine dixi: qd aliud uobis quàm illa superiora dispensatorie (ut nõ dicam simulatorie) à me ita

Universidad de Deusto Biblioteca

scripta fuisse latēter intimauit? Quod uerò scripsistis me p nunciū eidem monacho de quærenda, si ad nos diuertisset, ipsius absolutione priuatim insinuasse: ueritatē testor, hoc uerū non esse. Egone de notissimo mihi monasterio, uel iactarē: uel sperarē monachū me posse suscipere: quem nec uos quidē puto sine grandi scandalo posse retinere? Sed esto. Inuidebā illū uobis: & mihi attrahere gestiens, aliqd de eius obtinenda absolutione, machinari me posse sperabā, siue fingebā. Sed nunquid credendū fuit me hoc meū consiliū ipsi nūcio quod utiq; contra suum monasteriū excogitauerā, uoluisse patefacere? Sed iā ne quod de nostra erga uos dilectione hucusq; credidistis, falso uos credidisse mueniatis: pro uestra ut uideo causa: non saltē æque ut p mea, imo multo amplius laborādū est mihi: & hoc nō quō hucusq; solebā: ut uidelicet nra unanimitas fortius solidet: sed ne penitus dissoluatur. Quid dicam uobis? Ego certè nec uobis nec de uobis tale aliquid credere possem: quale uos sola de me suspicione diuinastis. De cætero nouerit uestra benignitas comitem Theobaldum nostras p Humberto literas iā recepisse: sed necdū suo mihi rescripto quicquā respōdisse. Quid sup hoc uobis agēdum sit: ipsa uos melius pietas docebit: si pie hoīs iniuste exulantis miseriam pensare non negligitis.

¶ Ad Drogonē monachū, unde supra. *Epistola.* XXXIIII.

QVàm non immerito tui iam dudum non mediocri fueram affectus amore: nūc apparet dilectissime drogo. Et ante quidē totū pulchrū, totum erat amabile qd' cernebaris: sed ego nescio qd aliud de te supra id qd' uidebam aut audiebā ex te, excellentiori dignū uenerationē præsenseram. Nunquid fortè cælestis sponsi: cuius nunc artius castis te amplexibus impressisti: iam tūc uocē audieras dicentis ad pudicissimam turturē suā, aīam tuam: Tota pulchra es amica mea: tota pulchra: absq; eo quod intrinsecus latet? Quid fecisti? Quis hoc crederet? Sanctū te ac religiosissimum tota ciuitas personabat ita ut nil tibi addi posse crederes ex oībus bonis: & tu uelut è secularib⁹ unus, monasterium tanquā seculū deserēs: iā attritum christi sarcina collū, nouæ rursum obseruantīs disciplinæ submittere non erubescis? In te nunc frater ueram probamus illam esse sententiā, qua dicitur: Cum consummatus fuerit homo: tunc incipit. In dictū ergo tuæ consummationis est qd' nūc cœpisti: & in quo arbitrabaris te nō cōprehēdisse, iā cōprehēderas. Nemo quippe pfectus, q pfector esse nō appetit. Et in eo quisq; perfectiorē se probat: q ad maiorē tendit perfectiōem. Sed ecce charissime, is cuius inuidia mors intrauit in orbem terrarū: arcū suū tetendit, & parauit illū: & qa pulsus de corde tuo int⁹ ptātē amisit: foris sæuiet quātū poterit. Et ut aptius loquar: nescis qa pharisæi scādalizati sunt in hoc uerbo qd' fecisti? Sed memēto non oīm scandalū magnopere esse curādū, iuxta responsionē dñi dicētis: Sinite illos: cæci sunt, duces cæcorū. Melius est enim ut scandalū oriat: quā ueritas relinquat. Memēto q nat⁹ fuerit ī ruinā & resurrectionē multorū: & nō mireris si tu quoq; aliis quidē sis odor uitæ in uitā: aliis odor mortis in mortē. Si maledictiones intentauerint: si anathematum intorserint spicula: audi isaac pro te respōdētē. Qui maledixerit tibi, sit ille maledict⁹: & q benedixerit tibi, benedictionibus repleatur. Sed & tu muro inexpugnabili cōscie tuæ circumunitus deint⁹: respōde & dic: Si cōsistant aduersum me castra: nō timebit cor meū. Si exurgat aduersum me prælium: in hoc ego sperabo. Nō eīm cōfunderis cū sic loqueris inimicis tuis in porta. Confido aūt in dño q si ad primos ictus fortiter steteris: & nec minis eorum cesseris nec blādimentis: cito conteres satanam sub pedibus tuis: & tunc uidebunt recti & lætabunt, & oīs iniqtas opilabit os suū.

Canti. 4.

Eccl. 18.

Matth. 15.

Gen. 27.

Psal. 27.

¶ Ad magistrū Hugonē sarcitum. *Epistola.* XXXV.

CHarissimo fratri & coabbati suo Hugoni, Frater Bernardus debitū syncerissimæ dilectionis affectum. ¶ Humbertū istū iniuste (ut aiunt) ex hæredatū, cuius nos p dei amore apud uestrū comitem causam tueri suscepimus: de uestra confidentes charitate, uestro patrocinio cōmittimus: per uos (ut fideliter speramus) terræ principi, cæli dño cooperāte, reconciliandum patriæ, uxori, filiis, rebus & amicis suis restituēdum. Hoc aūt satagendo, & egenum de manu peccatoris liberabitis: & oppressoris ipsius nihilominus saluti cōsuletis: nobis quoq; uos non mediocriter officiosum exhibebitis, sed & officiū implendo pacificorū, uobis inter filios dei sedē in excelso collocabitis. De cætero epistolam illam quā ad me iam olim scribere sanctitas uestra dignata est: non me (sicut uos audisse audiui) incendio tradidisse: sed penes me adhuc seruare noueritis. Quid enim hoc liuoris, imo furoris fuisset: opus utile & laudabile: ubi nihil nisi quod sanæ fidei: qd' doctrinæ saluberrimæ: quod ædificatiōis spūalis est deprehēdi: temerario dānare iudicio? Excepto qa inter amicos contra ueritatē nulla debet esse meticulosa (cū sit piculosa) palpatio: qd' hoc me fateor mouit & mouet, q illā inter nos iā ante habitā de sacramentis collationem, in principio prædicti opusculi defendere & astruere conatus estis. In qua utiq; collatiōe, si uestræ summā sniæ bene meministis: an sensui conueniat uel congruat ecclesiastico: uos uideritis. Vestræ autem ingenuæ hūilitatis est nō erubescere corrigi, si qd aliqñ aliter sapuistis. Valete.

¶ Ad eundem. *Epistola.* XXXVI.

DIlectissimo suo & olim & modo, dei gratia sancto abbati Hugoni. F. B. de Claraualle, irreuocatū syncerę dilectionis affectū. ¶ Ad literas uestræ dignatiōis licet quidē breuiores quam cupierim, lōgiores tn quàm meruerim, rescribere largius & debui & uolui: sed festinās nuncius nō permisit. Nec tamen uacuus oīno recederet: pro tantis: quarum me debitorem agnosco: has tantillas, quas & uix expectauit, uelocissime reddidi. Vbi primū breuiter ac ueraciter insinuo antiquum nostrū & dilectorē, & dilectū totis me charitatis uiscerib⁹, & suscipere ut catholicū, & suspicere ut sanctū, & amplecti ut charissimū. Siqdē de integritate fidei, credo uestræ cōfessioni, famæ & opinioni, de sctitate, de affectu quē erga uos me habere ptestatus sum, ppriæ cōscientiæ. Nā q illius sentētiæ, quæ meæ simplicitati merito (ut mihi uidebat) scrupulū mouebat, oblitum uos esse fateminī: tam libēter accipio, quàm lætus compendiosam puritatis assertionem in literis uestris nouissimis legi: ita ut me potius sensa uestra nō intellexisse: quàm uos quippiā mali sensisse, penè crediderim. Deinde modestiæ uestræ fraterna præsumptione cōsulo: quatenus epm̄ sanctū & doctū, quē qete uiuere permisistis, mortuū inquietare desinatis: ne dū nō ualentē pro se respōdere reprehenditis: magis hoc est charitatis inopia, quàm ueritatis fiducia descendere. totā pro eo respōdētē ecclesiam audiatis. Pro Humberto sicut rogauī uos, iterum rogo: ut uestrum ei cum poteritis nec consiliū desit nec patrocinīū. Valete.

¶ Ad comitem Theobaldum. *Epistola.* XXXVII.

LAudabili principi Theobaldo, Bernardus eorum qui in Claraualle sunt seruorū dei inutilis seruus: sospitatē & pacē. ¶ Quòd de nostra infirmitate uos audiui fuisse solicitū: nō mediocriter gratū habeo. In hoc qppe dum uestram erga me agnosco dignationem: deum quoq; uos diligere non dubito. Quando enim tantillū tantus uel nosse dignaremini: nīl propter deum? Cum ergo constet q dilígitis deum, & me propter ipsum: miror quō ad unā dei fiducia præsumptā petitiunculā: nec iniustā ut puto, nec irrōnabilē, à uobis tn repulsus sum. Si aurū, si argētū, uel quodcūq; huiusmodi quæsissem. Sed qd dico ōssissem? Nam etiā non ōrem, si plurima uestræ largitatis beneficia suscepi. Hoc aūt unū qd' nō mei, sed dei cā: nec tā mihi quàm uobis à uobis postulauī: qd causæ extitit: q accipere non meruī? Quid enim? Ergone iudicastis indignum, uel mihi ad petendum: uel uobis ad pbendū: ut hoī xpiano quātoliber apud uos crimine accusato, postquā se purgauit, faciatis misericordiā?

Aut certè

Aut certè si nō creditis q̄ plene se purgauerit quia hoc in curia uestra nō fecit, eiusdē rursus uos in uestri præsentia recipiatis satisfactionē: & sic consequar indulgētiam. An
Psal.74. ignoratis qs minet? Cū accepero tēpus, ego iustitias iudicabo. Q̄ si iustitias: quāto magis iniurias? An nō timetis
Matth.7. quod rursum scriptum est? Quia in qua mēsura mensi fueritis remetietur uobis? An nescitis quia quàm facile uos Humbertū, tam facile, imo incōparabiliter facilius: deus Theobaldū (quod absit) exhæredare possit? Et quidē in talib⁹ ubi culpa tam aperta atq; inexcusabilis esse uidet: quatenus nulla, nisi cū iustitiæ periculo miæ occasio relinquatur: etiā tūc tremēs & dolēs uindictē uos exhibere debetis: magis uidelicet officij compulsus necessitate: quàm ulciscendi libidine. Vbi aūt obiectum crimen aut minus certū esse cognoscit: aut excusandū suscipit: hoc non solū nō renuere, sed & libentissime debetis amplecti: lætus nimirum q̄ salua iustitia, pietas uestra locū inuenerit. Ecce hoc secundo uestræ supplico eximietati: ut sicut deum uobis
Matth.5. uultis misereri: ita uos Humberto misereamini: siue illa uobis ꝓmissione dīuica blādiēte: Beati misericordes, qm̄ ipsi miam cōsequētur: siue illa uos cōminatione terrente: Iudicium sine misericordia illi qui nō fecerit miam. Vale.

¶ *Ad eundem.* *Epistola.* XXXVIII.

QVo principi theobaldo. B. abbas de Claraualle, salutē & oīones. ¶ Valde timeo ne occupatissimis auribus uestris, crebris interpellationibus meis præsumptuosius me ingerendo molestus fiam. Sed quid faciam? Si uos offendere timeo sæpius ad uos scriptitando: quātomagis deū, cui utiq; magis timoris debeo, timendū est mihi ne offendā non interpellando pro misero? Aliàs aūt indulgeat mihi benignitas uestra: quia nō possum nō misereri illius miseri, pro quo iam en & altera uice importunus forsitan precator accessi: Humberti uidelicet mendici & pauperis: & hoc facti de diuite, q̄d est infelicius. Non possum nō cōpati uiduæ & orphanis: sed uiuo orbatis patre q̄d est miserabili⁹. Gratias ago uobis pro gratia quā de hac re in oculis uestris inuenire meruí: & q̄ ipsius Humberti pro se dignāter acquieuistis uerā suscipere defensionē: & q̄ falsam aduersus ipsum iustissime repulistis accusationē. Illud aūt quod ad consummandū pietatis opus, reddēdā uxori & liberis eius suam hæreditatem benignissime dispoſueratis, satis mirari non possum qd impedierit: ut tam pium uerbū uestrū necdū factū cōsecutū sit. Et quidē in aliis principib⁹ si qñ uerbū leuitatis aut etiā falsitatis deprehendimus: nec nouū nec mirū reputam⁹. At uerò apud comitē Theobaldū: est, & nō: nequaquā oīno patiēter audimus: cui ut dicit, simplr dicere, iurare est: & leue mendaciū, graue periuriū imputatur. Inter plurima quippe uirtutū insignia quæ uestrā plurimū nobilitāt dignitatē & uestrū per orbē clarū reddunt & celebre nomen: p̄cipue laudat in uobis ueritatis cōstantia. Quis ergo suo uel hortatu uel cōsilio tñ robur firmissimi pectoris uestri eneruare tētauit? Quis inquam ueritatis in uobis tam sanctū, tam eximiū, tam oībus imitabile principib⁹ ꝓpositū euellere sua fraude conatus est? Fallaciter nō ueraciter uos diligit, fraudulēter & nō fideliter uobis cōsulit: qui tam gloriosam de ueritate famam uestrā obnubilare sua cupiditate cōtēdit: dū uerbū quod os uestrū locutū est: & uerbū deo placitū: uobis dignum: pie iustū: & iuste piū: euacuare nescio qua malitia, nocendo pauperi satagit. Obsecro uos per miam dei ut eandem uos cōsequamini: cauete ne superbiat impi⁹ unde incenditur pauper, & hoc poti⁹ agite: quatenus ꝓmissionis uestræ ueritas cōpleatur: qua primū quidē dño Norberto: deinde etiā nobis pollicit⁹ estis restituturū uos Humberti hæreditatem eius, & uxori & filijs. Valete.

¶ *Ad eundem.* *Epistola.* XXXIX.

CVm multa mihi uestræ erga me dignatiōis indicia præbeatis, hoc me maxime toto uobis affectu dilectionis astringit: q̄ cum sciam me uestram iam pro multis ausum fuisse interpellare dignitatē: in nullo tamen repulsum me memini. Hinc nō immerito factus fidentior: rursus pro canonicis de Laizi curte nō dubius precator accedo. Non quidem pro ipsorum iure nūc precor: intantum quippe de uestra iustitia & legalitate confidens: ut nec hosti uestro in uestra curia placitāti de suo iure timēdū esse existimē. Sed hoc est q̄d pro ipsis & cū ipsis omni qua possum absens supplicatiōe deposco: & q̄d eis oīno esse cognoui necessariū: ut uidelicet ad uestræ serenitatis uultum, solito illis clementiorem atq; promptiorē indulgeatis accessum, quatenus uicini eorū religioni debitā discant exhibere reuerentiā: cū uos eis beneuolū esse cognouerint. Et si quis fortè militū seu ministrorū uestrorū res illorū iniuste cōtingere, aut quietē quā in deo habere debēt, infestare in aliquo tētauerit: pro certo se sciat uestrā sibi ob hāc rem gratiā grauissime redditurū infensam. Itē aliud est quod supplex exoro. Nuper fortè per barrū trāseūti, occurrit mihi mulier fatis miserā da: aīa quippe eius in amaritudine erat: & mea super suis doloribus cōmouit uiscera: satisq; egit suis precibus ac lachrymis quatin⁹ pro ipsa apud uos intercedere deberē. Ipsa est uxor Belini illius hoīs uestri: in quem dudū iuxta malū q̄d ipse cōmiserat: multa & grauia reddidistis. Facite cū ea miam: ut & uos apud deū eam inueniatis. Et quia semel cœpi: loquar adhuc cū dño meo. In manu Barrensis præpositi dudū facto duello: qui uictus fuit, statim ex uestra iussiōe oculos amisit. Insuper quoq; quasi parua hæc mala essent, q̄ & uictus, & oculis orbatus fuerat: res ei oēs suæ à ministris uestris, sicut ipse cōqueritur, ablatæ sunt. Iustū est, si uobis placet: ut ei uestra pietate restituat, unde misera eius uita possit utcūq; sustētari. Sed & filijs eius innocētib⁹, patris iniqtas nō debet imputari: quominus si qua sunt, paterna hæreditent ædificia. In fine uolumus uos sanctos epos, q̄ pro his quæ ad deū pertinēt, in uestra ciuitate cōuenerūt: omni habere acceptione dignos. Sed & ipsi legato q̄ uos uestramq; ciuitatē tāti celebratiōe cōsilij uoluit honorare: per oīa quantū in uobis est, deuotus & obediēs assistatis: roborare & confirmare bona quæq; ab eo iussa & instituta curetis. Nostrū quoq; ac uestrū pariter epm. s. Lingonēsem: abundātiori ut decet honore suscipiatis & de casamēto quod tenetis, homagiū quod debetis, reuerēter ei & humiliter offeratis. Valete.

¶ *Ad eundem.* *Epistola.* XL.

QVo uobis cōmēdamus in hoīe isto quem uidetis, paupertatē & religionē: ut si uni nō cōpatimini, alterū in eo reuereamini: quo nullatenus id ei negare possitis, propter quod uos cū tāto labore dēlōge requrere curauit. Itaq; etsi nō ꝓpter ipsum, certè ꝓpter uos ei succurrite: quia quātū uos illi sua paupertas: tantum, imo ampli⁹ uobis illū necessariū facit sua æque religiositas. Deniq; de multis quos iam eadē de causa ad uos misim⁹, nullū fuisse recolim⁹ de quo magis deo placere sciamus, quàm si huic benefeceritis. Valete.

¶ *Ad eundem.* *Epistola.* XLI.

TImeo uos grauari in tam crebris scriptitationibus nostris. Sed in hāc importunitatem urget me christi charitas: & amicorū necessitas. Hūc itaq; & senem, ut uidetis: & de domo, ut nos scimus, religiosa ad uos missum: nō remitti uacuum supplicamus, & insuper ut uestris literis ad auūculum uestrum regem iturum munire digneminī, rogamus. Vellem oēs seruos dei, si fieri posset, uestros fieri debitores: qui pro mammona iniquitatis quādoq; uos reciperent in æterna tabernacula. Valete.

¶ *Ad Henricum Senonensem archiepiscopum.*
Epistola. XLII.

OMino uenerabili Henrico Senonēsium archiepiscopo, Frater. B. si quid potest peccatoris oratio. ¶ Placuit præstantiæ uestræ nouum aliquid à nobis dictatum requirere. Grauamur pondere dignitatis: sed dignationis munere gratulamur. Et blanditur petentis fauor, & petitionis terret exactio.

Quí enim nos sumus, ut seríbam⁹ epíscopíse Sed rursum. Quí sumus, quí non obediamus epíscopís? Vnde dare, únde & negare cõpellor qđ postulo. Scribere tãtæ altitudíní, supra me est: & eídẽ non obedíre, cõtra me: utrobícꝫ periculũ: sed ín ea parte maíus ímmínere uídeť, sí nõ obedíero. Hac ítaqꝫ exíés qua mínus apparet: facio quod iubetís. Dat quippe ausum ípsí⁹ dignitatís dignãter índulta familíaritas: & excusat p̃sumptionem auctorítas ímperantís. Igitur ex quo regní cælorꝫ claues deo auctore uobís traditas suscepístís, ac iuxta rítũ fortis íllíus mulíeris,
Prouer.31. manũ míttere cœpístís ad fortia: sí qua uos aut egísse quæ non deberetís: aut pertulísse quæ nolletís audíuímus: & ílla agentem doluímus, & cõdoluímus hæc patiẽtí. Inter
Psal.106. hæc aũt ego recordabar íllorꝫ uersiculorꝫ. Qui descẽdũt mare ín nauib⁹, facíẽtes operatiõnẽ ín aquís multís, ascendunt usꝫ ad cælos, & descẽdunt usꝫ ad abyssos: aía eorũ ín malís tabescebat: turbatí sunt & motí sunt sicut ebrí⁹: & oís sapía corꝫ deuorata est. Et ídeò nõ iudicabã (ut asso let) magis quippe ad cõpassionẽ me prouocabat huíusce modi cogitatio. Sí ínquã tentatio est cuíuscũcꝫ hoís uíta super terrã: quãtís putatís periculís patet uíta pontíficís, cui oím necesse est ferre tẽtationes? Sí ego latẽs ín cauerna, & quasi sub modio, nõ quidẽ lucẽs, sed fumigans: uentorũ tñ ímpetus nec sic declínare sufficío: sed cõtínuís tẽtationũ uarijscꝫ fatigatus ímpulsíb⁹, ínstar uento agitatæ arũdínis: hac íllacꝫ circũferor: quíd posit⁹ supra montẽ, positus supra candelabrũ? Solus mihí seruandus, solus tñ ipse mihí sum scandalo, solus tædío, solus onerí atqꝫ perículo: ita ut ꝓprijs gulæ & uentrí, & oculo scãdalizãti, frequenter irascí oporteat. Quíbus ergo molestijs angitur: quíb⁹ lacessítur míurijs: cui etiã etsí ꝓpría cessent, nũquã tñ de alíenís desunt foris pugnæ, íntus tímores? Nuper aũt nobís à uestrís partib⁹ flare cœpit aura secũdíor. Rumorib⁹ síquidẽ receptorib⁹ nunciata sunt de uobís solito lætíora: & nõ ex íncerto famæ, sed ore uerídíco uenerabílis Meldẽsis epí. Interrogatus eñ de esse uestro, uultu alacrí, & tanquã bene fidẽs únde reqrebať: puto, ínquít, homínẽ ex hoc iã consilijs se subacturũ. Carnotẽsis epí. Hoc ab eo respõsum tam lætus accepí: quàm certus fuí cõsília uírí fidelíssíma fore. In nullo melí⁹ poterat nobís cordís uestrí ꝓpositũ cõmẽdare: ín nullo spem dare certíorẽ uestrí profectus ín dño. Secure (nísí fallor) præfatís ambob⁹ uíris, & uos & uestra credetís. Talíb⁹ utendo consiliarijs: bonã uobís seruabítís & famã & cõscientiam. Sic deí facer dotẽ: sic tãtæ cíuitatís decet epm, puerilib⁹ nõ agí, secularíbus úe cõsilijs. Oẽs iuxta dñí præceptũ etiã ínimící dílígant: sed ad consiliũ solí eligãtur, quí & prudentes esse uídeant & benevolí. Absqꝫ prudẽtia & benevolẽtia: nõ esse perfecta consília. Propterea dñs & ímprudẽs discípulí & fratrũ ín fidele cõsiliũ refutabat: rñdens ímprouído: Non sapís quæ deí sunt: & malevolís: Vos ascẽdite ad díẽ festũ hũc ego aũt non ascendam. Nec ístorũ malitiæ: nec íllius ímprudẽtiæ se credẽdũ putauít. Quærẽs denicꝫ cuí se credere debeat, cuí tuto sua cómittat dispensanda mysteria: & quasi difficile mueniens sub admiratione interrogat:
Matt.24. Quís putas est fidelís seruus & prudẽs quẽ cõstituit dñs
Ioan.21. super familiã suã? Quãobrẽ & petro curã ouíũ creditur⁹, prius eius studuit ꝓbare benevolẽtiã: ter scíscitãs síse dílígeret. Probauít & prudẽtiã, qñ errãtibus hoíbus & putantib⁹ ípsum esse quẽpiã ex ꝓphetís: ílle prudenter uerí-
Matt.16. tatẽ aduertẽs, deũ potíus ꝓphetarũ cõfessus est: Tu es, ínquiens, xp̃s filíus deí. Væ nostro generí ab ímperfectione sua. Vix ín multitudíne hoím unũ reperías, ín utraqꝫ gratia cõsummatũ. Haud facile síquidẽ uel prudẽtí benevolentiã: uel fidelí ínesse sapiẽtiã deprehendas. Síne numero autẽ sunt, quos utríusqꝫ muneris expertes esse constiterit. Prudẽter igíf cogitastís sacerdotale onus, epale opus, curamqꝫ pastoralẽ dígne nõ posse admínístrarí síne consilío. Hínc ípsa castrorũ consiliorũ mater sapientia de seipsa lo-
Prouer. 8. quens. Ego sapiẽtia, ínquit, habító ín cõsilío. Sed qualí cõsilío: Nunqd ín qualícuqꝫ? Et eruditís, aít, ínterfum cogítationibus. Sed & quã ínfida cõsília declínãda sint: per os Salomonis talíter monet: Causam tuã tracta cum amico tuo: & secretũ extraneo ne reueles. Pulchre quoqꝫ p alíũ quendam sapientẽ, cum síne cõsílio níl agendum cõsílíat: uírorũ tamen cõsílꝫ íntuẽs paucitatẽ, ita loquitur: Mílle sint tibí amící: unus aũt sit tibí cõsílíarius de mille. Vnus (ínquit) de mille. Benignam ego nõ dubítauerím uobís esse díuínitatẽ, cuí de tãta raritate ínter mortales nõ unũ sed duos: ípsosqꝫ ídoneos satís índulsít cõsílíarios, prudẽtes, benevolos, & ut facile adsint cõprouincíales: ut gratís, debitores íure subiectionís. Horũ acquiescendo consílijs, nec præceps erítís ín sentẽtía: nec uehemens ín uindícta. Non ín corrígẽdís remíssíor, non seuerior ín parcendís, nõ pusillanímís ín expectãdís. Nec supfluus in uíctu: nec notabílís ín uestítu. Non cítus ad promittendũ, nec ad reddendũ tardus: nec prodígus dator. Istorũ consílíũ lõge semper faciet à uobís malũ tempori metus: sed cupídítatí nouum, símonían, & matrem eíus auaritiã, quæ est ídolorũ seruítus. Et ut breuí omnía sermone cõcludam: sí hís crediderítís, ín oíbus exemplo apostolí honorificabítís ministeríũ uestrũ. Mínísteríũ ínquam, non dominíũ. Ipsum ítaqꝫ honorificabítís, nõ uos. Nã quí quærit quæ sua sunt: se cupít honorarí, nõ mínísterium. Honorificabítís aũt non cultu uestíũ, nõ equorũ fastu: nõ amplís ædificijs: sed ornatís moribus, studijs spíritalíb⁹, operíbus bonís. Quàm multí alíter. Cernítur ín nõnullís facer dotíb⁹ uestíum cultus plurimus: uírtutũ aut nullus aut exíguus. Quib⁹ ego sí rememorẽ íllud apostolicũ: Nõ ín uestís pretíosa: uereor ne índignẽtur: dum nímírũ índignũ ducunt ín se assumptã sníam, quã prius ín uíríle sexũ & ordíne prolatã fuísse recognouerint. Quasi uerò nõ eodẽ ntítur medící ferro secandís regíbus, quo & popularíb⁹ hoíb⁹, aut capítí fiat ínjuría, sí ípsís forpícibus capílli excrescentes detõdeãtur, quíbus & unguíũ fuerint resecata superflua. Attamen sí dedígnanť parí cũ mulíerculís nõ quídẽ à me, sed ab apl'o ferírí sentẽtía: dedígnentur & cum ípsís eadẽ ínuolui culpa. Despícíãt íam textrícũ síue pellíficẽ & nõ ꝓprijs operíbus gloríarí. Horreãt & murũ rubricatas pelliculas: quas gulas uocant: manibus circũdare sacratís: & sacrantib⁹ tremẽda mystería. Respuant & apponere pectorí: quod decentíus ornat gemma sapientiæ. Pudeat & collo circũtexere: quod honestí⁹ atqꝫ suauius xp̃í iugo submittíť. Non xp̃í stígmata sunt hæc: quæ ílli martyrũ exẽplo circũferant ín corpore suo. Mulíebría potiŕ esse noscũtur ínsígnía: quæ utícꝫ curíosius & sumptuosíb⁹ ílle sibí præparare cõsueuerũt: cogítãtes nímírũ quæ sũt mundí: quomodo placeant uírís. Verum tu sacerdos deí altíssímí: cuí ex hís placere gestís, mũdo an deo? Sí mundo: cur sacerdos? Sí deo, cur qualís populus, talís & sacerdos? Nam sí placere uís mũdo: quíd tíbí prodeśt sacerdotíum? Nec enim potes duobus dñís seruíre. Qui aũt vult amícus esse huíus mundí: ínímícus deí cõstítuítur. Et propheta: Deus, ínquít, dissípabít ossa eorũ qui hoíb⁹ placẽt: confusí sunt: qm̃ deus spreuít eos. Et apl's. Sí hoíbus placerem: chrístí seruus non essem. Volens ítaqꝫ placere hominíbus: deo non places. Sí nõ places: non placas. Cur ergo ut díxí sacerdos? Sín uerò quod addídí, placere íntendís non mũdo sed deo, cur qualís populus, talís & sacerdos? Enímuero sí sacerdos pastor est, & populus oues: dignum est ut ín nullo appareat ouíbus pastor dissímílís. Sí ínstar meí quí omís sum, pastor meus & ípse íncuruus gradítur: uultum gerens deorsum, & terrã semper respícíẽs, & sólí uentrí mente ieiunus pabula quærítans, ín quo díscernímur? Væ, sí uenerít lupus: nõ erít q p̃ídeat, quí occurrat, quí eripíat. Decẽtne pastorẽ more pecorũ, sensíbus íncubare corporeís, hærere ínfímís, ínhiare terrenís: & nõ potíus erectũ stare ut hoíem, cælũ mente suspícere, quæ sursum sunt & quærere & sapere, nõ quæ sup terrã? Cæterũ míní índignatur, sí uel nutũ facere audeã: ínbetqꝫ ori manum apponere: dicẽs monachũ, quí nõ habeam iudicare de epís. Vtínam & oculos míhí claudas, ut nec cernere possem

possem, quæ cõtradicere, phibes. Magna uerò p̃sumptio, si ouis cum sim, in ipsum pastorẽ meum lupas sæuissimas, uanitatẽ & curiositatẽ irruere cernẽs infremuero: quo ad meũ fortè balatũ cruẽtis bestijs a quopiã occurraf, & suc curratur perituro. Quid faciẽt de me q ouicula sum: quæ & in ipsum pastorẽ tanta feritate insiliunt? Et quidẽ si nõ uult ut clamem pro se: nunqd nõ & pro me balare licebit? Sed & si ego sileo, ne ponere uidear in cœlũ os meum: clamatur tñ in ecclesia, nõ in ueste preciosa. Clamaf autẽ specialiter ad fœminas, ut erubescat in se deprehẽdi eps: qd' in fragiliori quoq; sexu audierit reprehendi. An fortè nulla timetur cõfusio: si ego solus submusitare desiero? Nunquid & si ego nõ loquor, sua cuiq; non loqtur cõscientia? Quid si alius audacior me, nõ quidẽ de apl'o ut ego, non de cuãgelio, nõ de propheta, nõ denicq; quippiam ecclesiasticum: sed illud tantũ gẽtilitiũ ingerat: Dicite põtifices, non quidem in sancto: sed freno quid facit aurum? Quàm tolerabilius cernif in sancto, quàm in freno. Hoc me etiam tacente, etsi nõ curia regum, tñ penuria paupertũ clamat. Silcat licet fama: sed nõ fames. Fama quidẽ silet: quia non potest mũdus odisse uos. Nã qũo arguet mundus pctũ, à quo potius laudaf pctõr in desideriis aiæ suæ, & iniquus benedicit? Clamãt uerò nudi: clamãt famelici: cõquerun-
tur & dicũt: Dicite pontifices: in freno quid facit aurum? Nunqd aurum a freno repellit frigus siue esuriẽ? Nobis frigore & fame laborãtib9, qd cõferunt tot mutatoria uel extẽsa in pertícis: uel plicata in mãticis? Nostrũ est quod effunditis: nobis crudeliter subtrahif qd' inaniter expẽditis. Et nos eñ dei plasmatio: & nos sanguine xp̃i redẽpti sumus. Nos ergo fratres uestri. Videte quale sit de fraterna portione pascere oculos uestros. Vita nostra cedit uobis in superfluas copias. Nostris necessitatib9 detrahitur, quicquid accedit uanitatib9 uestris. Duo denicq; mala de una prodeunt radice cupiditatis: dum & uos uanitando peritis, & nos spoliãdo pimitis. Iumẽta gradiunf onusta gẽmis, & nostra non curatis crura nuda caligulis? Anuli, cathenulæ, tintinnabula, & clauatæ quædã corrigiæ, multa? talia tam speciosa coloribus, quàm põderibus p̃ciosa, multorũ depẽdẽt ceruicibus: fratrũ aũt lateribus nec semicincta miserãtes apponitis? Huc accedit q̃ hæc omnia nec negociationis studio: nec ꝓprio manuũ exercitio uobis elaboraftis: sed nec iure hæreditario possidetis: nisi fort? & nos in corde uestro dixeritis: Hæreditate possideamus sanctuariũ dei. Et hæc pauperes modo quidã coram deo tñ: cui corda loquunf. Nec eñ audent aperte causari aduersum uos, qbus interim pro sua uita necesse habent potiꝰ supplicare. Cæterũ in futuro stabunt in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt: stante quippe pro eis patre orphanoꝝ, & iudice uiduarũ, Ipsius eñ tũc uox erit: Quandiu non feciſtis uni de, minimis meis, nec mihi feciſtis. Vos autẽ reuerendissime pater, uos inquam abſt ut in talib9 honorificãdũ putetis ministeriũ uestrũ. Vidẽtur quidem honorifica: sed oculo qui uidet in facie, nõ qui uidet in abscõdito. Nã quæ uidẽtur in abscõdito, nullis apparent fucata coloribus: spectabilia sunt tñ. Nullis condita saporibus: prædulcia sunt tamẽ. Nullis eleuata culminibus: excelsa tamẽ. Castitas, charitas, humilitas, nullius quidem coloris sunt: sed nonnullius decoris. Nec mediocris decoris: q diuinos quoq; delectare possit aspectus. Quid castitate decori9, quæ mundũ de immũdo conceptũ semine: de hoste domesticũ: angelũ denicq; de hoie facit? Differũt quidẽ inter se hõ pudicus & angelus: sed felicitate, non uirtute. Sed etsi illi9 castitas felicior: hui9 tñ fortior esse cognoscif. Sola est castitas quæ in hoc mortalitatis & loco & tpe statum quẽdam immortalis gloriæ repræsentat. Sola inter nuptiarũ solẽnia: morẽ beatæ illius nẽdicat religionis in qua neq; nubẽt neq; nubẽtur: præbens quodãmodo terris, cælestis iam illius cõuersationis experientiã. Vas interim fragile quod portamus: in quo & crebro periclitamur: tenet castitas, ut monet apostol9, in sanctificationẽ: & instar odoriferi balsami quo condita cadauera incorrupta seruantur: sensus ipsa & artus continet & cõstringit: ne dissoluãtur ociis: ne corrũpantur desideriis: ne carnis uoluptatibus cõputrescant: quẽadmodum legif de qbusdã: quia cõputruerũt ut iumẽta in ster- Iobel.1.
core suo. Hoc itaq; tãtæ pulchritudinis ornamẽtũ: digne dixerim sacerdotiũ honorare quod dilectũ deo & hoib9 faciat sacerdotẽ: cui9 quippe memoria non in carnis successione: sed in spũali benedictione sit: reddatq; similem in gloria sanctoꝝ, in hac licet adhuc regione dissimilitudinis cõstitutũ. Verũ quãtalibet uenustate sui castitas eminere appareat: sine charitate tñ nec pretiũ habet nec meritũ. Nec mirũ. Quod eñ absq; illa bonũ suscipif? Fides? 1.Cor.13.
Sed nec si mõtes trãsferat. Sciẽtia? Sed ne illa quidẽ quæ lingua loquif angelorꝝ. Martyriũ? Nec si tradidero, inqt, Ibidem.
corpus meũ ita ut ardeã. Nec absq; illa quodlibet bonum suscipif: nec cũ illa quãlibet exiguũ respuif. Castitas sine charitate lampas est sine oleo. Subtrahe oleũ: lampas non lucet. Tolle charitatẽ: castitas nõ placet. Sed ô quàm pul- Sapiẽ.4.
chra est (ut sapiẽs clamat) casta generatio cum charitate. Cum illa inquã charitate quã, describit apl's, de corde pu- 1.Tim.1.
ro, & cõsciẽtia bona, & fide nõ ficta. Porrò puritas cordis in duob9 cõsistit: in quærẽda gloria dei, & utilitate proximi: ut in omnibus uidelicet actis suis uel dictis, nihil suum quærat epꝰ: sed tantũ aut dei honorem, aut salutem proximorũ, aut utrũq;. Hoc eñ agens implebit nõ solum põtificis officiũ, sed & etymologiã nois: pontẽ utiq; seipsum facies inter deũ & pximũ. Pertingit pons iste usq; ad deũ ea fiducia qua nõ suam sed illius gloriã quærit. Pertingit usq; ad proximum illa pietate qua & ipsi nõ sibi prodesse desiderat. Offert deo bonus mediator preces & uota populorũ: reportans illis à deo benedictionẽ & gratiã. Supplicat maiestati pro excessibus delinquentiũ: uindicat in peccãtes iniuriã dei. Ingratis improperat beneficia pietatis: contẽnentibus potẽtiæ sæueritatẽ insinuat. Vtrisq; tñ nihilominus placare studet indignãtis furorẽ: nunc quidem hoim obtũdens infirmitatem: nunc diuinæ magnitudinẽ pietatis. Denicq; siue excedat deo, siue sobrius sit nobis: aut deo semper quantum in ipso est placere gestit, aut præstare nobis: nõ qd' sibi cõmodo utile est quærẽs, sed quod multis. Fidelis põtifex, qui bona quælibet per man9 suas trãseũtia: siue diuina beneficia ad hoies, siue hominũ uota ad deũ: colũbino iutuẽs oculo, nihil sibi retẽtat ex oĩbus. Nec populi reqrit datũ, sed lucrũ: nec dei gloriã usurpat sibi. Acceptũ talentum non ligat in sudario: sed partitur nummularijs: à quibus & usuras recipit non sibi sed dño. Non habet fouea ut uulpes, nõ tãquã uolucres nidũ, non loculos qũo iudas: nõ denicq; sicut nec maria locũ in diuersorio. Imitaf profectò illũ qui nõ habebat ubi reclinaret caput: factus in præsentiarũ tãquã uas perditum: qñq; pculdubio futurũ uas in honorẽ: & nõ in cõtumeliã. Denicq; perdit aiam suã in hoc mũdo: ut in uitã æternã custodiat eam. Hoc tanto puritatis intimæ bono gloriari non põt ueraciter nisi qui extrinsecas gloriolas pfecte respuerit. Nec eñ pure ualet dei uel proximi quærere lucra: qui ꝓpria nõ contẽpserit. Is tantũ puritatis interioris gloria
non fraudaf, qui dicere põt cũ dño: Si ego quæro gloriã Ioan.8.
meã, gloria mea nihil est. Et cũ apl'o: Mihi uiuere xp̃s est Phil.1.
& mori lucrũ. Et cũ ppheta: Obliuioni datus sum tãquã Psal.30.
mortuus à corde, id est à ꝓpria uoluntate. Bona obliuio, si teipsum nescias ut proximo prosis. Bene autẽ mortuus à corde, si iã nõ tibi uiuere studeas: sed ei qui pro te mortuus est. Bene mortuus est à corde qui dicit: Viuo autem Gal.2.
iam nõ ego. Sed si mortuus à se, non tamen à xp̃o. Seqtur enim: Viuit uerò in me xp̃s. Mortẽ hanc quæ fit à corde, infert charitas: de qua loqtur sp̃osa in canticis: Vulnerata charitate ego sum. Fortis qppe est ut mors dilectio: & Can.4.
mortẽ in nobis nõ uitã occidit. Vnde & audaciter minaf: Can.ult.
O mors, ero mors tua. Peccatũ extinguit q̃ animæ uitam Osee.13.
expulerat, animamq; restituit innocẽtiæ. Verũ si prævalet morti charitas, ita ut illã in cõgressu perimere possit: cur dicit fortis ut mors: & nõ potius morte fortior? An fortè

Tim.2.

Psal.9.

Nota.

Psal.82.

Matt.25.

quia & ipsa est mors: & seipsa fortior esse non potest: Bona mors non uitæ sed mortis. Bona mors, & nequaquam abhorrenda: quæ uitam etsi adimit, non perimit. Adimit quidē, sed ad tempus: restituendam in tempore, duraturā sine tempore. Denique mortui estis, inquit, & uita uestra abscondita est cū xpō in deo. Cū aūt xps apparuerit uita uestra: tūc & uos apparebitis cū ipso in gloria. Libenter igit carebo ad tps, ut inæternū possideā. Et ista sufficiāt, p eo quod scriptū est: Charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Sanè in tāta obliuione sui necesse est cor bene esse conscium sibi: quo se in lucra securi foris extēdat: cū securam intra se relinquerit cōscientiam. Quid eīm pdest homini si uniuersum mundum lucretur: animæ aūt suæ detrimētū patiatur? Sed & ordinis exigit ratio: ut q ad sui mēsurā pximū iubet dilige re prius seipm diligere norit. Itaq duo sunt præcipue quæ bonā reddunt conscientiā: pœnitere de malis, & abstinere à malis: hoc est (ut uerbis loquar beati gregorij) & cōmissa flere, & flenda nō cōmittere. Horū neutrū solū sufficit. Nā si primū absq scd'o sufficeret, frustra & dauid hortaret dicēs: Declina à malo. Et esaias: Quiescite agere peruerse. Et deus ipse ad cain: Peccasti: quiesce. Rursum si secundū per se post pctiā bonā sufficit restaurare conscientiā: sine causa clamat pœnitens in psalmo: Beati quorum remissæ sunt iniqtates &c. Et illud: Vide hūilitatē meā & laborē meū: & dimitte oīa delicta mea. Et in oratiōe dñica: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Vtriusq uirtutis bene cōsci animq secure iam seipsum deserat, & quodāmodo perdat, ut aliquos lucrifaciat. Cum infirmātibus infirmetur, uratur cū scādalizatis: fiat etiā (si oporteat) iudæis iudæus: nihilq formidet cum tali cōscientia, exēplo Hieremiæ & ezechielis in ægyptū uel in caldæā cū transgressoribus captiuari: & cum sancto Iob frater fieri draconū: & socius strutionum: cum moyse quoq (quod grauius est) deleri de libro dei: & cū Paulo anathema esse à xpō pro fratribus non timeat cū hmōi cōscietia. Ipsam denique si necesse est intrare gehēnā securus medias penetrās flāmas læta decantet cōscietia: Et si ambulauero in medio umbræ mortis: non timebo mala, qm tu mecum es. Cōparemus si placet thesauros regū & fastigia regnorū cū huiusmodi fiducia. Nōnne cūcta horū felicitas: præ tanti boni diuitijs, miseria reputabitur? Et hāc fiduciā operat charitas de corde puro & conscientia bona. Iā uerò qd' restat de fide nō ficta: & itē qd' ex alio loco in mētē uenit: fides sine opib9 mortua est: duo ista mittunt nos ad quādā fidei trifariā diuisionē: ut dicatur fides mortua, ficta, pbata. Et mortuam quidē apostolus definit eā esse quæ sine opib9 est, id est q nō operatur ex dilectiōe: quasi nō habēs animā ipsam dilectionē: qua uegetetur & moueat ad opera. Fictā autem ego arbitror illā uocari fidē, quæ suscepta qdem ex charitate, uita moueri incboat ad bene operandum: sed nō perseuerans deficit & moritur tanquā abortiua. Eo utiq sensu fictam dixerim nominatā quo uasa figulī uocamus fictilia: nō qa uidelicet utilia nō sint quādiu durāt: sed quia fragilia cū sint, diu minime durāt. De hac fidei fictione puto illos notari in euāgelio q ad tps credūt: & in tēpore tētationis recedūt. Interroga eos q dicūt charitatē à quo semel accipi tur, nequaquā ultra recedere. Ait ueritas de qbusdam. Et hi radices nō habēt: qa ad tps credūt: & in tēpore tētationis recedūt. Vnde & quò recedūt? Vtiq à fide in infidelitatē. Itē quæro. Poterātne in illa fide saluari: an non poterant? Si non poterant, quæ iniuria saluatori: quæue tentatori lætitia, q hinc recedāt ubi salus non sit? Siqdē nec saluator zelatur nisi salutem: nec malignus inuidet nisi saluti. Si aūt poterant: qūo aut sine charitate sunt quandiu in illa fide sunt: cū sine charitate salus esse non possit: aut deserentes fidē, nō etiā deserunt charitatē: cū charitas & infidelitas simul esse nō possint? Recedunt ergo quidam à fide: quia ueritas asserit. Cōsequēter & à salute: qa saluator redarguit. Inde nos colligimus q & à charitate: sine qua salus esse nō potuit. Et hi, inquit, radicem nō habēt,

Col.3.
1.Timo.1.
Psal.36.
Esaiæ.1.
Psal.31.
Psal.118.
Lucæ.11.
Hier.43.
.Re.24
Iob.30.
Exod.32.
Roma.9.
Psal.22.
Lucæ.8.
Iacobi.2.

Nec negat eos habere bonum: sed in bono potius radicatos non esse causat. Deniq sequitur & ait: Quia ad tēpus credūt. Bonū est sed utinā duraturum. Non eīm qui coepit sed qui perseuerauerit usq in finem hic saluus erit. Nō autem durant, qm in tempore tentationis recedunt. Beati si interim rapti fuissent antequā malitia mutaret corda eorū. Nunc uerò uæ prægnantibus & lactantibus in illis diebus, teneros utiq fœtus gestantibus, & de uita recedi facile in periculis exturbādos. Tales sunt animæ parum adhuc & tenerā habentes charitatē, & ob hoc earū fides uiuā, sed fictam necesse est in tētatione deficere. Vasa figuli, ait, pbat fornax, & hoīes iustos tentatio: illos uidelicet qui ex fide uiuūt. Iustus nēpe ex fide uiuit: sed ex fide qua uiuat. Neq eīm quæ mortua est, uitā dare pōt. Dæmonū ides non adducitur in examinationē: uacua quippe charitate mortua est. Credūt quidē & cōtremiscunt: sed timor non est in charitate. Proinde in labore hoīm non sunt, & cū hominib9 nō flagellant: nō q extinctæ fidei nulla iam debeatur, pbatio sed reprobatio. Solā utiq iusto & fide, id est uiuoz uiuā fornax tētationū suscipit examinandā. Sed nō omniū iustitia manet in seculū seculi: qm sunt qui ad tempus credūt, & in tēpore tentationis recedūt. Qualis sit cuiuscunq fides, tribulatio probat. Si cuius deficit (deficit eīm cū in charitate nō perseverat) ficta esse dignoscitur. Si cuius pseverat: pbata & pfecta censet. Liquet ex his satis (ut arbitror) nō oēs q habuerint charitatē, habere & perseverantiā in charitate. Alioquin frustra commoneret discipulos dns: Manete, inquies, in dilectione mea. Aut eīm si necdum diligebāt, nō debuerat dicere manete, sed estote in dilectione mea: aut si iā diligebāt, necesse non erat moneri de perseuerātia: qua secūdū istos priuari nō poterāt. Curet igit seruus bonus & fidelis fide seruare nō ficta charitatē de corde puro & conscientia bona: plurimi æstimans animæ uitā quām corporis: minus horrens cruris mortē quām fidei. ¶ Iam de tribus quæ supi9 ppositimus: sola (nisi fallor) tractanda restat humilitas. Hæc cunctis præmissis uirtutibus in tātum est necessaria: ut absq ista illæ nec esse uirtutes uideant: Nēpe ut castitas seu charitas deq, humilitas mereat: qm humilibus deus dat gratiā. Seruat acceptas: qa nō regescit spūs (nisi super quietū & humilē. Seruatas cōsummat: nā uirtus in infirmitate, hoc est in humilitate pficitur. Inimicā oīs gratiæ omniscq inimitiū peccati debellat superbiam: & tā à se quām à cæteris uirtutib9, superbam illius ppulsat tyrannidē. Siqdē cū ex alijs quibuscq bonis uirtutū magis suarū capere soleat incrementum superbia: sola hæc oīm ppugnaculū quoddā turriscq uirtutū, eius fortiter resistit malitiæ, obuiat præsumptioi. Sola denicq est, de qua oīm plena uirtutū maria gloriandū esse putauit. Audito qppe ab angelo: Aue gratia plena: quasi solā ex ipsa plenitudine humilitatē in se cognosceret: solā rependisse ac respōdisse memorat in gratiā: Respexit, inquit, deus humilitatē ancillæ suæ. Quid deinde auctor & dator uirtutū xps in quo oēs thesauri sapientiæ & scientiæ sunt abscōditi, in quo oīs quoq plenitudo diuinitatis habitat corpaliter: nónne tū & ipse de humilitate, tāquā summa suæ doctrinæ, suarūcq uirtutū gloriat? est: Discite, ait, à me: non q sobrius aut castus aut prudēs aut aliquid ciusmodi: sed quia mitis sum, & humilis corde. A me, inquit, discite. Non ad doctrinā patriarcharū, non ad prophetarū libros ego uos mitto: sed me uobis exemplū, me formā humilitatis exhibeo. Inuiderūt mihi altitudinē quā habeo apud patrē angelus & fœmina: ille potētiæ, illa scientiæ. Vos aūt æmulamini charismata meliora: discētes à me qa mitis sum, & humilis corde. ¶ Commodū reor indagare aliqd & de superbia: quatenus ex oppositi sibi uitij uirtutis decor manifestior appareat. Superbia est appetitus ppriæ excellētiæ. Hæc in species duas diuidit: in cæcam, & uanā superbiā. Quæ qdē & alijs nominib9 appellari possunt: cōtumacia, & uanitas: quarū prior intelligentiæ, posterior uolūtatis uitiū est. Nam ex illa rationis falsit oculus: & ex ista uolūtatis malæ appetit9 afficit. Quod melius

melius ex singularũ diffinitionib⁹ demõstrabimus. Cæca supbia seu cõtumacia est uitiũ quo se existimans aliqs uel esse bonũ qđ nõ est, uel à se esse quod est: in se, non in dño gloriaℓ. Vana supbia seu uanitas est uitiũ quo qs tam de eo quod est, quàm de eo quod nõ est, suis magis quàm dei laudib⁹ delectatur. His ita præmissis aptemus iam cõtraria humilitati, singula singulis opponentes. Humilitas est cõtẽptus ꝓpriæ excellẽtiæ. Cõtẽpt⁹ opponit appetitui. Duabus quoq; superbiæ specieb⁹, duæ nihilominus humilitatis opponũtur. Cõtra cæcam: ut quis de se nouerit sentire humiliter. Cõtra uanã: nec cõsentire aliter sentientib⁹. Nempe qui de seipso sentire humiliter nouit: in neutro ipsi⁹ de se iudicium falli potest: uidelicet ut aut maius aliquid putet se esse quàm sit: aut à se esse quod sit. Et ideò patiẽter carẽs qđ sibi nouit deesse. Humiliter de eo quod certus est adesse, nõ in se sed in dño gloriaℓ. Porrò aduersus hoc ut de se altius se aliquid sentiat: solet ne insolescat
Rom.12. uerus humilis illud sibi fugi meditatione reuoluere: Non
Psal.130. alta sapientes sed humilibus consentientes. Et illud: Non ambulaui in magnis neq; in mirabilib⁹ super me. Si non
Gal.6. humiliter sentiebã: sed exaltaui animã meã. Et item: Qui se putat aliqd esse cum nihil sit: ipse se seducit. Contra hoc autẽ ut à se sentiat esse quod se sentit esse: solicite seipsum
1.Cor.4. interrogat. Quid habes quod nõ accepisti? Si aũt accepisti, quid gloriaris quasi nõ acceperis? Item qui humanas laudes cõsueuit perfecte contẽnere: cũ se laudari percipit de eo quod in se nouit nõ esse, nullatenus acquiescens illud
Esaiæ.3. sibi cõmemorat: Qui te beatificãt, ipsi te errorẽ te mittũt. Sed
Psal.61. & illius nihilomin⁹ uersiculi recordatur: Verũtamẽ uani filij hoim, mẽdaces filij hoim in stateris: ut decipiant ipsi de uanitate in idipm. Proinde solicite studet imitari apo-
2.Cor.12. stolũ ita de se loquentem. Parco autẽ, ne qs me existimet supra id qđ uidet in me, aut audit aliqd ex me. Cum uerò laudari se comperit de bono quod se fortè habere cognoscit: nihilominus quantũ in se est scuto ueritatis curat à se
1.Cor.15. iaculũ fauoris repellere, dans gloriã deo, & dicẽs: Gratia dei sum id quod sum. Et propulsans à se omnẽ suspicionẽ,
Psal.113. ait dño: Non nobis dñe nõ nobis: sed nomini tuo da gloriã. Metuit nimirũ si aliter egerit, ne fortè audiat ab ipso.
Iacob.5. Recepisti mercedẽ tuã. Et iterũ. Gloriã ab inuicẽ quæri-
Matth.6. tis: & gloriã quæ est à solo deo nõ uultis? Refugiẽs ergo
1.Cor.3. & de hoc ad cõsiliũ aplĩ ꝓbat ipse opus suũ: ut sic habeat in semetipso gloriã, & nõ in altero. Fidelis suimet custos, q sibi oleũ fauoris sine fraude reseruet: ne in aduẽtu spõsi lampas cõsciẽtiæ uacua extinguaℓ. Nõ in altero inquam, nec eñ tutũ arbitraℓ labijs hoim cõmittere gloriã suã: arcæ utiq; sine claue & sine sera: nulliq; omnino clausæ nocere uoleti. Non tutũ planè, sed stultũ, ibi thesaurũ tuũ recondere: unde non ualeas resumere cũ uoluerís. Si ponís in os meũ, iam nõ in tua, sed in mea potestate est: cũ utiq; pro meo libitu uel laudare te possim, uel derogare tibi. Sanum uas & incõcussum cõscientia: & secretis seruãdis idoneũ: nullis patẽs insidijs: nulli uiolentiæ cedens: nulli quippe oculo uel manui accessibilis: excepto q̃tãxat spiritui qui scrutatur etiã alta dei. Quicqd in ea reposuero, securus sum quia nõ perdã: seruabit uiuo, defuncto restituet. Nam quocũq; uado ego, ipsa it mecum: secum ferẽs depositũ quod seruandũ acceperit. Adest uiuo, mortuũ sequtur: ubiq; mihi uel gloria uel cõfusio inseparabilis pro qualitate depositi. Beati qui in ueritate dicere possunt:
2.Cor.1. Gloria nostra hæc est, testimoniũ cõscientiæ nostræ. Non põt dicere nisi humilis, qui iuxta uulgare, & oculos cãpi metuere & siluarũ aures soleat semper habere suspectas. Beatus nempe hõ: qui semp est pauidus. Non põt dicere arrogãs & ꝑsumptor: qui seipsum impudẽter ostẽtãs passim & ubiq; tãquã per campũ incedẽs, tot⁹ ferè in gloriã. Gloriat etiã cum male fecerit: & exultat in reb⁹ pessimis. Estimat se nõ uideri, dũ plures habeat imitatores quàm reꝑhẽsores: cæc⁹ dux cæcorũ. Sed habet hic cãp⁹ oculos, sanctoq; pculdubio angelorũ: quos semp offendere solet indisciplinata conuersatio. Non dicet hypocrita: gloria mea est testimoniũ cõscientiæ meæ: qa etsi iudicantium fm facie, uerbo, iultu, habituue simulatorio eludat opinioni: sed nõ ei⁹ qui scrutaℓ renes & corda fallit uel euadit iudicium. Siquidẽ deus nõ irridebit. Timeat ergo & iste nemoris aurẽ. Lingua licet manuq; cessantib⁹, auri tñ ubiq; præsenti de quacunq; silua latebrosæ duplicitatis & spinosæ calliditatis, tacẽtis & quiescẽtis cor loqtur, cogitatio cõfitetur. Prauũ est cor hois & imperscrutabile: ita ut nemo sciat quæ sunt in hoie nisi spũs hois qui in eo est: sed nec ipse plenè. Nam cũ apl's diceret: Mihi ꝑ minimo est ut à
1.Cor.4. uobis iudicer, aut ab humano die, adiecit: sed nec ego me ipsum iudico. Quare? Qm̃ nõ possum, ait, ratã uel ipse de me ꝓferre sniam. Ego eñ nihil mihi conscius sum: non tñ in hoc iustificatus sum. Non ex toto credo me uel ipsi cõscientiæ meæ: quippe cũ ne ipsa quidẽ queat me cõprehendere totũ. Nec potest iudicare de toto qui totũ nõ audit. Qui aũt iudicat me, dñs est. Dñs, inquit, cui⁹ utiq; scientiam nõ effugit: sniam nõ subterfugit, etiã quòd propriã latet cõscientiã. Audit deus in corde cogitãtis: quod nõ audit uel ipse qui cogitat. Aderat auris ꝓphetæ absentis ori furtiue poscentis pecuniã: & ego quantũlibet in occulto lædere cogitãs, aut ꝓximũ negter, aut turpiter me ipsum nõ uerear, aurẽ nusquã absentẽ? Tremẽda prorsus auris & reuerẽda: cui nõ cessat quies, nõ tacet silẽtiũ. De-
Esaiæ.1. niq; ait: Auferte malum cogitationũ uestrarum ab oculis meis. Sed quid est qđ dicit ab oculis meis? An & nostra deus nõ solũ audit: sed & uidet arcana? Quales oculi qui contẽplanℓ cogitationes? Non sunt coloratæ ut uideanℓ: sicut nec sonãt ut audiãtur. Solent sentiri a cogitãte: non audiri ab auscultãte: non à contẽplante uideri. Merito tñ dñs scit cogitationes hoim qm̃ uanæ sunt. Cur eñ nesciret, quas & audit & uidet? His ꝑcipue duob⁹ sensibus, id est uisui & auditui nemo fidẽ putat esse negandam. Hoc nos scire constanter astruimus: quod uidimus & audiuimus. Merito itaq; nõ erat opus dño Iesu ut quis testimonium perhiberet de hoie: ipse nimirũ sciebat quæ essent
Matth.9. in homine. Quid cogitatis, ait, mala in cordibus uestris? Rẽspõdebat nõ sermonib⁹ sed cogitationib⁹. Audiebat non loquẽtes: uidebat nõ apparẽtes. Contremisco totus tuam dñe Iesu quãtillo possum intuitu cõsiderans maiestatẽ: præsertim cũ recordor in quãtis ipsi⁹ aliqñ cõtemptor extiterim. Sed & nunc cũ iam à facie maiestatis fugi ad genua pietatis: qd amplius facio? Vereor ne qui aliqñ contrarius extiti maiestati: & nunc ingratus pietati inueniar. Quid eñ si cessant manus, & nõ cesset pectus? Quid si os iam silet: necdũ cor quiescit? Si singuli illiciti motus animi mei singula sunt quædã in te deus conuitia: utputa iracũdiæ motus in mansuetudinẽ, inuidiæ in charitatem, in frugalitatẽ luxuriæ, turpitudinis in castitatẽ: & innumera his similia quæ de scænoso lacu prurientis pectoris mei etiam nũc incessanter ebullisunt inundãtes & impingentes in serenitatẽ præfulgẽtis uultus tui. Quid magnũ feci solos cohibere art⁹, actus corrigere? Si has atq; hmõi quas foris licet uacans intus actitare non cesso iniqtates obseruaueris, ô dñe quis sustinebit? An fortè iam nõ ago illa sed patior? Aguntur quidẽ in me, sed à me nõ agũtur si nõ consentio. Sanè si mei nõ fuerint dñati, tunc immaculatus ero: & immaculatus coram eo, si nõ solum carnero, sed & si obseruauero me ab iniquitate mea. Mea dixerim: non quia facio, sed qa sustineo. Corpus gesto mortis, carnemq; peccati: sufficit interim mihi si non regnet pctm̃ in meo mortali corpore. Sic corpus crimini nõ reputaℓ: nec qđ habitat in eo pctm̃: si tñ nõ delector: si tñ non exhibeo membra mea arma iniqtati. Pro hac orabit ô misericors quisquis etiã sanctus in tpe opportuno: supplex nimirũ ꝙ malũ sentiat: & nihilomin⁹ sctũs dũ nõ cõsentiat. Supplex pro periculo, sctũs pro uirtute. Sanctus planè atq; beat⁹: qui cõdelectatus legi fm interiorẽ hoiem de malo qđ ita ineſſe corpori sentit, ut nisi pariter cũ corpore carere nõ
Roma.7. possit: merito sese cõsolaℓ, & ait: Iam nõ ego operor illud: sed quod habitat in me peccatũ. Verũtamen delicta quis

Universidad de Deusto Biblioteca

intelligíte: Nam si possem dicere cū paulo, ꝙ quidē longe
1.Cor.4. est à me: Nihil mihi cōscius sum: non tñ in hoc esse iustifi-
catum oporteret me gloriari. Non enī qui seipsum com-
mēdat, ille ꝓbatus est: sed quē deus cōmēdat. Si applause
rit mihi iustitiā humanus dies, pro mínimo habeo: quia
ille lucet tñ in facie. Homo enim uidet in facie: deus autē
intuet cor. Propter hoc hieremias non satís populáribus
sentētijs uelut quibusdā humani diei radijs mouebatur:
Hiere.7. sed fidēter loquebat deo: Diem hoīs nō cōcupiui, tu scis.
Si meus mihi arríserit dies: neꝙ meipsum, inquit, iudico:
quia nec ipse me satis intelligo. Solus merito constitutus
est iudex uiuorū & mortuorū, qui finxit sigillatim corda
uniuersoꝝ, & intelligit oīa opa eorū. Solū attēdo iudicē,
quē & solū iustificatorē agnosco. Pater dedit ei iudicium
facere: quia filius hoīs est. Non usurpo mihi uel super me
seruus filij potestatē: nec me annumero illis de quibus ita
cōqueri solet: Tulerūt hoīes à me iudiciū. Pater nō iudí-
cat quēquā: sed omne iudiciū dedit filio: & ego mihi præ
sumam ꝙ nec ipse pater sibi assumit? Velim nolim ipsi me
astare necesse est, ipsi horū quæ gesserim in corpore, red-
dere rationē: cui nec uerbū præteruolat: nec subterfugit
cogitatio. Sub tam æquo libratore meritoꝝ: sub tam in-
timo secretoꝝ inspectore: quis gloriabit castum se habere
cor? Sola ꝓfectò quæ nō solet gloriari: nō nouit præsume
re: contēdere non cōsuescit: gratiā inuentura est in oculis
Luco.4. pietatis humilitas. Deꝰ nāꝙ superbis resistit: humilibꝰ autē
dat gratiā. Nō cōtēdit iudicio, nec prætēdit iustitiā qui
Psal.142. uere humilis est, sed dicit: Non intres in iudiciū cū seruo
tuo dñe. Recusat iudicium, & postulat miam: facilius sibi
uenia impetrare posse, quàm iustitiā uēdicare confidens.
Nouit naturā diuinā naturaliter piā: quæ nostrā nequaquā
humilitatē abhorreat. Non despicit illa maiestas cor con
tritū & humiliatū in nostro genere: quæ corpus ex eo hu
militatis assumere nō dedígnata est. Nescio quo pacto fa-
miliariꝰ semper humilitati propinquare solet diuinitas.
Deniꝙ illa se iduit: ut appareret hoibꝰ. Substātiā, formā
habitumq; gestauit humilē: ipsiꝰ nobis cōmēdās uirtutis
excellētiā: quā speciali sui uoluerit honorare præsentia.
Vobis aūt dilectissime, uobis præcipue tanto magis arbi
tror hāc esse necessariā: quanto maior nosciť materia sup-
petere superbiēdi. Genus, ætas, sciētia, cathedra: & quod
maius est, primatus prærogatiua: cui nō essent insolētiæ
fomes, elationis occasio? Quanquā esse possint & humili
tatis. Meditātibus quidē honores blandiūtur: sed onera
pēsantibꝰ tædio sunt atq; formidini. Non aūt oēs capiūt
hoc uerbū. Multi enī nō tanta fiducia & alacritate curre-
rēt ad honores: si esse sentirēt & onera. Grauari ꝓfectò me
tuerēt: nec cū tanto labore & periculo quarūlibet affecta
rēt infulas dignitatū. Nunc uerò quia sola attēditur glo-
ria & nō pœna, purū esse clericū erubescit in ecclesia: secꝙ
uiles æstimāt & ingloríos, qui quocūq; eminētiori in lo-
co non fuerint sublimati. Scholares pueri & impuberes
adolescētuli ob sanguinis dignitatē ꝓmouētur ad eccle-
siastícas dignitates, & de sub ferula trāsferūtur ad princi-
pandū presbyteris: lætiores interim ꝙ uirgas euaserint,
quàm ꝙ meruerint principatum: nec tam illis blanditur
adeptum, quàm ademptū magisterium. Et hoc quidem in
initio. Processu uerò tpis paulatim īsolescētes docti sunt
in breui uendicare altaria, subditorū marsupia uacuare,
magistris nimirum in hac disciplina utētes idoneis, ambi
tione & auaritia. Verū quātauis industria tua tibi lucra
cōquirere cautulus uidearis: quantalibet uigilantia rem
possis seruare tuā: quātocūq; studio regum tibi ac princi-
Eccle.10. pum gratiā captare cures. Dicimus tamē: Væ terræ cuius
rex est puer: & cuius principes mane comedūt. Nec dici-
mus quācūq; ætatē dei gratiæ præmaturā, sicut nec serā:
cum multos uideamus iuniorum super senes intelligere,
moribus antiquare dies, præuenire tempora meritis: &
quod ætati deest, compensare uirtutibus. Boni pueri, qui
quod ætate uidētur, esse studēt & malitia. Malitia inquā,
sed non sensu: quorū iuxta ammonitionem apostoli: Ne-
mo cōdemnat adolescētiam. Meliores bonæ indolis ado-
lescentes, inueteratis dierū malorum. Puer centū annorū
maledictus est: & est è regione senectus uenerabilis, non
diuturna, neq; numero annorū computata. Bonus puer
samuel, qui loquēti deo promptus aderat auditor, dicēs:
Loquere dñe, quia audit seruus tuus. Acsi diceret: Para- 1.Reg.3.
tus sum & non sum turbatus ut custodiam mandata tua.
Bonus & hieremias qui ante sanctificatꝰ quàm natus, cū ipse
se excusaret de puerítia: nihilominus cōstitutus est super
gentes & super regna. Bonus quoq; daniel: cuius spiritū Dan.
suscitauit deus ut conuinceret iniqua iudicia, & sangui-
nē innoxiū liberaret. Deniq; cani sunt sensus hominis: &
ætas senectutis uita īmaculata. Si cubi huiuscemodi puer
senex ꝓmotus inueniť: opus dei est, his qui tales nō sunt
mirandū, nō imitandū. Cæterum curritur in clero passim
ab omni ætate & ordine à doctis pariter & indoctis ad ec
clesiasticas curas: tanquam sine curis iam quisq; uicturus
Epbe.4. ſum eſt,& ſolicíti ſeruare unitatē ſpūs in uínculo pacis,&
Matt.3. expectare quod ꝓmiſſum eſt:Beati miſericordes:qm̄ ipſi miſericordiā conſequētur.Alioquín num filius meus erat iſte:Quis uerò ſtatui filio poteſt:Niſi fortè tunc tantum filius meus fuit dū mecū fuit:& non etiam cū me deſeruit. Sed nūquid quia corpore ad tēpus receſſit,etiā animo recedere potuit:Aut fortè uel ipſa mors eū mihi poterit auferre:Itane localis corporalisue neceſſitas animorum ſeſe amātiū libertatē anguſtat:Certus ſum quia nec locorum diſtantia,nec corporum uel mors uel abſentia diſiungere poterit quos unus ſpiritꝰ uegetat,una charitas ligat.Denicꝫ ſi iuſtorū animæ in manu dei ſunt,profecto & qui iam in ipſo depoſita carne quieſcunt:& qui ipſi adhuc in carne non ſm carnem militamus,ſimul proculdubio ſumus. Meus ergo erat uiuus:meus erit defunctus:meum in patria recognoſcā.Si qs eſt qui de manu dei poſſit eruere:& à me illū ſeparare ualebit.Itaqꝫ ꝑ filio quidē ueſtra uobis affectio ſatisfecit.Sed de nobis pater qđ erit:Quæ inquā de nobis digna uobis ſatisfactio placebit:quibus utiqꝫ ꝑ grandi iniuria imponitis qꝫ à uobis recedens,à nobis receptus ſit:Quid dicam:Si dixero non recepimus(quod utinam ſine peccato dicere poſſem)mentior planè.Si dixero recepimus quidem,ſed iuſte:excuſare me uelle uideor.Sed tutius reſpondebo,peccauimus.Veruntamen quantum:
Non ad defenſionem dico.A quo enim ille non recipereturꝰ Quis inquā ſanctum illum aut pulſantem repelleret, aut ſuſceptum expelleret:Quis uerò ſcit ſi de ueſtra abundātia noſtram deus uoluerit ſupplere inopiam: ut ſcilicet unum de multis qui fortè apud uos religioſi tunc erant ad
. nos dirigeret:nobis quidem ad ſolatium:ſed nihilominꝰ
Iacob.3. uobis ad gloriam:Filius quidem ſapiēs gloria eſt patris. Denicꝫ non eum præuenimus ſolicitando,non circumuenimus attrahendo:quo uos deſereret,uel ad nos ueniret: quin potius rogantem,pulſantem,ſupplicantem non prius(deus ſcit)cōſenſimus recipere,quàm remittere ad uos tentauimus.Non autem eo acquieſcente,eius nos importunitati uix tandē acquieuimus.Hominem ergo religioſum peregrinum ſolū:ſi culpa eſt qꝫ ſuſcepimus,& ita ſuſcepimus,non erit uobis indignū ſemel tantū cōmiſſam culpam talemcꝫ culpam dimittere:cui etiam fas non eſt neuſcꝫ quidem ſeptuagies ſeptíes peccantibus in uos,ueniā negare.Vt tamen nouerítis quàm non leuiter ſeu negligēter:imo quàm nō impune feramus:qꝫ unquā reuerentiam ueſtram quoquo modo offendimus,ſæpe deum teſtor:qđ corpore non poſſum:mente ad uos ſupplíci tranſeo,ſæpe genibus flexis humiliter ſatiſfaciens uobis aſtare me uideo.Vtinā ipſe qui id mihi fortaſſe inſpirat:uobis quoqꝫ ſpiritus ſentire faciat quàm flebilis quàm miſerabilis tanquam præſens ad genua uſqꝫ ueſtra deſcēdo:quàm frequēter nudus humeros uirgasqꝫ in manibus geſtans,& quaſi ad ueſtram iuſſionem uapulare paratus peto ueniam:gratiam tremebundus expecto.Hæc qualiter uobis pater accepta ſint:ueſtro ſi uos non grauat citius ſcire flagitamus reſcripto:ut ſic ſatis iam ſecuri de indulgentia cōſolemur: ſi quo minus,magis ut dignum eſt humiliemur:& amplius aliquid à nobis ſi poſſumus exigamus:quo digníus ſatisfacere debeamus.Valete.

¶ *Ad Gaufridum abbatem ſancti Theodorici.*
*Epiſtola.*LXVI.

PRimo precor ut præſentes líteras dño abbati Acqſcinti monaſterij dirígere nō graueris.Deinde ut ad id quod portāt,ꝑ abſente amico ꝑſens ſatagas cum uenerit locus.Neqꝫ enim cuiuſlibet,nedū tanti patris iuſtū iniuſtúmue aduerſum me debeo ſcandalum diſſimulare.Quod quàm non faciam,loquēs potius quàm ſcribens ei aperíre forſitan potuiſſem. Nam ſolet in talibus acceptior eſſe ſermo uiuus quàm ſcríptus:& efficacior lingua quàm litera.Oculi quippe loquētis fidē faciunt dictis:nec ita poteſt affectum exprímere digitus quomodo uultus.Nunc autem quia abſens per me non poſſum:per te ſatiſſacio quātum poſſum.Rogo ergo te,& iterum rogo:ut de regno dei qđ eſt uidelícet iſtra nos,ſcandalum auferas dum ſalubriter potes:ne ſi(quod abſit)uſqꝫ ad angelos q utiqꝫ in fine ſeculi in id miniſterij deputādi ſunt,perdurauerit rancor:neceſſe ſit irreuocabíliter aut ambos aut alterum è nobis de medio tolli.Vnde autē ad me tu iamdudū ſcripſiſti cōquerēdo ſuper tribulationibus ueſtris:ſcítis quia iuxtà eſt domin9 his qui tribulato ſunt corde.De ipō confidíte:quia ipe uícit mūdū. Ipſe ſcit inter quos habitatis:& in cōſpectu eius ſunt oēs qui tribulāt uos.Ipſe exaudiet uos in abſcondito tēpeſtatis:qui nunc ꝓbat ad aquas contradictionis.Valete.

¶ *Ad monachos Flauiacenſes.* *Epiſtola.*LXVII.

DOmino.H.patri Flauiacenſis eccleſiæ,& fratribus qui cū eo ſunt:fratres q in claraualle ſunt, ſalutem.¶Lectis líteris ueſtris ueſtrā reuerentiā propter quendam monachū qui apud nos eſt contriſtatā cognouimus.De qua ueſtra triſtítia nos quoqꝫ cōtriſtati ſumus,timētes ne non ſit illa triſtítia de qua q buſdam dicebat apls:Cōtriſtati eīm eſtis ſm deum.Nam ſi ſm deū eēt,nō uſqꝫ adeò uos commouiſſet:ut nos & ſi uobis ignotos,fratres tm̄ uros,& ſi placet amicos,quos nec dū uel pītes uerbo cōueneratis,uel abſentes ſcripto ꝑmoueratis,hac pria uice tā ſubito,tā acriter argueretis. Miramini(ut ſcribitis)qꝫ fratrē.G.ſuſcepim9:minamini niſi eū uobis cito reſtituerim9.Proponitis nobis de regla:de noto monaſterio monachū nō ſuſcipiēdū,p cōſtanti ſcilicet habētes ueſtrū non eſſe ignotū.Sed qđ ſi alīs notū:dūmō nobis ignotū ſit:Et ſi eīm,ut uerba ipſa ponā:religionis ueſtræ ſe adeò fama effuderit:ut etiā romæ eccliæ ueſtræ habeat notitia.Nos tm̄ q utiqꝫ multū citra romā poſiti ſumus:neſcio quo pacto ita ꝑtenit:ut ne unius quidem ueſtrū,abbatis ſcilicet uel monachorū:nō ipſi9 ueſtræ habitationis,nō religiōis ac cōuerſationis:uſqꝫ ad hoc tempus uel tenuem notitiā habuerimus:ſed nec aliquā aliqm̄ mentionem nobis de uobis factam fuiſſe meminimus.Nec tamen mirū:qa & multis terrarum ſpaciis & diuerſis prouinciis & diſſimilibus linguis abinuicē diſtamus.Nec ſolum epiſcopatibus propriis abſumus:ſed etiā in eodē archiepiſcopatu nō degimus.Putamus autē qꝫ nō de cuicūqꝫ notis:ſed tm̄ de nobis notis monaſteriis monachos ſuſcipere ꝓhibemur:alioquín cū nullū monaſteriū ſit quod alícui notū non ſit,nullū nobis relinquit de quo qs regulariter ſuſcipiat.Quō ergo illud implebit qđ à brō Benedicto uel ꝑcipit uel permittit:peregrinum uidelícet monachū nō ſolū debere ſuſcipi ad habitandū ꝑ hoſpite,quāto cupit tēpore:ſed etiā inuentū utilē ſuaderi ad manendum oī tpe:Quāquā tm̄ nos aliter erga ꝑdictū fratrē egerimus. Nā cū ueniens ſe ſuſcipi à nobis humiliter poſtularet:primo quidē repulſus,deinde ammonitus eſt ut ad monaſterium ſuū rediret.Sed ille non acqeſcēs,in uicinā nobis eremū ſe contulit:ibiqꝫ ſeptē ferme mēſes nullā interim calūniam paſſus qete habitauit.Sed cū ſibi tutū non crederet qꝫ ſolus degeret:poſt primā repulſam idipm̄ à nobis requírere nō erubuit.Rurſus nos admonētes eū de reditu:cum cauſam ſuæ ab eo diſceſſionis requirerem9:abbas,inquit, meus habebat me nō monachū ſed medicū.Cogebat ſeruire:imo ipſe ſeruiebat per me,nō deo ſed ſeculo:quando ne ſeculariū maleuolentiam incurreret principū:mederi me cōpellebat etiā tyrānis,raptoribus,excōicatis.Quod aīæ meæ piculū:cū ei nūc priuatim nūc palā ſuggeſſiſſem, nec profeciſſem:quorūdā tandē ſapientiū uirorū conſilio fretus,fugio meā dānationē,non cōgregationē:perditionem,non religionē.Conſulite ſalutē quærēti:aperíte pulſanti.Cuius nos uidentes conſtantiā:audientes cauſam:& nullam contra eum calumniam:annuimus introitum:probauimus ſuſceptū:aſtrinximus ꝓbatū:tenemus ꝓfeſſum. Nec intrare compulimus:nec exíre cogemus.Quamuis ſi eum eiceremus:ad uos(ut ipſe aſſerit)nō rediret:ſed magis ſe adhuc à uobis elongaret.Deſmite ergo fratres,deſiníte tam indebitis innoxios laceſſere iurgiis:& caſſis ſerí-

Universidad de Deusto Biblioteca

ptrationib⁹ inquietare: quia nec cumulatis etiam contumelijs puocari poterimus ut uobis nisi qđ reuerentiæ est respõdeam⁹: nec minis his exterreri quomin⁹ monachũ teneamus, quẽ regulariter suscepisse nos credimus.

¶ *Ad eosdem de eodem.* *Epistola.* LXVIII.

MOdestiæ quidem uestræ erat ô boni fratres: super querimonia uestra priori nr̃a satisfactiõe cõtentos esse debere: et iam ab immeritorum infestinatione quiescere. Sed quia prioribus malis pejora iunxistis: & rursum nobis iurgiorũ seminaria trãsmisistis: q̃ absit ut germinent: sicut nec priora germinauerunt in nobis: ne tñ nõ respõdẽdo, culpã (q̃ nõ est) cognoscere uideamur: hoc etiã secũdo ad ea quæ ꝓcaciter objcitis, ueraciter respõdemus. Hæc tota nr̃a culpa est, quantum æstimamus: hæc grandis illa iniuria quam uobis feci mus: ꝙ monachũ, solũ, peregrinũ, pauperem, miserabilẽ, aiæ suæ periculũ fugitantẽ, salutẽ suã solicite q̃rentẽ, pulsantem, supplicantem suscepimus: seu ꝙ talem taliter à nobis susceptũ denuo sine causa nõ ejcim⁹: ut qđ ædificauimus iterũ destruẽtes, ꝓuaricatores nos cõstituamus. Hinc regulæ: hinc canonũ: hinc ipsius naturalis legis transgressores iudicamur. Opponitis eñ indignantes: cur uestrum & à uobis excõicatũ nobis sociare præsumpsim⁹: ꝙ utiq; ab alio pati nolumus. Sed de excõicatione qd rñdebim⁹: qñ uos inde uobis satisfacitis pro nobis: scientes ꝓculdubio prius à nobis fuisse receptũ, quàm à uobis excõicatũ: Cũ autẽ prius susceptũ, dũ tñ regulariter fuerit: pfectò nõ iam in uestrũ sed in nostrũ uestræ maledictionis sententiã intorsistis. Q; si rectè factũ sit: uos uideritis. Restat igit scidum, & hoc tantũ quærit inter nos, an rationabiliter susceptus fuerit. Et uos quidẽ quoniam de ignoto monasterio, monachũ regulariter posse suscipi negare non potestis: uestrũ nobis notũ esse cõtẽditis. Negam⁹: & nõ creditis. Verum si nõ creditis simpliciter negãtib⁹: credite uel iuranti bus. In ueritate q̃ deus est: uobis dicim⁹: nec nouim⁹ uos, nec noscim⁹: ignotorũ scripta suscepimus: ad ignotos rescripsim⁹. Sensimus quidem stimulationes & inquietationes uestras: sed necdũ stimulatores & inquietatores ipsos agnouimus. Vos tamẽ ad conuincendum nos de simulata ignorãtia, inuictissimũ argumentum inducitis: non posse uidelicet ignotos esse nobis, quorum & abbatis scilicet & ipsius monasterij nomen in nostris posuimus literis: quasi mox ut rerũ uocabula scim⁹: etiã res ipsas nouerim⁹. Multũ ergo ualet mihi michaelis, gabriclis, raphaelis nomina nosse: quãdo ex solo auditu uocabulorũ, etiã de ipsorum btorũ spirituũ cognitione iam beatus sum. Nõ mediocriter inquã ꝓfeci, quia didici ab apl'o paradisum, & tertium cælũ noiare: si etiã non raptus cũ apl'o, solis ex noĩb⁹ secreta cælestia iã noui: & audiui ineffabilia uerba, q̃ non licet hoi loqui. Stult⁹ ego qui iam sciens nomẽ dei mei: nescio quid adhuc superfluo quotidie gemo: frustra suspirans & dicens cũ ꝓpheta: Vultũ tuũ dñe requirã. Et illud: Q̃n ueniam & apparebo ante faciẽ dei: Et ostende nobis faciem tuã, & salui erim⁹. Sed quid est quod uobis facim⁹: quod nobis fieri nolum⁹? Hoc nos utiq; nolle putatis, ut quis à nostro monasterio discedens monachus in alio suscipiat. Vtinam omnes commissos nobis, sine nobis saluare posse tis. Si quis de nostris ad uos maioris perfectionis gratia & artioris uitæ desiderio conuolauerit: non solum nõ causamur si ei in tali studio consulitis: sed & multũ precamur ut hoc faciatis. Nec offensos nos conqueremur: sed ualde in hoc adiutos esse fatebimur. Negatis deinde qđ de uobis audieramus: uestro scilicet iussu uel assensu fratrem B. quandiu fuit apud uos in medicinali arte secularib⁹ deseruisse: ipsumq; qui hoc dixit, falsitatis arguitis. Si mentitus sit nescimus, ipse uiderit. Sed hæc scimus quia siue per se, ut uos fatemini: siue per uos, ut ipse testatur, hæc fecerit: in magno interim periculo fuit. Quis uerò tam inhumanus qui sic periclitanti non succurreret si posset: nõ cõsuleret si nosset: Attamen si (ut asseritis) nõ cõpulsus obedientia, sed propria quæstus cupiditate, ac uagandi curio

Psal. 26.
Psal. 41.
Psal. 79.

sitate, hac illacq; arte suam uenditans discurrebat: quid causæ extitit ꝙ à uobis discessit? An quia iam tandẽ consuræ pastoralis districtione non ei licebat quod ante licebat? Cur igitur cum iam apud nos esset uolẽtes eum remanere: ad persuadendum de reditu promisistis ei quietem in claustro: nisi quia hæc uelle hominẽ noueratis, hæc quasi esse memineratis? At ille iam adepto apud alienos qđ nõ potuit inter suos: ne certa ꝓ incertis desereret, tenuit quo iam fruebatur: spernẽs quod sero sibi offerabatur. Desinite itaq; fratres: desinite fratrem solicitare de quo nõ ualde necesse est uos solicitos esse: nisi fortè (quod absit) quæ uestra non quæ iesu xp̃i sunt quæratis: & magis uestrum de illo solatiũ, quàm eius salutẽ diligatis. Nã cũ semper apud uos girouagus fuisset: & ut scribitis, cõtra suũ ꝓpositũ & abbatis imperiũ in ꝓprios usus qđ de arte sua cõgrebat expenderet: gaudeat qui eũ diligit ꝙ apud nos deo miserante sanatus sit. Testimonium eñ ei phibemus, ꝙ nusquã modo aliqua occasione uagatur: sed quiete perseuerãs in monasterio, pauper inter pauperes sine querela cõuersat: primã fidem quã quidẽ apud uos promisit sed nõ tenuit, non irritã ut dicitis faciens, sed ratã integrãq; custodiens morum utiq; cõuersione, & obedientissima cõuersatiõe: sine qua sese fallit qui de loci stabilitate cõfidit. Rogamus uos fratres ut quiescat iam indignatio uestra: & desinat in quietatio nr̃a. Sinautẽ, facite quod uultis, scribite ut uultis, persequmini quantũ uultis: charitas oia suffert: oia sustinet. Nobis autẽ decretũ est ex hoc iam uos pure diligere reuerenter suscipere: familiariter colere.

¶ *Ad Guidonẽ abbatẽ de tribus fontibus.* *Epistola.* LXIX.

VNde te contristatũ cognouimus, contristatum quidem esse laudauimus, sed si non nimis. Contristatus enim (nisi fallor) quomodo ait apostolus, sm deum: nec dubium est huiusmodi tristitiam tuam conuerti quandoq; in gaudium. Itaq; dilectissime irascere & noli peccare. Peccabis autem non minus nimis irascendo, quàm omnino non irascendo. Siquidẽ nõ irasci ubi irascendum sit, nolle emendare, peccatũ est. Plus uerò irasci quàm irascendum sit, peccatum peccato addere est. Quòd si malum est peccatum non emẽdare, quomodo malum non erit augmentare? Si ex rerũ euentibus rea tuũ penderet iudicium, non foret culpanda tua etiã ingens tristitia: ubi nimirum cõstitisset ꝙ ingens fuisset & culpa. Tanto quippe culpa grauior: quanto res sacrior apparet. Nunc uerò quia rerũ causa, nõ materia nec exit⁹ actuũ sed intentionis propositũ culpas discernit & merita, dicente dño: Si oculus tu⁹ simplex fuerit, totũ corp⁹ tuũ lucidũ erit: si nequã, totũ corp⁹ tuũ tenebrosum erit: in tui quoq; examinatiõe cõmissi: nó tã ut arbitror sacrorũ est attendenda maiestas, quàm propria intentio discutiẽda. Porrò ego & prior noster rem ipsam & intra nos pensantes: & intra nos cõferentes: tuã quidem ibi deprehendimus ignorantiam: ministrantium quoq; negligentiã: sed planè nullius malitiã. Et certè optie nosti nullũ esse bonũ nisi fuerit ipõ taneũ. Malũ ergo poterit esse magnum, quod constat uoluntariũ non fuisse? Alioquin si qđ fit à non uolẽte, bonũ quidem nullã gratiam, malum autem multam cõsequitur pœnã: hoc est, si circa unã eademq; causam & malum imputatur, & bonum non suscipitur: quisquis ita sentit, asserat si uult & ꝙ non sapientia malitiam, sed malitia uincit sapiẽtiã. Vt tamen faciamus satis inquietiori conscientiæ tuæ, & ne fortè malum hoc mali cuiuspiam grauioris latentis adhuc in monasterio fuerit commonitio: pro pnia tibi injungimus. vij. pœnitẽtiales psalmos quotidie usq; ad pascha septies prosternendo te decantare. vij. disciplinas accipere. In hunc modum satisfaciat & ille qui tibi ad illam missam ministrauit. De illo autẽ q sibi ante apparuerat, & oblitus est mittere uinũ in calicem: cui⁹ & maiorem in hoc æstimamus culpã: si tamẽ & tu ita putas, tuo arbitrio derelinquimus. Sanè si sermo exit inter fratres: & ipsi oẽs singuli singulas accipiant disciplinas: ut fiat quod legitur: Alter alterius onera portate. Deinde ꝙ comperta sero licet negligentur:

cet negligentia: uinũ fudisti in calicem super hostiæ sacratæ particulam: laudamus, nec sub tanto articulo melius fieri potuisse putamus: arbitrantes liquorẽ etsi nõ ex consecratione propria atq; solẽni in sanguinem xpi mutatum: sacrũ tñ fuisse ex contactu corporis sacri. Aiunt tñ nescio quẽ aliũ aliud sensisse scriptorem: nõ posse uidelicet absq; trib⁹, id est pane uino & aqua hoc sacrificium esse: ita ut si quodlibet deesse cõtigerit, reliqua nõ sanctificent. Sed de hmõi unusq; in suo sensu abũdat. Ego autẽ p meo fatuo sensu: si mihi idẽ cõtigisset qd' tibi: uellẽ ad remedium mali unũ è duobus egisse: aut ipm qd' fecisti: aut certè ab illo loco ubi dicitur: Simili modo postea quàm senatũ est, uerba sctã iterasse: & sic cõplesse qd' restabat de sacrificio. Neq; eñ dubitauerim de corpe iã cõsecrato: q utiq; iuxta ritum ecclíæ didici ab ipsa qd' & ipsa accepit à dño: panem scilicet ac uinũ & simul apponere: nõ simul tñ ex his sacra cõficere. Cum ergo prius de pane corpus quàm de uino sanguis more ecclesiastico cõficiat: si p obliuionẽ tardius quod posteri⁹ sacrandũ est apponat, nõ uideo quid sacris pcedentibus tarditas possit præripe cõsequẽtiũ. Puto eñ q si dño post factũ de pane suũ corpus uini consecrationẽ placuisset aliquandiu intermittere, aut certè penit⁹ omittere: nihilomin⁹ corpus mãsisset qd' fecerat, nec factis facie da præscriberẽt. Nec nego panẽ & uinũ aqua qdẽ mixtũ simul debere apponi: quin potius assero haud aliter debere fieri. Sed aliud est culpare negligentiã, aliud negare effi cãciã. Aliud inquã est qd' causamur non bene qppiã fieri: & aliud quod mẽtimur nec fieri. Hæc interim de hac re dixerim & senserim absq; præiudicio uel tuæ sententiæ si qd melius sapis uel cuiuslibet sanius sapientis.

¶ Ad *eundem*. Epistola. LXX.

Considerans miseri huius miserabilem cõditionem: misereor quidẽ, sed uereor ne frustra. Neq; enim nõ ideo mihi uideor frustra misereri, q ipso licet remanẽte in sua miseria, mea tñ uel mihi non sit infructuosa misericordia: in quã utiq; misericordiã nõ ppria utilitas inclinauit: sed intimis eã uisceribus proximi miseria & fraternus dolor inflixit. Mia qppe affectio est, q̃ nec uolũtate coerceat, nec rõni subiicitur: qñ non eã in se q̃q; pertrahit uolũtario nutu: sed ipsa pias mentes ad cõpassionẽ dolẽtiũ necessario cogit affectu ita ut etiam si pctm̃ esset misereri, etsi multũ uellem, nõ possem tamẽ nõ misereri. Põt qdẽ ratio uel uolũtas affectui effectũ subtrahere: sed nunquid ipm affectũ euellere? Discedãt à me q cõ
Psal.34. solãtur: & dicunt q̃ oratio mea in sinu meo reuertetur: dũ is p quo emissa est, nondũ conuertitur. Nec audio illos q mihi blandicẽtes asserũt: Iustitia iusti sup eum, erit: dũ impius in sua adhuc impietate remorat. Non inquã recipio cõsolationẽ, ubi fratris uideo desolationẽ. Si ergo dulcissime fili tua quoq; pia mens similiter affecta est, imo qa aliter affecta nõ est: quãquã tibi ifelix iste cũctas suæ egressionis de monasterio, & denuo regressionis, regulares uices infeliciter percurrisse uidet: quia tamen ipse aliter putat, non solũ patienter, sed etiã libẽter audiendũ est qd' humiliter calumniat: si fortè tã desperate salutis reparandæ rationabilis ulla occasio inueniat, quàm (ut bene mecũ tua intelligit experietia) difficile quidẽ in congregatione, sed multo difficili⁹ foris poterit obtinere. Inito itaq; omniũ fratrum consilio, omnia quæ in eum fecisti iudicia diligenter retractare nõ dedigneris: quatenus tua humilitate ei⁹ contumacia sanetur: si uel sicui delicet adinueniri poterit quomodo adhuc semel regulariter suscipiatur. Nec timendum est in hac retractatiõe q̃ displiceat iusto ac misericordi deo: si misericordia superexaltatur iudicio.

¶ Ad *monachos eiusdem loci*. Epistola. LXXI.

Vòd nondũ ueni ad uos: non putetur incuria. Curamus quidem uos tanquã uiscera nostra. Si mater potest filij uteri sui negligere curã: possum & ego forsan in suspicionem duci, & argui negligentiæ. Itaq; opportunitatem expectauimus & expectamus: ut cum uenerimus, uisitatio nostra non sit sine fructu. Interim de abscessu patris uestri non turbetur cor uestrum. Deus uobis prouidebit alium sicut speramus pro eo idoneum: sed nec istum perdetis. Nam etsi translatus est: non tamen ablatus. Tamen qui uobis fuerat specialis, erit communis & nobis. Donec ergo uenio, uiriliter agite: & confortetur cor uestrum: & omnia uestra in charitate fiant.

¶ Ad *Ramaldum Fusmacensem abbatem*.
Epistola. LXXII.

Dilectissimo suo Ramaldo. B. eius non pater aut dominus: sed frater & cõseruus: qd' fratri charissimo, & fideli cõseruo. ¶ Primo ne mireris si terrear dignitatis nominibus: cum me ipsis rebus sentiam indignum. Et te quidẽ decet ut facis: sed mihi assentire non expedit. Nam si tibi obseruãdum putas illud: Rom.12.
Honore inuicem præuenientes: & subiecti inuicem in ti Ephe.5.
more christi: si non frustra utrobiq; positum est inuicem, intelligis & mihi æque utrumq; congruere. Quòd si cogitas tibi illam regulæ sententiam obseruandam: Iunio res priores suos honorẽt, mihi è regione in mentem uenit ex regula ueritatis: Erũt primi nouissimi: & nouissimi pri Matt.20.
mi. Et qui maior est uestrũ: fiat sicut iunior. Et quanto ma Luce.22.
ior es: tanto humilia te in omnibus. Et principem te con Eccle.3.
stituerunt: esto inter illos quasi unus ex illis. Et non quia Eccle.32.
dominantur fidei uestræ: sed adiutores sumus gaudij ue 2.Cori.1.
stri. Et nolite uocari ab hominibus rabbi. Et patrem noli Matt.23.
te uocare uobis super terram. Quantum itaq; tuis attol Ibidem.
lor fauoribus: tantum his mollibus premor. Vnde meri
to in psalmo non canto: sed plango. Exaltatus autẽ humi Psal.87.
liatus sum, & conturbatus. Et quia eleuãs allisisti me. Sed Psal.101.
uerius fortasse proferrem quod sentio: quia uidelicet qui me exaltat, humiliat: & qui me humiliat, exaltat. Tu me ergo potius exaltando deiicis: & extollendo premis. Sed ne ita premas ut opprimas: consolantur me hæc & his similia ueritatis testimonia: que miro modo dũ reprimũt erigũt: dũ deiciunt eruditum: ita ut unde proiectus, inde & proiectus, tota cum hilaritate decantem: Bonũ mihi domine Psal.118.
quia humiliasti me: ut discam iustificationes tuas. Bonum mihi lex oris tui: super milia auri & argenti. Et hoc mirabile agit sermo dei uiuus & efficax: hoc illud uerbũ per quod facta sunt omnia, benignissime & potentissime operatur: hoc deniq; facit iugum christi suaue, & onus leue, Libet ammirari quàm leue sit onus ueritatis. Num uerè leue est, quod portãtem nõ grauat sed leuat: Quid eo leui⁹ onere: quod non solum non onerat: sed & portat omnem cui portandum imponitur: Hoc onus potuit uterum gra uidare uirgineum: grauare non potuit: hoc onus ipsa⁹ quibus se præbuit sustentandum, senis Simeonis brachia sustentabat. Hoc etiam Paulum in grauí licet & corruptibili corpore positum rapiebat usq; ad tertium cælũ. Quæro in rebus si quid fortè huic exonerãti oneri simile inueniã: & occurrit mihi de pennis auium: quod uteũq; coaptem: quæ quodam uidelicet singulari modo & corpulẽtiorem reddunt substantiam, & agiliorem. Mirum opus naturæ. Vnde grossescit materia, inde sarcina leuigatur: & quantum crescit in massa, tãtum decrescit in pondere. Hoc plane in pennis christi oneris exprimit similitudinem: quòd & ipsæ ferunt à quibus feruntur. Quid & de quadriga dicam: Hæc nimirum admota iumento sarcina quæ ab ipso moueri non poterat: auget quidem: sed portabiliorem facit. Onus oneri additur: & minus onerat. Sic & oneri grauissimo legis accedens quadriga euangelij: & auxit perfectionem & difficultatem minuit. Velociter, ait, currit ser Psal.147.
mo eius. Sermo utiq; ante notus in iudæa tantum, nec se præ sui quidem grauedine ualens ultra extendere: quipe qui ipsius moysi manus suo pondere prægrauatas demitteret: leuigatus per gratiam, & rotis euangelicis superpositus: uelociter in omnem terram exiuit: & in fines orbis terræ celerrime peruolauit. ¶ Sed longe nimis digredior: Tu itaq; dilectissime cessa iam indebitis me honoribus magis obruere quàm attollere: Alioquin cœtui te

Universidad de Deusto Biblioteca

ínímícantíum míhí amíca líceat uoluntate commíſces. Ipſí ſunt de quíbus ſoleo ſolí deo íta conqueri ín oratiõibus: Pſal.101. Et quí laudabant me, aduerſum me ſurabant. Ad quã meã querímoníam deum audío reſpondentem mox & atteſtan Eſaiæ.3. tem quod uerax ſit: Verè, ínquit, quí te beatificant: ín erro Pſal.69. rem te míttunt. Et ego: Auertantur ergo ínquã erubeſcen tes: quí dícũt míhí euge euge. Quod tamen ne putetur ín quoſcũq; aduerſarios à me quandoq; íntorta maledíctío uel ímprecatío: exponere debeo qualíter íntelligã. Precor nímírum ut quícũq; æſtímant de me ſupra íd quod uídẽt ín me, aut audíunt alíquíd ex me: auertantur, íd eſt à laudí bus meís ín quas íguarí nímíe feruntur, reſíliant & pedem retrahant. Quomodo? quandoq; uídelícet cognoſcentes pleníus quem ímmoderatíus laudant: & conſequẽter eru beſcentes uel errorem ſuum: uel amící deprehenſam ínutí lítatem. Et hoc modo utrumq; nocentíum genus: & illí ſcí lícet quí uolunt míhí mala, & me adulatoris commendãt: & hí quí licet ígnoſcenter, tamen nocent, dum beneuole quídem, ſed nímíe laudant: auertantur retrorſum & erube ſcant: hoc eſt tam uílís & abiectus eís appaream, quatenus pudeat eos talem íta laudaſſe: & ſic deſinant iam índíſcre te laudare. Igíſ aduerſus utroſq; laudatores illís me duo bus munire conſueui uerſiculís. Contra maleuolos prío rem: Auertantur retrorſum & erubeſcant quí uolunt mí Pſal.65. hí mala. Contra beneuolos autem proferens ſequentem: Ibidem. Auertantur ſtatím erubeſcentes quí dícunt míhí euge eu ge. Cum ergo, ut ad te reuertar, exemplo apoſtolí tuæ re 2.Corí.1. ligioſitatí non dominari ſed congratulari tantum de Mar.23. beam. Et ſuxta uerbum domíní: unus ſit pater noſter ín cæ lís: nos autem omnes fratres ſímus: non ímmerito domíní patríſq; celſa nomina quíbus me honorandum, ſed non onerandum putaſti, ſcuto à me ueritatís repulí, congruen tius pro hís me fratrem nomínans & conſeruum: tum pro pter eandem hæreditatẽ: tum propter æquam cõditionẽ: & neſi fortè quod deí eſt uſurpauero míhí, audíã ab ípſo: Mala.1. Sí ego domín?, ubí eſt timor me?: Sí pater, ubí eſt honor me?: Et patrís qdẽ habere me erga te affectũ nõ nego: ſed auctoritatẽ renuo. Necenim te mínore (ut æſtímo) quàm paterno complector affectu. Hæc ergo pro títulí cauſa. Iã uerò ut ad relíqua epiſtolæ tuæ reſpondeam: candẽ quam tu de meí: poſſem & ego uicíſſím de tuí abſentía nõ ímme rító facere querímoníam: níſí quía noſtrís (quod ípſe non negas) & affectíbus & profectíbus deí eſt præponẽda uo luntas. Alíoquín quando ego te comitẽ míhí chariſſímũ ualdeq; neceſſarium: quíppe obedientiſſímum ín agẽdís: ſtudioſiſſímum ín ínquirendís: ín conferendís utiliſſímũ: promptiſſímum ín rememorãdís: paterer longe fierí à me: ſi non eſſet chriſtus ín cauſa. Beatí ſi ſic permanſerímus uſq; ín fínem: ſemper & ubíq; quærentes non quæ noſtra ſunt, ſed quæ ieſu chriſti.

¶ Ad eundem. Epiſtola. LXXIII.

DIlangís dilectiſſíme fílí. R. ſuper multís tríbula tiõibus tuís: pñſcq; querímoníis me quoq; excí tas ad plangendum. Nec enim te dolente poſ ſum non dolere: nec níſí moleſtus & anxíus tuas moleſtías & anxietates audíre. Verum quía hæc ípſa mala quæ te ínueníſſe cauſarís, & ego præuíderam, & tibí ſi recordarís prædíxeram: puto leuíus te præſcíta portare debere: & míhí unde parcere potes, moleſtum non eſſe. Sa tís namq; & pluſquam ſatís crucíor te carendo, te non uí dendo, te dulciſſímo míſſí ſolatío non fruendo: íta ut penè pœníteat me q te elongauerím à me. Et lícet charitas hoc cogeret: quacunq; tamen neceſſitate quo te non uídeam míſſum: plango te tanquam amiſſum. Cum ergo ſup hoc etiam uelut quodam tuæ puſillanímitatís baculo me per cellis, qui míhí debueras eſſe baculus ſuſtentationís: triſtí tiam ſuper triſtitíam ingerís, & cruciatum cruciatíb? ad dís. Etſi míhí pium eſt nullas tuas anguſtías diſſímulare tí bí tamẽ durum eſt ſic affecto cunctas índícare. Quíd enim neceſſe eſt ſatís ſolícitum amplíus ſolícítare: & abſentía fi líj ſaucía patrís uiſcera grauioríbus torquere doloríbus? Onus meũ tíbí partítus ſum ut fílio, ut neceſſarío, ut fide lí coadiutorí meo. Víde quõ te oporteat paternã portare ſarcínam. Sí enim ſic portas ut me non alleues, ſed magis p̃mas: tu qdẽ es oneratus, ſed ego nõ ſum exoneratus? Hoc autẽ onus animarũ eſt, & ínfirmarũ. Nam quæ ſanæ ſunt, portarí nõ índígent: ac per hoc nec onus ſunt. Quoſcũq; ígitur de tuís ínueneris triſtes, puſillanímes, murmurio ſos: ipſorum te patrem: ipſorum te noueris eſſe abbatem. Conſolãdo, exhortãdo, íncrepãdo agís opus tuũ: portas onus tuum: & portando ſanas quos ſanandos portas. Sí quís uerõ íta ſanus eſt, ut magís íuuet te, quam íuuẽ à te: huíus te non patrem ſed parem: comítem nõ abbatẽ agno ſcas. Quíd ígitur cauſarís te alíquorũ q tecũ ſunt, magis grauarí conſortío, quàm fruí ſolatío: cũ ſolus oím omníb? dat? ſis ſolatiũ, tanquã oíbus ſamor: oíb? fortior: q oíbus ſufficías per deí gr̃am ſolatíarí: & à neminẽ omnium índí geas confortarí? Deníq; ínquãtũ grauarís, íntantũ lucra rís: & ínquãtũ iuuarís, íntantum tua tíbí præmía minuís: Elíge ergo quos elígas: an quí grauando iuuãt: an quí iu uando grauant. Hí tibí ꝑmerítores, illí fraudatores meri torũ exiſtũt. Nã quí ſocíj laborís: ꝑculdubío & mercedís partícípes erũt. Sciens ergo te miſſum, iuuare non iuuarí: illíus te agnoſce uícariũ quí uenít míníſtrare, nõ míníſtra rí. Plura tíbí ad tuí cõſolatiõnẽ ſcríbere uolebam: ſed non fuít neceſſariũ. Nam quíd opus eſt uerbís ſuperfluís mor tuam chartam ímplere: ubí uíua præſens loquitur. Víſo ſi quídem príore puto q ípſa tíbí ſufficiãt, & ad eíus præſen tíam ſpíritus tuus reuíxerít: ita ut iam conſolationem ſcí ptorum non requíras: cuí ínterím lícet uerborum illíus ſo latío reuelarí, ín quo & ꝑ quem meum quoq; ſpíritum, quem tibí ín tuís líteris mítti poſtulaſtí: ſi quo modo ta men mittere potuí, miſſum eſſe non dubítes: cuí quíppe ut bene noſtí, ídem mecum conſilium, eadem ſolet eſſe uo luntas.

Ad eundem. Epiſtola. LXXIIII.

SPerabam chariſſíme alíquod me percepturum meæ pro te ſolícitudínís remedíum: ſi tua te nõ índícante neſcírem íncommoda. Vnde & ín alía epiſtola memíní me ad te ſic ínter cætera ſcripſí ſe. Etſi ínquam míhí pium eſt nullas tuas anguſtías díſſí mulare: tíbí tamen durum eſt ſic affecto cunctas índícare. Sed ecce unde meas míhí curas credídí leuígarí: índe fa teor amplíus grauarí me ſentío. Nam ante quídẽ ſola quæ te ínnoteſcente perceperam: aut dolebam aut metuebam. Nunc autem quíd unquã mali eueníre poteſt, quod ego non metuam? Imo íuxta tuum ouídium. Quando ego nõ timuí grauíora pericula ueríſ? Ego quíppe ſuſpectus o mnía, quo íncertus de omnibus, ueram ſæpe de falſis triſti tíam contrahere cogor. Mens ſiquídem quam ſemel affe cerít charitas, ſuí iurís eſſe nõ ſínitur. Metuít quod neſcit: dolet quod nõ oportet: ſolícitatur pluſquã uoluerít, & un de noluerít: compatitur nolens: míſeretur ínuíta. Et quía uídes fílí nec meam meticuloſam índuſtríam: nec tuã pií prudentíam ín hac parte prodeſſe míhí: ſam quæſo noli ce lare quæ circa te agunt: ne unde te míhí parcere putas, ma gís affligas. Opuſcula mea quæ habes: da operam cum op portune potuerís ut habeam.

¶ Ad Artaudum Pultarienſem abbatem. Epiſtola. LXXV.

DVícq gratíæ & dilectíonís ſibí ímpendere ꝑſt abſentes amící: puto & me debere tibí, & míhí deberí à te, nõ ſolũ ob conſortiũ ꝓpoſití & pro feſſionís: ſed etiã ex debito noſtræ ínuícem pri ſtínæ ſocietatís. Quæ tã grata utriq;, tãq; debita deuotio quãtũ ín unoquoq; noſtrum feruceat: níſí nullo cuídentius agnoſcere ſeu ínnoteſcere poſſumus: quàm ſi alterutrũ nõ celem?: ſi qd fortè de alterutro quod non deceat audím?. Audíuí autẽ ego de te, q de ſancto conuentu tuo abbatiã ín híſpanía conſtituere uelís. Quod míhí nímírum ín ma gnam ammíratíonem uenit, quíd cauſæ uídelícet ſit quid conſilíj, quídue utilitatís, qd̃ fílíos tuos exulare cupís: in

locum

locum utíq; tam longínquum: tanto ſumptu & labore & quærendum & ædificandum: cum prope te habere poſſis, ubi eos colloces, iam ædificatū & bene præparatum. Nec enim (ut reor) hinc te excuſare potes q̄ locus ille tuus nō ſit: cum certiſſime ſciam q̄ facillime ſi uis tuus eſſe poſſit. Nunquid nam abbas dominus. P. qui illum tenet, tibi requirenti negaret: Imo ſi uelles accipere, gratiſſimū haberet: non quia bonus non eſt, ſed quia ſibi, ut ſcis, opus non eſt. Timendū ualde tibi pariter & mihi ne ſi ſolicite in operibus noſtris non ſeruamus quod apoſtolus dicit: Nemo adoleſcentiam tuam contemnat: citius quia iuuenes ſumus de leuitate notemur. Sed confido quia tu conſultius ages: & locum qui uiciniſor etiam conſtructus eſt, eliges: quem amico quidem tenenti, noſti oneri eſſe, tibi autē neceſſarium fore. 1.Tim.4.

¶ Ad eundem. Epiſtola. LXXVI.

VNde placuit tuæ dignationi fratrem hunc noſtram paruitatem conſulere: ſic nos quod nobis uiſum fuit, noueris conſilium dediſſe: ut ſaniori non præiudicauerimus. Ne ergo rerum quas ſcis, ſuperflua narratione te grauem?, hæc eſt ſumma cōſilij. Periculoſum quidē eſt, & fortaſſis illicitū: hominem poſt diutinā in domo & habitu religionis cōuerſationem ad ſeculū redijſſe: quicq; prius adhuc priore uxore uiuente ac conſentiente fortiſſime ac diutiſſime continentiā tenuit: ſecundis rurſus amplexibus ſe ineptiſſime atq; inhoneſtiſſime implicuiſſe. Quia tamen publice ac ſolenniter iuxta morem cæterorū hominū, & ſine querela uel calūnia ipſum qualecūq; coniugium celebrarū fuit: nō nobis uidetur tutum, illum illam non cōſentientē dimittere, niſi prius epiſcopalis auctoritatis uel conſilio fretū uel imperio, aut certē eccleſiaſtico canonicoq; iudicio. Quoniam uerò hoc tam grande hominis periculū ad te nimirū non minima ex parte reſpicere credimus (ex eo quippe qđ uolentē ac flagitantē ſuū confirmare propoſitū, nimis ſuſcipere diſtuliſti, occaſione ſumpta, diabolus in hæc eū mala præcipitauit) omnino ex charitate ſuademus & conſulimus: ut quacūq; induſtria, quocūq; ſumptu uel labore potes miſerū omnimodo ſatagas liberare: conueniendo ſcilicet aut mulierē ut illū ſponte dimittat, & continentiā promittat: aut epiſcopū ut ambos uocari iubeat: & quod recto poſſe fieri credimus iudicio, ſeparet.

¶ Ad *magiſtrum* Hugonem de ſancto Victore. Epiſtola. LXXVII.

SI tibi uideor tardius reſcripſiſſe: ſcito me tarde quoq; accepiſſe ad quod reſcriberē. Nā quod miſeras: non continuo ad me uſq; perlatum eſt, ſed Pontiniaci diu ante retentū. Porrò ubi accepi: moram minime feci in reſcribendo. Cæterum id breui? quàm tua fortè depoſcebat intentio: ſed non planè quàm mea occupatio ſineret. Curaui tamen ne te utcūq; lateret quicquid ſuper interrogatis ego ſentirē: tuo ſanè eadem mea ſenſa & ocio & ingenio plenius aſtruenda relinquēs, ſi ita oportere cognoueris. Nec dubito ad manū tibi eſſe rationes certas & congruas auctoritates quibus facile id poſſis. Is ergo cuius me reſpondere aſſertiōibus iubes: & nomē taces: tibi nouerit à me ſuper conſultis quod ſentio dictū, non ſibi contradictū: etiam ſi quid aliter ab ipſo ſapimus. Nam ſi uerum nos ſapimus, ueritas ei contradicit, non nos. Sed enim ſi non confunditur acquieſcere ueritati: & ueritas cum eo ſapit, & nos. Si autem, ſeruum dei tamen non oportet litigare: ſed magis patientē eſſe ad oēs Ideoq; non quærimus pugnas uerborū: nouitates quoq; uocū iuxta apoſtolicā doctrinā euitamus. Patrū tantū opponimus ſentētias, ac uerba proferim?: & nō noſtra. Nec cū ſapientiores ſumus quàm patres noſtri. Abundet ſanè in ſuo ſenſu qui uult quantū uult, dūmodo nos patiatur in ſcripturarū ſenſibus abundare, quomodo dicit apoſto 2.Cor.3. lus: Nō q̄ ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis tanquam ex nobis: ſed ſufficientia noſtra ex deo eſt. ¶ Scribis itaq; quēdam aſſerere (neſcio quem: nam non nominas) ex quo primū dictum à domino legitur: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non intrabit in regnū cælorum: ex eo neminē abſq; eodē percepto actualiter uiſibili ſacramento, uel eius uice martyrio, ullatenus potuiſſe ſaluari. Sed etſi fortè illud quiſpiam cum uera fide & contritione cordis expeteret: ſed præuentus mortis articulo aſſequi quod cuperet non ualeret: tamen omnino dānari. Ioan.3.

¶ Vbi primo de temporis quidem præfixione durū nimis auſterūq; uidetur: ut uidelicet uerbum abſconditū palam iam nocet: & ante iudex feriat quàm minet: quodq; interim in tenebris loquitur & in aure ſaluator: nondum quidem ſaluet, quia nondum apparet: & iam mundū impleat condēnatis. Itáne ergo uerbum ſalutis, & præceptū uitæ non prius uitam reſtituere ualuit quàm mortē inflixerit: idq; eò innocentibus quò & neſciētibus adhuc uolūtatē dñi ſuí? Num gentem ignorātem & iuſtā, ut cum ethnico loquamur: debuit interficere deus? Quis ita ſapiat? Non equidē uitæ cōcordat auctori: morte quidem quam exterminare uenerat, uti mox in initio uiarū ſuarum ad præiudiciū ſeculi, cæleſte adhuc recentiſſimū ignorās edictum. Nefas eſt profectò ſentire de omnū largitore bonorū, q̄ tam malū principiū dederit adueniens. Minime prorſus id ego cuipiā de chriſto aſſenſerim, quod magis ab antichriſto merito formidatur: quia uidelicet & ipſa parauerit ſagittā ſuā in pharetra: ut ſagittaret in obſcuro rectos corde. Quanti nāq; interim toto orbe non baptizati moriuntur: profectò ignorantes quid cum nichodemo ieſus noctu ſecretoq; confabularetur. Quid ergo? Necdum lex promulgata: & iam præuaricantes tenentur? Et quomodo (inquit) credent in eum quem non audierūt? Quomodo uerò audient ſine prædicante? Quō autem prædicabunt niſi mittantur? Necdū iniuncta, necdū uulgata, necdum audita prædicatio eſt: & iuxta pigri ac nequā ſeruí ſententiā tam durus eſt dñs: ut necdum ſata iam metere uelit, & nō ſparſa colligere? Abſit. Sed audi magis huius rei ueritatē. Quí unus eſt magiſter in cælo & in terra: ei qui magiſter tantū in iſrael erat, familiari priuatoq; colloquio tradebat quod traderet: docebat quod doceret: nō quod exigeret & ab abſentib?: nō unde præſcriberet & his qui nō audierant. Valde quippe iniuſte exigitur obedítio: ubi nō præceſſerit auditio. Neq; eñ tale eſt hoc: quod & abſq; promulgatione: naturalis lex ignorare nō ſineret, quale uerbi gratia illud eſt: Quod tibi non uis fieri: alij ne feceris. Factitiū enim magis quodāmodo eſt, & non naturale mandatum. Quæ nā enim natura ſeu ratio docet internam æternāq; ſalutem mortalium neminē poſſe percipere: cuius fortis corpus perfuſum uiſibili non fuerit elemento? Sacramentum dei altiſſimi eſt ſuſcipiēdū, non diſcutiendū: uenerādum, non diiudicandū: fide ſortitum, non innatū: traditiōe ſanxitum, non adinuentum ratione. Porrò fidem neceſſe eſt ut auditus præceſſerit, dicente apoſtolo: Ergo fides ex auditu. Quod ergo omnino ſciri non poterat ſi non audiretur: quo pacto quæſo exigi debeat & antequam audiretur? Vide autem quomodo hoc refugit apoſtolus: & de ſolo auditu conuicit incredulos. Sed dico inquit: Nunquid non audierūt? Ac ſi dicat. Excuſari poterant: ſi non audiſſent. Vbi eñ non eſt lex, nec præuaricatio. Nunc uerò cū in omnē terrā exierit ſonus prædicantiū: & in fines orbis terræ uerba eorum: quia diſſimulari iam non ualet auditus: profectò inexcuſabilis eſt & cōtēptus. Multa profectò ſcienda neſciuntur, aut ſciendi incuria: aut diſcendi deſidia: aut uerecundia inquirēdi. Et quidē hmōi ignorantia non habet excuſationem. Sed nunquid fortè tale eſt hoc quod inquiſitū humano poſſit addiſci magiſterio? Homo hoīs niſi ipſo indicante non intelligit cogitatum: quanto minus diuinū quis poterit inueſtigare conſilium: niſi cui ipſe uoluerit reuelare? Audí deniq; ipm: Sí non uenissem Ioan.15. (ait) & locutus eis non fuiſſem: peccatū nō haberent. Nō dicit ſimpliciter & locutus non fuiſſem, ſed interſerēs eis, & locutus eis, inquit, nō fuiſſem: oſtendēs ſine dubio non ante cēſeri inexcuſabiles de cōtēptu, quàm ad ipſorū uſq;

notitiã iussio peruenisset. Nam si locutus quidẽ fuisset, sed non eis: inobediẽtiæ culpam ignorãtia nihilominus excusaret. Nunc autem, inquit, quoniã locutus sum eis: excusationem non habent de peccato suo. Vnde & aiebat: Ego Ioan. 18. palã locutus sum mundo: & in occulto locutus sum nihil. Non q̃ suos domesticos multa in occulto priuatim q̃ nõ docuerit: sed q̃ tanquã nihilum interim reputaret: & nec pœnã nec præmiũ ea augere quæ in secreto tradebat iudicaret, donec de medio fierent, & prodirent in lumine. Deniq; & dicebat: Quod dico uobis in tenebris, dicite in lu- Matt. 10. mine: ut merito uidelicet iam audientibus obediẽtiæ uel meritũ ascriberet uel cõtemptũ: cum in medio proferent. Itẽ qui uos audit, inquit, me audit: & qui uos spernit, me Luc. 10. spernit. Ac si diceret. Iudicium meum inter obedientes & contẽnentes: non de mea secreta traditione: sed de uestra publica prædicatiõe pẽdebit. Sed fortè aliquis dicat eos quidẽ qui nõ audierũt: etsi nõ de contẽptu iudicari: damnari tñ propter originale peccatũ, à quo utiq; nisi per lauacrũ emũdari minime potuerũt. At uerò quis nesciat & alia præter baptismũ contra originale peccatum remedia antiquis nõ defuisse tẽporibus? Abrahæ quidẽ & semini eius: circũcisionis sacramentũ in hoc ipsum diuinitus traditũ est. In nationibus uerò quoquot inuẽti fideles sunt, adultos quidẽ fide & sacrificijs credimus expiatos: paruulis autẽ etiã solã profuisse imo & suffecisse parentum fidẽ. Porrò hoc ita usq; ad baptismi tpa perdurasse: quo uno substituto uacasse cætera. Quærimus itaq; baptismi tẽpus Ioan. 3. ex quo cœperit. Ex quo, inquit, primũ dictũ est: Nisi quis renatus fuerit &c. Tene ergo firmiter dictũ hoc ad nichodemũ utiq; amicũ Iesu, occultũ tñ ꝓpter metũ iudæorũ: occultucq; illud de nocte regisse colloquiũ. ¶ Quãta autẽ putas obiisse interim, ut de gentibus taceã, milia circuncisorũ: cũ necdũ in lucẽ pdierit quod de baptismo tunc in tenebris dicebat? Quid ergo? Dãnatos illos oẽs dicimus quia baptizati non sunt? Fit ergo iniuria antiquo illi dei æque mandato: si nouo adhuc furtiue quodãmodo superueniẽte, non tñ subueniẽte, illud ita subito euanuisse putetur, ut prodesse deinceps nõ ualeret. Et quidẽ quàm lõge post putas publice prædicatũ & clamatũ super tecta fuisse: Si circũcidamini, christus uobis nõ proderit? Quomodo Gal. 5. Matt. 11. deinde stabit illud, quia à dieb⁹ ioãnis baptistæ regnũ cælorũ uim patitur: si præcipue tunc tpis contigisse cõstiterit huiuscemodi à regno uiolentã interclusionem, qualis quidẽ nec ante fuerit: nec post futura sit? Sancito q̃ppe noui mysterij decreto, sed adhuc secreto: quisnã quæso morientibus interim ad regnum patet accessus: dum & uet⁹ iam deficit, quoniam à nouo excluditur: & nouum tamen non subuenit, quoniam dum nescitur non percipitur? O infelicissima illa tempora: quæ sola à seculis omni penitus salutis remedio uacua transierunt: dum & circumcisio quæ illo usq; uiguerat, prodesse iam subripiente baptismate nõ auderet: & baptisma quoniam adhuc lateret non succurreret. Forsan dormiebat eo tempore deus: nec fuit interim qui redimeret: neq; qui saluum faceret. Satis profectò ex his quantum reor apparet qd̃ damnatio non baptizatorum: & frustratio circuncisorum: & euacuatio sacrificiorũ quæ fortè contra originale peccatum ritus obseruabat antiquus: generaliter iam tunc minime cœperit quando nichodemo clam dictum est: Nisi quis renat⁹ fuerit ex aqua & spiritu sancto, nõ intrabit in regnum cælorum: sed nec Matt. 28. quando apostolis palam iniunctũ est. Ite & docete oẽs gẽtes, baptizãtes eos in noie patris, & filij, & spũssancti. Sed ex eo tempore tantũ cuiq; cœpit antiqua obseruatio non ualere, & non baptizatus quisq; noui præcepti reus existere, ex quo præceptum ipsum inexcusabiliter ad ei⁹ potuit peruenire notitiam. Sanè paruulis & necdum ratione utẽtibus: quia sola nocere creditur peccati contagio, non etiam mãdati præuaricatio: tandiu credendũ est antiqua ualuisse sacramenta, quãdiu palam interdicta nõ fuisse cõstiterit. An uerò ultra: penes deum est, non meum diffinire. Porrò in maiori ætate quisquis post uulgatũ ubiq; baptismi remediũ renuit iam baptizari, generali originalisq; maculæ addit & ex proprio crimen superbiæ: duplicem se cum portans iustissimæ damnationis causam, si sic de corpore exire contigerit. Tamen si ante exitum resipuerit & noluerit & petierit baptizari, sed mortis præoccupat⁹ articulo fortè obtinere nequiuerit: dum nõ desit fides rectæ, spes pia, charitas syncera: propitius sit mihi deus: qa huic ego ob solam aquã si defuerit, nequaquã omnino possum desperare salutẽ: nec uacuam credere fidem: nec confundere spem: nec excidere charitatem: tantũ si aquã non cõtemptus, sed sola (ut dixi) prohibeat impossibilitas. Si quis alter sapit, uiderit unde sibi quod asserit persuaserit: nã me non facile fateor assentire si non firmior induxerit uel ratio ad intellígendum: uel ad credẽdum auctoritas. Sed miror admodum si nouus iste nouarum inuẽtor assertionũ, & assertor inuentionũ: inuenire in hoc rationem potuerit quæ sanctos patres latuerit, Ambrosiũ & Augustinũ: siue auctoritatẽ eorumdem auctoritate potiorẽ. Nam si nescit: uterq; idem profectò sensit quod fatemur sentire & nos. Librum certè Ambrosij de morte ualentiniani legat si pnõ legit: recolat si iam legit: non dissimulet si recolit: & aduertet sine dubio sanctum, homini non baptizato & mortuo fidenter de sola fide salutem præsumere: & tribuere indubitanter bonæ uoluntati qd̃ defuit facultati. Legat & Augustini cõtra Donatistas de unico baptismo librũ quartũ: & se uel agnoscat imprudẽter deceptũ, uel pbet impudenter obstinatũ. Baptismi inquit uicem aliqñ implere passionem: de latrone illo cui nõ baptizato dictũ est: Hodie mecũ eris in paradiso: beatus Cyprianus nõ leue documẽtũ assumit. Et addidit. Quod etiam atq; etiam considerans: inuenio, inquit, non tantum passionẽ pro nomine christi, id quod ex baptismate decrat posse supplere: sed etiã fidẽ conuersionemq; cordis, si fortè ad celebrandum mysterium baptismi in angustijs temporum succurri non potest. Et infra. Quãtum itaq;, ait, ualeat etiam sine uisibili sacramẽto baptismi quod ait apostolus: Corde creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem: in illo latrone declaratũ est. Sed tũc, inquit, impletur inuisibiliter: cum mysterium baptismi non cõtemptus religionis, sed articulus necessitatis excludit. Et quidẽ nõ ignoro retractare ipsum id qd̃ posuerat testimoniũ de latrone, minusq; idoneũ ad comprobandam illam sententiã confiteri: eò q̃ sanè incertum sit utrúmnam fuerit baptizatus. Cæterum sententiam & audaciter prosequitur, & multipliciter cõfirmat: nec usquam (nisi fallor) retractasse reperies. Item in alio loco Augustinus cum aliquos præmisisset quos scriptura commorat inuisibiliter quidem non tamẽ eriam uisibiliter sanctificatos: tandem infert. Ex his colligitur, aut inuisibilem sanctificationem quibusdam affuisse & profuisse sine uisibilibus sacramentis: quæ pro temporum diuersitate multa ta sunt: ut alia tũc fuerint, & alia modo sint. Et paulo post. Nec tamen, inquit, uisibile sacramentum omnino contemnendum: nam cõtemptor eius inuisibiliter sanctificari nõ potest. Vbi satis euidenter ostendit fidelem & conuersum ad dñm: nõ si nequiuerit, sed si cõtẽpserit baptizari: fructu priuari baptismatis. Ab his ergo duabus columnis (Augustinum loquor & Ambrosiũ) crede mihi difficile auellor. Cum his inquã me aut errare, aut sapere fateor: credens & ipse sola fide hoiem posse saluari cum desiderio percipiẽdi sacramentum: si tamen pio adimplendo desiderio mors antipans seu alia quæcunq; uis inuincibilis obuiarit. Videtiam ne fortè ob hoc saluator cum diceret: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Caute & uigilanter nõ repetierit: qui uerò baptizatus non fuerit, sed tantum: qui uerò, inquit, nõ crediderit, cõdẽnabitur. Nimirũ innuens solam interdũ fidẽ sufficere ad salutem: & sine ipsa sufficere nihil. Quapropter etsi martyrium uicẽ baptismi posse implere concedítur: non planè hoc facit pœna sed ipsa fides. Nam absq; ipsa quid est martyrium nisi pœna? Quæ ergo martyrio præstat ut absq; ulla dubietate ꝓ baptismate reputetur: ipsa ita infirma & imbecillis per se erit: ut q̃ dare alteri ualet,

alteri ualet, sola nō ualeat obtinere? Est prorsus sanguinis pro xpō effusio magnæ cuiusdam fidei indubitata probatio, non deo tamen, sed oībus. Sed quid si deus qui professō ad probandū quod uult, nullis indiget experimentis: æque magnā in corde cuiuspiā in pace morientis inspicit fidē: martyrio qdē nō interrogatā, martyrio tñ idoneam? Si recordat? fuerit homo necdum se salutis percepisse mysteriū, & tales pœnitēsq; toto desiderio expetierit: sed assequi mortis celeritate præoccupatus nequiuerit: damnabit fidelē suū deus: dānabit inquam hoīem pro se etiā paratum mori? Paulus dicit: Nemo potest dicere dñs iesus, nisi in spiritu sancto. Hūc ergo qui in articulo mortis non solum inuocat dñm iesum: sed ipsius quoq; toto desiderio expetit sacramentū: dicemus aut non loqui in spū sancto, & falsus erit apostolus: aut & cum spū sancto dānari? Saluatorem habet habitantem per fidē in corde, & in ore per confessionē: & cum saluatore damnabit? Pro certo cū non aliunde martyrium nisi ex fidei merito illā obtinuerit prærogatiuam, ut singulariter uice baptismi secure suscipiat: non uideo cur non ipsa æque & sine martyrio apud eum tantūdē possit: cui & sine martyrij probamento proculdubio innotescit. Possit sanè tantūdem dixerim quātum ad salutis spectat obtentum: non autem ad meriti cumulum: quo indubitanter martyriū antecellit. Legimus: Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Et item: Qui uiderit mulierē ad cōcupiscēdā eā: iam mœchat? est in corde suo. Quid planius quàm q uolūtas pro facto reputetur, ubi factum excludit necessitas? Nisi fortè putetur in malo quàm in bono efficacior inueniri uolūtas apud deum qui charitas est: & promptior esse ad ulciscendum quàm ad remunerādum misericors & miserator dñs. Quomodo is qui alieno debito se teneri fortè in extremis positus recolit: si desit unde persoluat, sola nihilominus pœnitentia & cordis contritione obtinere ueniam creditur: ne iam pro eo damnetur: sic sola fides & mentis ad deū conuersio sine effusione sanguinis & sine perfusione aquæ salutē sine dubio operatur nolenti, sed non ualenti prohibente articulo baptizari. Et sicut nulla illi pœnitentia remittitur peccatum, si cum possit non restituit ablatū: sic & huic nulla proderit fides si cū possit nō percipit sacramentū. Quāquā & fidem conuincitur non habere perfectā, si negligit. Vera enim & plena fides uniuersa præcepta cōplectit. Est autē hoc unū, ipsumq; præcipuū ex præceptis. Merito ergo nō fidelis, sed planè rebellis atq; contemptor reputabitur quisquis obedire renuerit. Quomodo deniq; fidelis, qui dei contēnit sacramentum? Sanè infantes quia hanc probibēte ætate non possunt habere fidē: hoc est cordis ad deū conuersionem: consequenter nec salutem si absq; baptismi perceptione moriuntur. Non q uel ipsi quādo baptizātur, fide omnino careant, sine qua impossibile est uel ipsos placere deo: sed saluātur & ipsi per fidē: non tamen suā, sed alienā. Dignū nempe est & ad dei spectat benignitatē: ut quibus fidē ætas denegat propriā: gratia p desse concedat alienā. Nec enim oīpotentis iustitia: propriā putat ab his exigendam fidē: quos nouit propriā nullā habere culpā. Porrò aliena opus est fide: cum sine sorde non nascantur aliena: quatenus nec à paruulis alienū sit: quod de oībus generaliter dicitur: fide mundans corda eorum. Nec dubium q mactula cōtracta ab aliis: aliorum quoq; fide ualeat uel debeat emundari. Hæc sunt quippe iudicia diuinæ iustitiæ: quibus exultans sanctus Dauid: Memor fui, inquit, iudiciorum tuorum à seculo dñe: & consolatus sum. Hucusq; de his. Asserit præterea, ut dicis, ille quē dicis: omnes antiquos iustos, quotquot uidelicet christi aduentū præcesserunt: tantā omnino habuisse præscientiā futurorū: quātā nos qui post sumus, præteritorū scientiā: ita ut nullus uel simpliciū iustorū aliquid prorsus ignoraret ex oīb? quæ modo nobis euāgelica pandit historia. Verbi gratia. Verbum incarnatū, partū uirginalē, doctrinā saluatoris, miracula, crucem, mortem, sepulturam, descensum ad inferos, resurrectionē, & ad cælos ascensionē: sic omnino omnib? illorum temporū iustis & aperte omnia & distincte singula fuisse præcognita: quemadmodū suo sunt tempore post exhibita, & modo cognita nobis: adeò ut nec iusti fuerint nec salui sint quibus ita clara omnia & perspicua non fuerunt. Et id quidem falsum. Verum ad refellēdum tu tanta in tua epistola posuisse uideris: ut nil addendum penitus putem, & penè quid addi possit, nō inueniam. De homine tamen qui ista loquitur, pace ipsius dico paucis quod sentio. Videtur plus nouitatis curiosus, quàm studiosus ueritatis: grauaricq; de omni re sentire cū aliis, & dicere quod aut solus nō dixerit aut primus. Vnde fit ut in his quæ sentit & loquitur, modū omnino tenere aut ignoret aut dissimulet. Ecce enim & in hac assertiōe sua dum pares in scientia facit oēs qui uētura sperabāt, his qui præterita legūt: deū profectò aut nimis parcū prædicat, aut nimis largū: oculū discretionis ex nulla parte aperiens. Aut enim numerū electorū illius tēporis sub paucitate redigit rarissimorū spiritualiū quos pro suæ sanctitatis speciali excellētia insignes illustresq; illis temporibus extitisse, ac singulari munere spiritus singula uti uentura erant præuidere certissime potuisse scriptura cōmemorat: & sic nimis abbreuiat manū dei, dum præter paucos illos perfectissimos neminē eo tēpore putat potuisse saluari: aut certe si & illa tēpora multitudinē saluandorū etiā præter istos habuisse non diffiteꝛ, magnā sed inaudità diuini muneris largitatē ueteri populo collatam asserit: siquidem omnem multitudinē omnia quæ de mysterio nostræ redēptionis superi? enumerata sunt, liquido præcognouisse constiterit. Cum enim ex his quippiā tunc nec scriptū manifeste, nec publice prædicatum fuisse manifestum sit: restat ut fateamur omnia omnib? per spiritū reuelata fuisse: & sic oēs spūales, omnes perfectos, omnes extitisse pphetas, quotquot ab aduentu dñi retro iusti & salui fuerūt. Fuit itaq; antiquis tēporibus aut perrara salus, aut nimiū numerosa pfectio. Quorum quidē quodlibet sapere, discretionis terminos excedere est. Q, si uidet tolerabilius, imo & deo iustius iudicat replesse potius & ditasse secula illa multitudine perfectorum, quàm saluandorum tanta fuisse paucitate cōtentum, quatenus & salui nō pauci tunc fierent & omnes nihilominus repleti spiritu prophetico: necdū reuelata mysteria iam tūc penetrarent: si inquā hoc recipitur, benedicimus quidem deū in donis suis: sed quid tempori gratiæ reseruatum sit, non uidemus. Nisi q tempus gratiæ illud potius iuxta sententiā hanc fuerit appellādum, in quo tot & tantæ dei populo diuitiæ spūs affluebāt: ut illud prorsus incredibili felicitate cerneret impletum quod moyses optabat, cū diceret: Quis dabit ut oēs prophetēt? Quæso quid simile attulit euāgelium? Frustra gloriat? Paulus de primitiis spūs quas se putat cum suis coapostolis accepisse: cū nil tale in diebus suis potuerit experiri. Deniq; aiebat: Numquid oēs prophetæ? Frustra inquā gloriatur de euangelio suo quia nō ab hoīe neq; per hoīem illud acceperit, sed quasi speciali quadā prærogatiua per reuelationē iesu christi: cum & ante ipsum per spiritum fuerit etiam populis reuelatum. Sed nec apostolus petrus profectò debuit propheticū illud ad sua tempora retorquere: Effundam de spiritu meo super filios & filias uestras: & prophetabunt filij uestri & filiæ: si abūdātior iam præcesserat trāsactis seculis effusio spirit?. Aut certè propheta, uel potius in propheta deus, si uerè illa tempora apostolica cum hoc diceret intuebatur: non planè effundam sed subtrahā magis de spiritu meo dixisse debuerat. Quid cīr? Si filius euāgelij omnes ueteres iustos pares facimus in scientia: numquid non & superiores in gratia consequenter fateri necesse est: utpotè quos non lectio sicut nos, aut prædicatio, sed ipsa unctio docuerit omnes de omnib?. Esto tamen: toleremus nos nostram iniuriam, & apostoli quoq; suam: ut & ipsis minimi etiam antiquorum iustorum comparentur in scientia, præferantur in gratia. Sed est sanè quod ullo omnino pacto merito non ferimus: ut dñs uidelicet gloriæ sentiatur uel falli unquā potuisse, uel fallere uoluisse. Qui

1. Cori. 2.

Ioan. 3. Matth. 5.

Actu. 15.

Psal. 118.

Actuū. 1.

Universidad de Deusto Biblioteca

Matt.11. quidē ipse protestatus est: inter natos mulierū maiorē, ioā ne baptista non surrexisse. Vide autē si nō uerè falsum fate ri cogimur ueritatis hoc testimoniū: si tantum tribuamus ueteribus quantum nec ioanni uendicare ualemus. Non utiq; fit iniuria ioanni: si quid ignorasse creditur aut dici tur: nimirum quod & ipse nō diffitetur. Sed si quod preco ni ueritatis negamus: contra preconiū ueritatis alteri da mus: hoc nō tantum iniuria, sed & blasphemia est: & planè ioanni non contradicere, sed ueritati, Quid ergo? Ami

Ibidem. cus spōsi dubitat & quærit: Tu es qui uenturus es: an aliū expectamus? & nos milibus hoīm certitudinē de oīb⁹ no stro mendacio confirmamus? Nec ipsos de se ita ueteres sensisse paucis aduertere possumus. Moyses scribit deum

Exo.3. ad se loquentē dixisse sic: Ego sum deus abraham: & deus isaac, & deus iacob, & nomen meum adonai non indicaui eis, subaudis sicut tibi. Ostēdit ergo se de dei notitia plus aliquid præcedentibus patribus accepisse. Dauid quoq; super doctores suos & seniores domū sibi intelligentiæ au

Psal.118. dacter præsumit ita dicens: Super oēs docentes me intel lexi: quia testimonia tua meditatio mea est. Et rursum. Su

Dañ.12. per senes intellexi. Sed & propheta daniel: Pertransibunt, ait, plurimi: & multiplex erit scientia, ampliorē scilicet re rum notitiam promittens & ipse posteris. Si ergo (ut ait etiam sanctus papa gregorius) sm incrementa temporum creuit & scientia spiritualium patrū: & quanto uiciniores aduentui saluatoris extiterūt, tanto mysterium salutis ple nius perceperūt, non est dubium quin his qui & præsen tes fuerūt, multo amplius cōtulerit rerū ipsarū exhibitio,

Luce.10. atq; præsentia exhibentis. Deniq; & audiunt: Beati oculi

Ioan.15. qui uident quæ uos uidetis. Item: Vos autē dixi amicos: qa omnia quæcunq; audiui à patre meo, nota feci uobis.

Luce.10. Multi, inquit, reges & pphetæ uoluerūt uidere quæ uos uidetis, & non uiderunt: & audire quæ auditis, & non au dierūt. Quare? Vt uidelicet clarius largiusq; perciperent, quod uix tenuiter obscureq; præsenserāt. Alioquin quid opus erat foris uidere carnē, & carnis audire sermones, si iam intus à spiritu fuerant perfecte instructi de oībus, præ

Ioan.6. sertim cum dñs dicat: Caro non prodest quicquā: spūs est qui uiuificat. Q; si pphætæ & q illustriores uidebantur in illo populo: nō oēs oīa liquido æqualiter agnoscere ualue runt: sed alij plus, alij minus, prout eis spūs dabat, diuidēs singulis prout uolebat, idq; absq; præiudicio suæ sanctita tis atq; perfectionis: quanto magis simpliciores quiq; iu sti sine detrimento salutis, saluationis tempus, modum & ordinem nescire potuerunt: quæ tamē certa spe, & fide iuti promissa fuerant firmissime tenuerunt? Quanti hodieq; profectò in populo christiano uitæ æternæ, seculiq; futuri quod indubitanter credunt & sperant, & ardenter deside rant: formā tamē ac statū ne cogitare quidem uel tenuiter norūt? Ita ergo multi ante saluatoris aduētū, deum omni potentē tenētes & diligentes suæ salutis gratuitū promis sorē, credētes in pmissione fidelē, sperantes certissimū re demptorē: in hac fide & expectatione saluati sunt: licet qñ & qualiter & quo ordine salus repromissa fieret, ignora rent. Deniq; Beda aperte docet aperta omnia omnib⁹ ne quaquam fuisse quæ de xp̄o futura erant, quod tu quoq; testimoniū in tua epistola posuisti. Vnum, inquit, idq; do minicæ crucis tropheū pri⁹ pphetæ & moyses quàm apli nouerāt, & prædicabāt: sed pphetæ hoc aliquoties figura tis uelatisq; sermonibus: apli autē apostolorūq; successo res patefacta luce euāgelij semper aperte prædicabant: ita ut nunc oīs populus christianus scire & confiteri debeat fidē quam eo tēpore pauci admodū, & perfectiores quiq; nouerūt: quāuis oīs populus dei etiā tunc eiusdē mysteria fidei in legalibus cerimonijs typice portaret. Multa sunt quæ ad hæc cōfirmāda cōcurrunt: sed modus epistolaris cuncta nō patitur, nec opus est. Arbitror em̄ (ut ante iam dixerā) me quoq; nō respōdēte: ea potuisse sufficere quæ tua super hoc epla continet. Sed hoc addidi, ne intactum quid præterirē ex oīb⁹ quæ petisti. ¶ Iam contra assertio nem tertiā non multū nobis arbitror laborādum: tum qd manifestam nimis præferat falsitatē: tum q ipse eius impu tor, in sua superiori sententia ipsam per se satis impugnet, sibimetipsi contrarius. Cū eiñ de nocturno illo primoq; susurrio dñi cū nichodemo, laqueum nectat publicæ dam tionis per totū orbē ignorātibus: arbitrās uidelicet nemi nem ex illa hora potuisse saluari qui non fuerit baptiza nónne aperte peccatum ignorantiæ, & peccatū dānabile cōfitetur? Nisi fortè tam proteruus sit: ut deum hoīes in culpa dānare existimet. Verendū tñ ne si uel breuiter non respōdetur stulto iuxta stultitiam suā: putans, forte sapien tiam: securius spargat seminariū uecordiæ in auribus inso pientiū: & ita iam insipietiæ eius non sit numerus. Vera tis proinde testimonijs paucis & manifestis: manifestū mē dacium confutetur. Is forsitan qui asserit nō posse pecca ri per ignorantiam, nunquā pro suis ignorātijs deprecā sed potius prophetā irrideat deprecantē & dicentē: Delic ta iuuentutis meæ, & ignorātias meas ne memineris. Fre sitan & reprehendet deū exigentem pro peccato ignoran tiæ satisfactionē. Loquitur enim in leuitico ad moysen di cens: Anima si peccauerit per ignorātiā: fecerit q unū ex his quæ lege dñi prohibentur: & peccati rea intellexerit iniquitatē suā: offeret arietē immaculatū de gregibus sa cerdoti: iuxta mensurā æstimationēq; peccati. Et rursum: Qui orabit pro eo qđ nesciens fecerit, & dimittet ei quia per errorē deliquit in dño. Si ignorātia nunquā peccatū est: cur dictū est in epistola ad hebræos quia in secūdo ta bernaculo semel in anno solus pontifex intraret non sine sanguine quē offerret pro sui & populi ignorātiæ? Si pec catū ignorātiæ nullū est: nō ergo peccauit saulus q perse cutus est ecclesiā dei: quoniā quidē ignorās hoc fecit, mi nens in incredulitate. Bene itaq; faciebat q erat blasphe mus & persecutor, & cōtumeliosus: q erat spirās minarū & cædis ī discipulos dñi: in hoc ipso qppe abūdāter ama lator existēs paternarū suarū traditionū. Nō ergo debuit dicere, miam cōsecutus sum, sed meredem recepi: quippe quem ignorātia à peccato reddebat immunem, insuper & æmulatio remunerabilem iudicabat. Si inquā ignorantia nunquā peccat: quid ergo causamur aduersus occisores apostolorū: quoniā quidē non solū malū esse nescierūt in terficere illos: sed insuper quoq; id faciendo arbitrati sunt obsequiū se præstare deo? Sed & frustra in cruce saluator pro suis orabat crucifixoribus: quippe nescientib⁹ (ipso te ste) quid facerēt, & ita nequaquā peccantibus. Neq; enim fas est ullatenus suspicari mentitum fuisse dñm iesum aper tè perhibentem eos ignorare quid facerent, & si forte de apostolo dubitet quis q carnē suam æmulans, sicut homo mētiri potuerit ubi ait: Si em̄ cognouissent: nunquā dñm glorię crucifixissent. Nunqd non ex his satis apparet in quātis iaceat ignorātiæ tenebris q ignorat peccari posse interdū per ignorātiā? Sed de his hactenus. ¶ In fine mihi insinuas, amicabiliter quidem, mouerī aliquos super quā dam mea sententia qua dixi cum euangelij exponerē: con silium dei nulli etiā beatorum angelorū antequā uirgini reuelatū. Primo qdē inde (ut arbitror) quia nō satis insi mouenť aduertere possunt, q candē sentētiam non confiā ter affirmo: sed cum temperamēto, suspēdēs sub dissuncti ua partícula: uel ideò inquā dictum est à deo. Siquidē præ missa una causa quæ mihi uidebať cur euangelista cum di ceret: Missus est angelus gabriel: nominatim subiecerit à deo: alterā quoq; tēperate qdē & sub disiunctioe subiun quo & mihi nō incūberet defendēdi necessitas: & lectori daretur eligēdi facultas quā è duabus uoluisset. Si igitur una quælibet illarū stare potest, de altera quid suggilor: qppe qui neutrā affirmans, lectoris utrāq; magis iudicio derelinquo? Quanquā & si ex sententia dixerim ignotum usq; adhuc sanctis angelis fuisse dei consilium: non quidē quia per incarnādi uerbi mysteriū dei ppositū erat q̄q; operari salutē in medio terræ: hoc enim & multis mortā libus & præscire donatū est & prædicere: sed quod potis simū tēpus, quémue locū, uel modū, præcipueq; quā nis gine ad implēdū ppositū suū elegisset deus: si inquā hoc

dei consilium.

de consiliū non de opere sed de tēpore, loco, modo, atq; persona: etiā sanctos ignorasse angelos sensérim & scripserim: profectò nō uideo cur incredibile uideatur. Sanè ibi unusquisq; in suo sensu securus abundat: ubi aut certè rationi, aut nō contēnēdæ auctoritati quod sentitur nō obuiat. Quænam enim me ratio siue auctoritas sentire cogat etiam tempus illud ab antiquo angelis innotuisse, de quo
Gal.4. apostolus: Postquam uenit, inquit, plenitudo temporis, misit deus filiū suū factū ex muliere: factū sub lege. Credibilius magis fortasse uidet, ut sicut futuri aduētus domini (ipso teste) diem prorsus ignorant: ita quoq; prioris tēpus nequaquā præscierint. Quis scit enim si modo illo spiritali dei sapientia de primo aduentu suo & angelis illud locuta sit: quod apostolis per os carnis assumptæ de secū-
Actuū.1. do legitur respondisse: nō est inquiēs uestrū nosse tēpora uel momenta quæ pater posuit in sua potestate? Quæ me rursum credere cōpellat necessitas: angelos iam ante aduertisse ciuitatem nazareth, quàm illo cernerēt missum archangelum uirginē salutare, & partū nunciare diuinum? Siquidē q; præelecta fuerit bethleē natiuitati, hierusalem passioni, etiā sic aperte præscitū & prædictū est à prophetis. Q, aūt & nazareth prouisa similiter est cōceptioni: nō tñ similiter ut arbitror præuisum fuisse & à prophetis: cui-
Matth.2. dens aliquod inuenit de scripturis testimoniū. Nā quod legit: Qm̄ nazaræus uocabit: profectò euāgelista qui hoc de propheta sumit: nō tam ad cōceptionē quàm ad educationem referri satis euidenter ostendit: q illo uidelicet ex
Iol.7. ægypto reportatus fuerit: illicq; nutrit⁹. Deniq; iudæi ad nicodemum: scrutare, aiunt, & uide: qm̄ ppheta à galilæa nō surgit. Et quidē sciēti legē loquebant: & qui magister erat in israel: nihilq; facile ignoraret ex oibus: & tñ tota fiducia instabant monstrantes scripturas non loqui christū uenire à galilæa: cuius nazareth ciuitas esse cognoscitur. Plus sanè ad manū fuit eis testimoniū de ppheta: ex quo regi locū scisciātati natiuitatis, incunctanter bethleē respō derunt. Itaq; natus in bethleē xps est, & in hierusalem passus: & utrūq; aperte prædixisse prophetas manifestum est. Cōceptus æque est & in nazareth ciuitate galilææ: nec tamen uisum est occurrere quippiam uel nicodemo per qd' siue galilæā siue nazareth ad xpi aduentū undecūq; pertinere doceret. Sic quoq; nathanael doct⁹ & ipse in lege philippo nunciantí iesum filium ioseph à nazareth: mox sub
Iol.7. interrogatione admirando respōdit: A nazareth, inquit, potest aliquid boni esse? Nimirū admirans q à nazareth christ⁹ nunciaret, quod ex nulla penitus scriptura recoleret. Aut si non interrogādo quidem, sed magis affirmādo illud respōdisse cōtendit: memor utiq; præfati testimonij: qm̄ nazaræus uocabit, non tamen perinde q in nazareth cōceptus fuerit iesus, cum agnouisse constabit: cū multæ aliæ causæ occurrere potuissent cur illud propheta prædixerit? Potuit ergo & de conceptionis loco ut prophetas, sic & angelos diuinū latuisse consiliū. Modū deinde illum tam incōprehēsibilē, quē & uirgo solicita requisiuit: unde quæso docere queam angelis fuisse p̄cognitū? Mihi uerò uidet ne ipsi quidē (ut pace eius dixerim) qui nunciabat. Quod & ipse fatetur, si eius uerba diligenter aduertimus.
Luc.1. Respōdens quippe: spūs sanctus superueniet in te: nónne aperte mittit ad magisterium spūs sancti, cuius unctione doceat de oibus quorū ipse sibi non præsumit scientiā: & discat experiēdo, quod audiēdo non poterat? Deniq; sub
Ibidem. iungit: Et uirtus altissimi obumbrabit tibi: expressi⁹ profectò significans modū secretissimū arcani incomprehensibilis & ineffabilis sacramēti: quo quasi in umbra cum sola & in sola uirgine, sola trinitas conceptum fuerat operatura diuinū. Ad hoc quoq; inuestigandū mysteriū, minus se idoneum cōfitetur ille magnus ioānes: cum se indignū
Iol.1. perhibet soluere corrigiam calceamenti. Sed & ipsam uirginem rogo unde probabitur ex nomine uel ex facie ante cognitā angelis: q ipsa uidelicet esset quā deus elegerit in matrem sibi: excepto dūtaxat archangelo: cui & seruanda ab initio tradita fuisse credenda est? Porrò autem si diabolus eam nec post conceptionem agnouit, ioseph utiq; desponsatiōe deceptus: credi potest & sanctis angelis uel ante minime innotuisse, q ipsa uidelicet esset mater dei futura. Sanè etiñ reprobi spíritus etsi destituti sunt participatione gratiæ spiritalis: nō tamē uiuacitate industriæ naturalis. Vidésne in quātis salua fide & ueritate scripturarū, diuinum angeli cōsilium poterant ignorasse: præsertim ut horū reuelandorū prærogatiua matri uirgini seruaretur? Primū æquidē est tēpus, secundū locus, tertium modus, quartū electio personæ uirginalis. Hoc respondefratrib⁹ qui me reprehēdūt q dixerim ad laudē uirginis ideò positum esse à deo: ne cui fortè uel beatorum angelorum suū consiliū deus priusquā uirgini reuelasse putetur: excepto dūtaxat archangelo gabriele. Suum cōsilium dixi: non de opere, sed de operis tempore, de loco, de modo, de personæ quoq; electione. Vale.

¶ *Ad Suggerium abbatem sancti Dionysij.*

Epistola. LXXVIII.

Xñt sermo bonus in terrā nostrā: in bonū sine dubio bonis cooperaturus, ad quoscunq; peruenerit. Enimuerò audientes oēs qui timēt deū, quāta fecit aīæ tuæ: gaudēt & stupent sup tanta & tam subita mutatione dexteræ excelsi. Vbiq; in dño laudatur aīa tua: audiunt mansueti & lætant: & mirant etiam qui te nō nouerunt, sed tantū audiūt qualis de quali fact⁹ es, atq; in te deū glorificant. Auget uerò gaudiū & miraculū pariter, q salutis consiliū cælitus infusum tibi, protinus tuis refundere, atq; ita implere sategisti quod legitur:
Apoc.22 Qui audit, dicat uenì. Et illud: Quod dico uobis in tenebris, dicite in lumine: & qd' in aure auditis, prædicate su-
Matt.10. per tecta. Sic strenuus in bello miles: imo sic pius ac fortis militum dux: ubi suos fortè conspexerit in fugam uersos: iamq; hostili passim gladio trucidari: etsi se uel solū uideat euadere posse: libet tamen mori magis cū illis, sine quibus uiuere pudet. Proinde stat in prælio, fortiter dimicat: & inter cruentos gladios per medias acies hac illacq; discurrens, uoce & ense terret quantū ualet, aduersarios, animat suos. Vbi acrius instistere hostē: socijsq; grauius comperit immínere periculū, ibi adest. Occurrit feriēti, pereūti succurrit: eò quippe mori paratus pro singulis, quò desperatus de uniuersis. At uerò dum paulisper retentare & retardare nititur insequentes: suos uerò quos ualet erigit corruētes: reuocat fugientes: fit plerūq; ut in manu forti tā gratam quàm inopinatā obtineat salutē suis: hostibus confusionem. Fugant tandē quos fugiebāt: superant quos penè sustinebāt uictores. Et qui prius periclitabantur de uita: postmodū exultant & de uictoria. Sed qd nos tam religiosum, tam forte factū, secularib⁹ cōparamus: quasi exempla nobis de ipsa desint religione? An non liquido certus erat deo pollicēte moyses: siqdē periisset populus cui præerat: se nō solū pariter periturū non esse: sed insuper & missum iri in gentē magnā? Et tñ quo affectu, quo studio, quibus pietatis uiscéribus irritātibus subuenit, obuiat irascentiE
Exo.32. Deniq; & se obiicies pro delinquētibus ait: Si dimittis, dimitte: sinautē, dele me de libro tuo quem scripsisti. Fidelis aduocatus: qui qm̄ nō quærit quæ sua sunt: facile obtinet omne quod quærit. Planè benignus, qui tanquam caput unitū mēbris: genti suæ firma charitate cohærēs: aut illam saluabit secū: aut non potest nisi idē cū illis subire periculum. Hieremias quoq; unctus & ipse inseparabilis suis: sed
Hier. 43. affectu cōpassionis, non contentionis assensu: præ cōi exilio & seruitute contempsit natale solum, ac propriam uoluntatē. Quippe cui cæteris migrātibus libere manere in patria liberū fuit: sed maluit captiuus abduci cū populo, cui se fore & in ipsa captiuitate nouerat necessariū. Paulus
Roma.9. codē, pculdubio spū optans anathema esse etiam ab ipso xpo pro fratribus, pprio experit affectu quàm uera sit illa
Cant.81. sunia: Fortis est ut mors dilectio: dura sicut infernus æmulatio. Videtis quorū uos imitatorē pbauerit is? Sed addo adhuc (quē penè prætermiserā) & sanctū dauid: qui correns dolēsq; populi stragem: angelo percutienti festinus
2.Re.24.

occurrit: & in se potius domũq; patris sui diuinam transferri flagitat ultionem. Quis hanc tibi perfectionem proponebat? Ego tanta fateor audire de te: etsi desiderabam: non tamen sperabam. Quis nempe te crederet saltu (ut ita dicam) repentino summã occupare uirtutũ: sublimia meritorũ attingere? Sed absit ut pro nostræ fidei speiue angustijs, immensa dei pietas æstimetur: qui qd' uult in quo uult operat: accelerãs opus, & alleuiãs onus. Quid enim? Tua certè, nõ & tuorũ errata, sanctorũ carpebat zel⁹: tuis, non ipsorũ excessibus succẽsebãt: solãq; in personã tuam, nõ etiã in abbatiã fraternũ susurriũ immurmurabat. Solũ denicq; te in causam uocauerant. Tu te corrigeres: & nil residuum quod pateret calumniæ. Te inquã mutato, mox ois tumultus cõcideret, quiesceret strepitus. Solumq; ac totũ erat quod nos mouebat: tuus scilicet ille habitus & apparatus cum procederes, q; paulò insolẽtior appareret. Deponeres fastũ, habitũq; mutares, & facile oĩm quiescere poterat indignatio. Cæterum tu & fecisti satis causantibus: & adiecisti quod merito collaudemus. Quid cñ iam in humanis operibus iure laudabit; si hoc summa ammiratione & laude dignissimũ nõ habeat? Quãquã non humanum, sed diuinũ profectò sit opus, tantorũ simul & tam repentina immutatio. In cælestibus magnũ suscitat gaudiũ unius peccatoris cõuersio. Quid totius congregationis? Quid & isti? Loq⁹ quippe ab antiquo & nobilis, & regiæ dignitatis extiterat: palatij causis, regũq; exercitibus deseruire solebat. Sine cũctatione & fraude sua cæsari reddebantur: sed non etiã deo quæ dei sunt persoluebant æque fideliter. Quod audiuim⁹: nõ quod uidim⁹ loqmur. Claustrum ipsum monasterñ frequẽter (ut aiunt) stipari militibus, urgeri negocijs, iurgijs personare, patere interdũ & fœminis. Quid inter hæc cæleste, quid diuinũ, quid spirituale poterat cogitari? Nunc uerò uacatur inibi deo: studetur continẽtiæ: disciplinæ inuigilat: lectionibus sanctis intẽditur. Iuge quippe silentiũ, & ab oñi strepitu secularium perpetua quies: cogit cælestia meditari. Porrò continentiæ labor, & rigor disciplinæ: psalmorum hymnorũq; dulcedine releuant. Pudor de præteritis, nouæ conuersationis tẽperat austeritatem. Is autẽ qui in præsenti per patientiã capitur bonæ cõsciẽtiæ fruct⁹: futurorũ quoq; bonorũ operat desiderium, quod nõ frustrabit: & spem quæ nõ cõfundit. Vẽturi timor iudicij: pio cedit fraternæ charitatis exercitio. Charitas quippe foras mittit timorem. Tædiũ & accidiã procul pellit sanctarũ uarietas obseruationum. Et hæc reteximus ad laudem & gloriã dei tãquã oĩm auctoris: nõ tñ sine uestra: tanquã ipsi⁹ coadiutoris in omnib⁹. Potuit quidẽ ea ipse agere sine uobis: sed maluit uos operũ habere cõsortẽ, ut haberet & gliæ. Increpabat
Matt. 12. saluator quosdã q; orationis domũ speluncã latronum faceret. Habebit ergo sine dubio cõmendatũ qui è regione operã dedit uendicare sanctũ à canib⁹, à porcis margaritam: cuius studio & industria uulcani officina studijs uidetur mancipata cælestib⁹: imo sua deo habitatio reddita: & in id potius quod ante fuit, ex synagóga satanæ restituta. Sanè non ad confusionem cuiuspiam siue improperiũ præterita mala reteximus: sed ut ex comparatione ueterũ, nouitatis decus gratius uenustiusq; appareat: quia tunc recẽtia iocũdius bona clarescũt: cũ fuerint malis comparata priorib⁹. Sil'ia ex sil'ib⁹ innotescũt: sed ex cõtrarijs contraria aut placẽt ampli⁹, aut displicẽt. Iunge nigra cãdidis: & mutua collatiõe in ꝓprio quæq; colore distinctius enitescũt. Sic fœda admota pulchris, pulchriora reddũt: magis fœda reddunt. Ne qua tñ offensiõis uel confusionis subre-
1. Cor. 6. pat occasio, replicam⁹ & nos uobis illud aplũ: Et hoc qdẽ fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis. Iã nullus secularibus in domũ dei patet aditus, null⁹ ad sancta curiosis ac cessus. Nulla iam cum ociosis cõfabulatio permiscetur: solitus puerorũ aut puellarũ strepitus non audit. Solis pueris xpi, de quibus dicit: Ecce ego & pueri mei mecũ: locus sanctus peruius & expositus diuinis tñ laudibus, ac sacris soluẽdis uotis, debita solicitudine & reuerentia custodit.

Quàm læta martyres aure (quorũ permaxima locũ ipsum turba nobilitat) horũ clamorẽ puerorũ strepitumq; percipiunt: quib⁹ & uicissim nõ minori utiq; suæ affectionis elamore respondent: Laudate pueri dñm: laudate nomẽ ẽius. Ps. 112. Et rursum. Psallite deo nostro psallite: psallite regi nostro psallite. Dum manibus pectora, genibus pauimenta fodiũtur, uotis & deuotis precibus altaria cumulantur, fonte genæ lachrymis, gemitibus atq; suspirijs mugiunt diuersoria: & pro forensibus causis, canticis spiritalibus sacraria resultant, nil supernis ciuibus magis spectare libet, nil regi summo iocundius exhibet. Quid cñ aliud est qd' ait Sacrificiũ laudis honorificabit me? O si qs haberet oculos apertos, quos orãdo ꝓpheta puero reuelauit: uideret ꝓculdubio quẽadmodũ præueniunt principes coniunctí psallẽtib⁹, in medio iuuẽcularũ tympanistriarũ. Videret inquam qua cura, quóue tripudio intersunt cantantibus, assunt orãtibus, insunt meditantib⁹, supersunt quiescentibus, ordinãtibus & ꝓcurantibus præsunt. Agnoscunt ministrũ supernæ potestates cõciues suos: & pro his qui hæreditatẽ capiunt salutis, solicite congaudent: confortant, instruũt, protegũt, prouidẽtq; oibus, oẽs in oibus. Felicẽ ego me dixerim qui adhuc uiuã, ista etsi nõ uidere, quoniã absens sum, certe uel audire. Cæterũ uos fratres longe felliciores: quibus ea datum est & actitare. Porrò super oẽs benedictus, quem tanti primatu boni, totius auctor boni dignat⁹ est. De qua meritò prærogatiua tibi præcipue cõgratulamur, per quem utiq; totum est qd' miramur. Grauaris forsitan laudibus nostris: sed non oportet. Nil quippe simile habet quod loquimur, illorũ blanditijs qui dicũt bonũ malũ, & malũ bonũ: atq; ita quẽcũq; beatificãt, in errorẽ inducũt. Blãda sed periculosa laus, cũ datur peccator in desiderijs animæ suæ: & iniquus benedicitur. Noster qualiscũq; fauor de charitate ꝓcedit: & ueritatis limitẽ prout sapimus non excedit. Securus gloriat: qui in dño gloriat: hoc est ĩ ueritate. Nos nõ malũ bonũ: sed malũ dixim⁹ qd' malũ erat. Verũ si malis audaciter cum uidimus oblatrauimus: nunc cũ ad bona uentum est, silere debemus, & non magis testimonium perhibere bonis. Alioquin corrosores fuisse cõuincimur, non correctores: quia mordere quàm emẽdare maluimus: si bonis obmurmuramus scimus, qui in tãtum reclamauimus malis. Iustus corripit in misericordia, peccator adulat in impietate: ille ut curet, iste ut occultet qd' erat curãdũ. Nihil tibi apud eos q; timentes dñm glorificãt, suspicandũ est de oleo peccatoris: quo tuũ quondã caput impinguare solebãt. Laudamus tequi tu facis unde. Nõ nos sanè adulamur: sed in te dei munera adimpletur qd' psallis. Qui timẽt te, uidebunt me, & lætabuntur: qa in uerbo tuo supersperaui. Et item: Collaudabunt multi sapiẽtiã ei⁹. En tuã quã plures ꝓdicant sapiam: sed q priorẽ detestati sunt insipiẽtiã. Volo te taliũ preconijs delectari: qui tam timeant palpare uitia, quàm detrectare uirtutibus. Veri isti sunt laudatores: qui ita bona laudare soleant, ut lactare in malis non nouerint. Sunt enim ficti laudatores: ueri autẽ detractores, quos scriptura commemorat dicens: Vani filij hoim, mendaces filij hoim in stateris: ut decipiant ipsi de uanitate in idipsum. Hi planè sunt deuitandi, iuxta cõsiliũ sapientis dicẽtis: Fili si te lactauerint pctõres: ne acquiescas eis. Habẽt ergo & lac & oleum peccatores, suaue quidẽ, sed uenenosum, sed mortiferũ. Molliti sunt, inquit, sermones eius: hoc est adulatoris, super oleum, & ipsi sunt iacula. Habet oleum & iustus, sed mia, sed sanctificationis, sed lætitiæ spiritalis. Habet etiam & alium: quod aiæ insolentis infundat uulneribus? Siquidẽ dolentis: & quã corde uiderit esse cõtrito, oleo miæ cõsuescit delinire tristitiã. Vbi corripit, uinũ infundit: oleum, cum blanditur. Et quidẽ uinũ absq; odio: oleũ sine dolo. Proin de nõ omnis laus adulatio: sicut nec oĩs reprehẽsio de animi rancore descẽdit. Beatus qui dicere pot: Corripiet me iustus in mia & increpabit me: oleũ autẽ pctõris nõ impinguet caput meũ. Quod ubi longe feceris à te, dignũ te probasti oleo & lacte sanctorum. Quærãt sibi iam in parvulis

babylonis,

babylonis, dulces sed truces matres: quibus lac mortis emulgeāt, quos blandis mulceāt fauoribus, ac flammis nutriant sempiternis. Nā ecclesiæ alūnus ex uberibus sapiæ lactis melioris expert⁹ dulcedinē: iam in eo cœpit crescere in salutē: iā & ex eo satiatus eructat dicens: Meliora sunt
Cant.1. ubera tua uino, fragrantia unguentis optimis. Et hoc ad matrē. Verū trē gustato ac pbato quàm suauis est dñs: ut
Psal.30. uere patrē dulcissimū ait ad ipsum: Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ dñe, quā abscōdisti timētib⁹ te. Impletū est pfectò desideriū nostrū. Olim cm̄ cū dolens cernerē tāta te auiditate de labīs adulantium, mortis escam, peccati fugere fomitem: optans tibi & gemens, intra me aiebā. Quis mihi det te fratrē meū sugentē ubera matris meæ: Sint pculà te iā blādi ac fraudulenti lactatores: qui cū in facie te benedicerēt, pbris oīm atq; ludibrīs exponebāt, & corū pīsens euge, orbis tibi fabulā pariebat: imo te fabulā orbi. Si musitant etiā nunc, dicito illis: Si adhuc uobis placerē: xp̄i seruus nō essem. Quib⁹ in malis placuimus: æque & in bonis placere nō possum: nisi fortè mutati prius incipiāt & ipsi odisse qd̄ fuimus: & sic demum qd̄ sum⁹ diligere. ¶ Duæ nostris tpibus ortæ sunt in ecclesia nouæ & execrandæ pīsumptiōes: quarū una (ut pace tua cōmemorē) tua est illa pristinæ cōuersatiōis īsolētia. Sed hæc auctore deo emēdata est, ipsi ad gloriam, tibi ad coronam, ad gaudiū nobis, oīb⁹ ad exēplū. Pōt etiā facere de⁹ ut citi⁹ & sup altera cōsolemur. Quā sanè odiosam admodum nouitatē, & uereor pferre in medium, & ptermittere grauor. Vrget quippe linguā in uerba dolor: sed timor ligat. Timor, dūtaxat ne quē offendā si palā fecero qd̄ me mouet: qm̄ ueritas nonnūquā odiū parit. Verūtamen de hmōi odio, ipsam quæ parit illud: ita me audio cōsolantē.
Matt.18. Necesse est, ait, ut ueniāt scādala. Nec me, ut æstimo, tāgit oīno qd̄ sequit. Væ aūt homini illi, per quē scādalū uenit. Cū em̄ carpunt uitia: & inde scādalū oritur: ipse sibi scandali causa est. qui fecit qd̄ arguī debeat: nō ille qui arguit. Deniq; nec cautior sum in uerbo, nec circūspectior in sensu, illo qui ait. Melius est ut scādalū oriatur, quàm ueritas relinquat. Quanquā nescio qd pīsit, si qd̄ mundus clamat, ego tacuero: oīmq; passim narib⁹ iniecto fœtore sol⁹ dissimulo pestē: nec audeo nasum cōtra pessimū putorem propria munire manu. Cui⁹ em̄ cor nō indignat, cui⁹ uel clam lingua nō submurmurat, diaconū cōtra euāgeliū deo & māmonæ pariter ministrātē: sic qppe sublimatū honorib⁹ ecclesiasticis, ut nec epīs inferior uideat: sic implicatū militarib⁹ officiis, ut præferat & ducib⁹. Rogo quid hoc est mōstri: ut cū & cleric⁹ & miles simul uideri uelit: neutrum sit: Par satis utrobiq; abusio, siue qp diaconus mēsæ regiæ deputetur ministerio: siue qp regis dapifer ministeriis altaris inseruiat. Quis sanè nō miretur, imo & detestet unius esse personæ, & armatum armatam ducere militiam, & alba stolaq; indutū, in medio ecclesiæ pronunciare euangeliū: tuba indicere bellū militibus: & iussa epī populis intimare: Nisi fortè (quod intolerabilib⁹ est) erubescit euāgelium, de quo uas electionis admodū gloriat, & confundit uideri clericus, magisq; honorabile ducit putari se militem, curiā ecclesiæ pfert, regis mensam altari xp̄i, & calici dīi calicē dæmoniorū. Quod planè credibili⁹ ex eo uidetur: quia cū honores nō paucos sed quātos nec canones nisi inuiti patiunt, teneat in ecclesia: unius tm̄ quem & in palatio assecut⁹ est: magis (ut aiunt) gloriat ex nomine, quàm cæteroꝝ quolibet appellari. Cūq; sit archidiacon⁹, decanus, præpositusq; in diuersis ecclesiis: nihil horū tm̄ tam eū quàm regis delectat uocitari dapiferū. O noua & exosa peruersitas. Itáne plus decet hoīs quàm dei famulū noīari, ac terreni quàm cælestis regis dici officialem altioris ducitur dignitatis? Qui clero militiā, forū anteponit ecclesiæ, diuinis pfectò humana: cælestib⁹ pferre terrena cōuincit. Ergo pulchrius est uocari dapiferū quàm decanum, quàm archidiaconū? Et quidē: sed laico, nō clerico: militi non diacono. Mira sed cæca ambitio, magis imis quàm summis delectari: & cui funes ceciderant in præclaris, insatiabili desiderio amplexari stercora: & pro nihilo habere terrā desiderabilē. Confundit penitus ordines, & utroq; officio delicate satis abutit, dū & hinc eū delectat pompa non militia secularis, & illinc quæstus, non cultus religiōis. In quo quis facile nō aduertat quantū sit dedecoris nō min⁹ utiq; regno quàm sacerdotio: Vt em̄ clericalis cōstat nō esse dignitatis, regū stipendiis militare: sic nec regiæ maiestatis, rem fortium administrare per clericos. Deniq; quisnā regū suæ unquā militiæ clericū præfecit imbellē: & nō magis quēpiā fortissimum ex militibus? Quis ité aliqn̄ clericorū æque sibi nō iudicauit indignū, laicæ cuiuscūq; personæ mācipari obsequiis? Ipsum certè qd̄ gestat in capite signū: plus regi⁹ decet fastus quàm famulatus. Itēq; regale fastigiū magis armis quàm psalmis innitit. Sanè si alteri fortè (ut assolet) accessisset quod detrahitur alteri, quo uel regis uidelicet humiliatio clericū ampli⁹ sublimasset: aut clerici certe delectio, regio contulisset honori (ut uerbi gratia, si nobilis aliqua mulier uiro nubat plebeio, illa quidē minuit ex illo, sed ex illa crescit ille) si ita inquā uel rex ex clerico, uel clericus ex rege proficeret: malū qd̄ ex parte fuisset, utcunq; forsitan tolerari debuerat. Nūc autē cū utriuslibet diminutio neutrū proueharat, sed suæ potius alterutrū plurimū detrahant dignitatis: qn̄ nec clericū decet regis (ut dictū est) esse uocariue dapiferū: & nihilominus regē nisi in manu utiq; fortium regni gubernacula possidere: mirū ualde quō utraq; potestas hoc patit, qp uel ecclesia nō abīcit diaconum militarem, uel curia clericū principē nō contēnit. Et acrius ista & multiplicius inculcare uoluerā, ac fortassis debueram: nisi epistolaris breuitas supersedēdū indicaret: maximeq; quia te offendere ueritus sum, pepercī homini: qppe quē tibi aiunt familiaribus iam olim amicitiis esse deuinctum. Sed nollem te habere cōtra ueritatē amicū. Si tū persistis, ucrum te amicū proba: & da operā quō & ipse amicus sis ueritatis. Tunc demū ueræ erūt amicitiæ: si ueritatis fuerint fœderatæ cōsortio. Qd̄ si ille nō acquieuerit tibi: tene quod tenes, hostiæq; caudam iunge capiti: ac tunicam dei gratia iam polymitā cura facere & talarē: qm̄ cœpisse nil proderit, si (quod absit) nō perseuerare contigerit. Et hic epistolæ finis, ubi tu de fine boni cōmonitus es.

¶ *Ad abbatem Lucam.* *Epistola.* LXXIX.

BOnum nobis de te charissime, & bonum ualde rarū ostēdisti: dum minoris te non solū nō contempseris monita: sed gratias insuper retuleris monitori, prudenter utiq; non à quo, sed quod moneareris attendens. Gratias ago & ipse deo, qp mea præsumptio gratiā egit magis, quàm indignationē meruerit. Tenētes itaq; tuæ tantæ humilitatis insigne, ampliori iam fiducia monemus quod & prius monuimus. Obsecramus per sanguinē illū qui pro animabus fusus est, ne tanti emptarum paruipendat periculū: qd̄ maxime ex uirorum & fœminarū cohabitatione non immeritò timet ab his q in schola dei diu iam cōtra diaboli tentamenta luctati, ppria experiētia edocti dicere possunt cū apl'o: Non em̄ ignora- 2.Cor.2.
mus astutias ei⁹. Deniq; quàm nō negligenter te oporteat audire nō meū, sed ipsi⁹ apl'i de hac re consiliū, imo præceptum aperte clamātis: Fugite fornicationē: istius nunc tā turpiter lapsi fratris (super quo & nostrā dignatus es consulere paruitatē) te doceat exprimētū. De quo quidē miror quid tibi uisum fuerit me tam remotū expetere consultorē, cū prope habeas uirū sapientē nostri ordinis: & tuæ pcipue dom⁹ amatorē: Vuilhelmū scilicet abbatem sancti Theodorici. Sed & apud præmōstratū non ambigo uiros esse cōsilij: q in reb⁹ dubīs enodādis, & prudētes sint & fideles. Verūtñ qa sic tibi placuit, uideris tu cur ita placuerit, ego labia mea nō phibebo. Si frater casum suum quā tūlibet grauē, quātūlibet turpē, prior ipse cōfessus fuisset: & curādus foret, & nō effugādus. Nunc autē quoniā tāti mali alīūde fœtor emersit: nihilominus quidem eius si fieri pōt curationi operam dare necesse est, sed aliter. Fortassis enim nō expedit ut ulterius apud uos remorari sinatur:

ne fortè (quod te nō immeritò quidem timere scripsisti) pusillus & nouellus grex hmōi tabe cōtamineť. Nec tñ filio quantūlibet peccatori paterna omnino claudēda sunt uiscera. Arbitror aūt & patri piū, & filio tutū esse cōsiliū: si quæras ei quō in aliqua è remotioribꝰ dñi Noberti domibꝰ recipiať, ubi sub districtiori disciplina mutato loco non ꝓpositō pniam agat: donec qñq; cū tibi uisum fuerit ad locū ꝓpriū reuocet. Nam ad nostrū ordinē ut trāseat, uestro fortassis non expedit. Et qdē qđ scripsisti illū sæpe dixisse nostra se ꝓmissione tenere: quia eum si cū licentia ueniret susciperem?: hoc in nostra præsentia etiā ipse negauit. Sanè si tibi nō placet usquā eū quæ illorū dixi locorū mittere ad habitādū, aut te uolēte iste forsitā nō cōsentit: aut cū utrīq; cōplaceat, fortè nō inueniať q eū recipere uelit: tunc oportet ut aut urgēte necessitatis causa, quocūq; ad saluandā animam suā ire uoluerit, cum literis dimittať: aut dispensante pietatis gratia, in suo loco retineatur: si tñ persentiri potuerit quō ibidē oīs ei occasio iterandi aut seminādi hanc turpitudinē penitus subtrahať. Et, de isto ista sufficiāt. Est aliud apud uos de quo ca præsumptione qua solco, nō cunctabor dicere, quod sentio. De molēdino illo dico qđ cōuersi custodiētes, fœminarū pati cogūtur frequentiā. Si mihi crediť: unū è tribus fiet. Aut uidelicet fœminarū accessus oīmodis a molēdino ꝓhibebitur: aut molēdinū cuicūq; extraneo & nō cōuersis custodiendum cōmittet: aut idem oīno molendinū relinquetur.

¶ *Ad Guidonē abbatem Molismensem.* *Epistola.* LXXX.

QVanto tibi in hac quam audiui tua aduersitate affectu cōdoleā: nouit affectuū deus omniū cognitor, bonorū immissor. Sed rursum cū consi dero nō per quem, sed à quo immissa sit hæc tribulatio: quātū tibi de præsenti molestia cōpatior, tātū de ꝑsperitate mox futura spero cōgratulari, si tamē & tu cōsiliū in perturbatione nō amittendo, idipsum mecū sapias: & de manu dñi mala sicut & bona cū sancto Iob æquanimiter suscipias: imo exemplo sancti dauid nō tam his etsi seruis tuis pro tantis malis indignari, quàm sub potenti manu dei (qui ꝓculdubio illos misit ad malefaciēdū tibi) humiliari te oportere scias. Verū qa & ad te constat pertinere correctionē illorū: utpotè seruoꝝ ecclesiæ tibi cōmissæ: dignū est ut pro tam nefaria præsumptiōe serui nequā corripiant, ac de rebꝰ eorū damnum monasterij aliqua ex parte recōpenset. Sed ne tuā magis in hoc ulcisci iniuriā, quàm illorū ferire culpā uidearis: rogo, rogāsq; consulo, ne tam quod illi digni sunt pensēs, ut quod tibi dignū est nō cōsideres: ut uidelicet misericordia iudicio superexaltet, & i tua modestia deus glorificet. Porrò illū filiū tuū, mihi quoq; ꝓpter te & ꝓpter seipsum satis charum: ore tuo & nostro spū cōmonemus, ut non eatenus sua, etsi iusta indignatiōe debriet: quatenꝰ dñici illius præcepti obliuiscať: quo percutienti unā maxillā, præbere iubemur & alteram. Matt. 5.

¶ *Ad Gerardum abbatem Pultariensem.* *Epistola.* LXXXI.

SCripsisse me aliquid ad comitē Niuernēsem in tuæ personæ accusationem: nec recordor, nec uerū est. Cæterum si pro ecclesia tua ad eūdem principē literas misi: hoc non aduersum te, sed pro te egisse me arbitror. Siquidē audieram ipsum tuo & assensu & cōsilio proposuisse uenire ad uisitandū uos, ad probandum de tantis malis quæ de domo uestra diuulgabātur, an uera essent, aut cuius culpa essent: ut quod fortè siniſtrū reperiret, ibidē eius & studio & solicitudine corrigeret. Cuiꝰ tam iustū & tam pium ꝓpositū si hortatu nō roborare curauí: cur te inde læsum iure conquerāris, non uideo. Puto eñ me recte fecisse si de domo dei zelū dei habens, eius ꝓuidētiā qui amēdaturꝰ erat cōmonui. Q. aūt ex auctoritate scripturæ arguis me peccasse, quasi q prius te nō corripuerim: scito me nullā de persona tua querelā habere, sed solū ut pax fiat in eccl'ia tua, ex charitate ꝓcurare. Deniq; ipsiꝰ rei ueritatē plenꝰ cognoscens: si ad nos causam ipsam (ut dicis) attuleris. Poteris aūt hic me inuenire, quacūq; īstātis hebdomadæ die libuerit.

¶ *Ad abbatem sancti Ioannis Carnotensis.*
Epistola. LXXXII.

DE ea de quibus nostrā curasti cōsulere patrem: primū quidē nō respōdere statueram nō quia dubitauerim quid respōdere deberē, sed quis ro consiliꝝ consilium dare: aut ꝓsumptuosum iudicabā, aut superfluū. Cæterū cogitās qđ plerisq; imo cunctis penè cōtingere sapiētibꝰ solet: in rebus uidelicet dubijs plus alieno se quàm ꝓprio credere iudicio: & qui aliorū facile ambigua quæq; elucidāt, in suis cōsuenerunt scrupulosius hæsitare, statutū nō (ut arbitror) irrationabiliter frango: sed simpliciter pando quod uisum est, mihi: nō præiudicās fanius sapiēti. Significasti mihi (ni fallor) per uirū religiosum Vrsum abbatē sancti dionysij, suggerí tibi à cogitationibus tuis deserere patriā: domūq; ent deo auctore præes, & pergere hierosolymam, uacare deinceps deo, uiuere tibi. Et quidē tendenti ad perfectionē ꝓpriā relinquere fortassis expediat: dicēte deo: Exi de terra tua & de cognatione tua. Sed qua ratione curam tibi creditam animarū exponere debeas, oīno non uideo. Quid enim? Blanditur depositæ sarcinæ libertas: Sed charitas non quærit quæ sua sunt. Fortè quietis ꝓuocat & ocius stus suauior: Sed euacuať dispendio pacis. Libenter carebo quātolibet etiā spirituali quæstu: qui non possit aegri nisi cū scandalo. Vbi eñ scandalū: ibi ꝓculdubio charitatis est detrimētū. Vbi autē diminutio charitatis: miror qđ uel quale possit spiritalis exercitiꝝ sperari lucrū. Denīq; si ꝓpriā quisq: quietē cōi ꝓtulerit utilitati: qs iam ueraciter dicere poterit, mihi uiuere xp̄s est, & mori lucrū: Vbi erit quod ítē dicit apl's: Nemo sibi uiuit: & nemo sibi moritur. Et, Non qđ mihi utile est: sed qđ multis. Et: ut qui uiuit, nō iam sibi uiuat: sed ei qui pro oībꝰ mortuus est. Sed dicis. Vñ ergo mihi tñ desiderium si ex deo nō est? Pace tua dixerim quod sentio. Aquæ furtiuæ dulciores sunt: & panis ꝓcemodi oñi (ut íta loquar) absinthio amariorē dulcedinē ab angelo satanæ sub prætextu angeli lucis, sitienti cordi tuo infundi nō dubitat: quisq; eiꝰ astutias nō ignorat. Et reuera quis alius possit scandalorū esse suggestor, discidij auctor, turbator unitatis & pacis: nisi ueritatis aduersarius, charitatis æmulus, hostis antiquus generis nostrí, & inimicꝰ crucis xp̄i diabolꝰ? Siquidē is cuiꝰ inuidia mors intrauit in orbē terrarū, etiā nūc bonis quæ tefacere uidet, inuidet: & cū sit mendax ab initio, mētiť & nuncmeliora pollicēs quæ non uidet. Qñ nāq; ueritas fidelissimæ illi sentētiæ obuiaret: Alligatꝰ es uxori, noli quærere solutionem. Aut qñ charitas scandalū suaderet, quæ ad omniū scādala uriſe perhibet? Ille ergo inquā, ille nequissimus, & charitati ꝓ liuorē, & per mēdaciū ueritati contrarius: falsum mel cū uero felle pmiscēs, dum ꝓmittit dubia pro certis: immittit etiam uera pro falsis: non ut conferat quod frustra speras: sed ut auferat quod fructuosè tenes. Circuit & quærit qualiter ouibꝰ curā pastoris subripiat, dum nō erit q eripiat: & nihilomínꝰ pastorē illi horrendo maledicto subjnciat. Væ illi per quem scandalū uenit. Sed cōfido de sapiētia tibi à deo data: qđ nullis malígni uersutijs abduci uel seduci poteris, ſpe incerti boni certū imo malū, & æque certum deserere bonum.

¶ *Ad Simonem abbatem sancti Nicolai.*
Epistola. LXXXIII.

DErsecutionē quā ꝓpter iustitiā pateris, per literas tuas nō sine cōpassione cognoscentes, licet xp̄i cōsolatio de ꝓmissione regni tibi sufficiat: tñ nos qđ nostrū est, & cōsolationē quā possimus, & cōsiliū qđ intelligimus sanū, fideliter exhibemus. Quis eñ sine anxietate uideat petrum de medijs fluctibus brachia tendētē: sine dolore audíat colūbā xp̄i non cantātem sed gemētē tāquā quæ dicat: Quō cātabimꝰ canticū dñi in terra alienā? Quis inquā sine lachrymis lachrymas ipsius christi de limo ꝓfundi etiā nūc leuātis oculos suos in mōtes, unde ueniet auxilium sibi, respiciat? Verūtamen nos ad quos pro humilitate tua respicere te dicis, montes non sumus,

nō sumus: sed & ipſi de cōualle lachrymarū laboriosis conatibus enitentes aduersus renitentis inimici insidias, ac mūdialis malitiæ uiolentiā tecū clamam⁹: Auxiliū nostrū Psal.20. à dño, qui fecit cælū & terrā. Oēs quippe q pie uolunt uiuere in xpō, persecutionē patiunt: ita ut cū eis numquam 2.Tim.3. desit pie uiuere: non semper tn̄ adsit & perficere pro bona uoluntate. Sicut em̄ impiorū est pijs bonorū ppositis assidue reluctari: sic cōtra pietatē non est, ppter multitudinē aduersantiū, quāuis iusta & sancta desideria paucorū, plerumq; nō perfici. Sic aaron sceleratis tumultuātis pplī cō Exod.32. tra uoluntatē suam clamoribus cessit. Sic samuel eidē po- 1.Reg.10. pulo inordinate regē petenti, inuitus saulē inūxit. Sic da uid cū uellet deo construere tēplū: propter infestantiū tn̄ bella inimicorū, qa uir bellicosus erat, prohibitus est facere quod sancte ppositum. Simili forma tibi pater uenerāde cōsulimus, ut tn̄ sapientioꝝ cōsilio non p̄iudicemus, quatenus ad tp̄s propositi tui tibiq; consentientiū rigorē sic tēperes, ut infirmorū salutē non negligas. Inuitādi quippe sunt ad artiorē uitā, nō cogendi: qb⁹ utiq; semel in ordine illo cluniacēsi posse cōsensisti. Illis aūt q altius uiuere desiderāt: aut cōdescēdere imbecillioríb⁹ ex charitate (quātū sine pcto p̄t) suadēdū est, aut ibidē tenere quod cupiūt permittendū, si absq; utrarūq; partiū scandalo fieri pōt, aut certè de congregatione liberos dimitti, fratribusq; aliis sed'm eorū ppositū uiuentib⁹ sociari oportet.

¶ *Ad Vuillelmum abbatem sancti Theodorici.*

Epistola. LXXXIIII.

VOd me hmōi operi operā dare iubes, per qd' tollendū sit scandalū de regno dei, libenter accipio, sed qūo id uelis fieri, necdum satis elucet mihi. Nam illā tuam dulcissimā epistolā legens & relegēs (sæpius quidē repetita placebat) intellexi quidem te uelle ut illis qui de nobis tanquā detractorib⁹ clunīacēsis ordinis conquerunt, satisfaciā: quaten⁹ uidelicet sciat nō esse uerū qd' male hucusq; de nobis putarunt uel putari uoluerūt: At si post hāc satisfactionē rursus uictus eoꝝ ac uestit⁹ superfluitatē &c. q̄ subiungis, quēadmodū inūgis carpere uoluero: & mihi uidebor cōtradicere, & qūo sine scandalo facere queā non uideo. Nisi fortè & ordinē quidē laudabilē, & ordinis reprehensores reprehēsibiles doceā: & nihilomin⁹ tn̄ ipsi⁹ superflua reprehēdam. Si hoc modo uis, aut fortè aliter magis expedire uides, manda apertius: & ut ualeam quod uis, eo modo quo uis ora instātius. Scito tn̄ nō modico me in hmōi scriptitationibus feriri detrimento: quia multum hinc mihi deuotionis subtrahitur, dum studiū orationis intermittitur, præsertim cum nec usus suppetat dictandi, nec ocium.

¶ *Ad eundem.* *Epistola.* LXXXV.

SI nemo scit q̄ sunt in hoīe nisi spūs hois qui in ipso est: si sola in facie uidet hō, quia solus deus intuet cor: miror, nec satis mirari possum, qūo, quāue rōne tuam atq; meā adinuicē dilectione pensare uel distinguere potuisti: quatenus non solum de proprio, sed & de alieno sniam corde proferres. Error siquidem est humanæ mentis, nō modo bonū putare malū, & malū bonū, aut uerū falsum, & econuerso: sed etiā certa recipere pro dubijs, dubia pro certis. Fortè uerū est quod dicis, min⁹. s. à me amari te, quàm me diligis: sed certè certus sum, certū non esse tibi. Qūo ergo pro certo affirmas, de quo certū est qa cert⁹ minime sis? Mirū, Paul⁹ se suo iu- 1.Cor.4. dicio nō credit: sed neq;, inqt, meip̄m iudico. Petr⁹ luget suā qua se fefellerat p̄sumptionē cū de suo loq̄retur dices: Mat.26. Et si oportuerit me mori tecum: nō te negabo. Discipuli de proditione dn̄i nec in suis fidentes conscientijs, singuli respōdebāt. Numqd ego sum dn̄e? Dauid suā de se ignoIdem. rantiam fatetur orans & clamās: Et ignorantias meas ne Psal.24. memineris. Tu uerò nescio qua fiducia non solum de tuo, sed & de meo corde tam aperte declamas: ut plus amans inqens, min⁹ diligare? Hæc qppe sunt uerba tua, q̄ nollem fuisse tua, quia nescio si sunt uera. Sed & tu scis: unde scis? Vnde inquā probasti magis nos à te diligi: quàm te à nobis? An ex hoc qd' in tuis literis subiūxisti, quia uidelicet qui uadūt & ueniunt per te de nr̄is, nullū tibi à nobis deferūt monimētū gr̄æ uel amoris? Quod uerò monimētū, qd' amoris experimētū à nobis reqris? Nunqd fortè scrupulū mouet tibi, q̄ ad plura iā tua ad nos scripta, necdum uel semel rescripsi? Sed qn̄ ego maturitatem sapietiæ tuæ delectari posse putarē scriptitationibus imperitiæ meæ? Sciebā em̄ qui dixit: Filioli nō diligamus uerbo neq; lin- 1.Cor.3. gua, sed opere & ueritate. Qn̄ uerò unquā opere meo op⁹ tibi fuit & defuit? O scrutās renes & corda deus, q un⁹ sol iustitiæ diuersa seruorum tuorū corda diuersis gratijs uelut radijs illustras, q̄ dilīgā illum ex dono tuo, & suo merito tu scis, & ego sentio. Quatenus autē dilīgā tu scis: ego nescio. Tu inquā dn̄e q dedisti, scis quātum dedisti, uel illi me, uel mihi illū amare. Et qūo aliquis nr̄m cui tu nō dixisti, audet dicere, plus amans, minus dilīgor: nisi fortè qui iā in lumine tuo uideat lumen suum, id est in lumine tuæ ueritatis agnoscat quantum ardeat igne charitatis? Ego autem dn̄e interim contentus uidere in lumine tuo tenebras meas, quoadusq; uisites sedentē in tenebris & in umbra mortis, & per te reuelentur cogitationes cordium, & manifesta fiant abscōdita tenebrarum, fugatisq; tenebris iam nō uideaf in lumine tuo nisi lumen: sentio quidem de munere tuo q̄ eū dilīgā, sed necdū uideo in lumine tuo siuel satis dilīgā. Neq; enim scio si iam peruenerim ad illam qua nemo maiorem habet dilectionem, ut animā suam ponat qs pro amicis suis. Nā qs gloriabitur castū se habere cor, nedū perfectum? O dn̄e qui illuminas lucernam meā: qua iam uideo & horreo tenebras meas. Deus meus illumina ipsas tenebras meas, ut uideā & gaudeā ordinatam in me charitatē, sciens & diligens q̄ diligēda sunt: & quantum & ad qd dilīgenda sunt: me quoq; nolens dilīgi nisi in te, & quantū dilīgēdus sum. Væ etem̄ mihi, si qd' ualde uereor: aut ego plus ab illo quàm meruī, aut ille a me minus quàm dign⁹ sit dilīgaf. Verūtn̄ si meliores magis dilīgēdi sunt, sunt autē meliores q magis dilīgūt: qd aliud dixerim quàm illū plus me dilīgere, quē meliorē esse nō dubito: me uerò minus illū quàm debeo, qa min⁹ ualeo? Sed quāto in te (tibi pater dico) maior est charitas: tāto min⁹ contēnenda est à te nr̄a possibilitas. Quia etū plus dilīgis qn̄ plus uales, nō tn̄ pl⁹ dilīgis quàm uales. Nos autē etsi minus dilīgimus quàm debemus: dilīgimus tn̄ quātū ualem⁹? Tn̄ autē ualemus, quātū accepim⁹. Trahe nos post te, ut te apprehēdamus: & tecum ampli⁹ accipiam⁹, unde largius dilīgamus. Quid ergo tu niteris nos apprehendere, & q̄reris nō posse, quos apprehēdisti si artēdisti, & adhuc facere poteris, cū uolueris: quales qdē sum⁹, nō quales sperabas? Nescio qppe qd aliud inuenis in nobis qd' nō habem⁹? & seq̄ris pro nobis qd' nō sumus. Ideoq; non conseq̄ris quia nō sufficimus: & ut deniq; in epistola tua iuste causaris, deus tibi in nobis, non nos deficimus. Nūc uerò si talia placent qualia modo nugatus sum, mandato, & adjnctā: ut cū obediero, p̄sumptiōis nō timeā notā. Præfatiunculā quā tibi mitti iussisti, non habui mō ad manū. Neq; em̄ adhuc dictauerā: quia nec necessarium esse putabā. Quicqd uel tibi uel amicis tuis recte uis: q dedit uelle, det & perficere pro bona uoluntate, omni mihi amicitiæ iure colende pie ac reuerendissime pater.

¶ *Ad eundem.* *Epistola.* LXXXVI.

FRater. B. de claraualle, suo illi quod suo. ¶ Hāc mihi tu salutatiōis formulam tradidisti, scribēdo, suus ille quod suus. Accipe quod tuum est, & agnosce usurpationem unanimitatis esse indicium: & cum quo est mihi commune uerbum, animum non distare. Iam ad tuas literas breuiter pro tempore respondendum est. Quæ cum mihi in manus uenerunt, natalis nostræ dies festus illuxerat: cuius me totum iure sibi deuotio uēdicās: nihil aliud cogitare sinebat. Sed & nūtius repedare festinans, uix usq; incrastinum ut hæc iam festo exoccupatus qualiacunq; rescriberem, expectauit. Fugitiuū itaq; fratrē dure à me, utpotè durū corde, increD

patum:nihil melius interim potui quàm ad locū remittere unde fugerat. Quippe quē iuxta nras cōsuetudines domi absq; cōsensu abbatis sui retinere non debui. Oportet aūt & à te cū similiter aspere increpari, & ad humilē prouocari satisfactionē: deinde tuis cōfortari lris, ad abbatē pro eo directis. De infirmitate nostra nihil certi⁹ modo scisciti tibi indicare possum, nisi q infirm⁹ & fui & sum: nec minus solito, nec multū plus. Q; uerò non missi quā missurus erā, causa est plus me aiarū scandalū, quàm unius corporis periculū timuisse. Iam ne qd horū de qbus mādasti, oīno ptermittā: uenio etiā ad te. Velle te audire scripsisti, qd te ego (tanquā q oīa tua norim) facere uelim. Sed hoc (ni fallor) si modo dicerē: nec tu posses, nec ego cōsulerē. Volo em & ipse, qd tē uelle de te iā olim nō latet me. Cæterū mea atq; tua æque ut æquū est uoluntate postposita, magis qd uelle deū de te puto: & mihi ut tibi suadeā, tutum duco: & tibi si persuadeam, nō incommodum. Tene itaq; meo cōsilio quod tenes, mane in quo es, & stude prodesse quib⁹ præes, nec præesse refuge, dū prodesse potes: quia uæ quidem tibi si præes, & non prodes: sed uæ grauius si quia præesse metuis, prodesse refugis.

¶ *Ad Ogerium canonicū regularē.* Epl'a. LXXXVII.

TOtis uisceribus charitatis amplectendo, fratri Ogerio canonico, frater. B. monachus sed peccator digne deo cōuersari usq; in finem. ¶ Si tibi ad tuas literas tardi⁹ uideor rescripsisse, noueris potius opportunitatem nuntij defuisse. Quas enim nunc primū legis, iam dudum crede dictatas. Sed ut dixi, propter latoris inopiam tardaui mittere qd scribere non tardaui. Legi itaq; in tuis literis te illam quam grauiter ferebas curæ pastoralis sarcinam deposuisse, licētia siquidē ab episcopo uix impetrata, imo extorta tua importunitate. Et hoc non aliter, nisi ut in eius episcopatu quocunq; alibi manens ab eius subiectione non recederes. Tu uerò cum tibi hoc nō placeret, archiep̄m adiens, & ab ipso tanquā superiori auctoritate securitatē accipiens, ad priorē locū & ad tuū abbatē reuersus es. Vbi qualiter post hæc uisere debeas, à me doceri flagitas: egregio utiq; doctore, & magistro incōparabili. Qui cum cœpero docere qd nescio, uel tunc incipiet sciri quàm nihil scio. Itáne lanam q̄rit ouis à capra: aquā molēdinum à furno, uerbū sapiens à stulto: Præterea per totā seriē literarū attollēs me supra me, multū de me laudabilia ītermisces. Quorū qa ipse mihi cōsci⁹ nō sum: & tuæ hæc beneuolētiæ ascribo, & ignosco ignorātiæ. Tu em̄ uides in facie, de⁹ in corde. Sub cuius tremēdo aspectu si solicite me circumspicio, certū est q eò ipse mihi notior sum quàm tibi quò ꝓpinqor. Ideoq; magis credo mihi de me uidēti me: quàm tibi opinanti de me qd nō uides in me. Q; si qd forte à me audisti qd' possit ꝓdesse tibi: grās deo age, in cui⁹ manu sunt & nos & sermones nri. Satisfacis etiā mihi pro eò q cōsiliū meū non tenueris, cōfortātis te & monētis aīo nō frangi, pusillanimitate nō uinci: sed portare patiēter on⁹ impositū, qd' semel susceptū deponere nō licebat. De qua re ipse mihi sicut postulas satisfacio ꝓ te. Agnoscēs siquidē sapiæ meæ siccitatē, imo insipiētiæ meæ semp suspectā habēs temeritatē, cū nō fit quod fieri laudo, nec audeo nec debeo indignari, desiderās quēq; cōsulti⁹ agere quām à me accepit. Quoties uerò mea inia elīgit ac tenet, grauí fateor onere me p̄mi sentio: rei finē semp pauid⁹ & nūquā secur⁹ expectās. Videris tu tm̄ si cōsulte meū de hac re cōsiliū mutaueris. Viderint hi quoꝝ sanioꝝ, si quoꝝ tm̄, sup hoc fret⁹ es cōsilio, an rōnabiliter egeris. Viderint inquā si liceat xp̄ia no iniunctā sibi dimittere obediētiā ante mortē: cū xp̄s factus⁹ sit obediēs p̄ri usq; ad mortē. Etiā inqs, per licentiā, nā quæsiui eā ab ep̄o, & accepi. Bñ, lniam qdē q̄sisti, sed quo nō licebat, ac per hoc nō accepisti, sed extorsisti. Extorta aūt seu coacta lnia: lnia nō est, sed uiolētia. Q; ergo tua importunitate uict⁹ ep̄s fecit inuit⁹: nō fuit absoluere, sed abrūpere. Cōgratulor quidē tibi q sis exonerat⁹: sed uereor ne deus à te quātū in te est exhonorat⁹ sit. Cui⁹ proculdubio ordinationi resistis, dū promotus ab illo tute doceris. Q; si excusans paupertatis ptendis necessitatē, necessitas parit coronā. Si difficultatē, si impossibilitatē: oīa possibilia sunt credenti. Sed rnde qd' ueri⁹ est: quia, s. placuit tibi magis quies tua, quàm utilitas aliena. Nec mirum. Placet fateor & mihi q hæc qes placeat tibi, si tm̄ nō nimis. Quod cunq; autē bonum ita placet, ut si recte fieri nō possit, placeat tm̄ fieri eo modo quo fas non est, nimis est. Ac per hoc iā qa bn̄ nō fit, nō est bonū. Scriptū est em̄: Si recte offers, & non recte diuidis, peccasti. Aut ergo oportuit te gregē dn̄icum mīnime seruādū suscipere, aut susceptū nequaquā relinq̄re, iuxta illud: Alligatus es uxori, noli q̄rere solutionem. Sed ad qd nitor his rōcinationibus: Nunquid suadeo tibi redire ad on⁹ regiminis, cū iā nō pateat locus recuperatiōis? Aut desperare te intēdo: quasi q te talis ligaueris culpa, quā iā soluere non possis? Absit. Sed tm̄ nolo te illud tāquā nullū uel paruū malū negligere: imo semp timere, semp pœnitere, semp securū nō ē, sicut scriptū est. Beat⁹ hō q semp est pauidus. Vides certē quē timorē tibi procurare nitor: nō q tibi sit laqueus desperatiōis: sed q spē acqrat bītudinis. Est siquidē timor inutilis, tristis, crudelis, q uenīā qa nō q̄rit, nō cōsequit. Est siqdē timor p⁹, humilis, fructuosus: q cuilibet quātūlibet pctōri facile misereri cordiā ꝓmeret. Talis timor generat, nutrit, & seruat hūilitatē, sed māsuetudinē, sed patiētiā, sed lōganimitatē. Quē nō delectat tā īclyta ples? Alteri⁹ uerò misera sobolis est pertinacia, immoderata tristitia, rācor, horror, cōtēpt⁹ & desperatio. Nō hoc ergo, q despationē: sed illo q generat spē, timēs ne nō timeres uel parū timeres, tuā tibi culpam sic rememorādā esse putaui. Est etiā adhuc q magis timeo tibi: ne fortè sicut de qbusdā scriptū est q lætant cū male fecerint, & exultāt in reb⁹ pessimis. Tu q̄q decept⁹, nō solū hoc putes culpā non esse, sed insup (qd' absit) in corde tuo gl'ieris te magnū aliqd, & quod à paucis solet fieri, fecisse: dū q emācipatus etiā aliis ꝑeras, cōrenēs prælationē rursus subdi ꝑlato maluerís. Falsa hūilitas uerā inducis superbiā in cor talia cogitātis. Quid nāq; superbi⁹ quàm spōtaneæ & tāquā liberæ ascribere uolūtati: qd' uel cogit necessitatis uis, uel pusillanimitatis infirmitas? Q; si nec labore uict⁹, nec necessitate cōpulsus, sed uolēs hoc fecisti, nihil hoc q̄q superbi⁹. Dei ꝓppe cōsilio tuū ꝑtulisti, magis eligēs tibi gescere, quàm ei⁹ opi deseruire, ad qd' te ipse ali sumpserat. Si ergo unde deū cōtēpsisti, ide ad maiorē ei⁹ gl'iaris cōtēptū: nō est bona gl'iatio tua. Sed caue gl'iationē, tolle & securitatē, quatenus utiliter semp solicitus sis, semp humiliter pauid⁹: nō illo. s. timore q sicut iā dixi procurat iram, sed illo qui mitigat. Qui horribilis timor iudicij q̄n terrēdo tuū pulsauerit animū, tacite suggerēs tuū obsequiū deo esse non posse acceptū, & q tua sit infructuosa pnīa, qa uidelicet unde de⁹ à te offensus est, ꝑ te emēdari nō pōt: ne ad momentū quidē recipias, sed fideliter rīdet & dic: Male qdē egi, sed factū ē, & iā nō pōt nō fieri. Quis scit si hoc mihi de⁹ expedire ꝓuiderit: & de malo meo ipse q est bon⁹: bonū mihi opari uoluerit? Malū ergo puniat qd' ego feci: bonū aūt maneat qd' ipse prouidit. Nr̄is quippe inordinatis seu uolūtatib⁹ seu actionibus nouit bonitas dei uti semp qdē recte in suī ordinis pulchritudinē: sed etiā pie in nostrā utilitatē. O clementissima circa filios adā diuinæ pietatis recordatio: q̄ sua non desinit largiri bñficia nō solū ubi nullū inuenit meritū, sed plerūq; etiā ubi totū uidet cōtrariū. Sed ad te redeam⁹. Secūdū ergo duos timores q supra distincti sunt, uolo te timere & nō timere, p̄sumere & nō p̄sumere. Timere ut pœniteas: nō timere ut p̄sumas. Porrò p̄sumere ne diffidas: non p̄sumere ne torpescas. Agnosce frater quātū de te cōfisus sum, q te tā acriter increpare, tuū fastū nec mihi satis ꝓbatū tā audaciter diudicare nō dubitauerim: cū id forsitā rōnabiliter à te actū fuerit, quàm mihi hucusq; notū sit. Neq; enim tu in tuis lris fortasse rōnes illas qb⁹ excusari posset hoc factum, ponere uoluisti: uel propter tuā humilitatē, uel propter literarū breuitatē. De re ergo quā plenè non nouī,

suspensam

ſuſpẽſam relinquẽs ſententiã,unũ quod feciſti irretracta-
biliter laudo:q̃ uidelicet depoſito iugo regiminis:ſine iu
go tñ eſſe noluiſti:ſed amicam repetens diſciplinã,de ma-
giſtro fieri denuo diſcipul⁹ nõ erubuiſti.Nã cũ paſtorali
uinculo ſolut⁹,poſſes tui remanere iuris(ſiquidẽ ꝓmotio
abbatis,emancipatio filij eſt) tu tñ hac poteſtate tui non
utens ſicut alius dñari renueras: ſic tibi q̃ꝫ præeſſe timui
ſti:quiq; ut magiſter eſſes aliorũ,minus te iudicabas ido
neũ:nec te quidẽ tibi credens,tuus fieri diſcipul⁹ contẽ-
pſiſti.Et merito:qa qui ſe magiſtrũ ſibi conſtituit:ſtulto ſe
diſcipulum ſubdit.Et quidẽ qd alij de ſe ſentiant,ignoro:
ego de me expertus ſum quod dico:& facilius imperare,
& ſecuri⁹ poſſum præeſſe alijs multis,quàm ſoli mihi.Pru
dens ergo humilitas,humiliſq̃ prudentia fuit,q̃ nequa-
quam credens ad ſalutem te poſſe ſufficere tibi,alieno po
tius arbitrio deinceps uiuere propoſuiſti.Laudo etiã q̃
nõ nouũ uel magiſtrũ uel locũ requiſiſti:ſed ad clauſtrum
de quo exieras,& ad patrẽ ſub quo ꝓfeceras,familiariter
rediſti.Rectius qppe fuit ut dom⁹ q̃ te nutrierat,ſed ꝓ fra
terna charitate dimiſerat,exoccupatũ reciperet,quàm de
eius deſolatiõe aliena gauderet.Qd tñ in hoc epi licẽtiã
non habueris:nolo ut negligenter ducas:ſed aut p te aut
per mediã perſonã quantum in te eſt ſatisfacere non diffẽ
ras.Poſt hæc cõuerſare ſimpliciter inter fratres,deuotus
deo,magiſtro ſubdit⁹,ſenioribus obediẽs,iuniorib⁹ cõ
temperans,angelis placens,uerbo utilis,humilis corde,
manſuetus ad oẽs. Caue aũt ne qa olim in honore poſit⁹
fuiſti,etiã nunc te putes præ cæteris honorandũ: ſed ma-
gis humilem oĩbus exhibeas tãquã de cæteris unũ. Nec
eñ dignũ eſt ut inde exigas honorem,unde refugis labo
rem.Poteſt hinc etiã naſci aliud periculũ ad qd te ꝑmoni
tum & præmunitũ eſſe uolo.Nam ſicut oẽs ita mutabiles
ſumus,ut plerũq; quod heri uolebamus,hodie recuſem⁹:
& qd hodie nolumus,cras deſideremus:ſic q̃nq; diabolo
ſuggerẽte poterit cõtingere,ut ex memoria relicti hono-
ris,tuũ animũ pulſet cupiditas:ita ut oĩa quæ uiriliter cõ
tempſiſti,pueriliter deſiderare incipias. Dulceſcent ani-
mo quæ prius amara fuerunt,ſublimitas loci,domus cu-
ra,rerũ diſpenſatio,obſequia famulorum,libertas tui,po-
teſtas in alios:intñ ut ꝓpe reliquiſſe te pœniteat qd pri⁹
tenere grauabat.Cui peſſimæ tentationi ſi uel ad horam
(qd abſit) aſſenſum præbueris:non mediocre dammũ in-
curres tuæ conuerſationis.En tota illius elegantiſſimi &
eloquẽtiſſimi doctoris ſapientia,à quo doceri de tam lon
ginquo poſtulaſti. En illud expectatũ ac deſideratum eu-
logiũ:qd audire tantopere ſtuduiſti.Hæc ſumma noſtræ
eruditiõis.An adhuc aliqd magnũ expectas? Totũ audi-
3.Reg.17. ſti.Quid amplius regris? exhauſtus eſt fons & tu quæris
aquã in ſicco? Exẽplo illius euãgelicæ uiduæ:de pauper-
tate mea totũ quod habui miſi.Quid uerecũdaris? Quid
uultum demittis? Tu me coegiſti,ſermonẽ quæſiſti,ſermo
nem habes.Sermonem inquam habes iam ſatis longum,
ſed mutum,uerbis plenum,ſenſibus uacuũ: nõ quo ut pe
tieras in corde tuo charitas ordinet:ſed quo mea inſcien
tia publicetur.Nam unde iã poterit excuſari? Poſſem for-
ſitan dicere q̃ febre tertiana laborans,q̃ pro officio meo
Eccli.38. curis occupatus hæc dictauerim:cum ſcriptum ſit:Sapiẽ-
tiam ſcribe in ocio.Sed hæc recte prætenderem ſi grande
aliquod atq; operoſum op⁹ aggreſſus fuiſſem.Nunc autẽ
in tantillo opuſculo ut occaſionibus me non excuſem:ni-
hil horũ certius prætẽdere poſſum,quàm(ut ſæpe iam di
xi) ſcientiæ paupertatẽ.Sed habeo nonnullam meæ con-
fuſionis conſolationem. Nam etſi non feci ut petieras: ſi
non miſi quod ſperaueras,agnoſcis certè quia uolui.Suf-
ficiet autem uoluntas:ubi deeſſe uides facultatem explen
di.Denicq; & ſi tibi nullam conferat utilitatem: uel mihi
proficiet ad humilitatem.Sultus quippe dum non loqui
tur,ſapiens putatur.Nam quod non loquitur,nõ ſenſus
inopia,ſed humilitatis eſſe cuſtodia creditur. Ego itaq; ſi
adhuc ſiluiſſem,ſapiens dicerer: ſed nõ eſſem. Nunc autẽ
alij inſipientem me ridebunt: alij ſubſannabunt idiotam:
alij præſumptori indignabũtur. Putáſne paruũ hoc mihi
conferat religionis emolumẽtum: cum humilitas ad quã
utiq; ducit humiliatio,totius ſit ſpiritualis fabricæ funda
mẽtum.Siqdẽ humiliatio uia eſt ad humilitatẽ:ſicut patiẽ-
tia ad pacẽ:ſicut lectio ad ſcientiam. Si uirtutẽ appetis hu
militatis:uiã non refugias humiliationis. Nam ſi nõ pate
ris humiliari,non poteris ad humilitatẽ prouehi.Prodeſt
itaq; mihi meã inſipientiã ſciri,& à ſcientibus iure cõfun-
di:cui ſæpe cõtigit à neſcientibus iniuſte laudari. Terret
me apls:q & ipſe territus dicit:Parco aũt, ne qs me exiſti-
met ſupra id qd uidet in me,aut audit aliqd ex me. Quàm
pulchre dixit,parco.Non parcit ſibi arrogans,nõ parcit
ſibi ſuperbus,nõ cupidus uanæ gloriæ,& iactator actuũ
ſuorũ:qui uel ſibi arrogat qd eſt, uel mẽtit de ſe quod nõ
eſt.Solus q uerè humilis eſt,parcit aĩæ ſuæ:q ne putet qd
nõ eſt,ſemp quãtũ in ſe eſt uult neſciri qd eſt. Grande re-
uera periculũ,audire quenquã de ſe,ſupra quàm ſentit in
ſe.Quis dabit mihi apud hoies tãtum de ueris digne hu-
miliari:quãtũ uel de falſis datũ eſt indigne exaltari? Illam
mihi uocẽ ꝓphetica iure aſſumerẽ: Exaltat⁹ aũt,hũiliat⁹ Pſal.87.
ſum,& cõturbat⁹.Et illud:Ludã,& uilior fiã.Ludã.ſ.ut il- 2.Reg.6.
ludar.Bonus lud⁹ quo michol iraſcit:& de⁹ delectat. Bo-
nus ludus q hoib⁹ qdẽ ridiculũ,ſed angelis pulcherrimũ
ſpectaculũ pbet.Bon⁹ inquã ludus quo efficimur oppro-
briũ abũdantib⁹,& deſpectio ſupbis.Nã reuera qd aliud
ſecularib⁹ quàm ludere uidemur:cũ quod ipſi appetũt in
hoc ſeculo,nos p cõtrariũ fugim⁹:& qd ipſi fugiunt:nos
appetim⁹? More.ſ.ioculatorũ & ſaltatorũ: q capite miſſo
deorſum,pedibusq; ſurſum erectis, præter humanũ uſum
ſtant manib⁹ uel incedũt:& ſic in ſe oĩm oculos defigunt.
Nõ eſt hic lud⁹ puerilis,nõ eſt de theatro:q fœminеis fœ-
diſq; amfractibus prouocet libidinem: actus ſordidos re
præſentet.Sed eſt ludus iocundus,honeſtus, grauis, ſpe-
ctabilis:qui cæleſtium ſpectatorũ delectare poſſit aſpectus.
Hoc caſto & religioſo ludo ludebat q dicebat: Spectacu- 1.Cor.3.
lũ facti ſumus angelis & hominibus. Hoc ludo & nos in-
terim ludamus ut illudamur,confundamur,humiliemur:
donec ueniat qui potentes deponit:& exaltat humiles:q
nos lætificet,glorificet,in æternum exaltet.

¶ Ad eundem. Epiſtola. LXXXVIII.

OMitto nũc imperitiã meã, taceo ꝓfeſſionis hu-
militatẽ,ſeu humilitatis ꝓfeſſionẽ: nec iã optã-
do uel loci uel noĩs mei non dico abiectionem
ſed mediocritatẽ:qa quicqd tale dixero,tu hoc
non neceſſariã excuſationẽ: ſed dilatoriã occaſionẽ noĩa
bis.Qui meam ut mihi uidebatur iuſtam uerecundiã pro
tuo libitu nũc indiſcretionẽ,nunc falſam humilitatẽ, nũc
etiam ueram ſuperbiam interpretaris.Horum itaq; quia
tibi in dubiũ uenire pñt,nihil aſſero.Illud aũt ſimpliciter
tuæ dilectioni intimo,qd indubitãter te credere uolo: to
to.ſ.hoc tpe ex quo tuus nũtius, nõ is ſed alius receſſit à
me,nullũ mihi oĩno fuiſſe ociũ ad id quod poſcis idoneũ,
tũ propter dierũ malitiã,tũ ꝓpter noctiũ breuitatẽ. Sed
& nũc quoq; ita me nouiſſimæ tuæ lræ occupatiſſimũ in-
uenerunt:ut ipſas etiam occupationũ cauſas pro mei ex-
cuſatione longum fuerit mihi ſcribere tibi.Vix quippe il
las tuas inter prãdẽdũ (nã illa hora mihi primũ reddit æ
ſunt) perlegere potui. Vix has meas quantulaſcunq; fur
tim,raptim,anticipatis horis, breuiter ſuccinctecq; reſcri-
pſi.Quarũ quidẽ breuitatẽ an æquo aĩo feras,tu uideris.
Ego eñ(ut uerũ fatear) ꝓpter te mi Ogeri ipſis curis meis
cõpellor iraſci:quãquã in his,teſte conſciẽtia,ſoli chari-
tati cupiã deſeruire. Cui⁹ profectò imperio qa ſapiẽtibus
& inſipiẽtibus debitor ſum: ipſa ſola facere potuit ut nec
dum tibi potuerim ſatisfacere.Quid ergo? Charitas tibi
denegat quod tu petis ex charitate? Petiſti, q̃ſiſti, pulſa-
ſti:& charitas te fruſtrata eſt? Quid mihi indignaris? Si
uis,ſi audes:iraſcere charitati.De qua nãq; præſumis im-
petrare quod poſtulas:ipſa prohibẽte fit ne impetres.Ec-
ce iam longũ cauſatur ſermonẽ: & tibi indignatur qui
cogis. Non quòd ſibi diſplicеat zelus quo id facis, qppe

Universidad de Deusto
Biblioteca

quē & ipſa donauit tibi: ſed uult te illum habere ſecundū ſcientiā, ut cautus ſis maiora minoribus nō impedire. Vides quàm inuit⁹ auellor à lōgiori epiſtola: dū ductus dele ctatiōe tibi colloquēdi, & deſiderio ſatisfaciēdi dñe charitati moleſtus fio, qua iā dudū imperāte finē fieri, necdū tacebo? O quàm lata ī tuis literis patet materia rñdēdi. Q; ſi digne licuiſſet ut libuiſſet: & tibi forſitā ſatis eſſet & mihi. Sed q̄ aliud præcipit, dña eſt, imo dñs eſt. Deus enim charitas eſt: & ſatis agit pro imperio quaten⁹ debeam potius obtēperare ſibi quàm uel mihi uel tibi. Et qm̄ oportet charitati deo magis obedire quàm hoīb⁹: nolēs dolensq; nō quidē nego quod poſtulas, ſed interim differo: ne dū tuæ cupio humiliter ſatisfacere uolūtati: ſub p̄textu falſæ humilitatis per uerā ſupbiā, arcē tantæ poteſtatis q̄ te quoq; ueraciter atteſtante etiā angelis imperantē cælis, terren⁹ uermicul⁹ in terris uidear impugnare. Libellū quē requiris, ipſe quoq; antequā tuus nūtius ad nos ueniret, ab eo cui cōmendauerā requiſiui: ſed necdū recepi. Dabo autē operā, ut uel cū ueneris, ſi tm̄ unquā aliqn̄ veneris: illū inueniās, uideas, & legas: nō autē tranſcribas. Nam illū aliū quē te ſignificas tranſcripſiſſe, ego quidē legēdū tibi miſeram, non tranſcribendum: uideris tu qua uel quorū utilitate tranſcripſeris. Q; aūt te mittēte eum nunc habet abbas de ſcto theodorico: ego quidē non iuſſeram, nec tm̄ diſplicet mihi. Vt qd enim libellus meus oculos eius formidaret: cui ſe uidēdū animus, quoq; meus totū ſi poſſet expanderet? Sed heu in quāta ſermonis anguſtia mentio ſe ingeſſit de tali uiro, ne liceat (ut dignū erat) in tā dulciſſima nobis memoria aliquādiu īmorari, qn̄ iāiamq; deſiderat epla finem. Obſecro te ne graueris opportunitatē q̄rere, quō ad eū pergas: prædictū quoq; opuſculū nō priuſ cuiquā ſcribendū uel legendū exponas: quàm cū eo totū peruideas: pariterq; conferatis, & corrigatis q̄ corrigēda ſunt: ut in ore duoꝝ teſtiū ſtet omne uerbū. Et tunc demū an paſſim cuilibet, an paucis tm̄: an uel cuiquam, an fortè etiā nulli expediat demonſtrari: & ſi illa p̄fatiūcula quam de nr̄is aliis literis tu eidem coaptaſti, apte ſedeat: an uerò aptior q̄ri debeat: ueſtro utriuſq; iudicio derelinquo. Sed iā penè mihi exciderat qd' in principio epl'e tuæ q̄ſtus es: q; te arguerim mēdacij. Hoc aliquādo me locutum fuiſſe: nō ſatis recolo. Si qd tm̄ fuerit, nā magis me oblitū quàm tuū nuntiū mentitū eſſe crediderim) iocādo poti⁹ quàm ſerio dictū fuiſſe nō dubites. Ego ne leuitate te uſum putauerim: aut apud te eſſe eſt & non? Abſit à me hæc ſuſpicio de te: q iugo ueritatis btūs quod portas ab adoleſcentia: laſciuos annos morū ſuperas grauitate. Nec tam ſimplex ſum, ut ſimplicem oris prolationem ſine cordis duplicitate mendacij putem: nec tam incurioſus tui ut oblitus ſim: uel quod ſamdudū cōceperis in affectu: uel quid ab effectu impediérit.

¶ *Ad eundem.* *Epiſtola.* LXXXIX.

INdignaris forſitan, uel tēperantius dicam, miraris q; pro longiori epiſtola quam à nobis ſperaueras: tam breuē chartulā receperis. Sed memento iuxta uirū ſapientē: oia ſub cælo tp̄s habere: & tp̄s quidē loquendi, & tēpus eſſe tacendi. Qn̄ aūt ſuū tp̄s ſilētium habebit: ſi hos etiā ſacros dies quadrageſimæ, nr̄a ſibi uendicat cōfabulatio. Eaq; ipſa tanto occupatior quāto laborioſior, dum non quidē præſentes alter utrū dicere ualemus q̄ uolumus: ſed abſentibus neceſſe eſt nobis inuicē diligēter dictare, q̄ uel petimus abinuicē uel petimur. Dum uerò abſens cogito, dictito, ſcriptito, mittoq; qd' p̄ſens legas: rogo ubi ociū, ubi ſilentiū quies? Sed hæc, inges, oia facere potes in ſilentio! Mirū ſi ex ſnia hoc rñdeas. Quant⁹ enim tumultus eſt in mēte dictantiū, ubi multitudo p̄ſtrepit dictionū: ubi orationū uarietas, & diuerſitas ſenſuū cōcurrit. Vbi ſæpe reſpuitur qd' occurrit, & requirit qd' excidit. Vbi qd pulchrius ſm literā, qd cōſequētius iuxta ſententiā, quid plani⁹ propter intelligentiā, qd utilius ad cōſciētiā: qd denicq; cui, uel poſt uel ante ponatur, intentiſſime attēditur: multaq; alia quæ à doctis in hmōi curioſius obſeruant? Et tu in hoc mihi dicis eſſe quietē? tu hoc, etiā ſi lingua ſileat, ſilentiū noīabis? Quā quā non ſolū tēporis ſed nec meæ profeſſionis eſt huic rei operā dare quā poſtulas: nec poſſibilitatis adimplere quę optas. Siquidē uel monachi qd' ē uideor, uel p̄ctoris qd' ſum, officiū nō eſt docere, ſed lugere. Indoctus q̄q; (qd' & uere me fateor eſſe) ſi p̄ſumat docere qd' neſcit, nihil indoctius agit. Docere itaq; nec indocto eſt in p̄optu, nec monacho in auſu, nec pœnitēti in affectu. Sed & propter hoc elongaui fugiēs & maneo in ſolitudine: & cū pphēta pro posui cuſtodire uias meas, ut nō delinquā in lingua mea: qm̄ iuxta eūdē pphētā: Vir linguoſus nō dirigēt ſup terrā, & ſm aliā ſcripturā, mors & uita in manib⁹ linguæ. Silentiū aūt dicēte eſaia: cult⁹ iuſtitiæ eſt: Et bonū eſt (ut docet hieremias) expectare ſalutare dei cū ſilētio. Ad hūcego iuſtitiæ cultū: ad hāc oīm uirtutū matrē, nutricē, cuſtodē: ne penitus uidear negare qd' petiſti: & te & q̄cunq; tui ſimiles, p̄ficere cupiūt in uirtutib⁹, inuito & prouocoreſi nō uerbo doſtrinæ, certè mei ſilentij exemplo: ut uel ſilendo doceā te ſilere, qui loquēdo cōpellis me docere qd' neſcio. Sed qd ego facio? Mirum ſi nō rides q; ego q multiloquiū tātopere dānare uideor, in tā multa uerba tā loquaciter iā progredior, & dū cupio tibi cōmēdare ſilētiū, contra ſilētiū p multiloquiū pugno. Vuerricū nr̄m de cuius cōuerſatione & pœnitētia conſolari deſideras: quātū ex fructib⁹ ejus perpēdim⁹, noueris deo digne cōuerſari, dignoſcq; pnīæ facere fructū. Libellū aūt quē à me exigis: ponēs me mō nō habeo. Quidā eū amicus noſter codē zelo quo tu flagitas, diu eſt q; apud ſe illū detinet. Sed ne meæ benignitatis petitionē abire patiar oīno fruſtratā, alium nuper à me editū in laudib⁹ uirginis matris, tibi trāſmitto. Quē, qa eius exēplar non teneo, rogo ut quācitius ad me remittas: uel ſi maturius aduenerīs, ipſe deferas tecū.

¶ *Ad eundem.* *Epiſtola.* XC.

BReues breuiſb⁹ reddidi literas, occaſionē utiq; breuiter reſcribēdi, de tuarū breuitate libēter accipiens. Et uerè quid iuuat ueras, & ut uerāciter loq̄ris, æternas amicitias uanis atq; tranſitorijs iactitare uerbulis? Quantalibet uerſuum diuerſitate, uerborū multiplicitate, ſcriptorum uarietate tui mihi charitatem oſtentare ſeu commendare coneris: minus certè ſentio te exprimere quàm diligis. Idemq; tu de me ſentiendo non falleris. Cum tuæ literæ in manus noſtras uenerunt: te in corde noſtro qui eas miſeras inuenerunt. Has quoq; noſtras nec me ſine te ſcribere certus ſum: nec te ſine me confido lecturū. Laboramus quidem uterq; ad alterutrum ſcriptitādo, alterius fatigantur & nuntij ad alterum ſcripta portando: ſed nunquid ſpiritus granantur amādo? Ceſſent igitur quæ abſq; labore nō poſſunt actitari: & illud frequēteretur quod quāto attentius fatagitur, tanto minus conſtat laborari. Quieſcant inquam à dictando ingenia: labia à confabulando: à ſcribendo digiti: à diſcurrendo nuntij: non autem quieſcant corda die ac nocte meditari in lege domini, quæ eſt charitas. A quo negocio quanto quietiores ſumus, tanto minus quieſcim⁹: quanto occupatiores ſumus in illo, tanto nos quietiores ſentimus ex illo. Amemus & amemur in altero nobis: in altero noſtris conſulentes. Nam quos amamus, in ipſis præſcitò requieſcimus. A quibus autem amamur: ipſis nos in nobis requiem paramus. Porrò amare in deo, charitatem habere eſt. Studere uerò ppter deum amari charitati ſeruire eſt. Sed qd ego facio? Ego pmiſſor breuitatis: iā tenebor prolixitatis exhibitor. Si de fratre Vuerrico deſideras, imo quia deſideras ſcire: ſic currit non quaſi in incertum, ſic pugnat nō quaſi aerē uerberans, Sed quoniā ſcit neq; pugnātis eſſe neq; currētis, ſed miſerentis dei: ipſum rogat à te orari pro ſe, quatenus qui iam donauit ei & pugnare & currere, det & uicere & puenire. Abbatē ueſtrū mihi non tm̄ propter te, ſed & ppter ſuā bonam famā chariſſimum corde meo & ore tuo ſaluto: gratantiſſime cum uiſurus illo & tēpore & loco quo promiſiſti. Notifico etiā tibi

rbiq; & nūc pauli ſp̄ aggrauata manu dñi ſup me: impulſus cuerſus ſum ut caderē: ita ut ſecuri ad radicē ifructuoſe arboris corpis mei apposita: iāiāq; ſuccidi metuerē: cū ecce ruis cæterorumq; amicoꝝ nr̄oꝝ oroníb⁹ & hac uice pi⁹ dñs pepercit mihi: ſub ſpe tñ pmiſſi fructus in futuro.

¶ *Ad abbates ſueſſione cōgregatos.* Epiſtola. XCI.

Scueredis abbatib⁹ apud Sueſſionē in noīe dñi cōgregatis, ſeruus ſctitatis coꝝ frater Bernardus abbas dict⁹ de claraualle: q̄ recta ſunt uidere, cōſtituere & tenere. ¶ Iraſcor occupatiōib⁹ meis, qb⁹ impedior intereſſe cōuētui uestro, corpe tñ dūtaxat. Nā ſpiñ nec ſpatia terrarū nec turba curarū abſentare queunt: qppe orantē pro uobis, cōgratulātē uobis, atq; in uobis, quieſcentē. Nō me inquā ſctōrū pōt carere cōuent⁹: nec loci corpisue diſtātia priuat prorſus à conſilio iuſtoꝝ & cōgregatiōe. Illo p̄ſertim cōſilio in quo non hoīm traditiones obſtinati⁹ defenſant, aut ſuperſtitioſi⁹ obſeruant: ſed diligēter humiliterq; inquirit quæ ſit uoluntas dei bona, & bñplacēs, & perfecta. Illuc toto deſiderio feror, deuotione immoror, cōdelector amore, inhæreo cōſenſu, æmulatiōe pſisto. Ne ergo inuacuū uos (qd̄ abſit) cōueniſſe ſubſannēt qui dicūt uobis euge euge: cōtēdite obſecro bonas facere uias uestras & ſtudia uestra, q̄ proſectō nimis bona eſſe non p̄nt. Eſto q; poſſis nimiū fortaſſis eſſe iuſt⁹, poſſis & nimiū ſapiēs: ſed planè bon⁹ ultra modū eſſe nō potes. Et qdē lego: Noli eſſe nimiū iuſt⁹. Lego: Nō pl⁹ ſapere quàm oportet ſapere. Numqd aūt aut ne ſis nimiū bon⁹: aut nō pl⁹ bonus quàm oportet: Nemo eſſe bon⁹ pluſquā oportet pōt. Bonus erat iā paul⁹: & tñ nequaquā cōtētus, libēter ſe ad ea q̄ ante ſe ſunt extēdebat, poſteriora obliuiſcēs, & ſeipſo ſemp melior effici ſtudens. Solus deus melior ſeipſo eſſe idcirco nō uult, qa nō ualet. Recedāt à me & à uobis qui dicūt: nolumus eſſe meliores quàm patres nr̄i, tepidorū & diſſolutorū ſe filios pteſtantes. Quorū memoria in maledictiōe eſt, qa māducauerūt uuas acerbas, qb⁹ dētes filioꝝ obſtupuerūt. Aut ſi ſanctis & bonæ memoriæ patrib⁹ gloriātur: imitētur certè ſanctitatē, quorū indulgentias diſpēſationesq; pro lege defen-
3 Reg. 19. dunt. Quanquā ſctūs helias non ſum, inqt, melior quàm patres mei: & non dixit ſe nolle patribus eſſe meliorem. Vidit iacob in ſcala angelos aſcendentes & deſcendētes. Numqd ſtantē quempiā ſiue ſedentem? Nō eſt ſtare oīno in pēdulo fragilis ſcalæ: neq; in incerto huius mortalis uitæ quicquam in codē ſtatu permanet. Non habemus hic manentē ciuitatē: nec futurā adhuc poſſidemus, ſed inquirimus. Aut aſcendas neceſſe eſt aut deſcendas. Si attentas ſtare, ruas neceſſe eſt. Miniſme p certo eſt bonus q melior eſſe nō uult. Et ubi incipis nolle fieri melior, ibi etiam deſinis eſſe bonus. Recedāt etiā à me & à uobis q dicunt bonum malū, & malū bonū. Qui dicūt cultū iuſtitiæ malū: quod nam bonū reputaturi ſunt? Vnū uerbū olim locutus eſt dñs, & phariſæi ſcandalizati ſunt. At nouos nunc phariſæos non uerbū ſed ſilentiū ſcandalizat. In hoc uno certè aduertitis q occaſionē quærunt aduerſum uos. Sed ſinite illos. Cæci ſunt, & duces cæcoꝝ. Intēdite ſaluti paruulorū, nō murmuri maleuolorū. Non ualde illorū uobis curandum eſt ſcandalum: qui non ſanantur niſi uos infirmemini. Sed nec ut uestris ipſis oīa oībus placeant, q̄ ſtatuitis expectandū. Alioquin aut nullū aut rarum bonum conſtituitis. Satius uerò ipſorum profectib⁹, quàm uolūtatibus prouidetis. Fideliuscq; inuitos trahitis ad deum, quàm deſideriis cordis eorū relinquitis. Commendo me ſanctis orationíbus uestris.

¶ *Ad Henricum regem Anglorum.*
Epiſtola. XCII.

Enrico illuſtri Anglorum regi, Bernardus abbas dictus de claraualle, cælorum regi de terreno regno ſeruire fideliter, & humiliter obedire. ¶ In terra uestra tenetur præda dñi mei atq; uestri: & illa præda pro qua maluit mori quàm carere illa. Ego eam ſequi diſpoſui, & mittere de noſtra militia q in manu ualida ſi uobis non diſplicet, requirant, recūperent & reducāt. Et nūc hui⁹ rei gratia præmiſſi hos quos præſentes cernitis exploratores, qui eſſe rei indagent ſagaciter, renunciētq; fideliter. Aſſiſtite eis tanquam nūcijs domini uestri, & in ipſis feudum uestrum deſeruite. Ipſe uerò ad honorem ſuum, ad ſalutem uestrā, ad patriæ ſoſpitatem & pacem lætum uos & inclytum perducat in bonum ac placitum finem.

¶ *Ad Henricum Vuintonenſem epm.* Epla. XCIII.

Viro illuſtri dño Henrico dei gratia Vuintonēſi ep̄o. B. abbas dictus de claraualle, in dño ſalutem. ¶ Multorū iam relatione lætabūdus acceꝑi locum gratiæ non infimum humilitatem noſtram apud uestram celſitudinē obtinere. Non ſum meritus, ſed eo nō ingratus. Itaq; refero gratiam pro gra, etſi non condignam, certè quā poſſum. Nec uereor quantula ſit oblatam uel potius relatam à uobis ſperni, quam & amanter promereri & dignanter præuenire curaſtis. Verū modo plura ſcribere ſuperſedi: donec uestro, ſi dignū iudicatis, agnoſcā reſcripto qualiter pauca hæc accipiatis. Quæ autem reſcribere uel iniungere uerbo placuerit, abbati Ogerio bene cōmittere poteſtis, per quem & hæc noſtra recipitis. Pro quo etiam uestram excellentiam cōpellamus, quatenus & notum ex hoc habeat & commendatum, utpotè hominem honeſtate ſcientia religioneq; commendabilem.

¶ *Ad abbatē cuiuſdā monaſterij Eboracenſis unde exierat prior cum aliquantis fratribus.* Epla. XCIIII.

Conſiliū expetitis à me literis tranſmarinis, qd̄ utinā ab alio pot⁹ q̄ iſſetis. Coartor ſiqdem è duobus. Si enim non reſpondero, taciturnitas contemptū quodāmodo ſonare uidebitur. Reſpondere autem ſine periculo me poſſe non uideo, cū qcquid rñdero, neceſſe ſit aut ſcandalū cuipiā generare: aut reddere ſecuꝝ quēquā pl⁹ quàm oportet, aut certè in quo non oportet. Qz à uobis receſſerunt fratres uestri, nec noſtro nec noſtroꝝ factū eſt me ſciente conſilio uel hortatu. Credim⁹ aūt ex deo fuiſſe: qd̄ nec tātis potuit diſſolui conatibus. Credimus hoc idem & ipſos ſentire fratres, q noſtrum tantopere de ſcipſis cōſilū flagitant: credo remordente eos cōſcientia q; retro abierint. Alioquin beati ſunt (ſm apl̄m) ſi ſe nō iudicāt in eo quod probāt. Cæterū qd̄ *Rom. 14.* faciam ut interrogatus nec ſilendo nec reſpōdēdo moleſtus ſim cuiquā? Ita fortaſſis expediat, ſi miſero eos q me interrogant, ad doctiorē: & cuius reuerentior ſanctiorq; auctoritas ſit. Sanctus papa Gregorius in libro paſtorali: Quiſquis bonū maius ſubire, inquit, propoſuit: bonū minus qd̄ potuit ſibi illicitū fecit. Ad qd̄ probandū ſubijcit teſtimoniū de euangelio, dicens: Nemo mittens manum *Luca. 9.* ſuam ad aratrū, & reſpiciēs retro, aptus eſt regno cælorū. Et iſert. Qui igit̄ fortiori ſtudio intēderat, retro reſpicere cōuincit: ſi relictis bōis ampliorib⁹ ad minima retorquetur. Itē ipſe in homelia tertia ſup ezechielē. Sūt nōnulli q bona qdē q̄ nouerūt opant̄: atq; hæc operātes meliora deliberāt, ſed retractātes meliora q̄ deliberauerāt immutāt. Et qdē bona agūt q̄ cœperāt, ſed à melioríb⁹ q̄ deliberauerāt ſuccūbunt. Hi nimirū añ hūana iudicia ſtare uidentur in ope: ſed ante oīpotentis dei oculos cecidērūt in deliberatione. En ſpeculū. In hoc nō uultū natiuitatis, ſed factū reuerſionis ſuæ cōſiderēt, hic ſe diſcutiāt, hic ſe diiudicēt: cogitationíb⁹ ſuis accuſantibus ſiue defendētibus: & quidem apud ſpiritalē q omnia diiudicat, & ipſe à nemine iudicatur. Quid nā uerò maius aut minus, ſuperius an inferius, artius ſiue remiſſi⁹ ſit, quod uidelicet reliq̄rūt, an ad quòd redierūt: ego quidē haud temere diffinierim: ipſi uiderint. Et hoc illis Gregorius. Tibi uerò pater reuerende tā tuta certitudine quàm nuda ueritate ego dixerim: omnino nō expedire ſpiñ uelle extinguere. Noli, inqt, phibe *Prouc. 3.* re eum q pōt bñfacere, ſed ſi uales & ipſe benefac. Gloriari autem magis oportet in profectibus filiorum: qm̄ filius *Prou. 10.* ſapiens gloria eſt patris. Decætero nemo mihi moleſtus

Universidad de Deusto Biblioteca

ſit q̄ iuſtitiā dei nō abſcōdí ín corde meo: niſi q̄ mín⁹ for-
taſſe ob uítandum ſcandalum quàm debui díxi.

¶ Ad *archiep̄m Eboracenſem.* *Epiſtola.* XCV.

SPlendor operís, & opínionís odor bene ℭut cō
perí)ín gloría ueſtra conuenerūt. Opínionem
opus probat nec falſam fuiſſe nec uacuā: cū qđ
ante ſparſerat ubíq; uolās fama, ubíq; res ípſa fa
ciat manifeſtum. Qūo nūc maxíme claruít zelus iuſtitíæ,
emínuít & ínualuít ſacerdotalís uígor, ín defenſione uíde
licet pauperū, & pauperū quíbus non erat adíutor. Olím
quídē opera míſerícordíæ & eleemoſynas ueſtras enarra-
bat oís eccleſia ſanctoꝝ. Sed hoc uobís cōmune cū pluri-
bus, qppe quod à cūctís ſubſtantiā huí⁹ mundí habētíb⁹
exígitur. Verū hoc op⁹ ep̄ale, hoc paternæ pietatís tam
egregiū ſpecímen, híc uerè díuínus feruor quo pro tuen
dís ſuís pauperíbus, ílle proculdubío zelū ueſtrū accēdít
& accínxít, q facít angelos ſuos ſpíritus, & mínístros ſuos
& accínxít, q facít angelos ſuos ſpíritus, & mínístros ſuos
ígnē urentē: hoc totū ínquā ſpeciale acceſſít, ueſtræ dígní
tatís decus, ínſigne offícī, ornamentū coronæ. Alíud eſt
reficere uentrem eſurientís: & alíud ſanctā zelare pauper-
Iob. 5. tatē. Ibí eñ ſeruítur naturæ, híc gratíæ. Víſitabís, ínquít,
ſpeciem tuam & non peccabís. Ergo quí alienam carnē fo
uet: facit ne peccet: quí aūt alíenam ſanctítatem honorat,
fructíficat ſibí. Ideo aít: Deſudet eleemoſyna ín manu tua
Mat 10. donec uídeas iuſtum cuí des. Quo fructu? Quoníā quí re
cípít iuſtū ín nomíne iuſtí, mercedē iuſtí accípíet. Solua-
mus proínde naturæ debítū, ne peccemus: ſímus gratíæ
coadíutores, ut & partícipes fierí mereamur. Sanè utrūq;
íta ín uobís admíremur, ut utrunq; datum uobís dēſuper
fateamur, quatenus díuínís laudíbus æternalíter míſcea
tur quícquíd ex uobís temporalíter neceſſítatíb⁹ noſtrís
ímpendítur: merító reuerende & omní amorís ſyncerítа
te colende atq; amplectende pater.

¶ Ad *Ricardum Fontanenſem abbatem & ſocios eius.*
Epiſtola. XCVI.

QVāta audíuím⁹ & cognouím⁹, ea & fratres no-
ſtrí uterq; Gaufrídus annunclauerunt nobís
quēadmodū nouíter recaluíſtís ígne deí: con-
ualuíſtís de ínfirmítate, reflorueſtís ín nouítate
ſancta. Dígítus deí eſt íſte, ſubtílíter operās, ſuauíter reno
uans, ſalubríter mutās nō qđē de malís bonos, ſed de bo-
nís faciens meliores. Quís dabít míhí ut tranſeā & ut uí-
deam uíſionē hanc magnā? Nec eñ mínus míra mínúsue
íocunda íſta promotío eſt quàm ílla mutatío, níſi q̄ mul-
to facílí⁹ repías multos ſeculares cōuertí ad bonū: quàm
unū quempíam de religíoſís tranſíre ad melíus. Raríſſíma
auís ín terrís eſt, q de gradu quē fortè ín religíone ſemel
attígerít, uel parū aſcēdat. Veſtrū proíde dílectíſſímí tā ín
ſígne quàm ſalubre factū non ſolū nos q ſeruí ueſtræ ſctíta
tís eē pcupím⁹: ſed & unıuerſam merító lætíficat cíuítatē
deí: qppe quò rarí⁹ eò & charí⁹. Erat aūt & neceſſarīū ad
cautelā ꝓxímā defectuí mediocrítatē tranſcēdere, & declí
nare teporē, q deo uomítū ꝓuocat: ſed & ſic oportebat ꝓ-
pter cōſcíentíā. Profeſſís ſiqdē ſanctā regulā, an cítra eíus
puritatē ſiſtere gradū tutū ſit, ípſí ſenſíſtís. Dolēs doleo q̄
urgēte díeí malítía & nūcío feſtínante plenū affectū exílí
cogor deſignare ſtílo, & breuí chartula latā cōprehende
re charítatē. Sí qđ deeſt, frater, G. uíua uoce ſupplebít.

¶ Ad *ducem Conradum.* *Epiſtola.* XCVII.

OMnís poteſtas ab ípſo eſt cuí dícít prophetа:
Tua eſt potētía, tuū regnū dñe: tu es ſuper oēs
gentes. Hínc ergo dígnū duxí tuam ô ílluſtrís
príncepſ cōmonere excellentíam: quantum te
oporteat deferre terríbílí & eí quí aufert ſpīm príncípum.
Comes Gebenēſis, ut accepímus per os eíus, ad íuſtítíā ſe
obtulít & offert de omníb⁹ quæ te dícís habere aduerſus
eum. Sí ſuper hoc alíenā pergís ínuadere terrā, eccleſías
deſtruere: íncēdere domos, exulare pauperes, homícídía
perpetrare, & humanum fundere ſanguínem: non eſt du-
bíum quín grauíter írrítes aduerſum te patrem orphano
rum, & íudícem uíduarum. Eo certè írato nō expedít tíbí
dímícare ín quantalíbet multítudíne uel fortítudíne. Nī-
híl ením íntererít apud oīpotentē dñm ſabaoth, ín mul-
an ín paucís cuí uolet dare uíctorīā. Ipſe nímírū cum uo-
luít fecít, ut unus mílle, & duo fugarent decem mílía. Hanc
pauper ego, pauperum permot⁹ clamorībus, tuæ magnī-
ficentíæ ſcríbere uoluí, ſcíens tíbí honorificentíus humí-
líbus conſentíre: quàm hoſtíbus cedere. Non q̄ putē ho-
ſtem te fortíorem, ſed q̄ nouerím deum oīpotētem porē-
tíorē, quí ſuperbís reſíſtít humílibus dat gratíā. Hui⁹ rei
gratía tuam uír nobílís præſentíā adíſſem ſí licuíſſet. Nūc
aūt pro me hos de fratríb⁹ noſtrís deſtínare curauí, ſi fore-
tē ſuís & noſtrís precí bus à tua dígnatíone obtíneat uel
perfectam concordíam ſí fierí pōt, aut certè índucías uſq;
dum líceat nobís firmam quærere pacem: ad deí uolunta
tem, & honorem tuum, & patríæ ſalutem. Alíoquín ſí nec
oblatam íuſtítíam recípís, nec nos precātes reſpícís, ímo
deum ín nobís de tua te ſalute cōmonentem nō attendís,
uídeat ípſe & íudícet. Scímus autē q̄ merító formídamus
difficile poſſe congredí tantos exercítus abſq; utríuſque
partís grauíſſíma ſtrage.

¶ De *Macchabæis: ſed ad quem ſcripta ſit, ignoratur.*
Epiſtola. XCVIII.

QVod per fratrem Heſcelínū tua charítas à mea
paruítate quæſíuít, índe íā ad me ſcrípſerat Ful
co ſparnacenſís abbas. Cuí ego níl reſcrípſí uo
lens ſí quam fortè ſuper hoc reperíſſem patrī
ſententíam, ípſam potíus eí trāſmíttere, quàm nouum uel
noſtrum quíppíam reſpondere: qua non facile occurre-
te, íam quod ſentío ego ſic ínterím utríque reſpondeo, ut
quodcūq; fortè rationabílíus quílíbet ueſtrum ſuper eo-
dē quæſtíuncula q̄ñ uel legerít uel audíerít, uel certè ípſe
ſenſerít: mihí uícíſſím ímpartírí nō negligat. Quæris ítaq;
quídnam uíſum patríbus fuerít, ut ſolís ex omnibus ante-
quís íuſtís ſíngulárí quodam príuílegío macchabæis an-
nuam celebrítatē parí cum noſtrís martyrib⁹ uenératío-
ne decernerent ín eccleſía ſolemníter exhibendā. Sí díco-
ro dígnos merító martyrū gloría íudícatos, quíbus non
ímpar fuít ín martyrío uírt⁹, erít forſítan ſolutū cur ípſos,
ſed necdū planè cur ſolos, cum & alíos nōnullos ex nego-
tíbus parí conſtet zelo píetatís occubuíſſe, non tamē pa-
rí & trípudío recolí meruíſſe. Q; ſí íllís non ímmerító hu-
íuſcemodí negatur ſolēnís celebrítas, quía nímírū quod
præbuít uírtus, præríput tempus: cur non & eadem fuit
ín macchabæís cōſíderatío? Síqdē & ípſí pro tēpore non
ad cælí mox gaudía: ſed ad ínferní tenebras deſcēderunt:
ne tunc quíppe apparente prímogenító ex mortuís, qui
aperíret credentíbus regna cælorū, agno uídelícet de tri-
bu íuda quí aperít, & nemo claudít: ad cuíus ítroítū eī
omní auctorítate ſupernís poteſtatíbus díceretur. Tollí-
te portas prícípes ueſtras, & eleuamíní portæ æternales:
& ítroíbít rex gloríæ. Proínde ſí ícōgruū uídetur cum
gaudío recolere trāſítū quí gaudíj nō fuít: caueatur & ín
íſtís. Aut ſí íſtos ob ſuæ uírtutís merítum feſtíuo proſequí
fauore placet: cur nō ítídem deferetur & íllís? An dícēdū
eſt utroſq; qđē ín morte cōmunē habuíſſe cū martyribus
píetatís cauſam, ſed non etíā utroſq; pariter eandem cū il-
lís adeptos fuíſſe martyrīj formā? Vníuerſís nempe tā ue-
terís quàm nouí teſtamētí martyríbus æque cōuenít pro
íuſtítía occubuíſſe: ſed íntereſt q̄ íſtí paſſí ſunt quía íllam
tenebant, íllí quía non tenētes reprehendebāt. Iſtí q̄ eam
nō deſererent: íllí q̄ deſerētes períturos eſſe aſſererent. Et
ut breuíter totū ín quo dífferūt ꝓferam⁹, hos cultus, íllos
zelus íuſtítíæ martyres fecít. Soli ex ueterib⁹ macchabæí
ga nō ſolū cauſam ſed & formā (ut díxí) nouí martyrī te-
nuerūt, íure fortaſſe ín eccleſía cū nouís eccleſíæ martyri
bus eandem conſuetæ celebrítatís gloríam aſſecutí ſunt.
Inſtar quíppe martyrum noſtrorum líbare & ípſí dís alie-
nís, patríamq; deſerere legem, ímo mādata deí tranſgredí
cogebantur: renuebant, & moríebant. Non ſic eſaías, non
ſic zacharías, nō denīq; uel magnus ílle Ioannes baptíſta
ſta mortuus eſt: quorum prímus ſerra ſertur ſcíſſus fuíſſe,

secundus

ſecũdus inter templũ & altare legit occiſus, tertiꝰ in carcere decollatus. Si q̃rituꝛ à qbꝰ, ab iniuſtis & impijs. Si qua cauſa, pro iuſtitia & pietate. Si qũo, non tã eas cõfitendo quàm proponẽdo. Proponebãt ueritatẽ odientibꝰ eam: ueritas pariebat eis odiũ, & odium mortẽ. Licet iniuſti & impij, nõ tã in illis pietatẽ perſequebantur, quàm ſe repellebant: nec tã in illorũ iuſtitiã ferebant, quàm propriã tuebantur iniuſtitiã. Aliud eſt aliena inuadere: aliud defendere ſua. Non eſt idipſum nolle ſequi ueritatem, & perſequi: inuidere credentibꝰ, & increpantibꝰ indignari: obturare os confitentium, & redarguentiũ ſtimulos non ferre patienter. Deniq; miſit herodes & tenuit ioannẽ. Quã obrem? Quia xp̃m prædicabat: Quia uir bonꝰ erat & iuſtus? Imo propter hoc magis reuerebatur illũ, & audito eo multa faciebat. Sed qm̃ arguebat herodẽ ioannes: propter herodiadem uxorẽ philippi fratris ſui: ideò uinctus, ideò & decollatus eſt: paſſus quidem & ipſe pro ueritate: ſed quam zelare uideret, non negare cogeretur. Hinc eſt q̃ hæc ipſa tanti martyris paſſio, multorum etiã longe minorũ feſtiuitatibus minus feſtiue recolitur. Profectò ſi tali rõne & ordine paſſi fuiſſent macchabæi, ne ulla quidem fieret de eis mentio. Nũc aũt qm̃ ſimiles illos fecit martyribus xp̃ianis: non diſſimilis ueritatis cõfeſſio, merito eos ſimilis proſequitur & ueneratio. Nec moueat ſanè q̃ quẽadmodum martyres noĩatim & ipſi pro xp̃o minime paſſi ſunt, qa nõ intereſt ſiue ſub lege pro legalibus obſeruantijs: ſiue ſub gratia pro mandatis euangelicis quis patiat. Vterq; em̃ æque pro ueritate, ac per hoc p xp̃o, q̃ dixit: Ego ſum ueritas, pati cognoſcit. Itaq; plꝰ cõtulit macchabæis in hac parte martyrũ genꝰ, quàm uirtꝰ: qm̃ ne hos q̃dem ex patribꝰ, quos pari cõſtat uirtute illo in tpe pro iuſtitia decertaſſe, pari etiã honore cõcelebrat p̃ſens dũtaxat eccl'ia. Puto q̃ arbitret indignũ quãtũlibet laudabili morti q̃ xp̃i mortẽ p̃cederet, diẽ feſtũ impendere: p̃ſertim cũ ante illã ſalutiferã paſſionẽ, nõ feſtiua gaudia, ſed clauſtra tenebroſa quoſq; moriẽtes excíperent. Sanè macchabæos ideò (ut dictũ eſt) excipiendos iudicauit eccl'ia: qm̃ q̃ eis negabat tp̃s: cõtulit martyrũ genꝰ. Nec ſolũ ipſos, ſed & q̃ fortè uitæ iã in carne manifeſtatæ mortẽ ſua morte p̃uenerunt, ſiue moriẽtes in ipſa, ſicut ſymeon & Ioannes baptiſta: ſiue etiã pro ipſa, ſicut innocentes: quos alia rõne licet ad inferos & ipſi deſcẽderint, ritu nihilominus ſolẽni ueneramur. Et innocentes quidẽ qm̃ iniuſtũ, p̃fectò fuit innocentiã pro iuſtitia morientẽ ulla uel p̃ſenti gl'ia defraudari. Ioannes quoq; ſciens q̃ à diebus ſuis regnum cælorũ uim patitur, unde & clamat: Agite pœnitẽtiã, appropinquabit regnũ cælorũ: ſimulq; uidẽs uitã ſe protinus ſecuturã, mortẽ lætus excepit. Qđ utiq; ab ipſo dño moriturus ſciſcitari ſolicitꝰ fuit, ac certificari meruit. Nã cũ per diſcipulos eũ interrogaſſet: Tu es, inquens, q̃ uenturus es: an aliũ expectamus? poſt cnarrata plura miracula audiuit: Et beatꝰ qui non fuerit ſcãdalizatꝰ in me. In quo nimirũ uerbo ſignificauit ſe dñs moriturũ: & tali morte q̃ poſſet iudæis eſſe ſcandalũ: gentibus ſtultitia. Ad hanc uocẽ ſpõſi gaudẽs amicus ſponſi alacri aio p̃ceſſit: quo & illũ in proximo eſſe uenturũ, iã dubitare non potuit. Porrò qui lætus & tã lætus potuit mori: putauit & lætam ſibi memoriã promereri. Sed & ſenex ille tã plenus uirtutum quàm dierũ: morte iã propinqua uitam baiulans in manibus aiebat: Nũc dimittis ſeruũ tuũ dñe ſm uerbũ tuũ in pace: qa uiderũt oculi mei ſalutare tuũ. Acſi diceret. Securus deſcẽdo in carcerẽ, qui tã p̃ſto meã ſentio redemptionem. Et hic ergo qui cũ tã ſecura iocũditate, & iocũda ſecuritate moritꝰ: meritò in eccleſia celebrari cũ gaudio memoratur. Cæterũ illa qua rõne mors feſtiua reputabitur: quã nulla gaudioꝝ feſtiuitas comitat? Aut unde gaudiũ ſumeret moriturꝰ, q̃ ſe & ad ifernales deſcẽdere tenebras certus erat: nec certi quippiã ſecũ ferebat unde in p̃ximo de ſui liberatore cõſolaret? Inde eſt q̃ unus ſctorũ cũ audiret: Diſpone domui tuæ, qa moriẽris tu, & nõ uiues: cõuertit ſe ad parietẽ, & flenit fletu magno, atq; ita impetra uit exoſæ mortis aliquã dilationẽ. Hoc deniq; & miſeraboliter plãgebat dicens: In dimidio dierũ meorũ uadam ad portas inferi. Et paulò poſt: Nõ uidebo, inqt, dñm deũ in terra uiuẽtiũ: nõ aſpiciã hoĩem ultra, & habitatorẽ qetis. Hinc & alius qdã: Quis mihi hoc, ait, tribuat ut in iferno protegas me, & abſcõdas me donec p̃tranſeat furor tuus: & cõſtituas mihi tp̃s in quo recorderis mei? Iſrael quoq; ad filios aiebat: Deducetis canos meos cũ dolore ad inferos. Quid in his ſolẽnis lætitiæ: quid feſtiuæ celebritatis apparet? Nri aũt martyres cupiũt diſſolui, & eſſe cũ xp̃o: certi ubicũq; eſt corpꝰ, illo ſine mora cõgregatũ iri & aquilas. Mox inquã ibi exultant iuſti in conſpectu dei: & delectantur in lætitia. Ibi ibi benigniſſime ieſu: ibi ſtatim ut de hoc ſeculo nequã ſctũs q̃ſq; eripit, adimplet lætitia cũ uultu tuo. Una ibi uox iubilo reſonat ſempiterno, uox una exultatiõis & ſalutis in tabernaculis iuſtoꝝ. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo uenantiũ: laqueus cõtritꝰ eſt, & nos liberati ſumꝰ. Numqd hoc decãtare libebat apud inferos ſedentibꝰ in tenebris & umbra mortis: dũ non erat qui redimeret: neq; qui ſaluũ faceret: qm̃ nec dũ uiſitauerat nos oriẽs ex alto, primitiæ ſ. dormientium xp̃s? Merito igitur eccleſia q̃ gaudere cũ gaudẽtibꝰ, flere cũ flentibꝰ nouit: quos pares iudicat ex uirtute, diſcernit tm̃ ex tpe: nec pari putat p̃ſequendũ obſequio & tranſitũ ad uitã, & deſcẽſum ad inferos. Itaq; martyriũ facit cauſa, tp̃s genuſq; diſcernũt. Tempus qppe macchabæos à nouis martyribꝰ diſiungit, coniungit antiquis. Genus uerò nouis aggregat, ſegregat à ueteribus. Et hæ quidem in eccleſia p̃miſſis ex cauſis differentiæ obſeruantur. Cæterum apud deũ uniuerſo cœtui ſctorũ cõe eſt, qđ ſctũs ait pphe ta: Pretioſa in conſpectu dñi mors ſanctorum eius. Unde aũt pretioſam dixerit, exponat nobis: Cũ dederit, inqt, dilectis ſuis ſomnũ: ecce hæreditas dñi filij merces fructus uẽtris. Nec putemus ſolos martyres eſſe dilectos, cum recolamus dictũ de lazaro: Lazarus amicus noſter dormit. Deniq;: beati mortui: qui in dño moriũtur. Non ſoli qui pro dño ſicut martyres: ſed & qui in dño moriuntur ſicut cõfeſſores, profectò beati ſunt. Duæ proinde res mihi uidentur mortem facere pretioſam, uita, & cauſa: ſed amplior cauſa quàm uita. Porrò illa erit pretioſiſſima, qnã & cauſa commendat & uita.

Ioan.14. Matth.3. Matth.11. Luc.2. Iſaiæ.38. Ioan.14. Pſal.115. Pſal.36. Ioan.11. Apo.14.

Epiſtola. XCIX.

NVntiũ quo te dicis fuiſſe turbatum, frater Vuillelmus nõ ſua, ſed tua neceſſitate putauit ad te dirigendum. Siquidem ipſe ſuo more dei gratia fortiter agit: alienam à ſe interim adhuc faciens illam ſententiam. Vir duplex animo, inconſtans eſt in oĩbus uĩs ſuis. Vias quippe dñi ſimpliciter ac per hoc confidenter ambulans, nõ ſentit illud uæ de quo dicitur: Væ terram ingredienti duabus uĩs. Te aũt audieramꝰ in diſcordiã uerſari, domum ueſtram nõ ſine graui ſcandalo abbatis & fratrũ deſeruiſſe: ſolumq; habitare in neſcio q̃ ſatis inconuenienti loco. Quo rumore nobis permotis, anxieq; q̃rentibꝰ ſi quo modo tibi à nobis poſſet cõſultũ iri, nihil paratius occurrere potuit, quàm ut te uocato ad nos, per te de te certiores prius efficí curaremus: ſicq; qđ in p̃optu eſſet, præſentes præſenti cõſuleremus. Sed iam tuo ſcripto, noſtroq; reſcripto, utrorũq; ab alterutro falſæ ſuſpitionis timore depulſo pariter quieſcamus. Verũ hac falſitate quàm uera ſit ad nos inuicẽ dilectio, comprobatum eſt. Quã quidem dilectionẽ per hanc mutuã noſtri ſolicitudinẽ, non infructuoſe nũc renouatam eſſe putauerim. Cuius fructũ tunc nos quidem copioſe ſperarem? accipere, ſi tui nobis copia cum opportunitate daret. Alioquin opportunius ducimus nos noſtra cõtẽtos eſſe inopia, quàm importuna copia abundare.

Ioan.11. Apo.14. Lucæ.1. Eccl'i.2.

Epiſtola. C.

SI minus uos pro tanti operis ſuſceptione ferue re comperiſſemus, hortãdus nobis ſuper hoc & obſecrandus eſſetis. Nunc uerò cum prima inuita uerit nos ueſtra præcurrens deuotio, re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtat ut eſ à quo bona cuncta procedunt: & referamus grates pro bono qđ dedit uelle, & fundam⁹ p̄ces ut adn̄ciat & p̄ficere pro bona uoluntate. Tamē gaudiū meū non tacebo uobis. Quas nēpe putatis delitias cordi meo afferat uestra huiuscemodi intentio? Delectabitur in crassitudine aīa mea: si infatigabilem cognouero uos in studijs salutaribus & honestis. Gaudeo eīm nō quia q̄ro donum, sed requiro fructū. Libenter accipio bn̄ficiū qđ prosit danti. Alioquin nō ambulo in charitate illa q̄ non quærit q̄ sua sunt. Et quidē nobis in hoc bn̄facitis, sed uobis meli⁹: nisi
Act. 20. fortè excidit uobis illa sīa: Beati⁹ est dare quàm accipe. Hoc planè decet ep̄m, hoc sacerdotiū uestrū cōmendat, ornat coronā, nobilitat dignitatē: si quē ministeriū prohibet esse pauperē, administratio p̄bet pauperum amatorē. Non eīm paupertas uirtus reputat̄: sed paupertatis amor. Denicp̄ beati pauperes, non rebus, sed spiritu.

Epistola. CI.

FRatrē, Lābertū, quē in aliquibus fortè fluctuātē suscepimus: orantibus quidē nobis pro ipso constantem remisimus, & nulla iam (ut opinamur) scrupulositate pristina laborātē. Causam quippe aduent⁹ eius, necnon & discessiōis modū & intētionem solicite nobis perscrutātibus, intentionē quidem uisus est habere inculpabilē: sed causam nō planè sufficientem ut tali modo: id est sine licentia discedere debuisset. Vnde & sumpta iuste in eum inuectionis occasione increpato ut oportebat, & confirmato in quibus nutabat, redi tum ei persuasimus. Et pro redeunte rogamus dilectissimi fratres, esse uos uidelicet p̄stabiles super fratris p̄sumptione: sed præsumptione ut uidetis satis simplici, & non malitiosa: q̄n quidē neq; ad dexterā neq; ad sinistram declinauit, sed directo ad nos tramite uenit, quos utiq; pro certo sciebat sctitatis uestræ esse seruos, uestræ religionis amatores synceriſſimos, & æmulatores fideliſſimos. Suscipite ergo eū uos q spūales estis in spū lenitatis: confirmeturq; in eo charitas, & excuset malū factum intentio bona. Imo recuperate cum gaudio quem dolebatis amissum: contra ctamq; de fratris egressione ac transgressione tristitiā, effuget citissima de regressione lætitia. Cōfido aūt de omni potentis misericordia, quia qcqd exasperauit inordinata discessio postmodum deliniet emendata conuersatio.

¶ *Ad quondam abbatem.* *Epistola.* CII.

SVper fratre turbato & turbante fratres, & continente magistrū, breue tibi, sed fidele damus consilium. Diaboli studium est circuire in domo dei, & q̄rere quem deuoret: tuæ econtra uigilantiæ, inquantum potes, nunquam locū dare diabolo. Quanto igitur ille acrius insistit, quo à grege infirmā separet ouiculam, quatenus cò licentius rapiat, quò nō fuerit qui eripiat: tanto enixius tibi quantum in te est, resistē dum est ne de manu tua possit eam eruere, neq; dicat inimicus, p̄ualui aduersus eum. Itaq; aggredere fratrē omni
Psal. 12. officio charitatis, uidelicet beneficijs, salutaribus monitis, secretis increpationibus, publicis exhortationib⁹, duris etiā & uerborū & uerberū correptionib⁹, quodq; efficacius esse solet, tuis ad deum pro eo fratrumq; pijs orationibus. Q̄ si iam hæc oīa feciſti nec p̄feciſti, ad apostoli
1. Cor. 6. consiliū confugiendum est, dicentis: Auferte malū ex uobis. Auferat ergo malus, ne malos generet. Neq; eīm pōt arbor mala fructus nisi malos facere. Auferatur autem dico, sed non quomodo ipse uult, ut uidelicet tanquam ex tua licentia, cum male secura conscientia extra congregationem contra professionē deuitans subiectionem, sui iuris esse, sua permittatur uiuere lege. Sed abscidat̄ ut ouis morbida à grege, ut putridum membrū à corpore: q iam exinde se pro certo nouerit à te haberi tanquā ethnicū & publicanum. Et ne timeas esse contra charitatē, si uni⁹ eiectione scandalū multorum recōpensauerīs pace: quippe qui sua fortè malitia, fratrum cohabitantium turbare facile poterat unanimitatem. Consoletur te illa salomonis
Eccli. 7. sententia: Quem deus negligit, nemo potest corrigere. Et illa saluatoris: Omnis plātatio quam non plantauit pater meus, eradicabitur. Et illa beati Ioannis euangelistæ de schismaticis: A nobis exierūt, sed non erant ex nobis. Et rursus apud apostolū. Infidelis si discedit, discedat. Alios quin non est relinquēda uirga peccatorum super sortem iustorum, ut non extendant iusti ad iniquitatem manus suas. Melius est enim ut perea
1. Ioan. 2. 1. Cor. 7.

Epistola. CIII.

ETsi facie ignot⁹ nobis, et si corpore remotus à nobis, amicus tm̄ es: & amicitia notū ia⁹ nobis, et præsentē te facit. Hāc tibi te nescīete cōparauit nō caro & sanguis, sed spūs dei qui Vuillelmū fratrē tuū æterna nobis societate, & spiritali charitate deuinxit, ac p eū te q̄q; si dignū iudicas. At si sapis, nō cōtēnes corū amicitiā quos ueritas btōs clamat, & reges p̄nūciat cælorū. Quāquidē beatitudinē nō inuidem⁹ tibi. Nec eīm cōicata tibi, nobis minuit, nec nostri pinde termini restringūtur, si & tu regnaueris. Quænā uerò inuidiæ causa pōt esse, ubi sortiū magnitudini, consortū multitudo nil detrahit? Volo te esse amicū pauperū, magis autem imitatorē. Ille gradus proficientium est, hic perfectorum. Amicitia pauperū, regum amicos cōstituit, amor paupertatis, reges. Regnū denicp̄ cælor⁹ pauperū est: & est regiæ potestatis beare pro uoluntate amicos. Facite, inquit, uobis amicos de māmona iniquitatis: ut cū defeceritis recipiāt uos in æterna tabernacula. Vides quia magna dignitas, sancta paupertas sit, ut non modo patrocinijs ipsa sibi nō q̄rat, sed & ferat idigētib⁹? Quale est hoc absq; interitu cuiuspiā angelorū uel hominū, sola diuinæ gratiæ cōdentia accedere per temetipsum ad uultū gloriæ, capescere summa rerū, attingere totius magnificentiæ culmē. Verū qualib⁹ ista tu tibi impedias rebus, utinā sine dissimulatione attēdas. Væ, uæ, uapor est ad modicū parēs, quod æternæ felicitatis aditū intercludit, quod perennis lucis incircūscriptā claritatē abscōdit, quod uniuersitatis scientia fraudat, quod summæ priuat dignitatis honore. Quousq; tu tātæ gloriæ p̄fers fœnū qđ hodie est, & cras in clibanū mittit̄, carnē dico & eius gloriam? Siquidē oīs caro fœnū, & oīs gloria eius tāquā flos fœni. Si sapis, fibi bes cor, si tecū est lumē oculor⁹ tuorū: desine iā ea sequi, & assequi miserū est. Beatus q post illa nō abijt que possessa onerant, amata inquinant, amissa cruciant. An non ea satius cū honore spernis, quàm cū dolore perdis? An nō ea prudētius xp̄i cedis amori quam morti? Est in insidijs prædo, cui⁹ manib⁹ nec te, nec tua potes subducere. Non poterit p̄uideri: qa tāquā fur in nocte ita ueniet. Nihil intuliſti in hunc mundū, haud dubiū quia nec quicquā auferes. Dormies somnum tuū, & nihil inuenies in manib⁹ tuis. Sed nosti hæc: non est in docendo te superflue laborandum. Orandum potius ut quod tibi iam nosse datum est, detur & implere prout oportet.

¶ *Ad Magistrum Gualterum de Caluo monte.*

Epistola. CIIII.

SEpe meū animum dulcissima tui subeunte memoria: doleo sup te Gualtere charissime, cogitans nimirū illud tuæ iuuentutis decus, & ingenij acumen, scietiæ & eruditionis ornatum, quodq; his oībus excellentius est in christiano, ruos illos mores ingenuos quàm inanibus studijs atteras, dū de tantis muneribus non auctori xp̄o, sed rebus deseruias transitorijs. O si (qđ auertat deus) mors inopinata subripies ista cōcusserit, heu subito cuncta uelut ad impulsum urentis & furentis uenti, tanquam fœnū uelociter arescent, & quemadmodū olera herbarum cito decident. Quid ergo tecum tolles de omni labore tuo, quem operat⁹ fueris super terram? Quid retribues dño pro oīb⁹ quæ tribuit tibi? Quid inquā lucri pro tot tibi creditis talentis referes creditori? O si uacuam manum inuenerit ille, ille donorū p̄roptus qdē auctor, sed importunus exactor. Veniet eīm ueniet, & nō tardabit, ad requirendum utiq; quod suum est cum usura. Suum nempe asserit, omne quod te in tua

patria

patria pomposis sed periculosis fauoribꝰ nobilitare uidetur. Genus clarū, corpus aptum, forma elegans, ingeniū uelox, eruditionis utilitas, & honestas morū: gloriosa quidem sunt: sed ei à quo sunt. Si tibi usurpas, est qui quærat
Rom.14. & iudicet. Esto tñ. Liceat tibi hæc interim ascribere noīnio & gliari in laude tua, & uocari ab hoibus rabbi: & facere tibi nomē grāde dūtaxat sup terrā: qd tibi post mortem de his omnibus, nisi sola fortasse memoria relinquetur, & hoc quoq; solummō super terrā: Scriptum quippe
Psal.75. est: Dormierunt somnū suū: & nihil inuenerunt oēs uiri diuitiarū in manibus suis. Q; si hic est finis oīm laborum tuorū (ut pace tua dixerim) qd habes amplioꝰ iumēto? Si quidem & de tuo palefrido cum mortuus fuerit: perhibebitur quia bonus fuit. Simul uide quid tibi ante tribunal illud terrificū rñdēdum sit, de eo quod acceperis in uano aīam tuā, & aīam talem, si tñ inueniaris nil egisse amplius de immortali & rōnali spū tuo, quàm quoduis pecus de suo, cū brutus utiq; spūs non uiuat: nisi quādiu uiuificat, & uno eodemq; momento & uiuificare pariter desinat & uiuere. Quid ḡso dignū te iudicabis, q factus ad imaginē factoris, tātæ in te maiestatis nō defendis dignitatē: & tu hō cum in honore esses, honorē tuum nō intelligēs, comparatus iumētis insipientibus, & similis factus sis illis: dū nil spūale uidelicet aut æternum elaborauerīs, sed instar beluini spūs, qui ut à corpore, ita cū corpore dissoluit, so-
Iacob.6. lis fueris cōtentus corporalibꝰ ac tpalibus bonis, euāge-
Psal.23. lici illius surdus auditor cōsilij: Operaminī nō cibū q perit, sed q pmanet in uitā æternā: Scriptū est aūt, q nō ascēdit in montē dñi, nisi q non accepit in uano aīam suā. Sed ne is quidē, nisi etiā fuerit innocēs manibus, & mūdo corde. Videris tu an de tuis hoc operibus simul & cogitationibus p̄sumere audeas. Sinautē, attende qd mereatur uanitas, si sola sufficit inutilitas ad damnationem. Et reuera sēcura nō erit spina uel tribulus, ubi securis infructuosæ arbori poni uidebitur, nec parcet pūgenti, qui minat & ste-
Esa.5. rili. Væ igitur & uæ iterū, de quo dicetur. Expectaui ut faceret uuas, & fecit labruscas. Sed noui ego quàm liquido & copiose hæc me quoq; tacente cogitare sufficias, mater no uerò deuinctus amorē, necdū possis abijcere, quod iā contēnere noris. Et qd ego ad hæc rñdebo tibi? Vt matrē deseras? Sed inhumanū uidetur. Vt cū ipsa maneas? Sed nec ipsi expedit, ut sit filio causa perditionis. Fortè ut & mundo simul milites & xp̄o? Sed nemo pōt duobus dñis seruire. Mater tua uult cōtraria tuæ, ac p hoc & suæ ipsius saluti. Elige ergo tu è duobus quod uis: aut unius uidelicet satisfacere uoluntati, aut utriusq; saluti. Verū si multū eam diligis, desere potius ipsam propter ipām: ne si xp̄m deseras ut maneas cū ipsa, propter te pereat & ipsa. Alioquin male meruit de te quæ te peperit, si propter te perit. Quō enī non perit, q̄ ip̄m quē peperit perimit? Et hæc dixerim, ut tuo aliquo modo carnali condescendā cōsulāq; affectui. Ceterū fidelis sermo, & omni acceptione dignus, ut etsi impiū est contēnere matrē: contēnere tamē ppter
Matt.15. xp̄m, prīsimū est: Nā q dicit: Honora patrē & matrē: ipse
Matt.10. etiā dixit: Qui amat patrem, aut matrē plus quàm me, nō est me dignus.

¶ *Ad Romanum Romanæ curiæ subdiaconum.*
Epistola. C V.

Bernardꝰ abbas clarevallis Romano suo quod suo. ¶ Bene feciſti charissime tui nobis per literas & renouans dulcem memoriā, & excusans molestissimam moram. Minime quidem desidentium te cordibus ulla potuit subrepere quādoq; obliuio tuæ dilectionis, sed te tui fateor penè oblitū esse putauimus, priusquam illas literas uideremus. Nunc itaq; rūpe moras, fac cito quod scripsisti: & si ueraciter stilus exp̄s sit affectum: efficaciter opus stilum testificetur. Quid tardas ipsum quē iamdudum conceperas spm̄ parturire salutis? Nil mortalibus uel morte certius: uel incertius hora mortis. Siquidem tanquam fur in nocte ita ueniet. Væ prægnantibus in illa die. Si superuenerit & p̄uenerit hūc tā salutiferū partū: heu perfodiet domum, sanctum germē extinguet. Cum enim dixerint pax & securitas: tūc repentinus superueniet eis interitus sicut dolor in utero habenti, & non effugient. Volo te mortem etsi non effugere, certè uel non timere. Iustus quippe mortem etsi nō cauet, tñ nō pauet. Deniq; si morte p̄occupatꝰ fuerit, in refrigerio erit. Morit quidē & iustus, sed secure: quippe cuius mors ut præsentis est exitus uitæ: ita introitus melioris. Bona mors si pctō moriaris, ut iustitiæ uiuas. Hæc mors necesse est ut præcurrat, ut sequatur illa secura. In hac uita quandiu durat: cōpara tibi illā q̄ semper durat. Dū uiuis in carne, morere mūdo: ut post mortem carnis deo uiuere incipias. Quid enī si conciderit mors saccū corporis tui, dū te subinde circundet lætitia? O quàm beati mortui q in dño
Apo.14. moriuntur, audientes à spū ut requiescant iā à laboribus suis. Non solū aūt, sed & succedit iocunditas de nouitate, ac de æternitate securitas. Bona proinde mors iusti propter requiē, melior propter nouitatē, optima ppter securitatē. Econtra, mors peccatorū pessima. Et audi unde pes-
Psal.33. sima. Mala siquidem est in mundi amissione, peior in carnis separatione, pessima in uermis ignisq; duplici contritione. Eya ergo festina, exi, recede: moriatur aīa tua morte
Psal.115. iustorū, quo fiant & nouissima tua horū similia. O quàm p̄ciosa in conspectu dñi mors sanctorū eius. Fuge ḡso, in uia peccatorū ne steteris. Quō uiuere potes, ubi mori nō audes? Cum panibus occurrere fugienti, paratos nos esse confidito.

¶ *Ad magistrum Henricum murdach.* *Epistola.* C V I.

Dilecto suo Henrico murdach. B. abbas dictꝰ de claraualle salutē & non in uia. ¶ Quid mirum si inter prospera fluctuas & aduersa: qui necdū statuisti supra petram pedes tuos? At si iures & statuas custodire iudicia iustitiæ domini: quid horum te poterit separare à charitate xp̄i? O si scires. Et quid dicā? Oculus deus non uidit absq; te, quæ præparasti diligentibus te. Sed tu frater: q (ut audiui) pphetas legis, putas intelligis quæ legis? Nam si intelligis, sentis utiq; sensum propheticæ lectionis esse christum. Quem uidelicet si apprehendere cupis: citius illum sequendo quàm legendo cōsequi potes. Quid quæris uerbum in uerbo, quod iam caro factum præsto est oculis? Iam enim de latibulo prophetarum egressus est ad oculos piscatorū: iam de monte umbroso & cōdenso, tāquā spōsus de thalamo suo prosiluit in campū euāgelij. Iā q habet aures audiendi, audiat illū clamātē in tēplo: Qui sitit, ueniat ad me & bibat: Et ue-
Ioan.7. nite ad me oēs q laboratis & onerati estis, & ego reficiam
Matt.11. uos. Tu ergo times deficere: ubi seueritas reficere te promittit? Certè si tñ te delectat tenebrosa aq̄ de nubibus aeris: quāto iocundius haurias de serenissimis fontibus saluatoris? O si semel paululū quid de adipe frumenti unde satiatur hierusalē, degustares: quàm libenter suas crustas rodēdas literatoribꝰ iudæis relinqueres. O si te unquā in schola pietatis sub magro Iesu merear habere sodalem. O si mihi liceat purificatū prius tui pectoris uasculū supponere unctioni quæ docet de omnibus. O quàm libens tibi pariter calidos panes: quos utiq; adhuc fumigantes, & quasi modo de furno (ut aiunt) recens tractos, de cælesti largitate crebro xp̄s suis pauperibus frangit? Vtinam si quā mihi guttā q̄nq; de pluuia uoluntaria quā segregauit hæreditati suæ, stillare dignetur in dulcedine sua pauperi deus, mox eam tibi possem refundere: & rursus à te uicissim recipere qd̄ sentiris? Experto crede, aliquid amplius inuenies in siluis quàm in libris. Ligna & lapides docebunt te, qd̄ à magistris audire non possis. An nō putas posse te sugere mel de petra, oleumq; de saxo durissimo? An nō mōtes stillant dulcedinē, & colles fluunt lac & mel, & ualles abundant frumento? Multis occurrentibus mihi dicendis tibi, uix me teneo. Sed quia non lectionem sed orationē petis, adaperiat dñs cor tuū in lege sua, & in præceptis suis. Vale.

¶ Idipsum ipi Vulhelmus & Iuo. Quid super hoc uobis

Universidad de Deusto
Biblioteca

dícemus? Q; uos uídere: & ad qd desiderem⁹, scítis. Quā-tum uerò nec nos dícere, nec uos scíre potestís. Oram⁹ ergo deū ut uobís quo nos præísse debueratís, tríbuat uel sequí: quatín⁹ & ín hoc tātæ humilitatís magístrū teneamus: cū uídelícet nō despexerítis magíster seq dísc ípulos.

¶ Ad Thomam præpositum de Beuerla. Epistola. CVII.

HOmæ dílecto fílio suo. B. qđ fílio. ¶ Quid op⁹ est uerbis? Feruens spíritus & uehemens desíderium aperírí sola língua non sufficit. Loquātur nobís affectum tuum & relíqua mēbra. Præsens melíus & ímotescet nobís: & nos cognoscet. Iamdudum abínuícem tenemur alterutrū debítores: ego fidelís curæ: tu humílis obedientiæ. Probet utrumq; sí placet opus, non calamus. Volo te & tíbí usurpare. & ín me pro
Ioan. 5. bare íllam unígeníti uocem: Opera quæ dedít mihí pater ut faciam: ípa testímonium perhíbent de me. Sic re uera: sic unící fílij spíritus, testímoníū perhíbet spírituí nostro q; fílij dei sumus & nos: cum suscítans ex operíbus mor-
Matt. 7. tuís, largítur opera uítæ. Non ex folíjs, non ex florí bus, sed ex fructu arbor bona malaue dígnoscít. Denícq; à fructíbus, aít, cognoscetís eos. Opera ergo & non uerba díscernunt ínter fílios dei & fílios díffidentíæ. Operíbus profínde desíderíum & aperí tuum, & experírí nostrum. Desideramus præsentíam tuam, quærímus optatam, ímo promíssam exígímus. Cur tanto? Níl ín ea sanè expetímus de carne & sanguíne. Aut proficere ex te cupímus, aut prodesse tíbí. Generosítas sanguínís, proceritas corporís, forma elegans, íuuenílis decor, prædía, palatía, ímmensa supellex, ínsulæq; dígnítatum, adde & mundí sapientíam, de mūdo sunt hæc: & mundus quod suum est dílígít. Sed quousq;? Nō solū em̄ nō semp, utpotè q non semp erít, uerū nec díu qdē. Díu sí quidē ísta ín te mūd⁹ habere nō poterít: & te qppe ípm ín breuí nō habítur⁹. Nā breues díes hoís sunt. Mūdus quidē cū suís cōcupíscētíjs trāsit: sed te prius emittít, quàm ípse ptrāsit. Quid te sine fide delectat amor mox finiendus? Nos uerò te, nō tua dílígímus. Tua sint à quo sunt. Tu tuæ promíssíonís memor, tuí nobís copíā díutí⁹ nō negarís, amātibus te synceríter & amaturís pēníter. Pure síquidem nos amantes ín uíta nr̄a: ín morte quoq; nō erím⁹ separatí. Nā ea q̄ ín te uel potí⁹ tíbí appetímus, nō huíus corpís sunt: nec huí⁹ tpís tm̄: iōcq; nec cū corpe defícíūt, nec cū tpe p̄tereūt. Quín ímo posíto corpe pl⁹ delectāt, post tpa durāt. Níl símíle habēt cū supra enumeratís eorúmue fílíb⁹, q̄ utícq; ísunt tíbí: nō ex patre, sed ex mūdo. Quid horū em̄ uel nō p̄uenít mortē: uel nō ínuenít? At uerò ísta optíma pars est, q̄ non auferet ín æternū. Quid ístud? Nec ocul⁹ uídít: nec auris audíuít: nec ín cor hoís ascēdít. Qui hō est & fm hoím ābulat, q uídelícet (ut manífestí⁹ dícā) carní adhuc acqescít & sanguíní: qd illud sit, penít⁹ nescít: qa caro & sanguis nō reuelabūt q̄ sol⁹ reuelat de⁹ p spm̄ suū. Aīalís ergo hō ad hoc secretū neq; quā admíttít: síquidē non pcípít ea q̄ sunt spūs dei. Beatí qui audíūt. Vos aūt díxí amícos: quía oīa qcunq; audíuí à patre meo, nota fecí uobís. O seculū nequā, qđ solos tuos sic soles beare amícos, ut dei facías ínímícos: consequēter & índígnos cōsílío beatorū. Planè em̄ q amíc⁹ uult esse tuus: ínímícus dei constituít. Qđ si seruus nescít qd faciat dns eíus quāto mínus ínímícus? Porrò aūt amícus spōsi stat:
Cant. 5. & gaudío gaudet ppter uocē sponsi. Vnde & loquít. Aīa mea líquefacta est ut dílectus locut⁹ est. Amícus ítaq; mūdí excluditur à consílío amícorum dei: quí nō spm̄ huíus mūdí acceperūt: sed spm̄ q ex deo est: ut sciant q̄ à deo donata sunt sibí. Cōfíteor tíbí pater quía abscondístí hæc à sapientíbus & prudētíbus, & reuelastí ea paruulís. Ita pater, qa sic fuít placítū ante te: nō qa sít meritū uel ab ípsís. Oēs em̄ peccauerūt, & egēt gl'ía dei: ut gratís míttas spm̄ fílij tuí clamātē ín cordíb⁹ fílíorū adoptíonís abba pater. Hoc qppe spū q aguntur hí fílij sunt: nec paterno prorsus arcendí consílío. Habēt nempe ín se manentē spm̄ q scrutatur etiā profunda dei. Denícq; qd ígnorēt: quos unctío docet de omnibus? Væ uobís fílij huíus seculí à uestra ínsípiente prudentía, ígnorātes spm̄ salutarē: nec partícipantes consílíū quod solus soli cructat fílío: excepto cui uoluerít fílíus reuelare. Quís enim cognouít sensum dñi: aut quís consílíarius eius fuit? Non equidē nullus fuerit rarus. Soli sanè quí ueracíter dícere possunt. Vnigenitus q est ín sínu patrís, ípse enarrauít nobís. Væ mūdo ā strepitu. Clamat ín populís eísdem unígenítus tāquam magní consílíj angelus: Qui habet aures audiendí, audíat. Et qm dígnos non ínuenít sensus, quíbus patrís committat arcanum, texít parabolas turbís: ut audientes non audíāt, & uídentes non íntellígant. Cæterum amícís eorsum audíumt: Vobís datum est nosse mysterium regni dei. Quibus & loquítur: Nolíte timere pusíllus grex: qa cōplacuit patrí uestro dare uobís regnum. Quí sunt hí? Vtíq; quos p̄sciuít & prædestínauít cōformes fieri ímagínís fílij dei: ut sit ípse prímogenítus ín multís fratríbus. Magnum secretum q; ímotuít consílíū. Nouít dns quí sunt eius. Sed quod notum erat dei, manífestatum est hoíbus. Nec alíos sanè dígnatur tantí partícípatíone mysterij: nísi eos ípsos quos suos præscíuít & prædestínauít. Nam quos prædestínauít, hos & uocauít. Quís em̄ sauè nísi uocatus ad deí accedít consílíum? Quos aūt uocauít, hos & iustíficauít. Orítur quíppe sol: nō ís quí quotídíe orírí cernítur super bonos & malos: sed q. tímentíbus deū, pphetica prænuntíatione, pmíttítur solís ad consílíū uocatís. Vobís, ínquit, qui tímetís deū, orietur sol iustítíæ. Manētíbus ígítur ín tenebrís fílíjs díffídentíæ: euadít ín nouā hāc lucem lucis fílíus de potestate tenebrarū, sí tm̄ iam fídenter deo dícere potest: Partícíps ego sum oīm tímentíum te. Vídes quía præcedít tímor, ut sequatur iustíficatío? Forsítan ergo tímore uocamur, amore iustíficamur. Denícq; iustus ex fíde uíuít, ílla, pculdubío quæ operatur ex dílectíone. Audíat ítaq; ín sui uocatíone peccator quod tímeat: & síc accedens ad solem iustítíæ, uídeat íllumínatus quod dílígat. Quídnā est íllud? Mía dñi ab æterno & usq; ín æternum, super tímētes eū. Ab æterno propter prædestínatíonem, ín æternum propter beatíficatíonē. Altera carens príncípío, altera nescíēs fínem. Síquidem quos ab æterno prædestínat, ín æternum beatíficat: intercedente sanè media uocatíone unà cum iustíficatíone, dūtaxat ín adultís. Sic ad ortū solís iustítíæ, sacramentum absc̄ōdítū à seculís de prædestínatís & beatíficandís emergere quodāmodo incípít ex abyssō æternítatís, dum quíscq; uocatus per timorem, iustíficatus per amorē, præsumit se quoq; esse de numero beatorū: scíens nímírū quía quos iustíficauít, íllos & magnificauít. Quíd em̄? Audít se uocarí, cū tímore cōcutítur: sentít & iustíficarí, cū amore perfundí: & de magnificatione díffídet? Ínítíatur, prouehítur: & de sola cōsummatione desperabít? Nempe sí ínítíū sapientíæ tímor dñí, ín quo dícta est esse nostra uocatío: quid nísi prouectus ín sapientía est amor dei, ís duntaxat quí ínterím ex fíde est, ex quo & nostra fít iustíficatío? Quíd ítem nísi cōsummatío ín sapientía est, ípsa quā ín fíne speramus, deí uína ílla & deífica uísíone glorificatío? Sícabyssus abyssum ínuocat ín uoce catarractarū suarū: cū ín terrore iudícíorum suorum ímmensa ílla æternítas & æterna ímmensítas, cuíus sapientíæ non est numerus: cor hoís prauum & ínscrutabíle, míra sua bonítate & potentía educit ín admírabíle lumen suum. Verbí gratía. Ponamus homínem ín seculo, seculí adhuc & suæ carnís amore retentū: & cum terrestrís homínís ímagínem portet, íncubātem terrenís, níl de cælestíbus cogítantem: quis hunc non uídeat horrendís círcumfusum tenebrís, nísi quí ín eadē mortís umbra sedet: quíppe cuí nullum adhuc suæ salutís sígnū eluxerít: cuí necdum ín alíquo ínterna testetur ínspíratío, an boní de se quíppíā æterna teneat prædestínatío. At uerò sí superna eum míseratío dígnanter q̄ñq; respexerít, ímmíserítq; spm̄ cōpunctíonís, quatenus ingemíscat: & resípíscat, mutet uítā, domet carnē, amet proxímum, clamet ad deū: proponatq; decætero uíuere deo, non seculo: ex qua deínde superní lumínís gratuíta uísítatíone, & subíta

mutatione

mutatione dexteræ excelsi, agnoscat se merito quidē non ſi ire sed gratiæ filiū: qppe q paternū erga se diuinæ bonitatis experitur affectum, ꝙ se utiqꝫ hactenus intm̄ latuerat, ut nō solū nesciret utrumnam dignus foret amore an odio: uerūetiam odiū magis & non amorē propria conuersatio testaretur. Erant em̄ tenebræ adhuc super faciem abyssi: nonne is tibi uidetur quasi de abysso ꝓfundissima & tenebrosissima horrēdæ ignorātiæ, in aliā quādā quoqꝫ trahi abyssum è regione amœnā & lucidā claritatis æternæ: Et tunc demū quasi diuidit deus lucē à tenebris: cum peccator sole illucescente iustitiæ, abiectis operibus tenebrarum induitur arma lucis, & is quē prior uita ac ꝓpria conscientia, tanquā reuera filiū gehennæ deputauerat ardoribus sempiternis, ad tantā uisitantis se orientis ex alto dignationem respirans, gloriari etiā incipit præter spē in spē gloriæ filiorū dei, quā iā nimirum è uicino reuelata
ꝑſal.4. facie exultans, nouo in lumine speculat, & dicit: Signatū est super nos lumen uultus tui domine: dedisti lætitiam in corde meo. O domine qd est homo qa inmotuisti ei: aut filius hois quia reputas eum? Iam se ô bone pater uermis uilissimus, & odio dignissim⁹ sempiterno, tm̄ cōfidit amari: qm̄ se sentit amare: imo quia se amari præsentit, non redamare confunditur. Iam apparet in lumine tuo ô inaccessibilis lux, quid boni penes te, etiā cum malus esset, miserum maneret homūculū. Amat proinde non immerito: quia amatus est sine merito. Amat sine fine: qa sine principio se cognoscit amatū. Prodit in lucem ad miseri cōsolationem, magnū consiliū quod ab æterno latuerat in sinu æternitatis: quòd nolit uidelicet deus mortē pctōris, sed magis ut conuertat & uiuat. Habes hō huius arcani indicem spm̄ iustificantem, coēqꝫ ipso testificantem spūi tuo ꝙ
ꝑſal.118. filius dei & ipse sis. Agnosce consiliū dei in iustificatione tui. Confitere & dic: Consiliū meum iustificationes tuæ. Præsens namqꝫ iustificatio tui, & diuini est consilij reuelatio, & quædam ad futurā gloriam præparatio. Aut certè prædestinatio: ipsa potius p̄paratio est, iustificatio autem
Matt.3. magis iam appropinquatio. Deniqꝫ ait: Agite pœnitentiam, qa appropinquabit regnū cælorū. Audi & de p̄de-
Matt.25. stinatione: ꝙ ipsa sit præparatio. Percipite, inquit, regnū quod uobis paratum est ob origine mūdi. Nemo itaqꝫ se amari diffidat: qui iam amat. Libenter dei amor nostrum quē præuenit subsequitur. Nam quō redamare pigebit, quos amauit & necdum amantes? Amauit, inquam, amauit. Habes em̄ dilectionis pignus spm̄, habes & testem fidelem Iesum, & hunc crucifixum. O geminū ip̄mqꝫ firmissimū dei erga nos amoris argumentū. X̄ps moritꝰ & mereatur amari. Spiritus afficit, & facit amari. Ille facit cur ametur, iste ut ametur. Ille suā multā dilectionem in nobis cōmendat, iste & dat. In illo cernimus quod amemus, ab isto sumimus unde amemus. Charitatis igitur ab illo occasio, ex isto affectio. Quanta confusio dei filium ingratis oculis cernere morientē. Qđ quidē facile cōtingit: si desit spiritus. Nunc aūt qa charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritūsanctū qui datus est nobis, amati amam⁹: amantes amplius meremur amari. Si enim cum adhuc inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortem filij eius: multomagis reconciliati salui erimus in uita ipsius. Quid em̄? Qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis oībus tradidit illum: num etiam omnia cum ipso daturus est nobis? Cum ergo geminū teneamus nostræ salutis indiciū, gemmam sanguinis & spiritus effusionē: neutra sine altera prodest. Nam nec spiritus daꝫ nisi credentibus in crucifixū: nec fides ualet, si non operatur ex dilectione. Dilectio aūt, donū spūs est. Qđ si secundus hō (x̄pm loquor) factus est non solum in aīam uiuentē, sed etiā in spm̄ uiuificantē, ex uno uidelicet moriens, ex altero mortuos suscitans: quid mihi prodesse pōt qđ in ipso moritur, absqꝫ eo
Ioan.6. qđ uiuificat? Deniqꝫ ipse ait: Caro non prodest quicquā: spūs est q uiuificat. Quid est autē uiuificat, nisi iustificat?
Ezec.18. Cum enim mors aīæ pctm̄ sit, aīa quippe q̄peccauerit, ipa
Rom.1. morietur: uita eius sine dubio iustitia est: qm̄ iustus ex fide uiuit. Iustus aūt quis est, nisi qui amanti sē deo, uicē rependit amoris? Quod nō fit nisi reuelāte spū per fidē hoī æternū dei propositū, sup̄ sua salute futura. Quæ sanè reuelatio non est aliud quàm infusio gratiæ spiritalis, ꝑ quā dum facta carnis mortificantur, hō ad regnū præparatur qđ caro & sanguis non possident: simul accipiens in uno spū, & unde se p̄sumat amatum, & unde redamet, ne gratis amatus sit. Hoc itaqꝫ est illud sacrū secretumqꝫ cōsiliū qđ à patre filius in spūsancto accipiens: suis quos nouit p eundem spm̄ iustificando eos cōicat, & cōicando iustificat: qm̄ id quisqꝫ accipit in sui iustificatione, ut incipiat & ipse cognoscere sicut & cognitus est: cum uidelicet daꝫ & ipsi præsentire aliqd de sua ipsi⁹ futura beatitudine: quem admodum ab æterno latuit in p̄destinante, plenius apariturū in beatificāte. De qua tm̄ iā percepta suimet ex parte notitia, interim quidē gloriet in spe, nondū tm̄ in securitate. Quàm miserādi qui ad tā iocundū iustorū cōsilium nullū adhuc tenent suæ uocatiōis testimoniū? Dñe quis Deut.31.
credidit auditui nr̄o? O utinā saperēt & intelligerent. Verū nisi crediderint: non intelligēt. Sed habetis & uos ô infelices seculi male securi amatores, ūrm̄ seorsum a iustisco silium. Squama squamæ cōiungit: & nō est spiraculum in uobis. Habetis, inquā, & uos ô ip̄m cōicatū admuicē consiliū: sed planè aduersum dñm, & aduersus x̄pm eius. Etei Pſal.2.
si dicēte scriptura pietas est cultus dei: ꝓfectò qsquis plus amat mūdū quàm deū, ip̄ius atqꝫ idololatra esse cōuincit: colēs & seruēs creaturæ, potiꝰ quàm creatori. Habētib⁹ aūt (ut dictū est) sctis atqꝫ ip̄js suū ad se qbuscqꝫ cōsiliū, magnū ꝓculdubio iter utroscqꝫ chaos firmatū est. Nā quō iustus lōge se facit à cōsilio & cōcilio malignātiū: ita nec resurgunt oīno ip̄i in iudicio, neqꝫ pctōres in cōsilio iusto- Pſal.1.
rū. Est quippe iustorū consiliū, pluuia uoluntaria quā segregauit deus hæreditati suæ. Est consiliū uerè secretum: descēdēs nimirū sicut pluuia in uellus. Est fons signatus: cui alienus non cōicat. Est sol iustitiæ: q timētibus deum tm̄ oritur. Porrò cæteros aduertens ꝓpheta in sui siccitate & cæcitate remanentes: iustorū siquidē imbris & lucis expertes: infœcundos ac tenebrosos: confusos & auersos: subsannat & notat. Hæc est, inquiēs, gens, q̄ non audiuit Hiere.7.
uocē dei sui. Nō uultis ô miseri dicere cū dauid: Audiam Pſal.84.
qd loquat in me dñs de⁹? Vtiqꝫ foris fusi in uanitates & insanias falsas: intimū optimūqꝫ nō reqritis ueritatis auditū: Filij hoim̄ usquequo graui corde? Vt qd diligitis uani Pſal.4.
tatē, & q̄ritis mendaciū? Surdi ad uocē ueritatis, ignorantes cōsiliū cogitātis cogitatiōes pacis: sed & loquētis pacē in plebē suā, & sup̄ sctōs suos, & in eos q cōuertunt ad cor. Iā uos, inqt, mūdi estis, ꝓpter sermonē quē locut⁹ sum Ioan.15.
uobis. Ergo q hunc sermonē nō audiūt: immūdi sunt. Cæterū tu ô chariſſime, huic uoci dei tui dulciori sup̄ mel & fauum, si p̄paras aurē interiorē, fuge curā exteriorē: ut expedito & uacāte iterno Iesu, dicas & tu cū samuele: Loque 1.Reg.3.
re dñe, qa audit seruus tu⁹. Vox hæc nō sonat in foro: sed nec audit in publico. Secretū consiliū, secretū q̄rit & auditum. Auditui tuo gaudiū pro certo dabit & lætitiā: si sobria aure pceperis. Abrahæ præcipit exire de terra & de Gen.12.
cognatione sua: ut uidere & possidere mereret terrā uiuentiū. Iacob relicto fratre & patria iordanē trāsit in baculo: Gen.29.
& excipit rachelis amplexibus. Ioseph dñatur ægypto, Gen.39.
mercatione furtiua patri sublatus & patriæ. Ecclesiæ iubet, ut cōcupiscat rex decorē eius, & obliuiscī ꝑplm̄ suū, Pſal.44.
& domū patris sui. Puer iesus inter cognatos & notos à Luc.2.
parentibus queritꝰ: nec tm̄ inuenit. Fuge fratres tuos & tu: si tuā uis inuenire salutem. Fuge, inquā, de medio babyloniis: fuge à facie gladij aquilonis. Parati sumus cū panibus occurere fugienti. Abbatē tuū me noias: non renuo interim ꝓpter obsequiū. Obsequiū dico, nō qđ exigam: sed qđ exhibeā. Sicut filius hois non uenit ministrari, sed ministrare: & aīam suā dare in redēptionē pro multis. Verumtm̄ si dignū iudicas, accipe cōdiscipulū: quē magistrū eligis. Vnus sit ambobus magister x̄ps, & ipse sit cplæ finis, qui finis est ad iustitiam omni credenti.

¶ *Ad alterum Thomam de sancto Audomaro: qui transgressus terminum quem posuerat, animas adhuc petebat inducias, ob studium literarum tardans conuersionem suam.*

Epistola. CVIII.

HARissimo filio suo Thomæ, frater. B. clarevallis uocat⁹ abbas, in spū timoris ambulare. ¶ Bñ facis agnoscēs debitū tuæ promissionis, & dilatæ reatū solutiōis nō diffitēs. Sed uolo te nō solū qd, sed & cui pmiseris, cogitare. Nam ego mihi nihil usurpo: ex eo qd̄ me corā & nō mihi, pmissum ipse mecū recolis. Frustra proinde times exprobratū tibi irī à me super frustratoria dilatione: q testis accit⁹ sum, & nō dñs uoti. Vidi, & gauisus sum. Et hoc oro ut gaudiū meū plenū sit: qd̄ nō erit nisi cū fuerit impleta pmissio. Terminū posuisti, quē non oportuit transgredi. Trangressus es, quid ad me? tuo dño stas aut cadis. Mihi sanè decretū est pro imminēti periculo nō pbris, nō minis agere tecū, sed monitis: idcꝯ q̄ten⁹ æquo admiseris aio. Si me audieris bñ: si non, ego nō iudico quēquā: est q q̄rat & iudicet. Qui eñ iudicat nos: dñs est. Et hinc tibi plus timēdū arbitror ac dolēdū: qa nō hoi, sed deo mētitus es. Et si ego ut uis tuæ uerecūdiæ parco corā hoib⁹: nū illa q̄ corā deo est īpudētia, īpunita reliquit? Quid q̄so rōnis habet uerecūdari ad diē hois, & uultū dei nō uereri? Nā ult⁹ dñi sup facientes mala. Tu ergo pl⁹ times opprobria quàm tormēta: & qui trepidas ad linguā carnis, contēnis gladiū q devorat carnes? Hæccine est illa morū pulcherrima cōpositio, q̄ īformari te scribis sciæ hui⁹ apphēsiōe: cui⁹ studio & amore sic ferues, ut nō uerearis sctō pposito pīudiciū facere? Sed q̄ so te, qd̄ memoriale uirtutis: q̄ laus disciplinæ: qs sciæ p̄fect⁹: uel artis fruct⁹: trepidare timore ubi nō est timor: & timorē dñi relinqre? Q; salubrius disceres iesum: & hūc crucifixū. Quā utiq; sciam haud facile nisi q mūdo crucifixus erit, apphēdit. Falleris fili, falleris, si te putas īuenire apud mūdi magistros, quā soli xp̄i discipuli. i. mūdi cōtēptores dei munere assequunt. Nec eī hāc lectio docet? sed unctio: nō lra, sed spūs: nō eruditio, sed exercitatio in mā-

Osee. 10. datis dñi. Seminate, inqt, uobis ad iustitiā, metite spē uitæ, illuminate uobis lumē sciæ. Vides qa nō recte pditur ad lumen sciæ: nisi iustitiæ germē p̄cedat ad aiam: ex quo formet granū uitæ, & nō palea gl'iæ. Quid ergo? Nōdum tibi ad iustitiā seminasti, nondū spei manipulos messuisti, & uerā te p̄sumis sectari sciam? Nisi fortè pro uera supponit illa q̄ inflat: & stulti⁹ erras appēdēs argētū tuū non in panib⁹, & labores tuos non in saturitate. Obsecro redi ad cor: & aduerte hunc annuū terminū quē tu tibi indulsisti in iniuriā dei, nō esse annū placabilē dño: sed discordiæ seminarium, iræ formitē, nutrimentū apostasiæ q spm̄ extinguat: gr̄am intercludat: teporē afferat, illū q deo solet uomitū puocare. Heu heu uideris mihi uno spū ābulare, sicut & uno censeri noīe cū altero illo thoma: oli. s. p̄posito de beuerle, q cū se filr nr̄o ordini & nr̄æ domui toto desiderio deuouisset, cœpit inducias: & ita paulati refrigescere: donec subita & horrēda morte p̄rept⁹: fact⁹ de medio est secularis, & p̄uaricator, & duplo fili⁹ gehennæ. Qd̄ ab eo si fieri potest auertat misericos & miserator dñs. Extat epl'a quā ad eū frustra scripsi: nisi q̄ mea ipsius aiam liberaui: denūciās qd̄ in me fuit q̄ oportet fieri cito. Btūs foret si me audisset. Dissimulauit: mundus ego sum à sanguine ei⁹. Verū, id nō sufficit mihi: qa etsi sim in facto isto secur⁹ de me: illa tm̄ q̄ non q̄rit q̄ sua sunt charitas, urget me lugere illū: qui secur⁹ nō exīt, qm̄ male secur⁹ uixit. O iudicia rū dei abyssus multa, ô terribilis in cōsiliis deus sup filios hoim. Spm̄ donauit, quē erat denuo ablaturus: ut esset supra modū peccans pctm̄: & gr̄a subintrauit, ut abundaret delictū. Qd̄ tm̄ non fuit culpa dantis, sed addentis p̄uaricationē. Sui nimirū arbitrij erat qd̄ male liber liberū habuit contristare spm̄, contēnere gr̄am: nec mācipare effectui suggestum dei, ut posset dicere: Gr̄a dei in me uacua non fuit. Tu si sapis: illi⁹ insipientia proderit tibi, & lauabis man⁹ tuas in sanguine pctōris, & curabis cito absolue re te à laqueo pditiōis, me à timore horribili. Ego ei hanc secus fero fateor auersionē tuā: quàm euiscerationē meā: qui charissimus factus es mihi: & paterno te amplector affectu. Ea propter ad oēm recordationē tui, aiam meā trāf uerberat gladius iste timoris: tanto acerbius quāto te minus timētem cōsidero. Scio nēpe ubi de talibus legerim. Cū dixerint pax & securitas: tūc subitaneus eis superueniet interitus, tanquā in utero habenti, & non effugient. Multa aūt p̄sentio imminere tibi pauenda, tardanti resipiscere: tāquā multa expertus, quæ ô si cognouisses & tu. Crede ergo experto, crede amanti: cui ex altero non falli, ex altero non fallere inesse cognoscis.

¶ *Ad illustrem iuuenem Gaufridum de Perona & socios eius.*

Epistola. CIX.

DIlectis filijs Gaufrido & socijs eius. B. abbas dictus clareuallis, spm̄ cōsilij & fortitudinis. ¶ Sermo q insonuit, ædificat multos, imo uniuersam lætificat ciuitatē dei: ita ut lætentur cæli, & exultet terra, & omnis lingua gl'orificet deū de uīa conuersione. Terra mota est: qa cæli distillauerunt à facie dei Synai: pluentes istis diebus solito abūdanti⁹, pluuiā uoluntariam quā segregauit de⁹ hæreditati suæ. Nō apparebit ultra uacua in uobis crux xp̄i, quēadmodū i multis filijs diffidentiæ: qui tardantes conuerti ad dñm de die in diē: improuisa morte subtracti, in puncto descendunt ad inferos. Oīno refloruit, & nūc quasi de nouo lignū in quo pependit dñs gl'iæ, qui mortuus est non tm̄ pro gente, sed ut filios dei qui erant dispersi cōgregaret in unū. Ipse ipse colligit uos, qui diligit uos, tanquā uiscera sua: tanquā fructū p̄ciosissimū crucis suæ: tāquā dignissimā recōpēsationē effusi sanguinis sui. Si ergo gaudet angeli sup uno pctore pnīam agente: qd in tam multis & in illis pctōrib⁹ q quāto illustriores uidebant in seculo: scia, gne, iuuentute: tāto pluribus erant pditionis exēplū: Legerā: Nō multos nobiles, nō multos sapientes, non multos potētes elegit deus: at nunc præter regulā mira dei potentia talium conuertit⁹ multitudo. Vilescit gl'ia pns, iuuentutis flos cōculcat: nō reputat generositas: sapientia mundi, stultitia iudicat: nō acquiescit carni & sanguini: parētū & charorū renunciat affectib⁹: fauores, & honores, & dignitates reputant ut stercora: ut xp̄s lucrifiat. Laudarē uos: sed uobis hæc accidisse ex uobis cognoscerē. Cæterū digit⁹ dei est iste: & mutatio planè dexteræ excelsi. Datū optimū est, & donum perfectum: nec dubiū quin descendens à patre luminū. Idcirco in ipsum omne pconium iure referimus: qui facit mirabilia solus: qui fecit ne in uobis ociosa iam esset ea quæ apud se est copiosa redemptio. Quid igitur opus est facto dilectissimi: nisi ut satagatur quō laudabile propositum, dignum cōsequatur effectū: Studete proinde perseuerantiæ, quæ sola uirtutum coronatur. Nō immaniatur apud uos est & non: ut sitis filij patris uestri qui in cælis est: apud quem nimirum non est transmutatio, nec uicissitudinis obumbratio. Vos quoq; fratres in eandem imaginē transformamini à claritate in claritatem tāquā à dñi spū: curantes oi uigilantia & ipsi non inueniri leues, instabiles, fluctuātes. Scriptū est enim: Vir duplex aio: in cōstās est in oībus uīs suis. Et rursum: Væ ingredienti terrā duab⁹ uīs. Et ego charissimi quātū cōgratulor uobis, tm̄ gratulor & mihi: q ut accepi, dignus habit⁹ sum minister eligi cōsilij huius. Et cōsilium do, & auxiliū spondeo. Si uideor necessarius: aut certè si dignus iudicor: non recuso laborem: nō deero pro uiribus. Deuot⁹ suppono humeros, etsi iam fessos, sarcinæ huic: si mihi cælitus imponat. Lætus, & obuijs (ut dicit) manib⁹ excipio ciues sanctorū, & domesticos dei. Quàm libens iuxta mādatū prophetici, occurro cū panibus fugientibus à facie gladii: aquā fero sitientibus. Reliqua posui in ore nostri, imo & uestri Gaufridi. Quicquid uobis uice nostra dixerit ille, nostrum non dubitetis esse consilium.

¶ *Ad parentes eiusdem Gaufridi consolatoria.*

Epistola. CX.

Si filium

SI filium uſm deus facit & ſuũ: quid uos pdítis, aut ipe quíd perdit? Fit de díuite dítior, de nobili generoſior, clarior de illuſtri: & qđ his oĩbus maius eſt, ſctũs de pctõre. Oportet autẽ eũ pparari regno quod ſibi paratũ eſt ab origine mũdi, atq; huius rei gratia modicũ tẽpus quod uíuere habet, manere nobiſcũ: donec abraſa ſpurcitia uitæ ſecularis, ac terreno deterſo puluere: cæleſti mãſioni fiat ídoneus. Sí diligítis eũ, gaudebítis utiq; qa uadit ad patrẽ. & talẽ patrẽ. Ipſe quidẽ uadit ad deũ: ſed nos nõ perdítis eũ: quín potius multos per eũ acquíritis uobis filios. Quoquot ſumus ín claraualle, uel de claraualle: ipſm ín fratrẽ, uos ín parentes ſuſcípím⁹. At fortaſſis metuítis corpori eius uitæ aſperitatẽ: q nímírũ tenerũ noſtis eſſe ac delicatũ. Cæterum de hmõi timore dicit. Ibi trepídauerũt timore: ubi nõ fuit timor. Cõfidite, cõſolamíni. Ego ero illi ín patrẽ, & ipſe erit míhi ín filiũ: quouſq; de meís manib⁹ excípiat eum pater mĩarum, & deus totius cõſolationís. Nolite ergo lugere, & nolite flere: qa Gaufridus ueſter feſtínat ad gaudiũ, nõ ad luctũ. Ego ero illi pr̃, & ego mater, ego frater, & ſoror. Ego facíã ei praua ín directa, & aſpera ín uías planas. Ego ei oĩa ſic temperabo, & ſic diſpenſabo: ut & ſpũs pficiat, & corpus non deficiat. Deniq; ſeruiet domíno ín lætítia & exultatione: & cantabit ín uñs domíní, quoníam magna eſt gloría domíní.

Pſal. 33.

¶ Ex *perſona Heliæ monachi ad parentes ſuos.*

Epiſtola. C X I.

Matt. 10.

SOla cauſa qua nõ liceat obedíre parẽtib⁹, deus eſt. Ipſe em̃ dicit. Qui amat patrẽ & matrẽ plus quàm me, nõ eſt me dign⁹. Sí me uerè ut boní, ut pĩ parentes díligítis: ſi uerã, ſi fidelẽ erga filium pietatẽ habetís: qd me patrí oĩm deo placere ſatagẽtem ínquietatís: & ab ei⁹ ſeruitio cui ſeruire regnare eſt:

Mich. 7.

retrahere attentatís? Verè nunc cognoſco, qa ínímící hominís domeſtící eius. In hoc uobís obedíre non debeo: ín hoc uos nõ agnoſco parẽtes, ſed hoſtes. Sí díligeretís me, gauderetís utiq; qa uado ad meum atq; uſm, ímo uníuerſorũ pr̃em. Alioquín, qd míhí & uobís? Quíd à uobís habeo, níſi pctũ & míſeríã? hoc ſolum qđ geſto corruptibile corp⁹? de uro me habere fateor & agnoſco. Nõ ſufficit uobís q me ín hãc ſeculí míſeríã, míſerí míſerũ índuxíſtís: q ín pctõ uro & pctores pctorẽ genuiſtís: q ín pctõ natũ, de pctõ nutríſtís: níſi etiã ínuídẽdo míhí míam quã conſecutus ſum ab eo q non uult mortẽ pctoris: filiũ ínſup gehennæ faciatís? O durũ patrẽ, ô ſæuã matrẽ, ô parẽtes crudeles & ímpios: ímo nõ parẽtes, ſed perẽptores: quorũ dolor, ſalus pignoris: quorũ cõſolatio, mors filĩ eſt. Quí me malũt perire cũ eis: quàm regnare ſine eis. Quí me rurſus ad naufragiũ, unde tãdẽ nudus euaſi: rurſus ad ígnem, unde uix ſemíuſt⁹ exíui: rurſus ad latrones, à q bus ſemíuíu⁹ relictus ſum, ſed míſerante ſamarítano íam alíquantulum cõualui: reuocare conant? & mílitẽ xp̃í prope iã rapto cælo triumphantem (quod non ín me gloríor, ſed ín eo quí uícit mundũ) ab ipſo íam íntroitu gloríæ: tanquã canem ad uomitũ: tanquã ſuem ad lutũ: ad ſeculũ reducere moliuntur. Míra abuſio. Domus ardet, ígnis ínſtat à tergo: & fugíentí prohibẽ egredí: euadẽti ſuadetur regredí? Et hæc ab hís quí ín ínceẽdio poſití ſunt: & obſtínatiſſima dementía, ac demẽtiſſima obſtínatione fugere periculũ nolunt? Proch furor. Sí uos contẽnítís mortẽ uram: cur etiã appetítis meã? Sí, ínquã, negligítis ſalutem uram: quíd ſuuat etiã perſequí meã? Quare uos non potius ſeqmíní me fugientẽ: ut nõ ardeatís? An hoc eſt uí cruciat⁹ leuamẽ, ſi me etiã perímatís: & hoc ſolũ timetís, ne ſoli pereatís? Ardens, ardentibus quod ſolatium pſtare poterit? Quæ, ínquã, conſolatio dãnatís, ſocios habere ſuæ dãnationís? Quódue remediũ moriẽtib⁹, alios uídere moriẽtes? Non hoc mihi perſuadet díues ille q ín tormẽtis deſperatus de ſui liberatione, rogabat nunciari fratribus ſuis, ne & ipſi uenirẽt ín locũ eorũdẽ tormentorũ: timẽs pculdubío ex ſuorũ cruciatu augerí ſuũ. Quíd ergo? Ibo & cõſolabor lugentẽ matrẽ meam mei ad tp̃s uiſitatione: ut ínæternũ lugeã & me, & ipſam, ſine conſolatione? Ibo, ínquã, & ſatisfaciã pr̃í meo íraſcentí, pro mei ad tp̃s abſentia: conſolandus & ipſe ad tp̃s de eius p̃ſentía: ut poſtmodũ & q ſcq; pro ſe, & utríq; pro alterutro ínconſolabili deſolemur triſtitia? En potius exemplo apli, non acquieſcens carní & ſanguíní: uoce audíam dñí iubẽtis: Dímitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. Et cantabo cũ dauíd: Renuit cõſolarí aĩa mea. Et cũ hieremía: Dẽ hoís non cõcupíuí: dñe tu ſcís. Quíd em̃? Funes ceciderunt míhí ín p̃claris, & cæleſtis hæreditas p̃clara eſt míhí: & terrena adulat⁹ pmiſſio: blandit conſolatio carnis? Guſtato ſpũ: neceſſe eſt deſpere carnẽ. Affectantí cælestia: terrena non ſapíunt. Eternís ínhíantí: faſtídío ſunt trãſitoría. Deſínite ígitur parentes meí, deſínite, & uos fruſtra plorando affligere: & me gratís reuocando ínquietare: ne ſi adíeceritís nuncios ultra míttere pro me: plus me elongare cogatís Sí aũt dímittítís: clarãuallẽ ín perpetuũ non dímittã. Hæc requíes mea ín ſeculũ ſeculí: hic habitabo, qm̃ elegí eã Ibí p meís atq; ueſtris pcĩs ſugíter orabo: ibí pcíbus aſſíduís (qđ & uos cupítís) ímpetrabo ſi potero, ut quí eius amore hoc modí co tempore abínuícẽ ſeparamur: ín alio ſeculo ſímul felící & ínſeparabílí ſocíetate, ín eius amore uíuamus per oĩa ſecula ſeculorum. Amen.

Matt. 8. Pſal. 166. Hiere. 17.

¶ Ad *Gaufridum Lexouienſem.* *Epiſtola.* C X II.

OLeo ſuper te fili mi Gaufride, doleo ſuper te. Et merito. Quís enim non doleat florẽ iuuentutís tuæ quẽ lætantibus angelís deo illíbatũ obtuleras ín odorẽ ſuauítatís, nunc à dæmonibus cõculcarí: uítíorũ ſpurcítíís, & ſeculí ſordíbus ínquinarí? Quõ quí uocat⁹ eras à deo, reuocãtẽ díabolũ ſequeris: & quẽ xp̃s trahere cœperat poſt ſe, repẽte pedẽ ab ipſo íntroítu gl̃iæ retraxíſtí? In te experior nũc ueritatẽ ſermonís dñí quẽ dixit: Inímící hoís, domeſtící eius. Amící tuí & proxímí tuí, aduerſum te appropínquauerũt & ſteterũt. Reuocauerunt te ín fauces leonís: & ín portís mortís iterũ collocauerũt te. Collocauerũt te ín obſcurís ſicut mortuos ſeculí: & íam paratũ eſt ut deſcẽdas ín uentrem ínferí, íã te deglutíre feſtínat: ac rugientibus p̃paratís ad eſcã, tradere deuorãdũ. Reuertere q ſo: reuertere príuſquã te abſorbeat profundũ, & urgeat ſup te puteus os ſuum: príuſquã demergarís unde ulteri⁹ nõ emergas: príuſquã ligatís manib⁹ & pedíbus proíſcíarís ín tenebras exteriores, ubí eſt fletus & ſtrídor dẽtiũ: príuſquã detrudarís ín locũ tenebroſum, & opertũ mortís calígíne. Erubeſcís forte redíre: qa ad horã ceſſíſtí? Erubeſce fugã: & nõ poſt fugam reuertí ín p̃líum, & rurſum pugnare: needũ finís pugnæ: needũ abínuícẽ dímicãtes acies diſceſſerunt: adhuc uíctoría præ manibus eſt. Sí uís, nolumus uíncere ſine te, nec tuã tibí ínuídemus gloríæ portionẽ. Lætí occurrem⁹ tibí, lætís te excípíemus amplexíbus, dícemusq; : Epulari & gaudere oportet: quia hic filius noſter mortuus fuerat & reuíxit: perierat, & ínuentus eſt.

Matt. 7. Pſal. 37.

¶ Ad *Sophiam uirginem.* *Epiſtola.* C X III.

SErnardus abbas de claraualle, Sophiæ uírgíní uírgínítatís ſeruare titulum: apprehendere frutũ. ¶ Fallax gl̃ia, & uana eſt pulchrítudo: mulíer tímens deum ípſa laudabitur. Condelector filía gloriæ uírtutís tuæ: qua fallacem mundí gloríam reſpuiſſe narraris. Ipa quidẽ digne reſpuitur: ſed quía multí alíter ſapientes ín eius æſtímatione deſpíunt, tu iure laudaris, quía non falleris. Flos fœní eſt, uapor eſt ad modícũ parens. Ipſe eius qualíſcunq; ſtatus, nónne plus anxíetatís quàm íocunditatís habet? Dũ uendícas, dum defendís, dũ ínuídes, dũ ſuſpícaris, dũ ſemper ambís q̃ non habes: & nonnullís adeptís, acquírendí non tepeſcit ardor: q̃ requíes ín gloría tua? Sí qua tñ eſt: præterít íocunditas non redítura, & manet anxíetas non relictura. Cæterum uídeas eam quàmplurímos nõ apprehendere: contemnere perpaucos. Cur hoc? Profectò qa neceſſítas multorum eſt: uírtus paucorũ. Paucorum, ínquã, paucorum,

præsertim nobiliū. Deniqꝫ nō multos nobiles: sed ignobilia mūdi elegit deus. Proinde benedicta tu in nobilibus, quæ pro gloria certātibus cæteris: de cōtēptu gloriæ gloriosius sublimaris, & sublimius gloriaris. Insignior planè atqꝫ illustrior, ꝙ de paucis facta es: quàm ꝙ orta de magnis. Illud namqꝫ dei munere tuum est: hoc tuorū. Porrò quod tuum est: tanto carius est quāto rarius. Nā si in uiris uirtꝰ, rara est auis in terris: quātomagis in fœmina fragili & mobili? Deniqꝫ mulierē fortē qs inueniet? Multo magis quis fortē & nobilē? Minime quidem deus est acceptor pſonarū: nescio tñ quo pacto uirtus in nobili plus placet. An fortè qa plus claret? Siquidē ignobilis cum caret gloria: nō facile liquet utrū quia nolit: an qa nō possit habere. Laudo factā de necessitate uirtutem: sed plus illā quā eligit libertas, non indicit necessitas. Certēt ergo cæteræ que spem nō habēt pro rerū fugacium, atqꝫ fallaciū uili breuiqꝫ gloriola: tu spei quæ non confundit inmittere. Tu te, inquā, ei quod breue hoc ac momentaneum tribulationis tuæ supra modum in sublime operaſ pōderi gloriæ reseruato. Qđ si tibi exprobrauerint filiæ belial: ille q̄ extēto collo, fractis incedunt gressibus, compositæ & circūornatæ ut similitudo templi: respondē: Regnū meū nō est de hoc mundo. Respondē: Tempus meum nondū aduenit: tempus autem uestrū semper est paratū. Respondē: Gloria mea abscondita est cum christo in deo. Cum autē xp̄s apparuerit uita mea: tunc & ego apparebo cum ipso in gloria. Quāquā & si gloriari oportet: potes tu quoqꝫ ingenue: potes secure, tantū in domino. Omitto sanè coronā quā tibi dñs præparauit in æternū. Sileo repromissiones quæ te in posterum manent: ꝙ felix sponsa admittenda es reuelata facie, speculari gloriam sponsi tui: ꝙ te sibi exhibiturus est gloriosam, non habentem maculā aut rugā, aut aliquid huiusmodi: ꝙ æternis exceptur? amplexibus, ponet leuā sub capite tuo, & dextera illi? amplexabitur te. Prætereo locū nominatū: quē uirginitatis prærogatiua singularem à filijs & filiabus in regno es procul dubio sortitura. Sileo & canticū illud nouū: quod uirgo cū uirginibus singulari nihilominus dulcíqꝫ modulamine canitura lætaberis in ipo, & lætificabis ciuitatem dei, cantans, & cursitans, & sequens agnū quocumqꝫ ierit. Illud siquidē nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. qđ tibi præparatum est, & cui te præparari oportet. Hæc ergo prætermitto que in futuro reposita sunt tibi, pñtia tm̄ loquor, ea loquor quæ de primitijs spūs ia tenes, spōsi xenia, arras spōsalitias, bñdictiōes dulcedinis, in qbus te præuenit: quē & subsecuturū, atqꝫ qđ deest cōpleturū expectas. Ille ille in mediū ueniat summo decore spectabilis: ipsis quoqꝫ angelis admirandus ornatus: & pferant si quid simile habēt filiæ babylonis: quarū uere gloria in confusione. Induunt purpura & byssō: & subinde cōscia pānosa iacet. Fulgēt monilibus: moribus sordent, Econtra tu foris pannosa, intus speciosa resplendes: sed diuinis aspectibus, nō humanis. Intus est qđ delectat: quia intus est quē delectat: nisi forte tu dubitas habitare xp̄m per fidem in corde tuo. Deniqꝫ ois gloria eius filiæ regis ab intus. Iocundare filia sion, & exulta satis filia hierusalem: quia cōcupiuit rex speciē tuam: si tm̄ confessionem & decorē induis, amicta lumine sicut uestimēto. Nēpe confessio & pulchritudo in cōspectu eius. Cuius? Speciosi forma præ filijs hoim. Ipsius in quem desiderāt angeli prospicere. Audis cui places, ama unde places. Ama cōfessionem, ob quam amaris. Ama confessionem: si affectas decorem. Confessioni iungitur decor, iungitur pulchritudo. Habes utrūqꝫ. Confessionem & decorem induisti. Et confessio & pulchritudo in cōspectu eius. Reuera ubi confessio: ibi pulchritudo, ibi decor. Si pcta sunt: in cōfessione lauantur. Si bona opera: cōfessione cōmendantur. Cum mala tua confiteris: sacrificiū est deo spūs contribulatus. Cū dei beneficia: immolas deo sacrificiū laudis. Bonum aie ornamētum cōfessio, que & peccatorem purgat, & iustū reddit purgatiorem. Absqꝫ confessione iustus iudicatur ingratus: & peccator mortuus reputatur. Amor tuo quippe, tāquā qui nō sit, perit confessio. Cōfessio igitur pctōris est uita, iusti gloria. Et necessaria est pctōri: & iustū nihilominus decet. Deniqꝫ rectos decet laudatio. Sericā & purpura & tinctura rū fucus: decorē habēt, sed non præbent. Quicqd tale applices corpori: exponit speciem suā, non deponit. Secum deniqꝫ tollit, cū tollitur ipsum. Porrò decor q cū ueste induit & cū ueste deponit: uestis procul dubio est, non uestiti. Tu ergo noli æmulari in malignantibus, & mendicantibus pulchritudinem alienam, ubi perdiderint suam. Natiuo quippe & interno se pōssit decore nudas: q̄ tanto studio & pretio de diuersis & uarijs speciebus, eius q̄ præterit figuræ mundi, foris sibi cōficere satagunt, unde oculis insipientiū appareāt speciosæ. Indignū tibi iudica, formā à pellibus muriū, & operibus uermiū mutuari. Tua tibi sufficiat. Ille est uerus proprius qꝫ cuiusqꝫ rei decor. q nulla interiacēte materia, per se ineſt. O quàm decēti rubore genas suffundit uirginea, ingeniti gēma pudoris. Quæ inaures reginarū huic comparabunt? Nec inferioris insigne decoris, disciplina præfert. O quàm cōpositū reddit oēm puellaris corporis habitum, necnon & mentis habitum, disciplina. Ceruicē submittit, ponit supercilia, componit uultū, ligat oculos, cachinnos cohibet, moderatur linguā, gulā frenat, iram fodat, format incessum. Talibus decet pudicitiæ uestē distingui margaritis. Istiusmodi circundata uarietate uirginitas: cui gloriæ merito non præferē? Angelicæ? Angel? habet uirginitatē: sed non carnē, sanè felicior, quàm fortior in hac parte. Optimus & optabilis ualde ornat? iste, qui & angelis possit esse inuidiosus. Sed aduerte & aliud de eodem. Profectò tāto tibi manet tutus, quāto & pprius. Vides nēpe auro, argento, lapidibus p̄ciosis, & oi deniqꝫ cultu regio non tā ornatas quàm oneratas. Vides longas post se trahentes fimbrias, ipsasqꝫ p̄ciosissimas: & densas pulueris nubes excitātes in aera. Nō te moueant hæc. Illæ illa uel in morte deponent, te tua sctitas non relinquet. Non sunt sua q̄ portant. Cū interierint, non sument oia: neqꝫ descendet cū eis gloria hæc. Mūdus cuius sunt, nudis illis exeūtibus, retinebit, eisdem uanis uanas similiter alias seducturus. At uerò tuus ille ornatus non sic. Firmissime tibi (ut dixi) manet, ppterea tutus, quia tuus. Nullus facile aut cedit iniurijs, aut patet insidijs. Aduersus huiusmodi nil furis calliditas, nil furentis crudelitas pōt. Nec à tineis roditur, nec uetustate corrūpitur, nec cōsumitur. In morte uiuit. Nimirū aiæ res est, nō corporis: & ob hoc simul cū aia de corpore abit: non obit cum corpore. Porrò animæ non habent quid faciant, etiam qui corpus occidunt.

Psal. 44. Prou. 31. zach. 9. Psal. 95. Psal. 103. Psal. 95. Psal. 50. Psal. 49.

¶ *Ad alteram sanctimonialem.* *Epistola.* CXIIII.

MAgnū est mihi gaudiū ꝙ te ad uerū & pfectū gaudiū uelle tēdere cōperi. Qđ non est de terra, sed de cælo: id est non de hac cōualle plorationis, sed de illa quā fluminis impetus lætificat ciuitatē dei. Et reuera illud uerū, & solū est gaudium, quod nō de creatura sed de creatore concipit: & qđ cum possederis, nemo tollet à te. Cui cōparata ois alimūde iocunditas, mœror est: ois suauitas dolor est: oē dulce, amarum: oē decorū, fœdū: oē postremò qđ cūqꝫ aliud delectari possit, molestū. Deniqꝫ tu mihi testis es in hac re. Teipsam interroga. qa tu tibi familiarius credes. Nunqd non hoc ipsum clamat in corde tuo spūs sctūs? An non tibi iam ab ipso priusquā à me hui? rei ueritas persuasa est? Qñ cū tu fœmina & iuuēcula, formosa & ingenua, sic fragilem & sexū uinceres & ætatē, sic spectabilē & formā & generositatē cōtēneres, nisi cūcta q̄ corporis sensibus subiacent: in illorū ia tibi cōparatione uilescerent: q̄ te interius & cōfortant ut uincas, & delectāt ut præferas. Nec immerito. Modica, transitoria, terrena sunt que despicis: maxima, æterna, cælestia sunt quæ appetis. Plus dicam: & uerum dicam. Tenebras deseris, & lucem ingrederis. De profundo fluctuum, emergis ad portum. De misera seruitute, in felicem

infelicem libertatē respiras. De morte deniq; trāsis ad uitam. Siquidē usq; modo tua non dei uoluntate, tua uiuēs non dei lege, uiuens mortua eras. Viuens mūdo, mortua deo: siue ut ueriꝰ loquar, nec mūdo uiuēs nec deo. Volēs quippe sub habitu & noie religionis instar unius de seculo conuersari: sola deū à te uoluntate repuleras. Non aūt ualens q̄ fieri uolebas: nō tu quidē mundū, sed te mundus repulerat. Deū ergo repellens: & à seculo repulsa: inter duas (ut dicit) sellas corrueras. Nec deo itaq; uiuebas, quia nolebas: nec seculo, quia nō poteras. Alteri quidem uolens, alteri inuita: sed tamen utriq; mortua. Sic debet cōtingere his qui uouent & non soluunt: qui aliud foris ostentant. & intus aliud appetunt. At uerò nunc per dei misericordiam, incipis reuiuiscere: non peccato sed iustitiæ: non seculo sed xp̄o, sciens quia & seculo uiuere, mors est: & in xp̄o etiam mori, uita. Beati nempe mortui, qui in dño moriuntur. Ex hoc iam nec uotum tuū irritum: nec cassam professionem causabimur. Ex hoc iam nec corporis integritas animi corruptione infirmabitur: nec morū prauitate uirginitatis titulus obscurabitur. Ex hoc iā nec falsum nomen: nec uacuū uelamen portabis. Vt quid em̄ hactenus nonna & sanctimonialis uocitata es: quæ sub sanctitatis nomine non tamē sancte conuersata es? Cur uelum in capite mentiebatur reuerentiā, & sub uelo petulās oculus exhibebat impudentiā? Caput siquidem gerebas uelatum, sed elatum. Sub signo uerecundiæ sermo resonabat inuerecūdus. Risus immoderatior, incessus lasciuior, uestis ornatior, uni inflatæ māgis quàm uelatæ congruerent. Sed ecce iam uetera christo auctore transierūt, & noua fieri incipiunt omnia: dum cultum exteriorē interiore commutas: & magis uitam quàm uestem appetis habere ornatam. Facis quod debes: imo quod iam olim fecisse debueras, nam olim iā noueras. Sed spiritus qui sicut & ubi uult, & q̄n uult spirat, necdum spirauerat. Et idcirco forsitā quod hucusq; egisti: excusationem habet. Cæterum si flammantem spiritum quo nunc recaluit sine dubio cor tuū intra te: & in meditationibus tuis exardescentē ignē diuinum iā extingui permiseris: qd restat, nisi ut te illi seruandam noueris igni, qui non possit extinguī? Sed extinguat potius idem spūs in te concupiscentias carnales: ne fortè ab his præfocato (quod absit) nup concepto sancto desiderio, in flammas contingat incidere gehēnales.

¶ *Ad sanctimonialem quandam de monasterio sanctæ Mariæ Trecensis.* Epistola. CXV.

RElatū est mihi te quasi asperioris uitæ desiderio, tuū monasteriū uelle deserere. Quā rem dissuadentibus tibi atq; oīmodis prohibentibus spūali matri tuæ siue sororibus, cum acquiescere nolles, placuisse tandem nr̄m super hoc consilium eligere: ut quicquid ego laudauerim, id tibi credas expedire. Debueras quidē doctiorē ad hoc consilium eligere. Quia tñ sic tibi uisum est: quod hinc mihi rectius uidet, nō celo. Hoc itaq; tuū desideriū, ex quo cognitū habui: cogitans atq; recogitans quo quidē spū cōceperis, facile iudicare non audeo. Potes nāq; in hac re zelum dei habere: ut excusabilis sit tua intentio: sed quō fm scīam tua talis uoluntas impleatur, oīno non uideo. Cur inquis? Non est sapere: ut opulentiā: ut urbis frequētiā: ut pinguia fugiā & delicias? An nō mea mihi pudicitia tutior erit in eremo: ubi in pace cum paucis, aut sola conuersans, soli placeam cui me probaui? Nequaquā. Nā uolenti perperā agere: & desertū abundantiā habet: & nemus umbrā, & siletiū solitudo. Malum quippe qd nemo uidet: nemo arguit. Vbi aūt nō timet reprehēsor: securius accedit tētator: licētius perpetratur iniquitas. In conuentu uerò bona siqua facis: nemo prohibet. Malū aūt facere si uis: non licet. Mox etem̄ a pluribus cōperit, arguit, emēdatur: sicut econtrario bonum cū uident: oēs miranť, ueneranť, imitanť. Vides ergo filia q̄ & tua merita immaniorem in conuentu gloria sequitur: & citior culparū correctio: q̄n ibi sunt: & quib9 de bonis exemplū præbeas: & quas de malis offendas. Denique ut ex illa iam euangelica partitione omnem tibi auferam tui excusationem erroris: aut de fatuis uirginibus una es, (si tñ uirgo es) aut de prudētib9. Si de fatuis: cōgregatio tibi necessaria est. Si de prudētibus: tu cōgregationi. Nā si sapiens & probata es: religio certè q̄ illo in loco nouiter inmouata, nūc ubiq; laudat, multū tua discessione diffamabitur: & infirmabit, ut timemus. Dicet quippe q̄ bona cū sis: bonū ordinē nequaquā desereres. Qd si fatua cognita es, & recedis: dicemus q̄ quia cum bonis male uiuere nō licet, bonas mala nō ferens, q̄ris ubi uiuere liceat ut libet. Et meritò. Nā añ ordinis emēdationē nunquā (ut aiunt) inde locuta es. At ubi religio creuit: sanctior subito facta, feruore repentino cogitare cœpisti de eremo. Agnosco filia agnosco: utinam & tu mecum agnoscas serpentinū uirus: fraudulenti dolum, uersipellis astutiam. In nemore lupus habitat. Si sola ouicula umbras nemoris penetras: p̄da uis esse lupo. Sed audi me filia: fidele audi cōsiliū. Sive peccatrix, siue sancta sis, noli te separare à grege: nequā do rapiat, & non sit qui eripiat. Sancta es, stude tuo exemplo tuæ socias acgrere sanctitatis. Peccatrix es, noli addere pctā pctis. Sed age pœnitētiam ubi es: ne discedens cū tui quidem periculo, ut ostēsum est: & sororibus quidem scandalum relinquas: & multorum in te prouoces detrahentium linguas.

¶ *Ad Ermangardem quondam comitissam Britanniæ.* Epistola. CXVI.

OLlectæ in xp̄o filiæ suæ Ermāgardæ, quondam eximiæ comitissæ, nunc humili xp̄i ancillæ. B. abbas clarevallis: pium sanctæ dilectionis affectum. ¶ Vtinam sicut chartā nunc præsentē, ita & meam tibi mentem expandere possem. O si legere posses in corde meo: quod ibi de amore tuo: suo digito deus scribere dignatus est: certè agnosceres quàm nulla lingua uel penna sufficiat exprimere, quod in intimis mihi medullis dei spūs imprimere potuit. Et nunc quidem p̄sens sum spiritu, licet corpore absens, sed nec mihi nec tibi est unde appaream. Est tamen penes te unde possis de me ut cumq; conijcere: etsi nondum cognoscere quod dico: intra ergo cor tuum: & inspice meum: & uel tantum mihi tribue amoris erga te: quantum tibi erga me inesse sentis: ne si nos quidem minus: te uerò amplius amare præsumpseris: eò te nobis præferre puteris, quò & uincere nos charitate putaueris. Cæterū tuæ modestiæ est, potiꝰ id sentire de nobis: ut qui te affecit ita me diligere & eligere ad consilium tuæ salutis: æque affecerit & me in obsequium tuæ dilectionis. Tu ergo uideris quō me tecū retinueris: ego (ut uerum fatear) nusquā abs te absq; te recedo. Hæc tibi interī de uia breuiter in trāsitu scribere uolui: sperās me maiori ocio, maiora missurum si deus annuerit.

¶ *Ad eandem.* Epistola. CXVII.

REcepi delicias cordis mei, pacē tui. Lætus sum: quia tu læta nunciaris, mecq; admodum animo reddit incolumen, tua immotescens alacritas. Hæc nimirum lætitia nil habet de carne & sanguine: cum humilis ex sublimi: ex ingenua ignobilis. pauper ex diuite uiuas: fratris, filij, patriæq; destituta solatio. Sine dubio ergo quod in te alacritatis natum est de spiritusancto est. Quippe iamdudum à timore dei concipiens, parturisti iam tandem spiritum salutis: foras utiq; mittente, charitate timorem. O quàm libentius ista præsens colloquerer, quàm scribo absens. Crede mihi iracor occupationibus, quibus frequenter impediri uideor, ne te uideam: & delector occasionibus quibus uel interdum expediri uideor ut te uideam. Rara quidem datur huiusmodi opportunitas, sed chara fateor est mihi uel ipsa raritas. Est enim sanè melius uidere te uel non nunquam: quàm nunquam omnino. Spero me in proximo uenturū ad te, iam nunc præsibans gaudium, proxime plenecq; futurum.

¶ *Ad Beatricem nobilem & religiosam matronam.* Epistola. CXVIII.

MIror tuæ deuotionis studiū tuæ erga nos dilectionis affectum. O bona dña: quid tibi & nobis? Vnde tanta tibi solicitudo de nobis? Si filii, si nepotes, si uel aliqua extrema propinquitatis linea tibi iuncti essemus: tua crebra beneficia, frequentes salutatiões, innumera denicp tui amoris insignia quæ quotidie experimur, non tam nobis mirāda uiderentur, quàm ex debito susciperēda. Nūc aūt cūgenere tantū domi nā non matrē te cognoscamus, nō mirū si miramur, sed mirū si satis mirari possumus. Quis eñ notorū uel cognatorum nostrorū curam habet de nobis. Quis unquam de nostra salute interrogat? Quis inquā non dico solicitus: sed uel memor nostri est in seculo? Amicis, propinqs, uicinis nostris, facti sumus tanquā uas perditū. sola nos oblitui scī non potes. Inquiris de esse & statu sanitatis nostræ: de uia quā nuper egimus: de monachis quos ad aliū locū transtulimus. De qbus breuiter rñdeo, cp de terra deserta, & de loco horroris & uastæ solitudinis introducti sunt in abūdātiā rerū, ædiū, & amicorū: in terrā denicp fertilem, & locū amœnæ habitationis. Lætos itacp, & in pace reliquimus. Læti nos & in pace reuersi sumus: præter quod ego paucis diebus sed non parū febre redeunte, ita ut mori timerem, aggrauatus fui. Sed rursum Deo miserāte cito cōualui, ita ut nūc fortiorem saniorem cp me sentiā post uiā peractam, quàm ante inchoatam.

¶ *Ad ducem & ducissam Lotharingiæ.* *Epistola.* CXIX.

DVci & ducissæ Lotharingiæ. B. abbas de Clara ualle. sic suis admiscē charis ac castis delectari amplexib9, ut solus Christi amor superet in amplexibus. ¶ Ex quo cœpimus pro nostra necessitate in terrā uestram, multā semper inuenimus in oculis uestræ dignitatis familiaritatē & gratiam. Benedictionē largitatis uestræ, nostris hominibus cū necesse fuit, liberaliter exhibuistis. Passagium transeuntibus: & si qd est aliud iuris uestri debitum, mercantibus libenter dimisistis. De quibus omnibus sine dubio merces uestra multa est in cælis, si tñ uerum esse credimus qd dñs in euangelio promittit. Quandiu fecistis uni ex minimis meis, hoc mihi fecistis. Sed quid est quod ministros uestros: q uos donastis, exigere rursum permittitis? Dignū est uobis & honorificū, ut qd uobis pro salute aīarum uestrarū placuit donare: nemo uestrorū repetere audeat. Si ergo uos (qd absit) bñficiorū uestrorū nō pœnitet: donūcp qd in beneplacito uestro à uobis sæpe recepimus, æque adhuc ut habeamus utricp uestrū cōplaceat: iubete ita firmiter & incōcusse teneri, quatenus ultra fratres nostri à nullo ministrorū uestrorū timeant propter hoc disturbari. Alioquin nō renuimus dñi nostri sequi exemplū: q pro se non dedignatus est soluere censum: parati & nos libēter quæ sunt Cæsaris Cæsari reddere, & uectigal cui uectigal, & tributum cui tributum: præsertim quia iuxta Apostolum non tam debemus requirere datum nostrū, quàm fructum uestrū.

Matt. 25.

¶ *Ad ducissam.* *Epistola.* CXX.

GRatias agimus Deo pro tam deuota uolūtate, quam erga ipsum & seruos eius uos habere cognouimus. Quoties eñ in corde carnali terrenis dignitatibus alto ulla uel minima scintilla cælestis amoris accēsa uidetur: diuinum sine dubio est munus nō bois uirtus. Et nos quidē largitatis uestræ uestris in literis nobis oblata bñficia gratāter amplectimur. Sed cognita illa subita & grādi satis occupatiõe qua uos nunc detineri necesse est: cōueniens ducim9 uestrā quātū uobis placuerit expectare opportunitatē. Nemini etenī quātū in nobis est uellemus esse oneri, præsertim in his q ad Deū prinēt ubi nō dati lucrū, sed dātis fructū requirere debemus. Diē itacp nobis si placet atcp locum reseribēdo per hunc nūtiū noīatæ quo (iuuāte Deo) præsenti expedita instātia, nostris partib9 appropinquare debeatis: & fratre Vuidone uobis obuiā facto: si quid in terra uā inuenerit quod aptum sit ordini nostro, pmissa uestra expeditius atcp alacrius cōpleatis. Hilarē eñ datorē diligit Deus. Aut si fortè non placet uobis dilatio, & hoc notificate: quia parati sumus in hac re quātū ratio patit, uestræ obtemperare uoluntati. Ore uestro ducem salutamus: & tam ipsum quàm uos admonemus, ut si castrū p quod iturā facturi estis, uestri iuris nō esse noueritis: p Dei amore relinquatis. Scriptum quippe est. Quid prodest homini si mundum uniuersum lucretur: se autem perdat, & detrimentum sui faciat?

¶ *Ad ducissam Burgundiæ.* *Epistola.* CXXI.

VEstræ dignationis specialis familiaritas quam erga nos pauperes homines habere uidemini, cousep pgressa est: ut quisquis uestram dignationem se habere sentit infensam, per nullū facilius quàm per nos cōfidat redire in gratiā. Hinc est cp dudum Diuisoni cū essem, Hugo de Besua multis me precibus ad placandā sibi uestrā quam meruerat indignationē applicauit: & ut cōsugio de filio suo qd uobis quidē nō placitū, sed sibi (ut putat) cōmodū irretractabiliter facere statuerat: amore Dei & nostro assensum præberetis. Cuius causa, ecce nūc rursus tā suis quàm suorū precibus aures nostras pulsare curauit. Et nos qdē utilitates illius terre nas non ualde curamus. Verumtñ quia res (ut ipse dicit) ita in alto posita esse uidet: quatenus nisi cū ipsius periculo nequaquā possit obuiari cōsugio: hoc uobis intimare conueniens duximus: quia grandis debet esse utilitas: quā Christiani & uestri hois legalitati pponere debeatis. Necp eñ & periurus esse, & legalis simul manere potest. Quāq etiā uobis nō solū nullū lucrū, sed & multū uidemus ingruere periculū: si quos fortassis Deus contingere disposuit per uos disturbari contigerit. Suam gratiā adiiciat dominus super uos & super filios uestros, nobilissima: mihicp in Christo dilectissima dña. Ecce nunc tēpus acceptabile, ecce nunc dies salutis: erogate uestrū frumentum pauperibus Christi, ut æternū cū usura recipiatis.

¶ *Epistola domini Hildeberti Turonensis archiepiscopi ad Bernardum abbatem.* *Epistola.* CXXII.

BAlsamū ex odore suo, & arborem ex fructu cognosci: paucos credim9 ignorare. Sic & nobis ex opinione tua charissime frater innotuit quālis ad sanctimoniā cōposit9: & iteger ad doctrinā. Cū em locorum interstitio longius à te separemur: ad nos tñ usep peruenit quàm iocundas noctes cū tua Rachele ducas: q pgenies ex Lya tibi exuberet: quàm totus te exhibeas & cultorē uirtutis, & hostē carnis. Nō alienum quunt te: quicūcp loquunt nobis de te. Talis est odor olei effusi nois tui: talia iā tuorū pmia meritorū. Has ex agro tuo spicas ante supremā colligis messionē. In hac eñ uitā dā merces uirtutis est: cōspicuum & immortale testimonium. Hoc ipsa sibi cōparat, hoc sibi ipsa custodit. Huius splendor nō minuit inuidia: nō exterioribus studijs adiuuatur. Quippe bonorū æstimatio sicut falsis delatiōibus asserri nō pōt: ita nec adulatorijs fauoribus acquiri. Penes ipsos est: eā uel ubertate uirtutū, pficere: uel defectu minorari. Sanè de celeberrima opinione tua spes in sinu ecclesiæ reposita est: eā minime cassurā: quoniam fundata creditur super firmam petram. Ex ea nos tua edocti deuotione, desiderio desideraūimus in sacrarium familiaritatis tuæ recipi: ibicp recordatiõe tecū esse ubi teipm furatus colloquijs mortaliū p mortalib9 locūris cū rege angelorum. Porrò huic desiderio nro . N . Tracensis archidiaconus plurimū adiecit: uir moribus & literatura cōspicuus. Eū tibi cēseremus cōmēdādū, nisi cōstaret illos quos tua diguaris gratia, cōmēdatione alia nō egere. Si nescis: illius etiam attestatione didicimus te in ecclesia esse qui ad eruditionem uirtutis, & exemplo sufficias & uerbo. Cæterū ne literis plixioribus onereris: scripto ponimus finem super pradictæ petitioni: donec exaudiri mereamur, finem tibi me posituri. Quid autem ex hoc animi geras, doceri deposcamus tuarum recursu literarum.

¶ *Rescriptum Clareuallis abbatis ad eundem.* *Epistola.* CXXIII.

Bonus homo

BOnus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum. Scripta gloriæ tuæ imo & meæ satis libenter accepi, nir totius reuerentiæ: tenēs m illis unde te nō immerito glorificem, & ipse non immerito glorier. Siquidē gloria nostra hæc est tuæ sublimitatis dignatio: tua nostræ reputatio paruitatis. Eccle.3. Nēpe in alto non altum sapere, sed humilibus consentire, nil deo charius: nil rarius apud homines. Quis sapiēs nisi qui sapientiæ consilijs acquieſcit? Ait autem: Quāto maior es: tanto humilia te in omnibus. Hoc tu mihi exhibuisti, minori maior: senior iuniori. Possim proinde & ego tuā pbatā sapiētiā nō indebitis efferre laudibus: & fortè iustioribus his, qbus me dignata est ipsa. Quippe interest ad dādam rerum certitudine: quid incerta iactet opinio, quidq; opus euidens reddat indubitatum. Quod autem certius pbamus, hoc & pdicamus securius. Quæ ergo ad me de me tibi scribere placuit, uideris tu unde pbaueris: ego laudū tuarū argumentū teneo minime dubiū ipsas mei laudatrices lras tuas: in quibus aliū fortasse delectet eruditionis insigne: sermo suauis & purus: oro luculēta: gratū laudabilecq; cōpēdiū. Mihi uerò præ his illa ducit miranda humilitas, qua tantillum tantus præuenire curasti: & obsequio salutādi, & pconio pdicādi, & pcādi reuerētia. Sanè qđ ad me attinet lego de me in lris tuis nō qđ sum, sed qđ esse uellē, & qđ nō esse pudet. Verūtm quod sum, tuum est: & si quid melius dei unquā munere fuero, tuū fore confidito, reuerendissime atq; amātissime pater.

¶ *Ad Hildebertum Turonensem archiepm qui nondum receperat papam Innocentium.* Epistola. CXXIIII.

MAgno sacerdoti & excelso in uerbo gloriæ. Hildeberto dei gra turonēsiū achiepiscopo. B. clareuallis abbas dictus: in spiritu ambulare, & spiritualiter omnia examinare. ¶ Vt uerbis uos Osee.13. prophetícis alloquar, consolatio abscōdita est in oculis: quia mors diuidit inter fratres. Quidam cm̄ iuxta esaiam uident fœdus pcussisse cū morte: & cū inferno fecisse pactum. Ecce nāq; christus dñi iste Innocētius positus est in ruinam, & in resurrectionē multorū. Nam qui dei sunt, libenter iungunt ei: qui aūt ex aduerso stat: aut antichristi est, aut antixps. Cernit abominatio stare in loco sctō: quē ut obtineret, incēdit igni sctūariū dei. Perseqt Innocētiū, & cū eo oēm innocētiā. Fugit ille nimirū à facie leonis, si Amor.3. cut dicit ppheta: Leo rugiet: quis non timebit? Fugit fm Matt.10. præceptū dñi dicentis: Si uos pſecuti fuerint in unam ciuitatē: fugite in aliā. Fugit, & in hoc uerè uirū se apostoli Actuū.9. cū probans, q; apostolica sese forma insignierit. Nec enim paul9 erubuit in sporta dimitti per murū: & sic aufugere manus quærentiū animā suā. Subfugit aūt nō parcēs uitæ suæ sed dās locū iræ: nō ut mortē euaderet: sed ut uitā acquireret. Merito eccl'ia Innocētio cōcedit ipsius uicem quē p eadē uestigia gradientē cernit. Nec sanè ociosa fuga Innocentij. Laborat quidē: sed honestat in laboribus suis. Pulsus urbe: ab orbe suscipit. A finibus terræ occurritur cum panibus fugienti: etsi furor semei gerardi Engolismēsis nōdū ex toto qescat maledicere dauid. Velit nolit pctōr qui uidet & irascitur: magnificatur in cōspectu regū: portans coronā gloriæ. Nunquid nō oēs principes cognouerūt, qa ipse est uerè dei electus, Frācorū, anglorum, hispanorū, & postremò romanorū rex, Innocentiū in papā suscipiunt: & recognoscunt singularem epm aiarum suarū. Solus adhuc ignorat Achitofel suū iam patefactū ac dissipatū consiliū. Frustra molitur miser super populū dei malignare consiliū: & cogitare aduersus sanctos, sancto firmissime adhærentes: & contēnentes curuare genua ante baal. Nulla fraude prævalebit parricidæ suo obtinere regnum super israel: & super ciuitatem sanctam quæ est ecclesia dei uiuentis, colūna fidei, & firmamētum ueritatis. Funiculus triplex difficile rumpitur. Electio melioꝝ, approbatio pluriū: & qđ his efficacius est, morū attestatio: Innocentiū apud oēs commendant: summum cōfirmāt pontificē. Ad qđ sanè & uestra pater expectat sicut pluuia in uellus, uel sera sententia. Non improbamus tarditatē, quæ grauitatem redolet, leuitatis abolet notā. Nam & maria nō statim respondit angelo salutanti: prius cogitās qualis esset illa salutatio. Et timotheo præcipitur nemini cito manū imponere. Dico tñ ego notus pōtificī, ne quid nimis: dico ut familiaris & notus, non plus sapere quàm oportet sapere. Pudet fateor q; serpens uetustissimus, noua audacia relictis insipiētibus mulieribꝰ, etiā robur pectoris uestri uisus est attentare: & tantā ecclesiæ columnā ausus concutere. Cōfidimus aūt quia etsi cōcutit, nō deiicit: qm̄ amicus sponsi stat: & gaudet ad uocē sponsi: uocem exultationis & salutis: uocem unitatis & pacis.

¶ *Ad magistrum Gaufridū de loratorio* Epistola. CXXV.

ODor in flore: in fructu sapor requiritur. Odore prouocati charissime frater olei effusi nōis tui: cupimus & ex fructu operis cognoscere te. Nō enim nos tñ, sed ipse quoq; q nulliꝰ eget deus: opus tamen habet hoc in tpe opere tuo: si non dissimulas. Gloriosum tibi est dei esse posse coadiutorem: posse & non esse dānosum. Porrò aūt gram habes apud deum & homines habes scientiā, habes spm̄ libertatis, habes uerbum usuū & efficax, & sale cōditū: nec oportet te pro tantis uiribꝰ, spōsæ xpi deesse in tāto discrimine: cum sis amicus sponsi. Amicus siquidem in necessitate pbatur. Quid enim? Tu tibi quiescis: & mater tua ecclesia grauiter conturbat? Habuit sua tpa quies: & sanctū ociū hactenus sua negocia licenter libēterq; exercuit. Tempus faciēdi nūc: Psal. 118. quia dissipauerūt legē. Bestia illa de apocalypsi, cui datū est os loquens blasphemias, & bellum gerere cum sanctis, petri cathedrā occupat, tanquā leo paratus ad prædā. Altera quoq; bestia iuxta uos subsibilat: sicut catulus habitans in abditis. Illa ferocior, ista callidior, pariter cōuenPsal.2. runt in unū aduersus dñm & aduersus christum eius. Demus operā cito dirūpere uincula eorū, & pjicere à nobis iugum ipsorū. Nos in nostris partibus unà cum alijs dei seruis diuino igne accensis: deo cooperante laborauimus in cōueniendo populos in unum, & reges ad diripiendū prauorum consensum, ad destruendam omnē altitudinē extollentem se aduersus scientiā dei. Nec infructuose. Alemaniæ, Franciæ, angliæ, scotiæ, hispaniarum & hierosolymorū reges, cū uniuerso clero & populis fauent & adhærent domino Innocētio tāquā filij patri, tāquā capiti mēbra: solicīti seruare unitatē spūs in uinculo pacis. Merito aūt illū recipit ecclesia, cuius & opinio clarior, & electio sanior inuenta est: nimirū eligentiū & numero uincēs & merito. At tu frater qd adhuc negligis? Quousq; uicino serpente tua male secura dormitat industria? Scimus qdē te filium pacis nulla posse ratiōe induci deserere unitatē: sed profectò non sufficit, nisi & defensare, atq; ipsius quoq; turbatores totis uiribus debellare studueris. Nec quietis timeas detrimentū, qđ pro non paruo tuæ gloriæ incremento recōpensabitur, si fera illa uicina uobis tuo studio mansuescat uel obmutescat, & tantam ecclesiæ prædā (comitem dico Pictauensem) in manu tua dei pietas de ore leonis eripiat.

¶ *Ad episcopos Aquitaniæ contra Gerardum Engolismensem episcopum.* Epistola. CXXVI.

OMinis & patribꝰ honorandis: Lemouicēsi, Pictauēsi, Petragoricensi, & Xātonensi, Dei gratia episcopis sanctis, frater. B. Abbas dictus de Claraualle, cōstātiā in aduersis. ¶ Virtꝰ in pace acquirit: in pressura probatur. approbat in uictoria. Tempus est quo uestra, siqua est, nec latere iam, nec torpere sinatur, reuerendi & merito suscipiendi patres. Hostilis siq dem gladius qui uniuerso Christi corpori mortem denuo nunc temporis intentare uidetur, uestris potissimū ceruicibus imminet, & in uos eò acrius, quò cominus debachatur, ita ut quotidianis assultibus aut resistere fortiter, aut turpiter (quod absit) cedere compellamini. Nā Nota. is qui amat primatum gere inter uos Diotrepes, non recipit uos. Nec em̄ agnoscit eū quē tota uobiscum ample-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ćitur ecclesia, uenientem in nomine dñi. Non hūc inquā: sed qui uenit in nomine suo, illum recipit. Nec mirum. Et ipse nempe infatigabilis ad nomen grande multum anhelat etiam in hac ætate. Nec sanè falsa uel incerta opinione ducor notare hominem super uanitate ist̄iusmodi: sed de ore suīpsius eū iudico. In literis siquidē quas nup ad cancellarium scripsit familiares, nónne legationis sese & onere grauari & nomine honorari, tanto indigni⁹ supplicat, quanto humiliusc̄ Vtinā tm̄ obtinuisset. Minus forsan noceret potita uotis ambitio, quā frustrata. Tunc quippe soli, aut periè soli obesset sibi: nūc uerò sæuit in orbē. Vides quid facit amor gl̄iæc̄ Legatio sarcina grauis, humeris præsertim senilibus. Quis nesciat? Et tm̄ homini senissimo grauior uideť pœna, reliquū id breue dierū suorum uiuere sine hac pœna. Sed fortè causabitur se de suspitiōe iudicari: & nos temeritatis arguet, qui de occultis suis reprehendimus quod non probauimus. Fateor suspiciosus sum in hac parte: sed nescio an uel simplicissimus quis secus sentire possit quippe in tam manifesta cōiectura. Vt enim simplicem referam breuiter actionem, primus aut inter primos scribit papæ Innocentio, legationem postulat, non obtinet. Indignatur, resilit ab illo, transit ad aliū, ipsius se esse legatū gloriatur. Quod si aut ab illo ante nó poposcisset, aut postmodum non accepisset ab isto, credi poterat alium quemcūq; habuisse in præuaricatione imitatum, etsi non rectum aliquem. Nunc autem excusationem non habet de ambitione sua. Deniq; ponat etiā nūc legati uel uacuum nomen, nam opus amisit: & ego quidē hac suspitione carebo si potero. Sí nō, suspicabor inuit⁹, & me intemperantiæ reprehendam. Verùm difficile persuadebitur, ego scio. Nímirum homo diu magnus habitus, inter suos uideri seipso inferior erubescit. Agnoscitur is quem scriptura loquitur, pudor adducens peccatum. An non grande peccatū & delictum maximū, supbaista uerecundia: qua terrā & cinerē pudet non dico subiici, sed nō dñari? Propter hoc ergo reliquit illū suum patrē sanctum Innocētiū (sic em̄ eū noiabat) & matrē suam sanctā ecclesiā catholicā, & adhæret schismatiarchæ suo, & sunt duo in uanitate una. Percusserūt fœdus adinuicē: & sup pplm̄ dei malignauerūt consiliū. Squama squamæ coniungit, & spiraculum non est in eis. Iste illum papam, ille hunc uicissim legatum scriptitat, ut decipiant ipsi de uanitate in idipsum. Inuicem se consolant, tuentur cōmēdant: quisq; tamē pro se non pro inuicē. Nimirum homines sunt seipsos amātes. Parí quidē studio conuenerūt in unū aduersus dñm, & aduersus xp̄m eius: sed planè intentionibus nō cohærent. Quærit magis ex alterutro uterq; pfectò quæ sua sunt: idq; (q̄d audere nephariū est) in hæreditate xp̄i. Quid nisi ante oculos uros conant si patimini pscribere xp̄m? Iam nouos apud uos suo papæ cudit legatus epos, ne soli sit sibi papa. Nec mortuis successores sed uiuis inuasores tyrannica fretus potentia superintruditur, nactus scilicet de malitia príncipum occasionem, qui suarū ciuitatum epos odio persequunt iniquo. Sic sedet in insidijs cū diuitibus in occultis ut interficiat innocentes. Per tale ostiū intrat in ouile ouiū. Numqd autem talia gratis legatus actitat p papa suo? En ille totā (ut is gl̄iatur) Frācia atq; Burgūdia legationi ei⁹ antiquæ supaddidit. Pōt & adiungere si uult Medos & psas, & medios fines decapoleos. Quare nō & ultra Sauromatas? Et quē-cūq; deniq; locū calcauerit pes suus, suus sit, quo uel uacuis noīb⁹ gl̄iet. O hō nō minus sine frōte q̄ sine mēte, nec dei memor timoris, nec suæ honestatis. Putat se nō uideri, cum sit subsannatio & illusio oībus qui in circuitu eius sunt. Meritò quidē. Certè em̄ p foro sacrario utit̄: & instar hoīs negotiatoris quærit̄atis lucra sua, & modo hūc, modo illū explorātis uēditorē, ut ab illo demū emat quod amat, à quo uilius impetrare ualuerit: ita iste solicite sibi ecclesiasticā dignitatē hinc inde p quir̄es, eū tādē p suo arbitrio delegit hīe papā q se legatū esse cōsenserit. Ergo ni fi tu legat⁹ fueris, roma papā hīe nō poterit. Vñ hoc tibi

Eccle. 4.

Psal. 82.
Iob. 41.

Psal. 2.

Psal. 9.

Psal. 71.

priuilegiū in eccl̄ia dei? Quis nā tibi hāc concessit in xp̄i hæreditate p̄rogatiuā? Nūqd tu hæreditate possides sanctuariū dei? Donec em̄ in obtinēda pudēda & ipudēti potitiōe spes tibi ulla pmerēdi dñi Innocētij grām esse potuit, sctūs ille te scribēte & papa fuit. Quo ergo nūc schismaticū crímināris? Nūquid cū eadē uana spe tu: illum simul & sanctitas euanuit & papa? Mirū qd potuit in breui dulce & amarū ex eodē fonte pcedere. Heri catholicus & sanct⁹, & summ⁹ pōtifex: hodie neq; schismatic⁹ & turbator. Heri pater Innocētius: hodie Gregor⁹ diacon⁹ sancti Angeli. Itaq; uno qdē ex ore, sed corde pfidō duplici cōtraria pcessere. Labia dolosa in corde & corde locuta sunt. Sed em̄ hō cui cor & cor diuerberat cōsciam, & est & nō diuaricat linguā: putas qa timor ei in mēte sit, aut in frōte pudor? Male aūt iuxta Aplm prouidet bona corā deo & hoīb⁹, qui more illius iniqui iudicis, nec deū timet, nec hoīem reuereť. Et certè ambitio cū prūpit in impudētiā, efficaciā pdit: & cū improbus affectus se aperit, perit effect⁹. Ambitio mī hypocrisis latebras amat & tenebras, lucis impatiēs est. Ambitio spurcū uitiū in imo iacet: uidet tm̄ oē sublime, sed uideri ipsa refugit. Nec mirum. Optato nāq; necesse est careat: nisi caueat arbitros. Quò em̄ gl̄ia pl⁹ affectat: eò minus apprehendit, ubi deprehenditur affectari. Quid deniq; tam ingloriū quàm gl̄iæ cupidū deprehendi, præsertim inter epos? Nec simplicē sanè xp̄ianū gl̄iari oportet, nisi in cruce dñi nr̄i Iesu xp̄i. Inclytus erit ambitiosus, q̄diu in nocte uersabit: & donec turpis lucri negotiū perābulabit in tenebris, potent hypocrita iust⁹ sanctusq; uideri. sed oculo q uidet in facie. At ubi fortè foras mittit impudēti uel īprudēti qd latet i cōscīa: nónne intēperās appetit⁹ apparet ad cōfusionē pcacior, quā prōptior ad gl̄iam? Sic reuera sic pbat quod legit. Gloria in cōfusione eorū q terrena sapiunt. Et illud: Sí ego gl̄iam meā quæro, gl̄ia mea níhil est. Impleturq; in illo qui eiusmodi est: qd̄ ppheta sanct⁹ imprecatur (nisi fallor) hypocritis. Fiant, inquiens, sicut fœnū tectorū? priusquā euellatur exaruit. Nō adeò periit pudor à mortalibus, ut nuda impudensq; uel ab ipsis honoret ambitio, præsertim in sene & sacerdote: quē eò magis profectò puerilis ista dedecet uanitas, quò eū maior grauitas, maiorq; decet sctitudo. Et si in facie benedicit ab adulāte: sed à tergo subsannatur ab oībus. Est sobria q̄dam & quodā modo oculata ambitio: moliens saltē cautè, etsi nō castè. Sí ualet pficere: clā negotia sua curat. Sín uerò manet in se: & pudoris umbram non deserit. Equidē talis etsi deū nondum metuit ad salutem: pro ingenita tm̄ uerecundia honestatē ītērim retinet, q̄ hoīes reuereť, & publicū erubescit. Cæterū q̄nā ista pceps est & frontosa libido dominandi, ut p obtētu uix annuæ qd̄ certè palā est legationis: primo quidē suo nec parcat senio, nec deserat sacerdotio: deinde nec laterí saluatoris, qd̄ in aqua & sanguine colligēdi in fidei unitate ppli, ptulit redemptione, ut qsqs tētaret diuidere quos ille colligeret, & ide redimeret: pbaret sese nō xp̄ianū: sed antichristum reus mortis & crucis Christi? O impatiēs & effrenis turpis quæst⁹ cupiditas: o ardor intēperās: o cæca & pudēda ambitio. Aq; tè prius frōtosec̄ (ut iā dixi) & ipse pchpudor non diffitetur, adit indigna satis petitione tentare catholicū: dolensc̄ repulsam incunctāter ad schismaticū refugit: & accepta de manu sacrilega male cupita potestate, latus denuo dñi gl̄iæ crudeli? cōfodere nō ueretur. Diuidit nēpe eccl̄iam, pro qua illud est in cruce diuisum: uisurus peul dubio & ipse in quē trāsfixerit. Cognoscet pfectò domin⁹ iudicia faciēs: q nunc iniuriā patiens ignorat. Cum enim cœperit facere iudicium omnibus iniuriam patientibus, & arguere in æquitate p māsuetis terræ: putas auertere poterit aurem à charissima spōsa sua cū clamauerit ad eum? aduersus eos qui se angustiauerūt? Non omnino nō poterit nō audire plāgentē. Amici mei & pximi mei aduersum me appropinquauerunt, & steterūt. Et qui iuxta me erant, de lōge steterūt: & uim faciebant qui q̄rebant animam meam.

Universidad de Deusto

nam meam. Quō nāq; nō recognoſcet os de oſſibus ſuis, & carnem de carne ſua: imò uerò iam quodāmodo ſpiritū de ſpiritu ſuo? Quaſi uerò non ipſa ſit dilecta illa cuius cō cupiuit decorem, cuius formam induit, cui ſe mirabili dignatione caſtis atq; individuis deuinxit amplexibus: ita ut eſſent duo in carne una: unū in uno ſpiritu quandoq; futuri. Nā & ſi cognouerat ſm carnē xp̄m, ſed tūc iam nō recognoſcet: quia ſpiritus ante faciem eius chriſtus dominus: cui adhærens unus ſpiritus erit, cum abſorpta morte in uictoria, quod infirmū de carne eſt, in uirtute ſpiritꝰ conualuerit, cum exhibuerit eam ſibi ſponſus gloriæ gloriosam columbā ſuā, perfectam ſuam formoſam ſuam, non habentē maculā peccati, neq; rugam corruptionis, aut aliqd huiuſmodi. Dū libēter in his immoror, penè cœpti immemor factus ſum: ita cupiens redimere tempus, qm̄ dies mali ſunt. Excedētem deuotio leuat, ſed reuocat zelus: & ubi rapior: ibi & cogor recidere, & plangere dolorē meū. Audet (quod & flens dico) inimicus crucis chriſti ſuis ſedibus pellere ſanctos: qui nolunt beſtiā adorare, quæ aperuit os ſuum in blaſphemias, blaſphemare nomē dñi & tabernaculū eius. Altare cōtra altare erigere tentat, confundere phasq; nephasq; non confunditur, abbates abbatibus, epiſcopos epīs ſuperintrudere nititꝰ, amouere catholicos, promouere ſchiſmaticos. Miſeri & miſerandi, qui ita promoueri & ab iſto cōſentiunt. Siquidem circuit mare & aridā, ut faciat unū ep̄m: & cū fecerit, facit eum filiū gehennæ duplo quàm ſe. Quænā uerò putas eſt tanti cauſa furoris? Non alia ſanè, niſi q̄ diſplicet mortalibus angelica illa partitio, qua gloria deo pax hominibus nunciat: et dum gloriā uſurpant, turbant pacē. Solus gloriā meretur qui facit mirabilia ſolus, ſicut dicit apoſtolꝰ: Soli deo honor & gloria. Porrò autē cum noſtro genere bene agitur: ſi datur frui pace dei, pace cū deo, & quidē feliciter & miſericorditer. Quonā ergo modo ſtabit pax hoīm coram deo, uel cum deo: ſi deo non poteſt apud homines eſſe tuta ſua gloria. O ſtulti filij adā, qui contēnētes pacē, & gloriam appetentes: & pacē perdunt & gloriam. Ob hoc denicq; & nūc deus ultionū cōmouit terrā, & cōturbauit eā: oſtēdit populo ſuo dura, potauit nos uino cōpunctionis. Velimus nolimus impleri q̄q; neceſſe eſt ueritatem ſpiritus ſancti, fiericq; illā quæ prophetico ſpiritu prænūciata legitur in ſcripturis diſceſſio: ſed uæ homini per quem uenit. Melius erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille. Quis uerò ille niſi nō peccati, qui ſup electum à catholicis catholicū, & canonice locū ſanctū inuaſit: quem tamē non quia ſanctus, ſed qa ſummus eſt affectauit: inuaſit, inquam, inuaſit armis, igne, pecunia, non uitæ merito uel uirtutum: peruenit in quo ſtat, & ſtat in quod peruenit. Nam illa quam iactat iuratorū ſuorū non electio, ſed factio: umbra tātum fuit & occaſio & uelamentū malitiæ. Dici pōt electio: ſed impudenter: ſed mendaciter. Stat quippe ſententia eccleſiaſtica & authētica: poſt primā electionem, non eſſe ſecundā. Celebrata pinde prima: quæ ſecūdo p̄ſumpta eſt, non eſt ſecunda, ſed nulla. Nam & ſi quid minus fortè ſolenniter, minuſue ordinabiliter p̄ceſſit in ea quæ p̄ceſſit, ut hoſtes unitatis cōtēdūt: nūqd tamē præſumi altera debuit, niſi ſanè priore prius diſcuſſa ratione, caſſata iudicio. Ea propter qui ſe ſuperingerere feſtinat, quicq; temerario temere manus imponere nihilominꝰ accelerauerūt, apoſtolo prohibēte: Nemini cito manū imponas: ipſi proculdubio maius peccatum habent: ipſi auctores ſchiſmatis, ipſi grandis malitiæ huius principes extitere. Cæterum nunc iudiciū expetunt, qd' ante debuerāt expetiſſe: & quā ſuo loco oblatā renuerāt, tandem iuſtitiā offerūt, ut uidelicet ſi recuſetur, iuſti uos uideamini. Si recipiatur, litigātibus inter ſe partibus, dilatio redimat tempus: & interim fiat aliquid. An de ueſtra iuſtitia deſperatis, & dammum iam creſcere non timetis, quēcūq; cauſa exitum ſortiat? Quicquid (inquiunt) hactenus factum ſit: modo quærimus audiētiam, iudicium ſumus ſubire parati. Tergiuerſatio eſt. Quid i omni impio conatu ueſtro uobis relinquit aliud: quod afferre queatis ad ſeducendū ſimplices, ad armandum maliuolos, ad ueſtrā ipſorū palliandam malitiam? Si hoc non diceretis: quid diceretis? Cæterum iam deus iudicauit quod ſero repetit hō. Iudicauit autē operis euidētia, nō decreti ſententia. Nūquid dei iudicium audeat humana temeritas retractare? Quid ſi cauſetur & clamet per prophetam deus? Tulerūt hoīes à me iudiciū? Non eſt cō ſilium contra conſiliū dñi. Velociter currit ſermo eius, in conueniendo populos in unum & reges: ut dño papæ Innocentio ſeruiant & obediant. Quis reuocauit? Dei eſſe iudicium ſenſerunt & conſenſerunt, Galterius rauennas, Hildegarius terraconenſis, Norbertus magdeburgenſis, Conradus ſareburgenſis, archiepiſcopi. Dei eſſe iudiciū cognouerūt & acquieuerunt epiſcopi, Equipertus monaſterienſis, Hildebramus piſtorienſis, Bernardus papienſis, Lādulphus aſtenſis, Hugo granopolitanus, Bernardꝰ parmenſis. Horum gloria ſpecialis & præcipua ſanctitas, & auctoritas etiam hoſtibus reuerenda, facile nobis qui minorem & meriti & officij tenemus locum, aut errare ſecum aut ſapere perſuaſit. Taceo multitudinē cæterorum, tuſciæ, cāpaniæ, longobardiæ, germaniæ, & aquitaniæ, galliarum denicq; & hyſpaniarū oīm, necnō & uniuerſæ orientalis eccleſiæ tā archiepiſcoporū quàm epiſcoporū: quorū nomina ſunt in libro uitæ: ſed epiſtolæ breuitas nō admittit. Hi omnes unanimes nō cōducti pecunia, nō ſeducti fallacia, nō illecti priuato carnis uel cognatiōis amore, nō timore cōpulſi potentiæ ſecularis: ſed dei ꝑculdubio nolūtatē ſicut nō ignorātes, ita nec diſſimulantes, petrū leonis ingenue refutauerunt: ac ſecure gregorium in papā Innocētiū ſuſceperunt. Noſtratū ſanè nemo exnoīe in his expreſſus eſt literis, qa & omnes cōpendiū nō fert: & aliquorū inuidioſa deſignatio adulationis notā nō effugit. Nō aūt debeo prætermittere ſctōs, q mundo mortui, deo melius uiuunt: quorū uita abſcondita eſt cū xp̄o in gloria: ubi certè ſtudioſe ingrūt & non dubie inueniunt beneplacitū dei, qui ſoliciti ſunt quomodo placeāt ei. Ita q; camaudulienſes, Vuallambroſani, cartuſienſes, clumiacenſes, & qui de maiori monaſterio ſunt, mei quoq; ciſtercienſes, ciſtemblenſes cadumenſes, tironēſes, & ſauiniacenſes: uniuerſitas denicq; & unanimitas fratrū, tam clericorum quàm monachorū regularis uitæ probatæq; conuerſationis, ſequentes epiſcopos tanquam greges paſtores ſuos, innocentio firmiter adhærent, ſyncerè fauent, humiliter parent: uerū apoſtolorum ſucceſſorem fideliter recognoſcūt. Quid reges & principes terræ? Nónne in eodē ſpū unà cum ſubiectis ſibi plebibus, Innocētiū pariter amplectuntur, cōfitentes & ipſi papā & epiſcopū aiarū ſuarū? Quis poſtremò in quocūq; ordine uitæ illuſtris & bonis homo idip̄m nō ſapit? Et tñ adhuc iſti neſcio qua cōtentioſa importunitate: & importuna contentione reclamant, uocant in cauſam orbem, & cū ſua paucitate uniuerſitatem flagitant iudicari: & qui præiudicauerunt in electione, de confirmatiōe reiudicare contendūt, tunc p̄prio perè agētes: modo præpoſterè retractantes. Quis tantos quæſo in unū cogere queat exercitꝰ utriuſq; ordinis principū, ne dicā plebiū: & adducere in examinationē? Quis tot ſanctorū milibus perſuadere ſufficiat: quod priꝰ ædificauerūt, iterū deſtruere, & abducere ſemetipſos in præuaricationē? Quis deinde locus oībus tantus: omnibꝰ tutus? Vniuerſæ quippe eccleſiæ negociū eſt, nō unius cauſa p̄ſonæ. Videtis q̄ de ip̄oſſibili calūniā ſtruitis matri ueſtræ? Imo uobis foueam fodítis in quam præcipitemini: & laqueū nectitis quo teneamini: ne ad gremiū reuertamini matris ueſtræ. Occaſio nunquā deerit ei qui uult recedere ab amico. Sed eſto. Mutet conſiliū ſuum deus (ſm hominem dico) reuocet ſententiā, cōuocet à finibꝰ terræ conſiliū iudicari bis in idip̄ſum, qd' ipſe nō facit patiatur: quosnā quæſo dabūt iudices ſibi? Omnes quippe in parte ſunt, & partibus de iudicio haud facilè cōueniet, atq; ita ad litem magis quàm ad pacē tantus conuentus fatigabitur. Deinde uelim ſcire cui ille interim uellet crede-

Ephe. 5.

1. Timo. 1.

Pſal. 59.

Mar. 14.

1. Timo. 5.

Pſal. 147.

re Romã:quã tanto amore ex longo tẽpore cõcupíuit:tã to labore & ſumptibus acqſiuit:tanto faſtu poſſidet:tan to pudore timet amittere:ne fruſtra conueniſſe ſeculum omne cernatur:ſi cum ille cadet à cauſa,non tamen cadat a Roma. Alioquin quis cauſam ſpoliatus ingrediẽ? Nec leges profectò cogunt,nec canones. Et hæc dicimus,non de noſtra iuſtitia diffidentes,ſed à ueſtra cauentes uerſutia. Iam enim deus eduxit tanquã lumẽ iuſtitiã ſuã, & iudicium ſuũ tanquã meridiẽ: & ſi cæco nec lumẽ appareat: nec meridies luceat: quoniã ſicut tenebræ eius:ita & lumẽ eius. Duo itaq; ſunt de quib9 contẽdit,quiſnã eorũ recti9 uideatur papa. Quorũ primo quidem,ſi perſonas compares,ut neutri ſanè uel derogare uidear,uel adulari: dicam qđ dici paſſim reperies,& neminẽ arbitror diffiteri,quia uidelicet Innocẽtij noſtri uita uel fama nec æmulũ timet, cum alterius nec ab amico tuta ſit. Dehinc ſi electiones diſcutias,noſtri itidẽ mox occurit,& promotiõe purior,& ratione probabilior: & prior tempore, Porrò de tempore conſtat. Reliqua duo merita probant: & dignitas eligentium. Hanc enim (ni fallor) partẽ ſaniorẽ inuenies, tã epiſcopos quàm cardinales, diaconeſ ſiue p̃ſbyteros,& quorũ maxime intereſt de electione ſummi põtificis,& quanti in eligendo iuxta patrum ſcita ſufficiant. Quid & in cõſecratione? Nónne Hoſtienſem ad quem ſpecialiter ſpectat habemus? Cum igitur & electus dignior,& electio ſanior,& actio ordinabilior teneatur: qua iſti ratione, imo qua cõtẽtione cõtra ius & phas, & uota omniũ bonorũ, inuitæ & renitẽti dei eccleſiæ p̃ficere aliũ,& illũ deponere tentant? Horũ conatui,tam maligno,tam indigno,tam temerario,totis certè uiribus renitendũ eſſe uidetis reuerẽdiſſimi & illuſtriſſimi patres. Qđ cũ oĩ familiæ dei,tũ uobis maxime ueſtriſq; cõuenit: ſi tñ zel9 dom9 dei comedit animas ueſtras. ¶ Vobis inquã & ueſtris maxime uigilandum eſt & orandũ ne intretis in tentationem. In ea ſanè parte maiore opus eſt fortitudine & cautela: unde acrior inſiſtit aduerſarius,& uis belli maior incumbit. Quàm ſæuus & callid9 hoſtis inſurrexerit ĩ uos, pprio certè agno ſcitis experimẽto. Heu quàm multũ iam malitia illi9 in illis partibus pro accepta poteſtate ꝓceſſit, utroq; ſæuiẽs genere malignãdi,ui & dolo. Numquid autẽ malitia uincet tandẽ ſapientiã? Sed hæc eſt hora ipſius,& poteſtas tenebrarũ. Cæterũ hora nouiſſima eſt,& poteſtas cito tranſit. Ne terreamini: ne ſeducamini. Dei uirtus & dei ſapien
1. Cor. 10 tia chriſtus uobiſcũ eſt,qui in cauſa eſt. Confidite, ipſe uicit mundũ: fidelis eſt: nõ permittet uos tẽtari ſupra id qđ poteſtis. Videtis ſtultum firma radicem? Sine dubio ſtatim
Pſal. 124. maledicetur pulchritudini eius. Non enim diu derelinquet dominus uirgã peccatorũ ſuper ſortẽ iuſtorũ. Verũ ueſtræ interim uigilantiæ eſt, ueſtris ꝓ ueſtro officio ſolicite prouidere, ſicut & prouidetis, ut non extendãt iuſti
Ibidem. ad iniquitatem man9 ſuas. Oratio pro catholicis: Bñfac
Pſal. 82. domine bonis & rectis corde. Pro ſchiſmaticis: Imple dñe facies eorũ ignominia, ut quærant nomẽ tuum domine.

¶ *Ex perſona ducis Burgũdiæ.* *Epiſtola.* CXXVII.

GVillelmo dei gratia egregio comiti Pictauorũ, & duci Aquitanorũ, Hugo eadem gratia Burgundiæ dux, timere terribilem,& eũ qui aufert ſpiritum principũ. Errorem ueſtrũ ultrà diſſimulare non fero: quippe carne propinquus,& corde amicus. Si quis de populo deuiat, ſolus perit. Verũ principis
Nota. error multos inuoluit: & tãtis obeſt quãtis p̃eſt ipſe. Nec præſumus ſicut ſcitis ut perdamus: ſed ut regamus ſubiectos. Per quem reges regnant, ipſe nos præfecit populis ſuis: à nobis tuendis, nõ ſubuertendis: plane ſanctæ ſuæ eccleſiæ miniſtros non dominos. Cui uos miniſterio cum dignè aliàs pro ueſtri magnitudine potentatus & laudabiliter deſeruiſſe noſcamini: miror quanã uerſutia modo ueſtra illa prudentia circũuenta fuerit, eandẽ matrem ueſtram & dominã deſerere in tẽpore malo: niſi fortè & hoc uobis ueſtri illi conſiliarij pſuadere conentur, ad ſolã petri leonis domũ uniuerſalẽ eccleſiã eſſe redactã. Viri mendaces, quos ueritas ſicut & caput eorũ antixpm deſtruet ſpiritu oris ſui: affirmans eam per os Dauid ad uniuerſos fines terræ,& ad uniuerſas familias gentium dilatari. Habet tñ ducẽ Apuliæ, ſed ſolũ ex principibus ipſius infimæ patæ coronæ mercẽde ridicula comparatũ. Denicq; quid boni, qd uirtutis, quid honeſtatis afferũt de ſummo põtifice ſuo, ut & nos prouocẽt ad fauorẽ? Si uera ſunt quæ ubicq; diuulgat opinio: nec uiſus dignus eſt uinculi poteſtate. Si uera non ſunt: decet nihilominus caput eccleſiæ non ſolũ uitæ habere ſanitatẽ, ſed & famæ decorẽ. Tutius proinde uobis eſt mi cognate chariſſime, ut in ſuſceptione uniuerſalis papæ, ab uniuerſitatis cõſenſu & conſilio nõ recedatis. Quẽ omnis religio, quem regũ uniuerſitas receperunt: uobis quoq; & honorificũ & ſalutiferũ eſt ut recipiatis. Domini papæ Innocentij & innocens uita & integra fama,& electio canonica prædicatur. Priora duo nec hoſtes diffitentur. Tertiũ calumniam habuit: ſed per chriſtianiſſimum Lotharĩũ nuper falſi calumniatores in ſuo ſunt mendacio deprehenſi.

¶ *Ad eundem.* *Epiſtola.* CXXVIII.

IN eo animo & in ea uoluntate memini me diceſſiſſe dudũ à te princeps eximie, ut totis affectibus bene tibi tuiſq; cuperẽ, totis uiribus ſalutem ueſtrã & honorẽ ueſtrũ ubicũq; poſſem iuuarẽ: eò ꝙ nõ redirem fraudat9 fructu aduẽtus mei ad uos, ſed lætus præter ſpem multorum reportarem mecũ pacem eccleſiæ: cum exultatione uniuerſæ terræ. Miror autem quo cuiuſue cõſilio mira illa mutatio dexteræ excelſi tam ſubito in deterius eſt mutata: ut rurſum ad iniuriã eccleſiæ clericos ſancti Hilarij de ciuitate expelleret: & iram dei in te grauius quàm primum excitares. Quis te faſcinauit tam cito recedere à uia ueritatis & ſalutis? Profectò iudicium portabit quicunq; eſt ille. Vtinam & abſcindantur qui uos conturbant. Reuertere quæſo reuertere: ne & tu (qđ abſit) abſcindaris. Reuertere, inquã, & reuoca amicos tuos ad pacem: & clericos ad eccleſiã: antequam irrecuperabiliter reddas tibi aduerſum terribilem: & eum qui aufert ſpiritũ principũ: terribilẽ apud reges terræ.

¶ *Ad Ianuenſes.* *Epiſtola.* CXXIX.

AMenſibus ſuis conſulib9 cũ conſiliariis & ciuibus uniuerſis. B. abbas dictus de Claraualle pacem & ſalutẽ & uitã æternã. ¶ Qđ aduen9 noſter ad uos anno p̃terito nõ fuerit ociоſus, eccleſia paulopoſt in ſua neceſſitate ꝓbauit, à qua & miſſi fueramus. Honorificè nos & ſuſcepiſtis & tenuiſtis exiguum quod apud uos fuim9: & quidẽ digne uobis: ſed ſupra noſtræ humilitatis modũ. Profectò ut non immemores: ſic non ingrati ſumus. Vicem rependat qui poteſt: & qui in cauſa fuit deus. Nos eñ unde illũ recompenſemus ueneratiõis cultũ: ſed obſequiũ: ſed affectũ plenum amoris & gratiæ. Nõ ꝙ noſtro delectemur fauore: ſed ueſtræ deuotioni colletamur. O mihi dies illos feſtiuos, ſed paucos. In æternum non obliuiſcar tui plebs deuota: honorabilis gens: ciuitas illuſtris. Veſpere & mane & meridie (more utiq; prophetæ) narrabam & annunciabã: & erat tãta audiẽdi auiditas, quãta & audientiũ charitas. Portabamus uerbũ pacis: cũq; inueniſſem9 filios pacis: requieuit ſuper eos pax noſtra. Exierã planè ſeminare ſemẽ: nõ meũ ſed dei: & cadens in terram bonã ſemẽ bonũ, fructũ fecit cẽtuplũ: & tẽpeſtiuũ. Mira celeritas: quia magna neceſſitas. Nec tarditatẽ paſſus ſum: nec difficultatem: una penè die & ſerens & metens, & reportans cum exultatione manipulos pacis. Hæc ꝙppe meſſis quam meſſui. Exulibus, captiuis, compeditis & incarceratis, euadẽdi aũ repatriandi lætam reportauimus ſpem, metũ hoſtib9, confuſionem ſchiſmaticis, gloriam eccleſiæ, orbi lætitiam. Et nunc quid reſtat chariſſimi: niſi ut admoneamini de perſeuerantia, quæ ſola meretur uiris gloriam, coronã uictoribus? Prorſus abſq; perſeuerantia nec qui pugnat, uictoriam, nec palmam uictor conſequitur. Vigor uirium, uie

tutum

tutum consummatio est, nutrix ad meritum, mediatrix ad præmium. Soror est patientiæ, cōstantiæ filia, amica pacis, amicitiarū nodus, unanimitatis uinculū, propugnaculū sanctitatis. Tolle perseuerātiā: nec obsequiū mercedē habet: nec bñficiū gratiā: nec laudē fortitudo. Denicꝫ non qui cœperit: sed qui perseuerauit usꝫ in finē: hic saluus erit. Saul cū esset paruulus in oculis suis: rex est super 1.Reg.15. Israel constitutus: non perseuerans in humilitate & regnum amisit & uitam. Si cautela Sanson, si Salomonis deuotio perseuerantiam retinuissent, nec is profectò priuaretur sapientia: nec ille uiribus. Hoc summæ honestatis insigne, hanc totius probitatis unicā fidamꝫ custodem, custodiri à nobis firmiter hortor & precor. Custodite diMat.6. ligenter, quod libēter audistis. Mementote scriptū, quia metuebat Herodes Ioannē: & libenter eū audiebat. Sed btūs foret: si audita libenter æquè seruasset. Denicꝫ nō q Luce.11. audiunt: sed beati, inquit, qui audiūt, & custodiunt uerbum dei. Seruate proinde uos pacem fratribus uestris Pisanis: fidem dño papæ: fidelitatem regi: uobis honorem. Hoc em̄ expedit, hoc decet, hoc iustitia requirit. Audiui mus uenisse ad uos nuncios ducis Rogerij: qd attulerint, qdue retulerint: nos nescimus. Verū ego iuxta illud poetæ (ut uerū fatear) semp timui Danaos, & dona ferentes. Si quis forte in uobis (quod deus auertat) rem tam fœdā cōmittere deprehendatur, extendere uidelicet manum ad turpe lucrum: hunc protinus notate, & iudicate hostem nominis uestri, ciuium proditorem, ac uenditorē communis honoris & honestatis. Si quis itē susurro in pplo, diaboli sibi assumens uicē, iurgia seminare, & pacem turbare uelle reperiatur: quēadmodū ille discordiæ semper est amator & auctor: huic rigidæ censuræ remedio citius obuiet: eò quippe pessimæ: quò intimæ pesti. Hostilis exercitus uastat agros: domosꝫ spoliat: praua aūt cōsilia corrumpūt bonos mores, & modicū fermentū totā massam corrumpit. Seríte: plantate: negociamini, ut antiqua mala non solū non iteretis: sed etiam de iustis laboribus uestris expiare & delere possitis. Scriptū quippe est: Redē- Par.13. ptio animæ uiri: ppriæ diuitiæ. Et rursum. Date eleemo- Luca.1. synā, & omnia mūda sunt uobis. Qd si militare placet, & uestræ fortitudinis ac strenuitatis iterū expiri uires, arma probare delectat: nō equidē id præsumendū aduersus uicinos & amicos: cū magis ecclesiæ inimicos expugnare deceret: sed & regni uestri inuasam à siculis defensare coronā. Super illos sane & honestius acquiretis, & iustius possidebitis acquisita. Deus pacis & dilectionis maneat semper cum omnibus uobis. Amen.

¶ *Ad Pisanos.* *Epistola.* CXXX.

Rlsanis nostris consulibus cum consiliarijs, & ciuibus uniuersis, Bernardus abbas dictus declaraualle pacem & salutem & uitam æternā. ¶Benefaciat uobis dñs, & memínerit fidelis seruitij, & piæ compassionis, & consolationis, & honoris, q̄ sponsæ filij eius in tempore malo & in diebus afflictionis suæ exhibuistis & exhibetis. Et quidem hoc iam implet ex parte: & orationis huius uonnullus capitur fructꝰ. Digna planè retributio celeri iam cōpensat effectu. Iam pro meritis tecum actitat deus populus quē elegit in hæreditatem sibi, omnino populū acceptabilē, sectatorē bonorū operum. Assumitur Pisa in locum Romæ: & de cunctis urbibus terræ ad apostolicæ sedis culmē eligitur. Nec fortuitu siue humano cōtigit istud cōsilio: sed cælesti prouidentia, & dei benigno fauore fit, qui diligētes se diligit, qui dixit xp̄o suo innocētio, Pisam inhabita, & ego benedicens benedicā ei. Hic habitabo, qm̄ elegi eā. Me authore tyranni Siculi malitiæ, Pisana constantia nō cedit, nec minis cōcutitur, nec donis corrūpitur, nec circūuenitur dolis. O Pisani Pisani, magnificauit dñs facere uobiscū, facti sumꝰ lætates. Quæ ciuitas nō inuidet? Serua depositū urbs fidelis, agnosce gratiā, stude prærogatiuæ non inueniri ingrata. Honora tuū & uniuersitatis patrē: honora mundi principes qui in te sunt: & iudices terræ: quorū te præsentia reddit illustrē, gloriosam, famosam. Alioquin si ignoras te o pulchra inter ciuitates: egredieris post greges sodalium tuorum pascere hœdos tuos. Sapientib⁹ sat dictum est. Cōmendo uobis Marchionē Engelbertū, qui domino papæ & amicis eius missus est in adiutorium: iuuenis fortis & strenuus (& si nō fallor) fidelis. Habetote cum uestris precibus magis commendatū: quia & ego ei uos amplius commendare curaui: monuicꝫ ut uestris potissimum consilijs imitatur.

¶ *Ad Mediolanenses.* *Epistola.* CXXXI.

Svis Mediolanensibus, uniuerso uidelicet clero & populo. B. abbas dictꝰ de Claraualle, in domino salutem. ¶Bene uobiscū facit deus, bene uobiscū facit Romana ecclesia. Facit ille quod pater: facit illa quod mater. Et reuera quid uobis debuit facere & non fecit? Si postulastis mitti uobis de curia honorabiles personas ad honorem dei & uestrum, factū est. Si postulastis confirmari quod unanimitas uestra de uenerabilis patris uestri electione firmauerat, factum est. Si uoluistis licuisse uobis quod illicitum nisi p magna quidem necessitate sacri canones iudicant: translationē episcopi scilicet in archiepiscopum, concessum est. Si rogastis cui ciues uestros de uinculis Placētinorū: qd uticꝫ ego prætermittere nec uolo, nec ualeo: & hoc factū est. In quo postremo quacūcꝫ rationabilis petitio filiæ: nō dico repulsam: sed uel morā passa est apud piā matrē? En ad cōplementū pallium præsto est, plenitudo honoris. Nūc uerò audi me inclyta plebs, gens nobilis, ciuitas gloriosa. Audi inquam me (ueritatē dico, nō mentior) dilectorem tui, zelatorem salutis tuæ. Romana ecclesia ualde clemens est: sed nihilominus potens. Fidele consilium & omni acceptione dignū, noli abuti clementia: ne potentia opprimaris. Sed dicit aliquis. Debitam ei reuerentiam exhibebo: & nihil amplius? Esto. Fac quod dicis: quia si exhibeas debitam, & omnimodam. Plenitudo siquidem potestatis sup uniuersas orbis ecclesias, singulari prærogatiua apostolicæ sedi donata est. Qui igitur huic potestati resistit: dei ordinationi resistit. Potest si utile iudicauerit, nouos ordinare episcopatus ubi hactenus non fuerunt. Potest eos qui sunt alios deprimere: alios sublimare: prout ratio sibi dictauerit: ita ut de episcopis creare archiepiscopos liceat: & econuerso si necesse uisum fuerit. Potest à finibus terræ sublimes quascunqꝫ personas ecclesiasticas euocare & cogere ad suam præsentiam non semel aut bis: sed quoties expedire uidebit. Porrò in promptu est ei omnem ulcisci inobedientiam: si quis fortè reluctari conatus fuerit. Denicꝫ probasti & tu. Quid enim contulit tibi uetus tua rebellio, & recalcitratio male suasa a pseudoprophetis tuis? Quem fructum habuisti, in quibus nunc erubescis? Agnosce potius in qua potestate, gloria & honore suffraganeorum tuorum tam diu priuata extitisti. Quis pro te ualuit obuiare apostolicæ authoritati iustissimæ seueritati: cum prouocata tuis excessibus, decreuit te tuis illis antiquis ac præclaris ornamētis nudare: mutilare membris? Et hodie confusa & truncata iaceres, si nō benignius quàm potentius tecū actum fuisset. Quis eam prohibere ualebit etiam à grauioribus: si rursum (quod absit) adieceris prouocare? Vide ne patiaris recidiuum: quia pro certo (nisi fallor) non tam facilè denuo poterit inueniri remedium. Si quis itaqꝫ dixerit tibi, partim oportet obedire, partim non oportet, cum tu in te experta sis plenitudinem apostolicæ potestatis: authoritatis integritatē: nónne huiusmodi aut seductꝰ est: aut seducere uult? Sed fac quod dico; nam ego te non seduco. Conuertere magis ad humilitatem, ad mansuetudinem. Siquidem & humilibus dat deus gratiam: & mansueti hæreditabunt terram. Esto cauta dominæ & matris tuæ recuperatam seruare gratiam. Et sic ei placere studeas de reliquo, quatenus placeat ei non solum seruare tibi quæ reddidit, sed etiam adijcere, quæ nondum dedit.

¶ *Ad clerum Mediolanensem.* *Epistola.* CXXXII.

Universidad de Deusto Biblioteca

BEnedicti uos à dño: quorum studio & idustria ciuitas uestra liberata est ab errore: & relicto schismate, ad catholicam redijt unitatem. Exijt sermo iste inter catholicos: audiuit & lætata est Sion: & est uobis gloria coram deo & omni populo. Quàm lætis amplexibus mater ecclesia colligit tot & tantorum multitudinem filiorum: quos se amisisse dolebat: Quàm læto & sereno uultu deus pater recipit hoc sacrificium de manibus uestris: Quòd autẽ & paci terræ intenditis, facitis quod filij pacis. Et ego fratres particeps & socius gaudij uestri fieri cupiẽs: iuxta petitionem uestrã ad uos cum dictis fratribus nostris nuncijs uestris uenieba: de quibus mihi scripsistis, plenius fm rationem in beneplacito dei satisfactur9. Sed quia tps breue est quo ad cõplicitũ dei festinam9: nõ grauet uos usq; ad reditũ nrm sustiere.

¶ *Ad uniuersos ciues Mediolanenſium.*

Epistola. CXXXIII.

VT ex scriptis uestris pcipio, nonnullus mihi locus gratiæ apud uos est. Et qm̃ meum non inuenio meritũ: diuinitus credo datũ. Non recuso fauorem ingentis insignisq; populi. Amplector oblatam gratiam: & obuijs manibus glorioſæ ciuitatis deuotionẽ deuot9 excipio: præsertim hoc tẽpore quo abiecto errore schismaticorũ ad sinũ matris ecclesiæ cum gaudio totius orbis reuersa est. Arbitror tamen non solũ mihi gloriandũ q; inuitor ad pacẽ quærendam, & à famosissima urbe: cum sim pauper ignobilisq; persona, tãti boni mediator atq; minister assumor: sed uobis quoq; per talem nihilominus honor est flecti ad pacẽ & concordiã uicinorum uestrorum: quos nec multarũ ciuitatum hostilis impetus (ut bene notum est mundo) cedere aliqñ compulit. Itaq; festinans ad concilijũ, spero me rediturum per uos & probaturum de gratia quam promittitis. Quí autẽ gratiam dedit, faciat ne in me uacua sit.

¶ *Ad nouitios apud Mediolanum conuersos.*

Epistola. CXXXIIII.

CHarissimis fratribus de Mediolano nuper conuersis ad deum. B. abbas dictus de Claraualle, in spiritu consilij & fortitudinis quod bñ cœptũ est, digno exitu cõsummare. ¶ Benedictus deus qui fecit uobis uilescere mundi gloriam, largiturus suam. O quàm uani filij hominum: quàm mendaces filij hominum in stateris: qui fm illud euangelij: gloriam abinuicem quærunt: & gloriam quæ à solo deo est, nolunt: planè in hoc ipsi decipientes de uanitate in idipsum. Vos autem non sic. Ab hoc uos opprobrio liberauit nũc diuina misericordia, ut effetis xpi bon9 odor deo in omni loco: ipsi ad gloriam: angelis ad lætitiam: hominibus ad exemplum. Siqdẽ gaudiũ est in cælo sup uno peccatore pniam agẽte: quãto magis sup tot & talibus uiris & de tali urbe cõuersis: Et ego fratres tanta lætitia, uocatus, sed & uocatus à uobis: per charissimos fratres Ottonẽ & Ambrosiũ quos ad hoc ipsum direxistis: decreuerã simul cũ ipsis uenire ad uos. Cæterum melius existimãs, nõ in articulo temporis neq; in transitu uos uidere: distuli usq; ad reditũ nostrũ. Properam9 qppe ad cõciliũ p uos deo auxiliãte reuersuri: consiliũ & auxilium quod fm rationẽ poterimus, uestro sancto proposito præbituri.

¶ *Ad Petrum Papiensem epm.* *Epistola.* CXXXV.

SI semen bonũ iactum in terram bonã, fructum attulisse uidetur: ipsius est gloria qui dedit semen serenti, fœcũditatem terræ, semini incrementũ. Quid in his nos capim9? Ego sanè gloriam xpi alteri nõ dabo: multo uerò scrupulosius usurpabo mihi. Profectò lex dñi cõuertit aias: & non ego. Testimoniũ dñi fidele sapientiã præstat paruulis: nõ ego. Laudatur de bona literæ tornatura manus: non calamus. Fateor, ut multũ tribuã mihi: lingua mea calam9 scribæ uelociter scribentis. Sibi ergo inquis quid afferũt boni speciosi pedes euangelizantiũ bona? Multũ per omnem modum: primũ quidẽ quia filij sunt patris sui q in cælis est: & gloriã quam deferunt patri, nequaquã à se ducunt alienam. Nam si filij, & hæredes. Deinde uerò q; pximorũ salutem, suã nihilominus arbitrantur: quippe quos tanquã seipsos diligunt. Tertio quoq; q labor labiorũ ipsorum sibi penit9 perire non poterit. Vnusquisq; em̃ mercedẽ accipiet fm propriũ laborem. Ego labia mea nõ prohibui: tu aperuisti & uiscera: ideo proculdubio plus accepisti9 qm̃ plus laborasti. Certus sum em̃ quia nõ uacat ubiq; fortiẽti tulisti aquã: & cũ panib9 occurristi fugientibus. Nõ inquã uacãt officia humanitatis: nõ hortamenta salutis, quibus xpi uerè uiscera in illis pauperibus refouisti. Ambo tamen collaboratores: ambo coadiutores dei summi: ambo pariter sperem9 fructũ i refectiõe aiarũ sctarũ. Quis mihi det nũquã mẽoriã tui deserere: nũquã ab ipa desci.

¶ *Ad eundem.* *Epistola.* CXXXVI.

SI tristia semper accideret: qs sustineret: Si semper prospera: quis non contẽneret? Sed rerum cauta gubernatrix sapientia, horum permixtione contemperata, ex aduersis & prosperis salubrem temperiem uitæ temporalis alternat: ut nec aduersa frãgant: nec læta dissoluant: cum potius & ista ex illis gratiora: & illa ex his tolerabiliora reddãtur. Benedictus per omnia deus: tristitia nostra uersa est in gaudiũ: acceperunt oleũ post uinũ uulnera nostra. Raptores & prædones compuncti humiliantur. Sacerdotem domini in quẽ ausi sunt mittere manus, cum honore remittunt. Spolia quæ diripuerant: & sine desidia recolligunt: & sine fraude restituunt. Si quid horũ est qd' inueniri nõ possit: Delphinus p eo satisfaciet ad beneplacitũ uestrũ. Hoc quippe manu sua in nostra firmauit. Pro qua sua promissione adimplenda, si uenerit ad pedes uestræ maiestatis, quod & proposuit: mitius quàm meruit supplicamus agi cũ iuuene. Non q uelimus impunitum esse tam grãde facinus: sed ut ecclesia ita (si fieri põt) debita satisfactiõe honoretur: ut is qui satisfacit, supra uires patientiæ suæ nõ exasperetur, & permiteat hominem nostris acquieuisse consilijs.

¶ *Ad Imperatricem Romanorum.* *Epistola.* CXXXVII.

IN recõciliatione Mediolanensium non oblitisumus unde à uestra excellẽtia præmoniti fueramus. Quod & si non monuissetis, nihilominus honori uestro & regni utilitatibus intenderemus: sicut ubiq; & semper fideliter quantum possumus facimus. Non ante sanè Mediolanenses in gratiã domini papæ & ecclesiæ unitatem recepti sunt: quousq; palã conrado refutato & abnegato, dñm nostrũ Lotharij in suũ regem & dñm receperunt: & Romanorũ imperatorẽ augustũ unà cũ toto orbe confessi sunt: & de iniuria translata iuxta consilium & mandatũ dñi papæ digne uobis satisfacturos esse tacto sacrosancto euãgelio spopõderũt. Vnde magnas agentes gratias diuinæ bonitati: q̃ absq; bellorum periculis, absq; humani sanguinis effusione, inimicos uestros sic humiliauit: rogamus uestram satis nobis expertam clementiam, ut tempore suo cum requisierint prædicti Mediolanenses per dominũ papã utiq; mediatorem suæ reconciliationis gratiam uestrã, benignos uos atq; placabiles inueniamus: quatenus nec eos pœniteat sanis paruisse consilijs: & uos de eis debitum habeatis seruitiũ & honorem. Nõ enim decet ut fideles nestri q pro honore uro laborãt: apud uos cõfundãtur. Cõfundetur aũt siqb9 de benignitate ura spẽ idulgẽtiæ pmiserũt, cũ p ipsis iteruenerit, iuuenerit uos (qd' absit) iexorabiles.

¶ *Ad Henricũ regem Anglorũ.* *Epistola.* CXXXVIII.

HEnrico illustrissimo Anglorũ regi. B. abbas dictus de Claraualle, honorem, sospitatem, & pacẽ. ¶ Velle uos instruere de his præsertim quæ spectant ad honestatem: aut insipientis est: aut uos penitus ignorãtis. Eapropter rem simpliciter intimare sufficit: & hoc paucis: quoniã facile oĩa tenenti multa superfluè ingeruntur. In ingressu urbis sum9, salus est in sanctis: iustitia nobiscũ est, sed Romanis militibus cibus iste nõ sapit. Itaq; iustitia placamus deũ: militia terremus hostes: solis

hostes: solis necessarijs necessaria non habemus. Quid opus sit facto ut opus uestrum compleatur: quod de domini papæ Innocentij magnifica & honorifica illa susceptione feciſtis: uos melius nostis.

Ad Lotharium imperatorem. *Epistola.* CXXXIX.

LOthario dei gratia Romano imperatori augusto, B. abbas de Claraualle si quid potest peccatoris oratio ¶. Benedictus deus q uos elegit & erexit cornu salutis nobis, ad laudē & gloriam nominis sui, & reparandū imperij decus, ad subueniēdū ecclesiæ suæ in tempore malo, postremò ad operandum etiā nunc salutem in medio terræ. Ipsius est em̄ op9: q corona gloriæ uestræ ita indies ampliatur & sublimat, mirabiliter crescens ac proficiens in omni decore & magnificentia apud deum & homines. Ipsius profectò nuper op9 & uirtus fuit: q iter satis laboriosum & meticulosum pro pace regni, & ecclesiæ liberatione susceptum: in tāta prosperitate peregistis: Romæ siquidem imperialis culminis plenitudinem gloriosissimè assecutus. Idcirco quod maius fuit, in manu non magna: ut animi fideicq; magnitudo clarius emineret. Q3 si ante tantillum exercitum terra tremuit & quieuit: quantus putamus horror hostiū corda inuadere habeat: cum cœperit rex procedere in magnitudine brachij sui? Animabit insuper honestas causæ: imo duplex prouocabit necessitas. Non est meum hortari ad pugnā: est tm̄ (securus dico) aduocati ecclesiæ arcere ab ecclesiæ infestatione schismaticorū rabiem: est Cæsaris propriā uendicare coronā ab usurpatore Siculo. Vt em̄ constat Iudaicā sobolem sedem Petri in Christi occupasse iniuriā: sic proculdubio omnis qui in Sicilia regē se facit, cōtradicit Cæsari. Si aūt utrūq; incūbit Cæsari: restituere scilicet Cæsari quæ sunt Cæsaris: & q̄ sunt dei deo: cur apud tullū res dei minuitur: cū Cæsar nihil ibi lucretur? Verendū est ne minimorū neglectus: impedimētū sit maximorū. Hoc est qd̄ dico. Ecclesia sancti Gēgulfi grauiter iniusteq; (ut dicitur) in illa ciuitate opprimit: & aiunt uestræ prudētiæ nescio qua fraude subreptū: ut dño papæ p iustitiā subuenire parāti: uestræ interuētu precis obuiaretis. Obsecro & consulo consultius agi: noxiā reuocari precē: dari locū iustitiæ: antequā ecclesia illa funditus destruatur. Pauper sum ego: fidelis tm̄ uester: & si uideor importunus, fortassis inde est. Dominam imperatricem in Christi charitate oppido salutamus.

¶ *Ad eundem.* *Epistola.* CXL.

MIror cuius instinctu uel consilio nigilantiæ uestræ subrepi potuerit, ut homines digni certè duplici honore & gratia: contraria à uobis audirent (Pisanos dico, qui primi & soli interim adhuc erexere uexillū aduersus iuasores imperij). Quàm iustius in eos regia incāduisset indignatio, qui ppl̄m strenuū & deuotū quacūq; occasione offendere ausi sunt, eo p̄cipuè tēpore quo accincti in multis milib9 suis exierant oppugnare tyrānum: ulcisci iniuriā dñi sui: & imperialē defensare coronam? Vt em̄ cōgruētissimè assignem huic genti quod olim de sancto Dauid dicebatur: quænā quæso in omnib9 ciuitatibus sicut Pisa: fidelis, egrediēs, & regrediens, & pergens ad imperiū regis? Nónne hi sunt q nuper regni illū unicū ac potētissimū hostē ab obsidione Neapolis fugauerūt? Nónne hi sunt, qui etiā quod penè incredibile dictu est: in uno impetu suo expugnauerunt Amalfiā, & Rebellē, & Scalā, atq; Atturinā, ciuitates utiq; opulentissimas & munitissimas: omnibusq; qui antehac tentauerunt, usq; ad hoc tp̄s (ut aiunt) inexpugnabiles? Quàm dignū, quàm æquū, quàm plenū ratiōe & iustitia fuerat: ut fideliū terra interim saltem dū hæc actitarēt, ab oī hoste secura cōsisteret: tū pro p̄sentia summi pōtificis: quē iamdudū exulem Pisani apud se cum summo honore seruabant & seruant: tū pro seruitio impatoris, p quo & ipsi tunc tp̄s exulabāt? Factum est autē per contrariū: ut gratiā qui offenderunt, & qui seruierunt iram merēretur. Sed uos fortassis adhuc ista nesciebatis. Oportet ergo nunc qñ res est nota uobis: imo & decet & expedit, mutare uos & uerbū & aīm, ut uiri regijs magis fauoribus & muneribus honorādi: à uestra parte decætero audiant & recipiant prout meriti sunt. O quantum meruere Pisani: quantum adhuc mereri possunt? Sat est dictum sapienti.

¶ *Ad Humbertum abbatem Igniacensem: qui abbatiam suam dimiserat.* *Epistola.* CXLI.

PAreat tibi oīpotēs deus. Quid uoluisti facere? Quis te crederet ad tantū prorūpere malū, hominem tantis prædītum bonis? Quomodo potuit arbor bona pessimum hunc ex se producere fructū? O quàm terribilis deus in iudicijs sup filios hominū. Nō miror q diabolus istud potuit: sed q deus pmisit: quippe cui iam tot annis purè: sicut credim9, & deuotè seruisti. Quid faciet de me utiq; pigro & negligenti seruo: qui fidelē famulū suū sic uel ad tempus tradidit in animam inimicorū eius? Quid quæso rationis, imo quid nō impietatis habet hæc fuga tua: de qua filij lugent: aduersarij rident? Miror q te non terruit Amaldi abbatis exēplum: cuius similis præsumptio digno sed pauendo fine (ut bene meministi) in breui est uindicata. Et quidem ille qualemcunq; (ut bene noui ego) habuit causam: tu nullam. Numquid enim aut monachi tuis erant inobedientes imperijs: aut conuersi segnes in operibus: aut uicini fortè tibi tui sue rebus infesti: aut certè modica & nō sufficiens substantia mundi, quatenus relinquere cogereris quos uel regere uel pascere non sufficeres? ¶ Vide ne & te tāgat uox illa dei: quia odio habuerunt me gratis. Quid *Ioan.15.* enim debuit tibi facere: & non fecit? Vinea tibi plantauit electā & speciosissimā. Sepem ei circūdedit uoti uæ continentiæ: torcular districtissimæ disciplinæ fodit in ea: & ædificauit sanctæ paupertatis turrim ad cælos usq; ptingentem: te cultorē atq; custodem constituit. Honestauit te in laborib9 tuis, & complebit illos si permittis. Sed tu proh nefas destruis maceriā eius, & racemis optimis plenā exponis omnibus qui prætergrediūtur uiā. Heu quis prohibebit aprū de sylua ut non exterminet: & singularē ferum ne depascat eā? Mirū uerò si in hoc morti te bene præparare putas: quod quidē ad me scripsisti: ut in tanto scādalo & in anathemate dñi papæ mori uelle nō timeas. Deinde si ita necessarium erat: non potuit aliud tempus considerari: nisi cum necessitatibus uniuersalis ecclīæ detineor: ut illi miseræ quam exponis nō liceat subuenire? Obsecro te per eum qui pro te crucifixus est, ut satis afflictos amplius cruciare parcas, & tristitiam super tristitiā addere desistas: quia ut uerum fatear, sic pro hac ecclesiæ generali grauiq; scissura affectus sum: ut tædeat animam meam uitæ meæ: etiam te & tuis in pace degentibus.

¶ *Ad monachos Alpenses.* *Epistola.* CXLII.

GOmus pater uester atq; noster authore deo ad altiorem gradum assumptus est. Faciamus ergo charissimi, qd̄ dicit pphęta: Eleuat9 est sol, *Abac.3.* & luna stetit in ordine suo. Sol est ille per quē Alpensis congregatio illustris ubiq; redditur: tanquam luna per solem. Eleuato itaque illo stemus nos in ordine nostro, quicūq; elegimus abiecti esse in domo dei nostri: māgis quàm habitare in tabernaculis peccatorū. Ordo noster abiectio est: humilitas est: uolūtaria paupertas est: obedientia, pax, gaudiū in spū sctō. ¶ Ordo noster est esse sub magistro, sub abbate, sub regula, sub disciplīa. Ordo noster est studere silētio, exercerī iejunijs, uigilijs, oīmodis operę manuū: & super oia excellentiorem uiā tenere: quæ est charitas. Porrò in his omnib9 pficere de die in diē: & in ipsis perseuerare usq; ad ultimū diē. Et hæc qdē assiduè uos confidimus actitare. Cæterum unum opus feciſtis: & omnes mirantur: q cùm sancti essetis: nō reputantes uestrā sanctitatem, alienā participare curastis: ut essetis sanctiores. Impletū est quod legitur in euāgelio. Cùm *Luc.17.* feceritis omnia quæ mandata uobis fuerint: dicite, serui inutiles sumus. ¶ Inutiles uos reputatis: & humiles inuēti estis. Recta facere, & inutilem se reputare, apud paucos

Universidad de Deusto Biblioteca

ſnueniſ:& ideò multi admiranſ. Hoc,inquã, hoc prorſus nos de illuſtribus reddit illuſtriores,ſanctiores de ſctis. Et ubicunq; diuulgatus eſt ſermo iſte,repleuit omnia ſuauitate odoris. Hæc uirtus me iudice ꝓferſ etiam protractis iciunijs:& antícipatis uigilijs:oī denīq; corporali exercitio:tãquã uera pietas q̃ ad oia ualet. Quàm læto ſinu collegit uos multitudo Ciſterciẽſis:quàm alacri uultu ſpecta uit hoc angelica celſitudo? Nouerunt ſiquidẽ illi ſpũs oīpotenti deo placere ſuper oīa fraternã ſocietatem,& con
Eſai.41. fœderationẽ,cũ dicat per ꝓphetã. Glutino bonũ eſt. Et p
Pſal.132. aliũ. Ecce quam bonũ & quàm iocundũ habitare fratres in unũ. Itẽ frater fratrẽ adiuuãs:ambo conſolabunſ. Ad
T.4. uertitur etiã hoc factũ humilitatẽ redolere. Quæ quàm ac
Iaco 4. cepta ſit diuinæ maieſtati,docet ille qui dicit,Supbis deꝰ reſiſtit:humilibus aũt dat gratiã. Oſtendit & ipſe humili
Mat.11. tatis magiſter per ſemetipm,dicẽs: Diſcite à me, quia mitis ſum,& humilis corde. Quid dicam de noſtro puſillo grege Clareuallis,cui ſpecialius adhæſiſtis:quanto uos & quàm ſpeciali cõplectaſ affectu? Non põt dici uerbo, qđ de mutua charitate inter nos & uos ſpũalis infuſio mira
Nota. biliter operatur. Supereſt fratres ut inuocato ſpiritu ſancto matureris uobis eligere patrẽ. Nã ſi me expectaretis, uereor ne aduẽtus noſter differaſ in longũ:& illa dilatio eſſet periculoſa. Sed uocate ad uos fratrẽ noſtrũ chariſſimũ Godefridũ priorẽ Clareuallis,q & in hoc ſicut ī aliꝭ impleat uicem noſtrã:ut cõſilio eius,uel fortè illorũ quos ipſe pro ſe miſerit,ſi uenire non poterit,necnon & patris ueſtri Guarini,talẽ perſonã eligatis,de qua & deus honorem habeat,& uos ſalutẽ. Memores mei eſtote fratres.

¶ *Ad ſuos Clareuallenſes.* *Epiſtola.* CXLIII.

CHariſſimis fratribus Clareuallis,monachis,cõuerſis,nouitijs,frater.B.gaudere in dño ſemp. ¶Ex uobis perpendite quid patiar ego. Si uobis moleſta eſt abſentia mea,nemo dubitet mihi eſſe moleſtiorẽ. Nõ emꝫ paris iacturæ,nec eiuſdẽ graua minis eſt me uno carere uos:mecꝫ uña uniuerſitate deſtitui. Tot me neceſſe eſt afficí curis,quot uos eſtis,& ad ſingulos quoſcꝫ ueſtrum dolere abſentiam,timere pericula. Duplex contritio iſta non me deſeret,quouſcꝫ meis uiſceribus ego reddar. Quod quidem & uos ſentire ꝓ me nõ ambigo:ſed ego unus ſum. Vobis ergo una, mihi multiplex incumbit triſtãdi ratio,ut pote ꝓ oĩbus uobis. Nec ſolùm cruciat q̃ abſcꝫ uobis uel ad tempꝰ uiuere cogor: ſine quibus & regnare miſeram mihi reputo ſeruitutem: ſed etiã q̃ uerſari compellor in his quæ amicam quietem omnino perturbant,& meo propoſito minus fortaſſe cõueniunt. Hæc ſcientes,moræ meæ quæ meæ nõ eſt uoluntatis,ſed eccleſiaſticæ neceſſitatis,non oportet uos indignari,ſed compati. Spero autẽ q̃ non erit longa:uos orate ut non ſit infructuoſa. Detrimenta q̃ interim fortè contingent,emolumẽta reputentur,q̃ñ deꝰ in cauſa eſt. Qui cũ ſit benignus,& oīa poſſit,facilè dãna reſarciet:non ſolum integrè,ſed etiã cumulatè. Propterea bono animo ſimus,deũ habentes nobiſcum,in quo & uobis præſentes ſumus,quantiſlibet terrarum ſpatijs diuiſi à nobis uideamur. ¶Quicũq; in uobis bene officioſum ſeipm exhibet, humilẽ,timoratũ,ſtudioſum lectionis,orationibꝰ uigilẽ, fraternæ charitatis ſolicitum,nõ me putet abſentem ſibi. Nam qũo ei pñs ſpũ non ſum,cũ quo eſt mihi cor unũ & aĩa una: Si quis autẽ ſuſurro (qđ abſit) extitit inter uos, aut bilinguis,aut murmurãs,aut cõtumax, aut impatiẽs diſciplinæ,aut inquietus & uagus,& qui panem ociosus comedere nõ erubeſcat:huic etiã ſi corpore ꝓſens eſſem, longè eſſet ab eo aĩa mea,eo q̃ ipſe longè fecerit à ſe deũ, morũ non locorum diſtantia. Interim fratres dum uenio, ſeruite dño in timore,ut ſine timore qñq; de manu inimi
2 Cor.5. coꝝ ueſtroꝝ liberati,ſeruiatis illi. Seruite ī ſpe,qñ fidelis eſt in promiſſis. Seruite ex merito,qa multꝰ in meritis eſt. Nã & ſi cætera taceam,hoc ſolo certè non immeritò uitã ſibi uendicat noſtram,q̃ pro ea præbuit ſuam. Nemo igitur ſibi uiuat:ſed ei qui pro ſe mortuus eſt. Cui emꝫ iuſtius uiuam,quàm ei qui ſi non moreretur,ego non uiuerem? Cui commodius,quàm promittẽti uitam æternam? Cui magis ex neceſſitate,quàm flãmas perpetuas miniſtranti? Sed ſeruio uoluntarie,qa charitas libertatem donat. Hanc prouoco uiſcera mea. Seruite in charitate illa quæ timorẽ expellit,labores non ſentit,meritũ nõ intuet,ꝓmiſſũ nõ requirit,& tñ plus omnibus urget. Nullus terror ſic ſolicitat, nulla præmia ſic inuitant, nulla iuſtitia ſic exigit. Ipſa uos mihi inſeparabiliter iungat,ipſa me uobis iugiter repræſentet,horis maximè quibus oratis, chariſſimi & deſideratiſſimi fratres.

¶ *Ad eoſdem.* *Epiſtola.* CXLIIII.

TRiſtis eſt anima mea uſq; dũ redeã,& non conſolari uſq; ad uos. Quæ emꝫ eſt mihi cõſolatio in tẽpore malo,& in loco peregrinationis meæ? Nónne uos in dño? Minime quidẽ deſerit me quocunq; ſero dulcis memoria ueſtri: ſed quanto memoria dulcior,tantò abſentia moleſtior. Heu mihi qa incolatus meus non ſolum prolongatus eſt:ſed etiam cumulatus. Et reuera iuxta prophetã,ſuper dolorem uulnerum meorum addiderunt, qui me à uobis aliquando uel corpore ſeparãt. ¶Eſt cõmune exſilium, ipſumq; moleſtiſatis:& quamdiu ſumus in hoc corpore,peregrinamur à dño. Huic acceſſit & ſpeciale (quod penè impatientẽ me reddit) ut cogar uiuere ſine uobis,longa moleſtia, & tardioſa expectatio,uanitati huic occupãti oĩa, tamdiu manere ſubiectum,feculenti corporis horrido circũdari carcere,& mortis uinculis,fumibusq; peccatoꝝ necdũ abſoluit,& tãto tpe nõ eſſe cum xpo. Cæterũ aduerſus hæc oĩa unum mihi remedium qualecunq; erat,& uerè datum deſuper,pro uultu uidelicet gloriæ qui abſconditus eſt uſq; adhuc,uidere interim templum dei ſanctum qđ eſtis uos. Ex hoc templo facilis mihi uidebatur tranſitꝰ ad illud glorioſum,ad quod propheta ſuſpirat,dicens: Vnam petij à dño,hanc requirã,ut inhabitẽ in domo domini omnibus diebus uitæ meæ:ut uideã uoluntatem domini,& uiſitem templum eius. Quid dicam: quoties id ſolatium interpolatũ eſt mihi? Ecce hoc tertiò (niſi fallor) annuſa ſunt à me uiſcera mea. Paruuli ablactati ſunt ante tẽpus: ipſos quos per euangeliũ genui,nõ licet educare. Propria denīq; deſerere. & aliena curare cogor,& dubito penè quid magis ægrè ferã: an ſubtrahi illis,aut intricari iſtis. Itáne bonæ Ieſu tota deficiet in dolore uita mea,& anni mei in gemitibus? Bonum mihi dñe magis mori quàm uiuere eſt: nõ tamẽ niſi inter fratres,inter domeſticos, iter chariſſimos. Id ſiquidem duleius,humanius,tutiuſcꝫ eſſe conſtat. Imo uerò pium eſt,ut in hoc remittas mihi ut refrigerer priuſquã abeam & amplius non ero. Si placet domino meo ut oculi patris qualiſcũq;,qui nõ ſum dignus uocari pater, claudantur manibus filiorum,ut extrema uideant, extrũ conſolentur,ſpiritum ſuis deſiderijs leuent ad cõfortium ſi dignum iudicas beatorũ,cum pauperũ corporibꝰ pauperis corpus ſepeliãt: hoc prorſus,ſi inueni gratiã in oculis tuis,ꝓcibus & meritis eorundem fratrum meorũ obtinere toto affectu deſidero. Veruntñ nõ mea uoluntas,ſed tua fiat. Nec mihi uiuere uolo,nec mori. ¶ Sed dignũ eſt ut qui dolorem meum audiſtis, etiam conſolationem nõ ignoretis: ſi qua eſt. Primũ quidẽ de omni labore & calamitate quam patior,ſolum arbitror eſſe in cauſa cum cui oĩa uiuunt. Velim nolim neceſſe eſt me uiuere illi,q meam ſibi propriæ uitæ poſitione acquiſiuit,qui & potens eſt ſi quid patimur pro ipſo,recõpenſare nobis in illa die miſericors & iuſtus iudex. Q; ſi inuitus militauero ei, diſpoſatio mihi tantũ credita eſt,& ero ſeruus nequã. Si aũt uolens,gloria eſt mihi. In hac ergo aliquantulum conſideratione reſpiro. Deinde q̃ ſæpe non meis meritis ſuperna gratia honeſtauit me in laboribus meis, & gratia illa in me uacua non fuit,ſicut in multis expertus ſum,& uos expte nõ latuit. Sed & hac uice quàm neceſſaria eccleſiæ dei ſit uel fuerit præſentia paruitatis noſtræ,dicerẽ ad conſolationẽ ueſtram,ſi non gloriã redoleret. Nunc aũt melius eſt ut

Universidad de Navarra

ſtut hoc p alios cognoſcatis. Inſtantiſſima poſtulatione impatoris, applicoq; mandato, necnō eccl'iæ ac principū precibus flexi, dolentes & nolentes, debiles atq; infirmi, & (ut uerum fatear) pauidæ mortis pallidam circūferentes imaginē, trahimur in Apuliam. Rogate quæ ad pacē ſunt eccleſiæ, rogate quæ ad ſalutem ſunt nobis: ut iterū uos uideamus, nobiſcum & uiuamus & mōriamur: & ſic uiuite ut obtineatis. Infirmus in arcto tēporis, certè cum lachrymis & ſingultibus iſta dictaui, teſte chariſſimo fratre noſtro Balduino qui ſtilo ea excepit: quem eccleſia uocauit ad aliud officium & ad aliam dignitatem. Orate & pro ipſo tanquam unico ſolatio meo: & in quo ſpiritus meus plurimum requieſcit. Orate pro domino papa, qui me pariter & uniuerſitatē ueſtram paterno fouet affectu. Orate & pro domino cancellario, qui mihi pro matre eſt: & pro ipſis qui cum eo ſunt domino Luca, & dño Griſogono, magiſtro Iuone, qui ſe nobis exhibēt fratres uteri nos. Qui mecum ſimt frater Bruno & frater Gerardus ſalutant uos, ſupplicantes & ipſi pro ſe orari.

¶ Ad *abbates Ciſtercij cōgregatos.* Epſ'a. CXLV

IN multa infirmitate corporis, & cordis anxietate (deꝰ ſcit) dictaui iſta ad uos, homo miſer, homo natus ad laborem: frater tū ueſter. Vtinam nunc ipſum ſpīm in quo congregati eſtis, merear habere interpellatorē ad ueſtram unanimitatem: qui imprimat pectoribꝰ ueſtris calamitatē quam patior: qui imaginem mei triſtem ac ſupplicem ſicut eſt, fraternis affectibus repſentet. Non hoc oro, ut creet in uobis nouā miam, quia noui ego quàm familiaris uniuerſitati ueſtræ ſit illa uirtus: ſed hoc oro, ut intimo ſentiatis quo & quanto affectu oporteat miſereri. Certus eīm ſum quia ſi id datū fuerit, cōtinuo lachrymæ de theſauro pietatis erūpēt, ſingultꝰ, & gemitꝰ, & ſuſpiria hinc inde pulſabunt cælos, & audiet deus, & placabit mihi, & dicet: Reddidi te fratribus tuis: nō moriēris inter extraneos: ſed inter tuos. Tantis ſiqdē laboribꝰ & doloribꝰ affectus ſum, ut ſæpe tædeat me etiā uiuere. Humanū aūt dico propter infirmitatē noſtrā. Deſidero differri uſq; dū reuertar ad uos, ut non moriar niſi inter uos. Decætero fratres bonas facite uias ueſtras & ſtudia ueſtra, quæ recta, q̄ honeſta, q̄ ſalubria ſunt cōſtituētes & tenētes: añ oīa ſolliciti ſeruare unitatē ſpūs in uinculo pacis: & deus pacis erit uobiſcum.

¶ Ad *Burchardū Barierneſem abbatē.* Epſ'a. CXLVI.

IGnitū eloquiū tuū uehemēter, & ignitum illo igne quē dñs miſit in terram. Legi illud, & concaluit cor meū intra me: bñdixi illi fornaci de qua hmōi ſcintille euolaſſent. Nónne cor tuū ardēs erat in te, cū iſta dictabas? Bonꝰ hō de bono theſauro ſuo profert bona. Si laborauí in te, uti tu humiliter me moras: nō me piget. Arauí in ſpem profecto pcipiēdi fructus: & ſpes nō cōfundit. En de fructu operū meorū ſatiātur uiſcera mea in terra aliena, & ſentio ipſo mco experimento ſemen meū nō ſecus uiā, nō ſuper lapides, non inter ſpinas: ſed in terrā bonā & optimā cecidiſſe. Et ſi cū parerē, triſtitiā habui, iā non memini preſſuræ præ gaudio, quia natus eſt infans in mundo. Infans dixerim malitia, non ſenſu: quē poſſet ſaluator præponere ſenibus ad imi-
Matt.18. tandū, denuo dicens: Niſi conuerſi fueritis, & efficiamini
Pſal.118. ſicut paruuli, non intrabitis in regnū cælorū. Infans q dicat: Super ſenes intellexi, quia mandata tua quæſiui. Qui
Ibidem. dicat: Adoleſcentulus ſum ego & cōtemptus, iuſtificationes tuas nō ſum oblitus. Confiteor tibi pater dñe cæli & terræ, qa abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibꝰ, & reuelaſti ea paruulis. Ita pater: quia ſic placitum eſt ante te. Tuo placito ſunt id quod ſunt, nō ſuo merito. Nec eīm inuenis merita: ſed præuenis. Omnes peccauimus, & egemus p̄uenirí. Tu ergo frater agnoſce te p̄uentum, & p̄uētum in bñdictionibꝰ dulcedinis: non à me qui nihil ſum: ſed ab illo q me ut de tua te ſalute monerē: aſpirādo præuenit. Nam ut multū mihi tribuas, plantator ſum, rigator ſum: abſq; illo tñ qui incrementū dat, quid ſum? Ipſi te in omni humilitate ſubiicias, ipſi tota deuotione inhæreas. Me uerò utere eius ſeruo, cōſeruo tuo, comite in uia, cohærede futuro in patria, ſi tñ ſtudioſiſſimè impleuero miniſteriū ad qd̄ tibi miſſus ſum, idq; quātū in me eſt effecero ut hæreditatē capias ſalutis. Ad ea de qbꝰ q̄ſtus es, ita reſpōdeo. Neceſſitates tuas ut meas portabo cū uenero.

¶ Ad *Petrū abbatem Cluniacēſem.* Epſ'a. CXLVII.

DOmino & patri reuerēdiſſimo Petro Cluniacēſi abbati, ſuus Bernardꝰ, quod ſuus. ¶ Viſitet te oriens ex alto, ô bone uir: qa uiſitaſti me in terra aliena, & in loco peregrinationis meæ conſolatus es me. Bene feciſti, intelligēs ſuper egenū & pauperem. Abſens erā, & abſens etiā longo tempore, & recordatus es noīs mei, hō magnus, & occupatus in magnis. Benedictus ſanctus angelus qui pio pectori tuo id ſuggeſſit. Benedictus deus noſter qui perſuaſit. En teneo, unde glorier apud extraneos, literas tuas, & illas literas in quibus tuā mihi animā effudiſti. Glorior q̄ me habeas nō modo in memoria: ſed etiā in gratia. Glorior priuilegio amoris tui, refectus ſum de abūdantia ſuauitatis pectoris tui. Nō ſolum autem: ſed & glorior in tribulationibus, ſi quas dignus habitꝰ ſum pro eccleſia pati. Hæc planè gloria mea, & exaltans caput meum, eccleſiæ triumphus. Nam ſi ſocij fuimus laboris, erimus & conſolationis. Collaborandum fuit & cōpatiendum matri, ne & de nobis quereretur, dicens: Qui iuxta me erant, de longe ſteterūnt, & uim faciebant qui quærebāt animam meā. Deo aūt gratias qui dedit ei uictoriam, honeſtauit eam in laboribus: & cōpleuit labores illius. Triſtitia noſtra in gaudiū, & luctus noſter uerſus in citharam eſt. Hyems tranſijt, imber abijt & receſſit, flores apparuerunt in terra noſtra, tempus putationis aduenit, amputatum eſt ſarmentū inutile, putre membrum. Ille ille iniquus qui peccare fecit Iſrael, morte abſorptus eſt, & traductus in uētrem inferi. Fecerat quippe
Eſaiæ.28. ſm prophetā, pactū cum morte, & cū inferno fœdus inierat. Ideoq; iuxta Ezechielē, factus eſt perditio, & nō ſubſiſtit in æternum. Alius quoq; omniū ſicut maximus, ita & peſſimus inimicus abſciſſus nihilominus eſt. Et is erat unus ex amicis eccleſiæ: ſed illis de quibus ſolet queri & dici: Amici mei & proximi mei aduerſum me appropin-
Pſal.37. quauerunt & ſteterunt. Si qui reſtant, citò ſperamus de ſimilibus idem iudicium. Prope eſt ut reuertar ad fratres meos: ſi uita comes fuerit, per uos ſicut intendo tranſitu-rus. Interim commendo me ſanctis orationibus ueſtris. Salutamus fratrem H. camerarium, & oēs qui circa uos ſunt, cum reliqua ſancta multitudine.

¶ Ad *eundem.* Epiſtola. CXLVIII.

OMino Petro abbati Cluniacēſi. B. humile dilectiōis obſequiū. ¶ Lectis literis ueſtris lætatꝰ ſum in eis, q̄ tantillū uidelicet tantus in benedictionibus dulcedinis p̄uenire curaſtis. Cæterum uidendi nos inuicē, & colloquēdi pariter, qm̄ dignū iudicatis, qñ ſe offeret illa opportunitas, qñ conueniens locus, qñ iuſta occaſio? Hæc interim paucis ueſtris pauca reddidimus, ampliora libenter donaturi, cū ea uobis one roſa non fore cognouerimus. Alioquin qñ hoc ipſum auderet noſtra puſillitas, niſi daret ad dignitatem ueſtrā acceſſum ueſtræ dignationis humilitas?

¶ Ad *eundem.* Epiſtola. CXLIX.

QVàm nolim fieri q̄ ueſtræ putem obuiare reuerentiæ: credo ſyncerítatem ueſtram non latere. Ea fiducia ſuggerere uobis non dubito, quod ſuggerendū uidetur. De monaſterio ſancti Bertini uellem uos moderatius agere, quàm cœpiſtis. Nam & ſi hoc uobis in pace ſubiicere & abſq; omni contradictione poſſetis, ne tunc quid ueſtra referret uideo. Neque enim crediderim uos delectari honore cum tanto onere. Nunc uerò cùm nec abſq; magno labore uendicare uobis præfatum monaſterium, nec in pace, ut aiunt, queatis poſſidere: honeſta uobis (ut mihi uidetur) præbetur quieſcendi occaſio, timor inquietandi.

¶ *Ad dominum papam Innocentium.* Epistola. CL.

SAnitas capitis redūdet in membra. Vnguētum quod descendit in barbam de capite, extrema quoq; fimbria uestimēti participet. Si percusso pastore diffugerant oues, ualente & incolumi secure reuertantur ad pastum. Quod dicimus, hoc est, de gloriæ uestræ crebris successibus, creber nuncius lætificat ciuitatē dei. Iustū proinde est, ut uestra prosperatio, ecclesiæ roboratio sit: & cū exaltat deus electum de plebe sua, ipsa quoq; se sentiat exaltari, ac de roboris incremento fortiorē agnoscat. Nam si compassa est, & conregnare debet. Sic dignū uobis, sic nobis necessariū. Quid enim? Si in timore & angustia æquitatis uigor non languit, nō tepuit feruor: modo cedimus cum appropinquamus ad palmā? Quæ eminuit in infirmitate, in sublimitate uirtus succumbet? Quàm nempe in manu ualida ordinatum est nobile illud monasteriū Virziliacense? Nec insanis prosectò tumultibus armatæ plebis, nec efferi furentium atq; obstrepentiū uesaniæ monachorū, nec quod his fortius, fuit, copijs māmonæ cedēdū putauit, uel ad modicū apostolica celsitudo. Quid apud sanctū benedictū? Nunquid regia indignatio prohibere potuit spiritū libertatis accē sum atq; accinctū aduersus carnē & sanguinem? Sic sancti Meminij, sic sancti Satyri, miro modo ecclesiæ immutatæ sunt, & de synagóga Satanæ restitutæ sunt in sanctuariū dei, uellent nollent oēs iniqua agentes superuacuè. Sed nec Leodij ceruicibus imminēs mucro barbaricus cōpulit acquiescere importunis improbisq; postulationibus iracundis atq; irascentis regis. Quis uerò dignis efferat laudibus, quod nouissimè diebus istis de manu potentis, eminus licet, emissum est in turbatores ecclesiæ Aurelianensis? Reuera nunc sagitta Ionathæ nō abijt retrorsum: & hasta eius nō est auersa. In quo tamen uerbo rex quidē turbatus est: sed nō ois Hierosolyma cū illo. Magis autē mitigauit omnē iram suā & ipse tandē. Erubuit siquidem & timuit frustra armari aduersus dñm, & aduersus Christum eius. Hinc prorsus eleuata est magnificentia tua sup cælos: tantū ut laudabile principiū cōdigno exitu peroretur. Quod quidem uniuersi qui nos amant, uehemēter expectant: idq; flagitant maturari. Sanè simili zelo & in manu æquè potenti, ecclesiæ Turonensi iamiamq; subuenire necesse est. Alioqn prope interitū est & ipsa nisi cito feratis auxiliū. Reuixit (ut aiūt) Gilleberti spirit⁹ in Philippo: ipsi⁹ planè & nepote carnis, & hærede ambitionis. Quāta nempe dominandi cupiditate & iste iuuenis ingrediatur: indicat matris suæ ecclesiæ diuturnus & miserabilis cruciatus: quo penè eā euiscerat miser, ut sc̄ parturiat in honorem. Est tñ autore deo eius tergiuersationibus finis tandē impositus: si tñ quod dictāte iustitia, & compellente malitia, & pace prouocante in eum actum est: apostolicæ authoritati ratū habere placuerit. Absit aūt ut cō fundat fideles suos benigna maiestas: quibus idem negocium dignū duxit cōmittere terminandū. Absit, absit ut sæua ambitio refugiū habeat apud innocētiæ defensorē. Hoc ipsum quantæ audaciæ est qđ' tētat, quātæ demētiæ quod sperat? Semel & secūdo iam aplīci cōtemptor mandati, iustitiā subterfugit, & nunc impudētiori temeritate audet denuo nihilomin⁹ tantæ æquitatis ultrib⁹ præsentari? Cui obscurū est quàm impiè cogitet in mammonæ uiribus turrim fortitudinis oppugnare: hō qui de iustitia penitus nō præsumit? Sed securi sumus. Siquidem qui tē
Psal. 88. tatur. Innocētius est, & filius iniquitatis non apponet nocere ei. Decætero memoriā abundātiæ suauitatis tuæ dulcissime pater dum suspiramus: præsentiā dulciter inuicē cructam⁹: quia caremus illa, in ista consolamur. Hæc sedula cordibus, hæc oribus frequens est. Sal est in omni sermone, aures mulcet, dulcorat ora, corda recreat & inflammat. Celeberrima est in cōuētib⁹ sctōr: colloquia cōdit: impinguat preces: ad orandū solicitat. Oram⁹ & nunc soliciti p uobis & uestris, ut æterna memoria dignos uos ipsa æternitas habeat: cui & p qua tpalr laboratis. Amē.

¶ *Ad Philippum Turonensis ecclesiæ electum.* Epistola. CLI.

OLeo super te Philippe charissime: sed quæso te ne rideas dolorem meum. Nam si tibi minime uideris forsitan esse dolendus: ideo magis dolendus. Tu uideris quid de te sentias: ego te arbitror omni lachrymarū fonte plāgendū. Dolor meus non est dignus subsannatione, sed cōpassione: quia dolor meus nō est de carne & sanguine, non de amissione rerum perituraru, sed de te ô Philippe. Non potui expressius demonstrare magnitudinē causæ doloris. Philippus est in causa. Cum hoc dico, grauē ecclesiæ pronūcio luctū: quæ te aliquādo suo gremio cōfouebat, germinātē sicut lilium, florentē donis innumeris. Quis tunc tēporis non clamabat, bonæ spei iuuenē, bonæ indolis adolescentē? Sed heu mutatus est color optimus. A quāta spe decidit Francia, quæ te genuit & nutriuit. O si cognouisses & tu. Tu tamen quam si apponeres scientiā, apponeres & dolorem, & dolor tuus faceret ne noster omniū esset infructuosus. Procederem si sequerer spiritum meū: sed nolo proferre plurima in incertū, & esse quasi aerē uerberās. Sed hæc scripsi, ut nostrum utcunq; erga te affectū cognoscerес, & ut non scires esse in proximo, si forte deus inspiraret tibi nostrū curare colloquium, & optatam nobis tui uelles exhibere præsentiā. Sum⁹ enī Viterbij, & te morari in urbe audiuimus. Dignare rescribere nobis quicquid illud sit quod de his literis corde conceperis: ut sciamus quid faciendū sit nobis, plus uidelicet minúsue dolendum. Q. si omnia contēnis, & in nullo nos audis: ego quidem fructum non perdā literarū, quæ ex charitate procedunt: sed tu de contemptu ante tribunal terrificum respondebis.

¶ *Ad dominum papam Innocentium pro Trecensi epo.* Epistola. CLII.

INsolentia clericorū, cuius mater est negligentia episcoporū, ubiq; terrarum turbat & maculat ecclesiā. Dant episcopi sanctum canibus, & margaritam porcis: & illi conuersi conculcant eos. Merito quales fouent, tales & sustinent. Quos ditant ecclesiæ bonis, non corrigunt eorum mala: malosq; grauati portant, Alienis nimirū laboribus locupletātur divitici, comedunt fructū terræ absq; pecunia, & prodit quasi ex adipe iniquitas eorum. Quos propriè hodiecq; respicit uetus illa scriptura: Sedit populus manducare & bibere: & surrexerunt ludere. ¶ Mens quippe assueta delicijs, nec exculta disciplinæ sarculo: multas cōtrahit sordes. Porrò inueteratā rubiginē si tentes abradere: nec summis salbem digitis c ōtingi patientur, sed sicut scriptum est: Ineratus est dilectus, & recalcitrauit. Insurrexerunt testes iniqui: homines quos delectat uitam semper alienam rodere: negligere suam. Supplicat puer uester pro eo cuius in hac discordia (si nō fallor) tota culpa est, q culpas redarguerit clericorum. Hæc pro episcopo. In reliquo pro me satisfacio. Scripta dignationis uestræ quibus me uenire ad uos cum iubere possetis, rogare dignantissimè mihi stis: morit paternitas uestra ad me ante natiuitatē sanctæ Mariæ minime peruenisse. Itaq; nō dico iuga boum emi quinq; aut uillam emi, aut uxorem duxi: sed planè (quod & uos non ignoratis) paruulos lactare me fateor: & ideo quomodo sine graui scandalo ac periculo ipsorū uenire possim, non uideo.

¶ *Ad Bernardum de Portis, de ordine Cartusiensi.* Epistola. CLIII.

PEtis instanter: & ego cōstanter abnuo: sed parcens mihi, nō te spernēs. O utinam tuo studio ingenioq; dignum aliquid elaborare possem. Lumen oculorū meoq;, & ipsam quoq; animā si fieri posset partirer tibi amice charissime: & in Christi uiscerib⁹ mihi potissimū in omni plenitudine dilectionis spiritualiter amplectende frater. Cæterū ubi ingeniū aut quādo ociū mihi sufficiens ad id quod petis? Neq; enim leue quid aut uile, & qđ' nos possum⁹, postulare uideris.

Minime

Minime quippe pro minimis sic instares. Nam uoluntatem tuã & curã in hoc satis prodũt crebræ epistolæ tuæ, & uehemẽtior spũs eas animãs. Nimirũ pinde quãto id curiosius uelle te sentio, tãto crede mihi scrupulosius acquiesco. Cur hoc? Ne magna uidelicet expectanti, ridiculum producam murẽ? Hoc uereor: & hæc causa cunctationis meæ. Et quid mirũ si uereor dare, quod edere uerecũdor? ¶ Inuit⁹ fateor præbeo: quod me existimem nõ tam edere profuturũ, quàm prodesse cõtẽnendum. Quis sanè dare uelit, quod dedisse dedeceat: accepisse non prosit? Libens do, inuitus perdo. Scimus qm̃ sperantí grandia, modica minus grata uenire solent. Quod aũt non uenit gratum: perditũ est, nõ datũ. Tibi studij est, utpotè ocioso & uacanti, undecũq; perquirere incentiua igni quo ardes: Luce. 12. ut ardeas magis, & impleas uolũtatẽ dñi tui, dicentis: Et quid uolo, nisi ut ardeat? Laudo, sed si illic ea quæras, ubi te frustratum postmodũ non queraris. Erras si apud nos quæris: ego potius illa abs te mendicare debuerim. Scio quidẽ dare quàm accipere beatius esse, sed si detur quod danti honestum, accipienti utile sit: quale utiq; penes me quicquã esse penit⁹ nescio. Quod autẽ habeo, uereor si in medium uenerit: ne te quoq; optasse illud pudeat, pœniteat postulasse. Sed quid? Non melius nos apud te tuipse excusabis? Tui tibi certè fidẽ oculi faciãt. Cedo importunitati tuæ: ut uel exhibitio tollat suspicionẽ. Res est cum amico. Non parco iam uerecũdiæ, prorsus dũ fiat, quod tu uis: insipientiæ meæ nõ memorabor. Sermones paucos in principio Canticorũ Salomonis recens dictatos, en facio transcribi: & tibi cum needũ edíderim, quãcitius mitto. In quo opere cùm accepero tempus (Christo imperãte curis) tentabo procedere: si tamen me inde confortes, Dominum & patrem nostrum priorem uestrũ cum cæteris fratrib⁹, per te deuotè saluto, & ꝓpicios habere apud deum corde humili supplico.

¶ Ad eundem. Epistola. CLIIII.

Issimulare non ualeo tristitiam cordis mei: nec patior ultra latere te cruciatũ quẽ patior Bernarde charissime. Memor antiquæ meæ promissionis propositũ habui & desiderĩũ magnũ transire per uos, reuisere quos diligit aia mea, itíneri meo solatiũ, laboribus leuamẽ, peccatis remedium postulare, & culpis meis exigẽtibus factũ est nõ ut nollẽ, sed ut non possem. Pœnã siquidẽ hoc agnosco culparũ: non culpam. Certus sis homo dei minime prorsus amici fuisse incuriã, non pigritiã: non negligentiam, sed causam obstitisse plane non negligendam, & causam dei. Nihilominus tamen Psal. 37. uermis iste continuè rodit me: & dolor meus in cõspectu meo semper. Et quidem aliàs satis tribulor: sed ut uerum fatear, in nullo æquè. Vincit labores itineris, caloris incõmodum, curarum anxietates. Ecce aperui uulnus amico: tua frater interest compati mihi, hoc est portare mecum quod patior, ut releuer ego. Tuas & per te sanctorũ cum quib⁹ es orationes supplex flagito. Sermones super principia Canticorũ quos tu petisti, & ego promiserã, transmitto tibi. Quibus lectis peto ut quàmcitius opportunè poteris, tuo rescripto moneamur, uel ad procedendum, uel ad supersedendum.

¶ Ad dominum papam Innocentium pro eodem quando electus est. Epistola. CLV.

Electum deo & hominib⁹ Bernardũ de Portis pater uenerãde uocatione uestra cogi ad opus & onus episcopale audiuimus. Probabilis res, ac digna planè uestro apostolatu, ponere in lumine lumen absconditũ: ne sibi soli uiuat, qui & alios ad uitam trahere possit. Vsquequo nanq; latet & ardet tantũ modo qui & lucere ualet? Leuetur si placet super candelabrum, ut sit lucerna ardẽs & lucens: sed sanè ubi non præualeat uis uentoꝝ: ne fortè (quod absit) extinguat. Siquidem insolẽtia Lombardoꝝ & inquietudo eoꝝ cui nõ est nota? aut cui magis quàm uobis? Nobis melius nostis quàm sit ille ep̃atus dissipat⁹: quamq; domus exasperans. Quid putamus esse facturum inuenẽ uiribus corporis fractum, & quietis eremi assuetũ: in populo barbaro, tumultuoso, procelloso? Quando poterit cõuenire tantæ sanctitati, & tantæ peruersitati: tantæ simplicitati, & tantæ dolositati? Reseruetur si placet cõgruẽtiori loco: atq; alteri populo: cui sic præsit ut prosit, & festinatione non pereat fructus quem poterit dare in tempore suo.

¶ Ad eundem pro clericis Aurelianensibus. Epistola. CLVI.

Vsquequo misera illa Aurelianensis ecclesia incassum uiscera pulsat patris orphanorũ, & iudicis uiduarum? Quippe iacet iam olim in puluere uirgo nobilis Israel, nõ solũ uiduata uiro sed & charis orbata pignoribꝰ. Prohdolor nõ est qui subleuet eam. Quousq; & filios non dimittitis cum matre misera clamãtes post uos? Illos dico qui amissis rebus & domib⁹, capitib⁹ suis refugiũ solũ inuenere diffugiũ. Quid tardat intrepida manus: nullis hactenus uel negata oppressis, uel remissa præsumptoribꝰ? Quid tardat (inquã) afflictos eripere de manu fortiũ, & reddere retributionẽ superbis? Et si tardat, nõ derelinquat usq; quaq;. Oportet magis dilatũ auxiliũ tandẽ uenire ualidius, & subuenire perfecti⁹. Illa sit si placet molestæ tarditatis recõpensatio, ut & qui apostolica patiẽtia superbè abusi sunt, nihil inde in fine lucrẽtur: & qui in uerbo uestro patiẽter passi sunt, minime eos suæ quandoq; pigeat patientiæ.

¶ Ad Haimericum pro eisdem. Epistola. CLVII.

Speciali amico suo Haimerico, dei gratia diacono cardinali, & apostolicæ sedis cancellario: frater B. de Claraualle, luce sapientiæ & uirtutis clarescere. ¶ Nisi quia uestram noui & circa afflictos compassionem & contra proteruos indignationem: opportunè importunè instarẽ uobis pro magistro Vuilhelmo Maudunensi & socijs eius: compellarem uos aduersus oppressores & calũniatores eorũ. Nunc autem sufficiat memorasse: uestrum est opere probare cito quod reuera sufficiat.

¶ Ad dominum papam Innocentium super interfectione. magistri Thomæ prioris sancti Victoris Parisiensis. Epistola. CLVIII.

Mantissimo patri & dño Innocentio summo pontifici. B. Clareuallis abbas indignus minimum id quod est: & quod potest in dño. ¶ Fera pessima quæ deuorauit Ioseph, canũ nostrorũ importunitatem nõ ferens, ad uestræ dicitur defensionis auxiliũ confugisse. In quantã misera deuenit amentiã: ut uaga & profuga & tremens super terrã, illuc potissimum fugam inierit: ubi plus timere oportuit. Sceleratissime, tu summæ æquitatis sedem putas esse speluncam latronum, aut cubile leonum? Tu filij recentem adhuc cruorem ore rabído ac ferali spumans & masticans, fugis ad sinum matris, patris audes apparere conspectibus? Tamen si pœnitentiã petit, neganda ei nõ est. Q; si audientiam: accipiat illam si placet, quã uel Moyses indulsit populo ante conflatile curuanti genu: uel Phinees formicãti Israelitæ: uel Mathathias dæmonibus immolãti: uel certè ut uobis de uestris aliquẽ proponamus, quã à beato petro Ananias & Saphira meruerũt: quã demq; audientiã dedit negotiãtibus in tẽplo saluator. An ignoramus quorũdã peccata præcedere ad iudicium? Nónne uox sanguinis fratris tui clamat aduersum te de terra? Credim⁹ & nostri martyris spiritũ quem nouissimè diebus istis tua crudelitas morti dedit: cum cæteris animabus interfectorum, uoce ualida sub altari clamare & flagitare uindictam: eoq; instantius, quo recentius ipsius sanguis effusus est super terram. Sed nunquid ego, inquit, occidi eum? Non utiq; tu: sed tui, & propter te. An & per te, uideat deus & iudicet. Si excusabilis tu es, cuius dentes arma & sagittæ, cuius lingua gladius acut⁹: proinde nec Iudæi xp̃i de morte culpãdi sunt: quippe & ipsi man⁹ cõtinuere cauti. Ob illicitas exactiones quas sibi occasione archidiaconatus in presbyteros

Universidad de Deusto Biblioteca

mínime iam ut consueuerat usurpare liceret: beati utiq; Thomæ obuiãte zelo atq; industria, utpotè iustitiæ amatoris & defensoris: oderat illũ, & mortẽ ei iam ipso odio homicida mínitarí solebat. Multí se audíuísse nunc perhíbent: quib⁹ discredẽdũ nõ est. Postremò nepotes eius ut ímpias manus in sanctũ dñi mitterẽt: quid aliud unquam aduersus eum habuerint: ipse certè dicat si potest. Si ergo iste qui causa, qui ínuẽtor, qui etiã (ut oĩm penè suspicio est) extitit & dictator facinoris: si is inquã impunè ferat (qđ utiq; mira impudentia de uestra aplica authoritate præsumit) quãta putam⁹ impunitas ista in ecclesia partu riet puniẽdæ? Vnũ è duob⁹ fore necesse est: aut nullos ex nobilib⁹ siue potentib⁹ fm hoc seculũ admitti deinceps ad honores ecclesiastícos: aut passim ad omne illícitum permítti liberè clericos sacris abuti officijs: ne fortè si quíspiã zelo dei accẽsus phibere retauerit, ferro ílico mílitarí reus iustítiæ trucidet. Atq; ita quid spiritali gladio, quid censuræ ecclesiasticæ, qđ xp̃ianæ legi & disciplinæ, quid reuerẽtiæ sacerdotalí, quid denique diuino timori relínquitur: si uetu potẽtiæ secularis, nullus mutíre iam audeat cõtra ínsolẽtiã clericorũ? Quid eĩm ínsolẽtius, qđue índignius in ecclesia esse potest: quàm ut sibi quíscq; ecclesiasticas uendícet dignitates feritate armorũ, nõ morum probitate? Quãobrẽ dñe pater aliqđ, ut uídetís, prorsus decerneudũ in hoiem quod ecclesiæ prosit, ut salus facta hoc tpe per uos transfundat in posteros: & cognoscat generatio altera nõ solũ quod fuit præsumptũ: sed & qualiter ultũ. Alioquín si serpat uenenũ, nec sequatur pariter & antídotum: multos (quod absit) habeat perímere.

Nota.

¶ Ad *eundem in persona Stephani Parisiensis episcopi: unde supra.* Epistola. CLIX.

Pissímo patrí Innocẽtio summo pontíficí, Stephanus míserãdus epus ecclesiæ Parisiensis, mísericordiã & iudicũ. ¶ Vir religiosus prior sancti Victoris magíster Thomas in obsequio charitatis, in ítinere quod índixerat pietas, in opere sancto, in sanctorum comitatu, in dñico die, certè in sinu meo & inter manus meas crudelíter ab ímpijs pro iustítia execrebratus est, factus obediẽs usq; ad mortẽ. Nunc opus est prece, ubí pietatẽ melíus in silentío lachrymæ prouocãt: & singultus qui ínterrũpit precem, exprímit affectionẽ. Hæc planè compassionẽ uerã & si nõ postulãt: merentur tamen: utpotè quæ uerũ índicãt produntq; dolorẽ, & símulationis fugãt ambíguũ. Puto proinde sufficere mihí ad íncutiendã paternis uiscerib⁹ calamitatẽ quã patior: rem ut est simpliciter íntimasse. Tristis flebílisq; historia satís pro se agit: præsertím apud uos: & suasorijs fucarí

Psal. 57. nõ índiget. Exítus aquarũ deducite oculi mei: qm̃ dereliquit me uirtus mea: & lumen oculorũ meorum, & ipsum nõ est mecũ. Nec enim illum lugeo: sed me. Nam ille quo pacto lugeat, qui mortis precíosæ compendio trãsiuit ad uitã? Quis illũ non magis laudíbus quàm fletibus prosequatur: cui uiuere xp̃s fuit, morí est lucrũ? Episcopí nomen ego gerebam: ille exercebat opus. Honore spreto: onus totis uíribus supportabat. Idcirco ille reuera mortuus ad uitã: ego uiuus in morte. Ille mortis uíncula non

Psal. 17. íncidit, sed euasit: & ecce circundant me dolores mortis, & torrẽtes íniquitatis cõturbant me. Ego igíf ego míser: ego míserand⁹ in morte tua mi frater dulcíssime Thoma: blando heu ablactatus solatío: cauto príuatus consilío, & certe tuto patrocínio destitutus. Expediebat me magis morí pro te: quàm post te uíuere. Propter hoc defecit in dolore uíta mea, & anní mei in gemitib⁹. Condolet mihí ecclesia: sed dolet & pro se. Cõmune dammũ: cõis desolatío est: mecũ oĩs religio plorat: paternã pariter ímplorat cõsolationẽ. Si Theobaldus noterius adierit uos: sentiat uel ipse in se qm̃ exaudíuit dñs uocẽ fletus mei. Nepotes ipsius, authores extitere sceleris: ipse causa. Vtrũ & dictator in qõne est. Non attendatís ad uerba eius, donec ueníat qui míttẽdus est: qui uobís pleníus ínsinuãs ueritatem: cautum faciat à labrjs íniquís & à língua dolosa.

¶ Ad *Haimericum cancellarium in persona eiusdem episcopi ut de supra.* Epistola. CLX.

Omíno Haímerico charíssimo uenerabilísanctæ Romanæ ecclesiæ diacono cardinalí & cancellario, suus Stephanus Parisiensis qđ fílio & amíco. ¶ Amicus in necessítate probat. Quod dico, nõ quia de sanctitate, dilectionis uestræ dubitẽ: sed ne cõtingat ut dubitẽ. Continget autem procul dubio, si zelum illũ uestrũ modo (quod absit) dissímulare comperero. Porrò dissímulationis íd mihí argumẽtum ínexcusabile fore nouerítis, si Theobaldũ noterium nõ recipere pro meritis quacũq; occasione cõtigerit: qui dimidiam aíæ meæ neporũ suorũ manibus crudeli ambitione praecídit, soli cruciatuí parte reliqua reseruata.

¶ Ad *dominum papam Innocentium: unde supra.* Epistola. CLXI.

Vox sanguínis Archebaldí subdecani Aurelianensis ínualuit. Nã ecce prohdolor iuxta prophetã: Sanguís sanguinẽ tangit, & símul úmfortí⁹ clamãt ad uos de Frãcia. Clamat (inquã) & uociferat uterq; sanguís clamore tam ualído, ut ualeat ipsum quoq; palatium cæleste concutere: tam pio, ut & ínxea pectora debeat emollire. Quid facís amice sponsi, custos sponsæ xp̃i, pastor ouium xp̃i? Putásne sufficies excogitare remediũ quod huic obuiet pesti tam nefandæ, tam ínauditæ? Id sanè necesse est ínueníri, qđ de recenti ecclesiæ uulneri in p̃sentiarũ medelam afferat: & posteris ualeat ad cautelã. Ergo accingere gladio tuo super femur tuũ, potẽtíssime. Si nõ steterit & nũc Phinees & placauerit: nõ cessabit quassatío. Si (inquam) uígor ecclesiasticus pepercerit ístís, Ioãní dico & Theobaldo noterio: quorũ etsi non manu, assensu certè, fortè & ínstinctu sanguis innoxius effusus est super terrã: quís nõ uídeat qđ sequat? Quãtos in clero horũ ímpunitas cõtra ius & phas facit promoueri: metu utiq; suorũ, nõ suæ merito sanctitatis? Nouís morbís, nouís obuiãdũ est medicamẽtis. Vellíme, ut multís uídetur, iustíssimecq; eos apostolica falcastri omní succídere ecclesiastica dignitate: ita ut habitis careant, & de cætero ad alías non assurgant.

¶ Ad *Haimericum cancellarium, pro eodem* Epistola. CLXII.

Requentẽ & amicabilẽ recordationẽ qua dñm epm̃ Parisiensem cõmendare soletis: ego pesmodũ ipsi frequenter testatus sum. Eĩ à nobis exígitur nõ uerbo aut língua: sed ope & ueritate probare nec me fuisse fallacẽ: nec uos mendacem. Sic uestra ínterest nõ solũ ꝓpter epiſcopũ: sed & ꝓpter alios amícos uestros: q uobis pro certo grauiter, si quo modo præter spem procedere causam cõtíngeret, turbarentur.

¶ Ad *Ioannem Cremensem cardinalem presbyterum, eodem.* Epistola. CLXIII.

Dilectionem & dignationem qua me amplectí uobis nullí⁹ dignitatis homũcio sensit in æternum non obliuíscar. Pœnitentiã & cõuersionẽ uestram de qua iam angelis collætatus sum & condelectatus: dignos facere fructus opto ſugiter, & oro frequẽter. Et nunc maxime ipsos nostra illa Gallicana ecclesia mecum expectat: credo nõ ínterpestiuos. Interest uestræ pariter & meæ famæ, ut nõ cõfundar in uobis. Sic ergo clareat oĩbus zelum apud uos ueritatis iustitiæq; & feruere cõtra ínterfectores clericorũ, & ínstigatores eorum: ut non me pigeat gloriatum fuisse de uobis.

¶ *Actio causæ Lingonensis ecclesiæ ad dominum Innocentium papam.* Epistola. CLXIIII.

Vm adhuc Romæ essemus: contigit illò uenire dñm archiepm Lugdunẽsem. Venerunt & cũ eo Robertus decanus ecclesiæ Lingonensis & Olric⁹ canonicus, quærẽtes licere sibi & capítulo Lingonẽsi elígere sibi epm̃. Mãdatũ siquidẽ à dño papa acceperant nequaquã præsumere hoc nisi ad consílíũ religiosoꝝ utrorũ. Qđ dũ per me cuperẽt & peterent obtinere:

Universidad de Deusto

obtinere: absit inquam, nisi sciam & certus sim q̄ bonam idoneamq̄ p̄sonā intēdatis eligere. Respōderūt ꝓpositū suū atq̄ intentionē, de nostro pēdere arbitrio: nec aliud se facturos, nisi quod ego cōsulerē. Et spopōderūt. Verū me nō satis fidem accōmodāte accessit ad persuadendum archiep̄s, pollicēs firmiter idipsum. Et addidit, q̄ si secus clerici agere molirent: quicquid aliud facerent, minime se confirmaturū, nec ratū habiturū. Adductus est & dñs cācellari⁹ in testimoniū. Nec cōtēti: adiuim⁹ etiā præsentiā dñi papæ, ut eius fauore & authoritate qd' inter nos conuenerat confirmaret: prius tñ habita inter nos collatione mutua ac diuturna super facienda electione: & de multis personis quarū ibi mētio facta est, duab⁹ tandē noīatis à quib⁹ null⁹ nostrū penit⁹ dissentiret: quālibet illarū eligi placuisset. Itaq̄ quod nobis cōplacuit, dñs papa immutabiliter obseruari præcepit: & tam archiep̄s quàm clerici firmiter promiserūt. Illis abeūtib⁹, ego post discessum eor̄ dies paucos in urbe faciēs: ubi à dño meo impetrare potui facultatem redeundi, ad fratres iter arripuimus. Et transalpinātes cōperimus instare diē qua foret sacrādus hō in ep̄m Lingonēsem: de quo utinā meliora atq̄ honestiora audiuissem⁹. Nolo aūt dicere quæ inuitus audiui. Quid plura? A religiosis uiris non paucis qui nobis salutādi gratia occurrerāt, persuasi sum⁹ diuertere per Lugdunum: quatenꝰ si fieri posset rem nepharia ne fieret, ꝓhiberemus. Nam ego aliunde ob uiæ cōpendium ire statuerā, cōsulens ualetudini & lassitudini corporis, præsertim q̄ nō liqdo fateor credebā rumorib⁹. Quis em̄ crederet tantū uirū tanta uti leuitate, ut postposita tā recēte ꝓmissione sua, insup dñi sui mādato: personæ notabili manū imponere nō timeret? Itaq̄ cōsilio religiosorū acquiescentes, Lugdunū iter direximus: & peruenientes, oīno sicut audiuimus sic uidimus. Parabant illa non festa sed infausta solēnia. Decanus tñ & maxima (ni fallor) pars Lugdunēsiū canonicor̄ cōstāter apertecq̄ cōtradicebāt. Sed & rumor pudēdus dolēdusq̄ passim crebrescēs & inualescēs, ciuitatē repleuerat. Quid facerē? Cōuenī archiep̄m reuerēter quidem super pacto quod fecerat, & super mādato quod acceperat: & nihil horū negauit. Causam uerò præuaricationis referens in filium ducis, qui à constituto resilierat: ne ille turbaret, in id se mutabilitatis incidisse dicebat: pacis uidelicet intuitu. Et intulit quia quicqd hactenus egerit: iam pro nostro deinceps arbitrio se facturū. Tum ego gratias agēs: absit inquā: tñ nō nostra, sed dei potius uoluntas fiat. Quæ ita forsitan cognoscet, si res ponat in consilio eōr̄ aliarūq̄ religiosar̄ p̄sonarū quæ hic ad uestrā ipsius uocationē cōuenerūt, uel adhuc uēturæ sunt. Q̄ si inuocato sancto spū cōsensus omniū uos ad ꝓcedendū in cœpto opere animauerit: procedite ut cœpistis. Sinautē, acquiescēdum ap'lo dicēti: Nemini cito manū imponas. Visum est cōsiliū placuisse. Interim hō ille uenisse nuncia- 1. Tim. 5.
tur: sed in hospitiū, non in palatium. Vespere sextæ feriæ uenit: sabbato mane recessit. Non est meū dicere cur nec in curia apparere uoluerit, ad quē ei curæ fuit lōgo itinere peruenire: nisi q̄ uere cūdia monachalis honorisq̄ contemptus forsan putari posset, si nō aliud alia quæ secuta sunt indicarēt. Et reuera qd aliud tūc suspicari debuim⁹: q̄n archiep̄s rediens ab illo, testatus est corā oībus nullo modo eū uoluisse acqescere: sed quicqd de eo factum fuerat penit⁹ refutare. Deniq̄ & mādauit mox electionē fieri. Hoc ꝓ quosdā Lingonēses canonicos tūc p̄sentes: hoc & per literas quæ adhuc extāt. Quib⁹ in cap'lo Lingonēsi oblatis & lectis: prohpudor incōtinēti leguntur aliæ per oia cōtrariæ illis: asserētes utiq̄ cōsecrationē dilatam, nō dimissam: assignātes diem & locū ad causam decidendā, quam literæ priores nūciabāt decisam. Putares in literis nō modo diuersas: sed & aduersas sibi loquentes p̄sonas aduersum seinuicē cōtēdētes: nisi q̄ una eademq̄ imago impressa ceris: unū idemq̄ nomē præsignatū in schedulis manifestē de uno fonte dulce & amarū illud manare cunctis qui aderāt mirātib⁹ declarabāt. Tenētur in manibus cōtradictoriæ literæ, utrislibet obedire decreueris, inobediens necesse est tenearis. Aut em̄ priorē te recipientē epistolā, posterior condēnabit: aut si posteriorē sequi eligas, prior murmurabit. Et utinā secūda ep'la sicut potuit euertere primā: ita posset sese uel ipsa tueri aduersus tertiam. Sed ecce literæ cōtra literas: mandatū aduersus mādatū: ita ut nō iam quemadmodū in ꝓpheta: māda remāda: sed manda demāda poti⁹ inculcet. Interim nēpe hō qui & cōsecrationem fugerat: & electionem refutarat: festinauit ad regē: regaliū inuestiturā obtinuit: quib⁹ meritis, ipse uiderit. Mox directis ep'lis & locus q̄ assignat⁹ fuerat, est mutatus: & dies anticipat⁹: ut locī tēporisq̄ opportunitate subtracta, & copia agēdi pariter subtrahat cōtradicturis, & cōsecrationis dies subripiat appellaturis. Cæterū non Esa. 28. Ꝓuer. 21.
est cōsiliū cōtra consiliū dñi. Cuius ꝓuidentia factū est, ut nec cōtradictores defuerint: nec appellatores. Appellatū est à Falcone decano Lugdunēsis ecclesiæ: appellatū & à Pontio archidiacono Lingonēsi: appellatū à bono amico sacerdote & canonico æque Lingonēsi: appellatū & à fratrib⁹ nostris Brunone atq̄ Gaufrido: ignorātibus quidē oībus his præparationē cordis eor̄: sed casu superueniētibus: haud dubiū dei ꝓuida uolūtate. Tāta siquidē fuit breuitas terminī, ut uix ex quo rescium⁹ diē, spatio quatuor dierū nūcius noster cū lr̄is accurrere potuerit: quatenus præueniret quod parabat nō sacramētū, sed sacrilegiū. Et his quoq̄ nihilominus cōtradixit: & tam cōsecrādum, quàm cōsecraturos ad sedē apostolicam appellauit. Et ipse erat Lingonēsis canonicus. Veritatē dico, nō mētior: nihil à me hic dictū personæ odio, sed solo ueritatis amore ueraciter omnia posita: teste ipsa ueritate.

¶ *Ad Falconem decanum, & Guidonem thesaurarium Lugdunensis ecclesiæ.* *Epistola.* CLXV.

DLaga, ut uidetis charissimi, ecclesiæ nostræ magna est, & multa eget cura. Nec modo multa: sed cita: ita ut assidue cum lachrymis medico cælesti instem⁹, dicētes: Dñe desēde priusquā morīatur. Vnū est qd' magis exacerbat dolorem, & penè desperat curationē: quia nimirū inde est orta tribulatio, unde cōsolatio sperari debuerat. Quisnā em̄ ô misera, malū hoc qd' plāgis. induxit super te? Profectò nō inimicus, nō is qui oderat te: sed hō unanimis, dux tuus, & metropolitanus tuus. Q̄uo ab austro & non iā ab aqlone pādit omne malū? Meritò, pinde nō est dolor sicut dolor meus: q̄n de qb⁹ potissimū præsumebam⁹, ab ipsis passi sumus: & nō ab aliis. O Lugdunēsis pia mater ecclesia: cuiusmodi nō sponsum, sed mōstrū tuæ filiæ ꝓcurasti nunc? Non planè matrē te in hoc, sed nouercam sensimus. Gener hic tuus quàm longè à nobili illa tua antiqua honestate, grauitate, ꝓbitate, degenerat. Quid enim? Egóne id dixerim honorabile cōnubiū, & thorū immaculatū: qd' de tali & taliter factū est? Sine lege, sine ordine, sine rōne sic cōfusa sunt oia: imo ita cūcta in fraude & temeritate prærepta & p̄sumpta fuisse cōstat: ut nō dico ep̄m, sed ne uillicū qdē aut theloniariū quēpiā in hunc modū decuerit ordinari. Quib⁹ uos laudibus effera dulcissimi: q̄ soli cōdoluistis afflictæ: & tā in prima quàm in secūda sua defensione opp̄ssæ astitistis: ascēdētes ex aduerso, & opponētes uos murū ꝓ domo Israel? Nō est inuēt⁹ filiis uobis in illo cōuētu: q̄ conseruaret legē excelsi: q̄ sacris obtēperaret canonibus: q̄ deniq̄ se induceret zelū Phinees: & Līguæ mucrone cōfoderet fornicātes. Quæ cū ita de uobis ad dei & uestrā ipsor̄ gloriā ubiq̄ clarescāt: restat ut principio tā laudabili cōdignū exitū dare, & hostiæ capiti, caudā iūgere satagatis. Ioan. 3.

¶ *Ad dominum papam Innocentium, unde supra.*

Epistola. CLXVI.

ITerum clamo, iterum pulso, & si non clamosis uocibus: certè lachrymosis gemitibus. Cogit iterare clamores iterata in nos iniuria perditorum & prolongantiū iniquitatē suā. Cōfortati sunt addētes præuaricationē. Apponūt iniquitatē super iniquitatem, & superbia eorum ascendit semper. Inualuit

furor, pudor euanuit, & timor dei. Quē cōtra tuam pater castā iustamq; dispositionē nō timuerūt eligere: etiā post appellationē tuī noīs ausi sunt execrare. Et hoc p̄sumpserunt Lugdunēsis, Eduensis, Matisconensis, amici Cluniacenses. In fraude & temeritate istorum, heu quàm ingens multitudo sanctorum turbabitur, si angariari fuerint tale portare iugū, taliterq; impositū. Proh nephas: hoc ita accepturi sunt acsi cogantur genua curuare Baal: aut certè
Esa.28. iuxta pphetā pactū facere cū morte, & cū inferno fœdus inire. Rogo ubi ius, ubi lex, ubi sacrorū authoritas canonum, ubi deniq; reuerentia maiestatis? Illa illa quæ nulli negat oppresso, soli mihi non profuit appellatio. Vbi nisi mirū imperabat aurū: iudicabat argētū: leges canonesq; silebāt: locū ratio & equitas nō habebāt. Eisdē telis (qđ intolerabili⁹ est) arcē quoq; aplici culminis oppugnare minātur. Id uerò ridicule. Fundata est enī supra firmā petram. Sed quid ago? Excessi fateor, non est meū accusare quenquā aut reprehēdere: sufficit mihi ut plangā dolorē meū. Post lōgā morā multosq; labores quos pro seruitio Romanæ eccl̄iæ pertuli: cū tādē placuit serenitati uestræ reditū annuere ad fratres meos, & si fractus uiri⁹ corporis tāquā male operās, lætus tñ ob manipulos pacis quos reportabā: ad monasteriū cū psperitate peruenī. Credidi me de labore euasisse ad requiē: licere mihi utcunq; resarcire spiritualiū dāna studiorū, ac sanctæ quietis detrimenta quæ foris incurrerā: &
Psal.30. ecce tribulatio & angustia inuenerūt me. En lectulo recubantē plus cordis quàm corporis dolor excruciat. Nec enī ego deploro tpale incommodum ullū. Aīa mea in manib⁹ meis: salus eius in causa est. Placet uobis ut illi hoī credā aīam meā, q perdidit suam? Scio quia nō placet. Quāobrē dixi aīæ meæ expedire magis inire fugā, quàm & mœrore cōsumere residuū dierum meorū: & nihilomin⁹ in periculū salutis incidere. At deus uobis poti⁹ inspiret, qđ potius est: reducere uidelicet ad memoriā (si dignum iudicatis) qualr uobiscū egerim: & ponere oculos pietatis super puerū uestrū: & liberare assuetū de angustia. Quin potius nō obliuiscī quanta deus ipse fecerit uobis, & in quātulæcūq; uicē recōpēsationis: ad ipsius gloriā quod tam perperam factum est reuocare.

¶ *Ad eundem, pro eodem negocio.* Epistola. CLXVII.

CLementissime pater nónne præcipiēdo præcepisti in Lingonensi ecclesia personam eligi religiosam atq; idoneā & ad consilium pueri tui? Nónne dñs Lugdunēsis hocipsum mādatū ex apostolico ore tuo præsens excepit: tam fideliter executurum: quàm firmiter iniūctū, ac frequēter inculcatū? Nónne deniq; & spopōdit? Quid ergo uisum est ei mutare uoluisse qđ utilissime & consultissime statutū fuerat, aliudq; sua præsumptione moliri quod nō cōueniebat: in uestræ ipsius maiestatis cōtemptū, & in nostræ pusillanimitatis scandalū? Quō nō erubuit bon⁹ ille uir apud se est & non inuenirī: tentās imponere tam indignū iugum ceruicib⁹ tam numerosæ multitudinis religiosorū seruorū tuorū: aduersus statutū tuū: & pmissum suū? Inqre pater ingre diligēter quale hō ille cui festinat manū imponere, testimoniū habeat: & ab his qui propè sunt: & ab his qui lōgè sunt. Mihi enī interdicit dicere pudor quid publica fama de eo dicit: imo infamatio celeberrima diuulgauit. Et quid dicam? Tristis est aīa mea usq; ad fugam. Et iam forsitan fugissem: nisi me retinuisset consolationis spes quam de uiscerib⁹ uestris expecto. Volebā scribere per ordinē, per lachrymabilem miseriæ nr̄æ historiā: sed præ tristitia languet manus: sensus hebescit: horret lingua eloquī malignā fraudē: sed subreptionē: sed circūuētionē: sed temeritatē: sed perfidiā. Quid ergo? Filius tuus Pontius archidiacon⁹, qui & in hac causa cōstāter fideliterq; se habuit, cūcta tibi pater narrabit: & qd factū dolcamus. & quid faciendū flagitemus. Ipsi crede tanquā mihi. Ego autē hoc unum ut parturiēs loquor. Nisi isti à tam scelerato, tamq;
Psal.11. temerario ausu deficiant: ut meipsum nunc sentio, deficiet in dolore uita mea; & anni mei in gemitibus.

¶ *Ad episcopos & cardinales Romanæ curiæ, unde supra.* Epistola. CLXVIII.

VOs scitis, si dignum ducitis recordari, qualiter uobiscū in tempore malo cōuersatus fuerim: egre diens & regrediēs, & pergēs ad imperū reuersus, persistēs ac permanēs uobiscū in tētationibus uestris: ita ut consumptis penè utribus corporis, uix potui reddita cælitus pacē ecclesiæ repatriare potuerim. Et non colo hoc non glorians aut imperās: sed prouocans & efflagitās: monēs & reposcēs debitū uestræ miserationis affectum. Vrget necessitas modo oēs repetere debitores. Ego uerò si feci quod facere debui: haud aliud nr̄ ex eo quàm seruū inutilē reputo: iuxta sermonē dñi. Verūm si Luc.
feci qđ oportuit, aut qđ faciēdū fuit: nunqd merui uapulare? Et ecce rediēs à uobis, tribulationē & dolorē inuenī, & nomē dñi inuocaui: sed nō pfuit. Inuocaui & uehemēter Psal.
& non ualuit. Siquidē dij fortes terræ uehemēter elementi sunt: Lugdunēsis scilicet archiepiscopus, & Cluniacensis abbas. Hi cōfidētes in uirtute sua, & in multitudine diuitiarū suarū gloriātes: aduersum me appropinquauerunt & steterūt. Et non aduersum me tantū: sed aduersum nr̄am guam multitudinem seruorum dei: aduersum uos quoq; aduersum seipsos: cōtra deum: contra omnē æquitatē & honestatem. Deniq; imposuerunt hoīem super capita nr̄a: quē prohpudor & boni horrēt, & mali rident. Quo ordine: imo quàm extraordinarie, uideat deus & iudicet, uideat & Romana curia. Videat & doleat, miscreat & accingat ad uindictā malefactorū: laudē uerò bonorū. Quid enī? Placet tibi dña, mūdi uniuersitati constituta uideri in ira: iudex in miam: placet inquā tibi q̄ dum superbit impius, incēdit pauper: & ille pauper qui pro tuo seruitio cū nō haberet censum quē effunderet, sanguini nō pepercit? Dignúmne tibi uidet tua perfrui pace, & nostrā non curare: nec recipere in sortē consolationis quos habuisti cōsortes laboris? Si inueni gratiā in oculis uestris: eripite inopē de manu fortiorū eius, egenū & pauperē à diripienti⁹ cū. Aliogn ego quidē ut potero laborabo in gemitu meo, & erunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Uobis autē legā illū uersiculum: Qui tollit ab amico miam. Iac.
morē dñi dereliquit. Et illud: Oēs necessarii mei recesserunt à me. Illud quoq;: Qui iuxta me erant, de longe steterunt: & uim faciebāt qui quærebant aīam meam.

¶ *Ad dominum papam Innocentium, unde supra.* Epistola. CLXIX.

IGnatio uestra fecit me familiarem: familiaritas præsumptorem. Absit solita cordi uestro benignitas: ne fortè præsumptio pariat indignationē. Audite tñ patiēter nō solū quid egerim: sed & cur egerim: si fortè causa factū possit uel aliquatenus excusare. Ausus sum retinere clericos Lingonēses q uocati erant: cōpolita tñ pace inter eos, ipsisq; persuasis stare, dum inceps de faciēda electiōe in beneplacito uestro, & cōsilio bonorū: sicut in literis eorū cōtinet. Erat aūt pnecessariū eos hac uice remanere: propter terras & possessiones ecclesiæ quæ datæ sunt prædæ & direptioni: dū nō est q custodiat aut defendat. Itaq; psonis quæ nō sint suspectæ: quæ nō quærāt quæ sua sunt: sed quæ Iesu xp̄i: iniungat ipse placet cura eligēdi q deo placeat: & finē tandē accipiat ecclesiæ iā diuturna & miserāda uexatio. Relíqua uerò dicēda cōmissim⁹ dño Herberto abbati sctī Stephani Diuionēn. & archidiacono Lingonēsi, socijsq; eor̄. Adhcim⁹ etiā ut archidiaconū Lingonēsem, & bonū amicū eiusdē ecclesiæ pbr̄m, qñ fideles in causa dei extiterūt: eos & res eorū in defensiōe uīa recipiatis. Dign⁹ est ei operi⁹ mercede sua. Luc.

¶ *Ad Ludouicum iuniorem regem Francorum, unde supra.* Epistola. CLXX.

SI totus orbis aduersum me cōiuraret ut quippiam molirer aduersus regiam maiestatē: ego tamē deum timerem: & ordinatū ab eo regem offendere temerè nō auderem. Nec enī ignoro ubi legerim: Qui potestati resistit, dei ordinationi resistit. Rom.

Sed nec

Sed nec me latet quàm omni christiano: quàm meæ præcipuè professioni mentiri contrariū sit. Veritatem dico, nō mētior: quod Lingonis de priore nostro factū est: præter spem, præter intentionē episcoporū & meā factū est. Sed est qui nolentiū quodāmodo extorquet assensum: & suo arbitrio etiā aduersas hoīm uoluntates prout uult subseruire cōpellit. Qñ enim ego periculū quod mihi timui, illi æquè nō metuerē, quē diligo tāquam meipsum? Qñ ego illorū cōsortiū non horrerē, qui alligant onera grauia & importabilia, & imponunt humeris hoīm, digito aūt suo nolunt ea mouere? Factū est tñ quod factū est: contra uos nihil: cōtra me plurimū. Mihi baculꝰ imbecillitatis meæ subtractus est: mihi lumē oculorū meorū ereptū est: mihi abscissum dextrū brachiū meū. Oia excelsa ista & fluctus isti super me trāsierūt. In me transierūt iræ. Mihi euadēdi nulla ex parte patet uia. Vnde onera fugio, inde subeo inuitus & ingratus. Durū mihi sentio contra stimulū calcitrare. Tolerabilius fortasse spōtaneo quàm nolenti & reuuenti fuisset. Nam si qd uirtū in me est, nōme id facilius meis quàm alienis humeris exercerē? Sed acqesco aliter disponēti: cū quo utiq; aut iudicio aut uiribus contendere, nec cautū mihi omino, nec possibile est. Sed nec regi. Psal. 75. Siquidē terribilis est etiā apud reges terræ. Horrendū est Eccl. 10. incidere in manus dei uiuētis, etiā tibi ō rex. O quàm molestis auribꝰ audiemꝰ cōtraria tā bonis principijs uestris. O quàm amarior ecclesiæ mœror post tāta prælibata gaudia: si frustrari (qd' absit) cōtigerit tam iocunda spe singularis clypei sui uestræ indolis, sicut hactenus est experta. Heu corruit uirgo Remēsis ecclesia: non est q subleuet eā. Corruit & Lingonēsis: non est q porrigat manū. Auertat diuina clemētia à corde & cōsilio uestro super dolorē nostrū a dñcere, cumulare tristitiā sup tristitiā. Quis mihi tribuat mori, ne uideā regē bonæ opinionis, sed spei meliōris, conari dei cōsilio obuiare: irritare aduersus semetipm summi iudicis irā: pedes patris orphanoꝝ madefacere lachrymis afflictorū: pulsare cælos clamoribꝰ pauperū: sanctorū precibꝰ: iustisq; q̄rimonijs clarissimæ sponsæ xpi: q̄ est ecclesia dei uiuētis? Absit, absit. Meliora speramꝰ: expectamus iucūdiora. Nō obliuiscet misereri deus: nec cōtinebit in ira sua misericordias suas. Nō cōtristabit per illū & de illo ecclesiā suā, per quē & de quo in tātis iam lætificauit. Quē suo munere contulit, sua longanimitate seruabit: & si qd aliter sapitis, & hoc ipsum uobis reuelabit: & erudiet corda in sapiētia. Hoc optamꝰ, hoc oramus die ac nocte. Hoc sentite de nobis: hoc sentite de nostris. Nō infringet ueritas hæc in nobis, non imminuet honor regis, regnicq; utilitas p nos. Gratias aūt agimꝰ uræ clemētiæ p benigno responso qd' à ura dignatione meruimꝰ. Verūtñ dilatio terret nos, qui uidemus terrā datā prædæ & direptioni. Terra uestra est, & in hoc planè cognoscimꝰ & dolemus dedecus regni uestri: qd' uos iure abhorrere mandastis, si nō fuerit qui defendat. Nā in quo alio regia maiestas, rectè in eo qd' factum est, imminuta dicat? Electio rite celebrata est: electus fidelis est. Nō aūt esset fidelis: si uestra & nō per uos habere uellet. Necdū ad uestra manū extendit: necdū ciuitatē uestrā ingressus est: necdum prorsus se intromisit de aliquo: quāquā inuitatio cleri & populi, & oppressorū afflictio, & uota bonorū id ab eo uehemētissime flagitarint. Quæ cū ita sint: opus est, ut uidetis, maturatione cōsilij: nō minꝰ uestro honori, quàm nræ necessitati. Et nisi per p̄sentes nūcios expectanti populo q uester est, serenitas uestra p uoto respōderit: multorū religiosorum aduersum uos (qd' non expedit) deuota uobis nunc corda turbabitis, & regalibꝰ uestris ipsis quæ ad ecclesiā pertinent, nō paruū, ut ueremur, incommodū acquiretis.

¶ *Ad dñm papam Innocentium pro Falcone Lugdunensi archiepiscopo.* Epistola. CLXXI.

QVi in aliorum negocijs totiens exaudītus sum, puto in pprio non cōfundar. Ego dñe mi causam archiep̄i mei meam duco: utpotè membrū quod nil à se ducat alienum, quod capitis sit. Quod tamen non dicerē si homo ipse sibi assumpsisset honorem: & non magis à deo uocatus tāquam Aaron. Nec enim ab alio æstimauerim factū q̄d' uota tot hoīm tā facile conuenerunt in eum: ut non dico contradictio: sed nec cunctatio ulla fuerit. Et meritò. Est quippè illustris: nō minus mentis generositate quàm sanguinis est, scientia, est uitæ honestate. Deniq; famæ eius integritas nec inimici quidē dentem ueretur. Quod ergo de tali, & tali modo factum est: dignum profectò est ut fauor apostolicæ gratiæ prosequat, & honoris plenitudine, quæ sola deest, gaudia plebis suæ consueta benignitate, imò debita liberalitate accumulet. Hoc uniuersa eccl'ia instātissima supplicatiōe deposcit: hoc puer uester solita præsumptione efflagitat.

¶ *Ad eundem in persona Godefridi Lingonensis episcopi.* Epistola. CLXXII.

INter crebra mala quæ his diebus in ecclesijs uidentur accidere occasione electionum: dñs de cælo p̄spexit super matrē nostrā Lugdunēsem ecclesiam: qui decedēti piæ memoriæ Petro archiepiscopo, uirū optimū Falconē decanū in omni pace substituit. Peto dñe ut qui à suis concorditer est electus, utiliter promotus, rite cōsecratus: à uobis honoris sui officijq; plenitudinē cōsequatur. Quod utiq; audere me facit nō meriti conscientia, sed debiti. Debiti dico: non solū quo id à me illa ecclesia iure metropolitico exigit: sed qa in hoc positus sum ut testimonium perhibeam ueritati.

¶ *Ad ipsum Falconem.* Epistola. CLXXIII.

SCripsimus ad dñm papam dñs eps & ego pro uobis, prout oportere putauimus: & habetis exemplar literarū. Habemus autē in uoluntate in æternū non deficere uobis p uiribus: ppter bonum quod de uobis cōfidimus. Vestra autē interest facere ut nō cōfundamur sic cōfidētes. De cætero si inueni gratiā in oculis uestris: intelligite super egenos & pauperes illos qui sunt apud benedictionē dei. Quod enim uni ex illis feceritis: mihi, imò christo, facietis. Nam & pauperes sunt, & habitant inter pauperes. Hoc præcipuè obsecramus, ut Sauiniacenses monachos prohibeatis ab infestatione eorū: qm̄ calūniant eos iniuste, ut putamus. Aut si se cōfidūt habere iustitiā, iudicate inter illos. Filius noster abbas Albericus, etsi suis meritis cōmendabilior, nostris tamen precibus uobis ut commendatior sit obsecramus. Tenere quippè diligo eum, tanquā mater unicum filium: & diliget eum qui diligit me. Deniq; in eo experiar si me curatis. Quò enim longe à me positus est: cò magis necessariam habet paternam uestram consolationem.

¶ *Ad canonicos Lugdunenses de conceptione sanctæ Mariæ.* Epistola. CLXXIIII.

bſſliter,ac perinde creatum ſicut & omnia? Aut nunquid tertium inueniet ſibi modum,quo cū ex patre filioq; producat,homo qui noua ſemper inquirit,& quæ non inuenit fingit: affirmans ea quæ non ſunt,tanquā ea quæ ſunt? At ſi eſſet,inquit,de ſubſtātia patris,,pfectò genit9 eſſet,& duos pater filios hret. Quaſi uerò oē qđ de ſubſtantia aliqua eſt,cōtinuò ipm à quo eſt habeat genitorē. Nū uerò pediculi aut lētes, aut flegmata,uel filij carnis ſunt,uel nō ſunt de ſubſtantia carnis? Aut uermes de ligno putrido prodeuntes,aliūde quàm de ligni ſubſtantia ſunt: qui tamen filij ligni non ſunt? Sed & tineæ de ſubſtantia pannorum ſubſtantiā habent: generationē non habent. Et multa in hunc modū. Miror autē hoiem acutū & ſciolū,ut quidem ſibi ipſe uidetur,quomodo cū ſpīritumſanctum fatea tur patri & filio conſubſtantialem,neget tamen ex patris filijq; prodire ſubſtantia,niſi fortè illos ex ipſius procedere uelit. Quod quidem inauditum eſt, & nephandum. Si autē nec is de illorū,nec illi de huius ſubſtantia ſunt: ubi quæſo conſubſtantialitas? Aut ergo fateatur cum eccleſia ſpīritumſanctum de ſubſtantia illorum eſſe à quibus non negat procedere: aut certè cum Arrio conſubſtantialitatem deneget,& prædicet apertè creationem. Deinde ſi filius de ſubſtantia patris eſt,ſpīritusſantus non eſt: differāt neceſſe eſt à ſe inuicem,non ſolū qa ſpīritusſanct9 genitus non eſt,qđ filius eſt: ſed etiam q; filius de ſubſtantia patris eſt,qđ ſpūſſanctus nō eſt. Quā qdē poſteriorē differētiam fides catholica hucuſq; neſciuit. Si eā admittimus,ubi trinitas,ubi unitas? Siquidem ſpīrituſancto filioq; noua à ſe differentiarum numeroſitate diſtantibus,unitas diſſipat: præſertim cum ſubſtantialem eſſe pateat differentiam quā iſte conatur inducere. Porrò aūt ſpūſancto à patris filijq; ſubſtantia recedente,non trinitas remanet, ſed dualitas. Neq; eñ dignū eſt in trinitate admitti perſonam quæ nil habeat in ſubſtantia cōmune cum reliquis. Deſignat ergo ſpīritusſancti proceſſionē à patris filijq; ſubſtantia ſeparare: ne duplici impietate numerū & trinitati minuat,& tribuat unitati: qđ utrūq; fides abnuit Chriſtiana. Et ne de re tanta ſolis uidear humanis inniti rationibus,legat epiſtolā Hieronymi ad Auitū: & certè uidebit inter cæteras quas redarguit Origenis blaſphemias,etiā hoc eum deteſtantem quod dixerit ſpīmſanctū de ſubſtantia patris non eſſe. Beatus Athanaſius ī libro de unita trinitate ita loquitur. Solum deum ubi memoratus ſum,non ſolam perſonā patris indicaui,quia filium & ſpīritūſanctum de hacipſa ſola ſubſtantia patris eſſe non abnegaui. Hoc Athanaſi9. Videt ſanctitas ueſtra quomodo iſto non diſputante,ſed dementante: & trinitas non cohæret,& unitas pēdet: nec iſtud ſanè abſq; iniuria maieſtatis. ¶ Quicqd nāq; illud eſt qđ deus ſit,id ſine dubio eſt quo non poſſit aliquid maius cogitari. Si ergo in hac unica & ſumma maieſtate iuxta cōſiderationē perſonarum uel parum aliquid claudicare recipimus,dum quod uni plus datur,alteri minuitur, min9 profectò eſt totum ab eo quo nil maius ualeat cogitari. Maius enim ſine dubio eſt quod totum maximū eſt,quàm quod ex parte. Ille uerò digne pro ſua poſſibilitate diuinam æſtimat magnificētiā,qui nil in ea cogitat diſpar,ubi eſt totum ſummū: nil diſtans,ubi totū eſt unum: nil hians, ubi totum eſt integrum: nil denicq; imperfectum uel egēs, ubi totum eſt totum. Totum nempe eſt pater,quod pater & filius & ſpīritusſanctus. Totū filius,quod ipſe & pater & ſpīritusſanctus. Totum ſpīritusſanctus,quod & ipſe & pater & filius. Et totum,unum eſt totum,nec ſuperabundās in tribus,nec imminūtum in ſingulis. Nec enim uerū ſummumq; bonum quod ſunt,inter ſe particulariter diuidūt, quoniā nec particip ialiter id poſſident,ſed hoc ipſum eſſentialiter ſunt. Nam q; alter ex altero,uel alter ad alterum ueraciſſime dicitur, perſonarum ſanè deſignatio eſt,non unitatis diuiſio. Licet nanq; in hac ineffabili & incomprehenſibili deitatis eſſentia,alter & alter,id quidem requirē tibus proprietatibus perſonarum, ſobriè catholiceq; dicatur: nō tñ ibi eſt alterum & alterū,ſed ſimplex unum: ut nec præiudiciū faciat unitati trinitatis confeſſio: nec proprietatū ſit excluſio,uera aſſertio unitatis. Tam longe pinde fiat à ſenſibus noſtris,quàm eſt & à regula ueritatis ceranda illa de genere & ſpecie non ſimilitudo,ſed diſſimilitudo,& nihilominus illa de ære æreoq; ſigillo: quoniam cum genus quidem & ſpecies (quod ad ſeinuicem ſunt) alterū ſuperius,altera inferior ſit,deus autē unus ſit,quam bene profectò conueniet tantæ æqualitati & tantæ diſparilitati. Et rurſum de ære & quodam ære qđ eſt æreū ſigillū,quoniā quod inde in eandem uſurparur ſimilitudinis rationem,ſimile eſt huic,idem iudicium. Cum eñ ſpecies (ut dixi) minor ſit & inferior genere,abſit ut hāc in patre & filio diuerſitatem cogitemus. Abſit ut huic acqeſcamus dicēti,hoc eſſe filium ad patrem,quod ſpeciem ad genus,quod hominem ad animal,qđ æreum ſigillum ad æs, quod aliquā potentiam ad potentiā. Sunt quippe cuncta hæc mutua ſuæ connexione naturæ,ad ſeinuicem ſuperiora & inferiora: & ob hoc nulla prorſus admittenda ſimilitudo ex his ad illud,ubi nihil eſt inæquale,nihil diſſimile. Videtis de quāta uel imperitia uel impietate deſcēdat horum adinuētio ſimilitudinū? Adhuc aduertite clari9 quid ſentiat,doceat,ſcribat. Dicit ppie & ſpecialiter ad patrē potentiā,ad filiū ſapientiam pertinere: qđ quidem falſum. Nam & pater ſapientia,& filius potētia, ueriſſimæ ſimiliſſimæq; dicuntur: & qđ eſt cōmune amborū,non erit proprīū ſingulorū. Alia illa ſunt profectò uocabula,quæ non ad ſeipſos dicūtur,ſed ad alterutrū: & ideo eſt cuiq; ſuū,et non commune cū altero. Nam qui pater eſt,filius non eſt: & qui filius eſt,pater non eſt: qm̄ non qđ ad ſe, ſed quod ad filium pater eſt,patris noīe deſignatur: & item noīe filij,nō qđ ad ſe filius,ſed quod eſt ad patrē,exprimitur. Nō ſic potentia,non ſic ſapientia,neq; alia multa: quæ adeo dicuntur & pater & filius,non ſingulariter alter reſpectu alterius. Non,inquit: ſed ad proprietatē perſonæ patris proprie uel ſpecialiter inuenimus oīpotentiā attinere,q; non ſolum cum cæteris duabus perſonis æque oīa efficere poteſt: uerū etiam ipſe ſolus à ſe,non ab alio exiſtere habet: ſicut habet ex ſe exiſtere: ita etiā ex ſe habet poſſe. O alterū Ariſtotelem. An nō eadem rōne,ſi hoc tō eſſet: & ſapientia & benignitas propriē pertineret ad patrē,cum & ſapere & benignū eſſe æque à ſe pater & non ab alio habeat,quā admodum & eſſe & poſſe? Quod ſi nō abnuit (nec eñ de ratione poteſt) quid quæſo factur9 eſt de illa nobili ſua partitione,in qua ut patri potentiam,ſic filio ſapiētiam,ſic ſpīrituiſancto benignitatē propriē ac ſpecialiter aſſignauit? Non enim una & eadē res proprie poterit conuenire duobus: hoc eſt,ut cuiq; propria ſit. Eligat qđ uult,aut det ſapientiam filio,& tollat eam patri: aut patri tribuat,& auferat filio: & rurſum benignitatem aut ſpīrituiſancto ſine patre,aut patri ſine ſpīrituſancto aſſignet: aut certè deſinat noia cōia ppria facere,& patri quoniā à ſeipſo habet potētiam,nō ideo tñ audeat concedere propriā,ne & benignitatem ſimul & ſapientiā,quas à ſe nihilominus habet,idem pprias ipſi ſua ratione aſſignare cogat. Sed expectemus adhuc & uideamus quàm theoricè noſter theologus inuiſibilia dei cōtempletur. Dicit (ut dixi) proprie omnē potentiā pertinere ad patrē,atq; hanc ut ſit integra & perfecta,in gerendo & diſcernendo conſtituit. Porrò filio ut iam dictū eſt aſſignat ſapientiam,ipſamq; non ſimpliciter quidem potentiam,ſed quādam in deo potentiam eſſe diffinit,id eſt potentiā tantū diſcernēdi. Fortè timet inimā facere patri,ſi tantū tribuat filio quātū & ipſi: & cui nō audet potentiā dare integram,cōcedit dimidiā. Et qđ dicit,manifeſtis declarat exēplis,aſſerēs potentiā diſcernendi,q; eſt filius,ita quādā eſſe potentiā,quēadmodū hō quoddā eſt animal,& ſigillū æreū quoddā eſt æs: atq; hoc eſſe potētiam diſcernendi,ad gerēdi diſcernendiq; potētiā,id eſt filiū ad patrē: quod homo ad animal eſt,qđ æreum ſigillum ad æs. Sicut eñ inquit ex eo quod eſt æreum ſigillum,exigit neceſſario ut æs ſit,& ex eo qđ eſt homo,ut animal ſit, ſed nō eōuerſo: ita diuina ſapientia quæ eſt potentia diſcernendi

ſcernēdi, exigit quod ſit diuina potentia: ſed non ecōuerſo. Quid igitur? Vis ut iuxta tuam ſimilitudinē ad inſtar præcedentiū, etiam ex hoc qđ filius eſt, exigat ut pater ſit: hoc eſt ut qui filius eſt, pater ſit, quāquā nō econuerſo? Si hoc dicis, hæreticus es. Si non dicis, uacat ſimilitudo. Ad quid enī tibi ipſam tanto circuitu de longè poſitis rebus, & minus conuenientibus emendicas, tanto labore colligis, tāta inculcas inani multiplicitate uerborū, tātis effers laudibus: ſi non facit ad quod adducitur, ut uidelicet mēbra ad mēbra congruis proportiōibus reducant? Nónne hoc opus, hic labor eſt, ut per ipſam nos doceas eam q̄ eſt inter patrē & filiū habitudinē? Tenemus autem te docēte ad hominis poſitionē poni animal, ſed nō ecōuerſo ſm regulam dialecticæ tuæ: qua non quidem poſito genere ponitur ſpecies, ſed poſita ſpecie ponitur genus. Cum ergo patrem ad genus, filium ad ſpeciem referas, nónne id ratio ſimilitudinis poſtulat, ut ſimiliter poſito filio, patrem poni oſtendas, & non conuerti: ut quomodo qui homo eſt, neceſſario animal eſt, ſed non conuertit: ita quoq; q filius eſt, neceſſario pater ſit, & æque nō cōuertatur? Sed cōtradicit tibi in hoc catholica fides, quæ profectò utrumq; recuſat, tam patrē uidelicet eſſe qui filiū eſt, quàm eſſe filiū q pr̄ eſt. Nā alius, ꝑculdubio pater, atq; alius filiū: quāuis nō aliud pater quàm filius. Nā per alius & aliud, nouit pietas fidei, caute inter perſonarū proprietates, & indiuiduā eſſentiæ unitatem diſcernere, & medium iter tenens, regia incedere uia, ut nec declinet ad dexteram, confundendo perſonas: nec reſpiciat ad ſiniſtrā, ſubſtantiā diuidendo. Quòd ſi per ſimplex eſſe dicas uerè cōſequi ut ſi filius eſt, neceſſario pater ſit: nihil te iuuat, cum ratio relatiōis neceſſario exigat ut conuertat, & cadē ueritas comitetur conuerſam: quod nō congruit adductæ de genere & ſpecie, uel de ære æreoq; ſigillo ſimilitudini. Neq; em̄ ſicut per ſimplex eſſe dūtaxat uerissime dicitur, ſi pater eſt, filius eſt: & ſi filiꝰ eſt, pater eſt: ita etiam poſſumus inter hominem & animal, ſiue inter æreum ſigillum & æs in ueritate conuertibilē texere conſequentiā. Nā & ſi uerū ſit dicere, ſi hō eſt, aīal eſt: non tm̄ uera eſt conuerſa qua dicit, ſi aīal eſt, homo eſt. Et item ſi ſigillū æreū eſt, neceſſario ſequit ut æs ſit: non tamē ſi æs ſit, neceſſario ſequitur ut ſigillū æreū ſit. Sed iam ꝓgamus ad reliqua. En iuxta iſtū habemus omnipotentiā in patre, quandam potentiam in filio. Dicat nobis etiam de ſpiritu ſancto quid ſentiat. Benignitas ipſa, inquit, q̄ hoc noīe qđ eſt ſpiritus ſcīus demonſtratur, non eſt in deo potentia
Luce.10. ſiue ſapientia. Videbā ſathanā tanquā fulgur cadentem de cælo. Sic debet cadere qui ambulat in magnis & mirabilibus ſuper ſe. Vides pater ſancte quas ſcalas, imo quæ præcipitia iſte ſibi parauerit ad ruinam? Omnipotentiā, ſemipotentiam, nullā potentiam. Ipſo auditu horreo, & ipſum horrorē puto ſufficere ad refellendū. Verūtamen teſtimonium pono, quod turbato interim occurrit ad remouen-
Eſaie.11. dam ſpiritus ſancti iniuriā. In Eſaia legitur, Spūs ſapiētiæ, & ſpiritus fortitudinis. Per qđ utiq; aperte ſatis iſtius audacia etſi non comprimitur, cōuincit tamen. O lingua magniloqua. Eſto ut iniuria filij uel patris remittat tibi, nanquid blaſphemia ſpūs? Manet angelus dñi, q te ſeccet medium. Dixiſti enim: Non eſt ſpiritus ſanctus in deo potentia, ſiue ſapientia. Ita pes ſuperbiæ ruit cum irruit. Nec mirum ſi homo qui non curat quæ dicat, irruens in arcana ſi dei: theſauros abſconditos pietatis tam irreuerenter inuadit atq; diſcerpit, cum de ipſa pietate fidei nec piè, nec fideliter ſentiat. Deniq; in primo limine theologiæ (uel potiꝰ ſtultilogiæ ſuæ) fidem diffinit æſtimationem, quaſi cuiq; in ea ſentire & loqui quæ libeat liceat: aut pēdeant ſub incerto in uagis ac uarijs opinionibus noſtræ fidei ſacramēta, & nō magis certa ueritate ſubſiſtant. Nónne ſi fluctuat fides, inanis eſt & ſpes noſtra? Stulti ergo martyres noſtri, ſuſtinentes tam acerba propter incerta, nec dubitantes ſub dubio remunerationis præmio durum per exitū diuturnum inire exilium. Sed abſit ut putemus in fide uel ſpe noſtra aliquid, ut is putat, dubia æſtimatione pendulum, & non magis totum quod in ea eſt, certa ac ſolida ueritate ſubnixum, oraculis & miraculis diuinitus perſuaſum, ſtabilitum & conſecratum partu uirginis, ſanguine redemptoris, gloria reſurgentis. Teſtimonia iſta credibilia facta Pſal.92. ſunt nimis. Si quominus, ipſe poſtremo ſpiritus reddit teſtimoniū ſpiritui noſtro q̄ filij dei ſumus. Quomodo ergo fidem quis audet dicere æſtimationem, niſi qui ſpiritū iſtū nondum accepit, quiue euangelium aut ignoret, aut fabulam putet? Scio cui credidi: & certꝰ ſum, clamat apoſtolꝰ, 2.Ti.1. & tu mihi ſubſibilas, fides eſt æſtimatio? Tu mihi ambiguum garris, quo nihil eſt certius? Sed Auguſtinꝰ aliter. Fides ait non coniectando uel opinādo habet in corde in quo eſt, ab eo cuius eſt: ſed certa ſcientia, acclamāte cōſcia. Abſit ergo abſit ut hos fines fides habeat xp̄iana. Academicorum ſint iſtæ æſtimationes, quorum eſt dubitare de oībus, ſcire nihil. Ego uerò ſecurus in magiſtri gentiū ſententiam pergo, & ſcio quoniā nō cōfundar. Placet mihi fateor illiꝰ de fide diffinitio, etſi iſte etiam ipſam latenter inſimulet. Fides eſt, ait, ſubſtantia rerum ſperandarū, argu- Heb.11.
mentum nō apparentiū. Subſtātia (inqt) rerum ſperandarum, nō inaniū fantaſia cōiecturarū. Audis ſubſtātiā, non licet tibi in fide putare uel diſputare pro libitu, non hac illacq; uagari per inania opinionum, per deuia errorū. Subſtantiæ noīe aliquid tibi certū fixumq; præfigitur. Certis clauderis finibus, certis limitibus coarctaris. Nō eſt em̄ fides æſtimatio, ſed certitudo. Sed aduertite cætera. Omitto q̄ dicit ſpiritū timoris dñi non fuiſſe in dño: timorē domini caſtū in futuro ſeculo non futurū: poſt cōſecrationē panis & calicis priora accidētia quæ remanent, pēdere in aere: dæmonū in nobis ſuggeſtiones contactu fieri lapidū & herbarum, prout illorū ſagax malitia nouit: harū rerū uires diuerſas diuerſis incitandis & incendēdis uitijs conuenire: ſpiñſanctū eſſe aīam mundi, mūdū iuxta Platonem tanto excellentius aīal eſſe, quāto meliorē animam habet ſpiñſanctū. Vbi dū multū ſudat quō Platonem faciat xp̄ianū, ſe probat ethnicum. Hæc inquā oīa, aliasq; iſtiuſmodi nænias eius non paucas prætereo: uenio ad grauiora. Nō q̄ uel ad ipſa cuncta reſpondeā, magnis em̄ opus uoluminibus eſſet. Illa loquor q̄ tacere non poſſum. Myſteriū noſtræ redēptionis ſicut in libro quodam ſententiarū ipſius, & itē in quadā eius expoſitione epiſtolæ ad Romanos legi, temerarius ſcrutator maieſtatis aggrediens, in ipſo ſtatim ſuæ diſputationis exordio eccleſiaſticorum doctorum unā oīm de hac re dicit eſſe ſententiam, & ipſam ponit ac ſpernit, & gloriatur ſe habere meliorem, nō ueritus cōtra præceptum ſapiētis tranſgredi terminos antiquos, quos poſuerūt patres noſtri. Sciendū eſt ait, q̄ omnes doctores nr̄i poſt aplos in hoc cōueniūt, q̄ diabolus dñium & poteſtatē habebat ſuper hominē, & iure eū poſſidebat: ideo ſcilicet q̄ homo ex libertate arbitrij quam habebat, ſponte diabolo cōſenſit. Aiūt nāq; q̄ ſi qs aliquē uicerit, uictus iure uictoris ſeruus cōſtituitur. Ideo (inquit) ſicut dicunt doctores, hac neceſſitate incarnatus eſt filius dei: ut homo qui aliter liberari non poterat, per mortem innocentis iure liberaretur à iugo diaboli. Sed ut nobis uidetur ait, nec diabolus unquā ius aliquod in hoīe habuit, niſi forte deo permittente, ut carceraríus: nec filius dei ut hoīem liberaret, carnē aſſumpſit. Quid in his uerbis intolerabilius iudicē, blaſphemiā, an arrogantiā? Quid dānabilius, temeritatem, an impietatē? An non iuſtius os loquens talia fuſtibus tūderetur, quàm rationibus refelleret? Nónne omniū merito in ſe puocat manus, cuius manus contra oēs? Oēs inqt ſic, ſed nō ego ſic. Quid ergo tu? Quid melius affers, quid ſubtilius inueniſ? Quid ſecretius tibi reuelatum ſanctas, q̄ tot præterierit ſanctos, effugerit ſapientes? Aquas furtiuas & panes abſconditos puto apponet nobis iſte. Dic tm̄ dic qcqd illud eſt qđ tibi uidet & nulli alteri. An q̄ filius dei non ut hominē liberaret, hominem induit? Hoc planè nemini te excepto uidet, tu uideris ubi uideris. Nō enim hoc à ſapiente, nō à propheta, non ab apoſtolo, non deniq; ab ipſo dño accepiſti. Magiſter gentiū accepit à do-

mino,qđ & tradidit nobis.Magister oim sua doctrinam fatetur nō esse suam.nō enim ait,à meipso loquor,tu uerò de tuo nobis tradis,& qđ à nemine accepisti. Qui loquitur
Ioā.8. mēdacium,de suo loquitur.Tibi pinde sint,quæ tua sunt. Ego pphetas & apostolos audio,obedio euāgelio:sed nō euāgelio ꝑm petrū.Tu nobis nouū cōdis euāgeliū? Quin tū ecclesia euāgelistā non recipit.Quid lex,quid pphetæ, qd aplī? qd aplīci uiri nobis aliud euangelizant,quàm qđ solus tu negas,deum uidelicet factum hominē ut hominē liberaret? Et si angelus de cælo aliud nobis euangelizauerit,anathema sit.Sed qui uenerūt post apostolos doctores non recipis,homo qui super omnes docentes te intellexisti.Deniq; nō erubescis dicere,quod aduersum te omnes sentiant,cū ab inuicē non dissentiāt.Frustra pinde illorū tibi fidē doctrinamq; proponerem,quos iam proscripsisti. Ad prophetas te ducā.Loquitur sub typo Hierusalem,ad populū acquisitionis,non propheta,sed in propheta dns
Sopho.3. dicens: Saluabo te & liberabo te:noli timere. Quæris à q̄ potestate? Nō enim uis ut diabolus in hominē habeat uel habuerit potestatē.Fateor nec ego.Non tñ idcirco nō habet,quia ego & tu hoc nolimus.Si non cōfiteris tu nec cognoscis,cognoscunt & dicunt qui redempti sunt à dño, quos redemit de manu inimici.Qđ minie negares & tu,si non esses sub manu inimici.Nō potes gratias agere cū redemptis,qui redemptus non es.Nam si redēptus esses,redemptorē agnosceres,& nō negares redemptionem.Nec quærit redimi,qui se nescit captiuū.Qui autē scierūt,clamauerunt ad dominum,& dns exaudiuit eos,& redemit eos de manu inimici.Et ut intelligas hunc inimicū qui sit,
Psal.106. quos redemit ait,de manu inimici:de regionibus congregauit oēs.Sed primum quidē agnosce hunc congregatorem,de quo Caiphas prophetat in euangelio,qa Iesus moreretur pro gente.Et qui narrat,sequitur dicēs:Nō tantū pro gente,sed ut filios dei qui erant dispersi, congregaret in unum. Quo erant dispersi? In omnes regiones. Ergo quos redemit,de regionibus cōgregauit eos.Non cōgregaret nisi redimeret.Erant enim non solū dispersi:sed & captiui.Redemit & congregauit, redemit autem de manu inimici.Non dicit inimicorum:sed inimici.Inimicus unus, regiones multæ Siquidem non de regione,sed de regionibus congregauit eos,à solis ortu & occasu,ab aquilone & mari.Quis iste unus tā potens dominus,qui non uni præfuit regioni,sed omnibus? Non alius(ut arbitror)quàm ille qui ab alio propheta dicitur absorbere fluuium,id est genus humanum:& nō mirari:habere autem fiduciam q̄ & Iordanis,hoc est electio ipsa influat in os eius.Beati qui sic influunt ut effluant:qui sic intrāt ut exeant. Sed quid? Nondum fortè credis prophetis sic tibi concinentibus de diaboli potestate in hominē,uenī mecū,& ad apostolos. Dixisti nempe te non sentire cum illis qui post apostolos uenerunt:assentias uel apostolis,si fortè & tibi contingat quod unus eorum loquitur de quibusdam,nequando inquiens det illis deus pœnitentiam ad cognoscendam uerí
2.Ti.2. tatē,ut resipiscāt à diaboli laqueis,à quo captiui tenent ad ipsius uoluntatē.Paulus est iste,qui homines à diabolo captiuos teneri asserit ad eius uoluntatem.Audis ad cui? uoluntatem,& negas potestatem? Si & Paulo non credis,ueni iam ad ipsum dominum,si fortè audias & quiescas.Nē-
Ioā.14. pe ab ipso appellatur princeps huius mundi,& fortis armatus,possessorq; uasorum,& dicis eum non habere potestatem in homines? Nisi tu aliud putas hoc loco intelligi atrium quàm mundum,uasa quàm homines.Qđ si atrium diaboli,mundus erat,& homines uasa eius:quomodo nō dominabatur in hominibus? Ait item dominus capientib?
Luc.22. se:Hæc est hora uestra,& potestas tenebrarū.Potestas ista
Col.1. non latuit illum qui dicebat,Qui eruit nos de potestate tenebrarum,& transtulit in regnum filij claritatis suæ.Hāc ergo dominus nec in se quidem negauit diaboli potestatem,sicut nec Pilati,qui membrum erat diaboli.Ait siquí-
Ioā.19. dem:Non haberes potestatem in me ullam,nisi data tibi fuisset dēsuper.Q; si in uiride lignum in tantum grassata est ista dēsuper data potestas,aridum quomodo non fuit ausa contingere? Nec iniustam puto iste causabitur potestatem datam dēsuper.Discat ergo diabolum non solum potestatem,sed & iustam habuisse in homines,ut cōsequēter & hoc uideat,uenisse ut iq; in carne dei filium propter liberandos homines. Cæterum & si iustam dicimus diaboli potestatem:non tamen & uoluntatem.Vnde non diabolus qui inuasit,non homo qui meruit,sed iustus dominus qui exposuit.Non enim à potestate: sed à uoluntate iusta iniustus sue quis dicitur.Hoc ergo diaboli quoddā in hominem ius,& si non iure acquisitum,sed nequiter usurpatum,iustè tamen permissum.Sic itaq; homo iuste captiua tenebatur,ut tamen nec in homine nec in diabolo illa esset iustitia,sed in deo.Iuste igitur homo addictus:sed misericorditer liberatus.Sic tamen misericorditer,ut non deberit iustitia quædam & in ipsa liberatione:quoniam hoc quoq; fuit de misericordia liberantis, ut quod congruebat remedijs liberandi,iustitia magis contra inuasorem, quàm potentia uteretur.Quid namq; ex se agere poterat ut semel amissam iustitiam recuperaret,homo seruus peccati,uinctus diaboli? Assignata est ei proinde aliena,qui caruit sua,& ipsa sic est. Venit princeps huius mundi,& in saluatore non inuenit quicquam: & cùm nihilominus innocenti manus iniecit, iustissime quos tenebat amisit: quoniam is qui morti nihil debebat,accepta mortis iniuria,iure illum qui obnoxius erat,& mortis debito,& diaboli soluit domino.Qua enim iustitia id secundo homo exigeretur? Homo siquidem qui debuit,homo qui soluit. Nam si unus (inquit) pro omnibus mortuus est:ergo omnes mortui sunt:ut uidelicet satisfactio unius omnibus imputet,sicut omniū peccata unus ille portauit:nec alteram inueniatur qui forefecit,alter qui satisfecit:ga caput & corpus unus est Christus.Satisfecit ergo caput pro membris,Christus pro uisceribus suis,quando iuxta euangelium Pauli,quò cōuincitur mendacium Petri,mortuus pro nobis conuiuificauit nos sibi,donans nobis omnia delicta,delens quod aduersum nos erat chirographum decreti,quod erat contrarium nobis: & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci,expolians principatus & potestates. Vtinam ego inueniar in his spolijs quibus spoliatæ sunt contrariæ potestates,traductus & ipse in possessionem domini.Si me insecutus Laban arguerit qđ recesserim eius ab eo,audiet clam me accessisse ad eum,& ob hoc clam recessisse.Subiecit me illi cā secretior peccati, subduxit me illi ratio occultioris iustitiæ.Aut si gratis uæ nūdat? sum, gratis non redimar? Si Assur sine causa calumniatus est mihi,sine causa causam exigit euasionis. Quod si dixeris, pater tuus addixit te:respōdebo,sed frater meus redemit me.Cur non aliunde iustitia, cum aliunde reatus? Alius qui peccatorem constituit:alius qui iustificat à peccato. Alter in semine:alter in sanguine. An peccatū in semine peccatoris,& non iustitia in Christi sanguine? Sed iustitia (inquiet) sit cuius est,quid ad te? Esto. Sed sit etiā culpa cuius est:quid ad me? An iustitia iusti super eum erit? & impietas impij non erit super eum? Nō cōuenit filium portare iniquitatem patris:& fraternæ fieri exortem iustitiæ. Nunc uerò per hominem mors,& per hominē uita. Sicut enim in Adā oēs moriuntur:ita & in Christo oēs uiuificabuntur: quoniam non sic illi attineo ut nō & isti.Si illi per carnē & per fidem huic.Et si infectus ex illo originali cōcupiscentia:etiā & in Christi gratia spiritali perfusus sum.Quid mihi plus imputatur de ꝑuaricatore? Si generatio, regenerationem oppono:nisi quod spiritalis est ista,illa carnalis. Nec patitur ratio æquitatis ut ex æquo cōtēdāt:sed uincat necesse est spūs carnem,& sit efficacior causa cuius est potior & natura:quò pl? uidelicet prosit gñatio. Sed a,quam prima nocuerit.Sanè peruenit delictū ad me:sed peruenit & gratia.Et nō sicut delictum,ita & donū.Nā iudiciū ex uno in cōdēnationē:gratia autē ex multis delictis in iustificationem.A primo homine manauit delictum,à summo cælo egressio gratiæ.Vtrumq; à parēte,illud à primo,ista à summo.

summo. Terrena natiuitas perdit me: & non multomagis generatio cælestis conseruat me: Nec uereor sic erutus de potestate tenebrarum repelli à patre luminum, iustificatus gratis in sanguine filij eius. Nempe ipse qui iustificat: quis est qui condemnet? Non cõdẽnabit iustum, qui misertus est pctori. Iustũ me dixerim: sed illius iustitia. Quænam ipsa? Rom.10. Finis legis xps, ad iustitiã omni credenti. Deniq; qui fact⁹ est nobis (inquit) iustitia à deo patre. Quæ ergo mihi iustitia facta est, mea non est? Si mea traducta culpa, cur non & mea indulta iustitia? Et sanè mihi tutior donata quàm innata. Nam ista quidem gloriam habet: sed non apud deũ. Illa autem cum sit salutis efficax, materiam non habet gloriandi nisi in dño. Nam & si iustus fuero (inquit) nõ leuabo caput ne uidelicet respõsum accipiat: Quid habes qd̃ Ioh.10. 1.Cori.4. nõ accepisti? Si autem accepisti: quid gloriaris quasi non acceperis? Hæc est iustitia hois in sanguine redemptoris, quã homo perditionis exsuffians & subsannãs, in tantum euacuare conatur: ut totum quod dñs gloriæ semetipsum exinaniuit, q; minoratus est ab angelis, qd̃ natus de fœmina, qd̃ cõuersatus in mũdo, q; expertus infirma, qd̃ passus indigna, q; demũ per mortem crucis in sua reuersus, ad id solũ putet & disputet redigendũ, ut traderet hoibus formam uitæ uiuendo & docẽdo: patiẽdo autem & moriẽdo charitatis metam præfigeret. Ergo docuit iustitiam & nõ dedit, ostẽdit charitatem sed nõ infudit, & sic rediit in suam? 1.Tim.3. Itáne hoc totum est magnum illud pietatis sacramentum qd̃ manifestatum est in carne, iustificatũ est in spiritu, apparuit angelis, prædicatũ est gentibus, creditũ est mundo, assumptum est in gloria? Incomparabilis doctor: qui etiam profunda dei sibi aperiens, & ea quibus uult lucida & peruia faciẽs, altissimum sacramẽtum & mysteriũ abscõditum à seculis, sic nobis suo mendacio planũ & apertum reddit, ut trãsire leuiter possit per illud quiuis etiam incircũcisus & immundus: quasi dei sapientia cauere nescierit, aut neglexerit qd̃ ipsa prohibuit: sed dederit & ipsa sanctum canibus, & margaritas porcis. Sed non est ita. Nam etsi manifestum est in carne, sed tamẽ iustificatum est in spiritu, ut & spiritualibus spiritualia cõferantur, & animalis homo nõ percipiat quæ sunt spũs dei: nec fides nostra sit Matt.11. in sapiẽtia uerbi, sed in uirtute dei. Vnde saluator ait: Cõfiteor tibi pater dñe cæli & terræ: quia abscondisti hæc à sapiẽtibus & prudẽtibus: & reuelasti ea paruulis. Et apls: 2.Cor.4. Et si, inquit, opertũ est euãgelium meũ, in his est opertum qui pereunt. Deniq; aduertite hoiem irridentẽ quæ sunt spũs dei, qñ stultitia illi uidẽtur: & insultantem apostolo loquẽti dei sapientiã in mysterio absconditã, inuehentem in euãgelium, dñm blasphemantẽ. Quàm prudẽtius quod nõ ualet comprehẽdere, credere dignaretur, nec auderet contẽnere aut cõculcare sacrum reuerendũq; mysteriũ. Longũ est ad oẽs eius ineptias & calumnias, quas diuino struit cõsilio, respõdere. Pauca tñ infero, è quibus cætera æstimẽt. Cum solos, inquit, electos liberauerit Christus, quomodo eos diabolus possidebat, siue in hoc seculo, siue in futuro, magis quàm modo? Respõdemus. Imo quia dia- 2.Cori.2. bol⁹ electos dei possidebat, à quo (sicut dicit apostol⁹) captiui tenebant ad ipsius uoluntatẽ: ut dei ꝓpositũ de ipsis impleret, opus fuit liberatore. Oportuit autem liberari in hoc seculo, ut liberos haberet in futuro. Deide infert. Nũquid etiã pauperẽ illũ qui in sinu Abrahæ requiescebat, sicut & diuitem dãnatum diabolus cruciabat: aut etiam in ipsum Abrahã dñium habebat, cæterosq; electos? Nõ: sed habuisset, si nõ liberati fuissent fide futuri, sicut de ipso Abraham scriptum est: Credidit Abraham deo: & reputatũ Gen.15. est ei ad iustitiam. Item Abraham exultauit ut uideret diẽ Ioã.8. meum, & uidit, & gauisus est. Propterea iam tunc sanguis Christi rorabat etiam lazaro, ne flammas sentiret: q; & ipe credidisset in eum qui erat passurus. Sic de omnibus electis illius temporis sentiẽdũ, natos quidẽ & ipsos æque ut nos, sub potestate tenebrarũ, propter originale peccatũ: sed crutos antequã morerẽtur: & nõ nisi in sanguine Chri- Matt.21. sti. Scriptum est enim: Turbæ autem quæ præcedebant, & quæ sequebant, clamabant dicẽtes: Osanna filio Dauid, benedictus qui uenit in nomie dñi. Ergo Christo in carne uenienti, & antequã ueniret & post, benedictum est à turbis benedictorũ: quãuis præeuntes plenã minime tunc consecuti sint benedictionem: seruata nimirũ hac prærogatiua tẽpori gratiæ. Deinde laborans docere & persuadere diabolum nullum sibi ius in hoiem uẽdicare potuisse aut debuisse nisi permissu dei, & q; sine iniuria diaboli iure deus profugũ suum si uellet misereri, repetere, & solo uerbo eripere posset: quasi hoc quis diffiteatur, post multa aliqñ infert. Quæ itaq; necessitas, aut quæ ratio, aut quod opus fuit, cũ sola iussione sua diuina miseratio liberare hominẽ à peccato posset, propter redẽptionẽ nostrã filiũ dei carne susceptã, tot & tantas inedias, opprobria, flagella, sputa, deniq; ipsam crucis ignominiosam & asperrimã mortem sustinere, ut cũ iniquis patibulũ sustineret? Respõdemus: Necessitas nostra fuit, & necessitas dura sedẽtium in tenebris & umbra mortis. Opus æque nostrũ, & dei ipsius, & sanctorũ angelorũ. Nostrũ, ut auferret iugum captiuitatis nostræ: suũ, ut impleret propositũ uolũtatis ei⁹: angelorũ, ut numerus impleret eorũ. Porrò ratio huius facti fuit dignatio faciẽtis. Quis negat omnipotẽti ad manum fuisse alios & alios modos nostræ redemptionis, iustificationis, liberationis? Verũ hoc nõ præiudicat huius quem è multis elegit efficaciæ. Et fortasse is præstat, per quem in terra obliuionis, grauedinis, lapsus nostri, tot & tãtis grauaminib⁹ reparatoris fortius & uiuacius ammoneremur. Aliàs autẽ nemo hominum nouit, nec nocere ad plenum potest quid boni ad gratiam, quid conguẽtiæ ad sapiẽtiam, quid decoris ad gloriam, quid cõmodi ad salutẽ, penes seipsam contineat huius uenerãdi mysterij inscrutabilis altitudo, quã propheta considerans expauit, nõ penetrauit, & præcursor dñi indignũ se iudicauit qui penetraret. Cæterũ si nõ licet perscrutari diuinæ sacramẽtum uolũtatis: licet tñ sentire effectũ operis, fructũ utilitatis percipere. Et quod licet scire, nõ licet tacere: quia gloria regũ celare uerbum, & gloria dei inuestigare sermonẽ. ¶ Fidelis sermo & omni acceptione dignus, qñ cũ adhuc peccatores essemus, reconciliati sumus deo per mortẽ filij eius. Vbi reconciliatio, & remissio pctorũ. Nam si dicẽte scriptura, peccata nostra separãt inter nos & deũ: manente peccato, nõ est reconciliatio. In quo ergo remissio pctorum? Hic calix, inquit, noui testamẽti in meo sanguine, qui pro uobis effundetur in remissionẽ pctorũ. Itaq; ubi reconciliatio, ibi remissio peccatorũ. Et quid ipsa, nisi iustificatio? siue igit reconciliatio, siue remissio peccatorũ, siue iustificatio sit, siue etiã redemptio uel liberatio de uinculis diaboli à quo captiui tenebamur ad ipsius uoluntatem: intercedẽte morte unigeniti obtinemus, iustificati gratis in sanguine ipsius, in quo sicut idem dicit, habemus redemptionẽ per sanguinem ei⁹, remissionẽ peccatorũ, secũdũ diuitias gratiæ eius. ¶ Cur inquis per sanguinem, quod potuit facere per sermonem? Ipsum interroga. Mihi scire licet qd̃ ita: cur ita, non licet. Nunquid dicit figmẽtum ei qui se finxit, quid me finxisti sic? Sed hæc stultitia ei uidentur: non potest tenere risum. Audite cachinnos: Quomodo, ait, iustificari nos uel reconciliari deo per mortem filij eius dicit apostolus, qui tanto amplius aduersus hominem irasci debuit, quãto amplius hoies in crucifigẽdo filiũ suũ deliquerũt, quàm in trãsgrediẽdo primũ eius præceptũ unius pomi gustu? Quasi nõ potuerit deo in uno eodemq; facto & displicere iniquitas malignantiũ, & placere pietas patientis. Et ait: Q; si tantũ fuerat illud Adæ peccatum ut expiari nõ posset nisi morte Christi: quã expiationẽ habebit ipsum homicidiũ quod in Christũ cõmissum est? Breuiter respõdemus, ipsum sanguinẽ quẽ fuderunt, & interpellationẽ ipsius quẽ occiderunt. Addit etiam: Nunquid mors innocentis filij in tãtũ deo patri placuit, ut per ipsam reconciliaret nobis, qui hoc peccãdo cõmisimus propter quod innocens dominus est occisus: nec nisi hoc maximũ fieret peccatum, illud multo leuius potuit ignoscere? Non mors: sed uoluntas placuit

Universidad de Deusto
Biblioteca

sponte moriẽtis,& illa morte expungẽtis mortẽ, operãtis salutẽ,restituẽtis innocentiã, triumphãtis principatus & potestates,spoliãtis inferos,ditantis superos,pacificantis quæ in cælo sunt,& quæ in terra,omnia instaurãtis.Et qm̃ hæc tam p̃ciosa mors uolũtarie suscipiẽda aduersus peccatũ:non tm̃ poterat fieri nisi per peccatũ:non delectatus quidẽ,sed m̃ bene usus malitia sceleratorũ, & mortem de morte,& de peccato dãnauit peccatũ.Et quãto illorũ maior iniquitas,tanto huius uoluntas sanctior,& eò potentior ad saluandum,quatenus tanta mediante potentia antiquum illud quãuis grande peccatum,necessario tm̃ huic quod in xp̃o cõmissum est cederet,tanquã minus maiori. Nec peccato siue peccãtibus ascribit hæc uictoria,sed bene utẽti peccato,& peccãtes fortiter perferẽti,& cõuertẽti in usum pietatis,quicqd in ipsum ausa est crudelitas impiorum.¶Fuit uerò sanguis qui effusus est,tam mult9 ad ignoscendũ,ut ipsum quoqꝫ peccatũ maximũ quo factum est ut effunderet,deleret:ac per hoc de antiqui illius utpote leuioris delictione nullã omnino dubietatẽ relinqueret. Deinde iste,cui uerò(inquit)nõ crudele & iniquũ uidet, ut sanguinẽ innocẽtis in pretiũ aliquod quis requisierit, aut ullo modo ei placuerit innocentẽ interfici:nedũ deus tam acceptã filij mortem habuerit,ut per ipsam uniuerso recõciliatus sit mũdo:Non reqsiuit deus pater sanguinẽ filij:sed tm̃ acceptauit oblatũ:non sanguinẽ sitiens,sed salutem:ga salus erat in sanguine.Salus planè,& non sicut iste sapit & scribit,sola charitatis ostẽsio.Sic em̃ concludit tot calũnias & inuectiones suas quas in deũ tam impiè quàm imperitè euomuit,ut dicat totum esse qꝺ deus in carne apparuit,nostrã de uerbo & exemplo ipsius institutionẽ,siue ut postmodũ dicit instructionẽ,totũ qꝺ passus & mortuus est:siue erga nos charitatis ostẽsionẽ uel cõmendationem. Cæterũ quid prodest qꝺ nos instituit,si non restituit? Aut numquid frustra instruimur, si nõ prius destruat in nobis corpus peccati,ut ultra nõ seruiam9 pct̃o? Si omne quod profuit Xps,in sola fuit ostensione uirtutũ,restat ut dicat qꝺ Adã quoqꝫ ex sola peccati ostensiõe nocuerit. Siquidẽ pro qualitate uulneris allata est medicina.Sicut enim in Adã oẽs moriunt:ita & in xp̃o oẽs uiuificabunt.Ergo sicut hoc,ita & illud,Si uita quã dat Xps,nõ alia est quàm institutio eius:nec mors utiqꝫ quã dedit Adã,nõ alia erit similr quàm institutio ei9:ut ille quidem ad pct̃m exemplo suo,hic uerò exẽplo & uerbo ad bene uiuendum & se diligendũ hoies informarent. Aut si Christianæ fidei,& non hæresi Pelagianæ acquiescẽtes,gñatione nõ institutione traductũ in nos cõfitemur Adæ peccatũ,& per pct̃m mortem fateamur necesse est,& à xp̃o nobis non institutione sed generatiõe restitutã iustitiã,& per iustitiã uitã,ut sicut per unius delictũ in oẽs hoies in condẽnationẽ,sic & per unius iustitiã in oẽs hoies in iustificationem uitæ.Et si ita est,quõ is dicit consiliũ & causam incarnationis fuisse ut mũdũ luce suæ sapientiæ illuminaret,& ad amorẽ suum accẽderet? Vbi ergo redẽptio? A xp̃o nẽpe,ut fateri dignatur,illuminatio & prouocatio ad amorẽ.Redẽptio & liberatio à quo? Esto qꝺ xp̃i aduẽtus illis prosit qui se illi possunt cõformare per uitam,& uicem ei dilectionis rependere.Quid de paruulis? Quam dabit lucem sapiẽtiæ uix adhuc captãtibus lucem uitæ? Vnde ascendẽt ad dei amorẽ, qui necdũ matres suas amare nouerũt? Nihil ne proderit eis aduẽtus xp̃i? nihil qꝺ cõplãtati sunt similitudini mortis eius per baptismũ,qm̃ nõdum possunt,phibente ætate Christũ sapere aut amare? Redemptio itaqꝫ,ait,nostra est illa summa in nobis p xp̃i passionẽ dilectio.Ergo paruuli nõ habẽt redẽptionẽ,quia nõ habẽt summam illã dilectionem.An sicut nõ habẽt unde diligãt,ita nec unde pereãt: ut nõ sit eis in xp̃o necessaria regeneratio, utpote quib9 generatio ex Adã nihil nocuerit? Si hoc sapit cũ Pelagio, desipit.Quicqd horũ sentiat,patet quantũ humanæ sacramẽto salutis inuideat,quãtũ quod in ipso est euacuet altí dispensationem mystern,qui totum de salute tribuit deuotioni,regenerationi nihil:qui nostræ gloriã redemptiõis, & summã salutis nõ in uirtute crucis,non in pretio sanguinis:sed in nostræ constituit conuersationis profectibus. Mihi autẽ absit gloriari nisi in cruce dñi nostri Iesu Xp̃i, in qua est salus uita & resurrectio nostra.¶Et quidem ria quædã præcipua in hoc opere nostræ salutis itueor.Formam humilitatis,in qua deus semetipsum exinaniuit.Charitatis mẽsuram,quã usqꝫ ad mortẽ,& mortem crucis extẽdit.Redemptionis sacramẽtum,quo ipsam mortẽ quã pertulit sustulit.Horũ duorũ priora sine ultimo sic sunt,ac sic super inane pingas.Magnũ ꝓfectò & ualde necessariũ humilitatis,magnum & omni acceptione dignum charitatis exẽplũ,sed nõ habẽt fundamẽtũ,ac proinde nec fructum,si desit redẽptio.¶Volo totis nisibus humilẽ sequi Iesum:cupio eũ qui dilexit me,& tradidit semetipsum pro me,quibusdam brachijs uicariæ dilectionis amplecti:sed oportet me & agnũ mãducare paschalem. Nisi enim mãducauero carnẽ eius,& bibero eius sanguinẽ,nõ habebo uitã in memetipso. Aliud est sequi Iesum,aliud tenere,aliud & mãducare.Sequi,salubre cõsilium:tenere & amplecti,solemne gaudiũ:mãducare,uita beata.Caro em̃ eius uerè est cib9, & sanguis eius uerè est pot9. Panis est dei q de cælo descendit,& dat uitã mũdo.Quis stat9 gaudio,sine cõsilio absq; uita? Nempe haud alius quàm picturæ absq; solido.Ergo nec humilitatis exẽpla,nec charitatis insignia,præter redẽptiõis sacrm̃ sunt aliqd.Hæc dñe pr̃ de labore manuum pueri uestri qualiacũqꝫ tenetis,aduersus pauca qdẽ nouæ hæreseos capitula.Vbi si nõ aliud quàm zelum agnoscitis meũ,tm̃ ꝓpriæ interim cõscientiæ satisfeci.Nã cum nõ esset qd agerẽ pro iniuria fidei quã dolebã,operæ mihi pretiũ arbitror,si illum monui cuius arma potẽtia dei,ad destructionẽ cõtrariarũ assertionũ,ad destruẽdã oẽm altitudinẽ extollẽtem se aduersus scientiã dei,& in captiuitatẽ redigendum oẽm intellectũ in obsequiũ Xp̃i.Sunt & alia in alia eius scriptis non pauca,nec minus mala capitula,ad quæ nec tpis nec eplæ angustia rñdere permittit.Quãquin nec necessariũ putem,cũ sint adeò manifesta,ut ipsa etiã uulgata fide facile refellant.Collegi tamẽ aliqua,& trãsmiſi.

¶*Ad eundem ex persona dñi Remensis.* *Epistola.CXCI.*



Euerendissimo dño & charissimo patri dei gra summo põtifici Innocẽtio,Samson Remorum archiep̃s,Ioslenus suessionẽsis,Gaufrid9 cathalaunẽsis. Aluisus attrebatensis uolũtarium debitæ subiectionis obsequiũ.¶Auribus occupatis ad plurima,sermonẽ facimus abbreuiatũ de ꝓlixo negocio,pro eo maxime qa idipsum diffusius ac plenius cõtinet in literis dñi Senonẽsis.Petrus abailardus christianæ fidei meritũ euacuare nitit,dũ totum qꝺ deus est,hũana rõne arbitratꝰ se posse comprehẽdere. Ascẽdit usqꝫ ad cælos,& descendit usqꝫ ad abyssos.Nihil est qꝺ lateat eũ,siue in profundũ inferni,siue in excelsum suprà.Hõ est magnus in oculis suis, de fide cõtra fidẽ disputãs,ambulãs in magnis & in mirabilibus super se,scrutator maiestatis,hæresum fabricator. Iamdudum fecerat librum de sua trinitate,sed sub legato Romanæ ecclesiæ igne examinatus est,quia inuenta est in eo iniqtas.Maledictus qui reædificabit ruinas Hiericho. Surrexit à mortuis liber ille,& cum eo multorum hæresis quæ dormierãt surrexerũt,& apparuerũt multis. Iamiam extẽdit palmites suos usqꝫ ad mare,& usqꝫ ad Romam propagines eius.Hæc gloriatio hominis illius,qꝺ liber su9 in curia Romana habet ubi caput suum reclinet.Hinc cõfirmatus & confortatus est furor eius.Propterea cum in conspectu episcoporũ sup his argueret eũ abbas Clarevallis zelo fidei & iustitiæ armatus,nec cõfessus est nec negauit: sed à loco & iudice quem sibi ipse elegerat,sine læsione,sine grauamine,ut suam prolongaret iniquitatem,sedem apostolicam appellauit.Episcopi aũt qui propter hoc in unũ cõuenerãt, uestræ reuerentiæ deferentes,nihil in personã eius egerunt,sed tantummodo capitula librorum eius à sanctis patribus cõdẽnata,ne morbus serperet,medicinali necessitate abiudicauerunt.¶Quia ergo homo ille multitudinẽ trahit post se,& populũ qui sibi credat habet,nec

cesse est

esse est ut huic contagio celeri remedio occurratis. Sero enim medicina paratur, cum mala per lōgas inualuere moras. Processimus in hoc negocio quouscz ausi sum⁹, tuum est decætero beatissime pater prouidere, ne in diebus tuis aliqua hæreticæ prauitatis macula decor ecclesiæ maculetur. Tibi commissa est spōsa Xpi amice sponsi: tuum est tādem uiri uiro uirginē castam exhibere Christo.

¶ *Ad magistrum Guidonem de Castello qui Petri discipulus fuerat, & de quo potissimum præsumebat, qui postea fuit papa Celestinus.* *Epistola.* CXCII.

VEnerabili domino & charissimo patri magistro Guidoni sanctæ Romanæ ecclesiæ dei grā presbytero cardinali. B. Clarevallis uocat⁹ abbas, non declinare ad dexteram nec ad sinistrā. ¶ Iniuriam facio uobis si aliquem à uobis ita dilīgi credam, ut cū eo pariter ei⁹ errores dilīgatis. Quisquis enī sic aliquē dilīgit, nondū nouit quēadmodū oporteat eum dilīgere. Talis nancz dilectio terrena est, animalis, diabolica, nocēs æque dilīgēti atcz dilecto. Existīment alī de alijs prout uolunt: ego adhuc de uobis æstimare non possum nisi quod uicinū est rationi, qđ ad linea ptinet æqtatis. Quidā pri⁹ iudicāt, & postea probāt: ego de potione utrum dulcis sit an amara, ante gustū nō iudicabo. Magister Petrus in libris suis prophanas uocum nouitates inducit & sensuū, disputās de fide cōtra fidem, uerbis legis legē impugnat. Nihil uidet per speculū & in ænigmate, sed facie ad faciem oia intuetur, ambulās in magnis & in mirabilib⁹ super se. Melius illi erat si iuxta titulū libri sui seipsum cognosceret, nec egrederet mensurā suā, sed saperet ad sobrietatem. Ego nō eū accuso apud patrē: est qui eū accuset, liber su⁹, in quo sibi male cōplacuit. Cū de trinitate loquitur, sapit Arriū: cū de gratia, sapit Pelagiū: cū de persona Xpi, sapit Nestoriū. Minus de uestra æqtate præsumo si diu uos rogauero ut in causa Xpi nullū xpo pponatis. Illud autē sci tote, quia expedit uobis qbus ptās data est à dño, expedit ecclesiæ Xpi, expedit illi etiā homini ut ei silentium impona⁹, cui⁹ maledictiōe os plenū est, & amaritudine & dolo.

¶ *Ad magistrum Iuonem cardinalem, de eodem.*
Epistola. CXCIII.

DIlectissimo suo Iuoni sanctæ Romanæ ecclesiæ dei gratia presbytero cardinali B. Clarevallis abbas, diligere iustitiā, & odire iniqtatē. ¶ Magister Petr⁹ abailardus sine regula monachus, sine solicitudine prælat⁹, nec ordinē tenet, nec tenetur ab ordine. Hō sibi dissimilis est: intus Herodes, foris Ioānes, totus ambiguus, nihil habens de monacho præter nomē & habitū. Sed quid ad me? Vnusquisqz on⁹ suū portabit. Aliud est, qđ dissimulare nō possum, quod pertinet ad omnes qui diligūt nomē Xpi. Iniqtatē in excelso loquit: integritatē fidei, castitatēcz ecclesiæ corrumpit. Transgredit terminos quos posuerūt patres nostri, de fide, de sacramētis, de sancta trinitate disputans & scribēs: singula pro sua uoluntate mutat, auget, & minuit. In libris & in operibus suis ostendit se fabricatorem mendacij, & cultorem peruersorū dogmatū, hæreticū se probans nō tā in errore, quàm in pertinacia & defensione erroris. Homo est egrediēs mē suram suam, in sapietia uerbi euacuās uirtutē crucis Xpi. Nihil nescit oīm quæ in cælo & quæ in terra sunt: præter seipsum. Dānatus est Suessione cū opere suo corā legato Romanæ ecclesiæ. Sed quasi nō sufficeret ei illa damnatio: iterū facit unde iterū dānet: & iam nouissimus error peior est priore. Securus est tū, qm̄ cardinales & clericos curiæ se discipulos habuisse gloriat, & eos in defensione præteriti & præsentis erroris assumit: à quibus iudicari timere debuit & damnari. Si quis spiritum dei habet: illius uersiculi recordetur: Nonne qui oderūt te domine oderā, & super inimicos tuos tabescebam? Liberet deus per uos & per cæteros filios suos ecclesiam suam à labijs iniquis & à lingua dolosa.

¶ *Rescriptum domini Innocentij papæ contra hæreses Petri abailardi.* *Epistola.* CXCIIII.

INnocentius epūs seruus seruorū dei, uenerabilibus fratribus, Henrico senonensi, Samsoni Remensi, archiepis, corūcz suffraganeis, & charissimo in Xpo filio Bernardo Clarevallis abbati, salutē & apostolicā benedictionē. ¶ Testāte apostolo: sicut unus dñs, ita una fides esse dinoscit: in qua tāquā in immobili fundamento præter qđ nemo potest aliud ponere, firmitas catholicæ ecclesiæ inuiolata consistit. Inde est quod beat⁹ Petr⁹ apl'orū princeps pro eximia hui⁹ fidei confessionē, à dño ac saluatore nro audire meruit, Tu es (inquit) petrus: & super hāc petrā ædificabo ecclesiā meam. Petrā utiqz firmitatē fidei, & catholicæ unitatis soliditatē manifestē designās. Hæc siquidē est inconsutilis tunica redemptoris nostri, super quā milites sortiti sunt: sed eam diuidere minime potuerūt. Cōtra quā in initio fremuerūt gētes, & populi meditati sunt inania. Astiterunt reges terræ, & principes cōuenerūt in unū. Verū apli duces dñici gregis, & eorum successores apostolici uiri, ardore charitatis & zelo rectitudinis succensi: fidē defendere, & eā in cordibus aliorū, pprijs sanguinis effusione plantare nō dubitarunt. Demū cessante persecutorum rabie, imperauit dñs uētis: & facta est in ecclesia tranquillitas magna. Sed quia hostis humani generis semper circuit quærens quē deuoret: ad impugnādā synceritatē fidei, fraudulētā hæreticorū fallaciam subinduxit. Contra quos uiri ecclesiarū pastores uiriliter insurgētes: eorū praua dogmata cū ipsorū authoribus condēnarunt. In magna nācz Nicena synodo Arrius hæreticus est dānatus. Cōstātinopolitana synodus Manichæum hæreticū debita sententia cōdēnauit. In Ephesina synodo Nestorius condignā sui erroris dānationem excepit. Calcedonensis quoqz synodus Nestorianā hæresim & Eutycianā cū Dioscoro & eius cōplicib⁹ iustissima sententia cōfutauit. Martianus præterea licet laicus, christianissimus tñ imperator, catholicæ fidei amore successus: prædecessori nostro sanctissimo papæ Ioanni scribens aduersus eos qui sacra mysteria prophanare cōtendūt: inter cætera sic loquitur dicens: Nemo cleric⁹, uel militaris, uel alteri⁹ cuiuslibet conditionis, de fide christiana publice tractare conetur in posterū. Nam iniuriā facit iudicio reuerendissimæ synodi: si qs semel iudicata, & recte dispositā, reuolucre, & iterum disputare contendit: & in cōtemptores hui⁹ legis tanquā in sacrilegos pœna nō deerit. Igit' si clericus erit qui publicē tractare de religione ausus fuerit: consortio clericorū remouebit'. Dolemus autē, qm̄ sicut literarū uestrarū inspectione, & missis à uestra fraternitate nobis errorum capitulis cognouimus: in nouissimis diebus qm̄ instant tēpora periculosa: in Petri abailardi pernitiosa doctrina & prædictorum hæreses, & alia peruersa dogmata catholicæ fidei obuiantia pullulare cœperūt. Verū in hoc maxime consolamur, & oīpotēti deo gratias agimus: qui in partib⁹ uestris pro patrib⁹ tales filios suscitauit, & tpe apostolat⁹ nostri in ecclesia sua tam præclaros uoluit esse pastores: qui noui hæretici calumnijs studeāt obuiare: & immaculatā spōsam uni uiro uirginē castā exhibere Xpo. Nos itacz qui in beati Petri cathedra cui à dño est dictum, Et tu aliquādo cōuersus confirma fratres tuos, licet indigni residere cōspicimur: cōicato fratrū nostrorū epōrū & cardinaliū consilio, destinata nobis à uestra discretione capitula, & uniuersa ipsi⁹ Petri peruersa dogmata sanctorum canonū authoritate cū suo authore dānauim⁹: eicz tāquā hæretico perpetuū silentiū imposuim⁹. Vniuersos quoqz erroris sui sectatores & defensores, à fidelium consortio secstrādos, excōicationisqz uinculo innodādos esse cēsemus. Datum Laterani decimoseptimo Calendas Augusti.

¶ *Ad episcopum Constantiensem pro Arnaldo de Brixia.* *Epistola.* CXCV.

SI sciret paterfamilias qua hora fur ueniret, uigilaret utiqz, & non sineret perfodi domum suam. Scitis quia fur de nocte irruperit domum: non uestram, sed dñi: uobis tamē cōmissam. Sed dubium esse non potest, scire uos quod apud uos sit: quādo

Matt. 24.

Universidad de Deusto Biblioteca

ſd uſq; ad nos utiq; tam remotos potuit peruenire. Nec mirū ſi nō horā præuidere, aut nocturnū furis ingreſſum obſeruare quiuiſtis. Mirū autē ſi dep̄hēſum iam nō agnoſcitis, non tenetis, non phibetis exportare ſpolia ueſtra, imo p̄cioſiſſimas Chriſti exuuias: aīas uidelicet quas ſua imagine præſignauit, ſuo cruore redemit. Adhuc forſan hæretis, & miramini quem nam dicere uelim. Arnaldum loquor de Brixia: qui utinā tā ſanæ eſſet doctrinæ, quàm diſtrictæ eſt uitæ. Et ſi uultis ſcire: homo eſt neq; manducans neq; bibens: ſolo cū diabolo eſuriens & ſitiēs ſanguinem animarum. Vnus de numero illorū quos apoſtolica
2.Ti.3. nigilantia notat, habentes formā pietatis: uirtutē illi⁹ pe-
Matt.7. nitꝰ abnegātes. Et ipſe dñs: Veniēt (inquēs) ad uos in ueſtimētis ouium: intrinſecus autē ſunt lupi rapaces. Is ergo uſq; ad hāc ætatē ubicūq; cōuerſatus eſt, tam fœda poſt ſe & tam ſæua reliquit ueſtigia: ut, ubi ſemel fixerit pedem, illuc ultrà redire omino non audeat. Deniq; ipſam in qua natus eſt ualde atrociter cōmouit terrā: & cōturbauit eā. Vnde & accuſatus apud dñm papā ſchiſmate peſſimo, natali ſolo pulſus eſt, etiam & abiurare compulſus reuerſionem, niſi ad ipſius apoſtolici permiſſionē. Pro ſili deinde cauſa & à regno Francorū exturbat⁹ eſt ſchiſmaticus inſignis. Execrat⁹ quippe à Petro apoſtolo, adhæſerat Petro abailardo. Cuius oēs errores ab eccleſia iam deprehenſos atq; damnatos, cum illo etiā & præ illo defendere acriter & pertinaciter conabat. Et in his oīb⁹ nō eſt auerſus furor eius: ſed adhuc manus eius extenta. Nam etiam ita uagus & profugus ſuper terram, quod iam non licet inter ſuos, non ceſſat apud alienos tanquam leo rugiens circuiens & quærens quē deuoret. Et nunc apud uos ſicut accepimus operat iniquitatē, & deuorat plebem ueſtram ſicut eſcam panis. Cuius maledictione & amaritudine os plenum eſt: ueloces pedes eius ad effundendū ſanguinē. Contritio & infelicitas in uijs eius: & uiam pacis non cognouit. Inimicus crucis x̄pi, ſeminator diſcordiæ, fabricator ſchiſmatū, turbator pacis, unitatis diuiſor. Cuius dentes arma & ſagittæ: & lingua eius gladius acutus. Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum: & ipſi ſunt iacula. Vnde & ſolet ſibi allicere blandis ſermonibus & ſimulatione uirtutum, diui-
Pſal.9. tes & potentes: iuxta illud, Sedet in inſidijs cum diuitib⁹ in occultis, ut interficiat innocentē. Demū cum fuerit de illorū captata beneuolētia & familiaritate ſecurus: uidebitis hominem apertè inſurgere in clerū, fretum tyrānide militari, inſurgere in ipſos epos: & in omnē paſſim eccleſiaſticum ordinem deſæuire. Hoc ſcītes: neſcio an melius ſalu-
1.Cor̄.5. briūsue in tanto diſcrimine rerum agere ualeatis: quàm iuxta apli monitū auferre malū ex uobis: quāquā amicus ſponſi ligare potius quàm fugare curabit: ne iam diſcurrere, & eò nocere plus poſſit. Hoc enim & domin⁹ papa dū adhuc eſſet apud nos: ob mala quæ de illo audiebat, fieri
Canti.2. ſcribēdo mādauit: ſed non fuit qui faceret bonū. Deniq; ſi capi uulpes puſillas demolientes uineam ſcriptura ſalubriter monet: non multo magis lupus magnus & ferus religā dus eſt, ne X̄pi irrumpat ouilia, oues mactet & perdat.

¶ *Ad Guidonem legatum, de eodem.* *Epiſtola.CXCVI.*

ARnaldus de Brixia: cuius cōuerſatio mel, & doctrina uenenum: cui caput columbæ: cauda ſcorpionis eſt, quem Brixia euomuit, Roma exhorruit, Frācia repulit, Germania abhomiat, Italia non uult recipere: fertur eſſe uobiſcum. Videte quæſo ne ueſtra authoritate plus noceat. Nam cū & artē habeat & uoluntatem nocendi: ſi acceſſerit fauor ueſter, erit funiculus triplex, qui difficile rumpitur: ſupra modum (ut uereor) nociturus. Et unum exiſtimo de duob⁹: ſi tm̄ uerū eſt q̄ uobiſcum hominem habeatis: aut minus ſcilicet notum uobis eſſe illum: aut uos (quod eſt credibilius) de ei⁹ correctione conſidere. Et utinā id nō fruſtra. Quis det de lapidibus hoc ſuſcitare filiū Abrahæ? Quàm gratum minus ſuſciperet mater eccleſia de manibus ueſtris uas in honorē, q̄d tādiu paſſa eſt in contumeliā? Licet tentare, ſed uir prudēs cautus erit nō tranſgredi præfinitū numerū, ab apoſtolo qui ait: Hæreticum hominē poſt unam & ſecundam correptionem deuita: ſciēs quia ſubuerſus eſt qui eiuſmodi eſt, & delinquit proprio iudicio condemnatus. Alioquin familiarē habere & frequenter admittere ad colloquendum ne dicam ad conuiuandum: ſuſpicio fauoris eſt: & inimicis fortis armatura. Securè annunciabit & facile perſuadebit quæ uolet domeſticus & contubernalis legati apoſtolicæ ſedis. Quis enim à latere dñi papæ mali quippiam ſuſpicet? Sed & ſi in manifeſto peruerſa loquitur: quis facile opponere audeat ueſtro collaterali? Deinde uidetis qualia poſt ſe ubicunq; habitauit reliquit ueſtigia. Non ſine cauſa uigor apoſtolicus hominem Italia ortum tranſalpinare coegit, repatriare non patitur. Quis uerò extraneorum ad quos electus eſt: non eum omnimodis cuperet ſuis reddidiſſe? Et certè ſic ſe habere ad oēs, ut oibus odio habeat: approbatio iudicij eſt quod portat: me quis dicat ſubreptum fuiſſe dño papæ. Quale eſt ergo ſummi pontifici ſuggillare ſententiā: & illam ſententiam cuius reſtitudinem eius ipſius in quē data eſt, & ſi lingua diſſimulat, opera clamat? Itaq; fauere huic: dño papæ cōtradicere eſt, etiā domino deo. Per quēcūq; enim iuſta ſentētia iuſtè datur: ab illo certū eſt proceſſiſſe, qui loquitur in propheta, Ego qui loquor iuſtitiam. Confido autem de ueſtra prudentia & honeſtate: quia uiſis his literis de ueritate certi⁹ nō abducemini amodo quippiam aſſentire in hac re niſi quod uos deceat: & eccleſiæ dei expediat: pro qua legatione fungimini. Diligimus uos, & ad ueſtrum obſequium parati ſumus.

¶ *Ad Petrū Biſuntinū decanum.* *Epiſtola.CXCVII.*

PEregrinationē abbatis Carīloci ſic accipimus quaſi iam mortuū eum uideamus. Vobis manifeſtum me (quod uehementer doleo) imputatur quicquid illi periculi imminet: quicquid laboris incumbit. Non hoc à uobis expectauimus: quia nec meruimus. Alium uos putauimus: & alium experimur. Teſtimonium perhibent uobis qui interfuerunt actioni: quod nec ſyncere nec ſm iuſtitiam in ea uos habuiſtis. Et credo ex parte. Nam & uenerabilis abbas Belleuallis non multum ſibi complacet in uobis. Nolite quæſo, nolite perſequi uos dei, quibus ab ipſo dictum legitis, Qui uos tangit, tangit pupillam oculi mei. Nolite radicitus euellere de cordibus noſtris ſi quid aliquando bene ſenſimus de uobis. Et hæc ita dicimus uobis, non quia uos nō diligimus: ſed ut de medio fiat quo poteſt contingere ut non diligam⁹. Dico autem tanquā amicus, non expedit uobis neq; eccleſiæ ueſtræ ut domino papæ quod actum eſt ſicut actum eſt innoteſcat.

¶ *Ad dominum papam Innōcentium.* *Epiſtola.CXCVIII.*

IN cauſæ actione quæ per chariſſimum fratrem noſtrum Guidonem Carīloci abbatem ueſtro conſpectui præſentatur: puto ſatis apparet & iniuſta ceſſentis iniuria, & innocentia patientis, & iniuria iudicis. Deniq; uiolentia calumniantis & inopia iniuſtitiæ compulſus eſt pauper confugere ad ueſtram præſentiam, non reputans laborem uiæ, non expenſas, non periculum tēporis. Dedit manus morti, ne uiuat in perturbatione, quietis amator. Clementer quæſo reſpicite ſuppliconum & pauperem: ne fruſtra ueſtris paternis auribus inſinuatus ſit tantillarum uiriū tantus labor & dolor. ¶ Olim per epl̄as ſemel & ſecundò teſtificatus ſum uobis de hoc ille qui huic modo calumniat, q̄ ſui eſſet & præuaricator propoſiti, & monaſterij diſſipator. Nūc autē & flens dico inimicū crucis X̄pi, ſanctorū qui in circuitu eius ſunt violentiſſimū oppreſſorē, & calūniatorē pauperū. Qui ppria iam penè nō habens quæ deuoret, in ꝓxima paſſim more tyrānico debacchatur. Monachū habitu mentiēs, re exhibet unum de prædonibus: omino immemor regularium obſeruationū, legū, canonūq; contemptor. Frontoſus ad uerecundiā, inſenſatus ad metū, inflexibilis ad pietatem, ad iram præceps, audax ad facinus, pronus ad iniurias.

Et mitro

Et miror quomodo uir religiosus abbas casæ dei, in mo-
cho suo tot & tanta uitia aut ignorare possit aut dissi-
mulare. Sed de hoc quid ad nos: Ipse uiderit. Ipse suo do-
mino stat aut cadit. Nobis sufficit liberari de manib⁹ ei⁹.
A uobis id omnimodis flagitamus: quod aliunde frustra
tentatū est. Circūspeximus: & non erat auxiliator. Ventū
est ad cōmune refugiū: illò cōfugimus, ubi cōfidimus libe
rari. Tantū adsit pietas: nam facultas nō deest. Et quidem
ex priuilegio sedis apostolicæ constat summam rerum ad
uestram potissimū respicere summā authoritatē, & plena-
riā potestatē. Verū hoc inter cætera uestri singularis pri-
matus insignia, specialius illustriusq; nobilitat uestrum &
inclytum reddit apostolatū: si eripitis pauperē de manu
fortiorū eius. Nulla meo iudicio in corona uestra precio-
sior gemma zelo illo uestro quo æmulari consueuistis op-
Psal.124. pressos: nec relinqtis uirgā peccatorū super sortē iustorū.
Nimirū ppter illud quod sequitur, ut non extendāt iusti
ad iniquitatem manus suas: uel propter illud quod alibi
Psal.9. dicitur: Quia dum superbit impius, incenditur pauper: &
unde alter torquet in corpore, inde alter graui⁹ in anima
perit. Est item monasteriū de nostro ordine uicinum huic
quod malorū similiter hoīm graui infectatiōe uexatur: &
non est qui redimat, neq; qui saluū faciat. Et pro hoc quo-
q; puer uester paterna uestra uiscera lachrymosis preci-
bus concutere non ueretur. Qui illi sint homines, quæue
occasio calūniandi: præsentiū lator abbas ueraci & uiua
uoce referet uobis. Deus oīpotens uos, uobis cōseruet lō-
gis temporibus, ad nostram omnium protectionem: qui
in habitu & proposito pœnitentiæ pauperem uitam duci
mus: ut sine timore de manu inimicorum nostrorum libe-
rati, seruiamus illi.

¶ *Ad eundem.* *Epistola.* CXCIX.

VSquequo & superbit impius, & incēditur pau-
pere? Vsquequo à tanta impudentia, innocentia
tanta uexatur, & hoc uiuo Innocentio? Pecca-
ta sine dubio nostra hoc faciunt q; dīs me⁹ tam
sero aduertit mentientes sibi: tam lentè exaudit clamātes
ad se in hac causa duntaxat. Nam aliàs quidem scimus fa-
miliare esse domino meo & cito intelligere: & facile misere
ri. Propter eum qui elegit uos, & posuit uos refugiū op-
pressorum: ponite iam tādem finē & malitiæ oppressoris,
& laboribus afflictorū: quia satis utraq; res uenit in lucē
& manifestationē. Deniq; ad mandatum beneplaciti dīni
mei causa discussa & terminata est: superest ut ipsi⁹ autho
ritate data sentētia confirmetur. Ergo ne si uenerit homo
mendax aduersus tantorum uirorū testimonium (Valen-
tinum loquor & Grānopolitanū) audietur? Iterum sup-
plico, & ad pedes dīni mei ea qua possum mente anxia de-
scendo: ne ab homine iniquo & doloso religiosum mona-
sterium destrui patiatur. Etenim nō parcet nostro qui suū
penè destruxit. Vnde addo solita præsumptione: Si pue-
ro uestro crederetis: hominē hūc qui beneficio pietatis ue
strę abutitur, in claustrum suum remitteretis, & domino
abbati casæ dei mādaretis ut in monasterio quod ille inu-
tiliter occupat, uirum religiosum promoueret, & regula-
rem ordinaret conuentum. Hoc planè dignū apostolatu
uestro, hoc beneplacitū deo, hoc honor dño abbati casæ
dei, suoq; monasterio. Sic etiā liberaretis animā prædicti
hominis, & ipsum cui incubat monasterium.

¶ *Ad magistrum Vlgerium Andegauensem episcopum, pro
graui querela quæ erat inter ipsum & abbatissam fontis Eue
rardi.* *Epistola.* CC.

LAchrymas magis quàm literas dare libet. Sed
quoniā ad neutrum inops est charitas: & has
oportet dare, & illas non omittere. Has uobis:
illas mihi, & pusillis multis mei similib⁹ qui scā-
dalizantur. Dicitis forsitan scandalum non esse per uos.
Nunquid propter uos esse negabitis? Facile cætera por-
tarem: tantū uos non essetis in causa. Nam in culpa dicere
non audeo. Nō est meum discutere hoc: est qui quærat &
Matt.18. iudicet. Væ homini illi per quem scandalū uenit. Iudiciū
profectò portabit quisquis est, ille uel illa. Ceterū ad uos
mihi nūc sermo. Sustinete modicū quid insipientiæ meæ.
Quia semel cœpi, loquar ad dīm meū. Faciam satis uel ex
parte zelo & affectui qui loquitur. Non uerebor ætatem:
dignitate non terrebor: non cunctabor ad nomen grande
magisterij Vlgerij. Nam quo grandius nomen, eo grādi⁹
scādalū. Propterea meipsum transgrediar: & ero insipiēs.
Seniorē increpabo: episcopū arguam. Magistrū conabor
docere: consiliū dare sapienti. Nullum præsumptionis ge-
nus prætereat charitas & æmulatio, quam olim pro sancti
tate & gloria nominis uestri conceperam. Cuius gloriæ
diffusum circūquaq; spiritalem odorē, inuidia diaboli in-
terpolatum esse uel modice, mihi pro modico non est: sed
neq; ecclesiæ dei: quæ ubiq; tam celebri gaudio in hoc me
ridiano lumine exultare solebat. Verum uos quantū pro-
priam gloriam cōtemnatis, satis apparet. Laudo, sed si nō
usq; ad iniuriā dei. ¶ Laudo & constantiā qua nec summis
potestatib⁹ cedatis de iure uestro quod putatis: sed si nō
pertinacius, quàm constantius id agi à uobis uideretur.
Quàm gloriosius & certè sanctius uobis illatam iniuriam
fortiter sustineretis: & famā uestrā ad gloriā dei custodire
tis: Quāquā nescio quō uel cōscientiam uestram esse in tu
to cōfiditis sub hoc scandalo. Nec enī excusat uos etiam si
in quēquā alterum iure culpā refunditis. Esto q; ali⁹ moue
rit scandalū: profectò compescere uos potestis. Nolle com
pescere, sine culpa erit: aut uerò cōpescere, sine gloria erit.
¶ Malum si cōprimas tuū, reputabitur tibi ad iustitiam, si
alienum, ad gloriam. Quicūq; author sit scandali, à uobis
oīmodis exigitur tolli: & in eo loco excusatum dicimus, si
nō potestis. An nō deniq; ministeriū est angelorū, tollere
scandala de regno dei: Si dixeritis, qd ad uos? arguet uos
illa sententia: Labia sacerdotis custodiunt scientiā, & legē Mal.2.
requirunt de ore eius: angelus enī dīni est. Si ergo hoc
scandalū cū possitis, nō tollitis, planè non impletis mini-
sterium uestrū. Quod quidem an nulla sit culpa, uos iudica-
bitis. Ego uerò ne hoc sufficere dixerim si non & honorifi
catis. Est quoq; quod adhuc addā, nisi quia timidior sum
fateor quàm promisi. Sed tutius adduco magistrum qui nō
uereatur eps epo nndā dicere ueritatē. Hoc ipsum (inqt)
delictū est in uobis, q; causas habetis inter uos. Quare nō ma 1.Cori.6.
gis fraudem patimini? Opposuit speculum, refulsit iusti-
tiæ sol: enicuit ueritas, uæuus apparuit. Quanti est igitur
nescio quæ illa possessiuncula maledicta: ut ulterius iā pos
sit aut obumbrare tam manifestam ueritatē: aut impedire
tam optatā correptionē? Inspiret deus uobis acquiescere
cōsilio: ut non dicam nostro, sed oīm qui æmulant uos dei
æmulatione, reuerende & omni gloria prosequēde pater.

¶ *Ad Baldwinum abbatem Keatini monasterij.*

Epistola. CCI

PIstola quam misisti, affectum tuum redolet: mo
uet meum. Et doleo quod prout moueor non
possum rescribere. Nec immoror in excusandis
excusationibus: sciens quod scienti me loquor.
Nosti inquā sub qua sarcina gemo: & gemitus meus à te
nō est abscōditus. Tu uerò pro schedulæ breuitate affectū
non æstimes, quem nulla sui prolixitate explicare posset
oratio. Et malitia quidem occupationum potest facere ut
paucis scribā: sed nō ut parum diligam. Actum sanè exclu
dat uel impediat actus: sed nūquid affectum? Sicut mater
unicū amat filiū: ita te diligebam, hærentē lateri meo, pla-
centē cordi meo. Dilectā & absentē: ne solatiū meum ex te,
& non te uidear dilexisse. Eras perneccssarius mihi. Atq;
hinc uel maxime claret quàm syncerè te diligam. Hodie
nempe non te caruissem: si quæsissem de te quæ mea sunt.
Nūc autē uides, q; spretis utilitatibus meis, tuis cōpēdijs
non inuidi: ponens te utiq; ibi unde aliqñ transponaris su
per omnia bona domini tui. ¶ Tu autē cura inueniri fide-
lis seruus & prudēs cōseruis tuis cæleste triticum commu
nicare: absq; inuidia & absq; desidia erogare: & noli fru-
stra assumere excusationem quasi de tui nouitate aut de
imperitia; quod putas forte uel simulas. Nam nec sterilis

uerecūdia grata est: nec humilitas præter ueritatem laudabilis. Officium ergo tuum attende. Pelle pudorem consideratione officij, age ut magister. Nouus es: sed debitor. Et extunc te noueris debitorē, ex quo te alligasti. Nunquid nouitas excusabit apud creditorē dāna lucrorū? Nūquid prima tēpora uacua præterire patitur fœnerator? Sed nō sum (inquies) ad ista sufficiēs. Quasi uerò deuotio tua accepta nō sit ex eo quod habes, nō ex eo quod non habes. De solo tibi credito talēto respōdere tibi para, securus de reliquo. Si multū accepisti: da multū. Qđ si modicū est: & id tribue. Etenim qui in modico fidelis non est: nec in maximo. Totum da: quia totum repetēdus es usq; ad nouissimum quadrantem: sed sanè quod habes, nō qđ nō habes. ¶ Memēto etiā uoci tuæ dare uocē uirtutis. Quid illud inquis? Vt opera tua uerbis cōcināt: imo uerba operibus: ut cures uidelicet prius facere, quàm docere. Pulcherrimus ordo est & saluberrimus: ut onus qđ portandū imponis, tu portes prior: & ex te discas qualiter oporteat alijs moderari.

puer, 26. Alioquin subsannabit te sapiens, ut potè pigrū illū cui labor sit manū porrigere ad os. Arguet te & apostolus dicēs:

Roma. 2, Tu qui alios doces: teipsum non doces. Sed & notaberis

Matt. 23, uitio pharisæorū, qui alligāt onera grauia & importabilia, & imponūt ea in humeros hoīm: digito autē suo nolūt

Nota, ea mouere. ¶ Sermo quidē uiuus & efficax, exēplū est operis, facile facies suadibile quod dicit, dum monstrat factibile quod suadetur. Ergo in his duobus mādatis, uerbi scilicet atq; exēpli, summā tui officij ad cōscientiæ securitatem pendere intellige. Tu tamē si sapis, iunges & tertiū: studiū uidelicet orationis ad cōplemētū utriusq; trinæ illius

Ioā. 21, repetitionis in euāgelio de pascendis ouibus. In hoc noueris illius trinitatis sacramentū in nullo frustratū à te, si pascas uerbo, pascas exemplo, pascas & sanctarū fructu orationū. Manent itaq; tria hæc: uerbū, exēplū, oratio: maior autē his est oratio. Nā & si (ut dictū est) uocis uirtus sit opus, & opi tñ & uoci gratiā efficaciāq; pmeret oratio. Heu auelior, abripior, nō licet ultra. Illud tamē breuiter ammonitus sis: ut ḉcitius poteris, graui me cures soluere cura: & quid sibi uult quod inter alia questus es, uulnus, à quo nō sperabas te pertulisse: non negligas manifestius aperire. Id enim anxie me solicitat.

Ad clerum Senonensem. *Epistola.* CCII.

QEstituti Benedicto pastore uestro, opus est charissimi, ut de substituendo alio solicite satagatis. Sed sanè id non præcipitāter agendū, non tumultuose aut inconsulte: ne forte euacuetur quod præter rationem & ordinē præsumitur: & uos intrare incipiatis circuitum quorūdam qui in circuitu uestro sunt. De uicinis si placet ecclesijs sumite experimentum: & illarum uexatio det intellectum auditui in causa præsenti. Grandis quippe res est in manibus, nobili Senonensi ecclesiæ instaurare pastorem. Grandis prorsus: nec sine grandi adorienda cōsilio. Expectandū proinde suffraganeorū consilium episcoporum: expectandus assensus religiosorū qui sunt in episcopatu: atq; in commune tractandū cōmune negocium. Alioquin dilectissimi moleste credite intuebimur tribulationē ecclesiæ uestræ: moleste uestram ipsorum confusionē. Quod utrūq; cōtinget facile: si illud contingat effici quod oporteat reuocari. Ergo indicatur iciunium, conuocentur episcopi, religiosi asciscantur: nec sua (quod absit) solēnitate fraudetur tanti sacerdotis rite celebranda electio. Aderit (ut cōfidimus) spiritus sanctus uotis uestris, & honor erit uobis honorificantibus ministerium uestrum: dum pari uoto & consilio studueritis quod gloria sit dei, & salus populi.

¶ *Ad episcopū & clerum Trecensem.* *Epistola.* CCIII.

Iaco. 5, LEgimus si errauerit quis ex uobis à ueritate, & conuerterit quis eum: scire debet quoniā qui cōuerti fecerit peccatorē ab errore uiæ suæ, saluabit animā eius à morte: & operit multitudinem peccatorum. Errat Anselmus noster: errat. Cui dubium? Si dimittimus eum sic: nō solus errabit. Quantos trahet post se suo exēplo illustrissimus iuuenis? Nec modo sequentur sed & omnes qui poterunt eum reuocare nec reuocabunt eodem errore iudicamus inuolui. Mundus ego sum à sanguine eius, Et ei prædixi per epistam: & uobis nūc dico: pro rem illicitā præsumit. Nec clerici est pugnare armis militaribus, nec subdiaconi uxorem ducere. Annuncianda peccatori opus eius: ne ille in peccato suo moriatur: sanguine uerò eius de manu uestra requirat qui suo eū redemit sanguine precioso. En de cælo clamat. Virgo Israel corruit & non est qui subleuet eā. Quousq; in luto aurum iacet? Tollite margaritam tollite, leuate splendissimam atq; preciosissimam gemmam de sterquilinio. Leuate eam antequā porcorum. i. spurcorum spirituū pedibus conculcetur: & iam non sit uas in honorē: sed in cōtumeliā.

¶ *Ad abbatem sancti Albani.* *Epistola.* CCIIII.

ETsi facie ignotus es mihi, sed non famarum aut uile quid tui gratulor me tenere mentis illius. Nam talis fateor per eam insinuatus es meo pectori: ut licet in multis occupatum, ipse tamen serenissima recordatio tui mi dilectissime frater sedule me plerūq; ex omnibus uendicet sibi: ita ut in ea libenter immorer, & suauiter requiescam. Cæterum quo meremini plus accepto: eo auidius suspiro præsentiam. Sed quando istud, aut si quando istud? Vtiq; & si non antè: profectò in ciuitate dei nostri: si tamen non habemus hic manentem ciuitatem: sed illam inquirimus. Ibi ibi uidebimus nos & gaudebit cor nostrū. Interim uerò delectabor & lætabor nihilominus in his quæ dicta sunt mihi, sperans & expectans quod reliquum est de uisione corporali in die domini: ut gaudium meum plenum sit. Adde obsecro adeo bona quæ abs te & de te nobis assidue ueniunt, tuas uocibus pro nobis orationes: pater charissime & desideratissime.

¶ *Ad episcopum Rofrensem.* *Epistola.* CCV.

QVre scribitis nō merenti? Quid peccauit? Si nouit magistrum Robertum Pullum aliquantum tempus facere Parisius, ob sanam doctrinā quæ apud illum esse dinoscitur: id putaui necessarium & adhuc puto. Si rogaui sublimitatem uestram ut pulsetis: etiam nunc idipsum rogarem, nisi eam de priori proce indignatam sensissem. Si dixi hominem fultum gratia amicorum: quorum in curia non minima authoritas est: id dixi quod uobis formidaui, & adhuc formido. Nam post appellationem factam extendistis manum (ut accepimus) ad res appellantis: nec laudauí nec laudo. Verumtamen uoluntati uestræ in aliquo contradicere nec consului ei nec consulo. Decætero uestri sumus: coronam uestram suscipere & colere semper digna & debita ueneratione parati. Huius testimonio conscientiæ audemus adhuc ad uos (prece duntaxat atq; consilio) ut magister Robertus cum integritate gratiæ uestræ per aliquātum tempus possit Parisius demorari. Retribuat uobis dominus in uitam æternam qđ uiscera nostra refouistis: filios nostros loquor quos nimis amo in Hiberniam.

¶ *Ad reginam Hierosolymorum.* *Epistola.* CCVI.

AVdierūt homines qđ locum gratiæ habeā apud uos: & multi profecturi Hierosolymam petierūt uestræ excellentiæ per me commendari. Ex quibus est iste iuuenis consanguineus meus, iuuenis (ut aiūt) strenuus in armis, suauis in moribus. Ergo deo quod ad tempus elegit militare deo magis quam seculo. Itaq; facite morem uestrum: & bene sit huic proposito: sicut cæteris omnibus propinquis meis fuit, qui per me uobis innotescere potuerunt. Decætero cauete ne uoluptas carnis & gloria temporalis impediāt uobis iter regni cælestis. Nam quid prodest paucis diebus regnare super terram, & regno cælorum æterno priuari? Sed cōfidimus in dño qđ melius facietis: & si uerū est testimoniū quod de uobis perhibet charissimus auunculus meus Andreas, cui multū credimus: & hic & in æternū deo miserante regnabitis, Peregrinis, egenis, & maxime inclusis curā impendite.

quia talibus

Universidad de Deusto

quia talibus hostijs promeretur deus. Scribite nobis frequentius: quia & uobis non oberit: & nobis proderit si esse uestrū & bona studia plenius certiusq; nouerimus.

¶ Ad *Rogerium regem Siciliæ*. *Epistola*. CCVII.

LOnge latecq; satis dilatata est magnificentia uestra super terram. Etenim gloria nominis uestri quos fines non attigit? Sed audite cōsiliū diligentis uos. Studete, qd' in uobis est, hāc ipsam gloriam referre ad illum à quo est: si non uultis eam perdere: aut certè perdi ab ea. Hoc autē sic fiet: si inter eos quos regiæ magnificētiæ celebris opinio euocat de lōginquo, discretionis oculū aperitis: manūq; extēditis nō tam cupidis quàm egenis. Et uerè beatus qui intelligit nō super cupidū, sed super egenū & pauperē. Illū iquā pauperem, qui inuitus petit, & uerecunde accipit, & accipiens glorificat patrē suū qui in cælis est. Cum aūt deo sua gloria de uestro munere ex ore egentium ita fideliter resignabitur: uberiori proculdubio riuo fluat uobis necesse est ille fons gloriæ q diligētes se diligit, & glorificat glorificantes se: ut, qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metat. Pro hmōi obsecro uos ponere oculos uestros supplatorē præsentiū: quē pro certo ad uestrā regiā præsentiā nō cupiditas traxit: sed coegit necessitas. Necessitas dico nō sua, sed suorum: multorū uidelicet à quibus missus est seruorū dei fideliū. Audite patienter quid patiantur. Audite, & cōpatimini: quia si cōpatimini, & conregnabitis. Nec contēnēdū regi regnare cū talibus. Ipsorū est enim regnū celorū, qui contēpserūt uitam mūdi. Facite uobis illos amicos de māmona iniquitatis: ut cū defeceritis à terreno regno uestro, recipiāt uos in suū regnū æternum.

¶ Ad *eundem*. *Epistola*. CCVIII.

SI me quæritis: ecce ego & pueri mei quos dedit mihi deus. Fertur nāq; mea humilitas inuenisse gratiam apud regiam maiestatē: ita ut quærat uidere me. Et quis ego sum ut dissimulem beneplacitum regis? Accurro: & qui quærebar ecce assum: nō in præsentia corporis infirma, in qua despexit dominū hodes: attamē i uisceribus meis. Nā quis me separabit ab his? Sequar eos quocūq; ierint: & si habitauerint in extremis maris, nō erunt absq; me. Habes rex lumen oculorū meorū: habes cor meū, & aiam meā. Quid si modicum nō stri abest? Corpusculū loquor, uile istud mancipiū: quod & si uolumtas exponeret, sed retineret necessitas. Nō ualet sequi uolātē animū: qm infirmū est, & solū penè illi superest sepulchrum. Sed quæ cura? Anima mea in bonis deorabitur: cum' semen meū hæreditabit terrā. Semen meum, semen bonū. Germinabit: si tm in terrā bonā ceciderit. Lætabitur & delectabitur in crassitudine aia mea: quippe (ut cōfido) dabit illi de fructu manuū suarū. Reposita est hæc spes mea in sinu' meo: ut patienter ferā ab his uel corpore separari. Non mireris rex. Antè elegissem à corpore peregrinari, quàm istos emittere: si solus causæ deesset deus. Suscipe illos tāquā aduenas & peregrinos: uerūtn ciues sanctorū, & domesticos dei. Parum dixi ciues: reges sunt. Ipsorū est enī regnū cælorū, iure & meritō paupertatis. Nō decet frustrà è lōginquo esse uocatos: & suis sedibus exules, inutili peregrinatione uagari. Putas poterūt cantare canticū dñi in terra aliena? Sed non rectè fortè dixerim alienā, quæ semini bono spontaneū expādit sinum: & preciosum depositum iam læto in gremio pie fouere suscepit. Cecidit ut uideo, cecidit granū bonū in terrā bonam & optimā: spero in dño q radicabit, germinabit, multiplicabitur, & referet fructū in patiētia. Porrò hūc cum rege partibor: & unusquisq; ꝑm suum laborem accipiet.

¶ Ad *eundem*. *Epistola*. CCIX.

HAbetis quod petistis: fecistis quod promisistis. Quos in uerbo uestro exposuimus & misimus peregrinari: regia sunt liberalitate suscepti. Occurristis eis cum panibus, eduxistis eos in refrigerium, constituistis eos super excelsam terrram: ut comedant fructus agrorum: ut sugant mel de petra, oleumq; de saxo durissimo, butyrū de armēto, & lac de ouibus, & ficus cum medulla tritici, & sanguinē uuæ bibant meracissimum. Et hæc quidē terrena sunt: sed cælestia mercantur. Sic itur ad astra. Talibus hostijs promeretur deus. Istorū est enim regnū cælorū: qui regi terræ, in terræ uiuentium reddere poterunt pro his terrenis uitam & gloriā sempiternam. Misimus uobis magistrum Brunonem, olim mihi per dies multos indiuiduū comitem: nunc autem patrem multarū quidē animarū lætantiū in Christo: sed egētium in sæculo. Experiatur & ipse munificam manū regis: ut augeatur numerus amicorū qui ipsum recipiant in æterna tabernacula. Quod illi facitis, mihi facitis: quia quod illi deest, à me exigitur. At quia marsupiū nostrū minus sufficiens est: ad uestrum sanè quod aliquanto grossius esse liquet, pauperē Christi merito destinare curaui.

¶ Ad *dominum papam Innocentium*. *Epistola*. CCX.

DOminum Samsonem Remensem gloriæ uestræ cōmendamus: non tanquā de cæteris, sed uerè præ ceteris unum. idq; tam secure, quàm securi sumus de sua erga uos fideli deuotione: syncera dilectione: uoluntate subdita atq; obedientissima. Honoretur quoniā uas est in honorem. Sentiat, quod in uobis est, non frustra se honorificare ministeriū suū: non frustra pollere his moribus quibus honoretur deus, ornetur ecclesia: qui deniq; deceant domini sacerdotem.

¶ Ad *eundem*. *Epistola*. CCXI.

DOminus Cantuariensis uir bonus, & testimonium habēs à bonis: iniuste in causam trahitur, & ab agendo uiolēter retrahitur. Parabat iter: nam in uestra præsentia fuerat terminanda: & ecce intercipitur à turbine & tempestate bellorū. Sit excusatus apud uos: cui molesta est excusandi necessitas: tū gaudia præsumit de iustitia: tum quia desiderio desiderabat uidere faciem uestram. Addit & hoc puer uester, ut si qua alia petitio est uenerabilis sacerdotis: tāto citius admittatur, quāto dignior est qui petit. Audeo adhuc: & quia semel cœpi, loquar ad dominū meū. Ille ille antiquus amicus, fidelis seruus, deuotus filius (Robertum loquor Londonē sem episcopū) clamat ad uos, q occupator ille qui eū præuenit in sedem quam deo authore ipse sortit? est, ipsius ecclesiæ uadia terrasq; distraxerit, & distracta restituere nolit. Quod quàm sit iniuriosum, & qualiter corrigēdū: meæ humilitatis non est tantæ sapientiæ prædicare.

¶ Ad *eundem*. *Epistola*. CCXII.

VIr illustris Salamanticensis quondā episcopus, rediens ab urbe: nō pigritauit diuertere ad puerum uestrum: & auxilium ab homūculo flagitare non despexit. Quo audito, recordat? sum prophetiæ dicentis: Montes & colles coram deo humiliabūtur, & erunt praua in directa, & aspera in uias planas. Sic uos ludere nostis, alta comprimere: sedare tumentia: & enormia redigere in mensuram. Veruntamen cum tragœdiæ suæ historiam in auribus meis homo seriatim exposuisset: laudaui iudicem, iudicium approbaui: sed dico uobis compassus sum iudicato. Sic quippe totā suam lachrymosam illam orationem concluſit: tanquam in calce ipsi? diceret cum propheta, Exaltatus autem humiliatus sum & conturbatus: & quia eleuans allisisti me. Cumq; memorarer iustitiæ uestræ, & uirilis animi quem sciebam: cœpi tamen simul cogitare diuitias miserationum uestrarum quas in plurimis expertus sum, & dixi: Quis scit si conuertatur & ignoscat dominus, & relinquat post se benedictionem? Certe, inquā, in omnibus & per oia instructus est & æmulari, & ignoscere, & debellare superbos, & parcere nihilominus subiectis: nisi q magistrum sequens, etiam consueuit mīam superexaltare iudicio. Et acquieui solita illa mea præsumptiōe loqui ad dñm meum: cum sim puluis & cinis. Et ministrabat materiam spei, preci fiduciam, pietati rationē, q aduerterem hominē, nō (ut assolet) uersum in furorem: cum indignatione recedere, & repetere natale solū, molirī scandala, tētare seditiones: sed dedit locū iræ,

Psal. 40. — 2. Cor. 9. — Luc. 16. — 1. Tim. 2. — Luc. 19. — Luc. 23. — Psal. 24. — 1. Cor. 3. — Esa. 40. — Psal. 87. — Psal. 101. — Iobel. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& iuduit ſpiritum mãſuetudínis, & declinauit ad ueſtros Cluniacẽſes: & inclinauit de humiliũ genibus, humilium precib⁹ cõmuniuit, armis potẽtib⁹ à deo. His telis ſtatuit aduerſum uos dimicare, & rigoris murũ oppoſitum ſibi talibus ut iactat pietatis machinis labefactare conabit. Cõfidit autem q̃ reſpicietis in oratione humilium, nec ſperne tis precem eorũ, & uincet pietas quẽ tremunt poteſtates. Ego quoq; ſecurus cũ talibus tendo manus, flecto genua: ſupplico pro ſupplici: audacter pronũcians debere miſero ſuam prodeſſe humilitatem, cui adeò inſolẽtia ſua nocuit: nec decere uirtutẽ uinci à uitio in retributione.

¶ *Ad eundem.* *Epiſtola.CCXIII.*

QVis mihi faciet iuſtitiã de uobis? Si haberem iudicem ad quẽ uos trahere poſſem: iam nũc oſtenderem uobis (ut parturiens loquor) quid mereamini. Extat quidẽ tribunal Chriſti: ſed abſit ut ad illud appellem uos: qui illic ſi uobis neceſſarium, & mihi poſſibile eſſet, uellem magis totis uiribus ſtare, & reſpõdere pro uobis. Itaq; recurro ad eũ cui in præſenti datum eſt iudicare de uniuerſis: hoc eſt ad uos. Vos appello ad uos: uos iudicate inter me & uos. In quo quæſo puer ueſter tam male meruit de ueſtra paternitate, ut eũ inurere & inſignire placeret nota & nomine proditoris? Nunquid nõ me ueſtrũ uicariũ dignatio ueſtra cõſtituit in reconciliatione Petri Piſani, ſi fortè illũ deus per me reuocare à fece ſchiſmatis dignaretur? Si negatis: probabo tot teſtib⁹ quot in curia tunc temporis fuerũt. Nunquid non deniq; poſt hæc iuxta uerbum dñi mei homo in ſuo ordine & honore receptus eſt? Quis nam ergo cõſtantiæ ueſtræ ſuo cõſilio uel magis ſuo dolo ſubripuit indulta repetere: & quæ ceſſere de labijs ueſtris, facere irrita? Et hoc ego dixerim nõ ut apoſtolicũ reprehẽdã rigorẽ, & zelũ igne dei ſuccenſum cõtra ſchiſmaticos, qui in ſpiritu uehementi cõterat naues Tharſis, & inſtar Phinees cõfodiat fornicãtes: iuxta illud: Nõne qui oderunt te dñe oderã, & ſuper inimicos tuos tabeſcebã? Sed ubi nõ eſt par culpa, par planè nõ debet procedere pœna: nec cõuenit eadẽ inuolui ſententia, eũ qui peccatũ, cũ his quos magis pctm̃ deſeruit. Propter eum qui ut peccatorib⁹ parceret, ſibi ipſi non pepercit: auferte opprobriũ meũ: & reſtituendo quẽ ſtatuiſtis, ueſtræ etiã tam ſanæ & integræ opinioni conſulite. Super hoc iã alia uice ſcripſeram uobis: ſed quia nõ eſt reſpõſum mihi: puto nõ peruenit ad uos hoc ipſum quod ſcripſeram.

Pſal.138.

¶ *Ad eundem.* *Epiſtola.CCXIIII.*

SI cura, ſi memoria quãtulacũq; mei extat adhuc in corde domini mei: & ſi qua portiũcula antiquæ gratiæ inuenitur etiã nunc in oculis eius à puero eius: liceat hãc experiri uiro nobili & humili Nicolao Cameracẽſi epõ. Eateor me obnoxiũ illi, & omniũ quæ pro eo facere ualeo debitorẽ: nõ ſolũ quia ubicũq; poteſt honorat nos & noſtros: ſed & propter ueritatem, & manſuetudinẽ, & iuſtitiã: quæ eũ etiã apud uos cõmẽdabilẽ reddere poſſunt. Et (ni fallor) qui eum tribulant, falſi ſunt: & non eſt in ore eorum ueritas, Deniq; uos probabitis, & non eſt mihi uerbis laborandũ ſuper hoc. Eſt præterea cum eo uir religioſus & ſanctus Godeſcalcus abbas montis ſancti Martini: pro quo ſimiliter ſi quid ad merita eius noſtra interuentio addere poteſt: obnixè oro, ut in ſuis petitionibus exaudiatur. Arbitror enim nullam illũ facere quæ non digna ſit exaudiri.

¶ *Ad eundem.* *Epiſtola.CCXV.*

SCribo uobis frequentiſſime uilis uermicul⁹: & in hanc impellor audaciã precibus amicorũ. Fateor audax ſum, ſed non mendax. Non ſuſpicet dñs meus in ore pueri ſui inuentũ iri mendaciũ in omnibus quæ ad ipſum ſcripſerit. Volo amicis gerere morẽ: nõ tamẽ in meã mortẽ. Nec eũ ignoro ubi legerim: Os quod mẽtitur, occidit animã. Falſitatẽ proinde nego: importunitatẽ nõ excuſo: ipſa inueniat ueniã: cætera non timemus. Amicus eſt dom⁹ Altiſſiodorẽſis epũs, & præcipuus. Quis neſciat: Habet quã cõmunicet amico anxietatem, non falſitatem. Fidelem pro decano ipſius affirmo excuſationẽ, abſolutionẽ exigimus. Filij ſumus uiui patris (quod ſolita præſumptione loquor) qui eſtis uere Chriſtiani fidimus quia non repellet filios pater: ſed uoluntatem timentium ſe faciet, & deprecationem eorum exaudiet, & ſaluos faciet illos.

Sapiẽ.1.

¶ *Ad eundem de comite Radulpho, & uxore eius.* *Epiſtola.CCXVI.*

SCriptum eſt: Quod deus coniunxit homo non ſeparet. Surrexerũt uiri audaces qui nõ timuerunt coniunctos à deo: contra deum diſſigere. Neq; id ſolũ, inſuper & adiecerunt coniungere non coniungendos: addentes præuaricationẽ. Lacerantur ſacra eccleſiæ, ſcindũtur prohdolor ueſtes Chriſti: ſicq; ad cumulũ doloris, ab his à quib⁹ reſarciri debuerãt. Amici tui deus & proximi tui aduerſum te appropinquauerunt, & ſteterũt. Nam qui mãdatũ tuũ trãſgrediũtur, non ſunt alieni, nõ ſunt extranei à ſanctuario tuo: ſed eorum locum tenent quib⁹ dixiſti: Si diligitis me, mandata mea ſeruate. Comitem Radulphum & uxorẽ eius deus cõiunxerat: miniſtros eccleſiæ, & eccleſia per deum, qui dedit poteſtatem talem hominibus. Quomodo quos eccleſia coniunxit, diſiunxit camera? In quo facto illud ſolum conueniens prouiſum eſt q̃ in tenebris facta ſunt opera tenebrarum. Qui enim male agit, odit lucem, & non uenit ad lucem ne non arguant opera eius à luce. Quid meruit comes ſuo baldus? Quid peccauit homo ille? Si peccatum eſt q̃ fugit iuſtitiam, & odit iniquitatem, non poteſt excuſari. Si peccatũ eſt q̃ reddit regi quæ regis ſunt, & quæ ſunt dei deo, non poteſt excuſari. Si archiepiſcopũ Bituricenſem ſuſcepit ad imperium ueſtrum: hoc eſt maximũ & primum peccatũ. En ſanguis iſte de manu eius exquiritur. Qui temere buunt mala pro bonis, detrahunt ei: qm̃ ſequitur bonum. Multi clamant ad uos in toto corde ſuo, ut inuadant filij ueſtri, & oppreſſionẽ eccleſiæ digna animaduerſione mediceris, & artifices huius ſceleris, cũ ipſo eorum capite cal quicquid libuit licuit, apoſtolico uigore coerceatis, ut in uertícem ipſius iniquitas eius deſcendat.

¶ *Ad eundem.* *Epiſtola.CCXVII.*

TRibulatio & anguſtia inuenerunt nos. Contempta eſt & contremuit terra in mortibus hominum, in exilijs pauperum: diuitum quoq; uincula & carceribus. Ipſa religio uenit in opprobrium & contemptum. Probro ducitur apud nos ſaltem mentiri facere pacis. Nuſquã fides, nuſquã innocentia tuta. Auctor innocentiæ, & pietatis cultor comes Theobaldus ponè traditus eſt in animam inimicorũ eius. Impulſus eſt ut caderet, ſed dominus ſuſcepit eũ: & gaudet quòd iuſtitia & ueſtra obediẽtia in cauſa ſit: apoſtolo acquieſcente qui ait: Si quid autem patimini propter iuſtitiam: beati. Et in euangelio: Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam. Væ nobis, hæc omnia præſentire, ſed minime precauere potuimus. Quid plura? Vt non penitus deſolata terra, & omne regnum in ſeipſum diuiſum concideret cõpulſus eſt ille deuotiſſimus filius ueſter, & eccleſiaſticæ libertatis defenſor, ſub iureiurando promittere quatenus ſententiam excommunicationis à legato ueſtro bonæ memoriæ magiſtro Iuone datam in terram & perſonam illius teri tyranni qui caput & author extitit horum omnium malorum & dolorum, atq; in ipſam adulteram, facere ac mouerí. Quod ſanè tamen præfatus princeps fecit prece & conſilio nonnullorum fidelium ſapientumq; uirorum. Dicebant namq; id à uobis facile & abſq; læſione eccleſiæ impetrari: dum in manu ueſtra ſit eãdem denuo ſententiam quæ iuſte data fuit, incontinenti ſtatuere, & inuiolabiliter confirmare: quatenus & ars arte defundatur, & pax proinde obtineatur: & qui gloriatur in malitia, & potens eſt in iniquitate: nihil inde lucretur. Multa habeo dicere uobis, ſed non eſt opus de omnibus ſcribere: cum præſens ſit qui omnia ſcit, & uiua uoce planius poteſt & plenius aperire.

¶ *Ad eundem*

¶ *Ad eundem excusatoria, & nouissima.*

Epistola. CCXVIII.

Omino & patrí reuerēdíssimo Innocentío. B. nihilū íd qđ est. ¶ Putabam me aliqñ aliqd uel modicū esse: sed nūc (ut sentio) prsus ad nihilū redact⁹ sum dū nescíui. Nec eñ me díxerim omnino nihilū tunc fuísse cum oculi dñi mei super puerum suū essent, & aures eius ad preces meas: cum omne quod scríberem, obuijs manibus accepísset, & uultu hílarí perlegísset, benignissime atq; plenissime ad omnia postulata respondens. Modo autem me meritò non modicū dico, sed nihilū: qñ ab heri & nudíusterti⁹ auertit faciē suam à me. Cur hoc? Quid peccauí? Multū fateor: si pecunía cardinalis Iuonis bonæ memoriæ meo arbitrío distríbuta fuit, & non ad nutum ipsius: quod utiq; ad aures dñi mei fuisse perlatū, míhi relatum est. Sed confido quia nūc huius rei ueritatem cognoscetis: & ueritas liberabit me. Nō sum tam hebes, ut ignorem ecclesiæ esse, quícquíd ille rerum suarum non dederit. Sed iam audite simpliciter ueritatem. Si inuentum fuerit in ore meo mendaciū: ipsum os meum condemnabit me. Qñ homo exuit hominē, absens eram: imo & ualde remotus. Audiui aūt ab his qui affuerunt, q; ipse fecerit suum testamentū: & quod fecit, fecit & scríbi: & de rebus suis quæ uoluit qbus uoluit ipse diuisit: quod residuum fuit, duobus abbatibus assistentibus tūc sibi, & míhi pariter qui absens eram, diuidendum commísit: eo q; nobis nota essent loca pauperiora sanctorū. Porrò abbates illi domum uenientes, & non inuenientes me (detinebar enim tunc temporis ex uestro mandato pacis quærendæ negocijs) nihilominus pecuniam sicut eis uisum est, diuiserunt: me non solum non cōniuente, sed & nescíente quid fecerint. Cedat iam si placet manifestæ indignatio ueritati: nec míhi deinceps frōs rugetur, aut supercilium deponatur: sed solita redeat serenitas blādo & benigno uultui: ac suo denuo sole læta facies induatur. Nam q; ítem comperi displicuisse me in multis scriptitationibus meis: hoc me iam metuere non oportebit: qm facile emendabo. Scio scio præsumpsi plusquam oportuit: parum attendens quis cui scriptitare præsumerem: sed ad id quidem audendum uestra me armarat benignitas: non negabitis. Vrgebat deinde charitas amicorum: etenim perpauca pro me scripsi, si bene memíni. Sed ne qd nimis. Dabo si potero zelo meo decætero temperamētum scientiam: & ponam dígitum meum super os meum. Tolerabilius eñ offendā aliquos amicorū, quàm multis precibus defatigem christum domíni. Et nunc quoq; non sum scribere ausus uobis de imminentibus ecclesiæ periculis, & graui schismate quod timemus: ac plurimis quæ sustinemus incommodis. Scripsi aūt sanctis episcopis uestro lateri adhærentib⁹: ab ipsis audire poteritis, si scire placuerit: quæ scripserim ego.

¶ *Ad quatuor episcopos curiæ, Albericum hostiēsem, Stephanum prænestinum, Ignarum Tusculanum: & Gerardum cancellarium.* Epistola. CCXIX.

Quantum malū schísma in ecclesia sit, & quàm sit detestandū, & oīmodis deuitandum: euidenter quōdam ostēdit famosa & horrēda mors uiroꝝ illorum quos ob ístiusmodí pestem terra deglutiens: uiuos transmisit ad inferos. Ostendit & illa persecutio Guíbertina, siue Burdíni temeritas quos nostra iam tpa experta sunt inter regnū & sacerdotiū diuidentes plaga penè incurabili, & castigatione crudelí. Ostendit & illa quæ nuper adhuc post multā & multifariā ecclesiæ uexationē & uastationē, tādem deo míserante finem accepit rabies leonína. Merito proinde saluator in euāgelio, Væ, inquit, homíní illí per quem scandalum uenit. Væ nobis qui uiuimus: plangere quæ pertulimus: dolere quæ sentímus: timere q̄ expectam⁹. Et quod peius est, ad tam malū habitum humanæ res deuenerunt: ut nec rei humiliarí uelint, nec iudicem misereri. Dícimus íniquis: Nolite íníque agere, & delinquentibus: Nolite exaltare cornu: & nō audíunt nos: quía domus exasperans est. Supplicamus his quorum est peccata arguere, peccātes seruare: ne calamū quassatum conterant, & linum fumígans non extínguāt: & magis in spíritu uehementí conterunt naues Tharsis. Sí denuncíamus filijs cum apostolo, ut obediāt patribus per omnia: quasi aerem uerberamus. Sí patrib⁹ loquímur ne ad indignationē prouocent filios: in nos potíus eorū indignationem prouocamus. Nec delinquentes satisfacere: nec rectores seu correctores cōdescendere ullatenus acquíescunt. Omnes suum stomachum sequūtur: & totis uíribus funē in díuersa trahentes, rumpūt. Heu necdū recēti ecclesiæ plagæ cicatrix occalluit: & rursum scíndere parant: rursus corpus Xp̄i affigere cruci: rursus fodere lat⁹ ínnoxium: rursus uestímēta díuidere: atq; ípsam quod in ípsis est tunicā inconsutilē (quāuis frustra) dírūpere satagunt. Sí qua in nobís sunt uíscera pietatís, tantís uos opponite malís: ne in illa præcípue terra scíssura fiat, in qua solēt (sicut optíme nostís) scíssuræ aliæ resarcírí. Nā si auctor scādalí, ore singulariter iudicís tremēdo addicit maledícto: qbus putam⁹ benedictionib⁹ dignos huius neqtiæ fugatores & propugnatores? ¶ De duob⁹ nō excusamus regem. Nam & iurauit illícite, & perseuerat iniuste. Verū íd non uoluntate: sed uerecūdía. Nā probro ducit, sicut optíme nostís, apud Francígenas iuramētum soluere: quālibet male publice iuratū sit: quāuis nemo sapiens dubítet illícita iuramenta non esse tenēda. Veruntamē ne in hoc quidem excusarí posse fatemur. Neq; eñ excusare nos: sed uenīā postulare suscepímus. Vos uídete an excusare aliquatenus eū possit ira, ætas, maiestas. Poterit sine dubío: si mīam iudício supexaltandā decernatís: quaten⁹ uídelícet talís aliqua cōsideratio in rege & puero habeatur, ut hac ei uíce tali qdē tenore parcatur: quo tale aliqd decætero non p̄sumat. Parcatur sanè díxerim: si fierí possit salua in oībus ecclesiæ líbertate, simul & archiep̄o debíta uenératione seruata: quem manus apostolica consecrauit. Hoc ípe rex humilíter petit: hoc nostra uniuersa cítra montana nímium iam afflícta ecclesia supplíciter deprecatur. Alioquín damus manus mortí, tabescentes & arescētes præ timore & expectatione q̄ superuenerunt uniuerso orbí. Siquidē deprecatio mea super hoc ab anno priore, & peccatís meís exigentib⁹ deprecationē meā nō exaudítio, sed índignatío: índignationē aūt desolatío penè uniuersæ terræ secuta est. Sí quíd zelo urgente erupít quod non fuit aut secus quàm fuit dícendū: sit quæso apud uos quasi non dictum. Vbí uerò díxí quod oportuit, & ubí oportuit dící, sit non frustra dictum.

Luce. 17.

Psal. 74.

¶ *Ad Ludouicum regem Francorum, unde supra.*

Epistola. CCXX.

Líbēter quídem, sicut ípse fateri dígnamíní etiā propría attestante conscientía: quæ ad honorē uestrum, & regní uestrí utílitatem spectāt, pro nostro exíguo posse & quærímus, & quærem⁹. Cæterum quod nostræ humilitatí querímíní super anathemate mox innouando in comitē Radulphū: & uultís me dare operam ommímodís ut non fiat, ob multa mala quæ secutura inde putatís: prorsus non uídeo quomodo ímplere possim, & mandato obuíare apostolíco. Quod & si possem: non uídeo q; rationabíliter possem. Doleo quídem de malís si inde ꝓueníant: sed non ídeò tñ debemus facere mala ut ueníant bona. Satíus tutiusq; hoc totum profecto oīpotentís dei iudício & dispositioní relinquímus: quí pōt facere ut & bona quæ ípse uult fierí fiant, & & maneant, & mala quæ malí molíūtur, nō ueníāt: aūt certè in eos ípsos potíus q ea uolūt & q̄runt, ueníant. Valde aūt cōtrístat me unū quod in líterís uestræ celsitudínís cōtínetur: q; uídelícet debeat obuíare res ísta pací factæ inter uos & comitem Theobaldum. An nescítís uos grauiter offendísse in eo q; comes Theobaldus uíolentia guerræ uestræ contra deum & iustítíam iurare compulsus est non solum quía quæreret: sed etíam quia efficeret ut præfatus comes Radulphus & terra eius tam indebíte, imò

tam illicite absolueretur. Quid iterum ultis peccatū pec cato addere: & irā dei super uos (quod absit) accumula re: Quid peccauit comes Theobaldus, ut iram uestrā rur sum incurrere mereatur: qui & absolutionem comitis Ra dulphi licet insustā (sicut scitis) tāto labore & difficultate obtinuit: & rediuiuā excōicationē quāuis iustissime re deuntē nec quæsiuit nec quærit: utpote quod timore ue stro etiā abiurauit? Nolite quæso nolite dñe mi rex, regi uestro (imò oim cōditori) tā euidēter in suo regno & in sua possessione audere resistere: & manū extendere tā fre quēti & temerario ausu aduersum terribilē eū qui aufert spiritum principū: terribilē apud reges terræ. Acriter lo quor: quia acriora uobis formido: quod nō ita uehemen ter timerem, nisi uos uehementer diligerem.

¶ *Ad eundem unde supra.* *Epistola.* CCXXI.

SCit deus quantum uos ex quo noui, dilexi, & uestrū honorē uolui, scitis uos quanto labore, quātaq; solicitudine, toto anno præterito quæ rendæ pacī uestræ intendi: unà cum aliis fideli bus uestris. Timeo aūt ne sine causa laborauerimus in uo bis. Vos namq; (ut manifestum est) à bono & sano cōsilio quod acceperatis, nimiū cito nimiumq; leuiter resilitis: & ad mala priora quæ dudum non immerito perpetrasse uos plangebatis, adhuc recentibus illis plagis, rursum ut audio nescio quo diabolico consilio festinatis. A quo em̄ nisi à diabolo, procedere hoc consiliū dixerim: p qđ fit ut in cēdiis incēdia, homicidiis homicidia addātur: clamor de nuo pauperū, & gemitus cōpeditorū, & sanguis interfe ctorū, auris? ptonent prīs orphanor̄, & iudicis uiduar̄. Planè his hostiis hostis ille antiquus nostri gn̄is oblectat: qm̄ ipse homicida est ab initio. Et nolite frustra occasionē Ioan. 8. sumere de comite Theobaldo ad excusandas excusatiōes in pctis: cū uir ille paratū se dicat: & hoc oimodis deprece tur, uenire ad cōuētiones quæ inter uos cucurrerūt qn̄ fa cta est pax, & secundū iudicium diligentiū nomen uestrū (eor̄. s. qui mediatores inter uos extiterūt) per omnia sa tisfacere uelit: ut si p̄uaricationis fortè ab ipsis arguí pote rit, quod nō existimat, cōtinuo ad honorē uestrū corrige re non cunctetur. Verū uos nec uerba pacis recipitis: nec pacta uestra tenetis: nec sanis cōsiliis acqescitis: sed nescio quo dei iudicio, oīa uobis ita uertitis in puersum, ut pro bra honorē, honorē, pbra ducatis, tuta timeatis, timenda cōtēnatis: & qđ olim sancto & glorioso regi Dauid Ioab legitur exprobrasse: diligitis eos qui uos oderūt, & odio habetis qui uos diligere uolunt. Neq; em̄ quos instigant priorē iterare malitiā aduersus nō merētē, q̄rūt in hoc ho norē uestrum, sed suū cōmodū: imò nec suū cōmodū, sed diaboli uolūtatē: ut regis (qđ absit) potentiā cōcepti fu roris habeant effectricem: quē suis se posse adimplere ui ribus non confidunt: inimici coronæ uestræ: regni mani festissimi turbatores. At qcqd uobis de regno uestro, de aīa & corona uestra facere placeat: nos ecclesiæ filiꝫ, mīis iniurias, contemptū & conculcationem oīno dissimulare non possumus: q̄ illi præter illa q̄ in eam iam p̄cessisse mise rabiliter plangimus: iterū de nouo partim inferri, partim immínere sentim?. Profectò stabimus & pugnabim? usq; ad mortē si ita oportuerit, pro matre nostra: armis qbus li cet: nō scutis & gladiis: sed precibus fletibusq; ad deum. Et ego quidē qui me memini præter quotidianas preces quas p̄ pace & salute uestra atq; regno corā dño supplex ipso teste fundebā, etiam apud sedem aplicam līis & nun ciis causam uestrā egisse: fateor usq; penè ad propriæ con scientiæ læsionē: & ipsius summi pōtificis iustā (quod diffi teri nō debeo) contra me indignationē, ego, inquam, assi duis uestris que innouare quotidie nō cessatis excessibus prouocatus: dico uobis, incipio pœnitere super insipientia mea priori, qua plus iusto uestræ adolescētiæ hucusq; fa ui: & decætero pro mea exiguitate nō deero ueritati. Nō tacebo q̄ cum excommunicatis iteratò fœdus & societa tem inire satagitis: q̄ in necē hominum, combustionē do morum, destructionem ecclesiarum, dispersionem paupe rum: raptoribus & prædonib? (sicut dicitur) adhereatis: iuxta illud prophetæ: Si uidebas furem, currebas cū eo: & cum adulteris portionem tuam ponebas. Quasi nō fu tis per uos mala facere ualeatis. Nō silebo q̄ illicitū illud maledictumq; iuramentū inconsultissime usurpatum uo bis contra Bituricensem ecclesiā (pro quo heu tot & tāta mala iam nunc merito prouenerūt) non ita tandē corrigi tis, ut Xp̄i ouibus apud Cathalaunū pastorem p̄fici non sinatis: insup & fratri uestro, eiusq; mīstitib? sagittarijs, bu listarijsq; domos epales contra ius & phas inhabitandas, & res ecclesiæ in hmōi nefarios usus, pfligandas: audaciæ nimium exponitis. Dico uobis: non erit diu inultū si hæc ita facere pgitis. Et ideò dñe mi rex amicabiliter moneo uos, & fideliter cōsulo uobis, ut citius ab hac malitia desi statis: si fortè iā ferire parātis manū Ninuitæ regis exem plo, pnia & hūilitate p̄uenire possitis. Durè loquor, qui duriora uobis formido: sed memētote à sapiēte dictū, me liora esse uerbera amici: quàm fraudulēta oscula inimici.

¶ *Ad Ioslenum Suessionensem epm: & Suggerium abbatem sancti Dionysij.* *Epistola.* CCXXII.

SCripserā regi arguens eū super malis q̄ fiunt in regno ei?, ipsi? (sicut dicitur) assensu. Et quod rescripsit, dignū duxi uobis qui de cōsilio eius estis, insinuandū. Miror em̄ si ita credit ut lo quitur: & si nō credit, quō conscio mihi utiq; omniū (sicut sci tis) quæ ad pacem reformandam facta fuerunt, ista perfi dere conaf. Ait em̄, sicut potestis uidere in literis eius (cū male seruata ex parte comitis pacta conaretur ostēdere) Adhuc suspensi manent epi nostri: adhuc terra nīa inter dicta est. Quasi uerò cuiusquā ecclīastici absolutio inter dicti ad comitē Theobaldū pertineat: aut hoc ipse aliquo mō pepigerit se facturū. Illusus est (ait) comes Radulph?: & iterū relīgatus est. Et hoc quid ad comitē Theobaldū? Nónne quicquid de hac re promisit, fideliter elaborauit, & efficaciter adimpleuit? Ille uerò deprehensus est in mali tia sua, & cecidit in foueā quā fecit. Ens est hoc totū ut ir rita faceret rex pacta sua quæ distinxerūt labia uestra? ha propter hoc decuit incandescere iram regis cōtra deum & ecclesiam eius: cōtra seipsum & regnū suum: Iūne pro pter hoc debuit oblīuiscī honoris sui: ut ad debellādū ho minem suum, quem nō dico diffidauerat, sed nec subme nuerat uel posuerat ad rationē: mitteret fratrem suū, ido per Cathalaunū: de qua potissimū ciuitate scitis quid rex cū comite Theobaldo pepigerit. Sed rex adhuc aliud ad dit, q̄ matrimoniis sibi molíatur coniungere cōtra eius de lītatē comitē Flandrensem & Suessionensem. Et de fide lítate quidē suspicio est, non certitudo. Porrò imanes su spiciones certis pactionibus præiudicare: quale sit, uos vi derītis. Quanquā id omnino credendū non fuerit de uni uiro. Nunquid enim hostes sunt regis quib? alligatur co mes, & non magis hoīes eius, & eius amici? Nónne cōsan guineus regis, & sicut fatetur, baculus regni comes Flan drensis est? Quid ergo cōtra regis fidelitatē facit eius ho mo, & fidelis ipsius, si aliis eius amicis, suorum matrimo niis copulat? Nónne si qs simplici oculo rē ut est cōsidera ret: magna potius pax regni, magnumq; robur, & magna posset putarí securitas? Illud autem miror quō rex dicere nō timuerit: cognoscere se qa nouerim ego comitē Theo baldum in partē suā cōtra regem, comitē Radulphum ha here attentasse. Nam & uiua uoce nuncio nostro plus di xit quàm scripserit: q̄ mādauerim sæpi? dicto Radulpho maximam partē peccatorū eius me suscipere, si uellet co mitī Theobaldo adhærere. Si natus est homo ille per quē ista mādauerim: ueniat & arguat me palam. Si scripsi, ipse proferat in medīū. Viderit ipse cui crediderit: certē ego sum qa nūquā nouerim qđ imponit. Idem arbitror & de comite Theobaldo: qa & ipse oīmodis diffitetur. Videat proinde deus & iudicet: quod nunc de suspicione comes Theobaldus arguitur ab eo qui manifeste contra pactio nes suas ip̄m sibi attraxit comitem Radulphum, cōtra dei præcepta, contra sententiam summi pontificis, adulterio & excōmunicato

& excõmunicato cõsecans. Ait quoq; rex: Penè habuimus duos grauissimos oppugnatores. Et ꝓpheta subsannans, respondet: Ibi trepidauerunt timore, ubi non erat timor. Ecce, inquit, oppugnamur, q̃ non oppugnauimus: persecutionẽ patimur, q̃ nõ persecuti fuimus. Quis oppugnat obsecro: qs oppugnat: quisue persequit? Nónne comes obsecrat & humiliat: honorare paratus ut regẽ: seruire & obsequi tãquã dño suo: obnixe pro pace supplicãs: & bonã regis, quod in se est, sibi cõciliare satagens uolũtatem? Esto q̃ non sit ita, sed magis comes regi mala oĩa molia-tur: nónne ad id qđ statutũ fuisse scitis, fuerat recurrẽdũ? Sic eñ inter se pepigerũt, ut si qua de cõuentionibus illis controuersia aut dissensio nasceretur, nihil mali sibi inui-cem facerent aut q̃rerent: donec coram nobis tribus pariter & dño Altissiodorensi uentilata res esset atq; discussa: qui & tunc mediatores fuimus: & si qd emergeret cõtro-uersiæ, debuimus esse reconciliatores. At id modo oĩmo-dis comes flagitat: sed rex abnuit. Deniq; esto q̃ oĩno ma-le meruit comes: sed ecclesia dei qd meruit? Quid, inquã, meruit, nõ iam sola Bituricensis ecclesia: sed & Cathalau-nensis etiã & Remensis, etiã & Parisiensis? Habeat rex ad-uersus comitẽ ius: sed de quo iure obsecro de q̃ iure præ-sumit ut ecclesiarũ possessiones & terras deuastet, ut Xp̃i ouibus pastores p̃fici non permittat, ut his quidẽ electo-rũ promotionẽ ꝓhibeat: alijs uerò (qđ hacten⁹ inauditũ est) dilationẽ electiõis indicat: donec uniuersa cõsumpse-rit, donec diripuerit pauperũ facultates, donec penitus desoletur terra? An uos ei consulitis talia? Mirum ualde si cõtra uestrũ consiliũ fiunt hæc: mirũ magis & malum si uestro cõsilio fiunt. Eteñ consulere talia, manifeste schis-ma fabricare est: deo resistere: ecclesiã ancillare: & nouam in seruitutẽ ecclesiasticã redigere libertatẽ. Si quis dei fi-delis, si quis ecclesiæ filius est: profecto stabit & opponet se quoad poterit murũ pro domo dei. Nã & uosipsi si pa-cẽ desideratis ecclesiæ, sicut oportet filios pacis: quomo-do non dicam tractatis ea: sed uel interestis consilijs tam malignis? Quicquid enim mali fecerit: meritò nõ regi iu-ueni: sed consiliarijs senibus imputatur.

¶ *Ad eũdem Suessionensem durissime rescribentem ei: ita ut hæc fuerit salutatio: Salutem in dño, & non spiritum blas-phemiæ.* Epistola. CCXXIII.

MInime quidem ego spiritũ blasphemiæ habere me arbitror, sed nec cuiquã maledixisse aut ma-ledicere uelle me scio: principi præsertim ppli meí. Cæterũ qcqd illud sit quo se læsam uestra 1.Cor. 4. dignitas iudicat: peto ueniã. Scio eñ q̃ dixit, Blasphema-Iob.39. mur: & obsecram⁹. Dico ergo cũ beato Iob: Quæ locut⁹ sum, utinã nõ dixissem: & ultra nõ addã. Iam dño abbati sancti Dionysij pro cõi q̃rimonia scribẽs: utriq; uestrum responderam, & putaueram me fecisse satis. Et quoniam, ut uideo, nondum quieuit indignatio uestra, quæ forsitã aduersus ecclesiæ coculcatores iustius incanduisset: etiã uobis dico, schismaticos uos aut fomitẽ esse scandali, nec dixi, nec scripsi, nec credidi: & dico securus: nec uereor q̃ me mea pagina arguat mendacij. Scrutamini eam si pla-cet: & si ita inueneritis, reum me fatebor grandis sacrile-gij: & reuera sicut notatis, spiritu blasphemiæ agitatũ illa scripsisse. Ne tñ humilis satisfactio spiñ uideatur exclude-re libertatis, doluí fateor & doleo q̃ nõdum ea uos liber-tate qua deceret comperimus Christi ulcisci iniurias: ec-clesiæ defendere libertatẽ. Dolor iste compulit me scribe-re dura: nõ tamen illa quæ impingitis. Putaueram siquí-dem, & adhuc putarem, nisi timerẽ uobis in hoc esse mo-lestus: nequaquam sufficere q̃ schismatis nõ estis autho-res: nisi & eos qui sunt, cuiuscunq; dignitatis sint, tota li-bertate pro uiribus coerceatis: & eorũ consilium atq; cõ sortium execretis. Putarem, inquam, gloriam uobis esse, Psal.25. si dicere possetis & uos: Odiui ecclesiam malignantium: & cum impijs non sedebo. Nũquid solum decebat zelus ille prophetam, & nõ hodie quoq; à domini sacerdote re Psal.138. quirit: de quo dicebat: Nónne qui oderunt te dñe oderã, & super inimicos tuos tabescebam? Optarem sanè (& sal-ua uestra serenitate id quoq; eloquar) hũc zelũ uos exer-cuisse in puerũ regẽ: qui nõ tã pueriliter quàm crudeliter sine causa irrita fecit & uestra sanè consilia, & sua pacta: si-ne causa regnum suũ conturbat: bella ubiq; cælis terrisq; suscitat: ecclias uastat: sacra temerat: exaltat iniquos: bo-nos persequitur: perimit innocẽtes. Hæc, inquã, uellẽ uos dolere: his cõtradicere & resistere, quod in uobis est. Sed meũ non est magistrũ docere Ioslenũ, minus aũt reprehẽ dere eũm, q̃ magis me & alios peccãtes redarguere, & er-rantes corrigere debet. En quantum uos timeo. Clausam habetis epistolã: qui de priore aperta male suspicat⁹ estis. Nam ego qui dẽ nihil in hoc aliud cogitaui: nisi q̃ ad di-uersos scribẽtem necesse est iuxta consuetudinem epl'am cera non claudere. Iam & pro hoc quoq; ueniam peto.

¶ *Ad Stephanũ prænestinũ eũm.* Epla. CCXXIIII.

IOquit Hieremias ad deũ pro aduersarijs suis ita dicẽs: Recordare dñe q̃ steterim in cõspe- Hiere.18. ctu tuo ut loq̃rer p eis bonũ, & auerterẽ indi-gnationẽ tuã ab eis. Et infert: Propterea (in-quit) da filios eorũ in famẽ: & deduc eos in manus gladij. Et adhuc alia in hũc modũ æque grauia imp̃cat illis. Qđ propterea nũc apud uestrã reuerẽtiam memorãdũ puta-ui: q̃m simile mihi aliqd cũ propheta uideo accidisse. Vos enim scitis qũo ego quoq; pro rege steterim in conspectu dñi mei: corpore qdẽ absens, sed præsens spũ: ut loquerer pro eo bonum. Bona siquidem pollicebatur. Nũc autem ipso reddẽte pro bono malũ: cogor cõtraria scribere. Pu det erroris, & falsæ spei quã de eo conceperã: & gr̃as ago q̃ pro eo simpliciter supplicans nõ fuerim exauditus. Pu tabã me deferre regi pacifico: & ecce inuenior grauissimo hosti ecclesiæ assentasse. Conculcant apud nos sctã, eccle-sia turpiter ancillatur. Nã & electiones eũdem ꝓhibent fie ri: & ubi id præsumptũ à clericis fuerit, electus episco-pari non sinitur. Deniq; sedet in tristitia ecclesia Parisien-sis, proprio destituta pastore: & nemo qui de substituẽdo alio mutire audeat. Non sufficit spoliari bonis præsenti-bus domos episcopales: etiam in terras & in hoies man⁹ sacrilega circũquaq; desæuit: totius insuper anni ex eis si-bi redditus uendicando. Vestra Cathalaunensis fecit qui-dem electionẽ, sed qui electus est, ecce iam diebus multis debito honore frustratur: & scitis quàm non absq; grauí gregis dñici detrimento. Commisit rex germano suo Ro-berto uices episcopi: & ille in cunctis terris rebusq; eccle-siæ potestatiue uersans, & prouice sua ubiq; haud segni-ter agens, infert cælis quotidianas hostias, non planè pa-cificas, clamores pauperũ, lachrymas uiduarũ, planctus orphanorũ, gemitus cõpeditorũ, & sanguinẽ interfecto-rum. Verum angustus est malitiæ eius ille episcopatus. Re mẽsem inuadit, atq; in terra sanctor̃ iniqua gerit: nõ cleri cis, non monachis, non sanctimonialibus parcẽs. Deniq; sanctæ Mariæ, sancti Remigij, sancti Nicasij, sancti Theo-dorici terras fructiferas & uillas populosas ita in ore gla-dij deuastauit: ut penè in solitudinẽ redegerit uniuersas. Frequẽs in oĩm auribus uox, hæreditate possideam⁹ san- Psal.82. ctuariũ dei. Sic rex emẽdat quod in ecclesiã Bituricẽsem, herodiano iuramento commisit. Præterea rex nobis quí-dem non parum laborantibus, pacẽ cũ comite Theobal-do fecerat, firmæ ut putauimus amicitiæ fœdus inierat: & ecce occasiones q̃rit qũo recedat ab amico. Atq; hoc grã-de crimen qđ impingit comiti: quia cũ baronibus regis, de liberis suis contrahit matrimonia. Suspecta est illi dila tatio charitatis: nec se putat regem, si se amauerint princi-pes. Conijciat prudẽtia uestra quid animi erga subditos gerat, qui de odio atq; discordia si fuerit inter suos, se æsti mat fortiorem. Videat & perpendat si est hic homo à deo, qui in suorũ magis mutua simultate quàm charitate con-fidit, cũ charitas sit deus. Quod minime faceret si sapien- 1.Ioan.4. tiam illi⁹ haberet qui ait: Fortis est ut mors dilectio: dura Cant.8. sicut infernus æmulatio. Præterea ergo pacis cõuentio-nes & constitutiones manifeste transgreditur: nec tenet

pacta sua, q̃ distinxerũt labia sua. Denicꝫ reuocauit in domũ suã & ad consiliũ suũ uirũ adulterũ & excõicatũ, quẽ ex cõstituto eiecerat: & p exercenda maiori malitia, aliis multis nequã æque excõicatis, periuris, incẽdiarijs, homicidis, rex & aduocat⁹ ecclesiæ aduersus eccliæ (qđ nõ est dubiũ) amatorẽ & defensorẽ denuo sociat: iuxta illud pPsal. 49 phetæ: Si uidebas furẽ, currebas cũ eo: & cũ adulteris portionẽ tuã ponebas. Ad hæc cogit suo more eꝑos ad maledicendũ bñdicendis, & iterũ bñdicendũ maledicendis & qñ nõ obtemperat pro suo libitu sibi, circuit mare & aridam ut inueniat iuratores, quorũ periurijs quos fortassis deus coniungit, per hoies separarent. Qua frõte obsecro tãtopere alijs ꝓscribere de cõsanguinitate laborat, homo cum sua (quod palã est) tertio cõsanguinitatis gradu fermè pmanes cõsobrina? Et quidẽ inter filiũ comitis Theobaldi, & comitis Flãdrẽsis filiã: & itẽ inter comitẽ Suessionensem, & filiã comitis Theobaldi, si cõsanguinitas sit nescio (scienter eñ illicita matrimonia nec laudaui unquam nec laudo) sed sciatis uos, & sciat dñs meus, phibere hoc nuptias (si quo mõ coniungi phas fuerit) exarmare ecclesiã est, & multã illi subtrahere fortitudinẽ. Nec aliã puto aduersantiũ ipsis nuptijs intentionẽ, nisi ut in terris præfatorũ principũ nõ possint habere refugiũ quicũqꝫ audebunt contradicere schismati qđ minantur. Hucusqꝫ zelus meus. Nõ possum eñ ego emendare qđ potui redarguere: potui & cõmonere eum q possit. Zelus dñi mei faciet hoc. Ipsum duxi necessariũ in magno ecclesiæ labore atqꝫ periculo cõpellandũ, & p nullũ dignio⁹ quàm per uos qui eius lateri & spiritui adhæretis. Apud quẽ quæso habete me excusatũ q̃ rege mutato mutauerim stilũ, qui ad ipm
Psal. 17. deum dei prophetam dixisse scitis: Cum uiro innocente innocens eris, & cum peruerso peruerteris.

¶ *Ad episcopum Suessionensem pro pace.*
Epistola. CCXXIIII.

LAborauim⁹: sed de profectu adhuc q̃stio est. Seminauim⁹ multũ: sed intulimus parũ. Fatemur nos eguisse uestra opa & p̃sentia. Verũ q̃ eã nõ requisiim⁹ in tãta necessitate, p amicũ cõem sancti Dionysij abbatẽ docebimini. Nunc itaqꝫ ne decætero dissimuletis, sed ꝑm sapientiã uobis à deo datã studeatis q̃ ad pacẽ sunt, monemus sanctam solicitudinẽ uestrã. Nam rogandus nõ estis pro tali re, qua utiqꝫ constat nõ modo ualde honorificari ministeriũ uestrũ, sed & turpari admodũ si negligitis. In indicta celebritate apud sanctum Dionysium speramus uidere uos.

¶ *Ad Ludouicum regem Francorum, unde suprà.*
Epistola. CCXXV.

LVdouico dei gra illustri regi Francoꝝ, & duci Aquitanoꝝ, Hugo Altissiodorẽsis qualiscũqꝫ minister, Bernard⁹ Clareuallis abbas, diligere iustitiã, & indicare terrã sapienter. ¶ Diu est q egressi de domib⁹ nostris, expositis ꝓpriis utilitatib⁹ pro pace uestra & regni, fideliter (sicut nobis de⁹ est testis) laboram⁹. Tristamur autẽ q aut nullũ aut exiguũ nostri laboris fructũ adhuc tenem⁹. Adhuc pauperes clamãt post nos, adhuc terra uadit quotidie in desolationẽ. Quæritis quæ terræ Vestra: nõ alia. Intra regnũ enim, & contra regnum uestrũ, ista omnia mala perpetrant. Nam siue amici siue inimici uestri sint q de guerra ista pauperant, captiuãtur, cõterunt: nõ alijs de quàm de regno uestro sunt. In q̃
Matt. 12. manifeste imminere iam iamqꝫ uidet sermo saluatoris dicẽtis: Omne regnũ in seipm diuisum desolabit. Huc accedit q ipsi diuisores & desolatores, uos cõstituerũt sibi huius negtiæ caput & principẽ, quẽ præcipue debuerãt metuere defensorẽ, & sentire ultorẽ. Nos tñ credebamus uos tactũ à deo & illuminatũ tantã illoꝝ negtiã aduertisse, & errorẽ uestrũ agnouisse, & cupe oĩno cõsilijs saniorib⁹ à laqueo isto retrahere pedẽ. Cæterũ ab hac spe penè dejecit nos colloquiũ illud habitũ nuper inter nos apud Corbolijũ. Scitis eñ qũo & quàm irrõnabiliter (ut pace uestra dixerimus) à nobis tũc recessistis. Vnde factũ est q sermonis illius q uobis in dicto nostro displicuit, reddere ad big. rõnẽ pro uestra nobis turbatione non licuit. Quã ex. stare placido corde dignaremini, forsitã cognouisseris & uos q nil uobis indeces aut iportabile dictũ fuisset, secundũ q tã res uestra ꝓcessit. Nũc aũt sine causa turbatos nos & cõfusos, & qd faciam⁹ dubios anxiosq; tis, hoies q uobis bona cupiũt & q̃runt. Qđ nõ est aliud nisi qa fraus iniquoꝝ, & rumusculi parũ sciẽtiũ hominũ dicentiũ malũ bonũ, & bonũ malũ: cõturbant uos. Veri nos etiã cõturbati, nõ tñ oĩno desperati de auxilio spũ, quẽ uestrũ animũ salubriter sup malis ꝓteritis concussit, persensimus: adhuc stamus & expectamus ut redeatis ad cor, & quod prudẽter cœpistis, efficaciter cõpleatis. Huius rei gratia misimus fratrẽ charissimũ nobis Andreã de Baldemento, qui uobis ista plenius uiua uoce insinuet, & quicqd ad hæc rñdere placuerit, fideliter renũciet nobis. Si autẽ pristitis (quod absit) nõ acquiescere sanis cõsilijs, mũdi nos sum⁹ à sanguine uestro: de⁹ non permittet ecclesiam suã siue à uobis, siue à uestris diutius conculcari.

¶ *Ad ep̃m Suessionensem.* *Epistola.* CCXXVI.

SEmper quidẽ egui officijs amicoꝝ, hõ nimiũ mẽte semp & corpe miserandus: sed nũc maxime opus & tempus miserendi, cũ urgente conscientia, & aggrauata manu dñi super me, duro me carceri mãcipaui, durus iudex in memetipsum. Si adhuc pater estis (nã fuisse uos fateor) sentiat filius, & ille filius in quo usqꝫ ad hãc diem filialis erga uos affectus non tepuit. Scio scio difficile posse extorq̃ri clauam de manu Herculis: & ideò multũ iusto, quia rem peto difficilẽ. At quãto difficilior, tanto uiolẽtior ad promerẽdã redhibitionẽ. Grãdis me fatebor. bñficij debitorẽ, grandis profusus si obtinuero. Nec ignoro dare quàm accipere beatius esse, sed cedo necessitati, occurro periculis, angustijs cõsilo: honesti planè nũc aut dissimulator aut immemor. Cedẽs itaqꝫ honorabiliorẽ uobis ut dignũ est partẽ, mihi ac recundiorẽ assumo, non modo ad accipiendũ inuerecundior, sed & importunior ad petẽdum. Peto ergo supplicit, peto instãter, peto opportune, importune. Nec eñ illud peto quod uos non deceat dare, aut me postmodum pœniteat accepisse, etsi ita petere modo min⁹ me deceat. Nã si liberatis pauperem à potente, in hoc nobis multum præstabitis, uobis plurimũ. Eya monstrauimus affectum, rem uos scitis, fructum præstolantur afflicti.

¶ *Ad Petrum Cluniacensem abbatem conquerentem q si non scriberet.* *Epistola.* CCXXVII.

TAne iocari libet? Dignãter sanè atqꝫ amicabiliter: sed si ita ludit⁹, ut nõ illudatis. Nolite mirari hoc. Nam suspectũ id mihi facit uestra ipsa tam subita & inopinata dignatio. Nõ eñ multum tpis est, q scribẽs ad uos, debita reuerẽtia uestrã maiestatẽ salutaui, & nõ rñdistis mihi uerbũ. Nec multo ante rursum scripseram ad uos ex urbe Roma, & nec tunc quidẽ uel unũ iota recepi. Mõ miramini q reuertẽti nup de Hispania, nugas meas denuo ingerere nõ præsumpsi? Q̃ si culpa est quacumqꝫ ex causa non scripsisse, siue culpa profecto non erit noluisse, ne dicã contẽpsisse rescribere. En in quo pro me faceret iustitia (qa id à me flagitat) nihil mallem occurrere gratiæ redeunti, quàm retardare eã mihi, dũ uel me inutiliter excusare uolo, uel alium accusare. Sed hoc dixi ne qd clausum in mẽte retinerẽ, qđ ore non promerẽ, qđ id uera recuset amicitia. Decætero qa charitas oĩa credit: iã oĩs suspicio de medio fiat. Gaudeo q recaluistis priscæ amicitiæ recordari, & uel læsum reuocare amicũ. Libenter redeo reuocatus. Felix q reuocor. Nullarum iam memor sum iniuriarũ. En ego, qui fueram uestræ ꝓfecto sctitatis seru⁹, & nũc & ante. Gratias ago, optime locatus sum, intimus uobis denuo factus, sicut dignamini scribere. Si fortè intepuerã, ut arguitis, haud dubiũ quin uelociter recalescam, fotus uestræ charitatis uisceribus. Et nũc quod placuit scribere, obuijs manibus suscepi. Legi auidè, libenter relego, & placet sæpius repetitum. Placet fateor

cert fateor locus. Est enī & iucunditate grat⁹, & seriꝰ grauitate. Nescio si quidē quo inter iocādū ita disponitis sermones uestros in iudicio, ut & iocus lenitatem non redoleat, & authoritas cōseruata hilaritatis nō minuat grām. Porrò authoritas ita seruat, ut illud scti uiri merito uobis
Iob.29. possit aptari Si qñ ridebā, non credebāt mihi. Eya rescripsimus, & puto iā iure exigimus ampliora q̄ promisistis. Dignū est ut sciatis q̄ penes nos sunt. Decretū est mihi ultra non egredi monasterio, nisi ad cōuentū abbatū apud Cistertiū semel in anno. Hic fultus oīonib⁹ uestris, & bñ-
Iob.14. dictionib⁹ cōsolat⁹, paucis diebus qbus nūc militо, expecto donec ueniat immutatio mea. Propitiꝰ sit mihi deus, ut nō amoueat oīonē uestrā & mīam suam à me. Fractus sum uiribus, & legitimā habeo excusationē, ut iam nō possim discurrere ut solebam. Sedebo & silebo, si fortè experiar qđ de plenitudine intimæ suauitatis sctūs propheta eructuat, bonū est, inquiēs, expectare dñm in silētio. Et ne tolus uideamini mihi luisse, puto iam non audebitis me de
Threñ.3. hoc silentio meo reprehendere. & more uestro appellare soporē: quod ut puto cōgruentius ac magis ꝓprie sanctus
Esaie.33. Esaias cultū iustitiæ nominat: & de quo legitis in hoc ipo
Deut.30. propheta dicente dño: In silentio & spe erit fortitudo uestra. Commēdate me orationib⁹ sancti cōuentus Cluniacensis: salutato prius ex me seruo oīm, si dignū iudicatis.

¶ *Ad tres episcopos, Hostiensem, Tusculanum, Prænestinum.*

Epistola. CCXXIX.

AD hoc uos deus in sublimitate posuit, ut tanto maiori eccl'iæ suæ utilitati uiuatis, quāto in ea eminētiori authoritate pēstis. Alioquin deponet ille paterfamilias potentes de sede, qui pro accepta ptāte inuēti fuerint suis utilitatib⁹ defuisse. Quāta sustineat spōsa Xpi dāna in epatu Metensi, etsi nos amplius horremus, qa uicinores sum⁹, tñ & uos arbitror nō latere. En quātus lupus illud ouile Xpi, tū insidiꝰ, tū manifestis assultibus quotidie molitur irrūpere, & dispdere ones Xpi sanguine congregatas: Idcǫ non ab heri & nudiustertius: sed ex quo adhuc fuerat lupicellus, nō cessat illū dñicum gregē quibus pōt uiribus infestare, & uastare rapinis, incēdiꝰ, homicidiꝰ. Ego itaq; quod in me est, demonstro lupum, instigo canes: iam quid interest uestra, uos uideritis: meum non est docere doctores.

¶ *Ad tres epos supradictos, pro abbate Latiniacensi.*

Epistola. CCXXX.

VObis audeo loq quicqd in buccā uenerit. Nā & si oportuerit sustineri modicū qd insipiētiæ meæ, geret mihi ꝑculdubio morē beneuolētia uestra, q̄ sapientib⁹ & insipiētibus debitrix est. Et hoc dico nō qa cogitē ꝑcipitare uerbū, qđ ad rē nō pertinet, aut leuitate uti intēdā, aut nugari delectet, ꝑsertim apud uos q uidemini colūnæ eccl'iæ: sed ex abūdātia cordis os loquit, & ueritas dolore urgēte intrinseco taciturnitatis impatiēs, prorūpit in mediū. Mei enī dico uobis penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei, ꝙ execrandā (ut uidet) cōuersione tā frequēter sapiētiā uincit malitia. Addunt ubiq; cornua ipōis, & exarmat iustitiæ zelus: & nō est q facere bonū, nō dico uelit, sed possit. Supbi inique agūt usquequaq;: & nemo audet mutire cōtra. Et utinā uel innocētia ruta esset, & iustitia ipsa suimet sufficeret defensioni. Quid peccauit abbas Latiniacensis? An ꝙ bonus monach⁹, & melior abbas: ꝙ bonæ opinionis, & melioris est uitæ: An quia monasteriū cui præest, & decorauit religione, & bonis tpalibus ampliauit, & bonorū fratrū numero cumulauit? En sanguis iste de manu eius exquiritur. Si crimen est acceptū esse deo & hoībus, tollat, & crucifigat. Negari enī non pōt hoc illū esse cælo & terra testibus. Si crimē est esse hospitalē, benignū, sobrium, castū, humilē: decidat meritò ab inimicis suis manis. Reuera nāq; & in his excusari non pōt. cōuincentib⁹ se propriæ uitæ sanctitate, & famæ gloria. At imponit ei noluisse suscipere nuncium dñi mei. Prorsus grauis offensa, si ita est. Non negat abbas hoiem qui mittebatur in Angliam, cū esset honorifice susceptus hospitio, q̄rere loqui cū eo: sed paranti exire interuenit Humbertus ꝑpositus dicens se potius exiturū, & homini uice ipsius satisfacturum. Si quominus q̄ oportuit actū fuit cū uiro, cuius culpa fuerit, nobis relinquimus iudicandū. Accusatur itē ꝙ literas dñi papæ prædicto Humberto uiolenter abstulerit, & diruperit: sed extant literæ integræ & bullatæ: nec in eas sicut mentitur admisit: sed sponte dimisit, consilio utiq; comitis Theobaldi, & nostro. Dicitur quoq; quod quosdā monachos in captionē posuerit. Atq; id quidem falsum. Sed si quosdā turbatores & cōspiratores in diuersa claustra diuisit, ne simul positi plus nocerēt: qs hoc recte iudicans reprehēdat: Iam de terris & bonis ecclesiæ quasi distractis & alienatis, & datis ab eo cognatis suis, coram uenerabilibus ep̄is Suessionēsi, & Altissiodorensi comitecq; Theobaldo aduocato utiq; monasterii satis rñsum est, & adhuc respōdetur, sic illum dedisse suis quō alienis: id est ad eundē sensum uel consuetudinē. Porrò autem à seculo nō est auditum ꝙ monachus rebellis, superbus, ambitiosus, priuilegiū propriæ libertatis ex apostolica authoritate meruerit. A tēpore Iudæ scharioth non est inuentus similis illi, q sic insurgeret in magistrum, & traderet sanguinem iustū. Felix magister, cui cum magistro omniū cōmunis prophetica illa uox est: Homo pacis meæ in quo sperabam, qui edebat panes meos, magnificauit sup me supplantationē. & olim quidē eratis contra aplm Petrum dominantes in clerum: imo & cōtra coapostolum eius Paulum dominabamini fidei totius orbis. At nūc nouum aliquid addidistis, usurpantes amplius & in ipsam religionē. Quid restat nisi ut adnciatis & ipsis angelis sanctis dominari? Nisi ꝙ in hoc posterior Iudas priorē uicisse uersutia & fraude uidetur: ꝙ cū illius facin⁹ cōdiscipuli horruerint uniuersi: iste çallidior potuit ad comiuendū, imo ad fauendum malitiæ, non quoslibet, sed ipsos apostolorū principes circumuenire. Non imputo dño meo, cui tanquam homini subripi potuit: & hoc oro ne de⁹ imputet. Absit aūt ubi ueritatē agnouerit, ut ꝑualeat tam execrabilis maligni hui⁹ sacrilegus ꝙ conatus. Et ego de hac re ad ip̄m quoq; solito ausu scripsissem, si nō sensissem ipsum quoquid scribimus, min⁹ solito acceptare. Quæso dolete uos qui monachi estis, uicem magistri uestri beati Bñdicti, cui iam ut uidetis prope est ut ubiq; contradicatur, & pereat omnis uigor monasticæ disciplinæ, monachis aduersus abbates suos cornua sumentibus de manu forti.

¶ *Ad eosdem.* *Epistola.* CCXXXI.

SI uera sunt quæ audistis de abbate sancti Theofredi, non potestis ea dissimulare sine periculo uestro, & propter officiū, & propter cōscientiā. Conscientiam dico non tñ uestram, sed etiam aliorū. Sunt aūt uerisimilia: credo ꝙ & uera. Verax est enī qui testimoniū perhibet de his, ꝑsentiū lator. Vnde hoc quoq; sciam q̄ritis? Fascē teneo literarū missarum à uiris sanctis, quos ego noui quia sancti & ueridici sunt: & oēs illæ pariter cōtinent tam laudes & præconia hui⁹, quàm illius horrendas blasphemias quem accusat.

¶ *Ad abbatē Ioannem de Busaio qui abbatiā suam reliquerat, & abierat in solitudinem.* *Epistola.* CCXXXII.

LIlio charissimo Ioanni frater Bernardus in spū ambulare, & timorē domini non derelinquere.

¶ Dicere nō possum in quāta amaritudine aīæ meæ, & tristitia cordis, scribam ad te Ioannes charissime, pro eo ꝙ me uideo in tot scriptitationib⁹ meis proficere nihil, quia non capit in te sermo meus. Scripsi semel & denuo (nisi fallor) & exigentibus peccatis meis in nullo adhuc respondet mihi labor meus. Ecce tertio iacto semen, deū oīpotentem deprecans ut non reuertat ad me uacuum, sed prosperet & faciat ad quod illud mitto, lætificans nos tandē aliqñ de fructu tuæ obedientiæ & salutis. Si audieris me, imo si exaudierit me deus, lucratus sum filium meum. Si non: conuertam me denuo ad arma cōsueta, orationes uidelicet & lachrymas, non quidem contra

te,ſed p te.Luxí & lugebo,& anxía trahã ſuſpíría ex ímís uiſceríb⁹,pro meís uiſceríb⁹.Quís det te míhí fratrẽ meũ ſugentẽ ubera mr̃ís meæ? Quís reuocet te míhí in íllã getẽ aními,cõcordiã morũ,ſocietatẽ ſpũs,ſerenitatẽ cõſcíẽtíæ,ín qua te alíqñ tenui & poſſedí? Et ne quod ex me detrímẽtũ ín alíquo patíarís ſeu ímpedímentũ, íllud falſum eſſe nõ dubites, qđ tíbí à neſcío q̃uel quíb⁹ falſíloqs perſuaſum audíuím⁹: qa ego uídelícet cogítarẽ ſine rõne & íudícío te à regímíne fraternarũ aíarũ qđ tíbí credíderã ſubmouere. Nõ eſt hoc uerũ:ſed audí poti⁹ de hac re paucís,qđ uerũ eſt.Hoc etſi uoluíſſem,nõ lícuíſſet:& ſi lícuíſſet(ut de ꝓpría cõſcía loquar)ego nullatenus uoluíſſem. Hæc uerítas.Sí ergo hoc totũ fuít qđ auertít cor tuũ:uerítate cõperta quíd reſtat níſi ut reſípíſcas,redeas ad te,redeas ad nos: arguas ínſup teſp̃m leuítatís & credulítatís íncaute? Sí eĩ tñ potuít una maledícta ſuſpícío ad te alíenãdũ & p̃cípítandũ,quãtomagís nũc abſoluta certítudo ualere debet ad erígẽdũ & reuocãdũ te? Turpe eſt tíbí falſítate poſſe ſeduci,& uerítate reduci nõ poſſe. Habeat ſanè ueníã acqeuíſſe ad tp̃s palliatæ falſítatí:at uerò deprehẽſæ íã & nudatæ acquieſcere adhuc, ímo etíã nõ multũ íraſcí,quãtum confuſionís habet? Quamobrẽ íraſcere & noli peccare:ſi uís nos uel deũ potíus nõ íraſcí. Nã quod ſubreptũ eſt tíbí, míſeratíonẽ magís quàm índígnatíonẽ meretur.Nímírũ homo es nauígans,ſícut & omne humanum gen⁹,ín hoc marí magno & ſpatioſo manib⁹,ubí reptília quoꝝ non eſt numerus. Quís ſe íactet ín eo aſſíduís non ímpellí uentís,non íactarí fluctíbus? Nouerís te naufragaſſe ín eís,periculũ ín falſís fratrib⁹ íncídíſſe. Iterum díco:hæc ueritas.Deceptus fuiſtí: & ſpũs mendax ín ore pſeudoprophetarũ ſupplãtauit te. Sed ecce euanuít falſítas,luce ueritatís oborta.Sí adhuc(qđ abſit) pgís ín tua obſtínatíone pſíſtere,ego te ínterím nõ íudícabo, eſt q̃ orat & íudícet.Ego aũt parco tíbí:díſſímulãs & differẽs ínterím ín uírga uenire ad te. Porrò ín mĩa & ſpũ mãſuetudínís allícere te nobís curabo ſi potero: nã íd míhí ſentío familiarí⁹ eſſe:& tíbí perſuaſibílí⁹ fore nõ dubíto.Illũ ſanè euaginare ſup te gladíũ nõ cunctabor,q ín mr̃no meo pectore íacet recõditus,cõtínu⁹ utíq; dolor cordí meo,& creberrímí ad deũ gemítus pro te donec uenías.Q; ſi oẽs huí⁹ tã píe feríẽtís enſis,ſm duritíã tuã & cor ímpœnítẽs fruſtrauerís íctus,nec poſſit q̃nq; dícere aía tua qa uulnerata charítate ego ſum:tu de te uíderís:nã nõ ſolũ íã uerítas:ſed & charítas líberabít nos.Sed qd díxí? Quo míſer quo líberabor,effuſís uíſceríb⁹,fílío pereunte? Nõ qeſcet affectus,& ſi nõ ſequaſ effect⁹? : nõ ſedabít dolor, nõ ceſſabũt lachrymæ.Exhíbebo tíbí quãdíu uíxero alterum Samuelẽ,tu utínã non alterum Saulem míhí.Rogabo te,rogabo pro te,ut uenías. Uení uení príuſquã moríamur: ut quí dílexímus nos ín uíta,ín morte nõ ſeparemur.

Psal. 103.

¶ Ad *Herbertum abbatem ſancti Stephani Diuionenſis.*

Epiſtola. CCXXXIII.

Sí frater Ioannes díxít ín nos uel ſcrípſít quod nõ decuít,uel quo nõ decuit, nõ tam nos læſit quàm ſeip̃m.Magís nãq; ita ſcribẽdo ſuã ꝑdídít leuítatẽ,quàm nr̃m dep̃hendít errorẽ.Quãquam & ſi læſiſſet ín alíquo, noſtrum tñ non erat repenere malũ. Attẽdens proínde non qd ílle mereaſ, ſed qd me deceat,donarí ſuuení etíã à uobís hãc culpã rogo & ſupplíco:q magís gloríolã quàm malítíã redolere uídeſ: íta tamẽ,ut manum deínceps ínhíbeat à ſcribẽdís tractandís uc q̃ ſupra ip̃m eſſe conſtíterít. Nã ut líqdo ſatís apparet, ín hoc exíguo qđ p̃ſumpſít,opus erat ſtílo & aío maturíorí.Certũ eĩ ſit uobís hoíem lícet ín breuí pagína, aut nõ ſcrípſiſſe ut ſenſit,aut non ſenſiſſe ut debuít.

¶ Ad *dominum papam Cæleſtinum pro intruſo Eboracenſi.*

Epiſtola. CCXXXIIII.

Oportet uos ſecũdũ iuſtítíã q̃ ex lege eſt, ſuſcítare ſemen fratrís ueſtrí defuncti. Qđ dígne íplebítur,ſi papæ Innocentío cuí ín hæreditate dñí ſucceſſiſtís, & defendítís bene geſta, & mínus adímpleta perfícítís.Præ manibus eſt ín quo íd líceat reperírí.Cauſam Eboracenſis eccleſiæ per eũ fuiſſe dírectam qs neſcíat? At qũo executíõí mandatũ ſit qđ egreſſus de labíjs tantí uírí,utínã neſcíretur.Quís det ut nõ cíetur in Geth,neq; ín cõpítís Aſcalonis? Sed ut uerbum abbreuíatũ faciam auríbus occupatís, audíat paucís meus quíd dictum fuerít, & quíd factum tenearis. Cum ín multís accuſaretur ís quí ſibí uendícare electionem in præfata eccleſía ímpíe cupíebat, tãdem oĩs conuentus ad teſtímoníũ uírí ílluſtrís Vuílhelmí ípſíus eccleſiæ tunc decaní conquíeſcere íuſſa eſt, ut níſi capítulũ íntrauíſſet qđ huíc ínter cætera ímpíngebatur, ílle proprie man⁹ íratẽto amoueret,ſuís oĩno conatíb⁹ tanta fruſtrarẽt ambítío. Hoc aũt non ex íudícío,ſed ex míſerícordía.Sic eũ rogauerat ípſe.Mitíſſíma planè ſnía:quíppe cũ de plurimís & peſſímís pulſaretur,quæ nullaten⁹ propulſare uebat ſed utínã uel ípſa ſtet.Quíd eĩ ſi non ſufficít ínſi, ſ̃ modo ſuffícíat eccleſiæ líberatíonís? Nõ cauſamur ſuæ remíſſionẽ,quæ níl nocuít. Neq; eĩ proficit aduerſarío eíus largíor índulgentía, q ne ípſum quod ultro ſpopõderat, ímplere prævaluít.Nam de q̃ præſumere uíſus eſt,defecit ei,ne ſibĩ ípſí deficeret peíeraus.Q̃n eĩ uír bon⁹ atteſtatur homíní,quẽ rumor publícæ opínionís & operis ueritas deteſtat? Quíd ergo? Ille non íurauit,& iſte eps eſt? O rem ígnorantía oĩm dígnã,& ꝑpetuo ſi fierí poſſet ſílentío cõprímẽdã. Verũ íd ſero. Heu not⁹ eſt orbí triũphus diabolí. Vbíq; ꝑtonat plauſus íncírcuncíſoꝝ,& planctus bonorũ,pro eo q̃ uídeatur ſapíẽtíã uícíſſe malítía. Monſtratur dígito matrís eccleſiæ turpítudo: patrís Innocẽtíæ renda írrídenſ denudata à ſeruo nequã,qĩñ mortuum putat:ſed uíuít ín uobís. Sí ís exít⁹ ímmínebat, cur è longínquo Romã eſt pertracta cauſa ſpurcíſſíma, umbra magna & angulo dígna? Cur tanta marí terraq; à multís affumpta fatígatío? Cur à fínib⁹ terræ euocatí uírí religíoſí eum accuſarent,& pauperũ Xp̃í marſupía longí ítínera expẽſís exhauſta ſunt: Nõ poterat cp̃arí turpís ínfamíq; ꝑſona (qđ ímuít⁹ dolẽsq; loquor) níſi q̃ ín ſíllo horrebat Anglía,Francía abomínabatur,etíã Roma cognoſcens? Quàm meli⁹ ín Romana curía cauſa eí⁹ míníme uentílata fuíſſet,& nõ tãgeret uel ſacra límína gñalís atq; horríbílí fœtor? Quàm tolerabílí⁹ ígnoraſſet aplíca ſedes tam ínſolerabile malũ,quàm tolerat manífeſtũ? Quíd ſtultítíæ fuit? Publice ínfamatus,ante íudícem accuſatus, nec purgatus,ímo & conuíctus,& ſic conſecratus eſt? Vídeat qui huíc manũ poſt íſta ímpoſuít, an magís execratus decere debuerím. Nõ enim negabít ſic ſe íſta habere, nõ negabít ſic ſe ex lr̃ís aplícís ad ſe pro hoc ípſo dírectís exſtíte cõperiſſe. Dícat fortè alíquís qa nõ eſt datũ íudícíũ, non fuíſſe cõuíctũ. Ego díco & confeſſum.Nã quí ut íudícium euaderet,ultro elegít ad teſtímoníũ Vuílhelmí decaní cõfugere:ílló ſibí deficíẽte,quíd níſi ſuo íudícío à cauſa decídít,ore proprío cõdẽnatus? Quæ cũ íta ſínt, uídere dominũ pater ne declínet cor ueſtrũ ín op⁹ malítíæ,qñ ſm prophetã,declínãtes ín obligatíonẽ, adducet dñs cũ operãtíbus íníquítatẽ. Alíoquín qđ cõſílíũ datís míſerís abbatíbus íllís quos ad accuſandũ eũ uocatío aplíca Romã traxít,ſed & alíjs quãplurib⁹ ex ílló ep̃atu uírís religíoſís,ſint ne obedíturí huíc, & ſacramẽta accepturí ab hoíe bís intruſo? Primo quídẽ per regẽ: deínde per legatũ. Quippe q íllũ ín ſanctuaríũ deí cõtra íus & phas,contra mandatũ ſummí põtífícís,ín íníuríã ſummæ ſedís & toti⁹ Romanæ curíæ,cum non potuít per oſtíũ,fodít argenteo (ut aíũt) ſarculo,unde ímpudẽter íntruſít.Ante(ni fallor)ſuís ſedíbus exulabũt,quàm dare acqeſcant man⁹ ídolo huíc, nũ ueſtra uíolenta authorítas obuíarít.Cæterum quàm ſanctíorí ueſtroq; apoſtolatu dígnioří zelo gladíum Phinees ín confuſionẽ duoꝝ tam turpíter fornicantíum ſtringerétís,quàm tot ſanctos aut de ſuís fugere locís permittís, aut cõtra conſcientías ſuas cogítís remanere?

¶ Ad *totam curiam Romanam,unde ſupra.*

Epiſtola. CCXXXV.

Dominis

OMnibus & patribus reuerēdis epīs & cardinalibus curiæ, frater. B. Clarevallis uocatus abbas, salutē & nras qualescūq; oīones. ¶Omnibus scribendū fuit de eo quod spectat ad oēs. Nec uereor ne fortè præsumptionis arguar: qppe q licet oīm minimus: tū Romanæ curiæ iniuriā à me non iudico alienam. Vrimur assiduè dico uobis, urimur grauiter nimis, ita ut nos tædeat etiam uiuere. In domo dei uidemus horrenda. Et quia corrigere nos non possumus, saltē suggerimus his ad quos spectat. Si quidem emēdauerint, bene: sinaūt, nos alias nostras liberauimus: uos excusationē non habetis de peccato. Nō ignoratis prolatam esse sententiā à dño papa bonæ memoriæ Innocētio, cum uestro & Romanæ curiæ generali assensu, irritam esse Vuilhelmi Eboracensis electionē, imo intrusionē: nisi Vuilhelmus alter tūc decan⁹, quod obiectū ei fuerat, propriæ manus iuramēto repelleret. Nec uos latuit quàm plena esset sententia, nō iudicij, sed misericordiæ: nimirū cū hoc Vuilhelm⁹ ipse quæsisset. Sed utinā uel ipsa stet, & quod aduersus eā factum est, stare non possit. Quid enim? Non iurauit ille: & iste in cathedra pestilētiæ sedet. Quis tribuat ut aduersus fornicationē hanc, Phīnees cū pugione procedat: aut uiuat in sede sua Petrus, qui spiritu labiorū suorū interficiat impios? Multi clamāt ad nos in toto corde suo, ut sacrilegiū hoc digna aia aduersiōe uindicare studeatis. Alioquin, dico uobis, scandalū magnum nimis erit in ecclesia dei: & timeo ne Romanæ sedis authoritas grauem admodum iacturam & detrimentū grande suscipiat, nisi in eum qui peruertit generalem eius sententiam, uindicta processerit, & taliter, ut cæteri metū habeant. Quid eīm de eo dicam, q̄p occultas & uerè tenebrosas literas habuisse se gloriatur Vuilhelmus ille, utinam à principibus tenebrarū, non à principib⁹ apostolorū? Et ecce audierunt filij incircuncisorum, subsannant Romanā curiam, à qua post datā tam manifestam sententiam furtim datas esse aiunt contrarias literas. Quid dicam uobis? Si non uos urit scādalum graue quo scandalizantur non pusilli sed magni & perfecti uiri, si non compatimini pauperibus abbatibus quos à finibus terræ uocatio apostolica Romam traxit: si non miseremini magnis & religiosis monasteriis quibus oīno sub īcubatore illo destructio imminet: si (q̄d primū dicere debui) zelus domus dei non comedit uos: nūquid usq; adeò inimici hominis uersutia prævalebit, ut ꝓpriū quoq; contemptū, & infamiā hanc pessimā ecclesiæ principes æquanimiter ferant? Quid eīm si sacrilegā homo ille consecrationē recepit: Profecto lōge glorioſius erit iā eluatum deiecere Simonē, quàm ꝓhibere conātē. Alioquin quid facietis religiosis uiris, qui oīno nō inueniunt salua conscientia uel ipsa cōia sacramenta de leprosa manu suscipere? Antè (nisi fallor) eligēt fugere, quàm dare manus morti: & exulare prius, quàm uesci idolothytis. Q̄ si cōtra conscientias suas coegerit eos Romana curia curuare genua ante Baal, uideat deus & iudicet, uideat curia illa cælestis, in qua nulla poterit ambitione subuerti iudiciū. In fine oīm obsecrat uos puer uester ꝓ uiscera misericordiæ dei nostri, si qs in uobis est zelus dei, miseremini ecclesiæ sanctæ saltem uos amici eius: & quantū potestis date operam, ne tam detestabili facto detur assensus.

¶ *Ad omnem curiā Romanā qñ elegerunt abbatem sancti Eustasij in papam eugenium.* Epistola. CCXXXVI.

OMnibus & patribus reuerēdis cardinalibus & cēpis oībus q̄ sunt de curia, puer sanctitatis eorum. ¶Parcat uobis deus, qd fecistis? Sepultū hoiem reuocastis ad hoies: fugitantem curas & turbas, curis denuo implicuistis, & īmicuistis turbis. Fecistis nouissimū primū: & ecce nouissima illius piculosiora prioribus. Crucifixus mūdo, per uos reuixit mūdo: & qui elegerat abiectus esse in domo dei sui, ipm uos in dominū oīm elegistis. Cur consiliū inopis confudistis? Cur pauperis hoīs & mēdici & cōpuncti corde iudiciū ꝓturbastis? Currebat bene. Quid uobis uisum est sepire uias eius, auertere semitas, gressus inuoluere? Quasi descenderet de Hierusalē, & nō magis ascēderet de Hiericо: sic incidit in latrones. Et qui sectāquā uiolentis quibusdā) diaboli manibus, carnis illecebris, & gloriæ seculi potenter excusserat: nō tm̄ ualuit effugere manus uestras. Nū idcirco Pisam deseruit, ut reciperet Romā? Nū q̄ in una ecclesia nō sustinuit uicedominatū, dominatū in oī ecclesia requirebat? Quid igitur rōnis seu cōsilij habuit defuncto summo pōtifice repēte irruere in hoiem rusticanū, latēti immittere manus, & excussa è manibus securi & ascia uel ligone, in palatiū trahere, leuare in cathedrā, īduere purpura & byſſo, accingere gladio ad faciēdā uindictā in nationi- bus, increpationes in populis, ad alligādos reges eorū in cōpedibus, & nobiles eorū in manicis ferreis? Sic nō erat inter uos sapiēs & exercitatus cui potius ista cōuenirēt? Ridiculū ꝓfecto uidet, pānosum homūcionem assumi ad pſidēdū principibus, ad imperādū epīs, ad regna & imperia disponenda. Ridiculū, an miraculū? Plane unū horū. Non nego, non diffido posse fuisse hoc etiā opus dei, qui facit mirabilia magna solus: pīsertim cū audiā usq; quaq; ex ore multorū qm̄ à dño factū est istud. Sed nec ego obli- tus sum iudiciorū dei antiquorū, & scripturæ plurimos recēsentis ex priuata seu etiā rusticana uita oli assumptos in uolūtate dñi ad regēdū populum eius. Deniq; nonne (ut unū è pluribus memorē) tali quodammō elegit Dauid seruū suum, & suscepit eū de gregibus ouium, de post fœtantes accepit eum? Ita inquā ita & de nostro Eugenio in beneplacito dñi potuit cōtigisse. Non sum securus tm̄: quīn filius delicatus est, & tenera uerecundia eius assueta potius ocio & geti, quàm tractādis quæ foris sunt: timēdūq; ne nō ea authoritate qua oportuerit, fui aplat⁹ officia exequatur. Quid putatis gerere animi nūc hoiem illū qui de secreto internæ cōtemplationis, & amica solitudine cordis, tanquā infans è gremio & sinu matris subitò perturbatus, tractum se ad medium uidet, & quasi ouem ad uisctimā ductū ad tā insueta & insuauia? Nisi dns supponat manū suā, heu necesse est obruat & opprimat onere insueto & nimio, quod & gigantinis, ut aiunt, uel ipsis quoq; angelicis humeris formidabile uideatur. Veruntm̄ quia sic factū est, & sicut multi dicunt, à dño factū est: uestra interest charissimi, uestris feruētibus studijs fidelibusq; obsequijs solicite consoueri, qd uestris manibus cōstat elaboratū. Si qua ergo cōsolatio in uobis, si qua uirtus charitatis in dño, si qua miseratio pietatis, si qua compassionis uiscera, assistite & collaborate illi in opere ad quod assumptus est per uos à dño. Quæcunq; sunt uera, quæcūq; pudica, quæcunq; iusta, quæcunq; sancta, quæcunque amabilia, quæcunq; bonæ famæ, hæc ei suggerite, hæc suadete, hæc agite: & deus pacis erit uobiscum.

Psal. 49.

Psal. 117.

¶ *Ad dñm papam Eugenium, prima.* Epist. CCXXXVII.

MAntissimo patri & dño dei gra summo pontifici Eugenio. B. Clarevallis uocatus abbas, modicum id quod est. ¶Auditū est in terra nostra & celebri sermone uulgatū uerbum hoc quod factum est de uobis à domino. Presseram stilum hactenus, rem tacitus considerabam. Expectabam enim literas uestras, & præueniri à uobis in benedictiōibus dulcedinis. Expectabam uirum fidelem qui ueniret à latere tuo, qui diceret cūcta per ordinē: quid, quō, uel qualiter actū esset. Expectabam si quis fortè de filijs meis reuerteretur, qui lenire dolorem patris, qui diceret: Ioseph filius tuus uiuit, & ipse dñatur in tota terra Aegypti. Hinc est q̄p literæ istæ non sunt uoluntatis, sed necessitatis, & amicorum extortæ precibus, quibus negare non possum modicum illud quicquid residuum est uitæ meæ. Quia tm̄ semel cœpi, loquar ad dñm meum. Iam enim filium dicere non audeo: quia filius in patrem, pater mutatus est in filiū. Qui post me uenit, ante me factus est: sed non inuideo: quia quod mihi deerat, in eo me habere confido: qui non solum post me, sed etiam per me uenit. Nam si dignaris, quodammodo per euangelīū ego te genui. Quæ est ergo spes nostra,

Gen. 45.

& gaudiū nr̄m,& corona gl̄iæ: nónne uos ante deū? Deníq; filius ſapiens gl̄ia eſt patris. Amodo tū non uocaberis filiꝰ: ſed uocabit tibi nomen nouū, qđ os dñi noīauit.

Pſal.76. Hæc eſt mutatío dexteræ excelſi:& multi ín mutatiõe iſta
Geneſ.17. gaudebũt.Nã quẽadmodũ olím Abrã ín Abrahã, Iacob
Mar.3. ín Iſrael:& ut de tuis magis prædeceſſoribꝰ tibi ꝓponã:
Actu.13. ſicut Simon ín Cephã,Saulꝰ ín Paulũ:ſic filiꝰ meꝰ Bernardus ín patrẽ meum Eugeníũ,læta prorſus & utilí ut ſpera
1.Reg.2. mus trãslatíone promotus eſt. Dígitꝰ dei eſt iſte: ſuſcitãs de puluere egenũ:& de ſtercore erígẽs pauperẽ:ut ſedeat cũ príncipíbus:& ſolíũ gloríæ teneat.Supereſt ut facta hac mutatíone tuí,ípſa quoq; quæ tibí cõmíſſa eſt dñí tuí ſpõſa mutetur ín melíus:& iam nequaquã Sarai, ſed Sara de cætero nomínet.Intellige quæ díco.Dabít eñ tibí dñs ín tellectũ.Sí amícus ſponſi es:ne díxeris dílectã eíus príncipem meã:ſed príncipẽ:níl tuũ ín ea uendícans, níſi ꝙ proea ſi oportuerít etiã aíam dare debes.Sí Xp̄s te míſit:æſtímabis te nõ mínístrarí ſed míníſtrare ueníſſe, & míníſtrare non ſolũ ſubſtantiã:ſed ípſam quoq; aíam, ſicut præſa-
2.Cor.1. tus ſum.Verus ſucceſſor Pauli dícet cũ Paulo: Non quía dñamur fidei ueſtræ:ſed adiutores ſumus gaudíj uſ̄ri. Pe-
1.Petri.5. trí hæres,audíet Petrũ dícentẽ:Neq; ut dñantes ín clerũ: ſed forma facti gregis.Sic enim iam non ancílla:ſed libera etíam & formoſa ſpecioſiſſimi ſponſi per te ín deſideratos aſcíſcetur amplexus. Alíoquín per quem alíum hæc tam debíta líbertas ſperabít:ſi & tu(qđ abſit)ín Chriſti hæreditate quæras quæ tua ſunt:qui iã & antè dídíceras nõ díco tua non retínere:ſed nec tuus eſſe. Ergo fiduciam talẽ habens ín te,qualẽ ín nullo prædeceſſorũ tuorũ à multis retro tpíbus uíſa eſt habuiſſe:exultat meritò ubiq; & gloríatur ín dño oís eccleſia ſanctorũ:& ſpecialíter ílla cuius uterus te portauít,& cuíus ubera tu ſuxiſti. Quíd ergo? Nónne & míhí licet gaudere cũ gaudentibus? Nunquíd nõ ero unus de numero lætantiũ? Exultauí fateor: ſed cũ tremore.Exultauí:ſed ín ípſo exultationís meæ artículo timor & tremor uenerunt ſuper me. Ego eñ etſi nomẽ patrís depoſui,ſed nõ timorẽ, ſed nõ anxíetatem, poſtremo neq; affectũ,nec uíſcera patrís.Cõſidero gradum:& caſum uereor.Cõſidero faſtigium dígnitatís: & íntueor faciem
Pſal.43. abyſſí ſacentís deorſum.Attendo celſitudínẽ honoris: & è uícíno periculũ reformído,pro eo quod ſcriptũ eſt:Hõ cũ in honore eſſet,non íntellexit.Quod quídẽ ad cauſam magís quàm ad tp̄s arbítror eſſe referendum: ut ſic íntelligatur dictum,cum ín honore eſſet,nõ íntellexít: ac ſi dícerétur:honor abſorbuit íntellectũ. Et quídẽ elegeras abiectus eſſe ín domo dei tuí:& recũbere ín nouíſſímo loco ín
Luc.14. cõuíuío eíus:ſed placuit dícere eí quí te ínuítauit:Amice aſcende ſuperíus.Itaq; aſcendiſti in altum: noli altum ſapere,ſed time:ne fortè cõtíngat ſero míſerabilẽ ílla emíttere uocẽ:A facie íræ & índignatíonis tuæ, eleuans allíſíſtí me.Altíorẽ quíppe locum ſortítus es:ſed nõ tutíorem.
TVdíuí auditionem ueſtram: & timui. Scríbitís eí cōtra me amaritudínes: abſit aūt ut tam rōnabíliter, quàm terríbiliter. Quíd peccauí? an q ueſtrā perſonā ſemper amauí, ueſtrū ordínē foui, & promouí ſemper qđ in me fuit? Fidē, ſi uerbís nō habetur: opera facient. Vt quídem mea mihí conſcientía reſponder: ego à uobís debuí commendarí. Sed quía contraría potius loquí & ſcríbere líbet: dabo ego uocí meæ uocem uírtutís ex factorum teſtímonío. Id quidē graue. Vídear ímproperare beneficía: quod utíq; non decuerat. Vt mínus ſapiens faciā: uos me cogítís. Cuí unquā ueſtrū ſiue ueſtrorū noſtra opera opus fuit & defuit? Primo quídem locus ípſe præmonſtratí ín quo degitís, noſter fuit: & noſtro munere habuiſtís. Nā nobís frater Vuído (hoc nomē primí íncolæ locí) per manum epī antè donauerat. Deínde q hí de bello loco uobís ſe aſſociauerunt: nrí potiſſimum ſtudíj fuit. Apud Hieroſolymam rex Balduínus dum adhuc uíueret, locū ſancti Samuelís donauít nobís, & mille aureos ſimul de qbus ædificaretur: uos dono noſtro & locū habetís, & aureos habuiſtís. Apud Vírdunū pro eccleſia beatí Paulí ut eam uos haberetís quātū laborauerím, multi norūt: quantū profecerím, ípſi ſentítís. Sí quomínus recognoſcítís uos: extant epiſtolæ noſtræ ad beatæ memoríæ papā Innocentíū huíus reí ueri ſudíces: & quaſi uíuí teſtes. Illís de ſeptē fontibus locū quem prímum ínhabítauerunt, Francuals nomen eí nos contulímus. Propter qđ horū uultís recedere ab amícís? Numqd redditur pro bono malū quía mínamíní uíolare pactum: ualedícere paci: ſocietatē deſerere: ſcíndere unitatem? Sed eſto. De bono ope non me lapídatís, ſed de ínıuría: q fratrē Robertū cū eſſet de ueſtra profeſſione, ſuſceperím, habítum eí monachícum tradēs. Non ínficíor, apud nos eſt. Putauerā aūt me ſuper hoc ſatisfeciſſe uobís cū ſuſceptiónis illíus rationem, ordínem, neceſſitatem, uíua & ueridíca uoce expoſuí: idq; non ſemel. Quía uerò needū quieſcítís, nō erit mihí pígrū reſcríbere qđ rñderā: qñ uobís durū nō eſt repetere quod excuſaueram. ¶ Míníme ego prædictum fratrē Robertū alíquando ut à uobís exíret ſolícitauí: magís aūt à multís annís íd cupientē: nō ſemel, ſed ſæpe compreſſi. Quónam deníq; modo ſuſpectus haberí poſſum q fratrem Robertū ſubduxerím uobís: cuíus cōſilío & hortatu magíſtrum Ottonem habetís? Sí neſcítís: ípſum ínterrogate. Sí bene nouí hoíem, nō negabít. Poſſem & alíos forſitan nō paucos nominare ſiue conuerſos ad uos, ſiue reuerſos: quos hodíe nō haberetís níſi à nobís ſuaſi fuíſſent, uel coacti. Parco autē nō ínops materíæ: ſed uerecundíæ ſatisfacíens díues. Inuení ego ín clauſtrís ueſtrís quí ad uerbum prædicatíonís noſtræ cōpūcti & cōuerſi ad nos uenire díſpoſuerāt: cum ecce ſolícitantíbus ueſtrís retrahentes pedem, recepti & retenti ſunt ín ordíne & habítu ueſtro. Poſtmodū uerò remordente eos conſcientia exíre uoluerūt: & (ní fallor) exíuiſſent, níſi noſtro firmarentur non aſſenſu tm̄, ſed & hortatu. Sed íam audíte, quía iterū uultís audíre: quō tandem fratrē Robertum receperím. Dñs papa p̄cepít: nēpe rogatus ab íllo & eíus amícís. Dícebat ueſtrū ſeſe & abbatis eíus aſſenſum p̄ce ſua obtínuiſſe: ne qs dícat q p̄cepto extorſit. Negatís: qd ad nos? Ipſe uíderít. Sí uobís ſummū & ſanctū pōtíficem falſitatís arguere líbet, ígnoſcíte nobís: quía nos tātæ ſanctitatí nō credere, & tātæ maieſtatí nō obedíre, nefas ducímus. Quanquā & uenerabílís abbas Godeſcalc? quí de ueſtrís eſt (nā is à dño papa ad uos huíus reí gratía fuerat deſtinatus) nō planè negauerat reportaſſe ſe à uobís & líberam fratrís emancipatiōnē, & ueſtram ípſius ſpontaneā confeſſionē. Iā de fratre Fromundo non eſt quòd nos laceſſatís: cum nequaquam eum ſine uoluntaría abbatís ſuí cōceſſione receperím. Quod quidē nec uos latuiſſe arbitra illa epiſtola demōſtrat, ín qua nobís de ſola capitalí ob expectata cōníuentía calumníam ſtruitís. Quaſi uerò non ín mutua noſtra cōuentione íd prohibitū fuerit, uel emancipatío filíj ad capitulū, & nō potius ad ſolum ſpectet abbatē. Adñcítís & de domo quadā fratrū ueſtrorū de Baſo fonte: q eam nos de medío tulímus, licet extra ſtatutos terminos conſtitutā. Atq; utínam priús quàm nos arguere tis, eoſdē ínterrogaſſetís fratres: nō ſolū quís eā de medío tulerít: ſed etiā qua de cauſa. Neq; enim celaſſent uos (ut cōfidím) huí? reí ueritatē. Cæterū audíte eā nūc uel à nobís: ac deínde ſi íta placet, eos ínterrogate. Cū pararant ædificare locum, ubí alíquas è ſororibus ſuís conſtituerent: longe quídē ab abbatía ſua: ín confinío aūt cellarum grangíarū domus noſtræ, & prope paſcua omnīū noſtrarum: rogauímus eos tanquā amícos, & quíb? forte non ínutíles fuíſſemus: ne ſemínarīū ſcandalí, & diſſenſionum fomitē ſuís pariter & noſtrís parerent, poſteris relinquendū. At íllí níhílomín? ædificabant. Hæc fuit tota uícína noſtra: ſic nos de medío tulímus domū illā. Inexcuſabiles ſumus: ſi rogare, uím írrogare eſt. Reuera eps (quod negādum nō eſt) índígnatus non mō q oratoríū in ſuo epatu ſed & q domū ín fundo eccleſiæ & terra feudí ſui ædificare ſe íncōſulto præſumpſiſſent, cœpto ínteruenít opíficibus fruſtra. Nā nec uetítí ab eo, deſtíterūt. Exínde tránſeuntí mihí per terrā illā, ís q tūc erat abbas Baſſí fontis occurrens: índícauít q ab ædificatione ceſſaſſent. Verumtamen non tā propter nos, ſícut ex eíus relatione cognouí, quàm propter mílítē illū q terrā eís uíſus dediſſe grauabatur in multís: íta ut de eo plurímū quererentur. Quanquā ſi pro ſola charítate noſtra íd uoluntarìè dímíſiſſent: nec religiōnē eorum dedecuiſſet: nec ímmerítís forſitan præſtitíſſe beneficiū uíderētur. Míror ſanè unde hæc tanta q̄rela emerſerít, cū & abbas ín bona (níſi fallor) ſū deuotione erga nos uolūtate p̄ſentem finíerít uítā: & quí ſubſtituendus eſt eí, frequenter & familíariter cōueníēs nos ín noſtrís tíbus ſuís, nullā nobís q̄rímoníæ huí? alíqñ fecerít mentionē. Deníq; & poſtea ín eadē domo humaníſſime ſuſcepíhoſpítío, níhíl hínc uel ab ípſo abbate uel alío quoquam audíui. Sed & uobíſcū ín Claraualle poſtmodum p̄ſentí abbas: & nuperríme Barrí iā inſtāte capítulo ueſtro, ante literæ íllæ q̄rulæ ne dícā calūníoſæ uenerūt: & nec hic quíbí ſuper hoc, ſiue ab eo ſiue à nobís uel tenuíter quídem memíní me fuiſſe cōuentū. Præterea cauſamíní q domunculā fratrū ueſtrorū de Brena cōuerſus Igniacēſis cōbuſſit. O domunculā. Nēpe umbraculū quoddā ramorū erat, ubí ſederet frater qui ſtantes adhuc ín agro ſegetes cuſtodíret. Neq; hoc combuſtū malítia: ſicut fideli relatione cognouím?: ſed q poſitū ín agro quodā fratrū Igniacēſium terram occuparet quā excolí oportebat. Deníq; uix mille taxata eſt nūmulo domūcula hæc: & abbatí de Brena iam (níſi fallímur) ſup hoc ſatisfactum, ut oīno nec q̄rat, nec habeat unde queratur. Sí quomínus: ubí íd nos reſtore fecerítís, paratí ſumus ad oēm ſatisfactionem. Sic & abbate Longí pōtís, ubí primo q̄relam ueſtrā acceptímus, q ínter termínos ueſtros domū uellet ædificare, p̄hibuímus eū: & íā credímus deſtitiſſe. Sínaūt: & íd fiet, ubí facti non eſſe nouerímus. Super oía plangítís q eccleſiā ſanctí Foíllaní, q̄ de ordíne ueſtro eſt: abbas noſter de Villariscerít ímbannírí. At fortè iuſtíus uobís fratrís & coabbatís ueſtrí de p̄dícta domo ſcti Foíllaní íncredíbílís obſtinatío, quàm ſummí pontificís reprehenſibílís animaduerſio díſpliceret. Nouí ſiquidē q multís ueſtrorū ípſi? abbatis aīolítas díſpliceat grauíter: mirū ualde ſi nō etiam uobís. Ita ergo dico uobís hinc índígnamíní. Síquidem ípſe eſt cuíus aut cupídítas aut cōtumacía fratríbus ueſtrís cauſa fecerít offícía ínterdící. Et quidē prolixū eſt hoc negocíum: & difficile eſſet uníuerſa eíus ſubterfugia epiſtolarí breuítate cōcludí. Cām tm̄ ínterdícti quàm breuíter ímbo. Poſt duas aut plures cōuētiōes pacís, poſt diffinítíuam ſuíam ſudícij ſuxta mandatum capituli urī p uſos & uſum abbatis

abbates promulgatā accítus demum ep̄s Cameracensis, ꝙ cuius parochiā locus ſcti Foillani pertinere cognoſcí tur: cū uideret abbatē obſtinato aīo oīa uiolare: etiā ſententia eū eccl̄iaſtica cogere uoluit ut dicebat. Ille uerò ut redimeret tp̄s: ſummi pōtificis audientiā appellauit. Venit ante eū. Quí poſtquā teſtimonio tā uīrorū abbatū quàm aliorū religioſorū indubitāter agnouit abbatē ſcti Foillani nō ſolū reſilire à cōpoſitionib⁹, ſed & iudicio cōtraire: eccl̄iam ei⁹ inbānirí iuſſit donec ſatiſfeciſſet. Demū rogaſtis tā uos quàm ipſe dn̄m Ciſtertienſem & uos, multiſcꝫ tā uīs quàm uīrorū precib⁹ extorſiſtis p̄nte & ipſo ep̄o q̄ pmulgādæ ſniæ interdicti mādatū acceperat, ut p̄uideret adhuc forma aliqua pacís. Abſente abbate de Villari, tractata cōpoſitio: dictūcꝫ eſt ep̄o ut ſi uel ipſam obſeruaret abbas ſcti Foillani, abſtineret ab interdicto. Diſcedens aūt nec illā tenuit: ſed domū quā & iudicij ſnīa, & cōpoſitiōes oēs diruēdā eſſe diffinierāt: ita ut ſemel etiā diruta iā fuiſſet: atꝫ interim cōtra cōuētionē & iudiciū reædificata: hāc inquā, & tenuit & tenet: & alterā quoꝫ ſuppædificauit. Quidni exequeret ep̄s mādatū apl̄icū qđ' acceperat de pmulgāda ſnīa interdicti, p̄ſertim addita p̄uaricatione? Ego tn̄ ſperās tādē aliqn̄ uincere in bono malū: eandē ſnīam differrí feci uſqꝫ ad octauas Epiphaniæ: ſi fortè interim uír ille cogitaret ut uel formā iudicij exeq̄retur, uel cōpoſitionē aliquā obſeruaret. Atꝫ utinā ſic contingat: faciat deus pacis ut regeſcat ſup eū pax nr̄a. Cùm hæcita ſe habeāt: nō eſt qđ' de nobis q̄rí debeatís: cū iuſtius nos de uobis ut apparet q̄rí poſſim⁹. Reliquū eſt, ut Ephe. 4. diligētes uos diligatís, præſertim ſolicití ſeruare unitatē ſp̄ūs ī uínculo pacis. Illo, inquā, uínculo qđ' inter nos & uos cā pacis charitatiſcꝫ firmatū eſt: utiliter quidē: & nō mín⁹ forſitā uobis quàm nobis. Sí rūpēdū decernítis: nō expedit quidē. Sed nec licere ullaten⁹ puto. Nēpe ubi cōmunís eſt cā, p̄ſonæ reatus p̄iudicare nō deberet, & ſi uera eſſent q̄ in nos dícitís. Ego aūt fratres qcqd faciatís: decreuí ſemp diligere uos etiā nō dilectus. Occaſiones q̄rat quult recedere ab amíco, míhí ſtudiū eſt & erit nec cuiquā amícorū iuſtā in me diſceſſionís cām dare: nec ſcrutarí in alío: ꝙ hoc quidē fictæ, illud uerò neglectæ amícitíæ ſit. Et Eſai. 41. quía ſm̄ pphetā glutinū bonū eſt: ſoluere uel potíus abrūpere uos poteritís: ſed nō me. Adhærebo uobís etī nolítís: adhærebo & ſi nolím ipſe. Olím me alligaui forti uínculo: charítate nō ficta: illa q̄ nūquā excidit. Cū turbatís ero pacíficus, cōturbātib⁹ quoꝫ dabo locū íræ: ne diabolo dem. Vincar iurgīs, uíncar obſequīs. Inuítís p̄ſtabo, ingratís adijciā, honorabo & cōtēnentes me. Et nūc triſtis eſt aīa mea ꝙ quacūꝫ occaſiōe offenderím uos: eritcꝫ triſtis uſqꝫ dū uīa indulgētia releuetur. Sí tardaueritis: ibo & excuſabo præ foríb⁹, perſeuerabo pulſans: inſtabo opportune importune donec uel merear, uel extorquea benedictionē. Pluſquā mediū hyemís trāſiṫ iam, & tunicā noſtrā uſqꝫ adhuc fruſtratus expecto.

¶ Ad *abbatem Garinum alpēſem.* *Epiſtola.* CCLIII.

Euerēdo p̄rí & oī ueneratiōe dígno dn̄o abbati Alpēſi Garíno, & uniuerſis eiuſdē locí frib⁹, frater Bernard⁹ uīæ ſctitatis ſeru⁹: de bono in meli⁹ ſemp pficere. ¶ Reuera nūcī te p̄r expíor qđ' ī facrís lr̄ís legiſſe me meminí: Cū cōſummat⁹ fuerit hō Eccle. 18. tūc icipít. Iā ſení reqes, iā corona debebat emeríto: & ecce tāquā nou⁹ in xp̄o miles, noua iterū tibí excítas bella: p̄uocas aduerſarīū: & rē fortiū p̄ſumís feſſus ſenex: dum ad iterādū certamē, antiquū hoſtē, & iā quodāmō inuítū cōpellís. Emuero dū p̄ter morē tuū tuorūcꝫ p̄deceſſorū traditiōes diuinit⁹ inſpírat⁹, eccl̄ias & eccl̄iaſtica bñficia relinqs: ſynagógas ſathanæ, id eſt cellulas extra cœnobiū in quib⁹ tres uel quatuor fratres ſine ordíne, ſine diſcíplína habitare ſolēt deſtruís: fœminas à monaſterío arces: cæteriſcꝫ pietatis ac diſcíplínæ bonís ſtudioſi⁹ inuígílas ſolí- Pſal. 111. to: qd aliud prim⁹ & maxim⁹ ille pct̄or niſi uidebít & iraſcet: dētib⁹ ſuis fremet & tabeſcet: Sed q̄ curæ: Ecōtra tu Pſal. 118. in ei⁹ cōfuſiōe & tua cōſolatiōe cātabís deo tuo: Quí timēt te uidebūt me, & lætabunt: qa in uerbo tuo ſuſpera uí. Nec timēdū ꝙ ſuccūbat hoſti, q nec cedit ætatí. Vincit annos anim⁹: & frigēte iā corpe ſeruet ſctūm ī corde deſideríū: artubusꝫ fatiſcētib⁹, durat tn̄ incolumis ppoſiti uígor: nec ſentít rugoſæ carnís infirma ſp̄ūs p̄roptus. Nec mirū, Vt quíd eīm metuat ueteraní domicilij ruínas, q fabricā ſpiritalē uídet indies in ſublíme cōſurgere, pficere in æternitatē: Cert⁹ nāꝫ eſt, ſi terreſtrís domus iſta diſſol- 2. Cor. 5. uítur ꝙ ædificationē habet ex deo domū nō manufactam æternā in cælis. ¶ Sed dícet aliquís. Quíd ſi morte p̄uēt⁹ fuerít hō, necdū uidelícet ſpiritalí ædificio cōſummator? Perfect⁹ qppe nō habet quo proficiat. Et q̄ pficit: eoípſo quo proficit, pfectus nō eſſe conuincit. Eſt qđ' ſecurí de illo plena fide reſpondeam⁹. Dicem⁹ nēpe: Conſummatus Sapi. 4. ín breuí, expleuit tpa multa. Bene multa: quía & uniuerſa cōplectit. Qūo eīm nō expleuit oīa tpa quí trāſit ad æternitatē? Quāta ſanè tēpora non longeuitate, ſed longanímitate: hoc eſt nō annorū ſerie uel dierū numero, ſed mētís deuotíone & inextínguíbílí ſemp' proficiendi deſiderío pcurrere potuit: tanta ſibí in meritís nō immeritò uēdicauit. Retínet quippe uirtute: quod amiſit in tpe. Porrò uera uírt⁹ finem neſcit: tēpore nō clauditur. Vñ eſt illud: 1. Cor'. 13. Charítas numquā excídit. Et ítē: Patiētia pauperum nō Pſal. 9. peribit in finē. Et: timor dn̄í ſctūs permanet in ſeculū ſecu- Pſal. 18. lí. Nūquā iuſt⁹ arbítratur ſe cōprehēdiſſe: nūquā dícit ſa- Phil. 3. tis eſt: ſed ſemp eſurit ſititcꝫ iuſtitiā: ita ut ſi ſemper uíueret, ſemp quātū in ſe eſt iuſtíor eſſe cōtēderet: ſemp de bono in melíus proficere totís uíríbus conaret. Non eīm ad annū, uel ad tp̄s inſtar mercennarij, ſed ínæternū díuíno ſe mancípat famulatuí. Audí deníqꝫ uocē iuſtí: Inæternū Pſal. 118. non obliuíſcar iuſtificationes tuas: quía in ipſis uíuificaſtí me. Et rurſum: Inclínaui cor meū ad faciendas iuſtifica- Pſal. 111. tiones tuas ínæternum. Non ígitur ad tēpus. Proínde iuſtítía eíus manet non aliquanto tpe, ſed in ſeculum ſeculí. ¶ Sempiterna ítaqꝫ iuſti eſuries, ſempiternā meretur refectionē. Et líceat in breuí conſummetur pro tēpore, iudicat tn̄ expleſſe tēpora multa, pro uírtutís perpetuitate. Quo deníqꝫ pacto temporís breuitas bonorū præiudicet ppetuæ deuotioní: quæ pertínacem reproborū malítiā excuſare non ſufficit? Ob hoc enim, p̄culdubío ínflexíbílís & Nota. obſtínatæ mētís puníṫ æternalíter malū, lícet tpalíter perpetratū: qa qđ' breue fuit tpe uel opere, longū eſſe cōſtat in pertínací uoluntate: ita ut ſi nunquā morereṫ, nunquā uelle peccare deſineret: ímo ſemp uíuere uellet, ut ſemper peccare poſſet. Proínde pōt & de iſto p̄ cōtrariū ítidē díci: Cōſūmat⁹ ī breuí, expleuit tpa multa: ꝙ merito multorū ímo oīm tēpoꝝ receperit uícē, q nullo tpe uoluerit mutare íntentionē. Itaqꝫ índefeſſum proficiendi ſtudiū, & iugís conatus ad perfectionē: perfectio reputatur. Q̄ ſi ſtudere perfectioní, eſſe perfectū eſt: pfectò nolle proficere, deficere eſt. Vbí ergo ſunt quí dícere ſolēt: ſufficit nobís, nolumus eſſe meliores quàm patres noſtrí? O monache: non uís proficere? Non. Vís ergo deficere? Nequaquā. Quíd ergo? Sic míhí, inquís, uíuere uolo, & manere in quo peruení: nec peíor fierí patíor, nec meliór cupio. Hoc ergo uís, qđ' eſſe nō pōt. Quíd eīm ſtat in hoc ſeculo? Et certè de Iob. 14. hoíe ſpecialíter dictū eſt: Fugít uelut umbra: & nunquā in eodē ſtatu pmanet. Ipſe deníqꝫ hoís ſeculíqꝫ author quandíu in terrís uíſus eſt, & cū hoíbus cōuerſatus eſt: nunqđ ſtetit? Et quidē teſte ſcíptura: pertranſiṫ bñfaciendo & Actu. 10. ſanando oēs. Pertranſiṫ ergo ſicut nō infructuoſe: ita non remiſſe, non pígre, non lento greſſu: ſed quemadmodum ítem de eo ſcíptum eſt: Exultauit ut gígas ad currendam Pſal. 18. uíam. Porrò currentē nō apprehēdít, q & ípſe pariter nō currít. Et quíd pdeſt Xp̄m ſequí: ſi nō cōtingat cōſequí? Ideò Paul⁹ aiebat: Sic currite ut comprehendatís. Ibí tu 1. Cor. 9. Chriſtíane fige tuí curſus, pfectuſqꝫ metam, ubi Xp̄s poſuit ſuam. Factus eſt, inquít, obediens uſqꝫ ad mortē. Quā Phil. 2. tumlíbet ergo cucurreris: ſi uſqꝫ ad mortē nō peruenerís, brauíū nō apprehendís. Brauíū Xp̄s eſt. Q̄ ſi illo currēte, tu gradum ſiſtís; non Chriſto appropías, ſed te magís

Universidad de Deusto Biblioteca

Psal.72. elongas: tímendumq; tibi est qđ ait Dauid: Ecce qui elõgant se à te dñe, peribunt. Itaq; si proficere currere est: ubi proficere, ibi & currere desinis. Vbi uerò non currere, ibi & deficere incipis. Hinc planè colligitur qa nolle ꝓficere, non nisi deficere est. Vidit scalã Iacob: & in scala angelos: Geñ.28. ubi nullus residens, nullꝰ subsistens apparuit, sed uel ascẽdere uel descendere uidebanť uniuersi: quatenus palã daretur intelligi inter profectũ & defectũ in hoc statu mortalis uitæ nihil mediũ inueníri: sed qũo ipm corpus nr̃m continue aut crescere cõstat aut decrescere: sic necesse sit & spm̃ aut ꝓficere semp aut deficere. Interest tm̃ qp nequaquã iuxta ordinẽ corporaliũ uicissitudinũ etiã spũs sua uel incrementa capit, uel patitur detrimenta. Nã semper in robusto & uegeto corpore animꝰ mollior atq; tepidior facet: & rursum in corpore debili & infirmo fortior uiget prõptiorq; spũs. Qđ se utiq; in se expertũ cõtestans apls, 2. cor. 12. Qñ infirmor, inqt, tunc fortior sum. Sed & libẽter gloriatur in infirmitatib9 suis: ut inhabitet in me, ait, uirtꝰ xpi. Quod quidẽ sic astruimus exẽplis, ut probemꝰ & oculis: 2. Cor. 4. dũ in te pater manifestũ sit nobis qđ dicitur: Cuiꝰ quippe etsi hõ exterior corrumpit: sed interior renouať de die in diem. Vñ cm̃ tantus ardor inmouãdi ordinis: nisi ex renouatione mẽtis? Sic bonus hõ de bono thesauro cordis sui Mat. 12. profert bona: sic arbor bona fructus bonos facit. Primi & purissimi fructus tui. Sed quænã arbor hos ꝓtulit nisi puritas cordis? Alioquin qñ impurus animꝰ tãto studio regulæ inquireret eligeretq; puritatẽ? Nec de turbido fonte límpidus emanat riuus: nec de sordida mente munda cogitatio. Intus est proculdubio: intus est quod delectat: & ex illa plenitudine intrinseca erumpit totũ quod foris exuberat: atq; in mente fulget qđ sic placet in opere. Sequimini filiꝰ patrẽ: imitatores eiꝰ estote sicut & ipse xpi. Dici- Cant. 1. te: In odore unguentoꝝ tuorũ curremus. Siquidẽ bonus Eiusdẽ. 4. odor xpi est in oi loco. Nã ut taceã de uobis qui pntes cõminus percipitis fragrantiã, tanta ad nos usq; q lõgè absumus ex studijs eius bonis peruenit huius suauissimæ respersionis ubertas: ut nobis certissime fiat odor uitæ ad uitã. Puto qp & in cælestib9 id iã psenserint in odorẽ suauitatis: & quadã solito festiuiori exultatione decantent: Cant. 3. Quæ est ista q̃ ascendit ꝑ desertum sicut uirgula fumi ex aromatib9 myrrhæ & thuris, & uniuersi puluerís pigmẽ- Eiusdẽ. 4. tarij? Et illud: Emissiones tuæ paradisus malorũ punicorum cũ pomorũ fructibus. Quicũq; inter uos hunc in cælis iubilum non audit: inuidet. Quisquis hunc non sentit odorem (ut omnium pace dixerim) putet.

¶ *Ad Simonem abbatem sancti Nicolai.* *Epistola.* CCLIIII.

DRoinde ut uidetis & nõ frustra erronea ouicula uestra cõtra morẽ nostrũ à nobis: nõ nobis, sed sibi & uobis derenta est, cũ tali circũuẽtione imo utili subuentione & fratri ꝑ arctioris uitæ desiderio: & pro fratris reditu uestræ tandẽ nihilominus uolũtati satisfactũ sit. Hæc aũt dico nõ ut nostrã erga uos in hoc uelim cõmendare beneuolentiã, per quã quicquid facere possum uix sufficerẽ sicut est demõstrare: sed ut certũ habeatis qđ antè uobis dixisse me meminí: quia sæpe inquietos aios, quib9 sua in qua sunt uita non sufficit: districtior experta cõpescit. Cõsiliũ nostrũ super ipso fratre reccõciliato, uelle uos scripsistis audire: sed nõ putaui necesse fore: cũ paratus ueniat non suã, ut solet, à uobis extorquere, sed uestræ, ut decet, in oĩbus uolũtati acquiescere. Difficultatẽ ingressus, quã ualde timet, ꝑ ipso & cũ ipso supplicamus pie temperari, & aliquanto mitius cum eo agi, quàm cũ cæteris solet fugitiuis. In similibus em̃ factis causa dissimilis simile recusat iudiciũ. Multũ qppe differũt à se q timore, aut odio religionis de monasterio fugit: & qui eiusdem amore & desiderio transit ad aliud.

¶ *Ad Ludouicum regem Francorum.* *Epistola.* CCLV.

EVdouico dei gra excellentissimo regi Francorum. B. Clarauallis uocatꝰ abbas fidelis suus: salutem à rege regũ, & dño dominãtiũ, ipsi & dilectæ eius, & filijs eius. ¶ Regna terræ & iura regnorum, tunc sanè sana suis dñis atq; illæsa persistunt: si diuinis ordinationibus ac dispositionibus non resistunt. Cur dñe irascitur furor tuꝰ cõtra dei electũ: quẽ tua quoque sublimitas suscepit & ꝑelegit: tibi quidẽ in patrẽ filio tuo tem tuo in Samuelẽ? Armatur regia indignatio nõ solũ in extraneos: sed in semetipsam & suos. Non nr̃i hanc scripturã ira uiri iustitiã dei nõ operatã? ꝓprijæ quoque litatis, sed indignatis, sed salutis facit sæpe ut nec manifestũ oibus aduertas periculũ, sentias damnũ. Colligo filium. Quid in hoc detrahiť regiæ gloriæ, regni uiribus? Ibi uniuersæ ecclesiæ cõmendabitur ac rememorabitur excellentiæ uestræ prompta & specialis deuotio: quã gum primꝰ aut certè inter primos rabiei persequentium eandẽ matrẽ uestrã strenuissime & christianissime defendendo obuiastis. Ibi, gloriose ab ingenti illa multitudine debitæ gratiæ referentur uobis: ibi à milibꝰ sctorum orabitur pro uobis & uestris. Aliàs autẽ quàm sit hoc tẽpore necessarius cõuentus episcopoꝝ, nullus ignorat: nisi qui durus corde matris ecclíæ angustias nõ attẽdit. Aiunt, inquiunt, nimius est: quasi nos glacialia corpora habeamus. An corda nobis magis congelata sunt: & nemo est qui iuxta prophetã cõpatiatur super cõtritione Ioseph? Sed hæc aliàs. Nunc autẽ ego minimus in regno uestro, sed dignitate, non fidelitate: dico uobis: non expedit uobis impedire tantũ & tã necessarium bonũ. Nec desunt ostendentes causæ quibus id manifestũ facere possem: quas nunc proferre in medium ad manũ mihi est: nisi q sit uobis tror dictum sapienti. Tamen si quid ex apostolicæ authoritatis rigore processit: unde se meritò esse turbatã ciuitatis uestræ serenitas arbitratur: qualiter hoc ꝑ uocetur aut tẽperetur prout oportet ad honorẽ uestri deles uestri qui adhærent, totis uiribus enitemur. Interim nos quoq;, si quid possumus, non dissimulabimus.

¶ *Ad dominum papam Eugenium.*

Epistola. CCLVI.

NOn est leue uerbum quod sonuit: triste sed graue est. Et cui triste? Imo cui non triste? Si filij? iræ iram non sentiunt, nec tristantur stibus: sed lætantur & exultant in rebus prosmis. Decætero communis tristitia est: quia communis causa. Benefecistis iustissimum zelum nostræ Gallicanæ ecclesiæ collaudando & corroborando authoritate sarum uestrarũ. Non est (dico uobis) in causa tã grauis & tã grauí tepide agẽdum: sed ne timidè quidẽ. ¶ Legi apud quẽdã sapientẽ: Nõ est uir fortis cui non crescat mus in ipsa rerũ difficultate. Ego aũt dico: fideli hominí magis & inter flagella fidendum. Intrauerunt aquæ usq; ad animam Christi: tacta est pupilla oculi eiꝰ. Exercitus nunc utercq; gladius in passione dominí, Xpo denuo patiente, ubi & altera uice passus est. Per quem autẽ nisi per uos? Petri utercq; est: alter suo nutu, alter sua manu stringendus. necesse est euangínandus. Et quidem de quo minus uidebatur, de ipso ad Petrum dictum est: Conuerte gladium tuum in uaginam. Ergo suus erat & ille: sed nõ sua manu utiq; educendus. Tempus & opus esse existimo ambos educi in defensionem orientalis ecclesiæ. Cuius locum tenetis: zelũ negligere non debetis. Quale est hoc, principatum tenere, & ministerium declinare? Vox clamantis in deserto Hierosolymã iterũ crucifigi. Ad quã uocẽ etsi alteri surdi alij? & surdi sint: successori Petri dissimulare non licet. Loquetur & ipse: Et si oẽs scãdalizati fuerint: sed nõ ego. Nec terrebitur dãnis? prioris exercitus: quib9 magis nocendis operã dabit. Nunquid ideo non debet facere bonum quod debet, quia deus facit quod uult? Ego uerò pro tantis malis, tãquã Christianus & fidelis meliora sperabo: & omne gaudiũ æstimabo cp in uarias tẽtationes incidimus. Reuera panem doloris comedimus: & potum nus uino cõpunctionis. Quid diffidis amice sponsum? si non more suo uinũ bonum seruauerit usq; adhuc benignus & sapiẽs sponsus? Quis scit si conuertat & ignoscat deo, & relinquat post se benedictionẽ? Et certè sic operi

Universidad de Deusto

se iudicare superna diuinitas solet, scienti loquor. Quando aũt magna bona mortalibus prouenerũt, quæ nõ magna præuenerint mala? Nam ut cætera taceã: nónne illud unicum & singulare beneficiũ nostræ salutis pcessit mors saluatoris? Tu ergo amice sponsi: amicum te in necessitate pbato. Si triplici illo amore de quo tuus interrogat⁹ est Ioã. 21. pdecessor, tu quoq; toto corde, tota aia, tota uitute Xpm diligis ut oportet: nihil reseruabis, nihil dissimulabis in tanto periculo spõsæ eius: sed quicquid habes uirũ, quicquid zeli, qcqd solicitudinis, quicqd authoritatis, qcqd ptãtis, impendes. Singulare piculũ, singularẽ exigit operam. Fundamentũ cõcutit: & tanquã imminẽti ruinæ, totis est nisibus occurrendũ. Et hæc ppter uos: fidẽter qdẽ: sed fideliter dicta. Decætero uerbũ illud qd' iã (ni fallor) audistis, quõ uidelicet in Carnotensi cõuẽtu (quonã iudicio satis miror) me quasi in ducẽ & principẽ militiæ elegerũt: certũ sit uobis nec consiliũ mei, nec uoluntatis meæ fuisse uel esse: sed nec possibilitatis meæ (quãtũ metior uires meas) puenire usq; illuc. Quis sum ego ut disponã castrorũ acies, ut egrediar ante facies armatorũ? Aut qd tã remotũ à pfessiõe mea, etiã si uires suppeterẽt, etiã si pitia non deesset? Sed neq; hoc meũ est uestrã docere sapiẽtiã: nostis hæc oĩa. Tm̃ obsecro p illã charitatẽ qua mihi speciaIiter debitor estis: ne me hũanis uolũtatib⁹ exponatis: sed sicut singlariter uobis incũbit, diuinũ cõsiliũ perquiratis: & operã detis, ut sicut fuerit uolũtas ĩ cælo, sic fiat.

¶ *Ad eundem pro fratre Philippo.* *Epistola.* CCLVII.

SI negociũ qd' cæteris nõ miscem⁹: quoniam cæteris ampli⁹ tangit & angit nos: & eget singulari propriæ precis instãtia. Philipp⁹ noster cum se exaltauit, humiliatus est: sed cum se humiliauit, non est exaltatus: quasi utrunq; pariter domin⁹ non dixisset. Rigor est: sed sine dispẽsatiõe. Iudiciũ: sed sine misericordia. Multi (qd' negandũ non est) sic mẽsuarunt: sed nullus ita sibi uoluit mẽsurari. Si aũt in qua mẽsura mensi fuerimus, remetiet nobis: erit pfectò iudiciũ sine mia ei qui nõ fecerit miam. Capax est uester apostolat⁹ rei utriusq;: & zeli scilicet, & miserationis. Et honor quidẽ maiestatis iudiciũ diligit: sed absit ut ad piudiciũ mãsuetudinis. Quãquã dispẽsator ille cui⁹ laus est in euangelio, Luc. 16. elegit poti⁹ fraudẽ facere suo dño, quàm pxio nõ misereri. Deniq; pro centũ nũc qdẽ octoginta, nũc uero qnquaginta redhibuit. Iuste laudat⁹ est: qui dño suo rerũ maluit quàm personarũ iacturã facere. Et qa dign⁹ est q sic opat, mercede sua: uno tali ope quos ille retinuit seruos, iste sibi fecit amicos. Quid facim⁹? Videmur ĩtrasse causam, nõ porrigere precẽ. Non expedit ita. Si pgim⁹ ista dicere: iudiciũ puocam⁹, nõ miam. Nulla mihi fiducia in argumentationib⁹ istis, nõ plus quàm in telis aranearũ. Frustra iaProuer. 1. cit rhete ante oculos pẽnatorũ. Noui quàm ualidiora ualeãt mihi rideri: præsertim à tali ingenio. Quãobrẽ arma mea pces pauperũ sunt: & abundam⁹ in gñe isto. His cedat necesse est machinis turris fortitudinis etsi aliàs inexpugnabilis. Nõ repellet pauperũ preces pauperũ pater, pauptatis amator. Qui nã isti? Nõ sum sol⁹: & si sol⁹, fortasse præsumere possem. Oẽs filij uestri q mecũ sunt, & q mecum non sunt: mecũ tamen sunt in hac supplicatione. Quis numeret eos? Solus sanè frater Philippus excipit, q nec postulat, nec petit postulari: & an uelit, ignoro, magis quod in se est elegit abiectus esse in domo dei sui. Sed nec nos quidẽ pro homine, sed p ordine postulam⁹: cui dispensationẽ in eo factam nõ parum profuturã cõfidimus.

¶ *Ad eundem pro fratre Rualeno.* *Epistola.* CCLVIII.

IN ueritate cõperim⁹ Rualenũ nostrũ nedum requiescere in quo posit⁹ est: sed nec aliquãdo requieturum confidim⁹. Quãobrẽ op⁹ est maturato remedio, nõ solum illi, sed & mihi. Vror dico uobis: quãdiu ille in scandalo est. Nolite mirari hoc una anima sum⁹: nisi q ego mater, ille filius: nam patris in eo cessi uobis & nomen & authoritatẽ. Solus qui trãsfundi non potuit: mihi remansit affectus: qui me excruciat. Mater autem nõ potest obliuiscí filij uteri sui. Id me fuisse Esa. 49. quis dixerit: ego adhuc esse sentio. Clamat matrem pectus triste: & continuus dolor cordis mei pro eo. Quæritis de quo querar? De me. De uobis mihi queror: sed uobis. Ego ego sæua & pia mater propriis uisceribus nõ pepercí ut castificarem cor meũ in obedientia charitatis. Immolaui de sinu meo chari pigneris hostiam: & non in angaria fateor: sed in uolũtate mea paruí uoluntatí q̃ quos uult angariat. At ille non ita. Renitebatur quamuis frustra planè angariat⁹ tam à me quàm à uobis. ¶ Nũqd ego timere potui tãta obstinatione semper renisurũ? Pñ cordis est cedere importunitati: quæ ad id quod oportet adduci non patitur. Alioquin inuitũ tenere ad qd' inuitus tractus est durum pro illo: fructuosum nemini est. Porrò occupare locũ, & non facere fructũ: nec loco expedit, nec nos decet, nec nos. Nemo (ut ait beat⁹ Ambrosi⁹) inuit⁹ benefacit, etiam si bonum est quod facit: quia nihil ,pdest spiritus timoris, ubi non est spiritus charitatis. Obsecramus itaq; per uiscera misericordiæ dei nostri exhibete uiscera patris, & infantem, dũ adhuc uiuit, remittite ad ubera matris: cuius fortassis hic totus languor est q̃ sit præpropere ablactatus. Melius enim uiuere finitur, quàm diuiditur. Quæ utilitas in sanguine eius? Vnũ scio, non patris nõ matris illa uox erit: nec mihi nec tibi sit, sed diuidatur. Hoc uos fortè nõ timetis, qa nõ creditis prouẽturũ. Sed scriptitatiões & musitatiões frequẽtissime ueniẽtes in manus nostras, plenæ sunt timore isto: minitantes hominis fugam: & diuisionem uel potius diruptionẽ nõ modo à uobis, sed & à nobis.

¶ *Ad eundem pro eodem.* *Epistola.* CCLIX.

ET si quid aliquando uoluí quod uelle me noluistis: mãsuetudinis uestræ dignatio eo me puocat: ut quod uultis, non modo uelim: sed & auide uelim. Placet uobis ut frater Rualen⁹ abbas sit apud sanctũ Anastasiũ: & mihi. Placuerat & ante: sed quia nimis ille nolebat: placitum in non placitum uenit. Porrò uestro beneplacito non cõniuente rursum ut iustũ est, nõ placitũ in placitũ redit. Experiri licet. Factũ est qd' pcepistis: nõ quia pcepistis: sed quia uoluistis. Ex uolũtate ergo: & non quasi ex tristitia, uel ex necessitate executio maturata mandati obedientiã pbat, de uoluntate stilus interrogẽt. Si cõtentus non forem mandatũ facere: nónne iuxta uerbũ dñi seruus inutilis essem, soluẽs debitũ? Nũc aũt qa adieci uelle: iam non seruus, sed filius. Luc. 17.

¶ *Ad abbatem Ruelanum.* *Epistola.* CCLX.

SAtis supercq; affluxit nos absentia tua Rualene charissime: sed longe magis comperta tua tristitia turbati sumus. Etenim iustius te quàm nostram de te desolationẽ seu destitutionem plangere nobis uidemur: & desolatio quidem non parum dãnosa: & non parum molesta: nempe tam dulci filio, tam utili fratre, tam necessario adiutore. Verum quò uerius ista de tua amabilitate memoramus, eò affectuosius compatimur merori tuo: pluris multo habentes tuum incõmodum, & longe ægrius ferentes: quàm nostrum damnũ. Deniq; non dissimulauimus, non quieuimus, nõ siluimus, tẽtates sup hoc deum penè usq; ad irritandũ summũ & sanctũ põtificẽ: ut quomodocũq; uel cũ nostro periculo te reuocaremus. Sed qa adhuc frustrati sumus in cunctis molitionibus & conatibus nostris: supernis tandẽ iudicijs uel fatigati cedentes: & dantes potẽtiæ manus: qm̃ qd' uolumus nõ uallemus: id uelle cogimur qd' possum⁹. Tu igitur frater charissime & desiderantissime cõfortare in dño & noli iam cõtra stimulũ calcitrare: ne dum pungeris tu, plurimi q te in dño plurimũ amant, pariter cõpũgantur. Parce tibi & nobis, qui tuo amore nec ipsi nobis pepercimus. Magis autem induere fortitudine: cõfidens & sciens qa gaudium domini fortitudo tua. Induere lætitia salutarí: ut & nos de tua iocunditate lætantes, hilarem datorem diligenti deo: tum pro tua pace: tum pro nostra consolatione laudes & gratias referamus.

¶ *Ad dominum papam Eugenium pro quodam paupere abbate. Epistola.CCLXI.*

VNus de militibus templi uoluit monachari in ordine nostro: nec defuerūt de nostris qui ei in tali uolūtate assentirent. Sed cum nō auderent eū in suis claustris recipere, qm̄ nō licebat: occulte eum duxerunt ad quādā abbatiam quæ dicitur ualis, mandantes & suggerētes abbati, ut nīgrū habitum de alio ordine monachorum faceret ei tradi: & sic eum reciperēt: nr̄mq; illi darēt. Et factū est ita. Res nobis innotuit & per nos delata ad capitulum est, capituli decreto frater ille foras missus est. At fratres de tēplo minime hoc contēti, literas nihilomin9 a uestra maiestate ep̄o cathalaunēsi attulerūt: qb9 abbatē sc̄ti Vrbani (nā iselt q militi habitū tradiderat) ab introitu ecclesiæ suspenderet: donec se uestro cōspectui præsentaret. Inde est q̄ abbas de uallibus quo rogante ille hoc fecit, nil mali suspicat9: cōpulsus est in magna anxietate animi fratrē latorē p̄sentiū mittere ad pedes mīæ uestræ: ut qui per eum intricatus est, per eum expediatur: si tñ hoc tam ipse quàm etiam nos aiñ filñ uestri, à uestra sancta paternitate potuerimus promereri.

¶ *A eundem pro monachis Mosonēsibus. Epistola.CCLXII.*

NOn possum deesse denuo dño Remēsi ī petitione sua: p̄sertim cū digna sit exauditu. Rogam9 proinde & oī instantia supplicam9 pro pauperibus monachis Mosonēsibus, ut ab oppssionē quā sustinent, sicut per latorem præsentiū nosse poteris, citius liberētur: & ab eis iniuriæ siue calumniæ malignātiū in manu uestra ualida propulsentur. Hoc enim est pro quo pauperes délonge miserunt clamantes ad uos. Iam quale responsum à uobis oporteat reportari: doceat uos amantiū tā iustitia quàm pauptas: & p̄fati uiri qui p eis interuenit, & uos non parū diligit, reuerentia.

¶ *Ad eundem pro abbate Caziacensi. Epistola. CCLXIII.*

ORrexerā preces, cū possem fortè iubere: & me putauerā exauditū. Sed qa cōperi non ita esse: mihi uideor nō iā simpliciter fore cōiterq; petendū: sed clamandū in uociferatiōe. Neq; eñ tenuiter seu æquanimiter fero repulsam: quā hactenꝰ expertus nō sum. Facite itaq; qđ debetis, facite qđ soletis: nā consuetudo debitorē uos fecit, facite inquā, etsi nō qa rogamini, certè qa iubemini. Ita; reuertimini ad iudiciū nec eñ iustitiæ uideť esse, ut uir religiosus & amicus, noster & filiꝰ uester abbas Caziacēsis qđ iuris est monasterñ sui p̄datis pp uerbū incaute à se ēcōsulteq; platū, & absq; ecclīæ suæ assensu. Quāquā etsi illi nerbo oīno p̄naciter adhæreat aduersarius, utpote iustitiæ nō cōfidens: iusto ut putamus iudicio p̄dicto abbati nō debebit obesse, cū uiri illi in quorū cōniuētia res posita est nō concordasse, sed potius dissensisse sciant. Ex hoc credim9 qa nō contristabitis nos: neq; conturbabitis. Sic deus lætificet animā uestrā: sic uos ab oī perturbatione cōseruet, pater amande & honorāde si oībus seruis, xp̄i sed nobis specialiter.

¶ *Petrus Cluniacensis abbas ad Bernardum abbatem Clareuallensem. Epistola.CCLXIIII.*

SOrti ac splendidæ monastici ordinis imo toti9 ecclesiæ dei colūnæ, domino B. Clareuallis abbati: Petrus humilis Cluniacensis abbas salutē quam repromisit deus diligentibus se. ¶ Si liceret: si dei dispositio non obstaret: si in hoīs potestate esset uisa eius: maluissem charissime btitudini tuæ nexu indissolubili adhærere: quàm uel principari inter mortales alicubi uel regnare. Quid eñ? Nonne regnis oīb9 terrenis præferri à me deberet grata nō solū hoīb9: sed & āgelis ipsis cohabitatio tua? Cōciuē te illoq; si dixero: licet nōdū spes ī rē trāsierit: p̄ misericordis dei gr̄am mēdax nō ero. Si plane mihi datū fuisset usq; ad ultimū spiñ tecū hic esse: daretur fortassis posthac & ubi esses etiā perpetuo esse. Quo eñ currerē nisi post te: tract9 odore unguētorū tuoꝝ à te. Qđ qa semp nō dat: utinā sæpe daret. Et qa nec illud est: utinā saltē frequēter uideā missos à te. Et hoc quoq; quia raro cōtingit: uolo ut uel in p̄xio sc̄itas tua amāt̄ se per suū nūciū usq; ad octauas dñi mecū māsurū misterium quo tuus ut mihi uidef ex pte, & me9 ex toto spūs requiescat. Vbi debo te sc̄tē frater ī illo: audiā te p̄illū: & ēdā ēfecrato ta fieri uolo sapiæ tuæ, mādabo p ipm. Sāctæ aiæ tuæ filiæ & sub regimine tuo oīpotēti dño seruiētib9: me uestrisq; quātis possum p̄cib9, quāta possum deuotiōe cōmendo.

¶ *Ad Petrum Cluniacensem abbatem. Epistola.CCLXV.*

QVid facis ô bone uir? Laudas p̄sōē: miserum beatificas. Restat ut ores ne inducar in errorē. Inducor aūt si tantis delectatus p̄conijs, ignorare me cœpero. Propemodum id mihi cōtigerat uisis literis beatitudinis tuæ, & beatificationis meæ. Quàm btūs nūc essem, si uerbis beari possem? Beatum me dixerim: sed fauore tuo, non meis laudibus. Beatum q̄ diligor à te: q̄ diligo te. Quanquā & hāc mihi dulcēdinē cet buccellam liquādā arbitror: nec oīno plenis, ut aiūt, buccis admittendā. Mirarís cur hoc? Nēpe non uideor mihi unde tñ diligi meruerim: præsertim à tanto. Scio mihi qa plus iusto uelle diligi: minus est à iusto. Quis mihi det tātæ hūilitatis insigne, tā imitari posse quàm admirari? Quis mihi tribuat sc̄tā & desiderata p̄sentia tua: nō dico semp: nō dico sæpe: sed uel semel in anno frui? Puto quia nulla uice reuerterer uacuꝰ. Nō iquā frustra cōspicerē uitutis exēplar: disciplinæ summā: speculum sc̄titatis. Quōmin9 usq; adhuc à Xp̄o didicisse me fateor, nō incallum de oculata p̄ciperē, quàm sis & tu mitis & humilis corde. Verū si tibi p̄go facere qđ à te mihi factū q̄ror: & si imperā: ueritatis tñ legi nō cōcordabo in q̄ legi: Quodcūq; nō uis fieri, aliñ ne feceris. Itaq; iam rīdeam9 petitiōem uræ: q̄ epl'am cōclusistis. Is quē mitti uobis iubetis modo mecū nō ē: sed cū dño Altissiodorēsi: & ita ībim9, ut sine mio ēcōmodo, nec ad nos usq; posse adhuc uenire dicat.

¶ *Ad Sugerium abbatem sancti Dionysij in obitu eius consolatoria. Epistola CCLXVI.*

CHarissimo & intimo amico Sugerio dei gr̄a abbati sancti Dionysij: frater. B. gloriā quam intus est: & gratiā q̄ désuper uenit. ¶ Hō dñe trepides exuere hominē illū q de terra est, qui te deprimit usq; ad terrā: & conatur deprimere usq; ad inferos. Iste est q uexat, q onerat, q oppugnat. Quid tibi & terrenis exuuijs: q ad cælū iturus stola gloriæ mox induī habes? Præsto est: sed uestito nō dabit. Veltire uult illa: non superuestire. Sustine ergo patiēter, imo libenter accipe nudus & nō uestitus inueniri. Deniq; & deus ipse uult uestiri: sed cum nudus est, non cum uestitus. Ad dei nō reuertef ad deū: nisi is q de terra est, & terra est, in terrā ierit. Hi eñ duo hoies sibñ nuicē aduersantur: nec erit pax donec ab inuicē separentur. Et si pax fuerit, non erit pax dñi: nō erit pax cū dño. Nō es tu de illis qui dicunt pax, & nō est pax. Te expectat pax illa q̄ exuperat oēm sensum: te expectant iusti donec retribuatur tibi: te expectat gaudiū dñi tui. Et ego quidē charissime uehemēter ambicior ante uidere te: ut bñdictio morituri ueniat super me. Et qm̄ nō est in hoie usa ei9: nō audeo unde cert9 nō sum pro certo pollicerī: sed qđ nōdum uideo quō possim, prætis ago ut possim. Fortè ueniā: fortè nō ueniā. Sed quodlibet horū sit: dilexi à principio, diligā sine fine. Fidenter dico, nō possum p̄dere sic dilectū usq; ī finē. Nō mihi p̄ sed præit: cui9 aīæ aīa mea adhæsit glutino qđ nō dissipabit, & uinculo qđ nō dirumpetur. Tñ memēto nostri cū pueneris quo nos p̄uenis: ut & nobiscito dei ueniā p̄te, & ad te puenire. Interim tñ nullaten9 putes qa tui dilectionis memoria recedat a nr̄a, etsi p̄ntia dolētib9 subtrahit. Quāquā potēs est de9 te adhuc nobis donare rogantibus, seruare indigētibus: quod utiq; non est diffidendum.

¶ *Abbati Cluniacensi. Epistola.CCLXVII.*

ILius uester frater Galther9 factus est & noster: sm̄ regulā illam, oīa mea tua sunt: & tua mea. Nō sit minus familiaris qa cōis: sed si est quod possit alia gr̄a, sit familiarior atq; acceptior nobis quia

mihi: quia uester est: sic uobis quia noster est.

¶ *Ad dominum papam Eugenium pro fratribus de corona.* Epistola. CCLXVIII.

Ne uereantur maiestatem in uobis: & tremulis labris ac digitis qđ ad rē pertinet, uix ad id unquam longis ambagibus anfractibusq; perueniant. Ego certè utilitatē uestram, & honorem uestrū tantūmodo attendens, rem ut est nude & aperte illico aperio, & sine cūctatiōe & obuolutiōe tanquā uni nostrū: apostolico qđ opus est intimare non uereor. Subreptū ē uobis, & grauiter: qđ nō dubiō affirmauerim. Quis uobis suggessit hoiem de ambitiōe notatum, cōuictū, cōdēnatū, ad ecclesiasticā cogere dignitatē: Quasi non satis per se ipse se ingerere uoluisset. Nōme is est quem sanctæ memoriæ Lābertō epūs depōsuim in maleficijs detestādis, q̄ ipse stimulāte ambitiōe perpetrarat: nō solum à gradu i quo erat, sed à spe totius promotiōis solēniter ut debuit degradauit: Nō est nisi reuocare iniam. At ꝓpter anxietatē sctōrū fratrū de corona q ꝓ hoc clamāt ad uos, & ob reuerentiā epī scti & docti q in hac re author extitit: sed propter cōscietiā (cōscietiā dico uīam, nō alterius) unū restat (ut hoc & ꝓ mea cōscietia inferā) irascimini & nolite peccare. Peccatis enim si nō irascimini tanti suggestori meda cij: tam indignæ sententiæ subreptori. Psal. 4.

¶ *Ad eundem.* Epistola. CCLXIX.

Serpens decepit me. Homo uersipellis & uersutus iustitiæ inops, audientiā fugitans, propriæ conscientiæ inimicus, fraternæ incubans iniuriæ, nescieti mihi literas ꝓ se ꝓ dōm Beluacensem elicuit. Quid enim ille à me non obtineret: Si nō ultis ultra modū onerare cōscietiā meā: nil lucretur subreptiōe dolosus: nec de literis nīis opprimat inocētes. Quā quā ne hoc qdē mihi satis fuerit: nisi & pœnā portet quā meruit subreptor malignissimus, & auarissimus exactor. 2. Reg. 17.

¶ *Ad eundem.* Epistola. CCLXX.

Vi tentant nos: nō dormitant, neq; dormiunt. Quomodo nūc de nouo pscuti sunt in montibus insidiati sunt in deserto: Cartusienses turbati sunt. Turbati sunt & moti sunt sicut ebri, & propemodū oīs sapietia corū deuorata est. Scias domine mi, inimic⁹ hō hoc fecit. Quid dico fecit: Et adhuc facit. Adhuc fiducia habet ut de illa sctitas influat in os ei⁹. Esca ei⁹ electa: nosti optime. Quosdā iā ꝑuaricatores constituit: alios quos ꝓ se expugnare nō poterat, ꝓ illos ipugnat bello domestico & intestino. Ab ipsa fundatiōe loci & ordinis nō est auditū ut qs exiēs, sine satisfactiōe recipe retur. Qui male exierāt, pcius reintrauerūt addētes prēuaricationē. Quid putas pī sancte illi facturi sunt quorū egressio in transgressione: regressio in supbia est: Et nūc superbia corū ascendit: semper. Exultāt in re pessima quā egerunt: insultāt iniuriā patientibus. Vicere: triumphāt: prior iā nō est prior. Dū superbit impius, incenditur pauper. Exire etiā uult: nō pōt uidere destructionem ordinis sui. Et iam exisset: si solus exire potuisset. Qui prior necesse est ut bon⁹ sit, nā quorū innititur consilio: audiuimus à bonis bonos esse. Vidēsne clemētissime pater quantum subreptū sit tibi: Nihil ne dignū recipiet subreptiōis author: Si bene te noui, portabit iudiciū quicunq; est ille. Venerunt ad te in uestimētis ouiū: in habitū scto: species decepit te. Quid mirū: Et tu hō es. Sed iam prodita in lucē fraude, exurgat zelus, & partes suas uiriliter exequat aduersus malignātes. Nō ueniat aīa tua in consiliū corū, dissipetur cōsiliū Achitofel. Teipm custodi. ¶ Nō est paris periculi, scietiæ subripi, & zelū dormire, Illud excusat ignorātia: hoc negligētia inexcusabile facit. Forte ascendat ex aduerso, & aliud psuadere conet. Mentiat iniqtas sibi: & non dño meo. Nā & ueritas & res sic se habet. Nil uerò iocūdi⁹, nil iusti⁹ i iudicijs uīis, quàm cū se istiusmodi occasio præbet, si q nocere uoluit, cadat ipse in foueam quā fecit, & conuertat dolor eius in caput ei⁹, & in uertice ipsius iniqtas eius descēdat. Zelus dūi mei faciet hoc. Et priorabit iterum (ut confido) qui prior fuit: ut nō glorietur oīs iniqtas. Alioquin (qđ nō frustra timemus) nisi prior restituat i gradu suo: ordo nō diu erit i statu suo. Inspiret deus uobis paternè accipere ista, & respondere, bona ad nram oīm cōsolationē: qui ualde desolati sumus & afflicti sup uires. Dns Cistertiensis deseruit nos: plaga magna in ordine. Mihi uerò duplex incūbit mœroris ratio: qui in uno hoie & patrē amisi & filiū. Et nunc habem⁹ pro eo dnm Gozuinū bonæ uallis abbatē. Sit beneplaciti uestri confortare eū literis aplicis: & qđ de eo factū est, uestro roborare fauore. Nostis eum: & nō est ei apud uos opus cōmēdatore, quē satis cōmēdat uita sua: & sapietia sibi data à deo. Dominus Valentinus cōualet: & ubi ualet operat bona. Propterea amatores boni diligunt eum: & ipse diligit bonos. In hoc apparet quia bonus est. Vestrū est tales diligere & fouere. Puer uester plus solito infirmatur, guttatim defluit, fortè minime dign⁹ qui occidat semel, & cito ingrediatur ad uitam.

¶ *Ad comitem Theobaldum.* Epistola. CCLXXI.

Scitis qa diligo uos: sed quātū, nouit deus meus quàm uos. Me quoq; diligi à uobis nō dubito: sed ꝓpter deū. Quē si offendero, nō erit q̄ me diligere debeatis: cum iā nō fuerit in causa deus. Quis enī ego sum, ut de me tantillo tātus princeps curetis: nisi quādiu deū in me esse credetis: Ergo ut offendā eum, fortassis nec uobis expedit. Offendo autem proculdubio si facio quod requiritis. Nā honores & dignitates ecclesiasticas non ignoro deberi his qui eas digne ac sm deum administrare et uelint & possint. Porrò eas acqrī paruulo filio uestro precib⁹ meis uel uestris: nec uobis iustū: nec mihi tutum esse nouerit is. Nam nec cuiquā uel adulto plures in plurib⁹ ecclesijs habere licet: nisi dispensatorie quidē ob magnā uel ecclesiæ necessitatem, uel personarū utilitatē. Quamobrem si uobis uidet hic dur⁹ sermo: & placet quod cogitastis implere: parcite mihi i hoc, nā uos satis (ni fallor) per uos & per alios amicos uestros istud obtinere potestis. Ita nec uos minus quod uultis efficitis: nec ego peccaui. Sanè Vuilhelmu nostro cupio bene per omnia: sed ante omnia deum. Hinc est q̄ contra deū nolo aliquid habeat, ne non habeat deum. Quod si alius sec⁹ uoluerit: nolo per me habeat: ne perdam & ego deū. Vbi uerò emerserit quod sm deū habere possit: probabo me amicū: & operā meā si opus fuerit non negabo. Apud amatorē iustitiæ in excusando eò q̄ pro iustitia est: nō multū mihi laborandū. Vos autem apud comitissam per ea quæ uobis rescripsi: habete me excusatum. Notā.

¶ *Episcopo Laudunensi.* Epistola. CCLXXII.

Vestri sumus. Si hoc scitis, imo quia non ignoratis: lator præsentiū ꝓ uos uobis, & ꝓ uos alijs omnibus quos offendisse uidet, efficaciter firmiterq; recōcilietur. Alioquin offenditis, quē nostrū nō negatis: qđ oīno facere nō audetis. Ex quo epī coepistis, nullā à uobis adhuc bñdictionē accepim⁹: neq; sacculū, neq; peram, neq; calciamenta in pedibus.

¶ *Ad dominum papam Eugenium.* Epistola. CCLXXIII.

Mantissimo patri & dño Eugenio dei gra summo pontifici, frater B. Clareuallis uocatus abbas, modicū id qđ ē. ¶ Vox turturis audita est in capitulo nostro: exultauim⁹, & delectati sumus. Planè eloquium castū: feruidū zelo: cautū scientia. Spūs uitæ spirabat i lris, spūs uehemēs, intonās & increpās, & æmulās nos dei æmulatiōe. Fateor nō facile dixerim qd me ampli⁹ delectarit in illis: uestra benignitas, an nostra utilitas: inclinata maiestas, an erecta hūilitas: mordens seueritas, an mulcēs paternitas. Qui in nobis quantulūcūq; esurie bāt iustitiā, refecti sunt: q minus, cōpuncti sunt: q minime, cōfusi sunt. Ita quæso: ita fugiter faciatis. Solicitudo quæ omnibus debetur: nullo modo his qbus specialius debetur, subtrahenda est, sed propēsius exhibēda est. Charitas benigna est dilatare se, nō minorare nouit. Colligat sanè & alios: sed nobiscū. Nec alienū à uestro 1. Cor. 13.

apostolatu: fouere eiusmodi q̄ cū apostolis loquí possunt.
Matt. 19. Ecce nos reliquímus oīa & secutí sum⁹ te. Non sunt relin
quendi qui ipsi se reliquerūt. Pusillí domini sunt, in ipsum
credentes: non deseret eos fidelis seruus & prudēs: is præ
sertim cui credita uniuersitas est. Nēpe uniuersitatis por-
Esaiæ. 26. tio hi: & quidē pusillus grex: sed qui (ni fallor) meruerunt
patrē habere deū: accepturi coronā gloriæ de manu dñi,
& diadema regni de manu dei sui. Nec eī rapinā arbitrā-
tur esse se hæredes dei: cohæredes autē xp̄i. Deniq; audie-
Luce. 12. runt: Nolite timere pusillus grex: quia cōplacuit patrí ue
stro dare uobis regnū. De his interim satis. Abbas trium
fontiū bene plātatus erat: utpote secus decursus aquarū.
Vereor ego ne arbor bona faciens fructū bonum, explan-
tata faciat nullū. Vidimus interdū uitem in prima planta
tione fecundā: in secūda sterilem. Vidimus lignum bene
plantatū uirescere, transplantatum arescere. Grauiter pro
inde uulneraſtis cor meum si non remittitis eī: quia sum⁹
cor unū & anima una. Quandiu diuisum erit: necesse erit
ut utraq; pars suo sanguine cruentetur. Heu, onus quod
ambo uix portabamus: quō portabo solus subducto ba-
culo senectutis meæ? Si de me parū est: moueat uos totius
ordinis plaga nō parua: & ne spe incerti boni, tā certa in-
terim mala fieri uelitis. Quod si oīno uobis ī eo cōplacuit
ut retineatis eī: placeat obsecro cōmēdatū habere ipsum,
ac deinceps ad deū leuare manus ut dignet̄ idoneū p eo
uirum prouidere domui illi. Decætero super his ō pro cō
muni utilitate totius ordinis, & pro alijs quoq; negocijs
eidem abbati dignum (imo & necessarium) iudicauimus
ad uos perferenda cōmittere: festinatū expoſcimus beni-
gnitatis uestræ responsum: sed responsum facti, nō uerbi.

¶ *Abbati trium fontium contra nepotem episcopi Altissio-
dorensis.* Epistola. CCLXXIIII.

POenitet me scripsisse pro iuuene illo: & uelim si
fieri possit reuocari precē per quā uideor ap-
probasse iudicium amici super collata & male
collocata ab eo præpositura. Quod utiq; non
facio, nec feci unquā. Sed uicit me fateor ut sic scriberem
dilectio qua tenebar, uehementer astrictus auūculo adole
scentis affectu grādi nimis, sed minus spirituali in hac par
te. Vrgebat maxime plaga recēs de morte illius. Videbar
leuitate usus, sed malo periclitari apud dñm meū præcipi
tatione scribēdi: quàm apud deū suspicione mēdacij. Quā
quā caute ac puide de præpositura scripsi, nihil ad ipsum:
q̄ indubitāter scirē duos (ut memini) prædecessores eius
ipsam aliter ordinasse atq; aliàs & suo confirmasse priui-
legio. Tu autem si efficere potueris apud ipsum ut ecclesiæ
priuilegiū, & priuilegio efficaciam reddat: bonum opus
operatus es. Vtinam à næuo sanguinis huius sanctū pur-
garet episcopum, & adolescenti in alijs prouideret.

¶ *Ad dominum papam Eugenium pro Altissiodorensi electione.*
Epistola. CCLXXV.

QVm primū uobis pro Altissiodorēsi eccl'ia scri
psi: de prima audierā electiōe: de secunda nihil.
Et ecce me ueluti prophetante, opprobriū q̄d
suspicatus sum, secutū est: & timor quem time-
bam, euenit. Memētote quomodo actum sit Niuernis, &
uidete si non simili arte imo fraude non dissimili, eodemq;
authore, ut aiunt, & nunc secunda electio præsumpta est:
ut scilicet uno noīato duos efficiant, & sic demum tertium
quem uolūt subinducant. Miserūt & isti ad me ut pro sua
parte scriberem: & uisum est mihi mittere fratrem à latere
meo qui de utraq; certius actione cognosceret: noscq; cer-
tificaret. Qui intrās ecclesiā, & de omnib⁹ diligēter explo
rans: testimonio oīm q cōuenerāt, inuenit nullū præsby-
terorū p̄ter unū, fratrē scilicet ipsi⁹ fratris Gaufridi Hu-
gonē: nullū de diaconib⁹ præter Stephanū solū, ex parte
illa esse: exceptis his q authores extiterant psonis eccl'iæ,
cātore, archidiacono, & ut dicebat thesaurario (neq; em̄
ipse p̄sens tūc affuit.) Porrò in pte altera p̄ter alios iferio-
ris ordinis diaconos nouē & p̄sbyteros undecim cōsenti
re. Duodecim⁹, q & archipresbyter est, p neutra parte uel
le se subscribere, p neutra scripsisse testabat: quāq; p̄fa-
rē plus uellet. Sigillū eccl'iæ p̄fatus Hugo tenebat, bīs nō
pacis sed partis alienæ: nec cōsiderauit in tradēdo q̄d ac-
buit: sed quod uoluit. Sic se res habet. Et ego solita p̄mu-
ptione unū infero. Nec malitiam gloriari oportet: eccle-
pientiā decipi decet: nec ecclesiā suspēdi diutius expedit.

¶ *Ad eundem pro obitu episcopi Altissiodorensis.*
Epistola. CCLXXVI.

ADhuc suggero aliq̄d quod antè nō tacuissem,
si ante mihi cōpertū fuisset sicut nūc est. Adeō
homo qui peccare fecit Israel: sctm̄ loquor epi-
scopū: qui cū in morte aliquātū stupidus esset
& turbatus, iste eī fecit mori penè intestatum. Cum enim
pauperibus & ecclesijs, aut nihil aut parum daret, nepoti
suo carnali adolescentulo seculari inutili, totum penè q̄d
acquisierat mēse epālí: Stephano suggerēte & solicitāte eī
misit. Aiunt septē eccl'ias & decimas & prata in propria
sylua epī: insup q̄d pudor est omni religioni, de mobilib⁹
aureos suos & proprias equitaturas: & cum minus illæ
sufficerent ad conficiendum iter, ut pro his firmandis ad
uos ueniret, iussisse tradí etiam monasterij equitaturas.
Quanquam quidam existimant ep̄m donationes istas ne
scisse: sed Stephanum fecisse & sigillasse quæ uoluit, & ex-
dendum. Nēpe & anno præteríto in articulo ut putabat
mortis positū ecclesiā quandā eidem nepoti donare fece-
runt: q̄d donū postea conualescēs, sicut certissime compe-
rim⁹, fecisse se minime recognouit. Quis deniq; credat il-
rum sctm̄ spiritalē si sapuit, si compos sui fuit, testamētū ta
le fecisse? Quis uel seculari issim⁹ hoc dixerit testamentū sa
cerdotis? Hæccine dispositio hominis sobrij & spiritalis
illius q oīa dīudicat, & ipse à nemine iudicat? A quo eīm
ita remāserit: siue in cælo siue in terra iste nō iudicabitur.
Tu ergo serue dei qui tenes gladiū Petri: amputa cōfusio
nē opprobrij à religione: scandalū ab ecclesia: crimē à per-
sona: à spiritualiū oīm q eī in spū & nō carnaliter diligo-
bant, & tuo ipsius corde amaritudinē & doloré. Erupe
Phinees: sta & placa: ut sanet̄ quassatio. Sta inquā inflexi-
bilis aduersus carnē & sanguinē: quo arsete murū tan ō
stantiæ filij huj⁹ seculi, p culdubio cōcutere conabuntur. Ve
rā pietas est in auūculū si sup hmōi extiteris imp⁹? Incipo
tem. Et hoc scitote q̄ uiros religiosos decanū sancti Petri
Altissiodorensis, & priorem sancti Eusebij tā p se quā pro
abbate sancti Laurentij ob primā Altissiodorensis eccle-
siæ electionē paratos uenire ad uos: pars aduersa p cōmi-
tem Niuernensem detinuit, & deterruit ne ueniret. Signi-
dē comes ipse uocatis ad se denūciauit ne se ītromitteret
& minis grauissimis ac manifestis phibuit eos: sicut prior
ipse à p̄dicto abbate suo & fratre suo carnali & à decano
missus ad nos propter hoc ipsum: confessus & cōquestus
est nobis: rogans etiam per nos hoc ipsum innotescere uo
bis. Dixi & iterum dico: mementote quod factum est Niu-
ernis. Ordinatissimum est, minus interdum ordinate ali-
quid fieri. Claues uestras qui sanū sapiunt, alteram in dis
cretione, alteram in potestate constituunt.

¶ *Ad eundem pro abbate Cluniacensi.* Epistola. CCLXXVII.

STultū uidetur scribere ad uos pro dño Clunia-
censi, & ei quasi uelle patrocinīū ferre, qui⁹ oēs
sibi patronum habere desiderāt. Sed scribo eti-
nō necessarie illi, satisfaciens tm̄ affectui. Affectui
dico meo, nō alterius. Ipso eī quia corpore non possum,
prosequor amicū peregrinantē. Quis nos separabit? Nec
altitudo alpium, nec niuium frigora, nec longitudo itine-
ris. Et nūq; præsens sum in literis his assistens illi. Sine me
poterit esse nusquam. Debitor sum dignationi eius, per
quā dignus habitus sum assumi in id gratiæ. Sed debito
ipsa absolui gratia, quia necessitas in uolūtatē trāsiit. Ho-
norate uirū, ut uerè honorabile mēbrū i Xp̄i corpe. Vas
est in honorē (ni fallor) plenū grīæ & ueritatis, refertum
plurimis bonis. Remittite eū cum lætitia, quamplurimos
de suo reditu lætificaturū. Dignemini eū amplecti ut di-
gnū est gratia, & ita ut de plenitudine eius oēs cū redi-
rit accī

ritacciſpiamus. Sanè ſi qd petierit in nomine dñi Ieſu, nō debet apud uos pati difficultatē. Nam ſi neſcitis, iſte eſt q manus ſuas extendit ad pauperes ordinis noſtri, iſte eſt q de poſſeſſionibus eccleſiæ ſuæ quātū cū pace pōt ſuorū, li bēter frequēterq; largitur ad uictū. In noīe Ieſu cur dixe rim, audite. Si em petierit (qd' ſuſpicor, uereorq;) dimitti à regimine monaſterij, qs illū noſcēs, i noīe Ieſu petere pu tet: Fallor ſi nō ſolito timoratior, ſi nō ſeipo melior factus ſit ex quo uidiſtis eum. Quanquā penè ab introitu ſuo in multis ordinē illū melioraſſe cognoſcit, uerbi gra in obſer uātia iciuniorū, ſilētij, indumētorū pcioſorū & curioſoꝝ.

¶ *Ad eundē pro epo Beluacenſi.* *Epiſtola.* CCLXXVIII.

Petitiones filij ueſtri epi Beluacēſis quàm dignæ ſint exauditu, nō eſt quod uos doceam? ipſæ ſa tis per ſe paternis uiſceribus ueſtris qd' dignū & iuſtū eſt, facile pſuadebūt. Agimus tm. Foue dus eſt deuot? iuuenis fauore paterno: & zelus bon? quē pro ſua eccleſia gerit, nō modo approbādus: ſed & iuuan dus. Sic ſeipſo indies deuotior, feruentior, fortior fiet cū uexationes & tribulationes q̄ nunquā deſunt illi eccleſiæ à malis hoibus, manu indeficietis auxilij ueſtri ſibi ſenſerit è regione leuari. Petitionē fratris Arnulphi de maio.e pe timus exaudiri. Magiſter G. (hoc nomē nuncio) dicet eā uobis. Sed & quod petit abbatiſſa de paracleto, per ipm ſi dignamini ſcire poteſtis: & facere ſi dignum iudicatis.

¶ *Ad Henricum comitem.* *Epiſtola.* CCLXXIX.

Abbas de Caſtellione uir religioſus Romā profi ciſcens, in dei & noſtri cuſtodia ſua oīa dereli quit: & ecce miniſteriales Simonis homines de Bellefort abſtulerūt porcos eorum. Maluiſſem dico uobis, ut noſtros proprios rapuiſſent. A uobis req rimus illos. Ad hoc te conſtituit principem ſuper terram princeps regum terræ, ut ſub eo & pro eo bonos foueas, malos coerceas, pauperes defendas, facias iudiciū iniuriā patiētib?. Si hæc facis, opus principis facis: & ſpes eſt ut tuum deus dilatare & roborare debeat principatū. Si nō, timendum tibi ne hoc ipſum quod uideris habere hono ris & poteſtatis, auferatur (quod abſit) à te.

¶ *Ad dominum papā Eugenium pro Altiſſiodorenſi ne gocio.* *Epiſtola.* CCLXXX.

Bene facitis frequenti & benigno exauditu tem pus breue quo hic ſum, ſolando tædentē, puſil lanimem erigēdo. Facitis etſi nō quod mereor ego, certè quod uos decet. Nō q̄ ad uſum pro priæ uoluntatis tanta abuti benignitate delecter, parat?, teſte conſcientia, tam æquo accipere animo quod nega re, quàm qd' pſtare placuerit. Volo mihi geri morē ſicut & omnis homo: ſed nō quod iuſtitiæ obuiet, quod uerita ti præiudicet, quod ueſtræ deniq; diſpliceat uoluntati. Hoc pro eo, ne me ſuſpicemini aut non aduertere benefi cium, aut ingratū eſſe. Nūc quod res poſtulat audiat ſan ctitas ueſtra. Cū in me itur, leuis iactura eſt, & q̄ leuari faci li queat reſarcitu. Ego plagis cōſciētiæ meæ nullum iudi co accommodatius medicamentum, probris & contume liis. Nō eſt proinde q̄ pro me mouear, homūcio omni op probrio dignus & deſpectioe. At ſi uſq; in Xpm dñi mali gnatio fortè peruenerit, mutat fateor patientia: & omnis penè cedit manſuetudo. Nūquid petiui à domino meo or dinari per me eccleſias, diſponi epiſcopatus, creari epiſco pos? Aptū uidelicet inſtrumentum, formica plauſtrū tra hens. Voluiſtis hominē promoueri digne ſanè (ni fallor) in quē nimirū quid dicant non inueniūt ne hi quidē qui contra uolunt. Innotuit quibus oportuit myſterium bo næ uoluntatis. Et myſteriū quidē publicatū eſt: fructu ue rò uſq; adhuc & utilitate fraudamur. Quæritis quis fecit hoc? Homo pacis uīæ, in quo ſperabatis. Homo cui odio religio, cui oneri ſapientia, cui terrori iuſtitia eſt: q dñi ſui non eſt ueritus ſecretū prodere, euacuare decretum. Nec mirum qui ſe talem aperire non eſt confuſus. Qui dū pro prio concedit liuori, etiam ueſtræ reuerētiæ nō pepercit. Confuſus ſum ego: ſed quæ cura? Non recuſo confuſionē quā mihi obedientiæ zelus inuexit. A me quidē nō trāſiit calix iſte: ſed per me planè uſq; ad uos pertranſiit. In ſug gillatione ne dicam deprauatione datæ ſententiæ, cui cla rum non ſit authorē tangi potius quàm denunciatorem? Cuius nō potuit infamari perſona, debuit ne infirmari p motio? Vnū eſt è duobus, aut ſtabit ſermo quem à uobis egreſſum teſtati ſumus: aut nos mendaces reputabimur, ſicut iam reputamur. Sed melius ueſtroq; dignius apoſto latu, non gloriabitur in malitia qui potēs fuit in iniquita te. Obeditū tm mādatū ex pte eſt, & parte maiori. Trib? cō miſſum erat: uno cōtēnēte, duobus conſentiētibus, quid reſtat niſi ut uox ueſtra ſuppleat quod minus eſt? Et qui dem tute hoc. Nō eſt quod timeatis à ſcandalo illorum de quibus dñs dicit: Simite illos: cæci ſunt, & duces cæcorū. Matt. 15. Quod reliquū eſt, lætabit populus, lætabitur ſanior pars cleri, etiam ipſe lætabitur rex, lætabitur deniq; oīs eccleſia ſanctorum. Multa bona opera oſtēdiſtis ſeculo noſtro ex gratia quæ data eſt uobis. At nullū (ut arbitror) qd' ma gis pro gloria ueſtra faciat, quàm ſi ſic fecerit is. Teſtimo nium perhibeo eis, q̄ multos de religione noīauerint, nō religione delectati, ſed impotētia: qui nō poſſint maligni tatē eoꝝ coercere, qui ui uim repellere nō ſufficiāt: ut quo rū ſctitatē non amant, non ſit q̄ timeant poteſtatē. Comes Niuernenſis uias pris nō ambulat: aduerſat tū huic, tum omni bono. Incubat terris boniſq; eccleſiarū, ſicut leo pa ratus ad prædam. Paratus eſt recipere etiā ſaracenum aut quēpiā ex Iudæis ut iſto careat, quod ſolus ſibi uideat q malitiæ & calliditati eius reſiſtere & norit & poſſit. Inde eſt q̄ nōnullis clericorum minis & manifeſtis grauamini bus (ut nobis ipſi cōfeſſi ſunt) ſilentium impoſuit, ne pars aduerſa de multitudine gloriet. Et ut breuiter qd' ſentio exprimā, ſi iudicat operæpreciū in illo epatu monaſteria pauperari, eccleſias cōculcari, religioni illudi, ipam epalē ſedē cuius pcipue facultatib? & poſſeſſionibus inhiat, in ſeruitutē redigi: Regniacēſis regnare nullatenus pmittat. Vbi eſt etiā nūc ſpūs ille quē habuiſtis in negocio Ebora cēſi? Nō ſentiet illū qui ſimile opus tentauerit? Ecce is (ſi cut accepimus) in ſpū illius uenit, q curiā aduerſum uos concitauit, ſi licuerit moliturus idipſum. De negocio dñi Lundēſis, reducim? uobis ad memoriā. Cauſa dilationis ſublata de medio, non eſt niſi ut fiat quod faciendum erat. Et hoc addiderim, Habere bonum, iuſtum, & bonæ famæ cancellarium, apoſtolicæ dignitatis non modica pars eſt, apoſtolicæ amminiſtrationis non paruum ammīnicu lum eſt, apoſtolicæ conſcientiæ non mediocris cuſtodia eſt. Semper quidem notabilis conſtitutio pernicioſa: at poſt longam deliberationem etiam turpis.

¶ *Abbati Brunoni de Claraualle.* *Epiſtola.* CCLXXXI.

Recténe ſraſceris tu modo? Non, ut opinor. Cō uincunt te ſermones tui, non diſpoſiti in iudi cio, ſed precipitati in perturbatione. Nam iudi ciū quidē tale eſt: Meliora ſunt uerbera amici, Prou. 27. quàm oſcula inimici. At ego ſine cauſa uapulo inqs. Eſto: Nihilominus tamen uerbera uerborum noſtrorum ami cabilem curam ſonant. Parum dixi, paternam loquuntur ſolicitudinē. Itaq; ſi culpā nō habes, nihil te læſimus: pro pria excuſatum conſcientia. Si habes, tibi potius ſraſcen dum quàm mihi fuerat. Quereris q̄ tibi nō credidi, quaſi tu mihi inde aliquid locutus fueris. Eſto. Credidi queren ti de te. Tibi quō credere aut decredere potui, q dixeras nihil? Fac quod locutus es. Solue quod debes, quā ante poteris: ne fortè nō mō inter nos, ſed & de nobis ſcandalū oriatur. De nobis aūt bn ſenti, bene de te ſentiētib?, & nō decredentib? tibi, ſicut perturbate loqueris, neſciens qd loquaris. Mea ſunt uerba, meum loquuntur affectum.

¶ *Ad Ludouicū regem Francorum pro electo Altiſſio dorenſi.* *Epiſtola.* CCLXXXII.

Volui ego unquā in aliquo imminui honorē re gis, dignitatē regni? Deus ſcit: nec ueſtra ut cō fido conſcientia id nobis reſpondet. Videte ne illi magis contra uos faciāt q electiones diſtur

bant:ne sint in ecclesijs qui seruiant regi:sed ipsis de ecclesiarū redditib9 seruiatur.Ego ego electioni Altissiodorensi interfui.Cōcors fuit,quia clerici qui antehac in partes dissilierant,sine contradictione nunc tandē deo miserante conuenerunt.Electū bene nouim9:testimonium ei perhibemus qm̄ bonus est.Neminem prorsus arbitror affuisse illi celebritati qui de assensu uestro dubitaret,cū iam idē assensus uestris literis teneretur.Quis enim hoc uel cogitare posset,repetēdū alterū assensum,nec sufficere unum: præsertim ubi nulla ex tūc interuenit altera electio:Numquid quoties dissenserint clerici,toties erit requirēdus favor regis:Nec rō,nec cōsuetudo hoc habet.Denicq nup, si recordamini,in Suessionēsi ecclesia quoties adeligendū clerici cōuenerūt,quoties dissenserūt & infecto negocio discesserūt:nec tñ existio toties repetisse assensum uestrū quē semel,pmeruerāt.Ita est dñe mi rex:nō est qđ debeatis reprobare factas electiones,qb9 ut fierēt semel uos assensisse cōstiterit.Sed sunt aliqui q uos cōturbāt,& cōturbare nituntr ecclesias,sua lucra sectātes:qđcq graui9 est,summi pontificis & serenissimi regis mutuā gratiā & amorem diabolico studio dirumpere molientes.Absit hoc,iudiciū portabūt quicūq sunt illi,& rex semp faciet qđ bon9 rex: sicut hactenus fecit.Itacq cito mādent iucundiora,ne diutius sedeat in tristitia ecclesia tādiu iā uexata & afflicta.De persona nulla subeat suspicio:aut ego nimiū fallor,aut fidelis erit,& regi bñplacitū sup ea.Cōfido in dño quia nō cōtristabitis multitudinē sctōrū q sunt in illo epatu:nec me seruū uīm:q ut uerū fatear,nihil æq unquā à uobis molestū ptuli,quàm si in hoc cōsilio(qđ nō eueniat)pstiteritis.

¶ *Ad dominum papam Eugenium pro Gigniacensibus.*
Epistola. CCLXXXIIII.

APud Cluniacū occurrim9 Gigniacēsibus spe pacis.Pro qua laboratū multū,elaboratū nihil. Nam totū quatriduanū laborē nostrū,sola demum secuta est ruina spei.Repetita est iuxta tenorē literarū uestrarū dānorū resarcitio,restitutio ablatorum:sed incassum.Multū ussum est ad eos,quia nocuerāt multū:qppe ultra.xxx.milia solidorum cōputatio facta est amissorū.Sigdē abbatia una(ne p singula euagemur) tota destructa est.Cæterū de tantis amissis,multa dimittere parati fuimus,cum illi tā minimū obtulerūt,ut uenerabilis abbas Cluniacēsis qui affectuosius quàm efficacius pro reformāda pace laborabat,nec dignū relatu iudicaret.Itacq nō prouenit cōpositio,quia reparatio tā ridiculā offerebat.Dicebāt aūt:Quidā maligni de nr̄is totū malū fecerūt.Quid ad nos:Ipsi uiderint.Atq id quoq ridiculū.Clarū erat in tota regione:per hoīes ecclīæ hoc grā de facin9 ppetratū,monachos quoq affuisse quosdā,consensisse oēs.Nā q contradiceret malefactorib9,ne unū qui dē fuisse usq ad hoc tps audiuimus.Denicq ipse dñs abbas istiusmodi tergiuersatores palàm refellebat & cōuincebat:affirmās iuste ab ecclīa repeti qđ p ecclīā amissum esse cōstabat.Vltima expectat manus ura in eo qđ nō nisi in manu ualida posse emendari satis superq probatū est.

¶ *Ad dñm papam Eugenium pro Remensi archiepo & alijs personis.* *Epistola.* CCLXXXIIII.

DOmnus SamsonRemēsis archiep̄s uersat in domo magni patrisfamilias tanquā uas in honorem.Si hoc scitis,seruato honorē ei9,honorem ecclesiæ eius.Si bene noui uirū,quò magis honorabitis eū,eò plus honorabitur deus per illū & in illo. Dominus Attrebatēsis hō simplex & rect9,& adhuc permanens in hūilitate sua,nō est opus ut per aliū plus humilietur,ne perdat authoritatē,ac per hoc & utilitatē.Hanc si dignū ducitis,date ei uos:qa suo studio nūquam habebit,utpote sui magis qđ in se est mediocritate cōtēt9.Est q aduersat & extollitur:is planè ut humiliet,epo op9 est: & eidē ipsi nō minus.Supbis resistere,& humilibus dare gratiā,familiare est dño uestro:& audist is eū dicentē:Qui mihi ministrat,me sequatur.Abbas de Avvecurt bonus homo est,sm bonitatē suam respondeatur ei.Exaudiatur pro necessitatibus suis & contra eū nō audiatur aspectus. Betuniensis decanus uolūtate epi & assensu aduocati bonam rem pro ecclesia sua in ecclesia eadem cōstituit,postulo est ut uestra authoritate firmetur.Similiter & p decanū Suessionensi & Cameracensi rogamus ut digne preces nr̄as exaudiantur. Periclitati sumus in falsis fratribus,& multæ literæ falsatæ sub falsato sigillo nostro in manus malorum exierunt:& quod magis uereor,etiam usq ad uos dicitur falsitas peruolasse.Hac necessitate abiecto sigillo quod cernitis de nouo utimur,continente & imaginem nostram & nomen.Figuram aliam tāquam ex nostra parte iā nō recipiatis,nisi fortè pro epo Clarimontensi sub altero sigillo literas dedi,cum necdū istud haberem.

¶ *Ad eundem pro Odone abbate sancti Dionysij.*
Epistola. CCLXXXV.

RO ecclesia sancti Dionysij & pro persona Odonis abbatis,etsi nemo alius scriberet,ego scribere nō dubitarē.Causa bona est,& neutra ex parte nutans:ecclesia nobilis,& abbas boni testimonij est.Illud orbi,hoc nobis qui uicini sumus necessarium est.Ad hæc & is & illa specialis res uestra est.Probis omnibus uel solus(ut dixi)si opus sit,scribere nō confundor.Nunc uerò tales mecū scribūt qb9 minime decreditur,etiā me non scribente.Ipsi sunt quorum manus sæpe superq tractauerūt de uerbo hoc.Ecce hi sciunt q fecerit abbas,& quod sciūt loquunt.Secure pdeūt porrectæ nobis p̄ces pro eo tā indubitatis fultæ testimonijs.Securus uestrā solicitudinē p uestra ipsius proprietate solicito & cōpello,nempe in uasa nequiter,uexata atrociter.Rogo, obsecro leuate manū,extendite brachiū,opponite scutū. Gladius Petri defendet patrimoniū Petri.Frustra quidā insurrexerunt in hominē quē fama publica satis excusat, imo celebris commendat opinio.Boni uidelicet filij,qui patris uerecunda tā curiose scrutati sunt,nescio q incompertа omnibus crimina somniantes.Stupent qui audiunt ad subitam & inopinatā criminationē.Erubescūt,qs nūquid dict9 fuerat sermo huiuscemodi de Odone.Sancti Dionysij abbas nequaquā sub modio latet.Sup candelabrū hæc & si ut uelit nō possit dissimulare qđ est.Et lumē ei9 utilim9 ei9,ab oīb9 uideat necesse est.Nūqd isti lynceos in ei oculos intenderunt,uidentes q̄ nemo adhuc uidere aliquā potuit:Suspecta fateor mihi horū delatio est.Magis autē incredibilē reddit unus illorum noīe Raymūdus,qui(ut aiunt)caput est huius attētatæ malitiæ,hō(ut cōperi)pulàm loquax,clàm susurro,anxiè ambitiosus,adulatorie blandus,totus cōpositus ad fallendū,ad perturbādū nouimin9.Notaui sub pelle ouina lupū,ac certis designaui indicijs,q̄ iā aut mordere nō audeat,aut nocere nō ualeat.

¶ *Item ad eundem pro eodem.* *Epistola.* CCLXXXVI.

SI susurrationes & subreptiones prævaluerint aduersus abbatē sancti Dionysij,mundus ego sum à sanguine ei9,qui scripsi en alias uice aduersus malignantes,uerūtñ quam accusationē afferūt aduersus hoiem illū:An q nō inuenīūt qđ accusent? Et quō si rectè isti eū accusant,excusatur à uicinis oībus q recto sunt corde:Accusat q debita multa fecerit,impigrauerit terras,dilapidauerit bona,quasi hæc uel necessarijs uel iustis ex causis nō potuerint cōtigisse.Mandauit nobis de his uniuersus conuentus illius ecclesiæ,& per fidelē personā testat9 est aliter quàm uobis dicta sunt se habere.Verūtñ inquirat:nā certius de his oculus,quàm iuramētū fidē faciet:& si iuēta fuerint quēadmodū isti malitiose cōponūt,quoquomō acciderint,abbas nō excuset. Si nō fuerint:delatores nihil de falsitate luerent.Insimulāt eū de morte hois:si se purgare nō pōt,moriatur.O quam quis non uideat nec uerisimile esse,ut quem paulo ante de morte eripuerat:in mortē tradiderit.Qua fronte hæc audēt insusurrare uobis:qui uiderūt & cognouerūt zelū abbatis in liberatione illorū qui prius homicidiū perpetrauerāt:& in ultione eoꝝ q sanguinē pximi ulti erāt:Pcessemo si bñ nosset is istos:posset pfectò sufficere ad decretū dum qui

Iacob. 4. Ioan. 12.

Universidad de Deusto

dum quicquid non accipitis nisi per eos. Adsit deus sanctæ menti uestræ: ne quid illi lingua dolosa aduersus immo centiam subripere possit.

¶ *Dño Hostiensi pro eodem abbate. Epistola.* CCLXXXVII.

Omnus abbas sancti Dionysij accusat ab iniquis hominib9: sed à bonis omnibus qui in ecclesia & in circuitu eius sunt, excusat. Pro quo tanto affectuosius rogamus charitatē uestram: quāto meliorem de eo & habuim9 & habemus æstimationē. Stet pro eo ura benignitas etsi nō quia amicus noster est: certè qa nec uera sunt nec ueri simília quæ imponūtur ei. Si grauatus est debitis: causa euidens fuit tpis ipsius: quāquā ferè nulla sint debita, ad id quod impositū est. Detrarū distractiōe euidēs falsitas cōprobat. Nā de morte G. ne ipsos quoq; aduersarios reor eum potuisse habere suspectum: quippe qui eundē. G. & suos omnes cōclusos ab hostibus, ab ipso mortis articulo multo quidē labore eripuit. Pro his oibus maximeq; pro Raymundi non incognita nobis uersutia attentius rogamus, ut abbatis innocentiam uestra solicitudo tueatur.

¶ *Ad Andream auunculum suum militem templi.*

Epistola CCLXXXVIII.

Iteræ tuæ quas nouissime transmisisti: inuenerunt me lectulo decumbentem. Accepi eas ob uris manibus: libēter legi: libenter relegi: sed libenti9 te uidissem. Legi in illis desideriū tuum uidendi me: legi & metum tuum pro periculo terræ quā dominus sua præsentia honorauit: periculo ciuitatis quā suo sanguine dedicauit. Væ principibus nostris. In terra dñi nihil boni fecerūt: in suis ad quas uelociter redierūt, incredibilem exercent malitiā: & nō compatimtur super contritione Ioseph. Potentes sunt ut faciant mala: bonum autē facere nequeūt. Cōfidimus aūt quia nō repellet dñs plebem suam: & hæreditatem suam nō derelinquet. Porrò dextera domini faciet uirtutem: & brachium suum auxiliabitur ei: ut cognoscāt oēs quia bonum est sperare in domino, quàm sperare in principib9. Bene facis formicæ te cōparans. Quid em̄ aliud quàm formicæ qq; terrigenæ & filij hoim sum9: rebus inutilibus atq; inanib9 insudantes: Quæ aūt abūdātia hoī de uniuerso labore quo ipse laborat sub sole: Ergo ascendam9 sup solem, & conuersatio nostra in cælis sit: iam mēte præcedētes quo sumus & corpore secuturi. Ibi mi Andrea, ibi fructus laboris tui: ibi retributio tua. Sub sole militas: sed sedenti super solem. Hic militantes, inde donatiua expectemus. Merces militiæ nostræ nō de terra: non de deorsum est: procul & ab ultimis finibus p̄ciū ei9. Sub sole penuria est: super solē abūdātia est. Mensurā bonā & cōfertā & coagitatā & supefluentē dabūt in sinus uestros. Desideras me uidere: & de meo ut scribis arbitrio desiderij tui pendet effect9. Nā mādatū super hoc meū te indicas expectare. Et quid dicā tibi? Et cupio ut uenias: & timeo ne uenias. Ita iter uelle & nolle positus, coarctor è duob9: & quid eligam, ignoro. Vnum ne uidelicet tuo satisfaciā desiderio & meo pariter: an credā magis celebri de te opinioni: qua terræ ita perneccssarius prædicaris, ut de tua absentia nō mediocris illi desolatio imminere credat. Itaq; quod mādare non audeo: opto tñ ut te uideā antequā moriar. Tu melius id uidere & cognoscere potes, si quo modo sine dāno & sine scādalo illius gētis uenire possis. Et fieri posset q; aduēt9 tuus oīno nō esset inutilis. Fortè fauēte deo nō deessent qui te sequerent reuertētem ad subueniēdum ecclesiæ dei, qñ omnibus nostus es & dilectus. Potest facere deus ut & tu cum sancto patriarcha Iacob loquaris, In baculo meo transiui Iordanē istum, & ecce cum tribus turmis regredior. Vnum dico: si uenturus es, ne tardaueris, ne fortè uenias & nō inuenias. Ego em̄ iam delibor: nec puto me longum facere super terram. Quis mihi tribuat tua in uoluntate domini amabili & dulci præsentia uel paululum refrigerari priusquā abeam: Reginæ scripsi sicut uoluisti: & gaudeo de bono testimonio quod ei perhibes. Magistrum & fratres uestros omnes de templo, necnon & eos de hospitali: per te in domino salutam9. Inclusos quoq; & sanctos omnes ad quos opportune loqui poteris, per te in dño salutantes: eorum nos oronib9 cōmēdam9. Esto p me ad eos. Girardū nr̄m q̄ domo nra aliqn̄ cōuersat9 est: & nūc ut audiuimus eps factus est: & ipsum affectu magno deuotissime salutamus.

Hier. 4. Psal. 93. Psal. 117. Luce. 6. Gen. 32.

¶ *Ad reginam Hierosolymorum.*

Epistola. CCLXXXIX.

Illectæ in christo filiæ. M. reginæ Hierosolymitanæ. Ber. Clarcuallis uocat9 abbas, misericordiam à deo salutarí suo. ¶ Miror q; à multo iā tēpore non uidimus literas tuas: nō solitas salutationes habuimus. Quasi nos oblīti simus antiquæ tuæ erga nos, deuotionis: quam in multis probauimus. Audiuimus fateor nescio quæ sinistra, quæ etsi non pro certo credimus, doluimus tñ siue ueritate siue mēdacio tuā aliquatenus decolorari opinionē. Sanè iteruenit Andreas charissim9 auūculus meus, cui in nullo decredere possumus: scripto suo nobis significans meliora: q; scilicet pacifice & mansuete te habeas, sapienter & consilio sapientiū te & tua regas, fratres de tēplo diligas: & familiares habeas, periculis imminentib9 terræ fm sapientiā tibi à deo datā salutaribus cōsilijs & auxilijs, puide & sapienter occurras. Talia prorsus talia decent opera mulierē fortē, humilē uiduā, sublimē reginā. Neq; em̄ quia regina es, indignū tibi uiduā esse: quod si uoluisses, non esses. Puto q; & gloria tibi est p̄cipue inter xp̄ianos, nō minus uiuere uiduā quàm reginā. Illud successionis est, hoc uirtutis. Illud tibi ex genere, istud ex munere dei. Illud feliciter nata es, hoc uiriliter nacta es. Duplex honor: alter fm seculū, alter fm deū: uterq; à deo. Nec paruus tibi uideat honor uiduitatis, de quo apostolus: Honora: inquit, uiduas, quæ uere uiduæ sunt. Habes certè penes teipsam familiare cōmonitorium apostolicæ iterum salutaris sententiæ: qua doceris ab eo prouidere bona nō tñ corā deo: sed etiam coram hominibus. Corā deo ut uidua: corā hoib9 ut regina. Attēde reginā, cui9 digna indignáue nō p̄nt latere sub modio. Supcādelabrū sunt, ut appareant omnibus. Memento uiduā cui iam nō est quod uelit placere uiro: ut soli possit placere deo. Beata es si saluatorem ponas tibi murum ad protectionem conscientiæ: & antemurale ad repulsionē infamiæ. Beatam inquam si ueluti desolatam & uiduā totam te deo regendam commiseris. ¶ Alioquin bene non regis si bene non regeris. Regina austri uenit audire sapientiā Salomonis, ut regi disceret, & sic regeret. Et ecce plusquam Salomon hic: Iesum loquor: & hunc crucifixum. Huic te committe regendam: huic docendā quomodo regere debeas. Disce tāquā uidua q; sit mitis & hūilis corde, disce tāquā regina, q; iudicet in iustitia pauperes: & arguat in æquitate pro mansuetis terræ. Ergo cum cogitas dignitatem, attende & uiduitatē, quia ut pure apud te quod sentio proferam, nō potes esse regina bona si bona nō fueris uidua. Quæris unde bona uidua æstimetur? Ex hoc profectò q̄d apostolus dicit: Si filios educauit, si hospitio recepit, si sanctorum pedes lauit, si tribulationē patiētib9 subministrauit, si omne opus bonum subsecuta est. Si hæc facis, beata es: & bene tibi erit. Benedicat te dñs ex Sion, eximia in domino filia: & omni ueneratione digna. Ammonitio præmissa est, prosecutio iam à uestra dignatione expectatur. Occasio data est: excusatio iam non admittitur, si non renouata à nostra per te familiaritas, familiaribus deincepe à uobis uerbis & literis frequentetur.

Matt. 12. Matt. 11. Esaiæ. 11. 1. Timo. 5.

¶ *De Iordano cardinali, domino Hostiensi.*

Epistola. CCXC.

Pertransijt legatus uester de gente in gentem, & de regno ad populum alterum: fœda & horrenda uestigia apud nos ubiq; relinquens. A radice alpium & regno Theutonicorū per omnes penè ecclias Frāciæ & Normaniæ & circūquaq; circuies usq; Rothomagum uir apostolicus repleuit non euangelio, sed sacrilegio. Turpia fertur ubiq; commisisse, spolia

ecclesiarum asportasse, formosulos pueros in ecclesiasticis honoribus ubi potuit promouisse: ubi non potuit uoluisse. Multi se redemerūt ne ueniret ad eos. Ad quos peruenire non potuit: exegit & extorsit per nūcios. In scholis, in curijs, in triuijs, fabulā seipsum fecit. Seculares: religiosi omnes male loquuntur de eo. Pauperes & monachi & clerici conquerūtur de eo. Homines quoq; suæ professionis: ipsi sunt qui magis exhorrent & famam eius & uitam. Hoc testimoniū habet & ab his qui intus & ab his qui foris sunt. Nō sic dominus Ioannes Paperons, nō sic: cuius laus est in ecclesia, quippe honorificātis ubiq; ministeriū suum. Legite literas has domino meo. Ipse uiderit quid de tali homine faciendum sit: ego liberaui animam meam. Dico tamē præcipitatione qua soleo. Bonum est ei si purget ipse curiam suam: & si liberet conscientiam suam. Decreueram ista tacere: sed uenerabilis prior montis dei ad hoc me impulit & animauit ut scriberē. Et scitote minus me dixisse, quàm publice prædicatur.

¶ *Ad diem papam Eugeniū pro ecclesia sancti Eugendi Iurensis.* Epistola CCXCI.

Sancti Eugendi nobile monasterium, olim diuitijs & religione famosum: si uera sunt quæ dicūtur, prope interitū est. Nec decredēda omnia. Domos uicinas nobis, uobis notas, pertinentes ad ipsum, partim iam destructas, partim in dies destrui cernimus & dolemus. Quæ in mēbris uidem⁹, hæc & his grauiora de capite fama nunciante percepimus. Sed num quid debeo ego nūc malorū uobis quorū nō est numer⁹, retexere narrationem? Lator præsentiū monachus præsati monasterij, & Archegaudus prior, homo nobis ab anti quo pro sua honestate & religione dilectus: poterunt uobis intimare quæ plenius norunt: etsi non oīa. Quis eīm hoc posset? Tot & tanta pro certo, quæ apostolicam securim etsi dissimulātē, etsi dormitantē: mirū si nō surgere & ferire cōpellant. Ego liberaui aīam meā, sed nō sufficit, nisi & monasteriū liberet. In manib⁹ uestris mors & uita illi⁹.

¶ *Ad quendam qui ausus est nouitium dehortari à proposito.* Epistola. CCXCII.

Si ignotus nobis facie: sed nō fama. Ipsa referē te didicimus q̄ sis homo sapiens, & ſm seculum honoratus. Voluit autem dilectus filius meus Petrus, cui & notior & familiarior sanguinis affinitate uideris, ut tibi scriberem: imo rescriberem. Tu enim scripseras illi: & utinam ut te decuisset: & illi expediret. Nō sic fecisti. Nouum Christi militem ausus es dehortari à seruitio domini sui. Dico tibi, est qui quærat & iudicet. Non sufficiebant tibi peccata tua; nisi te & alienis inuolueres, & rursum ad peccata quod in te fuit pœnitentē iuuenem reuocares: & sic ſm duritiam tuam & cor impœnitens thesaurizares tibi iram in die iræ? Quasi non satis cū per se tētet diabolus: nisi tu iuueris illū, homo christianus, dux ei⁹, & notus eius. Tu quidē illi serpentē alterum: sed nō tibi ille alteram Euam exhibuit. Tuis impulsus est manibus, sed non euersus: fundatus est eīm supra firmā petram. Veruntamen nō reddimus tibi uicem, sed uincimus in bono malū: orantes pro te, optantes tibi meliora, & meliora scribentes. Primo quidē quia sapiēs dicēris, ut quod
Prouer.3. dicēris uerius sis, mitto te ad uerum sapientem qui ait: Noli prohibere eum qui pōt benefacere, si uales & ipse benefac. Habes tps faciēdi. Sed quādiu habiturus? Quātulum superest uitæ tibi præsertim iam senescenti? Vapor est ad modicum parēs: & deinceps exterminabitur. Si sapis, nō
Iob.5. ueniet super te illa maledictio. Vidi stultum firma radice, & statim maledixi pulchritudini eius. Pulchre stultū pseu
1. Cori.3. do sapientem uerus sapiens appellauit: sciens sapientiam
Deute.31. huius mūdi stultitiam esse apud deum. O utinam saperes, & intelligeres, ac nouissima prouideres. Saperes quæ dei sunt, intelligeres quæ mundi sunt, puideres quæ inferni sunt. Profectō inferna horreres, superna appeteres, q̄ sunt ad malū cōtēneres. Multa suggerit animus imo spūs loq tibi de salute animæ tuæ: sed donec rescripto nouerim tuo qualiter ista acceperis: non adijciam ultra, ne fiam onerosus. cui decætero uolo esse amicus & adiutor, si noluerit ad salutem. Dilectam nobis in Christo uxorem tuam pete licet immeritam salutamus.

¶ *Petro abbati de Cella pro monacho Cisiacensi, qui esse et apud Clarāuallem.* Epistola. CCXCIII.

Vnde mihi scripsistis: ita respōdeo uobis. Molestiam domini Cisiacensis nulli arbitror molestiorem esse quàm mihi. Sed puto uos non litere, uoluntate & præcepto ipsius iam ex longo illum monachum factum nostrum: & mihi ipsum obedientiam promisisse, & me curam illius suscepisse. Quoties tunc uolentem uenire repuli: uenientem remisi recordari facile non est. Tandem modo ueniens me nolente remisit & nullo modo ei persuadere reditum potui. Dicebat enim quia si nos eū proijceremus, iturū se longius, & nullatenus rediturum. Sed nec sic assensum meum habens, imo & contra consiliū meū intrauit. A quo utiq; introitu salua conscientia eum prohibere non potui: nec proijcere possum, utpote (ut dixi) iam olim in meam receptum curam & de quo reddituras sum rationem. Diu fateor periculum hoc conscientiæ meæ dissimulaueram propter molestiam boni illius hominis: & adhuc dissimulassem si meo iste consilio quoquo modo acquiescere uoluisset. Quæ cū ita sint, uestrum est cōsolari hoiem, delinire tristitiā eius: excusāti me habere de tam rationabili causa. Postremò ipse quoq; (ut scitis) in pēdulo est: & sæpe cogitauit relinquere domum suam. Quod si uellet nūc effectui mācipare, ego non prohiberē, pro eo q̄ in ea nō sine magna anxietate uersā.

¶ *Ad dominum papam Eugeniū pro episcopo Cenomanensi.* Epistola. CCXCIIII.

Dest eps Cenomanensis. Ipse est (si nescitis) de cuius ueritate & honestate nullus dubitauit qui bene nō nouit hoiem. Mihi qdē abunde suuētute sua notus & dilect⁹ est: tā pro mirabilibus uirtutibus, quàm p alijs bonis moribus suis. Sigillum paternitati uestræ de eo insusurratū est: aut ego fallor, aut ille mentit⁹ est in caput suū. Audite eū: & cū plenitudine gratiæ uestræ remittite. Deceptus sum eīm si bene nō fuerit collocata. Abbas Vindocinensis qui specialiter uester est, rogamus ut & ipse specialē inueniat gratiā: & rationabilis eius petitio haud difficilē assequi mereatur effectum. Dns Andegauensis mittit nuncium suum: & per se & per nos aliquid petens. Exaudiatur & ipse pro iustitia sua: & non exaudiatur cōtra eū susurro mēdax. Dignum est eū ut qui omnibus uiuitis: omnibus pro meritis ualeatis.

¶ *Domino Henrico cardinali pro eodem episcopo.* Epistola. CCXCV.

Sic tibi quasi mihi scribo: & hoc quoties tibi scribo. Vbi eīm tu es, me esse confido: quippe quem tanquam meipsum diligo. Si me tu æque diligis (imo quia diligis) uide ne dominus Cenomanensis ex te, quod in te est, in aliquo redeat contristatus. Alioquin ego contristarer in homine quem satis pro sua honestate diligo, & à te diligi uolo.

¶ *Dño Hostiensi pro eodem.* Epistola. CCXCVI.

Vidam clericus dicitur aures domini mei circūuenisse, aliquid cōtra epm suū & nrm amicū pro sua cupiditate molitus. Si mei cura est uobis, imo iustitiæ dei: date operam ut nihil iuretur de suo mendacio susurro malignus: nec lædatur in illo quo innocens episcopus & fidelis amicus.

¶ *Abbati Arremarensi pro fugitiuo monacho.* Epistola. CCXCVII.

Ator præsentium ad petitionē nostram dudū susceptus in consortium uestrum, stultitia & leuitate sua reiecto habitu sancto à uobis exiit. Sed quia ductus pœnitentia (ut uidetur) redire cupit, & se iterū recipi humiliter petit: petimus & rogamus ut iterum recipiatur, pœnitentiq; amore dei & nostro introitus & habitus non negetur.

¶ *Ad eūm*

¶ *Ad dominum papam Eugenium, de Nicolao.*

Epistola. CCXCVIII.

NIcolaus ille exiit à nobis: qa non erat ex nobis. Exnt autem fœda post se relinqũs uestigia. Et ego longe ante hoiem nouerã: sed expectabam ut aut deus eũ cõuerteret: aut instar Iudæ ipse se proderet. Quod & factũ est. Præter libros, denarios, & aureos multos, in ipso exitu eius inuenta sunt sup eũ sigilla tria: unũ eius ppriũ, alterũ prioris, tertiũ nostrũ, ipsumq; nõ antiquũ, sed nouellũ: qđ & ob ipsius dolos & furtiuas subreptiones mutare nuper coactus fuerã. Hoc eĩm est qđ uobis tacito noie scripsisse me memini: qa uidelicet periclitati sumus in falsis fratribus. Quis possit dicere ad quã multas personas sub noie meo me ignorante, quæ uoluit scripsit? Quis mihi det ut ipsa curia uestra ad purũ purgetur fœce mẽdaciorũ eius? Quis mihi det ut uel eorũ innocẽtia qui mecũ sunt, satis ualeat excusari apud circũuentos & præuẽtos impudẽtissimis eius mẽdaciis? Vobis quoq; aliquoties in cadẽ falsitate scripsisse, & non semel: partim cõuictus, partim & confessus est. De turpitudinibus eius quibus terra sordet, & factæ sunt oĩbus in parabolam: super sedeo polluere labia mea & uestras aures. Si ad uos uenerit (quam hoc gloriatur: & amicos se habere confidit in curia) mementote Arnaldi de Brixia: quia ecce plusquam Arnaldus hic. Nullus perpetua dignior inclusione: nihil ei perpetuo silentio iustius.

¶ *Comiti Engolismensi pro fratribus de Brixia.*

Epistola. CCXCIX.

MOlite mirari si grauis nobis uidet tam grandis reddit9 q de terra illa Brixiæ à fratrib9 nostris exigit: qa tale aliqd nõ cõsueuimus. Nã multas fecimus abbatias: & nulla illarum tali subiacet exactioni. Sed qa uos ita uultis, & deus plus acceptat uolũtariũ bonũ quàm coactum: sustinemus iuxta cõuẽtionẽ quam fratres nostri uobiscũ fecerũt: donec deus meliorẽ uobis inspiret uoluntatẽ: quod nõ diffidimus. Decætero diligite eos, fouete, defendite, manutenete: quia tunc securius stabitis ante tribunal Christi, si pauperes eius habueritis uestri dilectores, & pro uobis intercessores.

¶ *Blesensi comitissæ.* *Epistola.* CCC.

SI quando in uos filius uester uisus est excessisse, doluimus & dolemus nõ minus excessum filii, quàm matris iniuriã. Qđ tñ & ipsum excusabile est in adolescente filio. Nempe delicta iuuẽtutis, ipsa quæ cõmisit excusat ætas procliuior. An nescitis Gen. 8. quia proni sunt sensus hoĩs & cogitationes in malum ab adolescẽtia? Confidendũ mutatũ iri in melius patris meritis & eleemosynis. Propterea insistendum magis magisq; uotis & precibus ad deũ pro eo: quia etsi ille minus interdũ quem debuit filialẽ affectũ exhibuit: mater tamen pro suis uisceribus maternũ deserere non debet sed nec ualet affectũ. Nunqd potest mater obliuisci filii uteri sui? Et si illa, inquit, oblita fuerit: ego tñ nõ obliuiscar tui. Oremus & ploremus corã dño: ut deus tantæ indolis iuuenẽ, probitatis paternæ imitatorem (quod nõ diffidimus) sua faciat pietate. Agendũ cũ eo in spiritu lenitatis, blandisq; obsequiis: quia sic melius ad bona opera puocabit: quàm si irritationibus & increpationibus exasperet. Ita sanè de eius cita lætaq; mutatione posse lætificari confidimus cor uestrũ & nostrũ pariter. Quidni ego totis cupiã uiscerib9 quotidie seipso fieri meliorẽ? Vtinã qualem inueni in me: talẽ semp in oẽs inuemã. Quid eĩm quantũ ad nos unquã uolui, & nõ fecit? Retribuat illi dñs. Cæterũ pro uobis, sicut sæpe petistis, sæpe put oportuit & monui & monebo.

¶ *Santiæ sorori imperatoris Hispaniæ.*

Epistola. CCCI.

QVod factum est de receptione Tholdanos monasterii, sciatis per me non esse factum: utpote absentem & ignorantem quid fieret. Factũ aũt per nostros non nego: consilio tñ multorũ religiosorum, epi conniuentia, & assensu, nobilis quoq; dñæ quæ locum illum in propria possessione fundauit petitione & uoluntate publice ut accepimus, & nihil in abscondito factum. Existimabant autem se libere posse suscipere locum quem in dei libertate & sine alterius ecclesiæ subiectione fundatum ipsa quæ fundauerat, asserebat: & priuilegia (ut aiunt) præ manibus erãt. Cæterum quia Caracenses fratres factam sibi in hoc iniuriam (ut scribitis) conqueruntur: nec audientes Salomonem qui ait: Noli *Prouer. 3.* prohibere eum qui bene uult facere: si potes & ipse benefac: nobis in tam sancto opere contradicunt: & quoniam *2. Tim. 2.* seruos dei non oportet litigare: consilii nobis fuit ad uestrum potissimum consiliũ causam remittere: ut uestra authoritate & opera omnis inepta & iniusta (ut aiũt) calũnia cõquiescat: & ordo in domo dei receptus ad eius gloriam & uestrã ipsius salutẽ deinceps in pace permaneat. Nam & frater Niuardus qui multũ gratulatur de uobis, satis in hoc de uobis confidere monuit: tum ppter uestrã erga nos specialem deuotionẽ: tum etiam propter bonam quam audiuit à uobis de hoc ipso promissionẽ. Si autem uestris (quod nõ credimus) salutaribus monitis aut consiliis cõtradictores illi acquiescere nolunt: tunc duorum iudicio episcoporũ ad quos duo illa loca iure parochiali pertinere noscuntur, omnis inter eos controuersia terminetur. Quodq; ab eis iudicatũ siue constitutũ cõcorditer fuerit, uestrũ erit ratum habere: & decætero firmiter manutenere. Si timetis deũ, non patiemini impediri tantum bonũ: nec bonã illam mulierem frustrari à desiderio suo: nec fratres illos suæ deuotionis priuari fructu: nec deum denique tam accepto sibi reformati ordinis sacrificio defraudari. Obsecramus uos & pro nouella uestra plãtatione (illos loquor de spina) ut eis uiscera misericordiæ exhibeatis: quatenus uestro beneficio sustentati, in seruitio dei & suo ordine perseuerent.

¶ *Legatis apostolicis pro archiepiscopo Moguntino.*

Epistola. CCCII.

DOmnis & patribus reuerendis apostolicæ sedis legatis, puer sanctitatis eorum Bernardus Clareuallis uocatus abbas, per omnia deo placere, & gratos fructuosæ suæ legationis manipulos reportare. ¶ Etsi corpore remoti, sed affectu & bona uoluntate uobis appropiauimus, optantes & orantes dirigi actus & studia uestra ad omne quod decet & expedit. Inde est qp audientes miserandũ illũ archiepm Moguntinensem uocatũ ad uestrã præsentiã, ibiq; responsurũ aduersariis suis: ausi sumus uestrã pro eo interpellare bonitatem. In hoc enim credimus honorificari ministeriũ uestrum si quatenus salua iustitia licet, parieti inclinato & maceriæ depulsæ humeros uestræ authoritatis supponatis: nec calamũ quassatũ cõteri, nec linũ fumigans (quod *Esa. 42.* in uobis est, extingui nõ pmittitis. Sic sentiat obsecram9 sibi profuisse & precem nostrã, & suam simplicitatem: ob quam fertur à falsis fratribus circumuentus, potius quàm inuentus in aliquo dignus depositionis.

¶ *Ludouico iuniori regi Francorum.* *Epistola.* CCCIII.

SI homo ille de Britannia dimittere uellet aduterã, ut posset solui anathematis uinculo quo tenetur: ut illa paternam hæreditatem suam fm diuisionem suam quam fecit cum fratre suo, à uobis requireret, & si hoc ipso indigna: non esset forsitan recusandum: ut proinde potentis uiri seruitium & auxilium haberetis. Alioquin nõ est consilium humilis fidelis uestri concedi ullatenus aut terram extraneo, aut uestri fauorem dominũ excõmunicato & incestuoso: ne (quod deus auertat) quandoq; & uos audiatis: si uidebas furem, currebas cũ eo: & cum adulteris portionẽ tuã ponebas. Nec tñ uerbũ præcipitanter & quasi ex abrupto rumpere cõsuluerim. Agẽdũ aũt per fidelẽ & prudẽtẽ nunciũ, quatinus si fieri põt, inducatur, & tps redimat. Q, etsi hoc ille renuerit, & malignari maluerit: fidendũ in dño quia non prævalebit: qmq; dẽ iustitia quæ cũ rege est, erit pro rege. Nescio aũt an eps ad hoc cõueniẽs satisq; idoneus sit: nõ

Universidad de Deusto
Biblioteca

quía fidelís nō sit,& quidem fidelissimus: sed quía odit illum:nec suum ut uereor consilium credet ei. Ipse tamē paratus est pro uestra uoluntate ad omne quod cum dei uolūtate facere poterit. Sí quíd est quod quasi ex parte mea nobis secreti suggerat,à me hoc illud accepisse sciatis: & tanquam ex ore meo id accipiatis. Homo est enim quem multum diligo: & satís credo ei: uosq; illi (ní fallor) credere quod uolueritis secure potestís.

¶ *Idē pro ipsius infirmitate solicito.* Epistola. CCCIIII.

SI N literís quas mísit dignatio uestra lætificastis animam meā, lætificet uos ipse qui in causa est deus. Quis sum ego: aut quæ dom⁹ patrís meí: ut de morte uel uita mea maiestas regia cogíteret? Et nunc quía tāti habitus sum ut de meo esse scire curetis: sciatis me aliquantulum cōualuisse: & ut me sentío, mortis interim ereptū perículo: debilē tñ,& debilē ualde. Decætero scire uos uolo dñm Robertū germanū uestrū dignanter nos & deuote satís uisitasse in infirmitate nr̄a. Sed & sic locutū in auribus nostrís, ut gaudíum nobis & spem de se meliorē reliquerit. Dílígite eum: quía si dictís facta compēset, complacebit uobis in illo: & si dignum iudicatis, sciat uobis placere q̄ nostro & bonorū consilíis decætero se acqeturū promísit. Sigillū non erat ad manū: sed qui legit, agnoscat stílum, quía ipse dictauí.

¶ *Ad dominum papam Eugenium pro episcopo Beluacensi.* Epistola. CCCV.

ILlius uester ille Beluacensis (quem dícerem & nostrū, nísi insolentiā redoleret) appellatus ad uestrā præsentiā ueniebat,& libens, utpote de sua iustítia secur⁹, & de uestro paterno fauore non dubius. Sed obstiti ego,& uix eū potuí retínere: q̄ppe cupidū uidēdi faciē uestrā. Quòd autē retínere uoluí: cū multæ occurrerēt causæ: illud præcipuū fuit, q̄ de uestra dubitauím⁹ uolūtate. Deínde præter alías incōmodítates nō paucas quæ obuiare uiderent: ipse & frater suus rex nō ambulāt in uno spírítu: & nō erat satís tutum díu absentarí à suís. Nolo à me quæratís cuius sit culpa: nō est meum inculpare quēquam. Sufficit mihí excusare cp̄m. Quícqd humilitatis, quícqd obsequiū pro sua persona potuit: uidímus exhibentē, & nihíl ꝑficientē. Scítote tamen quícquíd tímeat, quícqd accídere debeat, sine mora ueniturū, ubi uobis placiturū cognouerit. Persona ei⁹ & causa eius in manu uestra. Nec eīm in sibí credíto ita agit, uel ita cōuersaī, ut se talí índignum putet prærogatiua. Itaq; pro se dírexit ístum: sciens q̄ ad patrē dírígeret. Scire placet quíd íniunctū sit ei: Nihíl ex ínīūcto agere: sed totum cōmittere uestro cōsílío: de quo totus pendet ipse. Nempe fiduciam habet non modo iudicarí causam suam à uobis: sed iuuarí, sed foueri, sed manuteneri. Sí placet eā cōmittere domíno Remensí archiepō: maturum posse sortírí finem dño auxiliante cōfidímus: si tamen appellādi suffugium partí utríq; subtrahatur.

¶ *Domino Hostiensi pro electione abbatis Turoldi de tribus fontibus.* Epistola. CCCVI.

Matt.18. WAe mundo ab scandalís. Ego uos scandalizo? Ego uobis scandalo sum? Quís hoc crederet posse contíngere: nísi cuí nota non esset nostra unanimitas, nostra mutua charítas: & quomodo in domo dei ambulauímus cū cōsensu? Subita & dolēda mihí mutatío. Quí me portabat, nunc parat opprímere: quí me defensabat, nunc terret mínís, blasphemíis ímpetit, arguit præuaricatíonís. Protoplastí super graui & singulari peccato confessionē requísítí sunt: Ninsuitæ ad pœnítētiā expectatí sunt: Sodomítæ nō de auditu, sed magís de uísu punítí sunt. Mecū cò differentíus, quò contēptibílius actum est. Non sum reputat⁹ quí ponerer ad ratiōnē: quí inuitarer ad satísfactionē: quí causam reqrerer: quí pro me respōdēdí facultatē accíperē. Non cōuentus, iudicat⁹ sum: nō cōuictus, cōdēnatus sum. Et nūc audíte sí dígnamíní excusatiōnē nostram: & si fortè míníme sufficientē uobis, ucrā tñ. Voluístis loco uestrí substítuí fratrē Gen.3. Ionæ.3. Gen.19. Nícolaum: & ego memíní, nō diffíteor. Ita cōuenírchia pariter & mihí fore: credídí, ꝓpter qđ locut⁹ sum. Quod íta nō est factū, necessítas fecit, nō duplícitas. Res in discordíam uersa est. Quíd dico in discordiā? Concordia magis fuit. Tam cōcorditer díscordes ab hac nr̄a cōuersatione ad ínuētí sunt: ut nec un⁹ qdē monachus siue cōuersus praeter duos aut tres q uestrates erāt, acqeuer̄t assentire. Tetauím⁹ níhílomínus tñ in multís argumētís, nūc blāde do, nunc terrēdo, qūo res effectū sor̄t: iref: sed ut unanimíter, ita & pertínacíter obstíterūt. Possemus uim facere, sed sic mihí parcat de⁹: qūo parcēdo illí omísím⁹: ne hō uecūdus & pusill⁹ corde (ut nostís) & fugitās onus, in hoc tāto turbíne remaneret. Nā p̄ter ea quæ extrínsec⁹ sunt, ꝓbastís & uos, supra uíres ei⁹ esse oīa uidebant. Iraq; tolētes eū cū suís, ímposuím⁹ onus qđ eò leuí⁹ ferret, qūo à nostrís pariter portaret. Est eīm loc⁹ nouiter ordinat⁹ fratrib⁹ nr̄ís, & uícínior nobís: ut possit à nobis facíl⁹ requētarí. De abbatib⁹ ad locū ptínētibus: qa assensum uestrum nō tenebam⁹: níhil ausí, fratrē Robertū quo nemo magís ídone⁹ ad manū esse tūc uísus est, dare uoluím⁹, cū rūsum est nobis à uestra díscretione fuísse ꝓhibitū. Quid pluraꝫ Acceperūt hoíem q uestræ sicut accepím⁹ displícentítatí. Nec latet causa. Inhonestū (ut aíūt) publice prædicatís: & ob turpítudínis notā è priorí monasterio transum cuí ante p̄fuerat. Pōt íta extítísse: me (quātū recordarí ualeo) usq; ad hoc tp̄s nō audísse huiuscemodí uerbū de illo, deū testor & angelos ei⁹. Sed neq; ípe archiep̄s eū eū amouere oīmodís níteret: tale aliqd uel scrípto uel nūcío nobis aliqñ sígnificauít. Egóne turpítudínís assentator, fotor ínhonestí? Sí íta de me sentítís: uídete ne uerū quóq; excellētíā pariter ūoluat hoc nubilū. Quippe cū eíusmodí tā notā oīb⁹ familíarítatē atq; amícitiā semel ínítā, tāto studío hucusq; fouístis. Et de archiep̄o qđ dicitis qđ sentítís: an & ipse quē talē sciret (nec eīm poterat nescíre: cū not⁹ cēt ex lōgo) prior ꝓmoueret, & in loco cuius præfuerat? Míníme ego uel tenuíter suspícer illud de tāli uíro & tanto amatore honestatís. Et qdē quí ꝓmouit, ipse & amouit: non negauerím. Qua rōne hoc fecerit, uíderit ipse. Nam multís dísplícuísse factū cognoscit: nempe uocatione, nec ordíne, nec cōsuetudíne in ei⁹ amotione cernētib⁹. Tantū archiep̄s sic uoluit: & ne cōtristarem⁹ eum nostro hortatu íste in pace cessit, & dedit locū iræ. Vnum díco, ex quo ad nos ínstrauít (sicut testímonium habet ab oīb⁹) níhil in eo qđ ꝓmotíōí huic obuiaret, cōperīt. Sine q̄rela cōuersat⁹ est. Adhuc nō deest homíní literatura cōgruens, nō doctrina, nō affabílítas, non gr̄a in uultu & sermone. Sed suspecta est uobis breuítas tēporis quod nobíscū fuit: fateor & mihí. Fortassis bene faciet: fortassis male. Vereor oīa opa mea: & qđ operor nō íntelligo. Vnde cert⁹ nō sum: certū uos facere míníme possum. Factum est: & qđ factū est, nō pōt nō fierí. Sí ꝓpheta fuíssem, non ꝓfectò fecíssem unde amícū offenderē: scīn turbarē ēpm scandalizarē. Quíd uultís ut faciā? Sic factū est tali necessítate: talíq; ordíne. Hæc excusatío mea. Sí sufficit: tollatur de medío scandalū. Sí minus, ego iudícíū portē quod & quale decreuerítís. Nā si qđ ædificauí, tam cito iterū destruam, graue: nísi fortè causa cōueníēs supuenerit: quod fortassē ꝓcessu tēporis accídere pōt. Sí uultís uos amouere eum: potestatem habetís. Non obsísto, non me opponam torrēti. Ínique nō egí, si ínsipiēter uídeor: i prōptu est uobis ínsipiētiā meā corrígere: aut si hoc díguíus iudicatis, etiā & punire. Dico tñ, si pie, si chrístíane mecū agīt, corrípiet me iustus in misericordía, & increpabit me: nō in ira apud alíos díffamabit. Habetís formā meā hic: nísi & hoc índignamíní p̄sentíb⁹ literís. Nempe cōperta per alios, & nō per uos uestra índignatiōe, cautū habuí nō repēdere uicē: sed mox uobis de uobis p̄ p̄sentia scripta conqueri. Decætero benedictus deus qui & hoc qđ dederat, & de quo míhí fortè ímmoderatíus blandiebar, solatium ante exítum tulit: uestrā scílícet & dñí meí gratiā: ut uel ꝓpno experimēto díscam non ponere spem meā in homine.

Ad eundem.

¶ *Ad eundem.* Epistola. CCCVII.

Estime ista dicto, & ob hoc minus festiue: siqdē uiator trāsire festinans urget. Res mira, sed magis læta. Frater. G. Fulcheri⁹ cū literis dñi mei pariter & uestris, simulcp præsentiū lator peregrinus uno penè momento affuerunt: deo ita sine dubio prouidēte: ut habere per quē festinanter rescriberē: quod utiqp cupiēti mihi nō poterat satis esse festinū. Inde est cp hæc in infirmitate mea ipse dictaui: cp non esset tunc alter ad manū. De dño Beluacēsi quod primū posuistis: primū ita respondeo. Sui iuris est. Iam non est in mea potestate: sed in ciuitate uita eius & conuersatio. Si secus quàm debet uel decet interdum agit, dolere possum: sed emendare prout uolo non ualeo. Verūtamen qđ uobis suggestū est de uagatione ei⁹, nimiū extitisse in ea usqp adhuc nos non comperimus: nec inde notatū apud nos qñqp audiuimus. Ex quo ad eū uenit frater Robert⁹ qui cū eo est, turpe & graue aliquid perpetrasse, aut epō persuasisse, ad aures nostras nondū oīno peruenit: & mirū si ad uos potuit peruenire, quod latere nos potuit. Dabo tñ operā facere qđ uultis de reuocatione eius, si qñ honeste & opportune potuero. Iamcp fecissem si cum pace epī potuissem, & non timuissem inutiliorē huic subrogādū. In quadragesima uenit ad nos ipse eps parat⁹ ire ad curiā causa cuiusdā appellationis, & uenisset nisi nos dissuasissemus. Porrò dissuasionis intētio fuit, cp nō ita uideret esse paratus, siue in cōsilio siue in comitatu, ut iuuenis epi personam decuisset. Propositū tñ ei⁹ est ꝓficisci tēpore opportuno. Frater uester est: facite cum illo misericordiā: ut aduersarij eius non præualeāt aduersus eum. Vellē uos ad ipsum pot⁹ quàm ad nos scripsisse, & fraternæ monuisse super his quæ de eo audistis. Deinde super statu corpis mei cognoui uos esse solicitum. Verum est quod audistis: infirmatus sum usque ad mortē: sed interim reuocatus à mortē: atqp hoc (ut mesentio) nō diu. Longe eñ sum debilior quàm credi possit. Quod tñ dixerim, absqp præiudicio diuinæ prouidentiæ, quæ & mortuos suscitare pōt. Et in hoc sit respōsum non modo uobis, sed & dño meo. Cui uolo & oro ut in quantacūqp deuotiōe poteritis accito uobis pariter dño Tusculano, plenissimas grates referatis pro tanta dignatiōe & solicitudine tā pia. Iam de domino Lugdunensi audite quod uerū est, & qđ certū sit uobis. Vir ille aggressus est iter cū multa pecunia, & honorabili comitatu, prout decebat tantū archiepm: & ecce undiqp in ipso penè procinctu insidiæ inimicoꝝ. Quid faceret uir desiderij? Progredi nō licebat, & desistere à proposito sibi grauius omni captiuitate iudicabat. Comites suos partim remisit, partim dispersit: massa pecuniæ se exonerauit: modicum retinens unde cū paucis posset pficere uiā. Quid plura? Venit cū trib⁹ aut quatuor ministris, ipse nihilomin⁹ in habitu ministrātis: sicqp strata publica cū turba ꝓmiscua pegrinoꝝ tāquā un⁹ ex illis, puenit ad sctm Aegidiū. Cumqp infirma ret, ptrāsijt usqp ad mōtē pessulanū. Ibi aliquādiu cōmoratus cū medicis expēdit & qđ habebat, & qđ nō habebat.

¶ *Ad tres epōs curiæ Romanæ.* Epistola. CCCVIII.

AD hoc uos deus in sublimitate posuit, ut tanto maiori ecclesiæ suæ utilitate uiuatis, quanto in ea eminentiori authoritate præestis. Alioquin deponet ille paterfamilias potētes de sede, qui pro accepta potestate inuenti fuerint suis utilitatib⁹ defuisse. Quanta sustineat sponsa Christi dāna in episcopatu Metensi, & si nos amplius horremus, quia uiciniores sumus: tñ & uos arbitror nō latere. En quantus lupus illud ouile Christi tum insidijs, tum manifestis assultibus quotidie molit irrumpere, & disperdere oues Christi sanguine congregatas: Idqp non ab heri & nudiustertius: sed ex quo adhuc fuerat lupicellus, nō cessat illū domínicū gregem quibus potest uirib⁹ infestare, & uastare rapinis, incendijs, homicidijs. Ego itaqp quod in me est demonstro lupū, instigo canes: iam quid interfit uestra, uos uideritis: meum non est docere doctores.

Luce. 1.

¶ *Ad Petrū abbatē Cluniacēsem.* Epistola. CCCIX.

DOmino & patri reuerendissimo Petro Cluniacēsi abbati su⁹. B. quod su⁹. ¶ Visitet te oriēs ex alto ô bone uir, quia uisitasti me in terra aliena, & in loco peregrinationis meæ consolatus es me. Bene fecisti, intelligens sup egenū & pauperē. Absens eram, etiā longo tēpore absens, & recordat⁹ es nois mei, homo magnus, occcupatus in magnis. Benedictus sanct⁹ angelus tuus, qui pio pectori tuo id suggessit. Benedictus deus noster, qui psuasit. En teneo unde glorier apud extraneos, literas tuas, & illas literas in qb⁹ tuā mihi animā effudisti. Glorior cp me habeas nō modo in memoria, sed & in gratia. Glorior priuilegio amoris tui: refectus sum de abūdantia suauitatis pectoris tui. Non solū autē: sed & glorior in tribulatiōib⁹, si quas dignus habitus sum pro ecclesia pati. Hæc planè gloria mea, & exaltās caput meū, ecclesiæ triumphus. Nam si socij sumus laboris, erimus & cōsolationis. Collaborandū fuit & compatiēdum matri, ne & de nobis quererer dicēs: Qui iuxta me erāt, dēlōge steterūt: & uim faciebāt qui quærebāt animā meam. Deo autem gratias qui dedit ei uictoriā. Honestauit eam in laboribus: & cōpleuit labores illius. Tristitia nostra in gaudium, & luctus noster uersus est in citharā. Hyems trāsijt, imber abijt, & recessit: flores apparuerunt in terra nostra: tēpus putationis aduenit. Amputatū est sarmētum inutile, putre membrū. Ille ille iniquus qui peccare fecit Israel, morte absorptus est, & traductus in uentrē inferi. Fecerat quippe sm ꝓphetam pactū cū morte, & cū inferno fœdus inierat. Ideoqp iuxta Ezechielē factus est perditio, & non subsistet ineternum. Alius quoqp oīm sicut maximus, ita & pessimus inimicus, abscissus nihilominus est. Et is erat unus ex amicis ecclesiæ: sed illis de quibus solet queri & dicere: Amici mei & proximi mei aduersum me appropin quauerunt & steterunt. Sed qui restant, cito speramus de similibus idem iudicium. Prope est ut reuertar ad fratres meos, si uita comes fuerit, per uos sicut intendo transiturus. Interim cōmendo me sanctis orationibus uestris. Salutamus fratrem. H. camerariū, & oēs qui circa uos sunt, cum reliqua sancta multitudine.

Psal. 37.

Psal. 37.

Sapiē. 10.

Cant. 2.

Esaiæ. 28.

Ezec. 33.

¶ *Ad Arnaldum Carnotensem abbatem Boneuallis.* Epistola. CCCX.

SVscepimus charitatē uestrā in charitate, & nō in uoluptate. Quæ eñ uoluptas ubi totum sibi uendicat amaritudo? Nisi cp solum nihil comedere utcunqp delectabile est. Somnus recessit à me, ne uel beneficio sopiti sensus, dolor unquam recedat. Defectus stomachi, ferè totum quod patior est. Frequēter & in die & in nocte exigit confortari modico admodum qualicūqp liquore: nam ad solidum omne inexorabiliter indignatur. Hoc parum quod dignatur admittere, non sine graui molestia sumit: sed timet grauiorem, si se uacuum omnino dimiserit. Q. si plusculum quid interdum admittere acqescat, id grauissimū. Pedes & crura intumuerunt, quēadmodū hydropicis contingere solet. Et in his oībus ne quid lateat amicū de statu amici solicitum sm interiorem hoiem (ut minus sapiēs dico) spiritus promptus est in carne infirma. Orate saluatorē qui nō uult mortē peccatoris, ut tempestiuū iam exitum non differat, sed custodiat. Curate munire uotis, calcaneū nudum meritis: ut is qui insidiatur, inuenire non possit unde figat dentem, & uulnus infligat. Hæc ipse dictaui, sic me habens, ut per notam uobis manum, agnoscatis affectum. Veruntamen rescripsisse quàm scripsisse maluerim.

¶ *Hanc supradictam epistolam sanctus abbas Bernardus iam in extremis positus ultimam dictauit.*

¶ *Ad fratres Hybernienses in obitu sancti Malachiæ episcopi.* Epistola. CCCXI. *quæ incipit, Religiosis fratribus &c. quam uide suprà inter sermones.* Folio. LX. *columna.* IIII.

¶ *Ad Guidonem abbatem & fratres Arremarenses.* Epistola. CCCXII.

VEnerabili Guidoni abbati Arremarēsi, & ſctis quí cū eo ſunt fratrib⁹, Bernard⁹ ſeruus ſctitatís eor⁹, ſeruire dño ī ſctitate. ¶ Petis chariſſime míhí Guído abbas, & tecū pariter q tecū ſunt fratres, dictare me aliqua uobis legenda ſolēniter uel canēda in feſtiuitate ſancti Victoris, cui⁹ apud uos corp⁹ ſacratiſſimū regeſcit. Cūctāti inſtas: diſſimulātē urges: meā etſi iuſtā uerecūdiā diſſimulās ipſe. Adhibes míhí & alios precatores, quaſi ſit aliqd ad inclinādū me tuæ uolūtatí, tua ípſa uolūtate cōueniētius. Verū tu uel ꝓprio iudício cōſulens, cogítare debueras nō affectū tuum erga me: ſed meū in eccl'ia locū. Sanè altitudo negotij non amicū deſiderat, ſed eruditū, ſed dignū, cui⁹ authoritas potior, uita ſanctior, ſtil⁹ maturior & op⁹ illuſtret, & cōſonet ſctitatí. Quātul⁹ ego ī pp'lo Xp'ſano cui⁹ lr̄æ i eccleſijs lectitent⁹? Aut quātula míhí īgenij eloquij facultas, ut à me potiſſimū feſtiua & plauſibília regrant⁹? Quid? Quē cæli habēt laudabilē & laudatū, ego de nouo laudare īcípio ſup terrā? Supnís uelle addere laudib⁹, detrahere eſt. Nō ꝙ glorificatos ab angelís, hoíes iā laudare nō audeāt: ſed qa in ſolēnitate celebrí, non nouella audirí decet uel leuía: ſed certè authētica & antiqua: q̄ & eccleſiā ædificēt, & eccleſiaſticā redoleāt grauitatem. Q; ſi noua audire libet, & cā reqrít: ea ut dixí recipiēda cēſuerim q̄ cordibus audiētiū quò gratíora, eò utíliora reddat & eloquij dignitas & authoris. Porrò ſenſa índubitata reſplēdeāt ueritatē: ſonent iuſtitiā, hūílitatē ſuadeāt, doceāt æqtatē: q̄ etiā lumē ueritatis mētib⁹ pariāt, formā moríb⁹, crucē uitijs, affectibus deuotionē, ſenſib⁹ diſciplinā. Cant⁹ ípſe ſi fuerit, plen⁹ ſit grauitate: nec laſciuiā reſonet nec ruſticitatē. Sic ſuauís, ut non ſit leuís. Sic mulceat aures: ut moueat corda. Triſtitiā leuet, irā mitiget, ſenſum lr̄æ nō euacuet, ſed fœcūdet. Nō eſt leuís iactura gr̄æ ſpiritalís, leuitate cant⁹ abduci à ſenſuū utílitate: & pl⁹ ſimuādis íntēdere uocib⁹, quàm ínſimuādís reb⁹. An qualía oportet eſſe q̄ in audiētiā eccl'iæ ueníūt, qualémue hor⁹ authorē. Nūqd talís ego, aut talía quæ parauí? Et tñ de pauptate mea te pulſante, te íngetāte, etſi nō qa amic⁹ es: certè ob tuā importunitatē ſurgēs iuxta uerbū dñi p̄ſtiti qd' petiſti. Præſtiti dico, nō qd' tibí ad uotū, ſed quod míhí ad manū uenire potuit: pro poſſe utiq; meo, nō pro uelle tuo. Seruata tñ antiquor⁹ ueritate ſcíptor⁹ q̄ tu míhí trāſmíſeras, de uita ſcti duos ſermones dictaui qualicūq; ſermone meo, illud quātū potui cauēs, ut nec breuitas obſcuros, nec ꝓlixitas redderet oneroſos. Deínde qd' ad cantū ſpectat, hymnū cōpoſui, metrí negligens, ut ſenſui non deeſſem. Rñſoria. xij. cum antiphonis xxvij. ſuís ín locís díſpoſui, addito rñſorío uno qd' priorí b⁹ ueſperís aſſignauí: itemq; duob⁹ alijs breuib⁹, ipſo die feſto ꝓ ueſtra regulari cōſuetudíne uno ad laudes, altero ad ueſpas decātandís. Et ꝓ hís oīb⁹ mercedē flagito, ſecſr retributionē. Quíd ní ſequar? Síue placcāt ſiue non, mea nō refert: qcqd habuí, dedí. Ergo merces mea, oīo ueſtra.

Habentur ſupra iter ſermones. folio. 47. quorū primus incipit, Victoris uita, ſecundus uero Gaude te in domino dilectiſſimi.

¶ *Epiſtola beati Bernardi rñſiua ad dubium ſibi propoſitum cur feſta Maccabæorum ab eccleſia habentur celebria in ordine aliarum.* Epiſtola. CCCXIII.

OVæris ítaq; quíd nā uíſum patrib⁹ fuerit ut ſolís ex oīb⁹ antiqs iuſtís, ſingulari quodā priuí legío Maccabæís annuā celebritatē parí cū noſtrís martyrib⁹ ueneratiōe decernerēt ín eccl'ia ſoleníter exhibēdā. Sí díxero dígnos merito martyrū gloría iudicatos, qbus nō ímpar fuit ín martyrío uírtus: erít forſitā ſolutū cur ípſos, ſed necdū planè cur ſolos: cum & alíos nōnullos ex ueterib⁹ parí cōſtet zelo pietatis occubuiſſe, nō tamē & parí tripudío recolí meruiſſe. Cōſtat tñ utroſq; qdē ín morte cōem habuiſſe cū martyrib⁹ noſtrís pietatis cām: ſed nō utroſq; pariter eādē cū illís adeptos fuiſſe martyrij formā. Vniuerſis nempe tam ueteris quàm nouí teſtamēti martyrib⁹ æque cōuenít pro iuſtítia occubuiſſe: ſed intereſt⁹ q̄ iſti paſſi ſunt qa illā tenebāt, illí quia nō tenētes reꝑhendebāt. Et ut breuíter totū ín quo díffe-
runt proferamus, hos cultus, illos zelus iuſtítiæ martyres fecit. Solí ex ueteribus Maccabæi: quía non ſolū cruore, ſed & formā ut dixí martyrij nouí teſtamēti tenuēre, libere fortaſſe ín eccleſia cū nouis eccleſiæ martyribus eandē celebritatís gloríam aſſecuti ſunt. Itaq; martyrium facit cauſa: tempus genuſq; diſcernunt. Tempus Maccabæos à nouis martyribus diſiungit, coníungit antiquis. Genus uerò nouis aggregat, quía líbare & ipſi dijs alienis cogebantur: & ſegregat à ueteribus.

¶ *Ad dñm ac uenerabilem Eſkilum Lundenſem archiēp̄m, ſedis apoſtolicæ in Dacia & Suetia legatum: cuius corpus glorioſum in Claraualle requieſcit iuxta matrem eiuſdem dñi Bernardi.* Epiſtola. CCCXIIII.

AMantiſſimo patrí & dño Eſkilo dei gr̄a Lundenſi archiep̄o, frater Bernard⁹ Clarenallis uocat⁹ abbas, ín uero ſalutarí ſalutē. ¶ Scripta & ſalutationes ueſtras, ímo affectiones cordis uoſtrí tam líbenter ſuſcepí, quàm ſpecialiter & dilígo uos, & dilígor à uobís. Inde eſt ꝙ auditis tribulationib⁹ ueſtris, eas nō ſolū meas feci, ſed & ínueni quía nō poſſum te dolēte nō dolere dulciſſime pater, nec níſi moleſtus & anxi⁹ tuas moleſtías & anxietates audíre. Tangit & angit cor meū quícqd tuū exaſperat: & quícqd illud ſit qđ te perſequít, nō ſolū te perſeqtur: ſed me tecū. Quícqd eīngratiæ & dilectionís ímpēdere ſibí poſſunt abſentes amící, puto & me debere tibí, & míhí deberí à te. Audax ſum, ſed non mēdax: & ín hāc audaciā me cōpulít tuæ ſublimitatis dignatio. Qñ eīn id p̄ſumerē ego? qñ tātā tātillus, & à tanta gratiā ſperare auderē? Et ſi ego retribuere nō potero, nō eſt mortuus retributor me⁹: qa dñs retribuet ꝓ me. Dēs ínquā, ī quo & ꝓ quo tāta nos deuotiōe cōplecteris, tāſtringis affectiōe. Bñdíct⁹ ſanctus angel⁹ tuus q pío peRí tuo íd ſuggeſſit. Bñdíct⁹ de⁹ noſter q perſuaſit. Gloríor príuilegio amoris tui. Refectus ſum per chariſſimū fratrē noſtrū filiū tuū Guílhelmū de abūdātia ſuauitatis poRís tui. Refect⁹ ſum ꝓ nūciū tuū: refect⁹ ſum per lr̄as tuas: refect⁹ ſum per oēs quí à te uſq; ad nos uel per nos ad te re poſſunt. Vtínam míhí datū eſſet dēſup hæc dicere aut dictare, ut me pot⁹ loquēs quàm ſcribens aperíre uterē. Pro certo acceptior eſſet ſermo uiuus quàm ſcíptus, efficacior lingua quàm lr̄a. Oculí qppe loquētis fidē facerent dictis, & meli⁹ affectū ꝰult⁹ exprimeret quàm digit⁹. Sed qa illud abſens ꝓ me nō poſſum, ꝓ lr̄as q̄ ſecundū in hmoi locū obtinēt, ſatisfacio quātū poſſum. Nunciū tuū cū magna exultatione uidím⁹, & negociū tuū quātūcūq; potuimus muníuímus ad dñm papā. De ſecreto aūt uerboRíū quod tam ardēter aſcēdít ín cor tuū, tñdebit tibí ex parte noſtra Guílhelm⁹ tu⁹, tuus ínquā & ſpecialíter tu⁹ in tuſcerib⁹ Ieſu Xp̄í. Poſuí eīn uerba mea ín ore ei⁹: & ipſum audies tanquā me ín negocío iſto. Heu auellor, abripior, non licet ultra. Auocat díei malítia, reuocat turba ſuperuēntiū, & epiſtolā poti⁹ rumpūt quàm finíunt. Sed nunqd quía faciūt ut paucís ſcríbā, facere poterunt ut parū diligam? Actum excludunt à me, nō affectū: ille ſemper tecum eſt, quí ſui iuris eſt: & tecū erít quādiu fuerit, omní mihi amicítiæ íure colendæ pie ac reuerendiſſime pater.

¶ *Ad ſanctum Malachiam Hyberniæ archiepiſcopum.* Epiſtola. CCCXV.

VEnerabili dño & beatiſſimo p̄rí Malachiæ dei gratia Hyberniēſiū archiep̄o apoſtolicæ ſedis legato, frater Bern̄. Clarenallis uocat⁹ abbas, ínuenire gratiā apud dñm. ¶ Inter multíplices æſtus & curas pectoris meí præ multitudíne quarum ætas mea turbata eſt ualde, fratres de terra longínqua uenientes ut ſeruíant domíno, epiſtola tua & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt. Epiſtola ín oſtenſione bonæ uoluntatís, baculus ad ſuſtentandum corpus ínfirmitatis, fratres qui deo ſeruíunt ín ſpíritu humílitatis. Omnia ſuſcepímus, omnía placent, omnía pariter cooperantur in bonum. Q; autem uoluiſtis duos de fratríbus mítti nobis ad prævídendum locum: cómunicato cum fratribus conſilio, dignum duxímus non eos ſeparandos ab ínuicem

donec

donec pleni⁹ in eis formetur Christus, donec ad integrū
decertent prælium prælia domini. Cum igitur fuerint in
schola sancti spiritus eruditi, cum induti uirtute ex alto:
tunc demū ad patrē filij reuertent, ut cantēt canticum do
mini: non iam in terra aliena, sed in sua. Vos autē interim
iuxta sapiētiā uobis datam à dño, ꝑm habitudinē locorū
quæ uidistis apud nos, præuidete & præparate eis locū à
tumultibus seculi separatū. Tempus eñ prope est in quo
uobis operāte dei gratia nouos de ueteribus hoies pro
ducemus. Sit nomen dñi benedictū in secula: de cuius mu
nere uenit ut cōmunes habeā filios uobiscū, quos uestra
prædicatio plātauit, nostra exhortatio rigauit, deus autē
incremētū dedit. Sanctitatē uestram rogamus ut uerbum
dñi prædicetis ad dandam scientiam salutis plebi eius. Du
plex enim uobis incumbit necessitas: & ex officio legatio
1.co.3. nis, & episcopali negocio. Decætero qñ in multis offen
dimus oēs: & inter hoies seculi frequēter positi multū de
puluere mūdi cōtrahimus: uestris & uestrorū orationib⁹
me cōmendo: ut in fonte misericordiæ suæ nos lauare &
emaculare dignetur ipse fons pietatis Iesus Christus, qui
Ioan.13. dixit Petro: Nisi lauero te, nō habebis partem mecū. Sed
& hoc ipsum non solū precibus, uerūetiam quasi ex debi
to requiro cū ego clamem ad dominū pro uobis si quid
possit peccatoris oratio. In domino ualete.

¶ *Ad eundem* *Epistola.* CCCXVI.

MAlachiæ dei gratia cp̄o sedis apostolicæ legato, frater Bernardus Clareuallis uocatus abbas, si quid potest peccatoris oratio, & si quid paupe ris deuotio prodest. ¶ Fecimus quod præcepit sanctitas uestra: & si non ut dignum, profectò ut possibile pro tēpore fuit. Tanta apud nos ubiq; malitia grassatur, ut uix id tantillum quod factū est fieri licuerit. Misimus tam exiguū seminis quod uidetis, ad seminandā uel mo dicam partē agri illius in quem uerus Isaac quondā exie
Gen.24. rat ad meditādū, cum primum adducta est ei Rebecca per puerū Abrahā perenni coniugio feliciter copulāda. Nec contēnendū semen: de quo illud in partibus uestris expe
Rom.9. rimur impletū hoc tempore: Nisi dñs sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus, & sicut Gomorra similes essemus. Itaq; ego seminaui, rigate uos: & deus in crementum dabit. Sanctos omnes qui apud uos sunt, per uos salutamus: humiliter ipsorum nos & uestris sanctis orationibus commendantes. Valete.

Ad eundem. *Epistola.* CCCXVII.

MAntissimo patri & dño reuerendissimo Ma lachiæ dei gratia episcopo sanctæ & apostolicæ sedis legato, suus sanctitatis frater Bernardus Clareuallis uocatus abbas, salutem & qualescunq; nostras orationes. ¶ Quàm dulcia faucibus meis elo quia tua domine pater, quàm iucunda tuæ memoria san ctitatis. Si quid affectionis, si quid deuotionis, si quid ani mi in nobis est: totum sine dubio sibi uendicat tuæ dile ctionis charitas. Nec opus est uerborū multitudine, ubi multum uiget affectus. Confido enim cp̄ testimonium per hibeat spiritui tuo spiritus quem habes à deo: tuum esse modicum id quod sumus. Tu quoq; pater amantissime & desideratissime ne tradas obliuioni animam pauperis, cha ritatis nexibus adhærentem tibi: & animam pauperis tui ne obliuiscaris in finem. Neque enim quasi de nouo com mēdamus nos tibi: cum in multo iam tempore gloriemur in domino cp̄ inuenire meruit paruitas nostra gratiam in oculis sanctitatis tuæ. Sed oramus ut dilectio iam non no ua, nouis quotidie proficiat incrementis. Filios nostros imo & uestros tanto obnixius cōmendamus uobis: quan to amplius remoti sunt à nobis. Vos scitis quoniam tota post deum fiducia nostra fuit ut mitterem⁹ eos: quoniam sanctitatis uestræ precibus non acquiescere illicitū uide batur. Facite quod uos decet: ut totis uisceribus charita tis amplectamini eos & foueatis. Nequaquam occasione aliqua circa eos solicitudo & diligētia tepescat: & pereat quod plantauit dextera tua. Iam quidem quia bene pro ficit domus: & ex uestris literis, & ex fratrum nostrorum relatione didicimus: multiplicatur tam in temporalibus quàm in spiritualibus. Vnde & cōgratulamur plurimum: & toto animo gratias agimus deo & paternæ solicitudi ni uestræ. Et qm̄ multa adhuc opus est uigilantia, tanquā in loco nouo, & in terra tam insueta, imo & inexperta mo nasticæ religionis: obsecramus in domino ne retrahatis manū uestram: sed quod bene incepistis, optime perficia tis. De fratribus nostris qui redierunt à loco illo: nobis bene placuisset si remansissent. Et fortasse nonnullā occa sionem præbuerunt eis, fratrum qui de terra sunt minus disciplinati mores: in eo maxime cp̄ minus facile eorū con silijs acquiescere uidentur in his rebus quarum prius fue rant inexperti. Charissimū filiū nostrū Christianum & ue strum remisimus ad uos, quantum potuimus instructum pleni⁹ in his quæ ad ordinem pertinēt, & decætero circa obseruantias eius solicitiorem futurum, ut speramus. Nec miremini cp̄ non plures cum eo misimus fratres: quoniam nec idoneos inuenimus fratres qui facile acquiescerent: nec inuitos cogere consilium fuit. Dilectissimus frater no ster Robertus precibus nostris acquieuit etiam hac uice: tanquā filius obedientiæ. Vestrū erit iuuare eum: ut possit iam & in ædificijs & in cæteris necessarijs promoueri do mus uestra. Illud quoq; paternitati uestræ suggerimus, ut uiris religiosis & quos speratis utiles fore monasterio, persuadeatis quatenus ad eorū ordinē ueniant: qm̄ hæc erit summa utilitas domus: & uobis facilius acquiescent. Valeat sanctitas uestra nostri semper memor in Christo.

¶ *Ad dñm papam Innocentium.* *Epistola.* CCCXVIII.

AMantissimo patri & domino Innocentio sum mo pōtifici Frater Bernard⁹, modicū id quod est. ¶ Cremonēses induruerunt: & prosperitas eorum perdit eos. Mediolanenses contēnunt: *Prouer.1.*
& confidentia ipsorum seducit eos. Hi in curribus & in equis spem suam ponentes, meā frustrauerūt: & laborem meum exinanierunt. Abibam tristis: cum ecce nō media cris à uestra parte consolatio, ut & si abundāt tribulatio nes pro Christo, abundent & cōsolationes per ipsum. Ac cepi optatas literas ferentes delicias cordis mei, certitu dinem de uestra incolumitate, hostiū infortunijs, succes sibus amicorum. Cæterum perlegenti rursum tristior fi nis lætitiam temperauit. Quem enim non terreat uestra indignatio? Fateor iustam: & eò plus terreor. Dico tamē: quod factum nondum est, faciendum est: sed tempore quo præuiderit deus. Si quomin⁹: erit uobis æque in prōptu quicquid intētatis inferre, & non æque forsan periculo sum. Alioquin quod tantis dei miserationibus, tantis ue stris & uestrorum laboribus in populo isto nouiter ædifi catum est: heu quàm leuiter destrui potest. Mirū si ei qui misericordiam legitur superexaltare iudicio, placere po test. Sed ô infelicē illum episcopū qui in urbe Chaldæoꝝ de quodam quasi paradiso trāslatus, frater factus est dra conum, & socius structionū. ¶ Quid faciet? Obedire uult: & ecce bestiæ Ephesi frendent in eum dentib⁹. Dissimula re uult prudenter pro tempore: & omni seritate formido losiorem uestram indignationem incurrit. Angustiæ sunt ei undiq;: nisi cp̄ tolerabilius iudicat sibi esse sine populo, quàm sine domino. Pluris habens, ut dignum est, apostо licam gratiam quàm Mediolanensem cathedram. An uos de eius fidelitate dubitatis? Si quis uobis aliud de eo maligna persuadere suggestione tentauit, se magis pro didit infidelem: qui uirum tam boni testimonij lingua perfida in suo liuore persequitur. Parce pater benigne, parce fideli tuo, parce adhuc recenti structuræ: parce no uellæ plātationi: parce deniq; populo acquisitionis tuæ: hijsq; ipsis bñficijs tuis quæ te eidē ueracissime cōtulisse cōmemoras. Memēto pie dñe sermonis dñi tui quē dixit:
Ecce anni tres sunt (inqt) ex quo uenio quærēs fructū in *Luc.13.*
ficulnea hac, & nō inuenio. Tu uerò uix tres expectasti mē ses, & iā securim paras. Si tres annos sustinuisses: quartū adhuc à fideli seruo dñici iure exigerem⁹ exēpli. Dicimus

ergo & nos: Dimitte & hoc anno, si quo modo fortè circũfossa humo ligone pœnitẽtiæ, adhibitoq; fimo lachrymarũ suarũ sterilitati Mediolanensiũ is cui etiam credidisti, consulere, & fructum elicere queat.

¶ *Ad Lelbertum abbatem sancti Michaelis* ¶ *Epistola.* CCCXIX.

RAtri & amico suo Lelberto sancti Michaelis abbati: frater Bernardus eorum qui in Clarauualle sunt seruorum dei inutilis seruus: debitũ dilectiõis affectum. ¶ Hic filius uester peregrinationem quam & si uestra licentia susceperat, nostro consilio deserens, ad uos reuersus est. Cum enim cognouissemus uiam illam & eum requisisse per leuitatem, & uos ob illius improbitatẽ annuisse: dure (ut dignus erat) increpatum reuerti persuasimus suæ siquidem (quantum conijcere potuimus) leuitatis & improbitatis pœnitentem, ac decætero emendationẽ pollicentem, rectius iudicantes quantũlibet reum in suo monasterio monachum pœnitentiã agere, quã foris uagando puincias circuire. Neq; enim terrenã, sed cælestem requirere Hierosolymã monachorum, propositum est: & hoc non pedibus proficiscendo: sed affectibus proficiẽdo. Vos autem pater non molestam habeatis eius reuersionẽ, etsi suspectam habeatis eius cõuersationẽ: quin potius gaudete: quia hic filius uester mortuus fuerat, & reuixit: perierat, & inuentus est. *Luc. 15.*

¶ *Ad priorem suum Godefridum postea Lingonensem episcopum.* *Epistola.* CCCXX.

FRatri Godefrido, frater Bernardus salutẽ. ¶ In octauis pentecostes ipsa die compleuit deus desiderium nostrum, ecclesiæ unitatem, & urbi dando pacem. Nam illa die filij Petri leonis omnes simul humiliauerunt se ad pedes domini papæ: & facti homines eius ligij, iurauerunt ei ligiam fidelitatem. Clerici quoq; qui in schismate erant, simul cũ idolo quod erexerant, humiliãtes se ad pedes domini papæ, obedientiam ei iuxta morem promiserunt: & facta est lætitia magna in populo. Hanc pacem nisi cum quadam securitate, occultata tamen diu à nobis expectauissemus: iamdudum uenissemus. Decætero iã nihil est quod nos hic detineat. Facio quod imperastis: ueniam uertimus in uenio. Ecce enim uenio cito: etiam & merces mea mecum est uictoria Christi, & pax ecclesiæ. Sexta feria post diem illũ egressus est noster de ciuitate. Itaq; uenientes ueniemus cum exultatione portantes manipulos pacis. Et hæc quidem uerba pulchra sunt: sed pulchriora sunt facta. Etenim tam pulchra sunt: ut quisquis non lætatur in eis, aut stultus sit, aut nequam. Vale.

¶ *Ad fratres de sancto Anastasio.* *Epistola.* CCCXXI.

DIlectissimis in Christo filijs nostris de sancto Anastasio, frater Bernardus Clareuallis uocatus abbas, salutẽ & deuotas orationes. ¶ Testem habeo in cælis quàm multum omnes uos cupiam in uisceribus Iesu Christi: quanto si fieri posset desiderio desiderarem uidere uos: non propter uos tantum, sed propter me, cui magnũ certè solatium & prægrandis esset lætitia amplecti uiscera mea, gaudium meum, & coronam meam, quod estis uos. At quoniam id nondum conceditur: concedetur enim, sicut bene confido de misericordia dei: & erit quando uidebimus uos, & gaudebit cor nostrũ: & gaudiũ nostrũ nemo tollet à nobis. Interim certè magna mihi est consolatio & lætitia multa in his quæ de uobis audiui per dilectissimũ fratrem & coabbatem nostrum uenerabilem Bernardum uestrum. Multam enim uobis habeo gratiam q̃ tam bene sibi complacet in uobis pro disciplina uestra & ordinis zelo: pro obedientia & uoluntaria paupertate: pro quibus sine dubio merces uestra multa est in cælis. Vnde rogo uos fratres & multum obsecro, sic agite & sic state in domino dilectissimi: solliciti semper circa custodiam ordinis: ut ordo custodiat uos: solliciti seruare unitatem spiritus in uinculo pacis: mutuam in uobismetipsis, maximèq; ad prælatos *Ephe. 4.* charitatẽ humilẽ habentes: quæ est uinculũ perfectionis. Humilitatem ante omnia, super omnia pacem sectamini propter inhabitantem spiritum dei in uobis: qui non nisi super quietũ & humilem requiescit. Cæterum unũ quod à me petijt uenerabilis abbas uester: quod mihi minime bonum uidetur. Credo autem q̃ & ego spiritũ dei habeo, & consiliũ dei in hoc. Scio equidẽ q̃ in regione habitantis infirma, & multis aliquis ex uobis laborãt infirmitatibus: sed memẽtote quis dixerit: Libenter gloriabor in infirmitatibus meis: ut inhabitet in me uirtus Christi. Et cũ infirmor (inquit) tũc fortior sum. Cõpatior utiq; & misereor ego compatior infirmitati corporum: sed timenda magis, amplius q̃ cauẽda infirmitas animarũ. Propterea minime, competit religioni uestræ, medicinas quærere corporales, sed nec expedit saluti. Nam de uilibus quibusq; herbis, & quæ pauperes deceãt, interdũ aliquid sumere tolerabile est: & hoc aliquãdo solet fieri. At uerò species emere, quærere medicos, accipere potiones, religioni non decens est, & contrariũ puritati: maximeq; ordinis nostri nec honestati congruit nec puritati. Hæc enim omnia gentes inquirunt. Scimus autem quia qui in carne uiuunt deo placere non possunt. Spiritalia proinde spiritalibus cõparanda: & quærenda potio humilitatis: & clamandũ in toto corde: Sana aiam meã dñe: quia peccaui tibi. Huic sanitati fratres dilectissimi operam date: hanc sectamini hanc seruate: quia uana salus hominum.

¶ *Eiusdem ad episcopum, Clerum & populum Spirensem hortans ad arma contra infideles suscipienda.* *Epistola* CCCXXII.

DOmino & patri charissimo uenerabili episcopo Spirẽsi & uniuerso clero & populo, Bernardus Clareuallẽsis uocat⁹ abbas in spiritu fortitudinis abũdare. ¶ Sermo mihi ad uos de negocio Christi: in quo est utiq; salus nostra. Hæc dico ut excuset indignitatẽ personæ loquentis, authoritas domini excuset & cõsideratio propriæ utilitatis. Modicus quasi sum: sed non modicũ cupio uos omnes in uisceribus Christi. Ea nunc mihi ratio scribendi ad uos: ea causa uniuersitatẽ uestram literis audeam conuenire. Agerem id libentius uiua uoce: si ut uoluntas non deest, suppeteret & facultas. Ecce nũc fratres acceptabile tempus: ecce nunc dies copiosæ salutis. Commota est siquidem & contremuit terra, quia cœpit deus cæli perdere terram suam. Suam: in qua est uisus, & annis plusquam triginta homo cum hominibus conuersatus. Suam utiq; quã illustrant miraculis, quã dedicauit sanguine proprio, in qua primi resurrectionis flores apparuerũt: & nũc peccatis nostris exigentibus, crucis aduersarij caput extulerũt sacrilegũ, depopulãtes in ore gladij terram promissionis. Prope enim est si non fuerit qui resistat, ut in ipsam dei uiuentis irruãt ciuitatem: ut officinas nostræ redemptionis euertant: ut polluant loca sancta, agni immaculati purpurata cruore. Ad ipsum (prohdolor) religionis christianæ sacrarium inhiant ore sacrilego, lectumq; ipsum inuadere & conculcare conantur in quo ppter nos uita nostra obdormiuit in morte. Quid facitis uiri fortes? Quid facitis serui crucis? Itáne dabitis sanctum canibus, & margaritas porcis? Quàm multi illic peccatores confitentes peccata sua cum lachrymis ueniã obtinuerunt, postquã patrum gladijs eliminata est spurcitia paganorũ? Videt homo malignus & inuidet, frendet dentibus & tabescit. Excitat uasa iniquitatis suæ: nec ulla quidẽ tantæ pietatis signa aut uestigia relicturus, si quando fortè (quod deus auertat) obtinere ualuerit illa sancta sanctorũ. Verum id quidem omnibus deinceps seculis incõsolabilis dolor, quia irrecuperabile damnum: specialiter autem generationi huic impiissimæ infinita confusio, & opprobriũ sempiternũ. Quid tamen arbitramur fratres? Nũquid abbreuiata manus domini, aut impotens facta est ad saluandum: q̃ ad tuendam & restituendam sibi hæreditatem suam, exiguos uermiculos uocat? Nunquid non potest mittere angelorum plusquã duodecim

duodecim legiones: aut certè dicere uerbo: & liberabitur terra: Oino subest ei (cũ uoluerit) posse. Sed dico uobis: tẽtat uos dñs deus uester. Respicit filios hominis si fortè sit qui intelligat, & requirat, & doleat uicem eius. Miseratur enim dñs populũ suum, & lapsis grauiter prouidet remediũ salutare. Cõsiderate quanto ad saluandos uos artificio utitur, & obstupescite: intuemini pietatis eius abyssum, & cõfidite peccatores. Non uult mortẽ uestram: sed ut cõuertamini & uiuatis: quia sic quærit occasionẽ non aduersum uos, sed pro uobis. Quid est enim nisi exquisita prorsus & inuentibilis soli deo occasio saluationis, ꝙ homicidas, raptores, adulteros, periuros: cæteriscꝫ obligatos criminibus quasi gentẽ quæ iustitiã fecerit de seruitio suo submouere dignatur oĩpotens? Nolite diffidere peccatores: benignus est dñs. Si uellet punire uos: seruitium uestrum non modo nõ expeteret: sed nec susciperet quidẽ oblatũ. Iterum dico: pensate diuitias bonitatis dei altissimi: consilium miserationis attendite: necessitatem se habere aut facit aut simulat: dum uestris cupit necessitatibus subuenire. Teneri uult debitor, ut militãtibus sibi stipendia reddat, indulgẽtiam delictorũ, & gloriã sempiternã. Beatã ergo dixerim generationẽ quã apprehendit tam uber indulgẽtiæ tempus, quam inuenit superstitem annus iste placabilis dño, & uerè iubileus. Diffunditur enim hæc benedictio in uniuersum mũdum: & ad signum uitæ certatim cõuolãt uniuersi. Quia ergo fœcũda uirorꝫ fortiũ terra uestra, & robusta nosci tur in iuuẽtute referta (sicut laus est uestra in uniuerso mũdo, & uirtutis uestræ fama repleuit uniuersum orbem) accingimini & uos uiriliter, & felicia arma accipite Christiani. nois zelo. Cesset pristina illa nõ militia sed planè malitia: qua soletis inuicem sternere, inuicem perdere, ut ab inuicem consumamini. Quæ miseros tã dira libido excitat quòd proximi corpus gladio, cuius fortassis & anima perit, transuerberent: sed nec effugit qui gloriet, & ipsius animã pertransibit gladius: cũ solũ hostem gaudeat cecidisse. Illi se dare discrimini insaniæ est, nõ uirtutis: nec audaciæ, sed amẽtiæ potius est ascribendũ. Habes nũc fortis miles, habes uir bellicose ubi dimices absque periculo, ubi & uincere gloria, & mori lucrũ. Si prudẽs mercator es, si cõquisitor huius seculi, magnas quasdã tibi nundinas indico, uide ne pereãt. Suscipe crucis signũ, & omniũ pariter de qbus corde cõtrito confessionẽ feceris, indulgentiã obtinebis. Materia ipsa si emitur: parui constat: si deuoto assumitur humero, ualet sine dubio regnum dei. Bene ergo fecerũt qui cæleste iam signaculũ susceperũt: bene cæteri faciunt: sed nec ad insipientiã eis, si festinent & ipsi apprehendere quod & eis in salutem existat. Decætero fratres moneo uos, non autem ego, sed apostolus dei mecũ: non esse credendũ omni spiritui. Audiuim⁹ & gaudem⁹, ut in uobis ferueat zelus dei: sed oportet oĩno tẽperamẽtum scientiæ nõ deesse. Nõ sunt persequẽdi Iudæi, nõ sunt trucidãdi, sed nec effugãdi quidẽ. Interrogate eos diuinas paginas. Noui quid in psalmo legitur, pphetatũ de Iudæis: Deus ostendit mihi (inquit ecclesia) super inimicos meos ne occidas eos: nequãdo obliuiscãtur populi mei. Viui quidem apices nobis sunt, repræsentantes dñicam passionẽ. Propter hoc dispersi sunt in oẽs regiones: ut dum iustas tanti facinoris pœnas luunt: testes sint nostræ redẽptionis. Vnde & addit in eodẽ psalmo loquẽs eccl'ia: Disperge illos in uirtute tua, & depone eos protector meus domine. Ita factum est: dispersi sunt, depositi sunt, duram sustinent captiuitatẽ sub principib⁹ christianis. Cõuertent tamen ad uesperã: & in tẽpore erit respectus eorꝫ. Deniqꝫ cũ introierit gentiũ multitudo: tũc oĩs Israel saluus erit, ait apostolus. Interim sanè qui moritur, manet in morte. Taceo ꝙ sicubi desunt, pius iudaizare dolemus christianos fœneratores, si tñ christianos, & non magis baptizatos Iudæos cõuenit appellari. Si Iudæi penitus cõterãt: unde iam prosperabitur eorꝫ in fine pmissa salus siue conuersio? Planè & gentiles si essent simi liter expectãdi: sustinendi forent potius quàm gladiis expetẽdi. Nunc autem cũ in nos cœperint esse uiolenti: oportet uim ui repellere eos qui nõ sine causa gladios portant. Est autẽ christianæ pietatis ut debellare superbos: sic & parcere subiectis: his præsertim quorũ est legislatio repromissa: quorũ patres, & ex quib⁹ Xps sm carnẽ, qui est benedict⁹ in secula. Attamen exigendũ ab eis iuxta tenorẽ apostolici mandati: ut oẽs qui crucis signũ susceperint, ab usurarũ exactione liberos oĩno dimittant. Illud quoqꝫ admonitos uos esse est necesse fratres dilectissimi: ut si quis fortè amãs primatum gerere inter uos, expeditione iua regni uoluerit exercitum præuenire, nullatenus audeat: & si à nobis missum se simulet, nõ est uerũ: aut ostẽdat literas tanquam à nobis datas: sed omnino falsas, ne dicam furtiuas esse dicatis. Viros bellicosos & gnaros talium duces eligere est: & simul proficisci exercitũ domini: ut ubiqꝫ habeat robur: & non possit à quibuslibet uiolentiã sustinere. Fuit enim in priori expeditione antequã Hierosolyma caperetur, uir quidã Petrus noie: cuius & uos (nisi fallor) sæpe mentionem audistis. Is populum qui sibi crediderat, solum cum suis incedens tantis periculis dedit, ut aut nulli, aut pauciissimi eorum euaserint qui nõ corruerint aut fame aut gladio. Propterea omnino timẽdum est si similiter & uos feceritis: ne contingat & uobis similiter. Quod auertat à uobis deus qui est benedictus in secula. Amen.

Isaie. 33.

Leuit. 25.

1. Ioan. 4.

Psal. 58.

Ibidem.

Ibidem.

Rom. 11.

¶ *Ad Henricum Moguntinum archiepiscopum de fratre Radulpho qui nece Iudæorum delatus est consensisse.*

Epistola. CCCXXIII.

VEnerabili domino & charissimo patri Henrico Moguntino archiepo, Bernardus Clarevallis abbas inuenire gratiã apud deũ. ¶ Literas dilectionis uestræ debita ueneratione suscepi: sed præ multitudine negociorum breuis est responsio. Depositum querelæ uestræ apud nos signum est & pignus dilectiõis: & præcipue humilitatis indicium. Quis enim ego sum: aut quæ domus patris mei: ut ad me referatur archiepiscopi contemptus: & metropolitanæ sedis iniuria? Nónne ego sum puer paruulus: ignorãs introitũ & egressum meũ? Verũtamen non ignoro uerbũ ueritatis usquequaqꝫ: quod ex ore altissimi procedit. Necesse est ut ueniat scandalũ: uæ autem illi per quẽ uenit. Homo ille de quo agitur in literis uestris: neqꝫ ab hoie neqꝫ per hoiem, sed neque à deo missus uenit. Qꝫ si se monachum aut eremitam iactat: & ex eo sibi assumit libertatem uel officium prædicationis: potest scire & debet ꝙ monachus non habet docentis, sed plangentis officiũ: quippe cui oppidũ carcer esse debet, & solitudo paradisus. Hic uerò à contrariis, & solitudinẽ pro carcere, & oppidum habet pro paradiso. O hominẽ sine pectore: ò hominem sine fronte: cuius stultitia eleuata est super cãdelabrum: ut appareat omnibus qui sunt in domo. Tria sanè sunt in eo reprehensione dignissima: usurpatio prædicationis, contemptus episcoporũ, homicidij approbati libertas. Nouum genus potẽtiæ. Nunqd tu maior es patre nostro Abraham, qui eodem prohibente gladiũ deposuit, quo iubente leuauerat? Nunqd tu maior es principe apostolorũ, qui quæsiuit à dño: dñe si percutimus in gladio? Sed instructus es omni sapiẽtia Aegyptiorũ, id est sapiẽtia hui⁹ mũdi quæ stultitia est apud deum. Aliter soluis quæstionem Petri, quàm ille qui dicit: Mitte gladium in locũ suum. Omnis enim qui acceperit gladium, gladio peribit. Nónne copiosius triumphat ecclesia de Iudæis per singulos dies, uel conuincens uel conuertens eos: quàm si semel & simul cõsumeret eos in ore gladij? Nũquid incassum cõstituta est illa uniuersalis oratio ecclesiæ quæ offertur pro perfidis Iudæis à solis ortu usque ad occasum: ut deus & dñs auferat uelamen de cordibus eorum, ut ad lumen ueritatis à suis tenebris eruantur? Nisi enim eos qui incredulí sunt, credituros speraret: superfluum uideretur & uanum orare pro eis. Sed considerat oculo pietatis quòd dominus habet respectum gratiæ apud eum qui reddit bona

Matt. 18.

Luc. 22.

1. Cor. 3.

Matt. 16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pro malis: & dilectionē pro odio. Vbi est ergo illud quod
Psal.58. dictum est: Videas ne occidas eos: ubi est, cum plenitudo
Rom.11. gentium intrauerit: tunc omnis Israel saluus fiet? Vbi est,
Psal.147. ædificās Hierusalē dominus, dispersiones Israelis cōgre-
gabit? Túne es ille qui mēdaces facies prophetas: & eua-
cuabis oēs thesauros pietatis & misericordiæ Iesu Chri-
sti? Tua doctrina non est tua: sed eius qui misit te patris.
Sed credo sufficit tibi si sis sicut magister tuus. Ille enim
erat homicida ab initio. Ille mendax, & pater mendacij.
O monstruosa scientia. O sapientia infernalis, contraria
prophetis, & apostolis inimica: submersio pietatis & gra-
tiæ. O immundissima hæresis. O meretrix sacrilega quæ
Psal.7. imprægnata de spiritu falsitatis concepit dolorem, & pe-
perit iniquitatem. Libet sed non licet ultra progredi. Ad
ultimū, ut omnia quæ sentio super his, breuiter cōprehē-
dam: homo est magnus in oculis suis: plenus spiritu arro-
gantiæ: uerba & opera eius prætendunt q̄ conatur sibi fa-
cere nomen iuxta nomē magnorum qui sunt in terris: sed
non habet sumptus ad perficiendum. Vale.

¶ Ad *Leonium abbatē sancti Bertini pro Thoma de sancto Audomaro.* Epistola. CCCXXIIII.

DIlecto & uenerabili dño Leonio abbati, & uni-
uerso conuentui ecclesiæ sancti Bertini, frater
Bernardus Clarevallis uocatus abbas, spiritū
ueritatis quem mundus non potest accipere.
¶ Literas dilectiōis uestræ dilectissimi fratres suscepimus:
indicium uolūtatis & petitionis uestræ. Beneficiorū quæ
nobis & nostris plena manu, hilari mente, uultu sereno
exhibetis: inæternum non obliuiscar. Sed quid si nō sum
oblitus: & ingratus inueniar? Nūquid sola memoria ha-
bebit me excusatum? Imo acerbius accusabit. Nec imme-
morem nec ingratū amicis meis me exhibere noui. Si ta-
men non habeo quid retribuā pro omnibus quæ accepi
Psal.137. à uobis (ut minus sapiēs loquor) dominus retribuat pro
me. De alieno liberalis sum: quoniā inops & pauper sum
ego. Honorem ecclesiæ uestræ & decorē domus domini
qui in uobis est, quantū diligam, ipse nouit qui plus pro-
funditatē humani cordis ingreditur. Sed nec ego uereor
Matth.5. uerum dicere in hac parte. Ego diligentes me diligo: sed
non in hoc iustificatus sum. Nam & ethnici hoc faciunt.
Non multum laudis habet si amantes me amauero: sed si
nō amauero sceleratus pro scelere iudicabor. Dilexi uos
& ante meritum: quare etiam post meritū non diligerem?
Quos enim etiam si nulla merita præcessissent, honorari
oportuit: post beneficia non honorare, plusquam iniuria
est. Diligam uos semper fratres charissimi in domino: &
cum omni amore seruiā uobis in eo cuius serui estis. Imo
Christum cuius membra estis, semper in uobis honora-
bo. Veruntamen ut rationabile sit obsequium nostrum,
& honor irreprehensibilis, quem uobis exhibere debe-
Psal.98. mus: prudenter & caute id fieri oportet: quia honor regis
iudicium diligit. Super his igitur quæ mihi rescribitis, re-
spondeo charitati uestræ quia nec ego audeo, nec uos de-
betis prohibere eum qui benefacere potest. Quid enim
1.Thes.5. respondere habemus apostolo dicenti, Spiritū nolite ex-
tinguere? Neque enim securum est extinguere, quod ex-
tinctum accendere non sit tuæ potestatis. Et ubi est illud,
1.Cor.7. Vnusquisq; in ea uocatione qua uocatus est, in ea perma-
neat. Vocatus est, inquā, Thomas nō à me: sed ab eo qui
Rom.4. uocat ea quæ non sunt, tanquā ea quæ sunt. Quid ad nos
respicitis? quid nos intuemini in hoc facto: tanquā opus
hominis sit, & non dei? Non ab homine neq; per hoiem,
sed à domino factum est istud. Non enim homo sed Deus
est qui operatur in cordibus hominū ad inclinādas eoꝝ
Psal.117. uoluntates quocunq; uoluerit. A domino, inquā, factum
est istud, & ideo non solum mirabile, sed immutabile esse
debet in oculis nostris. Quis enim uel quid est homo ut
adiuuet sensum domini, uel spiritum eius? Nouit ille qui
quærit ouem perditam, & quid quærat, & ubi quærat:
& quomodo, & unde reuocet: & ubi collocet: sic ut eam
ulte- ius non perdat. Quem ergo dominus uocauit, uide
ne reuoces: quē deus erexit, tu inclinare noli: nec ponas
ei offendiculum cui deus manum porrigit ascendēti. Sed
iam uidendum est quid ponderis habeat illud quod di-
citis eum oblatum à parentibus. Videat prudentia uestra
quid habeat plus uigoris & rationis: utrum illud quod
factum est de ipso per alium ipso nesciente: an illud quod
sciens & prudens de seipso fecit. Non autem ipse: sed gra-
tia dei: quæ uolentem præuenit ut uelit: quæ uolentem
subsequitur ne frustra uelit. Ego autem dico quod uo-
tum parentum integrum manet: & oblatio eorum non
est exinanita: sed cumulata. Nam & idem offertur quod
prius oblatum est: & idem offertur cui prius oblatū est:
& quod prius à solis parentibus oblatum fuerat, nūc ob-
fertur à filio. Præterea super hoc uerbo præcipere uobis
nihil habeo: consilium autem do. A domino egressus est
sermo: nolite impedire cursum gratiæ dei: nolite repri-
mere primitias bonæ uoluntatis. quod enim in eo cœptum
est: de spiritu sancto est. Vos autem nolite dissimulare in-
iuriam quam nobis infertis: cum nunquā uos læserimus
in hac parte ut fratres quos deus misit ad uos, uellemus
subtrahere uobis. Nouerit autem ipse Thomas si irritum
fecerit uotum suum, cuius me testem adhibuit: nouerit
alius quicunq; sit ille qui eum ad hoc impulerit: q̄ acce-
dam ex aduerso, & stabo contra eos in die domini. Sed in-
terim melius est ei uobis & nobis seruare unitatem spi-
tus in uinculo pacis. Vale.

¶ Ad *Aluisum Attrebatensem episcopum, pro eodem.* Epistola. CCCXXV.

VEnerabili patri & amico nostro Aluiso dei gra-
tia Attrebatēsi episcopo, frater Bernardus uo-
catus abbas, salutē & nostras qualescunq; ora-
tiones. ¶ Rogastis nos p̄ ecclesia sancti Bertini,
quam & uos diligitis, & nos ipsi diligimus & dileximus
ab initio. Verūtamen quod nūc rogat uenerabilis abbas
eiusdem monasterij: utinam diligentius considerasset pru-
dentia uestra quale sit istud non dicam facere, sed uel ro-
gare. Neq; enim dubito quin redarguissetis eum tanquā
qui delinqueret grauiter & aduersum nos amicos suos
& aduersum ipsum cuius animam quærit: imò & aduer-
sus deum, cuius conatur immutare cōsilium. Quid enim
domine pater id uobis persuaderi potuit, ut ab amico ue-
stro tale aliquid peteretis? Vocat deus Thomam de cog-
uocat ut exeat de terra sua, & de cognatione sua, & de do-
mo patris sui, & ueniat in locum quem ipse ei ostēderit? ego
quis sum qui prohibeam spiritum dei, qui debeam impe-
dire eū qui proprias oues uocat nomine proprio, & ipse
ante eas uadit, ut alium non sequantur, sed ipsum? Tho-
mas paupertatem elegit, ego eum ad diuitias delitias q̄
remittam? Nec ignoro quin possint apud sanctum Berti-
num fratres suam ipsorum operari salutem, sed quos ipse
uocauerit deus: ut unusquisq; in qua uocatione uocatus
est, in ea permaneat. *Scio scio* ubi legerim: Nemo mittens
manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est re-
gno cælorum. Quo nequaquam ego fraudare uelim chā-
rissimum filiū meum Thomam, & animā quæ mihi à deo
commissa est. Vnde satis admiror quonam modo subrepi
potuerit tantæ discretioni rem huiuscemodi postulare.
Ego enim quoniā de uestra (sicut scitis) dilectione præsu-
mo: paulominus respondeam quod ait dominus ad filios
Zebedæi: Nescitis quid petatis: nisi q̄ cogitaui non sic de
charitate præsumendum, ut non etiam sacerdotali cathe-
dræ deferretur. Facite ergo morem uestrum: honorifi-
cate etiam in hac parte ministerium uestrum: & uiriliter
iuuate etiam has Christi sponsas: ut eum ad quem uoca-
tur sponsi thalamum sine offensione, sine dilatione mo-
reantur intrare. Agite inquam ut amicus sponsi: qui stat
& gaudio gaudet propter uocem sponsi: & sicut bene so-
letis iuuare cæteros, sic iuuare & istos: ut non solū nō ex-
tinguatis (quod absit) spiritum dei: sed & coadiutorem
eius fidelem uos esse probetis. Hoc enim omnino cer-
sit paternitati uestræ, quoniam meo consilio siue permis-
Rome

sione mea nusquam declinabunt scio enim quoniam ipse peccarem, & eos peccare facerem: si quid eis aliud consulerem aut concederem. Reddant ergo uota sua quæ distinxerunt labia sua. Alioquin uiderint ipsi quibus credãt dicentibus, Ecce hic est Christus: ecce illic est: quoniã oportebit eos mihi ante tribunal Christi super uoto suo, cuius ego testis sum, respondere. Mat. 13.

¶ *Ad abbatem Lescensem.* Epistola. CCCXXVI.

VEnerabili patri Lescensis monasterii, ac filiis ei⁹, frater Bernardus seruorũ dei qui in Claraualle sunt inutilis seruus: seruire domino in timore: & exultare ei cum tremore. Remisimus uobis fratrem Robertum primum pro eo & cum eo precantes ut clementius cum ipso agatur in recipiendo: quàm cum cæteris solet fugitiuis reuertentibus. Non enim par esse debet pœna, ubi dispar est causa. Deinde ut ab obedientia in qua cum periculo (ut ipse dicit) animæ suæ diu inuitus detentus est, amoueatur: & ad aliam in qua securius & salubrius uiuat, transferatur. Alioquin quantum intẽtionẽ hominis attendo: timeo ne illum irreuocabiliter amittatis. Cæterum autẽ audiuimus dñm abbatẽ grauiter infirmari. Cuius nobis uitam uel mortem flagitamus citi⁹ renunciari: ut aut de uita licet mortali recipiamus gaudiũ: aut de morte licet uitali luctum: siue ut ueri⁹ fatear, de qualibet & gaudium simul & luctum. De uita quidem ipsi condolentes quod sit retardatus: sed nobis gaudentes quib⁹ est præseruatus. De morte uerò ipsi nimirum congratulantes pro adepto præmio: nobis autẽ gementes pro adẽpto necessario.

¶ *Ad papam Innocentium, pro Aluiso Attrebatensi episcopo.* Epistola. CCCXXVII.

AMãtissimo patri & dño dei gratia summo pontifici Innocẽtio, Bernardus Clareuallis abbas uocatus modicum id quod est. ¶ Nec nouũ nec mirum est humanum aĩam posse falli uel fallere. Cauendum & hoc & illud: quia utrobiq; periculum: ad utrunq; cautelam uobis apposuit magni consilij angelus, quando dixit: Estote prudẽtes sicut serpentes: & simplices sicut columbæ: ut nec prudentia decipi, nec simplicitas decipere posset. Marcianenses monachi uenerunt ad uos in spiritu mendacij, & spiritu erroris: aduersus dominum, & aduersus christum eius. Verbũ iniquũ cõstituerunt aduersus Attrebatẽsem episcopum: cuius conuersationis & uitæ bonus odor fuit hactenus in omni loco. Qui sunt isti qui ut canes mordent, qui dicunt bonum malum, qui ponũt lucẽ tenebras? Qui sunt isti qui cõtra legẽ maledicũt surdo: & coram cæco ponũt offendiculũ? Quare dñe irasceris in filiũ tuũ? quare lætificasti inimicos ei⁹? Vbi est illud apostoli, Nolite oi spiritui credere, sed probate spiritus si ex deo sunt. In dño confido quia dissipabit consilium eorum: & cum apparuerit quod uerum est, euacuabit quod falso est: ut mentita sit iniquitas sibi. Aurib⁹ nostris audiuim⁹ quàm fideliter, quàm cõstãter locutus sit in cõspectu regis & principũ p fidelitate Romanæ ecclĩæ. Veniet ad uos in innocẽtia sua in die uocationis suæ, præmisit ante filium suum archidiaconum præsentium latorem: cui⁹ personam & mores uestræ mansuetudini commendamus. De cætero uenit ad uos abbas sancti Vedasti, homo planè inimicus sibi, suis, & ecclesiæ suæ: homo qui accepit inuanũ nomen abbatis: quærit enim quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi. Sed & qualis pater, talis & filius qui cum eo est: q nec conscientiæ, nec suæ famæ pepercit: subsannatio & illusio his qui in circuitu ei⁹ sunt. G. loquor monachũ eius. Spiritus ueritatis det uobis diuidere lucẽ à tenebris: det uobis reprobare malum, & eligere bonum. Isai. 5. Leui. 19. 1. Ioã. 4. Psal. 78.

¶ *Ad Alardum monachum.* Epistola. CCCXXVIII.

DIlecto filio suo Alardo, Frater Bernardus paternæ dilectionis affectum. ¶ Conquerit frater Adamarus quòd ei nimis amarus extiteris: nõ solum quia te agente domo expulsus sit, sed quia quoq; te prohibente reconciliari non possit. Et ego quidem non nisi bono zelo te id facere crediderim. Sed cũ recordor tuæ illius obstinationis quam tibi amicissima ut scis fiducia soleo sæpe improperare: uereor ne idem zelus tuus non sit secundum scientiam. Nam ut ipsa regulæ uerba ponam, quãtæ audaciæ est quenquam cædere, aut excommunicare, nedum eliminare, abbate scilicet absente & nesciente? An non magis tuæ humilitatis erat, alij nõ facere quod tibi nolles fieri? Imo tuæ perfectionis esse debuerat apostolum potius imitari dicentem: Factus sum infirmis infirmus: ut infirmos lucrifacerẽ. Et rursum: Vos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis: considerans teipsum ne & tu tenteris. At prior inquies illum eiecit: non ego. Et hoc quidem ipse noui. Sed te suadente: te omnimodis compellente. Vnde & nunc cum eũ, sicut audiui, ipse quoq; prior miseratus cupiat reuocare: te in tua perdurante duritia, non sinitur emendare quod compulsus est indiscretius egisse. Rogo quæ est hæc securitas, ut cæteris omnibus miserantibus, ipso quoq; domino abbate propitio: tu solus implacabilis flecti non queas ut recipiatur? An non legisti, Iudicium sine misericordia ei qui non fecit misericordiam? An oblitus es quod rursum scriptum est: In qua mensura mensi fueritis, remetietur uobis? An uerò contemnis quod misericordibus promissum est: quoniam ipsi misericordiam consequentur? Sed nescis inquis quàm iuste expulsus sit. Sed iuste an iniuste expulsus sit, non quero nec curo modo: sed hoc tantum queror, hoc causor, hoc uehementer admiror: quod humiliter satisfaciens, instanter petens, patienter sustinens, emendationem promittens, nec sic quidem exaudiri meretur: ut iuxta apostolum cõfirmetur in eo charitas: & secundum magistrum nostrum probetur iterum in omni patientia. Certè si iniuste expulsus fuit: iustum est ut reuocetur. Si iuste: pium est ut recipiatur. Vnde & hoc nostrum consilium licet indiscussa causa arbitratus sum esse securum: quo fit ut siue per iustitiam siue per misericordiam à iusto & misericorde deo non recedatur. Rogo ergo te dilectissime fili ut quod ille suis apud te precibus non meruit: uel nostris, quas tam longe quæsiuit, ualeat adipisci. Gal. 6. 1. Cori. 9. Iaco. 2. Matt. 7. Matt. 5. 2. Cori. 2

¶ *Ad papam Innocentium.* Epistola. CCCXXIX.

AMantissimo patri & domino Innocentio summo pontifici, frater Bernardus Clareuallis uocat⁹ abbas modicũ id quod est. ¶ Cadit in interitum Remensis ecclesia: data est in opprobriũ ciuitas gloriosa: clamat transeuntibus per uiam: qd̃ non sit dolor similis dolori eius. Foris enim pugnæ: int⁹ timores. Sed & intus pugnæ: quoniam filij eius pugnant contra eam: nec habet generatorẽ qui liberet eam. unica spes eius Innocentius: qui abstergat lachrymas à maxillis ei⁹. Sed usq; quo domine clypeus protectionis uestræ non opponitur? usq; quo cõculcabitur: nec inueniet subleuantẽ? Ecce rex humiliauit se: & iã quieuit indignatio ei⁹. Quid ergo supereſt nisi ut man⁹ apostolica supponatur afflictæ, & plagis eius curam adhibens & fomentã? Primum itaq; esse credimus ut maturetur electio: ne insolentia Remensis populi disperdat si quid residuum est, nisi in brachio excelso furori eius resistatur. Si hæc rite celebrata fuerit: confidimus quod in reliquis quoq; daturus sit dominus gratiam & effectum.

¶ *Ad eundem.* Epistola. CCCXXX.

AMantissimo patri & domino dei gratia summo pontifici Innocentio, frater Bernardus Clareuallis uocat⁹ abbas modicũ id quod est. ¶ Gratiam quam inueni in oculis uestris: nolo habere solus: cum amicis eam uolo diuidere. Non enim timeo ne fortè non sufficiat mihi & illis: magna enim est. Multos possum facere participes eius: uerũtamẽ ego exinanitus nõ ero. Quod igit̃ gratis accepi, gratis dabo: & liberalẽ me facit uestra liberalitas, sed de uestro. Præsentiũ latorem uirum commendabilem uobis commendamus. Amicus est domine pauperum Christi: & seruus seruorũ

tuorum. Peto domine si quid habuerit apud tuam excellentiam: ut eum solita pietate pro nobis exaudias, imo pro ipso, qui talis est ut per se tantum merito debeat exaudiri.

¶ *Ad eundem.* *Epistola.* CCCXXXI.

QVenis iste magnanimus (ut aiunt) & strenuus in opere militari, ut meliorem militet militiam proficiscitur Hierusalem. Rogat puer uester rogatus ab ipso: ut in bono opere quod cœpit, uestram mereatur percipere consolationem: sed fauorem: sed orationē: sed benedictionē. Propinquus noster est: & carnem meam iuxta prophetam non debui despexisse. *Esa.58.*

¶ *G. cancellario.* *Epistola.* CCCXXXII.

RAdecessor uester bonæ memoriæ Haimericus cancellarius dominum Metensem episcopum speciali amplectebatur dilectione: & nuncios eius quoties Romam uenirent, plurimum acceptabat: & iuuabat studiosius. Vnde rogo uos quoq; per eadem gradi uestigia: & nobili episcopo in magna necessitate posito armis ecclesiæ subuenire.

¶ *Ad dominum Bernardum abbatem.*
Epistola. CCCXXXIII.

DIlecto patri ac uenerabili domino suo Bernardo dei uoluntate ac gratia Clareuallis abbati reuerendissimo, frater Ioannes minister suus qualiscunq; Casemarij abbas, feliciter currere: ac feliciq; Christi pietate consummare. ¶ Memor dulcedinis ac familiaritatis quam mihi indigno pietas uestra quondam exhibuit: aperire cogitationes mei cordis paternitati uestræ quasi corā positus præsumo: uestra magis de māsuetudine confisus, quàm de offensa suspectus. Spero nāq; affectionem ac dilectionem quā erga uos habeo, pietatem uestram non latere: & si aliquid etiam stultum dicerem, cōfido uos benigne ac mansuete quasi patrem filio ignoscere. Dictum est mihi pater charissime quod de hac re quæ non ita prospere ut forsitan uolebatis contingit (de uia uerò Hierosolymæ loquor) multum tristamini: eò quòd ecclesia dei uel gloria nō sicut desiderabatis accreuit. Quapropter quod mihi pro hoc diu cogitanti deus (ut credo) in corde misit: uobis humiliter suggero: nimirum perpendens quod sæpe paruo cuilibet dominus aliquid ostēdit: quod alicui magno & multis donis repleto uidere nequaquā concedit: sicut Moysi sancto facie ad faciē cū deo loquenti Ietro alienigena consilium dedit. Videtur itaq; mihi quod omnipotens deus de hac uia multum fructum fecit: non tamen eo ordine quo ipsi uiatores arbitrabantur. Siquidem si hoc quod cœperant, sicut decet christianos iuste ac religiose prosequi uellent: dominus cum eis esset, ac magnum fructum per eos perfecisset. Sed quoniā ipsi ad mala sunt deoluti: & hoc nequaquam dominum qui author uiæ fuerat, à principio latere potuit: ut sua prouidentia in sui dispositione non falleretur: malitiā eorum in suam conuertit clementiam, & immisit eis persecutiōes & afflictiones: quibus purgati ad regnum peruenire possent. Deniq; confessi sunt nobis qui redibant, quod uidissent multos ibi morientes qui libenter se mori dicebant: neq; uelle reuerti: ne amplius in peccatis reciderent. Sed ne in dubium ueniat quod dico: quasi patri meo spirituali in confessione aperio q̄ patroni loci nostri beatus Ioannes & Paulus sæpius nos uisitare dignati sunt: quos ego super hac re interrogari feci: & huiusmodi sententiam responderunt. Dicebantq; multitudinem angelorum qui ceciderant, de iiiis qui ibi mortui sunt, esse restauratam. Hoc autem scitote qd̄ magnam uestri memoriam habuerunt: finemq; uestrum cito uenturum prædixerūt. Quia igitur bene res etsi non secundum hominum desiderium: tamen secūdū dei propositum euenit: uestræ erit prudētiæ in ipso de hac re consolari: cuius solius gloriam quæritis & desideratis. Idcirco nanq; uobis & exhortandi & operandi gratiam in hoc negocio dedit, quia bonum quod inde facturus erat præuidit. Ipse igitur cursum uestrum feliciter compleat: nosq; uobiscū in sua gloria constituat.

¶ *Ad Rollandum cardinalem & cancellarium.*
Epistola. CCCXXXIIII.

DOmino & amico charissimo Rollando dei gratia sanctæ Romanæ ecclesiæ presbytero cardinali & cancellario, frater Bernardus Clarevallis uocatus abbas, salutem & deuotas orationes. ¶ Scripta dilectionis uestræ eo affectu suscepim⁹: quo semper apud nos est in benedictione memoria uestra. Nec sanè egere uos credimus humanæ gratiæ uerbis, aut commendatitijs epistolis ad nos: quoniamquidem utriq; nostrum indubitabile (nisi fallor) testimonium perhibet spiritus ueritatis: quā syncere & diligamus uos, & diligamur à uobis. Ille inquam spiritus per quem & diffunditur charitas ista in cordibus nostris. Benedictus deus qui secundum suam misericordiam Eugenium nostrū imo suū preuenit in benedictionibus dulcedinis: parare scilicet lucernam Christo suo, & præmittere uirum fidelem ad adiutorium eius, & nostram quoq; plurimam cōsolationem. Nisi cum molesta esset amico amici uocatio & absentatio: cui⁹ nimirum præsentia frui delectatur in domino: iam tunc et manifeste uideo cogitabat ipse cogitationes pacis, & non afflictionis: & dicebat: Quod ego facio, tu nescis modo: scies autem postea. Quamobrem solicitus charissime pro eo cui te consolatorem & consiliarium ordinauit deus: & obserua caute secundum datam tibi sapientiam ne forte inter tam multiplicium negociorum tumultus malignorum fraude circumueniri possit ut subripiatur ei uerbum quod indignum sit Eugenij apostolatu. Age inquā dilectissime pro loco quem tenes, pro ea quam adeptus es dignitate: uiriliter & prudenter exere qui in te est zelum dei ad gloriam eius, & salutem tuā, & ecclesiæ sanctæ plurimā utilitatē, ut dicere possis & tu quia gratia dei in me uacua non fuit. Hactenus quippe eruditiōi multorum fideliter & utiliter instabas: cælo & terra testibus: sed iam tempus faciendi domino: ne patiaris quod in te est dissipari ab impio legem eius. Cura proinde dilectissime & desiderantissime pater etiam in hac dispensatione inueniri fidelis dominus seruus & prudens: quatenus & pro te faciat columbina simplicitas: & pro ea quæ tuæ quàm maxime fidei & solicitudini credita est domini tui sponsa, aduersus uenenatas maligni & antiqui serpentis astutias militet prudentia serpentina: & in utraq; glorificetur deus. Multa quidem habeo uobis dicere: sed non est opus longa epistola ubi præsens est uox uiua. Quamobrem uestris pariter & nostris occupationibus parcens, posui uerba mea in ore præsentissimi patrum: tanquā me ipsos audite: Valete.

¶ *Ad. G. Diaconum cardinalem.* *Epistola.* CCCXXXV.

OMino & amico charissimo. G. dei gratia sanctæ Romanæ ecclesiæ diacono cardinali, frater Bernardus Clarevallis uocatus abbas, salutem & deuotas orationes. ¶ Benedict⁹ tu à domino qui tam copiose præueneristi nos in benedictionibus dulcedinis: ut si qua misericordiæ uiscera, si quid affectionis, si quid charitatis inuenitur in nobis: totum sibi merito uendicet illustris animi tui tam deuota humilitas, humilisq; deuotio. Nam & antea exultabam omnino, & gratulabar zelo bono quem in te esse fratrum nostrorum relatione didicerā: sed iam eò amplius si quid possum in domino, tuæ dilectioni me sentio debitorem quò deuotius & humilius paruitati nostræ commendatum te reddere studuisti. Vnde & solicitus fui fratribus nostris indices tui pectoris legere literas: plenas deuote affectionis: plenas pietatis & gratiæ: benedictionem quoq; quam destinaueras exhibere: & præcipere sicut rogasti, in memoriam tui & tuorum ipsis in uasis missarum solennia celebrari. Faciat te deus in magna domo sua uas in honorem, ut de te quoq; nos charissimi tui operum testimonio: quod plurimum desideramus mereamur audire: quoniam uas electionis mihi est iste. Testis enim nobis est spiritus ueritatis: per quem & diffunditur charitas ista in cordibus nostris: quomodo

stris:quō te cupiamus in uiſceribꝰ Ieſu Chriſti. Quia ergo æmulamur te dei æmulatione: non modo eſt ad eum pro te deprecatio noſtra: ſed etiam ad teipſum, ut ſolicite proúideas quomodo te oporteat conuerſari in domo dei, & in ſorte miniſterij huius. Dico enim non de præſumptione, deus ſcit: ſed de charitate: quoniam iudiciū graue his
Sapiē.6. qui præſunt, ſi non etiam prodeſſe laborant: & ecōtra qui
1.Tim.3. bene miniſtrauerit: gradum bonum acquiret. Tu ergo dilectiſſime & deſiderantiſſime domine declina obſecro magis ac magis à malo, & fac bonum: nec inueniaris in Chriſti hæreditate quærentis quæ ſua ſunt: ſed memor eſto ſem
1.Tim.6. per apoſtolici illius: Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium quia nec quicquā auferemus. Quamobrē eam quæ immortalis eſt animam tuam ſerua chariſſime: ne qua occaſione auelli aut radicari queat ab affectu cor-
Matt.16. dis tui: quod dominus loquitur in euangelio: Quid prodeſt (inquit) homini ſi uniuerſum mūdum lucretur, ſe autem ipſum perdat & detrimentum ſui faciat? Miſeri prorſus miſeri qui in bonis ducunt dies ſuos, ut in puncto ad
Iob.21. pſal.48. inferna deſcendant. Cum enim introierint, nō ſument o-
Luce.4. mnia: nec deſcendet cum eis gloria eorum: quoniam uapor eſt ad modicū parens. Hæc cogita dilectiſſime, & hæc meditare iugiter, & in corde tuo deſcribe ea: nec à memoria tua ullatenus recedant. Vale.

¶ Ad *Robertum abbatem de Dunis.*

Epiſtola. CCCXXXVI.

FRatri & amico chariſſimo Roberto abbati, frater Bernardꝰ de Claraualle quod amico chariſſimo. ¶ Et tarde notꝰ, & cito es mihi ſublatꝰ Roberte chariſſime. Sed cōſolor, quod ſolo de corpore patiar hoc: nam ſpiritu ſemper es mecum. Quod tamen uel ipſum quando ego æquanimiter tolerarem ſi ſolꝰ non eſſet in cauſa deus. Erit erit quando reddemur nobis: quando & quiſq; de ſe, & uterq; de inuicem plene gaudebimus: præſentes nobis in utraq; portione noſtri, ineutra deinceps ab alterutro diuidendi. Glutinum erit tā tæ coniunctionis qui cauſa nunc eſt tantillæ ſeparationis: præſens perpetuo futurus nobis, p̄ſentes nos nobis perpetuo ſeruaturus. Salutamus omnes filios ueſtros & noſtros: & rogamus ut orent pro nobis.

¶ Ad *eundem de Iderio.* *Epiſtola.* CCCXXXVII.

AMantiſſimo fratri & coabbati ſuo Roberto de Dunis, frater Bernardus Clareuallis dictus abbas, ſalutem. ¶ Super hoc fratre quē adeò non ſolum inutilem, ſed etiam oneroſum eſſe nuncia ſtis, abſq; eo qd intrinſecus latet: quale nobis ipſis, tale & ueſtræ dilectioni damus cōſiliū. Nobis ſiquidē uidet pro his quæ de ipſo retuliſtis, q̄ in p̄batione ſua ſe nec p̄babilem exhibuit nec receptibilem, & ideo meruit ut rationabiliter & ſana conſcientia ualeatis malum auferre ex uobis. Veruntamen ſi pietati ueſtræ placet ſuperexaltare miſericordiam iudicio: adhuc ipſum poteſtis retinere ſine p̄feſſione: quāto uobis tempore uidebitur. Hoc autem omnino diſſuademus ne eum in hoc ſtatu recipiatis ad profeſſionem: ſed iterum probetur, ſi fortè ſe talem exhibere ualeat, qualem debet. Sinautem: ferro abſciſſionis utendum eſt: ne una ouis morbida totum gregem contaminet.

¶ Ad *abbatem Balduinum de Caſtellione.*

Epiſtola. CCCXXXVIII.

ET in hoc cognoui qd diligis nos: quoniam timuiſti nobis. Veruntamen gaude: quia timor quē timebas, non accidit nobis. Diligenter eſt res inquiſita, quemadmodum monuiſti: & inuētus eſt dolus in ore eius qui iſta dixit tibi. Vnum è duobꝰ nullatenus dubites: hominem uidelicet aut ex malignitate, aut ex ſuſpicione locutum. Proculdubio conuertet̄ do-
Pſal.7. lor eius in caput eius, & in uerticem ipſius iniquitas eius deſcendet. Reus eſt enim illius rei quam alteri conatur impingere.

¶ Ad *Balduinum Nouiomenſem epiſcopum.*

Epiſtola. CCCXXXIX.

DOmino Balduino Nouiomenſi epiſcopo, frater Bernardus Clareuallis uocatus abbas, melius quàm meruit. ¶ Mitto uobis puerū iſtum præſentiū latorē, comedere panē ueſtrū: ut probem de auaritia ueſtra utrū cum triſtitia id feceritis. Nolite lugere, nolite fiere: paruum uentrem habet: paucis cōtentus erit. Gratiam tamen uobis habemus ſi doctior à uobis quàm pinguior receſſerit. Maneries locutionis proſigillo ſit: quia ad manum non erat: nam neq; Gaufridus ueſter.

¶ Ad *Henricum archidiaconum.*

Epiſtola. CCCXL.

DIlecto ſuo Henrico archidiacono, frater Bernardus Clareuallis uocatus abbas, ſalutem & orationes. ¶ Breuiter uobis de p̄poſita quæſtione reſpondemus: ſine præiudicio tamē ſaniꝰ ſapientis. Raptum ex utero puerum ob periculum mortis laicus quidam (ut dicitis) baptizauit, communem uerborū formā nō tenēs: ſed dicēs, baptizo te in nomine dei, & ſanctæ & ueræ crucis. Quæritis utrūmnā baptizatus ſit puer: an magis ſi uiuiſt baptizandus. Ego uerè hunc baptizatū puto: nec ſonum uocis, ueritati fidei & pietati intentiōis præiudicare potuiſſe. Vt enim taceā quod in nomine dei unā expreſſit ſubſtantiā trinitatis: in eoipſo quod addidit ſanctæ & ueræ crucis, manifeſte commendauit dominicā paſſionem. Niſi fortè putamus apoſtolum contra id qd quidem alio loco dixerat: qui gloriatur, in domino glorietur: in 2.Cor.10
ipſa ligni ſubſtantia, & non magis in crucifixi gratia gloriari, cum diceret: Mihi autem abſit gloriari niſi in cruce Gal.6.
domini noſtri Ieſu Chriſti. Neq; enim cum iuxta communem eccleſiæ conſtitutionem baptizantes dicimus, in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, aliud intelligendum quàm in confeſſione trinitatis. Porrò autem confeſſio ſanctæ crucis, non niſi crucifixi confeſſio eſt. Legimus ſanè in actibus apoſtolorum, non modo in nomine patris Actu.10.
& filij & ſpiritus ſancti: uerum & in nomine domini Ieſu Chriſti aliquos baptizatos. Pergitis autem quærere de ipſo baptizatore utrūmnam peccauerit: an uerò & alius formam hanc liceat imitari. Quaſi uerò conſequens ſit ut ſi in facto hominis ipſa cum uidetur excuſare ſimplicitas, ut aut nullum, aut non magnum peccatum fuerit: continuo etiam inueniantur excuſabiles qui ſua temeritate contra formam eccleſiæ nouum baptizandi uellent inducere morem. Quod ſi quis eum peccaſſe contendit, ego tantum non crediderim fuiſſe peccatum, ut uel baptizatoris, uel ipſius qui baptizatus eſt potuerit præiudicare ſaluti. Neq; enim eccleſiaſticam contempſiſſe formam, ſed ex deuotiōe quadam feſtinantis fidei, in hanc uocem erupiſſe uidetur.

¶ Ad *monachos eccleſiæ ſancti Bertini.*

Epiſtola. CCCXLI.

DIlectiſſimo ſibi in Chriſto uniuerſo conuentui monaſterij ſancti Bertini, frater Bernardus Clareuallis uocatus abbas, ſalutē & oratiōes. ¶ Ita quæſo ita facite dilectiſſimi. Diſcipulus quippe proficiens: gloria eſt magiſtri. Quiſquis in ſchola Chriſti non proficit, eius indignus eſt magiſterio: præſertim tamen ubi ſumus, ubi nihil in eodem ſtatu permanet: & non proficere, ſine dubio deficere eſt. Nemo proinde dicat ſatis eſt: ſic uolo manere: ſufficit mihi eſſe ſicut heri & nudiuſtertius. In uia reſidet qui eiuſmodi eſt: in ſcala ſubſtitit ubi neminem patriarcha uidit non aſcendentem aut deſcendentem. Dico ergo. Qui ſe exiſtimat ſtare: 1. Cor.10.
uideat ne cadat. Ardua & anguſta eſt uia: & non hic, ſed Ioā.14.
in domo patris manſiones ſunt multæ. Itaq; qui ſe dicit in Chriſto manere: debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambu- 1.Ioan.2.
lare. Ieſus enim (ut ait euāgeliſta) creſcebat & proficiebat Luc.2.
ſapientia & ætate & gratia apud deum & homines. Ille non reſtitit ergo: ſed exultauit ut gigas ad currendam Pſal.18.
uiam: & nos quoq; ſi non deſipimus, curremus poſt eum: trahemur in odore unguentorum ipſius. Alioquin ſi elon-

gari contigerit,erit pigritanti aiæ & laborioſior & perioculoſior uia:dū nec odore recrearī:nec certa poſſit agnoſcere ueſtigia longius abeūtis. Sic ergo currite fratres,ut
Phil.3. cōprehēdatis. Quod ſanè ita fiet:ſi nequaquā arbitramini
Phil.2. uos cōprehēdiſſe:ſed obliti quæ retro ſunt,extenditis uos in anteriora:ſi apprehendatis diſciplinam: nequando
Eccl.20. iraſcatur domin9,& pereatis de uia iuſta. Qui edit me(ait
Roma.8. ſapiētia)adhuc eſuriet:& qui bibit me,adhuc ſitiet:ut noueritpiger qui digne prorſus lapidatur ſtercorib9 bouū, faſtidium ſibi non de ſatietate ſed de inedia generari. Deniq; quia omnia cooperantur in bonum his qui ſecundū propoſitum uocati ſunt ſancti:moueat nos ipſum quoq; ſeculariſ cupiditatis exemplum. Quem enim ambitioſum uidimus aliquando contentum adeptis dignitatib9 ad alias non anhelare? Sic & curioſi cuiuſq; non ſatiatur ocul9 uiſu:nec auris impletur auditu. Quid? eorū qui auaritiæ ſeruiunt:aut amatores ſunt uoluptatum: ſeu uanas ſectantur hominum laudes:nónne& ipſorum inſatiabilia deſideria arguunt nos negligentiæ & tepiditatis? Pudeat certè ſpiritualium nos bonorum minus cupidos inueniri. Erubeſcat anima conuerſa ad dominum,minori affectu ſectari iuſtitiam,quàm iniquitatem antea ſectaretur. Eſt enim cauſa quoq; ualde diſſimilis. Stipendium quippe peccati, mors:fructus autem ſpiritus,uita æterna. Pudeat proinde negligentius nunc in uitam,quàm prius in mortem ire:& minori ſtudio ſalutis acquirere quàm perditionis augmentum. Nā ut omnino ſimus inexcuſabiles,in uia uitæ,quò citius,eò facilius curritur:& leue ſaluatoris onus quò creſcit amplius,eò portabili9 eſt. Nónne & auiculas leuat nō onerat pennarum ſine plumarum numeroſitas ipſa? Tolle eas,& reliquum corpus pondere ſuo fertur ad ima. Sic diſciplinam Chriſti,ſic ſuaue iugum,ſic onus leue,quò deponimus,eò deprimimur ipſi:quia portat potius quàm portatur. Oneroſa alicui uidetur ſilentij diſciplina. Sed propheta magis robur quàm onus eſſe conſiderans,ait:
Eſaiæ.30. In ſilentio & in ſpe erit fortitudo ueſtra. In ſilentio(inqt)
Treno.3. & ſpe:quia bonum eſt præſtolari dominum in ſilentio: Eneruat quippe animam præſentium conſolatio:roborat expectatio futurorum. Bene ergo feciſtis delectiſſimi addere aliquid ad priorem ſilentij regulam:quod nimirum præ
Eſaiæ.32. dicto attestante propheta cultus iuſtitiæ eſt. Bene feciſtis alienando uos magis ac magis ab actibus ſeculi hui9:quæ
1.Cori.5. eſt munda & immaculata religio. Modicum quippe fer-
Eccle.10. mentum fratres totam maſſam corrumpit: & muſcæ morientes exterminant oleum ſuauitatis. Quid prodeſt tanti corporalis pariter & ſpiritalis laboris atq; exercitij fructum,uiliſſima aliqua conſolatione imo deſolatione min9 acceptabilem fieri:aut certè & periclitari? Quātam internæ conſolationis dulcedinem,& gratiam uiſitationis diuinæ præpedit huiuſmodi nugarum uapor ad modicum parens? Præſertim nos monachi, quorum certè uelimus nolimus in labore uita eſt: planè miſerabiliores ſumus omnibus hominibus ſi pro tam exiguis tanta patimur detrimenta. Quid enim inſipientiæ,imo quid inſaniæ eſt, ut qui maiora reliquimus,minora cum tanto diſcrimine teneamus? Si mundum contempſimus uniuerſum:ſi abrenūciauimus affectibus propinquorum : ſi monaſteriorum carceri mancipauimus nometipſos:ſi deniq; nō uenimus facere uoluntatem noſtram, ſed impoſuimus homines ſuper capita noſtra:quid non oportet fieri, ne forte contingat hæc omnia nobis in inſipientia noſtra & negligentia deperire? Agite ergo dilectiſſimi,& in his quæ cœpiſtis ſoliciti eſtote perſeuerare & abundare magis,ut augeantur
2.Cor.9. indies incrementa frugum iuſtitiæ ueſtræ. Et enim qui parce ſeminat,parce & metet:& qui ſeminat in benedictionibus,de benedictionibus & metet: Et certè modicum ſeminis incrementum, non modica meſſis multiplicatio eſt. Hæc nos fratres, quia audito profectu ueſtro exultauim9 & delectati ſumus dignum duximus ſcribere charitati ueſtræ,cupientes admonitos uos eſſe:ut obſeruationes factas quæ ſaluare poſſunt animas ueſtras, digna deuotione ſuſcipiatis& amplectamini. Scitis enim quia hilarem datorem diligit deus. Orātem pro nobis uniuerſitatem ueſtram Chriſtus cuſtodiat.

¶ *Ad Leonium abbatem ſancti Bertini.*

Epiſtola.CCCXLII.

VIro ſuo chariſſimo Leonio ſancti Bertini uenerabili abbati, frater Bernardus Clarauallis uocatus abbas, ſalutem in eo qui mandat ſalutes Iacob. ¶ Quòd merito confidā de nobis, charitas ueſtra palam fecit: quæ inuenta occaſione ſeipſam innoteſcendi, non potuit latere ſub modio. Gratiſſima habeo illa officia humanitatis quæ fratribus noſtris impenditis qui habitant iuxta uos. Quod illis facitis, mihi facitis: imo ſic magis mihi facitis,quàm ſi mihi faceretis. Obſecro ergo ut perſeueret hæc ſolicitudo ueſtra pro eis: quoniam longe facti ſunt à nobis,ut non poſſimus eis præſto oportet aſſiſtere. Sit ergo ueſtræ benignitatis uicem noſtram ſupplere:ut uos ipſis in patrem,& ipſi ſint uobis in filios. Si fortè uenerit tempus quo tantæ charitati reſpondere poſſimus: quòd non ſimus ingrati, fides oculata monſtrabit. Vale.

¶ *Ad monachos eccleſiæ ſancti Bertini.*

Epiſtola.CCCXLIII.

VNiuerſis qui ſunt in eccleſia beati Bertini mandātis in Chriſto,frater Bernardus Clarauallis uocatus abbas, ſeruire domino in letitia. ¶ Ad gratiarum actionē:ad reddendū dilectionis officium: meritis ueſtris prouocamur. Quia enim acceptum beneficium æternæ memoriæ infigendum eſt:beneficijs quæ fratribus noſtris, imo quæ mihi contuliſtis, nec immemor eſſe debeo, nec ingratus. Meum eſt quicquid meis impenditur: mihi datur, quicquid infunditur in uiſceribus meis. Scio cui credidi,& certus ſum: ſcio quia diligitis nos, non uerbo & lingua: ſed opere & ueritate. In argumentum quippe dilectionis & gratiæ quam fratres noſtri inuenerunt in oculis ueſtris,non uerba procedunt, ſed opera: eò utiq; puriora apud deū, & gratiora apud homines quò de ſola gratia dantis proueniunt: præter meritum accipientis. Pro his igitur gratias agimus uniuerſitati ueſtræ: pro his omnibus debitores ſumus uobis, ſi quid ſumus, ſi quid poſſumus & nos & fratres noſtri. Sed ne parum uobis ſit acceptos eſſe hominibus: accepti eſtis & deo meo. Nam quod uni ex minimis eius feciſtis: ipſi feciſtis. Quid? quod non uni tantum, ſed pluribus ex minimis eius feciſtis? In omnibus hic penes me non retributio multa, quoniam inops & pauper ſum ego, ſed dominus retribuet pro me. Ipſe qui retributor eſt omnium bonorum, retribuet uobis quod pauperes eius præueniſtis in benedictionibus dulcedinis, & in exemplo charitatis. De præteritis gratias agimus: de futuro precamur,ut bonum facientes non deficiatis, tempore enim ſuo metetis de ſemine bono operis manipulos pacis & gloriæ: quod uobis præſtet deus. Amen.

¶ *Ad Matildem reginam Anglorum.*

Epiſtola.CCCXLIIII.

ILluſtriſſimæ dominæ & dilectiſſimæ in Chriſto filiæ (quod non ex præſumptione loquor, ſed ex affectu) Matildi dei gratia Anglorum reginæ, Bernard9. ¶ Si de ueſtra ſublimitate præſumo:non eſt mirum. Iam enim nō ego ſolus ſentio,ſed omnes penè nouerunt quomodo nos acceptetis, & quanto nos diligatis affectu. Propter quod rogatus ſum à quodam amico ueſtro uenerabili abbate de capella,ut pro decima quadam uos rogemus: unde,ſi bene meminiſtis, Bononiæ uos rogauit: uos quoq; more ueſtro benigne audiſtis me. Sed quia nondum factum eſt quod rogamus: tempus eſt ut iam petitio illa mācipetur effectui. Decetero bene ſeruate mihi filium quem nunc peperiſtis: quia & ego quoq;(ſi regi non diſplicet) in eo mihi uendico portionem. Vale.

¶ Ad Albertum

¶Ad Albertum inclusum.
Epistola.CCCXLV.

FRater Bernardus de Clarauallé,fratri Alberto incluſo,bonū certamen certare. ¶Petis à me ut neſcio quam ieiunij obſeruantiam,quam à me intra tuam cellam requiſieras, ac mulierculārū colloquia:quæ & tibi uidelicet à me recordaris fuiſſe prohibita,mea licentia poſſis admittere:quæ utiq; ppter inopiam(ut ſcribis)non potes euitare.Ego iam nullam ſuper te uſurpo mihi poteſtatem.Conſilium tibi dedi,non præceptum,ſemper uel ſemel in die comedere:fœminarum uiſitationes uel colloquia omnino nō admittere:tuarum te opere manuum ſuſtentare:multaq; alia quæ lōgum eſt modo commemorare.Quòd ſi huiuſmodi ſumptus nequaquam tibi ad opus tam ſumptuoſum ſuppetere cerneres: non deberes incipere quod conſummare non poſſes.Hoc tibi tutum credidi conſilium:hoc nec meo cogeris tenere præcepto:nec tamen meo mutabis conſilio.Vale.

¶Ad G.abbatem. Epiſtola.CCCXLVI.

DOmino.G.abbati,frater Bernardus quicqd ſibi. ¶Scito fratrē.G.ex quo uenit de Criſta,ubi medicamina ſumpſit,conuentum per omnia tāquam unum de ualidioribus firmiſſime tenuiſſe:nec ei quicquam in alimentis præter quod commune fuit indultum fuiſſe:ad uigilias iugiter cum aliis extitiſſe. Ex hoc iam ſi aliter apud uos egerit:non ei conſentiatur. Certum enim ſit uobis,non eſſe corporis ægritudinē: ſed animæ paſſionem.Vale.

¶Ad abbatiſſam Faberniacenſem.
Epiſtola.CCCXLVII.

BErnardus uocatus abbas de Clarauallé.A. abbatiſſæ Faberniacenſi,pudicitiæ & grāe titulū. ¶Fratres iſti pro conſilio animarum ſuarū paternitatem noſtram adeuntes, de ueſtro bono ſtudio quod in emendando loco cui gratia dei præeſtis, habere uos perhibent,non parum nos lætificauerūt.Monemus autem & obſecramus deuotionem ueſtram:q; ſicut in reficiendis domibus:ita renouandis moribus operam detis.Non ſolum autem de monaſterio:ſed etiam de hoſpitali domo dei cui ſub manu ueſtra prædicti fratres deſeruiunt,intentiſſime neceſſe eſt curā geratis:quatenus uide licet ab omni exactione & infeſtatione miniſtrorū ſeu cliē tum ueſtrorum ſecuram ac liberam cuſtodiatis:quodq; illorum prauo ut audiuimus conſilio eidem domui ab aliis ante uos abbatiſſis collatum abſtuliſtis : precamur ut reſtituatis. Sicut enim ad ueſtram ſolicitudinem pertinet aliarum malefacta deſtruere aut corrigere:ſic illarum ſi qua bona egerunt,no ſolum firma & incōcuſſa tenere:ſed etiā augmentare & multiplicare debetis.Preſbyterū quoq; qui in ipſa domo habitans,ſuam adhuc foris rem habere uidetur:aut propriū deſerere:aut de domo exire cogatis.Valete:& propter bonum quod de uobis audiuimus, de nobis ſi quid ualemus,familiariter confidite.

¶Ad Odonem abbatem belli loci.
Epiſtola.CCCXLVIII.

FRatri & amico ſuo Odoni abbati regularium clericorum belli loci:frater Bernardus monaſterij Clareuallis diſpenſator indignꝰ ſalutem. ¶Depoſitū huius hoīs quod(ut ipſe ait)apud uos ſeruandum commiſit:nec bonum eſt uobis nec honorificū quod detinetis:ſi tamen detinetis.Hinc enim deplātum ad me facere uenit:utiq; propter familiarem ſpecialemq; amicitiam quā inter me & uos eſſe audiuit.De qua etiam ipſe præſumens(ad reuerentiam uobis dico)quare non potius calicem de altari uendidiſtis,quo tam importunum clamorem reprimeretis:ſi bos uel equus non erat uobis qui uænundari poſſet:ut is quod ſuum erat recipere? Parcite quæſo perſonæ ueſtræ: parcite bono nomini domus ueſtræ:parcite ſacræ quæ nunc eſt quadrageſimæ:& pauperi quod ſine excuſatiōe debetur,ſine dilatiōe reddatur:antequam res amplius diuulgetur,& iam nō ſine maiori dedecore perſoluatur.

¶Ad.VV.abbatem Trecenſem.
Epiſtola.CCCXLIX.

AMico & conſeruo ſuo domino.VV. abbati canonicorum clericorum Trecenſium:frater Bernardus eccleſiæ Clareuallis ſeruus inutilis ſalutem in domino. ¶Clericū iſtum relinquentem ſeculum,nobiſcum manere cupientem,ad ueſtrum potius ordinem,timens ne noſtri difficultate frangeretur,cōfugere perſuaſi. Commendamus ergo uobis eum,utpote nobis bene cognitum,ut honeſte morigeratum,& in literis eruditum : poſtremo tanquam dei ſeruum:quem per dei gratiam credo uobis futurum fidum ſolatium.Neq; enim ipſum tam propter ſe,quàm propter uos,quem diligimus ſicut nos,ad uos ire uoluimus:quem propter uitæ ſuæ meritum libenter retineremus:niſi eſſet illa cauſa,q; clericū delicatum,laboris inexpertem,ſuſcipere formidamus. Vlac.

¶Ad Rorgonem de Abbatiſuilla.
Epiſtola.CCCL.

VIro illuſtri etiam nobiſquoq; dilecto Rorgoni de Abbatiſuilla,Bernardus Clareuallis uocatꝰ abbas,ſalutem & noſtras orationes. ¶Perlatū eſt ad nos & gratum tibi eſſet ſi præſentiæ & colloquij noſtri copiam habere ualeres:& hoc ideo' quia unum de ſeruis altiſſimi me eſſe credit tua benignitas. Et ego dico tibi q; pro hac tua humilitate,& p' bona' tuæ nobilitatis fama quā audiuimꝰ:mihi quoq; iucūda foret tua præſentia.Sed licet hoc in nos humanæ pietatis bonum laudabile ſit:non tamen perfectum.Nam hæc corporalis quidem eſt uiſio,& breuis,& nobis cum cæteris animantibus communis.Magis ergo ad illam æternæ ſocietatis iucundiſſimam uiſionem ſuſpirare debemus,& bonis operibus inſiſtere ut ad illam perueniamus.Rogamus tuam dilectionem,ut terram illam quæ tui iuris eſt in parochia de Currenni,de qua dilectꝰ & familiaris noſter abbas de Alchi tecum locutus eſt,& quæ deſerta & inculta tibi tuiſq; anteceſſoribus uſq; nunc iunutilis fuit: eccleſiæ de Alchi in eleemoſynam concedere digneris: quatenꝰ & animæ tuæ,& animabus anteceſſorum & ſucceſſorū tuorum,apud deum hoc tuum proficiat beneficium.

¶Explicit liber epiſtolarum,350,melliflui patris Beati Bernardi:ī quo adiunctæ ſunt his quæ in prioribus īpreſſionibus edebantur,quadraginta epiſtolæ,ab antiquis originalibus tū Clareuallis,tū collegij ſancti Bernardi exprōptæ.

INCIPIT TABVLA EPISTOlarum beati Bernardi abbatis Clarevallis per ordinem alphabeti.

¶ De litera A.

ABbati sancti Nicasij Remensis. Quãto tibi affectu. folio. 196. columna. i.
Abbati Luce. Bonũ nobis. f. 208. co. ij
Abbati sancti Ioãnis Carnoteñ. Ad ea de quibus. fo. 208. col. iij.
Abbatibus Suessioni cõgregatis. Reuerendis. fo. 211. col. i.
Abbati cuiusdã mõasterij Eboracẽ. Cõsiliũ. fol. 211. col. ij.
Abbatibus Cistercio congregatis. In multa infirmitate. folio. 221. col. i.
Abbati sancti Albani. Et si facie. fo. 231. col. iij.
Abbati Ioanni de Buzeio qui abbatiam suam reliquerat. Filio charissimo. fo. 235. col. ij.
Abbati de præmõstrato. Audiui auditionẽ. fo. 239. col iij.
Abbati Garino alpeñ. Reuerendo patri. fo. 240. co. i.
Abbati sancti Nicolai. Proinde. fo. 240. col. iij.
Abbati Rualeno. Satis supercq. fo. 241. co. ij.
Abbati Cluniacẽ. Filius uester. fo. 241. col. iij.
Abbati trium fontium cõtra nepotem episcopi Altissidoren. Pœnitet me. fo. 242. col. iij.
Abbati Arremarẽ. pro monacho fugitiuo. Lator præsentium. fo. 244. col. iij.
Abbati Cluniacẽ. Domino & patri. fo. 246. col. ij.
Abbati Lescensi uenerabili patri. fo. 248. col. iij.
Abbatissæ Fabernacẽsi. Bernardus uocatus abbas. folio 251. col. i.
Adæ monacho. Tua mihi. fo. 190. col. ij.
Eidem. Si maneres. fo. 190. col. iij.
Alberto incluso. Frater Bernardus. fo. 251. co. i.
Arnaldo abbati Morimũdi. Domino abbati Arnaldo. folio. 190. col. i.
Ardutiõi Gebenæ electo. Credim9 electionẽ. fo. 195. co. iij.
Eidem iam episcopo. Præbet. fo. 196. col. iij.
Alardo monacho. Dilecto filio. fo. 249. co. i.
Alberoni primicerio Meteñ. Honorabili. fo. 196. col. i.
Alexandro Linconiẽ. episcopo. Viro honorabili. fo. 202. colum. iij.
Aluiso abbati Acquiscinti, Aluiso abbati. fo. 202. co. iij.
Aluiso Attrebateñ. epo, Venerabili patri. fo. 248. col. iij.
Artaudo abbati pultarieñ. Quicqd gr̃æ. fo. 204. col. iij.
Eidem. Vnde placuit. fo. 205. col. i.
Archiepiscopo Eboraceñ. Splendor operis. fo. 211. co. iij.
Actio causæ Lingoneñ. ecclesiæ ad Innocentium papam. Dum adhuc. fo. 222. co. iij.
Andreæ autũculo suo militi tẽpli. Literæ tuæ. fo. 244. co. i.
Arnaldo carnoteñ. abbati Boneuallis. Suscepim9. fo. 246. colum. ij.
Attoni Treceñ. episcopo. Pauperi epo. fo. 195. co. ij.

¶ De litera B.

BRunoni Coloniẽsi. Domino Brunoni. f. 190. colum. iij.
Eidem. Quæris à me. fo. 192. co. iij.
Eidem. Dignationis uestræ. fo. 192. col. iij.
Eidem. Horrendum punire. fo. 192. col. iij.
Beatrici nobili & religiosæ matronæ. Miror tuæ. fo. 216. colum. iij.
Burchardo Barleneñ. abbati. Ignitum eloquiũ. fo. 221. colum. i.
Bernardo de portis. Petis instanter. fo. 221. col. iij.
Eidem. Dissimulare non ualeo. fo. 222. co. i.
Eidem. Reuerendissimis. fo. 239. co. i.
Bernardo abbati. Dilecto patri. fo. 249. col. iij.
Brunoni abbati de Claraualle. Recténe iraseeris. fol. 243. colum. ij
Blesensi comitissæ. Si quando. fo. 245. col. i.
Balduino Nouiomẽsi episcopo. Domino Balduino. folio 250. colum. i.
Balduino abbati Reatini monasterij. Epistola quam folio 231. colum. ij.
Balduino abbati de Castelliõc. Et in hoc cognouit. 250. columna. i.

¶ De litera C.

CAnonicis quibusdam regularibus. Exhortatio illa in literis. fo. 189. co. iij.
Cartusiensib9 & Guidoni priori. Inter patres. fo. 193. col. i.
Eisdem. Amantissimo domino. fo. 194. col. i.
Comiti Theobaldo. Laudabili principi. fo. 196. col. iij.
Eidem. Pio principi. fo. 197. col. i.
Eidem. Cum multa mihi. fo. 197. co. i.
Eidem. Duo uobis. fo. 197. col. ij.
Eidem. Timeo uos. fo. 197. col. ij.
Eidem. Scitis quia diligo uos. fo. 242. col. ij.
Cuidam cui9 nomẽ ignoratur de Maccabæis. Quod per fratrem. fo. 211. col. iij.
Cuidã abbati. Super fratre turbato. fo. 212. col. ij.
Cuidam amico suo. Et si facie ignotus. fo. 212. col. iij.
Comiti Pictaueñ. ex persona ducis Burgũdiæ. Guilhelmo dei. fo. 218. col. iij.
Eidem. In eo animo. fo. 218. col. iij.
Clero Mediolaneñ. Benedicti uos à domino. fo. 219. co. ij.
Clarevallẽsibus suis. Charissimis fratribus. fol. 220. col. ij.
Eisdem. Tristis est anima mea. fo. 220. col. iij.
Canonicis Lugduneñ. Inter ecclesias. fo. 224. co. ij.
Conrado regi Romanorũ. Scripta uestra. fo. 226. co. i.
Eidem. Nec dulcius. fo. 238. co. i.
Clero Senoñ. Destituti benedicto. fo 231. col. iij.
Celestino papæ pro intruso Eboraceñ. Oportet uos. folio 235. colum. iij.
Curiæ Romanæ unde supra. Dominis & patribus. fo. 236. colum. i.
Curiæ iterum Romanæ quãdo abbas sancti Anastasij electus fuit papa quocatus fuit Eugenius. Dominis & patribus. fo. 236. col. i.
Cuidam qui ausus est nouitium dehortari à proposito. Et si ignotus. fo. 244. col. iij.
Comiti Angelberto pro fratribus de Bruxa. Nolite mirari. fo. 245. col. i.

¶ De litera D.

DRogoni monacho. Quàm nõ immerito. fo 196. columna iij.
Duci Conrado. Omnis potestas. folio. 211. colũna. iij.
Duci & ducissæ Lothoringiæ. Duci & ducissæ, folio 216. columna. iij.
Ducissæ. Gratias agimus. fo. 216. col iij.
Ducissæ Burgundiæ. Vestræ dignationis. fol. 216. col. iij.

¶ De litera E.

EBalo Cathalaunensi episcopo. Domino Ebalo. fo. 202. col i.
Ex persona Helisæ monachi ad parentes suos. Sola causa. fo. 215. col. i.
Emengardi quõdã comitissæ Britanniæ. Dilectæ in Christo filiæ. fo. 216. col. ij.
Eidem. Recepi delicias. fo. 216 col. ij.
Episcopis Aquitaniæ contra Gerardum Engolismensem. Dominis & patribus. fo 217. col. ij.
Episcopis & cardinalibus ecclesiæ Romanæ. Vos scitis. folio. 225.

lio.223.colum.iij.
Eustachio occupatori Valentinæ sedis.Viro illustri.folio 226.col.i.
Episcopis Senonas conuocandis contra hæresim Abailardi.Exht sermo.fo.226.col.iij.
Episcopis & cardinalibus curiæ Romanæ de eodem.Dominis & patribus.fo.226.col.iij.
Episcopo Constãtien.pro Arnaldo de Brixia.Si sciret.folio.236.col.ij.
Episcopo & clero Trecen.Legim9 si errauerit.fo.231.co.iij.
Episcopo Rofrensi.Dure scribitis.fo.231.col.iij.
Episcopis tribus curiæ.Alberico hostien.Stephano prænestino.Ignaro Tusculanen.& Gerardo cãcellario.Quãtum malum.fo.233.col.i.
Eisdem.Vobis audeo loqui.fo.135.col.i.
Eisdem.Si uera sunt.fo.235.col.ij.
Eisdem.Ad hoc uos deus.fo.246.col.i.
Episcopo Suessionen.qui dure ei scripserat.Miníme quidem.fo.234.col.i.
Eidem pro pace.Laborauimus.fo.234.col.iij.
Eidem.Semper quidem.fo.234.col.iij.
Eidem pro abbate Casiacen.Porrexerã.fo.241.col.iij.
Episcopo & clero Spirensi.Domino & patri charissimo. 247.colum.iij.
Eskilo Lundensi archiepiscopo. Amantissimo patri.folio fo.246.col.iij.
Eugenio papæ.Amantissimo.fo.236.col.ij.
Eidẽ p intruso Eboracen.Importun9 sum.fo.236.col.iij.
Eidem pro eodem.Quàm cupio.fo.237.col.i.
Eidem pro epo Aurelianen.Ita quæso.fo.238.col.ij.
Eidem pro eodem.Tempus est.fo.238.col.iij.
Eidẽ p Remẽsi archiepiscopo.Amãtissimo.fo.238.col.iij.
Eidẽ pro dño Saginen.Non est mihi.fo.238.col.iij.
Eidem pro Valentino electo.Si rebus.fo.239.co.i.
Eidem.Amantissimo.fo.239.col.ij.
Eidem pro Eboracen.Sæuit frustrata.fo.239.col.ij.
Eidẽ p itinere Hierosolymitano.Non est.fo.240.col.iij.
Eidem pro fratre Philippo.Est negociũ.fo.241.col.i.
Eidem pro abbate Rualeno.In ueritate.fo.241.col.i.
Eidem pro quo supra.Et si quid.fo.241.col.ij.
Eidẽ p q̃dã paupe abbate.Vn9 de militib9.fo.241.col.iij.
Eidẽ p monachis mosomẽsib9.Nõ possum.fol.241.col.iij.
Eidem pro fratribus de corona.Alij.fo.242.col.i.
Eidem.Serpens.fo.242.col.i.
Eidem.Qui tentant.fo.242.col.i.
Eidem.Amantissimo patri.fo.242.col.ij.
Eidem pro electione Altissiodoren.Cum primum.fo.242. colum.iij.
Eidẽ pro obitu epi Altissiodoren. Adhuc.fol.242.col.iij.
Eidem pro dño Cluniacen.Stultum.fo.242.co.iij.
Eidem pro episcopo Beluacen.Petitiões.fo.243.co.i.
Eidẽ p Altissiodoren.negocio.Bene facitis.fo.243.col.i.
Eidẽ pro Gigniacensibus.Apud Cluniacũ.fo.243.col.iij.
Eidẽ pro Remensi archiepiscopo & alijs.Domin9 Samson Remensis.fo.243.co.iij.
Eidẽ pro Odone abbate sancti Dionysij.Pro eccl'a.folio 243.colum.iij.
Eidem pro eodem.Si susurrationes.fo.243.co.iij.
Eidẽ pro ecclesia sancti Eugendi.Sancti Eugendi.fo.244. colum.iij.
Eidẽ pro epo Cenomanen.Adest eps.fo.244.co.iij.
Eidem de nicolao.Nicolaus ille.fo.244.co.iij.
Eidem pro epo Beluacen.Filius uester.fo.245.co.iij.
Episcopo Laudunen.Vestri sumus.fo.242.co.ij.
Episcopo Hostien.Hostien. dñs abbas.fo.244.co.i.
Eidẽ p Iordane cardinali legato.Petrãsijt.fo.244.colũ.ij.
Eidem pro episcopo Cenomanen.Quidam clericus.folio 244.col.iij.
Eidem pro electione abbatis Turoldi de tribus fontibus. Væ mundo.fo.245.col.iij.
Eidem.Festine ista.fo.246.col.i.

¶ De litera F.

Falconi & Guidoni.Plaga ut uidetis.fo.223.columna.ij.
Eidẽ.Scripsim9 ad dñm papã.fo.224.co.ij.
Fulconi Lingonen.puero.Bonæ indolis.folio 188.colum.iiij.
Fratrem Lambertum.fo.212.co.iij.
Fratrb9 Hybernien.in obitu sancti Malachiæ. Religiosis fratrib9 de sancto Anastasio.Dilectissimis i Christo filijs. fo.247.co.ij.

¶ De litera G.

Gilleberto uniuersali episcopo Lõdonien.Lõgesatis.fo.195.co.ij.
Guidoni Lausenensi episcopo.Manũ uestram. fo.195.co.iij.
Gaufrido Carnoten.episcopo.Fidelissimo.fo.202.col.ij.
Eidem.Quod ad me de domino.fo.202.co.i.
Eidem.Sicut is à uestra.fo.202.co.ij.
Guilenco Lingonen.epo.Dño suo.fo.202.co.ij.
Eidem.Pro ecclesia Molismensi.fo.202.co.i.
Gaufrido abbati sancti Theoderici.Primo precor.fo.223. columna.i.
Guidoni abbati de tribus fontibus.Vnde te cõtristatum. folio.203.co.iij.
Eidem.Considerans miseri.fo.203.co.i.
Guidoni abbati Molismen.Quãto tibi i hac.f.208.co.iij.
Gerardo abbati Pultarien. Scripsisse me.fo.208.co.iij.
Guilhelmo abbati sancti Theoderici.Quod me huiusmodi.fo.209.col.i.
Eidem.Si nemo scit.fo.209.co.i.
Eidem.Frater.B.fo.209.col.ij.
Galtero de Caluomonte.Sæpe meũ animũ.fo. 212.col.iij.
Gaufrido de Perona & socijs eius.Dilectis filijs.fo.214.columna.iij.
Ad parentes eiusdem Caufridi consolatoria.Si filium uestrum.fo.215.co.i.
Gaufrido Lexouiensi.Doleo super te.fo.215.co.ij.
Gaufrido de loratorio.Odor in flore.fo.217.co.ij.
Guidoni de catello qui postea fuit papa Celestinus.Venerabili domino.fo.230.co.i.
Guidoni legato.Arnaldus de Brixia.fo.230.co.iij.
Guidoni abbati & monachis Arremaren.Venerabili.fol. 246.colum.iij.
Godefrido priori suo.Fratri Godefrido.fo.247.co.iij.
G.cancellario.Prædecessor uester.fol.249.col.iij.
G.diacono & cardinali.Domino & amico.fo.249.col.iij.
G.abbati.Dño.G.abbati.fo.250.col.iij.

¶ De litera H.

Honorio papæ.Summo pontifici.fo.194.col.i.
Eidem.Summo pontifici.fo.194.co.ij.
Eidem.Summo pontifici.fo.201.co.i.
Eidem ex persona Gaufridi Carnoten.episcopi. Tristissime.fo.201.co.i.
Eidem pro Henrico Senonen.Summo.fo.201.co.iij.
Eidem.Oportebat.fo.201.co.iij.
Haimerico cancellario.Viro illustri.fo.194.co.ij.
Eidem.Viro illustri.fo.201.co.i.
Eidem.Viro illustri.fo.201.co.iij.
Eidem.Amicus uester.fo.201.col.iij.
Eidem.Pro multis.fo.201.co.iij.
Eidem.Volo & precor.fo.201.co.iij.
Eidem.Speciali Amico.fo.222.co.ij.
Eidem.Domino Haimerico.fo.222.co.iij.
Eidem unde supra.Frequentem.fo.222.co.iij.
Eidem.Si uerbis contendere.fo.225.col.iij.
Hũbaldo Lugduneñ.archiepo.Reuerẽdissimo.f.195.co.i.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hugoni epo Rothomagen. Si diei malitia. fo. 195. col. iij.
Hugoni comiti Campaniæ militi templi facto. Si causa. fo lio. 196. col. i.
Hugoni Pontiniacen. abbati. Dilectissimo suo. fo. 196. colum. ij.
Hugoni Falsito. Charissimo fratri. fo. 196. col. iij.
Eidem. Dilectissimo. fo. 196. col. iij.
Herico Senonen. archiepo. Dño uenerabili. fo. 197. col ij.
Eidem. Prioris precis. fo 200. col. iij.
Eidem. Videtis certe. fo 200. col. iij.
Eidem Pro multis. fo. 225. col. iij.
Henrico Virduneñ. epo. Dño Henrico. fo 222, col. iij.
Eidem. Super his quæ. fo. 222. col. iij.
Hugoni de sancto Victore. Si tibi uideor. fo. 205. col. i.
Henrico regi Anglorum Henrico illustri. fol. 211. col. i.
Eidem. Henrico illustrissimo. fo. 219. col. iij.
Henrico Vvintonen. epo. Viro illustri. fo. 211. col. ij.
Henrico Murdach. Dilecto suo. fo. 213 col. ij.
Henrico archidiacono. Dilecto suo. fo. 250. col. i.
Hildeberti Turonen, archiepiscopi ad sanctū Bernardū. Balsamum. fo. 216. col. iij.
Rescriptū sancti Bernardi ad eūdē. Bonus hō. fo. 217. col. i.
Hildeberto Turonen. archiepo. Magno sacerdoti. fo. 217. columna. i.
Hūberto Igniacen. q abbatiā dimiserat. Parcat tibi. folio 220 col. ij.
Herberto abbati sancti Stephani Diuionen. Si frater Ioā nes. fo. 235 col. iij.
Hildefonso comiti sancti Aegidij pro Henrico hæretico. Quanta audiuimus. fo. 237. col. i.
Henrico comiti. Abbas de castellione. fo. 243. col. i.
Henrico cardinali. Sic tibi quasi mihi. fo. 244. col. iij.
Herico Mogūtinēsi archiepo. Venerabili dño. f. 248. c. ij.

¶ De litera I.

Ianuensibus. Ianuensibus suis. fo. 218. co. iij.
Imperatrici Romanorum. In reconciliatione Mediolanen. fo. 219. co. iij.
Innocentio papæ. Sanitas capitis. fo. 221. co. ij.
Eidem pro Trecen. epo. Insolentia. fo. 221. co. iij.
Eidem pro domino Bernardo de portis quādo electꝰ est. Dilectum deo. fo. 222. col. i.
Eidē pro clericis Aurelianen. Vsquequo misera. fol. 222. columna. ij.
Eidem super interfectione Thomæ prioris sancti Victoris. Amantissimo. fo. 222. co. ij.
Eidem pro episcopo Parisien. Pñssimo pri. fo. 222. co. iij.
Eidem unde supra. Vox hominis. fo. 222. co. iij.
Eidem unde supra. Iterum clamo. fo. 223. co. ij.
Eidem unde supra. Clementissime pater. fo. 223. co. iij.
Eidem unde supra. Dignatio uestra. fo. 223. col. iij.
Eidem pro Falcone Lugduneñ. archiepo. Qui in aliorum. fo. 224 col. i.
Eidē p Godefrido Ligonen. epo. Inter crebra. f. 224. co. ij.
Eidē p Alberone Treuiren. archiepo. Volūtas cordis. fo. 225 columna. i.
Eidem pro eodē. Nūquid petiui episcopatū. fo. 225. col. ij.
Eidem pro eodem. Amantissimo. fo. 225. co. ij.
Eidem pro eodem. Quomodo malitia fo. 225 col. iij.
Eidem pro eodem. Iterum. fo. 225. co. iij.
Eidem. Fratrem Andream. fo. 226. col. i.
Eidē de hæresib⁹ Abailardi. Amātissimo. fo. 226. col. iij.
Eidem contra quædam capitula prædictarum hæresum, Amantissimo. fo 227. col. ij.
Eidem pro dño Remensi. Reuerendissimo. fol. 229. col. iij.
Eiusdem Innocētij rescriptum cōtra dictas hæreses. Innocentius episcopus. fo. 230. col. ij.
Eidem. In causæ actione. fo. 230. col. iij.
Eidem. Vsquequo. fo. 231. col. i.
Eidem. Dominum Remensem. fo. 232. col. ij.
Eidem. Dominus Cātuarien. fo. 232. col. ij.
Eidem. Vir illustris. fo. 232 col. ij.
Eidem. Quis mihi faciet. fo. 232. col. iij.
Eidem. Si cura. fo. 232. col. iij.
Eidem. Scribo uobis. fo. 232. col. iij.
Eidē p comite Radulpho & uxore eiꝰ. Scriptū est. fo. 232. colum. iij.
Eidem. Tribulatio. fo. 232. col. iij.
Eidem excusatoria & extrema. Dño & pri. fo. 233. co. i.
Eidem. Amantissimo patri. fo. 247. col. ij.
Eidem. Amantissimo patri. fo. 249. col. i.
Eidem. Amantissimo patri. fo. 249. col. ij.
Eidem. Amantissimo patri. fo. 249. col. ij.
Eidem. Iuuenis iste. fo. 249. col. iij.
Ioanni Cremensi cardinali. Dilectionem. fo. 222. col. iij.
Iuoni cardinali. Dilectissimo suo. fo. 230. col. i.
Iosleno Suessionen. epo, & Suggerio abbati sancti Dionysij. Scripseram regi. fo. 233. col. iij.

¶ De litera L.

Otharío impatori. Lotharío dei gra. f. 220. co. i.
Eidē. Miror cuiꝰ. fo. 220. col. i.
Ludouico regi frācoꝝ. Eximio regi. f. 200. c. iij.
Eidem libenter. fo. 233. col. ij.
Eidem. Scit deus. fo. 233. col. iij.
Eidem. Ludouico. fo. 234. col. iij.
Eidem. Ludouico dei gratia. fo. 240. col. iij.
Eidē p electo Altissiodoren. Volui ego unquā. f. 243. co. ij.
Ludouico iuniori regi Frācorum. Si totus. fol. 223. col. iij.
Eidem. Si homo. fo. 245. col. ij.
Eidē p ipsiꝰ infirmitate solicito. In literis. fo. 245. col. iij.
Legatis aplicis p epo Magūtio. Dñis & pribꝰ. f. 245. c. i.
Lelberto abbati sancti Michaelis. Patri & amico suo folio 247. colum. iij.
Leonio abbati sancti Bertini. Dilecto & uenerabili folio 248. col. iij.
Eidem. Amico suo charissimo. fo. 250. col. iij.

¶ De litera M.

Atthæo legato. Fuit quidam. fo. 194. col. iij.
Malachiæ Hibernien. archiepiscopo. Venerabili domino. fo. 246 col. iij.
Eidem Malachiæ dei gra. fo 347. col. i.
Eidem Amantissimo patri. fo 247. col. i.
Monachis Flauiacen. Dño H. pri Flauiacen. fo. 203. co. ij.
Eisdem. Modestiæ quidem. fo 203 col. iij.
Monachis de tribus fontibus. Quod nōdū. fo 204. col. i.
Mediolanēsibus. Suis Mediolanen. fo 219. col ij.
Monachis alpen. Bonꝰ pater uester. fo 220. col ij.
Monachis eccliæ scti Bertini. Dilectissimo sibi in Christo. fo 250. col. ij.
Eisdem. Vniuersis qui sunt in ecclesia. fo. 250. col iij.
Matildi reginæ Anglorū. Illustrissimæ dñæ. fo. 250. co. iij.

¶ De litera N.

Vncium quo te. fo. 212 col. ij.
Nouicijs apud Mediolanū conuersis. Charissimis fratribus. fo. 219. col. iij.

¶ De litera O.

Doni abbati Bellilocí. Fratri & amico suo. folio 251. colum. i.
Ogerio canonico regulari. Totis uisceribꝰ. fol. 209. co. iij.
Eidē. Omitto nunc. fo. 210 co. ij.
Eidē. Indignaris forsitan. fo. 210. col. ij.
Eidem. Breues breuibus. fo. 210. col. iij.

¶ De litera P.

Universidad de Deusto

¶De litera P.

PEtro p̄sbytero cardínalí.Chariſſimo dño.f.194.co.íí.
Petro diacono cardínalí.Dño uenerabílí.fo. 194.c.íí.
Eídem.Cum totum me.fo.194.col.íí.
Eídem.Tempus eſt.fo.194.col.ííí.
Parentibus Heliæ monachí.Sola cauſa.fo.215.co.í.
Piſanís.Piſanís noſtrís.fo.219.col.í.
Petro papíeñ.epō.Sí ſemen bonū.fo.219.col.íí.
Eídem.Sí triſtía ſemper.fo.219.col.ííí.
Petro Cluníaceñ.abbatí.Dño & patrí.fo.221.col.íí.
Eídem.Domíno Petro.fo.221.col.íí.
Eídem.Quā nolím.fo.221.col.íí.
Eídem.Itáne íocarí líbet.fo.234.co.ííí.
Eídem.Quíd facís ò bone uír.fo.241.col.ííí.
Petro Cluníaceñ.ad ſctm̄ Bernardū.Forti ac.f.241.col.íí.
Philíppo Turoneñ.eccl'iæ electo.Doleo ſup te.f.221.c.íí.
Patríarchæ Hieroſolymorū.Patríarchalíbus.fo.225.col.í.
Petro Biſuntíneñ.Peregrínationē abbatís.fo. 230.col.íí.
Petro abbatí de cella de monacho Caſiaceñ.quí tranſierat apud Clarāuallē.Vnde míhí.fo.244.co.íí.

¶De litera R.

ROberto nepotí ſuo quæ íncípít.Satís & pluſquā.fo lío.187.col.íí.
Rícuíno Tullē.epō.Reuerendo.fo.202.co.íí.
Raínaldo Fuſníaceñ.abbatí.Dílectíſſímo.fo.204.co.íí.
Eídem.Plāgís dílectíſſíme.fo.204.col.íí.
Eídem.Sperabam dílectíſſíme.fo.204.col.ííí.
Ríchardo Fontaneñ.abbatí & ſocíis eíus.Quanta audíuí mus.fo.211.col.íí.
Romano,Romanæ curíæ ſubdíacono.Bernardus abbas. folío.213.col.í.
Reginæ Hieroſolymorū.Audíerīt hoíes.fo.231.col.ííí.
Eídem.Dílectæ ín Chríſto fílíæ.fo.244.col.íí.
Roberto abbatí de dunís.Frí & amíco Kmō.fo.250.col.í.
Eídem.Amantíſſímo fratrí & coabbatí.fo.250.col.í.
Rogerío regí Sícílíæ.Longe late.fo.232.col.í.
Eídem.Sí me quærítís.fo.232.col.í.
Eídem.Habetís quod petíſtís.fo.232.col.í.
Rollādo cardínalí & cācellarío.Dño & amíco.f.249.c.íí.
Romanís díſcedētib9 ab Eugenío.Nobílíb9.fo.237.co.íí.
Rorgoní de Abbatíſuílla.Víro illuſtrí.fo.251.col.í.

¶De litera S.

STephano Meteñ.epō.Stephano.fo.195.col.ííí.
Suggerío abbatí ſancti Díonyſíí.Exít ſermo bon9.fo. 207.col.íí.
Eídem.Chariſſímo.fo.241.col.ííí.
Símoní abbatí ſancti Nícolaí.Perſecutionē.fo.208.co.ííí.
Sí mínus uos.fo.212.col.íí.
Sophíæ uírgíní.Bernardus.fo.215.col.íí.
Sanctímoníalí cuídā.Magnū míhí gaudíū.fol. 215.col.ííí.
Sanctímoníalí alterí de monaſterío ſanctæ Maríæ Treceñ. Relatum.fo.216.col.í.
Símoní fílío caſtellaní.Cognoſcens.fo.226.col.íí.
Stephano p̄neſtíno epō.loquít Hieremías.fo.234.col.íí.
Santíæ ſororí ímpatorís Híſpanía.Qđ factū eſt.f.245.c.í.

¶De litera T.

THomæ præpoſíto de Beuerla,Thomæ dílecto fílío.fo lío.213.col.íí.
Thomæ de ſancto Audomaro.Chariſſímo fílío ſuo.fo.214. columna.íí.
Tholoſanís poſt redítū ſuū.In aduētu.fo.237.col.ííí.

¶De litera V.

VNíuerſis cíuíb9 Mediolaneñ.Vt ex ſcríptís ueſtrís. fo.219.col.íí.
Vlgerío Andegaueñ.epō.Lachrymas.fo.231.col.í.
VV.abbatí Tracenſí.Amíco & conſeruo.fo.251.co.íí.

¶Finis.

¶Sequitur quædam epiſtola de cura & regimine rei familiaris:quæ quoniam plerunq; diui Bernardi titulo decoratur & oībus perutilis ac neceſſaria uiſa eſt: hoc abſtracto loco addita eſt:non ideo ītter alias ſortita,q; Bernardi eſſe apud ſui ordinis fratres nō ſatis cōpertū habetur.

GRatioſo & felící míliti.H.Raymundo caſtrí Ambroſíí,Bernardus ín ſenīū deductus ſalutē.¶ Docerí petís à nobís de cura & modo rei familíarís utílí9 gubernādæ:& qualíter patresfamílíàs debeāt ſe habere.Ad quod tíbí ſic reſpondemus. Qđ líceat omníū rerū mūdanarū ſtat9 & exítus negocíorū ſub fortuna laborent:non tamen hoc tí more uíuendí eſt regula omíttenda.Audí ergo & attende, qđ ſí ín domo tua ſumptus & redditus ſunt æquales,caſus ínopínatus potuerít deſtruere ſtatum eíus.Status homínís negligentís,domus eſt ruínoſa.Quíd eſt negligētía gubernātís domūc Ignís ualídus ín domo accēſus.Díſcute dílígenter corū dílígētíam & propoſitū quí tua admíníſtrant.Labētí ením nondū lapſo facultatíbus,mínus uerecūdíæ eſt abſtínere,quàm cadere.Sæpíus reuíſdere quæ tua ſunt & quomodo ſint,magna prouídentía eſt.Cogíta de cíbo & potu anímalíum tuorum:nam eſuríunt & non petunt.Nuptíæ ſumptuoſæ,damnum ſine honore conferunt.Sumptus pro mílítía,honorabílís eſt, Sumptus pro íuuando amícos,rationabílís eſt.Sumptus pro íuuando prodígos,perdítus eſt.Famílíam groſſo cíbo,non delícato nutrías.Quí guloſus effectus eſt,uíx alíter quàm morte mores mutabít.Guloſítas,uílís & negligentís hominís putredo eſt.Frugalítas,ſolícítí & dílígentís hominís ſolatīū eſt.Díebus paſchalíbus abundanter,non tamen delícate, pace famílíam.Fac gulam lítígare cum burſa:& caue cuí9 aduocatus exíſtas.Sí autem ínter gulam & burſam íudex exíſtas,ſæpíus,ſed non ſemper pro burſa ſententíam feras. Nam gula affectionibus probat:& ſic teſtíbus non íuratís.Burſa euídenter probat,ſiam arca & cellarío euacuatís, uel breuí tempore uacuandís.Tūc male íudícas cōtra gulam,quando auarítía ligat burſam. Nunquam recte ínter gulā & burſam auarítía íudícabít.Quíd eſt auarus:ſui homícída.Quíd eſt auarítíæ paupertatís tímor,ſemp ín pauertate uíuens.Recte uíuit auarus ín ſe non perdens díuítías:ſed alīs reſeruādo.Melíus eſt em̄ alīs reſeruare,quàm ín ſe perdere.Sí blado abundas,non dílígas cariſtíam: qa dílígens cariſtíam,cupít eſſe pauperum homícída.Vende bladum cum ſatís ualet:non quādo per pauperem emí nō poteſt.Vícínís mínorí pretío uende,etíam ínímícís.Non ſemper gladío:ſed ſæpe ſeruítío uíncítur ínímícus.Superbía contra uítíum, balneum eſt expectans tonítruum cum ſagítta. Habes ínímícum? quæras tuum oculum pro tuí cuſtodía. Sí habes ínímícum,conuerſatíonem non habeas cum ígnotís.Semper cogíta qđ ínímícus ſagax cogítat ínímící uías. Debílítas ínímící non eſt loco pacís: ſed treuga ad tempus. Sí te ſecuras non cogítare ínímícum tuum quem tu cogítas,perículo te exponís. De fœmínís tuís ſuſpectís quíd agant,ígnorantíam,non ſententíam quæras. Poſtquam ſcíuerís crímen uxorís tuæ: à nullo medíco curaberís. Dolorem de mala uxore tunc mítígabís,quando audíes de uxoríbus alíenís. Cor nobíle & altum,non ínquírít de operíbus mulíerum. Malam uxorem potíus rísu,quàm baculo caſtígabís. Fœmína ſenex & meretrix,omnes díuítías annullabít.Fœmína ſenex & meretrix ſílex permítteret,uíua ſepelíenda eſſet. De ueſtíbus.Nota qđ ueſtís ſumptuoſa,probatío eſt paucí ſenſus.Veſtís nímís apparens,cíto uícínís tædíum parít.Stude bonítate placere,non ueſte.Mulíerís petítío habentís ueſtes & ueſtes quærentís,non índícat fírmítatem. De amícís:tene q̄ maíor eſt amícus quí ſua tríbuit,quàm quí ſeípſum offert:de uerbís,eſt magna copía amícorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Amícum non reputes, quí te præsentem laudat. Sí consulís amíco, non quæras placere eí, sed ratiοní. Dicas ín consulendo, sic mihí uídetur: non præcíse, sic agendum est: quoníam facílius de malo exítu consílíj redargutío sequítur, quàm de bono laus. Audíuí q; ioculatores te uísitant. Attende quæ sequũtur. Homo ímpendẽs ioculatorí, cíto uxorem habebít, cuíus nomen erít paupertas. Sed quís erít huíus uxorís fílíus? Derísio. Placet tíbí uerbum ioculatorís, fínge te non audíre, sed alíud cogítare: rídens & gaudens de uerbís ioculatorís ſam pígnus sibí dedít. Ioculatores ímproperantes dígní sunt suspendío. Quíd est ioculatorí? mala ímproperans, anímal homícídíum secum portans. Ioculatorís ínstrumenta deo non placent. Audí de famulís. Famulum altí & elatí cordís repelle ut futurũ ínímícum. Famulum tuís moríbus blandíentem, repelle. Famulo & uícíno te præsente laudantíbus resístas: alíter cogítant te decepísse. Famulum se de facílí uerecundantẽ, dílíge ut fílíum. Sí uís ædíficare domum, índucat te necessítas, non uoluntas. Cupídítas ædíficandí, ædíficando non tollít. Nímía & ínordínata ædíficandí cupídítas, parít cíto & expectat ædificíorum uenatíonem: turrís completa & arca uacuata, faciunt ualde, sed tarde hominẽ prudentem. Vís alíquando uendere? Caue cum uendere uolueris, ne partem hæredítatís uendas. Non uendas potentíorí, sed potíus mínorí pretío des mínorí: totum autem uende plus offerentí. Melíus est grauem patí famẽ, quàm patrímonij uendítíonem. Sed melíus est partem uendere, quàm se usurís subíícere. Quíd est usura? Venenum patrímonij. Quíd est usura legalís? latro prædícens quod ínten dít. Nihil emas ín consortem potentíoris. Paruum cõsortem patíenter sustíneas, ne tíbí fortíorem socíet. Quæsíuísti de usu uíní. Qui ín díuersítate & abundantía uíní sobríus est, ílle est terrenus deus. Ebríus nihil recte facit, nísí cum ín lutum cadit. Sentís uínum, fuge consortíum. Sentís uínum, quære somnum antequam colloquíum. Qui se ebríum uerbís excusat, ebrietatem suam aperte accusat. Male sedet ín ıuuene uína cognoscere. Fuge medícũ scientía plenum, & exercítío non probatum. Fuge medícum ebríum. Caue tíbí à medíco uolente ín te experírí qualíter alíos de símílí morbo curabít. Catulos ualde paruos dímítte clerícís & reginís Canes custodes utíles sunt. Canes ad uenandum plus constant quàm conferant. Habes fílíos, díspensatores tuorum bonorum non ínstítuas. Sed díces: Sí aduersetur fortuna, quíd prodest uíuendí doctrína? Audí quíd de hoc uíderím: stultorum omíttens cõtíngentía, & tandem se excusantes sub fortuna. Euenít alíquãdo fortuna. Sed seruans doctrínam, raro accusabít fortunam. Raro enim dílígentíam cum ínfortunío socíabís: sed rarius à pígrítía ínfortunium separabís. Expectat píger sibí subuenírí à deo, quí ín mundo ísto uígílare præcepít. Tu ergo uígíla, & leuítatem expendendí cum grauítate lucrandí compensa. Appropínquat senectus: consulo qd deo potíus quàm fílío tuo te committas. Dísponís legata: consulo quod prímo seruítoribus quàm sacerdotíbus soluí mandes. Dílígentíbus personam tuam, non commíttas anímam tuam. Committe anímam tuam dílígentíbus anímam suam. Díspone de rebus ante morbum. Sæpe quís efficítur ínfirmítatís seruus, & seruus testarí non potest: líber ergo testerís, antequam seruus efficíaris. Sufficíat tíbí quod de te dictum est. De fílíjs audí. Mortuo patre fílíj quærunt díuísionem. Sí nobíles sunt, melíor est sæpe eorum per mundum dísperssio, quàm hæredítatís díuísio. Nam sæpe est grauís eorum díssolutío huíusmodí hæredítatís díuísío. Sí laboratores sunt, faciant quod uolũt. Sí mercatores sunt, tutíor est eorum díuísío, quàm cõmunío: me uni? ínfortunium alíjs ímputetur. Mater uerò fortè remarítarí quærít, stulte agít: sed ut sua peccata deploret, utínam ípsa senex accípíat íuuenem. Nam non ípsam, sed sua quærsuít: quíbus habítís, bíbet cum eo doloris calícem quem optauít: ad quem eam perducant merita damnabílís senectutís.

DIVI BERNARDI
abbatis in libros de Cõsideratiõe ad Eugeníũ pontífícem maxímum Prologus.

SVbít anímum dícta re alíquíd quod te papa beatíssime Eugení, uel ædíficet, uel delectet, uel consolετur. Sed nescío quomodo uult & non uult exíre lacrymа quídem, sed lenta oratío, dum'cerrantíbus illí contrarία ímperare contendít maíestas atq; amor. Nempe urget illa, ínhíbet ílla. Sed ítercuenít tua dígnatío, qua hoc ipsum nõ præcípís, sed petís: cũ præcípere magís te deceat. Matútte te ígít tã dígnanter cedẽte, quídní cedat pudor? Quíd est si cathedram ascendísti? Nec si ambules super pennas uentorum, subduceris affectuí. ¶ Amor dñm nescit agnoscí lium, & ín ínsulís per se satís subíectus est, obsequítur spõte, gratís obtemperat, líbere reuereτur. Non sic alíqui, nõ sic, sed aut tímore ad ísta ímpellunt, aut cupíditate. Hí sunt qui ín facíe benedícunt: mala autẽ ín cordíbus corũ. Blandíunt corã, ín necessítate deficiũt. At charítas nunquã excídit. Ego (ut uerũ fatear) matrís sum líberatus officío, sed non deprædatus affectu. Olím míhí ínuísceratus es, non tam facíle eruerís. Ascende ín cælos, descende in abyssos, nõ recedes à me, sequar te quocũq; ieris. Amaui pauperã, amabo pauperũ & díuítũ patrẽ. Non erñ si bene te nouí, quía pater pauperũ fact9, ídeo nõ pauper spíritu es. In hãc mutatiοnẽ factã esse cõfído, nõ de te, nec priorí statu tuo successísse ꝓmotiοnẽ, sed accessísse. Monebo te plane nõ ut magíster, sed ut mater, planè ut amans. Amãs magís uídear, sed eí qui non amat, eí quí uim nõ sentit amoris.

¶ *De consideratione, liber primus.*

VNde iam ergo incípíam? Líbet ab occupatiοnibus tuís, quía in his maxíme condoleo tibi. Cõdoleo díxerím, sí tamẽ doles & tu. Alioquin deleo magís díxísse debuerã, quía nõ est cõdolere ubí nemo quí doleat. Itaq; si doles, cõdoleo. Sí nõ, dolentẽ, & maxíme scíens longius à salute absístere membrũ quod obstupuít: & ægrũ sese nõ sentíentẽ, periculosius laborare. Absít autẽ ut de te íd suspícer. Nouí quíbus delícís dulcedínis tuæ nõ lõge antehac fruebare: non potes diffuere tam cíto, íta subíto non dolere nuper subtractas. Plaga recens, dolore nõ caret. Nec; enim iam occaluít uulnus, nec ín tam breuí uersum in ínsensíbíle est. Quãquã si non dissímules, nõ deest tíbí iugis materia iusti doloris à quotídíanís iacturís. Inuítus (ní fallor) auellerís à tuæ Rachelis amplexíbus: & quoties íd patí cõtígerít, totíes dolor tuus renouetur necesse est. At quãdo nõ contíngit? Quoties uís, & incassume quoties moues, nec promoues? quoties conaris, & nõ dar ultra? eníteris, & nõ parís? tẽtas & abrípís, & ubí íncípís, ibí deficís: & dum adhuc ordíris, succídítur tex? ¶ Venerunt filij usq; ad partum (aít propheta) & uires nõ habet parturiẽs. Nosti hoc, nemo te melí9. Attrítæ fídelítís es, & ínstar uítulæ Effraím doctus dílígere triturare, (pace tua) sic se habent res tuæ. Absít: hæc est pars illíus quí datus est ín reprobum sensum. Ab hís sanè cupío tíbí pacem: nõ cũ hís. Nihil plus metuo tibí pace ísta. Mírarís quõmodo unquã possít accídere? Etíam díco tíbí, sí res (ut assolet) per consuetudínẽ ín ícuríã uenerít. ¶ Noli nímís credere affectuí tuo quí nũc est, Nil tam fixum animo quod negotíj & tempore nõ obsolescat. Vulneri uetusto & neglecto callus obducítur: & eo ínsanabíle quo ínsensíbíle fit. Denique dolor contínuus & acerbus, díuturnus esse nõ patitur. Nam si nõ alíũde extundít, necesse est cedat uel sibí. Emínuero cíto aut de remedío cõsolatiοnẽ recípíet, aut de assíduítate stuporẽ. Quíd nõ ínuertat cõsuetudo? quíd non assíduítate durẽt? qd nõ usuí cedat? quãtís qd' præ amarítudíne prí9 exhorrebãt, usu ípso malein dulce conuersum est? Audí ínstũ quíd lamẽtet sup huíusce modi: Quæ prius tãgere nolebat aía mea, nunc præ angustía cíbí mei fiunt. Primũ tíbí ímportabíle uídebít aliquíd, ꝓcessu tẽporis assuescat,

assuescas iudicabis nō adeò graue, paulò, post & leue senties, paulò post nec senties, paulò post etiā delectabit. Ita paulatim in cordis duritiam itur, & ex illa in auersionem. Sic & grauis & cōtinuus dolor, citū ut dixi habiturus est exitū, aut sanitatē profectò, aut insensibilitatē. Hinc prsus, hinc tibi timui semper & timeo, ne dilato remedio dolorē nō sustinēs, periculo te irreuocabiliter desperatus immergas. ¶ Vereor inquā ne ī mediis occupatiōib⁹ (qm̄ multæ sunt) dū diffidis sinē, frōtē dures: & ita sēsim teipsum quodammodo sensu priues iusti utilisq; doloris. Multo prudenti⁹ te illis subtrahas uel ad tps, quàm patiare trahi ab ipsis, & duci certè paulatim quo tu non uis. Quæris quor ad cor durū. Nec pergas quærere qđ illud sit, si non expauisti, tuū hoc est. Solū est cor durū quod semetipsum non exhorret, quia nec sentit. Quid me interrogas? Interroga Pharaonē. Nemo duri cordis, salutē unquam adeptus est, nisi quē forte miserās deus, abstulit ab eo iuxta pphetam cor lapideū, & dedit cor carneū. Quid ergo cor durum? Ipsum est quod nec cōpūctione scinditur, nec pietate mollitur, nec mouet precibus, minis nō cedit, flagellis durat. Ingratum ad beneficia est, ad consilia infidum, ad iudicia sæuum, inuerecūdū ad turpia, impauidum ad pericula, inhumanum ad humana, temerarium ad diuina, præteritorū obliuiscēs, præsentiū negligens, futura nō prouidens. Ipsum est cui præteritorū, præter solas iniurias, nihil omnino nō præterit, præsentiū nihil nō perit, futurorū nulla nisi forte ad ulciscēdū prospectio seu præparatio est. Et ut in breui cuncta horribilis mali mala cōplectar, ipsum est qđ nec deū timet, nec hoīem reueretur. En quo trahere te habēt hæ occupationes maledictæ, si tū pergis ut cœpisti ita dare te totū illis, nil tui tibi relinquens. ¶ Perdis tps: & si licet nūc alterū me tibi exhibere Iethro, tu quoq; in his stulto labore cōsumeris, quæ non sunt nisi afflictio spirit⁹, euisceratio mentis, euacuatio gratiæ. Nam fructus horum quid nisi aranearum telæ? Quæso te, quale est illud de mane usq; ad uesperam litigare, aut litigātes audire? Et utinā sufficeret diei malitia sua, non sunt liberæ noctes. ¶ Vix relinquitur necessitati naturæ, qđ corpusculi pausatiōi sufficiat, & rursum ad iurgia surgitur. Dies diei eructat lites, & nox nocti indicat malitiā. usq; adeò non est respirare in bonis, non est alternam capescere requiem, nō uel rara interseri ocia. Nō ambigo te quoq; ista deplorare: at frustra istud, si nō & emēdare studueris. Interim tū sic semper facias hortor, nec te unquā ad ista duraueris quolibet usu
Hiere. 5. uel assiduitate. Percussi eos & nō doluerūt (ait de⁹) nihil tibi & illis. Iusti potius tibi aptare curato & affectionē &
Iob. 6. uocē, qui ait, Quæ est enim fortitudo mea ut sustineā, aut quis finis meus ut patiēter agā? Nec fortitudo lapidū fortitudo mea: nec caro mea ænea est. Magna uirt⁹ patiētiæ, sed nō hāc tibi ad ista optauerim. Interdū impatientē esse, pbabili⁹. Tu ne approbes illorū patiētiā quib⁹ Paulus di
2. Cor. 11. cebat: Libēter suffertis insipiētes, cū sitis ipsi sapientes? Ni fallor, ironia erat, & non laus, sed sugillatio quorūdam mā suetudinis, qui quasi datis manibus pseudapostolis, à quibus & seductis erāt, ad quæq; ipsorum peregrina & praua dogmata trahi se patientissime ferrent. Vnde &
Ibidem. subdens, sustinetis em̄, inquit, si quis uos in seruitutem redigit. Nō bona patiētia, cū possis esse liber, seruū te permittere fieri. Nolo dissimules seruitutē, in quā certè indies cum nescis redigeris. Hebetati cordis indiciū est, ppriā nō sentire cōtinuā uexationē. Vexatio dat intellectū auditui (ait qdā)
Nota. uerū est, sed si nimia nō fuerit. nam si sit, non planè intellectum dat, sed cōtēptū. Deniq; impi⁹ eū in pfundū malorū uenerit, contēnit. Expergiscere ergo, & pessimæ seruitutis iugū iam iāq; imminēs, imo iam nō modice premens, non tātū caue, sed horre. An ideo nō seruus, qa non uni seruis, sed oibus: nulla turpior seruitus grauiorue quàm seruit⁹ Iudæorum: quā quocunq; ierint, post se trahunt, & ubiq; dīos offendūt suos. Tu quoq; dic quæso ubi unquā sis liber, ubi tut⁹, ubi tuus. Vbiq; strepitus, ubiq; tumult⁹, ubiq; iugū tuæ seruitutis te p̄mit. Nec mihi reponas nūc aplī uocē, qua ait: Cum essem liber ex oībus, omniū seruū me feci. Longe est istud à te. Nunqd hac ille seruitute hominibus inseruiebat in acqsitione turpis quæstus? Nunqd ad eū de toto orbe cōfluebāt ambitiosi, auari, simoniaci, sacri legi, concubinarij, incestuosi, & quæcunq; istiusmodi monstra hoīm: ut ipsius apostolica authoritate uel obtinerēt honores ecclesiasticos, uel retinerent? Ergo seruū se fecit homo, cui uiuere Xps erat & mori lucrum, ut plures lucrifaceret Xpō, nō ut lucra augeret auaritiæ. Non est igitur q de solertissima Pauli industria & charitate tā libera quàm liberali, seruili eōuersationi tuæ patrocinium sumas. Quā tuo dignius apostolatu, quā salubrius tuæ cōscientiæ, quā fructuosius ecclesiæ dei audias potius ipsum dicentē: Precio 1. Cori. 7. empti estis: nolite effici serui hominū. Quid seruilius indignusq; (præsertim summo pontifice) quàm non dico oīni die, sed penè oīni hora, insudare talib⁹ reb⁹ & pro talibus? Deniq; qñ oram⁹, qñ docem⁹ pplos, qñ ædificamus ecclesiā, qñ meditamur in lege? Et quidē quotidie perstrepunt in palatio leges: sed Iustiniani, nō dñi. Iusténe etiā istud? Tu uideris. Nā certè, lex dñi immaculata, cōuertens aīas. Psal. 18. Hæ aūt nō tam leges quàm lites sunt & cauillationes, subuertētes iudiciū. Tu ergo pastor, & eps aīarum, qua mēte obsecro sustines corā te semper silere illā, garrire istas? Fallor, si nō mouet tibi seru pulū peruersitas hæc. Puto qđ & interdū cōpellat clamare ad dīm cū ppheta: Narrauerūt Psal. 118. mihi iniqui fabulatiōes, sed nō ut lex tua. Ergo & te aude liberū, pfiteri sub tam grauí mole inconueniētiæ huius, & cui fas nō sit ceruicē subducere. Nā si potes & nō uis, multo magis seruus es huj⁹ ipsius tā peruersæ uolūtatis tuæ. An nō seru⁹, cui dīnatur iniqtas? Et maxime. Nisi tu forte indignius iudices hoīem tibi quàm uitiū dīnari. Quid interest, uolens seruias an inuitus? Nā & si coacta seruit? miserabilior, sed affectata miserior est. ¶ Et quid uis me facere inquis? Vt tibi ab his occupationib⁹ parcas. Impossibile fortasse respōdebis, facilius cathedræ ualedicere posse. Recte hoc, si rumpere & nō magis interrūpere ista horterer. Audi ergo qd redarguā, qd suadeā. Si quod uiuis & sapis, totum das actioni, cōsiderationi nihil, laudo te: in hoc nō laudo. Puto q & nemo qui à Salomone audierit, q minoratur actu, percipiet sapientiā. Certe nec ipsi actioni expedit consideratione nō præueniri. Si itē totus uis esse omniū, instar illius qui oībus oīa factus est, laudo humani- 1. Cori. 9.
tatē, sed si plena sit. Quō autem plena, tē excluso: & tu homo es. Ergo ut integra sit & plena humanitas, colligat & te intra se sinus qui oēs recipit. Alioquin quid tibi pdest iuxta uerbum dñi, si uniuersos lucreris, te unum perdens? Matt. 6.
Quāobrē cū oēs te habeāt, esto etiā tu ex habētib⁹ unus. Roma. 1.
Quid solus fraudaris munere tui? Vsq; quo uadēs spiritus Psal. 77. 3
& nō rediēs? Vsq; quo nō recipis te & ipse inter alios uicetuar? Sapientibus & insipientibus debitor es, & soli negas te tibi? Stultus & sapiēs, seruus & liber, diues & pauper, uir & fœmina, senex & iuuenis, clericus & laicus, iustus & impius, omnes pariter participāt te, omnes de fonte publico bibunt pectore tuo: & tu seorsum sitiens stabis? Si maledictus qui partem suā facit deteriorē, quid ille qui se penit⁹ reddit expertē? Sanè deriuent aquæ tuæ in platēas: hoīes & iumenta & pecora bibant ex eis: quin & camelis pueri Abrahæ potū tribuas: sed inter cæteros bibe tu de fonte putei tui. Alien⁹, inqt, nō bibat ex eo. Numqd tu alienus? Cui nō alienus, si tibi es? Deniq; q sibi nequā, cui bonus? Memēto pinde nō dico semp, nō dico sæpe, sed uel inter- Eccle. 4.
dum reddere teipsum tibi. Vtere tu quoq; te iter multos, aut certé post multos. Quid indulgentius? Hoc em̄ dico sm̄ indulgentiā, non sm̄ iudiciū. Puto & ipso apostolo indulgentiorem me in hac parte. Ergo plusquā oportet inquis nō inficior. Quid si ita oporteat? Nā tu (ut cōfido) nostra non eris meticulosa informatione cōtentus, sed abundabis magis. Sanè sic decet, te scilicet abundātiorē quàm me audaciorem esse. Ego quoq; mihi tutius iudico apud maiestatē timiditate quàm temeritate periclitari. Et fortassis nō secus moueri sapientē oportuit, ut sit qđ scriptū

Universidad de Deusto Biblioteca

puer.9. & 1.Cor.6. est: Da occasionē sapienti,& sapiētior erit. ¶Audi tamen apostolū quid de hmōi sentiat: Sic non est inter uos sapiēs

Idem. ait ille,qui iudicet inter fratrem & fratrem. Et infert: Ad ignominiā uobis dico:contemptibiliores qui sunt in ecclesia,illos constituite ad iudicandū.Itaq; fm apostolum, indigne tibi usurpas tu apostolicus officiū uile, gradum contemptibiliū.Vnde & dicebat eīs,episcopū instruens:

2.Tim.2. Nemo militās deo,implicat se negocijs secularibus. Ego autem parco tibi.Non enim fortia loquor,sed possibilia. Putásne hæc tempora sustinerent si hominibus litiganti-bus pro terrena hæreditate,& flagitantibus abs te iudi-

Luc.12. cium,uoce dñi tui respōderes: O homines,quis me constituit iudicē super uos: In quale tu iudicium mox uenires: Quid dicit homo rusticanus & imperitus, ignorans primatum suū,inhonorans summā & præexcelsam sedem,derogans apostolicæ dignitati: Et tñ non monstrabunt puto qui hoc dicerent,ubi aliquando quispiā apostolorum iudex sederit hominum,aut diuisor terminorū,aut distri-

Actu.5. butor terrarum.Stetisse denicq; lego apostolos iudicādos, sedisse iudicātes nō lego.Erit illud,non fuit. Itáne immi-nutor est dignitatis seruꝰ,si nō uult esse maior dño suo:aut discipulus si nō uult esse maior eo qui se misit: aut filius si non transgreditur terminos quos posuerunt patres suis: Quis me cōstituit iudicem ait ille dñs & magister: & erit iniuria seruo discipuloq; nisi iudicet uniuersos: Mihi tamen non uidetur bonus æstimator rerum,qui indignum putat apostolis seu apostolicis uiris non iudicare de talibus,quibus datum est iudicium in maiora. Quidni contemnant iudicare de terrenis possessiūculis hominum,qui in cælestibus & angelos iudicabūt: Ergo in crimínibus, non in possessionibus potestas uestra: qm̄ propter illa,& non propter has,accepistis claues regni cælorū: præuari-

Matt.9. catores utiq; excluduri,nō possessores.Vt sciatis(ait) qa filius hominis habet potestatē in terra dimittendi peccata,& cætera.Quænā tibi maior uidetur & dignitas & potestas,dimittendi peccata,an prædia diuidendi: Sed non est cōparatio.Habēt hæc infima & terrena iudices suos,reges & principes terræ.Quid fines alienos inuadítis: Quid falcem uestram in alienā messem extenditis: Nō quia indigni uos,sed quia indignum uobis talibus insistere: quippe potioribus occupatis.Denicq; ubi necessitas exigit: au-

1.Cor.6. di: quid censeat, non ego,sed apostolus.Si enim in uobis iudicabitur hic mundus,indigni estis qui de minimis iudicetis.Sed aliud est incidenter excurrere in ista, causa quidem urgente,aliud ultro incumbere istis tanquā magnis digniscq; tali & taliū intentione rebus.Itaq; hæc & innumera talia dicerē,si fortia dicerem,si recta,si syncera.

Ephes.5. ¶Nunc autē qm̄ dies mali sunt,sufficit interim admonitū esse,non totum te,nec semper dare actioni, sed considerationi aliquid tui & cordis & temporis sequestrare.Hoc autem dico necessitatem intuens,non æquitatem: quanquā non sit præter æquum necessitati cedere Nam si liceret qđ deceret,absolute per omnia & in oibus præferendā & uel solam uel maxime colendā eam quæ ad oīa ualet,idest pietatē,prorsus irrefragabilis ratio monstrat.Quid sit pietas quæris: Vacare considerationi.Dicas forsitan in hoc dissentire me ab illo qui pietatem diffiniuit cultum dei.Non est ita.Si bene consideras,illius sensum meis expressi uerbis,& si tñ ex parte.Quid tā pertinēs ad cultum dei,quàm

Psal.45. quod ipse hortatur in psalmo,Vacate & uidete quoniam ego sum deus.Quod sanè in partibꝰ cōsiderationis præcipuum est. Quid denicq; tam ad oīa ualens,quàm quæ ipsius quoq; actionis partes benigna quadā præsumptione suas facit,præagendo quodāmodo & præordinādo quæ agenda sunt: Necessario sanè, ne fortè quæ & præuisa & præmeditata poterāt esse proficuo,præcipitata magis periculo fiant.Quod tibimet,si recordaris,in ipsis actionibꝰ causarū,& in magnis quibuscq; negocijs,magnarúmue cōsiliis rerum,frequenter accidisse nō ambigo.¶Et primum quidē ipsum fontē suū,id est mentem de qua oritur,purificat cōsideratio.Deinde regit affectus,dirigit actus, corrigit excessus,componit mores,uitam honestat & ordinat. Postremò diuinarum pariter & humanarū rerū scientiam confert.Hæc est quæ confusa disterminat,hiantia coniungit, sparsa colligit,secreta rimatur,uera uestigat,uerisimilia examinat,ficta & fucata explorat.Hæc est quæ agenda præordinat,acta recogitat,ut nihil in mēte resideat aut locum rectū,aut correctione egens.Hæc est quæ in prosperis aduersa præsentit,in aduersis quasi non sentit,quorum altera fortitudinis,alterū prudētiæ est.Ibi etiam admonere tibi est suauissimū quendā cōcentū complexūq; uirtutis, atq; alterā pendere ex altera:sicut hoc loco uides fortitudinis matrē esse prudentiā:nec fortitudinē,sed temeritatē esse quemlibet ausum quē non parturiuit prudentia.Hæc item est quæ inter uoluptates & necessitates media quasi quædam arbitra sedens,utrinq; certis limitibus disterminat fines,istis assignans & præbens quod sat est,illisq; quod nimis est demens:& sic ex alterutro tertiā formans uirtutē quam dicunt temperantiā.Nempe intemperātem ipsa considerātio cēset tam eum qui necessarijs pertinaciter denegat, quàm qui indulget superfluis.Non ergo est temperantia in solis resecandis superfluis:est & in admittendis necessarijs.Huius sententiæ apostolus nō fautor tantum,sed author esse uidetur,qui curā carnis nostræ docet non perficere in desiderio.Dicens siquidē curā carnis nō perficias,superflua cohibet,addens in desiderio,necessaria non excludit. Vnde mihi uidetur nō oīno absurde diffinire temperātiā, qui hanc nec p̄cidere necessitatē,nec excedere dicat iuxta illud philosophi,Ne quid nimis.Iam de iustitia quæ una ex quatuor est,nomne cōstat cōsideratiōe mētē præuenire, ut se formet in ea:Se em̄ necesse est prius cogitet,uter se normam ducat iustitiæ,nec factura utiq; alteri quod sibi fieri nolit,nec quod sibi uelit fieri negatura.In his nempe duobꝰ liquet integræ esse iustitiæ statū.Sed nec ipsa solitaria est.¶Intuere etenim nunc mecū etiā huius pulchri cōnexionē & cohærētiā cum temperātia,& item ambarū cum duabꝰ superioribꝰ,id est prudētia & fortitudine.Ni cum iustitiæ dicatur portio,quod sibi non uult fieri quis, alij non facere:porrò perfectio qđ ait dñs,quæcūq; uultis ut faciant uobis hoīes,& uos facite illis:neutrū horūce, nisi ipsa uoluntas de qua tota ducitur forma,sic ordinata fuerit:ut nec uelit aliquid superfluū,nec necessarium quid superstitiose nolit,quod quidē temperantiæ est.Denicq; & ipsi iustitiæ ut iusta sit,temperantia modū imponit.Nolit enimiū esse iustus(ait sapiens)ostendens per hoc minime approbandā iustitiā quæ temperantiæ moderamine non frenetur. Quidq; & ipsa sapientia hoc temperātiæ frenū non respuit,dicente paulo fm sapientiā à deo sibi data, Non plus sapere quàm oportet sapere,sed sapere ad sobrietatem: Sed & econuerso q temperātiæ necessaria iustitia sit, ostendit dominꝰ arguens in euāgelio illorū temperantiā qui abstinebāt ut uiderētur hominibus ieiunātes.Erat in cibo temperātia,sed non iustitia in animo: quia non deo placere,sed hominibus intendebant. Quomodo rursum uel ista uel illa sine fortitudine:cum cōstet fortitudinis esse non mediocris,cohibere uelle & nolle suum, inter angustias parum & nimis:ut sit cōtenta uoluntas modo illo medio,nudo,puro,solo,cōstante sibi,æquali undiq; sui,utpote ex omni parte pariter circumciso,quem solum constat esse uirtutis.Dicito mihi quæso si potes,cui nam potissimum triū harū uirtutū meditullīū hoc daudū censeas, quod ita cunctis conterminum est,ut uideatur esse communi singularum: An ipsum uirtus est,& nihil aliud: Sed sic uirtus non esset multiplex:sed essent oēs una.An potius quæ sine eo uirtus nō est,omnium quodāmodo intima uisura est & medulla uirtutū,in qua sic uniuntur ut proinde una uideantur omnes:præsertim quod nō illud participando cōmunicant:sed totum à singulis atq; integrū possiderunt. Verbi causa.Quid tam iustitiæ, quàm modus: Alioquin si quid extra modū relinquit,nō planè cuiq; tribuit quod suū est,quod tamen suū ipsius est facere.Quid tā rursum temperantiæ,quæ non aliunde profectò temperantia est, nisi q

nisi q̄ nil immoderatū admittit: Sed puto fatebere etiā nō minus esse fortitudinis, cum uel maxime ipsa sit quæ ab irruentibus uitijs, & quasi hincinde suffocare conantibus, purū illud potenter eruit & uendicat in quoddam stabile fundamentum boni, sedemq̄ uirtutis. Ergo modum istū tenere iustitia est, temperantia est, fortitudo est. Sed uide ne in hoc differant, ut iustitiæ quidē in affectu res sit: à fortitudine autē efficacia eius: porrò possessio eius atq̄ usus, apud temperantiā. ¶ Restat iam ut doceamus ab hac communione prudentiā non excludi. Nónne ipsa est quæ modum diu animi neglectu posthabitū, & uitiorum inuidia quasi in abditis reclusum, & coopertū quadā uetustatis caligine, prior reperit & aduertit? Propterea dico tibi à paucis aduertitur, quia paucorum prudentia est. Itaq̄ iustitia quærit, prudētia inuenit, uendicat fortitudo, temperantia possidet. Non mihi hoc loco propositum est de uirtutib⁹ disputare, sed hoc dixerim hortās ad uacandū considerationi, cuius beneficio hæc & silia aduertūtur. Cui tam pio tāq̄ utili ocio nullā in uita operā dare, nónne uitam pdere est? Quid tū? Si te philosophiæ huic totū repetente deuoueris, prædecessores tui nō ita consueuerūt: eris molestus quàm pluribus, quasi qui à patrū uestigijs subito deuiaueris. Nempe id uideberis agere in suggillationē illorū. Sed & notabere uulgari ꝓuerbio: quí hoc facit quod nullus, mirantur omnes: ueluti quí cupias admirationi fore. Nec potes corū omnia simul & subito uel errata corrigere, uel excessus redigere in modum. Erit cum acceperis tempus, ut fm sapientiā tibi à deo datā paulatim & opportune id studeas. Interim sanè malo alterius utere in bonum quod potes. Quāquā si de bonis, & nō de nouis sumamus exempla, nō defuere Romani pōtifices quí sibi ocia inter maxima negocia inuenirent. Obsidio urbi, & barbaricus ensis ciuiū ceruicibus imminebat: numquid tamen istud terruit beatū Papam Gregoriū quominus sapientiā scriberet in ocio? Eo nempe tēporis (quod ex eius præfatiōe liquet) obscurissimā & extremā partem Ezechielis tam diligenter quàm elegāter exposuit. Sed esto. Alius inoleuit mos: dies alij sunt: & alij hoīm mores: & tempora periculosa non instant iam, sed extant: Fraus & circumuentio & uolētia inualuere super terram. Calūniatores multi: defensor rarus. Vbiq̄ potētiores pauperiores opprimunt: non possumus deesse oppressis: nō negare iniuriā patiētibus iudicium. Nisi agitentur causæ, audiātur partes, inter partes iudicare quis potest? Agitētur causæ: sed sicut oportet. Nam is modus quí frequentatur, execrabilis planè: & quí non dico ecclesiam, sed nec forum deceret. Miror nanq̄ quemadmodū religiosæ aures tuæ audire sustinent hmōi disputationes aduocatorū, & pugnas uerborum, quæ magis ad subuersionē quàm ad inuētionē proficiunt ueritatis. Corrige prauū morē: & præcide linguas uaniloquas: & labia
Hier.4. dolosa claude. Hi sunt quí docuerunt linguas suas loqui mendaciū, diserti aduersus iustitiam, eruditi pro falsitate. Sapiētes sunt ut faciāt malum: eloquētes ut impugnēt uerum. Hi sunt quí instruunt à quibus fuerant instruendi, astruunt nō cōperta, sed sua: struūt de proprio calūnias in nocētiæ: destruūt simplicitatē ueritatis: obstruunt iudicij
Nota. uias. Nihil ita absq̄ labore manifestā facit ueritatē, ut breuis & pura narratio. Ergo illas quas ad te necesse erit intrare causas (neq̄ eīm oēs necesse erit) diligenter uelim: sed breuiter decidere assuescas: frustratorias q̄ & uenatorias præcidere dilationes. Causa uiduæ intret ad te, causa pauperis, & eius quí non habet quod det. Alijs alias multas poteris committere terminandas, quāplures nec dignas audientia iudicare. Quid eīm opus est admittere illos quorum peccata manifesta sunt præcedētia ad iudiciū? ¶ Tāta est impudētia nōnullorū, ut cū manifeste ambitionis prurigine scateat tota facies causæ eorū, non erubescāt audiētiam flagitare, publicātes semeptipsos ad multorū cōscientias: in quo uel suæ solius satis poterāt confundi iudicio. Non fuit quí retonderet attritas frontes: & ideo plures facti sunt, & magis īduruerūt. Sed & nescio quomodo uitio sus conscientias uitiosorum nō refugit: & ubi oēs sordēt, unius fœtor minime sentitur. Quis eīm unquā uerbi causa auarū auarus, immūdū immūdus, luxuriosum luxuriosus erubuit? Plena est ambitiosis ecclesia: non est iam quod exhorreat in studijs & molitionibus ambitionis: non plus quàm spelūca latronū in spolijs uiatorū. Si Xp̄i discipul⁹ es, ignescat zelus tuus, exurgat authoritas aduersus impudentiā hanc & generalē pestē. Intuere magistrū sic facientem, & audí dicentē: Quí mihi ministrat, me sequatur. Nō Ioā.12.
parat aures ut audiat: sed flagellū quo feriat. Verba nec facit nec recipit, nec enim sedet iudicans, sed insequitur puniens. Causam tū non tacet: q̄ uidelicet domum orationis negociationis fecissent. Ergo & tu fac similiter. Erubescāt ultū tuū istiusmodi negociatiores, si fieri potest: si non, timeant. Et tu flagellum tenes. Timeant nummularij, nec fidant in nūmis, sed diffidāt: absc̄dant æs suū à te: scientes effundere quàm accipere paratiorē. Hoc studiose & cōstāter agēdo, multos lucrifacies turpium sectatores lucrorū, honestioribus officijs uendicando: multos ne uel audeant huiusmodi attētare, seruabis. Adijce illud, q̄ nō parū proficiet & ad ferias quas tibi suadeo. Ita nempe non pauca tibi momēta temporū redimes ad uacandū considerationi: quædā ut dixi negocia nec audiēdo, quædā alijs cōmittēdo: quæ tua digna putaueris audiētia, fideli quodam & accōmodo ipsi causæ compendio terminādo. De qua consideratione his addere aliqua cogito, sed sub alterius sanè principio libri. atq̄ hic sit finis istius: ne duplo te oneret minus suauis oratio, si & longa fuerit.

¶ De *consideratione*. *Liber secundus*.

MEmor promissi mei, quo ecce iam aliquandiu teneor apud te uir optime papa Eugeni, uolo ipso absoluere uel sero. Puderet dilationis, si mihi conscius forem incuriæ aut contemptus. Non ita est: sed incidimus (ut ipse nosti) in tēpus graue. Quod & ipsi penè uiuendi usui uidebatur indicere cessationem, nedum studijs: cum dīs scilicet prouocatus peccatis nostris, ante tempus quodāmodo uisus sit iudicasse orbē terræ, in æquitate quidem, sed misericordiæ suæ oblitus. Nō
pepercit populo suo, nō suo nomini. Nónne dicūt in gen- Psal.113.
tibus, ubi est deus eorū? Nec mirū. Ecclesiæ filij & quí christiano censent noīe, prostrati sunt in deserto, aut interfecti gladio, aut fame consumpti. Effusa est contētio super prin
cipes, & dīs errare fecit eos in inuio & non in uia. Contri- Psal.160.
tio & infelicitas in uijs eorum. Pauor & mœror & confusio in penetralibus regum ipsorum. Quàm confusi pedes euāgelizātiū pacē, annūciātiū bona? Diximus pax, & non est pax: promisimus bona, & ecce turbatio. Quasi uerò temeritate in opere isto aut leuitate usi simus. Cucurrim⁹ planè in eo nō quasi in incertum, sed te iubente, imo per te deo. Quare ergo ieiunauimus & non aspexit, humiliauim⁹ animas nostras & nescíuit? Nam in his omnibus non est auersus furor eius: sed adhuc manus eius extenta. Quàm patiēter interim adhuc audit uoces sacrilegas, & Aegyptios Exo.32.
blasphemantes, quia callide eduxit eos ut occideret in deserto? Et quidem iudicia dei uera, quis nesciat? At iudiciū Psal.18.
hoc abyssus tanta, ut uidear mihi non immerito pnuncia
re beatū, quí non fuerit scādalizatus in eo. Quō tū huma- Nota.
na temeritas audet reprehēdere, q̄d minime cōprehēdere ualet? Recordemur supernorum iudiciorum quæ à seculo sunt, si fortè sit consolatio. Nam quidam ita dixit: Memor Psal.118.
fui iudiciorū tuorū à seculo dñe: & cōsolatus sum. Rem dico ignotā nemini, & nunc memini notā. Nēpe sic se habēt mortaliū corda, quod scimus cū necesse nō est, in necessitate nescim⁹. Moyses eductur⁹ populū de terra Aegypti, Exodi.3.
meliorē illis pollicitus est terrā. Nam quādo ipsum aliter sequeretur populus solam sapiens terrā? Eduxit: eductos tamē in terrā quam promiserat non introduxit. Nec est q̄ ducis temeritati imputari queat tristis & inopinatus euētus. Omnia faciebat domino imperāte, dño cooperante, & opus confirmante, sequētibus signis. Sed populus ille inquis duræ ceruicis fuit, semper cōtentiose agens contra

dominū,& Moysen seruum eius.Bene illi incredulí & rebelles.Hí autē quidē Ipsos interroga.Quid me dicere op⁹ est quod fatētur ipsi:Dico ego unum.Quid poterant profícere,qui semper reuertebantur cum ambularent:Quando& isti per totam uiam non redierūt corde in Aegyptū:
Psal.72. Q; si illi ceciderunt & perierunt propter iniquitatē suam, miramur istos eadē facientes eadem passos:Sed nunquid illorū casus aduersus promissa dei:Ergo nec istorū.Neq; enim aliquādo promissiones dei,iustitiæ dei præiudicant. Et audi aliud. Pecauit Beniamin, accigūtur reliquæ tribus ad ultionem:nec sine nutu dei.Designauit denicq; ipse ducem præliaturis.Itaq; præliantur freti & manu ualidiori,& causa potiori:& quod his maius est,fauore diuino.
Psal.65. At quàm terribilis deus in consiliis super filios hominum. Terga dedere sceleratis ultores sceleris,& pauciorib⁹ plures.Sed recurrunt ad dominum,& dominus ad eos.Ascēdite inquit.Ascendunt denuo,denuoq; fusi & cōfusi sunt. Ita deo primū quidē fauente,secūdo & iubente,iusti iustū certamen ineunt,& succumbūt.Sed quo inferiores certamine,eò fide superiores inuēti sunt.Quid putas de me facerent isti si meo hortatu iterato ascenderent,iterato succumberent:Quando me audirent monentē tertio repetere iter,repetere opus in quo semel & iam secundo frustrati forēt:Et tñ Israelitæ unā & alterā nō reputantes frustrationem,tertio parent,& superant.Sed dicunt forsitan isti: Vnde scimus qđ à dño sermo egressus sit:Quæ signa tu facis,ut credamus tibi:Non est quod ad ista ipe respondeā: parcēdum uerecundiæ meæ.Respōde tu pro me & pro te ipso,ſm ea quæ audisti & uidisti:aut certè secūdū qđ tibi inspirauerit deus.Sed fortè miraris me prosequi ista, qui aliud proposuerā.Facio non oblitus propositi,sed quo à proposito non iudicē aliena.Nempe de consideratiōe(ut memini)sermo mihi ad tuā dignationem.Et sanè magna ista res,& egens consideratione non minima.Q; si res magnas à magnis considerari oportet,cui æque ut tibi id studij competit,qui parem super terram non habes:Sed tu secundū sapietiā& potestatē datā tibi désuper facies de hoc. Non est meæ humilitatis dictare tibi sic uel sic fieri quicquam.Sufficit intimasse oportere aliquid fieri unde & ecclesia cōsoleť,& obstruatur os loquentiū iniqua.Hæc pauca uice apologiæ dicta sint,ut ipsa qualiacunq; habeat cōscietia tua ex me,unde habeat me excusatum & te pariter.
Esaiæ.5. etsi non apud eos q facta ex euentib⁹ æstimant,certè apud teipsum.¶Perfecta & absoluta cuiq; excusatio, testimoniū cōscientiæ suæ.Mihi pro minimo est ut ab illis iudicer,q dicūt bonū malū:& malū bonū,ponentes lucē tenebras, & tenebras lucem.Et si necesse sit unum fieri è duobus,malo in nos murmur hominū quàm in deum esse.Bonum mihi si dignetur me uti pro clypeo.Libens excipio in me detrahentiū linguas maledicas,& uenenata spicula blasphemorū,ut nō ad ipsum perueniāt.Non recuso inglorius fieri,ut non irruatur in dei gloriam.Quis mihi det gloriari
Psal.68. in uoce illa,q; propter te sustinui opprobriū:operuit cō fusio faciem meā:Gloria mihi est consortem fieri Christi,
Ibidem. cuius illa uox est,opprobria exprobātium tibi ceciderūt super me.Nunc iam recurrat stilus ad suā materiā,& in ea quæ ꝓposueramus,suo tramite gradiatur oratio.¶Et primo quidē ipsam cōsiderationē quid dicam,considera.Nō enim idē per oia quod cōtēplationē intelligi uolo:q; hæc ad rerū certitudinē,illa ad inquisitionē magis se habeat. Iuxta quem sensum potest contemplatio quidē diffiniri, uerus certusq; intuitus animi de quacunq; re,siue apprehēsio uerí non dubia.Consideratio autem intensa ad inuestigandū cogitatio,uel intensio animi uestigantis uerū quāquam soleāt ambæ pro inuicē indifferenter usurpari.Iam quod ad cōsiderationis attinet fructū,quatuor ut occurrunt tibi cōsiderāda reor,te,quæ sub te,quæ circa te,quæ supra te sunt.A te tua consideratio inchoet,ne frustra extē
Matt.16. daris in alia te neglecto.Quid tibi ꝓdest si uniuersum mūdum lucreris,te unum perdens:Et si sapiens sis,deest tibi ad sapientiā si tibi non fueris.Quantū uero:Vt quidē sem serim ego,totum.Noueris licet omnia mysteria,nouerís lata terræ,alta cæli,profunda maris:si te nescieris,eris similis ædificanti sine fundamēto,ruinā nō structuram facies. Quicqd extruxeris extra te,erit instar congesti puluis uentis obnoxiū.Non ergo sapies,qui sibi nō est.Sapiens sibi sapiēs erit:& bibet de fonte putei sui primus ipse.¶ Te proinde incipiat tua cōsideratio,nō solū aūt,sed & in te finiat.Quocūq; euagetur,ad te reuocaueris eam cum fructis fructu.Tu primus tibi,tu ultimus.Sume exemplum de summo omniū patre,uerbū suum & emittēte & retinente. Verbū tuum,cōsideratio tua.Qđ si procedit,nō recedat. Sic progrediat,ut non egrediat.Sic exeat,ut non deserat. In acquisitione salutis nemo tibi germanior unico matris tuæ. Contra salutem propriam cogites nihil. Minus dixi contra:præter dixisse debuerā.Quicqd se considerationi offerat quod nō quoquo modo ad tuā ipsius salutem pertineat,respuendū.Et hæc tui cōsideratio in tria quæsi dividitur,si cōsideres quid,quis & qualis sis.Quid in natura,quis in persona,qualis in moribus.Quid uerbi gratia, homo.Quis,papa uel summus pontifex.Qualis,benignus, mansuetus,uel quicquid tale.Quāquā primum illud philosophicū sit magis quàm apostolicū uestigare:attamen et in diffinitione hominis,quē dicūt aīal rationale mortale, quod diligentius intueri si libet,licet.Nō est quod tua in eo aut ꝓfessioni obuiet,aut dignitati:est uerò qđ salutí inferre queat.Nā cōsiderāti duo hæc simul rationale mortalesq;,is tibi exinde occurrit fructꝰ,ut & mortale q̄ in te est, rationale humiliet,& rursum rōnale mortale cōfortet. Q; neutrum neglectui erit homini circūspecto.Si qua adhuc præsens cōsideranda requirit locus,tractabuntur infra,& fortè utilius ex partium collatione.¶Nunc quis sis,& de quo sis factus aduertēdū.Quāquā q̄ dixi de quo,id mihi prætereundū putem,tuæ potius relinquendū agnitioni. Illud dico indignum tibi citra perfectum agere de tanto sumpto perfectione.Quidni erubescas minimus inueniri in magnis,qui te recordaris magnū in minimis extitisse. Non es oblitus primæ professionis:nō excidit menti quæ subducta est manui,sed ne affectui quidem.Ipsam ad singula tua imperia,iudicia,instituta,habere præ oculis erit inutile.Hæc te cōsideratio facit honoris contēptorem, in honore etiā ipso.Atq; id magnū:Non recedat à petere:clypeus est tibi,uel à sagitta illa:hō cum in honore esset, nō intellexit.¶Loquere ergo tibi,Abiectus eram in domo dei mei.Quale est hoc,de paupere & abiecto leuari superbientes & regnare:Quis ego,aut quæ domus patris mei,ut sedeā excelsis sublimior:Sanè q dixit mihi,amice ascende superius:amicū fore fidit.Si minus inueniar:non expedit quidem.Qui eleuauit:& deiecere potest.Sera querela eleuans allisisti me.Non est quod blandiaſ celsitudo:solet tudo maior.Illa discrimen intendit:hæc amicum probet. Huic accingamur,si nolumus tandē cum rubore uoluptum locū tenere.Factum superiorē dissimulare nequimus, sed enim ad quid,omnimodis attendendū.Non enim ad dominandū opinor.Nam & ꝓpheta cū similiter leuaret, audiuit:Vt euellas,& destruas,& dissperdas,& dissipes,& ædifices,& plantes.Quid horum faustum sonat:Rusticani magis sudoris schemate quodā labor spiritalis expressus est.Et nos igitur ut multum sentiamus de nobis:impositum sensimus ministerium,non dominium datum.Nec sum ego maior propheta:& si fortè par potestate,sed meritorum non est cōparatio.Hæc loquere tibi:& doce teipsum,qui alios doces.Puta te uelut unum aliquem de prophetis.An non satis ad te:Et nimium.Sed gratia dei es id quod es.Quidē Esto quòd propheta:numquid plus quam propheta:Si sapis,eris cōtentus mēsura quam tibi mētus est deus.Nam quod amplius est:à malo est.Disce exemplo ꝓphetico præsidere nō tam ad imperitādū quàm ad fabricandum quod tēpus reqrit.Disce sarculo tibi op⁹ esse,nō sceptro:ut opus facias prophetæ.Et quidē ille non regnaturus ascendit: sed extirpaturus. Putás ne & tu inueniri aliquid elaborandū in agro domini tui:Et plurimū.Non planè totum

planè totū quiuerę emūdare prophetæ: aliquid filijs suis
aplis qđ agerent reli querunt: aliquid ipsi parētes tui tibi.
Sed nec tu ad omne sufficies. Aliquid ꝓfectò tuo relictur⁹
es successori: & ille alijs: & alij alijs usq; in finē. Circa unde-
cimam deniq; horam operarij ocij arguunt: & mittuntur
Luce.10. in uineā. Antecessores tui apostoli audierunt, quia messis
quidem multa, operarij uerò pauci. Paternam tibi uendi-
Gala.4. cato hæreditatem. Nam si filius, & hæres ut probes hære-
dem, euigila ad curam, & non ocio torpeas: ne & tibi dica
Matt.20. tur: Quid hic stas tota die ociosus? Multominus inuenirí
oportet aut delicijs resolutum: aut resupinū pompis. Nil
horum tibi tabulæ testatoris assignant. Sed quid? Sí illa-
rum tenore contentus sis: curam potius hæreditabis &
operam, quàm gloriā & diuitias. Blanditur cathedra. Spe
cula est. Inde deniq; superintendís: sonās tibi ēpí nomine
non dñium, sed officium. Quídni loceris in eminentí, un-
de prospectes oia, qui speculator super omnia cōstitueris?
Enimuerò prospectus iste, pnctū parit, nō ociū. Quando
libet gloriarí, ubí ociarí non licet? Nec locus est ocio, ubí
sedula urget solicitudo omniū ecclesiarum. Nā quid tibi
Actuū.3. aliud dimísit sanctus apls? Quod habeo íngt, hoc tibí do.
Quid illud? Vnū scio: nō est aurū neq; argentū: cum ipse
dicat, Argentum & aurū nō est mihí. Sí habere cōtingat,
utere non pro libitu: sed pro tpe. Sic erís utens illís quasi
nō utens. Ipsa quidem (quod ad animí bonū spectat) nec
bona sunt nec mala. Vsus tamē horū bonus: abusio mala:
solicitudo peior, quæstus turpior. Esto ut alia quacunq;
ratione hæc tibí uendices: sed nō apostolico iure. Nec eñ
tibí ille dare quod non habuit, potuit. Quod habuit, hoc
Ibidem. dedit: solicitudinē ut dixí super ecclesias. Nunqd domína
tionē? Audí ipsum: Non dominātes ait in clero: sed forma
facti gregis. Et ne dictum sola humilitate putes, non etiam
Luce.22. ueritate: uox dñi est in euangelio, Reges gētiū domínan-
tur eorū: & qui potestatem habent super eos, benefici uo-
cantur. Et infert: Vos autē nō sic. Planum est: apostolis in-
terdicitur dominatus. Ergo tu: & tibi usurpare aude aut
dominans apostolatū, aut apostolicus dominatum. Planè
ab alterutro prohiberís. Sí utrūq; similiter habere uoles:
perdes utrumq;. Alioquín non te exceptum illorum nume
Ose.8. ro putes, de quibus quæritur deus sic: Ipsi regnauerunt,
& non ex me príncipes extiterūt, & nō cognoui eos. Iam
si regnare sine deo iuuat: habes gloriam: sed nō apud deū.
Luce.22. At si interdictum tenemus: audiam⁹ edictum: Qui maior
est uestrum, fiat, sicut iunior: & qui præcessor est, sicut q
ministrat. ¶ Forma apostolica hæc est, dominatio interdí-
citur: indicitur ministratio. Quæ & commendatur ipsius
Ibidem. exemplo legislatoris: qui secutus adiungit. Ego autem in
medio uestrum sum tanquā qui ministrat. Quis se iam titu
lo hoc inglorium putet, quo se prior dñs gloriæ præsigní
2.Cor.11. uit? Merito paul⁹ gloriat in eo dicēs: Ministrí Christí sunt,
& ego. Et addit: Vt minus sapiēs dico: plus ego in laborí-
bus plurimís, in carceribus abundantius, in plagis supra
modū, in mortib⁹ frequēter. O præclarū ministeriū. Quo
non id glorioſius príncipatu? Sí gloriarí oportet, forma
tibí sanctorū præfigitur: apostolorum proponitur gloria.
Paruáne tibí illa uidetur? Quís míhí tribuat símilem fieri
Psal.138. in gloria sanctorū? Clamat propheta: Míhí autē nímis ho
norificatí sunt amicí tuí deus: nímis confortat⁹ est princí-
Gal.6. patus eorum. Clamat apls: Míhí autē absit gloriarí nisi in
cruce dñí nostrí Iesu Xpi. Hoc gloriers opto semp optí-
mo genere gloriæ, quod apostoli, quod ꝓphetæ delegere
sibí: reliquere tibí. Agnosce hæreditatē tuā in Xpi cruce:
1.Cori.15. in laboribus plurimís. Felix qui dicere potuit: plus oīb⁹
laborauí. Gloria est: sed nil in ea inane, nil molle, nil resupi
1.Cori.3. num. Sí labor terret, merces inuitet. Vnusquísq; enim secū
dum suū laborē mercedē accipiet. Etsi ille plus oībus labo
rauit, nō tamen totū elaborauit: & adhuc locus est. Exí in
agrū dñí tuí, & cōsidera diligēter quātis hodiecq; de ueterí
maledicto siluescat spínis ac tribulis. Exí inquā in mundū:
ager est enim mundus: iscq; creditus tibí. Exí in illum non
tanquā dominus, sed tanquā usllicus, uidere & procurare
unde exigendus es rationē. Exí dixerím quibusdam tuæ
passibus intētæ solicitudinís, & solicitæ intentionís. Neq; Marci.16.
eñ ipsi q iussī sunt ire in orbē uniuersum, orbē circuierūt
præsentia corporis: sed mentis puidētia. Et tu leua oculos
quosdam cōsiderationis tuæ, & uide regiones si non sunt
magis siccæ ad ignē, quàm albæ ad messem. Quàm multæ
quas putaueras fruges, diligenter inspectæ uepres potius
apparebunt: Imo ne uepres quidem: annosæ & ueternosæ
arbores sunt. Sed non profectò fructiferæ: nisi fortè glan-
dium aut siliquarum quas porcí manducant. Quousq; oc
cupāt terrā? Nónne si exís & cernís ista, pudebit ociosam
iacere securím: pudebit sine causa falcem apostolicam acce
pisse? In hunc quondā agrū Isaac patriarcha exierat cum Gen.24.
primo Rebecca occurrit ei: & ut scriptura habet, exierat
ad meditādū. Ille ad meditādū: tu ad extirpandū? egredia-
ris necesse est. Tibí iam præcessisse meditatio debet tem-
pus faciendí præ manib⁹. Sí nunc hæsitare incipías: id quí
dem sero. Ante iuxta consilium saluatoris sedisse debue- Luce.14.
ras: ante æstimasse opus, metirí uires, ponderasse sapiētiā,
merita comparasse, sumptus computasse uirtutū. Age er-
go puta tempus putationis adesse: si tamen meditationis
præiuit. Sí cor mouisti, mouenda iam lingua: mouenda est
& manus. Accingere gladio tuo, gladio spíritus: quod est Psal.44.
uerbū dei. Glorifica manū & brachiū dextrū in faciendo Ephe.6.
uindictā in natiōib⁹, increpatiōes in populis: In alligādo Psal.149.
reges eoꝝ in cōpedib⁹: & nobiles eorū in manicis ferreis.
Sí hæc facís: honorificas ministeriū tuum, & ministrū te.
Non mediocrís iste príncipatus. Exturbare est hoc malas
bestias à terminís tuís: quo greges tuí securí in pascua edu
cantur. ¶ Domabis lupos: sed ouibus nō dñaberís. Pascen
das utiq;, non premēdas suscepistí. Sí bene cōsideraſti qui
sis: hæc te oportere facere non ignoras. Porrò scíēti & nō Iaco.4.
facienti, peccatum est tibí. Non es oblitus ubí legerís, Ser Luce.12.
uus scíes uolūtatem domini sui, & nō facíes digna: plagis
uapulabit multís. Sic prophetæ, sic apostoli factitabant.
Fortes fuere in bello: nō molles in sericis. Sí filius es apo-
stolorum & prophetarū: & tu fac símiliter. Vēdica tibí no
bile genus símilibus moribus: quod non alíunde nobile
quàm morū ingenuitate, & fidei fortitudine fuit. Per hanc Heb.11.
uicerunt regna: operatí sunt iustitiam: adeptí sunt repro-
missiones. Hoc chirographum paternæ tuæ hæreditatís, Ibidem.
quod tibí euoluím⁹: ubí inspícias portionē substātiæ quæ
te contingit. Induere fortitudinē: & hæreditaſti. Possíde
fidē, possíde pietatē, possíde sapientíam: sed sapientía san-
ctorum ipsa est timor dñi: & habes quod tuum est. Habes
sine defraudatione integrum paternū fundum. Preciosíssí
mus fundus uirtus est. ¶ Bonus fundus humilitas: in quo
omne ædificium spirituale cōstructum crescit in templum
sanctū in dño. Per hāc nōnulli possedere etiam portas ini-
micorū. Quæ enim uirtutū æque potest dæmonum debel
lare superbiā, tyrannidē hoīm? Cæterū cum omní indiffe-
renter personæ hæc sit quædam turris fortitudinís à facie
inimici: nescío quo pacto tamen uís eius maior in maiorí-
bus: & in clariorib⁹ clarior comprobatur. Nulla splendí
dior gemma: in omni præcipue ornatu summí pontificis.
Quò eñ celsior cæteris, cò humilitate apparet illustrior &
seipso. Arguar forsitan qđ non satis primis explicitis par-
tibus, in secūdas nescío quomodo stilus excurrerit: deserí
bere inchoās qualē te oporteat esse: cū necdū quís sis, ple-
ni⁹ expressisset. Credo erubescēs in summo positū apice uí
deri hoīem nudū, festínauit induere insignib⁹ suis. Absq;
his nempe eò deformior quò illustrior pares. Nūquid po
test abscondí ciuitatis supra montem positæ desolatio: aut
latere fumus lucernæ extincte super candelabrum? Simia *puerbium*
in tecto, rex fatuus in solio sedens. ¶ Et nunc audí canticū
meum, & quidem minus suaue, sed salutare. Monstruosa *Nota.*
res gradus summus, & animus infimus, sedes prima, & uí-
ta ima: lingua magniloqua, & manus ociosa: sermo mult⁹,
& fructus nullus: uultus grauis, & actus leuis: ingens
auctoritas, & nutans stabilitas. Admouí speculum: fœdus
se in eo uultus agnoscat: tu tuū gaude dissimilē inueníri.

Inſpice tamen & tu ne fortè & ſi ſit unde merito placeas tibi: etiã in quo debeas diſplicere, non deſit. Volo glorieris teſtimonio conſcientiæ: ſed non minus ut eodem ipſo humilieris. Rara uox, nihil mihi cõſcius ſum. Cautior in bonis ambulas, ſi & mala non lateant. Quãobrẽ ut dixi noueris te: ut inter anguſtias quæ non deſunt, fruaris conſcientiæ bono. Magis autẽ ut ſcias quid deſit tibi. ¶ Nã cui nõ deſit: Omnia illi deſunt, qui nil ſibi deeſſe putat. Quid ſi ſummus põtifex ſis? Numquid quia ſummus põtifex: ideo ſummus? Infimũ noris eſſe: ſi ſummũ putas. Quis ſumm⁹? Cui addi non poſſit. Grauiter erras ſi te illum exiſtimes. Abſit. Non tu de illis es, qui dignitates uirtutes putant. Tibi antè experta uirtus quàm dignitas fuit. Anguſtis relinquito illã ſententiã, aliſq; qui diuinis coli honoribꝰ nõ timuerunt: uerbi gratia: Nabuchodonoſor, Alexãdro, antiocho, Herodi. Tu uero conſidera non conſummatione ſummũ te dici: ſed comparatione. Nec me putes comparationem dicere meritorũ: ſed miniſteriorũ. Sic te exiſtimet homo ut miniſtrũ Xpi: & qd abſq; præiudicio ſanctitatis cuiuſpiã dixerim, ſummũ planè inter miniſtros. Aliàs niti te ad ſummũ uelĩ: nõ putare ſummũ, aut uelle putari ante quã ſis. ¶ Nã quomodo proficis, ſi iam ſufficis tibi? Nõ ſit proinde tibi aut pigrũ ueſtigare quod deſit: aut fateri qd deſit uerecũdũ. Loquere & tu noce anteceſſoris tui: nõ q iam acceperim: aut iam perfectus ſim. Et rurſum: Ego me non arbitror cõprehẽdiſſe. Hæc ſcientia ſanctorũ: hæc lõge ab illa quæ inflat. Hanc qui apponit: apponit & dolorem. Sed dolorẽ hunc nemo unquã ſubterfugit. Eſt quippe medicinalis dolor: per quem ſtupor ille lætalis animi duri & impœnitẽtis excludit. Et ideo ſapiens, qui dicere potuit: Et dolor meus in cõſpectu meo ſemper. Nunc iam repetẽdæ reliquiæ ſi quæ ſunt loci illius à quo paulo ante diuertimus. ¶ Age indagemus adhuc diligentius qui ſis: quã geras uidelicet pro tempore perſonam in eccleſia dei. Quis es? Sacerdos magnus: ſummus pontifex. Tu princeps epiſcoporũ: tu hæres apoſtolorũ: tu primatu Abel: gubernatu Noe: patriarchatu Abrahã: ordine Melchiſedech: dignitate Aarõ: authoritate Moyſes: iudicatu Samuel: poteſtate Petri⁹: unctiõe Xps. Tu es cui claues traditæ, cui oues creditæ ſunt. Sunt quidẽ & alĩ cæli ianitores, & gregum paſtores: ſed tu tanto glorioſius, quãto & differẽtius utrũq; præ cæteris nomẽ hæreditaſti. Habent illi ſibi aſſignatos greges: ſinguli ſingulos: tibi uniuerſi crediti: uni unus. Nec modo ouiũ, ſed & paſtorũ tu unus oĩm paſtor. Vnde id probẽ quæris? Ex uerbo dñi. Cui enim nõ dico eporũ, ſed etiam apl'orũ ſic abſolute & indiſcrete totæ commiſſæ ſunt oues? Si me amas Petre: paſce oues meas. Quas? illius uel illius populos ciuitatis: aut regionis: aut certe regni? Oues meas ĩquit. Cui nõ planũ nõ deſignaſſe aliquas: ſed aſſignaſſe oẽs. Nihil excipit ubi diſtinguit nihil. Et fortè præſentes cæteri cõdiſcipuli erant cũ committẽs uni unitatem oĩbus commendaret in uno grege & uno paſtore: ſm illud: Vna eſt colũba mea: formoſa mea: perfecta mea. Vbi unitas: ibi perfectio. Reliqui numeri perfectionẽ non habẽt: ſed diuiſionẽ: recedentes ab unitate. Inde eſt q aliĩ ſinguli ſingulas ſortiti ſunt plebes: ſcientes ſacramentum. Deniq; Iacobus qui uidebat colũna eccleſiæ, una cõtẽtus eſt Hieroſolyma: Petro uniuerſitatẽ cedens. Pulchre uerò ibi poſitus eſt ſuſcitare ſemen defunẽti fratris, ubi occiſus eſt ille. Nam dict⁹ eſt frater dñi. Porrò cedente dñi fratre, quis ſe alter ingerat Petri prærogatiuæ? Ergo iuxta canones tuos aliĩ in partem ſolicitudinis, tu in plenitudinẽ poteſtatis uocatus es. Aliorum poteſtas certis arctatur limitib⁹: tua extẽditur & in ipſos qui poteſtatẽ ſuper alios acceperũt. Nónne ſi cauſa extiterit, tu epo cælũ claudere: tu ipſum ab epatu deponere, etiã & tradere ſathanæ poteſt? Stat ergo incõcuſſum priuilegiũ tuum tibi, tam in datis clauib⁹, quàm in ouibus cõmendatis. Accipe aliud quod nihilominus prærogatiuã confirmat tibi. Diſcipuli nauigabãt, & dñs apparebat in littore: quodq; iucũdius erat in corpore rediuiuo. Sciens Petrus quia dñs eſt, in mare ſe miſit: & ſic uenit ad ipſum: aliis nauigio perueniẽtib⁹. Quid iſtud? Nempe ſignum ſingularis põtificis. Petrus quod non nauem unam, ut cæteri quiq; ſuam, ſed eccleſiam ipſum ſuſceperit gubernãdum. Mare eſt ſeculi iſtius. eccleſiæ. Inde eſt q altera uice inſtar dñi gradiẽs ſuper unicum ſe Xpi uicariũ deſignauit: qui nõ uni pplo ſed cunctis præeſſe deberet. Siquidẽ aquæ multæ, populi multi. Ita cũ quiſq; cæterorũ habeat ſuam: tibi una communis eſt grãdiſſima nauis facta ex oĩbus ipſa uniuerſalis eccleſia toto orbe diffuſa. ¶ En quis es. Sed noli oblíuiſci etiã quid. Nam & ego nõ ſum oblitus id me promiſiſſe repetituũ in opportunitate. Quàm opportune cũ eo qui es, etiã qd te eras cõſideras? Quid dico eras? Et nũc es. Quid debeas intueri: quod nõ deſiſti eſſe? Vna ſanè conſideratione quid fueris, & quid ſis. Nã quis ſis factus: altera. Nõ oportet iſta extũdat illã in ſcrutinio tui. Es eñ (ut dixi) adhuc qd eras: & nõ min⁹ hoc es, quàm quod factus es poſt, forte magis. Deniq; illud natus es: mutat⁹ hoc: nõ in hoc mutatus. Nõ reiectum illud: ſed iſtud adiectũ. Tractem⁹ utriq; ſimul nam ut pfatũ me memini, collatæ ex inuicem ambæ res utiliores fient. Dixi ſupra cõſiderãti gs ſis: naturam currere qua es hõ: nã homo nat⁹ es. Porrò percũctanti qua perſonæ reſpõdebit nomen: qd eſt eps: quod quidẽ facit, nõ natus es. Quid tibi horũ uidet ad purũ eſſe tui, & ad principali⁹ pertinere, qd factus, an qd natus? Nonne qd natus? Hoc ergo conſulo conſideres maxime, qd maxime es: hoiem uidelicet: quod & nat⁹ es. Nec modo quid nat⁹, ſed & qualis natus oportet attẽdas: ſi nõ uis tuæ cõſiderationis fructu & utilitate fraudari. Tolle proinde nunc hereditaria hæc perizomata ab initio maledicta. Dirupe tamen foliorum celantiũ ignominiã, nõ plagã curaturus. Dele fucũ fugacis honoris huius, & male coloratæ miſeræ gloriæ: ut nude nudũ cõſideres: quia nudus egreſſus de utero matris tuæ. Numquid infulatus, nunqd micans gemmis, aut floridus ſericis, aut coronatus pennis, aut fulgens natus metallis? Si cuncta hæc uelut nubes quaſdã tranſnales uelociter tranſeuntes, & cito pertranſituras diſſipa & exuffies à facie conſiderationis tuæ: occurret tibi homo nudus, & pauper, & miſer, & miſerabilis: hõ dolens q hõ ſit: erubeſcẽs q nudus ſit: plorans q natus ſit: murmurans q ſit. Homo natus ad laborẽ: non ad honorẽ. Hõ natus de muliere, & ob hoc cũ reatu: breui uiuẽs tẽpore: ideoq; cũ metu: repletus multis miſeriis: & ꝓpterea cũ fletu. Et ore multis: quia corporis & aiæ ſimul. Quid eñ calamitoſius nat ſcenti in peccato, fragili corpore, & mẽte ſterili? Vere ergo repletus: cui infirmitas corporis, & fatuitas cordis cumulatur: traduce ſordis, mortis addictione. Salubris copula, ut cogitans te ſummum põtificem: attendas pariter uiliſſimũ cinerẽ nõ fuiſſe, ſed eſſe. Imitet cogitatio naturã imitetur & qd digni⁹ eſt authorem naturæ: ſumma ſummã cõſocians. Nónne natura in perſona hominis uili limo ſpiraculũ colligauit? Nónne author naturæ in ſui perſona uerbum limũq; cõtemperauit? Ita tibi ſume formam tam de noſtræ concretione originis, quàm de ſacramento redẽptionis: ut altus ſedens, nõ alta ſapiens ſis: ſed humilia de te ſentiẽs, humilibusq; cõſentiẽs. ¶ Proinde ſi cõſideratus es: cogita etiã qualis: & maxime. Hæc te ſanè conſideratio tenet in te: nec à te auolare ſinit, nec ambulare in magnis, neq; in mirabilibus ſuper te. In te conſiſtito. Non infra deiecĩ, nõ attolli ſupra, nõ euadere in lõgius, nõ extendi in lati⁹. Tene mediũ, ſi nõ uis perdere modũ. Locus medius tutus eſt. Mediũ ſedes modi, & modus uirtus. Omnẽ extra modũ habitationẽ, ſapiẽs exilium reputat. Propterea non eſt illi habitare in longo qd ultra modũ ſit: ſed nec lato quidẽ qd extra ſit: porro nec in alto uel imo, q alterũ ſupra, alterũ infra ſit. Deniq; & longitudo exterminiũ habere ſolet: & dilatatio ſciſſurã: & altitudo ruinã: & profundum abſorptionẽ. Dico hæc plani⁹, ne me putes ea loqui quæ apls cõprehendere hortatur cũ oĩbus ſanctis: longitudinẽ, latitudinẽ, ſublimitatẽ, & profundũ: quod alterius erit & diſputationis & temporis. Nunc aũt longum dicere cum ſibi

Universidad de Deusto Biblioteca

cū sibi homo longiorē promittit uitam. Latum cū in superfluas animus distenditur curas. Altū, cū de se plus præsumit. Profundū, cum se plus deficit. Qui ergo lōga sibi metitur tpa, nónne uerè ingreditur iter exterminij, transiens uitæ terminos pductiori solicitudine? Inde est q̄ homines in præsentia sese exules per obliuionē, in alia per inanem solicitudinem migrāt secula: nō profutura, imo nec futura. Similiter animus distentus in multa, multis lacere tur curis necesse est. Nempe immoderata extēsio extenuationem, & extenuatio nimia scissionē facit. Iam uerò alta
Prou.16. præsumptio, qd nisi ruinosa p̄cipitatio est? Legisti nanq̄, ante ruinā exaltatur cor. Quid è regione nimiæ pusillanimitatis defectio, nisi desperata q̄dā absorptio est? In hanc fortis nō deficietur. Prudēs lōgioris uitæ nō abducet incerto. Modestus moderabit curas: tēperabit à superfluis: non deerit necessariis. Porrò iustus altiora se non præsumet: sed loquetur cum iusto. Si iustus fuero, non leuabo
Iob.10. caput. Tu ergo in hac cōsideratione tui caute ambules: & tota ætate uerseris, ut nec plꝰ uero tibi tribuas: nec plus iusto parcas. Porrò plus uero tribuis, nó modo arrogando tibi q̄d non habes bonū: sed & quod habes ascribendo. ¶ Vigilanter discerne qualis ex te, & qualis sis dono dei, & non sit in spū tuo dolus. Erit autē ubi fideliter partiens tua tibi, & quæ sunt dei deo, sine fraude resignes. Ex te mala, bona à dño esse persuasum tibi nō ambigo. Sanè inter cōsiderandum qualis sis: etiam qualis fueris, ad memoriā reuocandū. Conferēda posteriora prioribus. Proficeris ne in uirtute, in sapia, in intellectu, in suauitate morū, an ab his fortè (quod absit) defeceris. Patientior sis an impatientior solito: iracūdior lenióre: insolentior an humilior: affabilior an austerior: exorabilior an difficilior: pusilior animo an magnanimior: seríus magis an pluscu lum dissolutus: timoratior an fortè fidentior quàm oportet. Quàm latus tibi patet campus in hoc genere considerandi. Memoror ego pauca, ueluti quædā seminaria proferens: non tū ipse serens, sed dans semē serenti. ¶ Oportet innotescat tibi zelus tuus, clementia tua disgressio quoq̄ moderatrix earundē uirtutum: qualis uidelicet in donandis inuriis, qualis sis in ulciscēdis, quàm in utroq̄ prouidus modi, loci, tpis obseruator. Prorsus cōsideranda tria hæc in usu uirtutū harū ne nō sint uirtutes si præter hæc reperiātur. Nēpe eiusmodi nō natura uirtutes, sed usus facit. Nā ex se indifferentes esse noscuntur. Tuū est aut abutendo & confundendo facere uitia: aut bene, ordinatecq̄ utēdo uirtutes. Solēt discretiōis oculo caligāte, alterutrū sibi præcipere loca, terminos occupare. ¶ Porrò caliginis duæ sunt causæ: ira, & mollior affectus. Is iudicij censurā eneruat: illa p̄cipitat. Quomodo enī ab altero nō periclietur aut pietas clementiæ, aut zeli rectitudo? Turbatus præ ira oculus, clementer nil intuetur: suffusus fluxa quadā & muliebri mollicitie animus, rectū nō uidet. Nō eris innocēs, si aut punias cum cui fortè parcendum esset, aut parcas ei qui fuerat puniēdus. In tribulationibus quoq̄ qualē te inueneris, nolo dissimules. Si cōstātē in tuis, condolentē in alienis, gaude. Recti cordis hoc. E regione peruersissimi, si cum in proprijs deprehendaris fortasse impatiens: minime in alienis tū compatiens sentiaris. Quid in psperis: nihil ne est q̄d considerationē solicitet? Est utiq̄, si diligenter attendas quàm rarus semp extiterit qui non uel modice in psperitate animū relaxauerit à sui custodia disciplina. Qñ hoc incautis nō fuit ad disciplinam quod ignis ad ceram: q̄d solis radius ad niuem uel glaciem? Sapiens Dauid, sapiens Salomon fuit: sed blandientibus nimis secundis rebus alter ex parte, alter ex toto desipuit. Magnus qui incidens in aduersa nō excidit uel parū à sapientia. Nec minor cui præsens felicitas si arrisit nō irrisit. Quāquā facilius inueneris qui sapientiā retinuerūt contraria sibi fortuna, quàm qui propitia nō perdiderūt. Præferendus ille & magnus est, cui inter prospera saltem risus indecentior, aut sermo insolētior, aut immoderatior cura
cclx.E38. uestis uel corporis nō irrepsit. Et si rectè sapiens hortatur sapientiā scribi in ocio: cauendū & in ocio ocium est. Fugienda proinde ociositas, mater nugarū, nouerca uirtutū. Inter seculares nugæ, nugæ sunt: in ore sacerdotis, blasphemiæ. Interdū tñ si incidāt, ferendæ fortassis: referendæ nunquā. Magis interueniēdū caute & prudēter nugacitati. Prorumpendum sanè in seriū quid, q̄d non modo utiliter sed libenter audiant & supersedeant ociosis. Consecrasti os tuum euangelio, talibus iam aperire illicitum: assuescere sacrilegū est. Labia sacerdotis ait custodiūt scientiam: *Malac. 2.* & legem requirunt de ore eius: non nugas profectò uel fabulas. Verbum scurrile quod faceti urbaniue nomine colorant, non sufficit peregrinari ab ore: procul & ab aure relegandum: fœde ad cachinnos moueris: fœdius mones. ¶ Porrò detrahere an detrahētem audire, quid horū damnabilius sit, non facile dixerim. De auaritia non est quod tuum fatigem intuitū: cum pecuniā tanquā palcam dicaris habere. Nō prorsus: nō est q̄d pro illa timeaꝰ à iudicijs tuis. Sed est quod nō minus sæpe: nec noxiæ minus insidiari iudicantibus solet: de quo maxime quid in tua lateat conscientia, latere te nolim. Quid illud sit quæris? Acceptio personarum. Nō parui te reum peccati existimes, si facies peccatorum sumis: & non potius causas iudicas meritorum. Est item uitium cuius si te immunē sentis, inter oēs quos noui ex his qui cathedras ascēdunt, sedebis me iudice solitari? ga ueraciter singulariterq̄ leuasti te supra te iuxta pphetā: Facilitas credulitatis hæc est: cuius *Threñ.3.* callidissimæ uulpeculæ, magnorū neminem comperi satis cauisse uersutias. Inde eisipsis pro nihilo iræ multæ: inde innocētiū frequēs addictio: inde præiudicia in absentes. Gratulor autē tibi (nec eīm assentationis apud te uereor incurrere notā) gratulor iquā p̄sidere te usq̄ adhuc absq̄ horū oīm ārela multa: an & sine culpa, tu uideris. Nūc ad ea q̄ sub te sunt, cōsideratio intēdēda. At alteri? principij hoc: siqdē tuis occupatiōib? ſmo breuior cōpetētior est.

¶ *De Consideratione. Liber tertius.*

Finis superioris libri huic principiū ponit. Itaq̄ iuxta promissum illius, considerāda quæ sub te sunt. Quænā sint illa, nō est q̄d à me quærendum putes sacerdotum optime Eugeni: rectius fortasse quæ non sint quæras. Orbe exeundum ei qui fortè uolet explorare quæ non ad tuam pertinent curam. Parentes tui destinati sunt non aliquas regiones: sed ipsum *Matt. 16.* debellaturi orbem. Ite in orbem uniuersum, dictū est illis. Ipsi uerò uendentes tunicas, emere gladios, ignitum eloquium, & spiritū uehementē arma potētia deo. Quo non *Psal.118.* peruenerūt uictores inclyti, filij excussorum? Quo non sa *Psal.18.* gittæ potentium acutæ cū carbonib? desolatorijs? Et quidem in omnē terrā exiuit son? eorum: & in fines orbis terræ uerba eorū. Penetrabāt & incēdebāt uerba illa incensa *Lucæ. 12.* igni quem dñs misit in terrā. Occumbebant strenuissimi *Psal.138.* bellatores: sed nō succūbebāt: triūphabant & mortui. Ni *Psal. 44.* mis cōfortatus est principatus eorū: cōstituti sunt principes sup omnē terrā. Eis tu successisti in hæreditatē. Ita tu hæres, & orbis hæreditas. At quaten? hæc portio te cōtingit, aut cōtigerit illos, id sobria cōsideratione pensandū. Nō eīm p omnē reor modū, sed sanè quodā tenus (ut mihi uidet) dispēsatio tibi sup illū credita est: nō data possessio. Si pgis usurpare & hāc, cōtradicit tibi q dicit, Me? est or *Psal.49.* bis terræ & plenitudo ei?. Nō tu ille de quo propheta: Et erit oīs terra possessio eius. Xp̄s hic est, q possessionē sibi uēdicat & iure creationis, & merito redēptionis, & dono p̄ris. Cui eīm alteri dictū est: Postula à me, & dabo tibi gen *Psal.2.* tes hæreditatē tuā, & possessionē tuā terminos terræ? Possessionē & dñiū cede huic, curā illius habe. Pars tua hæc: ultra ne extēdas manū. Quid inqs? Non negas præesse, & dñari uetas? Planè sic. Quasi nō bene præsit, qui præest in solicitudine. Nūqd nō & uilla uillico, & paru? dñs subiectus est pædagogo? Nec tñ uillæ illæ, nec is sui dñi dñs est. Ita & tu p̄sis ut puideas, ut cōsulas, ut pcures, ut serues. ¶ Præsis ut p̄sis, præsis ut fidelis seru? & prudēs, quē cōsti *Mat. 24.* tuit dñs sup familiā suā. Ad qd? Vt des illis escam in tpe.

Hoc est,ut dispenses,nō imperes.Hoc fac,& dñari ne affectes hoīm hō,ut nō dñet tui oīs iniustitia.At satis supercp̄ id intimatū supra,cū quis sis disputaret. Addo tñ & hoc: nā nullū tibi uenenū,nullū gladiū plus formido,quàm libidinē dñandi.Certè ut multū tibi tribuas,si multū deceptus non es,nil te existimas plus accepisse à magnis aplis.

Psal.118.

Roma.1. Recordare nūc uocis illius,sapientibus & & insipientibus debitor sum.Et si nō indebitā tibi ipam cēses, hoc quoq̄ simul memēto,debitoris molestū nomen seruienti potius quàm dñanti congruere.Seruus in euāgelio audit:Quantū debes dño meo? ¶Ergo si te agnoscis sapientibus & insapientib⁹ nō dñatorē sed debitorē:curādū summope tibi, & tota uigilātia cōsiderandū quo & q nō sapiūt sapiant, & q sapiūt nō desipiāt,& qui desipuere resipiscant.At nullū genus insipientiæ,infidelitate(ut sic loquar) insipientius. Ergo & infidelibus debitor es Iudæis Græcis & gētibus.

Luc.16.

Rom.1. Interest,inde tua dare operā quā possis,ut incredulī conuertātur ad fidē,conuersi nō auertant,auersi reuertantur. Porrò puersi ordinētur ad rectitudinē,subuersi ad ueritatē reuocent.Subuersores inuictis rationib⁹ cōuincant,ut uel emendent ipsi si fieri pōt:uel si nō, perdāt authoritatē facultatēq̄ alios subuertēdi.Nō oīno & ab hoc insipientiū gñe pessimo,tibi dissimulādū.Dico autē hæreticos schismaticosq̄, nam hi sunt subuersi & subuersores, canes ad scissionē,uulpes ad fraudē.Erūt inquā hmōi maxime tuo studio aut corrigēdi ne pereāt,aut ne perimāt coercendi.

Roma.11. Esto de Iudæis excusat te apls, hñt terminū suū,q ꝑueniri nō poterit.Plenitudinē gētium præire oportet. Sed de ipsis gētib⁹ quid rñdes? Imo q d tua consideratio rñdet tibi percūctāti sic? Quid uisum est patrib⁹ ponere metā euāgelio,uerbū suspēdere fidei donec infidelitas durat? Quaratiōe putamus subsistit uelocirer currēs sermo? Quis pri

Psal.147.

mus inhibuit hūc salutarē cursum? Et illis causa fortè quā nescimus,aut necessitas potuit obstitisse.Nobis quæ dissimulādi rō est? Qua fiducia,qua cōscia Xp̄m non uel offerim⁹ cis q nō hñt? An ueritatē dei in iniustitia detinem⁹?

Roma.11. Et qdē q̄nq̄ ꝓueniat gētiū plenitudo necesse est.Expecta-

Rom.10. mus ut in eas incidat fides.Cui credere casu cōtigit? Quō

Actu.10. credēt sine p̄dicante? Petrus ad Cornelium, Philippus ad eunuchū,missi sunt:& si exemplū recētius quærimus, Augustinus à beato Gregorio destinatus est formā fidei tradere Anglis.Et de his tu ita tecū. Ego addo & de ptinacia Græcorū,q nobiscū sunt & nō sunt,iuncti fide,pace di

Psal 17.

uisi.Quāquā & in fide ipsa claudicauerint à semitis rectis. Et item de hæresi,quæ clā penè ubiq̄ serpit apud aliquos sæuit palam.Nam paruulos ecclesiæ passim & publice deglure festinat.Quæris ubi sit hoc? Vestri qui terrā austri tam sæpe uisitant,ecce hi sciūt:& possunt dicere tibi.Eunt & redeunt per medium illorū,aut transeunt secus: sed qd boni adhuc cum illis egerint,necdum audiuimus.Et forsi tan audiuissemus nisi præ auro Hispaniæ salus populi uisluisset.Tuū est & plagæ huic remediū ꝓuidere.Sed est insipientia,quæ ipsam quoq̄ iam ꝓpemodū stultā fecit sapientiā fidei.¶Quō & ecclesiā catholicā penè totā hoc uir⁹ infecit? Nā dū & in ipsa quiq̄ quæ nostra sunt quærim⁹,fit ut inuicē inuidētes,inuicē puocātes exerceamur ad odia, animemur ad iniurias, armemur ad lites, cauillemus ad dolos,feramur ad detractiones, prūpamus ad maledicta, opprimamur à fortioribus, opprimamus infirmiores. Quàm digne & laudabiliter occupatur meditatio cordis tui aduersus tā pestilēs insipientiæ genus, qd' corpus ipm Xp̄i(quæ est multitudo credētium)occupasse cōsideras. ¶O ambitio ambitiētiū crux,quō omnes torquēs oībus places? Nil acerbius cruciat,nil molestius inqetat, nil tñ apud miseros mortales celebrius negocijs eius.An non limina apostolorū plus iam ambitio quàm deuotio terit? An nō uocibus eius uestrum tota die resultat palatiū? An non ōstibus eius tota legū canonūq̄ disciplina insudat? An nō spolijs eius ois Italica inhiat inexplebili auiditate rapacitas? Quid ita tua ipsius spiritualia studia non saltē intercidit,sed abscidit? ¶Quoties sancta ac fœcunda tua abortiri ocio fecit inquietū & inquietās malū? Aliud est qd' ab oppīsis appellāt ad te:aliud autē qd' ambitio in ecclesia p te regnare molit.Nec deesse illis: nec hui⁹ alicui tenus assentire oportet.Quàm uerò inique foret illa ꝓnunt illis? Vtriscp̄ tñ debitor es:illis ut erigas,istis ut reprimas. ¶Et quoniam incidit de appellationibus, prosequi aliquatenus nō erit ab re.Magno in his & pio operi tu est:ne quod magna fuit necessitate puisum, male uso reddatur inutile.Mihi uidetur & in multam posse ea deuenire pernicie,si non summo moderamine adhibeatur. Appellatur de toto mūdo ad te:id quidē in testimonium singularis primatus tui.At tu si sapis, nō primatu gaudebis:sed fructu.Apostolis dictū est: In hoc nolite gaudere, q̄ spiritus subijciuntur uobis.Appellatur ad te ut dixi,utinam tam fructuose quàm necessarie. Vtinam cum oppressus clamat,sentiat oppressor,& non superbiat impius unde incenditur pauper.Quid tam decorū,ut ad inuocationem tui nois oppressi effugiant,uersuti nō refugiant. Quid è regione tam peruersum,tam recti alienū uel utiletur qui malū fecit,& q tulit inaniter fatigetur? Inhumanissime nō moueris erga hominem,cui illatæ iniuriæ cumulauere dolorem,& labor itineris,& dāna expensarum. Sed nihilominus ignauissime in illum non moueris, qui huic tot calamitatū partim author,partim extitit cā. Euangila homo dei,cū hæc cōtingūt,moueatur miseratio mea ueatur & indignatio tua.Alterā læso,alterā lædēti debet. Cōsoletur ille damnorū resarcitu suorū,satisfactione iniuriarum,fine çalumniarū.Cū isto ita agatur ut pœniteat fecisse,quod nō timuit facere:& nō de pœnis innocentis rideat.Arbitror idē debere pati illū qui sine causa forte appellauit.Formulā hanc iustitiæ præfigit tibi, & diuina incōmutabilis ratio æqtatis(& ni fallor)ipsa appellationū lex,ut illicite usurpata appellatio nec prosit appellanti nec appellatio obsit.Vt quid enim frustra fatigatus sit bonus? Quàm plenū iustitiæ ut sese potius læserit qui uoluit proximū? Appellasse iniquè,iniquum est: inique & impune, iniquarū appellationū fomes.Iniqua aūt omnis appellatio,ad quā iustitiæ inopia nō coegit. Appellare nō ut graues,sed si graueris,licet. Appellandū a sententia. Ante sententiam improbe omnino,nisi ob manifestum grauamen, præsumitur appellatio.Qui igitur nō grauatus appellat, liquet quia aut grauare intēdit:aut tempus redimere.Nō est aūt suffugium appellatio:sed refugium.Quantos nouimus appellasse pulsatos, quo interim liceret quod nunquam licet? Nonnullis etiam quoad uixerunt licuisse appellationis suffragio nefaria scimus: uerbi gratia incestū, adulterium.Quale est hoc,turpitudini patrocinari,quod uel maxime formidari à turpibus oportebat? Quousq̄ murmur uniuersæ terræ aut dissimulas,aut non aduertis? Quousq̄ dormitas? quousq̄ nō euigilat consideratio tua ad tantā appellationū confusionē atq̄ abusionem? Praeter ius & fas,præter morem & ordinem fiunt. Non locus,non modus,non tempus, non causa discernitur aut persona. Præsumuntur leuiter passim,plerunq̄ & nequiter. Volentes malignari nomine his potissimū terreri solebant? Nec terrori ipsi ex his magis fiunt,atq̄ id bonis. Antidotum uersum in uenenū,non mutatio dexteræ excelli hæc.Appellātur boni à malis,ut nō faciant bona:& superfedeant uoce tonitrui tui formidātes.Deniq̄ appellantur episcopi,ne illicita audeant matrimonia soluere uel prohibere. Appellantur ne rapinas,ne furta,ne sacrilegia & quæ eiusmodi sunt,punire ullatenus uel cohibere præsumant. Appellantur ne indignas & infames personas à sacris officijs beneficijsue repellere seu amouere queant.Quod tu inuenis remedium morbo huic,ne quod repertum ad remedium fuit,reperiatur ad mortē? Zelatus est dominus domum orationis factā spelunca latronum. Tu eius minister dissimulas miserorum refugiū,datū arma iniquitati.Videas præripi passim partes oppressorum, & prorumpere ad appellandū,non tam grauatos quàm grauare uolentes? Quid hoc mysterij? Tuū est considerare,non meū cōmentari istud.

Universidad de Deusto

rari ſtud. Et cur inquis male appellati nō uenſunt oſtenſuri ſuam innocentiā, malitiā conuicturi? Dico qđ dicere ad hoc ſolent. Nolumus uexari fruſtra. In curia eſſe qui procliuius faueant appellantibus, foueant appellationes. Ceſſuris Romæ, domi cedere ſatius. Fateor me non omnino decredere his. Quē das mihi in tam crebris appellationibus quæ hodie fiunt, qui pro expenſis itineris uel nummum reſtituerit illi quem fortè appellarit? Mirum uerò ſi ita oēs & appellantes iuſti, & appellati rei ueſtro examine inuenti ſunt. Diligite, inqt, iuſtitiam, qui iudicatis terrā. Sapien. 1. Parū eſt iuſtitiā tenere: niſi & diligas. Qui tenent, tenent: q diligūt, zelant. Amator iuſtitiæ inquirit iuſtitiā: & proſequitur eam. Porrò omnē iniuſtitiā perſequit. Nihil tibi & illis qui appellationes uenationes putant. Pudet elogij Parabola. qđ apud ethnicos iam uertitur in parabolā: Duos nouimus ceruos pingues. Vt miti⁹ loquar, plus facetiæ quàm iuſtitiæ hic. Tu ſi amas iuſtitiam: appellationes non affectas, ſed ſuſtines. Veruntamen quid emolumenti affert eccleſiis dei tua unius hoīs iuſtitia, ubi ſentētia prævalet alter affectorū? At iſtud loci illius erit cū cœperint uerſari quæ circa te ſunt. ¶Nūc uerò nō te exiſtimes ociose uacare cōſideratiōi huic, qua appellationes ad legitimū ſi fieri poteſt reuoces uſum. Et ſi hinc mea quæratur uel potius curetur ſentētia: dico appellatiōes ut nō contēnendas, ſic nec uſurpādas oīno. Porrò horū quid inſolentius cēſeā, haud facile dixerim: niſi q uſurpatio quādam uidetur inducere cōtēptus neceſſitatē: ac per hoc fortè acrius inſectanda, quæ amplius nocet. Aut nō uerè nocentior eſt mala in ſe, in partu peior? Nōme ipſa eſt quæ ipſum ius quo q naturæ aut extenuat aut exterminat? Nam ſæpe rebus etiā præcioſiſſimis, præcij gratiā nō mō demit, ſed adimit. Quid ſacramentis acceptius? Vſurpata tñ ab indignis, indigneне tractata, miniме acceptātur. Magis habent dā nationē: qa debitā uenerationē non habent. Fateor grande & gñale mūdo bonū eſſe appellationes: idq; tā neceſſariū, quàm ſolē ipſum mortalibus. Reuera quidē ſol iuſtitiæ eſt: prodēs ac redarguēs opera tenebrarū. Prorſus foouendæ & manutenēdæ ſunt: ſed quas extorſit neceſſitas, nō callidītas adinuenit. Vſurpatoriæ ſunt hmōi omnes: nō ſubueniētes in neceſſitate: ſed opitulantes iniquitati. Quidni ueniāt in cōtēptū? Quāti ut talibus quoq; deferrent, etiā de proprio ceſſere iure: ne longo & caſſo itinere fatigarentur? Plures tñ ſua amittere non ferentes, appellationes minus opportunas, & celſa noia importunius contemſerūt. Dico aliqd qđ ad rem pertinet exempli cauſa. Quidā ſibi publice deſponſauerat uxorē: adeſt dies celebris nuptiarum. Parata oīa: inuitati multi. Et ecce homo cōcupiſcēs uxorē pximi ſui, in uocē appellatiōis inopinatæ prorumpit: affirmās ſibi traditā prius, ſuam potius eſſe debere. Stupet ſponſus, hærent oēs, ſacerdos non audet progredi, fruſtratur oīs apparatus ille, deſcendit quiſq; in domum ſuam, ſuam cœnā manducaturus: ſponſa à menſa & thalamo ſponſi ſuſpēditur quouſq; Roma reditum eſt. Pariſius cōtigit hoc nobili Galliarum ciuitate ſede regia. Rurſum in ciuitate eadē quidā ſibi deſpōſata uxore diem cōſtituit nuptiarū. Interim emergit calūnia: dicētib⁹ quibuſdā non debere cōiungi. Ad iudiciū eccleſiæ cauſa delata eſt, ſed non expectata ſnīa, appellatum eſt ſine cauſa, ſine grauamine: ſolo fruſtratoriæ dilatiōis intuitu. At ille ſiue perdere quæ pararat, ſiue dilectæ tādiu fruſtrari conſortio nolens, nihilominus qđ propoſuerat, contēpta ſiue diſſimulata appellatione peregit. Quid illud qđ in Altiſiodorenſi eccleſia nup à quodam adoleſcentulo præſumptum eſt: Nēpe defuncto ſancto epiſcopo, uolentibus clericis aliū ut moris eſt eligere ſibi, interuenit ille appellans & uetās ne fieret quouſq; iſſet & rediſſet ab urbe. Cui tamen appellationi nec ipſe detulit. Nam cū uideret ſe contēni, tanquā qui irrationabiliter appellaſſet: accitis quos potuit ſibi, tertia die poſt factam ab aliis electionem, fecit ſuā. Cum itaq; ex his & innumeris talibus liqueat non ex contemptu gigni uſurpationem, ſed ex uſurpatione contemptum: uideris tu quid ſibi uelit q zelus ueſter aſſidue penè uindicat illum: iſtā diſſimulat. ¶Vis perfectius coercere contēptū? Cura in ipſo utero peſſimæ matris p̄focari germen nequā: qđ ita fiet, ſi uſurpatio digna aīaduerſione mulctetur. Tolle uſurpationē, & contemptus excuſationē nō habet. Porrò inexcuſabilitas auſum explodet. Non ſit proinde uſurpator: & cōtēptor nullus erit: aut admodum rarus. Bene facis tu q appellationū negato ſuffragio, imo ſuffugio: multa remittis negocia ad cognoſcentes, uel qui noſcere citius poſſunt. Vbi enim certior ac facilior notio, ibi deciſio tutior expeditiorq; eſſe poteſt. Quàm plenum gratiæ, q multorū quoq; per hoc & laboribus parcis & ſumptibus. At quibus ſic credas: id tibi omnimodis attendendū. ¶Poteram multa de eodem utiliter addere his: ſed memor propoſiti mei, cōtētus interim occaſionē dediſſe, ad alia trāſeo. Et primū qđ occurit, miniме tranſeūdum reor. Præes, & ſingulariter. Ad quid? Eget tibi dico conſideratiōe. Nunquid ut de ſubditis creſcas? Nequaquam: ſed ut ipſi de te. Principē te cōſtituerūt: ſed ſibi, non tibi. Alioquin quo pacto te reputas ſuperiorē his à quib⁹ beneficiū mendicas? Audi dñm: Qui poteſtatē habēt ſuper eos: benefici uocātur. At iſtud de his qui foris ſunt. Quid ad nos? Tu id mendaciter dicerís, ſi non tam bñficus eſſe, quàm beneficis præeſſe intendas. ¶Parui deiectiq; animi eſt, de ſubditis non profectū quærere ſubditorū: ſed quæ ſtū propriū. In ſummo p̄ſertim oīm nihil turpius. Quàm pulchre magiſter gentium parentes filijs, nō filios debere cenſuit theſaurizare parentibus. Non mediocris gloriæ uox illa identidē ipſius: Nō requiro datū, ſed fructū. At iā transeam⁹ & hinc: ne quis morā in his meā, auaritiæ in te notā interpretet. Quæ quàm lōge à te ſit, in libro ſecundo teſtat⁹ ſum: ſcies quāta & in quāta tua neceſſitate reſpueris. Ad te proinde ſcripſerim iſta: non ppter te. Nēpe qđ tibi ſcribitur, ſoli pdeſſe nō decet. Hic locus auaritiā carpit: à quo uitio immunis ſatis tua opinio eſt: an & opus, tu uideris. Vidimus tamē ut oblata à pauperibus taceam quæ tāgere nō acquieſcis, germanicos detinuiſſe ſaccos, ſed p̄cio, nō maſſa. Argētū reputatum eſt fœnū: ſummarij nō leuati ſarcinis, onuſti nihilomin⁹ repatriāt uel inuiti. Noua res. Cū hacten⁹ aurū Roma refudit? Et nūc Romanoq; cōſilio id uſurpatū nō credim⁹. Duo uenerūt: ambo locupletes: & ambo rei. Siqdē un⁹ Magūtin⁹, Coloniēſis alter: alteri gratia gratis reddita eſt: alter indignus credo cui gra redderet, audiuit: Cū quali ueſte intraſti, cum tali egrederis. O uocē magnificā: uocē prorſus apoſtolicæ libertatis. Quid minus ab illa hæc habuit: Pecunia tua tecum ſit in perditionem? Niſi q in illa plus zeli: in iſta plus modeſtiæ ſonuit. Quid ille de trāſmarinis partib⁹, penè à finibus terræ, terra & mari currens pro epatu: ſuis & alienis facultatibus rurſus emendo? Iam enim emerat prius. Tulit multa, ſed retulit: nō omnia tñ. Incidit miſer in manus alias, accipere quàm dare potentiores. Bñfeciſti tuas in utroq; ſeruās innoxias: nec imponere ſcilicet ambitioſo: nec ſupponere iniquo mammonæ acqeſcens. Non ſic à paupere epō continuiſti: dans qđ daret ne immunificus notaretur. Accepit clām, quod palàm dedit. Sic de tuo ſaculo conſultū eſt uerecūdiæ uiri. Sic quoq; curiæ morem gerēs, tuo bñficio inuidiā declinauit eoq; q diligunt munera. Non potes abſcondere: & factum nouimus & perſonā. Audire grauat? Et ego eò libētius prædico, quò tu id moleſti⁹ audis. Si tibi ſic expedit: & mihi ſic. Tā nō oportet Chriſti gloriā me ſilere, quàm nec te quærere tuā. Et ſi pergis murmurare adhuc, reſpondebitur tibi ex euangelio: Quāto eis præcipiebat: tāto magis plus prædicabāt, dicentes: Bene oīa fecit. ¶Audi aliud, ſi tñ aliud. Ad idem eñ fortaſſis pertinere qs dicat. Tua conſideratio uiderit hoc. Mihi uidet nō longe à uero diſſentire: quid id fortè inter auaritiæ ſpecies locandū putauerit. Ego uerò illius aut ſpeciē eſſe, aut ſpeciē habere non negauerim. Sanè intereſt tuæ perfectionis: & malaq; res: & malas pariter ſpēs deuitare. In altero conſcientiæ, in altero famæ conſulis.

Lucæ. 22.

2. Cor. 12.

Phili. 4.

Actuū. 8.

Marci. 7.

Universidad de Deusto Biblioteca

Puta tibi non licere(& si aliàs fortasse liceat) quicqd ma-
Deut.32. le fuerit coloratum. Deniqꝫ interroga maiores tuos: & di-
1.Thes.5. cent tibi. Ab oi specie mala abstinete uos. ¶ Sanè minister
Ioan.12. dñi dñm imitet: quia ipse ait: Qui mihi ministrat, me se-
Psal.92. quatur. Et habes de illo: Dñs regnauit, decorē induit: in-
duit dñs fortitudinē. Tu quoqꝫ esto fortis in fide, decor⁹
in gloria: & probasti te imitatorē dei. Fortitudo tua, fidu-
cia fidelis cōscientiæ: decor tuus, splendor bonæ opinio-
nis. Ita quæso induere fortitudinē: etem̄ gaudiū dñi for-
titudo tua. Porrò specie tua & pulchritudine tua nihilo-
Prou.3. minus tanquā propria similitudine delectat. Induere ue-
stimentis gloriæ tuæ: uestire duplicibus quibus domesti-
cos suos fortis illa mulier induere cōsueuit. Nō sit in con
scientia nutans infirmitas modicæ fidei: non sit in fama
næu⁹ malæ speciei: & uestiris duplicib⁹: & gaudebit spō-
sus super sponsam aiam tuā: & gaudebit sup te de⁹ tuus.
¶ Miraris quorsum hæc: ignarus usqꝫ adhuc quid dicere
uelim. Non te tollo diutius. Murmur loquor & querimo
niam ecclesiarum. Truncari se clamitant ac demembrari.
Vel nullæ uel paucæ admodum sunt quæ plagā istam aut
non dolcant, aut non timeāt. Quæris quā? Subtrahūtur
abbates episcopis: epi archiepiscopis: archiepiscopi pa-
triarchis, siue primatib⁹. Bonane species hæc? Mirum si
excusari queat uel opus. Sic factitādo probatis uos habe
re plenitudinem potestatis: sed iustitiæ fortè non ita. Fa-
citis hoc quia potestis: sed utrū & debeatis, quæstio est.
Honorū ac dignitatum gradus & ordines quibusqꝫ suos
seruare positi estis: non inuidere: ut quidā uestrorum ait:
Rom.13. Cui honorē, honorē. ¶ Spiritualis homo ille q oīa dijudi-
1.Cor.3. cat, ut ipse à nemine dijudicetur: omne opus suum trina
quadā cōsideratione præueniet. Primū qdē an liceat: de-
inde an deceat: postremò an expediat. Nam & si cōstet in
xpiana utiqꝫ philosophia non decere nisi qd̄ licet: nō ex-
pedire nisi qd̄ decet & licet: nō cōtinuo tm̄ oē qd̄ licet, de-
cere aut expedire cōsequēs erit. Age aptemus si possum⁹
tria ipsa operi huic. At quomodo nō indecēs tibi uolun-
tate pro lege uti, & ga nō est ad quē appelleris, potestatē
exercere, negligere rationē? Túne maior dño tuo qui ait:
Ioan.6. Non ueni facere uoluntatē meā? Quāquā non min⁹ deie-
cti quàm elati animi est ueluti rōnis expertē non p rōne,
sed p libitu agere: nec iudicio agi, sed appetitu. Quid tā
bestiale? Et si indignū cuiuis utenti ratione uiuere ut pe-
cus: quis in te rectore oīm tantā contumeliam naturæ, ho
noris iniuriā ferat? Sic degenerando (qd̄ absit) generale
Psal.48. opprobriū feci sti proprīū tibi. Homo cū in honore esset,
non intellexit: cōparat⁹ est iumētis insipientibus, & simi-
lis factus est illis. Quid item tā indignum tibi, quàm ut to
tum tenēs, non sis cōtentus toto: nisi minutias quasdam
atqꝫ exiguas portiones ipsi⁹ tibi creditæ uniuersitatis: tan
quam nō sint tuæ, satagas nescio quomodo adhuc facere
2.Reg.12. tuas? Vbi etiā meminisse te uolo parabolæ Nathā de ho
mine qui multas oues habens, unā q̄ erat pauperis cōcu-
3.Reg.21. piuit. Huc quoqꝫ ueniat factū imo facinus regis Achab:
q rerū summā tenebat, & unā uineam affectauit. Auertat
Ibidem. deus à te qd̄ ille audiuit: Occidisti, & possedisti. Nolo au-
tem prætendas mihi fructū emancipationis ipsius: nullus
est em̄: nisi q̄ inde epi insolentiores: monachi etiam disso-
lutiores fiunt. Quid qd̄ & pauperiores? Inspice diligen-
tius talium ubiqꝫ libertorum & facultates & uitas, si non
pudenda admodum & tenuitas in his, & in illis secularis
tas inuenitur Matris noxiæ libertatis gemina soboles
hæc. Quidni peccet licentius uagum & male liberū uul-
gus, cum non sit qui arguat? Quidni licentius quoqꝫ spo
lietur ac deprædet inermis religio: cū non sit q defendat?
Quo enim refugium illis? Nunquid ad epos dolentes in-
iuriam? Ridentibus profectò aspiciunt oculis siue quæ fa
ciunt mala, siue quæ patiuntur. Quæ demū utilitas in san
guine isto? Vereor ne illa quam in propheta cōminatus
Ezech.3. est deus: Ille inquiens in iniquitate sua morietur: sangui-
nem aūt eius de manu tua requiram. Si enim extollitur q
subtrahitur, & cui subtrahitur uritur: qui subtrahit quo-
modo innocens? Parum est: inuoluimus ignē. Audi pro-
tius. Si is qui murmurat, sm animam mortuus est: qui in-
stigat, quomodo uiuit? Quō non reus mortis amborum
& suæ pariter, qui gladiū dedit unde ambo morerentur?
Hoc est qd̄ dixerā, occidisti, & possedisti. Adde qd̄ quo-
diunt scandalizātur, indignantur, detrahunt, & blasphe-
mant: hoc est uulnerantur ad mortē. Non est bona arbor
faciens fructus tales, insolentias, dissolutiones, dissipatio-
tiones, simultates, scādala, odia, quodqꝫ magis dolendum
inter ecclesias inimicitias graues, perpetesqꝫ discordias.
Vides quàm uerus sit sermo ille, Oia mihi licent, sed non
omnia expediunt? Quid si fortè nec licet? Ignosce mihi:
nō facile adducor licitū consentire qd̄ tot illicita parit.
Tu ne denique tibi licitum censeas, suis ecclesias mu-
lare membris, confundere ordinem, perturbare terminos
quos posuerunt patres tui? Si iustitiæ est, ius cuiqꝫ ser-
re suum: auferre cuiquā sua, iusto quomodo poterit con-
uenire? Erras, si ut summam, ita & solā institutam à deo no-
stram apostolicam potestatē existimas. Si hoc sentis: di-
sentis ab eo qui ait: Non est potestas nisi à deo. Proinde
quod sequit: Qui potestati resistit, dei ordinationi resistit.
& si principaliter pro te facit: non tm̄ singulariter. Deniq
idem ait: Omnis anima potestatib⁹ sublimioribus subdi-
ta sit. Nō ait sublimiori, tanquā in uno: sed sublimioribus,
tanquam in multis. Nō ergo tua sola potestas à domino
sunt & mediocres, sunt & inferiores. Et quomodo quos
deus coniunxit, nō sunt separandi: sic nec quos subiunxit,
comparandi. Monstrū facis, si manu submouens digitū,
facis pendere de capite superiorē manui, brachio colla-
teralem, Tale est si in Christi corpore mēbra aliter locet
quàm disposuit ipse. Nisi tu putas aliū esse qui posuit in
ecclesia quosdā quidē apostolos: quosdā autē prophetas:
alios uerò euangelistas: alios doctores & pastores, ad con-
summationē sanctorū, in opus ministerii, in ædificationē
corporis Christi. Atqꝫ hoc corpus, quod tibi ipse Paulus
suo uerè apostolico figurās eloqo, & capiti conueniētis-
me aptās, totū ex eo cōpactū perhibet, & cōnexū p omnē
iunctura subministrationis, sm operationē in mensuram
uniuscuiusqꝫ mēbri, augmētum corporis facies in ædifica
tionē sui, in charitate. Nec uilem reputes formā hāc qui
in terra est: exēplar habet è cælo. Neqꝫ enim filius pōt fa-
re quicquam nisi quæ uiderit patrem facientē: præsertim
cū ei sub Moysi noīe dictū sit: Vide oīa facias sm exēplar
qd̄ tibi in mōte mōstratum est. Viderat hoc qui dicebat:
Vidi ciuitatē sanctā Hierusalē nouā descēdentē de cælo à
deo paratā. Ego enim ppter similitudinem dictum reor, q
sicut illic seraphim & cherubim ac cæteri qqꝫ usqꝫ ad an-
gelos & archangelos ordinantur sub uno capite deo: ita
hic quoqꝫ sub uno summo pōtifice primates uel patriar-
che, archiepi, epi, presbyteri, uel abbates: & relig in hunc
modū. Non est paruipendēdū quod & deū habet author
rem, & de cælo ducit originem. Quod si dicat epūs, nolo
esse sub archiepiscopo: aut abbas, nolo obedire epo: hoc
de cælo nō est. Nisi tu fortè angelorū quēpiam dicēte au-
disti, nolo sub archangelis esse: aut ex alio quolibet infe-
riorū ordinū aliquē nō ferentē subesse cuiquam nisi deo.
Quid inquis? Prohibes dispēsare? Non: sed dissipare. Nō
sum tam rudis ut ignorem positos uos dispensatores: sed
in ædificationē: non in destructionē. Deniqꝫ quæritur in-
ter dispensatores ut fidelis quis inueniatur. Vbi necessi-
tas urget, excusabilis dispensatio est. Vbi utilitas proue-
cat, dispensatio laudabilis est. Vtilitas dico communis,
non propria. Nam cum nihil horum est: non planè fidelis
dispensatio: sed crudelis dissipatio est. Nonnulla tamen
monasteria sita in diuersis epatibus, q̄ speciali⁹ pertinue-
rint ab ipsa sui fundatione ad sedem apostolicam pro uo-
luntate fundatorū, quis nesciat? Sed aliud est quod largi-
tur deuotio: aliud quod molitur ambitio impatiēs subie-
ctionis. Et hæc dicta de his. ¶ Superest ut generaliter su-
per uniuersum ecclesiæ statum intendat consideratio tua:
si plebes clericis, si clerici sacerdotibus, si sacerdotes deo

in ea

¶De Consideratione. Liber quartus.

is ea qua oportet humilitate subiecti sint: si in monasterijs & religiosis locis seruetur ordo, uigilet disciplina: si superpraua opera & dogmata, censura ecclesiastica uigeat: si floreant uineæ honestate & sanctimonia sacerdotum: si flores fructus parturient obedientia fidelium populorum: si denum uestra ipsorum apostolica mandata & institutа ea qua dignum est solicitudine obseruetur: ne quid in agro domini tui aut neglectu incultum, aut fraude surreptum inueniatur. Posse inueniri ne dubites. Mihi in promptu est (ut multa & innumera prætermittam quæ passim neglecta iacent) nonnulla etiam ex his quæ plantauit dextera tua, conuulsa monstrare. Nónne os tuum in Remensi concilio subiecta capitula promulgauit? Quis ea tenet? Quis tenuit? Falleris si teneri putas. Si non putas, ipse peccasti aut statuens quæ non tenerentur: aut quòd non tenentur dissimulans. Præcipimus aiisti ut tam episcopi quàm clerici neque in superfluitate seu inhonesta uarietate colorum, aut fissura uestium, neque in tonsura, intuetium (quorum forma & exemplum esse debent) offendãt aspectum, sed potius ita in suis actibus errata condemnent, & amorem innocentiæ conuersatione demõstrent, sicut dignitas exigit ordinis clericorum. Quòd si moniti ab episcopis suis intra quadraginta dies non obtemperauerint: ecclesiasticis beneficijs eorundem pontificum authoritate priuentur. Episcopi uerò si præfixam pœnam irrogare neglexerint, quia inferiorum culpæ ad nullos magis referendæ sunt, quàm ad desides negligentesq; rectores: tandiu ab officio põtificali abstineant donec pœnam à nobis constitutam clericis sibi subiectis imponant. Illud etiam duximus annectendum, ut nullus in archidiaconum uel decanum nisi diaconus & presbyter ordinetur. Archidiaconi uerò, decani & præpositi qui infra ordines prænominatos sunt, si inobedientes ordinari contempserint: honore suscepto priuentur. Prohibemus autem ne adolescentibus, uel infra sacros ordines constitutis, sed qui prudentia & uitæ merito clarescunt: prædicti concedantur honores. Verba tua hæc tu sanxisti: quid effectui mancipatum? Adhuc adolescentes, adhuc qui infra sacros ordines sunt, in ecclesia promouentur. Quod ad primum capitulũ pertinet, luxus uestium interdictus, sed nõ restrictus: pœna dictata, sed minime secuta est. Iam quartus annus est ex quo datum mandatum audiuimus: & neminem adhuc clericorum priuatum beneficio: neminem episcoporum suspensum ab officio luximus: ac luctu amarissimo dignum quod secutum est. Quid hoc? Impunitas incuriæ soboles, insolentiæ mater, radix impudẽtiæ, transgressionum nutrix. Et beatus si omni satagas cura malorum omnium primam parẽtem cauere incuriam. Sed ad hoc tu operam dabis. Et nunc leua oculos tuos & uide si non æquè ut prius pellicula discolor sacrum ordinem decolorat: si non æque ut prius fissura enormis penè inguina nudat. Solẽt dicere: Num de uestib⁹ cura est deo, & non magis de moribus? At forma hæc uestium: deformitatis mentium & morum indicium est. ¶Quid sibi uult q; clerici aliud esse, aliud uideri uolunt? Id quidẽ castum: minusq; syncerum. Nempe habitu milites, quæstu clericos, actu neutrũ exhibent. Nam neq; ut milites pugnant: neque ut clerici euangelizant. Cuius ordinis sunt? Cum
1.Cor. 15. utriusq; esse cupiunt, utrunq; deserunt: utrunq; confundunt. Vnusquisq; inquit in suo ordine resurget. Isti in quo? An qui sine ordine peccauerũt, sine ordine peribũt? Aut si summe sapiens deus ueraciter creditur à summo usque deorsum nihil inordinatum relinquere: uereor non alibi ordinandos, quam ubi nullus ordo sed sempiternus horror inhabitat. O miserandam sponsam talibus creditam paranimphis: qui assignata cultui eius, proprio retinere quæstui nõ uerentur. Non amici profectò sponsi, sed æmuli sunt. Et de his satis quæ sub te sunt, etsi non ad materiæ copiam, quæ est multa nimis: certè ad id quod proposui ego. Visenda iam quæ circa te sunt, sed ad ea ostiũ nobis quartus liber aperiet.

SI mihi plenius innotuisset amantissime Eugeni, priora qualiter acceptaris, fm hoc uel fidentius in reliquũ processissem, uel cauti⁹, aut certè substitissem oĩno. Nunc uerò quia ob locoꝝ distantiam id minime dat, nõ mireris si prodit exilior sermo anceps: uerecũde fateor ad mediũ uenies. Primis itaq; cõsiderationis partibus libris prioribus pertractatis: in manibus est de his addere quæ circa te sunt. Et ipsa quidẽ sub te: sed quò propiora, eò importuniora tibi. Nempe coram posita incuriam nõ admittũt, nõ dissimulationem, non obliuionẽ. Vehementius urgent: turbulẽtius irruũt: uerendũ ne obruant. Circa eiusmodi quàm sobria & intẽta consideratione opus sit: proprio te experimento edoctum satis nõ ambigo. Alioquin si nõ cauta opportunaq; interueniat cõsideratio: occupatio cõtinuabitur, & uexationis non erit modus, & solicitudinis nõ erit finis. Non tempus uacuũ, nõ liberũ cor: plus laboris, & minus utilitatis. Dico aũt instantia illa tua quotidiana ab urbe, à curia, à domestica ecclesia tua. Hæc inquam circa te sunt: clerus & populus tuus cui specialiter episcoparis: ac p hoc specialis curæ teneris debitor. Hi quoq; q tibi quotidie assistũt seniores populi, orbis iudices, & qui itẽ de domo & mensa tua sunt, capellani, cubicularij, ministri quiq; diuersis deputati officijs in obsequiũ tui: hi te familiari⁹ uisitant, frequentius pulsant, molestiusq; solicitant. Hi sunt qui nõ uerentur suscitare dilectã, & antequam ipsa uelit. Et primo quidẽ clerum illũ ordinatissimum esse decet: ex quo præcipue in omnem ecclesiam cleri forma processit. Deinde omne quod perperam agitur te præsente: id tibi turpi⁹. Interest gloriæ sanctitatis tuæ, ut quos præ oculis habes: ita ordinati, ita sint informati: quatenus totius honestatis & ordinis ipsi speculũ, ipsi sint forma. Inueniantur præ cæteris oportet expediti ad officia, idonei ad sacramẽta: ad plebes erudiẽdas soliciti: circunspecti ad sese custodiendos in omni castitate. Quid de populo loquar? Popul⁹ Romanus est. Nec breuius potui, nec exp̃ssius tm apire de tuis parochianis qd̃ sentio. Quid tã uotũ seculis, quàm proteruia & fastus Romanoꝝ? Gens insueta paci, tumultui assueta. Gens immitis & intractabilis, usque adhuc subdi nescia: nisi cum non ualet resistere. En plaga: tibi incumbit cura hæc: dissimulare non licet. Rides me: forsitan fore incurabilem persuasus. ¶Noli diffidere: curã exigeris, non curationem. Deniq; audisti: curam illius habe: & non, cura uel sana illum. Verũ dixit quidã: Non est Eccli. 23.
in medico semper ut releuetur æger. At melius ꝓpono de tuis tibi. Paulus loquit: plus omnibus laborauí. Non ait, 1. Cor. 15.
plus oĩbus profui: aut plus omnibus fructificaui: uerbum insolens religiosissime uitans. Aliàs autem nouerat homo quem docuit deus: quia unusquisq; fm suũ laborem accipiet, nõ fm prouentũ. Et ob hoc in laborib⁹ poti⁹ quàm in profectibus gloriandum putauit: sicut alibi quoq; habes ipsum dicẽtem: In laboribus plurimis. Ita quæso fac 2. Cor. 11.
tu quod tuum est nam deus quod suum est, satis absq; tua solicitudine & anxietate curabit. Planta, riga, fer curam: 1. Cor. 3.
& tuas explicuisti partes. Sanè incrementum ubi uoluerit dabit deus, non tu. Vbi fortè noluerit, tibi deperit nihil: dicente scriptura: Reddet deus mercedem laborũ sanSapiẽ. 10.
ctorum suorũ. Securus labor: quem nullus ualet euacuare defectus. Et hoc dixerim absq; pĩudicio diuinæ potentiæ & bonitatis. Scio induratũ cor populi huius: sed potens est de⁹ de lapidib⁹ istis suscitare filios Abrahæ. Quis Ionæ. 3.
scit si reuertatur & ignoscat: conuertat & sanet eos? Sed non est propositi mei dictare deo quid facere debeat: tibi utinam possim quæ oportet & prout oportet suadere. At loc⁹ dubi⁹, & scrupulosa incidit disputatio. Nam ubi adoriar dicere qd̃ sentio: uideo satis qd imminet. Clamabitur insuetũ: nã iustum negari non poterit. Ego uerò ne insuetum quidẽ assenserim. Nẽpe assuetum fuisse scio, ac p hoc in dissuetum potuisse uenire, sed non redire in insuetum. An uerò assuetum quis neget, quod cõstat nõ modo ali-

quando factum: sed aliquandiu factitatum? Quid illud sit dicam: & non proderit. Cur? Quia non placebit satrapis plus maiestati quàm ueritati fauentibus. ¶ Fuerūt ante te qui se totos ouibus pascendis exponerent, pastoris opere & nomine gloriantes: nil sibi reputantes indignum, nisi qđ saluti ouium obuiare putarent: nō quærētes quæ sua sunt, sed impendentes. Impendere curam: impendere sub-
2. Cor. 12. stantiam: impēdere & seipsos. Vnde unus illorū: Et ego,
Matt. 20. ait, superimpendar pro aīab⁹ uestris. Et tanquā dicerent:
1. Cor. 9. nō uenimus ministrari, sed ministrare: ponebant quoties oportuisset sine sumptu euāgelium. Vnus erat de subditis
Luc. 1. quæstus, una pompa, unaq; uoluptas, si qūo eos possent parare dño plebem perfectam. Id omnimodis satagebāt:
2. Cor. 11. etiam in multa contritione cordis & corporis: in labore & ærumna: in fame & siti: in frigore & nuditate. Vbi nunc quæso consuetudo hæc? Subit dissimilis ualde: longe in aliud mutata sunt studia: & utinam non in peius. Cura tī & anxietas, & æmulatio & solicitudo fateor perseuerant. Translata hæc, non imminuta. Testimonium uobis perhibeo q nec substantiæ parcitis: non magis quàm ante. Diuersa autem locatio dissimilitudinē facit. Magna abusio: pauci ad os legislatoris: ad manus omnes respiciūt. Non immeritò tamē. Omne papale negociū illæ agunt. Quem dabis mihi de tota maxima urbe qui te in papam receperit precio seu spe precij nō interueniente? Et tunc potissimum uolūt dominari, cum professi fuerint seruitutem. Fideles se spōdēt, ut opportunius fidētibus noceāt. Ex hoc non erit cōsiliū tibi à quo se arcendos putent: non secretū quo se non ingerant. Si stante præ foribus quoquā illo⁹, moram uel modicam fecerit ostiarius: ego tunc pro illo esse noluerim. Et nunc experire paucis nouerim ne & ego
Hier. 4. aliquatenus mores gentis. ¶ Ante oīa sapientes sunt ut faciant mala: bonum autē facere nesciunt. Hi inuisi terræ & cælo: utriq; iniecere manus: impij in deū, temerarij in sancta, seditiosi in inuicem, æmuli in uicinos, inhumani in extraneos, quos neminem amantes amat nemo, & cū timeri affectant ab omnibus, omnes timeant necesse est. Hi sunt qui subesse non sustinent: præesse non norūt: superioribus infideles, inferioribus importabiles. Hi inuerecūdi ad petendum: ad negādum frontosi. Hi importuni ut accipiāt: inquieti donec accipiant: ingrati ubi acceperint. Docuerunt linguam suam grandia loqui: cum operētur exigua. Largissimi promissores: & parcissimi exhibitores. Blandissimi adulatores, & mordacissimi detractores. Simplicissimi dissimulatores, & malignissimi proditores. ¶ Excurrimus usq; huc, plenius te atq; expressius admonendum putātes horum quæ circa te sunt in hac parte. Iam ad ordinē recurramus. Quale est q de spoliis ecclesiarum emūtur q dicunt tibi euge euge? Pauperū uita in platēis diuitum seminatur. Argētū micat in luto: accurritur undiq;: tollit illud non pauperior, sed fortior: aut qui fortè citius præcucurrit. A te tamē mos iste, uel potius mors ista non cœpit: in te utinā desinat. ¶ Sed reliqua prosequamur. Inter hæc tu pastor procedis deauratus: tā multa circūdat⁹ uarietate. Oues quid capiunt? Si audere dicere: dæmonū magis quàm ouium pascua hæc. Scilicet sic factitabat Petrus, sic Paulus ludebat? Vides oēm ecclīasticū zelum feruere sola pro dignitate tuenda? Honori totū datur: sanctitati nihil aut parum. Si causa requirēte paulò summissius agere, ac socialius te habere tentaueris: absit inquiunt: nō decet, tempori, non congruit, maiestati nō cōuenit: quam geras personam attendito. De placito dei ultima mentio est: pro iactura salutis nulla cunctatio. Nisi quod sublime est, hoc salutare dicamus: & quod gloriam redolet, id iustum. Ita omne humile probro ducitur inter palatinos, ut facili⁹ qui esse, quàm qui apparere humilis uelit, inuenias. Timor dñi simplicitas reputatur: ne dicam fatuitas. Virum circumspectū & amicū propriæ conscientiæ calūniatur hypocritam. Porrò amatorem quietis, & sibi interdū uacātē: inutilē dicūt. Quid ergo tu? Euigilásne adhuc ad istos qui circūdederunt te laqueis mortis? Quæso sustine paulisper, & supporta me. Imo da ueniam: non tam temere quàm timide hæc loquēti. Aemulor te æmulatione bona: & utinam quàm uehemēti, tam utili. Scio ubi habitas: icredulí & subuersores sunt tecū. Lupi, nō oues sunt talium tī tu pastor. Vtilis consideratio: qua fortè immensis quō si fieri possit conuertas eos: ne ipsi subuertant te. Quid diffidimus posse reuerti in oues: è quibus uersi in lupos potuerunt? Hic hic non parco tibi: ut parcat deus. Pastorē te populo huic certè aut nega: aut exhibe. Non negabis: ne cuius sedē tenes, te neget hæredē. Petrus hic est: qui nescitur processisse aliquādo uel gemmis ornatus uel sericis, nō tectus auro, nō uectus equo albo, nec stipatus milite, nec circūstrepētibus septi⁹ ministris. Absit hīs tī credidit satis posse implerí salutare mandatū: Si amas me, pasce oues meas. In his successisti nō Petro, sed Cōstantino. Consulo toleranda pro tempore: nō affectanda pro debito. Ad ea te potius incito, quor⁹ te scio debitorē. Esto purpuratus: etsi deauratus incedens: nō est tī quod horreas operā curámue pastoralē pastoris hæres: non est qđ erubescas euangeliū. Quanquā si uolēs euangelizes inter apostolos quidē: etiā gloria est tibi. Euāgelizare, pascere est. Fac opus euāgelistæ: & pastoris opus impleſti. Dracones inquis me mones pascere: & scorpiones, nō oues. Propter hoc inquam magis aggredere eos: sed uerbo, nō ferro. Quid tu denuo usurpare gladium tentes, quem semel iussus es ponere in uaginam? Quem tī q tuū negat, non satis mihi uidetur attēdere uerbum dñi dicētis sic: Cōuert te gladium tuū in uaginā. Tuus ergo & ipse: tuo forsitan nutu, etsi non tua manu euaginandus. Alioquin si nullo modo ad te pertineret & is, dicentib⁹ apostolis, Ecce gladij duo hic: non respondisset dñs, Satis est: sed, nimis est. Vterq; ergo ecclesiæ, & spiritalis scilicet gladius & materialis: sed his quidem pro ecclesia: ille uerò & ab ecclesia exercendus est. Ille sacerdotis, is militis manu: sed sanè ad nutum sacerdotis, & iussum imperatoris. Et de hoc alias. Nunc uerò arripe illū qui tibi ad feriendū creditus est, & uulnera ad salutē: si nō oēs: si non uel multos: certè quos possis. Nō sum inquis melior quàm patres mei. Quē illorū dom⁹ exasperans, nō dico audiuit, sed nō irritauit? Ideo tu insiste magis: si fortè audiant & quiescant, insiste & resistentibus. Dicendo hæc: fortè nimius dicar. Num nostra illa uox, Insta opportune importune. Hunc (si audes) primum appellato. Prophetæ p̄cipitur, Clama, ne cesses. Ad quos nisi ad sceleratos & peccatores? Annuncia, inquit, populo meo scelera eorū: & domui Iacob peccata eorū. Prudēter aduerte & sceleratos perhiberi, & populū dñi. Puta de his idem. Et si sceleratí, & si iniq: uide ne audiar: Quod uni ex his meis non feciſti, nec mihi feciſti. Fatetur populū istū extitisse usq; adhuc dura fronte: & indomito corde: sed utrū etiā indomabili, nescio unde liquido scire possis. Pōt fore quod necdum fuit. Si difficilis tu: sed apud deū nō erit impossibile omne uerbū. Si dura fronte sunt: durato & tu ecōtra tuā. Nil tam durū quod duriori non cedat. Dñs ad prophetā: Dedí frontē tuā duriorē frontibus eor⁹. Vnū est quod te absoluit, si egisti cum populo illorum possis dicere: Populem⁹ quid tibi debuí facere & nō feci? Si sic feciſti, nec profeciſti: est demū qđ facias & qđ dicas: Exí de hur Chaldæorū: & dicito quia oportet me & alijs ciuitatib⁹ euāgelizare. Puto nec pœnitebit exilij urbe pro urbe cōmutato. ¶ Veniamus ad collaterales & coadiutores tuos. Hi seduli tibi: hi intimi sunt. Quāobrēū boni sunt, tibi potissimū sunt: si mali, æque pl⁹ tibi. Ne te dixeris sanū, dolentē latera: hoc est ne te dixeris bonū, malis inuitē. Aut si bon⁹ sis: bonitas tui solius quē fructū afferre potest? Sicut in superiore libro dixisse me memini. Quid inquā emolumēti affert ecclesijs dei tua unius hominis iustitia, ubi sententia præualet aliter affectorum? Sed nec tuta tibi tua bonitas obsessa malis: non magis quàm sanitas uicino serpēte. Nō est quo te subducas malo intestino. Et è regione bonū domesticum eò amplius, quò sæpius iuuat. Sed siue leuent, siue grauent: cui rectius

imputandum

imputandum quàm tibi: q tales aut elegisti, aut admisistis: Non de oĩbus dico: nã sunt quos non elegisti: sed ipsi te. At potestatẽ nõ habẽt: nisi quam tu eis aut tribueris, aut permiseris. Ad idem ergo reuertimur. Tibi imputa quicqd patieris ab eo q sine te põt facere nihil. His exceptis: decætero nõ mecõsiderate (ut uides) eligẽdi quicq; seu colligẽdi sunt in opus ministerij huius. Tuum est undecũq; Num.11. euocare & asciscere tibi (exemplo Moysi) senes non iuuenes: sed senes non tam ætate quàm moribus: quos tu nosti quia senes populi sunt. ¶ An non eligẽdi de toto orbe orbẽ iudicaturi? Sanè huic negocio nõ se ingerat rogãs. Cõsilio: nõ prece agẽdũ est. Sunt quæ necessario à nobis rogãtiũ aut extorquet iportunitas: aut necessitas meret. At istud in his quæ nostra sunt. Vbi autem nõ licet quod uolo facere, quis locus roganti? Nisi fortè qui me rogat, hic rogat ut quod uult hoc liceat mihi: & nõ magis ut uelim. Alius pro alio: alius fortè & pro se rogat: Pro quo rogaris, sit suspectus. Qui ipse rogat pro se: iam iudicatus est. Nec interest, per se an per alium quis roget. Clericum curiam frequentantem qui nõ sit de curia, ad idem noris pertinere ambientium genus. Adulantem & ad placitum cuiusque loquentem, unum de rogantibus puta, etiam si nihil rogauerit. Scorpioni nõ est in facie quod formides: sed pungit à cauda. Si ad talium blanditias cor tuum (ut Ioan.2. assolet) moliri senseris: memineris scriptũ: Omnis homo primum bonũ uinũ ponit: cum autem inebriati fuerint, tunc id quod deterius est. ¶ Parí põdere æstimaueris eius humilitatẽ qui timet, & eius qui sperat. Viri callidi & dolosi propriũ esse solet tunc prætendere humilitatem, cum Eccli.19. aliquid obtinere uoluerit. De qualib⁹ dicit scriptura: Est qui se humiliat nequiter: & interiora eius plena sunt dolo. De uobis ipsis sume sentẽtiæ huius euidens ac familiare exẽplum. Quantos quos supplices admisistis, postmodum sustinuistis graues, insolentes, contumaces, rebelles: Quod quidẽ interius malum tegunt principia, poste- Nota. riora prodũt. ¶ Verbosulum adolescentem, & studentem eloquentiæ, cũ sapiẽtiæ sit inanis: nõ aliud quàm iustitiæ hostem reputes. Pro huiusmodi falsis fratribus dicit tibi 1.Tim.5. magister: Manus cito nemini imposueris. Excluso itaque uniuerso hic pestilẽti genere hominũ: curæ tibi maximæ sit introducere tales quos postmodum introduxisse non pœniteat. Turpe est tibi sæpius retractare quod feceris: & iudicium tuũ frequẽter periclitari nõ decet. Diligẽter proinde omne quod faciendum erit, tracta apud te, & cũ his qui te diligũt. Tracta autẽ ante factũ, quia post factum Eccli. 32. sera retractatio est. Sapiẽtis cõsiliũ est: Oĩa fac cũ cõsilio, & post factũ non pœnitebis. Et hoc tibi persuade, qui admittendi sunt, difficile in curia posse probari: & ideo si fieri potest: uiros probatos oportere deligi, non probãdos. Nos in monasteriis omnes recipimus, spe meliorãdi. ¶ At curia bonos facilius recipere magis quàm facere consueuit. Quòd si plures in ea defecisse bonos, quàm malos perfecisse probauimus: quærendi sanè quibus nec defectus timeatur, nec profectus optetur: utpote iam perfectis. Itaq; non uolentes neq; currentes assumito, sed cunctantes: sed Luce.14. renuentes. Etiam coge illos & compelle intrare. In talib⁹ ut opinor requiesceret spiritus tuus: q nõ sint attritæ frontis: sed uerecundi, sed timorati: qui præter dñm timeant nihil, nihil sperent nisi à deo. Qui aduentantium non manus attendant: sed necessitates. Qui stent uiriliter pro afflictis, & iudicent in æqtate pro mãsuetis terræ. Qui sint compositi ad mores, probati ad sanctimoniam, parati ad obedientiã, mansueti ad patiẽtiã: subiecti ad disciplinam, rigidi ad censurã: catholici ad fidẽ, fideles ad dispensatiõẽ: cõcordes ad pacẽ, cõformes ad unitatẽ. Qui sint in iudicio recti, in cõsilio prouidi, in iubendo discreti, in disponendo industrij, in agendo strenui, in loquendo modesti, in aduersitate securi, in ꝓsperitate deuoti, in zelo sobrij, in misericordia nõ remissi, in ocio non ociosi, in hospitio nõ dissoluti, in cõuiuio nõ effusi, in cura rei familiaris nõ anxij, alienæ nõ cupidi, suæ nõ prodigi: ubiq; & in omnibus circunspecti. Qui legatione pro Christo fungi quoties opus erit nec iussi renuant: nec nõ iussi affectent. Qui quod uerecunde excusant, obstinatius nõ recusent. Qui missi post aurum non eant: sed Christum sequantur. Qui Phil.4. quæstum legationem non æstiment: nec requirãt datum, sed fructum. Qui regibus Ioannem exhibeant, Aegyptijs Moysen, fornicãtib⁹ Phinees, Heliã idololatris, Helisæũ auaris, Petrum mentientibus, Paulum blasphemantibus, negociantib⁹ Xp̃m. Qui uulgus nõ spernãt, sed docẽt: diuites non palpent, sed terreãt: pauperes nõ grauẽt, sed foueãt: minas principũ non paueant, sed contẽnant. Qui non cum turba intrẽt, nec cũ ira exeãt: qui ecclias nõ spolient, sed emẽdent. Qui marsupia non exhauriant: sed corda reficiant, & crimina corrigant, famæ puideãt suæ, nec inuideant alienæ. Qui orandi studiũ gerant, & usum habeãt: ac de omni re oratiõi plus fidãt, quàm suæ industriæ uel labori. Quorũ ingressus pacificus, nõ molest⁹ exitus sit. Quorũ sermo ædificatio: quorũ uita iustitia: quorum præsentia grata: quorũ memoria in benedictione. Qui se amabiles præbeãt, non uerbo, sed opere: reuerẽdos exhibeant, sed actu non fastu. Qui humiles cum humilibus, & cũ innocẽtibus innocentes: duros dure redarguãt, malignantes coerceant: reddãt retributionem superbis. Qui non de dote uiduæ, & patrimonio crucifixi se uel suos ditare festinent: gratis dantes quod gratis acceperunt: gra Matt.10. tis facientes iudicium iniuriam patiẽtibus, uindictam in Psal.145. nationibus, increpationes in populis. Qui de tuo deniq; spiritu illorũ instar septuaginta Moysi accepisse cernantur: per quẽ siue absentes: siue præsentes, contendant placere tibi: placere deo. Qui ad te redeant fatigati quidem, sed non suffarcinati. Simul & gloriantes nõ quòd curiosa seu preciosa quæq; terrarum attulerint: sed q̃ reliquerint pacem regnis, legem barbaris, quietem monasterijs, ecclesijs ordinem, clericis disciplinã, deo populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. ¶ Dignum nũc ad medium uenire factum dulcis memoriæ Martini nostri. Nosti hoc: sed an memineris ignoro. Is cardinalis presbyter, functus aliquando legatiõe in Dacia, tam pauper remeauit, ut penè expensis & equis deficiẽtibus, uix peueniret Florẽtiã. Ibi episcopus loci donauit ei equum quo Pisas usq; ubi eramus tunc peruectus est. Postridie credo secutus episcopus (erat enim illi causa cũ aduersario, & agendi aderat dies) cœpit requirere suffragia amicorũ. Cumq; per singulos solicitaretur, uentum est ad Martinum. Fiducia erat maior in illo, qui non posset immemor esse receptis beneficij. Tum martinus: Decepisti me (inquit) nesciebam tibi imminere negocium. Tolle equum tuum: ecce in stabulo est. Et hora eadem resignauit illi. Quid dicis mi Eugeni? Nónne alterius seculi res est, rediisse legatum de terra auri sine auro, transisse per terram argenti, & argentum nescisse: donum insuper quod poterat esse suspectum, illico reiecisse? Sed ô mihi locũ suauem ubi incidit occasio memorãdi & nominandi, suauissimi odoris uirũ, episcopũ loquor Gaufridum Carnotensem, qui legatiõnẽ in partibus Aquitaniæ propriis sumptib⁹ strenue administrauit, idq; annos plures. Rem loquor quam uidi ipse. Eram cum eo in terra illa, cum à quodam presbytero præsentatus illi est piscis quẽ uulgo uocant sturgionem. Percunctatus legatus quanti uænierit, nõ accipio inquit nisi receperis precium: & resignauit solidos quinq; inuito & uerecundo. Item cum essemus in quodam oppido, domina illius oppidi obtulit ei pro deuotione cum manutergio duas uel tres paropsides pulchras, ligneas tamen. Quas aliquandiu intuens homo scrupulosæ cõscientiæ, laudauit eas: sed nõ acquieuit accipere. Quãdo argẽteas recepisset, qui ligneas refutauit? Non fuerũt qui possent legato dicere, Ditauim⁹ Abraham. Ipse uerò cũ Samuele libere concionabatur ad omnes, Loquimini de me co- I.Reg.12. ram dño, & corã Christo eius, utrum bouem cuiusquam tulerim aut asinũ, si quempiã calumniatus sum, si oppressi aliquẽ, si de manu cuiusquã munus accepi, & contẽnam

illud hodie,nobisq; restituam.O si taliū daretur uirorum copia,quales perstrinximus nunc:Quid te felicius,quid illo iucundius seculo? Nónne secunda ab æternitate illorum tibi temporum beatitudo uideretur,cum te quaquauersum procedens, stipatum uideres tam inclyto agmine beatorū? Si te nouí,hæres, & altū trahens spiritū tecum loqueris.Putas fore posse quod dicitur:Putas hic sumus quousq; hæc fiant? Quis det uiuere, ut uidere cōtingat? O si uidere in uita mea ecclesiam dei talibus innixam columnis.O si domini mei sponsam cernerem tantæ cōmissam fidei,tantæ creditā puritati. Quid me beatius, quidue securius,cum eiusmodi circa me uitæ meæ & custodes spectarem,simul & testes? Quibus omnia mea secreta secure committerem: communicarem consilia: quibus me totum refunderem tanquā alteri mihi.Qui si uellē aliquatenus deuiare,non sinerent: frenarent præcipitē: dormitantē excitarent. Quorū me reuerentia & libertas extollentem reprimeret,excedentem corrigeret. Quorum me constantia & fortitudo nutantē firmaret:erigeret diffidentem.Quoq; me fides & sanctitas, ad quæq; sctā, ad quæq; honesta,ad quæq; pudica,ad quæq; amabilia & bonæ famæ prouocaret. Et nūc reduc oculos mi Eugeni ad eum qui nūc est curiæ siue ecclesiæ statū, & studia prælatorū, corū præsertim q sunt in circuitu tuo. Sed de his hactenus ego.Palpauí:non fodi parietem.Tibi licet fodere & uidere,utpote prophetæ filio. Mihi progredi nō est fas. Vnū dico quod in facie est. Ridicule ministri uestri, & uestris se cum presbyteris anteferre conantur.Non hoc ratio habet:nō antiquitas habuit:non consentit authoritas.Et si de sua consuetudine calūnia struitur: melius profectò illa quàm summus ordo contēnitur. Frustolū tamen satis unde maxime obtinere id uolunt. Nos sumus inquiunt qui in omni celebritate domino papæ coniunctiores assistimus:sedenti propiores assidemus:priores sequimur procedentem.Hoc totum nō dignitatis priuilegiū:sed sedulitatis debitum est:diaconi nomen solenni ipsa administratione interpretans.Deniq; presbyteris ordinata confessione ambientibus maiestatem,uos ad pedes sederis.Propiores assistitis, ut habeat paratiores. In euangelijs legi-
Luc.22. mus:quia facta est contētio inter discipulos,quis eorum uideret esse maior. Beatus esses si sic circa te cætera tenerētur. ¶Tædet iam curiæ:exeundum palatio:domi expectant nos.Hi non modo circa: sed quodammodo intra te sunt.Nō est supuacua cōsideratio qua intēdis disponere domui tuæ: puidere his q̄ sinu tuo & ī gremio tuo sunt.
1.Tim.3. Ego dico & necessaria.Paulū audi:Si qs domui suæ p̄esse nescit:quomodo ecclesiæ dei diligentiam habebit? Item
1.Tim.5. si quis suorum & maxime domesticorū curā non habet:fidem negauit,& est infideli deterior.Et hæc dicens: nō te moneo summis occupatum intendere infimis,& quasi minutum fieri:in minimis impendere quod maximis debes.
Matt.6. Quid te intrices unde te eripuit deus? Hæc inquit omnia adiicietur uobis.Verūtñ & hæc oportet facere: & illa nō omittere At illa per te agens,per te etiam oportet prouideas qui pro te de his prouideant.Nam si unus è seruis pse non sufficit simul & custodiæ iumentorū, & curæ mensarum: tu per te quomodo intēdere ualeas,& tuæ domui
Baruc.3. & domini pariter,dè qua scriptum est:O Israel quàm magna est domus domini? Vacuum prorsus à solicitudine rerum minorū & uilium oportet esse animum tam magnis & tam multis intētum rebus.Oportet liberū:quem nulla sibi uendicet uiolēta occupatio.Oportet ingenuū:quem nulla deorsum trahat indigna affectio.Oportet rectū:quē nulla scorsum auertat sinistra intentio. Oportet cautum: quem nulla subeat furtiua suspicio.Oportet uigilē:quem nulla à sese abducat peregrina & curiosa cogitatio.Oportet firmum: quem nulla concutiat repentina turbatio. Oportet inuictum:quem nulla fatiget uel continua tribulatio.Oportet amplum:quem nulla coarctet rei temporalis amissio.His te non dubites & bonis priuandum,& feriendum malis: si animum diuidens, & dei rebus & tuis pariter reculis uolueris impartiri. Procurādus quem implices:quí pro te molat.Pro te dico:nō tecum. Quædam per temet facies:quædam per te & alios simul: quædā per alios & absque te.Quis sapiens & intelliget hæc? Non est quod inter ista dormitet consideratio tua.Ego uero ego da domus tuæ,sub eo genere quod nouissimum possis cauenda censuerim.Per alium,ut dixi,illa facies. At in fidelis non fuerit:fraudabit.Si non fuerit prudens:fraudabitur.Quærendus proinde fidelis & prudens:quem constituas supra familiam tuam. Adhuc inutilis est si tertiū desit. Quæris quid hoc? Authoritas.Quid enim prodest uelle & scire quoque disponere prout necesse est: si quod scit & uult,nō potest? Danda ergo facultas agendi pro libitu.Si in præiudiciū rationis putas hoc fieri: memento fidelem,qui agere nihilominus pro ratione uoleranda prudentem,qui agere nihilominus pro ratione sciat.Sed fidelis solersq; uoluntas tunc proderit, cū ei affatim suppetet unde tota facilitate mancipetur effectui: cunctis sine cunctatione parentibus.Subdendi igitur omnes. Nullum patiatur contradictorem. Nemo qui dicat, cur ecclesti sic? Potestatem habeat excludere & admittere quos uoluerit:mutare ministros:transferre ministeria ad quos & quando uoluerit.Ita timori sit oībus, ut sit & utilitati. Præsit omnibus,ut omnibus prosit,& de omnibus.Clam destinas & susurratas delationes non recipias aduersus eum:magis detractiones censueris. Et hanc uelim generalem tibi constituas,regulam: ut omnem qui palam uoretur dicere quod in aure locutus est,suspectum habeas. Quòd si te iudicante dicendum coràm ille renuerit: delatorem iudices:non accusatorem. Itaq; unus omnibus faciendā iniungat,& uni omnes respōdeant.Tu illi habeas fidem,uacans tibi & ecclesiæ dei. Si quominus aut fidelis inueniatur aut prudens:fideli potius committendum. Sanè è duobus tutius hoc.Quanquam si idoneus non reperitur:minus fidelem sustinere potius consulo: quàm immergere labyrinto huic.Memento saluatorem Iudam œconomum habuisse. ¶Quid episcopo turpius quàm incumbere supellectili, & substantiolæ suæ scrutari omnia, scisciatari de singulis, morderi suspicionibus, moueri ad quæq; perdita uel neglecta? Ad uerecundiam dico quorundam eiusmodi scrutantium quotidie omnem substantiam suam,numerantium singula,de minutis & quadrantibus exigentium rationem.Non ita ille Aegyptius,qui Ioseph omnibus traditis ignorabat quid haberet in domo sua.Erubescat christianus, christiano sua nō credens. Homo sine fide, fidem tamen habuit seruo: super omnia bona sua cōstituēs eum. Et hic erat alienigena. Mira res. Satis superq; episcopi ad manum habent quibus animas credant: & cui suas committant facultatulas, non inueniunt.Optimi uidelicet æstimatores rerum:qui magnam de minimis,paruam aut nullam de maximis curā gerant. Sed ut liquido datur intelligi:patientius ferimus Christi iacturam,quàm nostram.Quotidianas expēsas quotidiano reciprocamus scrutinio: & continua dominici gregis detrimenta nescimus.De precio escarum, & numero panum, cū ministris quotidiana discussio est: rara admodū cū presbyteris celebratur collatio de peccatis populorū. Cadit anima: & est qui subleuet eam:perit anima, & nemo qui reputet. Nec mirum: cum nec nostros quidem assiduos sentiamus defectus.Nónne ad singulas suppurationes istas irascimur,urimur, anxiamur? Quàm tolerabilius rerum quàm mentium sustineremus iacturā? Quare inquit non magis fraudē patiminí? Quæso tu qui alios doces,doce teipsum, si tamen iam non docuisti, pluris te habere quàm tua. Transitoria ista quæ stare tibi nullo pacto queunt,fac ut à te transeant,nō per te.Riuus quà fluit cauat terram:sic discursus temporalium conscientiam rodit. Si potest torrens in agros excurrere sine læsione fatorum,& tu te ista sine uulnere mentis posse tractare confidito.Omnimodis consulo studeas auertere à te concursum horum. Multa nescias:plurima dissimules:nonnulla obliuiscaris.

Universidad de Deusto

obliuiſcaris. Sunt tamen quæ ignorare te nolim, mores quorũq; & ſtudia. Non oportet ut uitia domus tuæ ultimus ſcias: quod quamplurimis nouimus cõtigiſſe. Quapropter (ut dixi) quid alia diſpẽſet: de diſciplina tu, uide. Illud nemini credas, ſi inſolẽtior corã te uel ſermo ſonuerit, uel habitus apparuerit: manus tua ſuper eiuſmodi, tu ulciſcere iniuriã tuã. ¶ Impunitas auſum parit, auſus exceſſum. Domũ ẽpi decet ſanctitudo, decet modeſtia, decet honeſtas, horũ diſciplina cuſtos. Sacerdotes domeſtici, aut cæteris honeſtiores, aut fabula oĩbus ſunt. In uultu, in habitu, in inceſſu, illorum qui circa te ſunt, nihil reſidere impudicum, nil indecẽs patiaris. Diſcant à te coepiſcopi tui comatulos pueros & comptos adoleſcentes, ſecũ non habere. ¶ Certè inter mitratos diſcurrere calamiſtratos non
Eccle.7. decet. Et memẽto quod ſapiẽs ammonet: Filiæ tibi ſunt: noli faciẽ tuã hilarẽ ad eas oſtẽdere. Nec auſteritatem tĩ ſuadeo tibi: ſed grauitatem. Illa infirmiores fugat, hæc reprimit leuiores. Illa ſi aſſit, odibilẽ: hæc ſi deſit, cõtemptibilẽ reddit: in oĩbus tamen modus melior. Ego nec ſeuerius uelim nec diſſolutius. Quid hac mediocritate gratiꝰ, ut nõ de ſeueritate ſis oneri, nec de familiaritate contemptui? In palatio papam, domi te patremfamilias exhibe. Amẽt te domeſtici tui: ſi nõ, facito ut timeant. ¶ Vtilis ſem per cuſtodia oris, quæ tamen affabilitatis gratiam non excludat. Ergo ubiq; frenanda lingua præceps: maxime aũt in conuiuio. Ille conuenientior habitus, ſi tu actu quidẽ ſeuerus ſis, uultu ſerenus, uerbo ſerius. ¶ Capellani & qui tecum iugiter diuinis interſunt officijs: nõ ſint ſine honore. Tuum eſt tales tibi prouidere, qui digni ſunt. Seruiat eis ab oĩbus tanquam tibi. Neceſſaria de manu tua accipiant. His cõtenti ſint quæ tu prouideris illis: tu uide ne
4.Reg.5. egeant. Super hoc quem fortè ab aduentantibus petere deprehendes: iudica giezitam, Id de hoſtiarijs, id de cæteris officialibus decernendum. Verum hoc ex abundanti: nam formã iſtã iam olim à te poſitam recordamur. Quid tuo dignius apoſtolatu? Quid ſalubrius ad cõſcientiam,
Eſaie.33. honeſtius ad famã, utilius ad exemplũ? Optimus canon qui proĳcit auaritiã ex calumnia, & non à conſcientia tãtum. Libet iam & hunc claudere librum: ſed in calce aliqua uelim uel ante dicta quaſi epilogando repetere, uel addere prætormiſſa. Conſideres ante omnia ſanctam Romanam eccleſiã, cui deo authore præes, eccleſiarũ matrẽ eſſe, nõ dominã: te uerò nõ dñm epiſcoporũ, ſed unũ ex ipſis, porrò fratrẽ diligentiũ deum: & participẽ timẽtiũ eum. ¶ Decætero oportere te eſſe cõſidera formã iuſtitiæ, ſanctimoniæ ſpeculũ, pietatis exẽplar, aſſertorẽ ueritatis, fidei defenſorẽ, doctorẽ gentiũ, chriſtianorũ ducẽ, amicum ſpõſi, ſponſæ paranymphũ, cleri ordinatorẽ, paſtorẽ plebiũ, magiſtrũ inſipientiũ, refugiũ oppreſſorũ, pauperum aduocatũ, miſerorũ ſpem, tutorẽ pupillorũ, iudicẽ uiduarũ, oculũ cæcorũ, linguã mutorũ, baculũ ſenũ, ultorẽ ſceleruũ, malorũ metũ, bonorũ gloriã, uirgã potentiũ, malleũ tyrannorũ, regũ patrẽ, legũ moderatorẽ, canonũ diſpenſatorẽ, ſal terræ, orbis lumẽ, ſacerdotẽ altiſſimi, uicarium Chriſti, Chriſtũ dñi, poſtremo deũ Pharaonis. Intellige
Pſal.33. quæ dico. Dabit tibi dñs ĩtellectũ. Vbi malitiæ iuncta potentia eſt: aliquid tibi ſupra hoĩem præſumendũ. Vultus tuus ſuper facientes mala. Timeat ſpiritũ iræ tuæ, qui hominẽ nõ ueref, gladiũ nõ formidat. Timeat orationẽ, qui ammonitionẽ contẽpſit. Cui iraſceris tu, deum ſibi iratũ nõ hoĩem putet. Qui te nõ audierit, auditurũ deũ, & contraſe paueat. Quod reliquũ eſt, de his quæ ſupra te ſunt, incumbit iam diſputatio. Quam uno libro deo adiuuãte ſoluere ſpero, & me pariter abſoluere promiſſione mea.

¶ *De conſideratione. Liber quintus.*

IBri ſuperiores etſi de conſideratione inſcribãtur: plurimum tñ habent actionis admixtum: dum res aliquas nõ conſiderãdas tñ, ſed agendas docent uel monent. Atqui in manib⁹ modo eſt: ſola in cõſideratione uerſabitur. Quæ enim ſupra ſunt (id quidem inſtat) actu non indigent, ſed inſpectu. Non eſt quod in eis actites, quæ uno modo ſemper ſunt & inæternũ. Porrò aliqua & ab æterno. Et hoc uelim ſolerter aduertas uir ſagaciſſime Eugeni: quia toties peregrinatur cõſideratio tua, quoties ab illis rebus ad iſta deflectitur inferiora & uiſibilia: ſiue intuẽda, ad notitiã: ſiue appetẽda, ad uſum: ſiue pro officio diſponenda uel actitãda. Si tamen ita uerſatur in his ut per hæc, illa requirat: haud procul exulat. Sic conſiderare, repatriare eſt. Sublimior iſte præſentium ac dignior uſus rerum: cum iuxta ſapientiam Pauli, inuiſibilia dei per ea quæ facta ſunt, intelRoma.1. lecta cõſpiciuntur. Sanè hac ſcala ciues nõ egent, ſed exules. Quod uidit ipſe huius ſententiæ author, qui cum diceret inuiſibilia per uiſibilia conſpici, ſignanter poſuit à creatura mundi. Et uerè quid opus ſcalis tenenti iam ſolium? Creatura cæli illa eſt: præſto habens per quod potius iſta intuearur. Videt uerbũ, & in uerbo facta per uerbum. Nec opus habet ex his quæ facta ſunt, factoris notiam mendicare. Neq; enim ut uel ipſa nouerit, ad ipſa deſcendit, quæ ibi illa uidet ubi longe melius ſunt quam in ſeipſis. Vnde nec mediũ requirit ad ea corporis ſenſum: ſenſus ipſa ſibi, ſeipſa ſentiens. Optimum uidendi genus, ſi nullius egueris: ad omne quod noſſe libuerit, te contentus. Alioquin iuuari aliunde, obnoxiũ fieri eſt: minuſq; à perfecto iſtud, & minus liberum. ¶ Quid ꝙ & inferioribꝰ egeſt? Nõne præpoſterũ hoc & indignũ? Planè ſuperiorum quædã iniuria eſt, inferiorũ operã deſiderare: à qua iniuria nemo hoĩm perfecte uindicabitur, niſi cum quiſq; euaſerit in libertatem filiorum dei. Nẽpe erunt hi omnes Ioan.6. docibiles dei, & nulla interueniente creatura ſolo beati deo. Repatriaſſe erit hoc: exiſſe de patria corporum in regionem ſpirituũ. Ipſa eſt deus noſter, maximus ſpiritus, maxima mãſio ſpirituũ beatorum: & ne quid hic ſibi uſurpet carnis ſenſus ſeu imaginatio, ueritas eſt, ſapientia eſt, uirtus, æternitas, ſummũ bonũ. A quo interim abſumus: & ubi ſumus, uallis eſt, & uallis lachrymarum, in qua ſenſualitas regnat, & cõſideratio exulat. In qua libere quidẽ & poteſtatiue ſe exerit ſenſus corporeus: ſed intricatus caligat oculus ſpiritalis. Quid igitur mirum, ſi ope indigenæ aduena indiget? Et felix ſecundum tempus uſator qui ciuium beneficium, ſine quo tranſire non poteſt in obſequium conuertere potuit: utens, non fruens: urgens, non petens: exactor, nõ ſupplex. ¶ Magnus ille qui uſum ſenActiua. ſuum quaſdam ueluti ciuiũ opes expẽdere ſatagit, diſpenſando in ſuam & multorum ſalutem. Nec ille minor, qui Media. hunc ſibi gradũ ad illa inuiſibilia philoſophando conſtituit, niſi & hoc dulcius, illud utilius: hoc felicius, illud fortius eſſe conſtat. At omniũ maximus, qui ſpreto ipſo uſu Contem e rerum & ſenſuũ, quantũ quidẽ humanæ fragilitati fas eſt, platiua. non aſcẽſoriis gradibus, ſed inopinatis exceſſib⁹ auolare interdum cõtemplãdo ad illa ſublimia cõſueuit. Ad hoc ultimũ gen⁹ illos pertinere reor exceſſus Pauli. Exceſſus, nõ aſcẽſus. Nam raptũ potius fuiſſe quàm aſcendiſſe ipſe 2.Cor.12. ſe perhibet. Inde eſt quod dicebat: Siue mẽte excedimus 2.Cor.5. deo. Porrò hæc tria ita cõtingunt, cum cõſideratio etſi in loco peregrinatiõis ſuæ: uirtutis ſtudio, & adiutorio gratiæ facta ſuperior, ſenſualitatem aut premit ne inſoleſcat: aut cogit ne euageſ: aut fugit ne inquinet. In primo potẽtior: in ſecũdo liberior: in tertio purior. Puritatis ſiquidem & alacritatis pariter alis fit ille uolatꝰ. ¶ Vis tibi has conſiderationis ſpecies propriis diſtinguí noĩbus? Dicamus ſi placet primam diſpenſatiuã: ſecundã æſtimatiuã: tertiã ſpeculatiuã. Horũ noĩm rationes, diffinitiones declarabunt. Diſpenſatiua eſt cõſideratio ſenſibus ſenſibilibuſq; rebus ordinate & ſocialiter utens ad promerendũ deum. Eſtimatiua eſt cõſideratio prudenter ac diligenter quæq; ſcrutans & ponderans ad ueſtigandũ deũ. Speculatiua eſt cõſideratio ſe in ſe colligẽs, & quantũ diuinitus adiuuatur, rebus humanis eximẽs ad cõtemplandũ deũ. Puto uigilãter aduertis aliarũ hanc eſſe fructum: cæteras ſi non referãtur ad iſtam, quod dicuntur uideri poſſe, ſed nõ eſſe. Et prior quidẽ abſq; intuitu huius multa ſerit, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

nihil metit. Sequens uerò nisi ad istā se dirigat, uadit, sed nō cuadit. Ergo qđ prima optat: secunda odorat: tertia gustat. Ad quē tñ gustū perducūt & cæteræ, etsi tardius. Nisi ꝙ prima laboriosius: secūda quietius peruenīt. ¶ Dixisti inquis satis qua ascēdat: etiā quo ascēdendū dicere habes. Falleris si id speras: ineffabile est. Tu me existimas
1. Cor. 2. loquí quod oculus non uidit, nec auris audiuit, & in cor
Ibidem. hoīs non ascendit? Nobis inquit reuelauit deus per spíritum suum. Ergo quæ suprà sunt, non uerbo docentur, sed spíritu reuelant. Verū qđ sermo nō explicat, cōsideratio quærat, oratio expectat, mereat uita, puritas assequatur. Sanè eorum ammonitus quæ suprà sunt, nō te existímes mitti à me, suspicere, solē, lunam, stellas, non ipsum firmamentū, non aquas quæ super cælos sunt. Ista siquidē oīa etsi supra loco, pcio infra sunt, & dignitate naturæ. Sunt enim corpora. Tui portio spūs est: quo superius quippiā frustra quæris, qđ nō sit spíritꝰ. ¶ Porrò spiritus est deus: sunt & angeli sancti, & hi supra te. Sed deus natura, angeli gratia superiores sunt. Vnū siqdē tui & angeli optimū, ratio est. Deus uero non sui aliquid optimū habet, unum optimū totus. Is, & qui cum eo sunt beati spíritus: tribus modis ueluti uīs totidem, nostra sunt consideratione uestigandi, opinione, fide, intellectu. Quorum intellectus rationi innititur: fides authoritati: opinio sola uerisimilitudine se tuetur. Habent illa duo certam ueritatē: sed fides clausam & inuolutā: intelligentia nudā & manifestā. Cæterum opinio certi nil habēs, uerū per uerisimília quærit potius quàm apprehēdit. Omnino in his cauēda cōfusio: ne aut incertū opinionis fides figat: aut qđ firmū fixūcꝫ est fidei: opinio reuocet in quæstionē. Et hoc sciēdū, quia opinio si habet assertionē, temeraria est: fides si habet hæsitationē, infirma est. Item intellectus si signata fidei tentet irrumpere, reputatur effractor, scrutator maiestatis. Multi suā opinionē intellectū putauerūt, & errauerūt. Et qdē opinio potest putari intellectus: intellectus opinio nō potest. Vnde hoc accidit? Profectò quia hæc fallí & fallere potest: ille nō potest. Aut si falli potuit, intellectꝰ nō fuit, sed opinio. Verus nempe intellectus certā habet non modo ueritatē, sed notitiā ueritatis. Intellectus est, rei. Possumus singula hæc ita diffinire. Fides est uoluntaria quædā & certa prælibatio necdū propalatæ ueritatis. Intellectus est rei cuiuscūcꝫ inuisibilis certa & manifesta notitia. Opinio est quasi ꝓ uero habere aliqd qđ falsum esse nescias. Ergo ut dixi, fides ambiguū nō habet: aut si habet, fides non est, sed opinio. Quid igīt distat ab intellectu? Nempe ꝙ etsi nō habet incertū nō magis quàm intellectus: habet tamen inuolutū: quod nō intellectus. Deniqꝫ quod intelexisti, nō est de eo quod ultra quæras: aut si est, nō intelexisti. Nil aūt malumus scire, quàm quæ fide iam scimus. Nil supererit ad beatitudinē, cū quæ iā certa sunt nobis, erunt æque & nuda. ¶ His ita expeditis: age iam dirigat consideratio in eā quæ sursum est Hierusalē mater nostra: ac totis tribꝰ memoratis uīs caute & uigilāter inuestigemus inuestigabília: quatenꝰ tñ licet, uel magis quatenus nobis donabit. Et primo quidē ciues spūs esse illic: potentes, gloriosos, beatos, distinctos in personas, dispositos in dignitates, ab initio stantes in ordine suo, perfectos in genere suo, corpore æthereos, immortalitate perpetuos, impassibiles, non creatos, sed factos: id est gratia, non natura, mēte puros, affectu benignos, religione pios, castimonia integros, unanimitate indiuiduos, pace securos à deo cōditos, diuinis laudibꝰ & obsequīs. deditos. Hæc oīa le gēdo cōperimꝰ, fide tenemꝰ. Quāquā de corporibꝰ horū nō modo unde sint: sed an aliquatenus sint: hæret inia aliquorū. Vnde si quis inter opinabília magis id ponēdum cēsuerit, nō cōtendo. Porrò intellectu prædītos, nō fide, nō opinione, sed intellectu capimus: qa nō possunt huius expertes, & dei simul participes esse. Sunt & noīa quædā nota nobis sīlr ex auditu, per quæ harū beatitudinē(etiā quæ nō liqdò mortalíū percepit auditus) officia, merita, gradus, ordines, utcūcꝫ à nobis conīci & discerni queūt.

Fides Intellectus Opinio.

Sedeīn quod ex auditu non est: iam nō ex fide. Nam fides ex auditu. Itaqꝫ opinando ista dixerimꝰ. Ad qđ enim celestium noīa innotuerunt: si ne opinari quidē salua fide quid licet, de rebus quarū noīa sunt: Angeli, archangeli, uirtutes, potestates, principatꝰ, dīnationes, throni, cherubim, seraphim: hæc noīa. Quæ significata eorū? Nullane inter illos spíritꝰ q simpliciter angeli, & eos qui archangeli nuncupantꝰ, distātia? Quid ergo sibi uult gradalis distinctio hæc? Putemꝰ angelos dici (nisi tu cōuenientius aliquid cōsideraſti) qui singuli singulis hoībꝰ dati creduntꝰ, missi in ministeriū, ſm Pauli doctrinā, ppter eos q hæreditatē capiunt salutis. De quibꝰ saluator: Angeli eorū semper uidēt faciem patris. Putemus his præesse archāgelos: qui cōscij mysteriorū, diuinorū, nō nisi ob præcipuas & maximas causas mittunt. E quibus magnꝰ ille archāgelus Gabriel missus legit ad Mariam: ob causam utiq; qua maior esse non potuit. Putemus super istos uirtutes esse: quorū nutu uel opere signa & ꝓdigia in elemētis siue ex elementis facta apparēt, ad cōmonitionē mortalium. Inde est forte, si ꝙ cū in euāgelīs legas: Erūt signa in sole & luna & stellis: paulò post habes: Nā uirtutes cælorū mouebunt. Hi nimirū spūs, per quos signa fiunt. Putemus potestates superiores istis: quarū uirtute potestas tenebrarū cōprimitur: & coercet malignitas aeris huiꝰ, ne quātū uult nocet, ne malignari nisi ut prosit possit. Putemus principatus his quoqꝫ prælatos: quorū moderamie & sapietia ōs in terris principatꝰ cōstituit, regit, limitat, trāsferi, mutatur, mutat. Putemus dīnationes adeò cunctis supeminere prædictis ordinibus, ut respectu horū cæteri uideant eōs administratorū spūs: & ad istos tanquàm ad dīnos referri regimina principatuum, tutamina potestatū, operationes uirtutū, reuelationes archāgelorū, curā & ꝓuidentiā angelorū. Putemus thronos alto etiā ab his cuolasse recessu, q ex eo ꝙ sedent, throni dicunt: & ex eo sedēt, ꝙ sedet in eis deus. Neqꝫ eīn sedere in eis qui nō sederēt posset. Quarto qđ illā sentia sessionē: Summā trāquillitatē, placidissimā serenitatē, pacē quæ exuperat oēm intellectū. Talis est q sedet in thronis dīns sabaoth, iudicās oīa cū trāquillitate placidissimꝰ, serenissimus, pacatissimus. Et tales sibi cōstituit thronos similimos sibi. Putemꝰ cherubim, ex ipsoꝝ scientiæ fonte ore altissimi, hauriētes & refundētes fluenta scientiæ, uniuersis ciuibus suis. Et uide ne his sit quē propheta loquebat, fluminis impetus lætificans ciuitatē dei. Putemꝰ seraphim, spūs totos diuino igne succēsos, succēdere uniuersa, ut singuli ciues, singulæ sint lucernæ ardentes, & lucētes. Ardentes charitate, lucētes cognitione. O Eugeni quàm bonum est nos hic esse, quàm fore melius? qñ tñ toti sequamur quo ex pte p̄cessīmꝰ. Præcedimꝰ aīas, & ne ipso qdē toto: sed parte, & parte modica nimis. Affectus iacēt mole corporea prægrauati: & luto hærētib⁹ de siderīs: sola interim arida & tenuis cōsideratio prænolat. Et tñ ex tātillo quod iam daꝝ, libet exclamare: Dñe dilexi decorē domꝰ tuæ, & locū habitationis glīæ tuæ. ¶ Quis si totā se colligat aīa, & reductis affectibꝰ è cūctis locis quos captiui tenent, timēdo quæ nō oportet, amādo quæ non decet, dolēdo uane, gaudēdo uanius, cū his ineat tota libertate uolatū, pulset cū ipetu spūs, & in pinguedie glīæ illabat? Nónne cū cœperit circuire lucidas mansiones & sinū illū etiā Abrahæ curiosius pscrutari, & sub altari qđ cūcꝫ illud est, martyrū reuisere aīas, in prima stola scīam patiētissime expectātes: multo magis tūc instabit loquēs cū ꝓpheta, Vnā petīi à dño, hāc requirā, ut inhabitē in domo dñi oībus diebus mitæ meæ, ut uideā uoluntatē domini, & uisitē tēplū eius? ¶ Quidni ibi uideat cor dei? qđ ni ibi probetur quæ sit uoluntas dei bona & beneplacēs & pfecta? Bona in se, placēs in effectib⁹, bene placēs fruentibus, perfecta pfectis & nihil ultra quærētibꝰ. Patēt uiscera miæ, patēt cogitationes pacis, diuitiæ salutis mysteria bonæ uolūtatis, benignitatis arcana: quæ clausa mortalibus etiam ipsis electis suspecta sunt. Id quidem salubriter, ne desinant timere, dum necdum digne amare ualent.

inueniuntur

Universidad de Deusto

inuenīūtur. Cernere est in his qui seraphim appellantur, quomodo amet qui unde amet non habet, sed est, & qui nihil horū quæ fecerit odit: quos saluandos fecit, quō foueat, quō prouehat, quō amplexet, quō delicta electæ iuuentutis & palcas ignorantiarū eius ignis ille cōsumens, ipsam sibi purgatissimā, & suo amore dignissimā reddat. Cernere est in cherubim (q plenitudo sciētiæ dicit) deū scientiarū dñm esse: qui solus solam nescíar ignorātiā: qui totus sit lux: & tenebræ in eo nō sint ullæ: tot⁹ sit oculus, & qui minime aliqn fallit, quia minime claudit: qui extra se non quærat lumē cui admoueat ut uideat: ipse q uidet, ipse unde uidet. Cernere est in thronis quàm nō suspect⁹ oīi innocētiæ iudex sedeat in his, qui circūueníre nolit, circūueníri nō possit: qppe q sit amās & uidēs. Nec uacat sessio: trāquillitatis insigne est. De uultu tali iudiciū meū prodeat opto: cui insit amor, error absit, abstit & perturbatio. ¶ Cernere est in dñationibus quantæ sit dñs maiestatis, cuius nutu imperiū cōstat, & imperio uniuersitas atq; æternitas termini sunt. Cernere est in principatibus principiū, ex quo oīa, & quō à cardine ostium: sic ab ipso regi uniuersitatē. Cernere est in potestatib⁹ quàm potestatiue idē princeps quos regit, ptegit: cōtrarias potestates arcēs & ppulsans. Cernere est in uirtutib⁹ unā ubiq; æqualiter præsto esse uirtutē, per quā oīa, uiuificā, efficacē, inuisibilem, immobilēq;, oia tñ mouētē utiliter, tenētem fortiter. Quæ cū in minus usitata effecta apud mortales eruperit, miracula siue prodigia uocāt. Cernere postremò & mirari est in angelis & archāgelis ueritatē atq; experientiā uocis illi⁹: qm ipsi cura est de nobis, qui taliū nos & tantorū nō desinit iucūdare uisitationibus, instruere reuelationibus, suggestionibus cōmonere, sedulitate solatiari. ¶ Hæc oīa cōtulit illis spíritibus ipe qui cōdidit illos, unus atq; idē summus spūs: diuidens singulis prout uult, hæc operatur in illis: hæc dedit operari & illis: sed aliter. Ardent seraphim, sed igne dei, uel poti⁹ igne deo. Quod præcipuū est in eis, amant, sed non quantum deus, nec quō. Lucent cherubim & scientia eminēt, sed participio ueritatis: ac per hoc nō ut ueritas, nec quantū. Sedēt throni: sed insidētis beneficio. Iudicāt & ipsi cū trāquillitate: sed nō ad mensuram modúmue pacis pacantis, pacis quæ exuperat oēm sensum. Dominantur dñationes: sed sub dño dñantur: sed seruiunt pariter. Quid hoc ad summū sempiternū, singulárq; dominiū? Præsunt principatus & regunt: sed regunt & ipsi: ita ut regere iā non norint, si regi desierint. Præcellit in potestatibus fortitudo: sed cui debēt qđ fortes sunt: & aliter est fortis & plus. Nec tam fortis quàm ipsa fortitudo est. Virtutes pro suo ministerio & potētatu satagūt excitare corda torpētia hoīm, innouatione signorum, uirtus uerò in eis manens ipsa facit opera. Faciūt & illæ: sed in comparatione eius nō faciunt. Deniq; tantum interest, ut quasi singulariter ppheta dicat ad eum: Tu es deus qui facis mirabilia. Et item de eo: Qui facit mirabília magna solus. Adsunt angeli & archangeli, sed ille germanior nobis, qui non modo adest, sed inest. Q; si dicas posse inesse & angelū: nō inficior. Memini scriptū, Et angelus qui loquebatur in me. Atqui differentia & in hoc. Inest angelus suggerēs bona, nō igerēs: inest hortās ab bonū, nō bonū creans. Deus sic inest, ut afficiat, ut infundat: uel potius ut infundatur & participet: ita ut unum proinde cū nostro spíritū esse dicere quis nō timuerit: etsi non una persona, unámue substantiā. Habes enim: Qui adhæret deo, unus spūs est. Angelus ergo cū aia deus in aia. Ille ut contubernalis aiæ inest: deus ut uita. Itaq; sicut aia uidet in oculis, audit in auribus, odorat in naribus, in faucibus gustat, tangit in toto reliquo corpore: sic deus diuersa in diuersis spiritibus operatur: uerbi gratia, in alijs amantem se exhibens, in alijs agnoscentē, in alijs alia facientē: sicut unicuiq; datur manifestatio spūs ad utilitatem. ¶ Quis est iste tā communis in uocibus, tam longe in rebus? Quō quē nostris loquímur uerbis, in sua recōditus maiestate nostros penitus & aspectus effugit, & affectus? Audí ipsum qđ loquatur hoībus: Sicut exaltantur cæli à terra: sic exaltatæ sunt uiæ meæ à uijs uestris, & cogitationes meæ à cogitationibus uestris. Dicímur amare, & deus: dicímur nosse, & deus. Et multa in hunc modum. Sed deus amat ut charitas, nouit ut ueritas, sedet ut æquitas, dñat ut maiestas, regit ut principiū, tuet ut salus, operatur ut uirtus, reuelat ut lux, assistit ut pietas. Quæ oīa faciunt & angeli, facímus & nos, sed lōge inferiori modo, nō utiq; bono quod sumus, sed qđ participamus. ¶ Nūc iam trāsi spūs istos, si fortè cū sponsa dicere possis & tu: Paululū cū pertrāsissem eos, inueni quē diligit aīa mea. Quis est? Non sanè occurrit melius quàm q est. Hoc ipse de se uoluit respōderi, hoc docuit, dicēte Moyse ad populū, ipso q dē insūgēte: Qui est, misit me ad uos. Merito qdē. Nil cōpetēti⁹ æternitati, quæ deus est. Si bonū, si magnū, si beatū: si sapientem, uel quicqd tale de eo dixeris, in hoc uerbo instaurat, qđ est, est. Nēpe hoc est ei esse, qđ hæc oīa esse. Si & centum talia addas, non recessisti ab esse. Si ea dixeris, nihil addidisti. Si non dixeris, nihil minuisti. Iā si uidisti hoc tā singulare, tam summū esse: nónne in cōparatione hui⁹ qcqd hoc nō est, iudicas potius nō esse quàm esse? Quid ítē deus? Sine quo nihil est. Tā nihil esse sine ipso, quàm nec ipse sine se potest. Ipse sibi, ipse oīb⁹ est. Ac per hoc quodāmodo sol⁹ est, ipse, q suū ipsi⁹ est & oīm esse. Quid est de⁹? Principiū. Et hoc ipe de se respōsum dedit. Multa in rebus dicuntur principia: sed respectu posteriorū. Alioqn si ad aliqd præcedēs respicias, ipsum poti⁹ principiū dabis. Quāobrē si quæras uerū simplexq; principiū, inuenías oportet quod principiū non habuerit. Ex quo uniuersum cœpit, ipsum pfectò minime cœpit. Nā si cœpit, aliūde cœperit necesse est. A se ei cœpit nihil. Nisi fortè qs putauerit, qđ nō erat, dare sibi potuisse ut esse iciperet, aut fuisse aliqd antequā esset. Qđ utrūq; ga ratio nō cōsentit, cōstat nihil sibimet extitisse principiū. Qđ uerò aliud principiū habuit, primū nō fuit. Verū ergo principiū nequaquā cœpit: sed totū ab ipso cœpit. Quid est deus? Cui secula nec accesserunt, nec decesserūt, nec coæterna tñ. Quid est de⁹? Ex quo oīa, per quē oīa, in quo oīa. Ex quo oīa creabiliter, non seminabiliter. Per quē oīa, ne aliū authorē, atq; aliū opificē arbitreris. In quo oīa, non quasi in loco: sed quasi in uirtute. Ex quo oīa, tāquā uno principio authore oīm. Per quē oīa, ne alterū inducat principiū artifex. In quo oīa, ne tertiū inducat, locus. Ex quo oīa, nō de quo: quia nō est materia deus. Efficiēs causa est, nō materialis. Frustra philosophi materiā quærūt, nō eguit materia deus. Nō em officinam quæsiuit, non artificē. Ipse per se, in se oīa fecit. Vnde? De nihilo. Nā si ex aliquo fecit, illud non fecit, ac per hoc nec oīa. Absit ut de sua incorrupta incorruptibiliq; substātia tam multa fecerit, etsi bona corruptibília tñ. Quæris si in ipso oīa, ipse ubi? Nihil non minus inuenio. Quis capiat locus? Quæris ubi nō sit? Ne hoc qdē dixerim. Quis sine deo locus? Incōprehēsibilis est deus: sed nō parū apprehē disti, si hoc tibi de eo compertū est, q nusquā sit, qui non claudit loco: & nusquā tñ nō sit, q non excludit loco. Suo aūt sublimi atq; incōprehensibili modo, sicut oīa in ipso, sic ipe in oībus est. Deniq; (sicut ait euāgelista) in mūdo erat. Alias uerò ubi erat antequā mūd⁹ fieret, sibi est. Non est q quæras ultra, ubi erat, præter ipsum nihil erat. Ergo in seipso erat. Quid est de⁹? Quo nihil meli⁹ cogitari pōt. Si approbas, non oportet assentiaris esse aliqd quo deus sit, & quod deus nō sit. Hoc em sine dubio meli⁹. Quō nō melius deo, si deus non est, quod dat deo ut sit? At melius illā diuinitatē qua dicūt deū esse, nō aliud quàm deū esse fatemur. Non est ergo in deo, nisi deus. ¶ Quid inquiunt? Negas deū habere diuinitatē? Non: sed quod habet, hoc est. Negas diuinitatem deum esse? Non: sed nō alia quàm quæ ipse est. Aut si tu aliam inueniſti, adiuuet me trinitas deus: aduersus illā tota me cōtumacia erigo. Quaternitas orbē disterminat: nō signat deitatē. ¶ De⁹ trinitas est, de⁹ trium singula personarū. Sí quartam diuinitatē adhęrere placet: interím ego hāc quæ de⁹ non est, persuasi mihi mi-

Ioan.1. Psal.16. Psal.76. Psal.135. Zac.2. 1.Cor.6. 1.Petri.5. Psal.4. 1.Cor.12. Esa.55. Cant.3. Exodi.3. Ioan.8. Roma.11. Ioan.1.

Universidad de Deusto Biblioteca

nímè adorandā. Puto ꝙ & tu. Nempe dominū deū tuum
Luce 4. adorabís, & illí soli seruíes. Gloriosa uerò diuínitas, quæ sibí honorē nō audeat arrogare diuínū. At meli⁹ quartū hoc oīno respuímus, quàm sine honore recipíams. Multa dicuntur esse ín deo: & quidē sanè catholicēcꝫ, sed multa unū. Alioqn si díuersa putem⁹: nō quaternítatē habuerís sed centenítatē. Verbí causa. Dicímus magnū, bonū, íustum, & ínnumera talía: sed nísi oīa unum ín deo, & cum deo cōsideres, habebís multíplicē deum. Míhí uerò non deest quod cogitē melíus eíusmodí deo tuo. Quæris qd? Mera simplicítas. Vero iudício, natura símplex multíplicí anteferē. Scio quod ad íd respōdere solent. Non multa (inquíūt) sed unam tantum díuínítatē quæ oīa illa sunt, deo ut sit cōferre asserímus. Asseritís ergo & sí nō multíplícem, duplícem deū: & non ad merū símplex peruenístís: neqꝫ ad íd, quo melíus cogítarí non potest. Tam non est símplex quod uel uní fuerít obnoxíum formæ quàm nec uírgo uel uní cogníta uíro. Securus loquor, ne ís quídem quí uel duplex est, erít meus. Habeo enim melíorē. Esto ꝙ hunc numerosō & multíplící anteponam, sed planè præ símplící sperno. Meus deus ípse catholice est. Tam nō habet hoc & illud, quàm nō hæc & illa. Est quí est: non quæ est. Purus símplex, integer: perfectus, cōstans sibí: níhíl de temporib⁹, níhíl de locis, níhíl de rebus trahēs ín se, níhíl ex se deponēs ín eís, nō habēs quod ad numerū díuídat: nō quæ colligat ad unū. Vnū quippe est: sed nō unítum. Non partib⁹, cōstat, ut corpus: nō affectibus dístat, ut aīa: nō formís substat: ut oīne qd̄ factū est. Sed neqꝫ formæ, ut ístís uísum est. Magna laus uídelícet deo, ut se ab ínformí tate uíndicet, forma una esse cōtentū. Hoc est dícere, cætera pluribus, deū nō nísi uní debere quod est. Quíd? Cui⁹ beneficío sunt quæ sunt, ípse pro suo esse alterius beneficío ínclínabit? Laus ísta (ut nulgò dícit) blasphemiā ualet. An nō pluris est nullo índígere, quàm uno? Habe reuerētíam deo, ut qd̄ pluris est, illí tríbuas. Si cor tuū usqꝫ huc ascēdere potuít: deū tuū ínfrà quomodo collocabit? Ipse sibí forma, ípse sibí essentía est. In hoc ínterím gradu suspícío illū: & sí alter potíor appareret: illū potius darē. Nūquíd uerendū ne cogitatío transuolet íllum? Quantūcūqꝫ ín altū proficíat: ultra est. Infra quod homo cogítare possit. altíssimū quærere, rídículū est, statuere, ímpíū.
Psal. 63. Vltra, non citra quærēdus est. Ascende sí adhuc potes ad cor altíus: & exaltabítur deus. Nō est format⁹ de⁹, forma est. Non est affectus deus, affectío est. Non est compositus deus, merū símplex est. Et ut líquidò nouerís quíd símplex dícam: ídē quod unū. Tam símplex deus, quàm unus est. Est autem unus, & quomodo alíud níhíl. Sí dící possit, unissímus est. Vnus est sol, ꝙ non sit alter: una luna, quod æque altera non sit. Atqꝫ íd quídem deus: sed plus. Quíd plus? Vnus est etiā sibí. Et hoc uís tibí declararí? Idem est semper: & uno modo. Non sic unus sol: non sic una luna: clamat uterqꝫ nō esse se unū sibí. Ille motibus: illa & defectib⁹ suís. Deus aūt nō modo unus sibí: & ín se unus est. Níhíl ín se, nísi se habet. Non ex tempore alteratiōnē ha-
Boetius. bet: nō ín substātía alteritatem. Hínc de eo Boetius: Hoc uere unū, ín quo nullus est numerus: nullum ín eo alíud præter íd quod est. Neqꝫ enim subiectū fierí potest: forma enim est. Compara huic uní omne quod unū dící potest: & unū nō erit. Trínitas est: tñ deus. Quíd ergo? Destruímus quod dictū est de unitate, quía índucím⁹ trínitatē? Non: sed statuímus unitatē. Dícimus patrē, dícim⁹ filíū, dícimus spíritūsanctū: nō tñ tres deos: sed unū. Quíd sibí uult íste (ut sic loquar) absqꝫ numero numerus? Sí tría, quomodo nō numerus? Sí unū, ubí numerus? Sed habeo (inquis) qd numerē, & quíd nō numerē? Substātía una, est, personæ tres sunt. Quíd mírū, qd uel obscurū ín hoc? Níhil, sí personæ seorsum à substātía cogitētur. Nūc uero cū tres illæ personæ illa substātía sint, & illa una substātía tres illæ personæ: quís numerū neget? Nā uerè tres sunt. Quís numeret tamen? Nam uerè unū sunt. Aut sí tu facile explicatu íd putas dícendo tres, dícito quíd numerastí? Natura? una est. Essentía? una est. Substantía? una est. Deitates? una est. Non hæc, sed personas numero dicimus. Quæ non sint illa una natura, illa una essentia, illa una substantía, illa una díuínítas. Catholicus es, mínime hoc dabís. Personarū propríetates, nō aliud quàm personas, nec sascꝫ nō aliud quàm unū deū, unā díuínā substantiā, unā díuínā naturā, unam díuínā & summā maiestatē, sed catholica cōfitetur. Numera ergo sí potes aut sine substantía personas, quæ ípsa sunt: aut sine personís ꝓprietates, quæ ípsæ sunt. Aut sí díuídere quís conetur uel personas à substātía, uel propríetates à personís: nescío quomodo trínítatís se profiterí cultorē possit, quí in tantā rerū merositatē excesserít. Dícamus itaqꝫ tres, sed nō ad prædíciū unítatís. Dícamus unū, sed nō ad cōfusiōnē trínítatís. Neqꝫ enim noīa uacua sunt: nec absqꝫ significatiōe cassæ uoces. Sabellianū hoc. Quærít qs quomodo fíerí quod catholicū esse dícim⁹, possit esse? Sufficiat eí tenere sic esse. Atqꝫ hoc nō rationí perspicuū, nec tamē opinatoí ambíguū: sed fideí persuasum. Sacramentū hoc magnum est: & quidē uenerandū, nō scrutandū. Quomodo plures tas ī unitate, & hac unitate: aut ípsa ín pluralitate? Scrutarí hoc temerítas est, credere píetas est, nosse uita, & uita æterna est. Vnde sí operæ precíū censes ô Eugeni, pertractemus nunc cōsideratío multa una, quo eminētia huius singularís uní⁹, fiat cuídētíor. Est unítas quæ collectiua potest dící, cū uerbí causa multí lapídes faciūt aceruum unum. Est & unítas cōstitutíua, cū multa membra unū corpus, aut multæ partes unū quodcūqꝫ totū cōstituūt. Est & cōiugatíua, qua fit ut duo ía non duo sint, sed una caro. Est natíua, qua aīa & caro unus nascítur homo. Est unítas potestatíua, qua homo uírtutís, nō ínstabílís, nō dissimílís, sed unus sibímet semp mítís inueníri. Est consentiens, cū per charítatē multoꝝ hoím est cor unū, & aīa una. Est & uotíua, cū aīa uotís oībus adhærēs deo, unus spíritus est. Est & dígnatíua unítas, qua límus noster à deí uerbo unam assúmptus est persónā. Verū hæc oīa quíd ad illud summū, atqꝫ (ut íta dícam) unice unū, ubí unitatē cōsubstantialítas facit? Huíc uní quoduís illoꝝ sí assímilescere quoquo modo unum: sí cōpares nullo. Igít ínter oīa quæ recte unū dícunt, arcem tenet unitas trínítatís, quæ tres psonæ una substātía sunt. Secūdo loco ílla præcellit, quæ conuerso tres substātíæ una ín Xpō persona sunt. Porrò hæc & quæcūqꝫ alia dící una possunt, summæ illí⁹ unitatís ímitatiōe, nō cōparatiōe, una appellarí uera sobríaqꝫ ꝓbat cōsideratío. Nec abducímur ab hac unitatis pfessione, assertíone trín: cū ín hac trínitate nō recipiam⁹ multíplicitatē, sícut nec solítudínē ín unitate. Quamobrē cum dico unū, nō me trínítatís turbat numer⁹, q essentiā non multíplícat, nō uarìat, nec partít. Rursum cū dico tria, nō me arguít íntuít⁹ unitatís, quæ ílla quæcūqꝫ tría, seu illos tres nec ín confusiōnē cogít, nec ín singularítatē redigit. Idē me sentíre fateor & de ílla unitate, cuí ꝑm ab ísta inter cætera una honorē dedí. ¶ Dico ī Xpō v̄bū, aīam, & carnem, sine cōfusiōe essentiarū unā esse personā: & ítē absqꝫ præiudício psonalis unitatis ín sua numerositate manere. Nec negauerím hāc ad illud quoqꝫ gen⁹ unitatis pertínere, qua aīa & caro un⁹ est hō. Decuit qppe familiam símílíusqꝫ cū hoís cōuenire cōstitutione, qd̄ pro hoíe cōstitutū est sacramētū. Decuit & cū summa quæ in deo est, & deus est unitate cōgruere: ut quō ibí tres personæ una essentía: ita hic cōueniētíssima quadā contrarietate tres essentíæ sint una psona. ¶ Vidésne pulchre inter utrāqꝫ unitatē hāc collocarí, ín eo utíqꝫ q cōstitut⁹ est mediator deí hoísqꝫ hō xps Iesus? Pulcherríma ínquā cōuenientía, ut salutare sacramētū cōgrua quadā sílítudíne ambobus respōdeat & saluantí uídelícet, & saluato. Ita hæc unitas duarū cōsístens media unitatū, alterí succumbere, alterí præemínere cognoscít, quantū superíore ínferior, tantū ínferíore supíor. Tantā denícqꝫ tācqꝫ explíam unionis uim ín se præfert ea persona ín qua deus & hō unus est xps: ut sí duo ílla de se ínuicē pdíces, nō errabís, deum uídelícet

fieri hominẽ, & hoiem deũ, uerè catholiceq; pronũcians. Non aũt similiter uel carnẽ de aĩa, uel aĩam de carne, nisi absurdissime prædicas: etsi similiter aĩa & caro unus sit homo. Nec mirum si non æque potis aĩa sit sua illa uitali, etsi nõ parum ualida intentione cõnectere atq; suis affectibus astringere sibi carnẽ: ut sibi diuinitas hoiem, illũ qui prædestinatus est filius dei in uirtute. Longa catena, & fortis ad stringendũ, diuina prædestinatio, ab æterno est enim. Quid lõgius æternitate? Quid diuinitate potẽtius? Inde est q; nec morte incidẽte ullatenꝰ intercidi hæc unitas potuit, etsi carne & aĩa ab inuicem separatis. Et fortassis hoc sensit ille, qui se indignum professus est soluere corrigiam calciamenti huius. Sed & illa tria fata de euangelio mixta Mat.3. & fermentata in panẽ unũ, si quis ad hæc tria dixerit pertinere, nõ incõgrue id mihi facere uidebitur. Quàm bene ea mulier fermẽtauit: ut nec diuisione quidem facta carnis & aĩæ, à carne uel aĩa uerbũ diuideret? Mansit & in separatione inseparabilis unitas. Nec enim quæ ex parte contigit separatio, potuit unitati præscribere, permanenti in totis tribus. Siue cõiunctis siue disiunctis duobus, nihilominus perseuerauit in tribꝰ unitas psonalis. Aeque unus Christus, unaq; persona, uerbum aĩa, & caro eriã mortuo hoie perdurauit. In utero uirginis (ut sentio ego) commixtio hæc & fermentatio facta est, & ipsa mulier quæ miscuit & fermentauit. Nam fermentũ nõ immeritò fortasse Luc.13. dixerim fidẽ Mariæ. Planè beata quæ credidit: qm̃ perfecta sunt in ea quæ dicta sunt ei à dño. Perfecta autem non essent, si quominus iuxta uerbũ dñi esset fermẽtatũ totũ, & perpetuo fermẽtatũ, seruans nobis tam in morte quàm in uita, pariter unũ atq; integrum mediatorẽ dei & hoim cum sua deitate hoiem Iesum Xp̃m. ¶ Aduerte est in hoc admirabili sacramento iuxta numerũ satorũ, miræ & decentissimæ distinctionis gradus. Nouũ, antiquũ, æternũ. Nouũ, animã, quæ de nihilo tunc creata creditur, cum infusa. Antiquum, carnem, quæ à primo usq; hoim (id est ex Adam) traducta cognoscitur. Aeternũ, uerbum, quod ab æterno patre coæternũ illi, genitum indubitata ueritate asseritur. Et in his triplex (si diligenter aduertas) diuinæ potentiæ genus, q; factum sit de nihilo aliquid, de uetusto nouũ, æternũ, beatumq; de dãnato & mortuo. Quid hoc ad nostrã salutẽ? Multũ per omnẽ modũ. Primum quidẽ q; peccato redacti in nihili, per hoc quodãmodo iterato creati sumus, ut simus initiũ aliquod creaturæ eius. Deinde q; ex uetusta seruitute in libertatẽ filiorũ dei translati, in nouitate spũs ambulamus. Postremò q; de potestate tenebrarum uocati, ad regnũ claritatis æternæ, in quo iam & cõsidere nos fecit in Xp̃o. Alieni sint à nobis qui Xp̃i à nobis carnẽ alienare conant, nouã creatã in uirgine, & nõ de uirgine sumptã, impie assertẽtes. Pulchre propheticus spũs longe ante occurrit huic sententiæ, imo blasphemiæ impiorũ. Egredietur (inquiẽs) uirga de radice Iesse: Esaiæ.11. & flos de radice eius ascendet. Dixisse poterat, & flos de uirga: sed maluit de radice: ut unde uirgam, inde florem duxisse originem demonstraret. Inde igitur sumpta caro, unde orta uirgo: nec noua in uirgine, quæ prodijt ex radice. ¶ Forte substhomacaris, si adhuc pergimus quærere quid est deus: tum quia toties iam quæsitũ est: tum quia difficilis inuẽtũ iri. Dico tibi pater Eugeni, solus est deus, qui frustra nunquã quæri potest, nec cũ inueniri nõ põt. Doceat te de hoc experimẽtũ tuũ: aut si nõ, experto credi to: nõ mihi, sed sancto qui ait: Bonus es dñe sperãtibus in Thren.3. te, aĩæ quærenti te. Quid ergo est, deus? Quod ad uniuersum spectat, finis. Quod ad electionem, salus. Quod ad se, ipse nouit. Quid est deus? Voluntas omnipotẽs, beneuolentissima uirtus, lumen æternum, incommutabilis ratio, summa beatitudo, creans mentes ad se participandum, uiuificans ad sentiendum, afficiens ad appetendum, dilatãs ad capiendum, iustificans ad promerendũ, accendens ad zelum, fœcundans ad fructũ, dirigẽs ad æquitatẽ, formans ad beneuolentiã, moderans ad sapientiã, roborãs ad uirtutem, uisitans ad consolationẽ, illuminãs ad cognitionẽ, perpetuans ad immortalitatem, implens ad felicitatem, circundãs ad securitatẽ. ¶ Quid est deꝰ? Nõ minus pœna peruersorũ, quàm humilium gloria. Est enim rationabilis quædã æquitatis directo inconuertibilis atq; indeclinabilis: quippe attingens ubiq;: cui illisa omnis prauitas, cõturbetur necesse est. Quidni in hanc omne tumidũ uel distortũ, impinguat, & cõquassetur? Væ uniuerso q̃d obuiũ forte offenderit, cedere nescia rectitudo. Nam & fortitudo est. Quid iniquis uolũtatibus tam contrariũ & aduersum, quàm semper conari, impingere semper, & frustra? ¶ Væ oppositis uolũtatibus, solam suæ profectò auersiõis referentibus pœnã. Quid tam pœnale, quàm semper uelle quod nunquã erit: & semper nolle, quod nũquã nõ erit? Quid tam damnatũ, quàm uolũtas addicta huic necessitati uolendi nolendiq;, ut ad utrũlibet iam sicut nõ nisi peruerse, ita nõ nisi misere moueatur? In æternũ non obtinebit quod uult: & quod nõ uult, in æternum nihilominus sustinebit. Digne oĩno, ut qui ad nihil afficitur unquam quod deceat, ad nihil unquã q̃d libeat euadat. Quid hoc facit? Rectus dñs deus noster, qui & cum peruerso peruertitur. Nũquã recto prauóq; cõueniet. Hæc emi sibi inuicẽ aduersantur, etsi non inuicem lædant. Læsio alterius est, absit ut dei. Durũ tibi est, inquit, cõtra stimulũ calcitrare: Actuũ.9. hoc est, non stimulo durum, sed calcitranti. Est & turpium pœna deus. Lux est enim. Et quid tam inuisum obscœnis flagitiosisq; mẽtibus? Profectò omnis q̃ male agit, odit lu- Ioan.3. cem. Sed dico: Nunquid nõ poterunt declinare? Minime omnino. Lucet ubiq;, etsi non oĩbus. Deniq; in tenebris Ioan.1. lucet, & tenebræ eam non cõprehẽderũt. Videt tenebras lux: cuius hoc est uidere, quod lucere: sed nõ uiciissim à tenebris ipsa uidet, quia tenebræ eam nõ comprehendunt. Et uidenꝰ ergo, ut cõfundantur, & non uident ne consolentur. Nec modo à luce, & in luce uidenꝰ. A quo uel à qbusꝰ Ab omni uidente, ut pro multitudine intuentium sit confusio multa. At nullus de tanta numerositate spectantium molestior oculus, suo cuiusq;. Nõ est aspectus siue in cælo siue in terra, quem tenebrosa conscientia suffugere magis uelit, minus possit. Nõ latẽt tenebræ uel seipsas. Se uidẽt, quæ aliud nõ uident. Opera tenebrarũ sequunꝰ illas: nec est quo se abscõdant ab illis: me in tenebris quidẽ. Hic est Esaiæ.66. uermis qui nõ moriꝰ, memoria præteritorũ. Semel imiecti? uel potius innatus per peccatũ, hæsit firmiter, nequaquã deinceps auellendus. Nec cessat rodere conscientiã: eaq; pastus, esca utiq; inconsumptibili, perpetuat uitam. Horreo uermẽ mordacem, & mortem uiuacem. ¶ Horreo incidere in manus mortis uiuentis, & uitæ morientis. Hæc est secunda mors: quæ nunquam peroccidit: sed semper occidit. Quis det illis semel mori & nõ moriantur in æternum? Qui dicunt mõtibus, cadite super nos: & collibus, Luc.23. operite nos: quid nisi mortẽ mortis beneficio aut finire, aut euadere uolunt? Deniq; inuocabunt mortem, ait, & Apoc.9. non uenies. Intuere id clarius. Constat immortalẽ animã esse, nec aliquando absq; sua memoria uiuere, ne non animam aliquando esse contingat. Itaq; durãte anima, durat & memoria. Sed qualis? Fœda flagitijs, horrida facinoribus, uanitate tumida, contẽptu hispida & neglecta. Quæ priora, transierũt, & nõ transierunt. Transierunt à manu, sed nõ à mente. Quod factum est, factum non esse non potest. Proinde etsi facere in tempore fuit: sed fecisse in sempiternum manet. Non transibit cum tempore, quod tempora transit. In æternũ ergo necesse est crucietꝰ quod perperam te egisse in æternum memineris. Experiri erit hoc Psal.49. ueritatem uocis illius, Arguam te, & statuam contra faciem tuam. Dominus locutus est, cui omne aduersum, & Iob.7. sibi aduersari necesse est, ut litigiosa querela: O custos hominum, quare posuisti me contrarium tibi, & factus sum mihimetipsi grauis? Ita est ô Eugeni: non potest deo esse cõtrariũ quid, & sibimet cohærere: sed qui arguet à deo, arguetur & à seipso. Nõ est sanè iam tũc q; aut ueritatem dissimulet ratio, aut ratiõis intuitũ anima declinet, mẽbris auulsa corporeis, & in sese collecta. Quo-cũ id ualeat,

forte impingat

Universidad de Deusto
Biblioteca

sopitis cõclusisq; in morte sensibus, per quos utiq; curiosius exire, & à se ire solebat in eã quæ præterit mũdi istius figurã? Vides turpib⁹ nihil deesse ad cõfusionẽ cum producẽtur spectaculũ fieri deo, angelis, hoibus, sibiipsis? O quàm male mali omnes locati sunt: utiq; oppositi torrẽti huic directæ æquitatis: & huic lumini ppalatæ ueritatis exppositi. Nónne hoc est perpetuo tundi, perpetuóq; confundi? Hiere. 17. Duplici cõtritiõe, ait ille, contere eos dñe deus noster. ¶ Quid est deus? Longitudo, latitudo, sublimitas, & profundũ. Quid inquis? Tenem⁹ te quaternitatis (quam abominat⁹ es) professorẽ? Minime. Abominatus sum, & abominor. Visus sum protulisse plura: sed unum est. Vnus deus signat⁹ est pro captu nostro, non pro suo statu. Diuisus est hic: nõ ille. Voces diuersæ, semitæ multæ: sed unum per eas significatur: unus quærit. Nõ diuisiones substãtiæ in quaternario isto expressæ sunt, nõ dimensiones quales in corporibus intuemur, nõ distinctio personalis qualẽ in trinitate adoramus, nõ numerus proprietatũ qualẽ personis ipsis inesse fatemur, etsi nõ aliud à personis. Alioquin hoc singulũ horũ uideo qd' quatuor simul, hæc quatuor ipsa quod singulũ est. Nobis aũt quia non possumus cum deo simplicitate cõtẽdere, dum cõtẽdimus apprehẽdere unũ, occurrit uelut quadruplicatũ. Facit hoc speculũ & ænigma, per quod solũ interim uidere datur. Cũ aũt uidebimus facie ad faciem, uidebimus sicuti est. Nec enim iam tunc fragilis acies mentis nostræ quantũlibet uehemẽter intendens, aliquaten⁹ resiliet, dissiliẽtue in suã pluralitatẽ. Colliget se magis, adunabit, conformabitq; unitati illius, uel potius unitati illi, ut una uni facies respondeat faciei.
1. Ioan. 3. Nempe similes ei erimus, quia uidebimus eum sicuti est.
Psal. 26. Beata uisio: ad quã merito suspirabat qui ait: Exquisiuit te facies mea: faciẽ tuã dñe requiram. ¶ Et quia adhuc in quærẽdo res est, interim ascendam⁹ quadrigã istã, utpote infirmi & imbecilles indigẽtes tali uehiculo. Ascẽdam⁹ si fortè uel sic apphẽdamus in quo apprehẽsi sum⁹: id est huiusipsi⁹ uehiculi rationẽ. Nã hoc monitũ habem⁹ ab ipso auriga, & primo currus hui⁹ exhibitore, ut studeam⁹ cõ-
Eph. 3. prehendere cũ oibus sanctis quæ sit longitudo, latitudo, sublimitas, & profundũ. Comprehẽdere dixit, nõ cognoscere: ut non curiositate cõtenti scientiæ, tota cura fructui inhiemus. Non in cognitione est fructus: sed in comprehẽsione. Alioquin scienti bonũ & nõ facienti (ut ait quidam)
Iaco. 4. 1. Cor. 9. peccatũ est ei. Et ipse Paulus alio loco: Sic currite (inqt) ut comprehẽdatis. Quid sit comprehẽdere, inferius declarabo. Quid igitur est deus? Lõgitudo inquã. Quid ipsa? Aeternitas. Hæc tã longa, ut non habeat terminũ, nõ magis loci quàm tẽporis. Est & latitudo. Et ipsa quid? Charitas. Quibus & ista terminis angustetur in deo, qui nihil
Sapien. 11. odit horũ quæ fecerit? Deniq; solẽ suũ oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Ergo & inimicos cõcludit sinus ille. Nec hoc quoq; cõtentus, euadit in infinitũ. Omnẽ non modo affectionẽ, sed & cognitionẽ
Matt. 5. Ephe. 3. excedit, adiiciẽte apostolo & dicẽte: Scire etiã superemirentẽ scientiæ charitatẽ Christi. Quid plus dicam? Aeterna est. Nisi q⁹ hoc plus forsitã est, quia æternitas est. Vides tantã esse latitudinẽ, quantã & longitudinem? Vtinam sic uideas non tantã esse, sed ipsam id esse unã quod alteram, nõ minus unã quàm duas, nec plus duas quàm unã. Deus æternitas, deus charitas est, longitudo sine protẽsione, latitudo sine distensione. In utroq; pariter locales quidem excedit temporalesq; angustias, sed libertate naturæ, non enormitate substãtiæ. Tali modo immensus est qui omnia fecit in mensura, & quãuis immẽsus, hic tamen modus & ipsius immẽsitatis. Quid item deus? Sublimitas & profundum. In altero supra omnia: in altero intra oia. Liquet in deitate nusquã claudicare æqualitatem: stare eam undiq; firmiter: constare immobiliter sibi. Sublime potentiam, profundũ sapientiã eius cõsidera. Ex æquo & ista respondent sibi, dum & sublimitas inattingibilis, & profunditas æque inscrutabilis cognoscatur, Paulo admirante & ex-
Roma. 11. clamante: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei: quàm inscrutabilia sunt iudicia eius: & inuestigabiles uiæ illius. Libet & nos exclamare cum Paulo, horũ utriq; intuẽtes in deo & cum deo simplicissimã unitatẽ. O potẽtia potens, attingẽs utiq; fortiter. O potẽtia sapiẽs, disponẽs omnia suauiter. Res una, effectus multiplex, operationesq; diuersæ. Et illa una res est longitudo, propter unitatẽ: latitudo, propter charitatẽ: sublimitas, propter manifestatem: profunditas, propter sapientiam. Nonne hæc. Num ideo & arbitramur nos comprehendisse? Non est. Non est enim comprehendi potest, quod incõprehẽsibile est. At nisi posset, nõ dixisset apostolus, Vt cõprehẽdamus cum oibus sanctis. Sancti igitur comprehendunt. Quæris quomodo? Si sanctus es, comprehendisti & nosti. Si non esto: & tuo experimento scies. ¶ Sanctũ facit affectio sancta, & ipsa est anima, timor dñi sanctus, & sanctus amor. His perfectè affectata, uelut quibusdã duob⁹ brachiis suis cõprehendit, amplectit, stringit, tenet, & ait: Tenui eum, nec dimittam. Et timor quidẽ sublimi & profundo, amor lato longoq; fruitur. Quid tam timendũ quàm potestas cui nõ potes resistere, quàm sapientia cui abscõdi nõ potes? Poterat minus timeri deus, alterutro carens. Nunc autem perfectè oportet timeas illum cui nec oculus deest omnia uidens, nec manus potens oia. Quid item tam amabile quàm amor ipse quo amas, & quo amaris? Amabiliorem tñ iuncta æternitas facit: quæ dũ nõ excidit, foras mittit suspicionem. Amat igitur perseuerãter & longanimiter, & habes longitudinem. Dilata amorẽ tuũ usq; ad inimicos, & latitudinem tenes. Esto etiã in omni solicitudine timorat⁹, & sublime profundumq; apprehẽdisti. Aut si mauis quatuor æque tria dilectionis quatuor respondere, facis hoc si stupes, si paues, si fremues, si sustines. Stupenda planè sublimitas maiestatis, profunda abyssus iudiciorũ: feruorem exigit charitas: æternitas perseuerantiã sustinendi. Quis stupet, nisi qui contemplatur gloriã dei? Quis pauet, nisi qui scrutatur profunditatem sapientiæ? Quis feruet, nisi qui meditatur charitatem dei? Quis sustinet & perseuerat in amore, nisi qui æternitatẽ charitatis? Nempe æternitatis quandã imaginem perseuerãtia præ se fert. Deniq; sola est cui æternitas redditur, uel potius quæ æternitati hoiem reddit, dicẽte dño: Qui pseuerauerit usq; in finẽ, hic saluus erit. ¶ Et nõ aduerte in quatuor istis contẽplationis species quatuor. Prima & maxima contemplatio est admiratio maiestatis. Hæc requirit cor purgatũ, ut à uitiis liberũ, atq; exoneratum peccatis, facile ad superna leuet: interdum quoq; uel per aliquas morulas stupore & extasi suspẽsum teneat admirantem. Secunda autem necessaria est huic. Est enim intuens iudicia dei. Quo sanè pauido aspectu dum uehemẽtius concutit intuentem, fugat uitia, fundat uirtutes, instituit ad sapientiam, humilitatem seruat. Virtutũ siquidem bonũ quoddã ac stabile fundamẽtum, humilitas. Nempe si nutet illa uirtutum aggregatio, nõ nisi ruina est. Tertia contẽplatio occupatur uel potius ociatur circa memoriã beneficiorũ: & ne dimittat ingratũ, solicitat memorãtem ad amorẽ benefactoris. De talib⁹ dicit prophera loquens ad dominũ: Memoriã abundantiæ suauitatis tuæ eructabunt. Eructatio, gratiarũ actio est. Quarta quæ retrofutura obliuiscens, in sola requiescit expectatione promissorum. Quæ cum sit meditatio æternitatis (siquidẽ quæ promittuntur, æterna sunt) longanimitatẽ alit, & perseuerantiæ dat uigorem. Puto iam facile est quatuor nostra hæc, quatuor illis apostoli assignare, dum longitudinem comprehendit meditatio promissorũ: latitudinẽ, recordatio beneficiorũ: sublimitatẽ, cõtemplatio maiestatis: profunditatem, inspectio iudiciorũ. Quærendus adhuc fuerat qui nec latis adhuc inuẽtus est, nec quæri nimis potest. at orãdo fortè quàm disputãdo dignius quæritur, & inuenitur facilius. Proinde is sit finis libri: sed non finis quærendi.

¶ Explicit liber beati Bernardi de consideratione in quinq; partiales diuisus.

¶ Dilu

¶Diui Bernardi abbatis in tractatum de gratia & libero arbitrio. Prologus.

OOmino Vuillermo abbati sancti Theodorici frater Bernardus opusculū de gratia & libero arbitrio. ¶Quod illa qua scitis occasione nup aggressus sum, eadem gratia adiuuante peregi ut potui. Vereor aūt ne aut grandia minus digne locutus inueniar, aut pertractata à pluribus superfluo retractasse. Proinde legite illud primus: & si iudicatis, solus: ne si proferatur in medium, magis fortè scriptoris publicetur temeritas, quàm lectoris ædificetur charitas. Quod si palam fieri utile ꝓbaueritis, tūc si quid obscurius dictum aduerteritis, quod in re obscura seruata cōgrua breuitate dici planius potuisset: non sit uobis pigrum aut emēdare per uos, aut mihi resignare emendandum: si fraudari non uultis promissione illa sapientiæ, qua ait: Qui elucidant me, uitam æternam habebunt. Eccl. 24.

TRACTATVS DE GRATIA & libero arbitrio.

IOquente me coràm aliquando, & dei in me gratiam cōmendante: ꝙ scilicet ab ipsa me in bono & prætuētum agnoscerem, & prouehi sentirem, & sperarem perficiendum: quid tu ergo (ait unus ex circunstātibus) operaris: aut quid mercedis speras uel præmiū: si totū facit de⁹? Quid enim inquā tu consulis? Da (inquit) gloriā deo, qui gratis te præuenit, excitauit, inītiauit: & uiue digne decætero: quo te ꝓbes & perceptis beneficijs non ingratū, & percipiendis idoneum. Et ego: Bonum inquam consiliū das: sed & si dederis posse teneri. Siquidem non est eiusdē facilitatis scire quid faciēdū sit, & facere: qm̄ & diuersa sunt: cæco ducatū, ac fesso. præbere uehiculū. Nō quicūq; ostendit uiā, præbet etiam uiaticū itinerāti. Aliud illi exhibet qui facit ne deuiet, & aliud q præstat ne deficiat in uia. Ita nec quiuis doctor statim & dator erit boni quodcūq; docuerit. Porrò duo mihi sunt necessaria, doceri, ac iuuari. Tu quidē homo recte consulis ignorantiæ: sed (si uerū sentit apostolus) spīritus adiuuat infirmitatē nostrā. Imo uerò qui mihi per os tuū ministrat consiliū, ipse mihi necesse est ministret per spīm suum adiutoriū, quo ualeā implere quod cōsulis. Ecce enim iā ex ei⁹ munere uelle adiacet mihi, perficere aūt non inuenio. Sed nec aliqñ me inuēturū cōfido: nisi qui dedit uelle, det & perficere, p bona uolūtate. Vbi ergo (ait) sunt merita nostra: aut ubi est spes nostra? Audi inquā. Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos: sed fm suā mīam saluos nos fecit. Quid enim? Tu fortè putaueras tua te creasse merita: tua posse saluari iustitia: qui nec saltē dīm Iesum dicere potest nisi in spū sctō? Itáne oblit⁹ es qs dixerit, Sine me nihil potestis facere? Et neq; currētis neq; uolētis: sed dei miserātis est? Quid igit (ais) liberū arbitriū? Breuiter respondeo. Saluat. Tolle liberū arbitriū, nō erit quod saluetur. Tolle gratiā, nō erit unde saluet. Opus hoc sine duobus effici nō potest, uno à quo fit, altero cui uel in quo fit. Deus author est salutis, liberū arbitriū tm̄ capax, nec dare illā nisi de⁹, nec capere ualet nisi liberū arbitriū. Quod ergo à solo deo & soli dat libero arbitrio, tam absq; cōsensu esse nō potest accipientis, quàm absq; gratia dātis. Et ita gratiæ operanti salutē, cooperari dicit liberū arbitriū, dū cōsentit, hoc est dū saluat. Cōsentire enim saluari est. Proinde pecoris spūs salutē huiuscemodi capere minime pōt: eò ꝙ illi uoluntarius cōsensus desit, quo saluatori deo placide obtēperet, siue iubēti acquiescēdo, siue pollicēti credendo, siue reddēti gr̄as agēdo. Enimuero aliud est uoluntarius cōsensus, aliud naturalis appetit⁹. Posterior quippe nobis cōis est cū irratiōabilib⁹, nec ualet cōsentire spiritui, carnis irretit⁹ illecebris. Et fortasse ipse est qui alio nomine ab apostolo sapientia carnis appellat, ubi ait: Sapientia carnis inimica est deo. legi enim dei non est subiecta: nec enim potest. Hunc ergo (ut dixi) cōmunē habentes cum bestijs, consensus uoluntarius nos discernit. Est enim habitus animi liber sui. Siquidē nō cogit, nō extorquetur. Est qppe uolūtatis, nō necessitatis. Nec negat se, nec præbet cuiquā, nisi ex uolūtate. Alioquin si compelli ualet inuitus, uiolētus est, nō uolūtarius. Vbi aūt uolūtas nō est, nec cōsensus. Non enim est cōsensus, nisi uolūtarius. Vbi ergo consensus, ibi uoluntas. Porrò ubi uoluntas, ibi libertas. Et hoc est quod dici puto liberū arbitriū. Sed ut manifestius fiat quod dicit, & cōpetentius ad id quod uolumus ueniam⁹, paulo altius æstimo repetēdū. ¶In reb⁹ naturalib⁹ nō idē est uita quod sensus, nō est sensus qđ appetitus, nec ille quod cōsensus. Quod ex singulorū diffinitionib⁹ clarius elucebit. Est enim in quolibet corpore uita, internus ac naturalis mot⁹, uigēs tantū intrinsecus. Sensus uerò uitalis in corpore motus uigens extrinsecus. Appetitus autem naturalis uis in animante, mouendis auide sensibus attributa. Verum consensus nutus est uoluntatis spotaneus, uel certè (quod superius dixisse me memini) habitus animi liber sui. Porrò uolūtas est motus rationalis, & sensui præsidens & appetitui. Habet sanè quocūq; se uoluerit semper rationē comitem, & quodammodo persequā: nō ꝙ semper ex ratione, sed ꝙ nunquā absq; ratione moueat: ita ut multa faciat per ipsam contra ipsam: hoc est quasi per eius ministeriū, contra eius consiliū siue iudicium. Vnde est illud: Prudētiores sunt filij huius seculi filijs lucis in generatione sua. Et rursum: Sapientes sunt ut faciāt mala. Neq; enim prudētia seu sapiētia inesse creaturæ potest uel in malo nisi utiq; per rationē. Est uerò ratio data uolūtati, ut instruat illā: nō destruat. Destrueret aūt, si necessitatē ei ullā imponeret quominus libere pro arbitrio sese uolueret: siue in malū consentiens appetitui aut nequam spiritui, ut sit animalis, non percipiēs uel certè & persequens ea quæ sunt spūs dei, siue ad bonū gratiam sequēs, & fiat spūalis, quæ oia dijudicās ipsa minime iudicetur. Si inquā horū quodlibet prohibēte ratione uolūtas non posset, uoluntas iam nō esset. Vbi quippe necessitas: iam non uolūtas. ¶Q; si ex necessitate, & absq; consensu propriæ uoluntatis mala bonáue fieri possent, rationalis creatura aut misera ꝓfectò esse nulla rōne deberet aut beata penit⁹ esse nō posset: cui nimirū in utrauis parte id deesset quod solū in ea miseriæ siue beatitudinis capax est, id est uolūtas. Cætera siquidē quæ supra memorata sunt, uita, sensus, uel appetitus, nec miserū per se faciūt, nec beatum. Alioquin & arbores ex uita, & pecudes etiam ex relīqs duobus uel miseriæ possent esse obnoxiæ, uel idoneæ beatitudini: quod oīno impossibile est. Cōem itaq; habentes uitā quidē cū arboribus, sensum uerò & appetitū & æq; uitā cū pecoribus, id quod dicitur uoluntas, nos ab utriscq; discernit. Cuius uolūtatis consensus (utiq; uolūtari⁹, nō necessari⁹) dū aut iustos probat, aut iniustos: etiā merito beatos facit uel miseros. Is ergo talis cōsensus ob uolūtatis inamissibilē libertatē, & rationis qđ semper secū portat & ubiq;, indeclinabile iudiciū, nō incongrue dicit (ut arbitror) liberū arbitriū, ipse liber sui, ꝓpter uolūtatem: ipse iudex sui, propter rationē. Et meritò libertatē comitatur iudiciū: qm̄quidē quod liber sui est, profectò ubi peccat, ibi se iudicat. Est aūt iudiciū, quia iuste ꝓfectò si peccat, patitur quod nolit: qui nō peccat nisi uelit. Cæterum quod sui liberū nō esse cognoscitur: quo pacto uel bonū ei uel malū imputatur? Excusat nempe utrūq; necessitas. Porrò ubi necessitas, ibi libertas non est: ubi libertas non est, nec meritum, ac per hoc nec iudiciū. Excepto sanè peromnia originali peccato: quod aliam constat habere rationem. Decætero quicquid hanc non habet uoluntarij consensus libertatem, procul dubio & merito caret & iudicio. Proinde uniuersa quæ sunt hominis præter solam uoluntatem, ab utroq; libera sunt, quia sui libera nō sunt. Vita, sensus, appetitus, memoria, ingenium, & si qua talia

Roma. 8.

Roma. 7.
Philip. 2.
Tit. 3.
1. Cor. 12.
Ioan. 15.
Ioan. 9.

Luce. 16.
Hie. 4.

1. Cor. 2.
Ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt,eoípso subiacent neceſſitatí,quò non planè subdíta sunt uoluntatí.Ipſam uerò quía impoſſibile eſt de ſeípſa sibí non obedíre(nemo quippe aut non uult quod uult, aut uult quod non uult)etiã impoſſibile eſt ſua príuarí libertate.Poteſt quídem mutarí uolũtas:ſed non niſi in aliã uoluntatem:ut nunquam amittat libertatem.Tam ergo non poteſt príuarí illa,quàm nec ſeípſa.Sí poterit homo alíquando aut uíhíl oíno uelle,aut uelle alíquíd,& nõ uoluntate,poterit & carere líbertate uolũtas.Hínc eſt q́ ínſanís uel ínfantíbus,ítemq́ dormiẽtib9,níhíl quod facíũt uel bonũ uel malũ ímputatur,quía nímírum ſicut ſuæ nõ ſunt compotes ratíonís,ſic nec uſum retinẽt propríæ uoluntatís:ac per hoc nec ſudícíũ líbertatís.Cum ígitur uoluntas níl liberũ habeat niſi ſe:meríto nõ ſudícatur niſi ex ſe.Síquídem nec tardum ſngenium,nec labílis memoría, nec ínquíetus appetítus,nec ſenſus obtuſus nec uíta languens,reum per ſe ſtatuunt hoíem,ſicut nec contraría ínnocentem:& hoc nõ ob aliud niſi quía hæc neceſſarie ac præter uoluntatẽ poſſe prouenire probãtur.¶Sola ergo uoluntas quoníã pro ſui ſngenita líbertate,aut díſſentíre sibí,aut præter ſe ín alíquo conſentíre,nulla uí,nulla cogítur neceſſítate:nõ ímmeríto ſuſtã uel íníuſtã,beatítudine ſeu míſería dígnam ac capacem creaturã conſtituít,prout ſcílícet ſuſtítíæ ínſuſtítíæue conſenſerít.Quapropter huſuſmodí uolũtaríũ líberũq́ cõſenſum,ex quo & omne ſuí (ex hís quæ prædícta ſunt)conſtat pendere ſudícíũ:puto non íncongrue,ut ſupra díffíníuímus,eſſe quod ſolet líberum arbítrium appellarí:ut líberum referatur ad uoluntatem,arbítríũ ad ratíonem.Sed ſanè liberũ:non illa líbertate de qua dícít apoſtolus:Vbí ſpíritus dñí:ibí líbertas.Eſt ením illa líbertas à peccato:ſicut alíbí dícit:Cũ ením ſeruí eſſetís peccatí,líberí fuíſtís ſuſtítíæ.Nunc autẽ líberatí à peccato,ſeruí autem factí deo: habetís fructũ ueſtrum ín ſanctíficatíonẽ:fínẽ uerò uítã æternã.Quís uerò ín carne peccatí à peccato ſibí uendícat líbertatẽ:Hac ergo líbertate meríto nequaquã dictum arbítror liberum arbítríũ. Eſt ítẽ líbertas à míſería:de qua ídẽ apoſtolus:Et ípſa(ínquít)creatura líberabítur à ſeruítute corruptíonís,ín líbertatẽ gloríæ filiorũ dei.Sed nũquíd & íſtã ſibí quíſpíã ín hac mortalítate præſumít:Et hac ítaq́ liberum nomínarí arbítríũ,nõ ímmeríto abnuímus.Eſt uerò quam magís eí cõgruere arbítror líbertatẽ,quam dícere poſſumus à neceſſítate,eò q́ neceſſaríũ uoluntarío contrariũ eſſe uídeatur.Síquídẽ quod ex neceſſítate fit,non íam ex uoluntate:& ecõuerſo ſimílíter.¶Cum ígitur prout ínterím potuít occurrere nobís,tríplex ſit nobís propoſita líbertas, à peccato,à míſería,à neceſſítate:hanc ultímo loco poſitã contulít nobís ín condítíone natura,ín prímam reſtauramur à gratía,media nobís reſeruatur ín patría.¶Dícatur ígitur príma líbertas naturæ:ſecunda gratíæ:tertía uítæ uel gloríæ.Prímo nempe ín líberã uoluntatẽ,ac uoluntaríam líbertatẽ cõdítí ſumus,nobílís deo creatura.Secundo reformamur ín ínnocentíã,noua ín Chríſto creatura. Tertío ſublímamur ín gloríã,perfecta ín ſpírítu creatura. Príma ergo líbertas habet,multũ honorís:ſecunda plurímum etiã uírtutís:nouíſſíma cumulũ ſucũdítatís.Ex príma quíppe præſtamus cæterís anímantíb9.In ſecũda carnem per tertíã mortẽ ſubíícímus.Vel certè ſicut ín príma ſubíecít deus ſub pedíbus noſtrís oues & boues & pecora campí:ſta quoq́ per ſecundã ſpírítuales beſtías huíus aerís,de quíbus dícít:Ne tradas beſtíjs aías cõfitẽtes tíbí: proſternít æque & cõterít ſub pedíbus noſtrís ín ultíma tandẽ nos ípſos nobís pleníus ſubmíſſurus per uíctoríam corruptíonís & mortís:qñ ſcílícet nouíſſíma deſtruetur mors,& nos tranſíbímus ín líbertatem gloríæ filiorũ dei. Qua líbertate Chríſtus nos líberabít:cũ nos utíq́ tradet regnũ deo & patrí.De hac ením,& ítem de illa quã díxímus à pctõ,puto q́ Iudæís aſebat:Sí uos fili9 líberauerít, uerè liberí erítís.Liberũ arbítríũ líberatore ídígere ſignífícabat:ſed planè quí íllud liberaret nõ à neceſſítate,quã uolũtatís eſſe penítus non nouerat:ſed à peccato,ín quod

2. Corí.3.
Roma.6.
Ibidem.
Roma.8.
Pſal.73.
Joan.8.

plexantes supereminentem scientiæ charitatem in ipso id
uel tantillum qđ sunt, in tantæ dilectionis & dignationis
uicem non rependere confunduntur. Facile proinde plus
Lucæ.7. diligunt: qui se amplius dilectos intelligunt. Cui autē mi-
nus donatū est: minus diligit. Iudæus sanè, siue paganus,
nequaquā talibus aculeis incitatur amoris: quales ecclesia
Canti.2. experit, quæ ait: Vulnerata charitate ego sum. Et rursum:
Canti.3. Fulcite me floribus: stipate me malis: quia amore lāgueo.
Cernit regem Salomonem in diademate quo coronauit
eum mater sua. Cernit unicum patris, crucem sibi baiulan-
tem. Cernit cæsum & consputum dominū maiestatis. Cer-
nit authorem uitæ & gloriæ, cōfixū clauis: percussum lan
cea: opprobrijs saturatū: tandē illā dilectā aīam suam pone
re p amicis suis. Cernit hæc: & suā magis ipsius animā gla
Canti.2. dius amoris trāsuerberat: & dicit: Fulcite me florib⁹: stipa
te me malis: quia amore langueo. Hæc sunt quippe mala
punica quæ in hortū introducta dilecti sponsa carpit ex li
gno uitæ: à cælesti pane proprium mutuata saporem, colo
rem à sanguine Christi. Videt deinde mortem mortuā, &
mortis authorē triumphatum. Videt de inferis ad terras,
de terris ad superos captiuā duci captiuitatem: ut in no-
Phil.2. mine Iesu omne genu flectatur cælestium, terrestriū, & in-
fernorum. Aduertit terram quæ spinas & tribulos sub an-
tiquo maledicto produxerat: ad nouæ benedictionis gra-
tiam innouatā refloruisse. Et in oībus illius recordata uer
Psal.27. siculi: Et reflоruit caro mea: & ex uoluntate mea confite-
bor ei: passionis malis quæ de arbore tulerat crucis: cupit
iungere & de floribus resurrectionis: quorum præsertim
fragrantia sponsum ad se crebrius reuisendam inuitet. De
Cāt.1. nicq; ait: Ecce tu pulcher es dilecte mi & decorus: lectulus
noster floridus. Quæ lectulum monstrat, satis quid deside
ret aperit: & cum floridum nuncīat: satis indicat unde qđ
desiderat obtinere præsumat. Nō enim de suis meritis, sed
Gen.27. de floribus agri cui benedixit deus. Delectatur floribus
Christus: qui in Nazareth & cōcipi uoluit & nutriri. Gau
det sponsus cælestis talibus odoramentis: & cordis thala-
mum frequēter libentercq; ingreditur: quod istiusmodi re
fertum fructibus, floribusq; respersum inuenerit. Vbi suæ
uidelicet aut passionis gratiam: aut resurrectionis gloriā
sedula inspicit cogitatione uersari: ibi profectò adest sedu
lus, adest libens. ¶ Monimenta siquidem passionis sue
agnosce quasi anni præteriti: ommium utiq; retro tempo-
rum sub peccati mortisq; imperio decursorum, iam ho
plenitudine temporis apparentes. Porrò autem re
ctionis insignia: nouos aduerte flores sequentis tempo
in nouam sub gratia reuirescētis ætatem: quorum fruc
generalis futura resurrectio in fine parturiet sine fine
surū. Iā, inquit, hyems transijt: imber ambijt & recessit
res apparuerunt in terra nostra: æstiuum tempus adue
se cum illo significans, qui de mortis gelu in uernalem qui
dam nouæ uitæ temperiem resolut⁹: ecce (ait) nouæ fac
omnia. Cuius caro seminata est in morte, refloruit in re
rectione. Ad cuius mox odorem: in campo commilito
stræ reuirescunt arida: recalescunt frigida: mortua re
scunt. Horum ergo nouitate florum ac fructuum, & p
tudine agri suauissimum spirantis odorē: ipse quoq; pa
in filio inmouante omnia delectat: ita ut dicat: Ecce odor
li mei sicut odor agri pleni cui benedixit dominus. Rore
pleni: de cuius plenitudine omnes accepimus. Sponsa ta
men familiarius ex eo sibi cum uult flores legit, & carpe
poma: quibus propriè aspergat intima conscientiæ cū in
tranti sponso cordis lectulus suaue redoleat. Oportet ei
nos si crebrum uolumus habere hospitem Christum co
da nostra semper habere munita fidelibus testimonijs
de misericordia scilicet morientis, quàm de potentia re
gētis: quomodo Dauid aiebat: Duo hæc audiui, quia p
testas dei: & tibi domine misericordia. Siquidem utriq;
rei testimonia credibilia facta sunt nimis. Christo utiq;
riente propter delicta nostra: & resurgente propter iusti
cationem nostram: & ascendente ad profectionem nostr
& mittente spiritum ad consolationem nostram: & quan
doq; redituro ad cōsummationem nostrā. Nempe in mo
te misericordiam, potentiam in resurrectione, utriq; in
gulis exhibuit reliquorum. Hæc mala, hi flores: qui
sa se interim stipari postulat & fulciri, credo sentiens
uim in se amoris posse tepescere & languescere quotid
do si non talibus iugiter foueatur incentiuis: donec int
ducta quādoq; in cubiculum, diu cupitis excipiatur a
plexibus: & dicat: Leua eius sub capite meo: & dextera
lius amplexata est me. Sentiet quippe tunc & pbabitm
uersa dilectionis testimonia: quæ in priori aduentu tāq
de sinistra dilecti acceperat: præ multitudine dulcedin
amplexantis dexteræ contemnenda: & omnino iam quasi
subtus habenda. Sentiet quod audierat: Caro nō prodest
quicquā: spirit⁹ est qui uiuificat. Probabit quod legerat
Spiritus meus super mel dulcis: & hæreditas mea sup mel
& fauū. ¶ Qđ uerò sequitur: Memoria mea in generatio
seculorum: hoc dicit, quia quādiu stare præsens cernit
seculū: in quo generatio aduenit: & generatio præterit
deerit electis consolatio de memoria, quibus nondum de
præsentia plena refectio indulgeť. Vnde scriptū est: Mem
riam abundantiæ suauitatis tuæ eructabunt. haud dubiū
quin hi quos paulò superius dixerat: Generatio & gene
ratio laudabit opera tua. ¶ Memoria ergo in generatione
seculorum: præsentia in regno cælorum. Ex ista gloriā
tur iam assumpta electio: de illa interim peregrinans gene
ratio cōsolatur. Sed interest quænam generatio ex dei re
piat recordatione solamen. Non enim generatio prava &
exasperans: cui dicitur: Væ uobis diuites: qui habetis cō
solationē uestram, sed quæ dicere ueraciter potest: Ani
consolari anima mea. Huic planè & credimus si fecerit
iecerit. Memor fui dei: & delectatus sum. Iustum quippe
est ut quos præsentia non delectant, præsto eis sit memo
ria futurorum. Et qui de rerum fluentium qualibet affluē
tia despiciunt consolari: recordatio illos delectet æternita
tis. Et hæc est generatio quærentiū dominū: quærentium
non quæ sua sunt: sed faciē dei Iacob. Dei ergo quærēti
& suspirantibus præsentiam: præsto interim & dulcis me
moria est. Non tamen qua satientur: sed qua magis ar
riant unde satientur. Hoc ipsum de se cibus ipse testa
ita dicens: Qui edit me, adhuc esuriet: & qui eos cibat
satiabor

Universidad de Deusto

Matt.5. ſatiabor (inquit) cum apparauerit gloria tua. Beati q̃ ſã nunc qui eſuriũt & ſitiunt iuſtitiam: quoniam q̃nq; ipſi & non alĩ ſaturabuntur. ¶ Væ tibi generatio praua atq; peruerſa: uæ tibi populе ſtulte & inſipiens: qui & memoriam faſtidis, & præſentiã expaueſcis. Merito quidem. Nec modo enim liberari uis de laqueo uenantium: ſiquidẽ qui uolunt diuites fieri in hoc ſeculo: incidunt in laqueum diaboli. Nec tunc à uerbo aſpero poteris liberari. O uerbũ aſperum: ô ſermo durus: Ite maledicti in ignem æternum. Durior planè atq; aſperior illo qui quotidie nobis de memo-
Luce.6. ria paſſionis in eccleſia, replicatur: Qui manducat carnem meã: & bibit ſanguinẽ meũ: habet uitã æternã: hoc eſt, qui recolit mortem meam: & exemplo meo mortificat mẽbra ſua quæ ſunt ſuper terram: habet uitam æternam. Hoc eſt: ſi compatimini: & conregnabitis. Et q̃ plerique ab hac uoce reſilentes & abeuntes hodieq; retrorſum: reſpondent
Ibidem. nõ uerbo, ſed facto: Durus eſt hic ſermo: quis põt eũ audi-
Pſal.77. re? Itaq; generatio quæ nõ direxit cor ſuũ, & nõ eſt creditus cũ deo ſpiritꝰ eius: ſed magis ſperãs in incerto diuitiarũ: uerbũ modo crucis audire grauat: ac memoriã paſſiõis ſibi iudicat oneroſam. Verum qualiter uerbi illius pondꝰ
Matt.25. in præſentia ſuſtinebit, Ite maledicti in ignem æternũ: qui parat? eſt diabolo, & angelis eius: Super quẽ profectò ce-
Pſal.90. ciderit lapis iſte: conteret eum. At uerò generatio rectorũ
2.Cori.5. benedicet. qui utiq; cũ apoſtolo ſiue abſentes ſiue præſen-
Matt.25. tes cõtendunt placere deo. Deniq; audient: Venite benedicti patris mei &c. Tũc illa quæ nõ direxit cor ſuum, ſero quidẽ experiet quàm in illius cõparatione doloris, iugum Chriſti ſuaue, & onus leue fuerit: cui tanquã graui & aſpero durã ceruicem ſuperbè ſubduxit. Nõ poteſtis ô miſeri ſerui mãmonæ, ſimul gloriari in cruce domini noſtri Ieſu Xpi, & ſperare in pecuniæ theſauris. Poſt aurum abire, & probare quàm ſuauis eſt dominus. Proinde quẽ ſuauẽ in memoria non ſentitis: aſperũ, peuldubio in præſentia ſentietis. Cæterũ fidelis anima & ſuſpirat præſentiam inhianter, & in memoria requieſcit ſuauiter, & donec idonea ſit reuelata facie ſpeculari gloriam dei, crucis ignominia gloriaꝫ. Sic profectò ſic ſponſa & colũba Xpi pauſat ſibi interim & dormit inter medios cleros: ſortita iam in præſen-
Pſal.77. tiarum de memoria abundantiæ ſuauitatis tuæ dñe Ieſu pennas deargentatas: innocentiæ uidelicet pudicitiæq; candorem: & ſperans inſuper adimpleri lætitia cum uultu tuo: ubi etiã fiãt poſteriora dorſi eius in pallore auri: qñ in ſplendoribus ſanctorũ introducta cum gaudio, ſapientiæ plenius fuerit illuſtrata fulgoribus. Merito proinde iam
Cant.2. nunc gloriatur, & dicit: Leua eius ſub capite meo: & dextera illius amplexabitur me. In leua reputans recordationẽ illius charitatis qua nulla maior eſt, qđ animam ſuam poſuit pro amicis ſuis. In dextera uerò beatam uiſionem quã promiſit amicis ſuis, & gaudium de præſentia maieſtatis. Merito illa dei & deifica uiſio: illa diuinæ p̃ſentiæ inæſtimabilis delectatio in dextera deputatur: de qua & delecta-
Pſal.15. biliter canitur: Delectationes in dextera tua uſq; in finem. Merito in leua, admirabilis illa memorata & ſemper memoranda dilectio collocatur: q̃ donec tranſeat iniquitas, ſuper eam ſpõſa recumbat & requieſcat. Merito ergo leua ſponſi ſub capite ſponſæ: ſuper quã uidelicet caput ſuũ reclinata ſuſtentet: hoc eſt mentis ſuæ intentionem: ne incur-
Luc.9. uetur & inclinet in carnalia & ſecularia deſideria: quia corpus qđ corrũpitur, aggrauat animã, & deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantẽ. ¶ Quid nanq; aliud faciat conſiderata tanta & tam indebita miſeratio: tã gratuita & ſic probata dilectio: tã inopinata dignatio: tã inuicta manſuetudo: tam ſtupenda dulcedo? Quid inquã hæc omnia faciant diligenter conſiderata: niſi ut conſiderantis animum ab omni penitus prauo uindicatum amore, ad ſe miſerabiliter rapiant: uehementer afficiant: faciantq; p̃ ſe cõtinere quicqd niſi in cõtemptu horũ appeti nõ poteſt? Nimirũ proinde in odore unguẽtorũ horũ ſponſa currit alacriter, amat ardẽter, & parũ ſibi amare ſic amata uĩ etiã cũ ſe tota in amore pſtrinxerit. Nec imerito. Quid magnũ eũ tanto & tanti repenſatur amori, ſi puluis exiguus totũ ſe ad redamandũ collegerit: quẽ illa nimirũ maieſtas in amore præueniens, tota in opus ſalutis eius intenta cõſpicit? Deniq; ſic deꝰ dilexit mũdũ ut unigenitũ daret haud Ioã.3.
dubiũ quin de patre dicat. Itẽ tradidit in mortẽ animam Eſa.35.
ſuã nec dubiũ q̃ filium loquatur. Ait & de ſpirituſſancto:
Sipirit? paracletꝰ quẽ mittet pater in nomine meo: ille uos Ioã.14.
docebit oĩa: & ſuggeret uobis oĩa quæcũq; dixero uobis.
Amat ergo deus, & ex ſe toto amat, quia tota trinitas amat: ſi tamẽ totũ dici põt de infinito & incomprehẽſibili, aut certè de ſimplici. Intuens ergo hæc: credo ſatis agnoſcit quare deus diligendus ſit: hoc eſt unde diligi meretur. ¶ Cæterũ infidelis nõ habẽs filiũ nec patrẽ, pinde habet nec ſpiritum ſanctum. Qui enim non honorificat filiũ, Ioã.5.
non honorificat patrem qui miſit illum: ſed nec ſpiritum ſanctũ quẽ miſit ille. Is ſtaq; mirum non eſt ſi quàm minus agnoſcit: min? & diligit: Artũ & ipſe totũ ei ſeſe debere nõ ignorat: quẽ ſui totius nõ ignorat authorem. Quid ergo ego qui deum meum teneo uitæ meæ non ſolum gratuitũ largitorem, largiſſimum adminiſtratorem, pium conſolatorem, ſolicitum gubernatorem, ſed inſuper etiam copioſiſſimum redemptorem, æternũ conſeruatorem, ditatorẽ,
glorificatorem: ſicut ſcriptum eſt: copioſa apud eũ redem- Pſal.129.
ptio. Et item: Introiuit ſemel in ſancta, æterna redemptio- Hebr.9.
ne inuenta. Et de cõſeruatione: Nõ relinquet ſanctos ſuos: Pſal.36.
in æternum conſeruabuntur. Et de locupletatione: Men- Luc.6.
ſuram bonam & cõfertam & coagitatam & ſupereffluẽtẽ,
dabũt in ſinum ueſtrum. Et rurſum: Nec oculus uidit, nec 1.Cori.2.
auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit: quæ præparauit deus diligentibus ſe. Et de glorificatione: Saluatorem Phil.3.
expectamus dñm noſtrũ Ieſum Xpm: qui reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis
ſuæ. Et illud: Non ſunt condignæ paſſiones huius tempo- Roma.8.
ris ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Et iterum: Id quod in præſenti eſt momentaneum & leue tribu- 2.Cor.4.
latiõis noſtræ: ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis: nõ contemplantibus quæ uidentur: ſed quæ nõ uidentur. Quid retribuã domino p
omnib? his: illũ ratio urget & iuſtitia naturalis totum ſe
tradere illi à quo ſe totũ habet, & ex ſe toto debere dilige-
re. Mihi profectò fides tanto plus indicit amandum, quanto & cum me ipſo pluris æſtimandũ intelligo: quippe qui illũ nõ ſolũ mei, ſed ſui quoq; ipſius teneo largitorem. Deniq; nondum tempus fidei aduenerat: nõdum immotuerat in carne deus: obierat in cruce, prodierat de ſepulchro, redierat ad patrem: nondum inquam commendauerat in nobis ſuam multã dilectionem: illam de qua iam multa locuti ſumus: cum iam mandatum eſt homini diligere dominũ deum ſuum toto corde, tota anima, tota uirtute ſua: id eſt ex omni qđ eſt, quod ſcit, quod poteſt. Nec tamẽ iniuſtus deus, ſuum ſibi uendicans opus & dona. Vt quid eñ non amaret opus artificem, cũ haberet unde id poſſet? Et cur non quantũ oĩno poſſet: cum nihil omnino niſi eius munere poſſet? Ad hæc: q̃ de nihilo, q̃ gratis, q̃ in hac dignitate conditũ eſt, & debitũ dilectionis manifeſtius facit, & exactum iuſtiorẽ oſtendit. Cæterũ quantũ putamus adie-
ctum beneficij cum hoĩes & iumenta ſaluauit: quemadmo- Pſal.35.
dum multiplicauit miam ſuã deus? Nos dico qui mutauimus gloriã noſtrã in ſilitudinẽ uituli comedentis fœnum:
peccando cõparati iumẽtis inſipientibus. Qđ ſi totũ me Pſal.105.
debeo pro me facto: quid addam iam & pro refecto, & refecto hoc modo? Nec enim tam facile refectus quàm factus.
Siquidẽ non ſolũ de me, ſed de oĩ quoq; qđ factum eſt, ſcriptum eſt: Dixit, & facta ſunt. At uerò qui me tantum & ſe- Pſal.148.
mel dicendo fecit: in reficiendo profectò & dixit multa, &
geſſit mira, & pertulit dura: nec tãtũ dura, ſed & indigna.
Quid ergo retribuã dño pro omnibus quæ retribuit mi- Pſal.115.
hi? In primo opere me mihi dedit: in ſecundo ſe. Et ubi ſe
hi? dedit: me mihi reddidit. Datus ergo & redditus me p me
debeo: & bis debeo. Quid deo retribuam pro ſe? Nã etiã
ſi me milies rependere poſſem: quid ſum ego ad deum?

Modus diligẽdi deũ.

Ite primũ uide quõ, imo quàm sine modo à nobis deus amari meruerit: qui (ut paucis qđ dictum est repetam) prior ipse dilexit nos, tantq; & tũ, & gratis tãtillos & tales. Et qđ in principio dixisse me memini: modũ esse diligẽdi deũ, sine modo diligere. Deniq; cũ dilectio quæ tẽdit in deũ, tendat in immẽsum, tẽdat in infinitũ: (nã & infinitus deus est & immẽsus) quis nam quæso debeat finis esse nostri uel modus amoris? Quid q; amor ipse noster non iam gratuitus impendi tur, sed rependitur debitus? Amat ergo immensitas: amat
Psal.144. æternitas: amat supereminẽs scientiæ charitas: amat deus,
Psal.146. cuius magnitudinis non est finis: cuius sapientiæ non est
Phil.4. numerus: cuius pax exuperat omnem intellectum: & uicẽ
Psal.17. rependimus cum mensura? Diligam te domine fortitudo mea, firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus: & meũ deniq; quicqd optabile atq; amabile dici potest. Deus meus adiutor meus: diligam te pro dono tuo, & modo meo minus quidẽ iusto: sed planè non minus posse meo. Qui etsi quantũ debeo nõ possum: non possum tamẽ ultra quàm possum. Potero uerò plus, cũ plus donare dignaberis: nunquã tñ prout dignus haberis. Imperfectum
Psal.138. meum uiderũt oculi tui: sed tñ in libro tuo omnes scribentur qui quod possunt faciũt, etsi qđ debent non possunt. Satis quantũ reor apparet, & quonã modo deus diligẽdus sit, & quo merito suo. Quo inquã merito suo. Nã quanto: cui sanè appareat, quis dicat, quis sapiat? Nunc quo nostro cõmodo diligendus sit, uideamus. Sed quãtum est & in hoc uidere nostrũ ad id quod est? Nec tamẽ quid uidere tacendũ est, etsi nõ omino uidere ut est. Superius cũ propositum esset quare & quomodo diligendus sit deus: duplicẽ dixi parere intellectũ id quod quæritur quare: ut aut quo suo merito: aut quo nostro commodo diligendus sit: utrũlibet quæri posse perinde uideatur. Dicto proinde de merito dei, non prout dignũ ei, sed prout datum mihi: superest ut & de præmio quod item dabitur, dicam.

1.Cori.13. On eñ sine præmio diligit deus: etsi absq; p̃mñ intuitu diligendus sit. Vacua nanq; uera charitas esse non potest: nec tamen mercenaria est. Quippe nõ quærit q̃ sua sunt. Affect9 est, nõ contractus: nec acquiritur pacto, nec acquirit. Spõte afficit: & spontaneum facit. ¶ Verus amor seipso cõtẽtus est. Habet præmiũ: sed id qđ amatur. Nam quicquid propter aliud amare uideris, id planè amas quo amoris finis pertendit: non per quod tendit. Paulus non euãgelizat ut comedat, sed comedit ut euangelizet: eò quòd amet non cibum: sed euangelium. Verus amor præmium non requirit: sed meretur. Præmiũ sanè necdũ amanti proponitur: amanti debet: perseueranti redditur. Deniq; in rebus inferioribus suadendis, inuitos promissis uel præmijs inuitamus: & nõ spontaneos. Quis eñ munerandũ hominem putet, ut faciat qđ & sponte cupit? Nemo uerbi causa conducit aut esurientem ut comedat: aut sitientẽ ut bibat: aut certè matrem ut paruulũ lactet filium uteri sui. An uerò quis putet prece uel precio quẽpiam commouendum suam ipsi9 uel sepire uineã, uel arborẽ circũfodere: uel structurã propriæ domus erigere? Quanto magis deum amans anima, aliud propter deũ sui amoris præmiũ non requirit? Aut si aliud requirit: illud pro certo, non deũ diligit. Inest omni utẽti ratione naturaliter pro sua semper æstimatione atq; intentione appetere potiora: & nulla re esse cõtẽtum cui quod deest iudicet præferendum. Nam & qui uerbi gratia uxorem habet speciosam, petulanti oculo uel aĩo respicit pulchriorem: & qui uestẽ preciosa indutus est, preciosiorem affectat: & possidens multas diuitias, inuidet ditiori. Videas iam multos prædijs & possessionibus ampliatos, adhuc tamẽ indies agrum agro copulare: atq; infinita cupiditate dilatare terminos suos. Videas & qui regalibus domibus amplisq; habitant palatijs: nihilominus quotidie coniugere domum ad domum, & inquieta curiositate ædificare, diruere, mutare quadrata rotundis. Quid homines sublimatos honoribus: an non insatiabili ambitione magis ac magis totis uiribus conari ad altiora uidemus? Et horum omnium idcirco nõ est finis: quia nil in eis singulariter reperitur uel optimũ. Et quid mirum si inferioribus & deterioribus contentus non sit, qui etiam summum uel optimũ quiescere nõ potest? Sed hoc sit huius extremæ dementiæ est, ea semper appetere quæ minquã dico satient, sed nec temperẽt appetitũ: dum quicquid talium habueris, nihilominus nõ habita concupiscas & ad quæcq; defuerint, semper inquietus anheles. Ita enim in uaria & fallacia mundi oblectamenta uagabundus animus inani labore discurrens fatigetur, non satietur: dum quicqd famelicus inglutierit, parum reputet ad id qđ sum est deuorandum: semperq; nõ minus anxie cupiat quæ desunt, quàm quæ adsunt læte possideat. Quis eñ obtinet uniuersa? Quãquã ad modicũ id qđ quisq; cũ labore obtinuerit, cũ timore possederit: certus quidẽ nõ sit quin cum dolore amittat: certus autẽ q; q̃nq; amittat. Sic diffinitus mite uoluptas peruersa cõtendit ad optimũ: festinat ad id unde possit implerí. Imo uerò his anfractibus ludit fœcunditas: mentitur iniquitas sibi. Si ita uis adimplere quod uis: hoc est si illud apprehendere uis quo apprehenso nil iã amplí9 uelis: qd tentare opus est & cæteras Curtij p̃digias, & longè ante moriẽris quàm hoc circuitu perueniatur ad optatũ. Hoc ergo in circuitu impij ambulant: namq; inter appetẽtes unde finiant appetitũ: & insipienter repetentes unde propinquent fini: fini dico, nõ cõsumptionis sed cõsummationis. Quãobrem nõ beato fine cõsummari sed cõsumi uacuo labore accelerent: qui rerum magis speciem quàm authore delectati: pri9 uniuersa percurrere, & deinde singulis cupiunt experirí, quàm ad ipsum curent uniuersitatis dñm peruenire. Et quidẽ peruenirent, si q̃nq; uoti compotes effici possent: ut oĩa scilicet p̃ter oĩm principũ: aliquis obtineret. Ea nãq; suæ cupiditatis lege qui in rebus cæteris nõ habita præ habitis esurire, & pronõ habitis habita fastidire solebat: mox oĩbus quæ in cælo & in terra sunt obtentis & cõtẽptis, tandẽ ad ipsum procul bio curreret, q solus deesset oĩm de9. Porrò ibi quiesceret qa sicut citra nulla reuocat quies: sic nulla ultra iam incitatio solicitat. Diceret, p certo: Mihi autẽ adhærere deo bonũ est. Diceret: Quid enim mihi est in cælo, & à te quid uolui super terrã? Et itẽ: Deus cordis mei, & pars mea deus in æternũ. Sic ergo (ut dictũ est) ad id quod optimũ est quis cupidus peruenire: si quidem ante qđ citra cupit adesse qui posset. Verum q̃n id oĩno impossibile perstruit? Dies breuior, & uirtus infirmior, & consors numerosior: longo profectò itinere & casso labore desudant qui dũm quæ desiderant attingere uolunt, ad cunctorũ desiderabilium queũt pertingere finem. Et utinam attingere uniuersa mo, & nõ exprimento uellent. Hoc eñ facile posset, & nõ incassum. Nam & animus sensu quidem carnali tanto uelocior, quanto & perspicacior, ad hoc datus est, ut illum ad omnia præueniat: nilq; audeat contingere sensus qđ animus præcurrens antè utile non probauerit. Hinc enim arbitror dictũ: Oĩa probate, quod bonũ est tenete: ut uidelicet ille hinc prouideat: nec is suum uotum nisi ad illius indicitũ consequatur. Alioquin nõ ascẽdes in mõtẽ dñi, nec stabis in loco sancto eius: pro eo q; in uano acceperis animã tuã: hoc est animã rationalẽ: dũ instar pecoris sensum sequeris: rõne qdẽ ociosa, & nõ resistẽte in aliquo. Quorũ itaq; ratio nõ præuenit gressus: currunt, sed extra uiam: ac proinde apostoli spreto cõsilio, non sic currunt ut apprehendant. Quãdo etenim apprehendẽt quem apprehenderint si post omnia nolunt? Distortum iter, & circuitus infinitus cuncta primitus attẽtare uelle. Iustus autẽ nõ ita. Audies nempe uituperationẽ multorum cõmorantium in circuitu (multi enim sunt uiã latam pergẽtes, quæ ducit ad mortem) ipse sibi regiam elegit uiã, nõ declinãs ad dexterã uel ad sinistram. Deniq; attestante propheta, semita iusti, recta est: rectus callis iusti ad ambulandum. Hi sunt qui salubri cõpendio cauti sunt molestũ hũc & infructuosum uitare circuitũ: uerbum abbreuiatum & abbreuians eligentes: cum

tes:nō cupere ḡcūq; uident,sed uendere magis quæ poſ-
Matt.5. ſident,& dare pauperib9.Beatí planè pauperes:quoniam
1.Cori 9. ipſorum eſt regnū cælorū.Omnes quidē currūt:ſed inter
Pſal.2. currētes diſcernitur.Deniq; nouit dñs uiam iuſtorum:&
Pſal.36. iter impiorum peribit.Ideo autem melius eſt modicum iu-
ſto ſuper diuitias peccatorū multas:qm̄ quidē ut ſapiens
Eccle.5. loquitur,& inſipiens experitur:qui diligit pecuniam, nō
Matt.5. ſaturabitur pecunía:qui autē eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam.
ipſi ſaturabunt.Iuſtitia ſiquidem ratione utentis ſpūs,ci-
bus eſt uitalis & naturalis:pecunía uerò ſic non replet uel
minuit animí famē,quō nec corporis uentus.Deniq; ſi fa-
melicum hominem apertis faucibus uento inflatis hauri-
re buccis aerem cernas,quo quaſi cōſulat famí:nónne cre-
das inſanire? Sic non minoris inſaniæ eſt ſi ſpíritū ratiōna
lem rebus putes quibuſcūq; corporalibus non magis im-
plari quàm ſatiari.¶Quid nāq; de corporibus ad ſpiritus?
Pſal.102. Nec illa ſanè ſpūalibus:nec iſti è regione reficí corporali-
bus queūt. Benedic aīa mea dño,qui replet in bonis deſi-
derium tuum.Replet in bonis,excitat ad bonum, tenet in
bono,præuenit,ſuſtinet,implet.Ipſe facit ut deſideres:ipe
eſt quod deſideras.Dixí ſupra,cauſa diligendi deū, deus
eſt.Verum dixí:nam & efficiens,& finalis.Ipſe dat occaſio
nem:ipſe creat affectionem, deſiderium ipſe conſummat.
Ipſe fecit uel potius factus eſt ut amaretur:ipſe ſperat amā
dus felicius:ne in uacuum ſit amatus.Eius amor noſtrum
& præparat & remunerat.Præcedit benignior: rependit
iuſtior:expectatur ſuauior.Diues eſt omnibus qui inuo-
cant eum:nec tamē habet quícquā ſeipſo melius.Se dedit
in meritū:ſe ſeruat in præmiū:ſe apponit in refectione ani
marū ſanctarū:ſe in redemptione diſtrahit captiuarū.Bo-
Thren.3. nus es dñe animæ quærēti te.Quid ergo inuenienti? Sed
enim in hoc eſt mirū:q; nemo te quærere ualet niſi q prius
inuenerit.Vís ígit inueníri ut quæraris: quæri ut iuenia-
ris.Potes quidem quæri & inueniri:non tamē præueniri.
Pſal.87. Nā etſi dicimus,Mane oratio mea præueniet te: non du-
bium tamē q; tepida ſit omnis oratio quā non præuenerit
inſpiratio.Dicendū iam unde inchoet amor noſter:quo-
niam ubi conſummetur,dictum eſt.

AMor eſt affectio naturalis una de quatuor.No-
tæ ſunt:nō opus eſt nominare.Quod ergo na-
turale eſt,iuſtū quidē foret primū oīm authorí
deſeruíre naturæ:unde & dictum eſt primum &
Matt.22. maximum mandatū:Diliges dñm deū tuum.Sed quoniā
natura fragilior atq; infirmior eſt:ipſi primum imperante
neceſſitate cōpellit inſeruíre.Et eſt amor carnalis:quo an-
te omnia homo diligit ſeipſum propter ſeipſum.Nōdum
1.Cori.12. quippe ſapit niſi ſeipſum:ſicut ſcriptum eſt:Prius q; ani-
male:deinde q; ſpíritale.Nec præcepto indicitur:ſed na-
Eph.5. turæ inſeritur.Quis nempe carnem ſuam odio habuit? At
uerò ſi cœperit amor idē(ut aſſolet)peliuior eſſe, ſiue pro-
fuſior:& neceſſitatis alueo miníme cōtentus: campos etiā
uoluptatis exundans latius uiſus fuerit occupare: ſtatim
ſuperfluitas obuiāte mandato cohíbetur,cum dicitur:Di
Matt.22. liges proximum tuum ſicut teipſum.¶Iuſtiſſime quidem
ut conſors naturæ nō ſit exors & gratiæ illius:præſertim
gratiæ quæ naturæ inſita eſt.Quòd ſi grauatur homo fra-
ternis non dico neceſſitatibus ſubuenire,ſed uoluptatib9
deſeruíre:caſtiget ipſe ſuas,ſi nō uult eſſe trāſgreſſor.Quā-
tū uult ſibí indulgeat:dū æque & proximo tantundē me-
minerit exhibendum.Frenū tibí temperantiæ imponitur
Eccle.18. ô homo ex lege uitæ & diſciplínæ,nec poſt cōcupiſcentias
tuas eas & pereas:ne de bonis naturæ hoſti ſeruias aīæ:
hoc eſt libidíni.Quàm iuſtius atq; honeſtius cōmunicas
illa conſortí:id eſt,proximo,quàm hoſtí:Et quidem ſi ex ſa-
pientis cōſilio à uoluptatibus tuis auerteris:& iuxta do-
1.Tim.5. ctrinam apli ſis uictu ueſtituq; cōtentus:pauliſper ſuſpen-
dere nō grauaris amorē tuum à carnalibus deſideriis:quæ
militant aduerſus animā.Sanè q; ſubtrahis hoſti animæ
tuæ,conſortí naturæ puto non grauaberis imptírí.¶Tūc
amor tuus & temperans erit,& iuſtus:ſi q; pprijs ſubtra-
hitur uoluptatibus,fratris neceſſitatibus nō negetur.Sic
amor carnalis efficitur & ſocialis:cum in commune ptra-
hitur.Sí autem dum cōmunicas proximo forte tibí defue
rint etiam neceſſaria:quid facies? Quid enim,niſi ut cū o-
mni fiducia poſtules ab eo qui dat omnibus affluenter,& Iaco.1.
non improperat:qui aperit manum ſuam,& implet omne Pſal.144.
animal benedictione? Dubiū ſiquidē non eſt q; adſit libē-
ter in neceſſarijs:qui pleriſq; & in ſuperfluis nō deeſt.De-
niq; ait:Primū quærite regnū dei & iuſtitiam eius:& hæc Luc.12.
omnia adijcientur uobis.Sponte daturū ſe pollicetur ne-
ceſſaria,ſupflua reſtringēti,& proximū diligenti.Hoc quip-
pe eſt primum quærere regnū dei:& aduerſus peccati im-
plorare tyrannidē:pudicitiæ potius ac ſobrietatis ſubire
iugum:quàm regnare peccatum in tuo mortali corpore
patiaris.Porrò autē & hoc iuſtitiæ eſt:cum quo tibí eſt na
tura communis:naturæ quoq; cum eo nunus non habe-
re diuiſum.¶Vt tamen perfecta iuſtitia ſit diligere proximū:
deum in cauſa habere neceſſe eſt.Alioquin proximum pu
re diligere quomodo poteſt,qui in deo nō diligit? Porrò
in deo diligere non poteſt,qui deum non diligit.Oportet
ergo deum diligi prius:ut in deo diligi poſſit & proxim9.
Facit ergo etiā ſe diligi deus,qui & cætera bona facit.Fa-
cit autē ſic.Qui naturā condidit,ipſe & protegit.Nam &
iſta condita fuit:ut habeat iugiter neceſſarium protecto-
rem,quē habuit & conditorē:ut quæ niſi per ipſum nō ua
luit eſſe:nec ſine ipſo ualeat omino ſubſiſtere. Qđ ne ſa-
nè de ſe creatura ignoret:ac proinde ſibí(quod abſit)ſu-
perbè arroget beneficia creatoris:uult hominē idem cōdi
tor alto quidem ſalubriq; conſilio tribulationibus exerce
rí:ut cum defecerit homo,& ſubuenerit deus:dum homo
liberatur à deo:deus ab homine ut dignū eſt honoretur.
Hoc enim dicit:Inuoca me in die tribulationis:eruam te: Pſal.49.
& honorificabis me.Fit itaq; hoc tali modo,ut homo ani
malis & carnalis,qui p̄ter ſe neminē diligere nouerat:etiā
deum uel propter ſe amare incipiat:qđ in ipſo nimirū(ut
ſæpe expertus eſt)omnia poſſit,quæ poſſe tamen profit:&
ſine ipſo poſſit nihil.

IMat ergo iam deū:ſed ppter ſe interim adhuc,
nō propter ipſum.Eſt tamen quædam prudētia
ſcire quid ex te,quid ex dei adiutorio poſſis:&
ipſi ſeruare te inſenſum q te tibí ſeruat illeſum.
At ſi frequens ingruerit tribulatio ob quā & frequens ad
deum conuerſo fiat,& à deo æque frequens liberatio cōſe-
quatur:nónne & ſi fuerit ferreum pectus uel cor lapideum
totíes liberatí,emollirí neceſſe eſt ad gratiam liberantis:
quatenus deum homo diligat non propter ſe tantum:ſed
& propter ipſum?

EX occaſione quippe frequētiū neceſſitatū cre-
bris neceſſe eſt imprecatiōib9 deū ab hoie fre-
quentarí: frequētando guſtarí:guſtando ꝓba-
rí quàm ſuauis eſt dñs.Ita fit ut ad diligendum
pure deū plus iam ipſius guſtata illiciat ſuauitas:quàm ur-
geat noſtra neceſſitas:ita ut exemplo Samaritanorum dí-
centium mulierí quæ adeſſe dominum nūciauerat:iam nō Ioā.4.
propter tuā loquelā credimus:ipſi enim audiuimus:& ſci-
mus quia ipſe eſt uerè ſaluator mundi.Ita inquā & nos illo-
rum exemplo carnem noſtrā alloquentes dicamus meri
to:Iam nō ꝓpter tuā neceſſitatē deū dilígimus:ipſi em̄ gu
ſtauimus & ſcimus qm̄ ſuauis eſt dñs.Eſt em̄ carnis quædā
loquela neceſſitas:& beneficia quæ experiēdo probat:ge-
ſtiendo renunciat.Itaq; ſic affecto:iam de diligendo proxi
mo implere mandatum non erit difficile.Amat quippe ue
raciter deum:ac per hoc quæ dei ſunt.Amat caſte;& caſto
nō grauatur obedire mandato:caſtificās magis cor ſuum
(ut ſcriptū eſt)in obedientia charitatis.Amat iuſte:& mā 1.Petri.1.
datū iuſtū libenter amplectit.Amor iſte merito gratus:qa
gratuit9,Caſtus eſt:qa nō impenditur uerbo,neq; lingua:
ſed opere & ueritate.Iuſt9 eſt:qm̄ qualis ſuſcipitur,talis &
redditur.Qui em̄ ſic amat:haud ſecus profecto quàm ama
tus eſt amat:quærens & ipſe uiciſſim non quæ ſua ſunt,ſed
quæ Ieſu Chriſti:quemadmodum ille noſtra,uel potius
nos & non ſua quæſiuit.Sic amat qui dicit: Confitemini Pſal.117.

domino qm̃ bon⁹. Qui dño confitetur nõ quoniã sibi bonus est, sed quoniã bonus est: hic uerè dilígit deũ propter deũ: & non propter seipsum. Non sic amat de quo dicitur:
Psal.48. Cõfitebitur tibi cum benefeceris ei. Iste est tertius amoris gradus: quo iam propter seipsum deus dilígitur.

Felix qui meruit ad quartũ usq; ptingere, quatenus nec seipsum diligat homo nisi propter deũ.
Psal.35. Iustitia tua de⁹ sicut mõtes dei. Amor iste mõs
Psal.67. est: & mõs dei excelsus. Reuera mons coagulatus: mõs pinguis. Quis ascendet in montem dñi? Quis da
Psal.23. bit mihi pennas sicut columbæ: & uolabo & requiescam?
Psal.54. Factus est in pace locus iste: & habitatio hæc in Sió. Heu
Psal.75. mihi quia incolat⁹ meus prolongat⁹ est. Caro & sanguis,
Psal.119. uas luteum, terrena inhabitatio quãdo capit hoc? Quãdo huiuscemodi experitur affectũ: ut diuino debriatus amore animus, oblitus sui, factusq; sibĩpsi tanquã uas perditũ:
1.Cori.6. totus pergat in deũ: & adhærẽs deo un⁹ cũ eo spirit⁹ fiat,
Psal.72. & dicat: Defecit caro mea & cor meũ deus cordis mei & pars mea deus in æternũ? Beatum dixerim & sanctum, cui tale aliquid in hac mortali uita raro interdũ: ut uel semel, & hoc ipsum raptim, atq; unius uix momenti spatio experiri donatũ est. Te enim quodãmodo pdere tãquã qui nõ sis, & omnino non sentire temetipm: & à temetipso exinaniri: & penè annullari: cælestis est conuersationis: non humanæ affectionis. Et siqdẽ è mortalibus quispiã ad illud raptim interdum (ut dictũ est) & ad momentũ admittit: subito inuidet seculũ nequã: pturbat diei malitia: corpus mortis aggrauat: solicitat carnis necessitas: defectus corruptionis non sustinet: q'cq; his uiolentius est, fraterna reuocat charitas. Heu redire in se: recidere in sua cõpellitur: &
Esa.38. serabiliter exclamare: Domine uim patior, responde pro
Roma.7. me. Et illud: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Quoniam tamen scriptura loquitur deũ omnia fecisse propter semetipsum, erit profectò ut factura sese quandoq; conformet & concordet authori. Oportet proinde in eundem nos affectũ q̃cũq; transire: ut quomodo deus oĩa esse uoluit propter semetipsum: sic nos quoq; nec nos ipsos nec aliud aliquid fuisse uel esse uelimus nisi æque ppter ipsum: ob solã uidelicet ipsi⁹ uolũtatẽ, nõ nostram uoluptatẽ. Delectabit sanè nõ tam nostra uel sopita necessitas, uel sortita felicitas: quàm q̃ eius in nobis & de nobis uolũtas adimpleta uidebitur: quod & quotidie po
Matt.6. stulamus in oratione cũ dicimus: Fiat uoluntas tua sicut in cælo & in terra. O amor sanctus & cast⁹: ô dulcis & suauis affectio. O pura & defecata intẽtio uoluntatis: eò certè defecatior & purior, quò in ea de proprio nil iam admixtũ relinquitur: eò suauior & dulcior, quò totum diuinum est quod sentit. Sic affici: deificari est. Quomodo stilla aquæ modica multo infusa uino, deficere à se tota uidetur, dũ & saporem uini induit & colorem: & quomodo ferrũ ignitũ & cãdẽs, igni simillimũ fit, pristina propriaq; forma exutũ: & quomodo solis luce pfusus aer, in eandem trãsformatur luminis claritatẽ, adeò ut non tam illuminatus quàm ipm lumen esse uideatur: sic omnẽ tunc in sanctis humanã affectionem quodam ineffabili modo necesse erit à semetipsa liquescere: atq; in dei penitus transfundi uolũtatem. Alio quin quomodo omnia in oĩbus erit deus, si in homine de homine quicquã supererit? Manebit quidem substantia: sed in alia forma, alia gloria, aliaq; potentia. Quando hoc erit? Quis hoc uidebit? Quis possidebit? Quando ueniã
Psal.41. & apparebo ante faciem dei? Domine deus meus tibi di-
Psal.26. xit cor meum: exquisiuit te facies mea: faciem tuã domine requiram. Putas uidebo templum sanctum tuũ? Ego puto
Luce.10. non ante sanè perfecte impletum iri, Diliges dominũ deũ tuum ex toto corde tuo: & ex tota anima tua: & ex tota uirtute tua: quousq; ipsum cor cogitare iam non cogatur de corpore: & anima eidem in hoc statu uiuificando & sensificando intendere desinat: & uirtus eiusdem relcuata molestijs, in dei potentia roboretur. Impossibile nanq; est tota hæc ex toto ad deum colligere, & diuino infigere uultui: quandiu ea huic fragili & ærumnoso corpori intẽta & distenta necesse est subseruire. Itaq; in corpore spirituali & immortali, in corpore integro placido placitoq; & p omnia subiecto spiritui, sperat se anima quartum apprehendere amoris gradum: uel potius in ipso apprehendi: quippe q dei potentiæ est dare cui uult: non humanæ industriæ ꝯ sequi. Tunc inquã summũ obtinebit facile gradum, cũ in gaudium domini sui promptissime & auidissime festinatem, nulla iã retardabit carnis illecebra: nulla molestia cõturbabit. Putamusne tamen hanc gratiã uel ex parte sanctos martyres assecutos in illis adhuc uictoriosis corporibus cõstitutos? ¶ Magna uis prorsus amoris illas animas introrsum rapuerat: quæ ita sua corpora foris exponere & tormenta contemnere ualuerunt. At profectò doloris acerrimi sensus non potuit nisi turbare serenum, etsi non perturbare. Quid autem iam solutas corporibus? Immensas ex toto credimus immenso illi pelago æterni luminis, & luminosæ æternitatis.

Sed si (qd̃ non negatur) uelint sua corpora recipisse, aut certè recipere desiderent & sperent? Sequet proculdubio necdum à seipsis penitus immutatas: quibus constat necdum penit⁹ desse de proprio quo uel modice intentio reflectat. Donec ergo absorpta sit mors i uictoria, & noctis undiq; terminos lux peremis inuadat & occupet usq; quaq;, quaten⁹ & in corporibus gloria cælestis effulgeat: non possunt ex toto animæ seipsas exponere, & transire in deum: nimirum ligatæ corporibus etiam tunc etsi non uita uel sensu, certè affectu naturali: ita ut absq; his nec uelint nec ualeant consummari. Itaq; ante restaurationem corporum non erit ille defectus animorum: qui perfectus & summus est ipsorum status: nec carnis iam sanè consortium spiritus requireret, si absq; illa consummaretur. Enimuero absq; professa anima nec ponitur corpus, nec sumitur. Deniq; pretiosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Quòd si mors pretiosa: quid uita, & illa uita? Nec mirum si corpus iam gloriæ conferre uidetur spiritui: qd̃ & infirmũ & mortale constat ipsi nõ mediocriter ualuisse. O quàm uerũ locutus est qui dixit, diligentibus deum omnia cooperari in bonum. Valet deum diligenti animæ corpus suum infirmum ualet & mortuũ: ualet & resuscitatũ. Primo quidem ad fructum pœnitentiæ: secundo ad requiem: postremo ad consummationẽ. Merito sine illo perfici non uult, qd̃ in omni statu in bonũ sibi subseruire psentit. ¶ Bon⁹ planè fidusq; comes caro spiritui bono: quæ ipsum aut si onerat, iuuat: aut si non iuuat, exonerat: aut certè iuuat, & minime onerat. Primus status laboriosus: sed fructuosus. Secũd⁹ otiosus: sed minime fastidiosus. Tertius & gloriosus. Audi & sponsum in Canticis ad profectum hunc trimodũ inuitantem: Comedite inquit amici, & bibite, & inebriamini charissimi. Laborantes in corpore uocat ad cibum: iam posito corpore quiescentes ad potum inuitat: resumentes corpora etiã ut inebrientur impellit: quos & uocat charissimos: nimirum charitate plenissimos. Nã & in cæteris quos nõ charissimos sed amicos appellat: differentia est: ut hi quidem qui in carne adhuc grauati gemunt, chari habeantur pro charitate quam habent: qui uerò soluti iam carnis uinculo pede sunt, eò sint chariores, quò & promptiores atq; expeditiores facti ad amandum. Porrò præ utriusq; merito nominantur & sunt charissimi, qui recepta iam secunda stola, in corporibus utiq; cum gloria resumptis: tanto in dei feruntur amorem liberiores & alacriores: quanto & de proprio nil iam residuum est quod eos aliquatenus foueat uel retardet. Quod quidem neuter sibi reliquorum statuum uendicat: cum & in priori corpus cum labore portetur: & in secundo quoq; non sine proprietate aliqua desiderij expectetur. Primo ergo fidelis anima comedit panem suum: sed heu in sudore uultus sui. In carne quippe manens adhuc ambulat per fidem: quam sine operari per dilectionem necesse est: quia si non operatur, mortua est. Porrò ipsum opus cibus est, dicente domino: Meus cibus est ut faciam uoluntatem patris mei. Debinc

carne exuta:

carne exuta:iam pane doloris non cibatur:sed uinū amoris tanquam post cibum plenius haurire permittitur:nō purum tamen:sed quomodo sub sponsi nomine in cantícis dictum legitur:Bibi uinum meum cum lacte meo. Cant.5.
Vino enim diuini amoris etiam tunc anima suauitatem naturalis immisceat affectionis qua resumere corpus suū,ipmq; glorificatum desiderat.Estuat ergo iam tunc sanctæ charitatis potata uino:sed planè nondum usq; ad ebrietatem: quoniam temperat interim ardorem illū huius lactis permixtio.Ebrietas denicq; solet euertere mentes:atq; omnino reddere immemores sui. At non ex toto sui oblita est quæ adhuc de proprio corpore cogitat suscitādo. Cæterum hoc adepto,quod solum utiq; deerat:quid iam impedit à seipsa quodammodo abire,& ire totam in deum: eoq; sibi penitus dissimillimam fieri,quo deo simillimam effici donatur? Tum demum ad crateram admissa sapientiæ,illā de qua legitur:Et calix meus inebrians quàm præclarus est.quid mirum iam si inebriatur ab ubertate domus dei:cum nulla mordente cura,de proprio secura bibit purum & nouum illud cum Christo in regno patris eius:Hoc uerò conuiuium triplex celebrat sapietia:& ex una cōplet charitate:ipsa cibans laborantes: ipsa potans quiescentes:ipsa regnantes inebrians.Quomodo autē in conuiuio corporali ante cibus quàm potus apponit:quoniā & tali ordine natura requirit:ita & hic primo quidem ante mortem in carne mortali labores manuum nostrarū māducamus:cum labore qđ glutiēdū est masticātes:post mortem uerò in uita spirítali iā bibimus:suauissima quadam facilitate quod percipitur colātes:tandem redíuiuis corporibus in uita immortali inebriamur: mira plenitudine exuberantes.Hæc pro eo quod sponsus in cantícis dicit:Comedite amici,& bibite,& inebriamini charissimi. Cant.5.
Comedite añ mortē:bibite post mortē:inebriamini post resurrectionē.Merito iā charissimi,qui charitate inebriantur:& merito inebriati,qui ad nuptias agni introduci mentur:edentes & bibentes super mensam illius in regno suo:quando sibi iam exhibet gloriosam ecclesiam:non habentem maculam neq; rugā,aut aliquid huiusmodi.Tunc Psal.35.
prorsus inebriat charissimos suos:tūc torrēte uoluptatis suæ potat:quoniam quidem in complexu illo arctissimo Psal.45.
& castissimo sponsi & sponsæ, fluminis impetus lætificat ciuitatem dei.Quod non aliud esse arbitror quàm dei filium,qui transiens ministrat:quemadmodum ipse promisit:ut ex hoc iam iusti epulent & exultent in cōspectu dei: Luce.12.
& delectent in lætitia.Hinc illa satietas sine fastidio.Hinc insatiabilis illa sine inquietudine curiositas.Hinc æternū illud atq; inexplebile desiderium nescíens egestatē.Hinc denicq; sobria illa ebrietas:uero,non mero ingurgitās:nō madens uino:sed ardens deo:Ex hoc iam quart? ille amoris gradus perpetuo possidetur:cum summe & solus diligitur deus:quia nec nosipsos iam nisi propter ipsum diligimus:ut sit ipe præmium amantium se:præmium æternum amantium inæternum. Psal.67.

¶ *Finis libri beati Bernardi de diligendo deo.*

¶ *Sequitur sermo eiusdem de charitate.*

MEmini me dudū ad sanctos fratres Carthusiēses scripsisse epistolā:ac de his ipsis in ea gradibus inter cætera disseruisse. Fortè autem alia ibi(etsi nō aliena)de charitate locutus sum:& ob hoc quædā illorū huic quoq; sermoni subiungere nō inutile duco:præsertim cū facili? ad manum habeam transcribere iam dictata,quàm noua iterum dictare.Illa inquam uera & syncera est charitas:& omnino de corde puro,& conscientia bona,& fide nō ficta fatenda est procedere:qua proximi bonum æque ut nostrum diligimus.Nam qui magis aut certè solum diligit suum:cōuincitur non caste diligere bonum:quod utiq; propter se diligit,non propter ipsum.Et hic talis non potest obedire prophetæ qui ait:Confitemini domino quoniam bonus. Confitetur quidem quia fortasse bonus est sibi:non autem quoniam bonus est in se.Quapropter noluerit in se dirigi illud ab eodem propheta opprobrium: Confitebitur tibi cum benefeceris ei.Est qui cōfitetur domino quoniam potens est:& est qui confitetur quoniā sibi bonus est:& item qui confitetur quoniam simpliciter bonus est. Primus seruus est:& timet sibi.Secundus mercenarius:& cupit sibi.Tertius filius:& defert patri.Itaq; & qui timet,& qui cupit:utriq; pro se agunt.Sola quæ in filio est charitas,non quærit quæ sua sunt. Quamobrē puto de illa dictum:Lex domini immaculata,conuertens animas:quod sola uidelicet sit quæ ab amore sui & mundi auertere possit animū,& in deum dirigere.Nec timor quippe nec amor priuatus conuertunt animam.Mutant interdum uultum uel actum:affectum nunquam.Facit quidem nonnunquam & seruus opus dei:sed quia non sponte, in sua adhuc duritia permanere cognoscitur.Facit & mercenarius:sed quia non gratis,propria trahi cupiditate conuincitur.Porrò ubi proprietas,ibi singularitas.Vbi autē singularitas,ibi angulus.Vbi uerò angul?,ibi sine dubio sordes siue rubigo.Sit itaq; seruo sua lex, timor ipse quo constringitur.Sit sua mercenario cupiditas,qua & ipse arctatur:quando tentatur abstractus & illectus. Sed harum nulla aut sine macula est, aut animas conuertere potest. Charitas uerò conuertit animas:quas fecit & uolūtarias. Porrò in eo eam dixerim immaculatam quòd nil sibi de suo retinere consueuit.Cui nempe de proprio nihil est:totum profectò quod habet,dei est.Quod autem dei est:immundum esse non potest.¶Lex ergo dei immaculata charitas est:quæ non quod sibi utile est quærit,sed quod multis.Lex autem domini dicitur:siue quòd ipse ex ea uiuat: siue quòd eam nullus nisi eius dono possideat.Nec absurdum uideatur quod dixi etiam deum uiuere ex lege:cum non alia quàm charitate dixerim.Quid uerò in summa & beata illa trinitate summam & ineffabilem illam conseruat unitatem,nisi charitas:Lex est ergo,& lex domini charitas:quæ trinitatem in unitate quodammodo cohibet, & colligat in uinculo pacis.Nemo tamen me æstimet charitatem hic accipere qualitatem,uel aliquod accidens:(alio quin in deo dicerem quod absit esse aliquid quod deus non est:)sed substātiam illam diuinam:quod utiq; nec nouum nec insolitum est:dicente Ioanne:Deus charitas est. 1.Ioā.4.
Dicitur ergo recte charitas,& deus, & dei donum.Itaq; charitas dat charitatem:substantiua accidētalem.Vbi dātem significat,nomen substantiæ est.Vbi donum, qualitatis.Hæc est lex æterna:creatrix & gubernatrix uniuersitatis.Siquidem in pondere & mensura & numero per eā facta sunt uniuersa, & nihil sine lege relinquitur:cum ipsa quoq; lex omnium sine lege non sit:non tamen alia quàm seipsa:qua & seipsam etsi non creauit,regit tamen. ¶Cæterum seruus & mercenarius habent legem:non à domino, sed quam ipsi sibi fecerunt:ille deum non amādo: iste plus aliud amando. Habent inquam legem non domini, sed suam:illi tamen quæ domini est subiectam.Et quidem suā sibi quiq; legem facere potuerunt:non tamen eam incommutabili æternæ legis ordini subducere potuerunt. Tunc autem dixerim quenq; sibi fecisse suam legem,quando cōmuni & æternæ legi,propriam prætulit uoluntatem:per uerse utiq; uolens suum imitari creatorem:ut sicut ipse sibi lex,sui iuris est:ita is quoq; seipm regeret, & legem sibi suam faceret uoluntatem graue utiq; & importabile iugum super omnes filios Adam: Heu inclinans & incuruans ceruices nostras, adeò ut uita nostra inferno appropinquarit. Infelix ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius? Quo utiq; premor, & penè opprimor: ita ut nisi quia dominus adiuuit me, paulominus habitasset in inferno anima mea.Sub hoc onere grauatus gemebat qui dicebat: Quare me posuisti contrarium tibi, & factus sum mihimetipsi grauis? Vbi dixit factus suum mihimetipsi grauis:ostēdit q? lex ipse sibi esset: Psal.87. Roma.7. Psal.93. Iob.7.

nec alius hoc quàm sibi ipse fecisset. Quod autem loquens deo, præmisit posuisti me contrarium tibi: dei se tamen nō effugisse legem indicauit. Hoc quippe ad æternam iustāq; dei legem pertinuit: ut qui à deo noluit suauiter regi, pœnaliter à seipso regeretur: quiq; sponte iugum suaue & onus leue charitatis abiecit, propriæ uoluntatis onus importabile sustineret inuitꝰ. Miro itaq; & iusto modo æterna lex fugitiuum suum & posuit sibi contrarium, & retinuit subiectum: dum uidelicet nec iustitiæ pro meritis legem euasit: nec tamen cum deo in sua luce, in sua requie, in sua gloria remansit: subiectus potestati, & submotus felicitati. Domine deus meus cur non tollis peccatum meum, & quare non aufers iniquitatem meam: ut abiecta grauí sarcina propriæ uoluntatis, sub leui onere charitatis respirem: nec iam seruili timore coercear, nec mercenaria cupiditate illiciar: sed agar spiritu tuo, spiritu libertatis: quo aguntur filij tui: qui testimonium reddat spiritui meo qđ & ego sim unus ex filijs: dum eadem mihi lex fuerit quæ & tibi: & sicut tu es, ita & ipse sim in hoc mundo. Hi siquidē qui hoc faciunt quod ait apostolus: Nemini quicquā debeatis nisi ut inuicem diligatis: peculdubio sicut deus est, & ipsi sunt in hoc mūdo: nec serui aut mercenarij sunt: sed filij. Itaq; nec filij sunt sine lege: nisi forte aliquis aliter sentiat propter hoc quod scriptum est: Iustis non est lex posita. Sed sciendum quod alia est lex promulgata à spiritu seruitutis in timore: alia à spiritu libertatis data in suauitate. Nec sub illa coguntur esse filij: nec sine ista esse patiuntur. Vis audire qa iustis nō est lex posita? Non accepistis (ait) spiritum seruitutis iterum in timore. Vis audire quod tamen sine lege charitatis non sint? Sed accepistis inquit spiritum adoptionis filiorum. Deniq; audi iustum utrumq; de se fatentem, & quod non sit sub lege: nec tamen sit sine lege: Factus sum, inquit, his qui sub lege erant, quasi sub lege essem: cum ipse non essem sub lege. His qui sine lege erant, tanquam sine lege essem: cū sine lege dei non essem, sed in lege essem Christi. Vnde apte non dicitur, iusti nō habent legem, aut iusti sunt sine lege: sed iustis nō est lex posita: hoc est, non tanquam inuitis posita: sed uoluntarijs eò liberaliter data, quò suauiter inspirata. Vnde & pulchre dominus: Tollite (ait) iugum meum super uos. Acsi diceret: Non impono inuitis: sed uos tollite si uultis. Alio quin non requiem, sed laborem inueniretis animabus uestris. Bona itaq; lex charitas, & suauis: quæ non solum leuiter suauiterq; portatur: sed & seruorum & mercenariorū leges portabiles ac leues reddit: quas utiq; non destruit, sed facit ut impleantur: dicente domino: Non ueni legem soluere, sed adimplere. Illam temperat: istam ordinat: utrāq; leuigat. Nunquam erit charitas sine timore: sed casto: nunquam sine cupiditate, sed ordinata. Impler ergo charitas legem seruí, cum infundit deuotionem: implet & mercenarij cum ordinat cupiditatem. Porrrò timori permixta deuotio ipsum non annullat: sed castificat. Pœna tantum tollitur, sine qua esse non potuit dum fuit seruilis: & timor manet in seculum seculi castus & filialis. Nam quod legitur: Perfecta charitas foras mittit timorem: pœna intelligenda est quæ seruili (ut diximus) nunquam deest timorí: illo scilicet genere locutionis quo sæpe causa ponitur pro effectu. Deniq; cupiditas tunc recte à superueniente charitate ordinatur, cum mala quidem penitus respuunt: bonis uerò meliora præferuntur: nec bona nisi propter meliora appetuntur. Quod cum plene per dei gratiam assecutum fuerit, diligetur corpus & uniuersa corporis bona tantum propter animam: anima propter deum: deus autem propter seipsum. Veruntamen quia carnales sumus, & de carnis concupiscentia nascimur: necesse est ut cupiditas nostra uel amor noster à carne incipiat: quæ si recto ordine dirigitur, quibusdam suis gradibus duce gratia proficiens, spiritu tandem consummabitur: quia nō prius quod spirituale, sed quod animale: deinde quod spirituale. Et prius necesse est portemus imaginem terrestris: deinde cælestis. In primis ergo diligit seipsum homo propter se. Caro quippe est, & nil sapere ualet præter se. Cumq; se uidet per se non posse subsistere: deum quasi sibi necessarium incipit per fidem inquirere & diligere. Diligit itaq; in secundo gradu deum: sed propter se, non propter ipsum. At uerò cum ipsum cœperit occasiōe propriæ necessitatis colere & frequentare: cogitando, legendo, orando, obediēdo: quadam huiusce modi familiaritate paulatim sensimq; deus innotescit: consequenter & dulcescit. & sic gustato quàm suauis est dominus, transit ad tertium gradum, ut diligat deum non iam propter se, sed propter ipsum. Sanè in hoc gradu diu statur: & nescio si à quoquā hominum quartus in hac uita perfecte apprehenditur: ut se scilicet diligat homo tantū propter deum. Asserant hoc si qui experti sunt: mihi fateor impossibile uidetur. Entrat tem proculdubio cum introductus fuerit seruus bonus & fidelis in gaudium domini sui: & inebriatus ab ubertate domus dei. Quasi enim miro quodammodo oblitus sui & à se penitus uelut deficiens, totus pergit in deum: & deinceps adhærens ei, unus cum eo spiritus erit. Arbitror hoc sensisse prophetam cum diceret: Introibo in potentias domini, domine memorabor iustitiæ tuæ solius. Sentiebat profectò cum introiret in spirituales potentias domini, exutum se iri ab uniuersis carnis infirmitatibus: ut nil de carne haberet cogitare: sed totus in spiritu memoraretur iustitiæ domini solius. Tunc pro certo singula Christi membra dicere poterunt de se quod Paulus tunc dicebat de capite: Etsi cognouimus secundum carnem Christum: sed nunc iam non nouimus. Nemo ibi se cognoscit secundum carnem: quia caro & sanguis regnum dei non possidebunt. Non quod carnis illi substantia futura non sit: sed quod carnalis omnis necessitudo sit defutura: commiscq; amor, amore spiritus absorbendus: & infirmæ quæ nunc sunt humanæ affectiōes, in diuinas quasdam habitus commutari. Tunc sagena charitatis quæ nunc tracta per hoc mare magnum & spatiosum, ex omni genere piscium congregare non desinit: cum perducta ad littus fuerit, malos foras mittens, bonos solummodo retinebit. Siquidem in hac uita ex omni genere piscium intra sinum suæ latitudinis charitatis rete concludit, ubi se pro tempore omnibus conformans, omnium in se siue aduersa siue prospera trajiciens, ac sua quodammodo faciens, non solum gaudere cum gaudentibus, sed & flere cum flentibus consuescit. Sed cum peruenerit ad littus: uelut malos pisces omne quod triste patitur foras mittens, sola quæ placere, iucunda esse poterunt retinebit. Nunquid enim tunc uerbi gratia Paulus aut infirmabitur cum infirmatur, aut uretur cum scandalizatis: ubi scandala & infirmitas procul erunt? Aut certè lugebit eos qui non agent pœnitentiam, ubi certum est nec peccantem fore nec pœnitentem? Absit autem ut uel eos qui ignibus æternis cum diabolo & angelis eius deputandi sunt plangat & deficat in illa ciuitate quam fluminis impetus lætificat: cuius & diligit dominus portas super omnia tabernacula Iacob: quod uidelicet in tabernaculis etsi quando gaudetur de uictoria, laboratur tamen in pugna, & plerunq; periclitatur de uita: in illa autem patria nulla prorsus admittatur aduersitas siue tristitia: quemadmodum de illa canitur: Sicut lætantium omnium habitatio in te. Et rursum: Lætitia sempiterna erit eis. Deniq; quomodo misericordiæ recordabitur, ubi memorabitur iustitiæ dei soliuæ? Proinde ubi iam non erit miseriæ locus, aut misericordiæ tempus, nullus profectò esse poterit miserationis affectus.

¶Finis sermonis de charitate.

Roma. 13. 1. Tim. 1. Roma. 8. 1. Cori. 9. 1. Tim. 1. Matt. 11. Matt. 5. 1. Ioā. 4.

DIVI BERNARDI ABBATIS.

in tractatum de duodecim gradibus humilitatis & superbiæ Præfatio.

IOgasti me frater Godefride ut ea quæ de gradibus humilitatis corã fratribus locutus fueram, pleniori tibi tractatu differerem. Cui tuæ petitioni dignæ, ut dignũ erat, & nolẽs satisfacere, & timens nõ posse: euãgelici consilij memor non prius fateor facere ausus sum: quàm sedens cõputaui, si sufficerent
Luc.14. sumptus ad perficiendũ. Cum autẽ charitas hũc foras mitteret timorẽ quo mihi timebã illud de opere non consummando: subintrauit alius timor de cõtrario: quo cœpi timere grauius periculum de gloria si perfecissem, quàm de ignominia si defecissem. Vnde inter hunc timorem & charitatem, uelut in quodam biuio positus, diu hæsitaui cui uiarũ tuto me crederẽ: metuẽs aut loquẽdo utiliter de humilitate, ipse humilis nõ inueniri: aut tacendo hũiliter, inutilis fieri. Cũcq; neutrã uiã tutã, alterutrã tñ mihi tenẽdã esse cõspicerẽ: elegi potiꝰ tibi (si quẽ possem) cõicare fructum sermonis: quàm tutari me solũ portu silentij: simul fiduciam habẽs si quid fortè quod approbes dixerim, tuis precibus posse me non superbire: sinautem (quod magis puto) nil tuo studio dignum effecerim, de nihilo superbire non posse.

¶ *Explicit præfatio.*

OCVTVRVS ERGO de gradibus humilitatis, quos beatus Benedictus nõ numerãdos, sed ascendendos ꝓponit: prius ostẽdo si possum quo per illos peruenientes dum sit, ut audito fructu peruentionis, minus grauet labor ascensiõis. Proponit itaq; dominus nobis uiæ
Iai.14. laborem: laboris mercedem. Ego sum (inquit) uia, ueritas, & uita. Viam dicit humilitatem: quæ ducit ad ueritatẽ. Altera labor: altera fructus laboris est. Vnde scia, inquis, ꝙ ibi de humilitate locutus sit: cum indeterminate dixerit, ego sum uia?
Matt.11. Audi apertius. Discite à me quia mitis sum, & humilis corde. Se ergo proponit humilitatis exemplũ, mãsuetudinis formã. Si imitaris eũ:
Ioã.8. non ambulas in tenebris: sed habebis lumẽ uitæ. Quid est
Ioã.1. lumen uitæ nisi ueritas: quæ illuminans omnẽ uenientẽ in hunc mundũ, ostendit ubi sit uera uita? Ideo cum dixisset ego sum uia & ueritas: subdidit, & uita. Ac si diceret: Ego sum uia, quæ ad ueritatẽ duco. Ego sum ueritas, quæ uitã
Ioan.17. promitto. Ego sum uita, quã do. Hæc est enim, ait, uita æterna: ut cognoscãt te uerũ deũ, & quem misisti Iesum Xpm. Vel sic, quasi tu dicas: Viã considero, id est humilitatẽ: fructum desidero, ueritatẽ. Sed quid si tãtus est labor uiæ, ut ad optatũ lucrũ nõ possim puenire? Respondet: Ego sum uia. i. uiaticũ quo sustenteris in uia. Clamat igit errãtibus: & uiã ignorãtibꝰ: ego sum uia. Dubitãtibꝰ & nõ credentibus: ego sum ueritas. Iam ascẽdẽtibꝰ, sed lassescentibꝰ: ego sum uita. Satis, ut reor, ostensum est ex proposito capitulo euangelij: cognitionem ueritatis, fructum esse humilitatis.
Luc.10. Accipe & aliud: Cõfiteor tibi pater dñe cæli & terræ: quia abscõdisti hæc: haud dubiũ quin ueritatis secreta, à sapientibus & prudẽtibus. i. à superbis: & reuelasti ea paruulis: hoc est humilibꝰ. Et in hoc apparet ꝙ ueritas, quæ supbis abscõdit, humilibꝰ reuelat. ¶ Humilitatis uerò talis potest
Humilitatis definitio. esse diffinitio. Humilitas est uirtus qua hõ uerissima sui agnitione sibi ipsi uilescit. Hæc autem cõuenit his qui ascensionibus in corde suo dispositis, de uirtute in uirtutẽ. i. de gradu in gradũ ꝓficiũt: donec ad culmẽ humilitatis perueniãt: in quo uelut in Sion. i. in speculatione positi, ueri-
Psal.83. tatẽ ꝑspiciãt. Etẽim, inqt, bñdictionẽ dabit legislator: quia qui dedit legẽ, dabit & benedictionẽ: hoc est qui iussit humilitatẽ, perducet ad ueritatem. Quis uerò est hic legisla-
Psal.24. tor, nisi dulcis & rectus dñs, qui legẽ dedit delinquentibꝰ in uia? In uia quippe delinquũt qui ueritatẽ derelinquũt. Sed nunquid uel sic à dulci dño derelinquuntur? Ipsis ergo dulcis & rectus dñs legem dat uiã humilitatis, per quã redeant ad agnitionẽ ueritatis. Dat occasionẽ recuperandæ salutis, qa dulcis est: nõ tñ absq; disciplina legis: quia rectꝰ est. Dulcis, quia perire nõ patit. Rectus, quia punire non obliuiscitur. Hanc itaq; legem qua redit ad ueritatem, beatus Benedictꝰ per duodecim gradus disponit: ut sicut per decẽ præcepta legis ac geminã circũcisionẽ (in quo duodenarius numerꝰ adimplet) ad Xpm uenit: ita his duodecim gradibꝰ ascẽsis, ueritas apprehẽdat. Illud quoq; quod Geñ.28.
in scala illa quæ in typo humilitatis Iacob monstrata est, dñs desup innixus apparuit: qd nobis aliud innuit, nisi ꝙ in culmine humilitatis constituit cognitio ueritatis? Dñs quippe de summitate scalæ ꝑspiciebat sup filios hominũ tanquã ueritas: cuius oculi sicut fallere uolũt, ita falli non norũt: ut uideret si est intelligẽs aut requirẽs deũ. An nõ tibi de alto uidet clamare ac dicere requirẽtibꝰ se (nouit enim
Psal.13. qui sunt eius) Trãsite ad me oẽs q cõcupiscitis me: & à ge-
Eccl.24. nerationibꝰ meis implemini? Et illud: Venite ad me qui laMatt.11. boratis, & onerati estis: & ego uos reficiã. Venite inquit. Quo? Ad me ueritatẽ. Qua? Per humilitatẽ. Quo fructu? Ego uos reficiã. Sed quæ est refectio quã ueritas ascendentibꝰ ꝓmittit, peruenientibus reddit? An fortè illa est charitas? Ad hãc quippe (ut ait beatꝰ Benedictꝰ) ascensis oibꝰ humilitatis gradibꝰ monachꝰ mox perueniet. Verè dulcis & suauis cibus charitas, q̃ fessos alleuat, debiles roborat, mœstos lætificat. Iugum denisq; ueritatis facit suaue: & o-
Cant.3. nus leue. Bonus cibus charitas: quæ media in ferculo Salomonis consistens, diuersarũ odore uirtutũ uelut diuersi generis frãgrãtia pigmẽtorũ, esurientes reficit: iocundat reficientes. Ibi siquidẽ apponit pax, patientia, benignitas, longanimitas, gaudiũ in spũ sancto: & si quæ sunt aliæ ueritatis seu sapientiæ generationes, apponuntur in illa. Habet & humilitas in eodẽ ferculo suas epulas: panẽ scilicet doloris, & unum compũctionis: quas primo ueritas incipientibus offert: quibꝰ utiq; dicit: Surgite postquã sederitis qui
Psal.126. mã ducatis panem doloris. Habet ibidem cõtemplatio ex adipe frumenti solidũ cibũ sapientiæ: cũ uino quod lætificat cor hois: ad quæ ueritas perfectos inuitat, dicens: Co-
Psal.103. Cañ.5. medite amici mei: & bibite: & inebriamini chariss imi. Me-
Cañ.3. dia, inquit, charitate cõstrauit propter filias Hierusalẽ: propter imperfectas uidelicet animas: quæ dũ adhuc illũ solidũ cibũ min9 capere possunt, lacte interim charitatis pro pane, oleo pro uino nutriendæ sunt. Quæ recte media describit: qa eius suauitas nec insipientibus præsto est, prohibente timore: nec perfectis satis est, pro abũdantiori cõtemplationis dulcedine. Hi adhuc à noxijs carnalium delectationũ humoribus, timoris amarissima potione purgandi: nondũ lactis dulcedinẽ experiunt: illi iã auulsi à lacte, epulari ab introitu gloriæ gloriosius delectant: solis medijs. i. ꝑficientibꝰ ita iam melleas quasdam sorbitiũculas charitatis expertis, ut illis interim pro sui teneritudine contenti sint. ¶ Primꝰ ergo cibꝰ est humilitatis, purgatoriꝰ cũ amaritudine: secũdus charitatis, cõsolatoriꝰ cũ dulcedine: tertius contemplationis, solidus cum fortitudine. Heu mihi:
Psal.79. dñe deus uirtutũ quousq; irasceris super orationem serui tui: cibabis me pane lachymarũ: & potũ dabis mihi in lachrymis? Quis me inuitabit ad illud uel medium ac dulce charitatis cõuiuiũ: ubi iusti epulantur in conspectu dei, &
Psal.67. delectantur in lætitia: ut iam non loquens in amaritudine Iob.10. aiæ meæ dicam deo noli me condemnare: sed epulando in azymis synceritatis & ueritatis: lætꝰ cantẽ in uijs dñi quia
Psal.137. magna est gloria dñi? Bona tamen uia humilitatis, qua ueritas inquiritur, charitas acquirit, generatiões sapientiæ participant. Denisq; sicut finis legis Xps: sic perfectio humilitatis cognitio ueritatis. Christus cũ uenit attulit gratiam. Veritas quibus innotuerit: dat charitatem. Innotescit autem humilibus: humilibus ergo dat gratiam. ¶ Dixi Luc.4.
ut potui, quo fructu hũilitatis gradꝰ ascendi debeãt: dicã ut potero, quo ordine ad ꝓpositũ brauiũ ueritatis perdu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cant. Sed quia ipsa quoq; ueritatis agnitio in tribus gradibus consistit, ipsos breuiter si possum distinguo: quatenus ex hoc clarius innotescat ad quem trium ueritatis, duo decimus humilitatis pertingat.

INquirimus nāq; ueritatē in nobis: in proximis: in sui natura. In nobis, nosmetipsos diiudicando. In proximis, eorum malis compatiendo. In sui natura, mundo corde contemplando. Obser ua sicut numerū: ita & ordinem. Primo te doceat ueritas ipsa q̄ prius in proximis quàm in sui debeat inqrí natura. Post hoc accipies cur prius in te quàm in ꝓximis inquire re debeas. In numero siquidē beatitudinum quas suo ser-
Mat.5. mone distinxit, prī⁹ misericordes quàm mundicordes po-
suit. Misericordes quippe cito in ꝓximis ueritatē deprehendūt: dum suos affectus in illos extēdūt: dū sic per charitatē se illis cōformāt, ut illorū uel bona uel mala tanquā
2.Cori.11. propria sentiant. Cū infirmis infirmant: cum scandalizatis
Roma.12. urunt. Gaudere cū gaudētib⁹: flere cū flētib⁹ cōsueuerūt. Hac charitate fraterna cordis acie mundata: ueritatē delectant in sui cōtēplari natura: pro cui⁹ amore mala tolerāt aliena. Qui uerò ita se fratribus nō cōsociāt, sed ecōtrario aut flentib⁹ insultāt, aut gaudētib⁹ derogāt: dum quod in illis est, in se esse nō sentiūt: quia sil'r affecti nō sunt: ueritatē in ꝓximis qualiter deprehēdere possunt: Bene nāq; cōue-
puerbium nit illis illud uulgare prouerbiū: Nescit sanus quid sentiat æger: aut plenus qd patiat ieiunus. Et æger ægro: & ieiunus ieiuno quāto ꝓpinquius: tāto familiarius cōpatiunt. Sicut eīm pura ueritas nō nisi puro corde uidet: sic misería fratris ueriùs misero corde sentitur. Sed ut ob alienam miseriā miserū cor habeas, oportet ut tuā prius agnoscas: ut proximi mentē in tua inuenias: & ex te nouerís qualiter illi subuenias: exemplo scilicet saluatoris nostri: qui pati uoluit, ut cōpati sciret: miser fieri, ut misereri disceret: ut quo
Heb.5. modo de ipo scriptū est: Didicit ex his quæ passus est obedientiā: ita & mīam disceret. Non q̄ ante misereri nesciret: cuius misericordia ab æterno & usq; in æternū: sed qd' natura sciebat ab æterno, tpali didicit experimēto. ¶ Sed fortè durū tibi uidet q̄ dixi dei sapiam Xp̄m didicisse mīam: quasi is p quē oia facta sunt, aliqd aliquando ignorasset ex his quæ sunt: maxime cū illud qd' ex epla ad Hebræos ad id cōprobādū cōmemorauí: alio sensu, qui non ita uideat absurdus, possit intelligi: ut hoc qd' dictū est didicit, nō ad ipsum caput referatur in sui persona: sed ad corpus ei⁹, qd' est ecclesia: ut sit ita sensus: Et didicit ex his quæ passus est obediētiā: hoc est obediētiā didicit in suo corpore ex his quæ passus est in capite. Nam illa mors, illa crux, opprobria, sputa, flagella, quæ oia caput nostrū Xp̄s ptrāsiit, qd
Phil.2. aliud corpori eius. i. nobis, quàm præclara obediētiæ documēta fuerūt: Xp̄s eīm (ait Paulus) fact⁹ est obediēs patri
1.Petri.2. usq; ad mortē: mortē autē crucis. Qua necessitate Rīndeat apl's Petrus. Christ⁹ passus est pro nobis, uobis relinquēs exemplū, ut sequamini, inqt, uestigia eius. i. ut imitemini obedientiā eius. Ex his ergo quæ passus est, discimus quāta nos qui puri homines sumus, oporteat pro obedientia perpetí: pro qua is qui & deus erat, nō dubitauerit mori. Et hoc modo inquis nō incōueniens erit si dicat Xp̄s uel obedientiā uel mīam seu aliqd in suo corpore didicisse: dū tamē sibi in sua persona nil quod se ante latuerit credatur ex tempore potuisse accedere. Sicq; ipse sit qui misereri doceat aut obedire: ipse qui discat quia caput & corpus un⁹ est Xp̄s. Non nego hūc intellectum, quin rectus sit. Sed ex alio loco ipsius epistolæ superior interp̄tatio uidet' approHeb.2. bari, ubi dicit: Nusquā eīm angelos apprehendit: sed semē Abrahæ apprehēdit: unde debuit per oia fratrib⁹ similari, ut misericors fieret. Puto q̄ hæc uerba sic ad caput referēda sunt, ut corpori penitus aptarí nō possint. De uerbo utiq; dei dictū est q̄ nō angelos apprehēdit: hoc est nō in unam sibi personam assumpsit: sed semē Abrahæ. Neq; eīm
Ioā.1. legitur, uerbū angelus factum est: sed uerbū caro factū est: & caro de carne Abrahæ: iuxta ꝓmissionē quæ illí primū facta est: unde, id est ex qua seminis assumptione, debuit p omnia fratribus similari: id est oportuit ac necesse fuit

similis nobis passibilis, nostraq; omnia (excepto peccato) genera miseriarū percurreret. Si quæris qua necessitate ut misericors, inqt, fieret. Et hoc ais cur non recte ad cogi referrí potest? Sed audi qd' paulò post sequit: In eo enī in quo passus est ipse & tentatus: potens est & eis qui tentantur auxiliari. In quibus uerbis qd melius intelligi possit nō uideo: nisi q̄ ideo pati ac tentari, oībusq; absq; pēccāto nis uoluit cōmunicare miserīs (qd' est per oia fratribus similari) ut similiter passis ac tentatis misereri ac compati ipso discceret experimēto. Quo quidē experimēto nō dico ut sapiētior efficeret: sed ꝓpinquior uideret: quatenus infirmi filij Adā, quos suos fieri & appellari fratres non dedignatus est, suas illi infirmitates committere nō dubitaret, qui sanare illas & posset ut deus, & uellet ut proximus, & cognoscceret ut eadem passus. Vnde Esaías uirum cum pellat dolorum, & scientē infirmitatē. Et apostol⁹: Nō habemus (inquit) pontificē qui nō possit compati infirmitatibus nostris. Vnde autē possit indicans adiungit: Tentatū autē per oia pro similitudine absq; peccato. Beat⁹ ꝑpe deus, beatus dei filius, in ea forma qua non rapinā arbitratus est esse se æqualem patrí: proculdubio impassibilis priusquā se exinaniisset formā serui accipiens: sicut misericors & subiectionē expertus nō erat: sic mīam uel obedictiā nō nouerat experimēto. Sciebat quidē per naturā: nō autem sciebat per experientiā. At ubi minoratus est nō solum a scipso, sed etiā paulominus ab angelis, qui & ipsi impassibiles sunt per gratiā, non per naturā: usq; ad illā formam in qua pati & subiici posset: quod utiq; (sicut dictū est) in eo nō posset: & in passione expertus est mīam, & in subiectione obedientiam. Per quā tamē experietiā nō illi (ut dixi) scientia, sed nobis fiducia creuit: dum ex hoc misero genere cognitionis, is à quo longe errauceramus, factus est prior nobis. Quando enim illi appropinquare auderemus in sua impassibilitate manentí? Nunc autem apostolo dente, monemur cum fiducia adire thronū gratiæ ipsius quem nimirum sicut alibi scriptum est, languores nostros tulisse, & dolores nostros portasse cognoscimus: & in eo quo passus est ipse, nobis compati posse non dubitamus. Nō ergo debet absurdū uideri si dicitur Christū non quidem aliquid scire cœpisse quod aliqn nescierit: scire tamē alio modo misericordiam ab æterno per diuinitatē, & alter in tempore didicisse per carnem. Vide ne & simili locutionis modo illud dictū sit quod dns requirētibus discipulis de die ultimo se nescire respōdit. Nam quomodo dicem illū ille nesciebat, in quo oēs sapientiæ & scientiæ thesauri sunt abscōditi? Cur ergo se scire negabat, quod certum est quia nescire nō poterat? Numquid fortè mēdaciter eos uoluit celare, quod utiliter non ualuit innotescere? Absit. Sicut nihil ignorare poterat, cum sapietia sit: sic nec mentiri, cum ueritas sit. Sed uolens discipulos ab inutilis ingeniis curiositate cōpescere: qd' inquirebāt, se scire negauit nō omnimodo quidē: sed tali quodā modo quo negare ueraciter potuit. Nam etsi suæ diuinitatis intuitu æque oia præterita. s. præsentia atq; futura perlustrando, die quog illum palàm habebat: non tamen ullis carnis suæ sensibus experiendo agnouerat. Alioquin iam spū oris sui antichristum interfecerat: iam auribus sui corporis archangelum uociferantē, & tubā sonantē, in quo strepitu mortui suscitandi sunt audierat: iam oculis suæ carnis oues hœdosq; qui ab inuicē segregandi sunt perspexerat. Deniq; ut intelligas q̄ illa tantū cognitiōe quæ per carnē fit, se illum die nescire perhibuerit, uigilanter respōdens nō ait, nec ego scio: sed nec ipse inquit filius hois scit. Quid est filius hois, nisi nomē assumptæ carnis? Quo siquidē noīe intelligi datur quia dicēs se aliquid nescire: non iuxta q̄ deus effectum hoīem loquitur. Aliàs quippe loquēs de se fm suam diuinitatē, nō filius uel filiū hois: sed ego, uel me, sæpius pronere consueuit: ut ibi: Amen dico uobis, antequā Abrahā fieret, ego sum. Ego sum ait: nō filius hois est. Nec dubium quin de illa essentia diceret qua ante Abrahā & sine initio est, non

est,non qua post Abrahā,& ex Abraham factus est. Alibi
Matt.16. quoq; hoīm de se opinionē à discipulis inquirēs:quem di
cunt,inquit,homines esse:nō me,sed filium hominis: Rursus
Ibidem. eosdē interrogās,quid de se ipsi quoq; sentirent:uos autē
non quem filiū hois:sed quem me ait esse dicitis: Carnalis
uidelicet populi mīam de carne inquirens,nomen carnis,
qđ ꝓprie est filius hois,posuit:spūales uerò discipulos de
sua diuinitate interrogās,nō filium hois,sed signanter me
dixit.Quod denīq; Petrus intelligēs,quid per hoc quod
Ibidem. dixerat me,requisiti fuissent:sua rēspōsione aperuit,tu es
Xp̄s filiꝰ dei. Cū igit uideas Xp̄m in una quidē psona
duas habere naturas:unā qua semper fuit:alterā qua esse
cœpit:& ſm sempiternū suū quidē esse,semp oīa nosse:ſm
temporalem uerò,multa tpaliter expertū fuisse:cur fateri
dubitas ut esse in tpe cœpit ex carne,sic carnis quoq; mi
serias scire cœpisse:illo dūtaxat modo cognitionis quem
docet defectio carnis: Quod utiq; genus scientiæ,proto
plasti sapientiꝰ felicissq; nescirēt:qñ id attingere nisi stulte
miserecq; nō poterāt. ¶ Sed plasmator eorū deus requirēs
quod perierat:opus suū miseratus ꝓsecutus est:descēdēs
& ipse misericorditer,quò illi ceciderāt miserabiliter. Vo
luit experiri in se:qđ illi faciēdo cōtra se merito paterent.
Nō simili quidē curiositate,sed mirabili charitate. Nō ut
miser cum miseris remaneret:sed ut misericors factus mise
ros liberaret. Factus inquā misericors nō illa mīa quam fe
lix manens habuit ab æterno:sed quā mediante miseria re
perit in habitu nostro. Porrò pietatis opus qđ per illā cœ
pit,in ista perfecit. Nō ꝙ sola illa non posset perficere:sed
quia nobis non potuit absq; ista sufficere. Vtraq; siquidē
necessaria:sed nobis hæc magis cōgrua fuit. O ineffabilis
pietatis excogitatio. Quādo nos illā mirā mīam cogitare
mus:quā præcedens miseria nō informat: Qñ illam aduer
teremus incognitā nobis compassionē quæ non passione
præuenta,cum impassibilitate perdurat: Attñ si illa quæ
miseriā nescit mia nō præcessisset:ad hāc cuius miseria ma
ter est,non accessisset. Si non accessisset,non attraxisset. Si
Psal.39. non attraxisset,non extraxisset. Vnde autē extraxit:nisi de
lacu miseriæ,& de luto fæcis: Nec illā tamē misericordiam
deseruit:sed hanc inseruit. Nō mutauit:sed multiplicauit,
Psal.35. sicut scriptū est:Hoīes & iumenta saluabis dñe:quēadmo
dum multiplicasti mīam tuā deus. ¶ Sed iam ad propositū
redeamus. Si ergo se miserum fecit qui miser nō erat,ut ex
periretur qđ & ante sciebat, quanto magis tu:non dico
ut te facias quod nō es:sed ut attēdas quod es:qa uerē mi
ser es:& sic discas misereri qui hoc aliter scire non potes:
ne fortè si proximi malum consideres,& tuū nō attendas:
mouearis non ad miserationē,sed ad indignationē,nō ad
adiuuandū,sed ad iudicandū:denīq; nō ad instruendū in
Gal.6. spiritu lenitatis:sed ad destruēdū in spū furoris. Vos qui
spūales estis,ait apostolus:hmōi instruite in spiritu lenita
tis. Apostoli consiliū siue etiā præceptum est ut mansueto,
id est eo spū fratri ægrotāti subueniās:quo tibi uis subue
niri cū ægrotas. Et ut scias qualiter erga delinquentē mā
Ibidem. suescere possis:cōsiderans inquit teipsum:ne & tu tēteris.
Cōsiderare libet quàm bene discipulus ueritatis ordinem
sequatur magistri. In beatitudinibus quas suprà memora
ui:sicut prius misericordes quàm mundicordes: sic prius
mites quàm misericordes pronūciati sunt. Et apls cū spiri
Vt supra. tuales hortaretur ad instruendū carnales,adiūxit:in spiri
tu lenitatis. Instructio quippe fratrum pertinet ad miseri
cordes:spiritus lenitatis ad mites. Acsi diceret:Inter mise
ricordes deputari non potest:qui in semetipso mitis non
est. Ecce apostolus aperte ostēdit qđ superi ꝰ me ostensurū
promisi:prius uidelicet ueritatem inquirēdā esse in nobis
quàm in proximis:cōsiderās inquies teipsum:id est quàm
facilis ad tentandū:quàm pronus ad peccandū: quatenus
ex tui consideratione miteſcas:sicq; ad succurrēdū aliis in
spiritu lenitatis accedas. Alioquin si monentē non audis
discipulū: arguentē time magistrū: Hypocrita eiice pri- Matt.7.
mum trabē de oculo tuo:& sic ualebis festucam eiicere de
oculo fratris tui. Trabes in oculo grandis & grossa,super
bia in mente est:quæ quadam corpulentia sui uana nō sa
na,tumida non solida,oculum mentis obscurat,ueritatem
obumbrat:ita ut si tuam occupauerit mētem,iam tu te ui
dere,iam te talē qualis es,uel qualis esse potes,non possis
sentire:sed qualē te amas,talem te uel putes esse,uel speres
fore. Quid enim aliud est superbia,quàm ꝯut quidā sanctꝰ Superbia.
diffiniuit amor ꝓpriæ excellentiæ: Vnde & nos possumꝰ
dicere per cōtrariū:humilitatē propriæ excellētiæ esse cō
temptū. ¶ Amor uerò,sicut nec odiū,ueritatis iudiciū ne
scit. Vis iudicium ueritatis audire: Sicut audio,sic iudico,
Non sicut odi,nō sicut amo,non sicut timeo. Est iudicium
odij,ut illud:Nos legē habemus:& ſm legē nostrā debet Ioā.19.
mori. Est & timoris,ut illud:Si dimittimus eum sic,uenient Ioā.11.
Romani & tollēt nostrū locū & gentē. Iudiciū uero amo
ris:ut Dauid de filio parricida:Parcite inquit puero Abſa 2.Reg.18.
lon. Et legibus humanis statutū:& in causis tam ecclesiasti
cis quàm secularibus seruatū scio:speciales amicos causan
tium non debere admitti ad iudiciū:ne uel fallant,uel fal
lantur amore suorum. Qđ si culpā amici tui iudicio amor
illiꝰ aut minuit,aut prorsus abscondit:quāto magis amor
tui tuū cōtra te iudiciū fallit: ¶ Qui ergo plenè ueritatem
in se cognoscere curat,necesse est ut semota trabe supbiæ
quæ oculū arcet à luce,ascensiones in corde suo disponat:
per quas seipsum in seipso inquirat:& sic post duodecimū
humilitatis ad primum ueritatis gradum pertingat. Cum
autem ueritate inuenta in se,imo se inuento in ueritate di
cere potuerit:Credidi,propter quod locutꝰ sum,ego autē Psal.115.
humiliatus sum nimis:ascendat homo ad cor altū,ut exal- Psal.63.
tet ueritas:& ad gradū secundū ꝓueniens dicat in excessu
suo:ois hō mēdax. Putas hunc ordinē Dauid non tenuit: Psal.115.
Putas hoc nō sensit propheta quod dñs,quod apostolus,
quod & nos post ipsos,& per ipsos sentimus: Credidi in-
quit ueritati dicenti:Qui sequit me,non ambulat in tene- Ioā.8.
bris. Credidi ergo sequēdo: ꝓpter quod locutus sum con
fitendo. Quid cōfitēdo: Veritatē quā cognoui credendo.
Postquā autē & credidi ad iustitiā:& locutus sum ad salu
tem:humiliatus sum nimis,hoc est perfecte. Tanquam di
ceret:Quia ueritatē cognitā in me cōfiteri contra me non
erubui:ad perfectionē humilitatis profeci. Nimis erī,pro
perfectē pōt intelligi:ut ibi:In mādatis eius uolet nimis. Psal.111.
Quod si quis cōtendat nimis hic pro ualde positū,nō pro
perfecte:quia & expositores idipsum uidentur astruere:ne
q; hoc discordat à sensu prophetæ,ut sic sentiamus eū di
xisse:Ego quidem cum adhuc ueritatem nō nossem:aliqd
me putabam esse:cum nihil essem. At postquā in Xp̄m cre
dendo,id est eius humilitatē imitādo, ueritatem agnoui:
ipsa quidē exaltata est in me ex mea cōfessione:sed ego hu
miliatus sum nimis:id est ualde uilui mihi ex mei cōsidera
tione. Humiliatus ergo propheta in hoc primo gradu ue
ritatis ꝯut ait in alio psalmo & in ueritate tua humiliasti Psal.118.
me:semetipsum attendat:& ex ꝓpria miseria generalē per
pendat:sicq; ad secūdū trāsiēs dicat in excessu suo:ois hō
mendax. In quo excessu suo: In illo proculdubio quo sese
excedens,ac ueritati adhærens,seipsum dijudicat. In illo
ergo excessu suo dicat non indignando aut insultādo:sed
miserādo & compatiēdo,ois hō mendax. Quid est ois hō
mendax: Ois hō infirmꝰ,ois hō miser,& ipotens:qui nec
se nec alium possit saluare. Sicut dicitur fallax equus ad sa- Psal.32.
lutem:non ꝙ equus aliquē fallat,sed quia is seipsum fallit
qui in fortitudine eius cōfidit:sic ois homo dicit mēdax.i.
fragilis,mutabilis,à quo salus non possit uel sua uel aliena
sperari:quin potius maledictionē incurrat qui spem suā in Hiere.17.
hoīe ponit. Proficiens itaq; humilis propheta per ducatū
ueritatis,quodq; in se lugebat,uidēs in aliis,dum apponit
scientiā,apponat & dolorē:ac generaliter sed ueraciter di
cat:ois homo mēdax. Vide quàm longe aliud senserit de se
pharisæus ille superbꝰ. Quid deprompsit in excessu suoꝫ

Luce.18. Deus gratías ago tíbí quía non ſum ſicut cæterí hominū. Dum ín ſe ſingulariter exultat, alijs arroganter inſultat.
Pſal.115. Dauíd autē aliter. Ait enim: Oīs homo mēdax. Neminem
Roma.3. excípit, ne quē decípiat, ſcíēs quía oēs peccauerunt, & oēs egēt gr̄a dei. Phariſæus ſe ſolū decípit, quē ſolum excípit, dū cæteros dānat. Propheta ſe nō excípit à cōi, miſería: ne excípiatur à miſericordia. Phariſæus exuffiat mīam, dū diſ ſimulat miſeríam. Propheta affirmat tā de oībus quàm de ſe, oīs homo mēdax. Phariſæus cōfirmat de oībus præter ſe: non ſum, ínquiēs, ſicut cæterí hoīm. Et gratías agit, non quía bonus, ſed quía ſolus: non tam de bonís quæ habet, quàm de malís quæ ín alijs uídet. Nondum de ſuo trabem
Luce.18. eíecerat, & feſtucas ín oculís fratrū enumerat. Nā ſubdit: Iniuſtí, raptores. Nō fruſtra (ut arbítror) exceſſum à propoſito feci, ſi utriuſq; exceſſus differentiā intellexíſti. Iā ad ꝓpoſitū redeundū eſt. Quos ítaq; ueritas ſibí ſam ínmoteſcere, ac per hoc uíleſcere fecit, neceſſe eſt ut cuncta quæ amare ſolebant, & ípſi ſibí amareſcant. Statuētes nimírū ſe ante ſe, tales ſe uídere cogant, quales uel à ſe uíderí erubeſcant. Dūq; ſibí díſplicet quod ſunt, & ad íd ſuſpírant qđ non ſunt, quod utíq; per ſe fore diffídunt, uehementer ſeſe lugētes: íd ſolū conſolationís ínueníunt, ut ſeuerí iudíces ſuí, quí ſcílicet amore ueri eſuríant & ſitiāt iuſtitiā, uſq; ad contēptū ſuí diſtrictíſſimā de ſe exígant ſatiſfactionē, & de cætero emendatiōnē. Sed cū ſe ad íd ſufficere nō poſſe cō-
Luce.17. ſpíciūt (cū eīm fecerínt oía quæ mādata fuerínt ſibí, ſeruos ſe ínutíles dícūt) de iuſtítia ad mīam cōfugíūt. Vt aūt illā
Mat.5. cōſequātur, conſiliū ueritatís ſequuntur. Beatí miſericordes: qm̄ ípſi mīam cōſequentur. Et hic eſt ſecūdus gradus ueritatís: quo eam ín proxímís ínquírūt, dū de ſuís alíorū neceſſítates exquírūt: dū ex hís quæ patiunt, patientibus cōpatí ſcíūt. ¶ In hís ergo tríb⁹ quæ dícta ſunt, íd eſt ín luctu pœnítētiæ, ín deſiderío iuſtitiæ, ín operíbus miſericordíæ ſi perſeuerāt: à tríb⁹ ímpedímētís, quæ aut ígnorātía, aut ínfirmítate, aut ſtudío cōtraxerūt, cordís aciē mūdāt, quo ꝑ cōtēplatiōnē ad tertiū ueritatís gradū pertrāſeant.
prouer.2. Hæ ſunt uíæ quæ uídenť hoíbus bonæ, illís dūtaxat exceptís q lætanť cū male fecerínt, & exultāt ín reb⁹ peſſímís:
Pſal.140. ac ſe de ínfirmítate uel ígnorātía tegūt, ad excuſandas excuſationes ín pctís. Sed fruſtra ſibí de ínfirmítate uel ígnorantía blādíūtur, quí ut líberi⁹ peccēt, líbēter ígnorāt uel ínfirmanť. Putas primo homíní ꝓfuit, lícet ípſe non líbenter peccauít, ꝙ ſe per uxorē tāquā per carnís ínfirmítatem defendít? Aut prímí martyrís lapídatores qm̄ aures ſuas cōtínuerunt, per ígnorātíā excuſabíles erūt? Quí ígíť ſtudío, amore peccādí à ueritate ſe ſentíūt alienatos, īfirmítate & ígnorātía preſſos, ſtudíū ín gemítū, amorē ín mœrorē & ínfirmítatē cōuertāt, ínfirmítatē carnís feruore iuſtítiæ uíncāt, ígnorātíā líberalítate repellāt, ne ſi nūc egentē, nudā ínfirmā ueritatē ígnorāt, cū poteſtate magna & uírtute uenientē, terrentē, arguentē, ſero cum rubore cogno
Matt.25. ſcant, fruſtra cū tremore reſpōdeāt, Qn̄ te uídímus egere,
Pſal.9. & nō mínıſtrauímus tíbí? Cognoſcet certè dn̄s iudícia faciens: quí nunc ígnoratur miſericordíā quærens. Deníq;
Ioā.19. uídebunt ín quē trāſixerūt. Símíliter & auarí quem contemſerunt. Ab omní ergo labe, ínfirmítate, ígnorātía, ſtudíóue contracta, flendo, iuſtítíā eſuríendo, operíbus míæ ínſiſtendo, mundať oculus cordís, cuí ſe ín ſuí puritate ue-
Mat.5. ritas uídendā promíttit, Beatí mundo corde: qm̄ ípſí deū uídebūt. ¶ Cū ſint ítaq; tres gradus ſeu ſtatus ueritatís, ad primum aſcendímus per laborē humílitatís: ad ſecundum per affectū cōpaſſionís: ad tertíum per exceſſum contēplationís. In primo ueritas reperítur ſeuera: ín ſecūdo pía: ín tertío pura. Ad primū ratío ducít, qua nos díſcutímus: ad ſecūdū affect⁹ perducít, quo alīs míſeremur: ad tertiū puritas rapít, qua ad ínuiſíbília ſubleuamur.

INterlucet hic míhí míra quedā ac díuíſa índiuíduæ trínitatís operatío, ſi quo modo tamen ab hoīe ſedente ín tenebrís ineffabílís ílla poſſít capí cooperantíum ſibí perſonarū díuiſío. In primo ſiquídem gradu filíus: ín ſecundo ſpūſſanctus: ín tertío pater operarí uídetur. Vísaudire filij operationem? Si quis ínquít) lauí uobís pedes dn̄s & magíſter: quanto magis & uos debetís alter alterí⁹ lauare pedes? Tradebat díſcípulís humílitatís formam ueritatís magíſter, qua in príncipio fundu primum eís ueritas ínnoteſceret. Attēde & opus ſpūſſanctí. Charítas dei díffuſa eſt ín cordíb⁹ noſtrís per ſpíritum ſanctū quí dat⁹ eſt nobís. Charítas quíppe deí ſpūſſanctí, qua fit ut quí ſub diſcíplína filij per humílitatis ad primū uſq; gradū ueritatís íam profecerūt: ad fructū per cōpaſſionē proxímí, ſub magíſterío ſpūſſanctí perueníant. Audí & de patre: Beatus es Símon bar Iona, quía caro & ſanguís nō reuelauit tíbí, ſed pater meus qui eſt in cælís. Et íllud: Pater filíjs notā faciet ueritatē tuā. Et cōfitēor tíbí pater, quía abſcōdíſtí hæc à ſapientíb⁹, & reuelaſtí ea paruulís. Vídes quía quos uerbo & exēplo prius filios humíliauit: ſup quos deínde ſpūs charitatē effudit: hos ſibí ín gloría pater recepít? Fílíus facít díſcípulos: paracletus conſolať amícos: pater exaltat filíos. Quía uerò nō ſolum filíus: ſed & pater & ſpūſſanctus ueraciter ueritas appellatur: conſtat ꝙ una eadēq; ueritas ſeruata proprietate perſonarū, tría hæc ín tríbus gradíbus operať. Primo ſcílicet ínſtruít: ut magíſter. ſecūdo conſolať: ut amícus uel frater. tertío aſtríngit: ut filíos pater. Deí quíppe filí⁹ uerbū ſcílicet ac ſapiētía patrís, primū quídē íllā aíæ noſtræ potentiā quæ ratío dícit, cū reperít carne depreſſam: pctō captíuā, ígnorātía cæcā, exterioríb⁹ dedítā: clemēter aſſumens, patienter, erígēs, prudenter ínſtituēs, íntrorſum trahēs, acríter rabíliter utens, tanquā pro ſe uícaría ípſam ſibí iudícíi ſui tuít: ita ut pro reuerentía uerbí cui conīūgít, ípſa ſuí uxor patrís: teſtís & iudex: cōtra ſe ueritatís fungať officio? In qua prima coníunctione uerbí, & rōnís: humílitas nāſcí. Alīā deínde partē quæ dícíť uoluntas, ueneno qdē carnís ínfectā, ſed iā rōne diſcuſſam, ſpūſſanctus dignāter aſſumit, ſuauíter purgans, ardēter afficiēs: miſericordē facit ín ſuí more pellís quæ uncta extendíť: ípſa quoq; unctione perfuſa cæleſtí, uſq; ad ínímícos per affectum dílateť. Et ſic in hac ſecunda cōíunctione ſpūs dei & uolūtatis hūanæ charitas efficíť. Vtrāq; uerò partē, rōnem ſ. & uolūtatē, alímus uerbo ueritatís ínſtructā: alterā ſpū ueritatis affiatamus. hyſſopo hūílitatís aſperſam: hāc ígne charitatis ſuccēdē tādē iā pfectā aīam: ꝓpter humílitatē ſine macula: propter charitatē ſine ruga: cū nec uoluntas rōní repugnat: nec rō ueritatē diſſímulat: gloríoſam ſibí ſponſam pater conſtituat: ita ut nec ratío de ſe, nec uolūtas de proxímo cogitare ſinatur: ſed hoc ſolū beata ílla aīa dícere delectet, Introduxít me rex ín cubículum ſuum. Dígna certè quæ de ſchola humílitatís, ín qua prímum ſub magíſtro filío ad ſcípſam intrare dídícít: ſuxta commínationē ad ſe factam: Si ignoras te, egredere & paſce hœdos tuos: dígna ergo quæ de ſchola ílla humílitatís duce ſpū ſancto ín cellaría charitatís: quæ nímírum proxímorū pectora íntelligenda ſunt affectionem introduceretur: unde ſuffiulta floríbus, ac dilatata malís: bonís ſcílicet moríbus & uírtutibus ſanctíſ regís demū cubículū, cuíus amore languet, admitteretur. Ibí modícum, hora uídelícet quaſí dímídía ſilentío facta in cælo: ínter deſíderatos amplexus ſuauíter geſcēs ípſa quę dormít, ſed cor eíus uígílat: quo utíq; ínterim ueritatis arcana rímatur: quorum poſtmodum memoría ſtatim ad ſe redítura paſcať. Ibí uídet ínuiſíbília: audít ineffabília: quæ nō lícet homíní loquí. Excedunt quíppe oēm ílla quā non nocti índícat ſcíētía. Dies tm̄ díeí eructat uerbum: & inter ſapiētes ſapiētíam loquí, & ſpūalíbus ſpūalía lícet cōferri. Putas hos gradus Paulus nō trāſíerat, quí uſq; ad tertium cælū ſe raptū fuíſſe teſtať? Sed quare raptū, & non potius ductum? Vt uídelícet ſi tātus apoſtol⁹ raptum ſe dícit fuíſſe: quo nec doctus ſcíuit, nec duct⁹ potuít ire: me qui per dubío mínor ſum Paulo: ad tertiū nulla mea uírtute, nullo meo labore peruenire poſſe præſumam: me uel de uírtute confidam: uel pro labore díſtídā. Quí eīm decet aut ducí? ex hoc ípſo ꝙ docentē uel ducentem ſequítur, laborare cōuíncitur, & alíquíd ex ſe agít ut ad deſtínatum locum uel

ſenſum

2.Cori.12. sensum pertrahat: ita ut dicere possit: Non autem ego, sed gratia dei mecū. Qui uerò rapit, nō suis uiribꝰ, sed alienis inuix? tāquā nesciꝰ q̄cūq; portat: nec de toto in se, nec de parte gloriat: ubi nec per se nec cū alio aliqd opat. Ad primū itaq; siue ad mediū cælū ductꝰ uel adiutꝰ apls ascendere potuit: ad tertiū aūt ut peruenīret rapi oportuit. Nā ad hoc & filiꝰ legit descēdisse: ut uocaret & iuuaret ascēsuros ad primū: & spūs sctūs missus fuisse: q̄ produceret ad sc̄m. Pater uerò licet filio & spūi sctō semp cooperet: nūquā tñ aut de cælo descendisse: aut ad terras legitur missus fuisse.

Psal.32. Lego certè q̄ mīa dñi plena est terra, & pleni sunt cæli & terra gloria tua: & multa hmōi. Lego & de filio: Postquā

Gal.4. uenit plenitudo tp̄is, misit deꝰ filiū suū. Et ipse filiꝰ loqtur

Ysae.61. de se: Spūs dñi misit me. Et p eūdē pphetā. Et nunc, inqt,

Ysa.48. dñs misit me & spūs eiꝰ. Lego & de spū sctō: Paracletꝰ autē

Ioā.14. spūs sctūs, quē mittet p̄r in noīe meo. Et cū assumptus fue-

Ioā.16. ro, mittā uobis eū: haud dubiū quin spīm sctm. Patrem aūt

Matt.23. in sua psona, licet nusquā nō sit: nusquā tñ inuenio nisi in

Matt.6. cælis: ut in euāgelio: Et pater meꝰ q̄ in cælis est. Et in ora-

tione: P̄r noster qui es in cælis. Vñ nimirū colligo q̄ ga p̄r

Ioā.3. nō descēdit, apls ut eum uideret, ad tertiū cælū ascendere

qdē nō potuit: quo tñ se raptū memorauit. Deniq; nemo

Psal.18. ascēdit in cælū nisi q̄ descēdit de cælo filiꝰ hoīs. Et ne pu-

tes de prīo dictū uel sc̄'o: dicit tibi Dauid: A summo cælo egressio eiꝰ. Ad quod iterū nō subito raptus, nō furtim

Actū.1. sublat?: sed uidētibꝰ, inqt, illis. i. aplis, eleuatꝰ est. Non sicut

4.Reg.2. Helias, qui unū: nō sicut Paulus, qui nullum: uix enim uel

2.Cor.12. seipm testē aut arbitrū hre potuit, ipso perhibēte: Nescio, deꝰ scit. sed ut oīpotens, qui q̄n uoluit descēdit, q̄n uoluit

ascendit, pro suo arbitrio arbitros & spectatores, locum & tēpus, diem & horā expectās: uidētibꝰ illis quos. s. tāta ui-

Vide supra. sione dignat, eleuatus est. Raptꝰ est Paulꝰ, raptꝰ est Helias,

4.Reg.2. trāslatus est Enoch. Redēptor noster legit eleuatꝰ: hoc est

Eccl.44. ex seipso leuatꝰ, nō aliūde adiutꝰ. Deniq; nō currus uehi-

Actū.1. culo, non angeli ammíniculo, sed ppria uirtute subnixum

Ibidem. suscepit eū nubes ab oculis eorum. Cur hoc? An sessum iuuit? An pigrum impulit? An cadentē sustinuit? Absit. Sed suscepit eū ab oculis carnalibꝰ discipulorū: qui etsi Xp̄m nouerāt sm carnē: sed ultra iā nō noscerēt. Quos ergo per humilitatē ad primū cælū filiꝰ uocat: hos in sc̄'o per cha-

Psal.18. ritatē spūs aggregat: ad tertiū per cōtemplationē p̄r exal-

Psal.32. tat. Primo humiliant in ueritate: & dicūt: In ueritate tua humiliasti me. Secūdo cōgaudēt ueritati: & psallunt: Ecce

1.Cori.13. quàm bonū & quàm iocūdū habitare fratres in unum. De

Ysa.24. charitate q̄ppe scriptū est: Cōgaudet aūt ueritati. Tertio ad arcana ueritatis rapiunt, & aiunt: Secretū meum mihi, secretū meū mihi. Sed qd ego miser supflua magis loquacitate quàm spūs uiuacitate duos cælos supiores percurro: q̄ manibꝰ pedibusq; repēs adhuc sub inferiore laboro?

Psal.46. Ad qd̄ tamen iam ipso iuuante quo & uocante mihi scalā erexi. Illic siqdē interest quo ostēdat mihi salutare dei. Iam

Ioā.14. dñm desup inmixū suspicio: iam ad uocē ueritatis exulto.

Ioā.14. Vocauit me, & ego rñdi illi: Operi manuū tuarum porri-

Ioā.21. ges dexterā. Tu quidem dñe gressus meos dinumeras: sed ego lentus ascēsor, fessus uiator, diuertícula q̄ro. Væ mihi si tenebræ me comprehendāt: aut si mea fuga fiat in hyeme uel in sabbato: dū nūc ad lucē cū tp̄s acceptabile & dies salutis sunt, proficisci dissimulo. Quid moror? Ora pro me fi-

Psal.35. li, frater, socie, & particeps profectus mei si quis est in dño. Ora oīpotētē quatenꝰ sic pigrū roboret pedē, ut tamē nō

Ibidem. ueniat mihi pes supbiæ. Etsi em̄ pes piger ut ad ueritatis gradū ascendat idoneus non est: tolerabilior tamē est isto qui in ea stare non pōt: ut habes ibi: Expulsi sunt, nec potuerunt stare. Et hoc quidē de supbis. Sed qd de illorū capite? Quid de illo qui dicit rex sup oēs filios superbiæ? Et

Iob 8. ipse, inquit, in ueritate nō stetit. Et alibi: Videbā sathanam

Luc.10. cadētē de cælo. Quare hoc, nisi ppter supbiā? Væ mihi, si

Psal.137. & me uiderit q̄ alta á lōge cognoscit, supbientē: & illam in

Psal.81. me terribilē intonet uocē: Tu quidē filius excelsi eras: sed sicut hō morieris: & sicut unus de principibꝰ cades. Quis

Gen.32. nō ab huiꝰ tonitrui uoce formidet? O quàm salubrius ad tactū angeli neruus femoris Iacob emarcuit: quàm angeli superbientis intumuit, cuanuit, ruit. Vtinam & meum neruum angelus tangat ut marcescat: si fortè ex hac infirmitate incipiam proficere: qui ex mea firmitate nō possum nisi deficere. Lego profecto: Quod infirmum est dei, fortius est 1.Cori.1.
hominibꝰ. Sic quoq; apls de suo neruo cōquestus quē angelus non dñi, sed sathanæ colaphizabat, rñsum audiuit: Sufficit tibi gra mea: nam uirtus in infirmitate perficitur. 2.Cor.12.
Quæ uirtus? Ipse apls respōdeat: Libēter gloriabor in in- Ibidem.
firmitatibꝰ meis: ut inhabitet in me uirtꝰ Xp̄i. Sed nondū forsitan intelligis de qua specialiter dixerit: quia Xp̄s oēs uirtutes habuit. Sed cū oēs habuerit: præ oībus tñ unā. i. humilitatē nobis in se cōmēdauit, cū ait: Discite à me quia Matt.11.
mitis sum, & humilis corde. Libenter igitur & ego dñe Iesu gloriabor si potero, in mea infirmitate, in mei nerui contractione: ut tua uirtus. i. humilitas perficiatur in me. Nā sufficit mihi gratia tua: cū defecerit uirtus mea. Pedē profectò gratiæ fortiter figens: & meū qui infirmus est, leniter trahēs: securꝰ ascendā per scalā humilitatis, donec ueritati adhærens, ad latitudinē transeā charitatis. Tunc psallā cū gratiarū actione, & dicam: statuisti in loco spatioso pedes Psal.30.
meos. Sic arcta uia cautius incedit strictim: sic ardua scala tutius pedetētim ascenditur: sic miro modo licet pigrius, ad ueritatē tñ firmiꝰ claudicādo ascenditur. Sed heu mihi Psal.119.
quia incolatꝰ meus, plōgatus est. Quis dabit mihi pēnas Psal.54.
sicut columbæ: quibꝰ celeriùs uolē ad ueritatem, ut iam requiescam in charitate? Quæ q̄n desunt, deduc me dñe in Psal.85.
uia tua, & ingrediar in ueritate tua, & ueritas liberabit me. Ioā.8.
Væ mihi q̄ de illa descēdi. Nisi enim prius leuiter inaniter descēdissem: in ascēdēdo tādiu tam grauiter non laborassem. Sed qd dico descēdi? Nā fortasse rectius cecidi dixerim: nisi qa fortè sicut nemo repēte fit summus, sed gradatim quisq; ascēdit: sic nemo repēte fit pessimus, sed paulatim descendit. Alioquin quomodo stabit illud, Impiꝰ cun Iob.15.
ctis diebꝰ uitæ suæ supbit? Deniq; sunt uiæ quæ uident hominibꝰ bonæ: & tñ ad malū deducūt. Est ergo uia descēsionis, sicut & ascensionis. Et uia est ad bonū: & uia est ad malum. Caue malam, elige bonā. Si per te nō potes, ora cum
propheta, & dic: Viā iniquitatis amoue à me. Quomodo? Psal.118.
Et de lege tua miserere mei: illa scilicet lege quam dedisti delinquētibꝰ in uia, id est derelinquētibꝰ ueritatē. De qbꝰ
unus ego sum, qui uerè à ueritate cecidi. Sed nūquid qui Psal.40.
cadit, nō adiiciet ut resurgat? ¶Propter hoc uiā ueritatis Psal.118.
elegi, qua ascendā humiliatus, unde superbiēdo descendi. Ascendā inquā, & psallā. Bonū mihi dñe q̄ humiliasti me: Ibidem.
bonum mihi lex oris tui super milia auri & argenti. Duas tibi uias uidetur Dauid proposuisse, sed unā noueris esse, ipsam tñ à se diuersam, & diuersis noibus appellatam, aut iniquitatis, ppter descendentes, aut ueritatis propter ascēdentes: quia & idem gradus sunt ascendētiū in solium, & descendentiū: & cadē uia accedentiū ad ciuitatem, & recedentiū: & unū ostiū est ingredientiū domū, & egredientiū.
Per unam deniq; scalam ascendentes angeli & descenden- Gen.28.
tes, Iacob apparuerunt. Quorsum spectant hæc? Vt uidelicet si ad ueritatem redire cupis, non necesse sit uiam quærere nouā quā non nosti: sed notam qua descēdisti: quatenus reciprocis gressibꝰ tua ipse uestigia sequēs, per eosdē gradus humiliatus ascēdas, per quos superbiendo descenderas: ita ut qui duodecimus supbiæ fuit descēdēti, primꝰ humilitatis sit ascēdēti: undecimus inueniat secūdus: decimus, tertius: nonus, quartus: octauus, quintus: septimus, sextus: sextus, septimus: quintus, octauus: quartus, nonꝰ: tertius, decimus: secundus, undecimꝰ: primꝰ, duodecimꝰ. Quibus superbiæ gradibus in te inuētis, imo recognitis, iam nō laboras in quærendo uiam humilitatis.

¶P*rimus superbiæ gradus curiositas.*

PRimus itaq; supbiæ gradus est curiositas. Hāc autē talibꝰ indicijs deprehendes. Si uideris monachū de quo prius bene cōfidebas, ubicunq; stat, ambulat, sedet, oculis incipientem uagari, caput erectū, aures portare suspēsas, è motibus exterioris

talem iustus deus iustissime, in te retorqueat pœnam, qui nec ualet nec debet pati suã impune bonitatem offendi: sic utiq; temperans in uindicta sententiã, ut si uelis resipiscere:
Eſa.66. non neget ueniã, sm tamen duritiam tuam & cor impœnitens, non possis uelle: & ideo nec pœna carere.

Sed iam audi calumniam. Cælum (inquit) mihi sedes est: terra autẽ scabellũ pedũ meorũ. Non dixit oriens, aut occidens, aut una aliqua cæli plaga: sed totum cælũ mihi sedes est. Non potes ergo in parte sedere cæli, cũ ille totum elegerit sibi. In terra nõ potes, quia scabellũ pedum eius est. Terra etenim locus solidus est, ubi sedet ecclesia, fundata supra firmam petram. Quid facies? E cælo pulsus, in terra remanere non potes. Elige ergo tibi in aere locum nõ ad sedendũ, sed ad uolandum: ut qui tentasti concutere statum æternitatis,
Eſa.66. pœnam sentias propriæ fluctuationis. Te ergo fluctuante inter cælum & terram, sedet dñs super solium excelsum & eleuatũ: & plena est ois terra maiestate eius: ut nusquã nisi in aere inuenias locum.

Seraphim nanq; alijs quidem alis suæ cõtemplatiõis de throno ad scabellũ, de scabello ad thronum uolantia, alijs caput domini pedesq; uelantia, ad hoc ibi posita puto, ut sicut homini peccanti, paradisi per cherubim prohibetur ingressus: ita & per seraphim tuæ curiositati modus imponatur: quatenꝰ nec cæli iam magis impudenter quàm prudenter arcana rimeris: nec ecclesiæ mysteria cognoscas in terris, sed solis contentus sis cordibus superborũ, qui nec in terra dignã tur esse sicut cæteri hoim, nec sicut angeli uolant ad cælũ. Licet uerò & caput in cælo, & pedes in terra à te abscondantur: quiddã tñ tibi mediũ uidendũ ad inuidendũ dñ taxat permittitur, dum suspẽsus in aere descẽdẽtes quidẽ per te & ascendẽtes angelos intueris: sed quid uel audiant in cælis, uel nuncient terris, penitus nescis.

Lucifer qui mane oriebaris, imo non iam lucifer sed noctifer, aut etiã mortifer, rectus cursus tuus erat ab oriente ad meridiẽ, & tu præpostero ordine tendis ad aquilionem? Quãto magis ad alta festinas, tanto celerius ad occasum declinas. Velim tamẽ curiosius ò curiose intentionem tuæ curiositatis in-
Iſa.14. quirere. Ponã, inquis, sedẽ meã ad aqlonẽ. Nec aquilonẽ hunc corporalẽ, nec sedẽ hanc (cum sis spiritus) intelligo materialẽ. Puto autẽ per aqlonẽ, reprobandos hoies fuisse designatos: per sedem, potestatem in illos. Quos utiq; in præscietia dei, quãto ei uicinior, tãto cæteris perspicatior præuidẽs, nullo quidem sapietiæ radio coruscantes, nullo spũs amore feruẽtes, uelut uacuũ repereris locũ, affectasti super illos dominiũ, quos quadã tuæ astutiæ claritate perfunderes, tuæ malitiæ æstibus inflãmares: ut quomodo altissimus sua sapientia ac bonitate omnib9 filijs obediẽtiæ præerat: ita & tu super oẽs filios superbiæ rex constitut9, tua eos astuta malitia ac malitiosa astutia regeres, per qd altissimo similis esses. Sed miror cum in præscietia dei tuũ præuideris principatum, cur non in eadem præuidisti & præcipitium: Nam si præuidisti, quæ insania fuit ut cũ tanta miseria cuperes principari, ut malles misere ꝑesse quàm feliciter subesse: An non expediebat partícipem esse plagarum illarũ luminosarũ, quàm principem tenebrarũ harum: Sed credibilius est ꝙ nõ præuidisti, aut propter illã
Pſal.9. causam quã super9 dixi, qa dei bonitatẽ attendens, dixisti in corde tuo, nõ requret, ꝓpter quod ô impie deũ irritasti: aut quia uiso principatu, statim in oculo superbiæ trabes excreuit, qua interposita casum uidere nõ potuisti.

Gen.37. Sic Ioseph, cum præuidisset exaltationẽ suã, non tamẽ præsciuit sui uenditionẽ, quãuis propior esset uẽditio quàm exaltatio. Non ꝙ tantũ patriarchã in superbiã crediderim incidisse: sed ut eius exemplo pateat qd hi qui futura præuident per spíritum ꝓphætiæ: etsi nõ oia, nõ ideo tamen putãdi sunt nulla præuidisse. Q. si quis cõtendat in eo ꝙ somnia sua adhuc adolescẽtulus narrabat, quorũ tũc mysterium ignorabat, uanitatem posse notari: ego tamẽ mysterio magis siue simplicitati pueri deputãdum arbitror, quàm uanitati. Quæ tamẽ si qua fuit, per ea quæ passus legitur, potuit expiari. Nõnullis em̃ aliqua aliqñ de se per reuelationem iucunda mõstrant, quæ etsi humanus animus absq; ulla uanitate scire nõ potest, nõ minus ideo euenit qd mõstratũ est: sic tñ ut illa uanitas impunita nõ sit, qua de magnitudine reuelationis aut promissionis in se uel leuiter exultauit. Sicut em̃ medicus nõ solũ unguẽto, sed igne utitur & ferro, quo omne quod in uulnere sanãdo superfluũ excreuerit, secet & urat, ne sanitatẽ quæ ex ungẽto procedit impediat: sic medicus aiarum de9 hmõi aiæ ꝓcurat tentationes, immittit tribulationes: gb9 afflicta & humiliata, gaudiũ uertat in luctum, reuelationẽ putet illusionẽ. Vnde fit ut & uanitate careat: & ueritas reuelationis nõ pereat. Sic Pauli ex- 2.Cor.12.
tollentia per stimulos carnis reprimit, & ipse reuelationibus crebris attollit. Sic Zachariæ infidelitas, linguæ obli- Lucæ.1.
gatione multat: & angeli ueritas suo in tpe manifestanda nõ mutat. Sic per gloriã & ignobilitatẽ sancti ꝓficiũt, dum inter singularia dona quæ recipiũt, cõi hoim uanitate pulsari se sentiunt: ut dum per gratiã supra se aliquid cernũt, nõ obliuiscãtur quod sunt. Sed quid de reuelationib9 ad curiositatẽ? De quib9 ut hæc per excessum intermiscerem, inde occasio sumpta est, cũ ostendere uellẽ reprobũ angelum ante casum suũ sic poti9 se præuidere illã quã post accepit in reprobos hoies dñationem, ut tñ suã non præsciret dãnationẽ. De quo etiã nonnullis quæstiũculis motis magis quàm solutis, totius disputatiũculæ hæc summa sit, ꝙ per curiositatẽ à ueritate ceciderit, qa prius spectauit curiose, qd affectauit illicite, sperauit ꝓsumptuose. Iure igit̃ in gradib9 supbiæ primũ curiositas uẽdicat sibi, quæ etiã inuẽta est initiũ esse ois pẽti. Sed nisi hæc citius cohibeat, in leuitatẽ animi, quæ secũdus gradus est, cito delabit̃.

¶ *Secundus gradus Leuitas animi.*

Monachus enim qui sui negligẽs, alios curiose circũspicit, dum quosdam suspicit superiores, quosdam despicit inferiores: & in alijs quidem uidet quod inuidet, in alijs quod irridet: inde fit ut ꝓ mobilitate oculorum leuigatus animus, nulla utiq; sui cura aggrauatus: modo per superbiam ad alta se erigat, modo per inuidiã in ima demergat. Nunc per inuidiã nequiter tabescit: nunc per excellentiam puerilíter hilarescit. In altero nequã, in altero uanus, in utroq; superb9 existit: qa & ꝙ superari se dolet, & quod superare se gaudet, amor ꝓpriæ excellentiæ facit. Has autẽ animi uicissitudines nunc pauca & mordacia, nũc multa & inania, nunc risu, nũc luctu plena, semper uerò irrationabilia indicant uerba. Cõpara si uis duos primos superbiæ gradus, supremis duobus humilitatis: & uide si non in ultimo curiositas: in penultimo leuitas cohibetur. Ipsum in cæteris reperies, si alterutrum comparentur. Sed iam ad tertium docendo, non descendendo ueniamus.

¶ *Tertius gradus Inepta Letitia.*

Proprijũ est superborũ, læta semper appetere: & tristia deuitare, iuxta illud: Cor stultorum ubi Eccle.7.
lætitia. Vnde & monachus qui duos iam superbiæ gradus descendit: dum per curiositatem ad animi leuitatem deuenit: cũ gaudiũ quod semper appetit, frequẽti uidet interpolari tristitia quã de bonis alteri9 cõtrahit: impatiens suæ humiliationis, fugit ad consiliũ falsæ cõsolatiõis. Ex illa deniq; parte qua sibi sua uilitas, & aliena excellentia monstrat, restringit curiositatẽ: ut totum se transferat in contrariam partem: quatenus in quo ipse uidet̃ præcellere, curiosius notet: in quo alter præcellit, semper dissimulet: ut dum deuitat quod triste putatur, lætitia continuetur. Sicq; fit ut quem sibi uicissim uendicabant gaudium & tristitia: sola possidere incipiat inepta lætitia. In hac autẽ tertiũ tibi gradũ constituo. Accipe quibus eã signis uel in te deprehẽdas uel in altero. Illũ qui eiusmodi est, aut nunquam aut raro gementem audies, aut lachrymantem uidebis. Putes si attendas: aut sui oblitum, aut

Universidad de Deusto
Biblioteca

ablutū à culpis. In signis scurrilitas, in fronte hilaritas: uanitas apparet in incessu. Pronus ad iocum, facilis ac promptus in risu. Cunctis quippe quæ in se contemptibilia, & ideo tristia nouerat, à memoria rasis, boniscꝫ si qua sentit in se, adunatis uel simulatis ante oculos mentis: dum nil cogitat nisi quod libet: nec attendit si licet: iam risum tenere, iam ineptam lætitiam dissimulare non ualet. Vt enim uesica collecto turgida uento, punctoꝫ perforata exiguo, si stringit crepitat dum detumescit: ac uētus egredies non passim effusus, sed strictim emissus crebros quosdam sonitus reddit: sic monachus ubi uanis scurrilibusꝫ cor suum cogitationibus impleuerit: ppter disciplinā silētij nō inueniens uētus uanitatis qua plenius egrediatur: inter angustias fauciū per cachinnos excutitur. Sæpe uultū pudibūdus abscondit, claudit labia, dentes stringit, ridet non uolens, cachinnat inuitus. Cūꝫ os pugnis obstruxerit suis, per nares adhuc sternutare auditur.

¶ *Quartus gradus Lætantis.*

AT postquā uanitas crescere, & uesica grossescere cœperit: necesse est ut ampliori foramine laxato sinu uentositas eructuetur, alioqn rumpet. Sic monachus inepta redundāte lætitia dū risu uel signis eā aperire nō sufficit: in Heliu uerba prorumpit:

Iob.32. En uenter meꝰ quasi mustū absꝫ spiraculo: qđ nouas lan-
Ibidem, guinculas dirumpit. Aut loquet ergo: aut rumpet. Plenus est enī sermonibꝰ: & coarctat eū spūs uteri sui. Esurit & sitit auditores quibus suas iactitet uanitates: qbus oīne quod sentit effundat: quibus qualis & quantus sit, innotescat. Inuēta aūt occasione loquēdi si de literis sermo exoritur, uetera pferuntur & noua: uolant sentētiæ: uerba resonant ampulosa. Præuenit interrogātē: nō quærenti respondet. Ipse q̄rit, ipse soluit, & uerba collocutoris imperfecta præscindit. Cum aūt pulsato signo necesse est interrūpi colloquiū, horā longā, breue quærit interuallū, quærit licētiā ut ad fabulas reuertat post horā, nō ut quempiā ædificet, sed ut sciētiā iactet. Ædificare potest: sed nō ædificare intēdit. Non curat te docere, uel à te doceri ipse qđ nescit: sed ut scire sciatur quod scit. Q; si de religione agitur: statim uisiones & somnia proferunt. Deinde laudat ieiunia: cōmendat uigilias: super omnia orationes exaltat: de patientia, de humilitate, & de singulis uirtutibus plenissime sed uanissime disputat: ut tu scilicet si audieris, dicas q̄ ex abū-
Luc.6. dantia cordis os loqtur: & quia bonꝰ homo de bono the-
Matt.12. sauro suo profert bona. Si ad ludicra sermo conuertit: in his quanto assuetior, tanto loquacior inuenitur. Dicas si audias, riuū uanitatis, fluuiū esse scurrilitatis os eius: ita ut seueros quoqꝫ & graues animos in leuitatē concitet risus. Et ut totū in breui colligā: in multiloquio nota iactātiam. In hoc habes quartū gradū & descriptū & nomīnatum. Fuge rem, & tene nomen. Hac cadē cautela iam accede ad quintum, quem nomino singularitatem.

Mota.

¶ *Quintus gradus Singularitas*

VRpe est ei qui se supra cæteros iactat, si nō plꝰ cæteris aliqd agat per quod ultra cæteros appareat. Proinde nō sufficit ei quod cōis monasterij regula uel maiorū cohortantur exempla. Nec tamen melior esse studet: sed uideri. Non melius uiuere, sed uideri uinere gestit: quatenꝰ dicere possit: Nō sum
Luc.18. sicut cæteri hominum. Plus sibi blanditur de uno ieiunio quod cæteris prandētibus facit: quàm si cū cæteris septē dies ieiunauerit. Commodior sibi uidetur una orationcula peculiaris: quàm tota psalmodia uniꝰ noctis. Inter prādendum crebro solet oculos iactare per mēsas, ut si quem minus comedere uiderit, uictum se doleat: & incipiat id ipsum sibi crudeliter subtrahere, quod necessarium uictui indulgendū præuiderat: plus gloriæ metuens detrimētū quàm famis cruciatū. Si quem macriorē, si quē pallidiorē pspexerit, uilē se æstimat, nūquā requiescit. Et q̄n̄ ultū ipse suū uidere nō potest: qualē scilicet se intuētibꝰ offert: manus quas potest & brachia spectans, palpat costas, humeros attrectat & lumbos, ut fm q̄ corporis sui membra uel minus uel satis exilia probat, pallorem oris ac colorē discernat. Ad oīa deniqꝫ sua strenuꝰ, ad communia piger. Vigilat in lecto: dormit in choro: cunctꝫ alijs psallentibus ad uigilias tota nocte dormitet, post uigilias alijs in claustro quiescentibus solus in oratorio remanet: excreat, & tussit: gemitibus ac suspirijs aures foris sedentiū de angulo implet. Cum autem ex his quæ singulariter sed inaniter agit, apud simpliciores eius opinio excreuerit: qui profecto opera probāt quæ cernūt, sed unde prodeāt nō discernunt: dum miserū beatificant: in errorē inducunt.

Esaiæ 3.

¶ *Sextus gradus Arrogantia.*

CRedit quod audit, laudat quod agit, & quod intendat, nō attēdit. Obliuiscit intētionē, dum amplectit opinionē. Quicꝫ de omni alia re plus sibi credit quàm alijs: de se solo plus, alijs credit quàm sibi: aut non iam uerbotenus aut sola operū ostentatione suam præferat religionē: sed intimo cordis credat affectu oībus se sanctiorē. Et quicquid de se laudatū agnouerit: nō ignorantiæ aut beneuolētiæ laudatoris: sed suis meritis arroganter ascribit. Vnde post singularitatē: sextū sibi gradū iure arrogantia sibi uēdicat. Post hanc præsumptio inuenitur: in qua septimus gradus constituitur.

¶ *Septimus gradus Præsumptio.*

OVi enim alios se præcellere putat: quomodo nō plus de se, quàm de alijs præsumat? Primus in conuentibus residet: in consilijs primus respondet: nō uocatus accedit: nō missus se intromittit: reordinat ordinata: reficit facta. Quicqd ipse non fecerit aut ordinauerit, nec recte factum, nec pulchre existimat ordinatū. Iudicat iudicātes: præiudicat iudicaturis. Si cū tēpus aduenerit: non ꝓmoueat ad prioratū: suū abbatem aut inuidum iudicat aut deceptum Q; si mediocris ei aliqua obedientia iniūcta fuerit, indignat, aspernat, arbitrās se non esse minoribus occupandū, qui se ad maiora sentit idoneum. Sed qui sic promptulus ad oīa se magis temerè quàm libere consueuit ingerere, impossibile est eum aliqū non errare: ad prælatū aūt pertinet errantē arguere. Sed quō culpā suā confitebit, qui nec esse putat, nec putari culpabilis patitur? Propterea cū ei culpa imputatur: crescit nō amputatur. Si ergo cum argutus fuerit, declinare coreius uideris in uerba malitiæ: in octauū gradum qui dicit defensio peccatorū, noueris corruisse.

¶ *Octauus gradus Defensio peccatorum.*

VLtis uero modis fiunt excusationes in peccatis. Aut enim dicit qui se excusat, nō feci: aut feci quidem, sed bene feci: aut si male, nō multum male: aut si multū male, nō mala intentione. Si autem & de illa sicut Adam uel Eua conuincit: aliena suasione excusare se nitit. Sed qui procaciter etiam aperta defendit: quando occultas & malas cogitationes cordi suo aduenientes: humiliter reuelaret abbati?

¶ *Nonus gradus Simulata confessio.*

LIcet uerò genera hæc excusatiōis eatenꝰ mala iudicent, quatenus ore ꝓphetico uerba malitiæ appellent: multo tñ periculosior est fallax ac superba cōfessio, quàm procax & obstinata defensio. Nōnulli enim cū de apertioribꝰ arguunt: sciētes q̄ si se defenderēt, sibi nō crederet: subtilius inueniunt argumentū defensionis: uerba respōdētes dolosæ confessionis. Est quippe (ut scriptū est) qui nequiter humiliat se: & interiora eius plena sunt dolo. Vultus demittitur: prosternitur corpus: aliquas sibi lachrymulas extorquēt, si possint: uocē suspirijs, uerba gemitibus interrumpunt. Nec solum qui eiusmodi est, obiecta non excusat: sed ipse quoqꝫ culpā exaggerat: ut dū impossibile aliquid aut incredibile culpæ suæ, ore ipsius additum audis: etiam illud quod ratum putabas, discredere possis: & ex eo quod falsum esse non dubitas dum confitetur, in dubium ueniat quod quasi certū tenebatur. Dumꝫ affirmāt quod credi nolunt, confitendo culpā defendunt: & aperiēdo tegunt: q̄n̄ & confessio laudabiliter sonat in ore, & adhuc iniquitas occultatur

Psal.140.

Eccle.19.

tis occultat in corde: quatenꝰ magis ex humilitate quàm ex ueritate confiteri putet qui audit: aptans eis illud scri-
Prou.18. ptura: Iustus in principio sermonis accusator est sui. Malunt enim apud homines ueritate periclitari quàm humilitate: cū apud deū periclitentur utrīq;. Aut si adeò culpa manifesta sit, ꝙ nulla penitꝰ uersutia tegi possit: nihilominus tamen uocem non cor pœnitentis assumunt: qua notam, non culpam deleant: dum ignorantiam manifestæ trāsgressiōis, decore recōpēsant publicæ cōfessiōis. ¶ Gloriosa res humilitas: qua ipsa quoq; superbia palliare se appetit ne uilescat. Sed hæc cito tergiuersatio à prælato deprehenditur: si ad hanc superbam humilitatē non leuiter flectitur: quo magis dissimulet culpam, uel differat pœnā:
Eccl.27. Vasa figuli probat fornax: & tribulatio uerè pœnitentes discernit. Qui eīm ueraciter pœnitet, laborem pœnitētiæ nō abhorret: sed quicqd sibi pro culpa quam odit iniungitur: tacita cōscientia patienter amplectit. In ipsa quoq; obedientia duris ac cōtrarijs rebus obortis: quibuslibet irrogatis iniurijs sustinēs non lacessit: ut in quarto gradu se stare indicet humilitatis. Cuius uerò simulata confessio est: una uel leui contumelia: aut exigua pœna interrogatus: iam humilitatem simulare, iam simulationē dissimulare nō potest. Murmurat, frendet, irascitur: nec in quarto stare humilitatis, sed in nonū superbiæ gradum corruisse probat. Qui fm quod descriptus est: recte simulata cōfessio appellari potest. Quanta putas tūc confusio sit in corde superbi: cū fraus decipitur, pax amittitur, laus minuit, nec culpa diluitur? Tandem notatur ab omnibus: iudicatur ab omnibus: eoq; uehementius omnes indignantur, quo falsum conspiciunt quicquid de eo prius opinabantur. Tunc opus est prælato ut eo minus illi parcēdum putet: quo magis omnes offenderet si uni parceret.

¶ *Decimus gradus Rebellio.*

Nisi eum miseratio superna respiciat, ut (qđ ualde difficile talibus est) uniuersorū iudicijs tacitus acquiescat: frōtosus mox & impudens factus, tanto deterius, quāto desperatius in decimum gradum per rebellionē corruit: quicq; prius latenter arrogans fratres contempserat: iam patenter inobediens etiam magistrum contemnit.

Sciendū autē est ꝙ oēs gradus quos in .xij. paritus sum, in tres tantummodo colligi possunt: ut in sex superioribus contēptus fratrū, in quatuor sequētibus contemptus magistri, in duobus qui restāt cōsummet contēptus dei. Notandū quoq; ꝙ hi duo superbiæ gradus ultimi, qui & humilitatis ascēdendo primi inueniunt, sicut extra congregationē ascēdēdi sunt: ita in congregatione descendi non possunt. Qui autē ante ascēdi debeāt: ex hoc apte datur intelligi quod de tertio gradu in regula legitur: Tertius, inquit, gradus est, ut quis pro dei amore omni obedientia se subdat maiori. Si ergo in tertio gradu subiectio collocat: quæ (pculdubio fit qñ nouitius primum cōuentui sociatur: consequēs est ꝙ duo iam anteriores trāscensi intelligantur. Denicq; ubi fratrū cōcordiā, & magistri sententiā monachus spernit: quid ultrà in monasterio nisi scandalum facit?

¶ *Vndecimus gradus Libertas peccandi.*

Prou.14. Post decimū itaq; gradū qui rebellio dictus est, expulsus uel egressus de monasterio statim excipitur ab undecimo. Et tūc ingreditur uias q̄ uidēt hoib⁹ bonæ: quarū finis (nisi fortè deꝰ eas illi sepierit) demerget eum in profundū inferni, id est
Prou.18. in contemptū dei. Impius siquidem cū uenerit in ꝓfundū malorū: cōtēnit. Potest autem undecimus gradus appellari libertas peccandi: per quam monachus cum iam nec magistrum uidet quem timeat: nec fratres quos reuereatur: tanto securius quanto liberius sua desideria implere delectatur: à quibus in monasterio tam pudore quàm timore prohibebatur. Sed etsi iam uel fratres uel abbatem non timet: nondum tamen dei penitus formidine caret. Hāc ratio tenuiter adhuc submurmurās uolūtati propo-
nit: nec sine aliqua dubitatione quæq; primū illicita perficit: sed sicut is qui uadum tentat, pedetentim nō cursim uitiorum gurgitem intrat.

¶ *Duodecimus gradus Consuetudo peccandi.*

Post postquam terribili dei iudicio prima flagitia impunitas sequitur: experta uoluptas libenter repetitur: repetita blanditur. Concupiscentia reuiuiscēte sopitur rō: ligat cōsuetudo. Trahit miser in profundū malorum: trahitur captiuus tyrannidi uitiorū: ut carnaliū ita uoraginе desiderioꝝ absorptus, suæ rationis diuinicq; timoris oblitus, dicat insipiens in corde suo, non est deus. Iam indifferēter libitis pro licitis Psal.13.
utitur: iam ab illicitis cogitādis, patrandis, inuestigādis: animus manus, uel pedes nō prohibentur: sed quicqd in cor, in buccā, ad manū uenerit: machinat, garrit, & opat: maleuolus, uaniloquus, facinorosus. Quēadmodū denicq; ascensis his omnibus gradibus, corde iam alacri & absq; labore pro bona consuetudine iustus currit ad uitam: sic descēsis impiꝰ eisdē ꝑ malo usu nō rōne se gubernās: non timoris freno retētās: intrepidꝰ festinat ad mortē. Medij sunt q fatigātur: angustiantur: qui nunc metu cruciantur gehennæ: nunc priſtina retardati consuetudine, descēdendo uel ascendendo laborant. Supremus tantū & infimus currunt absq; impedimēto, & absq; labore: ad mortē hic, ad uitam ille festinat: alter alacrior, alter procliuior. Illum alacrem charitas: hūc procliuem cupiditas facit. In altero amor: in altero stupor laborem non sentit. In illo denique perfecta charitas: in isto consummata iniqtas foras mittit timorē. Illi ueritas: huic cæcitas dat securitatē. ¶ Pōt ergo duodecimus gradus appellari consuetudo peccandi qua dei metus amittitur, contemptus incurritur.

Pro tali iam (inquit Ioannes apl's) non dico ut 1.Ioan.5.
quis oret. Sed nunquid dicis ô apostole, ut qs desperet? Imo gemat qui illū amat. Non præsumat orare: nec desistat plorare. Quid est qđ dico? An fortè ullū remanet spei refugiū: ubi oro nō inuenit locū? Audi credētē, audi sperantē: nec tñ orantē: Dñe, Ioan.11.
inquit, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Magna aūt fides: qua credidit sua pñtia dñm mortem phibere potuisse si affuisset. Modo autē quid? Absit ut quē credidit uiuum potuisse seruare, mortuū dubitet posse resuscitare. Sed nūc inquit scio qa q̄cūq; poposcēris à deo, dabit tibi deꝰ. Deinde quærēti ubi posuissent eū, rñdet: Veni & uide. Quāobrem? O Martha magna nobis tuæ fidei insignia tribuis. Sed qūo cū tanta fide diffidis? Veni, inqs, & uide. Cur si nō desperas: nō sequeris, & dicis: & resuscitas? Si aūt despas, cur magīm sine causa fatigas? An fortè fides aliqñ recipit, qđ oro nō præsumit? Denicq; appro Ibidem.
pinquantē cadauerī, phibes, & dicis: Dñe iā fœtet: quatrī duanus enim est. Desperando dicis hoc: an dissimulādo? Luc.24.
Sic quippe ipse dñs post resurrectionē finxit se lōgius ire: cū mallet cū discipulis remanere. O sancte mulieres, Xpi familiares: si fratrē uestrū amatis, cur eius mīam nō flagitatis, de cuius potentia dubitare, pietate diffidere non potestis? Rñdent: Sic melius tanquā non orātes oramus: sic efficaciꝰ tāquā diffidētes cōfidimꝰ. Exhibemꝰ, fidē: phibemus affectum: scit ipse cui non est opus ut aliqd dicatur, quid desideremus. Scimus quidē ꝙ omnia pōt: sed hoc tā grande miraculū, tam nouū, tā inauditū, etsi eius subest potētiæ: multū tñ excedit uniuersa merita humilitatis nostræ. Sufficit nobis potentiæ locū, pietati dedisse occasionē: mallētes patiēter expectare qd uelit, quàm impudēter quærere qđ forsitā nolit. Denicq; quod nr̄is meritis deest: uerecūdia fortasse supplebit. Petri quoq; post grauem lapsum lachrymam quidem uideo: sed precem non audio: nec tñ de indulgētia dubito. Disce & in matre domini magnā in mirabilibꝰ fidē habere: in magna fide uerecūdiam retinere. Disce uerecundia decorare fidē, reprimere præsumptionē. Vinū inqt nō habent. Quàm breuiter, quàm Ioan.2.
reuerenter suggessit, unde pie fuit solicita. Et ut discas in hmōi magis pie gemere, quàm petere præsumptuose: pie-

tatis æstum pudoris tẽperans umbra cõceptam precis fiducia uerecũde suppressit. Non frontose accessit, non palam locuta est: ut audacter corã oĩb⁹ diceret: Obsecro fili, deficit uinũ, cõtristant cõuiuæ, confundit spõsus, ostende qd possis. Sed licet hæc aut multo plura pect⁹ æstuãs, feruens loqueretur affectus: priuatim tñ potentem pia filium mater adijt: non potentiam tentans, sed uolũtatem explorans. Vinũ, inquit, non habent. Quid modestius? Quid fidelius? Nõ defuit pietati fides: uoci grauitas: efficacia uoto. Si ergo illa cum mater sit: se matrem oblita, non audet petere miraculũ uini: ego uile mãcipiũ cui permagnũ est filij simul ac matris esse uernaculum, qua fronte præsumo
Lucæ. 18. pro uita petere quatriduanie? Duo etiã in euangelio cæci uisum, alter accepisse, alter recepisse leguntur: alter quem amiserat, alter quem nunquam habuerat: unus scilicet ex-
Ioan. 9. cæcatus, alter cæcus natus. Sed qui excæcatus, miserabilibus mirisq; clamoribus mirã misericordiam meruit: qui uerò cæcus natus, tanto misericordius quãto mirabilius nullis suis precibus præuentum sui illuminatoris beneficium nihilominus sensit. Illi denicq; dictum est, fides tua te
Lucæ. 18. saluum fecit: huic aũt non. Duos quoq; recẽter mortuos, tertiũ iam quatriduanum, lego resuscitatos: solã tñ archisynagógi filiam in domo adhuc positam precibus patris: duos autẽ ex insperata magnitudine pietatis. Simili etiã forma si contigerit (quod deus auertat), aliquem de fratribus nostris nõ in corpore, sed in anima mori: quãdiu adhuc inter nos erit, pulsabo & ego meis qualiscũq; pct̃or: pulsabo & fratrũ precibus saluatorẽ. Si reuixerit: lucrati erimus fratrẽ. Sin uerò nõ mereamur exaudiri: ubi iã uel tolerare uiuos, uel tolerari à uiuis nõ poterit, sed incipiet efferri: semper quidẽ fideliter gemo: sed iam non ita fiducialiter oro. Nõ apte audeo dicere: Veni dñe suscita mortuũ nostrũ: corde tñ suspenso tremulus intus clamare nõ cesso: Si forte, si forte, si forte desideriũ pauperũ exaudiet
Psal. 9. dominus, præparationẽ cordis eorum audiet auris eius
Psal. 87. Et illud: Numquid mortuis facies mirabilia: aut medici
Ibidem. suscitabunt, & confitebunt tibi? Et de quatriduano: Nũquid narrabit aliqs in sepulchro misericordiã tuã: & ueritatẽ tuam in perditione? ¶Potest interim saluator si uult insperate & improuise occurrere nobis, lachrymisq; portantiũ motus, nõ precib⁹, mortuo uitã reddere: aut certè iam sepultũ reuocare à mortuis. Mortuũ autẽ dixerim illum, q sua pct̃ã defendens, in octauũ iam corruit gradũ. A
Eccli. 17. mortuo enĩ tanquam q nõ est, perit cõfessio. Post decimũ uerò, qui tertio est ab octauo: iam efferẽ in libertatẽ peccã di: qñ expellitur à consortio monasterij. At postquã quartũ transierit: iam recte quatriduanus dicit, dum in quintũ decidẽs per cõsuetudinẽ sepelit. Absit aũt à nobis ut etiã pro talib⁹ etsi palã nõ præsumimus, uel in cordib⁹ nostris orare cessem⁹: cũ Paul⁹ eos quoq; lugeret quos sine pnĩa
2. Cor. 13. mortuos sciret. Etsi enĩ à cõib⁹ oratiõib⁹ ipsi se excludũt: sed ab effectib⁹ oĩno nõ pñt. Viderint tñ in quãto periculo sint, pro qbus ecclesia palã orare nõ audeat: quæ fidenter etiã pro Iudæis, p hæreticis, pro gentilib⁹ orat. Cum enĩ in parasceue noiatim oret pro qbuslibet malis: nulla tñ mẽtio fit de excõicatis. ¶Dicis fortè frater Godefrede me aliud quàm tu quæsisti, quàm ipe, pmisi, tãdẽ exhibuisse: cũ p gradib⁹ humilitatis, superbiæ grad⁹ uidear descripsisse. Ad qd ego: Non potui docere nisi qd didici: nõ putaui cõgruũ me describere ascẽsiones: qui plus descẽdere quàm ascẽdere noui. Proponat tibi beat⁹ Bñdict⁹ grad⁹ humilitatis, quos ipse pri⁹ in corde suo disposuit: ego qd proponã nõ habeo: nisi ordinẽ meæ descensionis. In quo tñ si diligẽter inspicit, uia forsitã ascẽsiõis reperit. Si enĩ tibi Romã tendẽti hõ inde uenies obuiaret: q̃st⁹ uiã, quid meli⁹ quàm illã qua uenit ostẽderet? Dum castella, uillas, urbes, fluuios, ac mõtes p quos transierit noiat: suum denunciãs iter, tuũ tibi prænũciat: ita ut eadẽ loca recognoscas eũdo, q̃ ille ptrãsijt uenẽdo. In hac similiter nra descẽsione grad⁹ ascẽsorios fortasse repies: quos ascẽdẽdo melius tu in tuo corde quàm in nostro codice leges. Amen.

¶Diui Bernardi abbatis epistola ad Vuillermum abbatem sancti Theodorici.

QVòd me huiusmodi operi operam dare iubes per quod tollendum sit scãdalum de regno dei libenter accipio: sed quomodo id uelis fieri, necdum satis elucet mihi. Nam illam tuam dulcissimam epistolam legens ac relegens (sæpius reperita placebat) intellexi quidem te uelle ut illis qui de nobis tanquam detractoribus Cluniacensis ordinis cõquerũtur, satisfaciam: quatenus sciatur nõ esse uerum quod male hucusq; de nobis putarunt, uel putari uoluerunt. At si post hanc satisfactionem rursus uictus eorum ac uestitus superfluitatem, & cætera quæ inungis, & quemadmodũ inungis carpere uoluero: & mihi uidebor contrarius, & quomodo sine scandalo facere queam, non uideo: nisi fortè & ordinem quidem laudabilem: & ordinis reprehensores reprehensibiles doceam, & nihilominus tamen ipsius superflua reprehendam. Si hoc modo uis, aut fortè aliter magis expedire uides, mãda apertius: & ut ualeam quod uis, eo modo quo uis, ora instantius. Scito tamen nõ modico me huiusmodi scriptitationibus feriri detrimento: quia multum hinc deuotionis subtrahitur, dum studium oratiõis intermittitur: præsertim cum nec usus supperat dictandi, nec ocium.

¶DIVI BERNARDI ABBAtis ad Vuillermum abbatem Apologia.

VENERABILI PATRI Vuillermo frater Bernardus fratrum qui in Claraualle sunt inutilis seruus: salutẽ in domino. ¶Vsq; modo si quando me scriptitare fuisti, aut inuitus, aut nullatenus acquieui, non quia negligerem quod iubebar: sed ne præsumerem quod nesciebam. Nunc uerò noua urgente causa, pristina fugatur uerecundia, & uel peritè uel imperitè dolori meo satisfacere cogor, fiduciam dante ipsa necessitate. ¶Quomodo nanq; silenter audire possum uestram huiuscemodi de nobis querimoniã, qua scilicet miserrimi hominum, in pannis & semicinctis, de cauernis (ut ait ille) dicimur iudicare mundum: quodq; inter cætera intolerabilius est, etiam gloriosissimo ordini uestro derogare, sanctis qui in eo laudabiliter uiuunt, impudẽter detrahere, & de umbra nostræ ignobilitatis, mũdi luminaribus insultare? Itáne sub uestimentis ouiũ non quidem lupi rapaces, sed pulices mordaces: imo tineæ demolientes bonorum uitam: quia palam non audemus, in occulto corrodimus, nec saltem clamorem inuectionis, sed susurrium detractionis emittimus? Si hoc ita est, ut Psal. 43.
quid sine causa mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis? Si ita inquam pharisaica iactantia cæteros homines, & (quod superbius est) nobis meliores despicimus, quid nobis prodest tanta in nostro uictu parcitas & asperitas, in uestitu notabilis illa uilitas ac diuersitas, in opere manuum quotidiana desudatio, in ieiunijs & uigilijs iugis exercitatio: totius denicq; uitæ nostræ singularis quædam atque austerior conuersatio nisi fortè omnia opera nostra facimus ut uideamur ab hominibus? Sed dicit Christus: Amẽ dico uobis: receperũt mercedẽ Matt. 6.
suam. Nónne si in hac uita tantum in Christo sperantes 1. Cor. 15.
sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus? An uerò num in hac uita tantum in Christo speramus, si de Christi seruitio temporalem tantum gloriam quærimus? Miser ego homuncio, qui tãto labore & industria studeo non esse, uel potius non uideri sicut cæteri hominum, minus tamen accepturus, imo grauius cruciandus quàm quilibet hominũ. Siccine ergo non inueniebatur nobis uia (ut ita dicam) utcunq; tolerabilior ad infernum? Si ita necesse erat ut illò descẽderemus, cur saltem illam qua multi incedunt, uiam scilicet latã, quæ ducit ad mortem,

non

non elegimus, quatenus uel de gaudio & non de luctu ad luctum transiremus? O quàm felicius est illis quorum nō
Psal.72. est respectus morti eorū, & firmamentū in plaga eorū, qui in labore hominū nō sunt, & cū hoīibus nō flagellant: quí
Idem. etiā peccatores ac pro gaudijs temporalib⁹ perpetuis cru
Matt.27. ciatibus addicti: saltem abūdantes in seculo obtinuerunt
Apoc.14. diuitias. ¶ Væ portantibus crucem nō sicut saluator suā, sed sicut ille Cyrenæus alienā. Væ citharœdis citharizan
tibus non ut illi de apocalypsi, in citharis suis: sed uerè ut hypocritæ in alienis. Væ semel, & uæ iterum pauperibus superbis. Væ inquā semel & uæ iterum portantibus crucem Christi, & non sequētibus Christū, quí nimirū cuius passionibus participantur, humilitatē sectari negligunt. Duplici quippe contritione cōteruntur quí hmōi sunt: qñ & hic pro tpali gloria tēporaliter se affligunt: & in futuro pro interna supbia ad æterna supplicia pertrahunt. Laborāt cū Xpō: sed cū Christo nō regnant. Sequuntur Xpm in pauptate sua: sed in gloria nō sequūtur. De torrēte in uia bibunt: sed non exaltabūt caput in patria. Lugent nūc: sed tunc nō consolabuntur. Et meritò. Quid eīm facit supbia sub pannis humilitatis Iesu? Numquid non habet quo se palliet humana malitia, nisi unde inuoluta est infantia saluatoris? Et quomodo intra præsepium domini simulatrix arrogantia se coarctat, ac pro uagitibus
Psal.27. innocentiæ, malum inibi detractionis immurmurat? An non illi superbissimi de psalmo, quorum prodijt ex adipe iniquitas eorum: multo tutius operti sunt iniqtate & impietate sua: quàm nos latemus sub sanctitate aliena? Quis enim magis impius, an profitens impietatem, an mētiens sanctitatem? Nonne is qui etiam mendacijū addens, gemi
nat impietatem? Et quid dicam? Vereor ne fortè & ego suspectus habear, nō quidem uobis pater, non uobis, cui utiq; notum me noui: quantum in hac caligine homo homini imotescere potest: & specialiter de hac re scio uos non ignorare quid sentiam: sed propter illos qui me nec ita ut uos cognouerunt, nec sicut uobis hinc loqui soleo, loquentem audierunt. Scribo uobis (quod & frequenter audistis) ut quoniam ego per singulos ire', & singulis satisfacere non queo, ex me habeatis unde quod de me certissime scitis, eis pro me uerissime persuadeatis. Neq; eīm timeo omnium oculis scribere quicquid de hac re uobis in aure locutus sum. Quis unquam me aduersus ordinem illum uel coràm audiuit disputantem, uel clàm susurrantem? Quem unquā de ordine illo nisi cū gaudio uidi, nisi cū honore suscepi, nisi cū reuerētia allocut⁹, nisi cū humilitate adhortatus sum? Dixi: & dico: Modus quidē uitæ est sanctus, honestus, castitate decorus, discretione præcipuus, à patribus institutus, à spiritu sancto præordinat⁹, animabus saluandis nō mediocriter idoneus. Egóne uel damno uel despicio quē sic prædico? Memini me aliquando in aliquibus eiusdem ordinis monasterijs hospitio susceptum fuisse. Reddat dominus seruis suis humanitatem quā infirmāti mihi ultra etiam quàm necesse fuit exhibuerūt, & honorē quo me plus quoq; quàm dign⁹ fui, dignati sunt. Ipsorum me cōmēdaui orationibus, interfui collationibus: sæpe & de scripturis & salute animarum habui sermonem cum multis, & publicum in capitulis, & priuatum in cameris. Quem unquam uel clàm uel palàm aut ab illo ordine dissuadere, aut ad nostrū ut ueniret psuadere tentaui? An non potius multos cupientes uenire repressi, uenientes & pulsantes repuli? An non fratrem Nicolaum, ad sanctum Nicolaum, & uobis duos de uestris uobis teste remisi? Sed & duob⁹ quibusdam eiusdem ordinis abbatibus, quorum ne nomina prodam, ipse eos optimè nostis, & nihilominus quàm amica mihi familiaritate iūgantur scitis: nunquid non tamen ad alīū ordinem (quod & uos non latuit) migrare desiderantib⁹, iam iamq; deliberātib⁹, nostrū eis dissuasoriū consiliū obuiauit, ac ne suas desererēt cathedras effecit? Cur igitur ordinē dānare putor uel dicor, cui amicos meos deseruire suadeo, cui suos ad nos uenientes monachos reddo, de quo & mihi orationes tam solicite requiro, tam deuote suscipio? An fortè quia iuxta alīū ordinē conuersari uideor, propterea suspectus hinc habeor? Sed eadem ratiōe & uos nostro derogatis quicūq; aliter uiuitis. Ergo & cōtinētes & coniuges inuicem se damnare putentur, q̄ suis quiq; legibus in ecclesia conuersentur. Monachi quoq; ac regulares clerici sibi inuicem derogare dicantur, quia propriis abinuicem obseruantijs separantur. Sed & Noe, & Danielem, & Iob in uno se regno pati non posse suspicemur, ad quod utiq; nō eos uno tramite iustitiæ cognouim⁹ peruenisse. Mariam deniq; & Marthā necesse sit aut utranq; aut alteram saluatori displicere, cui nimirum tam dissimili studio deuotionis cōtēdūt ambæ placere. Et hac ratione in tota ecclesia (quæ utiq; tam pluribus tamq; uariatur dissimilibus, ordinibus, utpote regina quæ in psalmo legit circū- Psal.44.
amicta uarietatibus) nulla pax, nulla prorsus concordia esse putabitur. Quæ eteīm secura quies, quis tut⁹ in ea status inuenietur, si unus quilibet homo unū quemlibet ordinē eligens, alios aliter uiuentes aut ipse aspernetur, aut se ab ipsis sperni suspicetur: præsertim cū tenere impossibile sit uel unum hominē omnes ordines, uel unum ordinem omnes homines? Non sum tam hebes, ut non agnoscam tunicam Ioseph, nō illi⁹ qui liberauit Aegyptū, sed qui saluauit mūdū: & hoc nō à fame corporis, sed à morte simul animæ & corporis. Notissima quippe est quia polymita, id est pulcherrima uarietate distincta, sed & sanguine apparet intincta, nō quidē hœdi qui peccatum significat, sed agni qui designat innocentiam: hoc est suo ipsius, non alieno. Ipse est profectò agnus māsuetissimus, qui coram, nō quidem tondente, sed occidente se obmutuit: qui peccatum non fecit, sed abstulit peccata mundi. Miserunt autē qui dicerēt ad Iacob. Hanc inuenimus, uide utrū tu Gen.37.
nica filij tui sit, an non. Vide & tu dñe utrum hæc sit tunica dilecti filij tui. Recognosce oīpotens pater eam quam fecisti Christo filio tuo polymitā: dādo qdē quosdā apostolos, quosdam autē prophetas, alios uerò euangelistas, alios pastores & doctores: & cætera quæ in ei⁹ ornatu mirifico decenter apposuisti, ad consummationem utiq; sanctorum occurrentium in uirum perfectum in mensuram Ephe.4.
ætatis plenitudinis Christi. Dignare etiam deus preciosissimi purpuram sanguinis quo aspersa est recognoscere, & in purpura præclarum insigne ac glorioſissimum indicium obedientiæ. Quare ergo inquit rubrum est uestimē- Esaiæ.63.
tum tuū? Torcular ait calcaui solus, & de gentibus nō est uir mecū. Itaq; quandoquidem factus est obediens patri usq; ad torcular crucis, quod utique solus calcauit, solum quippe brachīū suum auxiliatum est ei, iuxta illud in alio loco: Singulariter sum ego donec trāseam Iam ergo exal- Psal.140.
ta eum deus, & da ei nomen quod est super omne nomen: Phil.2.
ut in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorū. Ascendat in altū, captiuā ducat captí Ephe.4.
uitatē, & donet dona hominibus. Quæ donat? Relinquat uidelicet sponsæ suæ ecclesiæ pignus hæreditatis, ipsam tunicam suā, tunicā scilicet polymitā: eandemq; inconsutilem, & desuper contextam per totum. Sed polymitam ob multorū ordinum qui in ea sunt multimodā distinctionē: inconsutilē uerò propter indissolubilis charitatis indiuiduam unitatē. Quis me, inqt, separabit à charitate Chri- Rom.8.
sti? ¶ Audi quomodo polymitā. Diuisiones ait gratiarum 1.Cor.12.
sunt, idem autē spiritus: & diuisiones operationum sunt, idem uerò dominus. Deinde diuersis enumeratis charismatib⁹, tāquā uarijs tunicæ coloribus, quibus cōstet eam esse polymitam, ut ostendat etiam inconsutilem, & desuper contextā per totū, adiungit: Hæc autē operatur un⁹ atq; Ibidem.
idē spiritus, diuidens singulis prout uult. Charitas quippe diffusa est in cordibus nostris per spiritū sanctum qui Rom.5.
datus est nobis. Nō ergo diuidatur, sed totam & integrā hæreditario iure sortiatur ecclesia, quia & de illa scriptū est: Astitit regina à dextris tuis in uestitu deaurato, circū- Psal.44.
data uarietate. Itaq; diuersi diuersa accipiētes dona, ali⁹ quidē sic, alius uerò sic, siue Cluniacēses, siue Cisterciēses,

siue clerici regulares, siue etiam laici fideles, omnis denique ordo, omnis lingua, omnis sexus, omnis, ætas, omnis conditio, in omni loco, per omne tẽpus, à primo homine usq; ad nouissimũ. Nam & propter hoc talaris dicta est, q; ad
Eccl.11. finem usq; pertingat, dicẽte propheta: Non est qui se absondat à calore eius: nimirũ congruens ei cui & facta est,
Sapien.8. qui perhibente uidelicet alia scriptura, & ipse attingit à fine usq; ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Oẽs ergo concurramus pariter in unã tunicã, & ex oĩbus constet una: ex omnibus inquã una. Nam & si ex pluribus &
Canti.6. diuersis: una est tamen columba mea, formosa mea, perfecta mea. Alioqn nec ego solus, nec tu sine me, nec ille sine utroque, sed simul omnes sumus illa una: si tamen solliciti
Ephe.4. sumus seruare unitatem spũs in uinculo pacis. Nõ inquã tantũ ordo noster, aut solus uester, ad illam pertinet unã: sed noster simul & uester: nisi forte (quod absit) inuicem inuidentes, inuicem prouocantes, inuicẽ mordeamus, &
ab inuicem consumamur: & sic non possit nos apostolus
2.Cor.11. uni illi uiro cui despõdit, uirginem castam exhibere Chri-
Canti.2. sto. Veruntamẽ illa una dicit in cãticis: Ordinauit in me charitatẽ: ut etsi una in charitate, diuisa tamen sit ordinatione. Quid ergo? Cistercienses sum. Damno igitur Cluniacenses? Absit. Sed diligo, sed prædico, sed magnifico.
Cur ergo inquis ordinẽ illum nõ tenes si sic laudas? Au-
1.Cor.7. di: propter hoc quod apostolus ait: Vnusquisq; in ea uocatiõe in qua uocatus est, permaneat. Quòd si quæris cur & à principio nõ elegerim, si talem sciebam? Respondeo.
1.Cor.10. Propter id q̃ rursus ait apostol⁹: Omnia mihi licent: sed nõ omnia expediũt. Non q; scilicet ordo sanctus & iustus
Rom.7. non sit: sed quia ego carnalis eram, uænundatus sub peccato, & talem animæ meæ languorem sentiebam, cui fortior esset potio necessaria. Et diuersis morbis diuersa cõueniunt medicamenta, & fortioribus fortiora. Fac duos homines febribus anxiari, quartanis unum, alterũ tertianis. Commendet autem qui quartanis laborat, tertiano aquam, pyra, & frigida quæq; sumẽda: cum tamen ab his ipse abstineat, uinumq; & cætera calida utpote sibi congruẽtia sumat. Quis rogo hinc eũ recte reprehẽdat? Si diceret ille, cur tu aquam non bibis, quam ita laudas: an nõ rectè responderet, & tibi eam fideliter tribuo, & mihi saluberiter subtraho. Denique requiratur etiam à me, cur cum omnes ordines laudẽ, oẽs non teneo. Laudo enim omnes & diligo, ubicunq; pie & iuste uiuitur in ecclesia. Vnum opere teneo: cæteros charitate. Faciet autẽ charitas (fidẽter loquor) ut ne illorũ quidẽ fructu frauder, quorum instituta non sequor. Plus aliquid dicam. Tu tibi caute age.
Pót nanq; fieri qa frustra tu laboraueris: ut autẽ ego frustra diligã bonũ q̃d operaris, fieri oĩno nõ potest. O quãta fiducia charitatis. Alius operatur non amans, & alius amat nihil operans. Ille quidẽ suum opus perdit: illius uerò charitas nunquã excidit. Et quid mirũ si in hoc exilio peregrinãte adhuc ecclesia, quædã huiuscemodi sit pluralis (ut ita dixerim) unitas, unaq; pluralitas: cũ in illa quoque patria quãdo iam ipsa regnabit, nihilominus fortè talis aliqua dispar quodammodo æqualitas futura sit? Inde
Ioan.14. etenim scriptum est: In domo patris mei mansiones multæ sunt. Sicut itaq; illic multæ mãsiones in una domo: ita hic multi ordines sunt in ecclesia una: & quomodo hic di-
1.Cor.12. uisiões gratiarum sunt, idem autem spiritus: ita ibi distinctiones quidem gloriarum: sed una domus. Porrò unitas tam hic quàm ibi una consistit in una charitate: diuersitas autem hic quidẽ in ordinum uel operationum multifaria diuisione: illic uerò in quadam meritorum notissima, sed & ordinatissima distinctione. Intelligens denique ecclesia hanc suã quodãmodo discordẽ cõcordiam, cõcordẽmue-
Psal.22. discordiam: deduxit me inquit super semitas iustitiæ propter nomen suũ. Ponẽs quippe semitas pluraliter, & iustitiæ singulariter, nec diuersitatẽ prætermisit operationũ, nec unitatẽ operantiũ. Præuidens quoq; & illam in cælestibus discretã unitatem futuram, deuotissime læta decan-
Tob.13. tat: Platẽæ tuæ Hierusalẽ sternentur auro mũdo, & p oẽs uicos tuos alleluia cantabitur. Audiens eñ platẽas & uicos: coronas & glorias diuersas intellige. In auro, quo uno metallo illa ciuitas ornata describit, & uno alleluia, quod cantandum perhibetur, dissimilium specierũ, similem pulchritudinem, & multarum mentium unam deuotionem attẽde. Non igitur una tantũ semita incedit: qa nec una est mãsio quo tẽdit. Viderit aũt quisq; quacunq; incedat: ne pro diuersitate semitarum ab una iustitia recedat: quoniam ad quãlibet mansionẽ sua quisq; semita peruenerit, ab una domo patris exors non erit. Veruntamen ut stella ab stella differt in claritate: sic erit (ait) & resurrectio mortuorum. Nam etsi fulgebunt iusti sicut sol in re- 1.Cor.15.
gno patris eorum: alij tamen alijs amplius: pro diuersitate meritorum. Quæ sanè merita sciendum non sic in hoc seculo ut in illo facile ab homine posse discerni, gppe cum hic tantum opera uideantur: illic etiam corda nihil impediat intueri. Siquidem radiante ubiq; sole iustitiæ, tunc 1.Cor.4.
manifesta erunt absconditã cordium. Et sicut non est nũc Psal.18.
qui se absondat à calore eius, ita tunc non erit qui se occultet à splendore ipsius. Et de operibus quidem sæpe incerta, & ob hoc periculosa sententia fertur: cũ multoties minus iustitiæ habeant qui magis operantur.

VNde nunc mihi cõueniendi sunt quidã de ordine nostro, qui contra illam sententiã: Nolite 1.Cor.4.
ante tempus iudicare quoadusq; ueniat dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarũ, & manifestabit consilia cordiũ: alijs ordinibus derogare dicunt, & suã iustitiã solã uolẽtes constituere, iustitiæ dei Rom.10.
nõ sunt subiecti: quos pfectò (si q tñ huiuscemodi sunt) nec nostri, nec cuiuspiã esse ordinis ueri⁹ dixerim. Quippe qui etsi ordinate uiuentes, superbe tamen loquẽtes ciues se faciunt Babylonis, id est confusionis, imo filios tenebrarũ, ipsiusq; gehennæ, ubi nullus ordo, sed sempiter- Iob.10.
nus horror inhabitat. Vobis ergo inquã fratres qui etiã post auditã illã dñi de pharisæo & publicano parabolam de uestra iustitia præsumentes, cæteros aspernamini: dicitis (ut dicitur) solos uos hominũ esse iustos, aut omnib⁹ sanctiores: solos uos monachorum regulariter uiuere, cæteros uerò regulæ poti⁹ existere trãsgressores. Primo qd
Rom.14. ad uos de alienis seruis? Suo dño stant aut cadunt. Quis uos cõstituit iudices super eos? Deinde si ita, ut dicit, de ordine uestro præsumitis: qualis ordo est ut antequã de
Mat.7. suo quisquam trabem eiiciat, in fratrum oculis tã curiose festucas perquirat? Qui in regula gloriamini, cur contra
1.Cor.14. regulam detrahitis? Cur contra euangeliũ, ante tẽpus: &
Rom.14. contra apl̃m, alienos seruos iudicatis? An regula non cõcordat euangelio uel apl̃o? Alioquin regula iam non est regula: qa nõ recta. Audite, & discite ordinem, qui contra
Mat.7. ordinẽ alijs ordinibus derogatis: Hypocrita, inquit, eiice primum trabem de oculo tuo: & sic uidebis eiicere festucam de oculo fratris tui. Quæris quã trabem? An nõ grãdis & grossa trabes est superbia, qua te putas esse aliquid, cũ nihil sis? Insanissime tibi tanquã sanus exultas, & alijs
Luce.18. uanissime trabẽ portans de festucis insultas? Gratias inquis ago tibi deus quia non sum sicut cæteri hominũ, iniusti, raptores, adulteri. Sequere ergo & dic: Detractores. Neq; enim minima est hæc festuca inter cæteras. Quare cũ tam diligenter alias enumeres, istam taces? Si p nul-
1.Cor.6. la uel minima habes, audi apostolũ. Neq; maledici (ait) regnũ dei possidebunt. Audi & deum in psalmo commi-
Psal.49. nãtem. Arguam te, inquit, & statuam cõtra faciem tuam. Quod quia detractori loquatur, certum est ex præcedẽtibus. Et quidẽ iuste ad se retorquendus, & se cõpellendus est intueri: qui auertens faciem suam à se, aliena poti⁹ mala quàm sua solet curiosius perscrutari. At inquiunt, quomodo regulam tenent: qui pellicijs induuntur, fani, carnibus seu carniũ pinguedine uescunt, tria uel quatuor pulmentaria una die (quod regula prohibet) admittũt: op⁹ manuum quod iubet, non faciunt: multa denique pro libitu suo uel mutant uel augent uel minuũt? Recte. Nõ possunt hæc negari. Sed attendite in regulã dei, cui utiq; non

dissonat

Luc.17. dissonat institutio sancti Benedicti. Regnum dei (inqt) intra uos est: hoc est nō exterius in uestimentis aut alimentis corporis: sed in uirtutibus interioris hois. Vnde apls: Rom.14. Regnū dei nō est esca & potus: sed iustitia, & pax, & gau- 1.Cor.4. diū in spū sancto. Et rursus: Regnū dei nō est in sermone, sed in uirtute. De corporalibus itaq; obseruantijs, fratribus calummiam struitis, & quæ maiora sunt regulæ, spūalia scilicet instituta relinquitis, camelumq; glutientes, culicem liquatis? Magna abusio. Maxima cura est ut corp9 regulariter induatur: & contra regulam suis uestibus anima nuda deseritur. Cum tāto studio tunica & cucula corpori procurentur, quatenus cui deerunt, monachus non putet: cur similiter spiritui pietas & humilitas, quæ profectò spiritualia indumenta sunt, nō prouidentur? Tunicati & elati abhorremus pellicias, tāquā nō melior sit pellibus inuoluta humilitas, quàm tunicata superbia: præsertim cū & deus tunicas pelliceas primis hominib9 fecerit, Gen.3. Matt.3. & Ioannes in eremo zona pellicea lumbos accinxerit, & ipse tunicarū institutor in solitudine nō tunicis, sed pelli- bus sese induerit. Repleti deinde uentrem faba, mētem superbia, cibis dānamus saginatos: quasi non melius sit exiguo sagimine ad usum uesci, quàm uētoso legumine usq; Hebr.12. ad ructum exsaturari: & præcipue cum Esau nō de carne, Gene.3. sed de lente sit reprehensus: & de ligno Adam, non de car- 3.Reg.14. ne damnatus: & Ionathas ex gustu mellis nō carnis, mor- 3.Reg.17. ti adiudicatus: ecōtra uerò Helias inmoxie carnem come- Gene.18. derit, Abrahā gratissime carnibus angelos pauerit, & de Exod.29. ipsis sua fieri sacrificia deus p̄ceperit. Sed & sati9 est modi 1.Cor.4. co uino uti propter infirmitatē, quàm multa aqua ingurgitari p auiditatē: quia & Paulus Timotheo modico utē- Matt.11. dum uino consuluit: & dn̄s ipse bibit: ita ut uini potator Ioan.2. appellatus sit: apostolisq; bibendum dedit: insuper & ex Matt.26. eo sacramēta sui sanguinis condidit: cū ecōtrario aquam Ioan.2. ad nuptias bibi nō passus sit: & ad aquas cōtradictionis Nume.16. populi murmur terribiliter castigauerit: Dauid quoque 2.Reg.23. aquam quā desiderauerat, potare timuerit: uiriq; illi Ge- Iudi.7. deonis q præ auiditate toto corpore ꝓstrato de flumine biberunt: digni ad prælium ire non fuerint. Iam uerò de labore manuū quid gloriamini, cū & Martha laborās in- Luc.10. crepata, & Maria quiescēs laudata sit: & Paulus aperte di- 1.Tim.4. cat: labor corpis ad modicū ualet, pietas aūt ad oia. Opti- Psal.6. mus labor, de quo propheta dicebat: Laborauí in gemitu Psal.76. meo. Et de quo alibi: Memor fuí dei, & delectatus sum, & exercitatus sum. At ne corporale intelligas exercitium, & Ibidem. defecit inquit spiritus meus. Vbi autem non corpus, sed spiritus fatigatur: spiritualis proculdubio labor intelligitur. Quid ergo inquis? Siccine illa spiritualia persuades: ut etiā hæc quæ ex regula habemus corporalia damnes? Nequaquam. Sed illa oportet agere: & ista non omittere. Alioquin cum aut ista omitti necesse est, aut illa: ista potius omittenda sunt quàm illa. Quanto enī spiritus corpore melior est: tāto spūalis quàm corpalis exercitatio fructuosior. Tu ergo cū de horū obseruatione elatus, alijs eadem non obseruantibus derogas: nónne te magis transgressorē regulæ iudicas, cuius licet minima quædā tenēs, 1.Cor.12. meliora deuitas? De quib9 Paulus: Aemulamini aít charismata meliora. Detrahendo quippe fratribus, in quo te metipsum extollis, perdis humilitatē: in quo alios deprimis, charitatē: quæ sunt ꝓculdubio charismata meliora. Tu si tuū corpus multis & nimijs laboribus atteris, ac regularibus asperitatibus mortificas mēbra tua quæ sunt super terram: bene facis. Sed quid si ille quē similiter non laborantē dn̄judicas, modicū quidem habeat de hac quæ ad modicum est utilis, corporali uidelicet exercitatione: amplius aūt quàm tu de illa quæ ad oia ualet, id est pietate? Quis quæso uestrū regulā melius tenet? An non melius qui melior? Quis uerò melior, humilior, an fatigatior? Matt.11. An non is qui à dn̄o didicit mitis esse & humilis corde: q Luc.10. & cum Maria optimā partē elegit, quæ non auferetur ab eo? Qd si regulā ab omnibus qui eam professi sunt, sic ad literam tenendā censes, ut nullam omnino dispensationē admitti patiaris: audacter dico, nec tu eā, nec ille tenetis, Nam etsi ille quātumquidem pertinet ad obseruationes corporeas, in pluribus offendit: impossibile est tamen te quoq; uel in uno nō transgredi. Scisautē quia qui in uno offendit, omniū est reus. Sin uerò concedas aliqua posse mutari dispensatorie, proculdubio & tu illā tenes, & ille, quāquā dissimiliter. Nā tu quidē districti9: at ille fortasse discretius. Neq; hoc dico quia hæc exteriora negligenda sint, aut qui se in illis non exercuerit, mox ideo spiritualis efficiatur: cū potius spiritualia (quāquā meliora) nisi per ista aut uix aut nullatenus uel acquirant uel obtineantur: sicut scriptū est: Nō prius quod spirituale, sed qd̄ anima- 1.Cor.15. le, deinde qd̄ spūale. Sicut nec Iacob nisi pri9 cognita Lia desideratos Rachelis amplex9 meruit obtinere. Vnde rursus in psalmo: Sumite psalmū, & date tympanū. Quod est Psal.80. dicere: Sumite spiritualia: sed prius date corporalia. Optimus autem ille, qui discrete & congrue hæc & illa operat.

Iam uerò epla, ut epla remanent, finienda erat: quandoquidē & nr̄os (de quib9 pater conquestus estis & ordini uro detraherēt) satis quantum potui stilo corripui: & me quoq; ab hmōi falsa suspicione purgaui, ut debui. ¶ Sed quoniā dum nostris minime parco, nonnullis de ueſtris nimiū (in quibus nō decet) uideor assentire, pauca bonis & uobis displicere cognoui, & oībus bonis uitāda esse nō dubito, necessarium reor subiungere: quæ qdem etsi fieri uident in ordine, absit tamen ut sint de ordine. Null9 quippe ordo quip piam recepit inordinatū, quod uerò inordinatū est, ordo nō est. Vnde nō aduersum ordinem, sed pro ordine disputare putandus ero, si non ordinem in hominibus, sed hominum uitia reprehendo. Et quidem diligētibus ordinē, in hac re molestum me fore non timeo: quinimo gratum ꝓculdubio accepturi sunt si persequimur qd̄ & ipsi oderunt. Si quibus uerò displicuerit, ipsi se manifestant quia ordinē nō diligūt: cuius utiq; corruptionē, id est uitia dānari nolunt. Ipsis itaq; illud Gregorianū respondeo: Melius est ut scandalū oriatur, quàm ueritas relinquatur.

Dicitur & ueraciter creditur sanctos patres illam uitā instituisse: & ut in ea plures saluarent, usq; ad infirmos regulæ temperasse rigorē, nō regulam destruxisse. Absit autē ut credam tantas eos quantas uideo in plerisq; monasterijs uanitates ac superfluitates præcepisse uel cōcessisse. Miror etenim unde inter monachos tanta intemperantia in comessationibus & potationibus, in uestimentis & lectisternijs, & equitaturis, & construendis ædificijs inolescere potuit, quatenus ubi hæc studiosius, uoluptuosius atq; effusius fiunt, ibi ordo melius teneri dicatur, ibi maior putetur religio. Ecce enim parcitas putatur auaritia, sobrietas austeritas credi tur, silentium tristitia reputatur. Econtra remissio, discretio dicit, effusio liberalitas, loquacitas affabilitas, cachinnatio iucunditas, mollicies uestimentorum, & equorum fastus, honestas: lectorum superfluus cultus, mundicia. Cumq; hæc alterutrū impendimus, charitas appellatur. Ista charitas destruit charitatem: hæc discretio discretionem confundit. Talis misericordia crudelitate plena est, qua uidelicet ita corpori seruitur, ut anima iugulet. Quæ enim charitas est carnem diligere, & spiritum negligere? Quæue discretio totū dare corpori, & animæ nihil? Qualis uerò misericordia, ancillam reficere, & dominam interficere? Nemo pro huiusmodi misericordia speret se consequi misericordiā quæ misericordibus promittitur in euā- gelio, ueritatis ore dicentis: Beati misericordes: quoniam Matt.5. ipsi misericordiam consequentur. Sed certissime potius pœnā expectet, quam tali (ut ita dicam) impio misericordi sanctus Iob magis prophetizando quàm affectando imprecatur, Nō sit inquiēs in recordatiōe, sed cōteraf quasi Iob.24. lignū infructuosum. Digne planè retributionis causam mox subinfert satis idoneam, dicens: Pauit enī sterilem, & Ibidem. quæ non parit, & uiduæ nō bñfecit. ¶ Inordinata ꝓfectò atq; irrationalis misericordia est, sterilis & infructuosæ

Universidad de Deusto Biblioteca

Iom.6. carnis,quæ iuxta dñi uerbū,nō prodest quicquam:& sm
1.Cor.15. apostolū,regnū dei nō possidebit,adimplēdis inuigilare
desideriis,& de animæ cura sapientis saluberrimum non
Eccli.30. curare cōsilium,admonētis atq; dicētis: Miserere animæ
tuæ,placens deo.Bona misericordia misereri animæ tuæ:
nec potes nō mereri misericordiā, qua fit ut placeas deo.
Aliàs autē nō est misericordia (sicut iam dixi) sed crude-
litas:non est charitas,sed iniquitas:nō discretio,sed con-
fusio:sterilem quæ nō parit pascere,id est inutilis carnis
cōcupiscētiis inseruire:& uiduæ nil boni facere:animæ ui
delicet excolendis uirtutibus nullā operā dare:Quæ uti
q; licet sponso interim sit uiduata cælesti: sensus tamē de
spū sancto cōcipere & parere nō desinit immortales, qui
uidelicet incorruptibilis cælestisq; hæreditatis ualeant
esse capaces,sed si pium habeant studiosumq; cultorem.
Sub hac tamē abusione iam ferè ubiq; sic pro ordine te-
nentur:ferè iam ita ab omnibus sine querela atq; irrepre-
hensibiliter obseruantur:quāquam dissimiliter.Nonnul-
li quippe his oībus tāquā nō utentes utūtur:& ideo aut
cū nulla offensa,aut cū mínima.Aliquāti qppe hæc agūt
ex simplicitate:aliquanti ex charitate:aliquanti ex necessi
tate.Quidā namq; simpliciter ista tenent,quoniam sic eis
præcipitur:parati aliter agere si aliter præciperet.Quidā
aūt ne discorditer uiuant ab eis cū quibus habitāt:sectā-
tes in his non suam libidinem,sed aliorū pacem.Alij uerò
quia resistere non ualent multitudini contradicentiū,qui
hæc utiq; tanquam pro ordine liberą uoce defendunt:&
quoties isti aliqua (put ratio dictat) restringere,uel mu-
tare incipiūt,illi mox tota eis authoritate resistūt.¶Quis
in principio cum ordo cœpit monasticus,ad tantam cre-
deret monachos inertiam deuenire? O quantum distam?
ab his qui in diebus Antonij extitere monachi? Siquidē
illi cum se inuicē per temp? ex charitate reuiserent, tanta
ab inuicē auiditate panem animarū percipiebant,ut cor
poris cibum penitus oblíti,diē plerūq; totū ieiunis uen-
tribus sed nō mentibus transigerent.Et hic erat rectus or
do:quando digniori parti prius inseruiebatur.Hæc sum
ma discretio:cū ampli? sumebat quæ maior erat.Hæc de
nisq; uera charitas,ubi animæ,quarum charitate Christ?
1.Cor.11. mortuus est,tanta solicitudine refocillabantur.Nobis au
tem conuenientibus in unū (ut uerbis apostoli utar) iam
non est dominicam cœnam manducare.Panem quippe
cælestem nemo qui requirat:nemo qui tribuat. Nihil de
scripturis,nihil de salute agitur animarū:sed nugæ, & ri-
sus,& uerba proferuntur in uentum. Inter prandendum
quantum fauces dapibus,tantū aures pascuntur rumori
bus:quibus totus intentus,modū nescias in edendo. In-
terim autē ferculaferculis apponuntur:& pro solis carni
bus à quibus abstinetur,grandia piscium corpora dupli
cantur.Cūq; prioribus fueris satiatus, si secūdos attige-
ris,uidebéris tibi necdū gustasse pisces.Tanta quippe ac
curatione & arte coquorum cūcta apparantur,quatenus
quatuor aut quinq; ferculis deuoratis,prima non impe-
diant nouissima:nec satietas minuat appetitum. Palatum
quippe dū nouellis seducitur cōdimentis: paulatim dis-
suescere cognita,& ad succos extraneos ueluti adhuc ie-
iunū, auide renouatur,in desideria.Venter quidem dum
nescit,oneratur:sed uarietas tollit fastidium. Quia enim
puras (ut eas natura creauit) epulas fastidimus,dum aliæ
aliis multifarie permiscentur,& spretis naturalibus quas
deus indidit rebus,quibusdam adulterinis gula prouoca
tur saporibus:trāsitur nimirū meta necessitatis:sed necdū
delectatio superat.Quis enim dicere sufficit quot modis
(ut cætera taceam) sola oua uersantur & uexantur,quan
to studio euertuntur, subuertūtur, liquantur, durantur,
diminuūtur:& nunc quidem frixa,nunc assa, nunc farsa,
nunc mixtim,nūc singillatim apponuntur: Vt quid autē
hæc omnia:nisi ut soli fastidio cōsulatur:Ipsa deinde qua
litas rerū talis déforis apparere curat,ut non minus aspe
ctus quàm gustus delectetur:& cū iam stomach? crebris
ructibus repletū se indicet,necdū tamen curiositas satiat.
Sed dū oculi coloribus,palatū saporibus illiciuntur, in-
felix stomachus cui nec colores lucēt,nec sapores demul-
cent,dum oia suscipere cogitur:oppressus magis obrui-
tur quàm reficit.¶Tā uerò de aquæ potu quid dicam:quā
do ne ullo quidē pacto uinū aquatū admittitur? Omnes
nimirū ex quo monachi sumus, infirmos stomachos ha-
bemus,& tam necessariū apostoli de utendo uino cōsiliū 1.Tim.5.
merito nō negligimus:modico tamen qd' ille præmisit,ne
scio cur prætermisso.Et utinā uel solo cū etiam purū est,
contenti essemus.Pudet dicere,sed magis pudeat actitari:
& si pudet audiri,nō pudeat emendari.Videas uno in prā
dio ter uel quater semiplenū calicem reportari:quatenus
diuersis uinis magis odoratis,quàm potatis:nec tam hau
stis,quàm attactis:sagaci probatione & celeri cognitione
unū tandem è pluribus qd' fortius sit,eligatur.Quale est
aūt illud qd' nonulla monasteria ex more obseruare dicū-
tur:in magnis uidelicet festis uina delibuta melle, pigmē
torum respersa pulueribus in conuentu bibere? Nūquid
& hoc fieri dicemus propter infirmitatem stomachi? Ego
uerò ad nihil aliud ualere uideo:nisi ut uel amplius bíba-
tur,uel delectabilius.Sed cum uenæ fuerint uino ingurgi
tatæ,toto in capite palpitantes:sic surgenti à mensa quid
aliud libet nisi dormire? Si autem ad uigilias surgere indi
gestum cogis,non cantum,sed planctum potiusextorque
bis.¶Cum uerò ad lectum deuenero: requisitus incom-
modum,plango non crapulæ peccatum,sed q; manducare
re non queo. Ridiculū uerò (si tamen uerū est) qd' relatū
est mihi à pluribus qui hæc se,p certo scire dicebant:reti-
cendum esse non arbitror. Aiunt enim incolumes ac uali-
dos iuuenes conuentū solere deserere:in domo se infirmo
rū,qui nō sunt ifirmi,collocare:carniū esu (qui uix ægro
tis duntaxat, & oino debilibus,ex regulæ discretione p
uiriū reparatione conceditur) non quidem corporis in-
firmantis ruinas reficere pro incommodo,sed carnis luxu
riantis curam perficere in desiderio.Rogo quæ est hæc se
curitas inter frēdentiū undiq; hostiū fulgurātes hastas &
circūuolantia spicula,tanquā finito iam bello & triūpha-
to aduersario proiicere arma:& aut prandiis incubare lō
gioribus,aut nudum molli uolutari in lectulo? Quid hoc
ignauiæ est ò boni milites? Socijs in sanguine & cæde ner
santibus,uos aut cibos diligitis delicatos, aut somnos ca
pitis matutinos? Alijs inquam nocte & die cura peruigili
festinantibus redimere tempus,quoniam dies mali sunt:
uos econtrario & longas noctes dormitando consumitis,
& dies fabulando ducitis ociosos? An dicitis pax,& non
est pax? Cur nō uerecundamini ad exprobrationem apo-
stolicæ indignationis? Nondum enim ait restitistis usq; Hebr.12.
ad sanguinem. Imo iam ad eiusdem terribilis ualde com-
minationis tonitruum cur non expergiscimini? Cum di- 1.Thes.5.
xerint,inquit,pax & securitas,tunc repentinus eis super-
ueniet interitus,sicut dolor in utero habentis: & non ef-
fugient.Delicata nimis medicina est prius alligari quàm
uulnerari:membrum non percussum plangere,& necdū
suscepto ictu admouere manum:fouere unguento ubi nō
dolet:emplastrum adhibere ubi cæsura non est.Ad discer
nendum deinde inter sanos & male habentes,baculos in
manibus portare iubentur ægrotantes: planè necessa-
rios:ut quam pallor in uultu,maciesq; non indicat, bacu
lus sustentans mentiatur infirmitatem.Ridendas an lu
gendas dixerim huiusmodi ineptias? Sic Macharius ui-
xit? Sic Basilius docuit? Sic Antonius instituit? Sic pa-
tres in Aegypto conuersati sunt? Sic denique sancti Odo,
Maiolus,Odilo,Hugo,quos sui utiq; ordinis principes
& præceptores habere gloriātur:aut tenuerunt,aut tene
ri censuerunt? Sed hi omnes si sancti imo quia sancti fue-
runt,à sancto apostolo non dissenserunt,qui nimirum ita
loquitur:Habentes uictum & uestitum,his cōtenti simus. 1.Tim.6.
Nobis autem est pro uictu satietas,nec uestitum appeti-
mus:sed ornatum.¶Quæritur ad induendum non quod
utilius, sed quod subtilius inuenitur: non quod repel-
lat frigus,sed quod superbire compellat:nō denique (iuxta
regulam)

regulam) quod uſſus comparari poteſt: ſed quod uenuſtius imo oſtentari uanius. Heu me miſerum qualemcunq; monachum. Cur adhuc uiuo uidere ad id deueniſſe ordinem noſtrum: ordinem ſcilicet qui primus fuit in eccleſia: imo à quo cœpit eccleſia: quo nullꝰ in terra ſimiliſor angelicis ordinibus: nullus uicinior ei quæ in cælis eſt Hieruſalem mater noſtra: ſiue ob decorem caſtitatis, ſiue propter charitatis ardorem: cuius apoſtoli inſtitutores, cuiꝰ hi quos Paulus tã ſæpe ſanctos appellat, inchoatores extiterũt: Et quidem inter illos cum nihil quod ſuum eſſet q̃ſpiam retinuiſſet, diuidebatur (ut ſcriptũ eſt) ſingulis, put cuiq; opus erat: non igitur quod quiſq; puerile r geſtire poterat. Sanè ubi tantum quod opus erat accipiebatur: ibi nihil proculdubio otioſum admittebatur. Quãto magis nihil curioſum: quãto magis nihil ſuperbum: Quod inquit opus erat. Hoc eſt quantum ad indumenta: quod & nuditatem tegeret, & frigus repelleret. Putã ſine ibi cuiquam galabrunum aut iſſembrunum quærebatur ad induendum: cuiquam ducentorum ſolidorum mula parabatur ad equitandum: Putã ſine inquam cuiuſpiam ibi lectuli opertorium cattinum, aut diſcolor barricanus operiebat, ubi ſingulis diuidebatur tãtũ prout cuiq; opus erat: Non illic arbitror ualde curatum fuiſſe de precio, de colore, de cultu ueſtimentorum, ubi tam indefeſſum inerat ſtudium in concordia morum, animorum cohærentia, proſecutuq; uirtutum. Multitudinis inquit credentium erat cor unum: & aia una. Vbi nũc illud unanimitatis exercitium: Fuſi ſumus exterius, & de regno deiꝰ (quod intra nos eſt) relictis ueris ac perennibus bonis, foris quærimus uanã conſolationẽ, de uanitatibus & inſaniis falſis: ac iã religionis antiquæ non ſolũ uirtutem amiſimus, ſed nec ſpeciem retinemus. Ecce enim ipſe habitus noſter (quod & dolẽs dico) qui humilitatis eſſe ſolebat inſigne: à monachis noſtri teporis in ſignum geſtatur ſuperbiæ. Vix iam in noſtris prouinciis inuenimus quo ueſtiri dignemur. Miles & monachus ex eodem panno partiũtur ſibi cucullam & chlamydem. Quiuis de ſeculo quantumlibet honoratus, etiam ſi rex, etiam ſi imperator ille fuerit: non tamen noſtra horrebit indumenta: ſi ſuo ſibi modo præparata fuerint & aptata. Cæterũ in habitu inquis nõ eſt religio, ſed in corde. Bene. At tu quando cucullam empturus, luſtras urbes, foras circuis, percurris nundinas, domos ſcrutaris negociatorũ, cunctam euertis ſiugulorum ſupellectilẽ, ingentes explicas cumulos pannorum, attrectas digitis, admoues oculis, ſolis opponis radio: quicquid groſſum, quicquid pallidum occurrerit, reſpuis. Si quid autem ſui puritate ac nitore placuerit, illud mox quantolibet precio ſatagis tibi retinere. Rogo te: ex corde facis hæc, an ſimpliciter: Cum denique contra regulam, non quod uilius occurrerit, ſed ſtudioſiſſime quæris quod quia rarius inuenitur, precioſius emitur: ignorãs facis hæc, an ex induſtria: Ex cordis theſauro ſine dubio procedit quicquid foris apparet uitioſum. ¶ Vanũ cor, uanitatis notã ingerit corpori: & exterior ſupfluitas interioris uanitatis indicium eſt. Mollia indumenta: animi mollitiẽ indicãt. Non tanto curaretur corporis cultus, niſi prius neglecta fuiſſet mens inculta uirtutibꝰ. Miror aũt cũ regula dicat ad magiſtrũ reſpicere quicqd à diſcipulis delinquitur, & dñs p pphetam ſanguinẽ in pctõ moriẽtiũ, de manu paſtorũ requirendũ eſſe minet: qũo abbates noſtri patiuntur fieri talia: niſi fortè (ſi audeam dicere) nemo fidenter reprehẽdit in quo ſe eſſe irreprehenſibilem nõ confidit. Siquidẽ humanitatis eſt oĩm: in quo ſibi q̃ſq; indulget, alijs non uehementer iraſci. Dicam, dicã: præſumptuoſus dicar: ſed uerũ dicam. Qũo lux mundi obtenebrata eſt: Qũo ſal terræ infatuatum eſt: Quorũ nobis uita, uia uitæ debuit eſſe: dum exẽplum in ſuis actibus oſtendũt ſuperbiæ, cæci facti ſunt duces cæcorũ: Quod enim (ut cætera taceam) ſpecimen humilitatis eſt cum tanta pompa & equitatu incedere: tantis hominũ crinitorũ ſtipari obſequijs: quatenus duobus epiſcopis unꝰ abbatis multitudo ſufficiat: Mẽtior ſi nõ uidi abbatẽ ſexaginta equos & eo amplius in ſuo ducere comitatu. Dicas ſi uideas eos tranſeuntes, non patres eſſe monaſteriorũ, ſed dños caſtellorum: non rectores animarum, ſed principes prouinciarum. Tum deinde geſtari iubentur mapulæ, ſcyphi, bacini, candelabra, & mãticæ ſuffarſimatæ, nõ ſtramentis, ſed ornamentis lectulorum. Vix denique quatuor leucis à ſua quiſpiam domo recedit, niſi cum tota ſupellectili ſua, tanquã ſit uel iturꝰ ad exercitum: uel tranſiturus per deſertũ, ubi non ualeãt inueniri neceſſaria. An nõ poſſet eodem uaſculo & aqua manibus uergi, & uinum bibi. An nõ poſſet ardens lucere lucerna niſi in tuo quod portas cãdelabro, & hoc aureo, uel argẽteo: An non poſſet dormiri, niſi ſuper uarium ſtratum, aut ſub peregrino coopertorio: An non unus aliquis miniſter poſſet & iumentum ligare, & ad menſam ſeruire, & lectulum præpararet: Nunc ergo tantæ multitudini garſionũ ac iumentorum, cur (uel ad ſolatium mali) nobiſcum non ferimus neceſſaria: quatenus hoſpites non grauemus. Sed hæc parua ſunt. Veniam ad maiora: ſed ideo uiſa minora, quia uſitatiora. ¶ Omitto oratoriorum immenſas altitudines: immoderatas longitudines: ſuperuacuas latitudines: ſumptuoſas depoſitiones: curioſas depictiones: quæ dum orantiũ in ſe retorquent aſpectum, impediunt & affectum, & mihi quodammodo repreſentant antiquũ ritum Iudæorũ. Sed eſto fiant hæc ad honorem dei. Illud autem interrogo monachus monachos: quod in gentilibus gentilis arguebat: Dicite, ait ille: pontifices, in ſancto quid facit aurum: Ego autem dico: Dicite pauperes. Non enim attendo uerſum: ſed ſenſum. Dicite inquã pauperes: ſi tamen pauperes: in ſancto quid facit aurum: Et quidem alia cauſa eſt epiſcoporum: alia monachorum. Scimus nanq; q̃ illi ſapientibus & inſipientibus debitores cum ſint, carnalis populi deuotionem, quia ſpiritualibus nõ poſſunt, corporalibus excitant ornamentis. Nos uerò qui iam de populo exiuimus: qui mundi quæq; precioſa ac ſpecioſa pro Xpõ reliquimus: qui omnia pulchre lucentia, canore mulcentia, ſuaue olentia, dulce ſapientia, tactu placentia, cũcta denique oblectamẽta corporea arbitrati ſumꝰ ut ſtercora, ut Chriſtũ lucrifaciamus: quorũ quæſo in his deuotionem excitare intendimus: Quem inquã ex his fructũ requirimus: ſtultorum admirationẽ, an ſimplicium oblectationẽ: An quoniam commixti ſumus inter gentes, forte didicimus opera eorum: & ſeruimus adhuc ſculptilibꝰ eorũ: Et ut aperte loquar: an hoc totum facit auaritia, q̃ eſt idolorũ ſeruitus: & non requirimus fructum, ſed datũ: Si quæris quomodo: miro inquam modo. Tali quadam arte ſpargitur æs, ut multiplicetur: expenditur ut augeatur: & effuſio copiam parit. Ipſo quippe uſu ſumptuoſarum ſed mirandarum uanitatum, accenduntur homines magis ad offerendum quàm ad adorandum. Sic opes opibus hauriuntur: ſic pecunia pecuniam trahit: quia neſcio quo pacto ubi amplius diuitiarum cernitur, ibi offertur libentius. Auro tectis reliquijs ſignantur oculi, & loculi aperiuntur. Oſtenditur pulcherrima forma ſancti uel ſancte alicuius: & eò creditur ſanctior, quò coloratior. Currunt homines ad oſculandum: inuitantur ad donandũ: & magis miranf pulchra: quàm uenerantur ſacra. Ponuntur dehinc in eccleſia gemmatæ non coronæ, ſed rotæ: circũſeptæ lampadibus, ſed non minus fulgentes inſertis lapidibꝰ. Cernimꝰ & p cãdelabris arbores quaſdã erectas: multo æris põdere miro artificis ope fabricatas: nec magis coruſcãtes ſuppoſitis lucernis, quàm ſuis gẽmis. Quid putas in his oĩbꝰ quæritur: pœnitentium compunctio, an intuentium admiratio:

OVanitas uanitatũ: ſed non uanior quàm inſanior. Fulget eccleſia in parietibus, & in pauperibus eget. Suos lapides induit auro, & ſuos filios nudos deſerit. De ſumptibus egenorũ ſeruitur oculis diuitũ. Inueniũt curioſi quò delectent: & nõ inueniũt miſeri quò ſuſtẽtent. Vt qd ſaltẽ ſanctorũ imaginibus nõ reueremur, quibus utiq; ipſum quod pedibꝰ cõ-

Nota.

culcatur,scatet pauimentum: Sæpe spuitur in ore angeli: sæpe alicuius sanctorũ facies calcibus tunditur transeuntium: & si nõ sacris his imaginibus,cur uel nõ parcit pulchris coloribꝰ? Cur decoras quod mox fœdãdũ est? Cur depingis qđ necesse est cõculcari? Quid ibi ualent uenustæ formæ,ubi puluere maculant assiduo? Denicꝫ qd hæc ad pauperes:ad monachos: ad spũales uiros? Nisi fortè & hic aduersus memoratũ poetæ uersiculũ,propheticus ille rñdeat: Dñe dilexi decorem domus tuæ: & locum habitationis gliæ tuæ. Assentio. Patiamur & hæc fieri in ecclesia: qa etsi noxia sunt auaris & uanis: non tñ simplicib9 & deuotis. Cæterum in claustris coram legentibus fratribus qd facit illa ridicula monstruositas,mira q̃dam deformis formositas,ac formosa deformitas? Quid ibi immundæ simiæ,qd feri leões,qd mõstruosi centauri,qd semihomines,qd maculosæ tigrides,qd milites pugnãtes,qd uenatores tubicinãtes? Videas sub uno capite multa corpora: & rursus in uno corpe capita multa. Cernit in quadrupede cauda serpẽtis: illinc ĩ pisce caput quadrupedis. Ibi bestia p̃sert equũ,caprã trahens retro dimidiã: hic cornutũ aial equũ gestat posteri9. Tã multa denicꝫ tãcꝫ mira diuersarũ formarũ ubicꝫ uarietas appet,ut magis legere libeat in marmoribꝰ quàm in codicibus: totũcꝫ die occupare singula ista mirando: quàm in lege dei meditando. Pro deo si non pudet ineptiarũ: cur uel nõ piget expẽsarꝫ. Multa quidẽ & alia suggerebat addẽda larga materia: sed auellit me & ppria satis anxia occupatio,& tua frater Ogeri nimis festina discessio,q uidelicet nec morari diutius ac qescis: nec abire tñ uis absꝫ recẽti opusculo. Facio itaꝫ qd uis: & te dimitto,& sermonẽ breuio. Præsertim qa utiliora sunt pauca in pace: quàm multa cũ scãdalo. Et utinã hæc pauca scripserim sine scãdalo. Eñuero uitia carpẽs, scio me offendere uitiosos. Põt tñ fieri uolente deo aliqbus quos me timeo exasperasse,potius placiturũ esse: sed si desinant esse uitiosi: si uidelicet & districtiores desinant esse detractores,& remissiores amputẽt superfluitates. Si sic quisꝫ bonũ teneat qđ tenet,ut aliũ aliud tenentem non iudicet. Si qui occepit iam esse bonus,non inuideat melioribus: & q sibi uidetur agere melius: bonũ non spernat alterius. Si qui districtius uiuere possunt: eos qui non possunt,nec aspernentur nec æmulentur: & qui non possunt, eos qui possunt,sic mirentur: ut temere non imitentur. Sicut enim non licet his qui maius aliquid forte uouerunt, ad id qđ minus est descendere: ne apostatent: sic non oibus expedit de bonis minoribus ad maiora transire: ne præcipitent. Scio quippe nonnullos de alijs & congregationibus & institutionibus ad nostrũ ordinẽ peruolasse, pulsasse,intrasse. Qui hoc quidẽ agendo,& suis scandala reliquerũt,& nobis nihilomin9 attulerũt: dũ quãtũ illos sua temeraria discessione,tantum nos turbarunt sua misera conuersatiõe. Et qñ superbe spreuerũt quod tenebant, & temere præsumpserũt qđ nõ ualebãt: digno de9 exitu eorum tandẽ patefecit ignauiã: quia & impudenter deseruerunt qđ imprudẽter arripuerãt,& turpiter redierũt ad id qđ leuiter deseruerant. Cũ enim claustra nostra sui potius ordinis impatientia,quàm desiderio nostri expetierint: ostendunt quod sunt: dum à uobis ad nos,à nobis ad uos instabili leuitate peruolantes,& nobis & uobis,& omnibus bonis scandala faciunt. Quanquã ergo nonnullos eorũ nouerimus qui & fortiter deo authore cœperũt, & ipso protectore fortius perseuerant: securi9 est tñ ut perseueremus in bono qđ cœpim9,quàm q incipiamus ubi non perseuerem9: & hoc pariter oẽs studeam9,q fm apo-
1. Cor. 16. stoli consiliũ oĩa nostra in charitate fiant. Hæc est nostra de nostro & de uestro ordine sententia: hæc nostris & uestris: hæc non de uobis,sed uobis me solere dicere nullus melius mihi testis erit quàm uos: &,si quis me nouit sicut uos. Quæ i uestris laudabilia sunt,laudo & p̃dico: si quæ reprehendenda sunt,ut emẽdent,uobis & alijs amicis meis suadere soleo. Hoc non est detractio: sed attractio. Qđ ut nobis à uobis semp fiat: oĩno precor & supplico. Valete.

¶DIVI BERNARDI ABBATIS *super euangelio: Ecce nos reliquimus omnia:* Declamationes.

Prologus.

VT tibi dilectissime præsentes exhortatiõis schedulas destinarem: quæ ociosa esse non patitur, nimirum credens oĩa & oĩa sperans, charitas persuasit. Vbi sanè non tibi me propria tradidisse putes: nec tanquã nostra suscipias: sed è multis sermonibus patrũ quorũ digna satis laus est in ecclesia,quæ huic uidebantur apte negocio noueris decerpsisse sententias,& sub umã utcunqꝫ formulam redigendo, cuiusdam copiosi declamatorij sermonis instar hunc tuæ dilectioni libellũ edidisse. Hoc nimirũ scribendi genus ad persuadẽdum efficacius arbitrabar: qđ soleat amplius mouere lectorem,uiuidas magis uoces,quàm mutos apices repræsentans. Cæterũ quoniam suspecta mihi ignorantia propria, ppriaqꝫ obliuio est: hortor & moneo ut siqua deprehenderis digna reprehensione: aut ipse ea corrigere studeas,aut si id forsitan ex mansuetudine refugis & humilitate: mihi saltem quæcũqꝫ te mouerint,nõ dissimules,amicabiliter intimare. Atqꝫ id quidẽ de sentẽtia dixerim. Nã de uerbis: erit forsitan inuenire nonnullos ad quorum aures si uenerint: subsannent ea,dicentes. Quis est iste,inuoluens sententias sermonibus imperitis? Verum nil tale mihi super tua reor eruditione uerendum. Quippe & metũ hunc & pudorẽ suspicione carẽs charitas foras mittit. Affectũ magis (ni fallor) in his quàm uerba pensabit amicꝰ, præsertim qđ non ostentationis,sed ædificationis edere paginã cogitarim: optãs magis (si possibile uideret) & sine uerbis hæc imprimere cordi tuo. Faciat hoc q̃ intrinsecus operat in cordibus electorũ,& pia dignatiõe sua suã hanc uocẽ reputãs,uocem ei uirtutis & efficaciæ largiatur. Agit enim quod potest operosa dilectio: opportune instans,fortassis & importune. Nulla sanè huic operi idonea magis occurrit digniórue materia quàm euangelica lectio: ubi felicissimum illud Simonis & Iesu eulogium cõtinetur. Hãc ergo suscipe libuit,sed exhortationis magis gra quàm expositiõis: ut scilicet ex ea sermonis occasio sumeret. Sed & sententijs breuibus distinguere studui lectionem: ut distinctio ipsa fastidium non admittat.

¶*Sermo de uerbis euangelij: Dixit Simon Petrus ad Iesum.*

DIxit Simon Petrus ad Iesum: Ecce nos reliquimus omnia: & secuti sumus te. Fidelis sermo: & dignũ omni acceptione colloquiũ Simonis Petri & Iesu. Familiaris siquidem & amica saluti obediẽtia ẽ: sed obediẽtia firma & stabilis, quæ fundata est sup petrã. Melior est cñ obediẽtia quàm uictimæ: & acquiescere nolle,ut peccatum hariolãdi est. Vnde & uitæ quoqꝫ ipse saluator prætulit hanc uirtutem,negligens magis animam ponere,quàm obedientiam non implere. Postremo & ipsum nomen Iesu,quod est super omne nomen,& in quo flectitur omne genu,apl̃o teste: obedientiæ remuneratio est. Libet proinde sacratissimo huic interesse colloquio: & intima cordis aure p̃cipere quæ dicunt. Arbitror enim uerba lectionis huius ea esse de quibus ad immortalem spõsum à finibus terræ clamat ecclesia: Propter uerba labiorũ tuorũ ego custodiui uias duras. Hæc nempe sunt uerba quæ cõtẽptũ mũdi in uniuerso mũdo,& uolũtariã psuasere hoĩb9 pauptatẽ. Hæc sunt quæ monachis claustra replent: deserta anachoretis. Hæc inquã sunt uerba quæ Aegyptũ spoliant: & optima quæqꝫ eius uasa diripiunt. Hic sermo uiuus & efficax,conuertens aias felici æmulatione sanctitatis, & ueritatis promissione fideli. ¶Dixit enim Simõ Petrus ad Iesum: Ecce nos reliquim9 omnia. Bene,optime,& nõ ad insipientiam tibi. Nã & mũdus trãsit & cõcupiscentia eius: & relinquere hæc magis

Matt. 19.

1. Reg. 15.

Phil. 2.

Psal. 16.

Exod. 12.

expedit,

expedit, quàm relinqui. Ecce, inquit, nos reliquímus oĩa: & secuti sumus te. Nimirum quia exultauit ut gigas ad currendã uiã, nec currẽtẽ sequi poteras onerat⁹. Sed nec inutilis cõmutatio, pro eo qui super oĩa est oĩa reliquísse. ¶Nã & simul cũ eo donant oĩa: & ubi apprehenderís eũ: erit unus ipse oĩa in oĩbus qui pro ipso oĩa reliquerunt. Oĩa sanè dixerim: non tantũ possessiones, sed etiã cupiditates, & eas maxime. Plus eñ concupiscentia mũdi quàm substãtia nocet. Et hæc fugiendarũ causa diuitiarũ præcipua est, ꝙ aut uix aut nunquã sine amore ualeant possideri. Limosa siquidẽ & glutinosa nímis non modo exterior, uerũetiã interior substantia nostra uidet, & facile cor humanũ oĩbus quæ frequentat, adhæret. ¶Age ergo qui relinquere uniuersa disponís: te quoq; inter relinquẽda numerare memẽto. Imo uerò maxime & principaliter abnega temetipsum, si deliberas sequi eũ qui exinaniuit ꝓpter te semetipsum: pone grauíssimã sarcinã: pone asmariam molam, terrenã molẽ: pone illa quinq; non hoĩm planè iuga, sed boũ: quæ tibi inspiciẽter emísti. Alioqn sequi spõsum, & uenire ad nuptias spũales quinaria, hæc pressus & oppressus corporis sensualitate nõ poteris. Sed & si nouíssime ueneris & pulsaueris, mínime ꝓfecto aperiet tibi: sed respõdebit de intus, ꝙ nõ sit de bobus & asinis cæteriscq; iumẽtis inspiciẽtibus cura deo. An uerò cõparatũ iumẽtis esse quis dubitet hoĩem qui sibi iuga emerit iumentorũ: nisi ꝙ eo sanè ipsis quoq; iumentis conuincit stolidior, & bestialior bestiis cõprobat, ꝙ iuga necessitatis earũ propria ipe subeat uolũtate? Quod enim illis natura est, huic culpa: dũ tãquã unũ ex his quæ ratione carent, sine ratione degẽs & ipse, sub corporeis similiter sensib⁹ incuruat. Sed quid eum iuga subiisse causamur? Arguamus magis emisse. Illud eñ stoliditatis miserandæ: istud extremæ demẽtiæ est: Dignus est operari⁹ mercede sua. Nam ut mercedẽ ꝓpere tribuat, inaudítũ. Deniq; loquit super hoc uerbo dñs per ꝓphetã, sub typo mulieris fornicariæ scelera arguẽs Israelis. Oĩbus, inquit meretrícib⁹ dant mercedes: tu aũt dedisti mercedes cunctis amatoríb⁹ tuis: & donabas eis ut intrarẽt ad te undiq; ad fornicandum: factumq; est in te contra cõsuetudinẽ mulierũ in fornicatiõnibus tuis: & post te nõ erit fornicatio. In eo eñ ꝙ dedisti mercedes, & nõ accepisti: factũ est in te cõtrariũ. Planè & in eo qui iuga emit: contrariũ fieri manifestũ est. Quid enim iuga emit, & iuga boum, cui iugũ suaue gratis offertur? Nam iugũ Christi, iugũ hoĩs est: siquidẽ & Xps hõ. Nec mõ gratis tribuit, sed & copiosa his q tulerint illud, remuneratio est: ut à nemine nõ dico emi, sed gratis sustineri queat. Quid ergo miser pro iugo boũ distrahis aĩam tuã, q iugũ Xpi suscipiẽs, emere poteras regnũ dei, mercari uitã, lucrifacere Xpm? Nam sine iugo interim esse nõ potes: hõ nimirũ qui natus es ad laborẽ. Sed graue iugũ super oẽs filios Adã: utiq; qui sequunt eũ. Nã sup eos qui Xpm sequunt: leue est & suaue. Postremò, ut cætera silẽã, cũ sine iugo esse non possint: quale hoc ipsum est eligere poti⁹ qnq; quã unũ? Quis eñ põt seruire qnq; dñis: nedũ quinq; tyrãnis: qnq; ꝑdomib⁹? Siquidẽ oculus me⁹ deprecatur aĩam meã. An non sæpe aliud gula exigit: ad aliud prurit⁹ auriũ uocat? Sic & odorat⁹ & tact⁹ diuersa imperant: interdũ forsitan & aduersa: dum uterq; cõem sibi gestit præripere seruũ: & trahit sua quẽq; uoluptas. Vides excusationẽ hoĩs q ꝓpterea Xpm nõ sequit, ꝓpterea se excusat a nuptiis, ꝙ iuga boũ emerit quinq;. ¶Quid si eorũ laborẽ & dolorẽ cõsideres: si numeres iuga: qui uariis seruiũt uitiis morũ, magis quàm corporũ sensibus? Erit, ꝓfectò inuenire iam hoĩes qui multo magis in labore hoĩm nõ sunt: sed longe amplio⁹ aliena ab hoĩe flagella sustineãt. Erit inuenire emẽtes nõ modo quinq;, sed plusquã quinquagintaquinq; nõ planè iumẽtorũ iuga, sed dæmonum. Contẽdũt ambitio & elatio cordis: altera nídũ, altera foueam parat. Volare altera iubet, repere monet altera, cum neutrũ ꝓfectò sit hoĩs. Quis enim es tu ait hæc: qs uero ille uel ille est: aut quæ dom⁹ patris eorũ, ut eis in aliquo cedas, ut reuereáris eos, ut aliquate⁹ eis blandiáris? At bonus sermo bonũ inuenit locũ, ait, ambitio: & interdũ quoq; q ꝓdesse nõ potest, põt obesse: unde dissimula: primum uinũ bonum pone: donec ueniat hora tua. Auaritia quoq; & appetit⁹ laudis sibi inuicẽ aduersant: & qđ hæc cõgregat, hic dispergit. Nec mín⁹ cõtraria sunt quæ simulatio & pusillanimitas suggerũt: ipudẽtiæ, impatientiæq; clamoribus: & utraq; labor, & dolor, & afflictio spíritus. ¶Hæc autẽ oĩa, similiaq; ac dissimilia mala, ex una radice pullularũt, ppriæ. f. uolũtatis. Huius eñ sanguisugæ duæ Prou. 30
sunt insatiabiles filiæ clamantes, affer, affer. Siquidem nec anim⁹ uanitate, nec uoluptate corpus aliqñ satiat, ut scríptum est: Non satiat oculus uisu: nec auris implet auditu. Eccl. 1.
Fuge sanguisugã hãc: & oĩa reliquísti. Hæc eñ oĩa trahit ad se. Pone hãc: & iugũ tam importabile quàm multiplex abiecísti. Nõ est eñ dñs crudelis ad illã, nõ est tyrãnus tã impi⁹ & inhumani⁹ sic urgẽs seruulũ, & non parcẽs. Fatigatũ magis instigat: subditũ ꝑmit duri⁹. Inquietũ malũ: quod spíritui semp incubans, inexcogitabilia meditat. O Iob. 7.
custos hoĩm, quare posuisti me cõtrariũ tibi, & fact⁹ sum mihimetipsi grauis? Nullũ mihi onus iportabilib⁹: nulla grauior sarcina est. Fact⁹ sum mihi talẽtũ plũbi: & resedit insgtas sup illud. Sed audiã uocẽ solatiñ: audiã qd loquat Zach. 5.
magni cõsiliñ angelus: Veníte, inqt, ad me, qui laboratis & Matt. 11.
onerati estis: & ego uos reficiam. Tollite iugũ meũ super uos: & inuenietis requiẽ aĩabus uestris. Verum hæc aliàs. Inuenirẽt fortè in nouíssimis locum sibi. Interim sanè felices líquet esse, qui exonerati sunt, & sequũtur dñm expediti. Arctíssimũ eñ nos foramẽ expectat. Si quẽ sequimur cõsequi uolum⁹: per angustã contẽdamus ingredi portã necesse est. ¶Quid tu camele gibbum: quid tu pecunióse ꝓditoris loculos tollis? Nõ sic impie, nõ sic ingredíeris. Foramen acus, hmõi sarcinas nõ admittit. Excusant aliq fortasse dicentes: Abrahã, Isaac, & Iacob, cæteriq; sancti nũquid nõ terrenas diuitias habuisse legunt? Sufficit nobis esse sicut illi fuerũt: neq; eñ sum⁹ nos patribus meliores. Si culpabilis esset possessio diuitiarũ: nũquã illi in diuitijs tantã à dño gratiã obtinuissent: aut tantã gratiam cõsecuti, diuitias nihilomin⁹ possedissent. Quid respõdebimus nouis imitatoríb⁹ sanctorũ ueterũ: Imponãt certè uitulos super altare dñi: mactent arietes: hircos immolẽt: quia & hoc Abrahã fecit, & hic ritus patrũ: qbus nõ modo meliores nõ sumus: sed ne dígni quidem soluere corrigiam calciamẽtorũ eor. Sed hæc inquiũt statũ ultra non habent, ubi reuelata est ueritas: trãsiere. Quid si ipsas quoq; sanctor. diuitias tẽporales, umbrã fuisse dixerimus fu- 1. Cor. 10.
turorũ? In figura siquidẽ eis oĩa legim⁹ cõtigisse. Deniq; quidni terrenas palã diuitias possiderẽt sancti & perfecti uiri: cũ sola adhuc terrena palã promitterent à deo? Sicut enim sacrificijs illis, sic & diuitijs, carnalib⁹ adhuc populis dispensatio diuina morem gerebat: nimirũ ut tanquã paruuli paulatim à gentiliũ ꝺecederent ritu: eadẽ quæ gẽtes dæmoniis, dño immolãtes: eadẽq; & illi, sed à dño, non à dæmoniis expectãtes. Vbi sanè cælestis ꝓmissio sonuit, spiritalia iam necesse est spíritalibus comparari, & mutari sacrificiũ spe mutata. Nouerãt hæc quíc ũq; uel eo tempore fuere perfecti: sed ex charitate populo cohærebãt, ut in manifesto quidẽ & agere eadẽ, & eadẽ quærere uiderent. An fortè uiolẽta uidetur extorsio qđ de umbra dícimus & significatione? Olim alter super hæc scripserat in hunc modũ: Nullus mihi opponat aurum tẽpli Iudæorũ. Tũc eñ hoc fuit qñ sanguis immolabat: qđ totum figura fuit. Aurũ ergo repudiem⁹ cũ cæteris superstitionib⁹ Iudæorum: aut si aurum placet, placeãt & Iudæi. Postremò non multos legisse me recolo, aut non afflictos grauiter, aut non grauiter in ipsa seculi huius ꝓsperitate tẽtatos: fortè & periclitatos. Nimirum longe aliud est in luto aquarum multarum diuisi fundo maris, iter carpere, terrena licite possidendo: aliud ipsam quoq; nouis gressibus undam calcare, omnia relinquẽdo. Sed tempori gratiæ prærogatiua hæc debebat: Petro nouũ iter & noui typus itineris

seruabaſ. Antiquorū ſanè patrum diebus, donec in terris uideretur & cōuerſaretur inter hoīes dñs maieſtatis, non erat euāgelicæ forma perfectiōis, ſed ſpiritum dñi ſolo interim ſpiritu ſequebanſ. At ubi uerbū caro factū eſt, & habitauit in nobis: iam nobis in eo tradita eſt imago uitæ, & cōuerſationis exemplar: quod oporteat etiā corporaliter imitari, ut utroq; ſequentes ueſtigio, nō ulterius cum
Gen. 32. patriarcha Iacob altero femore claudicem⁹. Vbi enim audiuimus, quia dictum ſit antiquis, Niſi quis renūciauerit
Luc. 14. oībus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus⁹. Et item: Si uis eſſe perfectus, uade & uende oīa que habes, & da pauperib⁹, & habebis theſaurū in cælo, & ueni ſequere me. Neq; id dicimus tanquā ſaluari quis uel hoc tempore nequeat ſi ſec⁹ egerit: ſed ut gradū agnoſcat ꝓpriū, & locū perfectionis: aut diſcipulatus officiū non uſurpet.
¶Habent euangelia & perfectionis conſilium, & remeMatt. 6. dium infirmitatis. Nolite theſaurizare uobis theſauros
Luc. 9. in terra: hæc perfectio eſt. Siquidem filius hoīs ubi caput
Actuū. 3. reclinaret non habebat. Petro & Ioanni nec argentū nec aurū erat. Paulus uictu ſimplici ueſtituq; contentus hæc ipſa labore manuū acquirebat. Sed nō oēs capiūt uerbū hoc, ſicut nec conſilium caſtitatis. Quid dicitur populoꝝ
Luc. 16. Facite uobis amicos de māmona iniquitatis: ut cum defecerit is, recipiant uos in æterna tabernacula. Verba dñi
1. Tim. 6. ſunt, & quod loquitur tale eſt. Firma equidem ſtat immobilisq; ſentētia, eos qui uolunt in hoc ſeculo diuites fieri, incidere in tētationē laqueūq; diaboli: ſed quia miſereor ſuper turbā, & ipſum quoq; camelū (quod homo non poteſt) per foramen acus traducere poſſum. Cauete ſaltem à uerbo aſpero: qui laqueum uenantiū minime declinatis. Veſtite nudū, egenū alite, uiſitate infirmum, ne forte audire contingat ſermonē durum, aſperum uerbum, auditio-
Matt. 25. nem malā, Ite maledicti in ignem æternū: qui paratus eſt
Luc. 16. diabolo & angelis eius. Facite uobis amicos de māmona
Luc. 6. iniquitatis. ac ſi manifeſtius dicat: Væ uobis diuites, qui habetis cōſolationē ueſtrā. Attamen unum iam ſupereſſe uidetur. Cōmunicate eam pauperibus, quorū eſt regnū dei: ut cum uenerit hora eorū, reminiſcanſ: & deficientes uos recipiant in tabernacula ſua, & conſolationem ſuam quam modo prudēter expectant, dum ueſtrā ipſi prærip-
Luc. 6. tis, miſericorditer cōmunicent deſolatis. Menſurā enim
Eſaiæ. 28. bonā, & coagitatā, & ſupereffluentē, dabūt in ſinus eorū. nec erit illud pallio breue, quod duos operire non poſſit: aut ſtratū coanguſtatum, unde decidat alter. ¶Hinc eſt q̄ dotatas & ditatas uidemus eccleſias à potentibus & diuitibus huius ſeculi: qui in operibus bonis diuites, iuxta
Luc. 16. euangelij admonitionē, amicos ſibi facere ſtuduerunt de mammona iniquitatis: à quibus in æterna tabernacula recipiātur. ¶Quidni ſperarēt ab his recipi qui claues uidentur habere? Sed heu data eſt ipſa prouidentia eorū in occaſionem carnis: & qui ſibi pariter atq; alīs in cælo tabernacula æterna parare debuerant, in terra coniungunt domū ad domū, & agrū copulāt agro. Quis rapuit ab ore apoſtolorū temporis huius uerbū gratiæ, fiduciæ uerbū:
Eſaiæ. 24 ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te? Ecce enim ut populꝰ, ſic ſacerdos. Similiter uolūt in hoc ſeculo fieri diuites: ſimiliter imo abundantius ſuam hic prærip-iunt cōſolationē. Similiter amicis egent & ipſi ut in aliena ſaltem tabernacula ſuſcipiantur: utpote propria non haben-
Matt. 5. tes. Bti em̄ pauperes ſpū: qm̄ ipſorū eſt regnū cælorū. Cæterū hoībus qui perfectionis obtinēt locū: dignitate pollent: authoritate præminēt: funguntſ officio: an inter hæc infirmitatis & imperfectionis quā uſq; adeò diffitentur, liceat ſaltem ſperare remediū, ipſi hinc quoq; ſint iudices. Nā q̄ minime deceat, manifeſtū eſt: nobis ſanè liceat uel
Matt. 5. audire dicentē: Si ſal infatuatū fuerit: in quo ſalietur? Ad nihilū ualet ultra niſi ut mittaſ foras, & conculcetur. Sed & preſbytero cui forſitan derogare timebūt, qm̄ ſanctus eſt: uti liceat ſolita ſpūs libertate: nulli blandiri: palpare neminē: ſed nude nudam promere ueritatem. ¶Clericus inquit qui partem habet in terra, non habebit partem in cælo. Itēq; clericꝰ ſi quippiā habuerit præter dñm: pars eius non erit dñs. Verbi gratia: ſi aurū, ſi argentum, ſi poſſeſſiones, ſi uariā ſupellectilem: cum iſtis dñs pars eius fieri non dignaſ. ¶Videtur & ſanctus Dauid cauterio graui inurere quoſdam: ipſi uiderint quos hæc parabola tāgat.
In labore, inquit, hoīm nō ſunt: & cum hoībus nō flagel- Pſal. 72.
labūtur, ideo tenuit eos ſuperbia. Habēt em̄ ſingula quæq; genera hoīm laboris aliq̄d: aliquid uoluptatis. Sed aduertere eſt prudentiā aliquorū, & mirari quēadmodū nouo inter hæc artificio diſcernētes, & ab inuicē ſequeſtrantes ea, totum qd̄ delectat eligunt & amplectuntur: qd̄ moleſtū eſt, fugiūt & declināt, cū militib⁹ nēpe ſuperbiæ faſtus, amplam familiā, & nobiles apparatꝰ, equorū falerās, accipitres, aleas, & ſimilia quæq; frequentant: aliqui forte & dependentes à collo rubricatas murium pelles, ornatos thalamos, balnea, & mollitiem oēm atq; gloriā ueſtium à mulierculis mutuanſ. Caute oīno loricæ pōdus, & inſomnes in caſtris noctes, incertaq; diſcrimina prælioru, mulierem quoq; uerecundiā & diſciplinā, aut ſi quid aliud ſexus ille laboris habere cernitur, declinantes. Sudāt agricolæ, putant & fodiunt uinitores, & qui inter hæc torpēt ocio, accedente fructuū tpe innouari ſibi horrea iubent, & promptuaria eorum plena: utinā non præ illis: utinam uel cū illis: uiuunt tritico, bibūt uuæ ſanguinē meraciſſimū, parū eſt, impinguanſ, & dilatanſ adipe frumēti. Herbarū uiriꝰ pegrinū mutuanſ uina ſaporē, & addit oleum camino. Sed cōſidera & negociatores. Circūeunt mare & aridā, in labore corpis, & periculo uitæ pituras ſibi diuitias congregātes. Dura ſunt hæc: caueāt prudētes noſtri: dulces interea capiāt ſomnos: ne dicā in ſtratis laſciuiant ſuis. Erit tñ inuenire in die feſto graues uaſis aureis & argenteis miniſtrorū dextras: refertas uariis opiꝰ mātica, pertica oneratas, & in ſcrinijs tā multiplices loculos, ut ſi menſas adhibueris, nūmularios putes. Quid fabros aut cementarios cæteroſq; eiuſmodi operios neceſſe eſt numerare? Victū ſibi multo labore quærūt: illi madent deliciis: copijs affluunt ocioſi. An nō merito tales poeta ſubſannet: Ne cū fortè ſuas repetitū uenerit olim Grex auiū plumas: moueat cornicula riſum Furtiuis nudata coloribus. Magis aūt magnꝰ ille ꝓpheta & plus quàm ꝓpheta
terribiliter increpat, dicēs: Genimina uiperarū qs demō- Luc. 3.
ſtrauit uobis fugere à uentura ira? Vbi em̄ ſunt pniæ fructus? Cū cœperint reſurgere hoies unuſquiſq; in ordine ſuo, ubi putas generatio iſta locabitur? Si ad milites fortè diuerterint: exuffl abunt eos: q̄ minime ſecū laborem aut pericula tolerarint. Sic agricolæ: ſic negociatores: & ſinguli quiq; ordines hominū à ſuis eos ſimiliter arcebunt finibus: utpote qui in hoīm labore non fuerint. Quid igitur reſtat: niſi ut quos omnis ordo repellit pariter & accuſat: eum ſortiantur locum ubi nullus ordo ſed ſempiternꝰ horror inhabitat? ¶An fortè ad electionē clerici audeant aſpirare? Magnus em̄ uerè eorū locus in regno dei: & bonum ſibi, ſed qui bene miniſtrauerint, gradū acquirunt. Cæterū ſuus & ipſis nec modicus labor eſſe uidetur: & dicebat qui plus omnibus laborauit: Qui non laborat non manducet. Et Petro dictum eſt, Simon Ioannis amas me? paſce oues meas. Idemq; tertiò repetitum. Tertio dictum paſce, nec mulge ſeu tonde uel ſemel additum eſt. Speret ergo diſcipuli locū, gradum miniſtri: q dominicum paſcere gregem ſatagit, quàm tondere: paſcere uerò tripliciter: exeplo cōuerſationis: uerbo p̄dicatiōis: fructu orationis. Et paſcere ad mandatum Chriſti: ut nemo ſibi hūc ſumat honorē: ſed q uocatꝰ fuerit à deo tanquā Aaron. Per eum nēpe ſi quis introierit, ſaluabitur, & inueniet paſcua. Si uerò aſcenderit aliunde: planè fur eſt & latro. Atq; utinā uel quæraſ iā inter diſpenſatores, ut fidelis qs inueniatur.
¶Nemo tamen indignetur nobis: aut moleſte accipiat quæ dicūtur. Si ſanctus eſt, & minime ſibi cōſcius horum: cōgratulamur ei: doleat & ipſe nobiſcum in pluribꝰ hæc
inueniri. Nec enim reuelamus nūc occulta dedecoris: nec Ezec. 12.
parietem fodimꝰ ut abominatio maior appareat: nullum

adhuc de

Universidad de Deusto

adhuc de fornicatione facimus uerbum: quãuis & hæc in multis etiã & multipliciter regnet: qui puritatis authori impuro corde & corpore ministrãtes, non uerentur stare
Deu.23. angelũ dñi qui secet medios & disperdat: sed oĩno audẽt agni immaculati sacras contingere carnes: & intingere in sanguine saluatoris manus nefarias, quib⁹ paulò ante car nes prohdolor meretricias attrectarũt: sic altaria circũire: sic frequẽtare psalmos: cum & eiusmodi laus execrabilis, & oratio sit in peccatum. Sed nec eorum sacrilegia recen
Psal.108. semus: qui diligunt munera, sequuntur retributiones, uẽ dunt sacramenta, iustitiam produnt, quorum guttur nec dũ traxit ad laqueũ, necdũ præfocauit fauces uerbũ blas
Matt.26. phemiæ, uox sacrilega, sermo nequã. Quid uultis mihi da re, & ego uobis eũ tradam: Videmus hec omnia, sed quo dammodo non uidẽtes: quippe quibus nec flagellum est, nec ille comedens zelus. Manifesta loquimur: & quæ uix aliqui erubescant. Postremò & nos in clero fuimus: liceat
1.Cor.1. uel nostra scrutari. ¶Videte uocationẽ uestram, ait uoca tus apostolus. Considerem⁹ & nos an uocati uenerimus, & uocati à deo: cuius nimirũ hæc uocatio est. Nec com munem modo uocationẽ dixerim, qua sanè iuxta eumdẽ
Rom.8. apostolum, quos prædestinauit, hos & uocauit. Si quis
Isa.40. uocauerit nos in honorẽ cleri: conuenire uelim conscien tias singulorũ: ut fm præceptũ dñi, ad cor Hierusalem lo quar. Huic enim paruulo adhuc, aut forsitã necdũ nato, ecclesiastica iam beneficia prouida sanè parentum solici citudo parabat: Hunc nos inquiens illi uel illi tradamus episcopo: apud quem habemus gratiam, aut cui forte ser uiuim⁹: ut ditetur de bonis dñi: nec in tot liberos nostra diuidatur hæreditas. Illũ præpositus aut decanus ut sibi succederet, plusquã materno educauit affectu: in delicijs enutriens, & delictis. Ille dignus archidiaconatu, utpote filius principis: magis autem si sit epi cõsobrinus, in quo nimirũ tota est episcopata progenies. Ali⁹ undiq; circuit sedulus explorator, blanditur, obsequitur, simulat, & dissi mulat: miseraq; sibi suffragia uendicare non erubescit: ma nibus & pedibus repens, si quo modo tandem aliquando sese ingerere queat in patrimoniũ crucifixi, & bona dñi: quæ sola ex oĩbus hodie inueniuntur exposita. Nimirum peregrè profectus est: sed in plenilunio fortè, ut sua distri cte repetat redit⁹. ¶Quis ea intẽtione gradus eccliasti cos & ministeria sanctuarij quærit, imo quæritur (quæri nempe, quem quærere ipse debuerat) ut sine curis seculi, in sanctimonia cordis & corporis illuminandus accedat ad dominũ, & suam pariter ac proximorũ operetur salu tem orationis studio deditus, & uerbo prædicationis: Nam si eos eo quærit aut tenet animo, eoq; intuitu, ut hu ius uitæ habeat necessaria, euangelizat ut manducet, & peruerso nimis ordine: cælestibus terrena mercatur. Quã certè digni⁹ amplius q; cõsentaneũ rationi, ut pro carnali uictu carnalia magis opera & negocia exerceret, nec fie ret inuersor rerũ, aut inhonoraret ministerium spiritale: Sed modico est natura contenta: nec multi sola in his ne cessaria quærunt: quippe minori facile satis obtinenda periculo. Honorati incedere uolunt: placere student ho minibus: delectari & superbire, & huic seculo per omnia cõformari. Audi querelas dñi: quid super hac tanta ho minũ temeritate loquatur patiens redditor: pœnitẽtiam
Oseæ.8. cupiens, quàm uindictã. Ipsi, inquit, regnauerunt, & non ex me: principes extiterunt: & ego non uocaui eos. ¶Vni uersos siquidem in ordinibus ecclesiasticis cæterisq; ad sanctuariũ pertinẽtibus honorem quærẽtes propriũ: aut diuitias, seu corporis uoluptatẽ: postremo quæ sua sunt nõ quæ Iesu Christi: manifeste prorsus & indubitãter: nõ ea (quæ deus est) charitas, sed aliena à deo & quæ omniũ
1.Tim.6. radix malorũ, cupiditas introducit. Quid istud temerita tis, imo quid insaniæ est: Vbi timor dei, ubi mortis me moria, ubi gehennæ metus, & terribilis expectatio illa iu
Cãt.1. dicij? Sponsa nec cubiculum nec cellam ingredi nisi rege introducẽte præsumit: tu irreuerẽter irruis nec uocatus, nec introduct⁹? Trahe me post te, ait illa, in odorẽ unguẽ torum tuorum currimus. nunc autem trahit sua quenq; uoluptas: & odorem turpis lucri sectantes, quæstum æsti
1.Tim.6. mant pietatem: quorum certa est damnatio. ¶Verum etsi irrepsehensibilis uideatur ingressus, & intẽtio casta, nihil ne ultra timendũ est: Timendũ quidem: & maxime. Neq;
Gal.3. enim quicũq; spiritu cœperint, etiã spiritu cõsummãtur: sed carne nonnulli. Deniq; & Saul princeps constitutus à
1.Regũ.9. dño, & Iudas non ab alio electus in apostolũ memoratur. ¶Nõne ego (inquit) uos duodecim elegi, & un⁹ ex uobis
Ioan.6. diabolus est: Vtinam in duodecim unus hodie Petrus, unus qui reliquerit omnia, unus qui loculis careat inue niatur. Vnus (inqt) ex uobis diabolus est. A duob⁹ utiq; bolis diabolus dicitur, & Iudas non loculum, sed locu los habet. Vtinam saperes miser & intelligeres cum the sauro pecuniæ thesaurum iræ pariter cumulari, utinã no uissima prouidens animaduerteres facile per foramen acus transituros non diuitiarũ cumulos, sed delictorum.
1.Tim.6. Nihil enim intulimus in hunc mundũ: haud dubiũ quia nec auferre quid possumus. Sane argentũ & aurum non nihil est: sibi utriq; retinet mũdus. Inexorabilem consti tuit ianitorem: foramen angustum est: nihil ex omnibus asportare licebit. Nam peccatum quoniam nihil est, nulla potest foraminis angustia retineri. Solũ hoc te sequitur quocũq; ieris: quacũq; intraueris, pellẽ hanc non depo nes. ¶Quæ autem parasti insipiens, cuius erunt: Væ, uæ,
Luc.e.12. in domo dei horrendũ uidemus. Quid ni idololatras mi nistrãtes: Mẽtior si nõ idolorũ seruitus auaritia est: si non
Col.3. quibusdã etiã uenter suus factus est de⁹ suus. Quod enim
Phil.3. quisq; præ cæteris colit, id sibi deũ cõstituisse probatur. Quãtos sanè uidimus qui diligunt munera: sequũtur re tributionẽ: Quãtos qui Christo domino nõ seruiunt, sed suo neutri: Quis putas est fidelis seruus & prudẽs: quem
Matt.24. constituit dñs sup familiã suã, ut det illis escam in tẽpore: Quæris fortè quam escam: Meus (inquit) cibus est ut fa
Ioan.4 ciam uoluntatẽ patris mei. Nimirũ uita in uolũtate eius:
Psal.29. qua quidẽ nec pasci ipse, nec alios pascere poterit, nisi fi delis sit & prudens, ut eam & intelligat & diligat, diligat autem fortiter, diligat & feruenter. Quãdo enim excusare ignorantia possit hominem qui se magistrum infantium,
1.Cor.14. doctorẽ insipiẽtiũ profitetur: Ignorans utiq; ignorabit: imo & multos ignorare faciet & ignorari. Quid enim pe riculi sit ubi non inuenit pastor pascua, ignorat dux itine ris uiam, uicarius nescit dñi uoluntatem: ecclesia quoti die multipliciter & miserabiliter experitur. Est enim ut sanctissima, sic & sacratissima res uolũtas dei, & occultum
1.Cor.7. oĩno consiliũ, de quo & apostolus gloriat: Puto, inquiẽs,
1.Cor.2. q; & ego spiritũ dei habeã. Vnde & ipsa ueritas: Nemo scit quæ sunt in hoĩe: nisi spiritus hois qui est in ipso. Sic & quæ dei sunt, nemo nouit nisi spũs dei qui in ipso est. Vtilis proinde lectio, utilis eruditio est: sed multo magis unctio necessaria: quippe quæ sola docet de oĩbus. Vnde
1.Ioan.2. autem scire uidebit quæ sit uolũtas dei bona, & beneplacens, & perfecta: qui nec pulsare, nec quærere, nec petere cõsueuit: qui donec alienarũ curã susciperet animarum: nunquã suæ gessisse curam, sed in uano eam uisus est acce pisse? Atq; utinã uel tũc curaret suã, ut meã quoq; postea curaturum sperare liceret: & de suo prius oculo festucam
Matt.7. eiiceret, ut de meo uideret eiicere trabẽ. Nã de his quidẽ qui & ubi fortè intelligũt dñi uoluntatẽ, negligũt tamẽ, & quãtũ prævalẽt aduersant ei: qui dederũt man⁹ morti, & cum inferno iniere fœdus, ut odiẽtes bonũ, adhærẽtes malo, parati sint gratis cõsentire pctõ, fouere malitiam, fa uere iniqtati: qm̃ odibiles deo, & mundo execrabiles esse cõstat, melio⁹ est silere quàm loqui. ¶Sanè nemo repẽte fit turpissimus: & uix aliqs in hunc affectũ neqtiæ nisi praua cõsuetudine pertrãsiuit. Sunt eĩ infirmi & tepidi amato res iustitiæ: quib⁹ aut uigor, aut seruor deest, aut fortassis uterq; cum uterq; sit summopere necessarius, inter pro spera quippe & aduersa uersanti. Etenim uigoris esse di gnoscit nequaquã cedere tribulatiõi, sed p iustitia pscu tionẽ uiriliter sustinere, sic feruori uidet attribuẽdũ nullis

capi uoluptatibus, nullis illecebris eneruari. Quæ quidē tum omni populo, tū maxime & specialiter ducibus populi sunt necessaria: ne fortè in perniciē oīm errare cōtingat. Quid eīm refert qua occasione uiā deserāt ueritatis, se ducant ignari, sequantur spōtanei, compellant inuiti, seu attrahant illecti: quid interest dūmodo eant in perditionem? Sic eīm Euæ prudētia, Adæ temperantia, Cain oīno iustitia. Petro defuit fortitudo. Quā quidē uirtutis quadrifariæ perfectionem & cathedram sanctitatis oīmodo exigit ministeriū hoc de quo loqmur: ut hac dote carens, frustra sibi tāquā per Christū introierit blādiat. Siquidē
Matt. 15. dicit ignorāti: Si cæc⁹ cæco ducatū præstet: nōne ambo
Hiere. 2. in foueam cadūt? Et item: Sacerdotes nō dixerūt ubi est dñs: & tenētes legē nescierūt me. Ipsi prophetæ & pastores abierūt in terrā quā ignorauerūt. Dicitur & iniquo:
Ioā. 10. Fur non uenit nisi ut mactet & perdat. Et illud: Dilexisti
Psal 15. malitiā super benignitatē. Dicitur pusillanimi: Mercēna-
Ioan. 10 rius & qui nō est pastor, uidet lupū uenientē, & fugit. Dicitur ei qui post cōcupiscētias suas uadit: Mors est posita
Phil. 2. secus introitum delectationis. Dicitur item: Oēs quæ sua sunt quærūt: nō quæ Iesu Christi. Verum hæc hactenus.

¶Iam qui per Xp̄m sibi in sortē ministerij huius introisse uidet, decætero quēadmodū ei seruiat: quēadmodū ministret: quēadmodū pascat tripliciter, ut prædiximus gregem dñi: solicita secum examinatione discutiat. Indignus eīm lacte & lana cōuincit si non pascit oues. Si non uigilat in custodia gregis: iudiciū sibi māducat & uestit. Væ uæ
4. Re. 4. tibi clerice, mors in olla. Mors in ollis carnū, mors in huiusmodi delicijs est. Nō modo quia secus introitum delectationis posita esse cognoscit: sed ob id maxime quia po-
Osee. 4. puli cōstat esse peccata quæ comedis. Sumpt⁹ ecclectasti cos gratis habere te reputas? Cantando (ut aiunt) tibi prouenire uident: sed bonū erat magis fodere: aut etiam mēdicare. ¶Peccata eīm populi comedis: ac si propria tibi minus sufficere uiderent. Solicitus esto tanquam redditurus rationē pro eis, gemitus fundere, dignos agere pœnitentiæ fructus. Alioquin tibi ea noueris imputanda, quæ modo inter delicias comedis & paruipēdis, & dissimulas tāquā nihil attinētia tibi. O iudiciorū dei abyssus multa.
Psal. 65. O terribilis deus in cōsilijs super filios hoīm. Frustra tūc
Luc. 23. incipiēt miseri dicere mōtibus, cadite sup nos: & collib⁹, operite nos. Veniēt ueniēt ante tribunal Xp̄i: audiet populorū querela grauis: accusatio dura: quorū uixere stipendijs, nec diluere peccata: quib⁹ facti sunt duces cæci, fraudulēti mediatores. Quid tibi insipiēs delicię sapiūt? quid diuitiæ illæ cæcos delectāt oculos: quibus mercaris tam graue iudiciū: tā dure temetipsum obligas rationi? Vniuersa siquidē usq; ad quadrantē nouissimū exigeris.
1. Tim. 5. ¶Sed esto studiose qs & fructuose laboret: dignus plane
1. Cor. 9. est operarius mercede sua, ut qui altario seruit, de altario
1. Tim. 6. uiuat. Viuat, inquā, de altario: ut iuxta eundē apostolum alimēta & quib⁹ tegat habēs, his cōtēt⁹ sit. Tertiū ei hoc
Nota. periculū est. De altario, inquit, uiuat, nō superbiat, nō luxuriet: denicq; non ditetur: nec cōtra sancti cuiusdā planè dignā oīm acceptione siuam, ex clericatu ditior fiat. Nō sibi de bonis ecclesiæ ampla palatia fabricet, mutans quadrata rotūdis, nec loculos inde cōgreget, nec in uanitate aut supfluitate dispergat, nō extollat de facultatib⁹ ecclesiæ consanguineos suos, aut neptes (ne filias dixerim) nuptui tradat. ¶Res pauperū nō pauperib⁹ dare, per sacrilegij crimen esse dignoscit. Sanè patrimonia pauperū, facultates ecclesiarū: & sacrilega eis crudelitate surripitur, quicqd sibi ministri & dispēsatores, nō utiq; dñi uel possessores, ultra uictū accipiūt & uestitū. Nec eīm ordinauit deus his qui in euāgelio seruiūt, de euāgelio quærere aut
1. Cor. 9. habere delicias uel ornatū: sed uiuere (ait Paulus) ex eo, ut uidelicet sint contenti alimēta corporis, nō irritamēta gulæ, aut incētiua libidinis, & quibus tegant, nō quibus ornētur accipere. Sanè qui nō fideliter introiuit, neq; per Christū, quidni infideliter agat & cōtra Xp̄m? Manifestā sine dubio faciet arborem fructus, radicem palmes, opus intētionē. Faciet ad quod uenit, aut mactet utiq; & dispersdat. Quādo utiq; altario seruiat qui eiusmodi est, seruiat autem in spiritu & ueritate? Tales nimirū pater adorato-
Ioan. 4. res quærit. Alioquin ministratio mortis est, in iudiciū & condēnationē. Aut qñ poterit necessarijs esse contentus, qui eo aio introiuit ut stipendia cleri in usus uoluptatis, curiositatis & uanitatis congreget, seruet, expendat? Tri-
Eccli. 4. plex ergo funiculus qui difficile rumpit, hoīem miserum in perniciem trahit, qui impure intrat, indigne ministrat, sed & ipso fructu abutitur temporali. ¶Quid eīm si in hoc mundo floret, & ꝓsperatur in uia suā? Aresset uelociter,
Psal. 36. cito decidet flos fœni, & uapor ad modicū parens. Parcitur uirgæ, qñ inuenitur iniquitas eius ad odiū utiq;, nō
Psal. 35. ad iram. Virga (inquit) tua & baculus tuus, ipsa me con-
Psal. 22. solata sunt. Habet enim uirgā, sed habet etiam baculū. Et hæc cōsolatio est ꝙ is qui uirga cæditur, baculo sustentetur. Aut certè portat pastor uirgā & baculū, illā ouibus, illum lupo: oia autem ꝓpter electos. Siquidē & uirga eos cōsolat à stimulis cōscientiæ, dum hoc modo sentiunt sibi peccata dimitti: dicente dño, Ego sum ego sum ipse qui
Isaie. 43 deleo iniquitates tuas. & baculus iuuat ad tolerantiam uirgæ, dum illius cōparatione fit lenior. Econtra uerò dicitur induratis: Erons mulieris meretricis facta est tibi,
Hiere. 3. erubescere noluisti. Et addit: Recessit zelus meus à te: ultra
Ezech. 16 nō irascar tibi. Quem eīm diligit arguit, & flagellat oēm filiū quem recipit. Liquet proinde eos qui in labore hoīm
Heb. 12. Psal. 72. nō sunt, & cū filijs nō flagellant, nec diligi ab eo nec recipi. An tu fortè quos in mūdo florere cōspicis, ab authore mūdi diligi putas? Audi quid super hæc scriptura loquatur: ¶Oīs qui uoluerit amicus esse huius mūdi, inimicus
Iacob. 4. dei cōstituit. Et alio loco: Charissimi, nolite diligere mun-
1. Ioan. 2. dum, neq; ea quæ in mūdo sunt. Si quis diligit mūdū, nō est charitas patris in eo. Verba sunt apl̄i. Primū quidē uerbū Iacobi, secundū eius discipuli quē diligebat Iesus, qui & ipsius ignorare non posset animū. Sed uis nosse qs sit qui diligat mundum? Neq; enim creaturas dei iuberis
Ibidem. odisse: sed quæ à deo non sunt, ea diligere phiberis. Quæ uerò sint hæc, Ioannes ipse loquat? adiūcies. Nolite, ait, diligere mūdū, neq; ea quæ in mūdo sunt. Oīa eīm quæ in mūdo sunt, cōcupiscētia carnis est, & cōcupiscētia oculorū, & ambitio seculi: quæ nō sunt, inquit, ex patre, sed ex mundo. Viderit hic quisq; cuius sit spūs, quid diligat, quid cupiat, quid sectetur. Ecce enim speculū ueritatis: tūn ne qs cōsiderato uultu cōscientiæ suæ prætereat, & qualis fuerit obliuiscat? Ambitio, curiositas & uoluptas non ex patre sunt: sed ex mūdo. Aut certè quia multi codices habēt nō ambitionē seculi, sed superbiā uitæ: cōcupiscentiā carnis uniuersam accipe corporalium sensuum delectationē: qua quidem ne ipsa curiositas caret. Ac deinceps cōcupiscen-
Hiere. 22. tiam oculorū, quæ cūq; ad humanū diē (quem propheta minime cōcupiuit) & secularē gloriā, & extrinsecā pertinēt uanitatē. ¶Porrò in superbia uitæ, elationem cordis intelligе. Hæc enim tria qui diligit, mūdū diligit, & dei cōstitutus est inimicus. Suscipiat aūt qui eiusmodi est, recōciliationis officiū, nō mediatoris, qui etiā proditoris scelere inimicitias cumulauit, ut meritò iam non ut hostis, sed ut traditor iudicet, ut Iudas utiq;, nō ut Saulus. Nam impudētia & frontositas, cū obduruerit ut nō paueat, nō horreat, nō contremiscat: ea iā demū desperatio est. Quid enim? Horū sibi cōscius homo, tāquā qui iustitiā fecerit, diuino sese uultui sistere non ueretur, tanquā domesticus intrat & exit, magistrū salutat, genua flectit, osculatur ore sacrilego, dolose agit: sed in conspectu dei: ut inueniatur
Psal. 35. iniquitas eius ad odiū. Odibilis planè deo frontosa temeritas, & impudētia execranda. Propter quid enim irrita-
Psal. 9. uit impius deū, exacerbauit dñm peccator, ut fm multitudinem iræ suæ non quærat? Num ꝓpter fornicationes in cestus, aut sacrilegia? Nihil horū ꝓpheta memorat, sed ꝙ iā corde suo dixerit, non requiret. Sermo, cordis affectio
Ibidem. est. Corde eīm dicere nō requiret, est non expauescere exquisiturū. Hæc impietas, cui fm multitudinē iræ suæ non

misereatur

Universidad de Deusto

miſeretur deus, nec quærit, nec arguit, nec flagellat, nec
ulciſcit in admonitiones eorũ: ſicut de Moyſe & Aaron &
Samuele legimus: qb⁹ nimirũ ꝓpitius fuit. Sed exp̃ſſe &
ſignanter cuius ſit hæc impietas, audiamus. Miſereamur
Eſa.26. impio, ait dñs, uelut in concilio angelorũ & congregatio
ne deliberans. Nec eos latuit crudeliorem omni indigna
tione miſericordiã iudicẽ meditari, qua non diſcat homo
Pſal.8. iuſtitiã facere: ſed obdormiſcẽs miſer & dicens: Oblit⁹ eſt
Iob.21. deus, auertit faciẽ ſuã: dies ſuos ducat in bonis, in puncto
1.Theſſ.5. ad inferos deſcẽſurus: & cum dixerit pax & ſecuritas, tũc
ſubitaneus ei ſuperueniat interitus, nec effugiat. Et non
Eſa.26. diſcet (inquiũt) facere iuſtitiam. In terra ſanctorũ iniqua
geſſit, ait domin⁹: acſi diceret: Nolo diſcat iuſtitiã facere:
inuẽta eſt iniquitas eius ad odiũ. An adhuc quærẽdũ eſt
quis iſte ſit impius: In terra (inquit) ſctorũ iniqua geſſit:
in eccleſiaſticis poſſeſſionibus, quæ ſanctorũ fuerãt uſib⁹
aſſignatæ: in domo dei, quã ſanctitudo decet: de qua Pau
1.Tim.3. lus diſcipulũ ſtudioſe ſolicitãs, Vt ſcias, inquit, quomodo
te oporteat conuerſari in domo dei, quæ eſt eccleſia dei
uiui, colũna & firmamẽtũ ueritatis. ¶ In clero qppe tãquã
in cælo gerẽs iniqua, quid niſi de miniſterio iudicẽ? Cæ
leſte tenet officiũ, angelus dñi exercituũ factus eſt, tãquã
angelus aut eligit, aut reprobat. Inuenta quippe in ange
lis prauitas, & diſtrictius iudicẽ neceſſe eſt, & inexorabi
lius quàm humana. Age ergo, qm̃ iudiciũ graue his qui
Sapiẽ.6. præſunt, & potentes potẽter tormẽta patientur. Aſcẽdat
Pſal.73. ſuperbia tua ſemper: ſequere regẽ tuũ. Omne ſublime ui
deant oculi tui. Feſtina multiplicare præbendas, inde ad
archidiaconatus cuola: demũ aſpira ad epiſcopatũ, ne ibi
quidẽ requiẽ habiturus: qm̃ ſic itur ad aſtra. Quo progre
dieris miſer? An ut ab altiori gradu ſit caſus grauior? Ne
Pſal.72. qꝫ enim ſic paulatim decides: ſed tanquã fulgur in impetu
uehemẽti quaſi alter ſathanas ſubito deficieris. In labore
hoim nõ ſunt, inquit, & cũ hoibus nõ flagellabunt: ideo
tenuit eos ſuperbia, pctm̃ diaboli: quo ceciderũt qui ope
rantur iniqtatẽ. Hæc eſt quæ nõ recipit diſciplinã. Curari
renuit: medelã nõ ſuſtinet. Vlcus peſſimũ: quod nec ſum
mis ſaltẽ digitis patiẽ attrectari. Huius & ipſe indignatio
nem uereor ſuper his, & graue iudicium. Quidni timeam
morſus, feralẽ inſaniã, & animarũ freneſim nõ ignorans?
Sed dñi ſunt uerba quæ replico, & eadẽ ipſi quoqꝫ legunt
Eſai.26 & intelligũt: pariter, legẽ quippe ſcientes. In terra, inquit,
ſanctorũ iniqua geſſit: & nõ uidebit gloriam dñi. Durus
eſt hic ſermo, & comminatio ualde terribilis, non uidebit
gloriam dñi. Quid igiẽ cætera uidiſſe præſtat? Hiccine to
tus miæ finis? Hanc ego miſericordiam nolo, procul fiat
miſeratio tam crudelis, ne ueniat in eorũ conſortium aia
mea. ¶ Quis eñ uobis miſeri demõſtrauit fugere à uẽtura
ira? Quid præſentẽ tantopere fugitis irã, flagellũ timetis,
declinatis uirgã? Et quidẽ in hac die ueſtra, quæ ad pacẽ
uobis, ſed ſi cognouiſſetis, & uos: mutatis, non effugitis
pœnitẽtiã. Nã malũ impunitũ eſſe nõ põt. Non punit hic
ꝓpria uoluntate: punieẽ alibi ſine fine. Miſera ſanè & ex
treme plena demẽtiæ cõmutatio, humanum declinare la
borẽ, & paratũ diabolo ſtridorẽ eligere ſempiternũ. Ani
maduertite ſiquidẽ & uidete, non hoibus, ſed diabolo &
angelis eius ignem illũ eſſe paratũ. Ille eñ hoſtis & lupus:
nos autẽ populus eius & oues paſcuæ eius. Illi ſecuris &
malleus, nobis flagellũ & uirga debetur. Illius iniquitas
inuenta adodiũ, ſuũ habeat carcerẽ, ubi nulla redemptio,
unde nemini liceat reſpirare. Mihi ſanè & labore tolerabi
lior carcer, & tpe breuior aſſignat: ubi cum iratus fuerit
dñs, miæ recordet, redẽptionẽ ſuo mittens populo copio
ſam. Deniqꝫ tempus mihi conſtituit. Mihi dicit donec, illi
Gen.3. parat æternũ. In ſudore, inquit, uultus tui comedes panẽ
tuũ, donec in terrã de qua ſumptus es, reuertaris. Peſſim⁹
ille angelus de terra ſumpt⁹ nõ eſt, nec in terrã aliquando
redituru⁹, ꝓpterea nõ habet donec: ſed ignis ei paratur
æternus. Minime igitur expedit ut in ſapiẽtia huius ſecu
li, authoris ſeculi non uereamur fruſtrari iudiciũ, & delu
dere uelle ſniam, declinando uidelicet laborẽ hoim & ſu
dorem, acſi nullo modo nos contingere uideatur quod
Adæ dictũ eſt: aut nõ in eo ſententiã laboris exceperim⁹,
in quo ſine exceptione peccauim⁹ oẽs: aut non cõmunis
culpæ nihilominus eſſe debeat pœna cõis. ¶ Forte eñ ali
qui dicẽt: Quid peccamus? Bona eſt omnis creatura dei:
noſtra licite poſſidemus: noſtris utimur facultatibus, à ra
pinis & latrociniis abſtinentes. Enimuerò nõ paſcetis in
cruce coruos. Ego ſanè diuitem illũ cuius ſaluator memi
nit in euãgelio, in nullo horũ audio accuſari. Induebatur Luc. 16.
purpura & byſſo: quotidie epulabat ſplendide. Si crude
litatis arguitur ꝙ ſubſtantiã mundi habens, & uidens fra
trem ſuum egere, clauſerit uiſcera ſua ab eo: quando hæc
diuiti deeſt? Quãtos uidetis & ipſi lazaros, eſurientes, nu
dos, ægrotos, & plus de iumẽtis ueſtris, plus de corũ pha
leris, quàm de iſtorũ miſeriis cogitatis? Sed ad tremendũ
Abrahæ iudiciũ ueniamus. Nõ enim Abrahæ, ſed dei ſen
tẽtia eſt. Memẽto, inquit, fili ꝙ recepiſti bona in uita tua, Ibidem.
& Lazarus ſimiliter mala. Verũ utrũqꝫ eſt, nõ poteſt oĩno
negari. Per ſententiã, quia paucis expreſſa totius ſumma
negocij eſt. Ille bona, & iſte mala recepit. Quid modo?
Nunc aũt inquit, hic cõſolatur, tu uerò cruciaris. Exper- Ibidem.
giſcimini ebrij, & flete. Terribilis enim deus in iudicijs ſu
per filios hoim. Hæccine cruciatuũ cauſa tota, ꝙ in hoc
ſeculo bona recepit? Ipſa planè. Neqꝫ enim ad hoc nos de
paradiſo uoluptatis animaduerſio diuina eieciſſe uidet,
ut alterũ ſibi hic paradiſum adinuentio humana pararet.
Homo ad laborem natus, ſi laborem refugit, non facit ad
quod natus eſt, ad quod uenit in mundũ. Quid reſponde
bit ei qui miſit eũ, qui inſtituit ut laboraret? Memẽto ait,
ꝙ recepiſti bona in uita tua, & Lazarus ſimiliꝫ mala. Nunc
autem hic cõſolatur, tu uerò cruciaris. Quid dicemus ad
hæc? Si talis finis, & tale iudiciũ, ut extrema gaudij luctus Proue.14
occupet, nũquid non præferenda ſunt in hoc ſeculo mala
bonis? Quippe nec illa uera bona, nec illa uerè mala eſſe
manifeſtũ eſt. Vera potius ſentẽtia Salomonis, Melius eſt Eccle.7.
ire ad domũ luctus, quàm ad domũ conuiuij. Cæterũ ſi ſic
cruciãdi ſunt qui in uita ſua bona receperint, & habẽtib⁹
cõſolationẽ præſentem uæ repoſitũ eſt ſempiternũ, cũ in
ſuperioribus inuenti ſint aliqui de ſapiẽtia carnis ſcientes
in oĩb⁹ & per oĩa reprobare malũ, & eligere bonũ: quiſnã
eorum poterit eſſe finis, ſi ſm multitudinẽ conſolationum
ſuarũ dolores apprehẽderint aĩas miſerorũ? Conſequens
enim uidet ut bona oĩa, & omnem ſeculi huius recipientes
conſolationẽ, nihilominus uniuerſum uæ & uniuerſi ma
neant cruciatus. An uerò & illud æquè ex eadẽ Abrahæ
ſententia conficiendũ uidetur: eos qui contrario ducti ſpi
ritu, uitæ præſentis oĩa bona reſpuũt, & eligunt mala: om
nia quoqꝫ bona dñi, & omnem habituros cõſolationem?
Fortè enim hoc erat quod Petrus audire uoluit, cũ tanta
fiducia dñm tantaqꝫ libertate conuenit. Ecce, inquit, nos Matt.19.
reliquimus oĩa: & ſecuti ſumus te. Quid ergo erit nobis?
¶ Nota admodũ quæſtio eſt, quẽadmodũ Petrus cum nil
ferè ex oĩbus habuiſſe ſciat, tam fiducialiter gloriet ſeſe
oĩa reliquiſſe. Vnde ſanctorũ quiſpiã: Multũ, inquit, de
ſeruit qui uoluntatẽ habẽdi derelinquit. Et poſt pauca: A
ſequentibus tanta relicta ſunt, quãta à nõ ſequẽtibus deſi
rari potuerunt. Fidelis ſermo, ſed forſitan clauſus & ipſe
eſt. Numquid enim uoluntas habendi tam multa comple
ctitur, ut reliquiſſe illam, ſit oĩa deſeruiſſe? Quis hominũ
omnia deſiderare poſſit, nedũ piſcator ille, ille pauper &
modicus? Sed quid cuiqꝫ ſufficere poſſit, diligentius ueſti
gato, & facile eſt inuenire oĩa deſiderantẽ. Neqꝫ enim po
nere eſt concupiſcentiæ modum, donec uideatur impleta,
donec adepta ſit quibus ualeat eſſe contenta. Cæterũ nec
amator pecuniæ dicet aliqñ ſufficit, nec libidinoſus ſatia
bitur uoluptate. Sic & crudelis quiſqꝫ ſemper ſanguinem
ſitit, & ambitioſus, aut cupidus laudis humanæ adeptis
dignitatum titulis ſeu fauoribus, nullum exinde capit
omnino remedium: ſed deſiderio æſtuat ampliori. Minus
autem inuenit requiẽ, qui ſibi placere cupit, & ſuis, id eſt
quibuſdã fatuis de ſemetipſo teſtimonijs gloriat, dicens:

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deut. 23. Manus mea excelsa, putans sese aliquid esse, cum nihil sit. ¶ Vidi ego aliqñ quoq; uiros, quidni frenetícos arbítrer? Primus siquidem buccis tumentibus marinā masticabat arenā. Secūdus sulphureo astās lacui, exalantē teterrimū fœtidissimūq; gestiebat haurire uaporē. Porrò tertius fornací incubans uehementer accensæ, micantes scintillas hiantibus excípere faucibus lætabat. Quartus supra pinnaculū templí residens, leuíoris auræ spíritū aperto attrahebat ore: etsi quominus influere uideretur, flabello sibí uentum ipse ciebat, ac sí totum speraret aerem deglutíre. Quintus seorsum positus ridebat cæteros, ipse quoq; rídendus, & maxime, proprías enim carnes incredibili quodam studío fugere laborabat, nūc manus, nunc brachiū, nunc alías partes applicans orí. Miseratus homines, causamq; miseriæ scisciatus à singulis, unam omnibus esse reperio: ualidissimam utiq; famem. Tum uerò macilentissimas eorum facies contēplatus, recordabar prophetæ gePsal. 101. mentis miserabiliter & dicētis: Aruit cor meū: quia oblítus sum comedere panem meū. Quid hæc uobis (inquío) prosunt? Non sunt naturales cibi: magis famē hæc prouocant quàm extinguunt. Panis nanq; aīæ iustitia est: &
Matt. 5. sol beatí qui esuriunt illū: qm̄ ipsi saturabunt. Nimirū ad imaginē dei facta aīa rationalis, cæteris oībus occuparí potest: replerí oīno non potest. Capacem dei quicqd deo minus est, non implebit. ¶ Inde est q̄ naturalí quidē desiderio summū quiuis patur appetere bonum, nullā nisi adepto eo requiem habiturus. Cæterum errant miserí nōPsal. 11. inuenientes uiā: & ut scriptū est, ambulāt impij in circuitu, dum minora quæq; bona quærentes, illud semper desiderant quod sibi uicinius necdū uidēt adepti. Atq; utinā, si fierí posset, cætera oīa obtinuisset unus: eodēq; pculdubío & ipsum quod sibi solum deesse uideret summū utiq; bonū desiderio quæsiturus, quo cætera quoq; semper expetit nō adepta. Sed innumera sunt hæc: & à cæteris quoq; pariter requiruntur. Quod ualet quisq; trahit in partē: nec aliqñ poterit hic circuitus peragrarí. Vis peruenire? Incipe transilire. Alioquin, prosperis miser in desiderio terrenorū, & à summo bono eò, lōgius inuenieris, quò te amplius dederis caducis rebus & transitorijs appetēdis. In circuitu siquidē ambulas: & quod prope erat in corde & in ore tuo, si corde crederes, & ore confitereris, tergaPsal. 89. uertens declinas, & elongaris ab eo. Hinc est q̄ uociferat
Cant. 6. dicens: Cōuertimíni filij hoīm. Et ítē: Reuertere, reuertere sunamitis, reuertere, reuertere ut intueamur te. Anfractuosa siquidem uia est, & inambulabilis: facilíusq; peruenies spretis oībus, quàm adeptis. ¶ Ecce nos reliquimus oīa: & secutí sum⁹ te. Quid ergo erit nobis?
Psal. 17. Dignū planè apostolica fide & deuotione uerbum. Iam reliquisti oīa: iam dñm Petre secutus es: & nunc demū quid sis acceptu rus interrogas? Verè Simon, uerè obediens in auditione auris, sine pacti conuentione. Ad unius enim fussionis uoMatt. 4. cem, Petr⁹ & Andreas relictis oīb⁹ secutí sunt redēptorē.
1. Cor. 1. Q. si homini carnali stultitia fortè uidetur, audiat quod stultū est dei, sapientius est hoībus: & quoniā placuit deo per stultitiā prædicatiōis saluare credentes, quippe cum mundus eum in sapientia miníme cognouisset. Quantos enim mundi sapientia maledicta supplantat, & conceptū in eis extinguit spíritum quem uoluerat dñs uehementer accēdi? Noli (inquit) præcipitanter agere: díu considera: diligentius futuere. Magnum est quod proponis, & opus habens multa deliberatiōe. Experire quid possis, amicos consule, ne post factum pœnitere contingat. Hæc sapientia mundi terrena, animalis, diabolica, inimica salutis, suffocatrix uitæ, mater tepiditatis, quæ solet deo uomitum prouocare. Caue tibi ait. Vt quid enim? Cum à deo uerbum esse non dubites, quid opus est deliberatione? Vocat magni consilij angelus: quid aliena consilia præstolaris? Quis enim fidelior, quis ue sapientior illo? Deduc me dñe, & deducar: fortior esto, & inualesce. Noui ego quænam sint quæ oportet fieri cito. Ab ore putei gehennæ eripior, & inducias petam, & retardabor, & cūctabor exire si fortè interím fiat aliquid? Abscōdi ignē in sinu meo: & exusto iam latere, iam nudatis uisceribus, iam sanie defluente, diu mihi & deliberandum est an expergiscar, an excutiam, an abijciam illum? Magnum omino est quod offertur, sed eo utiq; libentius & festinantius suscipiendū & obuijs arripiendū manibus, cum feruore, & hilaritate. Probet autem seipsum, quí de propria uirtute præsumit. Nam diuina quidē omino pbata est. Amicos consulat, quí nō legit, Inimici hoīs domestící eius. ¶ Quid frequen Mich. 7. tat euangelium, quí euāgelio non obedit? At in eo sanè legi mus promittentí cuidam sequí dominum, sed defunctum Matt. 8. prius patrem sepelire uolentí, responsum ab eo, ut sineret mortuos sepelire mortuos suos. Alteri quoq; tātum suis quí in domo erāt, uale dícere cupienti, nemo (inquit) mit Luce. 9. tens manū ad aratrum, & respicíes retro, aptus est regno dei. Sed quid audierat primus? Magíster, ait, uolo te seq Matt. 8. quocūq; ieris. Cuí respondit dñs: Vulpes (inquit) foueas habent, & uolucres cæli nídum: filius autem hoīs non habet ubi caput reclinet: prudētiam carnis in fouea uulpis: in nido uolucris arguēs cordis elationem. Est enim interdum uidere nōnullos qui relictis omnibus abrenunciare seculo disponentes, cum recte offerre uelint, nolunt diuidere recte, callidítate humana totos sese diuino cōmittere nutui formidātes: sed reseruātes nescio quid fermenti, 1. Cor. 5. ut totam massam corrumpāt quod in multis frequenter expertū est. Alius sine duce & præceptore spíritale studiū apprehēdere facile cogitans, ambulat in magnis & mirabilibus super se, ut uulgò dícitur, saliens antequā uideat, Prouerb. casurus antequā debeat. Petrus cogitatū suum iactans in 16. dño, & omnem solicitudinē suā in eum proijciens, certus q̄ illí foret cura de eo, reliquit omnia: secutus est dñm, ne interrogās quidā de præmío, donec ex periculo diuitū, quod saluator prosequebatur, sumeret occasionē percontandi: Quid ergo erit nobis? Ait illi Iesus: Amen dico uobis. Verbum confirmatiōnis præmittitur, magnum noueris esse quod sequitur. Amē dico uobis, q̄ uos qui secuti estis me in regeneratione, cū sederit filius hoīs &c. Quid est quod dicit in regeneratione, aut quæ est hæc noua regeneratio? Neq; enim iam ignoram⁹ qm̄ oportet hoiem nasci denuo, nō ex sanguinib⁹, neq; ex uoluntate uirí: sed ex aqua & spūsancto. Cæterū cū nullaten⁹ ad eam regenerationem ualeat hæc promissio pertinere, forte & altera regeneratione opus esse uidetur: nec solum denuo, sed & Ioan. 3. tertio hoiem nasci necesse est. ¶ Infelix ego hō, & miserabilis casus meus, cuí non una sufficit, cuí duplex est necessaria regeneratio. Nimirū ex corpore & aīa cōstitutus, ceci dí totus simul, simul totus oīno resurgere nō possum. Au uerò dignū nō est ut ea quæ uidet potior priorq; portio, reparetur? At ipsam sanè animam esse nemo sanæ mentis ignorat. Prior ergo reficiat, quæ prior corruit: præsertim q̄ ab eius culpa alterius pœna, pdierit, & ip⁹ corruptio corporeæ quoq; fuerit causa corruptionis. Hinc est q̄ animabus primū saluator aduenit, tollere utiq; peccata mundí, nō molestias carnis. Quod sanè manifestius docuit in seipso, pœnis omnibus corpus exponens, animam autem immunē prorsus custodiens à peccato. Non sic hodie filij hoīm nō sic: sed animæ curā negligunt: curā autem carnis perficiunt in omni desiderio. Neq; eñ peccare metuunt, sed punírí: nec uirtuti cordis opera datur, sed ualetudiní corporis: imo etiam uoluptatí. De schola Hippocratis & Epicuri didicerūt hæc: neq; eñ suis Christ⁹ discipulis Matt. 11. horū q̄ppiā tradit: sed díscite (inquit) à me q̄ mitis sum, Psal. 4. & humilis corde. Filij hoīm usq; quo graui corde, utquid diligitis uanitatē, & quæritis mēdacium. ¶ Tēpus hoc animabus non corporibus est assignatum: dies salutis, utiq; Eccle. 3. non uoluptatis. Omnia tempus habent: animabus nunc Gal. 6. operā dare necesse est. Nā in carne q̄ seminat, solā exinde Ephe. 5. metet corruptionē. At nemo, inquiunt, carnem suā odio habuit. Verum est: Sed zelum habens absq; scientia dum prodesse festinat, inuenitur obesse. Cum enim iudicium carnis ex anima pendeat, carni nihil potest utilius quàm

salus

salus aīæ prouideri: ut uidelicet in tempore sit respectus illius, & socia passionis, felicitatis quoq; consortium mereatur. Vnde apostolus inquit: Saluatorem expectamus dñm nostrū Iesum Xp̄m, qui reformabit corp9 humilitatis nostræ cōfiguratum corpori claritatis suæ. Requiesce in hac spe caro misera: qui propter animam uenit, pro te quoq; uenturus est, qui reformauit illā, tui quoq; non oblisciscetur in finē. Regenerer interim aīa, & tāquā præscita & prædestinata à dño conformis fiat imaginis filij eius in mansuetudine cordis, & humilitate. Ipsius enim merito te quoq; noueris aliqñ regenerandā, & conformādā corpori eius in gloria & claritate. ¶ In regeneratione (inqt) cum sederit filius hois in sede maiestatis suæ, sedebitis & uos &c. Cōsequimini, ait, quē sequimini: ut cum ipse sederit, & uos pariter sedeatis. Quādo eñ ille resedit in mundo, quādo substitit, quādo reclinauit caput? Exultauit ad currendā uiā, benefacīedo pertransijt, quippe nec nidum nec foueā nec locū habēs in diuersorio, donec opere tandem quod susceperat cōsummato, sedendi præceptū mereret accipere, & diceret dñs domino meo, sede à dextris meis. Insipiens tu qui præsidere eligis quàm considere, quærēs in itinere diuerticula. Ille ministrare uenit, nō ministrari: tu supra magistrum, & dño maior: imo nec discipulus, profectò nec seruus, recumbere iam festinas. Paululum dormies, paululum dormitabis, paululū conseres manus: ille salit in montibus, transilit colles. Clamat ad eum anima mea, trahe me post te, in odorē unguentorū tuorū curremus. Alioquin quādo eum remorādo, tepescendo, pausando consequi speras? Exultauit ad currendā uiam. Hilarem sine dubio diligit secutorē. Necdū ad brauium peruenisti: necdum apprehēdisti metam. Grandis adhuc restat uia: noli sistere gradum: noli in medio itinere residere. ¶ In sudore, inquit, uult9 tui comedes panē tuū, donec in terrā de qua sumpt9 es reuertaris. Extunc fanè tempus erit requiei, nimirū quando iam spūs ipse dicet ut requiescas à laboribus tuis. Necdū tamen erit cōsummata pax, necdū perfecta quies: deniq; necdū sessio plena. In regeneratione, inquit, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & uos. ¶ Felix regeneratio. Quādo enim renascar ad sessionēm, miser homo natus ad laborē? O si unquā sedero totus, cuius modo ne minima qdē portio sedet, in quo nil tranquillum, nihil quietum, sedatū nihil, nihil unquā in eodem permanens statu. Sedebitis & uos. O sessio. Quis mihi tribuat ut dignis exprimā uerbis qđ de sessione hac cordis affectione concipio? Imo quis tribuat mihi sessionis huius imperturbata frui requie quā desidero, quā cupio, quam requiro? Ecce enim dixi, nil in me sedet, sed cuncta in motu sunt, omnia nutant, fluctuant uniuersa. Postremò ubi concupiscit adhuc caro aduersus spiritū, spūs aduersus carnē: quidnam hoīs sedere uidet? Nec sola iam cōcupiscentia pacē impedit, turbat sessionē, uetat esse sedatum: sed duplex quoq; fm corpus miserum hoiem cōtritio uexat, præsentis uidelicet sensus doloris, & mortis metus futuræ. Nimirum cum & passibile sit, & mortale: duplex nihilominus animam agitare solicitudo uidet, spei utiq; & timoris. Inter hæc nempe fluctuat iugiter, donec peccati corpus inhabitat, ascendēs usq; ad cælos, & iterum usq; ad abyssos descēdens: tabescens in malis, & ad bona nihilomin9 inardescens. ¶ Erit aūt cū luteū hoc egrediens domicilium, à timore quidem penitus libe rabitur: sed necdum ab expectatione. Extunc enim iam nō erit timor in finibus nostris: sed in spe singulariter cōstituti psallemus singuli mente & spiritu quod prælibaue rat quodammodo qui dicebat: Conuertere aīa mea in requiem tuam: quia dñs benefecit tibi: quia eripuit animā meam de morte, oculos meos à lachrymis, pedes meos à lapsu. Cæterū de expectatione idem ipse sic ait: Me expectant iusti: donec retribuas mihi. Nec modo numerū fratrum ut compleatur, sed & ipsum corpus ut sua regeneratione restituat, expectant. Imo uerò & expetunt cum desiderio, sub altare dei uociferantes ad ipsum. At qui audire meruit, potuit & testificari. Nam corpus quidem illo in tempore sedere quis dicat, dum effluit, & in saniem pulue remq; redigitur? ¶ In regeneratiōe (inquit) sedebitis & uos. Seminatur eñ corpus animale, resurget corpus spirituale. Seminatur in ignominia, surget in gloria. ubi iā tunc mors uictoria tua? Siquidem & tu inimica nouissima destrueris. Corpus eñ resurrectionis iam nō moritur, mors illi ultra non dñabitur. Sed & dolor & genitus oīs abscedet, qñ absterget deus oēm lachrymam ab oculis sanctorum: & iam non erit amplius neq; luctus, neq; clamor: sed neq; ullus dolor: qñ prior a transierūt. Felices lachrymæ, quas benigna manus cōditoris absterget, & beati oculi, qui in talibus liquefieri fletibus elegerunt, quàm eleuari in superbia, quàm omne sublime uidere, quàm auaritiæ & petulantiæ famulari. Sedebit igitur corpus immortalitatis & impassibilitatis gemina quadam felicitate dotatū, liberum ab omni necessitate, ab omni corruptione securum, alienū & immune ab omni cōcupiscētia, plenū gloria, cōfiguratū deniq; claritati corporis Xpi. Sedebit & aīa sicut nil metuēs, sic nec cupiens ultra: nimirum plena beatitudine, & secura plenitudine fruēs: nullos iam cogitationū fluctus, nullos tētationū cōflictus, nullos affectionum sentiens motus: sed æternæ illi incommutabilitati prorsus immersa, & sic adhærens deo ut unus iam spūs sit facta cū eo. Sed qñ hæc, aut qbus hæc erunt? Vos, inquit, qui secuti estis me, cū sederit filius hoīs in sede maiestatis suæ, sedebitis & uos. Iam quidem sedet filius hoīs in sede maiestatis: siquidē ascendens in cælum sedit à dextris dei. Sed cū sederit dictū est, hoc est cū apparuerit sedens, sicut apostolus ait: Cum enim Xps apparuerit uita uestra, tūc & uos apparebitis cū illo in gloria. An magis audebim9 dicere & ipsum adhuc stare quodammodo, utpote cuius necdū sedes cōsummata uidet, necdū pedib9 eius scabello suppositō quod à patre pmissum est? Nō q illi plenitudini quippiā desit, sed q membra caput expectet. Audeat hoc testari, qui meruit intueri. Ecce, ait Stephanus, uideo cælos apertos, & filiū hoīs stantem à dextris uirtutis dei. Paulus quoq; sic scribit: Xps assistens pontifex futurorū bonorū, introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta. Cæterum in regeneratiōe corporū sedebit in sede maiestatis, qui pro aīarum regeneratione stetit in ignominioso supplicio crucis, interrogatus contumelijs pariter & tormētis: nec modo durissima morte, sed & turpissima cōdēnatus. Qm eñ obediēs patri fact9 est usq; ad mortē, mortē autem crucis: propter hoc exaltauit illum, & donauit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur. Hæc aūt dixerim fratres, ut noueritis quæ nā sunt duo latera scalæ quæ uolētibus sequi dominū proponuntur ascendēda: quæ bases eorum, quæ capita, qui ue gradus, quorū summitati deus immixus est. ¶ Oportet nos siquidē domare carnē, calcare mundū, ut uoluptatem corporis declinātes, caueamus nihilominus seculi uanitatē. Hæ nimirum abominatiōes Aegyptiorū, quas immolamus dño deo nostro. Et totum quod à uia uitæ & disciplinæ deterret filios huius seculi, totum quod exercet interim seruos dei, in his duob9 est, quæ sub uno uersu propheta cōmendat: Vide, inquiens, humilitatem meā, & laborē meū. Hæc ergo sint latera scalæ, uilitas, & asperitas: quibus deinceps internæ uirtutis & gratiæ gradus firmiter inseranf. Est enim uidere hoies mundanam gloriā contēnentes, fauorē calcantes populi, non desiderantes humanum diem: sed non adeò fortes in tolerantia molestiæ corporalis, nō adeò reijcientes mollia, nō adeò carnis illecebras superātes. Quid istos dixerim, nisi latus alterum nō tenere? Porrò uni tantū lateri inuitentis periculosus nimis ascensus, & proximus est ruinæ. Q si periclitatur qui circa carnem uidetur plusquā oporteat infirmari, licet mundi respuat gloriā, nec contumelijs moueatur: profectò longe horribilius est periculū, & multomagis inexcusabile, si quis fortè licet castigans uiriliter corpus, & nō parcens eius afflictioni, inueniat tamen minus

Phil.3. Psal.18. Actu.10. Psal.18. Gene.3. Psal.114. Psal.141. Apoc.6. 1. Cor.15. Roma.6. Apoc.21. Exo.8. Psal.24. Actu.7. Heb.. Phili.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

reſiſtens gloriæ deſiderio, minus patiens iniuriarum, minus puritatis & ſolidæ humilitatis habens, minus immunis à ſeculi uanitate. Quid enim tibi infelix homo cū his nugis & calamitatibus, cū hoc faſtu & uanitate iſta, quæ nec aiæ nec corpori prodeſt? Quid irritaris, quid inflammaris ad uerbi flatū, quod nec carnē uulnerat, nec inquinat mentē? Nihil ſic alienū à natura tua, nil tam contrariū rationi. Neq; enim ſic dicere poſſum quid tibi cū cibis & ueſtibus, aut frigore uel eſurie quid mouerīs? Cum unita perſonaliter aīa nō huic mundo ſed corpori, lōge minus carnē poſſit odiſſe quàm mūdū: quippe quæ huic multū debeat, illi nihil. Quod quidem dixerim non ut uoluptas perinde excuſetur: ſed ut uanitas & impuritas ante oīa fugiat. ¶ Sane ubi ſic ſtabilieris & firmaueris in corde tuo, aſperitatem corporalis abſtinētiæ & laboris amplecti, & omni utilitate & extremitate eſſe contentus: bona ſunt latera: ſecurus iam inſere gradus exercitij ſpiritalis: ut totū quod mūdo & carni ſubtrahis, ſtudio pietatis impendas:
Phil.3. oblitus quæ retro ſunt, & extentus in anteriora, ut aſcen-
Pſal.38. ſionibus diſpoſitis, de uirtute proficias in uirtutē: ut uidere deum deorū in Sion merearis. Et primū quidē per deſertum proprij cordis, & conuallē plorationis aſcendes: aſcendes ut uirgula fumi: dehinc iam in ſerenis quidem
Cant. 8. elapſus aſcēdes etiam de deſerto delicijs affluens, inmixus ſuper dilectū, ductus de claritate in claritatē, tanquā à dñi ſpiritu, illo utiq; qui ſcrutatur etiam alta dei. Nec paucos in his gradus inueniēs gratiæ multiformis. Verū hæc ſpiritualia ſunt, & ſpūalibus utiq; comparanda. Nunc uerò ad inītiandos potius ſermo dirigatur, cuius tota intentio eſt reuocare ad cor præuaricatores. Ceterū habēt, proficientes editū olim de duodecim gradibus humilitatis ex ſermonis occaſione libellū: quos uidelicet gradus ille iuſtorum omniū ſpiritu plenus in regula ſua tradidit uerè per oīa Benedictus. ¶ Ille eīm ſpūalem nobis erexit ſcalam, cuius utiq; ſummitas cælos tāgit: qđ in eiꝰ glorioſo trāſitu euidenti legimus miraculo cōmendatū, beato papa Gregorio ſic ſcribēte: Inter diſcipulorum manus imbecillia membra ſuſtentās, erectis in cælū manibꝰ ſtetit, & ultimū ſpiritum inter uerba orationis efflauit. Qua ſcilicet die duobus fratribus uni longius poſito, alteri autem in cella cōmoranti, reuelatio uniꝰ atq; indiſſimilis uiſionis apparuit. Viderunt nanq;, quia ſtrata pallijs & innumeris coruſca lampadibus uia recta, orientis tramite ab eius cella in cælū uſq; tendebat. Cui uenerando habitu uir déſuper clarus aſſiſtens, cuius eſſet uia quam cernerent inquiſiuit. Illi uerò ſe neſcire profeſſi ſunt. Quibus ille ait: Hæc eſt uia qua dilectus dñi cælū Benedictus aſcēdit. Quæ eſt eīm uia ab eius cella progrediēs, niſi ordo quem idem uir beatus inſtituit, & forma uitæ quē ab eo ſumpſit exordium? Qua nimirū uia dñi dilectus aſcendit, quia non potuit uir ſanctus aliter docere quàm uixit. Et hæc quidē eorum uel maxima fiducia eſt qui ipſius utcunq; ſtudent inhærere veſtigijs, ipſum præceptorē præuiūq; ſequūtur. Neq; eīm uenire aliquatenus in dubium poteſt, quin omnino ſacer ſit modus conuerſationis, & diuina magis inſpiratione atq; conſilio, quàm humana prudentia uel adinuentiōe formatus, quo nimirum tantam in uita gratiam ſanctitatis, tantā poſt obitū gloriā felicitatis idem uere Benedictus obtinuit. Sed hæc hactenus: ne quis fortè (quod longe ſit ſemper à cordibus noſtris) derogare nos potius eis qui ſibi uarios prout cuiq; uiſum eſt, religioſe uiuēdi formauere modos, quàm alios cōſolari & animare uoluiſſe cauſetur. Eam tamen quā uidemus in eccleſijs hodie formam cleri (ne informē dixerim uitam) à quo ſanctorum habuerint, quis unquā uel in nouo uel in ueteri teſtamento ſic uixerit, ſic, uiuere, docuerit hoīes, utinam ipſi ſeſe interrogent ſinguli, nec conſcientias ſuper hæc conuenire proprias diſſimulent. Quātos enim uidemus ſectatores uiarū
Prouer.14 quæ uidentur quidē hoībus bonæ, ſed in profundū finis earum inferni deſcendit? Quantos aſcenſores ſcalæ non cuius ſummitas cælos tangit, ſed quæ illi oīno contraria eſt, habens latera concupiſcentiā carnis, & concupiſcentiam oculorū: gradus uerò ſuperbiā uitæ, quæ ex mundo ſunt, non ex patre? At eius ſanè quam uobis commēdare uolumus ſcalæ gradus & latera ex patre utiq; ſunt, non ex mundo: cui nimirum inmixus apparuit. Sobrie, ait apo- ad Tit.2.
ſtolus, & pie & iuſte uiuamus in hoc ſeculo. Sobrietas uoluptatem carnis impugnat, iuſtitia ſeculi uanitatē, dum uidelicet cuiq; reddēs quod ſuum eſt, & adulantē deplorat, & compatitur iraſcenti. Deniq; & ipſe ſaluator dum
Matt.3. baptiſtæ manibus celſum illum uerticē inclinaret, ſic, inquit, decet nos implere omnem iuſtitiam: ſolam nimirum humilitatē iuſtitiam reputās. Exhibeatur ergo ſobrietas nobis, iuſtitia proximo, pietas deo. Pietas enim, cultus dei eſt. Sanè ut uoluptas & uanitas elationem cordis fouere noſcuntur: ſic ſobrietas & iuſtitia pietatē: ut inter hæc latera de fide in fidem ſpe mediante proficiens, ſupereminentiā aliquando teneat charitatis. ¶ Innituntur hæc latera baſibus quas ſuppoſuit artifex ſapientia, duobus forſitan lignis crucis. Vbi enim ille mulctatur morte, cruce tur patur: quis ſuorum delicias ſeu gloriam ſuſtinere queat: nedum audeat quærere? Flagellatus Chriſtus, & ſputis illitus, baiulat ſibi crucē: & ludibrio factus irriſoria ueſte, arundineo ſceptro, corona ſpinea, foditur clauis, amumeratur ſceleratis, in ligno extenditur, etiam mortuus uulneratur: & hæc intuens qui dicitur chriſtianus, propriis nihilominus uoluptatibus indulgere, & florere uelle in ſeculo nullatenus erubeſcit? Cæterum ſi omnis qui ſe dicit
1.Ioh.2. in Chriſto manere, debet ſicut ille ambulauit & ipſe ambulare: multomagis qui pro eo manere ſe dicit, qui pro eo legatione fungitur, qui ei miniſtrat, ſi eum non ſequitur, inexcuſabilis eſt. Sanè niſi abnegauerit ſemetipſum,
Matt.16. & tulerit crucem ſuam, ſequi eū omnino nō poteſt. Quid uerò crucem tollere eſt, niſi laborem amplecti & humilitatem? Sicut ſcriptum eſt: Elegi abiectus eſſe in domo dei.
Pſal.83. ¶ Sed fortaſſe minus adhuc firmiter ſtabilita hæc uideantur, ſi tantum fuerint ſubnixa baſibus, non etiam déſuper cohærentia capitellis. Hinc eſt q; minime ſuis contentus exemplis ſaluator etiam præmia repromittit: ut quē forte non prouocat inuitatio præcedentis, trahat uel deſiderium retributionis, etſi quis uoluptuoſus eſt, illum ſitiat torrentē uoluptatis: ſi gloriæ cupidus, aſpiret ad illam celſitudinem iudiciariæ poteſtatis. Sedebitis, ait, & uos ſup-
Matt.19. ſedes duodecim iudicantes duodecim tribus Iſrael. Ac ſi dicat, pro confuſione ueſtra duplici & rubore pars ueſtra laudabitur. Propterea enim in terra ſua duplicia poſſide-
Eſa.16. bunt, & lætitia ſempiterna erit in Xpo. In exilio uobis afflictio duplex, hūilitatis utiq;, & laboris. Sed cōſolamini, & nolite deficere: qm in terra ueſtra, terra utiq; uiuentiū, duplex uos nihilominus remuneratio manet, ſublimitatis & delectationis. In ſedibus eīm quies imperturbata eſt: in iudicio dignitatis eminentia commendatur. ¶ Quis uerò ſecularis honor excogitari poteſt, qui nō prorſus in tantæ ſublimitatis cōparatione uileſcat? Nō unius ſiquidem ciuitatis, aut populi, ſeu regionis unius: ſed uniuerſitatis iudices habēt præſidere cum Xpo: nec ſolū hoies, ſed & ipſos angelos iudicabūt, qui parentē ad modicum uaporē præſentis gloriæ dedignantes & exufflantes, improperiū Chriſti uniuerſis præferunt titulis dignitatum.
Luce.12. Nolite timere puſillus grex, qm complacuit patri ueſtro dare uobis regnū. Diffinitū eſt conſiliū, quod nō euacuabitur. Propoſitum immutabile perſeuerat. Deniq; iurauit
Pſal.109. dñs: & non pœnitebit eum. Amen dico uobis, q uos qui ſecuti eſtis me in regeneratione, cū ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ ſedebitis & uos iudicantes. Quid glorioſius? Iudicent nunc & præiudicent ſuperbiæ filij: cum rege ſuo ſedeāt, qui ſibi latera aquilonis elegit. Exultentur & leuentur ſicut cedri Libani. Tranſiuimus, & ecce nō erunt. Opprimāt nunc quos poſſunt: blaſphemēt, congregent maledicta, ueniant ſuper nos opprobria exprobrantium Chriſto, qm merces noſtra copioſa eſt in cælis. Gloriāq; ab inuicē habeāt: utiq; uanam & mendacem, qm

uani filij

nanſ filij hoim, mendaces filij hoim. Gloriã eñ quæ à ſolo deo eſt nolunt: ueram utiq; & manentem, qñ ipſe eſt uerí tas, & ipſe eſt qui eſt. ¶ Infelix prorſus ambitio, quæ ambí re magna non nouit. qrens de modico creſcere & de ma ximo minuí. Amãt eñ cathedras primas, que uelut groſ ſificuũ uelociter ſunt caſuræ. Sunt eñ groſſi primæ quæ dam ficus prorſus inutiles, ſolam habẽtes ſpeciẽ ficuum, non ſaporẽ: nec tam fruct⁹, quàm futurorũ quædam præ ſagia fructuum: quas & decidere neceſſe eſt, ut eis aliæ hu mano uſui & eſui aptæ ſuccedant. Vnde ſponſa in cantico cant. 2. canticorũ: Hyems tranſijt, imber abijt & receſſit. Et poſt pauca: Ficus, inquit, protulit groſſos ſuos: q uidelicet ꝑ ſecutione ceſſante, inclyta facta ſit eccleſia, poſita in ſuper biam ſeculorũ. Quam ſanè ſublimitatem & excellentiã dí gnitatũ congrue ſatis groſſos uocat, ut futura in his mo neat quàm præſentia cogitare. Quæ eñ uidentur, tpalia ſunt: quæ non uidentur, æterna. Caueãt igit̃ q primas ca thedras amant, ne contingat carere ſecundis: & qui pri mos nunc recubitus eligunt, incipiant cũ rubore locũ te nere nouiſſimũ. Sedebitis, inquit, ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Hæ iam ſic⁹ erunt, nõ utiq; groſſi. Has nimirum ſedes præuiderat qui de ſuper na ciuitate dicebat: Illic ſederũt ſedes in iudicio, ſedes ſu ps. 121. per domum Dauid. Illic planè, non hic. Quomodo eñ ſe dent quas hic uidemus ſedes, quæ toties nutant, toties ti tubant, toties ſubuertuntur? Nimirum ergo groſſi ficuũ ſunt, quos tenuis aura deijcit & diſperdit. Cæterum quid ſibi uult q duodecim tribus Iſrael iudicaturos fore ꝑmit tit, in quibus etiam mundus ipe cognoſcitur iudicãdus? An quia notus tantũ adhuc in Iudæa deus, uniuerſitatẽ fideliũ appellatione. xij. tribuũ uoluit deſignari: & quaſi ſolas meminit iudicãdas, propter illud, Qui nõ credit, iã iudicatus eſt? Hæc enim eſt perfectorum gloria ſingula ris, inter ipſos etiam imminere fideles, & cæteris quoq; ſal uandis ꝑeminere authoritate iudiciariæ poteſtatis, ut iu xta illud de pſalmo, Sedeant ſupra domum Dauid. Quid iſtud miſeriæ eſt, q ad uerbũ tantæ ꝑmiſſionis negligẽtia humana dormiat? ¶ Populeme⁹, ait dñs, quid tibi debui facere, & nõ feci? Quid cauſæ eſt q inimico meo ueſtroq; libet ſeruire quàm mihi? Neq; ei ille creuauit uos, ſed nec paſcit quidem, aut tempora ueſtra ipſe diſponit. Si parua hæc uidentur ingratis, non ille, ſed ego redemi uos. Sed quo precio? Non utiq; corruptibilib⁹ auro & argẽto, nõ ſole uel luna, non ſaltem aliquo angelorum, ſed proprio uos cruore redemi. Cæterũ ſi neq; tam multiplici iure de bitum à uobis elicere eſt famulatum, omiſſis his oĩibus mecũ ſaltem ex diurno denario conuenite. Nihil uobis il le nocuerit, nihil ipe uidear profuiſſe: ei obtemperate qui plura uobis & potiora pollicet, apud quẽ certior copio fioriq; remuneratio eſt: ut illud quoq; benigniſſima miſe ratione diſſimulẽ, q bonorum ueſtrorũ non egens, uobis tantummodo uelim eſſe conſultum, ne præſentia ſuſcipe re detrectetis quæ nunc offero dona gratiæ, futuris gl'iæ muneribus eadem coronanda promittens. Quid ad hæc cõſcientia humana reſpõdet? Cum improperari cœperint hæc in die iudicij, quomodo miſeri ſuſtinebunt? Quid ex cuſationis poterunt habere de peccato? ¶ Nunquid tunc dicere incipiet, modo, ecce modo: ſine paululũ? Sic enim nunc diſſimulant infelices: & modo & mõ, non habet mo dum: & ſine paululum, in longum uadit. Bon⁹ eſt (inquit) deus, qui in proximo iuuat. Magna quidẽ diuina ꝑmiſ ſio, ſed longa ualde dilatio, & moleſta expectatio eſt. Ter renas deſerere ſortes, & necdũ obtinere cæleſtem, afflictio intolerabilis, & incõſolabilis dolor. Quid accelerare ne ceſſe eſt ut miſeria prolongẽt? Miſera prorſus, & ſeducto ria cogitatio. Noua ſiquidẽ hæc querela eſt, nec prolixio rem uitã filij hois hactenus cauſabantur. Breues dies ho minis ſunt, donec cõſcientia ſtimulante, de pœnitentia & conuerſione uel intus à ſpiritu, uel foris cõmoueantur ab hoĩe. Extunc ſanè nouum concipit tædiũ longioris uitæ, differendæ mortis oritur fiducia noua. Sed eſto multa tẽ bi annorum curricula reſtant, adoleſcens eſt, uſq; ad ſene ctutem uicturus & ſeniũ: quid neceſſe habes amittere tem pora tanta, perdere tanta lucra? Nihil precioſius tempo re: ſed heu nihil hodie uilius æſtimatur. Tranſeunt dies ſa lutis, & nemo recogitat: nemo ſibi non reditura mometa periſſe cauſatur. An putas ô homo biennij tiñ aut triennij opus ab oĩpotenti poſſe recõpenſari? Sic abbreuiata eſt manus dñi, ut centũ annorũ non poſſit remunerare labo rem? Sede, cõputa quid dieb⁹ ſingulis acquirere ualeas: certus equidẽ apud deum nullum oĩno bonum irremune ratum fore: & ſicut nõ capillũ de corpore, ſic nec momen tum de tempore periturum. Quid illud ſapientis conſiliũ ingeram, Ne tardes conuerti ad dñm? Neſcis quid ſuper Eccli. 5. uentura pariat dies. Quid inſaniam cauſer de futuro tam temerarie præſumẽtis, quaſi uerò tẽpora & mometa pa ter in tua, & non magis in ſua poſuerit poteſtate uel uo luntate? Poſtremò quid de incerto fine, & quid de certa breuitate laboris, retributionis æternitate loquar? No uit dñs figmentum noſtrũ, cõſulit puſillanimitati noſtræ, humanæ obuiat cogitationi, anxietatem abigit, præue nit trepidationem. ¶ Sequit eñ: Et omnis qui reliquerit patrem, aut matrem, aut domum, aut agrum propter no men meum, centuplum accipiet, & uitam æternam poſſi bit. Quid ultra dicetis filij hominum, quãdo & in hoc me dio tanta uobis promiſſa ſunt, ut dormiatis inter medios cleros, de qbus paulò ante cauſabamini: & exeuntes à ſor te terrena amplior ſtatim excipiat conſolatio, qua nõ mo do patienter, ſed etiam gratulanter expectetis ſortem ſan ctorum in regeneratione promiſſam? Siquidem & expe ctatio iuſtorum lætitia eſt. Centuplum (inquit) accipiet, & uitam æternam poſſidebit. Habetis filij Adam promiſ ſionem uitæ eius q̃ nunc eſt, pariter & futuræ, ut obſtrua tur omne os loquentium iniqua, & confundantur omnes iniqua agentes ſuperuacue. An non ſuperuacue penitus agit iniqua, qui non modo fructuoſius, ſed etiam iucun dius, nõ modo ſalubrius, ſed etiã ſuauiꝰ deo poterat ſerui re quàm mũdo? Et attende q Petro qdẽ dñs tiñ de futuro reſpõdit. Neq; eñ ſuper his quæ experiebatur præſentia liter, hæſitare poterat, aut opus habebat interrogare. De niq; non quid nobis eſt dixit: ſed quid erit. An uerò quis dubitat inſtãtis eſſe tẽporis centupli promiſſionẽ? Mani feſte id quidem ipſa uerborũ cõſequentia probat, ubi cẽ tuplum accepturi, & poſſeſſuri dicimur uitam æternam. Cæterum ne quis omnino impudenti remaneat obſtina tioni locus, mitto uos ad euangelium ſecundum Marcũ, ubi promiſſio eadem deſcripta manifeſtius inuenit. Ait enim dominus: Nemo eſt qui reliq̃rit patrem, aut matrẽ, Mar. 10. aut filios, aut agros, aut domum propter me, & propter euangelium, qui non accipiat centies tantum nunc in tẽ pore hoc. Atq; ut uehemẽtius admiretur carnalis anima non percipiens quæ ſunt ſpiritus dei, ſed ſtultitiam repu tans, addit ſignanter cum perſecutionibus. Fortè enim Ibidem. cum audiſſet in tempore hoc centuplum promitti, conie ctabatur etiam de temporalibus exhiberi: ſed ꝓripit hunc intellectum nomen additum perſecutionis. Quid enim terrenæ eſt conſolationis, quod non facile terrena perſe cutio tollat? Quid terrenum inter ꝓſecutiones ſancti mar tyres acceperunt: quando & ipſa quoq; beatorum corpo rum terra data eſt in manus hominum impiorum? ¶ In Nota. terim tñ undecunq; cẽtuplum ſint accepturi, dummodo ſit centuplum, dum ualeat cẽtupliciter, centupliciter pla ceat, conſoletur, delectet, ametur: quid inſaniæ eſt q cun ctantur homines relinquere ſimpla pro centuplis? Vbi eſt cupidus, ubi eſt ambitioſus, ubi conquiſitor huius ſe culi? Quid ad fidele negocium & nundinas quæſtuoſiſ ſimas auaritia intepuit & obdormiuit humanæ? Cui id Iudæo negares ô homo, qui in uanum accepiſti nomen domini noſtri Ieſu Chriſti? cui ſacrilego dare qcquid ha bes pro centuplo cunctareris? Sed execrabilis tibi eſt ma nus domini, ut nullam ab eo commutationem recipere, non ei in ratione dati uel accepti communicare penitus

Universidad de Deusto
Biblioteca

acquiescas. An fortè non ex odio: sed ex incredulitate, ex crudelitate detrectas? Nã id mihi fateor credibili⁹ est. Nemo eñ perire magis optaret miníme cuiuspiã consolatiónis obtẽtu, quàm in maxima exultatione saluari. Sed non est oim fides: ne eorũ quidem qui noíetenus sunt fideles. Poteram sanè multorũ uobis exempla proponere, multos producere testes qui id profecto sic credidere, sic sentiũt, sic audierunt, sic experiuntur. Abundat huiusmodi testimoníjs, huiusmodi carbonibus desolatoríjs, omnis natio regionis, & omnis lingua, ubicunq; sanctorum congregatio est. Sed quando humanis credat experimentis, qui ueritati non credidit promittenti? Illud ego uehementi⁹ arbitror admirandũ, q; fideles magis in maximo quàm in modico uideamini. Non eñ difficile est ei dare centuplũ in præsenti, qui datur⁹ est uitam æternam in futuro. Qui daturus est quod nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit: non modo centuplum dare potest. ¶ Sed quomodo, inquit, possunt hæc fieri? Qua ratione accipit centuplum, qui nihil sibi relinquit ex omnib⁹? Nempe hoc est qđ paulò ante commemorauí. Tollite iugum meũ super uos: & inuenietis requiẽ. Mira nouitas: sed eius qui noua oia facit. Iugũ tollẽs, inuenit requiem: relinquens omnia, centuplum habet. Nouerat hoc & ille nimirum homo fm cor deí, qui ei loquebatur in psalmo:

Psal. 39. Nunqd adhæret tibi sedes iniquitatis, q fingis laborẽ in præcepto? An non fictus in p̃cepto labor, onus leue, suaue iugum, crux inuncta? Huius enim rei sacramentum est q; in dedicatione ecclesiarum depictas in pariete cruces oleo sancto pontifex linit. Sic & olim quidem Abrahæ di-

Gene. 22. ctum est: Tolle filiũ tuum quem diligis Isaac, & offeres mihi cum in holocaustum. labor fictus est in præcepto. Oblatus siquidem Isaac, sanctificatus est: non mactatus. Et tu igitur si uocem domini audieris intus in animo, & dicatur tibi ut offeras Isaac tuum quodcũq; est gaudium immoles deo (interpretatur enim Isaac gaudium seu risus) fideliter & constanter obedire ne timeas. Nimirũ etsi rem grandem tibi dicit propheta, facere debes: & obtemperãdum ei per omnia: etiã si oportuerit ipsum Isaac iugulari. Nunc aũt quicquid affectio propria iudicet securus esto: non Isaac, sed aries morietur: non peribit tibi lætitia, sed contumacia: cuius utiq; cornua uepribus hærent: & sine punctionibus anxietatis esse non potest. Tentat enim te dominus deus tuus, nec mactabitur Isaac ut opinaris: uiuens uiuet, sed eleuatus est utiq; super ligna, ut in sublime gaudeas, nec in carne propria, sed in cruce domini glorieris, per quem nimirum crucifixus & ipse es: sed crucifixus mundo: nam ei uiuis. ¶ Hæc nimirũ conuersatio perfectorum: hæc sanctorum uita: hæc gratia spiritalis. Deni-

2. Cor. 6. q; tanquam tristes, inquiunt, semper autem gaudentes: tanquam nihil habentes, & omnia possidentes: tanquam

Psal. 30. morientes, & ecce uiuimus. Qui uidebant me foras, fugerunt à me, dicit & filia regis: ea utiq; cuius gloria omnis ab intus est. Vnde & clamitat in cantico canticorum, adolescentulas reuocans, quas exteriori sua incompositione

Cantic. 1. deterritas uidet: Nigra sum, sed formosa, filiæ Hierusalẽ: sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomõis. Nolite me considerare q; fusca sum, quia decolorauit me sol. acsi manifeste spiritualis quispiam dicat, teneras & infirmas mentes exhortans: Quid laboriosa quæq; & humilia conuersationis nostræ tam sedule numeratis? Saga cilicina sunt, & pelles arietũ rubricatæ, quibus interior ille splendor & interna tegitur gloria, ut illæsa à pluuiis & imbris iniuria conseruetur. Nolite me considerare q; fusca sum: nolite pauere: nolite mirari. Neq; enim tristitiæ aut necessitatis est exterior iste neglectus, & nigredo forinseca: sed occulti splendoris, & exultationis internæ. Decolorauit, inquit me sol, lux interior exterioris impatiens. Nimirum ignis est, & inania folia non admittit. Alioquin aut exuri folia, aut certè si prænaluerint, ignem extingui necesse

1. Thes. 5. est. Quod quidẽ omino cauendum apostolus docet, spiritum, inquiens, nolite extinguere. Magis aũt id Christ⁹ prohibet, uolens eũ uehementer accendi. Igitur sponsa q dem nigra, sed formosa: apostoli tanquam tristes, semp autem gaudentes: ipsi Xp̃o, si Iudaicis cõsiderẽt oculis, non erat species neq; decor. E contra sanè alios dealbatis ueri- *Luce. 12.* tas comparat monumentis, foris quippe splendidos & nitentes, intus sordidos & fœtẽtes. Ambulant eñ in stolis, & primas (ut dictũ est) cathedras amant, glorioſi, honorati, & magni in oculis hoim: int⁹ aũt ubi deus uidet, pleni auaritia, inuidia, ambitione, superbia, luxuria fortasse nonnulli. Qñ eñ talibus detur preciosum illud cõtinẽtiæ mun⁹, nisi fortè ad iudiciũ & cõdẽnationẽ: neqñ paueant & resipiscãt, & cõuertant à studijs suis: sed obdormiscãt in peccatis, & deteri⁹ pereãt ex ipsa sua irreuerẽtia & securitate. ¶ Sanè ut exercitij spiritalis & curæ cordis indicium euidens est contẽptus exteriorũ, sic eorundem solicitudo certũ nihilominus signũ mentis incultæ. Scriptũ quippe est: In desideríjs est oís ociosus. Et itẽ: De stercoribus boũ *Eccli. 22.* lapidabit⁹ piger. Væ uæ misero: dũ stercorat, putat ornari. Bos erat Paulus triturans in area dñi, & suũ utiq; agnoscẽs possessorẽ. Vnde & dicebat, Propter Xp̃m oia detri- *Phil. 3.* mentũ feci: & arbitror ut stercora, ut Xp̃m lucrifaciam, Hæc amplexat stercora etiã si quondã nutrit⁹ fuerit i croceis, his lapidat stercorib⁹ piger, qui Xp̃m lucrifacere ne gligẽs, corde uacuo & deserto foras cogitur euagari. Si- *Gen. 46.* quidem famis necessitate Iacob patriarcha descẽdere legitur in Aegyptũ, & prodig⁹ ille filius seruire porcis, esu *Luce. 15.* re siliquas egestate coact⁹ est. ¶ Sed quid dicit scriptura? Habenti dabitur, & abũdabit: nõ habenti aũt & hoc ip̃m *Matth.* qđ uidet habere, auferetur ab eo. Arescet fœnũ, & decidet flos, ipse quoq; fenestræ claudentur, ut nihil ultrà terrenæ ualeant cõsolationis haurire. Deniq; arguã te (ait dñs) & *Psal. 49.* statuã cõtra faciem tuã. Quid illud cõfusionis erit, qđ miseriæ, quid doloris, qñ dissipatis foliis & dispersis, uniuersa nudabit⁹ turpitudo, reuelabitur ignominia, sanies apparebit: qñ iam immortalis factus internus ille cõscientiæ uermis, tota malignitate corrodet sed nõ cõsumet animã infelicẽ: nec erit oino dissimulationis locus, aut spes ulla consolationis? Quid eñ causæ est q; ne modo quidem cõscientiæ stimulos sustinere aliquatenus possunt, sed auertunt oculos cordis, & ad consolationes miseras cõuertũtur, aut certè dissimulationibus aliqbus decipiunt semetipsos, & mentitur iniquitas sibi, nisi q; intolerabilis ille est cruciat⁹ (licet adhuc blandiat spes, & extenuet oino dolorẽ) dũ sibñpsis p libitu tpa metiunt, & oẽ qđ agũt, facile diluendũ, deferendũq; qđ appetunt, temeraria præsumptione pmittũt. Sed & ipsa cõsuetudine & incuria stupidi & insensati corde, ferè nihil sentiunt, q̃ quidẽ oia lõg⁹ *Vel supra* aberunt, ubi fiet quod scriptũ est, Arguã te, & statuam cõtra faciem tuã. ¶ Quãto enim sibi uicinior, & naturali necessitudine charior aia carne sua est, tãto acrius doleat necesse est, & molestius ferat ppriã, quàm corpoream læsionem, ubi à stupore isto & insensibilitate fuerit excitata: sicut econtra bona propria, & delicias spũales, internamq; animi uoluptatẽ ubi contigerit experiri, eò utiq; delectabili⁹ amplectat, iucũdiusq; fruat oportet: quò ppri⁹ & expressi⁹ cã tãgũt, nec exterius mendicant. Nemo qppe eo modo iumẽti sui, quo corporis sui refectiõe poterit delectari. placet quidẽ & illa, sed longe aliter ista sapit, aliterq; sentit. Q. si iumentũ aix, corpus esse fateris: eadem utiq; rõ tibi obseruanda est & in ipsis. Noli ergo errare, noli seduci, ut nõ magis in spiritalib⁹ spm credas quàm i corporalibus oblectari. Vel humanã cõsule rationẽ si fides in te penit⁹ obdormiuit. ¶ Tres ĩ carcere quõdã fuisse legim⁹, *Gen. 40.* tres in cruce. Ioseph siquidem cum pincerna & pistore regis carcerali custodiæ mancipatus. Xp̃s uerus Ioseph cũ *Luce. 23.* sceleratis duobus utiq; reputatus est. Et illi quidẽ in carcere uidere somnia, & audiere interpretationẽ: isti in cruce uerba locuti sunt, & unus accepit promissionem. Priorum siquidẽ alter propinabat regi, & audiuit: Restitueris in gradum pristinũ. Alter pascebat aues, & rñsum mortis accepit. Ipsi quippe sunt porci quos pauit ille prodigus *Luce. 15.*

adolescẽs

adolescẽs. Spurci siquidẽ & elati, merito porcorũ & auiũ noie designant. Porrò corũ qui crucifixi sunt cũ saluatore, alteri utiq; cõfitenti dictũ est: Hodie mecũ eris in paradiso, alteri quidẽ blasphemãti, nõ quidem à dño (neq; enim tunc ille iudicabat quẽquã) sed à socio rũsum est. Neq; tu times deũ, qui in eadẽ dãnatione es? Quid ergo putam⁹, qd duobus illis quorũ alteri dictũ est, restitueris post tres dies, alteri hodie mecũ eris in paradiso, præter ipsam sanè dilationẽ interim potuit esse molestũ? Quid uerò illũ potuit delectare cui dictũ est, trũcato capite post triduum suspẽderis, auiũ esca futurus? Sanè in hoc positi sumus oẽs: & nemo nisi in carcere, sine cruce interim nemo. Quippe ubi nec innocẽs inuenit immunis, qñ peccator requiẽ sperat? Cæterũ si quis uolẽs sustinet dicẽs, nos quidem iuste: mercedẽ habebit. Sinaũt inuitus & blasphemãs, & negans deũ factis, duplex ei cõtritio est. Si quis testimoniũ habet salutis, etiã & caro eius requiescit in spe, & prophæte farinula pulmẽtũ cõdit atq; dulcorat: ut in olla iã non mors, sed uita sit. ¶ Deniq; nemo sanè mentis ampliorẽ esse in uitis credat, quàm ĩ uirtutib⁹ delectationẽ: præsertim cũ sit deus uirtutũ, totius ueræ iucũditatis fons, lætitiæ & exultationis origo. Neq; enim carni seu mũdo aut maligno principi, sed Xpõ utiq; seruire, regnare est. Audi hoiem de ppria utiq; experiẽtia phibentẽ fidele testimoniũ ueritati. In uia, (inqt) testimoniorũ tuorũ delectat⁹ sum sicut in oibus diuitijs. Quid erit ĩ patria, si tãta est copia delectationis in uia? Sic & apls nõ in spe solũ, sed etiã in tribulatiõe docuit gl'iari. Ille quidẽ sic ait: Amic⁹ huius seculi, authoris seculi inimicus. Ille quidem sic: ego fortè nõ ita. Delicatus sum, hõ pctõr sum, nec subsistere in tãto labore sine gĩa multa, nec ipsam gratiam ualeo promereri. quasi uerò gĩa nõ sit gratia, sed operũ merces. quasi nõ oẽs peccauerint, aut nõ oẽs egẽt gratia dei. Aestimas ô hõ quia psonarũ acceptio sit apud deũ, & non oẽs oia reliquẽtes tam copiose consoletur? Noli esse incredulus: acgesce uel ueritati, de cuius testimonio nulli licet dubitare fideli. Et oĩs, inqt, qui reliq̃rit patrẽ, aut matrem, aut domum, aut agrũ ppter nomẽ meũ, cẽtuplũ accipiet, & uitã æternã possidebit. Facile ego poterã cõtradictionẽ sustinere linguarũ, si id loquerer ex meipso, Siquidẽ non accipit carnalis hõ quæ sunt spiritus dei: sed stultitia illi uidẽtur. Nũc aũt ipse id loquit, cuius uerba etiã cælo & terra trãseũtibus nõ trãsibunt. Sed audiui (ait hõ) q pditionis sumit occasionẽ, & (ut uulgo dr) festucã q̃rit unde sibi eruat oculũ: audiui, inqt, de illo & illo q reliquerant oia, & ad uomitum suum sunt reuersi. Quõ illi acceperãt cẽtuplũ? Exurge dñe iudica cãm tuã, & istorũ nẽpe calũniam, & murmur ipsorũ q fortè oia relinq̃re uisi sunt: & minime tñ centuplũ acceperũt. nõ contra nos, sed cõtra te est, q dixisti: Oĩs qui reliq̃rit patrẽ &c. cẽtuplũ accipiet. Quid tñ dicimus? An ex collegio discipulorũ reprobari qs põt nisi loculos habẽs? Sũt enim loculi nõ modo pecuniæ sed propriæ uolũtatis. Scrutet pinde uias suas, & studia sua, qui pmissam cẽtupli gratiã sibi deesse causat: nec dubiũ qn inueniat angulũ & diuersoriũ reclinatoriũq; non quidẽ filij hois sed aut foueã uulpis, aut uolucris nidũ. Magis autẽ perfecti⁹ obsecro relinquat oia: & solũ sequat Xpm, iactãs cogitatũ suũ in deo, enutriend⁹ ab eo, & centuplum sine dubio perceptur⁹. Neq; enim põt solui scriptura, q̃ tã certa ueritate subnixa, oĩbus id sine exceptione pmittit. Nihil sibi retineat, nihil suis, ne modicũ fermentũ torã massam corrũpat. Sũt enim qui sibi retinẽt aliqd, dñicæ uocis oblĩti, qui nõ suã uenit facere uoluntatẽ: & in ipsis q̃q; sctõrũ collegiis proprio aut desiderio, aut fortasse cõsilio importuni⁹ adhærẽtes, sciolos sese faciunt, de se sibi aliquid retinentes: quos penit⁹ abnegasse, & diuinæ prouidentiæ, ac obediẽtiæ patrũ, cõsilijs quoq; spũaliũ uirorũ debuerant cõmisisse. Sũt enim q propinqs retinẽt & amicis quod abiiciunt à seipsis, pro corũ prosperitate pñti, inani prorsus & seculari solicitudine æstuantes. Crudeles planè, q nequaquã proximos diligãt tanquã se. crudeles inquã uel in se, uel in suos: imo qd' uerius est, in utroq;. Nemo ergo cum se uidet nõ oia reliquisse, cẽtuplũ nõ accepisse miret. ¶ Preciosa siquidẽ diuina cõsolatio est, nec oino tribuitur admittentibus alienam. Infelix tu Esau qui dixisti: Num unã tm benedictionẽ habes pater? Quãto melius erat dicere cũ pheta: Vnã petij à dño, hãc reqrã? ¶ Indign⁹ enim bñdictiõe cælesti cõuincit, qui dubio q̃rit affectu, duplici petit intentione, aliud sibi refugiũ parãs, si fortè eã nõ obtinere contingat. Maior est iniqtas mea (ait fratricida prim⁹) quàm ut ueniam merear. Quid ergo? Renuat cõsolari aĩa tua si ueniã nõ meret. Hoc solũ deplora: hoc solũ plãge. Aliud ne cogites qdẽ. Sed nũc, inqt Caĩ, oĩs q inuenerit occidet me. Graue. s. damnũ, grandis iactura si perimat corp⁹: qñquidẽ aĩa perit. Sed occidẽdũ sese causabat infelix, tãquã pro magno bñficio habitur⁹ si prohiberet occidi. Qd' & factũ est. Cõsolationẽ miserã obtinuit quã q̃rebat, & oblitus est cõsolationis maxime, pro qua multo studiosi⁹ supplicare & remediũ q̃rere oportebat. An nõ idẽ & de Saule legisti? Vbi enim pstitit in suĩa Samuel sanct⁹, nunc, inqt, honora me uel corã pplo. Ad qd tibi hæc honoratio miser? Hæccine erat tota illa supplicatio: peccaui, ora dũm p me? Meritò sanè non pepercit qui intuebatur cor. Falsa nõ poterat supplicatione moueri. Vix adhuc dixerat Da uid peccaui, & respõsum illi est, dñs trãstulit pctñ tuũ à te. Sic nimirũ sic usq; hodie dilectissimi, cui⁹ ad alias cõsolationes mens inhiat, & penitus in caducis & trãsitorijs nõ renuit consolari: ipse sibi profectò cælestis subtrahit gratiã cõsolationis. Quã si digna deuotione, pleno affectu, desiderio uehementi petere, q̃rere, pulsare satageret, sine dubio petẽs acciperet, q̃rens inueniret, pulsanti aperiretur. Alioqn si fortè (qd' absit) pudendũ illũ apostasiæ saltũ pesumpserit, certũ oino sit testimoniũ ueritatis accipietib⁹, aut nũquã eũ oia reliquisse: aut ipm q̃q; postea deseruisse centuplũ qd' acceperit. Nõnulli siquidẽ cũ spiritu cœperint heu carne postea cõsummant. Qd' si insanũ est centuplũ nolle recipere, uelle relinq̃re plusquã insanũ iure cẽsetur. An uerò plãgẽdus tibi uidet qui abstract⁹ & illect⁹ à cõcupiscẽtia sua, spõte id deserit, libẽs abiicit, uoluntarie derelinqt: & q nutriebat ĩ croceis, amplexat stercora? Nõ est unde causet qui eiusmodi est, tãquã in eo uideatur irritum uerbũ dñi, aut euacuata pmissio. Dum enim reliqt oia, habuit sine dubio repromissam cẽtupli bñdictionẽ. Sine causa cõtẽdit: nõ ei magis quàm Xpo credimus; nec oino acquiescim⁹ mẽdacẽ eũ facere q pmisit. ¶ Centuplũ, inqt, accipiet, & uitã æternã possidebit. Illud enim in uia, hæc in patria est. Imo hæc patria: illud uia. Illud consolatio præsentis laboris, hæc futuræ felicitatis consummatio est. Sic nimirũ & operarijs huius seculi solet cibus in opere, merces in fine dari. sic militãtib⁹ & stipẽdia ministrant pro necessitate laboris: & nouissime donatiuũ mai⁹ erogat pro quãtitate laboris. Sic & filijs Israel donec terrã pmissionis intrarẽt, in deserto mãna non defuit. Et ab ecclia post q̃situ regni cælestis aduentũ, quotidian⁹ panis petit? In oratione quã ipse saluator instituit. Habes hãc duplicẽ pmissionẽ & in ppheta euidẽter expressam, ubi ait: Reddet deus mercedem laborũ sctõrũ suorũ, & deducet illos in uia mirabili. Ipa est enim uia testimoniorũ dñi, in qua ppheta ali⁹ sicut in oĩbus diuitijs delectatum se esse testat: Vt qd ergo in incredulitate moriemini filij hoim? ¶ At fortè adhuc secularis ad hæc quispiã dicat: Ostende mihi cẽtuplum qd' promittis, & libens uniuersa relinquo. Vt quid oñdã? Fides enim nõ habet meritũ, cui humana rõ pbet experimentũ. An poti⁹ hoi oñdenti, quàm ueritati crederes pmittẽti? Deficis scrutans scrutinio. Nisi crediderĩs non intelliges. Manna absconditũ est, qd' in apocalypsi Ioannis ui-

Nota.

Gen. 27.

Psal. 26.

Gen. 4.

Ibidem.

1. Reg. 15.

2. Reg. 12.

Gala. 3.

Sapiẽ. 10.

Psal. 118.

Apoc. 2.

ctori promittit. Nouũ nomẽ est, qđ nemo scit nisi qui accipit. Videt eñ fortè nõnullis p̃sentẽ sctõrũ cõsionẽ facultatum pariter & uolũtatũ hoc loco cẽtupli noie designari. Et magna quidẽ hæc ipsa consolatio: sed non adeò gñalis ut possit uniuersaliter oĩb9 cõuenire. Quãtos eñ sctorum aut uoluntarie eã deseruisse, ut anachoretas: aut uiolentia pſecutionis, ut martyres exilio relegatos, humana cõsolatione nouimus caruisse? Datũ optimũ est cẽtuplũ hoc: de sursum descẽdit à patre luminũ. ¶ An nõ deniq; oĩa possidet, cui oĩa cooperant in bonũ? An nõ cẽtuplũ habet omnũ q̃ implet spiritu sctõ, qui Xp̃m habet in pectore? Nisi q̃ lõge plusquã centuplũ est utilitatio paracleti spirit9, & præsentia Xp̃i. Quàm magna, inquit, multitudo dulcedinis tuæ dñe quã abscõdisti timẽtibus te, perfecisti eis qui sperãt in te. Vides quõ memoriã abundãtiæ suauitatis huius eructuet aĩa sancta: quõ exprimere gestiẽs uerba multiplicet: Quàm magna, inqt, multitudo. Hoc ergo centuplum adoptio filiorũ est, libertas & primitiæ spũs, deliciæ charitatis, gloria cõscientiæ, regnũ dei qđ intra nos est, non utiq; esca uel potus: sed iustitia, & pax, & gaudiũ in spũ sancto. Gaudiũ sanè non modo in spe gl̃iæ: sed etiam in tribulatiõib9. Hic est ignis quẽ uoluit Xp̃s uehemẽter accendi. Hæc uirt9 ex alto, quæ Andreã fecit amplecti crucẽ. Laurentiũ ridere carnificẽ, Stephanũ pro lapidantib9 flectere genua ad orationẽ. Hæc illa pax quã suis reliquit Xp̃s, qñ dedit & suã. Siquidẽ donũ & pax est electis dei: pax utiq; præsentis, & donũ futuræ. Illa superat oẽm sensum: sed & huic qcqd sub sole placet, qcqd in mũdo concupiscitur, non poterit cõparari. Hæc gratia deuotionis, & unctio docens de oĩbus, quã expertus nouit, inexpert9 ignorat: qñ nemo scit nisi q accipit. ¶ Vtinã hic filioq; hominũ cõcupiscẽtia uigilet, utinã uel curiositas excitetur, ut dicant in cordibus suis, nõ uidetur hoc uerbũ adinuẽtionis humanæ, cui sic cõsonant uno ore testimonia scriptuarũ. Q, si ita est, sine dubio uehementer erramus. Probare libet an hæc ita se habeant, gustare quid hoc absconditum mãna sapiat, experiri quid sit hoc cẽtuplum, quale gaudiũ in spũ sancto. Cras profecto respõdebit ei iustitia sua, qui id studiose quæsierit confestim ut gustauerit, uidebit quàm suauis est dñs: quoniã bonus nõ modo tenenti, sed & quærenti se, animæ sperãti in se. Alioquin uenite & arguite me, dicit dñs: si non omnis qui reliquerit patrẽ & matrẽ, aut domũ, aut agrũ propter nomen meum, centuplum acceperit nunc in hoc tempore. ¶ Parum est, & uitã æternã possidebit. Verum si in præsentis cõmendatione centupli sermo deficit, & ex abundantia cordis angustia oris obstruitur: quidni ad promissionẽ æternæ uitæ defectum propriũ ipsa etiã cogitatio fateatur? Si id qđ ex parte est, non ualeat eloqui nec expertus: quid inexpertus de pfectione balbutire conet? Oculus non uidit deus, absq; te, quæ præparasti diligentibus te. Pax enim est quæ exuperat omnem sensum, pax super pacem, indeficiens exultatio, torrens uoluptatis diuinæ, flumen lætitiæ, gaudium plenum. Cogita quicquid uis, quicquid potes exopta, excedit cogitatum omnem, desiderium omne exuperat illa felicitas, æternitas illa, beatitudo illa. Ad quã nos sua miseratione perducat præueniens in benedictione dulcedinis, & indeficienter interim tribuens promissam centupli gratiam, ad solatium utiq; & remedium laboris huius, ne deficiamus in uia: ut de exhibitione præsentium munerũ firma sit expectatio futurorum, qui uenit ut uitam habeamus, & abundantius habeamus, Iesus Christus dominus noster.

Psal. 30.

Luc. 12.

Sapien. 3.

Apoc. 2.

Gen. 30.

Threno. 3

¶ Finis.

¶ *Hactenus habes amantissime lector opera à diuo nostro Bernardo composita. Nam nonnulla alia quæ à longo iam tempore ei ascribuntur, sua nõ sunt: nec eius stilum minusq; spiritũ redolent. Ne propterea opus præclarissimum, taliũ inculcatione obtenebretur, peritorum consilio reiecimus, demptis quæ sequuntur paucis.*

¶ *Incipit præfatio in epistolam siue tractatum de uita solitaria ad fratres de monte dei.*

CHarissimis fratrib9 & dñis. N. priori & cæteris, sabbatũ delicatũ. ¶ Penè ipudenter & plusquã decebat os meũ patet ad uos charissimi fratres in Christo. nõ possum tacere, de9 scit. Ignoscite: qa cor meũ dilatatũ est. Dilatamini et uos obsecro in uisceribus uestris, & capite nos, qa totus uester sum, in eo in cuius uisceribus inuicẽ cupimus uos. Ideo ex quo recessi à uobis, usq; nunc qualẽcũq; laborẽ meũ quotidianum statui dedicare nõ uobis, q nõ indigetis: sed fratri Stephano, & socijs ei9 fratribus iunioribus & nouitijs uenerib9 ad uos, quorũ doctor deus solus est: ut habeãt & legant si fortè ibi aliquid inuenerint utile sibi ad solatium solitudinis suæ, & sancti propositi incitamentũ. Offero quod possum, bonã uoluntatẽ. Ipsamq; à uobis repeto cum fructibus suis. Dauid saltãdo placuit deo, non ppter saltũ: sed propter affectũ. Similiter & mulier quæ unxit pedes dñi, laudata est à Xp̃o, non quia unxit, sed qa amauit: & quia qđ habuit hoc fecit, in eo iustificata est. Deide uobis etiã arbitratus sum dedicãdũ aliud quoddã opusculũ, quod in consolationẽ suam & in adiutoriũ fidei facere me compulit fratrũ quorũdã plus anxia quàm periculosa necessitæs: quorũ tristitia plurimũ mihi solet facere gaudiũ: nisi q̃ eos contristatos uidere non possum. Præ magnitudine quippe nõ solũ fidei, sed etiam amoris, exosum adeò habent qcqd uidet esse cõtra fidẽ, ut si uel ad modicũ seu ex spũ blasphemiæ, seu ex ipso sensu carnis fuerint sup hoc attẽtati uel pulsati, quasi ex solo auditu uel attactu læsam oĩno in semetipsis æstiment conscientiæ pietatẽ uel puritatẽ, & miserabiliter defleant semetipsos quasi reprobos circa fidẽ. Quibus & contingit à seculi tenebris ad purioris uitæ exercitia uenientibus, qđ cõtingere solet repẽte prodeuntib9 ad lucem à diutinis tenebris: ut sicut in illis lux ipsa, qua cætera uidẽda sunt, primo irruens, infirmis oculis fit molesta: sic & isti ad primũ fidei lumẽ cæcutiãt, nec insolitos nouæ lucis radios p̃nt sustinere, donec ipso lucis amore assuescant.

Gaudet Bernardus se in uenisse antiquã solitarie regulam. Psal. 64.

Luc. 10.

Luc. 12.

1. Cor. 1.

¶ *Explicit præfatio.*

¶ *Incipit epistola ad fratres de monte dei.*

FRatribus de monte dei, orientale lumen, & antiquũ illũ in religiõe Aegyptiũ feruorẽ tenebris occiduis & Gallicanis frigorib9 inferẽtibus, uitæ. s. solitariæ exẽplar, & cælestis formã cõuersationis. ¶ Occurre & cõcurre ĩ gaudio sancti spũs aĩa mea, & risu cordis in fetuore pietatis, & in oĩ obsequio deuotæ uolũtatis. Quid nic etẽ epulari & gaudere in dño oportet: qa xp̃ianæ deuotionis ac religiõis speciosissima portio, quæ cælos propinquius tãgere uidebat, mortua erat, & reuixit: perierat de mũdo, & inuẽta est. Auditu auris audieramus, nec credebamus: legebamus in libris, & mirabamur de antiqua uitæ solitariæ regula, & magna in ea gr̃a dei: cũ subito inuenim9 eã ĩ cãpis siluæ, in monte dei, in mõte pingui. Vbi ĩã pingueſcũt speciosa deserti, & exultatiõe colles accinguntur. Ibi eñ etiã per uos offert se oĩbus, & in uobis se demõstrat, & ignota hactenus innotescit in paucis simplicibus. ipo eã uobis ingerẽte, q in paucis simplicibus totũ olim sibi mundũ subiecit ipso mũdo mirãte. Licet eñ magna & diuina planè fuerint miracula quæ dñs gessit in terris: hoc tñ unũ sup oĩa alia enituit, & cætera cũcta illustrauit, q̃ sicut dictum est, in paucis simplicibus totum mundum & oẽm sapientiæ eius altitudinem sibi subiugauit. Quod etiã nũc cœpit operari in uobis. Ita pater: ita: qñ sic beneplacitum est ante te. Abscondisti eñ hæc à sapientibus & prudẽtibus huius mũdi: & reuelasti ea paruulis. Nolite ergo timere pusillus grex, ait dñs, sed oĩno confidite, qa cõplacuit deo p̃ri dare uobis regnum. Videte fratres mei, uidete uocationem uestram. Vbi sapiens inter uos? Vbi scriba? Vbi conquisitor huius seculi? Nam etiã sunt aliqui

sint aliqui sapientes inter uos, per simplices tamen sapientes aggregauit, qui reges olim & philosophos mūdi hui⁹ perpiscatores sibi subiecit. Sinite ergo sinite sapiētes huius seculi de spiritu huius mūdi tumentes, alta sapientes, & terram lingentes, sapienter descendere in infernū. Vos autem dum foditur peccatori fouea, sicut cœpistis stulti facti propter deum, per stultum dei, quod sapiētius est oībus hominibus, Christo duce humilem apprehēdite disciplinam ascendēdi in cælum. Vestra nanq; simplicitas iam Ibidem. multos prouocat ad æmulationem. Vestra sufficientissima & altissima paupertas, iam multorum confundit cupiditatem. Vestrum secretum, iam earū rerum quæ tumultū faciunt uel facere uidētur, pluribus incutit horrorē. ¶ Si qua ergo consolatio in Christo, si qd̄ solatium charitatis, si qua societas spiritus, si qua uiscera misericordiæ, implete gaudium non meum tantummodo, sed omniū diligentium nomen dei, ut in uarietate uestitus deaurati de auro sapientiæ dei reginæ assistentis à dextris sponsi, uestro studio, uestra instantia, ad dei gloriam, & magnam coronam uestram, & gaudium omnium bonorum, hoc sanctæ nouitatis instauretur ornamētum. Nouitatem uerò dico propter linguas nequā (à quarum contradictione abscondat uos deus in abscondito faciei suæ) hoīm impiorum, qui cū manifestum lumen ueritatis obnubilare non queunt, de solo nouitatis nomine cauillantur, ueteres ipsi, & in ueteri mente nescientes noua meditari, utres ueteres nō capientes uinum nouum, quod si eis infunderetur, rumperentur. Sed hæc nouitas, nō est nouella uanitas. Res enim est antiquæ religiōis, pfectæ fundatæ in Christo pietatis, antiqua hæreditas ecclesiæ dei, à tempore prophetarum præmonstrata, iamq; nouæ gratiæ sole exorto, in Ioanne Matt.3. baptista instaurata & innouata, ab ipso domino familiarissime celebrata, ab eius discipulis ipso præsente cōcupita: cuius transfigurationis gloriā cum uidissent qui cum eo in monte sancto erant, continuo Petrus in eo quidem abreptus sibi, & nescius quid diceret, quia uisa dei maiestate cōmune bonum intra priuatum suū usus est conclusisse: in eo autem præsentissimus sibi, & scientissimus quid diceret, quia suauitate eius gustata optimum sibi iudicauit in hoc semper esse, uitam hanc in cōtubernio dei & ciuium supernorū quos cum eo uiderat, cōcupiuit dicens: Matt.17. Dñe bonū est nos hic esse. Si uis faciamus hic tria tabernacula, tibi unū, Moysi unū, & Heliæ unū. In quo si audistus fuisset, facturus proculdubio erat postmodū alia tria, sibi unū, Iacobo unum, & Ioanni unum. Post passionem uerò dñi calente adhuc in cordibus fidelium effusi eius sanguinis recenti memoria, solitariā hanc uitam eligentibus, paupertatem spiritus sectantibus, & in spiritualibus exercitiis & in contemplatione dei pingue ocium altero in alterū zelantibus, deserta repleta sunt. Ex quibus legimus Paulū, Machariū, Antonium, Arseniū, & alios quā plures in sanctæ huius conuersationis republica consulares uiros, egregia nomina in ciuitate dei, nobiles & triūphales titulos habentes de uictoria huius seculi, & principis huius mundi, & corporis sui, de cultu animi, & domini dei sui. Sileant ergo qui in tenebris de luce iudicantes, uos arguunt nouitatis ex abundātia malæ uolūtatis, ipsi potius arguendi uetustatis & uanitatis. ¶ Sed & laudatores & detractores semper estis habituri, sicut & dominus. Laudatores, præterite: & bonum quod in uobis amant, hoc in eis amate. Detractores dissimulate, & pro eis orate. Et oblitī quæ retro sunt, prætermissis scandalis quæ iuxta iter uobis à dextris & à sinistris posita sunt, in anteriora uestra uos extendite. Si enim ad singula uoluerītis uel laudatoribus respondere, uel cum detractoribus litigare, tempus perditis, cuius in proposito sancto non leuis est iactura. A terris enim ad cælos festinantē qui moratur, & Mat. si non detinet, plurimum tamen nocet. ¶ Nolite ergo negligere: nolite tardare: grandis enim uobis restat uia. Altissima enim est professio uestra. Cælos transit, par angelis est, angelicæ similis puritati. Non enim solum uouistis omnē sanctitatē, sed oīs sanctitatis perfectionē, & oīs consummationis finē. Nō enim est uestrū circa cōmunia præcepta languere, neq; hoc solum attendere quid præcipiat deus, sed qd uelit, probātes q̄ sit uolūtas dei bona, & bene placens, & pfecta. Aliorū est em̄ deo seruire: uestrū adhærere. Aliorū est deū credere, scire, amare, reuereri: urm est sapere, intelligere, cognoscere, frui. Magnū est hoc, arduū est hoc. Sed oīpotens & bon⁹ est deus, q in uobis est pius promissor, fidelis redditor, & indefessus adiutor: qui magno eius amore magna profitentibus, & in fide & spe gīæ eius maiora uiribus suis aggredientibus, & uoluntatē & desiderium suggerit in idipsum, & qui uolūtatis gratiam prærogauit, subrogabit etiam uirtutem ad prouētū. Cui cum fideliter fecerit homo qd̄ potuerit, calumniāte calūniatore: ipe misericorditer pauperi suo iudicium faciet & causam: qa qd̄ habuit hoc fecit. Absit tñ fratres à conscię uestræ æstimatione, à paruitate & humilitate ura, ab ore uro oīs altitudo: quia altū sapere mors est, & facile est in alto se cōtuentē obstupescere, & de uita periclitari. Nomen aliud uestræ professioni imponite, aliū titulū ordini uro inscribite. Feras uos potius indomitas, & incaucatas bestias (quæ aliter cōi hoīm more domari nō poterant) existimate & appellate longe supra uos uirtutem eorū suspicientes, & admirātes gl'iam, qui ambidextri fortissimi (sicut Ahod ille iudex fortissim⁹ Israel, qui utraq; manu ute batur p dextera) & quādiu licet, deuotissime intus uacare amāt charitati cōtemplādæ ueritatis: & cum necessitas uocat, uel officiū trahit, prōptissime se foras mutant, non dāt, pro ueritate adimplēdæ charitatis. ¶ Caue etiam serue dei caue ne quoscūq; imitari nō uis, dānare uidearis. Volo hoc facias in ægritudine tua: qd̄ cū sanissimus esset faciebat qui dicebat: Venit Iesus Xps pctōres saluos face re, quorū primus ego sum. Neq; em̄ hoc dicebat Paul⁹ mētiendi præcipitatione: sed æstimandi affectione. Qui em̄ perfecte examinando semetipsum intelligit, suo peccato nullius peccatū par esse existimat, qd̄ non sicut suū intelligat. Nolo ergo ut nusquā arbitreris lucere solē cōmunē diei nisi in cella tua, nusquam esse serenum nisi penes te, nusquā operari gr̄am dei nisi in conscientia tua. An solitariorū deus tantū? Imo & oīm. Miseretur enim oīm deus, Sapien.11. & nihil odit eorū q̄ fecit. Malo te cogitare, ubiq; esse serenum nisi penes te, & peius de te quàm de aliquo existimare. Cū timore pot⁹ & tremore uestrā ipsorū salutē operamini. Nec quales sint alii, sed quales ex uobis fiant (quantum in uobis est) cogitate, non solummodo qui mō sunt, sed & qui post futuri sunt, quos in proposito sancto estis habituri imitatores. Ex uobis em̄, ex uro exēplo, & uestra authoritate in regione hac pēdere habet tota posteritas huius uestri ordinis scti. Vos in eo patres, uos in eo institutores cū debita imitationis reuerentia appellabimini à successoribus urīs. Quicq d à uobis statutum, quicquid uobis tenentibus & seruantibus in cōsuetudinem fuerit missum, absq; omni retractatione à posteris uestris tenendum erit & seruandum: nec phas erit aliqd immutari. Sic enim de uobis erit apud eos, sicut de incōmutabilibus legibus summæ & æternæ ueritatis est apud nos, quas seruari omnibus expedit & scire, non autem licet alicui diffidicare. Deo aūt gratias, quia nec indignū uobis erit, nec inutile posteris, si pie, si fortiter & uos tenuerītis, & ipsi in uobis fideliter imitentur quod interim tenetis. Etsi quid adhuc aliter sapere oportuerit, & hoc deus uobis reuelabit. Salua enim per omnia cartusiæ debita sanctitate, & cum omni laude prædicanda reuerentia, multa in alpinis illis horridis & continuis frigoribus necessaria sunt quæ frugalem sufficientiam, & uoluntariam paupertatem sectantibus, in his duntaxat regionibus non adeò necessaria uidentur. Intelligitis quæ dico: dabit enim uobis dñs intellectum. ¶ Gaudeo enim in uobis, et licet absens corpore, sed præsens spiritu, & uidens ordinem uestrum, sed feruorem spiritus, sed abundantiam pacis, sed gratiam simplicitatis, in proposito rigorem, in dilectione mutua

1. Timo.1.

Universidad de Deusto Biblioteca

ipſam ſancti ſpiritus ſuauitatem,& plenam oīno in cōuerſatione ueſtra formam pietatis. In recordatione montis dei totus exulto,& primitias ſancti ſpiritus,& pignus gratiæ in ſpe creſcentis in eo religionis deuotus adoro. Nam & ipſum montis dei nomen bonæ ſpei præfert omē, ſcilicet q̄ ſicut Pſalmiſta dicit de monte dei, habitatura ſit in eo generatio quærentium dominum, quærentium faciem dei Iacob, innocens manibus,& mundo corde: qui nō accepit in uano animam ſuam. Ipſa eſt enim profeſſio ueſtra quærere deum Iacob, non communi hominum more, ſed quærere faciem dei, quam uidit Iacob qui dixit: Vidi dominum facie ad faciem, & ſalua facta eſt aīa mea. Faciem dei, hoc eſt cognitionem eius q̄rere. Facie ad faciem, quā uidit Iacob, de qua etiam dixit apoſtolus tunc cognoſcā ſicut & cognitus ſum. & nunc uidemus per ſpeculū in ænigmate, tūc autem facie ad faciem uidebimus eū ſicuti eſt. hanc in hac uita ſemper quærere per immocētiam manuū & munditiā cordis ipſa docet pietas: quæ ſicut dicit Iob, cultus dei eſt. Quam qui non habet, in uano accepit animam ſuam: hoc eſt fruſtra uiuit, uel oīno non uiuit, dum non uiuit ex ea uita propter quam ut in ea uiueret, accepit animam ſuam. ¶ Pietas enim hæc eſt ſugis dei memoria, continua intentionis actio ad intelligentiam eius, indefeſſa affectio in amorem eius: ut nulla unquam inueniat ſeruum dei, nō dicam dies, ſed hora, niſi uel in exercitij labore, & proficiendi ſtudio, uel in experientiæ dulcedine, & fruendi gaudio. Hæc eſt pietas de qua apoſtol⁹ dilectū ſibi diſcipulum ammonet dicens: Exerce temetipſum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio ad modicum utilis eſt. Pietas uerò ad omne opus bonum eſt utilis, habēs promiſſionem uitæ quæ nūc eſt & futuræ. Pietatis enim non ſolummodo formam, ſed & ueritatem in omnibus & præ omnibus habitus ueſter repromittit, propoſitum ueſtrū requirit. Nam ſicut apoſtolus dicit: Sunt aliqui formam quidem pietatis habentes: uirtutem autem eius abnegantes. ¶ Hanc quicunq; ueſtrum non habet in conſcientia, non exhibet in uita, nō exercet in cella: non ſolitarius, ſed ſolus dicendus eſt. Nec cella ei cella: ſed recluſio & carcer eſt. Verè cīm ſolus eſt, cum quo deus non eſt, uerè recluſus eſt qui in deo liber nō eſt. Solitudo cīm & recluſio ſunt nomina miſeriæ. Cella aūt nequaquā debet eſſe recluſio neceſſitatis, ſed domiciliū pacis, oſtiū clauſum, nō latebræ, ſed ſecretū. Cum quo enim deus eſt, nūquā min⁹ ſolus eſt quàm cum ſolus eſt. Tunc enim libere fruitur gaudio ſuo, tūc ipſe ſuus eſt ſibi, ad fruendū deo in ſe, & ſe in deo. Tūc in luce ueritatis, in ſereno mundi cordis ultro patet ſibi pura conſcia, & libere ſe infundit affecta de deo memoria, & uel illuminatur intellectus, & bono ſuo fruitur affectus, uel ſeipſum deflet humanæ fragilitatis defectus. Propter hoc ſm formam propoſiti ueſtri habitantes in cælis potius quàm in cellis: excluſo à uobis toto ſeculo, totos uos incluſiſtis cum deo. Cellæ ſiquidem & cæli habitatio cognatæ ſunt: quia ſicut cælum & cella ad inuicem uidentur aliquam habere cognationem nominis, ſic & pietatis. A celando enim cælum & cella nomen habere uidentur: & quod celatur in cælis: hoc & in cellis. Quod geritur in cælis, hoc & in cellis. Quid nam eſt hoc⁹ uacare deo, frui deo. Quod cum ſm ordinem pie & fideliter celebratur in cellis, audeo dicere, ſancti angeli, dei cellas habent pro cælis, & æque delectantur in cellis ac in cælis. Nam cum in cella iugiter cæleſtia actitantur, cælum cellæ & ſacramenti ſimilitudine, & pietatis affectu, & ſimilis operis effectu proximum efficitur: nec iam ſpiritui oranti, uel etiā à corpore exeunti, à cella in cælum longa uel difficilis uia inuenitur. A cella enim ſæpe in cælum aſcenditur, uix autem unquā à cella in infernū deſcēditur: niſi ſicut dicit Pſalmiſta: Deſcendant in infernū uiuētes, uidelicet ne deſcēdāt morientes. Hoc enim modo ſæpe cellarum incolæ in infernū deſcendūt. Sicut enim aſſidue contemplando reuiſere amant gaudia cæleſtia, ut ardentius ea appetāt: ſic & dolores inferni, ut horreāt & refugiāt. Et hoc eſt qd̄ impre-

Pſal. 23.

Gene. 32.

1. Cor. 13.

Quærendā faciem dei: Iacob docet pietas.

Pietatis laus & utilitas.

1. Tim. 4.

2. Tim. 3.

Cellæ cōmēdatio.

Nota.

Nota.

Pſal. 54.

cantur inimicis ſuis orantes, ſcilicet ut deſcendant in infernum uiuentes. Moriens autem uix aut nunquā aliquis à cella in infernum deſcendit: quia uix unquā aliquis niſi cælo prædeſtinatus, in ea uſq; ad mortem perſiſtit. ¶ Filium enim gratiæ, fructum uentris ſui cella fouet, nutrit, amplectit, & ad plenitudinē perfectionis perducit, & colloquio dei dignū efficit: alienum uerò uel ſuppoſitum abdicat à ſe citius & proiicit. Vnde ait dom⁹ ad Moyſen, Solue calciamēta pedū tuorum. Locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt. Mortificinū enim mortuarum affectionum, uel hominem mortuū à corde, locus ſanctus uel terra ſancta nequaquā diu patitur. Cella terra ſancta, & locus ſanctus eſt: in qua dñs & ſeruus eius ſæpe colloquuntur: ſicut uir ad amicum ſuum. In qua crebro fidelis anima uerbo dei coniungitur, ſponſa ſponſo ſociatur, terrenis cæleſtia, humanis diuina uniuntur. Siquidem ſicut templum ſanctum dei, ſic cella eſt ſeruí dei. Et in templo enim & in cella diuina tractantur: ſed crebrius in cella. In templo uiſibiliter & figuratiue aliquando chriſtianæ pietatis ſacramenta diſpenſantur, in cellis uerò ſicut in cælis ipſa ueritate, ipſo ordine, etſi nondum ipſa puritatis maieſtate, uel æternitatis ſecuritate, res ipſa omnium ſacramentorum fidei noſtræ aſſidue celebratur. Ideo ſicut dictum eſt, alienum qui non eſt filius citius à ſe proiicit quaſi abortiuum, euomit tanquā inutilem ac noxium cibum, nec diu talem pati poteſt in uiſceribus ſuis officina pietatis: uenitq; peſ ſuperbiæ, & aſportat eum manus peccatoris, & mouet eū, & expulſus non poteſt ſtare, ſed fugit miſer nudus & tremebundus ſicut Caim à facie domini, expoſitus uitijs et dæmonibus, ut qui prior inuenerit eum, morte animæ eū afficiat & occidat. uel ſi aliquādiu duraūerit in ea non uir tutis conſtantia, ſed pertinaci miſeria, ſic ei cella eſt quaſi carcer, aut ſicut uiuenti ſepultura. Peſtilente uerò flagellato, ſapiens ſapientior erit: & lauabit iuſtus manus ſuas in ſanguine peccatoris. Sicut ergo dicit propheta, Si conuerteris Iſrael, ad me conuertere: hoc eſt perfecte conuerſionis culmen apprehende. Nulli enim in eodem ſtatu diu eſſe conceditur. Seruo dei aut ſemper proficiendum, aut deficiendum eſt: aut ſurſum nititur, aut in inferiora uergetur. Ab omnibus autem uobis perfectio exigitur, licet non uniformis. Sed ſi incipis, incipe perfecte. Si iā in profectu es, & hoc ipſum iam perfecte age. Si autem perfectionis aliquid attigiſti: teipſum in temetipſo metire, & dic cum apoſtolo: Non q̄ iam apprehenderim, aut perfectus ſim: ſequor autem ſi fortè comprehendam in quo et comprehenſus ſum. Vnum autem, quæ quidem retro ſunt obliuiſcens, & ad ea quæ ſunt priora extendens meipſum, ad deſtinatū proſequor ad brauium ſupernæ uocationis in Xp̄o Ieſu. Deide addit: Quotquot ergo pfecti ſum⁹, hoc ſapiamus. In quo manifeſte apoſtolo docente declaratur quia perfecta eorum quæ retro ſunt obliuio, et perfecta in anteriora extenſio, ipſa eſt hominis iuſti in hac uita perfectio: & perfectio huius perfectionis ibi erit, ubi erit brauū ſupernæ uocationis perfecta apprehenſio. ¶ Hoc aūt modo ſicut ſtella à ſtella diſtat in claritate, ſic cella à cella in cōuerſatione, ſcilicet incipientium, proficientium, & perfectorum. Incipientium ſtatus poteſt dici animalis, proficientium rationalis, perfectorum ſpiritualis. Ignoſcendū eſt in aliquibus aliquando eis qui adhuc ſunt animales, in quibus ignoſci non debet eis qui iam habentur quaſi rationales. Rurſumq; rationalibus in quibuſdam ignoſcitur, in quibus non ignoſcitur ſpiritualibus, quorum perfecta omnia eſſe debent, et imitatione & laude potius quàm reprehenſione digna. Et cum ex his tribus hominum generibus conſtet omnis ſtatus religionis, quæ ſicut propriis nominibus diſtinguuntur, ſic etiam dignoſcuntur ex ſuorum proprietate ſtudiorum: debent omnes filij dei in die qui eſt, ſemper diligenter proſpicere quid deſit ſibi, unde uenerint, quouſq; peruenerint, et in quo proficiendi ſtatu ſingulis diebus uel horis ſua ſe æſtimatio deprehendat. Sunt etenim animales, qui per ſe nec

Exod. 3.

Prou. 19.

Pſal. 57.

Pſal. 5.

ratione

ratione aguñt, nec trahũtur affectu, & tñ uel authoritate permoti, uel doctrina commoniti, uel exemplo prouocati approbant bonũ ubi inueniunt, & quasi cæci sed ad manum tracti sequunt: hoc est imitantur. Sunt rõnales, q per rõnis iudicium & naturalis scientiæ discretionem habẽt & cognitionẽ boni & appetitum, sed nondum habẽt affectum. Sunt perfecti, qui spiritu aguntur, qui à sancto spũ plenius illuminantur. Et qñ sapit eis bonũ cuius trahunt affectu, sapientes uocantur. Quia uerò induit eos spũssanctus cuius affectu trahũtur, sicut induit olim Gedeonem: sic spũssancti indumento, spũales appellantur. Primus status circa corpus se habet. Secundus circa animam se exercet. Tertius non nisi in deo requiem habet. Quorum singuli sicut habent certam proficiendi rationem, sic in genere suo certam habent perfectionis suæ mensuram. ¶ Initiũ boni in conuersatione animali, perfecta obediẽtia est. Profectus subijcere corpus suum, & in seruitutem redigere. Perfectio, usus boni consuetudinem uertisse in delectationem. Initium uerò rationalis est intelligere quæ in doctrina fidei apponuntur ei. Profectus, talia præparare qualia apponunt. Perfectio cũ in affectũ mentis trãsit iudiciũ rationis. Perfectio uerò hominis rationalis, initium est hois spiritualis. Profectus eius, reuelata facie speculari gloriam dei. Perfectio uerò transformari in eandẽ imaginẽ à claritate in claritatem sicut à dñi spiritu. ¶ Primũ igitur prosequendum de primo, scilicet de aiali. Aialitas est uitæ modus sensibus corporis seruiens. s. cũ aia quasi extra se per sensus corporis circa dilectorũ delectationes corporũ affecta, eorũ fruitione pascit uel nutrit sensualitatẽ suam: seu cum intra se regrediẽs, & corpora qbus forti glutino amoris & consuetudinis adhæsit, in locũ incorporeæ naturæ secũ ferre non ꝑualens, eorũ illuc secũ trahit imagines, & amicabiliter ibi cum eis conuersatur, quibus assuefacta, nil putat esse nisi uel quale foris reliquit, uel quale intus contraxit: inde quãdiu licet iucundũ habet secundũ dele ctatiões corporis uiuere. Cum aũt ab eis auertitur, nescit nisi corporea imaginando cogitare. Cum uerò ad cogitãda spiritualia uel diuina se erigit, non aliud de eis quàm de corporibus uel de corporalib⁹ potest æstimare. ¶ Hæc auersa à deo sit stultitia, cum nimiũ intra semetipsam fuerit remissa, & tam bruta ut regi uel nolit, uel non possit. Cum uerò ipsa sibi per superbiam extra se nimiũ fuerit abrepta, sit prudentia carnis, & ipsa sibi sapientia esse uidetur, cũ stultitia sit, dicẽte apl'o: Dicẽtes se esse sapiẽtes, stulti facti sunt. Porrò ad deũ cõuersa, fit sctã simplicitas: hoc est eadẽ semper circa idem uoluntas; sicut fuit in Iob q dictus est uir simplex, & rect⁹, ac timẽs deũ. ¶ Propriè ei simplicitas est perfecte ad deũ conuersa uoluntas, unã petens à domino, hanc requirens, non ambiens multiplicari in seculo. Vel est simplicitas, in conuersatione uera humilitas scilicet uirtutis magis conscientiã amplectẽs quàm famã, cũ nõ refugit uir simplex uideri stultus in seculo, ut sit sapiens in deo. Vel simplicitas est sola ad deum conuersa uoluntas, sed nondum ratione formata ut amor sit. id est formata uoluntas: nondum illuminata ut sit charitas: hoc est amoris iucunditas. Simplicitas ergo initiũ aliquod in seipsa habẽs creaturæ dei, hoc est uoluntatẽ simplicẽ & bonam, quasi futuri boni hois informẽ materiam, in primordio conuersionis suæ offert authori suo eam formandam. Iam eñ cum bona uoluntate habens initiũ sapientiæ, id est timorẽ dñi, ex ipso colligit nec per se eam formari posse, nec qquã tã expedire stulto, quàm seruire sapiẽti. Itaq; homini se propter deũ subijciens, ipsam ei bonã uoluntatem cõmittit in deo formandã in sensu & spiritu humili. Iam timore dei incipiẽti operari in eo oẽm uirtutũ plenitudinẽ, dum p iustitiã defert maiori, per prudẽtiã nõ credit se sibi, per temperantiã refugit discernere, per fortitudinẽ totum se obediẽtiæ subijcit, nõ discernẽdæ, sed adimplẽdæ. Hæc eñ uxor est cui à dño ꝓcipit, Et ad uirũ tuũ erit cõuersio tua. Vir eius, rõ uel spiritus est suus uel alterius. Huic enim uiro recte obedit uir simplex & rectus in semetipso. Rectius aũt sæpe ac tutius in altero, quàm in semetipso. Ex ꝓcepto ergo dei, & ipso ordine naturæ habere debet uxor ad uirũ, animalitas ad spm̃ suũ uel spiritualem aliquẽ uirũ conuersionem legitimam: hoc est obediẽtiam perfectam. ¶ Perfecta uerò obediẽtia est maxime in incipiente indiscreta: hoc est nõ discernere quid uel quare præcipiat: sed ad hoc tãtũ niti, ut fideliter & humiliter fiat, quod à maiore præcipit. Lignum eñ scientiæ boni & mali in paradiso, censura discretionis est in cõuersatione religionis penes patrẽ spũalem, qui dijudicat oia: ipse uerò à nemine iudicatur. Ipsius est discernere: aliorũ est obedire. Adã gustauit in malum suũ de ligno uetito, edoctus ab eo qui suggerendo ait: Quare præcepit uobis deus ut de ligno non comederetis? Ecce discretio, cur præceptum sit. Et addit: Sciebat eñ qa qua die comederitis, aperientur oculi uestri, & eritis sicut dij. Ecce ut qd præceptũ sit, scilicet q̃ deos fieri nõ sinat. Discreuit, comedit, & inobediẽs factus est: & de paradiso eiectus est. Sic & animalẽ discretũ, nouitiũ prudentẽ, incipientẽ sapientẽ, in cella diu posse consistere, in cõgregatione durare impossibile est. Stultus fiat, ut sit sapiens: & hæc ois sit eius discretio, ut in hoc nulla sit ei discretio. Hæc ois sapiẽtia ei⁹ sit, ut in hac parte nulla ei sit. ¶ In eo uerò in quo se sibi animalitas ratioq̃ conterminant, in natura aiæ humanæ relictus est à creatore bono intellectus & ingeniũ, & in ingenio ars in quo constituit deus hoiem sup opera manuũ suarum, & oia secularia ista subiecit sub pedibus ei⁹. Aialis superbo, in testimonium naturalis dignitatis, & similitudinis dei amissæ. Simplici uerò & humili, in auxiliũ recuperãdæ dignitatis, & cõseruandæ similitudinis. In hoc notum dei, manifestũ est in illis. In hoc æstimat de creatura creator. In hoc cognoscitur iustitia dei: & qa qui bñ agunt, digni sunt uita: q uero aliter, digni sunt morte. In hoc creatura q̃ spõte hoi seruit, ad naturã subijcitur & aptat, ut seruiat ad cam q̃ ex peccato est necessitatẽ, & ad uoluntatẽ, & uoluptatẽ. Hinc etiã quot & quanta uitæ huic necessaria, et bonis & malis utilia, & in genere suo pulcherrima, & à bonis & à malis hominibus facta sunt & fiant, oibus manifestum est. Hinc enim in literis, uel opificijs, uel ædificijs, per innumerabiliter multiplices hominũ adinuentiones tot processerunt modi studiorum, tot genera professionum, subtilitates, exquisitæ scientiæ, artes, eloquentiæ, dignitatum officiorumq̃ uarietates. & innumerabiles conquisitiones huius seculi, quibus homines illi etiã qui dicuntur sapientes huius mundi, cum eis qui sunt simplices & filij dei, pariter utuntur ad necessitatẽ & utilitatẽ. Sed illi abutuntur eis ad curiositatẽ, & uoluptatẽ, & superbiã. Hi aũt utunt eis ꝓpter necessitatẽ, alibi habẽtes suã suauitatem. Ideò illos seruos sensuũ suorũ & corporũ suorũ sequunt fructus carnis suæ, q sunt fornicatio, immũditia, superbia, luxuria, inimicitiæ, contentiones, æmulatiões, iræ, rixæ, dissentiones, inuidiæ, comessatiões, ebrietates, & his similia: quæ quicũq; agũt, regnũ dei non consequentur. Hos aũt fructus spũs, q sunt charitas, gaudiũ, pax, patiẽtia, benignitas, longanimitas, bonitas, mansuetudo, fides, modestia, cõtinentia, castitas, & pietas, promissionẽ habẽs uitæ quæ nũc est & fututæ. ¶ Hi utriq; quãdiu simul sunt in actu, hoies uidẽt similes actiones, deus autem uoluntates discernit & intẽtiones. Cum uerò unusquisq; redit in sua, unũquẽq; ex fructib⁹ intẽtionis suæ pascit cõscientia sua, nec tñ ab utroq; æquè ad cõsciam redit: qa nemo ad eam redire amat post actionẽ, qui recta intẽtione ad agendum ab ea nõ proficiscit. Qui tñ redit ad cõsciam suã, si nõdum uicit concupiscentiã suã, inuenit ibi de ipsa cõcupiscẽtia sua uel suaues delectationes, uel graues corrosiones, & inde multiplicat cogitationes. Qui uerò iam cõcupiscentiã uicit, quãdiu tñ ueri boni maior cõcupiscentia, uel maior delectatio mentẽ eius nõ obtinuerit, cum exosa quadã uoluptate, gestorũ, uisorũ uel auditorũ patit imaginatiões: unde in utroq; lũbi implentur illusionibus delectationũ, & ad cogitanda diuina uel spũalia, lumen suorũ oculorũ,

Iacob 1.
Iob 1.
Gen. 3.
Nota.
Roma. 1.
Gala. 5.
Ibidem.

& ipm non est secū, q cū pugnat cōtra cōcupiscētias, pa titur molestias: qa uincere adhuc non ꝑualet ad perfectū affectiones. Qui uerò iam ad libertatē aspirat, excutere à se non pōt affectionū imaginationes, & noxias uel occupatorias uel ociosas quæ exinde passim oriuntur cogitatiōes. Hinc in tpe psalmodiæ uel oīonis cæterorūq; exercitiorū spūalium, in corde serui dei etiam nolentis & reluctātis imaginationes uoluntur, & fantasmata cogitationum uersant, à quibus uelut ab auibus immūdis insidentibus uel circūuolantibus sacrificiū deuotionis uel oīo rapitur de manu tenentis uel sæpe polluit usq; ad lachrymas offerentis. Fitq; mirabilis, & iniqua miseræ aīæ diuisio, spiritu & ratione uoluntate cordis & intentionem, & corporis sibi promptū obsequiū defendēte: aīali uerò improbitate sibi affectū præripiēte & intellectū, mēte sæpius sine fructu remanēte. Hinc in animis infirmioribꝰ, & i quibus cōcupiscentiæ carnis & seculi necdū perfecte mortificatæ sunt, uitia passim curiositatis ebulliunt. Hinc solitudinis & silentij quærūtur inordinate & proposito inimicæ consolationes, in uia regia cōium institutionū furtiua propriæ uoluntatis diuerticula, solitorū fastidiū, præsumptio nouitarū, q quidē ægri animi pruritū & tædiū quasi confricādo uidētur ad horā lenire: sed calefaciūt & accendunt, & ut postea nequius ferueat, & amplius pruriat, efficiunt. Hinc quotidie fiunt nouæ occupatiōes, nouæ actionum & laborū admuentiones, lectiones diuersæ, non ad ædificandum aīm, sed ad fallendum tardātis diei tædium: ut cum dānauerit solitarius oīa uetera, oīa solita, & defecerint noua: nō restet nisi odiū cellæ, & fuga matura. ¶ Propter quod pia simplicitas, & in professione religionis & solitudinis nouus homo, qui non habet uel rationē ducētem, uel affectū trahentem, uel discretionem moderantem, sed ut quadā uertitur in semetipm tāquā à figulo figmentum, lege quadā mādatorum dei quasi manibus alienis faciendus est & formandus in omni patientia, & in rota uoluntatis obedientiæ, & in igne probationis suæ plasmatoris & formatoris sui uoluntati & arbitrio subdendus. Nā & si calet ingenio, si uiget arte, si præeminet intellectu, instrumenta sunt hæc tam uitiorū quàm uirtutū. Non ergo refugiat doceri uti eo in bono, quo & in malo uti pōt, quia hoc primū uirtutis opus est. Ingeniū corpus adaptet, ars naturā informet, & intellectus non elatum faciat aīm, sed docibilem. Ingenium quippe, ars, intellectus, & alia huiusmodi gratuitò habentur: aliter uirtus. Virtus enim uult doceri cum humilitate, quæri cum labore, haberi cū amore. Nā cū oībus his digna sit, nec aliter uel doceri, uel quæri, uel haberi potest. ¶ Primū quidē docēdus est rudis incola eremi, fm apostolicam Pauli institutionem, ut exhibeat corpꝰ suū hostiā uiuentē, sanctā, deo placentē, rōnabile obsequiū suū. Qui etiā cōpescens in nouitio feruorē aīalis hois qui nōdū percipit ea quæ dei sunt, circa spūalia ac diuina præpropera & curiosam inquisitionē subiūxit, dicens: Dico eīm per gratiam dei quæ data est mihi, oībus qui sunt inter uos, nō plus sapere quàm oportet sapere: sed sapere ad sobrietatē. Quia eīm oīs uel præcipue aīalis hois institutio circa corpus est & exterioris hois compositionem, docendus est rōnabiliter mortificare corpus suū, & mēbra sua q̄ sunt super terrā, & inter carnē ac spīm quæ inuicē iugiter aduersum se concupiscunt, iustū rōnis ac discretionis habere iudiciū, nec aliquē corū in iudicio accipere personā. Docēdus est sic habere corpꝰ suū, sicut ægrotū commendatū, cui etiam multum uolenti inutilia sunt neganda, utilia uerò & nolenti ingerenda. Sic deo agere sicut de nō suo, sed eius à quo precio magno empti sumus, ut glorificemus eum in corpore nostro. Rursumq; docendus est cauere qd' pctōri populo dīs per prophetā improperat. Proiecistis me, inquies, post tergū uestrum. Multumq; esse cauendū ne pro necessariis huius uitæ uel cōmodis, à propositi rectitudine, uel dignitate naturæ: in amorem uel honorē corporis sui smat in aliquo degenerare spīm suum. Ideoq; durius tractandū est corpus, ne rebellet, ne insolescat: sic tū, ut seruire sufficiat: qa ad seruiendum spiritui datū est. Nec sic habendū est tāquā pter illud uiuamus: sed tanquā sine quo uiuere non possumus. Fœdus enim quod habemus cum corpore, non quandocunq; uolumus possumus abrūpere: sed legitimā eius resolutionē patienter nos expectare oportet, & interi q̄ legitimi fœderis sunt obseruare. Sic ergo nobis est cū eo cōuiuendū uel conueniendū, quasi nō diu nobis sit cū eo commorandū, siccq; ut si aliter euenerit, nō urgeamur ad excundum. In quo multū & scrupulose laborandū, & periculose sæpe fuerat errandū, nisi lex obedientiæ & cellæ plenam cōis institutionis formā semel tradēs ingrediēti de uictu & uestitu, de labore & quiete, de silentio & solitudine, & oībus quæ ad exteriorē hois cultū uel necessitatem spectant, fratrē obedientē & patientē & quietum in reliquū cautū redderet, & securū. In qbus sic semel circūcisa sunt oīa & p̄cisa superflua, sic intra congruæ sufficiētiæ terminos & gñalis cōtinentiæ limites circunscripta sunt oīa ne cessaria, ut sit qd' fortes cupiant, & infirmi non refugiant, nec ulteriꝰ quātitas cōcessorū lædere possit in aliquo utētium cū gr̄arum actione cōscientiā, nec q̄ sunt amputata, tētare debeāt aliquatenus in seruo dei corporis bene morigerati & recte educati sufficientiā. In quibus sicut Salomon dicit, qui ambulat simpliciter, ambulat cōfidenter: q uerò mentis est duræ, corruet in malū. Licet enim necessitas sic sit ordinata ut nec querelæ sit locus ullus, & ois sit superfluitas amputata: si quid tū uel publice uel priuatim addēdū est uel minuēdū, hoc in prioris est arbitrio, absq; omni scrupulo obedientiū subditorū uel periculo. ¶ Instituendus est ergo nouus eremita ad cōis institutionis normā cōcupiscētias carnis suæ præteritorū pctōrū pœnitētia cōtinua domare, & ed contēnenda cætera ad sumptus contemptū uenire. Præmuniendus est assidue cōtra tētationes, acrius in solitarium nouitiū desæuientes, cū seruū dei gratis deo seruientem non cessent solicitare uitia mercede oblatæ delectationis, diabolo suggerente, carne concupiscente, seculo cōcupiscenda ingerēte. Tentat eīm nos dīs deus noster, ut sciat si diligamus eū, an non: nō ut ipse quasi nesciens agnoscat: sed ut plenius hoc in ipsa nobis tētatione innotescat. Sed illæ tētationes facile uincunt, & facile à rōne eis occurrit, quæ uel suspectæ sunt, uel prima facie malæ esse innotescūt. Quæ uerò sub specie boni se ingerunt, & difficilius discernuntur, & periculosius admittunt. Sicut enim difficillime tenet modus in eo quod bonum esse creditur: ita non semper tutus est oīs boni appetitus. Omniū aūt tentationum & cogitationū malarū & inutiliū sentina, ocium est. Summa etenim mentis malitia est ociū iners. ¶ Nunquam ociosus sit seruus dei, quāuis à deo feriatus sit. Nomen quippe tam suspectū & uanum & molle, rei tam certæ, tā sanctæ, tā seuerę imponēdū nō est. Ociosum nō est uacare deo, imo negocium negociorum oīm hoc est. Qd' quicūq; in cella nō agit fideliter, & feruenter, quodcūq; agit qd' pter hoc non agit, scilicet ut deo seruiat: in eo quod agit, ociatur. Vbi pro uitādo ocio ocia sectari ridiculū est. Ociosum aūt est, qd' nullā habet utilitatē, uel utilitatis intentionē. Nō aūt hoc tantummodo agēdū est, ut cum aliqua delectatione, uel sine grādi nausea och dies transigat: sed ut etiā de peracta dicta ad profectum mentis semper aliquid in conscientia relideat, aliquid quotidie in thesaurū cordis congeratur. Nec ea die bonus cellita se uixisse debet existimare, in qua nil eorum se egisse recolit, pter quæ in cella uiuitur. ¶ Quæris qd agas, uel in quo te occupes: Primum extra quotidianum orationum sacrificiū, uel lectionis studiū, quotidianæ conscientiæ discussioni, emendationi, morum compositioni pars sua diei neganda non est: deinde operandū est aliqd manibus quod iniungitur, non tam qd' animū delectādo ad horam detineat, quam qd' spūalibus studīs delectationem cōseruet & nutriat, in quo remittat ad horā animus, non resoluat. Vnde se facile mox ut sibi ad seipm redeundū esse uisum fuerit, expediat sine cōtrouersia inhibentis uoluntatis,

Nota. Rom. 12. Ibidem. 1. Cor. 6. 3. reg. 14. Nota. Prou. 10.

uolũtatis,absq; contagio contractæ delectationis. uel memoriæ imaginantis. Non eñ uir propter mulierẽ: sed mulier propter uirum. Non spũalia exercitia sunt ꝓpter corporalia: sed corporalia ꝓpter spũalia. Propter ea sicut uiro creato collatũ est uel comparatum ei adiutoriũ simile sibi ex ipsa hois substantia: sic cum in adiutorium spũalis studij necessaria sint, non tñ in hoc semper æque conuenire uidentur omnia corporalia exercitia, sed quæ cum spiritualibus propiorem uidentur habere similitudinem & affinitatem, sicut ad ædificationem spiritualem meditari quod scribatur, uel scribere quod legatur. Subdiualia eñ exercitia & opera sicut sensus distrahunt, sic sæpe etiã spiritum exhauriunt, nisi cum grauiore ruralium labore operum sit maior contritio corporis usq; ad contritionem & humiliationẽ cordis. Fatigationis enim suæ pressura exprimunt sæpe uehemẽtioris affectum deuotionis. Quod etiam in labore ieiuniorũ, uigiliarum, & omnium in quibus afflictio corporis est: crebrò fieri manifestũ est. Serius tamen animus & prudẽs ad omnem se comparat laborẽ, nec in eo dissoluitur, sed per eum magis in seipsum colligitur. qui semper præ oculis habens non tam quod agit quàm quo agendo intendit, ois cõsummationis attendit finẽ. Quo inquantũ uerius inuitit, intantũ etiã feruẽtius & fidelius manibus operat, totius sibi corporis sui subijciens seruitutẽ. Coguntur enim in unũ sensus ad disciplinam bonæ uoluntatis, nec lasciuire eis uacat à põdere laboris: sed tubacti & humiliati in obsequium spiritus docẽtur conformari ei & in laboris participatione, & in consolationis expectatione. Inordinata enim natura per peccatum, & à conditionis suæ rectitudine exorbitans, si ad deũ fuerit conuersa, recuperat cito pro modo timoris & amoris quem habet ad deum, quæcũq; perdidit auersa: & ubi cœperit spiritus reformari ad imaginem conditoris sui, mox etiam refloreſcens caro, ex uoluntate sua incipit conformari reformato spiritui. Nam & contra sensum suum incipit eam delectare quicquid delectat spiritum suũ. Insuper & pro multiplici defectu suo ex pœna peccati multipliciter litiens ad deum, nonnunquã etiã contendit præcedere rectorẽ suum. Delectationes enim non perdimus: sed mutamus de corpore ad animũ, à sensibus ad conscientiã. ¶ Panis furfureus & simplex aqua, & olera, & legumina simplicia, nequaquã res delectabiles sunt: sed in amore Xpi, & desiderio internæ delectationis, uentri bene morigerato gratãter ex his satisfacere posse: ualde delectabile est. Quot milia pauperum ex his, uel ex aliquo horum delectabiliter satisfaciũt naturæ: Facillimũ quippe & delectabile esset adiuncto amoris dei condimento sm naturam uiuere: si insania nostra nos permitteret. Qua sanata: statim naturalibus natura arridet. Eodem modo & de labore. Rusticus duros habet neruos: fortes lacertos: exercitatio hoc facit. Sine eum torpere: molleſcit. Volũtas facit usum: usus exercitium: exercitiũ uires in omni labore subministrat. Sed redeamus ad propositũ. Hoc omnibus modis agat & labor & ocium nostrũ, & nunquã sumus ociosi: & hoc semper sit negociũ nostrum, ut perfecte consummetur in nobis quod dicit apostolus animalibus & incipientibus. Humanũ, inquit, dico ꝓpter infirmitatẽ carnis uestræ. Sicut eñ exhibuistis mẽbra uestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete mẽbra uestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Audiat hoc attẽtius amicũ corporis sui mancipiũ, animalis homo qui iam incipit corpus suum subdere spũi, & adaptare semetipsum ad ea quæ dei sunt percipiẽda, & ad exuendã fœdæ seruitutis necessitatẽ, & carnis suæ dñantem consuetudinem ut se accingat, necessitatẽ faciẽs sibi cõtra necessitatẽ, & consuetudinẽ contra consuetudinem, & affectũ sibi formet contra affectũ: donec plenius mereatur accipere delectationẽ contra delectationẽ: ut delectationibus carnis ac seculi sm consilium apostoli saltẽ tñ eum delectet carere, quãtum eum delectabat primo eas habere, tantũ delectet eum de membris sui corporis seruire iustitiæ in sanctificationem, quantũ prius delectabat eũ seruire immũditiæ & iniquitati ad iniquitatẽ. Hæc est perfectio animalis hominis in suo statu, uel nouitij incipientis. Qui cum consummauerit hoc aiale uel humanum, si nõ respexerit retro, sed fideliter in anteriora se extenderit, cito perueniet ad illud diuinũ, ut incipiat apprehendere sicut apprehensus est, & cognoscere sicut cognitus est. Hoc autẽ opus non in uno fit momẽto cõuersionis: nõ est unius diei: sed multi tẽporis, multi laboris, multi sudoris: sm gratiã dei miserẽtis, & studiũ hois uolẽtis & currẽtis. ¶ Oim uerò bonorũ horũ officina est cella, & stabilis perseuerantia in ea. In qua quicunq; cum sua paupertate bene cõuenit, diues est: & quicunq; bonã uoluntatẽ habuerit, secũ habet quicquid ad bene uiuendũ ei opus est. Quãuis bonæ uolũtati nõ semper credi expedit, sed frenanda est, sed regenda est, & maxime in incipiente. Regat sanctæ obedientiæ regula bonã uoluntatẽ, illa uerò corpus, & doceat illud posse consistere in loco: cellã pati, secumq; morari: qd' in proficiente bonæ cõpositionis finitiũ est, & certũ bonæ spei argumentũ. Impossibile est hoiem fideliter figere in uno animũ suum, qui nõ prius alicui loco perseuerãter affixerit corp⁹ suũ. Nã qui ægritudinẽ animi, migrando de loco ad locũ effugere nititur: sic est sicut qui fugit umbrã corporis sui. Seipsum fugit: seipm circumfert: locũ mutat, nõ animũ. Eundem ubiq; se inuenit, nisi q̃ deteriorẽ facit ipsa mobilitas: sicut lædere solet ægrum qui circumferendo cõcutit cum. Aegrũ eñ se sciat, & uacet circa causarias partes ægritudinis suæ. Si non interrũpitur quies, remedia cõtinuata cito proficient, & sanatus animus ab alienationibus uel captiuitatibus & tẽtationibus suis, totus in deo suus efficietur. Cura eget, & non modica, non inquinata sed infecta natura. Incũbat ergo immobiliter ualetudinario suo (sic enim solet appellare medici ualetudinũ curandarũ officinam) & remedij susceptj prosequatur usum usq; ad sanitatis experimentum. Valetudinarium tuum ô ægrote, ô languide, cella tua est: remediũ in quo curari cœpisti, obediẽtia est. obediẽtia uera. Sed scito q̃ remedia crebro mutata nocent, naturam disturbãt, & ægrum disterminant. Nam & qui aliquò pergit, si unam certã tenuerit uiam, cito perueniet quò tendit: & itineris & laboris faciet finem. Si uerò multas aggreditur uias, errat, nec laboris aliqñ finẽ facit: quia error finẽ non habet. Nõ ergo remedium mutes, nec aliud pro alio accipias: sed usq; ad terminum perfectæ sanitatis, medicinalis obedientiæ remedio utere: nec abijcias eam ut ingratus cũ factus fueris sanus: sed tamẽ in reliquũ alio mõ ea uti permitteris. ¶ Si ergo ad sanitatẽ festinas: uide ut nil uel modicũ de temetipso agere præsumas, medico inconsulto: à quo si operam medicantis expectas: necesse est ut ulnus tuum semper ei detegere non erubescas. Erubesce, sed tamen reuela totũ: nec abscondas. Sunt enim qui confitendo quasi fabulã enarrant suorũ historiã peccatorũ, & ægritudines aiæ suæ sine cõfusione dinumerant, & penè sine pœnitentia & sine affectu doloris. Cito eñ lachrymas inuenit, & resoluitur in gemitũ, qui habet sensum doloris. Si uerò malæ ægritudini desperabilior stupor accesserit: hic in eo q̃ nõ dolet, quãto sanitati uidetur esse propinquior, tanto ab ea sit remotior. Q. si medicus quasi clementior fuerit, ut quasi unguentis & emplastris lenioribus omnia uoluerit curare: tu age pro temetipso, & remedij fortioris & celerioris auidus, sanitatis ferrum require, cauterium expesce. Medicus tibi semper præsto est: paratus est. ¶ Ne enim horrori sit tibi tua solitudo, & ut tutius in cella habites, tres tibi deputati sunt custodes: scilicet deus, conscientia, & spiritualis pater. Deo debes pietatem: cui te totum impendas. conscientiæ tuæ honorem: coram qua peccare erubescas. patri spũali obediẽtiam charitatis: ad quẽ de oibus recurras. Insuper ut gratum me habeas, addã tibi & quartũ: & quãdiu paruulus es, & donec plenius addiscas diuinã cogitare præsentiam, pædagogum tibi procurabo. Elige tibi tuipse hominem consilio meo, cuius uitæ exemplar sic cordi tuo insederit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

reuerētia inhæserit, ut quoties eius recordatus fueris, ad reuerentiā cogitati assurgas, & temetipsum ordines & cō ponas: qui cogitat⁹ acti præsens sit, in affectū mutuæ charitatis, emendet in te oīa emendanda: & tñ nullum patiatur dammū secreti sui solitudo tua. Hic præsens tibi adsit qñcunq; nolueris: occurrat sæpe & cū nolueris. Increpationes eius describe tibi: cogita sancta: eius seuerītas consolationes, pietas, & benignitas, exemplum: sanctæ uitæ syncerītas. Nam omnes cogitationes tuas cum ab eo uideri cogitabis: acti uideat, acti arguat, emendare cogeris.

Nota. ¶ Sic ſm præceptū apostoli solicite temetipsum custodi: & ut temetipsum semper inspicias, semp ab oībus oculos auerte. Egregiū instrumētum corporis est oculus, si sicut cætera, sic etiā uidere posset semetipsum. Qđ cum interiori oculo cōcessum sit, si ad exterioris exemplū seipsum negligens, uacat circa aliena: etiā cū uult non sufficit redire ad seipsum. Tibi uaca: multa tu ipse tibi solicitudinis materia es. Exclude etiā ab oculis exterioríb⁹ qđ desuecuisti uidere, ab interioribus, quod amare: qā nil tam facile recrudescit quàm amor, & maxime in tenerioribus & recentioribus animis. Aude etiā nōnunquā sapere & æmulari charismata meliora: & tu ipse tibi esto parabola ædificationis. ¶ Alia cella tua exterior: alia interior. Exterior est domus, in qua habitat anima tua cum corpe tuo. Interior est conscientia tua, quam inhabitare debet oīm interiorū tuorum interior deus, cum spū tuo. Ostium clausuræ exterioris, signū est ostij circunspectionis interioris: ut sicut sensus corpis per exteriorē clausurā foris uagari nō permittitur: sic interior sensus ad suū semper interi⁹ cohibeatur. Dilige ergo interiorē cellam tuā: dilige exteriorē: & unicuiq; suū impēde cultū. Tegat te exterior, nō abscondat: nō ut pecces occulti⁹, sed ut tutius uiuas. Nō eñ scis ô rudis incola quid cellæ debeas si non cogitas quomodo in ea nō solummodo à uitijs tuis curaris, sed etiam nō habes rixari cum alienis. Nescis enim quem conscientiæ tuæ debeas honorem quicunq; in ea nō experíris gratiā sancti spūs, & internæ suauitatis dulcedinē. Da ergo utríque cellæ honorē suū: & tu tibi in ea uēdica primatū tuū. Disce in ea ſm cōis instituti leges tu tibi præesse: & uitam ordinare: & mores componere: & temetipsum iudicare: teip̄m apud teip̄m accusare: sæpe etiā condēnare, nec impunitum dimittere. Sedeat iudicans iustitia: stet rea & seipsam accusans cōscientia. Nemo te plus diligit: nemo te fidelius iudicabit. Mane præteritæ noctis fac à temetipso exactionē, & uenturæ diei tu tibi indicito cautionem. Vespere, diei præteritæ rōnem exige, & superuenientis noctis fac indictionē. Sic districto: nequaquam tibi aliqñ lasciuire uacabit. ¶ Singulis horis ſm cōis instituti canonē sua distribue exercitia: cui spūalia, spūalia: cui corporalia, corporalia: in qbus sic exoluat omne debitū spūs deo, corpus spiritui: ut si qd fuerit intermissum, si qd neglectū, si quid imperfectū: suo modo, suo loco, suo tpe nō abeat impunitū uel irrecompensatū. ¶ In qbus extra illas horas de quí-

Psal.118. bus dicit propheta: Septies in die laudē dixi tibi: matutinū ac uespertinum sacrificiū ac mediæ noctis est maxime

Psal.5. obseruandum. Non enim frustra ait propheta: mane astabo tibi & uidebo: sed qa tūc à curis exterioríb⁹ adhuc su-

Psal.140 mus ieiuni: & dirigat⁹ oīo mea sicut incēsum in conspectu tuo. eleuatio manuū mearū sacrificiū uespertinū: quia tūc ab hmōi impedimētis iam quodāmodo inuenimur digestí. Qui & in nocturnis uigilijs nostris (in qbus media no-

Psal.118. cte surgim⁹ ad cōfitendū nomini dñi) cōfessionis eiusdē

Psal.76. ordinē contexens: in die (inquit) tribulationis meæ deū exquisiui manib⁹ meis: nocte cōtra eū: & non sum deceptus. Istis eñ horis potissimū coram deo debem⁹ nosmetipsos cōstituere quasi facie ad faciē, & in lumine uultus ei⁹ perspicere. tribulationē & dolorē nobis de nobisipsis inuenire, & nomē dei inuocare, scopendo spñ nostrum donec incalescat, ambiendo ad memoriam abūdantiæ suauitatis suæ: donec ipse in cordib⁹ nostris dulcescat. Sed tūc ma-

1.Cor.14. xime nobis agēdum est quod dixit apl's: Malo in ecclesia quinq; loq uerba sensu meo: quàm decē milia uerborū sine intellectu. Et illud: Psallā spū: psallā & mēte. Orabo spíritu: orabo & mente. Tunc eñ mēti & spiritui aggregādi sunt fructus sui: ut exinde uel in abundātia benedictionis dei in quietē noctis relaxemur: uel surgentibus nobis ad laudes dei, oīs exinde tenor operis nostri in ipsius laudibus formet⁹ ac uiuificetur. Idcirco in præuenientis nocturnis, uigilijs nō expedit multitudine psalmorum obruere intellectū, & exhaurire spiñ uel extinguere. Sed quādiu sobrius inuenit⁹, pietati afficiētius est, & suo itinere dirigendus ad deū: donec dilatato corde currere incipiat usq; ad finem operis dei: postmodū feruoris sui modū siue tenorē habiturus: nisi magna intercidat negligentia, uel omittatur uoluntaria miseria. ¶ Scit etiā quicunq; sensum Christi habet, quantū pietati xp̄ianæ expediat: quantū dei seruum: & seruū redēptiōis Xp̄i deceat, & utile ei sit una saltem aliqua diei hora passionis & redēptionis ipsius attentius recolere bñficia, ad fruendū suauiter in cōscientia, & recondendū fideliter in memoria: qđ est spūaliter mādu-

Luc.22. care corpus Xp̄i, & bibere eius sanguinē in memoriā ei⁹. Qui oībus in se credētibus præcepit dicens: hoc facite in meā cōmemorationem. In quo etiam propter peccatum inobedientiæ, quàm impiū sit hominem tātæ dei pietatis immemorē esse, palam oībus est: cum amici hōis abeuntis sub quolibet signo commendatam memoriam nephas sit obliuisci. Siquidē sanctæ huius ac reuerendæ cōmemorationis mysteriū suo modo, suo tēpore, suo loco celebrare licet paucis hoībus: qbus hoc creditū est mysterium: rem uerò sacramenti uel mysterij in omni tempore, & omni loco dñationis dei: modo quo traditum est, hoc est debitæ pietatis affectu, agere, cōrectare, & sumere sibi in salutem

1.Petri.2. omnibus in promptu est quib⁹ dicitur: Vos autem gen⁹ electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis: ut uirtutes annūcietis eius qui de tenebris uos uocauit in admirabile lumen suum. Nam & sacramentum sicut accipit ad uitam dignus: sic ad mortem suam & iudicium indignus. Rem uerò sacramenti nemo percipit nisi dignus & idoneus. Sacramentū enim sine re sacramenti: sumenti mors est. Res uerò sacramēti etiam præter sacramentum sumenti, uita æterna est. Si autē uis (& uerè uis) oībus horis tā diei quàm noctis hoc tibi in cella tua p̄sto est. Quoties in cōmemorationē eius qui pro te passus est, hoc facto eius pie ac fideliter fueris affectus: corpus eius manducas: & sanguinem bibis. Quādiu in eo manes per amorē, & ipse in te per sanctitatis & iustitiæ operationē: in eius corpore & mēbris eius computaris. ¶ Deinde etiā

Nota. certis horis certæ lectioni uacādum est. Fortuita enim & uaria lectio, & quasi casu reperta, non ædificat, sed reddit animum instabilē: & leuiter admissa, leuius recedit à memoria. Sed certis ingenijs immorandū est, & affuefaciendus est anim⁹. Quo eñ spū scripturæ factæ sunt, eo spū legi desiderant: ipso etiā intelligēdæ sunt. Numquam ingrediens in sensum Pauli: donec usu bonæ intentionis in lectione eius, & studio assiduæ meditationis, spiñ ei⁹ imbiberis. Nunquam intelliges Dauid: donec ipsa experientia ipsos psalmorū affectus induerís. Sicq; de reliquis. Et in omni scriptura tiñ distat studiū à lectione, quātū amicitia ab hospitio, socialis affectio à fortuita salutatione. Sed & de quotidiana lectione aliquid quotidie in uentrē memoriæ demittendum est: quod fideli⁹ digeratur, & sursum reuocatum crebrius ruminetur: quod proposito cōueniat: qđ intentioni ꝓficiat: quod detineat animū ut aliena cogitare non libeat. Hauriendus est sæpe de lectiōis serie affectus, & formanda oratio quæ lectionē interrūpat: & nō tam impediat interrūpendo, quàm puriorē cōtinuo animū ad intelligētiam lectionis restituat. Intētioni seruit lectio. Si uerè in lectione deum quærit qui legit: oīa q̄ legit, cooperantur ei in bonū, & captiuat sensus legentis, & in seruitutē redigit oēm lectionis intellectum in obsequium Christi. Si in aliud declinat sensus legentis, omnia trahit post semetipsum: nihilq; tam sanctū, tam pium inuenit in

scripturis,

Universidad de Deusto

ſcipturis,quod ſeu per uanã gloriã, ſeu per diſtortũ ſenſum,ſeu per prauũ intellectũ non applicet uel malitiæ,uel uanitati.In oĩbus em̃ ſcripturis legentis initiũ debet eſſe timor dñi:ut in eo primo ſolidetur intẽtio legentis, & ex eo ordinetur & exurgat totius lectionis intellectus & ſenſus.¶ A ſpiritualibus uerò exercitijs in corporalia nũquã longe uel in totum recedatur, ſed facile ad ea poſſe redire animus aſſueſcat,& cum illis ſe mutuat,iſtis ſemper inhæ-
1.Cor.11. reat.Sicut enim ſuprà dictum eſt, non uir propter mulierem,ſed mulier propter uirum.Nec ſpiritualia ꝓpter carnalia,ſed carnalia propter ſpũalia. Corporalia uerò exercitia nũc dicimus quæ manuali opere corporaliter exercentur.Nam ſunt & alia corporis exercitia in quibus neceſſe eſt corpus laborare:ſicut ſunt uigiliæ,ieiunia, & alia huiuſmodi:quæ ſpũalia non impediunt: ſed iuuãt ſi cum ratione diſcretiõis fiant.Quæ ſi ex indiſcretionis uitio ſic agantur,ut uel deficiente ſpiritu, uel languente corpore ſpũalia impediãtur:qui ſic eſt,corpori ſuo tulit boni operis effectum,ſpiritui affectũ,proximo exemplum, deo honorem,ſacrilegus eſt,& horũ omnium in deũ reus. Nõ ꝙ ſm aplĩ ſenſum nõ uideatur humanum etiam hoc, & non deceat, & iuſtum nõ ſit caput aliqñ dolere in ſeruitio dei: quod olim ſæpe uſq; ad dolorem laborauit in uanitate ſeculi eſurire uẽtrem uſq; ad rugitum: qui ſæpe repletus eſt uſq; ad uomitũ:ſed modus in oĩbus habẽdus eſt.Affligen-
1.Tim.4. dum eſt corpus aliqñ:ſed nõ cõterendũ. Nam corporalis exercitatio ad modicũ quidẽ ualet:& pietas ad omnia utilis eſt.Propter quod & ad modicum,hoc eſt non in cõcupiſcentijs: ſed m̃ cura carnis agenda eſt. Agenda uerò eſt ſobrie,& cũ ſpũali quadã diſciplina, ut neq; in modo ei⁹ neq; in qualitate neq; in quãtitate appareat aliqd qđ nõ deceat ſeruũ dei. Eis em̃ q̃ inhoneſta ſunt noſtra,abundãtiorẽ honorẽ circũdare debem⁹.Honeſta uerò nr̃a nulli⁹ egẽt.Non ſolũ aũt hoc,ſed & oẽm uitã nr̃am (quãuis hominib⁹ occultã) exhibere debem⁹ deo ſanctã & honeſtã, & omnẽ conuerſationẽ noſtrã ſanctis angelis cõſpicabile agere & delectabilẽ,quãuis inter domeſticos parietes in-
1.Cor.14 cluſam. Omnia ueſtra (inqt apl's) honeſte fiant in uobis. Grata deo res eſt honeſtas,& ſanctor̃ angelorum amica.
1.Cor.11. Propter quod etiã iubet apoſtolus uelari mulieres, ꝓpter angelos:q cũ proculdubio tam die quàm nocte nobiſcum ſint in cellis nr̃is,nos cuſtodientes, & noſtris ſtudijs cõgaudentes,& cooperantes: placet eis ut etiã nullo hoie uidẽte,oĩa noſtra honeſte fiãt. Siue ergo mãducetis,ſiue bibatis:ſiue aliquid aliud facitis:oĩa in dño agite,pie,ſancte,& religioſe.¶ Si manducas,mẽſam tuam per ſe ſatis ſobriam ſobrietas tua perornet.Et cum manducas,nequaquam totus manduces:ſed corpore tuo ſuam refectionẽ procurante,mens ſuam nõ negligat:ſed de memoria ſuauitatis dñi uel ſcripturarũ aliqd quod eã paſcat meditãdo,uel ſaltem memorando ſecum ruminet & digerat. Sed & ipſa neceſſitas non ſeculariter nõ carnaliter expleatur:ſed ſicut decet monachũ:ſicut cõuenit ſeruo dei. Nã etiã quo ad ſanitatem corporis:cib⁹ quãto honeſtius & ordinati⁹ ſumit̃,& ingeritur:tãto facilius & ſalubrius digerit̃. Obſeruandus eſt ergo ſumẽdi mod⁹ & tp̃s, cibi quãtitas & qualitas:fugienda ſuperflua & adulterina cõdimẽta.Obſeruãdus eſt ergo ſumẽdi mod⁹:ut nõ effundat qui comedit, ſup oẽm cibũ aiam ſuã:tp̃s,ne ante horã:qualitas,uti quib⁹ utitur cõitas fraternitatis.: excepta cã manifeſtæ neceſſitatis. De condimentis uerò ſufficiat obſecro ut comeſtibiles fiant cibi noſtri:nõ etiã cõcupiſcibiles uel delectabiles.Sufficit em̃ cõcupiſcẽtiæ malitia ſua:q̃ cũ uix aut nullo mõ ptrãſire poſſit ad finẽ;explendæ neceſſitatis niſi per uiã quãtæcunq; delectationis:ſi cœperit accipere irritamenta ab eis qui perpetuũ ſuſcepere bellũ aduerſus eius oblectamẽta, ſiunt duo cõtra unũ,& ſic periclitat̃ cõtinẽtia. ¶ Deide ſicut de cibo dictũ eſt:ſic & de ſomno.Caue inquãtũ potes ſerue dei,ne totus aliqñ dormias:ne ſit ſomnus tuus non reqes laſſi,ſed ſepultura corporis ſuffocati: nõ reparatio, ſed extinctio ſpũs tui.Suſpecta res eſt ſomn⁹,& ex magna parte ebrietati ſimilis.Exceptis em̃ uitijs qbus in dormiẽte cũ corpore dormitãte rõne,nõ eſt q cõtradicat quantũ ad debitũ cõtinui ꝓfectus, niſi tpis tã deperit de uita nr̃a: quàm qđ ſomno deputat̃.Iturus ergo ad ſomnũ, ſemp ali quid defer tecũ in memoria uel cogitatiõe,in quo placide obdormias:qđ nõnũquã etiã ſomniare ſuuet:qđ etiã eui gilantẽ te excipies,in ſtatũ heſternæ intẽtionis reſtituat.
Pſal.138. Sic tibi nox ſicut dies illuminabit̃,& nox illuminatio tua erit in delicijs tuis.Placide obdormies:in pace qeſces : facile euigilabis:& ſurgẽs facilis & agilis eris ad redeũdum in id unde nõ totus diſceſſiſti.Sobriũ em̃ cibũ,ſobriumq; ſenſum,ſequit̃ ſobrius ſomnus. Carnalis uerò ſomnus, & brutus,& ſicut dicit̃ letheus, abominandus eſt ſeruo dei. De quo uerò poſt congruã quietẽ facile eſt ſenſus corporis & mẽtis euocare, & quaſi ſeruos dom⁹ patrisfamiliàs ad opa neceſſaria ſpũi ſuſcitare & emittere: hmõi ſomnus tpe ſuo,modo ſuo aſpernãdus nõ eſt. ¶ Sic prudẽs & deo deditus animus habere ſe debet in cella ſua:in cõſcientia ſua:ſicut prudens paterfamiliàs in domo ſua. Nõ habeat
Prou.21. ſicut Salomon dicit,mulierẽ litigioſam,carnem ſuam: ſed ad ſobrietatẽ moderatam,& aſſuefactam ad obedientiam, & ad laborẽ paratam:ubiq; inſtitutam & eſurire,& ſaturari:& abundare, & penuriam pati. Habeat ſenſus exteriores nõ duces,ſed ſeruientes,interiores ſobrios & efficaces. Habeat omnem omnino domum uel familiam cogitationum ſuarum ſic ordinatam & diſciplinatam,ut dicat huic uade,& uadat:& alio ueni, & ueniat:& ſeruo corpori, fac hoc,& abſq; cõtradictione faciat. Qui ſic ſemetipſum ordinat & regit in conſcientia ſua:optime ſibi credendus & cõmittendus eſt in cella ſua.Sed hoc eſt perfector̃,uel pfici iam incipientiũ:quod ideò propoſuimus incipientib⁹ & nouitijs:ut ſciant qd deſit ſibi,& quo extẽdere habeant intentionẽ ſtudij ſui.¶ Sciendũ uerò eſt quia cũ de carnali uel de aiali ſenſu,uel de rõnali ſciẽtia,uel de ſpũali ſapiẽtia diſſerimus,unum hominem deſcribimus in quo ſm diuerſos profectus,& profectuũ prouent⁹,& intẽtionis affectus,hæc oĩa diuerſis temporibus poſſibile eſt inueniri,& tria hoim genera ſingula ſm ſtatuum horũ proprietates in profeſſione religionis in cellis militantia: quãuis cellæ dignitas,& ſanctæ ſolitudinis ſecretum, & ſolitariæ profeſſionis titulus non niſi perfectis cõuenire uidetur: quo-
Hebr.5. rum,ſicut apl's dicit,eſt ſolidus cibus:& qui pro cõſuetudine exercitatos habent ſenſus ad diſcretionẽ boni & mali:in quo etſi rõnalis (qui proximus eſt ſapienti) utcunq; uideretur eſſe tolerãdus:ſed certè animalis qui nõ percipit ea quæ dei ſunt,penit⁹ putaretur arcẽdus.Sed occur-
Actu.11. rit Petrus apl's dicens de quibuſdam: Si ſpm̃ ſanctum ipſi acceperunt,ſicut & nos:ego quis eram qui prohiberem deum? Spiritus enim ſanctus bona uolũtas eſt. Nec enim ſine grandi ſcrupulo mentis,à quacunq; profeſſionis altitudine arcendus eſt,cui teſtis inhabitantis & trahẽtis ſpiritus ſancti bona uoluntas eſt.¶ Siquidem ex duobus hominũ generib⁹ cellarũ habitatio ſupplẽda eſt:ſcilicet uel de ſimplicib⁹,qui & ſenſu & uolũtate ad aſſequendã religioſam prudentiam feruẽtes apparuerint & humiles: uel de prudentibus,quos religioſæ & ſanctæ ſimplicitatis cõ ſtiterit eſſe æmulatores.Stulta uerò ſuperbia,uel ſuperba ſtultitia,à tabernaculo iuſtorũ ſemper procul ſit. Eſt autẽ oĩs ſuperbia ſtulta:quãuis nõ oĩs ſtultitia ſit ſupba. Stultitia em̃ ſine ſuperbia,nõnũquã ſimplicitas inueni⁹.quæ ſi ignorat,forſan eſt docibilis: & ſi nequit doceri, forſan eſt tractabilis.Et eſt ꝓpria ciuitas refugñ ſimplicitati,cohabitatio religionis: niſi ſit talis quæ nolit humiliari, uel tam bruta ut nõ poſſit regi uel tractari.Bona tm̃ uoluntas etſi multum ſit bruta:non tm̃ eſt deſerenda, ſed ſalutari cõſilio ad laborioſam & actuoſam uitam tranſmittẽda. Superba autem quantũuis prudens ſibi uideat̃,dimittenda ſibi eſt, & abigẽda.Si em̃ admittitur ſuperbus: prima die qua ingreditur habitare,incipit leges dare. Nimium uerò ſtultus diſcere non pot quas inuenit. Solicite ergo & prudẽter perpendendum eſt quis admittatur ad habitandum

Universidad de Deusto Biblioteca

secum. Qui cū habitat secū, nō nisi seipsum qualis ipse est habet secum. Malus autē homo nunquā tute secum habitat: quia cum malo hoīe habitat, & nemo molestior ei est quàm ipse sibi. Nam insani & nimiū dementes, & qui non satis quacūq; de causa mentis suæ bene cōpotes sunt: custodiri solent, nec sibi relinqui uel committi: ne solitudine sua male utātur. Admittātur ergo animales homines pauperes spiritu ad cohabitationem cellarum, sed ut fiant ipsi rationales ac spūales: non ut propter eos ipsi qui iam hoc esse meruerunt, conuertantur retro, & efficiant animales. Suscipiantur in omni beneuolentia charitatis: portentur in omni patientia benignitatis. Sed qui eis cōpatiuntur, nō eis cōformentur: nec sic quærant eorum profectum ut propter eos cogātur incurrere ꝓpositi in religione rigoris defectū. ¶ Iam cū subintrauit de ære alieno sumptuosa, & quātū pudor finit ambitiosa cellaꝝ ædificatio: & abiecta sancta simplicitate & rusticitate (sicut Salomon dicit) ab altissimo creata, quasi religiosas quasdā nobis creamus habitationū honestates. In quib⁹ tantū compassum est aīalib⁹: ut penè oēs in hoc effecti simus animales. ¶ Dimissam cū nobis à patribus nostris iure hæreditario formā paupertatis, & sanctæ simplicitatis speciem, uerū decorem domus dei alienātes à nobis & à cellis nostris, per manus artificum exqsitoꝝ cellas nō tā eremiticas quàm aromaticas ædificamus nobis: singulas in titulo cētū solidorū: cōcupiscētias oculoꝝ nostroꝝ de eleemosynis paperū. Amputa dñe opprobriū cētū solidoꝝ à cellis pauperū tuorū. Cur non potius centū denariorum? Cur nō potiꝰ nulloꝝ? Cur nō potiꝰ gratis filiꝰ gratiæ ipsi sibi ædificāt? Ecclī.7.

Exod.25. Quid rūsum est Moysi cū cōsummaret tabernaculū? Vide, inqt, oīa facito fm exēplar qd' ostēsum est tibi in monte. Non à seculi hoībus decet fieri tabernaculum dei cum hoībus. Ipsi quibus in altitudine mentis ostēditur exemplar ueri decoris domus dei, ipsi ædificent sibi. Ipsi quib⁹ solicitudo interiorū suoꝝ cōtēptū & negligentiā indicit oīm exteriorū, ipsi ædificēt sibi formā paupertatis, & sanctæ simplicitatis speciem, & paternæ frugalitatis liniamenta. Nulla sic aptabit artificiū industria, sicut eoꝝ negligētia. Ergo obsecro in peregrinatiōe huius seculi: in militia hac super terrā ædificemus nobis non domos ad habitandum, sed tabernacula ad deserendum, utpote cito inde uocandi, & emigraturi in patriā & ciuitatē nostram, & in domū æternitatis nostræ. In castris quippe sumus: in alieno militamus: in alieno laboramus: facile est quicquid naturale est. Nunqd nō facile est solitario, & sufficiens naturæ, & utile cōscientiæ, ipsi sibi cellā de uirgis cōtexere, de luto plasmare, undecūq; operire, & decētissime inhabitare? & quid amplius est requirēdū? ¶ Credite fratres: & utinā experiri uobis non cōtingat: quia pulchritudines istæ & forenses honestates, cito uirile propositū eneruant, & masculinū animū effœminant. Nam etsi ipso sæpe usu sopiūtur earum delectationes, etsi sint aliqui qui utantur huiusmodi quasi non utentes: tamen contemptu melius quàm usu extirpantur & uincūtur huiusmodi affectiones. Conferunt etiam non modicum interioribus nostris exteriora nostra ad similitudinem mentis aptata & composita, & bono proposito suo modo respondentia. Pauperior enim cultus in alijs frenat concupiscentiam: in alijs circa amorē paupertatis afficit conscientiam. Sed & intentum interioribus suis animū, magis decent inculta omnia & neglecta exteriora: quibus animus ipse dum sæpius alibi conuersari dignoscitur, sēcū alibi magis occupatam intentio sancta denunciat, & efficaciter bonæ cōscientiæ cōciliat interiora, cui omnia exteriora uiluisse renūciat. Obsecro ergo ut maneant cellæ illæ delicatiores sicut factæ sunt: sed nō crescat numerus earū. Sintq; in ualetudinaria fratribus animalibus & infirmioribus, donec cōualescant: hoc est incipiant desiderare non ualetudinaria infirmorum: sed tabernacula militantium in castris dei. Maneant in exemplum posteris uestris quia tales habuistis, & spreuistis. Vos autem qui spūales estis: sicut Hebræi, id est transeuntes, non habētes hic ciuitatē manentē, sed futurā inquirētes, ædificate uobis sicut petistis casulas in quibus habitetis. In casulis cū habitauerunt patres nostri, habitātes in terra repromissiōis quasi in aliena: cū cohæredib⁹ repromissionis expectantes ciuitatē habentē fundamenta, cuius artifex & conditor est deus: non acceptis repromissionibus: sed à longe eas aspicientes & salutātes: & cōfitentes quia hospites sunt & peregrini super terrā. Qui enim hæc dicūt, significāt se patriā inquirere meliorē: hoc est cælestē. Idcirco patres nri in Aegypto & Thebaida, sanctæ huius uitæ ardētissimi æmulatores, in solitudinib⁹ degētes, angustiati, afflicti, quib⁹ dignus nō erat mūdus: ipsi sibi cellas ædificabant: in quibus tecti tantūmodo & circūseptiā turbine & à pluuia tutabantur: in quibus eremiticæ frugalitatis delicijs affluētes, locupletabāt multos, ipsi egentes. Quos quo nomine dignꝰ appellem nescio, homines cælestes, an angelos terrestres degentes in terris, sed conuersationem habentes in cælis. Laborabant manib⁹ suis: & de labore suo pauperes pascebant, esuriētes ipsi: de uastitate eremi urbiū carceres alebant, & infirmos, & in quibuslibet necessitatibus positos sustentabant, uiuentes de labore suo, & habitantes in labore manuum suarū. Quid ad hæc dicemus nos, non animales, sed animalia terrena: adhærentes terræ, & sensibus carnis nostræ, in sensu carnis nostræ ambulantes, & ex alienis manibus pendentes? Quamuis cōsoletur nos in hocipsum aliquatenꝰ ille qui cum diues esset, pauper pro nobis factus est: & qui uoluntariæ paupertatis dedit præceptū, ipse eiusdem paupertatis in semetipso nobis formam dignatus est demonstrare. Vt eū sciant euangelici pauperes quid eis faciendum sit, ipse etiam à fidelibus pasci uoluit: nōnunquā & ab infidelibus (sed ut fideles faceret) uitæ necessaria accipe nō recusauit. Sed etiā in primitiua eccl'ia pauperes illos sctōs qui pro Xpō rapinam bonorū suorū perpessi fuerāt: uel (fm perfectionis cōsiliū) omnia reliquerāt & uendiderāt, ac fratribus fidelibus cōia effecerāt. quanta solicitudine, quāta pietate sancti apli alendos à fidelibus procurabāt, & liber actuum apostolorū, & Paulus in epistolis suis manifeste demōstrat. Quod etsi cōceditur liberius hocipm domino præcipiente & ordinante, euangeliū annunciantibus de euangelio uiuere: ex apostolorū tamen authoritate non negatur etiā euangelice uiuentibus, sicut sanctis illis pauperibus qui tūc erant in Hierusalem: qui etiā sancti pauperes ob hoc uocātur, quia in professione sanctitatis & cōmunis uitæ nomen dederāt, & semetipsos in hoc ipsum sponte pauperes effecerant. Quod enim apostolus seueriss'ima authoritate quibusdā denunciat, ut qui non uult operari, non manducet: cōtinuo ostendens de qbus diceret, subiunxit dicens: Audiuimus enī quosdā ambulātes inter uos inquiete, nihil operātes, sed curiose agētes. His autem qui huiusmodi sunt, denunciamus & obsecramus in dño Iesu Christo, ut cum silētio operantes panem suū manducent. Suum: hoc est suo labore partū & acquisitum. Et tñ ne illos, quāuis inquietos, nihil operantes, & curiose agentes, nomen tñ dñi inuocatum super se habentes, quasi exposuisse uideretur & abiecisse: statim intulit dicēs: Vos autem fratres nolite deficere benefacientes in Christo Iesu dño nostro. Ac si diceret: Etsi illi perseuerant in malitia siue negligentia sua: uos tamen in sustentandis eis nolite deficere à beneficentia uestra. Cum ergo seueriss'ime superius denunciauerit non manducandum nolētibus operari: postmodū uerò uolentib⁹ operari, sed nihil operantibus, aliquanto se exhibuerit clemētiorem: possemus dicere fm textum uerboꝝ eius (nec omnino aberraret à uero) nō uolētibus quāuis ualentib⁹, intētatam esse illā seueritatem: uolentib⁹ aūt sed nō ualentib⁹, indulgentiam istā. Sed etiā cum istis denunciet & obsecret in dño Iesu Xpō ut cū silentio panē suū manducēt: uident panē non suū manducare, nisi eum suū efficiant operādo quantū operari possunt sub testimonio dei & conscientiæ suæ. ¶ Ignosce dñe ignosce: excusamus, tergiuersamur, sed non est qui

1.Cor.8.

Luce.18.

2.Thes.3.

Ibidem.

est qui se abscõdat à lumine ueritatis tuæ, quod sicut illu-
Psal.138. minat conuersos, sic etiam ferit auersos. Non est eñ occul
tatum os nostrum à te: quod fecisti in occulto hoim. Nos
autem nobismetipsis facimus id occultum: quia uix est alí
quis in eis qui ad te sunt, qui experiri uelit quid possit, &
quod promptissime potest quandocunq; fm carnem uel
seculum siue timor impulerit, siue cupiditas traxerit: sed
etsi fallim⁹ hoies inscios: nõ nos pmittas ut quasi uolẽtes
fallere te, fallam⁹ nosmetipsos. Nos nõ laboramus: qa uel
nõ possumus, uel non posse nobis uidemur, uel cõsuetu-
dine ocij & deliciarũ nostrarũ nos nõ posse efficim⁹. Ado
rem⁹ ergo semp & procidamus & ploremus corã te, q fe-
cisti nos, & qui in hoc ipm pctõ nostro manifesto, iudicio
Nota. tuo occulto formasti nos, ut forsitã qa non multũ hoc uo
lumus, non possimus: uel quia nõ uoluimus cũ potuim⁹,
cum uolumus nõ possum⁹. Vescamur saltẽ fm pœnã Adæ
pane nostro si nõ possumus in sudore uultus nostri, in do
lore cordis nostri: in lachrymis doloris, si non possumus
in sudore laboris. Magnã hanc iacturã professionis nostræ
Psal.41. suppleat pietas, ac deuotio cõscientiæ hũilis. Sint nobis
lachrymæ nostræ panes die ac nocte: quãdiu dicit anímæ
nostræ, ubi est deus tuus? hoc est quãdiu peregrinamur à
dño deo nostro, & à lumine uult⁹ sui. Vnũ quidẽ erat ne-
cessariũ. Sed qui nec in uno figimur, nec in multis exerce-
mur: in quo ordine cõputabimur? Vtinã cum illo de quo
Rom.4. apostolus dicit: Ei qui non operat, credẽti aũt in eum qui
iustificat impiũ: reputabitur fides eius ad iustitiã fm pro-
positum gratiæ dei. Vtinam cum peccatrice cui multũ di
missum est quia multum dilexit. Et beata anima quæ hoc
iudicio apud deũ meruerit iustificari, iudicio diligẽtium
nomen dñi, ut omissa omni iustitia operum, & fiducia me-
ritorum, in hoc solo iustificetur qm̃ dilexit multum. Nam
in diligẽdo te de⁹ retributio magna est diligẽti cõscientiæ
ipsa dilectio tua: deinde uerò uita æterna. Sic fratres obse
cro uos nõ excusemus nos: sed accusemus nos & cõfitea-
mur. Et qui magni nominis umbrã, & personale quoddã
figmentũ perfectionis apud hoies induimus, apud deum
conscientiæ nostræ cognoscentes paupertatẽ, non usque-
quaq; recedam⁹ à ueritate: & ueritas liberabit nos. ¶ De-
inde docẽdus est animalis incipiens & Christi tyrũculus
deo appropinquare, ut & deus appropinquet ei. Sic eñ
Iaco.4. admonet ppheta: Appropinquate deo: & ipse appropin-
quabit uobis. Non solũ enim faciendus est homo & for-
Gene.2. mandus: sed & uiuificandus. Primo eñ formauit deus ho
minẽ: deinde inspirauit in faciem eius spiraculum uitæ: &
factus est homo in aiam uiuentem. Formatio hois, institu
tio est moralis: uita eius, amor dei. Hũc fides cõcipit: spes
parturit: charitas format & uiuificat. Amor enim dei uel
amor deus spũs sanctus, amori hois se infundẽs, afficit eũ
sibi. Et amans semetipsum de hoie deus, secũ unũ efficit &
spiritũ eius, & amorẽ eius. Sicut enim non habet corpus
unde uiuat nisi de spiritu suo: sic affectus hois (qui amor
dicitur) nõ uiuit, hoc est non amat deũ nisi de spũ sancto.
Amorẽ ergo dei in hoie ex gratia genitũ, lactat lectio, me-
ditatio pascit, oño confortat & illuminat. ¶ Animali uerò
& nouo in Xpo homini: ad exercitãda eius interiora me-
lius & tutius proponuntur legenda & meditãda redem-
ptoris nostri exteriora: & ostendit in eis exẽplũ humilita
tis, prouocatio charitatis, & affect⁹ pietatis: & de scriptu-
ris sctis & sanctorũ tractatib⁹ patrũ moralia quæq; & pla-
niora. Proponenda sunt ei gesta & passiones sanctoꝝ: ubi
nec laborandũ ei sit in planicie historiali: & semp aliquid
occurrat qd̃ nouitij animũ excitet ad amorẽ dei, & cõtẽ-
ptum sui. Porrò aliæ historiæ delectant quidẽ cum legun-
tur, sed nõ ædificant: quin poti⁹ mentẽ inficiũt: & in tẽpo
re orationis uel spũalis meditationis inutilia quæq; uel
noxia faciũt scaturire de memoria. Lectionis quippe mo-
dũ similis meditatio seq solet. Difficiliũ etiã lectio scriptu
rarũ fatigat non reficit teneriorẽ animũ: frangit intentio-
nẽ: hebetat sensum uel ingeniũ. ¶ Docẽd⁹ est etiã in oño-
ne sua sursum cor leuare: spũaliter orare: à corporibus uel
corporũ imaginibus (cum deũ cogitat) quãtum põt recedere. Admonẽdus est quãta põt puritate cordis intẽdere
in eũ cui sacrificiũ oñis suæ offert: seipsum attẽdere qui
offert: intelligere qd̃ offert. Quãtũ eñ uidet uel intelligit
eum cui offert, tm̃ ei in affectu est: & ei amor ipse est intelle
ctus. Quãtumcũq; ipe ei in affectu est, tm̃ sapit ei hoc ipm (si
dignũ deo est) qd̃ offert: & in eo sibi bene est. Hmõi homi
ni oranti uel meditãti melius ac tutius (sicut iam dictum
est) proponitur imago dominicæ natiuitatis, passionis &
resurrectionis: ut infirmus animus qui non nouit cogita-
re nisi corpora & corporalia, habeat aliqd cui se afficiat,
cui iuxta modũ suũ pietatis intuitu inhæreat. Est quippe
in forma mediatoris: in quo sicut legit in Iob, uisitans ho- Iob.5.
mo speciem suam nõ peccet: hoc est cum intentionis suæ
intuitũ in eum dirigat, humanam in deo speciem cogitan
do, à uero nõ usq; quaq; recedat: & dum per fidẽ ab hoie
deũ non diuidit, deum aliqñ in hoie apprehendere addi-
scat. In quo pauperibus spũ & simplicioribꝰ filijs dei, tan-
to primũ solet esse affectus dulcior, quãto humanæ natu-
ræ propinquior. Postmodũ uerò fide migrante in affectũ,
amplexantes in medio cordis sui dulci amoris amplexu
Christũ Iesum, totũ hominẽ propter hominẽ assumptũ,
totum deum propter assumentẽ deum, incipiunt eum nõ
iam fm carnẽ cognoscere, quãuis eum necdũ fm deũ ple-
nè possint cogitare. Et sanctificãdo eum in cordibus suis
offerre ei amant uota sua quæ distinxerũt labia sua, obse-
crationes, oñes, postulationes, gratarum actiones, pro tẽ-
pore, pro causa congruentes. ¶ Sunt eñ oñes aliæ bre-
ues ac simplices, sicut eas format uoluntas seu necessitas
orantis pro causa incidẽti. Aliæ prolixiores & rõnabiles,
sicut in inquisitione ueritatis petentes, quærẽtes, pulsan-
tes: donec accipiant, inueniant & aperiatur eis. Aliæ ala-
cres spũales & fœcundæ, in affectu fruẽtis, & gaudio gra-
tiæ illuminantis. Et ipse sunt quas apls alio ordine dinu- 1.Tim.2.
merat, obsecratiões, oñes, postulatiões gratiarũ actio-
nes. Nam postulatio quam primã posuimus, est circa ob-
tinenda tẽporalia, & necessaria aliqua uitæ huius in qua
deus postulantis quidem approbans bonam uolũtatem,
facit tamẽ ipse quod melius iudicat, & dat libẽter ei quod
bene postulat. Ipsa est de qua psalmista ait: Quoniam ad- Psal.140
huc & oratio mea in beneplacitis eorum. Hæc est etiã ho-
minum impiorũ, quia omnium cõmune est, sed maxime fi
liorum seculi huius, desiderare trãquillitatẽ pacis, sanita-
tem corporis, temperiem aeris, & alia quæ ad uitæ huius
usum spectant, & necessitatẽ, & abutentiũ uoluptatẽ. Pro
quibus q fideliter postulant, quãuis non ea postulent nisi
ad necessitatem: tm̃ in hoc ipso uoluntati dei suam semper
subijciunt. Obsecratio uerò est in exercitijs spũalib⁹ anxia
ad deum instantia: in quibus ante gratiã succurrentẽ, qui
apponit sciẽtiam, apponit & dolorem. Oratio uerò est ho Eccls.1.
minis deo adhærentis affectio, & familiaris quædã & pia
allocutio, & statio illuminatæ mentis ad fruendũ quãdiu
licet. Porrò gratiarum actio est in intellectu, & cognitiõe
gratiæ dei, bonæ uoluntatis indeficiens ad deum & inde-
fessa intentio, etiã si aliquando uel non sit uel torpeat siue
actio exterior, siue interior affectio. Hæc enim est de qua
dicit apostolus: Velle adiacet mihi: perficere autem bonũ Rom.7.
non inuenio. Ac si dicat: Semper quidem uelle adest: sed
aliquando facet: hoc est inefficax est: quia perficere opus
bonum quæro: sed nõ inuenio. Hæc est charitas quæ nũ-
quam deficit. Ipsa est eñ sine intermissione oratio seu gra-
tiarum actio, de qua apostolus ait: Semp sine intermissio- 1.Thes.5.
ne orantes, semper gratias agentes. Est enim iugis quædã
bonitas metis & bene compositi animi, & ad patrẽ deum
in filijs dei bonitatis eius quædam similitudo orans pro
omnibus semper, & gratias agens in omnibus, tot modis
in oratione uel gratiarum actiõe in deum se iugiter refun
dens, quot in suis necessitatibus uel consolationibus, in
proximi etiam uel compassionibus uel congratulationi-
bus causales in hoc materias inuenit pius affectus. Hæc
autẽ iugiter in gratiarũ actionibus est, quia q sic est, semp

in gaudio sancti spiritus est. In postulationibus ergo pie ac fideliter orandū est, sed non est in illis pertinaciter inhærēdum, quia nos nescimus, sed pater cælestis scit quid in tēporalibus istis necesse nobis sit. Obsecrationibus uerò insistendū est, sed in omni humilitate & patientia, quia non afferūt fructū nisi in patientia. Nonnunquā eñ cū celerius gra nō subuenit, sit obsecranti cælum æneū, & terra sua ferrea. Et cum relicta sibi cordis humani duritia, ad uotum exaudiri non meretur, anxietas desiderantis negari
Matth.15. sibi æstimat quicqd differtur. Cumq; sicut Cananæa illa præteriri se ac despici ingemiscit, quasi immunditiā, canis ptērita sibi pcā sua imputari uel improperari imaginat. Nónunquā uerò sine labore petēs accipit, qrens inuenit, & pulsanti aperitur. Et cōsolationes ac suauitates orationis inuenire tandē aliquādo meretur labor obsecratoris. Nónunquā etiā puræ oronis affectus, & bona illa orationis suauitas non inuenitur, sed quasi inuenit eum non petentē, nō quærentē, nō pulsantē, & quasi nescientem gratia præuenit, & tanquā genus seruorum recipitur in mensa filioꝝ, cū rudis adhuc & incipiēs animus in eū orādi assumitur affectū, qui pro præmio sanctitatis reddi solet meritis perfectorū. Quod cū fit, agitur ut uel in iudiciū suum non liceat scire negligenti quid negligat, uel ut prouocatio charitatis amorem in eo ultro se offerentis accendat. In quo prohdolor plurimi falluntur, qa cū pascunt pane filiorū, iam se esse filios arbitrant: & deficientes unde proficere debebant, ex uisitante gratia euanescunt à cōsciētia sua, arbitrantes se aliqd esse, cum nihil sint: & de bonis dei non emendantur, sed indurātur, & fiūt de quibus psalmi-
Psal.30. sta dicit: Inimici dñi mentiti sunt ei, & erit tempus eorum in secula. Et cibauit illos ex adipe frumēti: & de petra mel le saturauit eos. Pascuntur enim à patre deo aliquando de preciosiore gratiæ substātia serui, ut affectent esse filij. Ipsi uerò gratia dei abutētes, efficiunt inimici. Vt eñ abutantur etiā scripturis sanctis in peccatis uel in concupiscentijs suis, redeūtes ad eas per oīones, dicunt sibi illud uxo-
Iudic.13. ris Mānæ: Si dñs uoluisset nos occidere, nō suscepisset sa-
Psal.83. crificium de manib⁹ nostris. ¶ Quàm dilecta tabernacula tua dñe uirtutū, in quib⁹ passer inuenit sibi domū, & turtur nidum ubi reponat pullos suos. Passer, inquā, naturaliter, aīal uisiosum, mobile, leue, importunū, garrulum, ac pronū in libidinem. Et turtur luctus amica, opacæ solitudinis familiaris incola, forma simplicitatis, exemplum castitatis. Ille sibi inuenit in eis domum quietis & securitatis. Illa nidū sibi ubi reponat pullos suos. Quæ sunt hæc nisi iuuenum naturaliter calidus sanguis, & feruidus animus, ætas labilis, curiositas inquieta, & uirilis maturitas, serius animus, castus, sobrius, pertæsus exterior⁹ quantū pōt, & intra semetipm recondens semetipsum? Quorū alterum in tabernaculis dñi uirtutū, in disciplina cellarum inuenit sibi ab oībus uisjs quietē, firmamentum stabilitatis, & mansionem securitatis. Alterū uerò in secreto cellæ secretiorē recessum cōscientiæ, ubi reponat & nutriat sanctarum affectionū suarū fructus, & spūalis sensus contemplationis. Passer solitari⁹ in tecto: hoc est in altitudine cōtemplationis, calcare amat habitationem carnalis conuersationis. Turtur in inferioribus fœcundatur, & gaudet in fructibus humilitatis. Perfecti eñ quiq; & spūales qui turturis hoīe designantur, cū ad firmamentum & robur uirtutis suæ per uirtutē obediētiæ & subiectionis pueniunt, premunt se semper ac deijciunt in id quod insipientiū est: & unde infra se descendunt, inde ascendūt supra se: & humiliando se magis proficiūt, propter fructus solitudinis, qui sunt frequentes & sublimes excessus contemplatioīs, non arbitrantes esse negligendam conscientiam uoluntariæ subiectionis, usum socialis uitæ, & dulcedinem fraternæ charitatis. Ideò uir spiritualis & corpore suo spiritualiter utens, seruitutē eius, quam habet animalis homo per uim coactam, rationalis per cōsuetudinē subactā, accipere meretur quasi naturaliter affectā. Vbi illi est obedientia necessitatis, iste eam habet charitatis. Vbi ille uirtutes laboris plenas, iste habet cas uersas in mores. Illi uerò passeres dei sursum nitentes ad ea quæ sunt perfectorum non elationis præsumptione, sed pietatis amore: in pauperta-
te spiritus sui sublimati, nō repelluntur ut elati, sed suscipiuntur ut deuoti: & aliqn hoc merētur experiri, quo spirituales frui: & semper affectant imitari eoꝝ uitā actiuam, ad quorum ambiunt cōsolationem cōtemplatiuam. Sicq; uno spiritu, licet non uno gressu gradientes, æque proficiunt & spūales in humili, & incipiētes in sublimi. Et hæc sunt cellarū bene ordinatarum sancta commercia, studia ueneranda, ocia negocioſa, quies operosa, charitas ordinata, mutuo in silentio sibi colloqui, & in absentia abinuicem se adinuicē magis frui, proficere de inuicē: & cum se nō uident adinuicem, in alio uidere quod imitādū est, in seipsis nō nisi quod flendū est. Ego uerò, sicut dicit Hieremias, uir uidens paupertatē meā, cum alienas diuitias cō- *Thren.3.*
puto, in memetipso erubesco, & suspiro, qa quod tracto in alieno, mallem experiri in proprio. De duob⁹ quippe malis tolerabilius est quod amas nō uidere, quàm uidere & non habere, quāuis non sic de bonis dñi. Bona eñ dñi uidere amare est: amare uerò habere est. Ideò nitamur iquātum possumus ut uideamus, uidendo intelligamus: & intelligēdo amemus, ut amando habeamus. Dñe super hoc ante te omne desideriū meum, & gemitus meus à te nō est absconditus. ¶ De animali uerò statu trāseuntes ad rationalem: ut de rōnali transeamus ad spiritualem, tractando, & utinā proficiēdo: primo scire debem⁹ qa sapiētia (sicut *Sapien.6.*
in libro noīs eius legitur) præoccupat eos qui se cōcupiscunt, & occurrit eis, & ostendit se in uijs suis hilariter, sicut in proficiēdo, sic & in meditando & tractādo, attingens ubiq; propter suī munditiā. Adiuuat eñ deus uultu *Sapien.7.*
suo se intuentē, mouet ac pmouet & attrahit specie summi boni se contēplantē. Cumq; ratio pficiendo in amorē surſum ascēdit, amāti & desideranti gratia condescendit. Vnū sæpe fiunt, q̄ illos duos status efficiūt, q̄ sunt ratio & amor: & quæ ex eis efficiuntur. scilicet scientia & sapientia. Nec iam possunt altrinsec⁹ tractari uel cogitari, quæ iam unū & unius operationis ac uirtutis sunt & in sensu intelligētis, & in gaudio fruentis. Quamuis ergo distinguendus sit alter ab altero: tñ cū sic se res obtulerit, & cogitandus & tractād⁹ erit alter cū altero, & in altero. Quia ergo (sicut iam supradictū est) quemadmodū in profectu religionis, status animalis uigilat circa corpus & hominem exteriorē cōponendū & aptandū studio uirtutis: sic rōnalis circa animum agere debet uel faciendum si non est, uel excolendū & ordinādum si est: Primo uidendū est qs uel quid sit animus ipse quem ratio rōnalē facit, quid ipsa ratio q̄ animal mortale faciēdo rōnale hoīem pficit. Sed primo dicendū est de aīa. Anima est res incorporea, rōnis capax, uiuificando corpori accōmodata. Hæc animales cōstituit hoīes, quæ carnis sunt sapientes, sensibus corporis inhærentes. Quæ ubi perfectæ rōnis incipit esse nō tñ capax, sed & particeps, continuo abdicat à se nomen generis fœminini, & efficitur animus particeps rōnis, regēdo corpori accōmodatus, uel seipm habēs spūs. Quādiu eñ aīa est, cito in id quod carnale est effœminat. Anim⁹ uerò uel spūs, nō nisi quod uirile est & spūale meditatur. Spūs eñ hoīs in appetitu boni subtilis & efficacis naturæ cōditus, & in arte creatricis sapientiæ omni corpore melior, omni etiā luce corporea lucidior ac dignior, ob imaginē conditoris, & capacitatē rōnis: uitio tñ carnalis originis implicitus, peccati seruus effectus est, & captiuus in lege peccati, quæ est in membris. Nec tñ oīno amisit arbitriū, id est iudicij rōnis in iudicādo & discernēdo: quāquā libertatē suā amiserit in eligendo & agendo. Nam in pœnā peccati, & testimoniū amissæ dignitatis naturalis, positū est in signū ei arbitriū, sed captiuū. Quod etiā ante cōuersionem, & liberationē uoluntatis, nunquā perdere potest ex tota ulla auersione ipsius uolūtatis. In quo etiā cum eo abutit in eligēdo malū pro bono (sicut dictū est) melior est & dignior omni corporea creatura, nō in se, sed in arte creatricis

Rom.5. creatricis ueritatis. Liberatur uerò uolũtas qñ efficit charitas cum charitas dei diffundit in cordib⁹ nostris p spiritum sanctum qui datur nobis. Et tũc uerè est ratio: hoc est habitus mentis per omnia cõueniens ueritati. Cum enim liberata uolũtate per liberantẽ gratiã, spiritus agi incipit libera ratiõe, tunc suus est, hoc est seipso libere utẽs efficitur, & fit animus, & bonus animus. Anim⁹, inquã, inquãtũ bene animãs, & perficiens aĩal suũ supplemento liberæ rõnis. Bonus autẽ, inquantũ iam amans bonũ suum, quo bonus fit, & sine quo nec bon⁹ nec anim⁹ esse potuit. Fit aũt bon⁹ animus & rõnalis, diligens dñm deum suũ in toto corde suo, & in tota anima sua, & in tota mẽte sua, & in oĩbus uirib⁹ suis, & nõ nisi in ipso seipm, & pximũ suũ sicut seipm. Fit aũt bonus animus deũ timens, & mandata Eccli.32. ei⁹ obseruãs: hoc est em oĩs homo. ¶ Ratio uerò sic diffinitur à diffinientib⁹, uel describit à describentib⁹. Aspectus animi est, quo per seipm, nõ per corpus: uerum intuef: aut ipsa ueri cõtẽplatio, aut ipsum uerũ qđ contẽplaf: aut uita rõnalis, uel rõnale obsequiũ, in quo conformaf ueritati contemplatæ. Rõcinatio uerò est rõnis inquisitio: hoc est aspectus eius motio per ea q̃ aspiciẽda sunt. Ratiocinatio quærit: rõ inuenit. Aspectus hic in rem aliquã cõiectus cũ eam uidet, sciẽtia est: cũ nõ uidet, ignorãtia est hois. Hæc ergo rõ est & instrumẽtũ per qđ operaf, & op⁹ quod operatur. Hæc semp exercerí amat in eo quod utile est & honestum, exercitio pficiens, desidia uerò in semetipsa marcescẽs. Nullũ uerò digni⁹ & utili⁹ exercitiũ est homini eã habẽti, quàm in eo qđ meli⁹ habet, & in q̃ cæteris aĩalib⁹ & cæteris partib⁹ suis præeminet, q̃ est ipsa mens uel animus. Menti uerò uel aĩo cui cætera pars hois regẽda subdita est, nec dignius est aliqd ad quærendum, nec dulcius ad inuenẽdũ, nec utili⁹ ad habendũ quàm qđ solũ ipsam mentẽ supemínet, qui est solus deus. Nec longe est ab uno Act.17. quoq; nostrũ, q̃ in ipso uiuimus, mouemur, & sum⁹. Et nõ sicut in aere ísto, sic in dño deo nro: sed in ipso uiuim⁹ per fidẽ, mouemur & promouemur per spẽ, figimur per amorem. Ab ipso em & per ipm conditus est rõnalis anim⁹, ut ad ipm sit cõuersio eius, ut sit ipse bonũ eius. Hic autẽ ex illo bono bon⁹, ad imaginẽ & similitudinẽ ei⁹ cõditus, est: ut quãdiu hic uiuit, quàm ppius põt accedat ad eũ similitudine, à quo sola recedit dissimilitudine, ut sit is sanctus, sicut ille sanctus est: in futuro futurus beat⁹, sicut ille beat⁹ est. ¶ Denicq; hoc solũ magnũ & bonum est cũ magnus & bonus anim⁹ suspicit, miraf & affectat quod supra eũ est, & adhærere festinat similitudini suæ deuota imago. Ipse em imago dei est. Et p hoc q̃ imago dei est, intelligibile ei fit & se posse & debere inhærere ei cuius imago est. Ideò & si in terris regit corpus sibi cõmissum, meliore tñ parte sui, scilicet memoria, intelligẽtia, & amore ibi semp conuersari amat, unde quicquid est, quicquid habet, se nouit accepisse, & ubi in perpetuũ se mansurũ, & cũ plena dei uisione plenã dei similitudinẽ adepturũ (quãtũ in hoc homini sperandũ est) sperare ei licet, si bonæ spei uitã suam nõ negligat cõformare. Illuc ergo spectat unde pendet, plus cũ hoibus cõmorans ut uiuificet eos uita dei ad quærẽda & capienda diuina, quàm ut animet uita ista mortali & humana. Sicut em corp⁹ qđ animat, naturali statu suo erigitur i cælũ, q̃ natura & loco & dignitate & loca oia & corpora supereminet: sic spũalis ipse natura, ad ea q̃ in spũalibus præeminẽt, hoc est ad deum & diuina erigere semper amat semetipsum, non superbe sapiendo, sed pie amando, sobrie & iuste & pie uiuendo: q̃ quãto altius est quo nititur, tanto fortioribus exercitiorũ studijs exercẽdus est, & quæ cum non perfundãt, sed intingãt: sicq; afficiẽt ut perficiant. ¶ Studia uerò hæc etsi literis aliqñ adiuuantur & utantur: non tñ literatoria sunt, non cauillãtia, non disputantia, non garrula, sed spiritualia, pacifica, & humilia, humilib⁹ cõsentientia. Quæ etsi foris exercẽtur, int⁹ potius aguntur in spũ mentis, ubi renouaf homo de die in diem induens nouũ hoiem qui sm deũ creatus est, in sanctitate Psal.10. & iustitia ueritatis. Ibi em fit animus, ibi fit intellectus bonus oĩbus faciẽtibus eũ, cum sm regulam ab apl'o datam, in oĩbus exhibem⁹ nos sicut dei ministros in multa patiẽtia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in laboribus, in uigilijs, in carcere cellæ, in ieiunijs, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suauitate, in spũ sancto, in charitate nõ ficta, in uerbo ueritatis, & uirtute dei, per arma iustitiæ à dextris & à sinistris, per gloriam & ignobilitatem, per infamiã & bonam famam, ut seductores & ueraces, sicut ignoti & cogniti, quasi morientes & ecce uiuimus, ut castigati, & non mortificati: quasi tristes, semp autem gaudentes: sicut egentes, multos autem locupletantes: tanquã nihil habentes, & omnia possidentes: in labo- 2.Cor.11. re & ærumna, in fame & siti, in frigore & nuditate. Hæc & huiusmodi sunt studia sancta, exercitia apostolica, in quibus discutit se animus, & inuenit, & emendat, mundans se ab omni inquinamento carnis, ac spiritus, perficiens sanctificationem in timore dei. Studia hæc silentium amant, quietem desiderant cordis in labore corporis, paupertatem spiritus, & pacem in exterioribus pressuris: & bonã conscientiam in omni puritate cordis & corporis. Hæc faciunt animum: quia unde faciant habent. Uana uerò illa, nugigerula, uerbosa, cõtentiosa, curiosa, ambitiosa, etiam sanctum animum uel iam perfectum dissipant & corrumpunt. Hæc studia scrutantur uirtutũ nõ tam flores quàm radices, non ut luceant, sed ut sint: non ut sciantur, sed ut habeantur. Vitiorum uerò plus in semetipsis metuũt appetitum, quàm ab alijs impetũ: plus cõragium, quàm malitiã. Sicut eñ aliqñ magno labore & studio perseuerãte, uirtutes trahũtur in affectũ & mentẽ bonã: sic uitia leuissima remissioris licẽtiæ opportunitate transeũt in cõsuetudinem, & quasi naturalia efficiuntur. Sed nullum uitium Nota. naturale est: uirtus uerò omnis, homini naturalis est. Cõsuetudo tamen uel uoluntatis corruptæ, uel inolitæ negligẽtiæ, plurima sæpe uitia quasi naturalia in neglecta conscientia efficere solet. Consuetudo quippe, sicut philosophi dicere solent, est secũda natura. Oĩs tñ malus animus priusquam indurescat, mollíri potest malitia eius: sed nec postquã induruerit desperãd⁹ est. Hæc em maledictio est Adæ, ut in terra laboris nostri, & in agro cordis uel corporis nostri, noxia uel inutilia gratuitò passim ubiq; proueniant, utilia uerò uel necessaria & salubria cum labore. Virtus tñ qñ naturæ res est, cum uenit in animũ aliquan Nota. do, non uenit sine labore, sed uenit in locum suũ, & sedet fideliter, & bene cum ea naturæ conuenit, cum nullũ præmium potius sit ei, quàm in deo conscientia sui. Vitium uerò cum nihil aliud esse credaf quàm priuatio uirtutis, tñ uastitas eius & enormitas tanta nõnunquam quasi sentitur, ut obruat & opprimat, fœditas tanta, ut inquinet & inficiat: adhæsio tã pertinax cõsuetudinis, ut uix à se eam natura excutiat. Oĩs em uitij fruftra ficcatur riuus, si fons nõ fuerit obturatus. Verbi gra: Remissa uolũtas facit mẽtis leuitatẽ, ex qua prodeunt instabilitas mẽtis, inconstãtia morum, uana lætitia sæpe usq; ad lasciuiam carnis, uana tristitia nonnunquam usq; ad ægritudinẽ corporis: & multa alia in negligentia uel transgressione propositi ex leuitatis uitio uenientia. Sic etiã superba ex usu uolũtas, in magna sæpe cordis inopia tumentẽ efficit animũ. Unde procedũt uana gloria, fiducia sui, negligẽtia dei, iactantia, inobedientia, cõtemptus, præsumptio, & cæteræ animi pestes quæ profluere solẽt ex tumore, & usu superbiæ. Et in hunc modũ oĩa gña uitioꝝ ex aliquo malæ uolũtatis affectu, uel malæ cõsuetudinis usu, suam singula ducunt matricem originẽ: q̃ quanto diutius menti inolita est, tanto fortius hæret, & fortiorib⁹ remedijs eget, & curã requirit diligentiorem. Huiusmodi em pestes uitiorũ, usq; in ultimã solitudinẽ solitariũ persequuntur. Et sicut bene concreta uirtus, & fideliter animo insidẽs, possessorẽ suum in nulla deserit multitudine: sic uitiũ cõsuetudinis, possessum suũ liberum esse non patitur in qualibet solitudine. Nam nisi pertinaci studio & prudenti opera expugnata fuerit consuetudo, leniri põt, uinci uix põt: & quocunq; se cõponat

Universidad de Deusto
Biblioteca

animus,& in quauis,solitudine habitet,secretū uel silentium cordis esse nō patitur.Cui quo maiorē cōtigerit,inesse usum cōsuetudinis & uoluntatis,eo nequior & rebellior in eo inuenitur nō tā malitia spūalis,quàm quasi manibus expellēda multiplex q̄dā collectio & dura corpulētia necessitatis.¶Sed redeamus ad laudē uirtutis.Quid est uirt9?Filia rōnis est:sed magis gratiæ.Vis enim quædam est ex natura.Vt aūt uirt9 sit,habet ex gratia.Vis est ex iudicio approbantis ratiōis:uirtus aūt ex appetitu illuminatæ uoluntatis.Virtus enim est uoluntarius in bonum assensus.Virtus est æqualitas quædā uitæ,per omnia congruens rōni.Virtus est ad iudicium rōnis usus liberæ uolūtatis.Virtus quædā est humilitas.Virtus quædam est patientia.Virtus quædā est obedientia.Virtutes sunt prudētia,tēperantia,fortitudo,iustitia,& aliæ quàm plures:in quibus singulis nō est aliud uirtus quàm (sicut dictū est) ad iudiciū rōnis usus liberæ uolūtatis.Bona eīm uoluntas in animo est origo oīm bonorū,& oīm mater uirtutū.Sic econuerso mala uoluntas est origo oīm malorum & uitiorū.Ideò custos animæ suæ,ualde solicitus esse debet circa custodiā uoluntatis suæ,ut prudenter intelligat & discernat quid in totū uelit,uel uolendum sibi sit,sicut est amor dei:quid propter illud,sicut est amor proximi.Vt eīm in illo tuta sit oīs indiscretio,in hoc semp fm obedientiæ regulas cauta & prudens debet esse dilectio.
In dilectione quippe dei non alia ratio,nō alia discretio est,nisi ut sicut ille cū dilexisset nos,in finem dilexit nos:
Psal.iii. sic,si fieri potest,in infinitū diligamus cū nos,sicut beat9 uir qui in mādatis ei9 cupit nimis.Sed cum nullū finem uel terminū habere debeat deuotio amantis:tm terminos suos,fines & regulas habere debet actio operantis.Vbi ne aliquando oberret nimia uoluntas,necesse est q̄ semp adsit mediante obedientia custodiens ueritas.Nihil enim in bonū hoīs in deū pficientis,tam sibi conuenit quàm
Matt.18. uoluntas,& ueritas.Hæc duo sunt que,sicut dicit dominus,si consenserint in unum,quodcunq̄ petierint,fiet eis à patre deo.Si duo hæc in unum perfecte consenserint,omnem in se continent uirtutū plenitudinē,sine uitio intercurrente oīa possunt in hoīe etiā languente,oīa habēt & possident in hoīe nihil habēte:dant,mutuant,conferunt,prosunt in hoīe secū quiescente.Gloria & diuitiæ in conscientia sancti uiri illius,ex fructibus bonæ uolūtatis eius.Foris uerò non ex uno latere,sicut scutū huius mūdi,sed undiq̄ cum circūdat scutū ueritatis dei.Hilarē enim eū & iucundū intus semper efficit bona uolūtas:in exteriori uerò actione seriū,& grauē,tutū ac securū reddit ueritas.Ideoq̄ supergressus humana hō ille,semp in sereno est:sicut de aere illo hoīes ferunt,qui sup globū lunæ est.
¶Volūtas,naturalis quidā animi appetit9 est,alius ī deū,& circa interiora sua:ali9 circa corpus,& circa exteriora & corporalia.Hæc cū sursum tendit,sicut ignis ad locum suū:hoc est cum sociat ueritati,& mouet ad altiora,amor est.Cū uerò promouet,& lactat à gra,dilectio est.Cū apprehēdit,cū tenet,cū fruitur:charitas est,unitas spūs est:
1.Ioan.4. de9 est.De9 enim charitas est.In his aūt cum cōsumauerit hō,tunc incipit:qa nulla horū in hac uita plena perfectio est.Cū uerò declinat in ea q̄ carnis sunt,cōcupiscētia carnis est.Cū in curiositatē seculi,cōcupiscentia oculorū est.Cū uerò in ambitionē gliæ uel honoris,superbia uitæ est.Quandiu tm hmōi utilitati seu necessitati naturæ seruit,natura est,uel appetit9 eius.Cū uerò ī supflua se exponit uel noxia,uitiū naturæ est uel sui ipsi9.Quorū primo appetitu uel accessu,de temetipso tibi hoc capere licet argumentū.Cū in eis q̄ ad corpus spectant,in rebus necessariis uolūtas primo appetitui sinē facit,naturalis animi appetitus est.Cū uerò in appetēdo semp ad ulteriora pgreditur,ipm se prodit qa iam nō tam uolūtas quàm uitium uolūtatis est,auaritia,uel cupiditas,uel aliquid huiusmodi.Voluntati enim in huiusmodi cito satis est:uitiis uerò eius nunquā satis est.Hæc in spūalibus & in eis quæ ad deum sunt cū uult quod potest,laudanda est:cum uult quod non potest & plusquā pōt,regenda est:cum nō uult quod pōt,excitanda est & prouocāda.Sæpe eīm si nō frenatur,impetū facit:& agitur in præceps.Sæpe si nō excitatur,dormit,& tardat,& obliuiscitur quo tendebat,& facile declinat quasi à latere in obligationes oblatæ delectationis.Ideoq̄ sicut in corpore etiam solet fieri (melius enim corpus hoīs ab alio uidetur,quàm seipm uideat) in hmōi nos sæpe melio uidet alienus oculus,quàm noster:
& alius q non est pariter in feruore eiusdē uoluntatis,rectior sæpe iudex est actionis:qa sæpe uel negligentia,uel priuato amore nostri erramus in nobis.¶Bona ergo custos uoluntatis est obedientia,siue imperij illa sit,siue consilij,siue subiectionis,siue solius charitatis.Purius enim ac dulci9,fm apl'm Petrū,ad pares,seu etiā ad minores suos, 1.Petri.i.
filij obedientiæ castificant corda sua in obedientia charitatis,quàm ad maiores subigant per obedientiā necessitatis.In illa eīm sola uel præcipit uel consulit,& obedit charitas.Hic aūt pœnā timet,uel minatur imperiosa necessitas.Et in illa obedienti sæpe debet maior gloria.In ista uerò inobedienti maior semper intentat pœna.Ergo in homine sursum cor habente propter exteriora sua regenda,moderanda,cōponenda,palā oībus est quàm necessaria sit uoluntati custodia sua,amplius autē propter interiora sua.Animo eīm sæpe seipsum uel deū cogitanti,ipsa uoluntas in omni cogitatione princeps est,& necessario principium uoluntatis sequit oīs tenor cogitationis.¶Tria eīm sunt quæ cogitationē faciunt,uolūtas,memoria,& intellectus,Voluntas cogit memoriā ut pferat materiā,cogit etiā intellectū ad formandū qd proferat:adhibens intellectum memoriæ,ut inde formet:intellectui uerò aciē cogitantis,ut inde cogitetur.Quæ qa in unū cogit uolūtas,& facili quodā nutu copulat,à cogendo cogitatio nomē accepisse uidetur.Hinc fiunt cogitationes oēs,aliæ bonæ & sanctæ,& dignæ deo:aliæ malæ & peruersæ,q̄ separant à
Sapien.i. deo:aliæ ociosæ & uanæ,à quibus aufert se deus.Hinc eīm dicit q̄ peruersæ cogitationes separāt à deo,& qa spirit9 sanctus aufert se à cogitationibus quæ sunt sine intellectu.
In qbus uerbis aduertendū est qa sine omni intellectu nullatenus cogitari potest,& nulla oīno cogitatio sine omni intellectu est.Sed ali9 est intellectus ex ui naturalis rōnis,alius ex uirtute mentis rōnalis.Intellectus quidē ideipse est qui quocunq̄ seu in bonū seu in malum applicitus fuerit,naturaliter uiget.Sed alius inuenitur sibi relictus,ali9 à gratia illuminatus.Ille seculi reb9 & seriis & nugatoriis se non negat.Hic autem non nisi dignis se rebus,& similibus sibi seipsum accommodat.Ille sæpe operatur sicut sibi relictus,& uitio infectus ex ui rōnis,& uitio corruptæ uoluntatis,texens peruersas cogitationes qbus semetipsum qui cogitat,sponte separat à deo.Hic autē semp sicut illuminatus,& uirtuti affectus,operat pietatē,que cogitantē cōiungit deo.¶Quæ uerò secūdo loco ponunt cogitationes sine intellectu,ipsæ sunt uanæ illæ & ociosæ neutro intellectui per cogitātis intentionē se applicantes,nō repente perimētes,sed sensim & paulatim corrūpētes,occupantes tps,necessaria impediētes,& animū inficiētes,nō tam cogitationes,quàm ex ueris & imaginariis recordationibus simulacra quædā cogitationū,seu ipsæ recordatiōes ultro & multipliciter de memoria scaturientes.In quibus passio quædā uoluntatis poti9 uidet esse quàm actio:cum nulla sit in eis cogitātis intētio:cū quod spōte ebullit de memoria,formandū se offert intellectui non curāti,& qquid agit,uidet potius agi in somnio dormiētis,quàm in acie cogitantis.Vbi tm etsi à se repellere spiritum sanctum non est in uoto cogitātis,sit tm ex culpa negligētis,ut spiritus sanctus disciplinæ merito auferat se à cogitationib9 indisciplinatis.Quæ quāuis fiāt per uim quandā occultā rōnis,nō tamē fiunt ex rōne & trahitur in eas intellectus,cū nullus sit in eis intelligentis assensus.¶Vbi uerò serio de rebus seriis bene cogitatur,uolūtas libero arbitrio de memoria euocat quodcunq̄ op9 habet,& intellectū formā tē memoriæ adhibet,formatumq̄ quicqd illud est intellectus

Universidad de Deusto

lectꝰ adhibet acieꝫ cogitantis: & sic peragit negocium cogitatiõis. Cũ uerò de his quæ de deo uel ad deum sunt cogitatur, & uoluntas eo proficit ut amor fiat, continuo per uiam amoris infundit se spiritus sanctus, spiritus uitæ, & omnia uiuificat, adiuuans seu in oratione seu in meditatione seu in tractatu infirmitatem cogitantis. Et cõtinuo memoria efficitur sapientia, cum suauiter ei sapiũt bona dei, & quod ex eis cogitatum est, formandum in affectu, adhibet intellectui. Intellectus uerò cogitantis, efficitur contemplatio amantis, & formãs illud in quasdam spiritualis uel diuinæ suauitatis experientias afficit ex eis aciem cogitantis: illa uerò efficitur gaudiũ fruentis. ¶ Et tunc de deo bene cogitatur secundum humanum modum, si tamen cogitatio dicenda est, ubi nil cogit nec cogitur, sed tantummodo in memoriam abundantiæ suauitatis dei exultatur, iubilatur, & uerè sentitur de eo in bonitate, ab eo qui in simplicitate cordis quæsiuit illum. Sed modus hic cogitãdi de deo non est in arbitrio cogitantis, sed in gratia donantis, scilicet cũ spiritus sanctus, qui ubi uult spirat, quãdo uult, & quomodo uult, & quibus uult, in hoc aspirat. Sed hominis est iugiter præparare cor, uolũtatẽ expedíẽdo ab affectionibus alienis, rationem uel intellectum à solicitudinibus, memoriam ab ociosis & negociosis, nõnunquã & à necessarijs occupationibus, ut in die bona domini, & in hora beneplacíti eius, cum audierit uocem spirꝰ spirantis, ea quæ cogitationẽ faciũt, continuo libere concurrant sibi, & cooperentur in bonũ, & quasi symbolum faciant in gaudium cogitantis: Voluntas exhibendo in gaudium domini puram affectionem, memoria materiam fidelem, intellectus experientiæ suauitatem. Sic ergo uolũtas neglecta facit cogitationes ociosas, & indignas deo. Corrupta peruersas, quæ separãt à deo. Recta necessarias ad usum uitæ huius. Pia efficaces ad fructum spiritꝰ, & ad fruendum deo. Fructus autem spiritus sunt, sicut apostolꝰ dicit, charitas, pax, gaudium, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continẽtia, castitas. ¶ Et in omni genere cogitationis, omnia quæ cunq; cogitanti occurrunt, conformantur intentioni uoluntatis, agente in eis misericordia & iudicio dei ut iustꝰ iustificetur adhuc, & qui in sordibus est, sordescat adhuc. Ideo homini deum amare uolenti, uel iam amãti, suus semper cõsulendus est animus, examinãda cõscientia quid sit quod in totũ uult, & propter quod uult, quicquid aliud uult spiritus uel odit, quicqd cõtra illud caro cõcupiscit. Incidẽtes em̃ quasi extrinsecus & decidẽtes cogitationes, & præteruolitãtes uolũtates qbꝰ modo uult, mõ nõ uult, nequaquã inter uoluntates, sed penè inter ociosas deputandæ sunt cogitatiões. Nã & si aliqñ fiũt usq; ad delectationẽ animi, cito tñ inde se excutit animus cõpos sui. Qđ autẽ in totũ uult, prio cõsiderãdũ est ei quid illud sit q; sic uelit, deinde quãtũ uelit, & quõ uelit. Si qđ in totũ uult, deus est: discutiẽdũ est ei quãtũ uelit, & quõ uelit, & utrũ usq; in cõtẽptum suũpsius, oĩmq; quæ sunt uel esse pñt, & hoc nõ tantũ ex iudicio rõnis, sed etiã ex affectu mẽtis: ut iam uoluntas plusquã uoluntas sit, ut amor sit, ut dilectio sit, ut sit charitas, sit unitas spiritus. Sic enim diligẽdus est deus. Magna enim uoluntas ad deum, amor est, dilectio, adhæsio siue coniunctio, charitas, fruitio. Vnitas uerò spiritus cum deo homini sursum cor habenti, proficientis in deum uoluntatis est perfectio, cũ iam non solũmodo uult qđ deus uult: sed sic est nõ tñ affectꝰ, sed in affectu pfectus, ut nõ possit uelle nisi qđ deus uult. Velle aũt qđ uult deꝰ, hoc est iam similẽ deo esse. Non posse uelle nisi quod deus uult, hoc est iam esse quod deus est, cui uelle & esse, idipm est. Vnde bene dicit q; tunc plenè uidebimus eũ sicuti est, cum similes ei erimus: hoc est erimus quod ipse est. Quibꝰ enim potestas data est filios dei fieri, data est potestas non quidem ut sint deus, sed sint tamen quod deus est, sint sancti, futuri plenè beati, quod deus est. Nec aliunde hic sẽti, nec ibi futuri beati quàm ex deo, qui eorũ & sẽtitas & beatitudo est. Et hæc hominis est perfectio, similitudo dei. Per fectum aut nolle esse, delinquere est. Et ideo huic perfectioni nutrienda est semper uoluntas, amor præparandus, uoluntas cohibenda, ne in aliena dissipetur: amor seruãdus, ne inquinetur. Propter hoc enim solum creati sumus & uiuimus, ut deo similes simus, cum ad dei imaginẽ creati simus. Gene. 1. ¶ Est autem dei similitudo quædam quam nemo uiuens nisi cum uita exuit, quam omni homini in testimonium amissæ melioris & dignioris similitudinis, creator omnium hominum reliquit, quã habet & uolens & nolẽs, & qui eam cogitare potest, & qui tam hebes est ut eam cogitare non possit: scilicet quod sicut ubiq; deus est, & ubiq; totus est in creatura sua: sic & in corpore suo omnis uiuens anima. Et sicut semper sibi indissimilis deus indissimiliter dissimilia in creatura operat̃: sic anima hominis quãuis totum corpus uiuificans indissimili uita: in sensibus tamen corporis, & in cogitationibus cordis, indissimiliter operatur assidue dissimilia. Hæc similitudo dei in homine, quantum ad meritum eius nullius apud deum est momenti, cum naturæ non uolũtatis eius sit uel laboris. Sed est alia magis deo propinqua similitudo, inquantum uoluntaria: quæ in uirtutibus consistit, in qua animus uirtutis magnitudine summi boni quasi imitari gestit magnitudinem: & perseuerantiæ in bono constantia, æternitatis eius incommutabilitatem. Super hanc autem alia est adhuc similitudo dei. Hæc est de qua tã aliquanta dicta sunt, intantum proprie propria, ut non iam similitudo sed unitas spiritus nominetur, cum fit homo cum deo unus spiritus, non tantum unitate uolendi idem, sed expressione quadam unitate uirtutis (sicut iam dictum est) aliud uelle non ualendi. ¶ Dicitur autem hæc unitas spiritus, non tantum quia efficit eam, uel afficit ei spiritum hominis spiritussanctus: sed quia ipsa ipse est spiritussanctus, deus charitas: cum per eum qui est amor patris, & filij, & unitas, & suauitas, & bonum, & osculum, & amplexus, & quicquid commune potest esse amborum in summa illa unitate ueritatis, & ueritate unitatis: hoc idẽ homini suo modo fit ad deum, quod cum substantiali unitate filio est ad patrem, uel patri ad filium, cum in amplexu & osculo patris & filij mediam quodammodo se inuenit beata conscientia, cum modo ineffabili incogitabiliq; fieri meretur homo dei non deus, sed tamẽ quod deus est ex natura, homo ex gratia. unde in catalogo spiritualium exercitiorũ apostolus prudenter interseruit spiritum sanctum, dicẽs: 2. Cori. 6. In castitate, in scientia, in longanimitate, in suauitate, in spiritu sancto, in charitate non ficta, in uerbo ueritatis, in uirtute dei. Vide enim quomodo tanquam omnia facientem, ordinantem, & uiuificantem, in medio bonarum uirtutũ, sicut cor in medio corporis, constituit spiritum sanctum. Ipse est enim omnipotens artifex creans hominis ad deũ bonam uoluntatem, dei ad hominem faciens propitiationem, formans affectionem, dans uirtutem, iuuans operationem, agens omnia fortiter, & disponens omnia suauiter. Ipse uiuificat spiritum hominis, & continet in unum: sicut & ille uiuificat, & in unum continet corpus suum. Homines doceant deum quærere: angeli adorare: solus ipse est qui docet inuenire, habere, & frui. Ipse enim est & solicitudo bene quærentis, & pietas in spiritu & ueritate adorantis, & sapientia inuenientis, & amor habentis, & gaudium fruentis. Quicquid tamen de uisione & cognitiõe dei hic fidelibus impartitur, speculum est & ænigma, tantum distans à futura uisione & cognitione, quantum à ueritate distat fides, uel tempus ab æternitate: nisi cum aliquando fit quod de eo in libro Iob legitur: Qui abscõdit lucem in manibus, & præcipit ei ut rursum oriatur: & annunciat de ea dilecto suo quòd possessio eius sit, & ad eam possit peruenire. Electo enim & dilecto dei, aliquando uisissim lumen quoddam uultus dei ostenditur (sicut lumen clausum in manibus patet & latet ad arbitrium tenẽtis) ut per hoc quod quasi in transcursu uel in puncto permittitur uidere, inardescat animus ad plenam possessionem luminis æterni, & hæreditatem plenæ uisionis dei: Iob. 36.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cui ut innotescat aliquatenus id qđ ei deest, nonnunquā (quasi pertrāsiēs) gratia perstringit sensum amantis, & erí pit ipsum sibi, & rapit in diem qui est à tumultu rerum, ad gaudia silentia. Et pro modulo suo ad momentum ad punctum idipsum ostendens ei uidendū sicuti est, interim etiā & ipsum efficit i idipsum, ut sit suo mō sicuti illud est. Vbi cum didicerit quid intersit inter mundum & immundum, redditur sibi, & remittitur ad mundandum cor ad uisionē, ad aptandum animum ad similitudinem: ut si aliquando rursum admittatur, sit purior adhuc ad uidendum, & stabilior ad fruendum. Nusquam enim se melius deprehēdit modus humanæ imperfectionis, quàm in lumine uultus dei, in speculo diuinæ uisionis. Vbi in die qui est, plus & plus uidens quid sibi deest, emendat indies similitudine, quicquid deliquit dissimilitudine: similitudine ei appropinquans, à quo longe factus est per dissimilitudinem. Et sic expressiorem uisionem expressior semper similitudo comitatur. Impossibile quippe est uideri summum bonum, & non amari: necnon tantum amari quantum datum fuerit uideri, quousq; amor ꝓficiat in aliquam similitudinem amoris illius qui deum similem fecit homini per humiliationem humanæ conditionis, ut hominem similem deo cōstituat per glorificationem diuinæ participationis. Et tūc dulce est homini cohumiliari summæ maiestati, compauperari filio dei, diuinæ sapientiæ conformari, hoc sentienti in seipso, quod & in Christo Iesu domino nostro. Hic enim est sapientia, amor cum timore, exultatio cum tremore, cum cogitatur & intelligitur deus humiliatus usq; ad mortem (mortem autem crucis) ut hominem exaltet usq; ad similitudinē diuinitatis. Hinc emanat fluminis impet⁹ lætificans ciuitatem dei, memoria abundantiæ suauitatis eius in intelligendis & cogitandis circa nos bonis ei⁹. In quo cum ad deum amandum facile hominem adducāt pēsata uel etiam contemplata eius amabilia, per seipsa in affectu contemplantis elucentia, potētia eius, uirtus eius, gloria, maiestas, bonitas, beatitudo: hoc potissimum amātem rapit in amabilem, quod ipse in semetipso est quicquid in eo amabile est, qui est totum quod est, si tamen totū est ubi pars non est. Cui bono, amore ipsius boni sic se intendit pius affectus, ut non se inde reuocet, donec unum uel un⁹ cum eo spiritus fuerit effectus. Quod cum in eo fuerit perfectum, iam solo mortalitatis huius uelo diuiditur ac differtur à sanctis sanctorum, à summa illa beatitudine supercælesti, qua tamen cum iam in fide & spe eius quem amat fruitur in conscientia, iam quod supereſt uitæ huius, tolerabili præstolatur patientia. Et hæc est destinatio solitarij certaminis, hic finis, hoc præmium, hæc requies laborū, consolatio dolorum. Et ipsa est perfectio & uera hominis sapientia: omnes in se amplectens & continens uirtutes, non aliunde collectas, sed naturaliter insitas sibi, ad similitudinem illam dei qua est ipse quicquid est: cum sicut de⁹ est id quod est, sic circa bonum uirtutis habitus bonæ uoluntatis in bonam mentem sic consolidatus & affectus est, ut ex ardentissima boni incommutabilis adhæsione, nulla tenus uideatur iam posse mutari ab eo quod est. ¶ Cū eīm fit circa hominem dei assumptio illa domini & sancti Israel regis nostri, sapiens & pius animus per illuminantem & adiuuantem gratiam in contemplatione summi boni speculatur etiam regulas incommutabilis ueritatis, inquantum ad eas pertingere meretur intellectu amoris, & exinde format sibi modum conuersationis cuiusdam cælestis, & formam sanctitatis. Speculatur enim summam ueritatē, & quæ ex ea uera sunt, summum bonum, & quæ ex eo bona sunt, summam essentiam, & quæ ex ea sunt. Illi ueritati, illi charitati, illi æternitati se conformans, in istis se ordinans, illis non superuolitans iudicando, sed suspiciens desiderando, uel inhærens amando, ista suspiciens, & eis se coaptās, & conformans, non sine discretionis iudicio, non sine examine ratiocinationis, & iudicio ratiōis. Ex quo cōcipiuntur & oriuntur uirtutes sanctæ, & imago dei reformatur in homine, & uita illa dei ordinatur, à qua homines quosdam alienatos conqueritur apostolus, & colligit robur uirtutis, & duo illa in quibus cōtēplatiue pfectio constat, & actiue: de quib⁹ iuxta antiquos illos interptes legit in Iob: Ecce pietas est sapiētia: abstinere uerò à malo, scien Iob. 28.
tia est. Sapia eīn pietas est, hoc est cultus dei, amor quo eū uidere desideramus, & uidētes in speculo & in ænigmate credimus & speramus: & in hoc proficimus ut eum uideamus in manifestatione. Abstinere uerò à malis, scientia tēporalium est in quibus nos sumus: in quibus intātum abstinemus à malis, inquantum ad bona studemus. Ad hanc scientiam & ad hanc abstinentiam spectare inueniuntur primo omnium uirtutum exercitia, deinde omnium artiū uitæ huius (in qua uersamur) disciplina. Quorum alterū, id est studium uirtutum respicere potius uidetur ad superiora, quasi superioris sapientiæ præferentia uirtutem, & redolentia suauitatem. Alterum quod circa corporalia fit exercitia, nisi fidei religione religetur, defluit in inferiorū uanitatem. In quibus cum scientia sit res siue ratione, siue sensibus corporis comprehensa, & memoriæ commendata, si bene res perpenditur, id propriè quod apprehendimus sensibus, omnino scientiæ deputandum est. Quod uerò per semetipsam ratio in huiusmodi apprehendit, hoc iā est in quo se sibi scientia atq; sapientia conterminat. Quic quid enim aliūde discitur scilicet per sensus corporis, qua si alienum & aduentitium menti ingerit. Quod uerò sponte uenit in mentem siue ex ipsa ui rationis, siue incommutabilium legum incommutabilis ueritatis naturali intelligentia, ex qua etiam impiissimi homines nonnunquam rectissime iudicare inueniuntur, hoc sic ipsi inest rationi, ut hoc ipsum ipsa ratio sit: nec tam commendatur ei per doctrinam aliquam, ut scientia sit, quàm uel alio commonēte uel ipsa commemorante hoc ipsum sibi inesse, naturaliter intellectus ei fit. In quo hoc potissimum est, cum quod notum est dei, deo naturaliter reuelante manifestum fit homini etiam impio. Deinde affectus uirtutū naturalis, de quo licuit dicere ethnicum poetam: Oderūt peccare boni uir- Horatius.
tutis amore. deinde per inquisitionē ratiocinationū quælibet discretio rationabilium. Infima uerò pars est scientiæ, & deorsum uergens sensibilium animalis experientia, quæ fit per quinq; sensus corporis, & concupiscentiam & experientiam carnis, siue oculorum, siue superbiæ huius uitæ.

¶ Cum ratio ergo sapientiæ conformata, format sibi conscientiam, & ordinat uitam, in inferioribus scientiæ aptat sibi seruitutem, & sufficientiam naturæ, in ratiocinationibus & rationabilibus ordinem uitæ, in obtentu uirtutum formam conscientiæ. Sicq; ab inferioribus promota, à superioribus adiuta, pergens in id quod rectum est, & indicio rationis, & assensu uoluntatis, & mentis affectu, & operis effectu, erumpere festinat in libertatem spiritus & unitatem, ut sicut iam sæpe dictum est, fidelis homo unus spiritus efficiatur cum deo. Et ipsa est (de qua paulò antè diximus) uita dei, quæ non tam rationis est profectus, quàm iam in sapientia perfectionis affectus. Hæc enim ga iam sapiunt sapienti, sapiens est. quia factus est unus spiritus cū deo, spiritualis est. Et hæc in hac uita hominis perfectio est. Iam enim qui hactenus fuit solitarius uel solus, efficitur unus, & solitudo ei corporis uertitur in unitatem mentis. Et impletur in eo, quod dominus pro discipulis in clausula omnis perfectionis orauit dicens: Pater uolo, ut sicut ego & tu unum sumus, ita & ipsi in nobis unum sint. Hæc enim unitas hominis cum deo, uel similitudo ad deum, inquantum propinquat deo, intantum inferius suum conformat sibi, infimum illi, ut spiritus & anima & corpus suo modo ordinata, suis locis disposita, suis meritis æstimata, suis etiam proprietatibus cogitentur, ut incipiat homo perfecte nosse seipsum, & per cognitionem sui proficiendo, ascendere ad cognoscendum deum. Quo cum primum exurgere & aspirare incipit proficientis affectus, in cognitione huius similitudinis plurimum cauendus est error dissimilitudinis, scilicet ut spiritualibus spiritualia, & diuinis diuina comparando, nō

aliter de

aliter de eis cogitetur, quàm q̄ res habet. ¶Cogitās ergo animus similitudinem dei & sui, primo in hoc formet & aptet cogitationē suam, ut omnino fugiat secundū corpus cogitare seipsum, deum uerò non solum nō ſm corpus sicut locale, sed neq; ſm spiritum sicut mutabile. Quæ enim spiritualia sunt, tātum diuersa sunt à corporum qualitate & natura, quantum ab omni locali circūscriptione remota. Quæ uerò diuina sunt, tantum supereminent omnia & corporalia & spiritualia, quātū ab omni loci uel tēporis lege, uel mutabilitatis suspicione aliena, in suæ incommutabilitatis & æternitatis beatitudine incōmutabilia manēt & æterna. In quib⁹ sicut quæ corporalia sunt discernit animus per corporis sensus, sic quæ sunt rationabilia uel spiritualia discernere nō potest nisi per semetipsum. Quæ uerò sunt dei, non nisi à deo quærat uel expectet intellectum: Et quidem de nonnullis quæ ad deum spectant, fas est & possibile homini rationem habenti aliquando cogitare & disquirere, sicut de dulcedine bonitatis eius, de potētia uirtutis, & aliis huiusmodi. Ipsum uerò quod est idipsum, id quod est cogitari omnino non potest, nisi quantum ad hoc sensu illuminati amoris attingi potest. ¶Credend⁹ est tamen deus, & inquantum spiritussanctus adiuuerit cogitandus, quædam uita æterna uiuens & uiuificans, immutabilis, mutabilia omnia immutabiliter faciens, intelligēs, & creans omnē intellectū & intelligentē, sapientia faciens omnem sapientē, ueritas fixa, stans indeclinabilis, ex qua uera sunt omnia quæ uera sunt, in qua sunt æternaliter rationes rerum omniū euentiū temporaliter. Cuiq; uita ipsa essentia est, ipsa natura. Cui uita uiuēs ipse sibi est, quæ est ipsa diuinitas, æternitas, magnitudo, bonitas, & uirtus in seipsa existens & subsistens, excedens omnem locum uirtute naturæ illocalis: æternitate uerò omne tempus quod uel ratione uel opinione cōprehendi potest: quæ lōge uerius est & excellentius, quàm quolibet sentiēdi genere sentiat. Certius tamē sensu humilis & illūminati amoris, quàm quolibet cogitatu rōnis attingit, & semp melius est quàm cogitatur, melius tamen cogitat quàm dicitur. Ipsa est eñ summa essentia, ex qua omne esse proficiscit: ipsa est summa substantia non subiecta prædicamentis uocū, sed rerū oīm subsistēs causale principiū, ī quo cē nr̄m nō morit, intellectus noster nō errat, amor nō offendit: q semper q̄rit, ut dulci⁹ inueniat: dulcissime inuenit, ut diligenti⁹ q̄ratur. ¶Hoc ergo ineffabile (cū non nisi ineffabiliter uideatur) qui nult uidere, cor mūdet: qa nulla corporis similitudine dormienti, nulla corporea specie uigilāti, nulla ratiōis imagine, nisi mundo corde humiliter amantis uideri potest uel apprehendi. Hæc est enim facies domini, quā nemo potest uidere, & uiuere mundo. hæc est species cui contēplādæ suspirat ois qui affectat diligere dominū deū suū in toto corde suo, in tota anima sua, in omni mente sua, & in omnibus uiribus suis Ad quod etiam non desinit excitare proximū suū, si diligit eū sicut seipsum. Ad q̄ cum aliq̄n admittit, in ipso lumine ueritatis indubitanter uidet præuenientē gratiā. Cū inde repellit, in ipsa sui cæcitate intelligit puritati eius nō conuenire immundītiā suam. Etsi amat, flere dulce habet, & nō sine multo gemitu cogitur redire in cōscientiā suā. Ad quod cogitandū omnino impares sumus, sed ignoscit quē amamus, & de quo digne uos nō posse uel dicere uel cogitare cōfitemur. Et tamē ut dicamus & cogitem⁹, amore ei⁹ uel amore amoris eius ꝓuocamur & trahimur. Cogitātis ergo est ī oīb⁹ hūiliare semetipm, glīficare in semetipso dñm deū suū. In contēplatione dei uilescere sibi. In amore creatoris subiectum esse oi hūanæ creaturæ. Exhibere corp⁹ suū hostiā uiuētē, sanctā, deo placētē, rōnabile obsequiū suū. Præ oīb⁹ autē nō pl⁹ sapere quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatē, & ſm datam à deo mensurā fidei, bona sua nō ponere in ore hoīm, sed celare in cella sua, & recondere in cōscīētia, ut hunc quasi tītulū & in fronte cōscīētiæ, & in fronte cellæ semp habeat, Esa.24. secretum meum mihi, secretum meum mihi.

Explicit.

¶MEDITATIONES DEVOTISSIMAE ad humanæ conditionis cognitionem: alīs liber de anima.

MVLTI MVLTA SCIVNT, & seipsos nesciunt. Alios inspiciunt, & seipsos deserunt. Deum quærunt per ista exteriora, deserentes sua interiora, quibus interior est deus. Idcirco ab exterioribus redeam ad interiora, & ab interioribus ad superiora ascendā, ut possim cognoscere unde uenio, aut quo uado, qd sum, uel unde sum, & ita per cognitionem mei ualeam peruenire ad cognitionem dei. Quanto nanq; in cognitione mei proficio, tanto ad cognitionem dei accedo. Secundum interiorem hominem tria in mente mea inuenio, per quæ deum recolo, conspicio & concupisco. Sunt autem hæc tria, memoria, intelligentia, uoluntas siue amor. Per memoriam reminiscor. Per intelligentiam intueor. Per uoluntatem amplector. Cum dei reminiscor, in memoria mea eum inuenio, & in ea de eo & in eo delector, secundum quod ipse mihi donare dignatur. Intelligentia intueor quid sit deus in seipso, quid in angelis, quid in sanctis, quid in hominibus, quid in creaturis. In seipso est incomprehensibilis, quia principium & finis. Principium sine principio, finis sine fine. Ex me intelligo quàm incomprehensibilis sit deus, quoniam meipsum intelligere non possum, quē ipse fecit. In angelis est desiderabilis, quia in eum desiderant prospicere. In sanctis est delectabilis, quia in eo assidue felices lætantur. In creaturis est admirabilis, quia omnia potenter creat, sapienter gubernat, benigne dispensat. In hominibus est amabilis, quia eorum deus est, & ipsi sunt populus eius. Ipse in eis habitat tanquam in templo suo, & ipsi sunt templum eius. Non dedignatur singulos neq; uniuersos. Quisquis eius meminit, eumq; intelligit ac diligit, cum illo est. Diligere eum debemus quoniam ipse prior dilexit nos: ad imaginem & similitudinem suam nos fecit, quod nulli alī creaturæ donare uoluit. Ad imaginē dei facti sumus: hoc est ad intellectum & notitiam filī, per quem intelligimus & cognoscimus patrem, & accessum habemus ad eum. Tanta cognatio est inter nos & dei filiū, quòd ipse imago dei est, & nos ad imaginem eius facti sumus. quam cognationem etiam ipsa similitudo testat, quoniam non solum ad imaginem, sed ad similitudinem eius facti sumus Oportet itaq; id quod ad imaginem est, cum imagine conuenire, & non in uacuum nomen imaginīnis participare. Repræsentemus ergo in nobis imaginem ei⁹ in appetitu pacis, in intuitu ueritatis, & in amore charitatis. Teneamus eum in memoria, portemus in conscientia, & ubiq; præsentem ueneremur. Mens siquidem nostra eo ipso eius imago est, quo eius capax est, eiusq; particeps esse potest. Non propterea eius imago est, quia sui memīnit mens, secq; intelligit ac diligit, sed quia potest memīnīsse intelligere ac diligere à quo facta est. Quod cum facit, sapiens ipsa fit. Nihil enim tam simile est illi summæ sapiētiæ, quàm mens rationalis, quæ per memoriam intelligentiam & uoluntatem in illa trinitate ineffabili consistit. Consistere autem in illa non potest, nisi eius meminerit, eamq; intelligat ac diligat. Meminerit itaq; dei sui ad cuius imaginē facta est, eumq; intelligat, diligat, atq; colat, cum quo potest semper esse beata. Beata anima apud quā deus requiē inuenit, & in cuius tabernaculo requiescit. Beata quæ dicere potest, & qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. Negare siquidem requiem cæli ei non poterit. Cur ergo nos deserimus, & in his exterioribus deum quærimus qui apud nos est, si nos uelimus esse apud eum? Reuera nobiscum est, & in nobis, sed adhuc per fidem, donec uidere mereamur per speciem. Nouimus, inquit apostolus, habitare Christum per fidē in cordibus nostris, quia Xps in fide, fides in mente, mens in corde, cor in pectore. Per fidem ergo recolo deum creatorem, adoro redemptorem,

Ioā.4. Gen.1. Nota. Eccl.24. Ephe.3.

Universidad de Deusto Biblioteca

expecto ſaluatorem, credo uidere in omnibus creaturis, habere in meipſo: & quod in omnibus ineffabiliter iucundius atq; beatius eſt, cognoſcere in ſeipſo. Patrem nanq; & filium cum ſancto ſpiritu cognoſcere, uita eſt æterna, beati tudo perfecta, ſumma uoluptas. Oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcēdit quāta claritas, quāta ſuauitas, & quanta iucunditas maneat nos in illa uiſiōe quādo deum facie ad faciem uidebimus, qui eſt lux illuminatorum, requies exercitorum, patria redeuntium, uita uiuentium, corona uincentium. Ita in mente mea quandam imaginem illius ſummæ trinitatis inuenio, ad quam ſummam trinitatem recolendam inſpiciendam & diligendam, ut eius recorder, ea delecter, & eam complectar & contempler, totum id quod uiuo debeo referre. Mens imago dei eſt, in qua ſunt hæc tria, id eſt memoria, intelligentia, & uoluntas. Memoriæ attribuimus omne quod ſcimus, etiam ſi non inde cogitemus. Intelligentiæ tribuimus omne q̄d uerum cogitando inuenimus, quod etiam memoriæ commendamus. Per memoriā patri ſimiles ſumus. Per intelligētiam filio. Per uolūtatē ſpiritui ſancto. Nihil in nobis tam ſimile ſpiritui ſancto eſt quàm uoluntas uel amor ſiue dilectio quæ excellentior uoluntas eſt. Dilectio nanq; donum domini eſt: ita q̄ nullū hoc dono dei eſt excellentius. Dilectio nanq; quæ ex deo eſt, & deus eſt, proprie ſpiritus ſanctus dicitur, per quē charitas dei diffuſa eſt in cordib⁹ noſtris, per quem tota trinitas in nobis habitat. *Roma.5.*

¶ *De miſeria hominis: & examinatione extremi iudicij.*
Capitulum.II.

SEcundum exteriorē hominē de parentibus illis uenio qui me ante fecerūt damnatum quàm natum. Peccatores peccatorem in peccato ſuo genuerunt, & de peccato nutriuerunt. Miſeri miſerum in hanc lucis miſeriam induxerunt. Nihil ex eis habeo niſi miſeriā & pctm̄, & corruptibile hoc corpus q̄d geſto. Ad illos uerò feſtino q̄ morte corpis hinc exierūt. Cū eorū ſepulchra reſpicio, nō inuenio in eis niſi cinerem & uermem, fœtorem & horrorē. Quod ego ſum, ipſi fuerūt: & quod ipſi ſunt, ego ero. Quid ſum ego? Homo de humore liquido. Fui enim in momento conceptionis de humano ſemine conceptus. Deinde ſpuma illa coagulata modicum crescendo caro facta eſt. Poſtea plorans & eiulans traditus ſum huius mundi exilio, & ecce iam morior plenus iniquitatibus & abominationibus. Iāiam præſentabor ante diſtrictum iudicem, de operibus meis rationem redditurus. Væ mihi miſero cum uenerit dies illa iudicij, & aperti fuerint libri in quibus omnes mei actus & cogitatiōes domino præſentandæ recitabuntur. Tūc demiſſo capite præ confuſione malæ cōſcientiæ, in iudicio coram domino ſtabo trepidus & anxius, utpote commemorans ſcelerum cō miſſa meorum. Et cum dicetur de me, ecce homo & opera eius: reducā ante oculos oīa delicta & peccata mea. Quadam nanq; ui diuina fiet ut cuiq; ſua opera bona uel mala in memoriā reuocent, & mentis intuitu mira celeritate cernantur, ut accuſet uel excuſet ſcientia cōſcientiā, atq; ita ſimul & ſinguli & oēs iudicētur. Iudicium faciet geſtorum quiſq; ſuorum. Cunctaq; cūctorū cunctis arcana patebūt. Quod eīm nunc confiteri erubeſcimus, tunc omnib⁹ manifeſtabitur: & quicquid hic diſſimulando palpamus, totū illic uindex flamma comburet ignis ubiq; ferox ruptis regnabit habenis. Quātoq; diuti⁹ deus nos expectat ut emēdemus, tanto diſtrictius iudicabit ſi neglexerimus. Cur ergo tantopere uitam iſtam deſideramus: in qua quāto amplius uiuimus, tanto plus peccamus: Quanto eſt uita longior, tanto culpa numeroſior. Quotidie nanq; creſcūt mala, & ſubtrahuntur bona: aſſidue uariatur homo per ſpera & aduerſa, & ignorat quādo moriatur. ¶ Sicut enim in cælo ſtella coruſcans uelociter currit, & repentè deficit, & ſicut ſcintilla ignis ſubito extinguitur, & in cinerem redigitur: ſic cito finitam datur iſtam cernere uitam. Dum eīm libenter ac iucundiſſime moratur homo in mundo, diuq; ſe uicturū arbitratur, ac multa in longa tempora diſponit agenda: ſubito rapitur in mortē, & ex improuiſo aīa auferetur à corpore. Verūtamē cū magno metu magniſq; doloribus aīa ſeparatur à corpe. Veniūt enim angeli aſſumere illam, ut perducāt eam ante tribunal iudicis metuendi: & tunc illa memorans opera ſua mala & peſſima quæ die noctuq; geſſit, cōtremiſcit, & quærit illa fugere, inducias q̄ petere, dicens: Date mihi uel uniꝰ horæ ſpatiū. Tunc quaſi loquentia ſimul opera dicent: Tu nos egiſti, opera tua ſumus, non te deſeremus, ſed tecum ſemper erimus, tecum pergemus ad iudicium. Vitia quoq; multis & multiplicibus criminibus eam accuſabunt, multaq; falſa teſtimonia aduerſus illam inuenient, quāquā uera ad damnationem eius ſatis poſſent ſufficere. Dæmones uerò terribili uultu & horribili aſpectu eam terrebunt. Ingēti furore eam perſequentur & comprehendent, tam terribiliter quàm horribiliter uolentes retinere & poſſidere niſi ſit qui eripiat. Tunc anima inueniens oculos clauſos & os, aliosq; corporis ſenſus per quos ſolebat egredi & delectari in his exterioribus, reuertetur ad ſe: & uidens ſe ſolam & nudam, ingenti horrore concuſſa, deſperatiōe deficiet in ſe, & cadet ſub ſe: & quia amore mundi, & carnis uoluptate, dei amorem dereliquerat: derelinquetur à deo miſera in hora tātæ neceſſitatis, atq; dæmonibus tradet in inferno cruciāda. Sic anima peccatoris in die qua ignorat, & hora qua neſcit, rapitur à morte, & ſegregatur à corpore, pergitq; miſeriis plena, tremens & dolens: & cum nullam excuſationē habeat quā pro peccatis ſuis poſſit obtendere, cōtabeſcit & pertimeſcit ante deū apparere. Ingenti horrore cōcutitur, & multiplicib⁹ cogitationū æſtibus agitatur, cum ut gente ſolutione carnis, & ſubductis è medio omnib⁹, ſe & illum terminū conſiderat cui appropinquat, & poſt paululum hoc inuenit quod in perpetuū mutari non poterit. Cōſiderat planè quam diſtrictus ueniat æternus iudex, & ante ſæueritatem tantæ iuſtitiæ quas ratiōes uitæ ſuæ ponat: Si enim cūcta opera quæ intelligere potuit deuitauit, uentura tamen coram diſtricto iudice illa magis quæ in ſe metipſa non intelligit, pertimeſcit. Creſcit pauor cum cogitat q̄ uiam uitæ huius nequaquā ſine culpa tranſire potuit: nec hoc q dē q̄ laudabiliter uixit, ſine aliquo reatu eſt ſi remota pietate iudicetur. Quis enim conſiderare ualeat quāta mala per momēta tēporū ppetram⁹: & quāta bona facere negligim⁹? Sicut enim pctm̄ eſt perpetratio mali: ſic delictum eſt deſertio boni. Grauis ſiquidem iactura eſt cū nec bona facimus, nec bona cogitamus, ſed cor noſtrum per uana & inutilia ſimimus uagari. Nimis tamen difficile eſt cor tenere: & ab illicita cogitatione ſeruare. Nimis etiā difficile eſt terrenas occupationes abſq; peccatis miniſtrare. ¶ Quaproprer nullus ſemetipſum diudicare, & cōprehendere perfecte poteſt, ſed multis cogitatiōibus occupatus, ſibimetipſi aliquo modo manet incognitus: ut omnino quod tolerat neſciat. Propterea urgente exitu, ſubtiliori terretur metu: quia etſi illa quæ ſciuit, nunquā ſe prætermiſiſſe meminit, formidat tamen ea quæ neſcit.

¶ *De dignitate animæ.* *Capitulum.III.*

ANima dei inſignita imagine, decorata ſimilitudine, deſponſata fide, dotata ſpiritu, redempta ſanguine, deputata cum angelis, capax beatitudinis, hæres bonitatis, rationis particeps, quid tibi cum carne unde iſta pateris? Propter carnem aliena peccata tibi imputantur, & tuæ iuſtitiæ quaſi pannus menſtruatæ reputantur: atq; tuipſa ad nihilum es redacta, & quaſi nihilum & inane reputata. Nihil aliud eſt caro (cum qua tanta eſt tibi ſocietas) niſi ſpuma caro facta, fragili ueſtita decore: ſed erit quando erit cadauer miſerum & putridum, & cibus uermium. Nā quātūcūq; excolatur: ſemper caro eſt. Si diligenter cōſideres q̄d per os & nares cæteroſq; corpis meatus egrediat, uruſſius ſterquilinium nunquam uidiſti. Si ſingulas eius miſerias enumerare uelis, quàm ſit onerata peccatis, irretita uitiis, pruriens concupiſcentiis, occupata paſſionibus, polluta illuſionib⁹, pna ſemp in malū, & in oē uitiū procliuis, plenā oī confuſione & ignominia *Eſa.64.* *Pſal.143.*

& ꝺnoꝺnia inueníes. Propter carnē homo uanitati ſimílis factus eſt, quia ex illa uitiū cōcupiſcētiæ traxit, quo captiuus tenetur & incuruatur ut diligat uanitatem, & iniquitatem operetur. ¶ Attende homo quid fuiſti ante ortum, & qd es ab ortu uſq; ad occaſum, atq; quid eris poſt hanc uitā. Profectò fuiſti q̄ non eras: poſtea de uili materia factꝰ, & uiliſſimo panno inuolutus, menſtruali ſanguine in utero materno fuiſti nutritus, & tunica tua fuit pellis ſecūdina. Sic indutus & ornatus ueniſti ad nos, nec memor es quàm ſit uilis origo tui. Forma, fauor populi, feruor iuuenilis, opeſcꝫ. Subripuere tibi noſcere qd ſit homo. Nihil aliud eſt homo, quàm ſperma fœtidū, ſaccus ſtercorum, cibus uermium. Poſt hominem uermis, poſt uermen fœtor & horror. Sic in nō hominem uertitur omnis homo. Cur ergo ſuperbis homo, attendens q̄ fuiſti uile ſemen, & ſanguis coagulatus in utero? Deinde miſeriis huius uitæ expoſitus & peccato, poſtea uermis & cibus uermium futurus in tumulo. Quid ſuperbis puluis & cinis, cuius conceptꝰ culpa, naſci miſeria, uiuere pœna, mori angustia? Vñ ſuperbit homo cuius conceptio culpa, naſci pœna, labor uita, neceſſe mori? Cur carnē tuā p̄ciosis rebꝰ impinguas & adornas, quā poſt paucos dies uermes deuoraturi ſunt in ſepulchro: animā uerò tuā nō adornas bonis operibꝰ, quæ deo & angelis eius præſentanda eſt in cælis? Quare animā tuā uilipēdis, & ei carnē præponis? Dñam ancillari, & ancillā dñari, magna abuſio eſt. Totus quidē iſte mūdus ad unius animæ pretium æſtimari non pōt. Non em̄ p toto mundo deus aiam ſuā dare uoluit, quam pro anima humana dedit. Sublimius ergo eſt animæ pretiū, quæ nō niſi ſanguine Xp̄i redimi potuit. Quā ergo cōmutationē dabis pro anima tua qui pro nihilo das illā? Nónne dei filius cum eſſet in ſinu patris, à regalibus ſedib9 pro ea deſcendit, ut eam liberaret à poteſtate diaboli? Quam cū uidiſſet peccatorum fumibus irretitā, ſæuiamq; dæmonib9 tradendam ut morte perpetua dānaretur, fleuit ſuper illā, quæ flere ſe neſciebat. Nec ſolum fleuit, ſed etiam occidi ſe permiſit, ut pretioſo ſanguinis ſui pretio eam redimeret. Aſpice mortalis, q̄ pro te datur hoſtia talis. Agnoſce hō quàm nobilis eſt aīa tua, & quàm grauia fuerint eiꝰ uulnera: p qbꝰ neceſſe fuit Xp̄m dñm uulnerari. Si nō cēnt hæc ad mortē, & mortē ſempiternā: nūquā pro eorū remedio dei filiꝰ morereꝰ. Noli ergo uilipendere aīæ tuæ paſſionē, cui à tanta maieſtate tantā uides exiberi cōpaſſionē. Fudit ipſe lachrymas pro te, laua & tu per ſingulas noctes lectū tuū cordis cōpunctione, & lachrymarum aſſiduitate. Fudit ipſe ſanguinē ſuū, funde & tu tuū quotidiana corporis afflictione. Quem ſi ſemel ponere pro Chriſto non potes, ſaltē mitiori quodā ſed lōgiori martyrio pone. Noli attēdere quid caro uelit, ſed qd ſpiritus poſcit. Tunc em̄ glorioſus erit cū ad deū ſuum redierit: ita tñ ſi de corpore nullū pct̄m ſecū tulerit, & deterſerit oē ſordidū. ¶ Si uerò dicis, durꝰ eſt hic ſermo: nō poſſum mūdū ſpnere, & carnē meā odio habere: dic mihi ubi ſunt amatores mundi, q̄ante pauca tēpora nobiſcū erant? Nihil ex eis remanſit, niſi cineres & uermes. Attēde diligēter qd ſunt, uel qd fuerūt. Hoies fuerūt ſicut tu: comederūt, biberūt, riſerunt, duxerūt i bonis dies ſuos, & i pūcto ad inferna deſcēderūt. Hic caro eorum uermibus, & illic aīa ignibus deputaꝰ: donec rurſus ifelici collegio colligati, ſempiternis iuoluant incēdijs, quí ſocij fuerunt in uitijs. Vna nanq; pœna implicat, quos unus amor in crimine ligat. Quid profuit illis inanis gloria, breuis lætitia, mūdi potentia, carnis uoluptas, falſæ diuitiæ, magna familia, & mala concupiſcentia? Vbi riſus, ubi iocus, ubi iactantia, ubi arrogantia? De tanta lætitia, quāta triſtitia? Poſt tantillam uoluptatem, quàm grauis miſeria? De illa exultatione ceciderunt in magnā miſeriam, in grandem ruinā, & in magna tormenta. Quicquid illis accidit, tibi accidere pōt: qa homo es. Homo de humo, limꝰ de limo. De terra es, & de terra uiuis, & i terrā reuerteris, q̄n uenerit dies illa ultima, quæ ſubito uenit, & forſitan hodie erit. Certum eſt qa morieris, ſed incertum q̄n, aut quō, uel ubi. Q̄n mors ubiq; te expectat: tu quoq; ſi ſapies fueris, ubiq; eā expectabis. Si carnē ſequeris, puniēris in carne. Si in carne delectaris, cruciaberis i carne. Si curioſas ueſtes requiris, p ornatu ueſtiū ſubter te ſternetur tinea, & operimentū tuū erunt uermes. Iuſtitia em̄ dei aliud iudicare nō pōt niſi quod merent opera noſtra. Quí enim plus diligit mundum quàm deū, ſeculum quàm clauſtrū, gulā quàm abſtinētiā, luxuriā quàm caſtitatem, ſequit diabolū, & ibit cū eo in ſuppliciū æternū. Quiſpu- tas tūc mœror erit, qs luct̄? quæ triſtitia cū ſeparabunt im pij à cōſortio ſanctorum, & à uiſione dei, & traditi in potestatem dæmonū, ibūt cū ipſis in ignē æternū, ibiq; ſemper erūt ſine fine in luctu & gemitu? Procul qppe à beata patria exulati, cruciabuntur in gehēna perpetua, nūquam lucē uiſuri, nunquā refrigeriū adepturi: ſed p millia milliū annorū in inferno cruciandi, nec inde unquā liberādi. Vbi nec qui torquet, aliqñ fatigat: nec qui torquet, aliqñ morit. Sic enim ignis ibi cōſumit, ut ſemp reſeruet: ſic tormenta aguntur, ut ſemp renouent. Iuxta uerò qualitatem culpæ pœnam ſuſtinebit unuſquiſq; gehennæ, & ſimilis culpæ rei ſuis ſimilibus iungent cruciandi. Nihil aliud ibi audiet niſi fletus & planctus, gemitus & ululatus, mœrores atq; ſtridores dentium: nihilq; ibi uidebitur niſi uermes, & laruales facies tortorū, atq; teterrima monſtra dæmonum. Vermes crudeles mordebunt intima cordis. Hinc dolor, inde pauor, gemitus, ſtupor, & timor horrēs. Ardebūtq; miſeri in igne æterno in æternum & ultra. In carne cruciabūtur per ignem: in ſpiritu per cōſcientiæ uermem. Ibi erit dolor intolerabilis, timor horribilis, fœtor incōparabilis, mors animæ & corporis, ſine ſpe ueniæ & miſericordiæ. Sic tamē morientur, ut ſemp uiuāt: & ſic uiuent, ut ſemper moriant. Ita anima peccatoris aut in inferno pro pct̄is cruciatur, aut in paradiſo pro bonis meritis collocatur. Nunc ergo alterū è duobus eligamus, aut ſemper cruciari cum impijs, aut perpetualiter lætari cum ſanctis. Bonū ſiquidē & malū, uita & mors, ante nos ſunt poſita: ut ad quod uoluerimus, manū extēdamus. Si tormenta nō terrent nos: ſaltem inuitent præmia.

Eſa.14.

Pſal.6.

Iob.21.

¶ *De præmio patriæ cæleſtis.* *Capitulū.IIII.*

RÆmiū eſt uidere deum, uiuere cū deo, uiuere de deo, eſſe cum deo, eſſe in deo, qui erit omnia in omnibus, habere deū, qui eſt ſummū bonū. Et ubi eſt ſummū bonū, ibi eſt ſumma felicitas, ſumma iucunditas, uera libertas, perfecta charitas, æterna ſecuritas, & ſecura æternitas: ibi eſt uera lætitia, plena ſciētia, omnis pulchritudo, & omnis beatitudo. Eſt ibi pax, pietas, bonitas, lux, uirtus, honeſtas. Gaudia, lætitiæ, dulcedo, uita perennis. Gloria, laus, requies, amor, & concordia dulcis. Sic cū deo homo beatus erit, in cuius cōſcientia peccatū inuētū nō fuerit. Videbit deū ad uolūtatē, habebit ad uoluptatem, fruet ad iucunditatem. In æternitate uigebit, in ueritate fulgebit, in bonitate gaudebit. Sicut habebit permanendi æternitatem, ſic cognoſcendi facilitatē, & requieſcendi felicitatē. Ciuis ſiquidem erit illius ſanctæ ciuitatis, cuius angeli ciues ſunt, deiꝰ pater templū, filiꝰ eiꝰ ſplēdor, ſpiritus ſanctus charitas. O ciuitas cæleſtis, māſio ſecura, patria fertilis & ampla, totum continens quod delectat, populus ſine murmure, incolæ quieti, homines nullam indigentiam habentes. Quàm glorioſa dicta ſunt de te ciuitas dei, ſicu lætantiū omniū habitatio eſt in te. Oēs lætantur in lætitia & exultatione: omnes delectantur de deo: cuius aſpectus pulcher, facies decora, eloquium dulce. Delectabilis eſt ad uidendū, ſuauis ad habendū, dulcis ad perfruendū. Ipſe per ſe placet, & per ſe ſufficit ad meritum, ſufficit ad præmiū, nec extra illum quicquā quæritur: qa totū in illo inuenit quicqd deſideraꝰ. Semper libet eum aſpicere, ſemp habere, ſemp in illo delectari, & illo perfrui. In illo clarificatur intellectus, & purificatur affectus ad cognoſcendā & diligendā ueritatē. Et hoc eſt totū bonū hominis, noſſe ſcilicet & amare creatorē ſuū. Quæ ergo nos angit uæſania, uitiorū ſitire abſinthiū, huius mundi ſequi

Pſal.86.

naufragiū,uitæ labētis pati infortunium,impie tyrānidis ferre dominiū,& non magis conuolare ad sanctorū felicitatē,ad angelorū societatē,ad solēnitatē supnæ lætitiæ,& ad iucunditatem cōtemplatiuæ uitæ,ut possim⁹ intrare in potentias dñi,& uidere superabundātes diuitias illas bonitatis eius: Ibi uacabimus,& uidebimus quàm dulcis est dominus,& quàm magna multitudo dulcedinis eius. Videbimus gloriæ decorem, sanctorū splendorem,& regiæ potestatis honorē: cognoscemus patris potētiā,filij sapiētiā,spūssancti benignissimā clementiam: & ita habebimus notitiā illius summæ trinitatis. Nūc corpora per corpus uidemus: imagines etiā corporū spiritu cernimus: tūc uerò ipsam trinitatē puro mentis intuitu uidebimus. O beata uisio uidere deum in seipso,uidere in nobis,& nos in eo felici iucunditate,& iucunda felicitate. Quicquid desiderabimus,totū habebimus,nihil amplius desiderantes. Et quicquid uidebimus,amabimus,ipso amore beati. Beati dulcedine amoris,& suauitate contemplationis. Hæc erit summa illius contemplationis,hæc erit summa illius felicitatis,quoniā intelligetur in suo puro esse syncera diuinitas,cōprehendetur in ea incōprehensibilis trinitas. Patebunt arcana diuinitatis: uidebitur & amabit deus: & hæc uisio & delectatio totū cor hominis implens & satians,tota erit illius beatitudinis consummatio. Vna erit oīm lingua,iubilatio indefessa,unus affectus,amor æternus. Patebit ueritas,implebit charitas,& erit integra corporis & aiæ societas. Fulgebit sicut sol hūanitas glorificata. Quieta erit & concors carnis & spūs societas. Angelorū & hominū unū erit gaudiū,unū colloquiū,unū cōuiuiū. Non languebit amor,nec liquefiet dilectio. Præsentibus oībus bonis,nulla erit dilationis afflictio,quoniā beatifica diuinæ maiestatis præsentia omnibus erit oīa,& erit cōmunis omniū omnipotentia,sapia, pax,iustitia,& intelligentia. Nō erit in illa pace diuersitas linguarū,sed pacifica & cōcors concordia morū & affectuū. In torrente illius uoluptatis nihil ultrà appetet cumulata satietas: tanta erit felicitas. Ibi siquidem erit cumulus felicitatis, superemínens gloria,& superabundās lætitia. Sed ad hæc quis idoneus? Profectò uerus pœnitēs,bonus obediēs,amabilis socius, fidelis seruus. Verus pœnitens semper in labore & dolore, dolet de præteritis,laborat pro futuris cauendis. Vera siquidem pœnitentia est,sine tēporis intermissione de peccatis dolere. Sic plangit commissa ut non committat plāgenda. Irrisor nanq; est & nō uerus pœnitēs,q adhuc agit quod pœniteat. Si ergo uis uer⁹ pœnitēs esse,cessa à pctō, & noli amplius peccare: qm̄ inanis est pnia quam sequens coinquinat culpa. Oīs bonus obediens dat suum uelle,& suū nolle,ut possit dicere: Paratū cor meū de⁹, paratū cor meū. Paratū quodcūq; p̄ceperis facere,paratū ad nutū nutu citius obedire,paratum tibi uacare,proximis ministrare: meipsum custodire,& in cælestiū cōtēplatiōe requiescere ¶ Amabilis socius oīb⁹ est officiosus,& nulli onerosus. Omnibus est officiosus: quia deuotus ad deum,benignus ad proximū,sobrius ad mundū,dñi seruus,pximi socius, mūdi dñs. Superiora habet ad gaudiū,æqualia ad consortiū,inferiora ad seruitiū: nulli est onerosus,sed inferiora regit ad utilitatē mediorū,& ad honorē superiorū: supiora sequēs,inferiora trahēs: ab illis possessus,ista possidens. fidelis seru⁹ est in cōtēplatione dei,& custodia sui. Custodiæ ergo tuæ àdhibe pri⁹ oēm diligētiā. Deinde itelligēs te nunquā posse sufficere ad te custodiēdū tua īdustria,diuinā implora clemētiā,itēq; ad cōtēplandā in te creatoris tui uolūtatē bonā & beneplacentē atq; pfectā,angelicam exora tutelā,patrociniūq; oīm cū Xpo regnātiū super te roga,curre p singulos,supplica singulis,& simul omnibus clama & dic, Miseremini mei miseremini mei saltē uos amici mei: recipite fugitiuū nr̄m sed fratruelē,sed cōsanguineū in sanguine redēptoris. En paup stat ad ostiū, clamat & pulsat,apite pulsanti,& cōducite eū usq; ad regē: ut p stratus corā eo indicem ei oēs miserias & oēs necessitates quas patior. Ad extremū uerò plato tuo cor tuū cū oī ingenio cōsigna,nullū in eo remaneat pctm̄ qd' nō pura cōfessione deleat: Iesum Xp̄m etiā sup cor tuū sicut signaculū pone. Cum em̄ Xps cordis ostiū custodit,& est cordis ostiarius,ut p illū ingrediant & egrediant oēs familiæ cordis,cōsequēter adsunt milia miliū angelorū adfores exteriorū sensuū excubātiū,nec audet alienigena irrūpe terribiles illas acies,ppt ostiarij reuerētiā,& āgelor⁹ custodiā.

Psal.107.

Iob.19.

¶ *Quomodo homo debet se examinare.* *Capitulum.V.*

INtegritatis tuæ curiosus explorator, uitā tuā in quotidiana discutione examina. Attende diligenter quātum proficias,uel quātum deficias: qualis sis in morib⁹,& qualis i affectibus: quàm similis sis deo,uel quàm dissimilis: quàm ppè,uel quàm lōgè,nō locorum interuallis,sed morū affectibus. Stude cognoscere te: qa multo melior & laudabilior es si te cognoscis,quàm si te neglecto cognosceres cursum syderū, uires herbarū,cōplexiones hoīum,naturas aialiū,& hēres oīm cælestiū & terrestriū sciam. Redde ergo te tibi,& si nō semper uel sæpe,saltē iterdū. Rege tuos affect⁹,dirige act⁹,corrige gressus. In te nihil remaneat indisciplinatū,pone oēs transgressiones tuas añ oculos tuos. Statue te añ te tāquā ante alium,& sic temetip̄m plange. Plora iniqtates & pctā quib⁹ deū offendisti,indica ei miserias tuas,ostēde illi malitiam aduersariorum tuorū. Cūq; corā eo in lachrymis te macerauer is,p̄cor te ut memor sis mei. Ego em̄ ex quo cognoui te,in Xpo diligo te,& illuc mētionē tui defero,ubi & illicita cogitatio suppliciū,& honesta ꝓmeret præmiū. Ad altare nāq; dei cū pctōr sto,sed sacerdos,tui me comitat memoria. Tu uerò mihi uicē reddes si me amaueris,& orationū tuarū ptcipē feceris. Ibi recordatione tecū esse pñs desidero,ubi ꝓ te & tuis familiarib⁹ deuotas p̄ces corā deo fūdis. Nec mireris si dixi pñs: qm̄ si me amas,& ideo amas quia imago dei sum: ita tibi pñs sum,ut tu ipse tibi. Quicqd em̄ tu es substantialiter,hoc ego sum. Imago em̄ dei est oīs aia rōnalis. Proinde qui in se imaginē dei quærit,tā ꝓximū quàm se q̄rit: & q illā in se q̄rēdo inuenerit,in oī hoīe eā cognoscit. Visio em̄ aiæ,intellect⁹ est. Si ergo te uides,me uides,q nihil aliud sum quàm tu. Et si deum diligis,me imaginē dei diligis: & ego deum diligendo,diligo te. Et ita dū unū quærimus & ad unū tendimus,semper in uicem pñtes sumus,sed in deo,in quo nos diligimus.

¶ *Quòd homo debet esse intentus psalmodiæ.* *Capitulū.VI.*

CVm ad orandum siue ad psallendum ecclesiā intraueris,fluctuantium cogitationum tumultus exterius relinque, curāq; exteriorum penitus obliuiscere,ut soli deo possis uacare. Fieri enim nō pōt ut aliq̄n cū deo loquar,qui cum toto mundo etiā tacens fabulatur. Intende ergo illi qui intēdit tibi,audi illum loquentē tibi,ut ipse exaudiat te loquentem sibi. Ita fiet si diu inis laudibus soluēdis debita reuerentia & solicitudine assistas,super singula uerba diuinæ scripturæ diligenter intendas. Nō ꝙ ego ista faciā dico,sed ꝙ faceremel lem,& nō fecisse pœniter,& non facere piget. Tu uerò cui maior grā cōcessa est,uotis & deuotis precib⁹ pias aures dñi ad te flecte,lachrymis & suspirijs ꝓ tuis excessib⁹ illū clementer exora,atq; canticis spiritualibus in oībus opibus suis illū lauda & glorifica. Nil enim magis supnis ciuibus spectare libet,nil regi summo iucundius exhibetur, sicut ipse testatur. Sacrificium laudis honorificabit me. O quàm felix eēs si spūalib⁹ oculis semel intueri posses quō præueniūt prīcipes cōiuncti psallētib⁹ in medio iuuencularū tympanistriarū: Videres ,peuldubio qua cura quoue tripudio intersunt cantantibus,assistunt orātibus,adsunt meditātibus,supsunt quiescentib⁹,puidētib⁹ atq; ꝓcurātibus p̄sunt. Diligūt siqdē suos cōciues supernæ ptātes,& pro his q hæreditatē capiūt salutis,solicite cōgaudēt,confortāt,instruunt,ptegunt. puidentq; oībus. Oēs enim ipsi desiderant aduētum nr̄m,qm̄ ipsi de nobis expectant ciuitatis suæ ruinas restaurari. Diligenter q̄runt & libēter audiunt bona de nobis,solicīti discurrunt medij inter nos & deum,nr̄os gemitus fidelissime ad eum portantes,ipsiusq; gratiam

Psal.49.

Psal.67.

gam deuotíſſime ad nos reportãtes. Nõ dedígnabuntur eſſe ſocij noſtri, qui iam facti ſunt miníſtri nſri. Exultare eos fecimus, qñ cõuerſi ſumus ad pœnitentiã. Feſtinemus ergo de nobis eorum lætitiã adímplere. Væ tibí quicũq; es qui deſideras redire ad uomitum, reuerti ad lutũ. Putaſne placatos habebís eos ín iudícío, quos tanto & tam ſperato priuare uís gaudío? Exultauerũt quando uenímus ad religionẽ, tãquã ſup his quos ab ipſa ínferní porta cernerent reuocarí. Quíd uerò tũc erit, ſi ab ipſa ianua padiſi uiderint redire & retrorſum abire eos q iã alterũ pedẽ habebãt ín cælo? Nã ſi corpa inferi⁹, ſed corda ſurſum. Curramus ergo nõ paſſib⁹ corpís, ſed affectib⁹, ſed deſideríjs, ſed ſuſpíríjs: qñ nõ ſolũ angelí, ſed angelorũ creator nos expectat. Expectat nos deus pater tanquã filíos & hæredes, ut cõſtituat nos ſuper oĩa bona ſua. Expectat nos dei filí⁹ tanquã fratres & cohæredes, ut fructum ſuæ natiuitatís & pretiũ ſuí ſanguínís deo patrí offerat. Expectat nos ſpírit⁹ ſanctus: ípſe ſiquídem eſt charítas & benígnitas ín qua ab æterno prædeſtínatí ſumus: nec dubíum quín prædeſtínationem ſuam adímpleri uelít. Ergo quía omnís cæleſtís curía expectat nos & deſiderat, deſideremus eam quãto poſſumus deſiderío. Cum magna nanq; confuſione & rubore ad illã ueníet quíſquís uídere eam uehemẽter non deſiderat. Quicũq; uerò iugí oratione & aſſídua cogitatione ín ílla conuerſat: & ſecurus hínc egredíetur, & cũ magna lætítia recípíet ín illa. ¶ Vbicũq; ergo fueris, ínfra temetíp̃m ora. Sí longe fueris ab oratorío, noli quærere locũ, qñ tu ípſe locus es. Sí fueris ín lecto aut in alío loco, ora: & ibí eſt templũ. Frequenter orandũ, & flexo corpore mens eſt erígenda ad deũ. Sícut enim nullũ eſt momẽtum quo homo nõ utat uel fruat dei bonitate & miſericordía, ſic nullũ debet eſſe momentum quo eũ præſentẽ nõ habeat ín memoría. Sed dícís: Ego quotídíe oro, & oratiõnís meæ nullũ fructum uídeo: ſed ſicut accedo ad illã, ſic & redeo, nemo míhí reſpõdet, nemo loquítur, nemo quíppiã donat, ſed íncaſſum laboraſſe uídeor. Sic loquít humana ſtultítía, nõ attẽdes quíd índe ueritas ꝓmittat, dícẽs: Amẽ díco uobís: qa
Mat. 21. qcq̃d orantes petítís, credíte quía accípíetís, & fiet uobís.
Noli ergo uilípendere oratiõnẽ tuã, qñ ille ad quẽ oras, nõ
Nota. uilípendít eã, ſed antequã egrediatur de ore tuo, ípſe ſcríbi eã iubet ín líbro ſuo. Et unũ è duobus índubitanter ſperare debemus: quoníam aut dabít nobís qd̃ petímus, aut quod nobís nouerít eſſe utílí⁹. ¶ Cogíta ítaq; de deo quícquíd melíus potes, & de te quícquíd deteríus uales. De illo amplíus credere debes, quàm cogítare potes. Omne tẽpus ín quo de deo non cogítas, hoc te computes perdídiſſe. Omnís ſiquídem res aliena eſt à nobís, temp⁹ autẽ tãtũ noſtrũ eſt. Vaca ergo: & ubicũq; fueris, tuus eſto. Noli te
Nota. tradere: ſed cõmodare. Quocũq; loco conſiſtís, cogitationes tuas ſacta ín deũ, & aliquíd ſalutare ín animo tuo uerſa. Omnís ſiquídem locus ad meditandum congruus eſt. Tota ergo facilítate animum colligens, líbere tecum habíta, & ín latitudíne cordís tuí deambulans, ibídem cœnaculum grande ſtratum Xp̃o exhíbe. Mẽs nanq; ſapiẽtís ſemper eſt apud deum. Illum ſemper ante oculos habere debemus, per quem ſumus, uíuímus, & ſapímus. Ipſum nãq; ut eſſemus habemus authorem: ípſum etíam ut ſapientes ſimus, debemus habere doctorẽ: & ut beatí ſimus, ínternæ ſuauitatís largitorẽ. Et ín hoc ímaginẽ eíus, hoc eſt illíus ſummæ trinitatís ín nobís cognoſcímus. Nã ſicut ille eſt, & ſapiens eſt, & bonus eſt: ſic & nos pro modulo noſtro & ſumus, & nos eſſe ſcímus, & id eſſe & noſſe dílígímus. Vtere ígitur teípſo uelut dei templo, propter illud qd̃ ín te eſt ſimile deo. Honor ſiquídem deo ſummus eſt, illum uenerarí & imitarí. Imitaris, ſi pius es. Templũ enim ſanctum eſt deo mens pía, & altare optimũ cor eíus. Veneraris, ſi miſericors es: ſicut ípſe oibus miſericors eſt. Hoſtía ſiquidẽ acceptabis eſt deo, facere bonũ omnib⁹ pro deo. Fac omnía ſicut filius dei, ut dígnus ſis eo qui te dígnatus eſt filiũ uocare. In oibus uerò quæ agis, deũ eſſe præſentem cognoſce. Caue ergo ne ín eo qd̃ male delectat, uel uíſio tua uel cogitatío tua remoreť: nec dícas neq; facías quod non líceat, etiã ſi líbet: nec q̃ aliquo facto uel ſigno deum offendas, q ubiq; p̃ſens cernít quícqd facís. Magna cuſtodía tibí neNota. ceſſaría eſt: qñ ante oculos iudícís uíuís cuncta cernentís. Cũ illo tamẽ ſemper es ſecurus: ſi talẽ te p̃parauerís, ut tecum adeſſe dígnetur. Sí tecum nõ eſt per gratiã, adeſt per uíndictam. Sed uæ tibí ſi ita tecum eſt. Imo uæ tibí ſi ita tecum non adeſt. Illí nanq; íraſcitur deus, quem peccantem non flagellat. Nam quem flagellando non emendat, ín futuro damnat.

¶ *Mortis conſideratio.* *Capitulum.* VII.

CErtum eſt quoniã mors ubiq; mínatur tibí, díabolus inſidiatur ut rapíat animam tuam quando egredíetur de corpore: tu uerò noli timere, quoniã deus qui ín te habitat (ſi tamen in te habitat) erípíet te & à morte & à dæmone. Fidelís enĩ ſocius eſt, nec deſerit ſperãtes ín ſe, niſi ípſe prior deſerať. Deſeríť autẽ cũ cor per prauas & inutiles cogitationes uaga mẽte diſcurrit. Idcírco oĩ ſolícitudine & cuſtodía illud cuſtodíre & tenere debes, ut ín illo deus requieſcere poſſit. In omní nanq; creatura quæ ſub ſole mundí uanitatibus occupatur, níhíl humano corde ſublímíus, níhíl nobílíus, níhíl deo ſimílíus reperítur. Quapropter nihíl aliud quærít à te niſi cor tuum. Munda ergo illud per puram cõfeſſionem, & aſſíduam orationem, ut mundo corde deum uídere poſſis per contínuam dei circũſpectionem. In omní loco eſto ei ſubiectus & íntentus & compone mores tuos, ut ſis ín te placatus. dílige omnes homínes, & omnibus te amabílẽ exhíbe, ut ſis pacíficus, & dei filius. Síc erís bonus monachus, ſanctus, humílís, & rectus: & cum talís fueris, memento mei. Væ míhí qui ſta díco, & ſta non facío: & ſi aliquãdo facío, nõ díu pſeuero. Iſta habeo ín memoría, & nõ ſeruo in uita. Habeo ín ſermonibus, & non ín moribus. Legẽ ín corde, & ín ore tota die rumíno, & contraría legí ago. Lego de religiõe in ea, & plus dílígo lectionem quàm orationem. uerũtamen níl aliud me docet díuína ſcríptura, níſi religionem amare, unitatem ſeruare, charítatem habere. Ego autem míſer & míſerabílís, cítius curro ad lectionem quàm ad orationem: líbẽtius uolo legere, quàm miſſas auſcultare. Expectat me aliquís uolens de neceſſitate ſua míhí loquí, ego uerò líbrum alíquem accípío, quem ille uel ílle uellet habere. lego ín eo, & legendo amitto fructus charitatís, pietatís affectus, compunctionís fletus, miſſarũ utílítatem, cæleſtíũ cõtemplationẽ. Níl tamẽ ín hac uíta dulNota. cíus ſentíť, níhíl auídius ſumíť, níl íta mẽtẽ ab amore mundí ſeparat, níl ſic aĩam cõtra tẽtationes roborat, níl hoĩem íta excítat & adíuuat ad oẽ opus bonũ, & ad omnem labórem, quàm gratía contemplationís.

¶ *Qualiter homo debeat intente orare.* *Capitulum.* VIII.

MIſerere mei deus, qñ ibí plus pecco, ubí peccata mea emẽdare debeo. In monaſterío nanq; ſæpe dum oro, non attendo qd̃ díco. Oro quidẽ ore, ſed mente foris uagante, oratiõís fructu príuor. Corpore ſum interius, ſed corde exterius: & ídeo perdo quod díco. Parum enim prodeſt ſola uoce cantare ſine cordís íntentione. Propterea magna peruerſitas, ímo magna ínſanía eſt quãdo cũ dño maieſtatís loquí ín oratiõe præſumímus, & inſenſatí aurem auertímus, & ad neſcío quas ineptías conuertímus cor. Magna quoq; ínſanía, & grauíter uíndicanda, cum uíliſſimus puluís loquentem ad ſe audíre dedígnatur creatorem uníuerſitatís. Ineffabílís uerò eſt dignatio díuínæ bonitatís, quæ quotídíe cõſpícít nos ínfelíces aures auertentes, obdurantes corda, & níhílomínus clamat ad nos dícens: Redíte præuaricatores ad cor. Eſa. 46.
uacate & uídete quoníam ego ſum deus. Loquít míhí dẽ⁹ Pſal. 45.
ín pſalmo, & ego illí: nec tamen cum pſalmum díco, attendo cuius pſalmus ſit. Idcírco magnã íníuriã deo facío cũ illũ precor ut meam precẽ exaudíat, quã ego q fundo nõ audío. Deprecor illũ ut míhí íntẽdat: ego uerò nec míhí, nec illí íntendo: ſed qd̃ deteríus eſt, ímmũda & inutília ín corde uerſando, fœtorẽ horríbílẽ eius aſpectibus ingero,

Universidad de Deusto Biblioteca

¶ *De instabilitate cordis humani.* Capitulum. IX.

Nihil est in corde meo fugacius: qđ quoties me deserit, & per prauas cogitatiões defluit, toties deũ offendit. Cor meũ cor uanũ, uagũ & instabile, dum suo ducitur arbitrio, & diuino caret cõsilio, in seipso nõ põt cõsistere: sed oĩ mobili mobilius, p infinita distrahit, & hac atq; illac per inumera discurrit. Et Et dũ p diuersa requisẽ q̃rit, nõ inuenit. Sed in labore miserum, à reqe uacuũ manet, sibi nõ concordat, à se dissonat, à se resilit, uolũtates alternat, consilia mutat, ædificat noua, destruit uetera, destructa reædificat, eadem iterũ atq; iterũ alio & alio modo mutat & ordinat, quia uult & non uult, & nũquã in eodẽ statu permanet. Sicut eñ molendinũ ue Iob. 13. lociter uoluit, & nihil respuit, sed qcqd imponitur molit: si autẽ nihil apponit, seipsum cõsumit: sic cor meũ semper est in motu, & nũquã requiescit: sed siue dormiã siue uigilem, somniat & cogitat qcqd ei occurrit. Et sicut molendinum arena si imponat exterminat, pix ingnat, palea occupat: sic cor meũ cogitatio amara turbat, immũda maculat, uana inquietat & fatigat. Ita cor meũ dũ futurum non curat gaudiũ, nec diuinũ q̃rit auxiliũ, ab amore cælestiũ elongatur, & in amore terrestriũ occupatur. Cũq; elabitur ab illis, & inuoluit in istis, uanitas illud recipit, curiositas deducit, cupiditas allicit, uoluptas seducit, luxuria polluit, torquet inuidia, turbat iracundia, cruciat tristitia: sicq; miseris casib⁹ submergit oĩb⁹ uitiis, qñ unũ deũ (q ei sufficere poterat) dimisit. Per multa dispgit, & huc illucq; q̃rit ubi requiescere possit, & nihil inuenit qđ ei sufficiat, donec ad ipm redeat. A cogitatiõe in cogitationẽ ducit, & p uarias occupatiões & affectiões uariat: ut saltẽ uarietate ipsarum rerũ implcat: quarũ qualitate satiari nõ põt. Sic labit cordis miseria subtracta diuina gra. Cũq; ad se reuertit, & discutit qđ cogitauit: nil reperit: qa nõ opus fuit, sed importuna cogitatio, qua cõponit multa de nihilo, sic deniq; decipit imaginatio, quã dæmonũ format illusio. Imperat mihi deus ut prebeã illi cor meũ, & qa imperãti deo nõ sum
Nota. obediẽs & subdit⁹, mihi sum rebellis & cõtrari⁹. Vñ mihi subiugari nõ poffo, donec illi fuero subiect⁹: mihiq; seruiã nolẽs, q ei nolo seruire uolẽs. Idcirco plura machinat cor meũ uno momẽto, quàm oẽs hoies perficere possent uno anno. Cũ deo nõ sum unitus, & iõ in meipso sum diuisus. Cũ illo uerò uniri nõ possũ nisi p charitatẽ: nec subiici nisi p hũilitatẽ: nec uerè hũilis eẽ nisi p ueritatẽ. Expedit ergo ut in ueritate me discutiã, & cognoscã quàm uilis, quàm fragilis, & quàm labilis sum. Deinde cũ oẽs miserias meas cognouero: necesse est ut illi inhæreã p quẽ sum, sine quo nihil sum, & nihil facere possum. Et qa à deo peccando recessi: nisi p ueram cõfessionẽ ad illũ redire non possum. Fateri ergo oportet qđ fatẽdũ est: qa nũquam eo modo, aut ea intentione qua peccaui, pctã cõfessus sum: nec oĩm recordatus sum: aut pp uetustatẽ, aut pp multitudinẽ. Si autẽ confessus sum, nõ pure cõfessus sum pp turpitudinẽ. Cõfessionẽ etiã meã diuisi, ut diuersis sacerdotibus diuersa manifestarẽ: & ita uenia carui, ad quã per partes peruenire puta ui. Execrãda nãq; fictio est pctũ diuidere, & superficietenus radere, nõ intrinsec⁹ eradicare. Nõ eñ utilis est confessio nisi sit in oris ueritate, & cordis puritate. Et ut tres sint q testimoniũ nobis dicãt in cælo, pater fili⁹, & spũs scũs: addamus testes sacerdotes cordi nostro & ori, ut in ore duorũ
2. Cor. 13. uel triũ testiũ stet omne uerbum. Sed dicis: Sufficit mihi soli deo cõfiteri: quia sacerdos sine eo à pctis me absoluere
Luc. 5. nõ põt. Ad qđ nõ ego, sed btus Iacob⁹ riñdet dicens: Cõfitemini alterutrũ pctã uestra. Cõueniẽs nanq; ualde est, ut nos qui peccãdo deo contumaces fuimus, pœnitẽdo supplices sacerdotib⁹ & ministris ei⁹ simus: ut hõ q ad gram cõseruãdã mediatore nõ eguit, iã eã recupare nõ nisi per mediatorẽ hoiem possit. Gemat ergo & suspiret, & anxi⁹ pro pctõ timeat, & expauescat: solicit⁹ discurrat: auxiliatores & intercessores quærat: pternat se humiliter hoi, q hũiliter astare noluit creatori. Nã & hoc saluberrimũ est ut hõ corde pœniteat, & ore delictũ suũ cõfiteat: quaten⁹ de⁹ q ppiti⁹ adest p gram, cor p pniam cõpũgat: deinde adsit, ut cõfitẽti pctõrũ uenia tribuat. Qđ si fortè pctõr uerè pœniteat, sed intercurrẽte articulo necessitatis, ad cõfessionẽ p uenire nõ possit: cõfidẽter credere debem⁹ q̃ summ⁹ sacerdos cõplet i eo qđ mortalis nõ potuit. Et iã apud deũ factũ cõstat, qđ hõ qdẽ uerè uoluit, sed non ualuit adiplere, qa cõfessionẽ nõ cõtẽpt⁹ excluſit, sed ipediuit necessitas.

¶ *De peccato non excusando.* Capitulum. X.

IN capitulo ubi pctã mea emẽdare debui: peccatis peccata addidi. Cũ de illis accusatus fui: aut aliquo mõ excusaui: aut ex toto negaui: aut qđ deterius est, defendi, & impatiẽter respondi: cũ nullũ sit pctm̃ à quo nõ sim cõtaminat⁹: aut cõtamiari possim. Iustũ est ergo ut oĩ occasiõe remota emendationẽ promittã, undecũq; aut à quocũq; accuser: quaten⁹ sic liberari ualeam à peccato ppetrato uel perpetrando.

¶ *Quàm sit malum alios non corrigere.* Capitulum. XI.

VItitudinẽ iniquitatum mearum expauescens, aliorum transgressiones reprehendere timui, & ideo mortis author extiti: quia uirus quod clamando expellere potui, non expuli. Indignatus sum aduersus alios qui me de uitiis meis reprehendebant: & quos amare debui, odiui. Illa quæ mihi nocebãt uel displicebãt, desiderauí ut nõ essent. Sciebam tamen q̃ in natura sui erãt bona, & à bono factore facta: sed ideo mihi nocebant, quia malus eram, & male illis utebar. ¶ Nihil enim mihi contrarium est nisi egoipse. Mecum est quicquid mihi nocere potest, & egoipse mihi sarcina sum. Optaui etiã ut deus peccata mea nescíret: aut punire nollet, aut nõ posset: & ita uolui deum esse insipientem, iniustum, & impotẽtem: qđ si esset, deus non esset. Non est superbia superbiam meam: propterea longè à salute mea uerba delictorũ *Psal. 21.* meorum. Suspecta est siquidẽ deo superbia & odiosa: nec fieri põt ut cũ eo in gratiã reuertat. Diuersum utriusq; hospitiũ: nec in eodẽ cohabitãt aio qb⁹ nõ licuit cohabitare in cælo. In cælo nata est: sed uelut immemor qua uia inde cecidit, illuc postea redire non potuit. Cum aer pluuia uel nimio frigore aut calore turbatus fuit, contra deum iniq̃ murmurauí. Oĩa nãq; q̃ ad usum uitæ accepimus: ad usum culpæ cõuertimus. Quapropter iustũ est ut qui in cunctis peccauimus: in cunctis feriamur. ¶ Sæpe ad sacrum mysteriũ uocẽ meã fregi, ut dulcius cantarẽ: magis delectabar in uocis modulatione, q̃ in cordis cõpũctiõe. Deus uerò cui non absc̃odit quicquid illicitũ ppetrat, nõ q̃rit uocis lenitatem, sed cordis puritatẽ. Nã dũ cantor mulcet populum uocibus: deũ irritat prauis moribus. Licentiã loquẽdi uel aliqd faciẽdi, sæpe nimia iportunitate, uel callidítate à platis meis extorsi, non attẽdens miser qñ ille se decipit, qui occultè uel apertè satagit ut hoc ei pater spũalis iniũgat, quod ipe desiderat. ¶ Acũ uel cultellũ uel aliqd uile multoties nimium desideraui: nec confessus sum: quia peccatum nõ æstimabã: ppter rei uilitatem. Verũtamẽ nõ multũ distat quæcũq; substantia uilis uel p̃tiosa reqrat, dũ æqualiter sit corruptus affect⁹. Nõ eñ cultell⁹ in uitiũ est, sed cultelli appetitus: neq; aurũ in uitium est, sed auri cupiditas. In labore nõ laboraui quãtũ debui uel quãtũ potui. In silẽtio etiã fui ociosus: qđ est maximũ pctm̃. In silẽtio nanq; nemo sic debet esse ociosus, ut in eodẽ ocio utilitatem nõ cogitet pximi: nec sic actuosus, ut cõtẽplationẽ nõ reqrat dei. Parũ eñ pficit q alteri nõ prodest cũ potest. De uitiis meis multoties me iactaui: putans esse insigne uirtutis ubi erat lapsus criminis. De uirtutibus etiã uitia feci. Iustitia nanq; dum suũ modũ excedit: crudelitatis uitium gignit. Et nimia pietas dissolutionem disciplinæ parturit, sic sæpe uitiũ est quod uirtus putat. Sic remissa segnities mãsuetudo creditur, & pigritiæ uitium quietis uirtutem imitatur. Finxi me esse qđ nõ erã: dixi me uelle qđ nolebam, uel nolle qđ uolebã: aliud ore dicebã, & aliud corde uolebam: & ita sub ouina pelle uulpinam cõscientiã cõseruabam. Vulpina planè cõscientia est tepida conuersatio, aialis cogitatio, ficta confessio, breuis & rara compunctio, obedientia

sine deuotione,

sine deuotione, oratio sine intentiõe, lectio sine ædificatiõe, sermo sine circunspectiõe. O quàm dura mihi sunt ista quæ loquor: quoniam meipsum loquendo ferio. Verũtamen quia me peccatorem non nego, sed peccatum meũ cognosco: erit fortasse apud deum pium iudicem ipsa cognitio culpæ, impetratio ueniæ. Dicam ergo dicam miseriam meã, si fortè sua pietas moueat illũ. Dicam peccatũ meum: qm̃ notitia peccati initium est salutis. Magnã porto coronam, & uestem rotundã: regulã seruo seruorum: statutis psallo horis: sed cor meũ longe est à deo meo. Exteriorem superficiẽ intuens, salua mihi omnia arbitror, nõ sentiens uermẽ interiorẽ qui interiora corrodit. Vnde Oseas: Comederunt alieni robur meum, & ignorauí. & ideo pergẽs totus in ea quæ foris sunt, & ignarus interiorũ meorũ, sicut aqua: effusus sum, & ad nihilũ redactus sum: præteritorũ obliuiscẽs, præsentiũ negligens, futura nõ prouidẽs. Ingratus sum ad beneficia: pronus ad mala, & tardus ad bona. Osee.7.

¶ *Quomodo se debet unusquisq; considerare.*
Capitulum. XII.

SI me non inspicio, nescio meipsum. Si autem me inspicio, tolerare me non possum. Tãta inuenio in me quæ digna sunt reprehensione & confusione: & quanto me subtiliꝰ & sæpius discutio, tanto plures abominationes in angulis cordis mei inuenio. Ex quo nanq; peccare cœpi, nunquã unum diem sine peccato transire potui: nec adhuc peccare cesso: sed de die in diẽ peccata peccatis addo: & ea quæ præ oculis habeo, inspicio, nec gemo: erubescenda uideo: nec erubesco: doleẽda intueor, nec doleo: quod est mortis signum, & dãnationis indiciũ: Membrũ enim quod dolore non sentit, mortuum est: & morbus insensibilis est incurabilis. Leuis sum & dissolutꝰ, nec me corrigo, sed ad pctã quæ cõfessus sum, quotidie redeo: nec cauco foueã in quã miser ego cecidi, uel alios cadere feci aut uidi. Cumq; plorare & orare debeam p malis quæ feci, & bonis quæ neglexi, pheu dolor uersum est mihi in cõtrariũ. Nã tepui & friguí à feruore orationis, & iam sine sensu frigidus remansi, & ideo flere meipsum nõ possum: qm̃ gratia lachrymarũ recessit à me.

¶ *De præsentia conscientiæ ubiq;.* *Capitulum.* XIII.

PEccata mea celare non possum: qm̃ quocũq; uado, cõscientia mea mecũ est: secũ portãs quicqd in ea posui: siue bonũ: siue malũ. Seruat uiuo, restituet defuncto depositũ quod seruãdum accepit. Si male facio, adest illa: si autem bene facere uideor & inde extollor, adest illa. Adest uiuo: sequit mortuum: ubiq; mihi gloria uel confusio est inseparabilis pro qualitate depositi. Sic sic in domo propria, & à propria familia habeo accusatores, testes, iudices, & tortores. Accusat me cõscientia, testis est memoria, ratio iudex, uoluptas carcer, timor tortor, oblectamentum tormẽtũ. Quotquot enim fuerint oblectamẽta mala, tot erũt tormẽta dira in pœna. Nã inde punimur, unde delectamur.

¶ *De tribus inimicis hominis.* *Capitulum.* XIIII.

DIuua me dñe deus meus, qm̃ inimici mei animam meã circũdederũt: corpus scilicet, mũdus, & diabolus. A corpore fugere non possum: nec ipsum à me fugare. Circũferre illud necesse est, quoniam alligatum est mihi: perimere non licet, sustentare cogor. & cum illud impinguo, hostem meum aduersum me nutrio. Si enim satis comedero: & id robustum fuerit: sanitas & fortitudo eius mihi aduersantur. Mundus uerò circuncingit & obsidet me undiq;, & per quinq; portas, uidelicet p quinq; corporis sensus, scilicet uisum, auditũ, gustum, odoratum, & tactum, sagittis suis me uulnerat, & mors intrat per fenestras meas in aiam meã. Respicit oculus, & mentis sensum auertit. Audit auris, & intentionem cordis inflectit. Odoratus cogitationẽ impedit. Os loquitur, & fallit. Per tactum ardor libidinis pro aliqua parua occasione excitat, & nisi illico respuat, subito totũ corpus occupat, urit, & incendit. Primo carnem cogitatione modicum titillat: deinde delectatione turpi mentem maculat, & ad extremũ per cõsensum prauitatis sibi mẽtẽ subiugat. Porrò diabolus quem uidere non possum, & ideo minus ab eo mihi cauere: tetẽdit arcum suum, & in eo parauit sagitas suas ut uulneret me repente: narrauit ut abscõderet laqueos suos, & dixit: Quis uidebit eos? Laqueum posuit in auro & argento, & in omnibꝰ quibus abutimur cũ illis male delectamur & illaqueamur. Nec solum laqueum posuit, sed & uiscum. ¶ Viscus est amor possessionis, affectus cognationis, cupiditas honoris, & carnis uoluptas: quibus anima inuiscatur & irretitur: ne pennis contemplationis per platẽas supnæ Sion uolare possit. Sagittæ diaboli sunt ira, inuidia, luxuria, & cætera quibus aia uulneratur. Et qs est ille q iacula eiꝰ ignea extinguere possit? Prohdolor his telis superatur sæpe anima fidelis. Heu mihi quia undiq; bella mihi uideo: undiq; tela uolant: undiq; tentamenta: undiq; pericula. Quocunq; me uertam, nulla securitas est. Et quæ mulcent, & quæ tristant uel molestant, oia timeo: esuries, & refectio: somnus, & uigiliæ: labor & quies pugnant contra me. Non minus suspectus est mihi iocus quàm ira: multos siquidem iocando scandalizaui. Nec minus prospera uereor quàm aduersa. prospera nanq; suauitate sua incautum me faciunt, & decipiunt. Aduersa uerò quia aliquid amaritudinis habent: uelut potiones amaræ me suspectum & timidum faciunt. Magis timeo malum qd̃ facio in abscondito, quàm quod in aperto. Malum nanq; quod nemo uidet, nullus reprehendit: & ubi non timetur reprehensor, securus accedit tentator, & facilius perpetratur iniquitas. Nimirum utrobiq; bellum, utrobiq; periculum, utrobiq; timendum. Et sicut in hostili regione uersantibus hac illacq; circunspiciendum est, & ad omne strepitum circũagẽda est ceruix. Caro suggerit mihi mollia, mũdus uana, diabolus amara. Quia quoties carnalis cogitatio mentem meã importune pulsat de cibo & potu, de somno, cæteriscq; similibus: ad carnis curam pertinentibus, caro mihi loquitur. Cum de ambitione seculi, de iactãtia, de arrogantia cogitatio uana in corde uersatur: de mũdo est. Quando autem ad iram & iracundiam, & amaritudinem animi, puocor: diabolica suggestio est: cui nõ aliter quàm ipsi diabolo resistendum est: nec aliter ab ea cauẽdũ quàm ab ipsa damnatione. Dæmonum officium est suggestiones malas ingerere: nostrum est illis non cõsentire. Nã quoties resistimus, diabolũ superamus, angelos lætificamus, deũ honorificamus. Ipse enim nos hortatur ut pugnemus: adiuuat ut uincamus. Certantes in bello spectat: deficientes subleuat: uincentes coronat.

¶ *Caro hominis unde sit, & quid pariat.*
Capitulum. XV.

CAro mea de luto est, & ideo lutosas & uoluptuosas cogitationes ab illa habeo: uanas & curiosas a mundo: à diabolo malas & malitiosas. Isti tres inimici me impugnant & persequunt: nũc quidem apertè: nunc uerò occultè: semper autẽ malitiose. Diabolus nanq; plus confidit in adiutorio carnis: quoniã magis nocet domesticus hostis. Illa uerò ad subuersionẽ meam cũ illo fœdus inñt, utpote de peccato nata, & in peccato nutrita, uitiis corrupta ab ipsa origine: sed multo amplius uitiata praua consuetudine. Hinc est quòd tam acriter concupiscit aduersus spiritum: cp assidue murmurat, & impatiẽs est disciplinæ: quòd illicita suggerit: nec rationi obtemperat: nec inhibetur ullo timore. Huic accedit, hãc adiuuat, hac utitur tortuosus ille serpens hostis humani generis: cui nullum aliud est desiderium, nullũ negocium, nullum studium: nisi perdere animas nostras. Hic est qui iugiter malum machinatur: argute loquitur: artificiose suggerit: callide decepit. Illicitos motus insufflat: & uenenatas cogitationes inflammat: mouet bella, nutrit odia, incitat gulam, mouet libidinem, desideria carnis instigat, & peccati occasiones parat, & mille nocẽdi artibꝰ corda hominum pulsare non cessat. Hinc est quòd baculo nostro nos cædit, & manus nostras proprio cingulo ligat: ut caro quæ data est nobis in adiutorium, fiat nobis in ruinã

Universidad de Deusto Biblioteca

& scandalū. Grauis lucta, & graue periculum est aduersus domesticū hoctē pugnare: maxime cum nos aduenæ sim⁹, & ille ciuis. Ille suam inhabitat regionē: nos exules sumus & peregrini. Magnum quoq; discrimen est aduersus diabolicæ fraudis astutiā, tam crebros (imo continuos) sustinere conflictus: quē astutū fecit tam natura subtilis, quàm longa exercitatio malitiæ huius.

¶ *Deprecatio pro seipso.* *Capitulum.* XVI.

Psal.58. ERipe me de inimicis meis deus meus, & ab his qui oderūt me: qm̄ confortati sunt sup me. Ego uerò qui usq; ad hūc diē contra me uixi: iā iam per tuā gratiā mihi uiuere incipiā. Sic enim in hoc modo uiuere debemus, ut cū corpus cœperit à uermibus deuorari in sepulchro: aīa lætet cū sctis in cælo. Illuc spūs dirigēdus est quo est iturus. Illuc festinare debemus ubi semp uiuamus, & ubi mori amplius nō timeamus. Si sic amamus istā labilē & caducā uitā ubi cū tāto labore uiuimus: ubi comedēdo, bibendo, dormiēdo uix carnis necessitatib⁹ satisfacimus: multo magis amare debemus uitam æternā, ubi nullū laborē sustinebimus, ubi summa semper iucunditas, summa felicitas, felix libertas, & felix beatitudo: ubi similes erunt hoīes angelis dei, & fulgebunt iusti si
Matt.13. cut sol in regno patris eorum. Qualis putas tūc erit splendor aiarum, qm̄ solis splēdorē habebit lux corporū? Nulla erit ibi tristitia: nulla angustia: nullus dolor: nullus timor: nullus ibi labor: nulla mors: sed perpetua sanitas semp ibi perseuerat. Nō suggerit ibi malitia, nec carnis miseria: nulla est ibi ægritudo: nulla omino necessitas. non est ibi fames, nō sitis, nō frigus, nō æstus, non lassitudo ieiunij: nec ulla tentatio inimici: nec peccādi uolūtas: nec delinquēdi facultas: sed totum lætitia: totum exultatio possidet: hoies quoq; angelis sociati, sine ulla carnis infirmitate in perpetuum manebūt. Ibi erit iucunditas infinita: beatitudo sempiterna: in qua q semel susciptī, semp tenet. Ibi est reges à laboribus: pax ab hostib⁹: amœnitas de nouitate: securitas de æternitate: suauitas atq; dulcedo de dei uisione. Et quis nō illic habitare uehementer desideret, & propter pacē, & ꝓpter amœnitatē, & ꝓpter æternitatē, & propter dei uisionē? Null⁹ est ibi pegrin⁹: sed qcūq; illuc uenire merebunt, securi in ꝓpria patria manebunt: semp læti: & semp satiati de uisione dei. Et quanto plus aliqs hic deo obediens fuerit, tāto ampliorē ab eo mercedē ibi recipiet: quātoq; amplius deū amabit, tāto ꝓprius uidebit quē cernere cupit.

¶ *De breui uita hominis.* *Capitulum.* XVII.

OIes hoīs sicut umbra super terrā, & nulla est mora: & tūc ꝓprie nihil est, cū stare uidet. Cur ergo thesaurizat in terra hō: cū sine dilatiōe transeat & illud qd' colligit, & ipse qui colligit? Et tu hō quē fructū expectas in mūdo: cui⁹ fruct⁹ ruina est, cuius finis mors est? Vtinam saperes & intelligeres: ac nouissima prudēter ꝓuideres. Scio quēdā q ꝑ annos plurimos tecū familiariter uixit: ad mensam tuā sedit: cibum de manu tua sumpsit: in sinu tuo dormiuit: cū uoluit tecū colloquiū habuit, hic iure hæreditario seruus tu⁹ est. Sed qa ab ineūte ætate delicate nutristi eū, & uirgæ pepcisti: contumax effectus est: leuauit calcaneū suū sup caput tuū, & te in seruitutem redegit, & tui crudelit dñat. Sed fortasse dicēs: quis est hic? Vet⁹ hō tu⁹, qui cōculcat spm̄ tuū, q pro nihilo habet terrā desiderabilē: qui sola quæ carnis sunt sapit. Hō iste à natiuitate cæcus est, sed surd⁹ & mut⁹: inueterat⁹ dierū malorū: rebellis uirtuti & ueritati: inimic⁹ crucis Xpi: deridet innocētē, & simplīr trāseūtem: ambulat in magnis & in
Psal.13. mirabilibus supra se: arrogātia eius est plus quàm fortitudo ei⁹: nullū reuereī: dicit in insipiētia sua: non est deus. tabescit bonis, & malis pacisci? alienis: īmūdis cogitatiōib⁹ pacisci? nō fatigabit in illis trāsgrediēs usq; ad finē: dispergit & dissipat ꝓpria, sicut ꝓdigus: cupit & rapit aliena: sicut auarus: turpitudinem & ignominiā congregat sibi, simulans & callidus ꝓuocat ira dei. Homo iste tot⁹ in pctis nat⁹ est, & sic nutrit⁹, amicus inigtatis: fili⁹ mortis: uas iræ in contumeliā: aptus ad interitum. Quī cū talis sit: enarrat iustitias dei, & assumit testamētū ei⁹ per os suū. Odit disci- Psal.49.
plinā: pjcit dīm suū post dorsum suū. Cū uidet furem, curit cū eo: & cū adulteris portionē suā ponit. Aduersus filiū matris suæ ponit scādalū: sup terrā ēt thesaurizat ira i die iræ: uult à te hæreditatē tuā tollere, & desup terrā auferre, & tu tātā iniuriā nō uindicas sed dissimulas: nec ei uerbū durū loqueris: nec uultū iratū ostēdis, sed bladiēti tibi arrides. Ludis cū illusore: nescis quia Ismael est qui tecū ludit? Ludus iste nō est pueritiæ nec simplicitatis uel innocētiæ, sed illusio est aīæ, sed persecutio, sed mors. Iam te in foueā quā fecit, ꝑcipitauit: iam effœminatus es, iam iugo miserrimæ seruitutis ꝓssus, sub pedibus eius miserē & uiliter conculcaris. ¶ O miser & miserabilis hō qs te liberabit de uinculo iproperij hui⁹? Exurgat de⁹, & cadat armat⁹ iste: cadat & cōteraī inimic⁹ hō: cōtēptor dei, cultor sui: amator mūdi, seruus diaboli. Quid tibi uidetur? Si recte sentis mecū dices: Reus est mortis: crucifigaī. Noli ergo dissimulare: noli differre: noli parcere: sed festināter, audacter, instāter crucifige hoiem istū: sed cruce Xpi, in qua est salus & uita: ad quē si ex corde clamaueris, crucifixus tuus audiet
Luc.23. te, benigne rīdens: Hodie mecum eris in paradiso. O Xpi pietas: ō inopīnata salus miseri. Tā gratuita est & probata dilectio dei: tā stupenda dulcedo, tam inopīnata dignatio: tam inuicta māsuetudo, ut q ad eū clamauerit, exaudiat illum: qm̄ misericors est. O quāta est misericordia dei, quàm ineffabilis mutatio dexteræ excelsi. Heri eras in tenebris hodie in splēdore lucis. Heri in ore leonis: hodie in manu mediatoris. Heri in porta inferni: hodie in delicijs paradisi. Sed quid prosunt hæ literæ admonitionis: nisi deleas de libro conscientiæ tuæ literas mortis? Quid prosunt hæc scripta, lecta, & intellecta: nisi temetipsum legas & intelligas? Da ergo operā internæ lectioni, ut legas, inspicias, & cognoscas teipsum: legas ut diligas deū, ut pugnes & uincas mundū & oēm inimicū: quatenus labor cōuertaī in requiē, luctus in gaudiū, & post tenebras huius uitæ uideas ortum surgētis auroræ: uideas etiā meridianū solem iustitiæ: in quo spōsum cū spōsa prospicies: unum eūdēq; dīm gloriæ, qui uiuit & regnat per infinita secula.

¶ DE INTERIORI DOMO, ID EST *conscientia ædificanda, tractatus utilis.*

DOmus hæc in qua habitamus: ex omni parte sui ruinam nobis minaī. Idcirco quia in breui est casura: alia nobis est ædificanda. Redeamus ergo ad nos, & discutiamus cōscientiā nostrā. Nā sicut corp⁹ nostrū tabernaculū dicit, in quo militam⁹: sic cōscientia nostra dom⁹ uocatur: in qua post militiā requiescimus & ille recte militat qui per militiā quā exercet in corpore, domū ædificat cōscientiæ. Diligēter exerce agrum tuū, ait ꝓuer.24.
sapiēs, ut postea ædifices domū tuam. Ager iste corpus nostrū est, cuius sensibus & motibus sic recte utimur, animiq; imperio eos subijcientes in usum uirtutis inflectim⁹, dū corpus aīo indesinēter, & animus deo ex toto subijcit. His nimirū modis interior cōscientia ædificaī: quā utiq; bona faciunt præteritorū malorū cōdigna satisfactio, & instantiū malorū cauta ꝓuidaq; declinatio. Cōdigna satisfactio est mala facta corrigere, & correcta non reiterare. Conscientia uerò perpetua est: quæ nunquā finit: sicut nec aīa. Quæ cū sit immortalis: sicut nō potest esse nō aīa, sic nūquā potest esse sine cōscientia. Cōscientia nanq; est inseparabilis gloria, uel cōfusio uniuscuiusq; pro qualitate depositi.

¶ *Conscientiam prius esse mundandam quàm ædificandam.* *Capitulum.* I.

HAec ergo cōscientia in qua aīa perpetuo māsura est, ædificāda est, sed pri⁹ mundāda. Et quis eam mūdabit? Profecto de⁹ & hō. Homo per cogitationes & affectiōes: deus uerò per misericordiā & gratiam. Cogitationes & affectiones necessariæ sunt in

conscientiæ

conſcientiæ mũdatione: cogitationes in inueſtigatiõe ueritatis: affectiões in exercitatione uirtutis. Porrõ mia modo delet peccatũ: modo dat uirtutẽ reſiſtẽdi peccato: nũc ſubtrahit peccãdi occaſionẽ: nunc immittit amaritudinẽ: plerũq; ſanat affectionẽ. Gratia adiuuat ad bonum: defendit cõtra malũ: erudit ad utrũq; diſcernẽdum. Homo igit̃ per ueritatẽ ſtimulat̃: peccata ſua cõfitet̃: deus autẽ p miſericordiam flexus cõfitẽti miſeret̃. Oĩs nãq; ſpes ueniæ & miæ in cõfeſſione eſt; nec poteſt quis iuſtificari à pctõ, niſi prius fuerit cõfeſſus peccatum. Ex eo enĩ unuſquiſq; iuſt̃ eſſe incipit, ex quo ſui accuſator extiterit.

¶ *De miſericordia & ueritate: & de oſculo pacis, & oſculo iuſtitiæ.* *Capitulum.* II.

Pſal. 84. Elix conſcientia, in qua mia & ueritas obuiauerunt ſibi: iuſtitia & pax oſculatæ ſunt. Veritas cõfitentis, & mia miſerẽtis, obuiauerũt ſibi: qm̃ non põt illi miſericordia deeſſe, q ſe cognoſcit in ueritate. Oſculum iuſtitiæ eſt inimicos diligere: parẽtes & ppria quæq; ppter deũ relinquere: illatã iniuriã patienter ferre: oblatã gloriã ubiq; declinare. Oſculũ pacis eſt odientes inuitare ad pacẽ: diſcordantes ad cõcordiã reuocare: aduerſarios pacifice ſuſtinere: errãtes pie & benigne docere: mœrẽtes clemẽter mulcere, & cũ oĩbus pacẽ hre.

¶ *De ſtatu animæ in Xpo confirmatæ.* *Capitulum.* III.

Eata illa aĩa, quæ in pace Xpi fundata eſt, & in dei amore ſolidata: quæ cũ exterius bella patiť, pax interitus non turbatur. In qua quæcunq; moleſtiæ foris perſtrepẽt, uſq; ad ſilẽtium internæ quietis non irrumpunt: qm̃ guſtu internæ dulcedinis tacta, intus eſt per deſiderium collecta: nec iam foris enormiter in carnis uoluptates diſſoluiť: qa totũ int̃ poſſidet in quo delectať: atq; ita in ſemetipſa pacificata, dum nihil eſt quod foris apetit, tota per amorẽ intus reqeſcit: & cum tota ad internũ gaudiũ colligiť, ad imaginẽ dei reformať: quã in ſe uenerať. Talẽ aĩam frequẽter uiſitãt angeli atq; archangeli, & honorificant: utpote dei templum, & ſpiritus ſancti habitaculum. Eſto igit̃ templũ dei, & deus excelſus habitabit in te. Aĩa enĩ deum habẽs in ſe, templum dei eſt: in quod diuina myſteria celebrantur.

¶ *Dedignatur deus uiſitare eam animam quæ non ſtudet in ſe conſiſtere.* *Capitulum.* IIII.

Orrõ aĩa quæ non ſtudet in ſe conſiſtere, nec in amore dei deſiderĩũ figere, per oculos & aures alioſq; corporis ſenſus foras egrediť: atq; in his exterioribus delectatur. Sed cum inuenerit portas iſtas clauſas: tunc rediens ad ſe, & uidens ſe nudã & deſolatam, inæſtimabili confuſione & horrore concutiet̃. Et quia mundi conſolationẽ quæſiuit: illã quæ à deo intus in cõſciẽtia datur, nõ habebit. Et nõ ſolum eam dedignabiť deus uiſitare: ſed nec ipſa quidem male ſibi cõſcia, ſeipſam poterit tolerare. Requiẽ in ſe nõ poterit habere: quoniam illum dereliquit cum quo habitare & requieſcere debuit. Cogita ergo in ſocietate aliorũ nunc poſitus: qa nõ poteris ſemper manere cũ illis. Et interim elige tibi ſociũ illum qui cum ſubtracta tibi fuerint hæc oĩa, tibi fidem ſeruabit qui dilectoribus ſuis fidẽ ſeruat: nec recedit in tempore anguſtiæ. Deus tuus ille eſt: quem elígere debes.

¶ *Quòd anima uolẽs deum habitare in ſe, debet ab illicitis cogitationibus mundare cõſcientiam: & ſolum deum deſiderare.* *Capitulum.* V.

Omnes igitur cordis diſtractiones, & mentis fluctuatiões in unum colligę, & in ſolo deo totum deſiderium tuum fige: & ibi ſit cor tuum, ubi eſt theſaurus tuus deſiderabilis multũq; amabilis. Ipſe enim frequẽter uiſitat & libenter inhabitat tranquillitatem cordis, & ocium quietæ mentis: quoniam pax eſt, Pſal. 75. & in pace factus eſt locus eius. Propterea talẽ te præpara, ut tecum adſit deus: ſit in ore: ſit in corde: ſemper tecũ eat: tecum redeat: nec recedat à te. Nunquã ille te dimittet: niſi prior illum dimiſeris. Vbicũq; fueris, nũquã ſolus eſſe poteris ſi deus tecum erit.

¶ *Conſcientia mundata aduentum Chriſti expectare debemus.* *Capitulum.* VI.

Vnda igitur conſcientiam tuam, & ſemper paratus eſto, ut quacunq; hora uenerit dñs, & tecũ habitare uoluerit: paratã ſibi in te inueniat mãſionem. Ipſe nãq; dixit: Facite mihi ſanctuariũ, Exo. 25. & ego habitabo in medio ueſtri. Studeamus ergo templũ deo ædificare in nobis: primo quidẽ ut in ſingulis nobis, deinde ut in omnibus ſimul inhabitet: quia nec ſingulos dedignabitur, nec uniuerſos. Primo igitur ſtudeat unuſquiſq; ne diſſideat ipſe à ſemetipſo: quoniam omne regnũ Luce. 11. in ſeipſum diuiſum deſolabitur: & domus ſupra domũ cadet: nec intrabit Chriſtus ubi parietes inclinati fuerint, & macerię depulſæ. Vult habere anima corporis ſui domũ integram, & exire eam neceſſe eſt ſi fuerint à ſe inuicem mẽbra diſperſa. Videat igitur & ipſa ſi deſiderat Chriſtũ per fidem inhabitare in corde ſuo, id eſt in ſeipſa: uideat & ſolícite caueat ne à ſe inuicem membra eius diſſideant: id eſt ratio, uoluntas, & memoria. Dignum habitaculum parat deo, cuius nec eſt ratio decepta: nec uolũtas peruerſa: nec memoria inquinata. Felix illa anima eſt, quæ domum cordis ſui ſic de peccatorum ſordibus ſtudet emũdare, & ſanctis ac iuſtis operibus adimplere, ut in ea non ſolum angelos: uerũetiam dominũ angelorum habitare delectet. Mũdata domo, cunctiſq; malis ab ea excluſis, omnibus bonis impleatur: ne ſit nobis neceſſarium aliquid foris quærere: qui omnia forinſeca reliquimus.

¶ *De ſeptem columnis erigendis ad ædificandum domum cõſcientiæ.* *Capitulum.* VII.

Sapientia ergo ædificet ſibi domum: erigat columnas ſeptẽ: quib̃ tota fabrica munitať. Dom̃ eſt cõſcientia: colũnæ ſunt bona uoluntas, memoria. ſ. memorẽ eſſe bñficiorũ dei: cor mundũ, animus liber, ſpũs rectus, mens deuota, ratio illuminata.

¶ *Erectio primæ columnæ quæ eſt bona uoluntas.* *Capitulum.* VIII.

Prima igiť colũna prior erigať. Nã inter omnia dei dona quæ ad ſalutẽ hoĩs ſpectare uidentur: primum & principale bonũ bona uoluntas eſſe cognoſciť: per quã imago ſimilitudinis dei in nobis reparať. Primũ eſt: qa à bona uoluntate bonũ omne inchoať. Principale enĩ: qm̃ bona uolũtate nihil hominib̃ utilius datur. Quicqd homo facit: bonũ eſſe nõ poteſt, niſi ex bona uolũtate pcedat. Sine bona uolũtate oĩno ſaluari quiſpiã nõ poteſt: cum bona uoluntate nemo perire poteſt. Voluntas bona nec dari poteſt inuito, nec auferri niſi uolenti. Voluntas hoĩs eſt: poteſtas dei. Volũtas hoĩs eſt: quia uelle in uolũtate hoĩs eſt: & ideo totũ meritum in uoluntate eſt. Quantũ uis: tantum mereris. Quãtum creſcit uoluntas tua bona: tantũ creſcit meritum tuũ. Fac igitur magnã bonã uoluntatẽ tuã: ſi uis habere magnũ meritũ. Ira deus ut piſſimus & miſericordimus pater in eo redemptionem noſtrã poſuit in quo nullus niſi uelit poteſt egere. Amare nanq; homines æqualiter poſſunt & diuites & pauperes: etiam ſi pecuniã æqualiter dare nõ poſſunt. Voluntas tamen bona nõ eſt ſi nõ operať quod poteſt.

¶ *De ſecunda columna quæ eſt memoria beneficiorum dei.* *Capitulum.* IX.

Recordemur ergo miſericordiarum dei, ut ſic accendamur in eius amorem. Reuocemus ad memoriã bona quæ tribuit nobis: quõ in periculis ſæpe conſtitutos clementer nos eripuit: nec unquã peccatis noſtris quominus miſereret̃ uinci potuit: oblitos ſui de ſe admonuit: auerſos à ſe reuocauit: uenientes ad ſe benignè ſuſcepit: pœnitẽtibus indulſit: perſeuerãtes cuſtodiuit: ſtantes tenuit: lapſos erexit: malas delectationes in amaritudinẽ cõuertit: & rurſus ſalubriter amaricatis cõſolatiões ſuas tribuit. Poſtremò tribulatione purgatis, quietem & pacẽ perfectã reſtituit: qui nec peccãtib̃ unquã defuit ut corrigeret: nec iuſtis ut cuſtodiret. Recogitemus quãta bona deus fecit nobis nõ rogantibus neq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

desiderantibus:imo recusantibus:& quàm multa peccata dimisit nobis:& à quãtis periculis liberauit nos liberator deus.Quàm magna dignatio pietatis fuit q̃ ingratos& in multis cõtrarios,à tam multis peccatis custodiuit nos dei gratia:in quæ potuimus cadere,sicut in alia multa cecidimus.Idcirco sicut nullũ est momẽtũ in quo nõ utamur uel fruamur dei pietate & mia:sic nullum debet esse momentũ in quo eum præsentẽ nõ habeamus in memoria.

¶ *De tertia columna quæ est cor mundum.* *Capitulum.X.*

SEquitur ut eũ à quo tanta beneficia accepim9, toto corde diligamus:hoc est tota cogitatiõe, tota affectione, sine defectione. Sit correctum, ut ei per omnia placeat deus.Sit rectum rectitudine intentionis:exclusione peruersæ cogitationis:assiduitate contemplationis.Sit paratum sequi uolũtatem dei:in quãcũq̃ partem inclinari eam cognouerit. Sit sursum ad sola cælestia & diuina cõtẽplanda & desiderãda.Sit purũ, ut nihil morari intra se patiat malí:nec modicum quidem offendiculũ tolerabile reputet aut in cõscientia sua,aut in aliena.Sit dulce dulci respõsione:suaui admonitione:benigna reprehensione:moderata correctione. Sit mũdum,ut totius immunditiæ spurcitias respuens,cogitationũ sicut actionũ peccata deploret:deflcat pro sua miseria & aliena. Lugeat nõ solũ sua delicta,sed etiã aliena:compungat pro malis quæ commisit,& bonis quæ neglexit.

¶ *De animo libero,quarta columna.* *Capitulum.XI.*

ANimus uerò sit liber à mundi solicitudinibus:à carnis uoluptatib9:à prauis cogitationibus:ut possit cũ uoluerit aut sibi intẽdere:aut utilitati fratrũ ministrare:aut in cõtẽplatione cælestium requiescere.Sit firmus,ut nulla repentina perturbatione cõcutiat:nõ capiat illecebris:nõ frangatur molestijs:nulla ira,nulla impatiẽtia pacem quietẽq̃ animi turbare possit: qñ Xp̃s pax est:& in pace requiescit pacis amator: & in perturbato aĩo habitare non põt.Sit cõsummatus in dei dilectione.hoc eñ est diligere deũ,illi occupare animũ,cõcipere fruẽdæ uisionis ei9 affectũ,habere peccati odiũ,mũdi cõtẽptũ,diligere pximũ,quẽ ipse censuit diligẽdũ.

¶ *De recto spiritu,columna quinta.* *Capitulum.XII.*

SPiritus autẽ sit rectus:ab oĩbus terrenis & præsentib9 prorsus auersus.Et ideo inseparabiliter iunctus & unitus,pia deuotione ascendat & uisitet supernas sedes,& multas quæ ĩ domo patris sunt mansiones:humiliter se prosternens ante thronũ dei & agni.Currat per platẽas supernæ Sion:audiat illud melos angelorũ:& cũ reuerẽtia supplicet cunctis ordinibus beatorũ spirituũ,singulis per se,& simul oĩb9 se cõmẽdãs. Tantã uerò gratiã nõ meretur accipere animus qui in sui cognitione diu exercitatus & plenè erudit9 nõ est.frustra eñ cordis oculũ erigit ad uidẽdũ deũ:qui nõdũ idoneus est ad uidẽdũ seipsum.Prius eñ necesse est ut cognoscas in uisibilia spũs tui,quàm possis esse idoneus ad cognoscẽda inuisibilia dei.Et si non potes cognoscere te:nõ præsumas apprehẽdere ea quæ sunt supra te.

¶ *Rationalis animus speculum est ad uidendum deum.*
¶ *Capitulum.XIII.*

RAecipuũ & principale speculũ ad uidẽdũ deũ: est animus rationalis inueniẽs seipsum.Si enim inuisibilia dei per ea quæ facta sunt intellecta cõspiciuntur:ubi quæso quàm in eius imagine cognitionis ei9 uestigia exp̃ssius impssa reperiumẽ:Tergat ergo speculũ suũ:mũdet spiritũ suũ quisquis sitit uidere deũ suum.Beati mũdo corde:qm̃ ipsi deũ uidebũt.Hoc speculum uerus pœnitens nõ cessat quotidie inspicere,tergere, tenere,& custodire.Inspicere si aliqd in eo reperiat qđ deo displiceat.Tergere,nõ solũ peccata actionũ,uerum etiam cogitationũ,ut nihil in eo remaneat quod deũ offendat. Tenere,ne deorsum corruẽs,terræ per amorẽ inhæreat,& ne inanium cogitationũ puluere sordescat. Custodire, ut ille cui9 tabernaculũ est cũ hoĩbus,cuius delitiæ sunt esse cũ filijs hoim,qui ad ostiũ stat& pulsat,quacunq̃ hora intrare uoluerit,receptaculũ mundum inueniat.Deus enim qui mũditiæ amator est,cor pollutũ habitare nõ potest.

Roma.I.

Matt.5.

¶ *De illuminatione animi.* *Capitulum XIIII.*

EXterso igit speculo,& diu diligenter inspecto: incipit ei quædã diuini luminis claritas interlucere,& immẽsus quidã insolitæ uisionis radius oculis cordis apparere.Ex hui9 luminis uisione animus inflãmatus,incipit mũda cordis acie superna & interna cõspicere:deum diligere: deo inhærere:cuncta quæ adsunt,tãquã nõ sint cõsiderat:cũctis suis affectionibus renuntiat:& totus soli incumbit amori:sciens solũ illum esse beatũ,qui deũ amat.Porrò ad tantã gratiam nunquã ptingit mens per propriã industriã:dei donũ est hoc,nõ hois meritũ.Sed absq̃ dubio talẽ ac tantã gratiam ille accipit, qui deserit curã seculi,& agit curã sui:q studet se frequenter cogitare:& diligenter agnoscere qd ipse est.Redi ergo ad cor tuum,& diligẽter discute teipsum.Considera unde uenis,quo tendis,quõ uiuis,quid agis,qd amittis,quãtũ quotidie ꝓficis,uel quantũ deficis,quib9 cogitationibus magis incurraris,quib9 affectionib9 frequentius tangeris, uel quib9 tentationũ maculis à maligno spũ acrius impugnaris.Cum totũ interioris exterioriscq̃ hois statũ & habitũ inquantũ possibile est plenè cognoueris:& non solũ qualis sis,uerũetiã qualis esse debueras:de cognitione tui poteris subleuari ad cõtẽplationẽ dei.Quãtum nãq̃ quotidie in cognitionẽ tui ꝓficis,tãtũ ad altiora semper tẽdis. Sed iam fortassis ascendisti,iã ad cor tuũ redijsti,& ibi stare didicisti:nec hoc sufficiat tibi:disce ibi habitare,& mansionẽ facere:& qualicũq̃ mẽtis uagatione inde abstractus fueris,illic semp redire festina.Absq̃ dubio ꝓ multũ usum qñq̃ tibi uertet in oblectamentũ:intantũ ut absq̃ ulla laboris difficultate possis ibi assidu9 esse:quinimo pœna tibi potius sit alibi quàm ibi morã aliquã facere.

¶ *Repellendæ sunt uanæ cogitationes à corde.*
Capitulum.XV.

SIergo persenseris desideria tua circa exteriores delectatiões affici,& cogitationes tuas iugiter in eis occupari:cũ magna solicitudine cõpelle eas:nec ꝓmittas ad cor tuũ intrare:sed redi ad cor tuum,& ibi intrare & habitare omnimodo stude.

¶ *De deuota mente,columna sexta.* *Capitulum.XVI.*

MEns enim quæ se ad sui cõsiderationem nõ subleuat,sed adhuc per uaria desideria spargitur,& uarijs cogitationibus hucilluc̃q̃ distendit,nõ potest seipsam in unum colligere, quia nõdum nouit ad seipsam intrare,sed adhuc in imo est cogitatione & conuersatione.Idcoq̃ non potest ad ea quæ supra ipsam sunt,penna cõtemplationis euolare.Discat ergo dispersiones cordis congregare:assuescat in internis suis immorari:studeat uagationes mentis restringere:& exteriora oĩa obliuisci.Discat sola bona interiora amare,& illa frequentius cogitare,q ad cælestiũ contẽplationẽ anhelat,q in diuinorum notitiã suspirat.Cumq̃ se diligenter attẽderit,& diuti9 quæsierit:cũ tãdẽ inuenerit qualis sit,restat ut reuelatione diuina cognoscat qualis esse debeat,quale mentis ædificiũ deo p̃parare,& qb9 obsequijs eũ placare oporteat.

¶ *Post cogitationes uanas depulsas cor eleuatur supra se.*
Capitulum.XVII.

QVi ita euagationes mentis in unũ colligit,& omnes cordis mot9 in uno æternitatis desiderio figit:pfectò iam ad cor suũ redijt,& iã ibi libẽter moratur,ac mirabiliter delectatur.Et cũ seipsum præ gaudio iam capere nõ possit,supra seipsum ducitur,& per excessum mentis ad summa eleuat:atq̃ ita per seipsum supra semetipsum,per cognitionẽ sui ad cognitionem dei ascendit,ut discat solũ deũ amare,& ipsum indesinẽter cogitare,& in eo delectabiliter requiescere.¶ Cũ sic amor Xpi totũ absorbuerit affectũ hoĩs,ut negligẽs& immemor sui,nõ nisi Iesũ Xp̃m,& ea q̃ sunt Iesu Xp̃i sentiat: tũc demũ(ut arbitror)pfecta est in eo charitas.Huic itaq̃ qui sic affectus est,nõ est onerosa paupertas:iste non sentit iniurias:

iurias:ridet opprobria:cõtemnit damna:mortem lucrũ reputat:imo nec mori se putat:cum magis de morte ad uitam transire se sciat. Quem sic amor dei intrinsecus ligatũ tenet,nec ad modicũ quidẽ exire exterius ualet,sed interius in eius desiderio flagrat,tanto amplius, quãto familiarius:& cõ uehemẽtius,quò frequentius.

¶ *De raptu cordis,& quid in eo raptu uideatur.*
*Capitulum.*XVIII.

QVi sic in amore dei iugiter delectat, frequenter mentis excessus patitur:ab oĩbus præsentib9 & terrenis rapt9,corã deo p̃sentat:& dũ pulchritudinẽ ei9 cõsiderat,magnitudine pulchritudinis eius attonit9,totus in ei9 admiratione suspẽdit. Mirat regis gloriã,regni magnificẽtiã,supernæ ciuitatis nobilitatem:& ciuiũ felicitatẽ:cõtemplat etiã gloriæ decorẽ,dei bonitatẽ,internæ suauitatis dulcedinẽ,& æternæ quietis trãquillitatẽ. Meditat patris potẽtiã,filij sapientiã,spũssc̃ti benignitatẽ,& angelicæ naturæ beatitudinẽ: delectat de deo in deũ,dum ei9 pietatẽ miratur,& decorẽ cõtẽplat. O quàm iucũdũ sentit,si nõ esset tam modicũ raptũ. Rapitur dum sola cælestia cõtẽplat,& cõtẽplãdo iucũdat. Sed cum ibi stare diuti9 conat,subito labit:& rediẽs ad se,nulli potest intimare q̃d uidit supra se:sed agnitione suauitatis illectus,gustatæ dulcedinis suauitatẽ & illã cælestẽ ifusionẽ lætitiæ spũalis intra semetipsum mirat. Reuoluit etiam in corde suo tacita mẽte incorporeæ lucis claritatẽ,& ĩtimæ satietatis saporẽ,& illud internæ getis secretũ,& summæ trãquillitatis arcanũ. In hui9 cõtemplatione contẽplationisq̃ dulcedine mens delectabiliter afficit,& mirabiliter delectat. Volet ergo,& nõ deficiat. Volet donec ante regẽ perueniat:ibiq̃ ploret & suspiret:mactetq̃ se ĩ lacrhymis, deprecetur ueniam,postulet gratiã:nec inde recedat, quo usq̃ deũ quem nimiũ offenderat,placatũ sentiat,& ab eo consolationem recipiat.

¶ *Illuminata ratio,columna septima.* *Capitulum.*XIX.

DEnicq̃ ratio per mentis excessum in cõtẽplationem sublimiũ subleuata,& in diuinæ cõtemplatiõis arcanũ rapta:atq̃ ibi illuminata ad cognitionem ueritatis & ueri luminis,inflammata ad desiderium bonitatis:oẽs illicitas uoluptates,affectiones, & uagas memoriæ cogitationes,cordis dispersiones, animi fluctuationes,spũs euagationes,& mentis distractiões in unum colligit,atq̃ in illo felicitatis fonte totum suũ desiderium figit. Locum superiorẽ ratio semper obtineat:nullusq̃ motus aduersus eam sit rebellis,sed omnia ei obtemperent,sicut & ipsa obtemperat deo. Si uerò aliquẽ motũ ad id quod nõ debet,uel quõ non debet, moueri senserit: non cõsentiat,sed illico resistat. Nam solus consensus reos nos facit,etiã si aliqd impediat ne opa subsequant. Tũc eñ anima mori sicut scriptũ est dicit,cũ ipsa ratio ad peccatũ Ezech.18. per cõsensum curuat. Anima eñ quæ peccauerit,ipsa morietur. Resistat ergo ne moriat:pugnet ut coronet. Molesta est lucta,sed fructuosa:quia si habet pœnã,habebit& coronam. Non nocet sensus,ubi non est cõsensus:imo qd̃ resistentem fatigat,uincentem coronat.

¶ *Quomodo ædificatur bona conscientia.* *Capitulum.*XX.

SIc nimirũ fic ædificatur bona cõscientia. Bona conscientia est quæ pctã præterita punit,& puniẽda cõmittere refugit:quæ si pctm̃ sentiat,peccato non cõsentit,quã si cogitatio inquinat,ratio lauat. Recta cõscietia est cui suum peccatũ displicet,& alieno nõ cõsentit:nec ꝓpter hoc peccatorẽ dimittit:nec eius pctm̃ dissimulat,& cũ corripit nõ insultat. Trãquilla est quia oĩb9 est dulcis,& nulli grauis,utens amico ad gratiam,inimico ad patientiã,cũctis ad beneuolẽtiã,& quib9 potest ad beneficẽtiã. Talib9 eñ domus aiæ ædificat. Qd̃ si forte(ut fieri solet)fur aduenerit,qui nõ uenit nisi ut furetur & mactet & perdat:si inquã fur uenerit,i.uel cordis elatio intrinsec9 oriẽs,uel appetit9 hũanæ laudis extrinsecus aduenies,seu aliqua quælibet pestis quæ domum istã machinet perfodere:tunc rõnis ira quasi canis thesaurum custodiens,euigilet,latret,mordeat,& iugulet:irruens in hostes,nemini parcat:nullũ intrare pmittat,sed clamitet, & excitet intus habitãtes ad arma capescenda. Vndecũq̃ uitium siue clàm siue palã nocere tẽtauerit:procul illud arceat,ut sit secura cõscientia. Secura est quãdo accusationẽ non patit uel pro tẽpore boni,uel pro præsumptiõe mali. Mũda est & bene sibi cõscia cum nec de præterito iuste accusatur,nec de præsenti insuste delectatur. Pura est cui de9 nec sua peccata imputat,quia nõ fecit:nec aliena,quia nõ approbauit:nec negligentiã,quia nõ tacuit:nec superbiã, quia in humilitate permansit.

¶ *Citius & utilius acquiritur bona conscientia, quàm scientia.*
*Capitulum.*XXI.

MVlti quærũt scientiã:pauci uerò cõscientiã. Si uerò tãto studio & solicitudine quæreretur cõscietia,quãto quærit secularis & uana scientia: & citius apprehẽderet,& utili9 retineret. Cogitare nãq̃ de cõscietia,sensus est consummat9:& q̃ custodit illã,semp erit securus. Salua reuerẽtia sapiæ:utili9 est curre re ad cõscientiã,quàm ad sapiam:nisi sapientia illa sit quæ ædificet cõscientiã. Tunc enim se intelligit aia:tũc illustratur cõscientia:tũc impletur cor bona cõscientia:cum in se deũ,& in deo mutua reuolutiõe seipsam receperit imago creata. Creatrix imago in imagine creata,nihil aliud est nisi sapientia in aia:nisi gloria in cõscientia:nisi sanctificatio in arca. O quàm ineffabilis est pietas dei,quæ tantã maiestatẽ inclinat ad tantã humilitatẽ:qui creauit nos,creat in nobis. Et quasi parũ esset nos deũ patrẽ habere:uult etiam nos fieri sibi & matrẽ. Quicũq̃,inqt,fecerit uolũtatem pa- Matt.12.
tris mei qui in cælis est:ipse me9 frater & mater est. Frater obediendo:mater generãdo. Frater per hæreditatis participationẽ:mater per aliorũ instructionẽ. O fidelis aia expande sinus:dilata affectus:me angustieris in uisceri b9 tuis cõcipere quẽ totus orbis nõ potuit comprehendere,donec uirgo beata illũ fide cõcepit. Fide nanq̃ X̃ps cõcipit: uerbi prædicatione nascit,deuotione nutrit:amore tenet. Sit ergo cõscietia pura,ut deum cõducat ad hospitiũ nostrum. Sit solicita circa fidele obsequiũ,ne tanta maiestas recuset cordis gremiũ. Sit deuota,ut soli deo placeat,soli deo intendat:nec recedat ab eo. Talis cõscientia lætificat animam,& exhibet se deo gratã,& hoĩbus & angelis reuerendam,& sibimetipsi placata & quieta existit.

¶ *Quis sit conscientiæ fructus.* *Capitulum.*XXII.

CONscientia est cordis scietia:quæ dupliciter intelligitur:uidelicet ut illa quæ se nouit per se, uel illa quæ præter se etiã alia nouit ex se. Cor eñ & se nouit sua conscientia,& multa alia. Qñ nouit se,appellat cõscia:qñ præter se alia,noiatur scientia. Conscietia bona,titulus est religiõis,templũ Salomonis. ager benedictionis,hortus deliciarũ,aureũ reclinatoriũ, gaudiũ angelorũ,arca fœderis,thesaurus regis, aula dei, habitaculũ spũssc̃ti,liber signatus & clausus,& in die iudicij aperiendus. Nihil est iucundius,nihil tutius,nihil ditius bona cõscientia:premat corpus,trahat mundus,terreat diabolus:& illa erit secura. Bona conscientia secura erit cum corpus morietur:secura cum aia corã deo præsentabitur:secura cũ utrũq̃ in die iudicij ante tribunal terrificũ iusti iudicis statuet. Futuræ beatitudinis non est utilius remediũ nec certius testimoniũ bona cõscientia:cum mundus omni uolubilitate circũrotetur:ploret,rideat,pereat, transeat,nunquã marcescit bona conscientia. Subñciatur corpus in pœna,in ieiumñs maceret,uerberibus lanietur, eculeo distendatur,gladio trucidetur,crucis supplicio affigatur:& secura erit conscientia.

Quòd in speculo conscientiæ status interioris & exterioris hominis cognoscitur. *Capitulum.*XXIII.

IN speculo conscientiæ status exterioris & interioris hois cognoscit. Anima enim nõ nouit se, quæ sine speculo est. Speculũ mundũ clarum & purũ totius religionis,bona conscientia. Sicut enim mulier quæ uiro suo siue amico placere desiderat, in

contuitu ſpeculi imaginẽ oppoſitã reddentis, decorem & pulchritudinem facieí componit: ſic anima in quibus ab imagine ueritatis diſcedit, uel in quib⁹ ueſtigia creatricis imaginis recipiat: in conſcientia relegit & intelligit. Non immerito cõſcientiã ſpeculo cõparauim⁹: qñ in ea tãquã in ſpeculo rationis oculus tam quod decens quàm quod indecens eſt in ſe: claro aſpectu apprehendere poteſt:

¶ *Conſcientia acquiritur per cordis cuſtodiam.*
Capitulum. XXIIII.

VIta uniuſcuiuſq; non cognoſcitur niſi in cõſcientia: nec uenitur ad bonam cõſcientiam, niſi per cordis cuſtodiam. Cor enim ſuo arbitrio dimiſſum, aut ad uitam ſe uertit: aut ad mortem. Vele nanq; peccare malũ eſt: peccare peius: in peccato perſeuerare peſſimũ eſt: nolle pœnitere mortale: Quicquid igit cor cogitat quod ad utilitatẽ ſuã uel proximorũ quoquo modo nõ pertineat, reſpuendũ eſt. De diuerſis igit mundi partibus in quibus cor uagũ & ꝓfundũ tenetur, uel uane occupat: ad ſeipſum redeat, & ſeipſum diſcutiat: cũq; inuenerit culpã, timeat pœnam. Quærendo autẽ culpã, nuſquã illam niſi in ſe reperiat: reperta autẽ culpa & pœnæ cauſa ſeipſum puniẽdo, ſe ante ſe ſtatuat, & tanquã alium ſe iudicet. Se equidẽ culpatũ: ante ſe affictũ. ſe reũ: ante ſe iudicẽ ſeuerum. ſe impium: ante ſe ad pietatẽ reuerſum. proponat ſe ante ſe: decernat quid à ſe faciendum ſit de ſe: iuſte in ſe iniuſto infligat iuſta flagella. loquat etiã ſic ſibi: Quia pacẽ deſeruiſti apud dñm deum tuum, & bellũ incurriſti apud teipſum, ſciſſuram pateris, ut tu à teipſo cõdemneris: quia pactum pacis rupiſti. Vis quod non uis, & non uis qđ uis: à teipſo condemnaberis Nolenda uis: uolenda nõ uis. Ec-
Luc.19. ce de ore tuo te iudico ſerue nequã. Affligе itaq; te, & ſtatue te contra faciem tuam, ut aſpicias turpitudinem tuam, & recogites ſtultitiã tuam. Sic igitur in miſeriis ſuis ad ſeipſum cõuertitur cor, & ſiſtitur cor ad cor. Vis eſt quædã quæ ſic de corde operatur, & retinet cor fluxũ & uanũ, ne ꝓfluat in abyſſum exterminij. Vis iſta ſeu uiolentia rapit
Matt.11. regnũ cælorũ. Regnũ cælorũ (inquit dñs) uim patitur: & uiolenti rapiunt illud. Nobile regnũ poſſidet qui cor ſuũ poſſidet Non regnat, qui in corde ſuo deditus ſeruitutibus uitiorũ: præſidet urbibus, & turbis populorũ. Solus is regnat, qui depoſito cordis imperio, ad leges ratiõis ordinat totam familiã motuũ interiorũ & exteriorũ. Si inſurgit rabies leonina, premitur per patientiã. ſi petulãtia hirci, per abſtinentiã. ſi ferocitas aprí, per manſuetudinẽ. ſi ſuperbia unicornis, per humilitatem.

¶ *De Mobilitate cordis.* *Capitulum.* XXV.

NOn inuenitur autem inter cæteras artes liberales ars iſta præ aliis liberalis, qua teneaf cor qđ omni mobili mobilius eſt: quod omni lubrico lubricoſius eſt. Mobilitate enim naturali inſtabile, uel in puncto fixum recuſat conſiſtere: cuius uita in motu eſt: & motus eſt ei uita. Mouet molem totius corporis humani tantillus iſte in corde uitalis motus: & qua coerceatur arte ut alia mouens, ipſe nõ moueatur? Fortè mola aſinaria ſi ad collum ei ſuſpendatur, nõ moueretur: imo multo magis cum mola concitaretur. Agendum itaq; cum eo eſt ut circũeat terram, & perambulet eam: ſi forte uelociorem & mobiliorem ſe inuenire queat. Si ſuper terram ſimilem ſui nõ inuenerit: etiã girum cœli circũeat: & rotas curruũ dei ad curſum ſuũ admoueat, quid tunc faciet ad illos qui ambulant ſuper pennas uentorum? Eortè & cum
Sapiẽ.8. illis contẽdere poterit. An & cum illa uirtute curret quæ attingit à fine uſq; ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter? An & illam apprehẽdet de qua dicitur: Mobilior eſt
Sapiẽ.7. omnibus mobilib⁹ ſapiẽtia? Saltẽ cum uiderit tam ſpatioſis ſaltibus tranſilientem ſuam potentiã, potentiam creatoris ſui, ſubſiſtat & dimittat alas ſuas, retinens ſe, & habenis deificæ comparationis ſe ad ſe colligens & cohibens,
Ezech.1. nõ trãſgrediatur terminos ſuos. Sic enim ſancta animalia in uiſione Ezechielis cum fieret nox ſuper firmamentum quod imminebat capiti eorum, ſtabant & ſubmittebant alas ſuas. Quod planè ſancti faciunt, cum perluſtratis operibus & mirabilibus dei ſuperintelligibilibus abſcõditis myſteriis, nihil ſe ſcire deprehẽdunt, ſed momento ſtateræ omnia opera ſua appendunt. Tunc ſe non à ſe moueri cor intelligit, qa per ſe immobile permaneret, niſi qui omnia mouet, illud quoq; inter omnia moueret. Mutuatum igitur à deo cognoſcens motum ſuũ, iam non uſurpet ut proprium, ſed ut cõmodatũ. Ad uoluntatẽ nãq; cõmodantis: cõmodatarius uti debet commodato. Alioquin furtũ facit in re commodata.

¶ *Quomodo diuina gratia corda hominum mouet.*
Capitulum XXVI.

CVm igitur te mouerit deus uel moueri uoluerit ô cor humanum, moueaɾis: aliter non moueaɾis: quia non eſſet moueɾi, ſed commoueɾi: ſed quando te mouet deus? Cum admonet. Admonet autem ſic: Vane occuparis ô cor ſapiens, & omni prærogatiua excellens, in his quæ uanitates uanitatum ſunt. Non te decet his ſubeſſe, ſed præeſſe. Te indigent iſta ut melius & commodius ſubſiſtant: tu his neq; ad beatitudinem indiges, neq; ad immortalitatem. Viaticum quidẽ iumento tuo præparant in uia, ſed ſi ad menſuram ſumãtur, non ad ſuperfluitatem. Ex ſuperfluitate enim ciborũ quãdoq; infunduntur iumẽta, & in uentris nimiam effluxionẽ reſoluuntur, ita ut ex refectione deficiant. Sic corpus tuũ, ô princeps & dominus corporis, ſi regulas neceſſitatis exceſſerit, & ad barathrum cõcupiſcentiæ os aperuerit, lacũ perditionis ſibi effodit in hoſpitio reparatiõis, & de remedio comparat exitium, de uehiculo naufragiũ. Quid proinde? ſuperfluum tollit neceſſariũ. Aufer ſuperflua, & nulli deerunt neceſſaria: quia de ſuperfluenti copia aliorũ: naſcitur ualde ægra aliorum inopia.

¶ *Quomodo ſe debet unuſquiſq; refrenare ac regere.*
¶ *Capitulum.* XXVII.

VTum eſt male acta corrigere, tuum eſt in ordine & officio familiam membrorũ corporis, & animæ motũ diſponere: tuum ſingulorũ negocia ſecũdũ competẽtiã aſſignare. Non ſit in regno corporis tui qui leges & iura inſtitutorũ tuorum impune præuaricetur, non oculus, non manus, non pes, nõ auris, nõ guttur. Quid enim de ignobilioribus & plebeis membris dicã, ſi uel attrectare rebellionem præſumpſerint? Lapidibus obruantur, iaculis increpationũ confodiãtur, & nouerint regem Salomonẽ ſedere ſuper mulã regis, id eſt rationẽ ſuper ſenſualitatem corporis. Quid ſi pudibunda illa (quæ uelato ſemper nomine appellantur à pudicis & caſtis labiis) motu inordinato reipublicã infeſtauerint? Certe abſcindantur: non ferro, ſed ieiunio: non detruncatione, ſed mortificatione. Vtinã (inquit apoſtolus) abſcin- Gal.5.
dantur qui uos conturbant. His perſuaſionibus cor effrenatum, in præceps curſum ſuũ rapiens, teneri poteſt, ut ſit bona cõſcientia. Bona eſt ſi habeat in corde puritatem, in ore ueritatẽ, in actione rectitudinem. Pro his nãq; merebitur trinitatis uiſionẽ. O beata uiſio in qua ſic deus erit notus atq; perſpicuus ut uideatur à ſingulis nobis in ſingulis nobis, uideatur in ſeipſo, uideaf in cælo nouo & in terra noua, atq; in omni quæ tunc fuerit creatura.

¶ *Quòd anima in conſcientia ſua cognoſcit quo debeat ire quãdo egreditur de corpore, id eſt de libro conſcientiæ: & quomodo corrigendus eſt.* *Capitulum.* XXVIII.

IVmana cõſciẽtia eſt dñi uinea, quã excolere debent peccatorũ cõfeſſio, & eorũ ſatiſfactio, & exhibitio bonorum operũ, & cuſtodia eorũ. Vnicuiq; eſt liber ſua conſcientia, & ad hũc librum diſcutiendũ & emendandũ oẽs alij inuenti ſunt. Aia cũ de corpore egrediet, nullũ aliũ præter cõſcientiæ ſuæ librum ſecum portare poterit, atq; in illo cognoſcet quo debeat ire, & qđ debeat recipere. Ex his quæ ſcripta erũt in libris noſtris iudicabimur, & ideo ſcribi debẽt ſm exẽplar libri uitæ: & ſi ſic ſcripti nõ ſunt, ſaltẽ corrigendi ſunt. Conferamus itaq; libros noſtros cum libro uitæ: & ſi quid aliter habuerint,

habuerint, corrigant, ne in illa ultima collatione, si quippiã aliter inuenti fuerint habentes, abiiciantur. Beatus homo qui se potest cognoscere & despicere, probare & improbare. Nã qui sibi displicet, deo placet: & qui sibi uilis est, deo charus est.

¶Nihil est melius & nihil utilius quàm seipsum cognoscere: quod est proprium conscientiæ. *Capitulum.XXIX.*

MVltæ sunt scientiæ hoim, sed nulla melior est illa qua cognoscit homo seipm. Quãobrem redeam ad cor meũ, & ibi stare assuescã, ut totã uitã meã possim discutere, & meipsum cognoscere. Oẽs miserias meas coram deo effundam, si fortè illa sua magna pietas moueat eum. Cõfitebor eí pcãta mea, cui omnia nuda sunt & aperta: quẽ fallere non possum, qa sapientia est: nec effugere, qa ubiq; est. Audí ergo pïssime deus confessionẽ meã: & respice ad pietatẽ tuã: & fac mecum ſm miam tuã. Audí quàm sæpe de memoria mea te expulit irruens turba plurimarũ cogitationum, quæ uelut plebs ad aliqd spectaculũ solẽt effluere in cor meũ. Dũ orare uel cantare in monasterio uolo, nescio cuiusmodi stulta cogitatio cor meũ rapit, & ducit per diuersa loca. Cũq; illud ad me reuoco, tenere nõ possum, sed illico elabitur, & huc illucq; dispergitur, & per innumera effundit. Idcirco crebra terrenarũ cupiditatũ illecebra, & uanitatũ effusio ita cor meũ occupãt: ut qd uitare studeã, hoc cogitẽ, aioq; uoluã. Nõ eñ est in ptãte mea cor meũ & cogitationes meæ, quæ ex improuiso effusæ mentẽ meã animũq; confundũt, atq; alio trahũt quàm ego ꝓposuerã. Ad secularia reuocant: mũdana inserũt: uoluptaria ingerũt: illecebrosa cõtexũt: ipsoq; in tpe quo leuare mẽtẽ meã ad te paro, inanib⁹ cogitationib⁹ infect⁹ ad terrena plerũq; deiicior. hmõi perstrepẽtiũ cogitationum tumultus à corde quotidie amouere uolo nec ualeo, sed uisa & audita, dicta & facta ad memoriã reuocant, & in ea cum magna importunitate perstrepunt. Cogitanda cogito: cogitata recogito: & cadẽ iterũ atq; iterũ replicare nõ cesso: & cũ diu multũq; quicqd potero cogitauero: sine cogitationibus esse nõ possum: sed intrant, & exeũt, atq; aliæ aliàs introducunt, & excludũt. hæc inuit⁹ sustineo: plerũq; tñ consentio: cũ per ea quæ uidí, uel feci sine utilitate, absq; discretione, uaga mẽte discurro. Ita mẽs mea semper mobilis, & nunquã stabilis: semper uaga, & uelut ebria, per diuersa distrahitur. Grauiter pecco cum cor meũ derelinquo: qñ grauis iactura est quæ per negligentiam fit. Vim patior cũ illud me deserit. Confirma cor meũ deus: qm cũ stare in semetipso nitit, aliquo modo à semetipso etiã nesciẽdo deriuat. Ita peccãdi cõsuetudine etiam cũ nescio pecco, & cor meũ cor uanũ per infinita deducitur, & in multa desideria diuidit. In nocte uerò cũ dormire uolo: multarum rerum imagines & phantasias clausis oculis uideo, easq; inuitus tolero: quãtoq; ab eis acíẽ mentis auertere nitor, tanto ampli⁹ illæ se mihí ingerunt, & mole stis turpiũ cogitationũ cor meũ maculãt. Inde est ꝙ sæpe mihí nocuit mortifera delectatio quæ ex recordatiõe præteritorũ peccatorũ nasci solet, sed maxime ex recordatiõe libidinis. Hæc enim pestis quò præ cæteris uitiis est mihí familiarior, eò ad nocendũ procliuior, & ad repellendum difficilior. Nã cũ eã repellere uolo, nolenti mihí se ingerit, blande onerosa, displicẽdo placens, & placendo displicẽs. Carnis libidinẽ nũquã fugere potui, sed semper me persequitur: & cum aliqua delectationis cogitatione uel usus intentione me cõprehẽdere põt, nõ diebus neq; noctibus requiescere sinit. Subtiliter intrat, & mentẽ occupat: & ni si subito repellat, allicit & incẽdit, & quasi uirus pestilẽtiæ per totũ corpus paulatim se diffundit. Cogitationes praua multiplicat, affectiones malas generat, delectatione illicita mentem afficit, & ad consensum prauitatis animum inflectit: oẽsq; aiæ uirtutes corrũpit. Hac peste cũ astrict⁹ teneor, diuelli ab ea uix possum, qm stimulos eí⁹ confiteri aut nescio, aut erubesco, tã subtiles & turpes sunt. Reuera difficile est libidinis incẽdia extinguere: impuberes stimulat, iuuenes inflammat, uires eneruat, senes & decrepitos fatigat, non aspernat tuguria, nõ reueretur palatia. Vtinã sola cœnobia fugiat. Adiuua me dñe deus meus ut huic tã pestifero & mortifero uitio resistere possim. Scio enim qa quod resistentẽ fatigat: uincentẽ coronat. Scio etiam quoniã si mentẽ meã cogitatione immunda polluero: tibi qui munditiæ author es, placere non ualeo.

¶De amara atq; illicita cogitatione. *Capitulũ.XXX.*

GOr mundũ crea in me deus: qm̃ non solũ uana cogitatio illud occupat, & turpis ingnat: uerũ etiã amara dissipat. Sæpe nãq; aliqua iniuria cõmotus, densis cogitationum tumultibus in corde premor: hinc inde solicitus, & cæcus, occasionem uindictæ de accepta iniuria rimor, cõsilia multiplico, & nihil aliud nisi iurgia quæ desunt in corde perago. Præsentes non uideo: absentibus contradico: intra memetipsum cõtumelias profero & recipio: receptis autẽ duri⁹ respõdeo. Cũq; quí obuiet nullus adsit, rixas in corde cõpono, insidias inuidentiũ cõsidero, & quid cõtra iurgñ mouere possint penso, exqro qd respõdeã: & cũ rẽ nullã teneã, uacuus litigator elaboro. Sicq; diẽ in ociũ: noctẽ uerò in cogitationẽ uerso. Torpeo ab utilí ope: qm̃ fatigor illicita cogitatione. Ita mens intus pugnat: cũ mẽti nemo repugnat. Nõnũquã uero qd egí in corpore, hoc postmodũ importuna cogitatione uersо in mẽte: & multoties grauius torqueor in recordatiõe, quàm prius captus fuerã in operis perpetratione. Sæpe etiã ea quæ nũquã feci, nec in uoluntate habui, ita recogito, quasi pœniteat me illa non fecisse. Ab occultis meis mũda me dñe: qm̃ cũ nihil exterius ago, int⁹ grauiter pecco. In corde eñ seruo depicta quæ uidí & feci. Ideo tẽporaliũ rerũ tumult⁹ in corde uersare nõ cesso, etiã cũ uaco. In cogitatione eñ comedo cũ ieiuno, loquor cũ taceo, irascor & tranqllus sum, corpus reqescit, & anim⁹ huc illucq; discurrit. Ita uitam istã sine culpa nunquam trãsire potui: nec hoc qdẽ qd laudabiliter uixi, sine aliquo reatu est, si remota pietate discutiat. De necessitatibus meis eripe me dñe. Crebrò nãq; dũ necessitati debita reddere studeo, uoluptatis uitio deseruio: sub uelamine necessitatis, cado in laqueum uoluptatis. Sæpissime nãq; comedi & bibí non ad necessitatem, sed ad uoluptatẽ: & qd necessitati satis erat, uoluptati parũ erat. Cogitaui etiã de cibo & potu quãdo nõ debui, & ubi nõ debui, & plusquã debui. Cogitando de escis, epulas in cogitatione tota die ruminabã. Cũ tegendis mẽbris uestimẽta quæro: nõ solũ quæ tegãt, sed quæ extollãt expeto: & contra frigoris torporem non solũ quæro quæ muniant per pinguedinẽ, sed quæ mulceãt per mollitiẽ nõ solũ quæ per mollitiẽ tactũ mulceant, sed quæ per colorẽ oculos seducãt. Cũ ꝓ aliqua necessitate licentiã loquendí alicui habui, locutus sum nõ solũ de necessariis, sed de his quæ ad me nõ pertinebãt, & de quib⁹ licentiã nõ habebã. Immersi me colloquiis hoim: & ibi locut⁹ sum nõ ad ædificationem, sed ad destructionẽ: nõ qd decebat, sed qd libebat: locutus uerba uana & risui apta, uerba ociosa & inutilia. Verbositati deseruiens, detractioni studẽs, os meũ mendacio & detractione inquinaui. Lingua mea omni fallacia plena est, ꝙ nocuit mihí plusquã oĩa mẽbra. Nam ea quæ audiui uel uidí, nunquã eo modo quo dicta uel facta sunt, referre possum, sed alia affirmo pro aliis, & sæpe multa interfero superflua, atq; ita uel nimium laudando uel uituperando, ferè quoties loquor mentior. Guttur insatiabili ardet ingluuie: gula diuersis saporib⁹ satiarí nõ potest. Cor prauum, dolo & malitia plenum, per puram confessionem purgare nunquã potui. Manus ad opus prauum fuerunt paratæ, & ad operandũ bonũ pigræ. Stomachus & intestina nimio cibo & potu sæpe sunt distenta: & ideo dolore sunt plena. Nam unde gula delectat, inde uenter inflatur, corpus infirmat, & sæpe mors sequit. Per gulæ delectationem corrui in uetris ingluuie: & unde debui mihí parare salutẽ, inde contraxí nimium comedẽdo pernicem. Pedes uelocius me portauerunt ad aliquam curiositatem speculandam, quàm ad ecclesiam. Oculi iniquo intuitu me

Psal.50.

Psal.24.

Nota.

Universidad de Deusto Biblioteca

perueterũt:omnẽq; motũ corporis mei ad immunda desideria traxerũt. Aures citius aperui uerbis ociosis & uanis, quàm sanctis. Delectatus est odoratus uanis odoribꝰ, gustus diuersarũ rerum diuersis saporibus, necnon singuli alĩ sensus his & illis, iuxta quod cuiq; suus ferebat appetitus. Ita deus meus in omnibus membris meis naturæ modum excessi: oĩa membra mea uelut coniuratione facta inimico meo de me dominiũ tradidere, cũ morte fœdꝰ inire, pactum pepigere cum inferno.

¶ *Conscientia nostra erit noster iudex in die iudicij.* *Capitulum.* XXXI.

Psal. 139. ERipe me dñe ab hoĩe malo, id est à meipso: à quo recedere nõ possum. Nam quocunq; me uerto, uitia mea me sequuntur. ubicunq; uado, cõscientia mea me deserit, sed præsens assistit, & quicqd facio scribit. Idcirco quãquã humana subterfugiam iudicia: iudicium propriæ conscientiæ fugere non ualeo. Etsi hominibus celo qđ egi: mihi tamẽ (qui noui malũ quod gessi) celare nequeo. Proprij reatus cõscientia non me regescere sinit, sed de die in diẽ uehemẽter me torquet, & de die iudicij uehemẽtius terret. Nã in die illa cũ dñs ad iudicium uenerit, uniuscuiusq; conscientia ad testimoniũ adducet, & aperto libro cõscientiæ, oĩs culpa ante oculos reducet: atq; ita cogẽte cõscientia, unusqsq; erit accusator & iudex suus. Propterea statuã me ante me, & iudicabo meipsum, ut illiꝰ extremæ & tremendæ diei iudiciũ euadere possim. Dãnat me cõscia mea, quãquã diuinũ iudiciũ nondũ me dãnet. Accusat me de homicidio, qđ si ope non feci, uoluntate tñ ac desiderio sæpe peregi. Accusat me de adulterio: & eodẽ modo rñdeo. Accusat me de inuidia: confiteor & ego qũ inuidia sæpissime cor meũ laniauit. Per inuidiam nãq;, sancte uiuẽtiũ merita, mea feci inuidẽdo pctã. Nã bona quæ ab eis fieri uel dici audiebam, uera oĩno non credebam: ipsas res bene gestas, in malũ male interpretãdo conuertebã. Oñe malũ ꝑ de illis mẽdax fama iactabat, statim tãquã si ego uidissem, credebã. oĩa mala meis æmulis fingebam: & ex profectu eorum deficiebã. Hæc uerò odia intra me ascõdebã, & in meos cruciatus enutriebã. pficientibus inuidebã, peccantibꝰ fauebã, de malis eorũ gaudebã, & de profectibus lugebã. Gratuitis inimicitijs ardebã, & hanc malitiã mei pectoris deprehẽdi timebã. Semper eram ei amarus, & nũquã certus: & ita amicus eram diaboli, & inimicus mei. Inter amicos discordias seminaui, discordãtes in dissensionem cõfirmaui, opiniones eorũ mendacijs decolaraui, in spũalibꝰ carnalia laudaui, ut spũalia bona eis deesse persuaderẽ. Amicitias simulaui, ut eos qui se incaute mihi committebãt, qua possem arte decipere. Odiorum mihi occasionẽ prauis suspicionibꝰ coaceruaui: & ita dæmones quorũ facta sectabar lætificaui. Multis uelut amicꝰ sui in obsequio: hostis in aĩo. Cõptus in uerbo: turpis in facto. Proditor fui secretorũ, tenax malarum suspicionum,

Psal. 142. utrobiq; puersus Et ita ꝑsecutꝰ est inimicꝰ aĩam meã: humiliauit in terra uitã meam. Pissime dñe, unde possum esse bonꝰ, q in bono sic fui malꝰ? Ego peccabã, & tu dissimulabas. prolongabã multo tpe iniqtatẽ meã, & tu pietatẽ tuã: quia pœnitẽtiã & indulgẽtiam cogitabas. Da ergo miam misero, q tandiu pepcisti criminoso. Credo nãq; qñ qcqd mihi cõdonare decreueris, sic erit quasi nunquã fuerit.

¶ *De uanitate, & ex ea dependẽtibus.* *Capitulum.* XXXII.

ON solum inuidia cor meũ afflixit: uerũetiã uanitas circa uarias delectationes languentẽ animum inuoluit. Per uanitatem nãq; de operibus quorũ mihi cõscius nõ erã, turpiter me iactaui. Gestiebã etiã docere quæ nesciebã. Credi de me sublimia uolebã, delectabilia grauibus anteponebã, execrabar uerbo quod aio cõcupiscebam, appellationes uirtutum meis uitijs imponebã, & ita meipsum fallebam, & fauentes mihi decipiebã. In pmissione honesta fui uelox, in exhibitione mendax, à bono mutabilis, mali tenax, in uerbo grauis, animo turpis, ubiq; fallax, lætus ad prospera, fragilis ad aduersa, inflatus ad obsequia, anxius ad opprobria, immoderat ad gaudia, facilis ad humana, difficilis ad honesta. Misericordissime dñe ita defecerũt in uanitate dies mei, i quibus debui fieri cõmissam iniquitatẽ, excitare remissam uoluntatem, suspirare ad amissam hæreditatẽ, aspirare ad promissam felicitatẽ, properare ad angelicam societatẽ, repropitiari tuam maiestatem.

¶ *De statu miser o huius uitæ.* *Capitulum.* XXXIII.

TErret me tota uita mea deus meus, qñ diligẽter discussa apparet mihi aut peccatũ aut sterilitas: & siquid fructus in ea uidetur, sic est simulatum, aut imperfectum, aut aliquo modo corruptum: ut possit aut nõ placere, aut displicere tibi. Et cum uere ita res sit, sic est mihi quasi non ita sit: quod est miseria sup miseriam. Sic comedo, bibo, & dormio securus: quasi tã transierim diem mortis, & euaserim diẽ iudicij, & tormenta inferni. Sic ludo & rideo: quasi iam regnem tecum in regno tuo. Idcirco multitudinẽ iniquitatũ mearũ expauescens, sed de tua pietate cõfidens, tibi creatori & redẽptori meo qui ueniã & indulgentiã post reatũ per purã & lachrymabilẽ cõfessionẽ assequi promisisti: cõfiteor qñ in pctis conceptus sum: & in pctis nutritus: & per omne tps uitæ meæ usq; ad hanc diẽ in pctis sum conuersatus. Nullũ inuenio pctñ à quo nõ sim aliquo mõ inquatus. Per supbiam nãq; præcepta tua & seniorũ meorũ trãsgressus sum. Silẽtiũ & taciturnitatẽ sicut regula docet nõ tenui. Qđ mihi licitũ nõ fuit: habui, dedi, & accepi. Clamores pauperũ & miserorũ nõ libenter aut misericorditer audiui: nec eos in infirmitatibꝰ suis uisitaui. Suadentibꝰ mihi in malũ cõsensi: facilꝰ multa in imo quàm unũ in summo cogito: facilꝰ reprehendo aliorũ uitia quàm mea: & qđ in alijs rep̃hendo, facere nõ erubesco. Facilꝰ uniuscuiusq; uitia quàm uirtutes intendo. Cum aliorũ delicta cerno, mea non aspicio. In meis delictis sum clemens, in alienis rigorem tenere uolo. Ad irrogãdas cõtumelias sum ualidꝰ: ad tolerandas infirmus: ad obediẽdũ piger: ad lacescẽdos uerò alios importunus: ad ea quæ facere & debeo & ualeo uagus: ad ea uerò quæ facere nec debeo nec ualeo, paratus. Ita repleta est *Psal.* 87. malis anima mea: pctis meis exigẽtibus. In ecclesia me deteriorem reperio: ante altaria sacra deuote nõ supplico: uasa sacra nõ reuerẽter tracto: in choro sum corpore, & in alio negocio mente. Nũc intus maneo, nũc foras exeo: tãta est leuitas corporis necnõ & mẽtis. Aliud cãto: & aliud cogito. Psalmodiæ uerba ꝑfero: & psalmodiæ sensum non attendo: sed mente uagus, habitu dissolutus, oculis attonitus, huc & illuc prospiciẽs: quæcũq; ibi geruntur perlustro & perspicio. Væ mihi qñ ibi pecco, ubi pctã emendare debeo. Nonnunquã uerò in ipsis bonis quæ ago, ad deteriꝰ ꝓpinquo: quia dũ menti lætitiã pariũt, & quandã securitatẽ gignũt, mens mea secura reddit: & in torpore laxatur. Sæpe etiã meipsum & opera quæ fecerã laudaui: & ab alijs laudari uolui. Plerũq; laus humana quã non quærebã, mihi oblata placuit: & cum ex ea incaute extollerer, subito multa quæ fecerã ad memoriã uenerũt: ut amplius in elatione attollerer. Quæ subtiliter replicãs, atq; in unũ cuncta coaceruãs: cœpi magis magisq; deceptus intumescere. Dũq; in mei admiratione occupatus defigerer, mihi dans gloriã, & non deo à quo oĩa acceperam, oĩm fructum amisi: atq; ita didici qñ qui me laudabant, aduersum me *Psal.* 101. iurabãt. Quãto eñ quisq; in semetipso gloriatur: tãto à dei amore disiungit. Ita deus meus inferno appropinquauit *Psal.* 87. uita mea. Si me liberabis, habebo unde tibi gratias agam: si inde nõ liberabis, non habeo unde te reprehendam: qñ iustus es. Heu mihi qualis uixi, quanta mala feci & dixi! Pudet qui sic uixerim: & q natus fuerim. Mallem non esse, quàm talis esse. Bonus eram: & malũ me feci: utiq; qui spõte me feci miserũ, iustũ est semper esse miserũ. Conscientia mea meretur dãnationẽ: pœnitẽtia mea nõ sufficit ad satisfactionẽ: sed certũ est qñ mia tua delet omnẽ offensionem. Dele ergo pie dñe inquitatẽ meam multitudine miserationum tuarum. Ego uerò qui usq; ad hãc diem sine causa uixi, amodo sine causa uiuere nolo.

¶ De recidiuo

¶ *De recidiuo, hoc est reuersione in peccatū.* Cap. XXXIIII.

SEd heu miser hæc tā sæpe sic confessus: surgens cadēs sum defessus, repeccādo toties, cōfitēdo toties. Multotíes ꝓmísi me emēdare: & nūquā renuí: sed semp ad pctm̄ rediī: & prioríb⁹ sceleribus nouā & deteriora cōiunxí. Numquā ut debuí mores meos in melius mutauí: nec à malefactís recessí. Plurímos etiā, me perdens, peccare fecí: & multís causa malí extítí: & exemplís uitæ meæ nōnulli subuersi sunt. Ecce peccata mea misericordíssime de⁹ non abscōdo, sed ostēdo: accuso me, nō excuso: qm̄ íníqtatē meā cognosco. Nec ídcirco
Psal. 50. iustus sum: qm̄ si alter ita me accusaret sicut ego meípsum accuso, patienter sustínere non possem. Desperare utique potuíssem propter nímía peccata & uítía, culpas & ínfiní tas negligentías meas quæ egí & quotídie índesinenter ago corde, ore, opere, & oíbus modís qbus humana fragílitas peccare potest: nisi uerbū tuū deus caro fieret, & habitaret ín nobís. Sed desperare iā nō audeo: qm̄ subditus ílle tíbí usq; ad mortē, mortē autem crucís, tulít chírographū pctōrū nostrorū: & affligēs íllud crucí, pctm̄ crucifixit & mortē. Gratías tíbí ago dñe deus meus qm̄ uísitastí me: & ostēdístí mihí pctā mea. Nūc prímū te ínspírante dídicí ad cor meū redíre: & meípsum cognoscere. Aduocabo ergo alíquem de amícís tuís: & ei oía delícta mea exponam sícut mihí præcepístí: ut cíus consílío & auxílío ab oíbus meís possím íníquitatíb⁹ líberarí, & tíbí reconcíliarí.

¶ *Confessio ad abbatem.* Cap. XXXV.

AVdí ergo pater miserū pctōrem: audí uocem lachrymātis & pœnitētís: attēde quàm grauíter peccauí, & creatorē meū offendí. Deo iubente ad cor meū rediī: & ídeo exclusis oíb⁹ ꝓter dñm deū & meípsum, totā uítā meā díscussí tanto díligentíus, quāto familiarius: & ut uerū fatear, níhíl alíud íbí ínuení nísí locū horroris, & uastæ solítudínís: cōscíētíā uídelícet díu neglectā, oíno ícultā, spínís & tríbulís obsítā, & omní horrore plenā. Nullū ením ínuenío uítíū à quo nō traxerím alíquod cōtagíū. ¶ Turbauít me íra, lacerauít me ínuídia, ínflauít supbia: índe cōtraxí mētís ínconstantíam, oris scurrílitatē, opprobría ꝓxímoꝝ, scelera detractionū, línguæ effrenatíonē. Seníoꝝ meoꝝ ímpía nō seruauí, sed iudícauí: de meís negligentíis obíurgat⁹ aut rebellís fuí aut murmurauí: ꝓferrí me melíoríb⁹ ímpudēter affectauí: símplícitatē spíritualíum fratrum írrídenter exagítauí: meas sententías procacíter iactauí: obsequía delata fastídíuí: negata q̄síuí: íunío res meos elatus despexí. Non obseruauí ín obsequío reuerētíā, ín sermone modestíam, ín morib⁹ dísciplínā: habuí ín íntētíone pertínacíā, ín corde durítíam, ín sermocínatíone iactantíā. In hūílítate fuí fallax, ín odío pertínax, ín íocatíone mordax. Subiectíōís ímpatíēs, potentíæ sectator, ad opus bonū píger, ad unítatē ferus, ad obsequíū durus, ad loquēdū q̄ nescíebā ꝓptus, ad supplātādū parat⁹, fraternæ societatí ínhuman⁹. Temerarius ín íudícādo, clamosus ín loquendo, fastídíosus ín audíendo, præsumptuosus ín docēdo, effrenat⁹ deformíter ín cachínādo, onerosus amícís, ínfestus qtís, íngratus beneficíis, ínflat⁹ obsequíis, & ímpíosus subiectís. Sæpe iactauí me feclsse qđ nō fecerā, uídísse qđ nō uíderā, díxísse quod nō díxeram. Dissímulauí etíā me non feclsse qđ fecerā: negauí me díxísse qđ díxerā: nō uídísse & audíísse qđ uíderam & audíerā: & ita ex oí pte sum re⁹. Reus ín seculo, re⁹ ín clausto: sed íbí ꝑ ígnorātíā: híc ꝑ negligētíā: & utrūq; me terret. Verūtm̄ multo amplíus terret me qꝺ ín monastérío ante cōspectum deí deteriorē me ínuenío. Collocauít me deus ín loco uoluptatís, ín domo ubertatís, ín paradíso delicíarum: ego uerò míser & míserabílís, ínter mensas epulantíum fame pereo: íuxta fontem sítío: ante ígnem algeo: & ad neutrū manus extēdere uolo: tam píger sum & desídíosus. Ita tꝑs amítto qđ deus míhí sua píetate índulserat ad agendā pníam, ad obtínēdā uenía, ad acgrendam gr̄am, ad ꝓmerēdā gl̄íam. Quasi quoddā monstrū ínter fílíos deí sto: habítū monachí, nō cōuersatíonem habēs. In magna corona & ampla cuculla, salua míhí oía exístímo. Tanquā arbor sterílís terrā occupo, & uelut íumētū míle pl⁹ cōsumo quàm ꝓficío. Altíorē alterí⁹ locū teneo, & nullí⁹ officíū suppleo: sed sum sícut trūcus sine frōdíb⁹ & fructíb⁹. Alíī me pascūt de laboríb⁹ manuū suaꝝ sícut ꝑbēdaríū suū. Ego aūt tāquā paup & míser, nec clericū nec laícū gero. Cantare nāq; & legere nequeo: laborare nescío: sed sum opprobrīū hoím: pecore uílíor, cadauere peíor. Tole rabílíus eīm canís putrídus fœtet hoíb⁹: quàm aía peccatrix deo. Idcirco tædet me uíuere: uíuere erubesco: qa parū ꝓficío. Mori tímeo: qm̄ nō sum parat⁹. Malo tm̄ morí & míæ deí me cōmíttere & cōmēdare, qa benígn⁹ & míserícors est: quàm de mala mea cōuersatíōe alícuí scādalū facere. Tota díe nāq; uerecūdía mea contra me est: & confusio Psal. 43.
facíeí meæ cooperuít me: cū uídeo me sommolētū ad uígílías, tardū ad horas canonícas, & pígrū ad opera manuū. Alíos autē uídeo tam strenue & deuote díuínís ínteresse laudíb⁹: alíos uerò íta reuerēter & alacríter corā deo assístere, & eū laudare: ego aūt cōpungí ad lachrymas neq;o: tāta est durítía cordís meí. Cantare nō líbet, orare nō delectat, meditatíōes sanctas nō ínuenío: tāta est sterílítas aīæ meæ, & deuotíōís ínopía quā patíor. Heu míhí, oēs ín círcuítu meo uísítat dñs: ad me aūt nō appropíquat. Nā alíū qdē ítueor sínguláris abstínētíæ, alíū admírādæ patiētíæ, alíū summæ hūílítatís & māsuetudínís, alíū multæ míæ & píetatís: íllū í cōtēplatíōe frequēter excedere: hūc pulsare & penetrare cælos oīonís īstātía, alíosq; ín alíīs ꝑmínere uírtutíb⁹. Oēs cōsídero & ꝓspícío feruētes, oēs deuotos, oēs ī Chrísto unanímes, oēs donís cælestíb⁹ & gr̄a affluētes, tanquā re uera spírítales hoíes, quos de⁹ uísítat, & ín qbus habítat. In me nerò níhíl horū ínuenío: qm̄ declínauít dñs ín íra à seruo suo. Inde est qꝺ cū alíī uígílāt, ego dormío: qm̄ alíī cantāt ín monastérío, ego huc & ílluc díscurro: qm̄ alíī ín alíquo secreto loco se furant à colloquíis hoḿnū, ut íbí loquantur cū rege angelorū, ego quæro colloquía hoím: cū alíī uacant lectíonibus, ego fabulís & uerbís ocíosís: qm̄ alíī díscutíūt & díudícāt semetípos, ego íudíco alíos. Alíís placet cōís uíta, cōís dísclplína, & cōe studíū: & míhí placēt angulí & díuertícula. Síc síc ex qꝺ pecca re potuí, nūquā à pctīs & malís operíb⁹ cessauí: pctīs pctā sp accumulauí: & pctā q̄ alíqm̄ opíb⁹ ímplere nō potuí, malís uolūtatíb⁹ & malís desideríis nūquam ꝓficere cessauí.

¶ *De delectatione carnis.* Cap. XXXVI.

SVper oía mala delectatío carnís q̄ ab ípsís cunabulís semp mecum creuít, míhí semp adhæsit, nec adhuc íā præ senectute deficientíbus membrís me deserit, multís & uarís modís ínfelícē animam meā maculauít, díssoluít, captíuauít, & oí uírtute destítutā, ínanē & debílē reddídit. Fateor huí⁹ opís nefarīj ímmūdís recordatíōíb⁹ me sæpe esse cōmotū & íncensum, ardores nō modícos & ínhoneστos passum & non solum mearū delectatíonū mala memoría & stultæ recordatíones míhí nocuere: sed etíā alíorū malefacta míhí narrata, & ꝑ recordatíones sordídas ad memoríam reducta, cor meū nō paruo ueneno ínqtatís maculauere. Et ín hoc míserabíliter míserabílís sum: qa nō tm̄ doleo quātū dolēdū me cognosco, sed sic securus torpeo, uelut qd patíar ígnorē. Hoc uerò míhí est omní ínfelícítate míseri⁹. ꝙ íta opere peruersus, ore pollut⁹, corde ímmūdus ad altare accedo, & Chrístí corp⁹ manib⁹ meís pertractare nō pertímesco. Accedo elatus ad humílē, íratus ad mítē, crudelís ad míserícordē: & tm̄ patítur humílís elatum: mítís íratum: crudelem míserícors. Accedo seruus ad dñm: non amore, sed tímore: nō deuotíone, sed usu. Accedo ad dñm, cuí⁹ pcussī seruū. Ad patrē accedo, cuíus occídí fílíū. Percussī uerbo, occídí exēplo: nec tm̄ ptímesco dñm, nec reuereor patrem. Manēs ín turba: fratrū turbans alíquos, & ab alíquo turbatus: qm̄q; accedo ad pacíficū. Appropíquo etíā talís ad osculum pacís, quí prius reconcílíatus accedere debuíssem ad osculum turbatí fratrís. Conuíncit me reum & deí ínímícū mea íníquítas: peccatū meū sæpe seperauít me à

deo. Idcirco obsecro te pater ut me instruas quomodo possim aut semp stare cum deo meo: aut redire cum ab eo peccatis meis exigentibus motus fuero.

¶ *Patris spiritualis ad confitentem responsio.*

Capitulum. XXXVII.

CONfessio tua fili ad lachrymas me cõmouit: tũ propter me, tum propter te. Propter me fleo: qm̃ quæcunq; de te dixisti, eadem ferè aut simi lia reperio in me, & multa ad memoriã reuoca sti quorũ oblitus fuerã. Propter te gaudeo, quoniam uisi tauit te oriẽs ex alto. Nõ em̃ longe es à regno dei. Notitia nãq; peccati initiũ est salutis. Confido in dño qm̃ qcquid minus est in te feruoris & boni opis: humilitas supplebit puræ cõfessionis. Quacũq; nanq; hora peccator cõuersus
Psal.50. ingemuerit, saluus erit: qm̃ cor cõtritũ & hũiliatũ de⁹ nõ despiciet. Tardius siqdẽ uidetur deo uenia pctõri dedisse, quàm illi accepisse. Sic em̃ festinat misericors de⁹ absolue re reum à tormẽto cõscietiæ suæ, quasi plus cruciet miseri cordẽ deũ cõpassio miseri, quàm ipm miserũ cõpassio sui. Qui enim uerè pœnitet, & ueraciter dolet: absq; dubio & absq; mora ĩdulgẽtiã accipiet. Et quãto qs frequẽti⁹, quãtoq; uehemẽtius de suo reatu ĩterno dolore afficitur: tan to certior, tantoq; securior de ĩdulgẽtiæ uenia efficitur. Inde est q; animã pniæ lachrymis afflictam, tam frequẽter quàm libẽter consolat spiritus paracletus. Illã frequenter uisitat: illã libenter cõfortat: & ad ueniæ fiduciã plenè re formatquã sua scelera flendo dãnare, & dãnando flere cõ siderat. Incipit extũc quædam familiaritas ĩter deum & aiam, co q; hæc se sentiat ab illo sæpius uisitari, & ex eius aduẽtu nõ tm̃ iam cõsolari, ĩmo aliquoties quodã ineffabi li gaudio repleri. Sed ad hæc quis idoneus? Profectò uerè pœnitẽs. Omnia etem̃ in cõfessione lauantur, conscientia mundatur, amaritudo tollit, pcẽm̃ fugat, tranquillitas re dit, spes reuiuiscit, animus hilarescit. Post baptismum nul lum aliud nobis constitutum est remedium quàm confes sionis refugiũ. Sit ergo deuota cordis, cõpũctio, uera oris confessio, discreta carnis mortificatio, repẽtina uitiorum extirpatio, læta bonorũ operũ exhibitio. Non erubescas
Psal.43. deo confiteri: cui non potes abscõdi. Ipse enim nouit ab scondita cordiũ: cui oia nuda sunt & aperta: ante cui⁹ cõ spectũ cuncta nra pctã sunt scripta. Sed qđ ibi scribit trãs gressio, hic delet cõfessio. Nõ te igit pudeat dicere, quod non puduit facere. Quòd si fortè pudor est tibi, mihi soli pctõri pctã tua exponere: qd facturus es in die iudicij, ubi oĩb⁹ exposita tua apparebit cõscientia? Si cogereris corã multitudine nudo corpe transire, nõ posses non erubesce re. cur ergo minus confunderis qm̃ immunda cogitatio ne in mente sordidaris? Cur minus erubescis pudẽda cor dis quàm pudenda carnis? Cur magis uereris uultus ho minum, quàm uultus angelorum? Talis confusio separat à deo. Ois spes ueniæ & miæ est in cõfessiõe uera. Simulata nãq; cõfessio nõ est cõfessio: sed duplex cõfusio. Excludit em̃ miserationẽ dei, miseriæ simulatio: nec dignatio locum habet ubi fuerit dignitatis psumptio. Prouocat uerò cõ passionẽ humilis miseriæ confessio. Nulla est enim tã gra uis culpa q̃ nõ habeat ueniam per purã confessionẽ. Vitia igitur cordis tui & prauas cogitationes illico manifesta. Pctm̃ em̃ pditũ cito curat. Crimẽ uerò tacẽdo ampliatur.
Nota. Vitiũ si patet, fit ex magno pusillum: si latet, fit ex minimo magnum. Nam uelox cõfessio uelociter medicinam facit. Melius est ut uites uitium, quàm ut emẽdes: ne fortè cum incurreris, reuocare non possis.

¶ *Remedium ad fugiendum prauas cogitationes.*

Capitulum. XXXVIII.

QVoties te sentis turpibus cogitationibus pulsa ri, & ad illicitã delectationẽ affici: toties pone ante mentis oculos qũo Xps in cruce crucifi xus est p te. Intuere qũo à Iuda Iudæis tradit, & quàm uiliter ptractatur, blasphemat, & colaphizat, iu dicat & cõdẽnat, expoliat & flagellatur: ad ultimum uerò cõtumelijs & opprobrijs affectus ĩter duos latrones su spendit: clauis crucĩ affixus, sputis derisus, spinis corona tus, lancea perforatus, ex oĩbus partib⁹ sanguis emanat: & inclinato capite emittit spm̃. Ita redẽptor tuus moritur pro te, & tu nescio cuiusmodi sordida cogitatione sordi daris in mente. Sufficere posset hæc cogitatio ad excludẽ das omnes illicitas cogitationes. Sed ecce ad alia transea mus. Cõsidera qũo morieris, quãdo aliqua graui infirmi tate uexat⁹, & ad extrema deductus, & ibi ad terrã pcti⁹, ĩter longa suspiria & difficiles singultus, ĩter diuersos dolores & timores aiam expirabis. Tunc ueniet corp⁹ in pallorẽ & horrorẽ, & in saniem & fœtorem: erit uermis, & cibus uermiũ: aiam uerò mox capient & rapient laruales illæ facies, q̃ eam in exitu pstolant: & ex omni parte terre bunt eam dæmones terribiles & horribiles. Cogita quis eam defendet à rugiẽtibus pparatis ad escam: quis conso labitur eam cũ teterrima illa monstra dæmoniorũ occur santia sibi cateruatim ruere uidebit: aut quis deducet per ignotam regionem? Attende etiã quàm subito uenit dies ultima: subito uenit: & forsitan hodie erit. Iam adest iam: præsentaberis ante tremendum iudicem: accusaberis mul tis & magnis offensis: nõ uno, non paucis, sed ĩnumeris crimĩib⁹: nõ paruis, sed immẽsis: nõ dubijs, sed certis: nõ breui accusatiõe, sed tã lõga quàm longa est tota uita tua: non uno accusatore, sed tot quot sunt delicta tua. Ipse iu dex erit districtus accusator tu⁹. Oẽs etiã spũs boni & ma li corã deo te accusabũt cũ eo. Boni, quia deo debent æq tatẽ: mali, qa tuã seruant iniquitatẽ. Tot iudicib⁹ & pplis astabis, quot pcesserũt te in ope bono. Tot arguentibus cõfunderis, quot tibi pbuerũt bene uiuẽdi exemplũ. Tot cõuinceris testib⁹, quot te monuerũt bonis sermonib⁹, & iustis actionibus. Oib⁹ pplis nudabunt iniquitates tuæ: & cunctis agminib⁹ patebunt uniuersa scelera tua, non so lũ actuũ, uerũetiã cogitationũ & locutionũ. Multa uerò pctã tunc, pruẽt ex improuiso, quasi ex insidijs: q̃ mõ non uides: & forsitan plura & terribiliora his quæ nũc uides. Vndiq; erũt tibi angustiæ: hinc erũt accusantia pctã: inde terrens iustitia: subtus patẽs horridũ chaos inferni: dẽsu per iratus iudex: intus urẽs cõscietia: foris ardẽs mũdus. Si iustus uix saluabitur, peccator ĩc deprehẽsus in quam partẽ se premet? Latere erit impossibile: apparere intolera bile. In tãto discrimine torquebit te tua conscia male sibi cõscia: cruciabũt cordis arcana. Cogẽte etiã cõscia, tuipe eris accusator & iudex tu⁹. Cõuict⁹ teste, ppria cõscia: & testib⁹ oculis ipsi⁹ iudicis, fugere nõ poteris: sed tremens & anxi⁹ stabis suspẽsus ad grauissimã suiam in angusto pe riculo, & in piculosa anguistia: tanquã illico receptur⁹ qđ in perpetuũ amittere nõ poteris. Iudex tũc erit uehemen ter iratus: & terribiliter districtus: sniа eius semel lata erit immutabilis: tortorẽs horribiles, q nũquã miserent, erũt parati, ut data snia te dãnatũ ad tormẽta rapiãt. Tormen ta erũt sine internallo & sine tpamento: timor cõturbabit te cũ terra aperiet corã te, & tu rues & cades in stagnũ sul furis ardẽtis & fœtẽtis. Ignis exterius carnẽ tuã cõburet: uermis interi⁹ cõscĩam corrodet: ibi eris sine fine: sine spe ueniæ & miæ. Oia uerò gehẽnæ supplicia superabit, deũ nõ uidere, & bonis carere q̃ in pctãte habuisti obtinere.

¶ *De mala cogitatione uitanda.* Cap. XXXIX.

SI uis omnes malas cogitatiões à corde tuo ex pellere: hæc sæpe cogita. Ibi nãq; est cogitatio tua, ubi est affectio tua, ibi cor tuũ, ubi est desi derĩũ tuũ: qm̃ illud sæpius in cogitatiõe uolui mus, cui⁹ amore plus affecti sumus. In cogitatione sua ca dit quisq; uel stat. Si bona cogitas, cogitatio tua sancta cu stodiet te. Si mala cogitas, spũssanctus disciplinæ effugiet *Sapien.* fictum: & auferet se à cogitationibus quæ sunt sine ĩntelle ctu: eritq; tẽplũ dei spelũca diaboli: qm̃ quẽ deus deserit, diabol⁹ arripit. Spũssanctus suggerit bona & dulcia, spũs malus mala & amara, uana, inutilia & immũda. Et iõ qua cũq; hora mala cogitatio cor tuũ tangit, nõ cõsentias illi: nec simas ibi eã in corde tuo manere: sed illico repelle. In ini tio cogitatiõis inimicũ resiste: & fugiet à te. Nã ante dei ocu

los non

los non uolent uacuæ cogitationes noſtræ: & nulla mo-
menta tpis in animum trãſcendũt ſine ſtatu retributionis.
Cogitatio praua delectationem parit, delectatio conſen-
ſum, conſenſus actionem, actio cõſuetudinem, cõſuetudo
neceſſitatẽ, neceſſitas mortem. Sicut uipera à filijs ſuis in
utero poſitis lacerata perimitur: ita nos cogitationes no-
ſtræ intra nos nutritæ occidunt.

¶ *Malæ cogitationes à dæmonibus ſuggeruntur.*
Capitulum. XL.

DAemonum eſt malas cogitatiões ſuggerere: no-
ſtrum eſt illico illas expellere. Nã in animo no-
ſtro cas facere, noſtræ attinet uoluntati, & pro-
priæ deputatur culpæ. Voluntate nanq; ſua ca-
dit qui cadit: & uoluntate dei ſtat qui ſtat. Cogitatio ta-
men immunda mentem nõ inquinat cum pulſat, niſi cum
hanc ſibi per delectationem ſubiugat.

¶ *De peccato ſuperbiæ.* *Capitulum.* XLI.

SVperbia ſicut eſt origo omniũ criminũ: ita eſt
ruina omniũ uirtutũ. Ipſa eñ eſt in pctõ prima:
ipſa in conflictu poſtrema. Ipſa autẽ in exordio
mentẽ p pctñ, pſternit: aut in fine de uirtutibus
deijcit. Idcirco eſt oĩm pctõrũ peſſima: qa tã per uirtutes,
quàm p uitia hũanã mentẽ exterminat. Cætera uitia ſolas
illas uirtutes impetũt qb9 ipſa deſtruunt: ut luxuria pudi
citiã: ira patiẽtiam: ſola uerò ſuperbia cõtra cũctas animi
uirtutes ſe erigit: & quaſi generalis ac peſtifer morb9 oẽs
corrũpit. Idcirco niſi oĩa opa nra humilitas p̃ceſſerit, co-
mitata & cõſecuta fuerit: ppoſita quam intueamur: appo-
ſita cui adhæream9: interpoſita qua reprimamur: totũ de
manu extorquet ſupbia. Quãtalibet ſit iuſtitia opis: apud
internũ iudicẽ nulla eſt ſi hãc eleuat tumor mẽtis. Perit re
uera omne qd' agit, ſi nõ ſolicite in hũilitate cuſtodiatur.
Signa ſupbiæ hæc ſunt: clamor in locutiõe: amaritudo in
ſilentio: diſſolutio in hilaritate: furor in triſtitia: honeſtas
in imagine: inhoneſtas in actione: rancor in reprehẽſiõe.

¶ *De inuidia & detractione uitanda.* *Cap̃.* XLII.

INuidia eſt animi tinea: ſenſum comedit: pectus
urit: mentẽ afficit: cor hominis quaſi quædam
peſtis depaſcit: & cuncta bona ardore peſtifero
deuorat. Inuidus alienũ bonum, ſuũ facit inui-
dendo peccatũ. Cum pctõres quoſq; cõſpicim9: nõ facile
eos iudicemus, ſed magis defleamus: quia in ſimilibus aut
lapſi ſumus, aut labi poſſumus. Si uis delinquẽtẽ corripe-
re, apertè increpa: nec occulte mordeas. Quid enim pro-
deſt ſi me neſciente alijs mala mea referas? Væ illi qui ſuã
renuit corrigere uitam: & alienæ nõ deſinit detrahere. Si
uis detrahere, tua in te pctã retorque: nõ aliorum delicta,
ſed propria cerne. Nunquã enim alijs detrahes: ſi te bene
inſpexeris. De malo alieno os tuum nõ coinquines: non
detrahas peccanti, ſed condole: quoniã graue peccatũ eſt
detractio. Detrahẽtes & audientes parí reatu detinentur.
Sicut iraſceris alteri qñ detrahit tibi: ſic iraſcaris tibi qñ
detrahis alteri. Detractio eſt mordacior quàm uera cor-
dis reprehenſio.

¶ *De curioſitate uitanda.* *Capitulum.* XLIII.

MVltos ſeducit curioſitas. Tãdiu qſq; ſua pecca-
ta ignorat, quandiu curioſe aliena conſiderat.
Qui ſemetipm aſpicit, non quærit quid in alijs
frequẽter reprehendat: ſed in ſemetipſo qd lu-
geat. Quod iter ſe loquunt hoies, nunquã ſcire deſideres.
Omne etiã gen9 mẽdacij ſummope fuge. Nec caſu nec ſtu
dio loquaris falſum: qa os qd' mentitur, occidit aiam. Per
nullam fallaciã uitã alicui9 defendas. Fuge inhoneſta uer
ba: reijce uerbũ qd' nõ ædificat audientes. Vanus eñ ſer-
mo cito polluit mẽtẽ: & facile agit qd' libenter audit. Va-
nus eñ ſermo, uanæ cõſciæ eſt index. Mores hois lingua
pandit: & qualis ſermo oſtẽdit, talis anim9 cõprobat: qñ
ex abundãtia cordis os loqt. Sermo uanus non erit abſq;
iudicio: qa ab omni rectitudinis ſtatu depereũt, q p uerba
uana dilabunt. Qui laudẽ nõ appetit: nec cõtumeliã ſen-
tit. Diſcerne te tuo iudicio: nõ alieno. Nemo enim magis
ſcire poteſt qs ſis ſicut tu, q cõſcius es tibi. Quid eñ, pdeſt
dũ malus es, ſi bon9 p̃dicaris? Qualis haberi uis: talis eſto.
Si ſapiẽs fueris, te ſemp habebis eũdẽ. Stude loq nõ qd' li
bet, ſed quod oportet. Qui ocioſum uerbũ non reprimit:
ad noxia cito trãſit. Magna uirt9 eſt ſi nõ lædas à quo læ-
ſus es: magna gloria eſt ſi cui nocere potuiſti, parcas. No-
bile uindictæ genus eſt ignoſcere uicto. Quicquid tibi cõ
tigerit aduerſi, p tuo pctõ euenit tibi. Tempera ergo do-
lorem tuũ: & dic: iuxta modũ delictor parua datur ultio.
Mala aliorum bono tuo ſupera. Vince malitiã bonitate:
detrahentium errores diſſimulando calca: non ſis in pace
infidus: nec leuis in amicitia. Odientes ad pacem inuita:
diſcordantes ad concordiam reuoca.

¶ *De prauitate conſcientiæ.* *Capitulum.* XLIIII.

COnſcientia hois abyſſus multa. Sicut eñ abyſ-
ſus exhauriri nõ poteſt: ſic cor hois euacuari à
cogitationibus ſuis nõ poteſt: ſed cõtinua uo-
lubilitate in eo uoluũtur, mare magnum eſt, & *Pſal. 103.*
ſpatioſum manibus: illic reptilia quorum non eſt nume-
rus. Sicut enim reptile latẽter repit, & ſinuoſis anfractib9
huc & illuc deambulat: ita cõſcientiam hois uenenatæ co-
gitationes intrãt & exeunt: ut neſciat homo unde ueniãt,
aut quo uadant. Hoc bene cognouerat qui dicebat: Pra- *Hier. 17.*
uum eſt cor hois, & inſcrutabile: & quis cognoſcet illud?
quod ſcrutationem nõ recipit nec cognitionem.

¶ *Nulla pœna grauior eſt quàm praua cõſcientia.* *Cap̃.* XLV.

NVlla pœna grauior eſt praua cõſcia. Mala con-
ſcientia, pprijs agitat ſtimulis. Si publica fama
te nõ dãnat, pria cõſcia te cõdemnat: qñ ne-
mo põt ſcipm fugere. Vis nũquã eſſe triſtis? Be
ne uiue. Bona uita ſemp gaudiũ habet: cõſcia rei ſemp in
pœna eſt. Ita clemens eſto in alienis delictis, ſicut in tuis:
nec quẽquã diſtricti9 quàm te iudices. ſic alios iudica, ut
ipſe iudicari cupis. Lex tua te cõſtringit. Iudiciũ qd' alijs
imponis: ipſe portabis. Nullũ añ iudiciũ condẽnes. ante
pba: & ſic iudica. Nõ eñ q accuſat, ſed q cõuincit, reus eſt.
Valde piculoſum eſt de ſuſpitiõe quẽpiã iudicare. In am-
biguis, dei iudicio ſerua ſententiã. Nõ eligas cui miſerea-
ris: ne fortè prætereas illũ q meret accipe. Oĩb9 te tribue
ſi potes: qñ incertũ eſt p quo magis placeas deo. Maior
ſit beneuolẽtia quàm qd' datur: qñ tale erit op9 tuũ, qua-
lis fuerit intentio tua. Qui cũ triſtitia manũ porrigit, fru-
ctum remunerationis amittit. Nõ eſt miſericordia ubi nõ
eſt beneuolentia. Nõ auferas uni unde tribuas alteri: qñ
nihil pdeſt ſi inde aliũ reficis unde aliũ inanẽ facis. Abijce *Nota.*
à te quicqd tuũ bonũ ppoſitum impedire poteſt: cõtẽne
uiuens quæ poſt mortẽ habere nõ potes. Difficile eſt imo
impoſſibile ut præſentibus qs fruatur bonis & futuris: ut
hic uentrẽ, & illic mentẽ impleat: ut de delicijs tranſeat ad
delicias: ut in terra & in cælo glorioſus appareat. Si uis
cũ lætitia animi uiuere: noli multa habere. Iſtã qſq; finiẽs
uitã: niſi qd' meruit ĩ ipſa, nõ põt habere poſt ipam. Quã-
to nãq; inferius delectamur: tãto à ſupno amore diſiungi-
mur. Nullus ſit caſus quem nõ meditatio tua præueniat:
nullus ſit caſus qui te imparatũ inueniat. Propone nihil
eſſe qd' tibi accidere non poſſit. Vita foueã in quam uides
aliũ corã te cecidiſſe. Aliorũ perditio, tua ſit cautio. Dum
neſcimus, repente mors uenit. Neſcimus enim qd hodie
nobis contingat: & ignoramus ſi hac nocte aiam noſtram
conditio mortis depoſcat. Quotidie ad finem uitæ tendi-
mus, & ad mortẽ properamus. Idcirco ſingulis horis co-
gitare debemus quò ſingulis momẽtis ,pperamus. Vnde
dñs ait p ,pphetam: Perditio tua Iſrael ex te tñ: in me auxi *Oſee. 13.*
lium tuum. Quaſi diceret: Vt pereas, imputa tuo merito:
ut ſalueris, meo auxilio. Nunquã oportet pœnitẽtẽ habe-
re ſecuritatem de peccatis. Nam ſecuritas negligentiã pa-
rit: & ſæpe incautũ ad uitia tranſacta reducit. Non ſolum
grauia, ſed & leuia cauenda ſunt peccata. Multa eñ leuia
unum grande efficiunt: ſicut ſolent de paruis & minimis
guttis immenſa flumina creſcere. Nõ eſt dubium q p q caſti
perſeuerant & uirgines, angelis dei efficiuntur æquales. *Matt. 22.*

¶ *De improba uentris importunitate.* Cap. XLVI.

NIl⁹ hoī tā improb⁹ exactor est, quàm uenter: q quotidiana famis exactiõe te urget. Cum cæteris uitijs etsi interdū nascimur: interdū tamẽ cũ eis nõ morimur. Sed cũ isto nascimur: & cũ isto morimur. Multis creditoribus relict me obnoxiũ pater me⁹: sed ab oīb⁹ liberat⁹ sum. Vn⁹ tñ supest à quo liberari nõ possum: id est uenter. Venter præcepta non audit, poscit, appellat: nõ est tñ molest⁹ creditor: paruo dimittit, si mõ dederis ei qd̄ debes, nõ qd̄ potes. Quosdã præscies deus peccare posse, in salutẽ flagellat eos infirmitate corporis, ne peccẽt: ut eis utili⁹ sit frãgi languorib⁹ ad salutẽ, quàm remanere incolumes ad dãnationẽ. Est pniciosa sanitas q̄ ad inobediẽtiã ducit: est & salubris infirmitas, quæ per diuinã correptionẽ, mẽtẽ à duritia frãgit & humiliat.

¶ *Quomodo diabolus sagaciter & multiformiter nos tentat.* *Capitulum.* XLVII.

DIabolus quãdo decipere quenquã tentat, prius naturã uniuscuiusq; intendit: & inde se applicat unde aptum hoiem ad peccandum aspicit. Blandis & lenib⁹ mentib⁹ luxuriã aut uanam gloriam proponit: asperis uerò mẽtib⁹ iram, superbiã, uel crudelitatẽ. Aduersarius noster cũ ab exteriori sensualitate se uidet exclusum, interiora collectis uirib⁹ aggreditur
1. Cor. 12. & ingreditur: sed spiritalis homo qui omnia iudicat, eius astutias nõ ignorat, reprimit quod põt: quod nõ potest, tolerat: quia etsi latratũ canis sustinet, morsum non timet. Mordet cũ ad consensum ptrahit: latrat cum suggerit: & tunc non uulnerat, sed coronat: q̄n etsi resistẽtem fatigat, non obligat nisi consentientem.

¶ *De oratione, & modo orandi.* *Capitulum.* XLVIII.

ORatio est mẽtis deuotio: id est cõuersio in deũ per piũ & humilem affectũ. Humilẽ ex cõscientia infirmitatis propriæ: piũ ex cõsideratiõe diuinæ clemẽtiæ. Nullo alio modo deus citi⁹ ad nũam flectit, quàm si anim⁹ depcantis ad eũ toto deuotionis affectu conuertat. Nil ita deũ cõplectit, quemadmodũ purus mẽtis affect⁹. Idcirco cũ orare uolueris, solus solitudinẽ cordis tui ingredere: & collecto spũ tuo: integra mẽte & uacua curis, oronis domũ intra: & stãs corã deo ante unũ aliq̄d̄ de altaribus oronis instantia cælos penetra: & pñtat⁹ choris cælestiũ, in ipsorum pñsentia miserias & calamitates quas pateris, miserãd⁹ deplora. Prode tuã necessi-
Luc. 11. tatem: posce eo⁹ pietatẽ: & ego cõfido in eo q dixit: Petite, & accipietis: q̄n si perseueraueris pulsans, non exibis inde uacu⁹. Sic ora cũ oraueris, quasi iis assumpt⁹ & præ-
Danie. 7. sentatus ante faciẽ maiestatis in excelso throno: ubi milia milium ministrant ei: & decies centena milia assistunt ei.
1. Thes. 5. Tunc ueraciter oram⁹: q̄n aliũde nõ cogitamus. Sine intermissione orare debem⁹. Nam sicut nullũ est momẽtum quo hõ nõ fruatur aut utaī dei pietate & mia: sic nullum debet esse momẽtũ quo eũ præsentẽ nõ habeat in memoria. Felix aia, quæ oēs euagatiões mẽtis in unũ studet colligere, & in illo ueræ felicitatis fonte desideriũ figere. Q̄n oramus: spiñsanctũ ad nos uocamus. Oro cordis est, non labiorũ. Nec⁹ eī uerba deprecãtis de⁹ intẽdit: sed orãtis cor aspicit. Vis uirtutes tuas augere? Prodere noli. Quod
Nota. manifestãdo potes amittere, tacẽdo custodi. Quibusdam eī cõcessum est tñ bene agere, & fructũ boni operis non habere: quod ipsi sibi auferũt p studiũ humanæ iactantiæ. Sicut glacies calore dissoluitur: ita uirtus ore laudantis.

¶ *Tumultus carnalium cogitationum impedit orantem.* *Capitulum.* XLIX.

CVm ad cor meum redire uolo, desideriorũ carnalium turbæ, tumultusq; uitiorũ, tentationibus suis cogitationẽ meã dissipãt, & intentionem cordis in oratiõe perturbãt. Et dũ cõuerti ad deum post perpetrata uitia studeo: & cõtra hæc cadẽ uitia quæ perpetraui, illũ exorare conor: occurrũt cordi phãtasmata pctorũ q̄ feci, & mẽtis meæ aciem reuerberãt, cõfundũt animũ, & depcatiõis meæ uocẽ premũt. Ita mala quæ feci, cogitatiõi meæ suis imaginib⁹ impssa, in ipsa mea oīone me cõturbãt. Cæterũ quãto grauiore tumultu cogitationũ carnaliũ premor: tãto ardeti⁹ oratiõi insistere debeo. Et quãtũ pctorũ meorũ phãtasmata in oīone plerũq; patior, tñ necesse est ut ītẽtio cordis mei quò durius repellit, tãto ualenti⁹ insistat oīoni, quaten⁹ cogitatiõis illicitæ tumultum superet, atq; ad pias aures dñi misericordiæ suæ importunitatis tandiu irrũpat, donec cogitatiões malas manu sancti desiderij ab oculis cordis abigat.
Nota. Hæc est uera trãquillitas, cũ tota mẽs in seipsa colligit, & in uno æternitatis desiderio immobiliter figit. Debet proinde fluctuationẽ cordis restringere: & ad uni⁹ ueri gaudij desideriũ, cogitationũ & affectionũ mot⁹ colligere.

¶ *De uitijs linguæ.* *Capitulum.* L.

MVltũ loqui, stultitia est: q̄n in multiloquo peccatũ deesse non potest. Lingua dicitur, qa lingit. Lingit adulando: mordet detrahendo: occidit mentiendo. Ligat, & ligari non põt: labilis est, & teneri nõ põt: sed labit & fallit. Labit ut anguilla, penetrat ut sagitta, tollit amicos, multiplicat inimicos, mouet rixas, semĩnat. discordias. Vno ictu multos percutit & interficit. Blãda est & subdola: lata & parata ad exhauriẽda bona, & miscẽda mala. Qui custodit linguam suã, custodit animam suã: q̄n mors & uita in ptãte linguæ est. Qui linguã suã & uentrẽ custodire non põt: monach⁹ nõ est. Cuius pctn̄ qsq; seq̄t: necesse est ut ei⁹ pœnã sequatur. Vnius cuiusq; casus tãto maioris est criminis, quanto prius quã caderet maioris erat uirtutis. Per q̄ peccasti: p hæc & torqueberis. Secutus es carnẽ: flagellaberis in carne. Crimen non est in reb⁹, sed in usu agẽtis. Sæpe prolixa lectio, longitudinis causa memoriam legentis obliterat.

¶ *De cantu, & iuramento, & quare deus non semper exaudit petitionem orantis.* *Capitulum* LI.

SVnt quidam uoce dissoluti, q uocis suæ modulatione gloriant, nec tñ gaudent de dono gratiæ, sed etiã alios spnũt. Tumẽtes elatiõe, aliud cãtãt quàm libri habeant: tãta est leuitas uocis forsitã & mentis. Cantãt ut placeãt populo, magis quàm deo. Si sic cantas ut ab alijs laudem quæras, uocem tuam uendis, & facis eã nõ tuam, sed suã. Habes in ptãte uocem tuã: habeto & animũ. Frãgis uocẽ: frãge & uolũtatẽ. Seruas cõsonãtiã uocũ, serua & cõcordiã morũ: ut p exẽplũ cõcordes, pximo, p uolũtatẽ deo, p obedientiam magistro.
Nota. Caue ne sicut delectaris altitudine uocis, delecteris elatione mẽtis. Nec diuiti obsunt opes si eis bñ utatur, nec pauperem egestas cõmẽdabilẽ facit si inter inopiã sordes peccati nõ caueat. Quacumq; arte uerboꝝ qs iuret, de⁹ q conNota. scientiæ testis est: ita hoc accipit, sicut ille cui hoc iuratur intelligit. q uerò dupliciter iurat, dupliciter reus fit, quia & nomen dñi in uanũ assumit & pximũ dolo capit. Sæpe deus hic puniri tolerat quos ad salutẽ ppetuã parat. Iucunditas cordis est uitã hoīs. Cor prauũ dabit tristitiam. Omnis boni impedimentũ est tristitia. Humilitas nec ipa irascit: nec alios irasci permittit. Humilitas est si q̄n peccauerit in te frater tuus, antequam illum peccasse pœniteat, dimiseris illi. Vnusq̄sq; talẽ indulgentiam accepturus est à deo, qualẽ ipse dederit proximo suo in se peccãti. Frustra deum propitiari sibi quærit, qui cito placari proximo negligit. In tua infirmitate non te despicias, sed ora deum: &
Nota. curabit te. Sæpe multos deus nõ exaudit ad uoluntatem: ut exaudiat ad salutẽ. Duob⁹ modis oratio impeditur ne impetrare qs ualeat postulata: hoc est si aut mala quisque committit, aut si delinquenti in se debita non dimittit.

¶ *De uera cõfessione, & uera pœnitentia.* Cap. LII.

VEra confessio & uera pœnitentia est, quãdo sic pœnitet hominem peccasse, ut crimen nõ repetat. Nihil peius est quàm culpam cognoscere, nec deflere. Si uideris aliquando persecutorem tuum nimis sæuientem, scito quia ab ascẽsore suo dæmone perurget. Omnis homo q aliũ in corpore persequitur, prius ipse in corde persecutionem sustinere cognoscitur.

De perfectione

¶*De perfectione humilitatis.* *Capitulum.* LIII.

SVper tria firma sedet humilitatis perfectio, ut attendat homo quid fuit ante ortū, quid est ab ortu usq; ad occasum, quid erit post hanc uitā. Vnde enim supbiat hō, rememorās q̄ fuit triste semen, & sanguis coagulatus in utero, postmodū in deser to huius uitæ miseriis expositus & peccato, tādē cinis, & esca uermiū futurus in tumulo? Vnde supbit homo, cui? conceptio culpa, nasci pœna, labor uita, necesse mori, q̄n uel quomodo uel ubi, nescirē?

¶*De cordis instabilitate.* *Capitulum.* LIIII.

SOlus solitudinem cordis mei ingrediar: & cum corde meo paulisper cōfabulabor, ab ipso quæ rēs de ipso & de his quæ circa ipsum sunt. Cor meum, cor prauum, uanum & uagum, omni uo lubilitate uolubilius, de uno in aliud uago incessu trāsit, quærēs requiem ubi non est. In omnibus enim quæ uidē tur, requiem quæsiui: & uerā requiem in eis inuenire non potui. Deinde rediens ad me, cōsistere in meipso nō pos sum, quoniam mens mea ualde leuis, multumq; instabilis, uaga & profuga, ubiq; se uariat, undiq; fluctuat: ga uult & non uult: pigra consilia mutat, uoluntates alternat, si milis folio quod à uento mouet & circūfertur. Inde est q̄ cogitatiōes meæ uanæ & importunæ me trahūt, & ducūt modo ad forum, modo ad litigia altercantiū, nunc ad cō uiuia pinguiū, nūc ad immunda libidinum. Modo sordi da titillatione caro instāmat, nūc uerò fœda cogitatione animus sordidat: & cū cōfusionis meæ caliginē declinare uolo, nō ualeo. Sic sic dum me diligenter inspicio, tolera re meipsum nō possum. Non est em̄ hora diei nec momē tū tēporis quo creatorē meū in aliquo nō offendā, & ima ginē suā in me aliquo modo nō obfuscem. Vitā meā cū di ligenter exploro, quotidiana cōfessione cōfiteri non pos sum pessima uitiorū germina quæ in me quotidie repul lulant. Ecce audisti pater abominationes meas malas & pessimas, & adhuc scias multo peiora & iniquiora in an gulis cordis mei latere, q̄ ad lucē ueræ cōfessionis uenire erubesco. Verūtn̄ si dei cōsiliū habes, cōsule qd agēdū sit.

¶*Responsio ad remedium instabilitatis inquietæ mentis.*
Capitulum. LV.

CVm per prauas ineptasq; cogitationes uaga mēte discurris, deceptorus spiritib⁹ tētādi adi tū in te aperis. Et ita te à deo sepas, qm̄ peruer sæ cogitatiōes separāt à deo, & spūssctūs disci plinæ effugiet fictū, & auferet se à cogitationib⁹ q̄ sunt si ne intellectu. Mēs uerò instabilis & inquieta, dū semp ni titur appḥēdere qđ appetit: desideriis suis circūagitata nunquā regescit. Idcirco in uno æternitatis desiderio im mobiliter debet figi. Pctā autē tua cōfiteri nō erubescas: qm̄ oia in cōfessiōe lauant, & nullū pctm̄ dimittit nisi pri⁹ cōfiteat. Prosequere igit: & si ad perfectā sanitatē pueníre desideras, qcqd cōsciæ stomachū grauat, totū uomitu pu ræ cōfessionis euomere nō differas. Virus em̄ uitiosū nisi festināter ej̄ciat, prius interiora corrūpit: deinde ad exte riora ebulliens, totum corpus occupat & maculat.

¶*Cogitationes & affectiones in unum conueniunt ut mentem decipiant.* *Capitulum* LVI.

QVoniā Aegyptiū tuum nō abominaris, sed fo ues & instruis, manifestabo tibi nō solum pctā actionū, uerūetiā cogitationū. Audi ergo miseriam meā. Sæpe uenisūt ad mentem meā cogita tiones innumeræ, & surgūt affectiōes multæ, & solicitant me de cura corpis, & suggerūt multa de usibus necessita tis. Conueniūt ibi ad cōsulendū, ueraciter autem ad decí piendū, & congregantur consiliarij multi, & consiliatores uani, imo deceptores ueri. Congregant aūt quasi in con silio unū, & quasi ad q̄rēdū cōsiliū bonū, & dant in cōe cō silia multa, sed inutilia & uana: ga consiliū uanitatis est, & totū eorū cōsiliū de uanitate est. Suadēt mihi sanguinem minuere, ut possim pausare, & lautiores cibos sumere, re manere de uigilijs, ut satis possim dormire. Cōsulūt cor pus recreare ne deficiat, carnem fouere ne tabescat, absti nentiam aliquantulū relaxare, quieti parūper indulgere: & in hūc modū agit de cura corporis, cura supflua, & de uanitate uentilat quæstio uana, & sup huiusmodi inutili negocio consumitur sæpe hora una.

¶*Hic ostenditur cogitationibus & affectionibus malis esse resistendum.* *Capitulum.* LVII.

QVi carnis suæ desideriis nō resistit, & mot⁹ cor dis sui custodire negligit: ita tandē praua con suetudine illigat, ut postmodū etiā uolens eis resistere nō possit. Propterea quoties hmōi cō siliarios improbos & iniquos in unum conuenire sentis, non eis cōsentias, sed illico excute te, nūc ad orationem, modo ad operationē, sæpe aūt ad meditationē: nec prius cesses, donec illi euanescāt. Intuere qūo Xp̄s stetit in cru ce: cōsidera qūo morieris uel ubi uel quādo: statue te an te terrificum tribunal tremendi iudicis: descende usq; ad infernū inferiorem: & ibi cerne qūo pro peccatis suis ani mæ puniuntur. Talis etenim cogitatio probatissimum re medium est contra turpes cogitationes.

¶*Voluptates siue consolationes sunt animæ desolationes.*
Capitulum. LVIII.

Nã adolescẽtẽ legim⁹ Ioãnẽ: quãuis nulli seniorũ in uirtute fuerit secũd⁹. Erat em̃ in eo senect⁹ uenerabilis morũ, & cana, prudẽtia uirtutũ oĩm. Magnũ em̃ huius uitæ solatiũ est, ut habeas cui pectus tuũ aperias: cũ quo arcana participes: cui cõmittas secreta cordis tui, ut ames & sequaris eũ, q tibi paterna pietate i tristib⁹ cõpatiat, i psecutiõibus adhortet, & in psperis gratulet. Felix talis societas talisq; amicitia: qua nihil est in reb⁹ hũanis pulchri⁹. Teneamus ergo uerecũdiã, uel eã quæ ad toti⁹ uitæ ornatũ nos attollit modestiã. Magna aũt est modestia indiuidua uerecundiæ socia: quæ cũ sit sui iuris remissior, nihil usurpãs, nihil uẽdicans, & quodãmõ intra uires suas contractior: diues est apud deũ. Verecũda modestia, & modesta uerecundia est: quæ nulli insidias machinat: læsa nõ irascit: & cunctos simpl'r respicies, de nullo sinistrum aliqd suspicat. Hanc teneam⁹ pueri, hãc diligam⁹: & ut eã semp habere possim⁹, fugiẽda est nobis familiaritas & cõfabulatio corũ q turpiter & indisciplinate uiuũt. Taliũ aũt infinit⁹ est numerus. Habet sanè suos scopulos uerecundia, non quos ipsa inuehit, sed quos sæpe incurrit. Si in tẽperãtiũ incidam⁹ cõsortia, qui sub specie iucũditatis uenenũ infundũt bonis. Hi si assidui sunt, maxime in conuiuio, ludo, risu, ac ioco, eneruãt grauitatẽ illam uirilẽ, & animos pueriles corrumpunt, atq; suis malis assuefaciunt. Cauеamus itaq; ne dum relaxare animũ uolum⁹, soluamus omnẽ harmoniã: quasi concentũ quendã bonorum operũ. Vsus em̃ cito inflectit naturã. Quàm multos stultorũ societas decipit? Quid nobis cũ fabulis, risu, & ioco? Nã licet interdũ honesta ioca suauia sint: tñ ab ecclesiastica aberrãt regula. Qm̃ quæ in scripturis sanctis nõ reperimus, quõ usurpare possumus? Cauẽda sunt em̃ oĩa quæ inflectere pñt grauitatẽ ppositi nostri nostræcp; pfessionis. Væ uobis qui ridetis: qa flebis, dñs ait. Nos ridẽdi materiã ingrim⁹, ut hic ridentes, illic fleamus? Ipsum nanq; dñm fleuisse legimus. Non solũ profusos, sed etiã oẽs iocos arbitror declinãdos: nisi fortè plenũ grauitatis & gratiæ sermonẽ esse, idecorũ est. Ingemiscẽdũ est aũt iugiter, & postposita securitate lugẽdum: ne à deo deseramur ppter superbiã & negligentias, & in potestate dæmonũ relinquamur. Reuera quẽ de⁹ relinqt, dæmones suscipiũt, & susceptũ suæ perditiõis participẽ faciũt. Terribilis in consilijs super filios hoim deus. Terribilis in consilijs super filios hoim deus. Operat figulus ex eadẽ massa aliud uas in honorẽ: aliud Operat figulus ex eadẽ massa aliud uas in honorẽ: aliud in cõtumeliã. Sunt uasa miæ: & sunt uasa iræ. Sunt nouissimi primi, & primi nouissimi. Sunt multi uocati, & pauci electi. Et ideo unusquisq; nostrũ salutẽ operet suam (sicut ait apls) cũ timore & tremore. Declinet à uanitate: mũdi spernat amorem. Amplectat luctum & quietem, & sectetur

Luc. 6.
Luc. 19.
Psal. 65.
Roma. 9.
Matt. 20.
Philip. 2.

quantū potest uerecundiā,trāquillamq; māsuetudinem: quæ facit ut hō inter hoīes pacifice uiuat, ut ad oīa quæ inhonesta sunt erubescat. Laudāda aūt uirt⁹ uerecūdiæ: quia quorum oculos,aures,linguamq; possidet,non sinit turpiter ludere ac rídere: efficiēs eos graues & mites. Ecō tra grāde uitium est iuniorū impudētia: quæ improbo ausu & dissolutione sua patres & fratres conturbat: quia sicut scriptū est: nec deū nec hoīes reuerē: sed lætatur cū malefecerit: & exultat in rebus pessimis. Facta est ei frons meretricis: quia nō pōt erubescere. Vbi lingua audax, & frons inuerecūda: qd loquaī quidue agat nō curat. Cū eñ boni adolescētuli & māsueti tacendo reuereant maiores suos,nemo soli⁹ taciturnitatis hāc laudē putet: qa silentiū ipsum (in quo est reliquarū uirtutū ociū) maxim⁹ actus uerecūdiæ est. Deniq; si naturale est,aut infantiæ deputatur: aut superbiæ probro daī. si uerecūdiæ: laudi ducitur. Tacebat in periculis Susanna,& grauí⁹ uerecūdiæ quàm uitæ dammū putabat,ubi soli loquebaī cui poterat casta uerecūdia loqui. Fugit & pulcher Ioseph relicta ueste in manib⁹ fornicariæ: tacēsq; celeriter egressus est, qui incō grua suæ uerecūdiæ audiēs,nō poterat diu stare. Moyses quoq; & Hieremias qđ poterāt per gratiā: excusabāt per uerecūdiā. Tuti⁹ eñ est discere quàm docere: tacere quàm loqui. Quid aūt magis potest uerecundiæ bonū,quàm ut iuniorum ætas magis debeat discere quàm tacere? Pythagoras qppe legē dedit silētiū discipulis suis, ut tacētes per quinquēniū loqui discerēt: & tu nō uis tacere, cui uirtus silētiū ppria est? Quid opus est ô adolescēs ut ꝑperes periculū suscipere loquēdo: cū tacēdo possis esse tutior? Quā plures uidí loquēdo incidisse pctīm: uix quēquā tacendo. Ideoq; tacere nosse: quàm loq difficilius est. Scio pleroq; loquí: cum tacere nesciant. Rarū est tacere quēquā, cū sibí loquí nihil prosit. Sapiēs ergo est qui nouit tacere. Alliga moneo sermonē tuū: ne luxuriet,ne lasciuiat,& in multíloquio peccata sibí colligat. Sic restrictior: & ripis ipsius coerceatur. Cito lutū colligit amnis exundās. Sit tibí grauitas in incessu: in sermōe pōdus: atq; in uerbis mod⁹. Hæc aūt si custodieris,eris mitis,māsuet⁹,& modest⁹. Custodí cor: & retine linguā. Bona eñ possessio: mens bona. Sepi ergo hanc possessionē,& munī eā undiq; : ne irruāt in eā & captiuā ducāt irrationabiles corporis passiōes. Custodí quantū potes interiorē hoīem tuū. Noli eū quasi uilē negligere ac fastidire: qa preciosa possessio est: & merito preciosa: cuius non caducus fructus & tēporalis,sed stabilis atq; æternæ salutis est. Si uis bene custodire: tace prius & audi: & nō delinquas in lingua. Graue malū: ut aliquis ore suo cōdēneī. Etenim si pro ocioso uerbo reddet unusquisq; rationē in die iudicij: quātomagis pro uerbo impuritatis,& turpitudinis,& impietatis? Videamus etiam ne rationē ponam⁹ pro ocioso silentio. Est enim fructuosum & negocioſum silentiū. Tacēdo enim apud hoies: melius loquimur deo. Multæ enim cōtēplationes sunt qbus aīa deuota deo tacēdo mirabiliter pascitur. Dauid propheta docuit nos tanquā in ampla domo deambulare in corde nostro,& cōuersarí cū eo tanquā cū bono cōtubernali,ut ipe díceret sibí,& loquereī secū: Dixí custodiā uias meas. Moyses in silentio loquebaī: & in ocio operabaī. Quādo ergo iustus solus est: quí semp cū deo est? Quō solitarius est: quí nunquā separaī à Christo? Quādo aūt feriaī à negocio: q nūquā feriaī à merito quo consummaī negociū? Quibus aūt locis circūscribiī, cuí totus mūdus diuitiarū possessio est? Qua existímatione diffiniī, quí nec operatione comprehendiī? Nunc quidē de deo cogitat & sanctis angelis eius,atq; de imarcessibilí gloria æternæ beatitudinis: nunc uerò de uersutijs diaboli, de pctis suis, de hora mortis,de pœnis inferní,de die tremendi iudicij: nunc de profunditate diuinarū scripturarū,de natura uirtutū,de cōpositione morū bonorū. Quàm gloriosum tale silētiū: ubi eloquia dñi,eloquia casta sunt? Est igiī tacendi & loquendi modus. Bona mens & uerecūda,ut loquaī, multa prí⁹ cōsiderat,qd dicat,& cuí dicat,quo loco,& quo tpe.

Meríto sapiēs dicēdus est qui nouit tēpus loquendi. Vñ bene ait scriptura: Homo sapiens tacebit usq; ad tempus. Eccle. 20.
Ideo sancti dñi qui sciebant qa uox hoís plerūq; peccato iūcta est, & imitium erroris humani sermo est hoís: tacere amabant. Deniq; sanctus Dauid ait: Posui ori meo custodiam. Propheta custodiebat,& tu non custodies? Potes aūt custodire: si cito nō loquaris. Lex dicit: Audí Isrl' &c. Audí eñ dixit: & nō loquere. Tuæ enim ætatis est tacere & obedire: nō de maioris ſnia iudicare. Scriptū est iterū: Audí Israel,& tace. Isaac deferebat patrí suo honorem: & obediēs ei⁹ uolūtatí, nō recusabat morí. Iesus uerò Naue sedulo obsequio Moysen uenerabaī: & obediens existēs in oībus,tantā gratiā apud deū meruit: ut illius successor ad regendū dei populū eligereī. Helisæus relicto aratro, mactatis bobus uocantē Heliā secutus: per uerā mitemq; obedíētiā ad tantā morū ascendit celsitudinē,ut spūs tam excelsi magistri dupliciter in bono discipulo reqesceret. Abrahā uerò ille fidelis senex ad iussionē dñi reliqt terrā natiuitatis suæ: & quāuis in multis locis frequentes iniurias grauesq; perpessus foret labores,nūquā cœptæ obedientiæ pœnituit. Intantū eñ per obedíētiā & fidem placuit deo,ut ei de Xpo primū repromissio fieret. Ipe demū dñs noster Iesus Xps in factis dictisq; suis multū nos obedientiā docet. Vera enim subiectio ꝑpter deum, propriæ uoluntatis est mortificatio: dum abiecta & indigna de se credit,& deo acceptabilē,hoibusq; dulcē obedientiā parat. Deniq; uolūtas ppria ex liberi arbitrij præsumptione descēdens,obstinatis & inobedíētib⁹ ipsa bona in peccatum cōuertit. Vir bonus cū bonis suis oibus habere obedientiā studeat. Scriptū quippe est: Melior est obedientia quàm uictimæ: & auscultare magis quàm offerre adipem arietū: qñ quasi peccatū hariolādi est repugnare: & quasi scelus idololatriæ nolle acqescere. Cernis quātū & quale sit inobedíētiæ malū, qđ idololatriæ magicisq; cōparaī artib⁹? Adolescētes quí talí repletí sunt malo, subdi senioribus dedignantur: facta uerò eorum aut dicta tumida & erecta ceruice non obseruāt, sed dijudicāt: non uenerādo exaltāt, sed spernēdo subsannāt. Sed nō impune. Inde eñ euidēter deficiunt unde miserí ꝓficere debuerūt. Hoc aūt uult deus ut homo per oīem doceatur, & minor maiori subdaī. Sí eñ angelus angelo imperat, & inter iubentem & obedientē summa manet semper concordia: uideat ille quàm grauiter peccat qui debitā exhibere suis maioríb⁹ reuerentiā nō curat. De interitione nanq; illorum qui nō obedientes sunt, & suos seniores suosq; patronos despiciūt, multa dicí potuissent: nisi ꝓmissæ breuitatis memor illa studiose prætererē. Ad quid plura? Vna enim sentētia obedíētib⁹ & inobedíētibus sufficere potest: quam per se ueritas loquiī dicens: Qui uos audit,me audit: & qui uos spernit,me spernit. Inde illi gaudeāt gaudio magno, qui seniores suos uenerationi habēt & honorí propter Christum. Multí nanq; de uirtute obedíētiæ multa scripserūt, inter quos sanctus pater noster Benedict⁹ de ea tam terribiliter locutus est,ut fratrū etiam bene obedientium corda præ nimio timore concuti ualeant. Sed & ille summus mellifluí oris Gregorius mirabiliter superexaltat & magnificat eam. Demōstrare aūt uolens quāti sit meriti obedientia,ita ait uir eloquens: Sola nanq; obedientia uirtus est quæ uirtutes cæteras menti inserit,insertasq; custodit. Vnde primus hō præceptū quod obseruaret accepit: cuí si uellet se obediēs subdere, ad æternam beatitudinē sine labore peruenireī. Deinde idē doctor uerba quæ locutus est spiritussanct⁹ per os Samuelis superí⁹ posita exponēs dicit: Obedientia quippe uictimis iure præponitur: quia per uictimas aliena caro: per obedientiam uerò uoluntas propria mactatur. Tanto quisq; deū citius placat: quāto ante oculos eius repssa arbitrij superbia gladio præcepti se immolat. Quo cōtra hariolandi peccatum inobedíētia dicitur: ut quanta sit uirtus obedientia, demonstretur. Ex aduerso enim melius ostendiī qd de eius laude sentiatur. Sí eñ quasi pctūm hariorādi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ

Psal.38. Exo.14. Exo.17. Hiere.1. Hiere.3. Danie.13. Geñ.39. Exodi.3. Proue.2. Luce.18.

idololatriæ nolle acquiescere, sola obediẽtia est quæ fidei meritũ possidet: sine qua quisq; infidelis conuincitur, et si fidelis esse uideat. Hinc per Salomonẽ dicit in ostensione obediẽtiæ: Vir obediẽs loquit victorias. Vir quippe obediens victorias loquitur: quia dum alienæ uoci humiliter subdimur, nosmetipsos in corde superam⁹. Hinc ueritas in euãgelio dixit: Eũ qui uenit ad me, nõ eiciã foras: quia no uenit facere uoluntatẽ meã: sed eius qui misit me. Quid enim suũ faceret, si eos qui ad se ueniunt expulisset? Quis autem nesciat quoniã uoluntas filij à patris uolũtate non discrepet? Sed qm̃ primus hõ quia suam uoluntatẽ facere uoluit, à paradiso gaudijs exsuit: secundus ad redẽptionẽ hoim ueniens, dum se uolũtatẽ patris & nõ suã facere ostẽdit, permanere nos intus docuit. Cũ igit nõ suã sed uolũtatẽ patris facit: eos qui ad se ueniunt, foras nõ eicit: quia dum exẽplo suo nos obedientiæ subijcit: uiã nobis egressionis claudit. Hinc rursum ait: Non possum ego à meipso facere quicquã: sed sicut audio iudico. Nobis quoq; obedientia usq; ad mortẽ seruãda præcipit. Ipse aũt sicut audit iudicat: tũc quoq; obedit cum iudex uenit. Ne igitur usq; ad præsentis uitæ terminũ obedientia laboriosa appareat: redẽptor noster indicat qa hanc cũ iudex uenerit seruat. Quid ergo mirũ si peccator hõ obedientiæ in præsentis uitæ breuitate se subijcit: qm̃ hanc mediator dei & hoim etiã cũ obedientes remunerat, nõ relinquit? Sciendũ uerò est nunquã per obediẽtiã malũ debere fieri: aliquando aũt p obedientiã qd̃ agit bonũ debet intermitti. Neq; enim mala arbor in paradiso extitit, quã deus homini nõ tangere interdixit: sed ut melius per obedientiæ meritum homo bene cõditus cresceret, dignũ fuerat ut hũc à bono prohiberet: quatenꝰ tãto uerius hoc qd̃ ageret uirtꝰ esset, quãto & à bono cessans: authori suo se subditũ humilius exhiberet. Sed quia nõnunquã nobis huiꝰ mũdi ꝓspera, nõnunquã iubent aduersa: sciendũ summopere est ꝙ obedientia aliqm̃ si de suo habeat aliqd, nulla est: aliqm̃ autẽ si de suo nõ habeat, miníma est. Nã cũ huius mũdi successus præcipit, cũ locus superior imperat: is qui ad percipiẽda hæc obedit, obediẽtiæ sibi uirtutem euacuat, si ad hoc exꝓprio desiderio anhelat. Neq; enim se sua obedientia dirigit: qui ad percipienda huius uitæ ꝓspera, libidini ꝓpriæ ambitionis seruit. Rursum cũ mundi despectus præcipit: cum probra adipisci & contumeliæ iubẽtur: nisi ex seipso animus appetat, obedientiæ sibi meritũ minuit, qui ad ea quæ in hac uita despecta sunt, inuitus nolensq; descendit. Ad detrimentũ quippe obedientia ducitur cum mẽtẽ ad suscipiẽda probra huius seculi nequaquã ex parte aliqua etiam sua uota comitantur. Debet ergo obediẽtia aliquid ex suo in aduersis habere: & rursum in prosperis ex suo aliquid minime habere: quatenus & in aduersis tanto sit gloriosior, quanto diuino ordini ex desiderio iungitur: & in prosperis tanto sit uerior, quanto à præsenti ipsa quam diuinitus percipit gloria funditus mente separat. His ergo tanti doctoris euidẽtissimis assertionibus Moyses & Paulus in factis suis ꝓculdubio attestant. Quære & lege quid uterq; eorũ fecerit. Verũtamen inter hæc scire oportet ꝙ innocuis mẽtibus uirtus semper obediẽtiæ iungitur: dño testante qui ait: Oues meæ me audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me. Redẽptori igitur suo nõ obedit qui innocẽs nõ est, & innocẽs esse nõ potest qui obedire contẽnit. Sed necesse est ut ipsa obediẽtia nõ seruili metu, sed charitatis affẽctu fiat: non terrore pœnæ, sed amore iustitiæ. Nulla quippe innocentia, nulla uerò obediẽtia est nisi in eis charitas fulgeat: quæ uirtutes oẽs transcẽdit. Sæpe enim falsa obedientia sub timoris specie palliat. Igitur si uideris iuuenculum desidem ad obediendũ, & uelocẽ ad loquendũ: nõ dubites eum uarijs animi passionibus (præsertim superbiæ peste) laborare. Inobediẽtia enim sequit superbiã matrẽ suã: sicut habes: Equus indomitus euadet durus, & filius remissus euadet præceps. Sicut superbia equi indomiti præcipitio prona est: ita lasciuia adolescentis indisciplinati, peccati ruinæ proxima est. Loquere tu maior natu: decet enim te. Adolescens loquere in causa tua uix cum necesse fuerit. Si bis interrogatus fueris: habeat caput responsum tuũ. In multis esto quasi inscius: & audi tacens simul & quærens. In medio magnatorũ loqui nõ præsumas: & ubi sunt senes, nõ multũ loquaris. Ante grandinẽ præibit coruscatio: & ante uerecundiã præibit gratia: & pro reuerẽtia accedet gratia bona. Ex his nanq; uerbis sapientiæ intelligere potest quãtũ uirtutes superius positæ iuniorem ætatem adornent. Pueri enim à puritate dicti sunt, & decet ut regnẽt in eis simplicitas & innocentia & puritas, hoc est uirginitas. Cũ his crescant, & in his perseuerent: ut mereant sequi agnũ quocũq; ierit. Adolescentes aũt iuxta nois huius interpretationẽ per dies singulos in bonis operibus crescentes, uerecundiã diligant, taciturnitatẽ custodiant, simulq; in exhibenda obediẽtia nimis feruecant. Istas quippe uirtutes in primo constituimus loco, uelut quædã incrementa bonorũ operũ, ut per eas ad castitatẽ & humilitatem & patientiã, quæ secundã partẽ obtinent, recto tramite ualeant peruenire. Castitas igitur (quia uterq; sexus uitio libidinis ægrotat) nisi aliarum uirtutũ ope fulciat, facile labitur. Et proinde nimio studio seruãda est: quia semel amissa, nõ reparãda est. Prima nanq; tela sunt oculorũ, secũda uerborũ. In desideriꝰ enim est oĩs otiosus, & desideria occidũt pigrum. Et ideo suffragat ei plurimũ uerecundia, quæ custodit oculos: & taciturnitas, quæ retinet linguã: atq; obediẽtia, quæ mentem occupat, corpusq; fatigat ieiunijs, uigilijs, orationibus, & opere manuũ. Sed necessariã præ oĩbus habet humilitatẽ, qua conseruent habita usq; in finem. Multi enim in ipsa senectute per superbiã in luxuriã ceciderunt. Qua de re timendum est & cauendum ne subitus calor superet longum tempus, & impudicos senes lasciuia condemnet. Tenenda est itaq; semper humilitas custos pudicitiæ, mater patiẽtiæ. Sine causa enim laborat qui uirtutes sine humilitate cõgregat. Vera autẽ patientia nisi per profundã humilitatẽ nec acquirit nec tenetur. Hanc uerò quisquis ueraciter habet, nec beneficio cellæ, nec profugio solitudinis indiget: & si ei aduersitatis aliquid acciderit, non cõtristatur, sed adhuc diligenti deum omnia cooperãtur in bonum. Iste timet in prosperis: gaudet in aduersis. Amat & adiuuat se persequentes, quia cum patiẽtia & benignitas comitant uelut indiuiduæ comites. Si quis igitur habet aiam uirginalẽ, & amator est pudicitiæ, nõ debet mediocribus esse cõtentus, quæ cito exolescũt & exorto cauma te arescunt: sed perfectas uirtutes sequat, ut lumen habet sempiternũ. Qui enim ꝓficere studet, semper inuenit quo crescat & per dies singulos seipso melior fiat. Adolescens profice: mancipatus es Christi seruitio, & cœpisti magna agere, & excelsa imitari confortet cor tuũ, & uiriliter age. Magna tibi dabitur gloria post uictoriã. Licet lubricũ sit iter per quod incedis: tũ de dñi auxilio confidens, desere ima quantum uales, & summa pete. Non deficias neq; tepescas, ut gradum perfectionis possis ascẽdere, ad quã nõ nisi multis laborib⁹ peruenit. Euge nũc euge frater bone, iuuenilia trãscẽde, & ad superiora tẽde, ut deo in uoce exultationis cantici graduũ cantes. Tibi uerò de radice ad caumen festinãti, liber patet ingressus ad illas quatuor uirtutes principales, quæ in adolescẽtibus inchoantur, & in iuuenibus augentur, in senibus perficiuntur: quia matura ætas multis laboribus exercitata, iam nouit per experientiam, quod didicit per scientiã. Vnde iam nõ immeritò prudentiã, fortitudinẽ, iustitiã & temperantiã in tertio cõstituimus gradu: qa per eas maxime instruunt mores, & bene uiuendi magisterium docetur. Sed ex his prudentia agnitione ueri delectat. Iustitia dilectionẽ dei & proximi seruat. Fortitudo metum mortis contemnit. Temperantia affectionẽ carnis temperat. Prima enim intelligit. Secunda bene uiuit. Tertia appetitum cohibet. Quarta modũ imponit. Tres illæ superiores quod honestum est operantur: hæc autem quarta decorum agit illud quod ex radice honestatis proficiscitur. Siquidem prudẽtia est

Prou. 29.
Ioan. 6.
Ioan. 5.
Ioan. 10.
Eccle. 30
Eccle. 23.
Prou. 21.
Roma. 8.
Psal. 26.

agnitio uerę fidei, & scientia scripturarū, in qua intueri oportet illud trimodū genus intelligentiæ, quorū primū est historicū: secundū allegoricū: tertiū superior ille intellectus quē dicūt anagogē. Iustitia uerò est deum timere, religionē uenerari, honorē ferre parētibus, patriā diligere, cunctis prodesse, nocere nulli, fraternæ charitatis uinculum tenere, pericula aliena suscipere, opē ferre miseris, bonis uicissitudinē rependere, æquitatē in iudicijs conseruare. Fortitudo autē est animi magnitudo, cōtemptus honorū uel diuitiarū. Hæc aduersis aut patiēter cedit, aut resistit fortiter. Nullis illecebris edomaſ, malis & aduersis non frangitur, nō eleuaſ secūdis, inuicta ad labores, fortis ad pericula, pecuniā negligit, auaritiam fugit, contra uniuersa pericula animum præparat, molestijs nullis cedit, gloriæ cauet appetitū. Sed inter has temperantia semper amplectenda est. Est enim modus uitæ in omni uerbo uel opere. Hæc aūt sobrietatis & uerecundiæ comes est, quæ alio noie uocatur modestia. Humilitatis regulā custodit, tranquillitatē animi seruat, continentiā & castitatem diligit, fouet decus & honestatē, restringit ratione appetitū, iram cōtēnit, nec rependit contumeliā. His tu plagis cæli includere homo dei. His tu armis bellator Christi, accingere, ptegere, & ornare. Iste currus igneus te fortē militē gestabit cōsummato cursu ad cæli palatiū ut assistas regi tuo: cui certasti bonum certamen, fidē seruasti. Bene rege hanc quadrigā uirtutum, & sede in ea firmus, ut isto uehiculo uehi altius, & introduci ualeas ad tricameratā domū in summo montis uertice collocatā. Hanc enī dico firmā fidē, spem incōcussam, perfectā charitatē, quæ omnē seruilem foras mittit timorē, ubi uia mandatorum dei dilatato corde currītur. Hinc anima iusti sedes sapiētiæ facta, plano moderatoq; incessu portat deū sessorē suū. Huic autē uiuere Xps est: & mori lucrū. Vir discretus & cōtēplator transit quotidie, uisionemq; mirabilem cernit: trahitur à deo, & ardēti desiderio currit post eum. Si aūt istū montē excelsum, hācq; pulchrā domū inhabitaueris: poteris & tu sæpissime intueri terrā illā promissionis, terram lacte & melle manantē, ubi uerus Israel morat, & ueritatis pabulo inæternum pascitur. Sed dicis tu mihi: Quare fidē in primo loco nō posuisti: quæ est in Christiana aīa fundamētū omniū uirtutū? Facerē utiq;, nisi fides cresceret. Nisi autē fides cresceret: apostoli dño minime dixissent: Adauge in nobis fidem. Continua enim operatione uirtutum & assidua meditatione scripturarum sanctarū fides erudītur, & erudiendo illuminaſ, & illuminādo augetur, & augendo perficitur, & pficiendo stabilitur: ita ut nullo turbine hæreticos uel persecutionum à statu suæ rectitudinis moueatur. Igitur prius quàm homo per fidem cognoscat creatorem suum, ignorantia (mater omniū uitiorum) eius possidet aīam. Ergo ignorantia nox est: fides uerò dies. Sicut dies crescit per horas: sic fides augetur per illuminationē diuinæ gratiæ, & per documenta matris ecclesiæ. Primū itaq; syncera radix sanctæ fidei in terra humani cordis plantatur: cui inseritur ramusculus ille sanctæ arboris: id est timor dñi, qui dicitur initiū sapientiæ. Cū hoc incipit, & cū isto ascendit usq; ad plenitudinē luminis. Cumq; fides plenè adulta fuerit: uelut quædā magna arbor diuersa, in se habēs poma ex quibus reficitur anima plena deo: tunc adhæret ei timor ille castus & sanctus æternæ charitatis: qui permanet in seculum seculi. Hæc est enim fides illa quæ per dilectionē operatur, ut homo noua creatura efficiaſ: fides prudentissima & inuictissima, quæ inter uerba altercationis, in tēpore persecutionis & in die necessitatis superari nō potest. Quapropter fides firma, & charitas plena fideles comites, & inseparabiles sorores cuncta in se genera uirtutū cōtinentes, uirum perfectum efficiūt quantū possibile est eum perfici in hac uita plena miseriis & erroribus. Iste illud apostoli in ueritate dicere potest: Quis nos separabit à charitate Xpi? Tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Certus sum enim q; neq; mors, neq; uita, neq; angeli, neq; principatus, neq; potestates, neq; uirtutes, neq; instātia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; profundū, neq; altitudo, neq; alia creatura poterit nos separare à charitate dei: quæ est in Christo Iesu domino nostro. Hæc est autē disciplina bonæ uitæ, & recta series uirtutum. Ista est uia regalis, præcedētiū patrū trita pedib9. Ambula in ea ô grex adolescētiū, & noli declinare ab ea neq; ad dexteram, neq; ad sinistrā. Ille quidē ad sinistrā declinat, qui se apertis uitijs implicat. Ille uerò ad dexteram declinat, qui uitia sub specie uirtutum latētia summopere nō deuitat. Per hæc enī multi decipiunt, & ignorant se esse deceptos. Itaq; dupliciter rea est aīa si & bonum nō facit unde spiritualiter uiuat, & lateat. Superbus uult se credi cōstātem: prodigus liberalē: auarus diligentē: temerarius fortē: inhumanus parcū: gulosus humanū. Impudētia constantiæ sibi nomen ascribit. Procacitas appellationem libertatis ostendit. Eloquentiā uerbositas fingit: & curiositatis malum sub studij spūalis colore delitescit. Nam interdū sub prætextu iustitiæ: crudelitas agitur. Et putaſ esse uirtus quod nimirū uitiū est: sicut remissa segnities mansuetudo esse crediſ. Et quod agit torpēs negligētia, putatur agere indulgētia pietatis. Item timor sub specie obedientiæ occultatur, & dicitur uirtus humilitatis, quod tm uitium est timoris. Porrò uitiū inquietudinis uirtutē se uult uocari solicitudinis. Et præcipitatiōis facilitas: feruor boni studij crediſ. Et bene agendi tarditas, cōsilij mora esse uideſ: cum tm ista sit uirtus: illa uitiū. Hæc etsi humano possunt discerni iudicio: tm sine dono dei (quantū mihi uidetur) nec uirtutes possunt haberi uel appeti: nec earū similitudines (quæ sunt uitia uirtutes imitantia) declinari. Sed sciēdum est q; quædam summæ uirtutes sunt: quædam uerò mediæ. Summæ uirtutes sunt spes, fides, charitas. Nam à quibus habētur: utiq; ueraciter habentur. Doctrina, ieiunium, castitas, sciētia, & cætera his similia mediæ uirtutes sunt: quia & ad utilitatē & ad perniciem possunt haberi. Non potest esse ueritas cū mendacio: pudor cū petulātia: fides cum perfidia: castitas cū luxuria. Aduersus impetus uitiorū cōtrarijs uirtutib9 est pugnandū. Contra luxuriā adhibeaſ cordis munditia: contra odium dilectio: contra iracūdiam patiētia: cōtra timorē fiduciæ uirtus: cōtra torporē feruor boni studij. Opponaſ tristitiæ gaudium, accidiæ fortitudo, auaritiæ largitas, superbiæ humilitas. Principalium septē uitiorū regina & mater est superbia: quæ (oīm deterior) tanto in imo iacet: quāto in altū se erigit. Septē principalia pariūt de se multa uitia, quæ ita sibimet quadā cognatione iunguntur, ut ex altero alterū oriatur. Superbia sicut est origo oīm criminū: ita ruina cūctarum uirtutū. Ipsa est in pctō prima: in cōflictu postrema. De superbia nascit arrogātia: quæ tam in factis, quàm in dictis cauenda est. Væ ei q sibi magis quàm deo placere studet. Per cœnodoxiā maxime subiecit sibi diabolus monachū: qa per eā ab humilitatis culmine deiecit. Sūma itaq; uirt9 monahi humilitas: summū uitiū et9 supbia est. Superbiēdo, cōtēdēdo, dimicādo, murmurādo, detrahendo, susurrando, negligēdo, contēnēdo, & pprias uolūtates faciendo: infinitas monachi qui nūc sunt culpa incurrūt. Hinc est q; ex horū magna multitudine qui seculū deserūt, rari ualde inueniunt qui mortificatis uitijs ascēdere cōtēdant ad perfectionē uirtutū. Hæc autem significāt illa sexcenta milia armatorū qui de terra Aegypti educti sunt: duo aūt solūmodo hoīes: id est Iosue & Caleph ex illis oībus terrā pmissionis ingressi sunt: regredi aūt uolētes in Aegyptū, prostrati in deserto diuersis generibus mortium interierunt. Per Aegyptū itellige mūdū. Per Pharaonē diabolū, qui est rex super omnes filios superbiæ. Per mare rubrū, ablutionē pctōrū oīm. Per Aegyptios in eo mortuos, ipsa pctā quæ sunt exercitus Pharaonis. Tu qdē iā Aegyptū deseruisti: Pharaonē fugisti: & lot9 à sorde tua, submersis curribus cantici lætitiæ dño cecinisti. Tādē ingressus solitudinē ad montē Sinaī peruenisti: ubi data sunt tibi præcepta uitæ, & istituta cælestis disciplinæ: quæ corā deo & sanctis

Psal. 118.

Philip. 1.

Luc. 17.

Psal. 110.

Psal. 18.

Roma 8.

Prou. 4.

ſanctis eius te pollicitus es obſeruare. Quāuis omnia ſe-
ceris: noli tamē eſſe ſecur⁹. Multa habent pericula in ipſa
qua incedis eremo. Ibi certe ignīti ſunt ſerpentes: qui per
cutiunt & interimunt murmuratores. Ibi lepra, quæ infi-
cit & deturpat detractores & ſuſurrones. Ibi ſæuus gla-
dius: q̄ denotat fabricatores idóli & cultores: illos uideli
cet monachos qui ſectant auaritiā: quæ idolorū eſt ſeruí-
Col.3. tus. Hanc dicit apl's radicē oīm malorū. Scito tñ quía nō
1. Tim.6. niſi tepidiſſimos monachos hoc impugnat uitium. Tu ca
ue ne præter uictum & ueſtitū aliud aliquid habeas, aut
uelis habere. Deteſtare ſupbiā: fuge cōtentionē. Rectores
monaſterij dilige ut parētes: time ut dños: crede eſſe salu-
Nota. tare quod iniungunt. Sed hæc cuſtodire non poteris, niſi
prius te ſtultū facias ut ſis ſapiēs: nihil ſcilicet diſcernens,
nihil diſiudicans ex his quæ tibi fuerint imperata: ſed cū
omni ſimplicitate ac fide ſemp obedientiā exhibeas. Illud
tātūmodo ſanctū, illud utile, illud ſapiens iudicans, quod
Num.16. tibi uel lex dei, uel ſenioris examen indixerit. Terreat te
illorū exēplū, qui aduerſus Moyſen rebellauerūt: quorū
alios cæleſtis flāma combuſſit: alios aūt infernus uiuētes
ſuſcepit. Deficiet mihi tēpus ſi uelim oīa per ordinē pan-
dere. Illud tibi inculcandū uideo, qa dū uiuimus, inter la-
queos currim⁹. Nuſquā tuta pax prohdolor: nuſquā tuta
quies: ubiq; bella: undiq; hoſtes. Pharao eñ cū ſuis Aegy
ptijs retinet exeūtē. Clades aūt plurimæ in medio itinere,
quæ impediūt nimis euntem. In extrema uerò parte ante
te hoſtes diri & fortes, qui reſiſtere cupiunt ne terrā pro-
miſſionis poſſis intrare: id eſt Amalech, Seō, Og, Moab,
filij Ammon, & latrūculi mōtis Seir. Si aūt fortè his ſupe-
ratis, per multos labores optimā ingreſſus fueris terram:
uidebis q̄ in ipſa etiā non ualebis eſſe ſecurus. Enimuero
remanēt Allophili: & aliæ in tuo circuitu reſeruātur gen-
tes: in qbus te deus experiat utrū diligas eū: utq; ſemper
manū eius reſpicias: ne fortè cū modereris & ſaturat⁹ fue
ris, obliuiſcaris eum. Igit per ſeptē gētes quæ ex illa terra
expulſæ ſunt, intellige ſeptem capitalia uitia, quorū duo
carnalia ſunt, ſcilicet gaſtrimargia & fornicatio: reliqua
ſpūalia, quæ in mēbris ſuis taliter diſtinguunt. Gulæ con
cupiſcentia in quinq; modos diuidit. Primo ſi ante tēpus
cibos quis appetat. Secūdo ſi lautiores eſcas quærat. Ter
tio ſi diligētius quoſcq; cōes cibos quis ꝓcuret. Quarto ſi
uiles eſcas nimium quis ſumat. Quinto ſi quiſq; ex deſide
rio quodcunq; ſumat. ¶ Fornicatio trimodo genere. Pri-
mū dū per uoluptatis luxuriā cōmixtio expletur. Alterū
dum ſola attrectatione luxus carnis per immunditiā pro-
uocat. Tertiū dū intētione turpiū cogitationū, nocturna
quiſq; illuſione polluit. Eſt & quartū genus iuxta ſcriptu
ram, ſicut idololatria & auaritia. Sed & oīs immūda pollu
tio fornicatio dicit. ¶ Philargiria in gemina mēbra diſtin
guitur: puta in cōcupiſcentiā rei augēdæ, & in metum ca-
rendæ. Eſt & tertiū genus peſtis huius, quādo monachus
ex ipſis neceſſarijs ſine quibus uiuere nō poteſt, plus deſi-
derat habere quàm neceſſe ſit: aut ea uolumus in monaſte-
rijs poſſidere quæ ſi eſſemus in ſeculo, minime habere ua-
leremus. ¶ Iræ genera tria ſunt. Vnum quod ardet extrin-
ſecus: aliud quod in uerba ſine operis effectu prorumpit:
tertiū q̄ nō ut illud feruens ad horā digerit, ſed per dies
& tēpora reſeruat. Ex illo quippe calor & indignatio, ex
iſto naſcitur odium, quæ oīa æquali ſunt à nobis horrore
dānanda. ¶ Triſtitiæ uitiū in tres diuidit partes: quarum
prima temperata eſt & rationabilis, de delictorum pœni-
tudine uenies. Altera perturbata & irrōnabilis, de anxie-
tate metus ſeu de deſperatiōe pctōrū exoriens. Tertia de
iracūdia, uel de illato dāno, ac deſiderio præpedito proce
dens. ¶ Accidiæ genera duo ſunt. Vnū quod ad opus dei
pigritare monachū ac dormitare cōpellit. Aliud quod ua
gari huc illucq; facit: ac fugere cohortat de fratrū cū qb⁹
uiuit ſocietatē. Hæc ſcilicet ſex uitia quadam inter ſe co-
gnatiōe ſunt cōiuncta: ita ut prioris exuberātia, ſequētis
efficiat exordiū. Ex primo eñ ſecūdū: ex ſecūdo tertiū: &
ſic de cæteris. Et ideo econtra ſimili modo atq; eadē rōne
pugnandū eſt: quia primo deuicto, aliud facilius deuinci-
tur. Et iſta uitia licet inuicē ſibi ſint cōnexa ea quam dixi
mus ratione: ſpecialius tñ in tres copulas diuidenda ſunt.
Gaſtrimargiæ fornicatio, auaritiæ ira, triſtitiæ accidia pe
culiari conſortio fœderātur. Sed his ſuperatis maior tibi
reſtat pugna, & eſt tanto grauior, quanto iſta amplius fue
rint deuicta. Arripiendū nanq; tibi eſt totis uiribus iuge
certamen contra crudeliſſimā & triformē beſtiā, id eſt ſu-
perbiā, inanē gloriā, & inuidiā: cuius in uno corpore tria
capita, & in ipſis capitib⁹ dētes ferrei comminuentes oīa.
O quàm multos uiros hæc immaniſſima beſtia momor-
dit & deiecit, atq; ſub pedib⁹ ſuis conculcauit! Circunda
itaq; tibi fortē armaturā, ut poſſis ſtare cōtra tātā neqtiā.
Induc te lorica charitatis, accinge te gladio ſpūs, q̄ eſt Ephe.6.
uerbū dei. ſume ſcutū fidei, pone galeam ſalutis & ſpei in
capite tuo, ſint pedes tui calciati in præparationē euāgelij
pacis, ut null⁹ in te pateat loc⁹ inſidijs potētis aduerſarij.
Caput ſupbiæ, ſicut caput uiperæ: furor eius ut furor dra
conis, & flatus eius lætifer, ut inſanabilis flat⁹ reguli. Illud
enim præſtāti⁹ cæteris, tres uenenatas ex uipereo ore ad
ferendū educit linguas. Prima eos percutit qui per trāſ-
greſſionis culpā cōtēptui habēt diuina præcepta. Secūda
illos qui ex cōſeruatione mādatorū, extollunt in elationē
uirtutū. Tertia eos qui per cōtumaciā mentis ſubdi dedi
gnant maiorū imperijs. Quidā aūt pro carnalibus: quidā
pro ſpūalibus ſuperbiunt, & eſt una ſuperbia ſub diuerſo
colore. ¶ Cœnodoxiæ alterū caput, multiforme, pdigiū,
& multiplex malū, diras uoces & rugitus terribiles ex tur
gidis faucib⁹ quadripartito modo altius efflat. Nā ſunt q
habēt dona, & donantē ignorāt. Et ſunt qui ſe dicunt pro
ſuis præcedentibus meritis dona accepiſſe, nō pro gratia
largientis. Item quidā ſunt qui quod nō habeāt, habere ſe
per tumorē exiſtimant. Sūt & alij qui cōtēnēdo cæteros,
putant ſe habere aliquid ſingulariter. Sed iſta elatio cæte-
ris pernicioſior eſt, de ſingularitate ſactātiæ ueniens. Hæc
aūt dira lues quāuis ſe ad alta erigat, & impleat clamori-
bus aures: non tñ ei iuxta quam habet extollentiā eſt uis
& potentia. ¶ Ipſa quoq; inuidia duplices euomit flāmas.
Hoc nanq; caput tertiū modo illum urit qui meliori inui
det in id quod ipſe non eſt, modo illū afficit qui quēlibet
conſimilē dolet ſibi eſſe æqualē. ¶ Vt hæc tria diſcernere
ualeas, iſta do tibi indicia. Superbia enim rubet. Cœno-
doxia albet. Inuidia pallet. Furor igneus in ſuperbis ex
indignatione, candor in hypocritis ex ſimulatiōe: pallor
in inuidis ex nimio dolore. His ita digeſtis rectius ſeptem
criminalia uitia denotantur quàm dinumerātur, ut mihi
uidetur: quia ſicut princeps ſeptē uitiorum diabolus nos
corū ſubdit poteſtatib⁹: ita Xps deus noſter ſpū ſeptifor
mis gratiæ plenus, à dominatu ipſorū eruit, & ſibi ſubdi-
tos facit. Sed ſcire te oportet qa iſta uitia diuerſos ortus
& diſſimiles defectētias habent. Gula eñ & fornicatio qa
non niſi per corpus expleri poſſunt, carnalia ſunt: & ideo
corporali indigent afflictione, ſimulq; remotorib⁹ locis,
ut uelocius curari queāt. Auaritia & ira licet nō ſint uni⁹
naturæ, nam prior extra naturā eſt, ſequēs aūt originalis
uidet, quia homo iraſcibile aīal eſt: ſimili tñ oriuntur mo-
do. Siquidē cōmotionis cauſas extrinſecus cōcipiūt. Tri-
ſtitia & accidia nulla extrinſecus accedente prouocatiōe
generari ſolēt. Superbia, cœnodoxia, atq; inuidia, ſine cor
porali miniſterio conſummant. Ad hæc curanda quæ ſpi-
ritualia dicunt, multū proſunt humana cōſortia, maxime
ſi inter bonos prudētesq; uiros uiuas, qui illa ſemp redar
guant. Sed inter hæc ſciēdū eſt q̄ in quibuſdā uentris in-
gluuies, in quibuſdā fornicatio principalē obtinet locū.
In alijs ſuperbia, in alijs cœnodoxia arcē tenet. In quibuſ-
dam ira, in quibuſdā auaritia ſeu triſtitia, aut aliq̄d eorum
ſibi tyrannidē uēdicat. Et ideo oportet unūquēq; noſtrū
ſm qualitatē belli quo principaliter infeſtat, pugnam arri
pere: ita ut aliū neceſſe ſit aduerſus uitiū q̄ tertium poni-
tur, primū exercere cōflictū, aliū cōtra quartum ſeu quin-
tum: & ita prout uitia in nobis obtinēt principatū, utq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

impugnationis exigit modus, nos quoq; oportet ordinē instruere prælioru. Et sic cōtra illud unū fortiter pugnemus, ut alia à quib⁹ minus impugnamur, nō negligamus. Atq; ita totis uirib⁹ laborem⁹, ut nō de nostris laboribus, sed de dei auxilio cōfidamus. Hoc em̄ modo ad puritatē cordis, & ad plenitudinē uirtutū ualebimus Xpo adiuuante peruenire. Illud etiā non minus te scire uolo, quia uariæ in oībus sunt morū conspersiones. Vnde alia uitia tranquillis & lenibus moribus, alia duris & asperis uicina sunt. Sæpe aūt quod istis placet, illis displicet. Diabolus em̄ dū decipere quēquā quærit, pri⁹ naturā uniuscuiusq; intēdit, & inde se applicat unde hoiem aptū ad peccatum inspexerit. Ex ea quippe parte hoiem diabolus tētat, qua eum per excrescentē humorē facile ad uitia inclinari conspicit: ut fm humoris conspersionē, adhibeat tentationē. Nullus ergo culpā nō æstimet quā ex cōspersione ppria sustinet, sed quātū ualet cōtra id qđ tolerat pugnet. Nam si cōspersioni cedit, tentationi uel uitio nequaquā resistit. Igitur cōstantes & duri mores semper cōtra superbiā irā & crudelitatē pariter repugnēt. Iucūdi aūt & lenes cōtra inanem gloriam hypocrisim & falsam pietatem præcipue certare non cessent. Istud nanq; hoim genus, laudis amore facilius capit. Nemini uolūt displicere: oēs æquanimiter portare uidētur: decipiūt & decipiunt: & quāto hominibus placent, tanto fiunt deo odibiles: sicut scriptum est: Astuti & simulatores prouocant iram dei. Boni enim uiri timētes deū, idipsum qđ esse meruerunt uideri refugiunt. Sanè laus humana bonos cruciat, malos lætificat. Duplíciter aūt dānātur hypocritæ, siue pro occulta iniquitate, siue pro aperta simulatione. Nam nō semper latent hypocritæ. Omne syncerū permanet. Nam quæ simulata sunt, diuturna esse nō possunt. Hypocritæ foris candidi, intus sordidi. Amator uanæ gloriæ unde possit laudari agere nō quiescit. Nonnulli falsa opinione arrogātiæ se pfectos esse existimāt, dum nō sunt: qui obortis tentationibus innotescunt. Tāto quis fit ueritati uicinior, quāto se lōgius esse ab ea fuerit arbitrat⁹. Est hūilitas formidinis & ignorātiæ, quæ nō est laude digna. Hypocrita uerba sanctorū habet, uitā nō habet: cui semper iactātia oculos qb⁹ deus uideri potest claudit. Superbis & libidinosis plus dīnatur diabolus. Transacta libido semper sui relinquit pœnitudinem. Nunquā satiatur, & extincta reaccendit. Væ illi qui tūc habuit terminū luxuriæ, qñ uitæ. Vinū cōtra potantē facit, quia postquā surrexerit, neq; pes neq; manus suum officiū tenēt: & oīs eius exhilaratio uertitur in rumā. Vir superbus nec decorabit, nec uolūtatē suā perducet ad finē. Semp em̄ cōscientia serui dei humilis debet esse & tristis: scilicet ut per hūilitatē nō superbiat: & per utilē mœrorē cor ad lasciuiā non dissoluat. Dei seruū sine intermissione legere, orare, & opari oportet, ne forte mētē ocio deditā, uitia sibi præoccupēt. Mens deo dicata, sic caueat minora uitia ut maiora: quia à minimis incipiunt qui in maxima pruūt. Statis delicate se palpat, q uult sine labore magno studioq; cōtinuo uel uitia superare, uel uirtutes acqrere. Aīa autē mole carnis pressa sicut difficile ad uirtutes surgit, ita facile in uitia cadit: quia ista in imo sunt: illæ uerò in summa arce cōsistunt. Deniq; nōnulli quia nō pro dei amore seculo renūciāt, laborare nō curāt. Vtinā q mūdū relinquim⁹, uolūtatis sit, nō necessitatis. Qui em̄ non rigida intentione monachi professionē sectant, quāto supernī amoris propositū dissolute appetūt: tanto procliuius ad mūdi amorē denuo reducunt. Ex quibus alij corporis uoluptatē, alij honorē requirūt. Sed q ad hoc conuersationē sanctitatis prætendit, ut alijs quandoq; præesse desideret, iste nō discipulus Xpi, sed prauitatis sectator existit. Fetre enim crucē, & non mori, hypocritatū est. Ille aūt qui se pro deo duritiæ tradit monachorū, assiduus debet esse in orationib⁹, lachrymas suas deo, nō hoīb⁹ offerre, ieiunia in aurigæ modū pro lassitudine & uirib⁹ corporis temperare. Quapropter nō pigeat te bone frater quantū potes actibus sanctis insistere, ut laboris tui fructus qñq; possis recipere. Hoc solū attende q monachus factus es: & ideo ea age quæ monachi sunt. Inter eos cū quibus uiuis, secta re meliores. In omni gradu & ordine optimis permixta sunt pessima. Animosos senes & pertinaces, quos uides in his abūdare periculosis tēporibus, noli imitari. Mores uitamq; illorū fuge, ne tibi sint in laqueū & ruinā. O quàm multos senes & iudices Israel turpiter uitā suā negligentes rex Babylonis in terrā captiuitatis & cōfusionis possidet, & quàm multi iuuenes spū feruentes, dño seruientes, uim faciunt cælo, totisq; uiribus sibi diripiūt illud? Vtinā taliū præconia iuuenum nostri imitarent? senes, ut annosa redderet senecta quod tenera fert spōte adolescētia. Si tuis pficere, non respicias qd mali faciāt alij, sed quid boni ipse facere debeas. Nónne cernis negociatores & milites multa sustinere pericula, ut ad incertos honores & peritu ras diuitias perueniant? Isti quippe seruāt cū aīæ discrimine quæ cū plurib⁹ tribulationib⁹ inueniūt. Quid ergo tibi dic rogo faciendū est, qui uenditis oībus pretiosam quæris margaritā, & emptū habes agrum ubi thesaurus latet quē fur auferre non pōt? Necesse est tibi oēs insidias præcauere solicite, ne si ruinā passus fueris, pro gloria habeas ignominiā. Quāuis sis in tuto, noli esse securus. Frequenter in media trāquillitate, uitiorū syrtibus incauti & desides obruunt. Quāta prohdolor animātia nutrit hui⁹ seculi desertū, quæ negligētes monachos duris morsibus depascūt? Et qm̄ credo te posse plus pficere oīone, quàm ista nostra exhortatiōe, addā & formulā orādi, ut legēdo & orādo, esurieti aīæ duplicē tribuas refectionē: & quod desideras, apud deū facilius ualeas obtinere. Nimio enim coactus desiderio quod de salute tua habeo, istud supra uires meas assumpsi negocium, ut uinculis uerborū meorum ad instructionē tuā patrū sentētias colligerē. Hæc tu meditare, hæc in tabulis cordis tui scribe. Et ut scias per quā uiam incedere debeas, & ut perficere possis opere qđ discis lectione, clama ad deū (sine quo nihil boni agitur) clama precor clamore magno in toto corde tuo, & flebilis supplexq; tu ora.

¶ *Finis.*

INCIPIT SCALA CLAVstralium, *siue de modo orandi.*

VM DIE QVADAM corporali manuum labore occupatus, de spiritualis hominis exercitio cogitare cœpissem, quatuor spirituales gradus animo cogitanti se subito obtulerunt, scilicet lectio, meditatio, oratio, & contemplatio. Hæc est scala claustralis: qua te terra in cælum subleuant gradibus quidem distincta paucis: immensæ tamen & incredibilis magnitudinis. Cui⁹ extrema pars terræ immixa est: superior uerò nubes penetrat, & secreta cælorum rimatur. Hi gradus sicut nominibus & numero: ita ordine & munere sunt distincti. Quorum proprietates & officia quidem singula quid circa nos, efficiant, quomodo inter se inuicem differāt & præemineant, si quis diligēter inspiciat, quicquid laboris aut studij impenderit in eis, breue reputabit & facile, præ utilitatis & dulcedinis magnitudine. Est autem lectio, sedula scripturarum cum animi intentione inspectio. Meditatio est studiosa mentis actio, occultæ ueritatis notitiam ductu propriæ rationis inuestigans. Oratio est deuota cordis intentio in deum pro malis amouendis, & bonis adipiscendis. Contemplatio est mentis in deum suspensæ eleuatio æternæ dulcedinis gaudia degustans.

¶ *Descriptio officiorum quatuor graduum.*

¶ Assignatis ergo quatuor graduum descriptionibus, restat ut eorum officia uideamus. Beatæ igitur uitæ dulcedinem lectio inquirit: meditatio inuenit: oratio postulat: contemplatio degustat. Vnde ipse dñs dicit: Quærite, & *Matt.7.* inuenietis:

Nota.

Nota.

Nota.

Nota.

inuenietis:pulsate,& aperietur uobis.Quærite legendo: & inuenietis meditando.Pulsate orando:& aperietur uobis contemplando.Lectio quasi solidum cibum ori apponit.Meditatio masticat & frangit.Oratio saporem acquirit.Contemplatio est ipsa dulcedo quæ iucundat & reficit.Lectio in cortice:meditatio in adipe:oratio in desiderii postulatione:contemplatio in adeptæ dulcedinis delectatione.Quod ut expressius uideri possit:unum de multis supponam exemplum.In lectione audio:Beati mundo corde quoniam ipsi deum uidebunt.Ecce breue uerbum: sed suaui & multiplici sensu refertum. Ad pastum animæ quasi unam ministrauit: quam postquàm anima diligenter inspexit:dicit intra se. Pōt aliquid boni esse. Redibo ad cor meum:& tentabo si fortè intelligere,& inuenire potero mundiciam hanc. Preciosa enim & desiderabilis est res ista:cuius possessores beati dicuntur:quibus uisio dei (quæ est uita æterna) promittitur:quæ tot sacræ scripturæ testimoniis collaudatur.Hoc ergo sibi plenius explicari desiderans, incipit hanc uuam masticare & frangere, eamq; quasi in torculari ponit: deinde excitat rationē ad inquirendū quid sit, & quomodo haberi possit hæc adeò preciosa & desiderabilis mundicia.¶Officium meditationis.¶Accedens ergo sedula meditatio nō remanet extra: non hæret in superficie:ulterius pedem figit.Interiora penetrat:singula rimatur:attente cōsiderat q̄ non dixit beati mundo corpore:sed corde,quia non sufficit manus habere innoxias à malo opere:nisi à prauis cogitationibus mundemur in mente.Quod auctoritate prophetæ confirmatur dicentis: Quis ascendet in montem domini, aut quis stabit in loco sancto eius: Innocēs manibus & mundo corde.Item considerat quantum hanc cordis mundiciam optabat idem propheta,qui orās dicebat:Cor mundum,inquit,crea in me deus.Item: Si aspexi iniquitatem in corde meo:non exaudiet dominus.Cogitat quàm solicitus erat in hac custodia beatus Iob,qui dicebat:Pepigi fœdus cum oculis meis:ne cogitarem quidem de uirgine. Ecce quantum arctabat se uir sanctus:qui claudebat oculos suos,ne uideret uanitatem:ne fortè incautus respiceret quod postea inuitus desideraret.Postquam hæc & huiusmodi de cordis mundicia pertractauit:incipit cogitare de eius præmio:quàm gloriosum & delectabile est uidere faciem desideratam domini, speciosi forma præ filiis hominum.Non esse iam abiectum & uilem:non habentē speciem qua uestiuit eū mater sua synagóga:sed stola immortalitatis indutum,& coronatum diademate quo coronauit eum pater suus,in die resurrectionis & gloriæ:die quā fecit dominus. Cogitat q̄ in illa uisione erit satietas illa, de qua dicit propheta: Satiabor cum apparuerit gloria tua.Vidésne quātum liquoris emanauit ex minima uuae? quantus ignis ex hac scintilla ortus est? quātum hæc modica massa,Beati mundo corde quoniam ipsi deum uidebunt,in incude meditationis extensa est? Sed quātum adhuc posset extēdi:si accederet aliquis talia expertus? Sentio enim q̄ puteus altus est: sed ego adhuc rudis tyro in quo pauca hæc haurirem uix inueni. His anima facibus inflammata,his incitata desideriis,fracto alabastro suauitatem unguenti præsentire incipit:necdum gustu:sed quasi narīū odoratu.Et ex hoc colligit quàm suaue esset huius mundiciæ sentire experientiam:cuius meditationem nouit adeò esse iucundam.Sed quid faciet? Habendi desiderio æstuat:sed non inuenit apud se quomodo habere possit:& quanto plus inquirit,plus sitit.Dum apponit meditationem,apponit & dolorem:quia sitit dulcedinem,quā in cordis mundicia meditatio esse monstrat, sed non prægustat.Non enim est legentis atq; meditantis hanc sentire dulcedinem:misi data fuerit désuper.Legere enim & meditari:tam bonis quàm malis commune est. Et ipsi philosophi gentium:in quo summa ueri boni consisteret,ductu rationis inuenerunt,sed quia cum deum cognouissent,nō sicut deum glorificauerunt:& de suis uiribus præsumētes dicebant: Linguam nostram magnificabimus, labia nostra à nobis sunt:quis noster dominus est,non meruerunt percipere:quod potuerunt uidere.Euanuerunt in cogitationibus suis:& eorum sapientia deuorata est: quam eis contulerat humanæ studium disciplinæ, non spiritus sapientiæ:qui solus dat ueram sapientiam: sapidam scilicet scientiam:quæ animam cui inhæsit inæstimabili sapore iucundat & reficit.Et de illa dictum est: Sapientia non intrabit in maleuolam animam.Hæc autem à solo deo est.Officium enim baptizandi dominus concessit multis:potestatem uerò & auctoritatem in baptismo remittēdi peccata, sibi soli retinuit.Vnde Ioannes antonomatice & discretiue de eo dixit:Hic est qui baptizat.Sic de eo possumus dicere.Hic est qui sapientiæ saporem dat: & sapidam animā facit.Sermo siquidem datur multis, sed sapientia paucis: quā distribuit dominus cui uult,& quomodo uult.¶Officium orationis.¶Videns autem anima q̄ ad desideratam cognitionis & experientiæ dulcedinem per se non possit attingere:& quanto magis ad cor altum accedit,tāto magis exaltatur deus:humiliat se,& confugit ad orationem, dicens: Domine qui non uideris nisi à mundis cordibus: inuestigaui legendo,meditando quæsiui quomodo habere possit uera cordis mundicia:ut ea mediante,uel ex modica parte possem te cognoscere. Quærebam uultum tuū domine:uultum tuum requirebam. Diu meditatus sum in corde meo:& in meditatione mea exarsit ignis ac desiderium amplius cognoscendi te. Dum panem sacræ scripturæ mihi frangis:in fractiōe panis magna cognitio est. Et quantum plus te cognosco,plus te cognoscere desidero:non iam in cortice literæ:sed in sensu experientiæ.Nec hoc peto domine propter merita mea:sed pro tua misericordia.Fateor enim quia indigna & peccatrix sum:sed & catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum.Da mihi domine arram hæreditatis futuræ, saltē guttam cælestis pluuiæ:qua refrigerem sitim meam: quia amore ardeo.¶Officium contemplationis.¶His & huiusmodi ignitis eloquiis suum inflammat desiderium:sic ostēdit suum affectum.His incantationibus aduocat spōsum. Dominus autem (cuius oculi super iustos: & aures eius non solum ad preces,sed ipsas preces eorum non expectat donec sermonem finierint: sed medium orationis cursum interrumpens,festinus ingerit se:& animæ desideranti festinus occurrit) cælestis roris dulcedinis circumfusus, unguentis optimis delibutus, animam fatigatam recreat: esurientem reficit:aridam impinguat:& facit eam terrenorum obliuisci:memoria sui eam mirabiliter fortificando, uiuificando,& inebriando,ac sobriam reddendo.Et sicut in quibusdam carnalibus officiis anima adeò uincitur carnali concupiscentia,q̄ omnem usum rationis amittit, & fit homo quasi totus carnalis: ita merito in hac superna contemplatione ita consumuntur & absorbentur carnales motus ab anima:ut in nullo caro spiritui contradicat: & fiat homo quasi totus spiritualis. ¶Signa spiritus sancti ad animam uenientis.¶Sed ô domine quomodo comperimus quando hæc facis: & quod signum aduentus tui? Numquid huius consolationis & lætitiæ testes & nuncij sunt suspiria & lachrymæ? Si ita est:noua est antiphrasis ista:& significatio inusitata.Quæ enim conuentio consolationis ad suspiria:lætitiæ ad lachrymas? si tamen istæ dicendæ sunt lachrymæ:& non potius roris interioris désuper infusi superfluens abundātia:& ad interioris ablutionis indicium exterioris hominis purgamentum: ut sicut in baptismo puerorum per exteriorem ablutionem significatur & figuratur interior animæ ablutio: ita hic econtra exteriorem ablutionem,interior præcedat purgatio. O felices lachrymæ per quas maculæ interiores purgantur:per quas peccatorum incendia extinguuntur. Beati qui sic lugetis:quia ridebitis.In his lachrymis agnosce ô anima sponsum tuum:amplectere desideratum.Nunc torrente uoluptatis te inebria: fuge ab ubere consolationis eius lac & mel.Hæc sunt mirāda munuscula & solatia quæ dedit tibi spōsus tuus:gemitus scilicet & lachrymæ. Ad-

Exipiēt. Matt.5.

Psal.23.

Psal.50. Psal.83.

Psal.16.

Matt.5.

Roma. 1.

Psal.11.

Roma. 1. Psal.105. Sapien. 1. Ioan.1. Psal.62. Psal.37. Matt.15. Psal.33.

Universidad de Deusto Biblioteca

ducit tibi potum in his lachrymis in mensura. Hæ lachrymæ sunt tibi panes die ac nocte: panes utiq; confirmantes cor hominis: & dulciores super mel & fauum. O domine Iesu, si adeò sunt dulces istæ lachrymæ quæ ex memoria & desiderio tui excitantur: quàm dulce erit gaudium qđ ex manifesta tui uisione capietur? Si adeò dulce est flere pro te: quàm dulce erit gaudere de te? Sed quid huiusmodi secreta colloquia proferimus in publicum? Cur ineffabiles, & inenarrabiles affectus, uerbis communibus conamur exprimere? Inexperti talia non intelligunt: nisi ea ex pressius legant in libro experientiæ: quos ipsa doceat unctio. Aliter autem litera exterior non prodest quicquam legenti. Modicum sapida est lectio exterioris literæ: nisi glossam & interiorem sensum sumat ex corde. ¶ Quomodo remanet anima spiritussancti feruore discedente. ¶ O anima diu protraximus sermonem. Bonum enim erat nos hic esse: cum Petro & Ioanne contemplari gloriam sponsi: & diu manere cum illo. Si uellet hic fieri non duo, non tria tabernacula, sed unum: in quo essemus simul, & simul
Gene. 32. delectaremur. Sed iã dicit sponsus. Dimitte me: iam enim ascendit aurora: iam lumen gratiæ & uisitationem quam desiderabas accepisti. Data ergo benedictione: mortificato neruo femoris: & mutato nomine de Iacob in Israel: paulisper secedit spõsus diu desiderat?: cito elapsus. Subtrahit se tam à prædicta uisione, quàm à dulcedine cõtemplationis: manet tamen præsens quantum ad gubernationem. ¶ Hic redditur causa quare spiritussancti feruor animam aliquantum deserit. ¶ Sed ne timeas ô sponsa, ne desperes, ne existimes te contemni: si paulisper tibi subtrahit sponsus faciem suam. Omnia ista cooperantur tibi in bonum: & de accessu & recessu lucrum acquiris: tibi uenit: tibi & recedit. Venit ad consolationem: recedit ad cautelã: ne magnitudo cõsolationis extollat te, ne si semper apud te sit sponsus incipias contemnere fodales: & hanc continuam uisitationem non iam gratiæ attribuas sed naturæ. Hanc autẽ gratiam: cui uult & quando uult sponsus tribuit, non quasi iure hæreditario possidetur. Vulgare pro
Nota. uerbium est: qđ nimia familiaritas parit contemptum. Recedit ergo ne fortè nimis assiduus contemnatur: & absens magis desideret: desideratus auidius quæratur: diu quæsitus, tandem gratius inueniatur. Præterea si nũquam deesset hic consolatio (que respectu futuræ gloriæ quæ reuelabitur in nobis, ænigma est & ex parte) putaremus forte hic habere ciuitatem manentem, & minus inquireremus futuram. Ne ergo exilium deputemus pro patria: arram pro precij summa: uenit spõsus & recedit uicissim: nunc consolationem afferens, nunc uniuersum statum nostrum in infirmitatem commutans: paulisper nos permittit gustare quàm suauis est, & antequam plenè sentiamus, se subtrahit: & ita quasi alis expansis supra nos uolitans, prouocat nos ad uolandum. Quasi dicat: Ecce parum gustastis quàm suauis sum & dulcis: sed si uultis plenè saturari hac dulcedine: currite post me in odorem unguentorũ meorum: habentes sursum corda, ubi ego sum in dextra dei patris. Ibi uidebitis me non per speculum in ænigmate, sed facie ad faciem: & plenè gaudebit cor uestrum: & gaudium uestrum nemo tollet à uobis. ¶ Cura & diligentia adhibẽda est animæ: ne omnino à deo deseratur. ¶ Sed caue tibi ô sponsa quando absentat se sponsus, non longe abibit: etsi non uides eum, ipse tamen uidet te semper: plenus oculis ante & retro. Nunquam potes eum latere. Habet etiam circa te nũcios suos spiritus, quasi sagacissimos exploratores, ut uideant quomodo absente sponso conuersaris: & accusent te coram ipso: si aliqua signa lasciuiæ & scurrilitatis in te deprehẽderint. Zelotypus est spõsus iste. Si forte alium amatorem receperis: si alijs magis placere studueris: statim discedet à te: & alijs adhærebit adolescentulis. Delicatus est sponsus iste: nobilis & diues est: speciosus forma præ filijs hominum: & ideò non nisi speciosam dignatur habere sponsam. Si uiderit in te maculã, siue rugam: statim auertit oculos. Nullam enim immunditiam potest sustinere. Esto ergo casta: esto uerecunda & humilis: ut sic à sponso tuo merearis frequenter uisitari. Timeo ne diutius detinuerit nos sermo iste: sed ad hæc cõpulit me materia fertilis pariter & dulcis: quam ego non protrahebam spontaneus: sed nescio qua eius dulcedine trahebar inuitus. ¶ Officia & effectus singulorum graduũ per repetitionẽ. ¶ Vt ergo quæ diffusius dicta sunt simul iuncta melius uideantur: prædictorum summam recapitulando colligamus. Sicut in prædictis exemplis prænotatum est, uideri potest quomodo prædicti gradus cohæreant: & sicut temporaliter, ita & causaliter se præcedant. Lectio enim quasi fundamentum primo occurrit: & data materia, mittit uos ad meditationem. Meditatio uerò quid appetendum sit diligentius inquirit: & quasi effodiens, thesaurum inuenit, & ostendit. Sed cum per se obtinere non ualeat: mittit nos ad orationem. Oratio se totis uiribus erigens ad dominum: impetrat thesaurum desiderabilem, contemplationis suauitatem. Hæc autem adueniens, prædictorum trium laborem remunerat: dum cælestis rore dulcedinis animam sitiẽtem inebriat. Lectio ergo est secundum exterius exercitium. Meditatio secundum interiorem intellectum. Oratio secundum desideriũ. Contemplatio super omnem sensum. Primus gradus est incipientium. Secundus est proficientium. Tertius est deuotorum. Quartus beatorum. Hi autem gradus ita concatenati sunt, & uicaria ope sibi inuicẽ deseruiunt: qđ præcedentes sine subsequẽtibus, aut parum, aut nihil prosint. Sequentes uerò sine præcedẽtibus, aut raro, aut nunquã Nota. haberi possunt. Quid enim prodest lectione continua tẽpus occupare: sanctorum gesta & scripta legendo trãscurrere, nisi ea etiam masticãdo & ruminando, succum elicia mus: & transglutiendo usq; ad cordis intima transmittamus: ut ex his diligenter consideremus statum nostrũ: & studeamus eorum opera agere, quorum facta cupimus lectitare? Sed quomodo hæc cogitabimus, aut quomodo cauere poterimus ne falsa aut inania quædam meditãdo, limites à sanctis patribus cõstitutos transeamus, nisi prius circa huiusmodi ante ex lectione aut ex auditu fuerimus instructi? Auditus enim quodammodo pertinet ad lectionem. Vnde solemus dicere non solum libros ipsos nos legisse quos nobis ipsis uel alijs legimus: sed illos etiã quos a magistris audiuimus. Itẽ quid prodest homini si per meditationem quæ agenda sunt uideat: nisi orationis auxilio & dei gratia ad ea obtinenda conualescat? Omne siquí Iacob. dem datum optimum, & omne donum perfectum désursum est: descendens à patre luminum: sine quo nihil possumus facere: sed ipse in nobis facit opera: non tamen omnino sine nobis. Cooperatores enim dei sumus sicut dicit 1. Cor. 3. apostolus. Vult siquidem deus ut eum adiuuemus: & ut ei aduenienti & præstolanti ad ostium, aperiamus sinum uoluntatis nostræ: & ei consentiamus. Hunc consensum exigebat à Samaritana, quãdo dicebat: Voca uirum tuũ. Ioan. 4. Quasi diceret. Volo tibi infundere gratiam: tu applica liberum arbitrium. Orationem exigebat ab ea, cum dicebat: Tu si scires donũ dei, & qs est qui dicit tibi, da mihi Ibidem. bibere: forsitam petijsses ab eo aquam uiuam. Hoc audito quasi ex lectiõe mulier instructa: meditata est in corde suo bonum sibi fore & utile habere hanc aquam. Accẽsa ergo habendi desiderio, conuertit se ad orationem dicens: Domine da mihi hanc aquam: ut non sitiam amplius: neq; ueniam huc haurire aquam. Ecce auditus uerbi domini, & sequens super eo meditatio, incitauerunt eam ad orandũ. Quomodo nanq; esset solicita ad postulandum nisi prius eam accendisset meditatio? Aut quid ei præcedens meditatio contulisset, nisi quæ appetenda monstrabat: sequens oratio impetrasset? Ad hoc ergo ut fructuosa sit meditatio, oportet ut sequatur orationis deuotio: cuius quasi effectus est contemplationis dulcedo. ¶ Hic ostendunt omnes hi gradus ita esse simul nũcti ut sint inseparabiles. ¶ Ex his possumus colligere qđ lectio sine meditatiõe arida est. Meditatio sine lectione erronea. Oratio sine meditatione est tepida.

est tepida. Meditatio sine oratione infructuosa. Oratio cum deuotione contemplationis acquisitiua. Contemplationis adeptio sine oratione, aut rara aut miraculosa. Deus cuius potentiæ nō est numerus uel terminus, & cuius misericordia super omnia opera eius: quandoq; ex lapidibus suscitat filios Abrahæ: dum duros & nolentes acquiescere cogit ut uelint: & ita, quasi prodigus (ut uulgò dici solet) bouem in cornu trahit, quando non uocatus se infundit. Quod etsi quandoq; aliquibus legimus contigisse, ut Paulo & quibusdam aliis: non tamen ideò debemus nos quasi deum tentando diuina præsumere: sed facere quod ad nos pertinet: legere scilicet & meditari in lege dei: orare ipsum ut adiuuet infirmitatem nostram: & uideat imperfectum nostrum: quod ipse docet nos facere
Matth.16. dicens: Petite & accipietis: quærite & inuenietis: pulsate
Matth.11. & aperietur uobis. Nunc enim regnum cælorum uim patitur: & uiolenti rapiunt illud. Ecce præsignatis distinctionibus perspici possunt prædictorum graduum proprietates quomodo sibi cohæreant: & quid singuli in nobis efficiant. Beatus homo cuius animus à cæteris negocijs uacuus, in his quatuor gradibus uersari semper desiderat: qui uēditis uniuersis quæ habuit emit agrū illum in quo latet thesaurus desiderabilis: scilicet uacare & uidere quā suauis est dominus: qui in primo gradu exercitatus, in secundo circunspectus, in tertio deuotus, in quarto supra se leuatus per has ascensiones quas in corde suo disposuit,
Psal.83. ascenderet de uirtute in uirtutem, donec uideat deū deorum in sion. Beatus cui in hoc supremo gradu uel modico tempore conceditur manere. Qui uerè potest dicere: ecce sentio gratiam domini: ecce cum Petro & Ioanne gloriā eius in monte contemplor: ecce cum Iacob plerumq; Rachelis amplexibus delector. Sed caueat sibi iste ne post cō tēplationē istam qua eleuatus fuerit usq; ad cælos, inordinato casu corruat usq; ad abyssos: nec post dei uisionē ad lasciuos mundi actus & carnis illecebras cōuertat. Cū uerò mentis humanæ acies infirma, ueri luminis illustrationem diutius sustinere non poterit: ad aliquem trium graduum per quos ascenderat, leuiter & ordinate descendat: & alternatim modo in uno: modo in altero: secundum modum liberi arbitrij, pro ratione loci & temporis demoretur: tanto iam deo uicinior: quanto à primo gradu remotior. Sed heu fragilis & misera humana conditio. Ecce dum rationis, & scripturarum testimonijs aperte uidemus in his quatuor gradibus bonæ uitæ perfectionem contineri: & in his spiritualis hominis exercitium debere uersari. Sed quis est qui hūc uiuendi tramitem teneat? Quis est hic: & laudabimus eum? Velle multis adiacet: sed perficere paucis. Et utinam de istis paucis essemus. ¶ Quatuor causæ retrahunt nos ab his quatuor gradibus. ¶ Sunt autem quatuor causæ quæ retrahunt nos plerumq; ab istis gradibus: scilicet incuitabilis necessitas, honestæ actionis utilitas, humana infirmitas, mundialis uanitas. Prima est excusabilis: secunda tolerabilis: tertia miserabilis: quarta culpabilis. Illis enim quos huiusmodi nouissima causa à sancto proposito retrahit, melius erat gloriam dei non cognoscere: quàm post agnitam retroire. Quam utiq; excusationē habebit iste de peccato? Nónne ei iuste potest dicere dominus. Quid debui tibi facere: & non feci? Non
Isai.5. eras, & creaui te: peccasti, & diaboli seruum te feceras: & redemi te. In mundi circuitu cum impijs currebas: & elegi te. Dederam tibi gratiam in cōspectu meo: & uolebam facere apud te mansionem: tu uerò despexisti me: & nō solum sermones meos, sed meipsum proiecisti retrorsum, & ambulasti post cōcupiscentias tuas. Sed ô deus bone, suauis, & mitis, amicus dulcis, consiliarius prudens, adiutor fortis: quàm inhumanus, quàm temerarius est qui te abijcit: qui tam humilem, tam mansuetum hospitem à suo corde repellit? O quàm infelix & damnosa commutatio, creatorem suum abijcere, & prauas noxiasq; cogitationes recipere: illud etiam secretum cubile spiritussancti secretū cordis quod paulò ante cælestibus gaudijs intendebat, tam subito immundis cogitationibus & peccatis tradere conculcandum? Adhuc in corde calent sponsi uestigia: & iam intromittuntur adulterina desideria. Male conueniens & indecorum est aures quæ modo audierunt uerba quæ nō licet homini loqui, tam cito inclinari ad fabulas & detractiones audiendas. Oculi qui sacris lachrymis modo baptizati erant, repente conuerti ad uidēdas uanitates. Lingua, quæ modo dulce epithalamium decantauerat: quæ ignitis & persuasorijs eloquijs suis cum sponso reconcilia uerat sponsam, & introduxerat eam in cellam uinariam, iterum conuerti ad uana eloquia, ad scurrilitates, ad concinnandum dolos, ad detractiōes. Absit à nobis domine. Sed si fortè ex humana infirmitate ad talia dilabimur, non ideò desperemus, sed iterum recurramus ad clementem medicum: qui suscitat de terra inopem, & erigit de sterco-
Psal.112. re pauperem. Et qui non uult mortem peccatoris, iterum curabit & sanabit nos. Iam tempus est ut epistolæ finem imponamus. Oremus ergo deum ut impedimenta quæ nos ab eius contemplatione retrahunt, in præsenti nobis mitiget, in futuro nobis penitus auferat: qui per prædictos gradus de uirtute in uirtutem nos perducat donec uideamus deum deorum in sion. Vbi electi nō guttatim, non interpolatim percipient diuinæ cōtemplationis dulcedinem: sed torrente uoluptatis indesinenter repleti, habebunt gaudium quod nemo tollet ab eis, & pacem incōmutabilem, pacem in idipsum. Tu ergo frater mi Goffrede, si quando datum tibi fuerit dēsuper prædictorum graduum celsitudinem conscendere, memēto mei. Et ora pro me cum tibi bene fuerit, ut sic cortina cortinam trahat: & qui audit, dicat ueni.

FINIS.

FORMVLA HONESTAE VITAE

PETIS A ME FRAter charissime quod necdum à suo prouisore audiui aliquem petijsse. Veruntamē quia id instanter tua poscit deuotio, cui iuste & rationabiliter petenti aliquid in Christi nomine, negare non ualeo, formulam honestæ uitæ breui tibi sermone depingam: quam si in Christi amore uel dilectione exardescens perseueranter seruaueris, uitam proculdubio consequeris æternam. Vt ergo ab interiori homine ad exteriorem sermo procedat, ita circa tui puritatem cordis te indesinenter studere oportet, quo tutius puritatis amator
Esaiæ.66. deus illic sedere tanquam in cælo sibi collocare dignetur. Iuxta illud: Cælum mihi sedes est: Et anima iusti sedes est sapientiæ. Necesse est igitur uigilanter intendas cogitationes tuas ad bonum semper & honestum dirigere, ut uidelicet cogitare uel meditari coram deo pertimescas, qd' in præsentia hominum dicere uel facere merito erubescores: sciens q; sicut per uerba uel facta innotescimus hominí, sic nimirum per cogitationes cuncta scrutanti spiritui:
Psal.93. quia quod agunt hominibus dicta, eadem deo cogitationes. Deus enim nouit cogitationes hominum quia uanæ
Hebræ.4. sunt. Et sicut nulla est ei inuisibilis creatura, sic omnino nihil potest cogitari quod eum lateat. Viuus est enim sermo dei & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens usq; ad diuisionem animæ ac spiritus, compagū quoq; ac medullarum, & discretor cogitationum cordis. Sit tibi quoq; Iesus semper in corde: & nunquam imago crucifixi ab animo tuo recedat. Hic tibi sit cib? & potus, dulcedo & consolatio tua, mel tuum & desiderium tuum, lectio tua & meditatio tua, oratio & cōtemplatio tua, ui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ta,mors,& resurrectio tua.Semper cogita illum,nunc positum in præsepio & pannis inuolutum,modo in templo patri à parentibus præsentatum,nunc fugientem in Aegyptum,ibi diu in extrema paupertate & indigentia commorantem,& inde maximo cum labore redeuntem, modo in templo audientem doctores & interrogantem, qui docet hominem scientiam,& postea parentibus subditum,cui iure omnis creatura subditur.Deinde esurientem in deserto & sitientē,qui est panis uitæ,& fons sapien-
Cant. 2. tiæ,qui pascitur inter lilia:& implet omne animal benedi-
Psal. 144 ctione.Modo fatigatum ex itinere,sedere sic supra fontē, eum muliercula sola solum loquentem,totius mundi statum,regentem.Postea factum in agonia prolixius orantem,& omnia omnibus sufficienter administrantem.Ab angelo etiam ipse qui est dulcedo & consolatio angelorū & hominum,consolationem nihilominus recipientem. Aut ad columnam totius orbis sustentamentum ligatum & flagellatum.Ipsum(qui est angelorum splendor)iputis illitum,palmis in facie percussum,spinea corona coronatum,opprobriis saturatum.Ad ultimum cum iniquis deputatum,& pro te in cruce pendentem & morientem: atq; spiritum suum in manus patris commendantem.Sic mirum erit fasciculus myrrhæ dilectus tuus,sic inter ube-
Cant.1. ra tua commorabitur.Sic de omnibus anxietatibus & amaritudinibus domini dei tui colliga quasi fasciculum, ut amarum poculum lachrymarum tibi conficias.Q; si quando ardentissimo Christi amore succensus,uolueris
2. Cor.5. cum apostolo iam illum cognoscere,& non secundum carnem,leuabis parum mentis oculos ad uictoriam resurgentis,ad gloriam ascendentis,ad gloriosam maiestatem in-
Coll.3. gloria dei patris sedentis atq; regnantis,quæ sursum sunt sapiens,& quæ sursum sunt quærens,ubi Christus est in dextera dei sedens.Nec tamen ibi longam facies morā:ne
Prou.25. forte si diuti⁹ scrutator maiestatis fueris,obruaris à gloria.Sanè ante omnia te debere noueris omnem cordis elationem,iactantiam atq; arrogantiam(quasi uenenatas aspides)fugere:sciens proculdubio quia immundus est coram deo omnis qui exaltat cor suum.Itaq; neminem spernas,nemini noceas,nulli detrahas,& pro Christi amore omnibus prodesse conaris.Intantum etiam inferiorem ac cæteris uiliorem te non solum ex intimo cordis affectu credas:uerumetiam non te dicas professisse:sed nec te ali-
Gala.6. quid esse existimes:iuxta illud apostoli:Qui se aliqd esse existimat cū nihil sit,ipse se seducit.Sit præterea incessus tuus maturitate plenus,grauis & honestus:uidelicet nō fractis gressibus ambules,aut scapulas,dextrorsum aut sinistrorsum urgendo,non recta ceruice,non prominenti pectore,seu etiam inclinato capite super humerum:quæ omnia aut leuitatem redolent,aut elationem ostentant, aut hypocrisim sapiunt.Incedens ergo,stans & sedens,sa-
cies semper habeto deorsum,reuoluens in animo tuo q̄ puluis es,& in puluerē reuerteris:& cor sursum ubi Christus est in dextera dei patris sedens.Quaquauersum nulla curiositate quin potius necessitate aspicias.Tristitiam autem(maxime in conuentu)dissimulare te decet,quādam in facie hilaritatem prætendēs,priuatim autem nunquā uultus in diuersa mutetur.Si quando coram aliis positus ridere alicuius rei causa fueris compulsus(ut assolet)non
Eccle.19. sit risus tuus excussus.Nam iuxta sapiētem:Amictus corporis,& risus dentium,& gressus hominis,enunciant de illo.Tuis etiam interdum interpone gaudia curis.Numquam sis ociosus quin aut legas,aut aliquid de sacris scripturis mediteris,uel certē(qd melius est)rumines psalmos,operando nihilominus incessanter quod tibi fuerit
Eccle.33. iniunctū,ut semper te diabolus inueniat occupatū.Multam enim malitiā docuit ociositas.Illas etiam scripturas libentius legas quæ præcipue erga Christum,tuum magis inflammauerint intellectū.Intellige quæ dico.Dabit enim tibi dominus in omnibus intellectum,si in sensu cogitaueris circumspectionem dei.Cum oraueris,non impicas aures audientium singultibus & suspiriis,sed intente ora deum in cubiculo cordis tui.Proderit tamen ad deuotionem conpunctionemq; obtinendā,si ita semotus fueris,ut puras manus ad deum leuando,etiam tuipsius uocem audire possis.Nonnunquam ad subleuandum intentionem in cælum prospicias,ut ibi sit cor tuum ubi Christus est in dextera dei sedens.Ab oratione iterum reuerteris ad lectionem,& iterum lectio cum fastidium submouerit,ad orationem redeas.Consortia iuuenum(& maxime illorum qui imberbes sunt)inquantum conuenienter poteris deuita.Numquam alicui oculum in faciem figas.Sicut ad crucem,sic accedas ad cibum,id est nunquam uoluptate sed necessitate pascaris:& fames non sapor prouocet appetitum.Singularitatem in refectione fuge,& communitate esto contentus:sciens quia caro pascenda est,& extinguenda sunt uitia.Si quando aliquid superapponitur,tanquam diuinitus procuratum accipe illud:hoc tamen habens in animo semper & uoluntate,ut tantum uel magis alteri apponatur.Pone prouidentiæ tuæ modum, ne tibi sapiens uidearis.Semper & ubiq; atq; in omnibus operibus time,ne forte excedas in aliquo.Hinc beatus
Iob.3. Iob.Verebar,inquit,omnia opera mea:sciens q̄ non parceres delinquenti.Cum ad stratum lassus deueneris,te honesto modo iacendo componas,nec resupinus iacens,nec genua leuando calcaneos iungas ad tibias.Q; si forte luxuriæ te pompa concusserit,recordare dilectum tuum positum in doloribus,& uniuersum stratum suum uersatum in infirmitate eius,hæc dicens in corde tuo:Deus meus pendet in patibulo,& ego uoluptati operam dabo?Sicq; inuocato nomine saluatoris,ingeminando sæpe nomē salutis,cessabit tandem(deo succurrente)quassatio.Ruminantem psalmos somnus te occupet,ut in somno somnies te dicere psalmos.Cum surrexeris ad uigilias,lauda creatorem tuum ex omnibus uiribus tuis.& ad laudem redēptoris tui exalta uocem tuā in fortitudine.Postremo puriissimum semper erga Christum amorem habeto:nil præter ipsum aut propter ipsum amare memento.Prolixius quàm putaueram descripsi tibi quæ ipse agere nequeo,in te adimplere desiderās quod in me deesse cognosco:quia profectus tuus meum gaudium & corona est in domino.

¶Finis.

¶Eiusdem materiæ notabile documentum.

SI plenè uis assequi quod intendis,duo sunt tibi necessaria.Primū est ut subtrahas te ab omnibus transitoriis rebus & terrenis,ut nihil de eis cures,acsi nō essent.Secundum ut ita te deo deo,ut nihil dicas uel facias nisi quod crediderīs firmiter placere deo.Primum autem assequeris hoc modo.Omnibus modis quibus potes te uilifica,te nihil reputando esse.sed credas omnes homines esse bonos & meliores te, magisq; placere deo.Quæcūq; audis uel uides in religiosis personis,puta bona intentione dici uel fieri,etiam si cōtraria uideantur.Nā humana suspicio facile fallitur.Nulli displicecas.Nihil unquam de te loquaris,quod laudem importet:quantumcunq; sit familiaris ille cū quo loqueris,imo plus labora celare uirtutes quàm uitia.De nullo prorsus sinistre loquaris(quantumcūq; sit uerum uel manifestū)nisi in confessione,& hoc ubi non potes aliter manifestare peccatum tuum.Libentius accommoda aurem tuam cum aliquis laudatur,quàm cum uituperatur.Cum loqueris,uerba tua sint rara,uera,pōderosa,& de deo.Si secularis loquitur tecum,& uana proponit:quàm citius potes succide sermonē,& trāsferas te ad ea quæ dei sunt. Quicquid contingat tibi uel alij quantumcunq; coniuncto,non cures:& si est aduersum,non triste ris:si est prosperum,non læteris:sed totum nihil puta,& lauda deum.Solicitudinem adhibe quantumcunq; potes,ut utilitati tuæ sedulus intendas.Fuge loquutoria quantum potes.Melius est enim flere quàm loqui.Post completorium nō loquaris:

quaris;quouſcp finita ſit miſſa ſequentis diei,niſi cauſa ma
xima interuenerit. Cū uides aliquid quod tibi diſplicet:
uide ſi hoc eſt in te,& abſcinde, Si uerò uides aliquid qđ
tibi placet,uide ſi hoc eſt in te,& tene.Si nō eſt, aſſume:&
ſic erunt tibi omnia in ſpeculo. De nulla re murmures cū
aliquo(niſi crediderīs prodeſſe)quantumcunq; ſit graue
quod habes.Numquam pertinaciter aliquid affirmes uel
neges,ſed ſint tuæ affirmationes & negationes dubitatio
nis ſale conditæ.A cachinnis ſemper abſtineas,rideas ue
rò raro,& cum paucis præſtes os tuum.Breuiter,in omni
bus dictis tuis ſic te habeas, ut ſint ita quæ dubia dimit
tantur.¶ Secundum aſſequeris hoc modo. Orationibus
cum magna deuotione intendas,& eas dicere labora ho
ris debitis:& quod offers in oratione,reminiſcaris in cor
de.Et ut ea quæ legis confirmes,diligēter recogita,& eo
rum imagineris ſtatum in quorum memoria hæc dixeris.
Iſta tria ſemper in mente habeas, quid fuiſti, quid es, &
quid eris.Quid fuiſti,quia ſperma fœtidum:quid es,quia
uas ſtercorū:quid eris,quia eſca uermium. Similiter ima
gineris eorum pœnas qui ſunt in inferno,& q nunquā fi
nient:& pro quàm modica delectatione tāta mala patiun
tur.Similiter imagineris gloriam paradiſi, & quòd nun
quam finiet,& quàm breuiter & cito acquiritur,& quan
tus luctus & dolor poterit eſſe illis qui pro parua re tan
tam gloriam amiſerint.Cum habes aliquid quod tibi diſ
plicet,uel times habere,cogita quòd ſi tu eſſes in inferno:
& illud,& quicquid nolles haberes. Et cū habes aliquid
quod tibi placet,uel optas habere,cogita quòd ſi eſſes in
paradiſo,haberes illud,& quicquid uelles.Si autem in in
ferno eſſes,nec illud,nec aliud quod uelles haberes.Quā
docunq; eſt feſtum alicuius ſancti,cogita de illo quanta ſu
ſtinuit propter deum, quia breuia: & qualia adeptus eſt,
quia æterna.Similiter cogita quia tranſeunt bonorā tor
menta,malorum gaudia.Hi cū iſtis tormentis adepti ſunt
gloriam æternam,& iſti ex indebitis gaudiis æternā pœ
nam. Quandocunq; te uincit accidia, accipias hoc ſcri
ptum,& imagineris hæc omnia diligenter. Et cogita de
tēpore quod ſic perdis:quòd illi qui in inferno ſunt darēt
totum mundum(ſi haberent)pro eo.Cum habes aliquas
tribulationes,cogita quòd illi qui ſunt in paradiſo, carēt
eis.Similiter cum habes aliquas conſolationes,cogita il
los de inferno carere eis.Omni die cum uadis iacere: exa
mina diligenter quid cogitaſti,& qd dixiſti in die: & quo
modo utile tempus & ſpatium quod datum eſt ad acqui
rendum uitam æternam diſpenſaſti. Et ſi bene tranſiuiſti,
lauda deum:ſi male uel negligenter,lugeas,& ſequenti die
non differas confiteri. Si aliquid cogitaſti,dixiſti,uel feci
ſti quod tuam conſcientiam multum remordeat, non co
medas antequam confitearis.Iſtud in fine pono, ut imagi
neris duas ciuitates.Vnam plenam omnibus tormentis,
quæ eſt infernus.Alterā plenam omni conſolatione, quæ
eſt paradiſus.Et ad unam illarum oportet te currere. Vi
de quid te poſſit trahere ad malum,uel impedire à bono.
Credo quòd nihil inuenies.Certus ſum quòd ſi bene ſer
uaueris ea quæ ſunt hic,ſpiritusſanctus habitabit in te, &
perfecte docebit te facere omnia.Ergo bene ſerues iſta, &
nihil negligas. Et lege ea in ſeptimana bis, ſcilicet in die
mercurij,& in die ſabbati: & ut inueneris te feciſſe quod
ſcriptum eſt:lauda deum qui eſt pius & miſericors in ſecu
la ſeculorum,Amen.

FINIS.

SPECVLVM MONA-CHORVM.

SI QVIS EMENDA-
tioris uitæ deſiderio tactus:cogitatio
num, locutionum, operumq; ſuorum
ſolicitus explorator, uniuerſos exceſ
ſus ſuos corrigere nititur:in præſentis
paginæ frequēti lectione & aſſidua me
ditatione(tāquam in ſpeculo)interio
ris hominis ſui faciem contempletur. In primis ergo ex
quo ſurgit ad uigilias,uitæ ſuæ tēpus per momēta ſingu
la debet monachus computare,& uidere ſemper ut bonū
faciat,& malum caueat in omni opere ſuo, & hoc dicat ſi
bi ipſi:ſi modo moriturus eſſes,faceres iſtud? Ad pſalmo
diam cor habeat:niſi fortaſſis ad aliquid ſublimius rapia
tur:ſed etiam omnium quæ ibi dicuntur, uſq; ad unam li
teram ſe pro certo nouerit debitorem uel dicendi in cho
ro ſuo,uel audiēdi in alio. Ad interuallum debet ſtare ad
orationem:uel corporis neceſſitati prouidere:ita tamen,
ut uadens ſibi dici nouerit,ſurſum corda. Eſt autem ſpiri
tualis propoſiti detrimentum, ſi cogat infirmitas rigoris
priſtini aliquantulum relaxari. Poſt lectionem eſt oran
dum:& ſi ad legendum accedat, non tam quærat ſcientiā
quàm ſaporem.Eſt autem ſcriptura ſacra puteus Iacob:ex
quo hauriuntur aquæ quæ in oratione funduntur. Nec
ſemper ad oratorium eſt eundum: ſed in ipſa lectione po
terit cōtemplari & orare.Sacris altaribus, ſi ſacerdos eſt,
tanquam unus ex ſummis angelis in ſpiritu totus aſſiſtat.
Si miniſter,tanquam angelus domino miniſtret. Cū aliis
eat ad laborem:ubi conſideret non quid agat,ſed propter
quid uenerit.Ceſſante manu ſpiritus laboret uel orando,
uel meditando:quamuis & in ipſo labore idipſum facere
teneatur.Ad menſam nō ſolum fauces cibum capiant:ſed
etiam aures exhauriant uerbum dei.Non enim debet to
tus manducare:ſed ſic occupetur cor ad uerbum dei:ut ſo
læ fauces ſumant cibum,aures uerbū. De hoc autem plu
rimum gaudeat ſi ei uiliora quàm aliis apponuntur.Nam
reuera feliciores ſunt qui in parcitate ſuſtinendi fuerint
fortiores.In gratijs agendis pro duobus ſibi nouerit ſup
plicandum:uel pro peccatis eorum quorum eleemoſynis
ſuſtentatur:uel forſitan pro ſeipſo,quia corpori ſuo ſupra
neceſſitatem indulſerit.Si uocatur ad colloquium: ſm re
gulam leniter & ſine riſu pauca uerba & rationabilia lo
quatur: & antequam ea proferat, bis ad limam ueniant,
quàm ſemel ad linguam. Si cum ſeculari loquendum eſt,
tunc maxime adhibeat cuſtodiam ori ſuo: ut nihil profe
rat quod non ædificet audientem.Sic in cunctis ſe habeat
ut ædificet uidētes: & nemo dubitet cum uiderit eum uel
audierit,quin uerè ſit monachus.Poſt completorium ſin
gulis diebus capitulum ſibi teneat:& conuocatis cogita
tionibus ſuis ponat rationem diligenter quid ipſo die co
gitatione,locutione,uel opere deliquerit publice uel pri
uatim:per ſingulas noctes lectum ſuum lauans:hoc eſt ſin
gulis peccatis lachrymis & doloribus purificatis,diligen
ter de ſingulis computet. In craſtino publice,de apertis,
de occultis uerò facturus cōfeſſionem ſecreto: quæ ut per
fecta ſit,tria debet habere:ſcilicet ut ſit uoluntaria, nuda,
& munda. Voluntaria: id eſt ex propria deliberatione &
propoſito.Nuda:ut nude prout geſſit confiteatur pecca
tum ſuum.Munda:ne peccatum ſuum prædicet ſicut So
doma:ſed pura & ſimplici intentione ſe accuſet. In capitu
lo qui publice offendit,manifeſte reuelet tanquam aſſiſtēs
iudici.In omnibus ſic ibi loquatur,reſpondeat,uel procla
met, ut ſermo eius interius uel exterius ſit perunctus oleo
charitatis.A nemine qualecunq; munus accipiat. Nemi
nem habeat familiarem.In omnibus fugiat ſingularitatis
uel admirationis notam. Loquens nihil dicat unde mul
tum eruditus,multimue religioſus poſſit putari. Ad in
terrogata,paucis reſpondeat.Si de ſcriptura uel moribus
agatur:aurem paret,non linguam.Cum loquitur, nō ſtu

Universidad de Deusto Biblioteca

deat eloquẽtiæ: sed sermo eius sit potius rusticanus quàm urbanus. In omnibus agendis non studeat curialis uideri. Salua honestate fugiat omnes homines in potestate positos, maxime seculares. Sectetur communia, orationes, labores, lectiones, & cæteras obseruantias: in quibus nõ sit Osee. 10. tanquam uitula Ephraim, docta diligere triturам: id est ad huiusmodi, non consuetudine sed deuotione trahatur. Orationes quæ imperantur, primo loco habeat: nec sibi blandiatur de priuatis orationibus suis (quæ in secundo loco ei habendæ sunt) cum in præceptis orationibus desidiosus fuerit. Si autẽ familiaritas interdicitur hominũ: quantomagis mulierum? Sit facies communis cum cæteris: intus uerò dissimilis: hoc est non nimia grauitate contracta, nec nimia locutione dissoluta, sed bona quadã mediocritate regatur, ut de sancto Martino legitur: faciem eius nõ fuscauit mœror, nec leuigauit risus. Erit enim prudentis animæ thesaurum suum solicite custodientis (more Moysi) cornutam uelare faciem: & quodam risu, qui tamen modestus sit, interioris gloriam hominis, & mentis grauitatem abscondere. Comparãda est dies instans diei præteritæ: ut ex eorum collatione suũ deprehendere possit monachus uel profectũ uel defectum. In omni actu uel cogitatu suo, sibi deum adesse memoretur: & omne tempus quo de ipso non cogitat: perdidisse se computet. Tædio affectus componat se meditando supra petram in qua lauantur mortui: & cogitet apud se quomodo tractentur ibi sepeliendi: nunc in tergum, nunc in faciem uersantur: quomodo nutet caput, cadant brachia, rigeant crura, tibiæ faccant: quomodo induantur & consuantur: quomodo deferantur humandi: quomodo exponantur in tumulo: quomodo puluere contegantur: quomodo uorantur à uermibus: & quasi saccus putrefactus cõsumuntur. Summaq; est philosophia, meditatio mortis assidua. Hanc ubi cunq; perrexerit, secum portet: & in æternum non peccabit. Sit monachus quasi Melchisedech, sine patre, sine matre, sine genealogia: nec patrem sibi uocet super terram. Imo sic se existimet: quasi ipse sit solus, & deus. Ecce imprimis habemus ordinem & modum uiuendi: remedium uerò pollicetur assiduitas tenendi capitulum spirituale superius expressum. Semel ad minus in hebdomada confiteatur: ut ueniam mereatur de perpetratis: & maior ei detur gratia de uitandis malis. Amen. Nota.

¶FINIS.

¶ Quia si erit sequentium sermones, boni & utiles reperiantur: quia tamen procul dubio non a nostro Bernardo editi fuerunt, idcirco cū suis mulis operibus sicuti antehac fuerant, interseri noluimus, sed seorsum imorum lectoribus utiliter duximus.

SERMO DE NATIVITATE DOMINI.

NON POTERIT EXplicari sermo quē mēte cōcepi. Stupor cū miraculorū opprimit me: & dū oīa replico, oīa cōplicantur. Quis poterit excogitare diem aduentꝰ eius: Ideò sit elinguis lingua: memoria immemor: insensibilis, sensus: insueta nouitate relucent oīa, & oīa partui uirginis obsequuntur. Fiunt mirabilia in cælo sursum, & in terra deorsum: quia uniuersa innascentis dei obsequium iurauerūt. Insigniuntur cōuexa cælorum stella lucētiore, & multo lumine loca flammātia perstringunt, diffinduntꝙ per quadrifidū orbē radij rutilantiores, & pluralitatē stellarū nouus ignis obtūdit. Miratur orbis cælos nouū peperisse splēdorē, & incōuertibilem eorū statū, ad signa & ꝓdigia fuisse cōuersum. Vident Caldæi in cælis: qd' Balaā reliqt in scripturis. Oriet, inqt, Luc. 24 stella ex Iacob: & consurget hō ex Israel, & erit oīs terra possessio eius. Nascit stella in excelsis, & deus in terris, cuius possessio à mari usq; ad mare. Præparāt se reges Tharsis, ut cū nouitate munerū uideāt nouā matrē, filiū nouū, nouā nouitatem. Fons olei de terra erupit: tēplū Romæ qd' uocabat æternū, oībus impensis & urbis, & orbis, mirabiliter cōsummatū, corruit. Cū em̄ Romani in uictorio se antiquitatis memoriā, tēplū singulari schemate facere decreuissent, ab oī illa deorū (imo dæmoniorū) multitudine q̄sierunt, usquæquo durare posset tā excellētis opis operosa constructio. Rūsum est, donec uirgo pareret. Illi ad impossibilitatē oraculū retorquentes, tēplum æternū, solēnē illā machinā uocauerūt. Nocte aūt cum è uirginali thalamo uirgineus flos Mariæ egressus est, ita cecidit & confractū est illud mirabile & colūnarium opus, ut uix appareret uestigia ruinarū. O Bethleē ciuitas dei summi, & in te & in suburbijs tuis uisa sunt mirabilia hodie. Deus pendet ad ubera, ponit' in præsepio ligat' in cunis, pannis inuolut', & laxatis fasciolis, felices manus & sctā brachiola p cunarum paruitatem expandit, alludit uirgini, matri arridet, & blandientes oculos ad Mariā intorquet. Stat p territa tātis miraculis regina cælorū, confert in corde suo salutationē archangeli, cōceptionem dei, natiuitatē pueri: & miratur q̄ ille q̄ aliter potuit ad nos uenire, sic uoluit subuenire. Adest & Ioseph, sed ab utroq; remotus, & in excessu mentis miratur: & mirari satis nō pōt qualiter ad tāte dignationis admissus sit arcanū. Adest multitudo cælestis exercitus, uocibꝰ gloriosis: Gl'ia in excelsis deo audiūtur. Pastores ueniunt, & inueniūt puerū & puellā: p̄cedit stella, reges accedūt, adorāt filiū, matrē ueneranꝙ, offerunt munera, deferūt maiestati, cruciat' Herodes, Hierosolyma turbat', requirunt scribæ, locus p̄dicit', indicit' simulatio, simulator ad nihilū deducit', detegunt' cōmenta fraudū, magi p aliā uiā reuertuntur, pax inaudita à seculo regnat, uniuersus orbis ad cēsum describit', riuus olei de terra prosudat, & in diuitē uenā liquor sctificatus ebullit. Quid est hoc nisi quia uera pax in terris apparuit, nisi qa ad supernum regnū ciues ascribuntur, nisi qa fons miæ de uirgine Cant. 1. emanat? Oleū effusum nomen tuum. Spūs sctūs scripturæ ipsius uiuus fabricator, & unus aliqs nō paruā suæ pinguedinis dulcedinē sub hoc capitulo dereliquit. Sed uos nocturnis uigilijs ita defatigati estis, ut uis possitis somnū ab oculis amouere. Euigilate tm̄ paulisper, & somni torporem excutite: aderit ille de cuius natiuitate loquimur, ut illuminet oculos nr̄os ne obdormiamus. Totus aūt miæ sensus ex illius arca mutuabit' cui⁹ cōsilū est quasi cōsiliū dei. Ipse ille est dns uidelicet abbas Clareuallēsis, cui⁹ religio & discretio, sapientia, eloquentia, uita & fama, per totam latinitatē non immerito decurrit. Libenter em̄ illius sarcinas odoro. Sed ad ꝓpositum reuertamur. Benignus ille spūs, de cuius secretiore fonte canticorū flumen euadit, in his tribus uerbis tria nobis requirēda reliquit: uidelicet nomē spōsi, quare oleo cōparet', quō & effundatur: quia & nomē tacet, de cōparatione nil loquit', de effusione nihil dicit. Primū de nomine uideam⁹. Multa ut arbitror uocabula sponsi per diuinā scripturā sparsa leguntur, sed in duo uobis uniuersa cōplector. Nullū profectò reperies qd' nō sonet aut maiestatis potētiā, aut gratiam pietatis. Puer dñi de quo frequentius facio mentionē, ad regis cubiculum introductus, duo quasi sublimiora de ipsius ore diuinitatis audiuit: potestas dei est, inquit, & tibi dñe mia. Psal. 61. Sed & ipse saluator ꝓphēticæ ueritati attestans ait: Vos Ioan. 13. uocatis me magister & dñe. Dns nomē est maiestatis, pietatis magister. Si em̄ pium est præbere ascā corpori, multo misericordius escā aiæ impartiri, qd' est ꝓprie magistrorum, qui mētes disciplinatas sub disciplinæ rigore coercent. Videamus qd' horum nominū effundat', utrū nomē potentiæ in nomen gr̄æ, uel nomen pietatis in maiestatis uocabulū. Absit ut mia in potentia includat': qa miseratio Psal. 144 nes eius sup oīa opera eius. Certū est ergo qa ptās dei in maiorē hodie pietatem effusa est, cū cæli distillaret à facie dei, & de uirgineis membris antiquus dierum exoritur. Non est qui se abscōdat à calore isto: qa largior olei effusio à capite descēdit in barbā: qa etiā extremā uestimenti fimbriam largius irrorauit. Tāta est abundātia miserentis, ut nō solum sub noīe effusionis, sed exinanitionis censeatur. Exinaniuit semetipsum (ait apl's) formam serui hodierna Philip. 2. die accipiens, & cum tota multitudine miserationū suarū de thalamo prosilijt uirginali. Non enim habuit dulciorē modū ad redimendū nos abyssus illa cōsiliorum dei: quia quicquid in diuinitatis thesauro, pietatis est inuentū, totum in utero uirginis cōgestū est. Nō me capio præ lætitia, q̄ tanta maiestas naturā meam assumens, tm̄ me eleuat, & me miserū in diuitias gloriæ suæ, non ad horam, sed in sempiternum includit. Fit frater meus dns meus: & timorē dñi, fratris uincit affectus. Dñe Iesu X̄pe, libēter audio te regnantē in cælis, libentius nascentē in terris, libentissīme crucē clauos & lanceā sustinentem. Hæc siquidē effusio rapit affectū meum, & istorum memoria incalescit cor meum, uiuentis & uiuidæ potionis asperitate purgatum. Viuus est iste sermo & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens usq; ad diuisionem aiæ & spūs, cō Hebr. 4. pagum quoq; ac medullarū scrutator. Vnus illorū q̄ propheralis chori aut magister, aut inter magistros est, sub senaria diuinorū noīm partitione, de hac effusione mirabiliter quidē, sed subtiliter prophetauit. Vocabitur, inquit, Esaiæ. 9. nomen eius admirabilis, consiliarius, deus, fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Erat quidem admirabilis dns meus inter angelicos ordines audiens hymnum gloriæ suæ: admirabilis illi mirabili creaturæ, faciens mirabilia in cælo & in terra, in mari & in omnibus abyssis. Ego autem in luto fecis & miseriæ obuolutus miser & miserabilis, omnem spem emergendi perdideram. Ille in gloria, ego in miseria: admirabilis ille, miserabilis ego. Sanctum & terribile nomen eius: quod uix audiat dignior natura. Nomen istud clausum & integrum quomodo capere poteram, quando uix angelicus oculus prospicere, nedum perspicere potest? Sed uide effusionem. Ille qui erat admirabilis agminibus angelorum, inclinat cælos, & fit consiliarius hominum. Maiestatiuum nomen, in pietatiuum effunditur: & qui mirabilis est in cælis, consulere uenit in terris. Abscondit purpuram sub miseriæ uestimentis. Et ad lutū ubi iacebā inclinat', non mergit': & si audeo dicere: īfixus sum in limo, pfundi, opi manuū suarū porrigit dexterā, de pfundis aquarū extrahit, extractū abluit, ablutū induit, indutū reportat, reportatū cōfirmat. Porrigit dexterā cū nascit', cū loquit' extrahit, abluit cum morit', induit cū resurgit, cū ascēdit reportat, cōfirmat cū spūsctū emittit de cælis. Bonus qdē cōsiliarius q̄ cōsiliū qd' uoce dedit, & morte defendit. Erat enim docens (ait euangelista) Marci. 1.

Universidad de Deusto Biblioteca

ſicut ptātē hñs,nō ſicut ſcribæ & phariſæi eorū.Deus fortis,noīa ſūt ptātis:ſed de⁹,effundit in patrē futuriſ eccl'i,fortis,in principē pacis.Breuiter curro:qa & fatigatis & ſciētibus legē loquor.Quid tibi muſitabunde luciſer in tanta deſtructione & effuſione? Clauſum eſt tibi totū itinerariū dei,& malignās oculꝰ tuꝰ hic nimiū caligauit.Sed & dñs meus admirabilis fuit in natiuitate,cōſiliarius fuit in p̄dicatione,deus in miraculorū coruſcatione,fortis in paſſione, p̄. futuri ſeculi in reſurrectiōe:princeps pacis in illa æterna btitudie.Nō terreamini nouitate uerborū:qa nihil nouū introducit.Sic & olim noīa cōmutata & effuſa ſunt,Abrā in Abrahā:Sarai in Sarā,etſi quas alias imutatiōes in illa ueteri officina uos legiſſe recolitis. Sed & ab ipſis penè mūdi principijs,in arcano quodā ſcripturarū loco diuini nominis effuſionē inueniſſe me recolo.Loquit dñs ad Moyſen de liberatione Iſraelis,& poſt multā dei & Moyſi confabulationē,ppheta ſubtiliter inquirit nomē eius.Et dñs dicit:Ego ſum qui ſum,hoc eſt nomē meū in æternū.Hæc dices filijs Iſrael. Qui eſt,miſit me ad uos.Perterritꝰ Moyſes inextricabilis auctoritate uocabuli,aſi diceret,hoc excedit intellectū meū,non poſſum capere niſi effundat, audiat à maieſtate.Ego ſum deus Abrahā,deus Iſaac,& deus Iacob.Vides effuſionem. Ecce deus angelorum uocat ſe deum hoīm.Curramꝰ ergo fratres in odore unguentorū iſtorū:curramꝰ ad oleū de oliua ſpecioſa in cāpis expreſſum:nulla infectū amurca,nulla ſubſtantiatum amaritudine.Oleū qđ exhilarat faciē hoīs,qđ ſanat uulnera,dolorē tollit,reddit ſuauitatē.Nōme ſamaritanus nr̄ nobis à latrone peſſimo uulneratis,attulit uinū & oleū:ad purgandum & mitigandum uulneris magnitudinē? Sed multum olei,parū uini.Multum miæ,iuſtitiæ parū.Sicqppe decebat miſerantem ſic miſero expediebat.Non intres in iudiciū cū ſeruo tuo(ait iuſtus)qa nō iuſtificabit in cōſpectu tuo oīs uiuēs:ſed corona me in miſa & miſerationib⁹.Veniens quippe hodie quęꝫ uaſa attulit olei,non niſi duo uini, Spūs ei ſapiētiæ,intellectꝰ,cōſilij,ſciæ,pietatis,miæ, dulcedinē ſonat,miam fragrat,eructat ſanitatē.Fortitudo & timor uinū ſunt,ſed hoc uino potatꝰ eſt potēs ille,cū Xp̄s in ſpiritu fortitudinis deſcēdit ad inferos nō timidus,ſed timendus.Videamus nūc quare oleo cōpareat. Oleū(ſi uos melius non habetis)lucet,paſcit,& ungit.Idem facit Xp̄i nomē,& p̄ oīa cōſonat cōparationi.Lucet p̄dicatū, paſcit recogitatū,inuocatū lenit & ungit.Vide ſi non p̄clara luminaria lumen noīs huiꝰ ſup eloquētiæ candelabrū portauerunt,ſi non illuxerunt coruſcationes dei orbi terræ,ſi nō in ſplēdore fulgoris huius cōmota eſt & cōtremuit terra.In noīe Ieſu Xp̄i ſurge & ambula,dicit claudo p̄ceps apl'orū.Nōme q̄ſi fulgor exiliuit ab ore Petri, cū noīatū eſt nomē qđ os dñi noīauit? Et ſtati inqt,cōſolidatæ ſunt baſes eiꝰ & plātæ.Vocabulū Ieſu ſicut Origenis lingua nobilior diffiniuit,dulce & glorioſum,oī adoratu cultuꝫ digniſſimū,qđ nō priꝰ ab oībꝰ decuit efferri in mūdū,ſed à q̄dā ſublimiori excellentioriꝫ natura.Oēs qppe ppheтæ nomē iſtud aut neſciērūt aut penitus tacuerūt, & reſeruata eſt prærogatiue dignitas archāgelo Gabrieli, qui ſctō ore,ſanctæ uirginiſ illud primum euoluit.Nōme Eſaias in exceſſu mētis captꝰ,ꝟbis archāgelicis eiſdē penè ſyllabis conſentit uſqꝫ ad ſctī noīs nouitatē? Paſcit reuera, nec eſt felicior paſtio i loco paſcuæ ubi nos dñs collocauit.Quid æque mentē cogitātis impinguat? Nomē Ieſu mel in ore, in aure melos,in corde iubilus.Oīs cibus qui non condit hoc ſale,inſatuatus eſt. Scriptura q̄ non fuerit interlinita oleo tātæ deuotionis,inſipida eſt.Olim mihi Tullius dulceſcebat,blandiebat Virgilijꝰ,& ſyrenes uſqꝫ in exitiū dulces,meū incantauerāt intellectū.Lex, ppheтæ, euangeliū, epl'æ,& oīs glīa ſniarū dñi mei & ſeruorū eius : aut parua uidebant,aut nulla.Neſcio mō qd dulciꝰ mihi immurmurat filiꝰ Ieſſe:quario p̄monū & ſniarū cōcētu, oēs illos c̄s diligere cōſueuerāt,ineloquētes reddit & mutos.Lenit & ungit:qa nihil ſic recreat in tribulatiōe.Deniqꝫ & probare licet.Inuoca me,inqt,i tribulatiōe:eruā te, & honorifi-

Gene.17.

Exo.3.

Ibidem.

Luce.10.

Pſal.141.

Pſal.76.

Actuū.3.

Ibidem.

Luce.1.

Eſaiæ.7.

Pſal.49.

cabis me.Hoc eſt nomē,hoc eſt oleū,hæc olei effuſio.Amē dico uobis,nō deficiet hic lecythꝰ olei,nec minuet,donec pluuiā uoluntariā q̄ ſegregata eſt hæreditati eiꝰ,diffuſius inſtillet:donec faciat cælū nouū & terrā nouā:qa mia eius ab æterno & uſqꝫ in æternū ſup timētes eū.Sed iam ſurgamus & p̄paremus nos ad ſolēnioris miſſæ ſubuationē,nec cordibus parcētes nec uocibus,ad honorē pueri qui natus eſt nobis,qui eſt deus in ſecula benedictus.Amen.

Pſal.6.

Pſal.1

¶ *Sermo unde ſupra.Vel potius debet legi in conceptione beatiſſimæ Mariæ uirginis.*

EXultate fratres in dñō:qa de dña illa ſermo ſuccedit q̄ ſingularē in cordibꝰ uīris uēdicat principatū,q̄ eſt ad cuius nomē humiliter inclinatis, cuius horis reuerēter aſſiſtitis,cuius memoriā iugiter frequentatis.Hæc eſt q̄ uīris affectibus ſuauiter indulceſcit:qa magna multitudo dulcedinis eiꝰ. Spūs enim Eccle eiꝰ ſup mel dulcis,in quā dulcis dñs cū oī ſua dulcedine ſua peruenit.Cū em̄ fecerit deus oīa opa ſua ualde bona, hic melius fecit,cōſecrās in ea ſibi reclinatoriū aureū, ut poſt tumultꝰ angelorū & hoīm,& reclinaret, & requie inueniret.Hoc eſt qđ natura miraf,reuereat angelus,ueret hō,ſtupet cælū,cōtremiſcit terra,infernus exhorret.In huiuſmodi ſtero maieſtas altiſſimi mirabiliter liq̄facta,ſicut adipe & pīguedine repleuit terras,infudit cælos,inferna reſpſit. Hic exinaniuit ſemetipſum excelſus & immēſus, menſurā bonā & confertā & coagitatā mittens in ſinū uīrm. Hic diuinis manibꝰ unctus oleo lætitiæ,& ſicut altare in ſignū pōtificij cōſecratus.De altari hoc ad arā crucis aſcēdes,proprio cruore tanquā alterius gn̄is oleo perfuſus, iā nō conſecratꝰ ſed cōſecrās,totū corpꝰ machinæ mūdialis largiore liquamine cōſecrauit.Fatiſcat ergo mœror, triſtitia fugiat,climinet dolor,rācor abſcedat,ut licēat uacare & uidere cum Moyſe uiſionē hāc grādē,q̄liter deꝰ in hoc uentre cōcipiat,decipiat diabolꝰ,recipiat perditū,indebitum accipiat.Totū me trahit affectio,ſed oro deficit. Diues cogitatio,uocis paupertate cōfundit. Feruent iteriora,& i undoſam ebullīūt altitudinē,ſed frigiditas linguæ cumulos refrigerat exundātes.Quid eſt ô beatiſſimæ? Nunquid ita ſenſu taciturnus obdormiā,ut ibi mutꝰ ſim, ubi oīs loquitur creatura? Veruntā non tacebo & non quieſcā,donec egrediat ut ſplendor uultus tuus,& ſermo de te conceptus,ſi non ut lampas ſaltem ut ſcintilla accendat. Mouet fateor q̄ diſponente deo peccant rationales creaturæ, & multis annorū milibus tam cæleſtia quàm terreſtria incaſſum ſtare uideant,ſemiutis illis,iſtis dirutis. Stat illa magna ciuitas,ciuium ſuorū numeroſitate fraudata,& à ſtellantibus palatijs multiplex habitantiū multitudo ꝓpellitur.Obſcurant ſtellarū ignes(ſolē loquor & lunam & ſtellas)& multa ſui luminis claritate multantur. Terra maledicitur,cū damnatur hoīm ſucceſſio,& omnis creatura iuxta apoſtolum parturit & ingemiſcit. Tacet deus omnipotens,& ordinans eius oīpotentia,tantam diſſimulat cōfuſionem. Tandē naſcit Maria: & ad nubiles annos egrediens ſpeciem induit ſpecioſam,quæ ipm̄ alliciat deū: & diuinitatis oculos in ſe cōuertat. Vide qd inde dicat ille nō minimꝰ explorator ſecretorū dei: Audi,inqt,filia & uide, & inclina aurē tuā,& obliuiſcere ppm̄ tuū,& domum patris tui:& cōcupiſcet rex decorē tuū,qm̄ ipſe eſt dñs deus tuus.Germinat igit uirga Ieſſe de tortuoſa radice generis humani,& patriarcharū arbore,& in altitudinē & reſtitudinem erūpēs,oēm ignorat nodoſitatem filiorū, tenebras neſcit,frutiſoſa quæꝫ nō habet. Videt & ardet ille uehemens amator,& totū epytalamiū in eius laudibus decantat,ubi manifeſte ſponſus inducit ſpirās amorē ſyncerīſſimum,nec ultra ualens diſſimulare qđ patit.Euocat ſtatim cæleſtis ille cōuentus,& iuxta propheтā init deus cōſiliū, cogit cōſilium,facit ſermonē cū angelis de reſtitutione eorum,& de redēptiōe hoīm,de elemētorū renouatiōe.Illis ſtupentibus & mirantibus præ gaudio,q̄rit modus redēptiōis:& ſtati de theſauro diuinitatis,Mariæ nomē euoluitur:& per ipſam,& in ipſa,& de ipſa,& cū ipſa totū hoc

Rom.

Pſal.

faciendum

faciendū decreuit, ut sicut sine illo nihil est factum, ita sine illa nihil refectū sit. Tradit epla Gabrieli, in qua salutatio virginis, incarnatio redemptoris, plenitudo grāe, gliæ magnitudo, multitudo lætitiæ cōtinetur. Missus ergo angelus Gabriel à deo etiā antequā ad uirginē perueniret, inuenit deū uirginis illapsum uiscerib⁹, & maiestatem dei uirginalis uētris breuitate cōclusam. O uēter diffusior cælis, terris & amplior, capacior elementis, qui totū claudit oia cōcludēte, in quo de⁹ gloriæ reclinat. Deniq; & archāgelus nō ait: Aue Maria replenda, sed plena: non dñs uenier in te, sed dñs tecū: ga inde totā eam sibi rapuerat spīritus sanctus: & cælestib⁹ insignierat ornamētis. Iā cōsecrata erat in loco uoluptatis, de quo fons iste debebat ascēdere qui uniuersam terræ superficiē irrigaret. Satis hucusq; sparsim⁹ uerba, & uolaticis sermonibus diuersa p̄semināuimus: nūc insistam⁹ hic si fortè aliquod dignū elicere ualeamus. Fluui⁹ (ait scriptura) egrediebat de loco uoluptatis ad irrigandā uniuersam superficiē terræ, q inde diuiditur in quatuor capita. Fluuius iste est dñs me⁹ Iesus q de duobus locis uoluptatis egredit: ex utero patris, & ex utero uirginis. Vñ propheta: Dñs de⁹ noster fluui⁹ gliosus, exiliens in terrā sitientē. Sed ineffabilibus differētijs lōge aliter à patre quàm à matre egreditur, quia etsi hæc tpalis natiuitas gliosa est, multo glorioſior est æterna. Hortantibus uobis, de utraq; gnatione uolo aperire qd sentio: nō q aliqd exponere præsumā, cū hoc ultra oīm uires, quāto magis ultra meas sit, & extremæ dementiæ sit uelle fari ineffabilia, maxime hoiem imperitū. Nō em̄ oblit⁹ sum Salomonē dicentē: Sicut q nimium comedit mel, euomit illud: sic q scrutator est maiestatis, opprimetur à gl̄ia. De utraq; em̄ p pphetam dici puto: Generationē eius qs enarrabit? Quia & p̄ris illa ineffabilis & inaccessibilis est, ac nulli peruia creaturæ: Hoc sensu credo apl̄m dixisse de deo, q solus habitat lucē inaccessibilē, cum etiā puriores naturæ tāto reuerberētur intuitu, ut nec possint irrūpere in tātæ claritatis abyssum. Ipse etiā fili⁹ ptestat: Nemo nouit filiū nisi p̄, neq; patrē qs nouit nisi fili⁹, & cui uoluerit fili⁹ reuelare. Nec tm̄ sicut est, sed sicut capere pōt cui tāta dignatio reuelat. Vnde & illa sublimis aīa q̄ usq; ad tertiū cælū in diuitias gliæ dei rapta fuerat, dicit: Ego me nō arbitror cōprehēdisse. Verissima ergo diffinitio est, qa illā gignentis & geniti gnationem null⁹ oīno penetrat intellectus. Hāc etiā de matre, omni hūanæ creaturæ reor inextricabilē, & nescio utrū ab illa excellētiori natura ualeat comp̄hendi. Quis em̄ cōp̄hendat unitionē carnis & uerbi, q̄liter de⁹ & hō in unā p̄sonā cōueniat, saluis īperturbatisq; pprietatibus naturaꝝ? Vnusq;sq; in suo sensu abūdat: ego hāc oēm sensum supgredi credo ueterū uirorū uestigns inhærens qui super hæc sanas & incōcussas suias reliquerūt. Ad paternā igitur generationē recurrentes, locū uoluptatis patrem esse censem⁹, quāuis deus illocalis sit: sed efficientias rerū, nisi per uulgatos sermones explicare non possumus. In ipso aūt oēm uoluptatē esse intelligit, q legit apl̄m dicē tem: qm̄ ex ipso & p ip̄m & in ipso sunt oia. Et aliū ex illo duodeno apice sil'iter eructuātē: Omne datū optimū & oē donū perfectū désursum est, descēdēs à patre luminū. Ipse etiā filius dicit: Hæc est uita æterna, ut cognoscant te solū uerū deum. Cognitio igitur patris uita æterna est, & ubi uita æterna, ibi sempiterna uoluptas. Egredit ergo fluui⁹ de loco uoluptatis: qa gignitur de utero p̄ris: de⁹ de deo, lumen de lumine, de dño dñs. Egreditur autē identitate: quia idē est cum p̄re: idē dico f̄m substantiā, non f̄m personam. Egredit & æqualitate, qa patris oīpotentiā recipit: cū oia quæ possit pater, possit hæc & filius: sicut ipse testatur. Omnia q̄ facit pater, facit & filius: nec pōt filius facere quicquā, nisi quod uiderit patrem facientē. Egredit & æternitate: quia licet generetur, non tm̄ est posterior genitore, sed ambo unius antiquitatis sunt: si tm̄ uocabuli nouitatē non exhorretis: quod licet quoquo modo significet quæ dicunt, longe tm̄ est à sniæ maiestate. Egredit similitudine, qa similis est patri, p̄ris imago, splendor gloriæ, & figura substātiæ eius. Egreditur alternitate: quia alius est ab illo: alius dico, non aliud. Ego, inqt, & pater unum sumus. Vnū dixit, nō unus: qa unū significat substātiæ unitatem, unus uerò personarū proprietatē. Sic igitur & longe excellentiori modo de patre filius egrediens, inundat angelicas stationes: quia iuxta Salomonē: fons sapientiæ uerbum dei in excelsis. Cytharedus puer de hoc fonte pleno uētre potauerat, cum diceret: Apud te est fons uitæ, & in lumine tuo uidebimus lumen. Apud te, inquit, est fons uitæ: qa tu non solū uita, sed & filius tuus fons uitæ est. Et ut patēter quod sentiebat ostēderet, subiunxit: In lumine tuo uidebimus lumen, scilicet ad irrigandam uniuersam superficiem terræ. Quæ nā terra est in illa cælorū summita te repolita, quā superfluat & irriget fluuius gloriosus? Regnū cælorū, terra uiuentiū est. Vnde: Credo uidere bona dñi in terra uiuentiū. Item: Placebo dño in regione uiuorum. Irrigatio hæc indicibilis est. Inebriantur quippe angeli ab ubertate domus dei: & torrente uoluptatis ei⁹ potantur. Hic quid dicam nescio: quia plurimus stupor sensum opprimit assurgentē. Vbi sunt oratorū sermones, q̄s in fornace rhetorica omnis ille philosophorum conflauit chorus: Vbi sunt gigantes à seculo nominati, qui ab infitio fuerūt magni statura, scientes bellum, languentes circa pugnas uerborum? Numquid non maximus ille gigas (Platonem loquor) ab intellectu tam purissimæ ueritatis repulsus est? Nonne acerrimo mentis ingenio tangēs sed non attingens diuinitatem dei, dicit: Vnum inueni quod cuncta operetur, & aliud per quod cuncta efficiuntur: tertium autē non potui inuenire? Recte de spiritu sancto inscius, qui illi nō erat infusus, qui sanctarum reuelationum magister est, qui reuelauit Paulo quæ oculus non uidit, sicut idem apl's gloriatur: Nobis, inquit, reuelauit de⁹. Per quid apostole? Per spīritum sanctum: nō per spīritum nostrum, per quem sicuti philosophi seducti sunt, ita & seduxerunt. Ille noster philosophus qui super senes & sup oēs docentes se intellexit, quid super hoc senserit audiamus. Rigans montes, inquit, de superioribus suis. De sublimioribus quippe angelis, qui non per speculū in ænigmate, sed facie ad faciem ipsam dei substātiā luminib⁹ indefessis aspectant. Sequitur: Qui inde diuidit in quatuor capita. In q̄ quatuor capita? ¶ Dicam⁹ breuiter: qa grādis nobis restat uia. In admirationē. Nam de fragilitate complexionis humanæ, de torrēte uoluptatis bibens tota obstupet illa dignior creatura, de creatoris gloria, & gloriæ ratione. In puritatem: quia non in uase resteo, sed remoto uelamine auriunt aquas in gaudio de fontibus saluatoris. In satietatem: quia & si desiderant in eum prospicere, non tamen desiderium necessitatē, uel necessitas miseriā inducit, sed mirabiliori modo & semp desiderāt ut semp satientur, & semp satiantur ut semp desiderent. In securitatem: qa de sua stabilitate certi, perēnib⁹ gaudijs immerguntur, expectantes beatam spem, & auduentū gliæ magni dei, quādo fiet unū ouile & un⁹ pastor: & supna illa Hierusalē cōsummabit in idip̄m. Sic influit fluuius iste per angelicas officinas. Sed hæc oia fides capit: nescit rō: intellectus ignorat humanus. Hæc sunt fortassis illa quatuor quæ uas electionis felici quaternario in epla ad Hebræos uidit dicēs: Nō accessistis, inquit, ad mōtem fumantē, sed ad montē Sion, ad Hierusalem ciuitatem dei uiuētis, ad multorū milium angelorū frequētiā, ad ecclesiā primitiuorū ascriptam in cælis. Nunc accingamus nos ad uidendum qualiter egrediatur de uirgine: qa egressio ista dulcior & affectuosior est humanæ miseriæ, q̄ intuētiū pectora cōcutit, & irrorat oculos, & beatis fontibus uultus amātiū pfundit. Hic locum uoluptatis uterū Mariæ intelligo, in quo cumulauit oēs delicias deliciarum dñs, de cuius delicijs spūs sanctus admiratorio sermone in amoris cantico eructat. Quæ est ista q̄ ascēdit de deserto delicijs affluens? Nunquid in angelis uoluptatem habet altissimus in quibus ipse reperit prauitatē? Nunqd in cōstellatiōe uel scintillatione stellarū: quarum aliæ conuertuntur in sanguinem, aliæ cadunt

Ioan.10.
Eccl.1.
Psal.35.
Ibidem.
Psal.26.
Psal.114.
Platonis dictum.
1.Cor.2.
Psal.118.
Psal.103.
Genc.2.
Titum.2.
Ioan.10.
Hebr.12.
Canti.8.
Iob.4.
Apoc.6.

de cælo,aliæ in tenebris obscurant. Numquid in aere, uel
3.Reg.19. igne,uel uentis? Nequaquã in igne dñs:nõ in cõmotione dñs:non in spũ dñs: si uerus est ille qui in curru igneo & equis igneis est assumptꝰ in cælũ. Nunqd in aquis ubi furẽs & tortuosus leuiathan immorat,aut in terra q̃ sub male-
Gene.3. dicto Adæ spinas emittit & tribulos? Non est locꝰ uoluptatis nisi uterus uirginis. Ex hoc egreditur humanitate: quia uestitꝰ cilitio nr̃æ mortalitatis,uisibilis hũanis oculis apparuit. De uirgine uirgam,de libro autẽ generationis lineã faciẽs diuinitatis,humanũ innexuit,quem carne
Iob.4. operuit uirginali,ut draco magnus illectius ad carnem,ferum diuini numinis subsentiret. Egredit & cum nouitate
Gene.2. quia nũquã sic natꝰ est hõ sicut nascit. Primus em̃ hõ, primo de terra formaf:secundo mulier ex eius latere fabricaf:
Gene.4. tertio Cain cõsuetudinario nascendi ordine gignitur ab utroq;. Solus iste de sola uirgine nascit,& uirginis uterũ nouo & singulari partu diuinitas humanata sigillat. Vbi nunc aristotelicæ subtilitatis facunda quidẽ, sed infœcunda loquacitas, si peperit,cũ uiro cõcubuit? Velit nolit uertitur in habitũ priuatio,nec astringit dialecticis terminis omniũ terminator,ad cuius imperiũ perit natura, dissuescit cõsuetudo. Egredit etiã cum claritate. Nascẽte quippe illo,sepelitur oĩs illa stellantiũ luminũ luminosa serenitas,& stella candidior lucidioribus radijs præscintillans,
Psal.47. totã sibi cæli rapit portionẽ. Ambulant reges in splendore ortus eius,qm̃ ecce reges cõgregati sunt, cõuenerũt in unum. Ipsi uidẽtes sic deũ & hoiem nascentem,matrem & uirginẽ parientẽ, admirati sunt,conturbati sunt, cõmoti sunt,tremor apprehendit eos in tantorum luce miraculorum. Egreditur & cum paupertate. Quia pãnis uilissimis reclinatꝰ: iam extunc sanctissimis mẽbris legẽ martyrũ pfigebat. Egredit occulte. Quia subtilissimus ille fraudiũ inuestigator,tantæ ab altitudine dignatiõis excludit. Hinc
Matt.4. est q; ambiguis alternationibꝰ fatigatus,illũ tentat, nunc tentatũ filiũ appellat altissimi, nũc instruit crucẽ, nũc de-
Mat.27. struit,mandãs per mulierẽ (cõsuetũ sibi organũ) mihil tibi & iusto illi. Sequitur: Ad irrigandã uniuersam superficiẽ terræ,id est ad terrenã miseriã expiandã quã nobis in hæreditatẽ primꝰ ille peccator reliquerat. ¶Volo ut apls hic eũ mihi sicut & superiꝰ in quatuor capita distribuat:
1.Cor.1. qa securiꝰ eius expositionẽ suscipio. Qui factus est nobis, inquit,sapientia,iustitia,sanctificatio:redemptio. Ad nos quippe uenies qui eramus in carcere, primo omniũ tenebras ignorantiæ nostræ depulit luce sapientiæ suæ: demũ per iustitiã q̃ ex fide est,soluit funes peccatorum nostroꝝ, sanctificãs nos in suo corpore,redimens in corporis pas-
Psal.147. sione. Dñs em̃ soluit cõpeditos, dñs illuminat cæcos: sanPsal.45. ctificat tabernaculũ, de manu redimit inimici. ¶Diuidit
Psal.105. & in patiẽtiã qua pctõres sustinet,in mĩam qua pctõres fouet,in largitatẽ qua proficiẽtes exaltat,in fortitudinẽ qua pficientes cõseruat. De hoc secũdo quaternario,toto hoc aduẽtu uestræ fraternitati confabulatus sum,per fluminũ decursionẽ,& noĩm interpretationẽ, moralia mysticis interlectens:utrũ aliqd digne,uos uideritis. Verũ non oĩa possumus præsenti sermone coarctare, fastidiũ euitantes.
¶Habeo ego quatuor capita dulciora priorib9, quæ fortassis uestris cordib9 dulci9 cõplacebũt. Dñs enim uester eleuatus in cruce,largissimas sanguinis undas à quatuor partibus sui corporis abundãtius emanauit. Spinis enim pungẽtibus sanctissimũ caput nũca ceruice reflexũ,& clauis pedes & manꝰ,& lancea latus eiꝰ trãsuerberante, præcioſus sanguis emanauit,cuius aspersione iudex transit in patrẽ,iratus in mitẽ,in mĩam uirga,captiuitas in coronã. Christus ergo fons latẽs & occultus in cælis, fons patens & apertꝰ in terris. Illic de utero patris,hic egredit de utero uirginis. Illic uiuens terrã irrigat uiuentiũ,hic moriẽs terram morientium. Illic diuiditur in quaternarium admirabilem,hic in dulcem. Dulcis dñs,dulcis dña: quia ille dñs meus,misericordia mea:hæc domina mea, misericordiæ porta. Ducat nos mater ad filiũ,filius ad patrẽ,sponsa ad sponsum:qui est deus benedictus in secula. Amen.

¶*Sermo.iij.de natiuitate domini.*

Andem de maria ad portũ,de promisso ad præmium,de labore ad requiẽ, de desperatione ad spem, de uia ad patriam peruenimus. Scripserat siquidem nobis frequentibus epistolis calamus scribæ uelociter scribẽtis,expecta,reexpecta,sed nos
Esaie.28. quod subiungitur dicere poteramus,modicum ibi,& modicum ibi. Præcurrerãt cursores promissione diuites: sed exhibitione pauperrimi. Dicebat aliꝰ, Viriliter age,& cõ
Psal.26. fortetur cor tuũ,& sustine dominum, alter uerò: Si motã
Abac.2. fecerit,expecta eum,quia ueniens ueniet. Pari cõsilio exierant de sanctuario dei,nihil secum nisi promissionum multitudinem reportantes. Vnde & citharista noster iam dormitauerat præ tædio:& in ipsum deum tacitis oblocutionibus totam culpam modis flebilib9 intorquebat. Tu uero,inquit,repulisti & depexisti,distulisti Christum tuum.
Psal.88. De flebili quoq; ad imperatiuum conuersus est,exagitante impatiẽtia,quæ impudentiæ & frontositatis mater est.
Psal.79. Qui sedes super cherubim manifestare. Vt quid tam diu dominatrici sedens in cathedra, circumuallãtibus & uallantibus angelis,nõ respicis super filios hominum, quos absorbuit & obsorduit iniquitas per Adam quidem commissa,sed à te permissa? Memorare quæ mea sit substantia,
Psal.88. ad tuæ substãtiæ similitudinem fabricata: quia etsi omnis
Psal.38. hõ uiuens uanitas est,in imagine tñ tua pertransiens, uanitas esse non põt. Nunquid ita uane constituisti omnes
Psal.88. filios hoĩm, de quibus dicis: Delicię meæ esse cũ filijs hoPro.8. minum,ut eos uerteret & diuerteret à te malignus ille deceptor,qui decipere nisi te permittente non potuit? Inclí-
Psal.143. na cælos tuos & descẽde,& illos misericordes oculos miseris inflecte peccantibus, ut saltem non in perpetuũ obliuiscaris nos. Hæc quidem iste,sed gemitibus & ærũnis intortus:tantæ præsumptiõis sententiã abiurabat. Dixi,in-
Psal.38. quit,custodiã uias meas,ut non delinquã in lingua mea. Sed & ille uir nobilis,& pfundi sermonis urbanitate perlucidus,affectuosis excessibus incalescens: ppter Sion,in-
Esaie.62. quit,non tacebo,& propter Hierusalẽ non quiescam &c. Vtinã,ait,dirumperes cælos & descenderes,& alia multa,
Esa.64. quæ fastidiosa prolixitas uetat inserere. Hic etiam morosioris gratiæ longinquitate suspensus, & nimietate doloris excedẽs,impatiẽter oblatrat dicens: Ecce gentes quasi
Esai.40. non sint sic sunt coram eo, quasi nihilum & inane reputatæ sunt ei. Hieremias quoq; in uocem gratulabundæ laudis aduerbio demonstrãdi prorũpẽs: Ecce,inqt, faciet do-
Hier.31. minꝰ nouũ sup terrã,mulier circũdabit uirũ. Sed tñ repẽtinæ submersionis lachrymis edocef,ut priꝰ lamẽtũ Xpi
Dani.8. susceptens quàm aduentũ conticescat. Danieli dicit, Visio
Ezec.12. est in dies & in tẽpora longa. Et Ezechiel tantis caligini-
bus inuoluit,ut uix dignosci possit unde ueniat aut quo uadat. Deniq; eis ille pphetalis cõuentꝰ longa tardantis gr̃æ morositate ptæsus, nũc rogãdo, nũc cõquerẽdo, uariat orationẽ,& plerũq; sermonibꝰ exoratiuis indignatoExo.4. rios intermiscet. Nos quoq; satis eos audiuimus,& nobis
Esaie.6. in fastidiũ relegunt. Iam fugit Moyses, impeditioris siquiHiere.1. dem linguæ factus est nobis. Esaiæ labia immunda sunt.
Ezec.4. Hieremias nescit loqui quia puer est. Ezechiel polluto pane uescit, Osee fornicariã & adulterã ducit uxorẽ. Daniel
Osee.1. post uisionẽ grauiter infirmatur. Oẽs prophetæ elingues
Danie.8. sunt & muti, iam lætari & exultare nõ possumꝰ, nisi osculetur nos osculo oris sui. Auditi & exauditi estis: adest benignitas & humanitas saluatoris nr̃i dei, q̃uel differri nõ patiatur amplius amorẽ languẽtiũ. Quid em̃ audistis: San-
Iosue.7. ctificamini in crastinũ filij Israel,& estote parati, quia die crastina descendet dñs. Residuum diei huius,& superueniturę noctis uix meditãda progressio,dirimit nos à uultu gloriæ, à puero deo, à puerperio singulari. Currite celeriore & rapidiore passu, conficite metas uestras, ut liceat uidere filium dei uagientem in cunis, & saluatoris natiuitati qualiacunq; obsequia præparate. Credo uos esse filios Israel, sanctificatos ab omni inquinamento carnis & spiritus,præparatos ad diei crastinæ sacramenta solicita

deuotione

deuotione & deuota ſolicitudine ſuſcipiẽda. Quid enim aliud his ſacris diebus aduentui eius dedicatis egiſtis? Vi di ego ſenes, ſenectutis oblitos aſtare ſacris iuueniſi ala critate uigilijs, & iuuenes iuuentute ſepulta ſeniſi grauita te reuerentiæ diuinitatis aſſiſtere. Plena erant ſubſellia cõ cinentibus, & cõcentu pariſi uoces in ſublimibus reſona bant, ut felici inuidia iuraſſe uos crederẽ iubilare deo in uoce exultationis. Pſalteria erant præ manibus, pſalmi in labijs, in corde deuotio, ſolennitatẽ animi indicabat hila ritas uultus, diſcurſio corporis, operis ſolicitudo. Inſpexi ſacerdotes uigilantibus oculis primos dieí ortus ſubtili ter indagare, ſacramentalibus induí ueſtimentis, introire ad altare deí, ad ſacrificandum corpus & ſanguinẽ redem ptoris. Vidí aſſiſtentiũ turbam miniſteriali deuotiõe nũc flectere genua, nunc oſculari manus, & ad imperantiũ nu tum nutu citius obedire. Sed & pueros aſpexí quí neſciũt quid ſit inter dexteram & ſiniſtram, ſibi ad inuicem pſalte ria inuidere, & reportare ad lectulos ſuos, furarí ſomnum ab oculis ſuis, & in lectulo ſuo per noctes quærere quẽ di ligebat anima eoꝝ: quod licet cõtra conſuetudinem præ ſumptum ſit, non tamẽ contra deuotionem. Fateor inter hæc oia cogitabam, caſtra deí ſunt hæc: non eſt hic aliud niſi domus deí, & porta cæli. Vellem nollem ueſtra deuo tione trahebar, & uobis negociantibus ociarí non pote ram. Sequebar uos, ſed alonge, uel aberrãs à uia, uel clau dicans à ſemitis meis, lugens & cõtriſtatus quia non pote ram æquare currẽtes. Nouit ille unus cum quo uno unũ cœpi eſſe in domino, quàm frequẽtiḃ querelis impleue rim aures eius, ꝙ uos in meridie eſſetis cum ſpõſo, & ego cum ſponſa in ueſpertino frigore cõmorarer. Eya fratres ſialiquid adhuc defluus humor de flumine mortalitatis huius ueſtras circunrorat affectiones, tergite & tegite il lum niueo cõfeſſiõis amictu, & calciate uos in præparatio nẽ euangelij pacis, ut ſitis de quibus dicit ſanctus: In lumi ne pertrãſibũt pede. Quid aũt per hæc? Ibi lætabimur in ipſo. De flumine hoc, imo de fluminibus iſtis Eſaias pro pheta in nocturnis lectionibus largius diſputauit. Percu tiet, inqt, dñs fluuiũ Aegypti in ſeptẽ riuis, ita ut trãſeant p eũ calceati. Volo de fluuio & riuis ei⁹ pauliſper cõfabu lari uobiſcũ, qũo & qualiter ꝓcutiat, qd ſit ꝓ eũ trãſire cal ceato. Aegypto figuraliter exprimí mundũ iſtũ diuinorũ eloqorũ ſcrutatores affirmãt, q poſit⁹ eſt in maligno: q te nebris & cõfuſioníb⁹ eſt replet⁹. Flumẽ fluxus hũaní gẽris eſt, q de primis parẽtib⁹ infelici uena ꝓrupẽs in impetuo ſum erũpens torrentẽ, per totã mũdí latitudinẽ inſtagna uit. Quí in ſeptẽ torrẽtib⁹ deriuat, ualles & cãpeſtria, pro funda uoragine ſupſedit: ipſis q̃q̃ montiũ cacuminib⁹ eã dẽ refuſionẽ intẽtãs: unde un⁹ de altioríb⁹ clamat: Torrẽ tes iniqtatis cõturbauerũt me, & intrauerũt aquæ uſq̃ ad animã meã. Prim⁹ hui⁹ fluminis riuus eſt cogitatio mala. Riu⁹ exundãs, & quí nullis obicib⁹ repellat, habet frequẽ tiam fluuiorũ, feneſtras corporeorũ ſenſuũ: q ei de mũda nis cataractis mortiferos imbres infuſos adminiſtrãt. Oc curſant aſpectui mẽtis quod uidit & audiuit, quod odora uit & guſtauit, qd̃ palpauit & tetigit. Et plerumq̃ qd̃ ſim plici oculo aſpexim⁹, uerſipellis cõtortor in offendiculũ retorquet ac ſcãdalum: fingit ſimilitudines, imagines pin git, colores aptat, & in thalamo mẽtis uniuerſa cõuoluit, ſi forte cõſenſum eliciat, & affectũ inficiat. Offert horribi lia de diuinitate, terribilia de fide, mirabilia de fidei inſti tutiõe, & in alueolo mẽtis ueneniferas ingerit potiones, quas in cõfeſſione cuomere peccator oneratus exhorret. Venit ĩ oratoriũ, dormitoriũ occupat, inſidet refectorio, circuit clauſtrũ, reuiſit officinas, nullã prætermittit artem nocendi: ſed ubilibet ſuæ callidítatis aſſignat argutias. Et in choro qdẽ inter orandũ & pſallendũ mentẽ pertrahit in diuerſa præteritorũ rememoratione puritatem intelle ctus inuellẽs. In choro uerò multiformes libidinis ſenſus euoluit, inſidiãs ſolicitudini ueſtræ, & telis fortioríb⁹ op pugnans uos, utinam nõ expugnet: pungat, nõ uulneret. In refectorio aũt gulam allicit ad uidendũ quæ perferun tur, & ingenti auiditate onerat diſtentum uentrem, ut ma iore opera ad egerendũ egeas quàm ad ingerẽdũ. In clau ſtro libros reuellit à manibus, memoriã referat ſcriptura rum, & nunc de iſto ad illũ, nũc de illo ad iſtũ cũ ſignis & ſcurrilitate tranſuertit. Per officinarũ multitudinẽ te facit excurrere, & uagabundo ſe comitẽ facit, donec taciturni tatis oſtiũ aut aperiat aut cõfringat. Quid plura? In cho ro deuotionẽ, in thoro caſtitatẽ, in refectorio parcitatem, in clauſtro lectionẽ, in officinis ſilẽtij uirtutẽ, uirtutis ini micus extirpat. Nec ſufficit in uigilãdo ſubtilius ſpiculis cordis terebrare uitalia, ſed dormiendo ſingulariſſe uerſat & reuerſat aſtutia: quæ oia meli⁹ ueſtræ cõſciæ quàm ſtili ſciẽtiæ derelinquo. Sed ad altare dñi uirtutũ ſequunt nos ſpũs ipſi, & ipſos ante mentis oculos inuolãtes ut uix ali qua uel naſcẽtis deí, uel pendentis in cruce poſſint memo ria deturbarí. Magnus ille patriarcha uix uolucres hmõi à ſuis ſacrificijs abigebat, nos q ſum⁹ q fugare p̃ſumimus? Quis in hoc riuo uel merſum uel ſubmerſum ſe eſſe nega uerit? Vidétis quàm turbid⁹ torrẽs & limoſa regurgita tus cœnoſitate, q uix aut nũquã ad hoc ducit ut penit⁹ ex ſiccet. Nõ putoq̃, ille q clauſit cælũ oõne, clauſerit animũ à cogitatione, ut facili⁹ ſit cælũ obſerare quàm animũ. Se cundus riu⁹ eſt locutio puerſa. Linguã null⁹ hoim doma re põt, ait Iacob⁹, mẽbrũ inqetũ, mẽbrũ mortiferũ: facilis ad loquẽdũ, ad obloquẽdũ procliuior. Et notãdũ q̃ alter naſcit ex altero, cũ malæ cogitatiõi peruerſæ locutiõis ia nua ſit apta. Et eſt etiã aliud uerbũ falſum, unde dicit: Per des oẽs q loquunt mẽdacium. Aliud uanũ, de q⁹ ſcriptũ eſt: Vana locuti ſunt unuſq̃ſq̃ ad ꝓximũ ſuũ. Aliud ipudicũ, de q⁹ idẽ: Turpis ſermo de ore uro nõ ꝓcedat. Aliud excu ſatoriũ: unde pſalmiſta: Nõ declines cor meũ in uerba ma litiæ, ad excuſandas excuſatiões in pctis. Aliud doloſum, de quo ꝓpheta: Diſpdat dñs uniuerſa labia doloſa, & lin guã magniloquã. Aliud ocioſum, de q⁹ ipſe dñs: De omni uerbo ocioſo qd̃ locuti fuerint hoies, reddent rõnẽ de eo in die iudicij: Et ſi qua alia genera ſunt peſtis huius, quæ nos breui ſaltu tranſilire non poſſumus. Tertius eſt actio praua. Poſt cogitationem & locutionẽ uenitur ad opera, qñ exhibemus mẽbra noſtra arma iniquitatis pctõ, & cõ tumelijs afficim⁹ corpa noſtra. Quid eñ turpi⁹ quàm mẽ bra Xpi ſanguine conſecrata, & conſepulta in baptiſma te, libidinoſis ardoribus maculare, nec attendere reueren tiam p̃ſentis deí, minantis pœnã, gloriã promittẽtis? Ab ſit ut aliquis noſtrũ huic idolo ſubſternatur, ut filium uir ginis in Veneris templo ſuſcipiat, ut arcam deí iuxta Da gon collocet, ut nutritus in croceis ſtercora amplexetur. Quid Petro cũ mago? qd Xpo cũ antixpo? quid uirgi ni & libidini? qd puritati & corruptioni? Abſit ut qſquã ueſtrũ ambuler ĩ paſſiõe deſiderij, ſicut & gẽtes q̃ ignorãt deũ, quí corpus Xpi aut conſecratis, aut Xpi corpi mini ſtratis. Electi ſeruite imperatori, ut cum imperatore ſedea tis cum ſederit in ſede maieſtatis ſuæ. Qua fronte qb⁹ ocu lis uideret uos, uiueret uobiſcũ, cui tãtis inter uos obſcœ nitatibus deſeruiretur? Qua mẽte, qua conſciẽtia accede ret ad ſancta ſanctorũ, immolaret ſanctũ ſctõꝝ, cuius fama cõtẽptibilis, uita notabilis, ſermo reprehenſibilis habere tur? Sed & ſi fortè (humanũ loquor ꝓpter infirmitatẽ car nis ueſtræ) aliquis ueſtrũ tale aliquid in cubiculo cõſcie tiæ cõplicauit, deplicet illud per confeſſionẽ & pœniten tiã, & ego ei de mia naſcẽtis pueri uenia repromitto. Et ſi cõfeſſus fuerit & pœnituerit, naſcit in eo lux mundi, ut di motis fallacibus tenebris ſplendorẽ ueræ lucis accipiat. Quo enim miſeris miam hac nocte negabit, in qua miſeri corditer miſericors naſcitur & miſerator dñs? Adeſt deus & homo, mater & uirgo, caro & uerbũ, lux & illuminans, bonus & bonitas, mia & ueritas, fœcunda uirginitas, uir ginalis fœcunditas, æterna nouitas, noua æternitas, diui na humanitas, hũana diuinitas, humilis ſublimitas, & his oĩbus miſericordia fabricatur. Cohibete ergo extollentiã ab oculis, loquacitatem à lingua, crudelitatẽ à manib⁹, uo luptatem à lumbis, pedes ab itinere non recto, & uenite

Psal. 5.

& arguíte eũ, si non hac nocte dirũpít cælos, si nõ descendérit ad uos, & proíciet in pfundũ maris oía pcta uestra. Quis tñ est qui huí⁹ tertij ríuuli nõ sit mersus & reuersus ímitátia? Quartus ríuus est defensio peccatoꝝ. In uerítate dico uobís, qa nihil sic exasperat irã diuínitatis: quomodo íniqtatis defensio. Aequo eñ certamíne nos certamus cũ dño, cum defendím⁹ quod odít: cũ nobís placet quod displícet illi. Magna quíppe differentía ínter superbũ & humílẽ peccatorẽ, cum illũ despícit, hũc respícit: qa humília respícit, & alta alonge cognoscit. Quando sanari potérit qui medícũ spernit, medicinã cõculcat, & infirmã substantiã cõtrariorũ receptione succendit? Tu dícis malum bonũ, amarũ dulce, tenebras lucẽ, & in creatorẽ refundís íniurias: ut qd laudauerít tu uituperes, qd uituperauerít tu laudes. Non est hoc palpatíua dissímulatione tacendũ, qꝑ uíderim quosdã uestrũ tantis ímpatientiæ stímulis agítari, ut ad primas correptoris uoces nõ solum excusatiónem sed & defensionem exhibeatis, sed & nísi disciplinalis uígor obuiauerít, ad tumultus & iurgia pfiliatis. Hæc est ímpietas maxíma in deũ & delictũ maxímũ: quod uír símplex & rect⁹, & puer dñi summa circũspectióe deuitat. Ele gãtíssimã super his cõparationẽ inducit propheta, quam de sacrario sanctíspũs asportauit. Ibí, ínquit, habuít foueã hericius. Hericius ita confertíssima spinositate densatus est, ut undiqꝫ punctionib⁹ & aculeís uestiatur. Cum uerò se solitudinẽ adeptum putat, caput aperít, exerít pedes, & níuificatorios motus plana deambulatione demonstrat. Si quís superuenerít, statím celerríma uelocitate caput cũ pedibus in ínterius absconditorium reponit: ut si tenere uolueris, prius uídeas sanguinem tuũ quàm corpus suũ. Sic & peccatoris caput cum pedibus, íntentio cũ actione, à pastorum solícitudine prospectatur: & quod ferè omníũ peccantíũ uítiũ est, cum ab omnibus uídeatur, à nemíne æstímat se uíderi. Si uítium resecare studeas, & íntẽtionis íngressus cum actionis egressibus correctíuis deprehẽdere, statím Ciceronis eloquentía renouatur, excusat & defenditur quod opponís, accusaris & offenderis qui proponís. Interrogat de loco & de tpe qñ factũ fuerít, & nouus dialectic⁹ exerta língua prorumpit in medíum. Parentes aduocat, patrocinatores quærít, grauarí se índicat, índicat se recessurũ, malle morí quàm patí talía, & quæ uídísti negans, & quæ non uídit in te conuítia retorquens, sic spínam sentís, & culpam perdís, odíum incurrís, nec corrígis: & quem totum tenere putabas, totũ amíttis. Vídes quàm multíplící cumulositate ríuus íste omní homíni, & maxíme nostro ordíni se ínfundit? Quíntus est exultatio in pctís. O detestanda lætítia, & in sempitérni doloris trístítiam demutãda, in peccatís sicut in uírtutib⁹ exultare. Nónne latrocínantes & facínorosi quíqꝫ cum uotoꝝ plenitudínem assequunt, non se capíũt præ gaudío, ita etíam ut audeant ípsi díuínitatí gratías ímmutíre? Qui cum male fecerínt, lætant, & exultãt in rebus pessímis. Cadent sup eos carbones, & in ígnem deíjcientur. Sed ríu⁹ íste quàm undosa refluxione míseros anímates effundit, melius conscíẽtia quàm eloquentía cõprehendit. Sextus est alios docere ad malũ. Hæc doctrína de cathedra pestílentiæ dírigatur, quã detestat & reprobat qui docet hoíem scientiã. O quàm ínuanũ accípit aíam suam, qui alioꝝ aías uenat ad mortem, qui trahit pctã sicut uestem longã, qui míscet sanguínẽ sanguíne, cui nõ sufficit ut intereat in seculũ seculi nísi & alios ad interitũ pertrahat sempiternũ. Scitis eñ quía multa uítia tenerrímis ætatib⁹ imprímũtur, quæ postea in magno corpore uix mitigare, necdum extírpare quísquã possit. Infelíces magístri qui huíusmodí plãtaría plantauerũt, explantabunt ab ílla cæléstí plantatione quã plantauit pater ílle cæléstis. Quis gloriabitur se huí⁹ ríui torrentibus non fuísse uallatũ? Septímus est, in oíbus hís malís pseuerare. Híc peccator demersus est & absorpt⁹, & clausit super eũ puteus os suum. Cum eñ nõ leuat oculos ad cælũ, nec recordatur iudicioꝝ iustorũ, mortuus est, & sepult⁹ in sepulchro cõscíẽtiæ suæ. Tũc à mortuo tãquam quí nõ est perít cõfessio: tũc peccator cum uenerít in profundũ maloꝝ, cõtẽnit. Hic est in extremo fluminũ Aegypti, & multitudo miserationũ dñi tollítur ab oculis ei⁹. O flumen malum, ríui pessími, ríui exterminãtes. Hac nocte dñs eos calceat⁹ trãsiuit, cum in uirginali substãtia puram carnem & oím prætaxatarũ pestium ímmunẽ accepit, illo calceamento calceatus qd in Idumæã extendit, cuius corrigiã solucre nõ potuít magn⁹ ille baptista. Misit de summo filiũ suũ, & accepit me in utero uírginis, & sic tãdẽ assumpsit me, & de profundis aquarũ. Percutiemus & eos, si cogitamus pro pctõ nostro, si phíbeam⁹ línguam à dolo: si declínemus à malo, & faciamus bonum: si cõfiteamur aduersum nos íniustítiã nostrã dño: si dolor noster sit semper in conspectu nostro: si doceamus íniquos uias dñi, & semp laus ei⁹ sit in ore nostro. Et ut de arte sutoría nostris morib⁹ aliqd cõsuamus, habeamus calceamenta densa, & subtíliter consuta, quæ possínt aquas obuíantes excludere. Faciamus carnẽ nostrã firmã & confixam timore dñi, quæ líbidínis humorẽ excludat, & excocta tribulatiõib⁹, atqꝫ ita densata, fiat uter nouus ad conseruandũ uínũ nouum de quo dicít: Quía fact⁹ sum sicut uter in pruína. Sed íam corda & corpa uestra ad suscípiẽdũ filiũ uírginis præparata dímittamus in pace, & oẽs in cõmune lumen ad reuelationem gentium ínnocẽtibus brachíjs amplectamur, qui est benedictus in secula. Amen.

Prou. 2. *Psal. 139.* *Eccl. 17.* *Prou. 28.* *Psal. 118.* *Cant. 6.* *Psal. 25.* *Act. 6.*

¶ *De sancto Stephano ex lectione actuum apostolorum.*

Dhuc filium uírginis habemus in manibus, & obsecutoría delinítione uagientis dei honoramus ínfantíam. Ducit nos uírgo ad ueneranda cunabula, & speciosa præ filíabus hominũ, ad speciosum forma præ filíjs hominum, benedícta ínter mulíeres, ad benedictũ ínter homínes nos cõducit. Submurmurat nobis in aurẽ si fortè dom⁹ exasperãs audíat & gescat, reuelata esse uelamína prophetarũ, & cõpletũ consílium dei. Vídete míraculũ matris dñi, quía creatura erat creator creaturæ, scintíllat sydus, magus adorat, exultat polus, tellus resultat, gloríantur angelí, pastores aggaudent, uírgo parít, nascítur deus, & cælorum luminaría da ríorí lumíne lumen exortum in tenebrís prosequũtur. In ístis bonís uersamur: beatus uír qui impleuerít desideriũ suũ ex ípsis. Scio qa dulce nobis est, in príncípio erat uerbum: dulcius uerbũ caro factum est, dulcíssimum uerbum in cruce suspensum. A tanto puerperío quís ínsanus oculos nostros amouere necdum auellere præsumat, nísi ípse iubeat qui dícit: Auerte oculos tuos à me, qa ípsi me auolare fecerũt. Ecce dum osculatur nos oscúlo oris sui, dum tantís míraculís & stupídos nos facit & attentos, Stephanus plenus gra & fortítudíne facit prodígia & signa magna in populo. Numquíd æquũ est derelínquere regẽ, & ad mílites oculos detorquere? Nequaquã: nísi imperauerít imperator. Surgit ípse rex filius regis, sed lapídantium aciem interrũpens, tríũphatoris certamíní nõ sine dolore cordís assístit. Vídet opprímí primũ & primíceriũ purpuratæ cohortis grãdinaría lapídum dẽsitate, fontes sanguínis de corpe prothomartyris ebullíre. Vídet qa uniuersa debacchatio redũdat in ípm, & ípsi soli ípropería exprobrantíũ cumulãtur. Vbí píetas & mía tua dñe sinõ cõpateris patiẽtíæ? ubi æquitas & iustítia si nõ iudicas & uíndícas de ppl'o lapídante? Curramus ad spectaculũ ad quod currít qui exultat ut gígas ad currendã uíam, & uídeam⁹ quíbus armís armatus uexíllifer martyrũ in campum pugnaturus descendit. Et ut dilígentius elucescat singularis martyríj prærogatiua, reuocemus ad memoriã apostolícorum actuũ descríptionẽ, in quíbus hístoricis & figuralibus dictis cõuersio & passio belligerí mílitis cõtínet. Stephanus, ínquiũt, plenus gra & fortítudíne, faciebat pdígía & signa magna in pplo. Nõ paruũ latet hic mysteriũ, nec uílipendẽda símplícioris scripturæ manifesta positio. Ad uírginẽ quippe loquens angelus uerba de cælestíbus scrínns sumpta, nec alterí⁹ nísi ípsi⁹ dei spũ fabricata, noua salutatione portat. Nullí dubiũ qn oím uerboꝝ excellant altítudínem,

altitudinē, utpote de melioribus disciplinis sctūspūs cuo-
laꝫquorū annūciatiōe cōfœderādū erat illud unicū sa-
cramētū uerbi & hois, diuinitatis & carnis. Aue, inqt, for
titudo dñi, plena gra. Quid aūt de Stephano? Stephanus
plenus gra & fortitudine. Nōme Lucas eisdē penè literis
de utrisq; eloquit: Sed licet longe excellētior mod⁹ in uir
gine p̄dicet, secūdatio tñ laudat in martyre. Habet igitur
gratiā Steph⁹ sublimiori gne quàm reliq martyrū mul
titudo: plen⁹ gra refert, s. & cumulatus, qd raro in scriptu
ris canonicis subtilis inqsitor inueniet. Iūgit gratiæ forti
tudo, infuso spū libertatis. Ignit⁹ animus, in uocē ueritā-
tis erūpit, nec patit ullo pacto rigorē iustitiæ submitti ali-
qñ uel dimitti. Sic loricat⁹ gratia, & hasta fortitudinis sa-
pienter infrendēs: faciebat prodigia & signa magna in po
pulo. Ille pōt p̄digia & signa facere, in quo gra & fortitu-
do sedē firmissimā statuerūt. Sic Steph⁹ ad homicidas,
ad legis adulteros, ad crucifixores filꝫ dei patris loquit,
genti peccatrici in Aegypto, pp̄lo graui iniqtate in deser
to, semini nequam in terra promissionis, filꝫs sceleratis in
morte saluatoris. Dura, inqt, ceruice, & incircūcisi corde
& auris⁹, uos semp spūisancto restitistis. Surrexerūt qui-
dam de synagóga, synagóga utiq; sathanæ: & undiq; cō-
globabant, uel ad conuincendum, uel ad occidendum. Fa
ciunt impietatis parietem unum, squama squamæ cōiun-
gitur. Sibilant sibi serpentes ad inuicem: conuenerunt in
unum aduersus dominum, & aduersus Christum eius. Ve
lit nolit cedit impietas pietati, ueritati error, stultitia sa-
pientiæ, spirituisancto præsumptio & uanitas spiritus hu-
mani. Non poterant resistere sapientiæ & spiritui qui lo-
quebatur. Non dixit nō uolebant (quod rationabiliū &
perfectorū est) sed non poterant, ubi menti malæ facultas
tollit, non uoluntas mutatur. Redarguebantur, ait, ab eo
cum omni fiducia. Fiducialiter agit, nec nutat nec muta-
tur mēs imperterrita, quæ magis iustitiā quàm uitā, fidem
quàm sanguinē, mortē quàm iustitiæ taciturnitatē elegit.
Concurrētes capiūt eum, adducūt in cōciliū: & gaudent
eum intra sua rhetiacula reclusisse, sed frustra iacitur rhete
ante oculos pennatorū. Tunc uox liberior & ex eorū co-
dicibus sermo exacuitur ueritatis, totumq; martyrem ra-
pit sibi spiritus dei, & ex eius ore sonantiori organo mo-
dulatur. Apparet ei una facies scripturarum & ueteris in-
strumenti dispendia in compēdiosam redigit breuitatem.
Replicat promissiones & beneficia dei, murmuratiōes &
maleficia pp̄li: bona præstita, reddita mala: ad extremum
diuini sanguinis exprobrat effusionem, refractorios spiri-
tus, duros ceruice, incircumcisos corde & auris⁹, & subli-
mi uoce homicidas & proditores appellat. Non ueretur
conuenticula cōgregata de sanguinibus, & inter manus
quærētium animā eius, de liberiori iustitia, cacumen ue-
ritatis ascendit. Dissecantur cordibus, & strident dentib⁹
in eum, concipiūt dolorē, & prope est ut parturiant iniq-
tatem. Mirumq; non reuocantur insueti nouitate miracu
li, q̄ luminosa ꝑthomartyris facies non refrenat insanos.
Videbant, inquit, faciem eius tanquā uultum angeli stan-
tis inter illos. Quid est ô insensati? Lumine uultus dei in-
signitur gloriosus leuita, & uibranti splendore Steph⁹
serenatur, & reuerberantur oculi uestri. & tñ inuidiæ ma-
gnitudo uisionis maiestatem occludit? Respondeant in di
uinorum uoluminum euolutione ubi reuoluerunt homi
nem in terris positum uultum angelicū induisse: & cum in
utrisq; legib⁹ uel raro uel nūquam inuenerint, obstupeāt
gloriam triumphantis. Sequitur. Cum autem esset plenus
spiritu sancto, intendēs in cælum uidit gloriā dei, &c. Mi-
rum dictu, & totius supergressio creaturæ, intendit in cæ-
lum. Videt iam non cælos, sed apertos cælos, uidet gloriā
dei Iesum stantem à dextris uirtutis dei. Mouet me hæc
intentio quæ de cordis puritate refusa uim facit cælis, &
ad ipsius diuinitatis consistoriū penetrat & attingit. Cæ-
li aperiuntur: gloria dei uidet, Iesus cōspicitur stans non
solum à dextris dei, sed à dextris uirtutis dei. Hanc inten-
tionem fecerat abiectio mundi, contēptus sui, cordis mū-
ditia, dilectio dei, proximi amor, ueritatis defensio, deside-
rium Xp̄i. Retorquenda essent hæc omnia ad communes
flosculos moralitatis, nisi esset excellentia martyris com-
mendanda, felices oculi, subtilis uisus, uisio glorioſa. Si-
mulq; signanter recollige positionem uerborum. Plenus
est spiritu, & sic intendit in cælum, quia in spiritu afflatur,
conculcatis terrestribus, cælestib⁹ inhiat & æternis. Post
hæc aperiuntur cæli, nullaq; prænualet firmatio uel clausu-
ra quam non transuolet aut irrumpat mens illi summæ
menti affectanter inhærens. Aperiuntur ergo cæli, & pu-
to q̄ omnes cæli: eorumq; apertionem sequitur uisio glo-
riæ dei, & uidetur dñs deus stans à dextris uirtutis dei, ne
patre minor esse putet. Stat cum stante, cum bellante bel-
lat, quia lapidatur in lapidato. Non mediocris stupor in
uoluit me, utrum primitiuus flos martyrū oculis corpo-
reis an incorporeis ista perspexerit. Grande quidem mira
culum, si mentali intuitu stellantibus se immerſit arcanis,
si mundi cordis oculi tam solēnem inspexerint uisionem.
Q. si corporalibus certum est hunc omne hominum ge-
nus disparilitate gratiæ præuolasse, & pennis fidei & uir-
tutum, incorporea corporeis, etsi non comprehendisse,
apprehendisse tamen. Nihil audeo temere diffinire, uel ex
abrupto præcipitare sententiam, cum finitiuam super hu
iusmodi regulam me legisse non meminerim, securius ta-
men sequor apostolum, imo spiritum dei in apostolo, qui
cum summa uerborū libertate magis secure ambiguitati
quàm periculose diffinitioni ista cōmittit. Siue in corpo- 1. Cor. 12.
re, inquit, siue extra corp⁹, nescio, deus scit. Exclamant sta
tim clamore horribili, cōtinēt aures suas, & eas obstruūt
ueritati, impetum faciūt unanimiter in eum, facti amici in
morte illius: & eiscientes eum extra ciuitatem lapidabāt.
Eiscitur martyr extra ciuitatem sanguinum, in qua prius
iustitia habitauit, nūc autem homicidæ: de qua dicit san-
ctus: quoniam uidi iniquitatem & contradictionem in ci- Psal. 54.
uitate. Hæc est ciuitas quam die ac nocte circūdat iniqui-
tas, & cætera quæ sequuntur. Ciuitas castellum despecti-
ue uocata, quod contra apostolos & apostolorum domi-
num durissimis infidelitatis uectibus munitum est. Extra
portam ciuitatis huius passus est dominus, extra eam la-
pidatur seruus, exiens ad eum extra castra, & portās simi-
litudinem impropery eius. Deponuntur uestimenta mar-
tyris ad pedes persecutoris, qui attactu sacrarum uestium,
& orationibus lapidandi fuerat cōuertendus. Et lapida-
bant, inquit, Stephanum inuocātem & dicentem: Domi- Actu. 7.
ne Iesu accipe spiritum meum. Currunt illi ad lapides, &
ille ad preces. Lapides lapidem percutiunt, sed lapidē mol
liorem, de quo fluit oleum charitatis, & tinnitus redditur
pietatis. Domine Iesu, inquit, ne statuas illis hoc pecca- Ibidem.
tum. Rogat suscipere spiritum suum, spiritum utique &
sanctum, illum quem signanter quasi quoddam signaculū
apostolus in homine præcipit conseruari. Vt integer, in- 1. Thes. 5.
quit, anima & spiritus & corpus in die domini sine quere
la seruetur. O quanta pietas, quantus affectus, & ardētissi
mæ charitatis integritas. Recte martyrij florē iste sibi præ-
uendicat, in quo similitudo domini pendētis in cruce mi-
rabilibus formulis est impressa. In ligno enim spinis coro
natus, lancea confossus, cruci affixus, dissimulat illum uni-
cum dolorem, & obliuiscitur mortis uicinæ, nouū introi-
ducturus exemplum, aperit latitudinē charitatis, & aper-
tiori campo terminos traditæ legis amplificat, iam non so
lum amicus amicis, sed uelint nolint amicus pariter inimi
cis. Pater, inquit, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Luce. 23.
Non potuit esse inefficax oratio morientis: unde & inimi
corum numerositas ad numerum amicorum transiuit. Vi-
de quàm recto cursu Stephanus etsi non æquat, sequitur
tamen redemptorem. Volat saxorum imber, & fortissimis
inuidorum manibus loca uulnerum duplicantur: sed pa-
tienter patitur coronatus noster, de corona nominis ad
coronam regiminis transferēdus. Nescit affectum carnis,
& mortis horam ignorat, & uide quod deliberat faciēn-
dum. Positis ait genibus, exclamauit uoce magna dicens:

Actu.7. Dñe ne ſtatuas illis hoc pctm̃. Clamat uoce magna, quia magna utiq; charitate. Poſitis genibus, quia uera & humili ſimplicitate pro ſe orans ſtat & erigit, pro lapidatib⁹ flectit genua. Quis audiuit unquã talẽ? Et qs uidit huic ſimilẽ? Pl⁹ dolet perſequẽtiũ pctm̃ quàm ſua uulnera, illorũ iniquitatẽ quàm ſuã mortem. Et cum hoc dixiſſet, obdormiuit in dño. Felix ſomnus cũ requie, requies cum uoluptate, uoluptas cum ſacietate, ſacietas cum ſecuritate, ſecuritas cum æternitate. Obdormiuit, inquit, in dño, abſorpt⁹ in claritatis abyſſum, & inter dei ſui brachia reqeſcens. Sedebat à dextris dei dñs Ieſus, ſed primo martyri martyrũ caput. Recolitis quod illa eccleſiæ lingua (Auguſtinũ loquor) de hoc martyre ſenſerit, quem poſt mortem ſeptem mortuos aſſerit ſuſcitaſſe. Eya uos qui leuitali ordine præfulgetis: cantate huic canticum nouũ, & tãtæ feſtiuitati feſtiuis uocibus inclamate. Fortaſſis concinentibus etiam ſuggeret de uobis domino ſuo iudici uestro, ne ſtatuas illis aliquid ad peccatum, qui eſt deus benedictus in ſecula. Amen.

¶ *Sermo in die purificationis, domini Guerrici abbatis Igniacenſis de purificandis & adornandis cordium affectibus.*

ADorna thalamum tuum ſion, & ſuſcipe regem Xp̃m, quem uirgo cõcepit, uirgo peperit, uirgo poſt partũ quẽ genuit adorauit. Ad nos fratres, ad nos loqtur ſpiritus ſanctus, qui ſumus ſion, qui ſumus ſpeculãtes, qui die ac nocte eleuamus oculos noſtros ad dñm deũ noſtrũ, donec miſereatur noſtri. Adornemus igitur thalamũ noſtrũ, & ſuſcipiamus regẽ Xp̃m. Ecce fratres Xp̃s in propria uenies, & à ſuis repulſus, nõ habet ubi caput reclinet. Præ foribus noſtris inter materna brachia uagiens, per ſpiritũ ſanctum quærit hoſpitiũ, dicens: Adorna thalamum tuũ ſion. Emundemus igitur thalamũ noſtrũ prius expellendo quæ oculos Xp̃i intrãdo offendere poſſunt, & ſic demũ adornemus ea inferendo in quibus delectatur & gaudet. Quæ ſunt (ait forſan aliqs ueſtrũ) quæ oculos Xp̃i offendere poſſunt? Cui dicim⁹? Nihil ita oculos eius offendit ſicut ſuperbia, quæ angelũ de cælo, & hoiem expulit de paradiſo: quæ eſt iniũ omnis peccati. Quã hortatur nos ſpiritus ſanctus uitare dicẽs: Quid ſuperbis terra & cinis? Et alibi: Omnis carO fœnũ. Exſiccatũ eſt fœnũ, & flos eius decidit. Videam⁹ nunc quid ſuperbia fecit. Angelũ de cælo, & hoiem expulit de paradiſo. Meritò hæc oculos Xp̃i offendit, quæ pulcherrimũ opus eius in cælo & in paradiſo fœdauit, quæ fecit de angelo diabolũ, & de hoie nup creato iuſto, perfidum. Quæ ſicut & peccator̃ primũ & maximũ, ſic eſt omniũ regina & mater uitiorũ. Videndũ eſt igitur & ſolicite conſiderandũ ut eã mens noſtra cũ tota prole ſua excludat, ut thalamus noſter emundatus & ornatus Xp̃m regẽ qui foris pulſat ſuſcipiat. Cum tota inquã prole ſua, ſeptẽ ſcilicet principalibus uitiis. Quæ ſunt hæc, inanis gloria, inuidia, ira, triſtitia, auaritia, uentris ingluuies, luxuria. Hæ ſunt filiæ ſuperbiæ, quæ matrẽ ſuam ſequuntur, quæ hoſpitiũ quodcũq; intrauerint, fœtidũ reddũt. Sed quæ nobis cum iſtis cõmunio? Quis cõſenſus tẽplo dei cũ idolis? Nulla nobis (deo agimus gratias) cum eis ſocietas, quas exeuntes ueterẽ hominẽ cum actibus ſuis, gladio uere confeſſionis & pœnitentiæ enecauimus. Nihil igitur in nobis ultra poſſit ſuperbia, quæ de archangelo diabolum, & de primo hoie fecit impium, & creatori ſuo rebellem. Nihil habeat in nobis uana gloria, qui à die cõuerſionis noſtræ in cruce dñi noſtri Ieſu Xp̃i cœpimus gloriari: cũ apoſtolo dicẽtes: Mihi autẽ abſit gloriari niſi in cruce dñi noſtri Ieſu Xp̃i: per quem mihi mũdus crucifixus eſt: & ego mũdo. Gloria itaq; noſtra ſit crux Chriſti quã portamus, & teſtimoniũ conſcientiæ per crucem Chriſti purgatæ. De qua apoſtolus ait: Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ. In qua conſcientia gloriari de donis dei, eſt deo gratias agere. Ad quod nos hortatur apoſtolus dicẽs: Qui gloriatur, in domino glorietur: id eſt in dño de puritate conſcientiæ ſuæ glorietur. Non enim qui ſeipſum cõmendat, &c. Cæterũ qui in ſe gloriatur, & qui ſibi placet, ſtulto homini placet. Qui in alio hoie gloriatur, aut laudem in mente ab ore alterius expectat: mercedem operũ recipit, ac oleo peccatoris ungit caput ſuũ: auditq; prophetã ſibi dicentẽ: Maledictus hõ, qui ponit ſpem ſuam in homine. Et in die iudicij cum dixerint, dñe dñe aperi nobis, aiet: Amen dico uobis, neſcio uos. Hæc uana gloria filia eſt ſuperbiæ: quæ in quocunq; fuerit, in obedientem facit. Rurſum poſt conuerſionẽ nihil ultra in nobis habeat in inuidia, per quam mors intrauit in orbẽ terrarũ. Diabol⁹ enim inuidet homini aſcẽſum unde corruerat, & propter hoc tentauit, & in anima occidit. Hæc eſt illa quæ non magnos, ſed paruos ſemper torquet, dicẽte ſancto Iob: paruulũ occidit inuidia. In eo enim q̃ alij quis alicui inuidet, minorem ſe oſtẽdit ei cui inuidet. Sic diabolus inuidit primo homini, ſic Eſau Iacob, & Cain Abel. Hæc inuidia paruulũ occidit, quia niſi inferior eſſet, de bono alterius nõ doleret. Hac peſte nullus moriꝰ, niſi qui terrena hæc appetit, quæ tota non ueniunt pluribus. Vnde ſiqua deſiderat, illi inuidet qui penitus ea accepit, uel illi partem habendo quantitatẽ ei reſtringit. Hũc paruulum occidit inuidia, quia dum non põt adipiſci quod alij inuidet, & in odium (inuidiæ filiã) cadit. Rurſum fratres poſt conuerſionem noſtram ira non habeat in nobis locũ, quia ut ait dominus in euãgelio, gradatim ducit ad gehennæ puteum, dicẽs: Qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio. Qui dixerit racha, hoc eſt uocẽ indignatiõis per iram emiſerit, reus erit conſilio, in quo tractatur qua pœna ſit mulctandus. Qui dixerit fatue, hoc eſt tale quid fecerit aut uerbo aut uerbere, ut inter fratres deſpiciatur, reꝰ erit gehennæ ignis, niſi reſipuerit. Hæc eſt ira quæ ſtultorum oculos extinguit, ſapientiũ oculos nonnunquã turbat, dicente pſalmiſta: Turbatus eſt præ ira oculus meus. Et de ira ſtulti Iob ait: Virũ ſtultũ interficit iracũdia. Ecce duas iras uidem⁹, quarũ altera nõnunquã turbat oculum, altera ſemper extinguit. Altera uenit ex impatientia, altera ex zelo rectitudinis. Altera uenit ex uitio, altera ex uirtute. De altera quæ uenit ex uirtute, Pſalmiſta ait: Iraſcimini, & nolite peccare. Quaſi dicat: Crudeles eſtote in uitium, mites in fratrem, conſiderantes uoſmetipſos, ne & uos tẽtemini. De altera quæ uenit ex uitio, ait apoſtolus: Sol non occidat ſuper iracundiam ueſtram, id eſt Chriſtus qui eſt ſol iuſtitiæ, mentem ueſtram iraſcentem non deſerat, qui cum ira nũquam habitat. Ira quæ uenit ex zelo rectitudinis, debemus iraſci prius noſtris erratibus, & poſt erratibus proximorum, quæ melior eſt riſu, quia per triſtitiam uultus corrigitur proximus. Quæ debet tamen ſubeſſe rationi, ne ſit immoderata, ſed in ultiõe peccati tẽpus & modum conſideret. Hæc ſapientes interdũ turbat. Ira per uitiũ ſtultos occidit, dum in rixas & in cõtumeliã linguam relaxat. Rurſum fratres poſt conuerſionem noſtram muniẽdus eſt thalamus cordis noſtri, ne triſtitia rediens introcat, illam dico quæ mortem operatur, quæ de amiſſione rerũ temporaliũ uenit. Hæc eſt illa quæ prauas cogitationes generat, murmuriоſum monachum reddit, quæ faſtidium parit, & tenentem aratrum dei cum uxore Loth retro reſpicere compellit. Sine dolore nãq; non põt amittere quod cũ inordinato amore poſſedit. Hanc itaq; triſtitiã quæ mortẽ operatur excludamus, & intromittamus eam quæ uenit de memoria peccatorũ, & de peregrinatione noſtra, dicamusq; cum pſalmiſta: Heu mihi quia inquolatus meus prolõgatus eſt, habitaui cũ habitantib⁹ cedar, multũ incola fuit anima mea. Hæc eſt triſtitia quæ uitam operatur, de qua ait apls: Quaſi triſtes, ſemper autem gaudẽtes. Hæc eſt illa de qua dñs ad diſcipulos dicit: Triſtitia ueſtra uertetur in gaudium. Altera parit mortẽ, parit animi rancorem. Rurſum fratres poſt conuerſionẽ muniamus thalamũ noſtrũ, ne auaritia quæ eſt radix omniũ malorũ, rediens introcat, noſq; ab unius dei cultura abſtrahat, idolorum cultores faciat. De qua inter cætera ſic ait apoſtol⁹ ad diſcipulos ſuos: Mortificate mẽbra ueſtra quæ ſunt

Ibidem. Ibidem. Eccli.10. Ibidem. Eſai. 40. Gala.6. 2.Cor.1. 2.Cor.10 Ibidem. Matt.5. Sapien.2. Iob.5. Pſal.6. Iob.5. Pſal.4. Epiſt.4. Eccli.7. Pſal.119. 2.Cor.6. Ioan.16. Coll.3.

quæ sunt super terrã, fornicationem, immunditiam, libidi
nem, concupiscentiã malam, & auaritiã quæ est idolorum
seruitus. Ecce auaritiã idololatriæ comparat. Et merito.
Quia sicut uni deo idololatria nititur auferre gloriam, ne
solus habeat nomen deitatis, ita auarus in dei res se exten
dit, ut solus usurpet quæ deus omnipotens in usum pluri
morũ fecit. Vtraq; deo inimica, quia negat deo quæ sunt
eius. Est & auaritia non solũ amor cõgregandæ pecuniæ
aut cõseruãdæ, sed ambitio prælationis, cũ nititur homo
homini præesse. Hæc ut uerum dicam, etiã pauperes (qui
semel pro Christo reliquerunt sua) in tantum nexat, ut cõ
tra ius & phas, & propositũ suũ, non tantũ uelint, sed etiã
studeant fratribus & conseruis præesse. Q; si abbas aut
prior eorũ uoto non consenserit, irascuntur, obloquunt,
cosq; aut inuidos, aut sibi maleuolos (q se nõ prouehũt)
clamant. Hæc est auaritia quæ memoriam mandatorũ dei
turbat, dicente psalmista domino: Inclina cor meũ in testi
monia tua, & non in auaritiã: quæ proditionis est mater,
quæ Iudam dei discipulum primum ad mandatorum dei
oblitionẽ, de oblitione ad proditionẽ, de proditiõe tra
xit ad laqueũ. Rursum fratres post cõuersionem nostram
muniamus thalamũ cordis, ne gula rediens introeat, quæ
& Adam innocentiæ uestę, & Esau priuauit primogeniti
dignitate. Hæc est illa pestis quæ patres nostros in deser
to ingratos beneficijs fecit, quæ cõpulit eos murmurare
cõtra deum, & dicere: Vtinã mortui essemus in Aegypto,
quãdo sedebamus super ollas carnium, & comedebamus
allia, cœpe, & pepones. Hæc est illa funesta pestis, quæ eos
ad blasphemiam duxit, quasi non esset alia uita post istã,
cum dicebant: Comedamus & bibamus, cras eñ moriẽ
mur, id est in futuro. Quasi dicerent. Hoc solum habemus
quod comedimus, nihil in futuro post hãc uitã nos habi
turos speramus. Hanc pestem cũ homine perituram pronũ
ciat apostolus, dicẽs: Esca uentri, & uenter escis: deus aũt
& hũc & hanc destruet. Hæc pestis tripertita est: quia aut
ante horã canonicã: aut aliud quàm licet: aut plus quàm
necesse est facit comedere: carnis curam in concupiscẽtijs
nititur facere. De qua nascitur inepta lætitia: sicut de po
pulo Israel dicitur: Sedit populus mãducare & bibere, &
surrexerunt ludere. Rursum fratres post cõuersionem no
stram muniamus thalamum cordis nostri, ne luxuria re
diens introitum inueniat: quæ pestilentia rediens, est pe
ior quàm ante fuerat. Nunquam enim sola redit, sed sicut
dominus ait in euangelio: assumit septẽ spiritus nequio
res se, & ingressi habitãt ibi: & fiunt nouissima hoĩs illius
peiora prioribus. Hæc est pestis illa quæ corpus Christi
dimembrat, quæ de mẽbris Christi facit membra diaboli.
Nam qui adhæret alicui personæ, causa libidinis explen
dæ, unum corpus fit cum illa persona, & fit membrum dia
boli, cuius & illa membrũ est per coniunctionem malorũ
operũ. Hæc est illa pestis quæ ignem infernalem in corp⁹
humanũ accẽdit, ut uegetum sit & robustũ ad libidinem
explendam: quæ igni illi inextinguibili materiã semp ap
ponit, & uires ministrat, ut de suo semper habeat, unde si
ne fine ardeat. De his duobus ignibus luxuriæ & gehen
næ, habemus authoritatẽ scripturæ. De igne luxuriæ ait:
Omnes adulterantes quasi clibanus succensus à coquen
te. De igne gehennæ ait: Pones eos ut clibanũ ignis in tẽ
pore uultus tui, hoc est iudicij, ut intus ardeãt (sicut cliba
nus accensus) in conscientia. Dominus in ira sua contur
babit eos, dicens: Discedite à me operarij iniquitatis. Et
deuorabit eos ignis extremus infernalis, quẽ accẽderunt
per luxuriæ fœda opa. Sit ergo fratres summa cura & stu
dium his qui in talibus sunt, de talib⁹ euadere & fugere.
Nobis uerò qui per gratiam dei euasimus, & ueterẽ exui
mus hominem, qui sumus sion, sit summum studium thala
mum nostrũ munire & adornare, & Christũ regem suscí
pere, sicut hæc scriptura præcepit quã recitauimus. Ad
orna thalamum tuum sion. Quid est adornare thalamum
tuum: Virtutes congregare, quibus & pauimentũ & pa
rietes quasi cortinis & floribus tota domus adornetur.

¶Primus ornatus thalami nostri qui sum⁹ sion, sit timor,
qui est initiũ sapientiæ, id est primus gradus per quẽ asce *Psal.110.*
ditur ad sapientiam. De quo timore, ait scriptura: Beatus *Prou. 28.*
homo qui semper est pauidus. Et psalmista ait. Seruite do *Psal.2.*
mino in timore, & exultate ei cum tremore: ut timor aufe
rat securitatem noxiam, & exultatio mortiferam tristitiã.
Hic timor generat humilitatem, quæ est preciosissim⁹ or
natus thalami sion, quæ magis placuit Christo cũ in tha
lamum uirgineũ ingrederetur, dicẽte beata Maria: Quia *Lucæ.1.*
respexit humilitatẽ ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam
me dicent omnes generationes. Hæc, inquam, humilitas
est ornatus sion: id est pauperũ Christi, de quibus ipse di
cit: Beati pauperes spiritu, quoniã ipsorũ est regnũ cælo *Matth. 5.*
rum. Ecce quomodo timor domini primus gradus ascen
sionis, & primus ornatus thalami sion, alios etiam orna
tus generat, humilitatem scilicet & uoluntariam pauper
tatem. Adorna ergo thalamũ tuum sion, timore domini.
¶Secundus ornatus thalami sion, & secundus gradus ad
sapientiam, est pietas. De qua dicit scriptura: Miserere ani *Eccl.30.*
mæ tuæ placens deo. Et alibi: Super quem requiescit spiri *Esai.66.*
tus meus, nisi super humilem & quietum? Hæc miseretur
in se peccantibus, fraterna onera portat, magis eligit quæ
libet temporalia bona perdere, quàm cum fratre lite con
tendere. Quæ profectò pietas non aliud est nisi deum co
lere, & per cultum dei deo placere. Hæc in nobis generat
mansuetudinem, optimum ornatum thalami sion, quæ fi
lios dei nos facit, dicente domino. Beati mites, quoniam *Matth. 5.*
filij dei uocabuntur. Ecce quomodo pietas secundus or
natus thalami sion, & secundus ascensionis alium orna
tum de se generat mansuetudinem quæ filios dei efficit.
Adorna igitur thalamum tuum sion pietate. ¶Tertius or
natus thalami sion tertius gradus ascensionis est scientia,
quæ homini sui cognitionẽ præbet, ut scilicet homo neq;
minus neq; plus quàm debet, de se præsumat. Quorũ alte
rũ scilicet de se nimiũ præsumere, in mala facit præcipitẽ:
alterũ scilicet se non cognoscere, facit ad quælibet bona
opera torpentem. Ad hanc scientiã spiritus sanctus inui
tat ecclesiã in canticis: Si ignoras te ô pulchra inter mu *Cantic.1.*
lieres, abi post uestigia gregum tuorum, scilicet hæreti
corũ: & pasce hœdos tuos, hoc est carnales concupiscen
tias. Hæc scientia præbet nobis fiduciã uincendi omnes
tentationes per ueram fidem, dicente domino in euange
lio: Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti, p dei *Marci.9.*
scilicet gratiam & liberum arbitrium. Videmus iam quo
modo scientia tertius ornatus thalami sion, & tertius gra
dus ascensionis, alium ornatum in nobis generat, reli
giosum, uidelicet luctum, qui consolationem à domino
in futuro meretur. Hæc scientia parat in nobis dolorem
& luctum peregrinationis: ut uidendo mala exilij quæ pa
timur: cum luctu desideremus patriam à qua peregrina
mur, audiamusq; à domino nobis dici: Beati qui lugent, *Matth. 5.*
quoniam ipsi consolabuntur. ¶Quartus ornatus thala
mi sion est fortitudo, quæ conuenit laborantibus pro ue
ris bonis acquirendis. Hæc est quæ munit thalamũ sion,
ut non extollatur prosperis, non frangatur aduersis: quæ
linguam increpantem & blandientem his uerbis con
fundit dicens: Domine libera animam meam à labijs ini *Psal.119.*
quis & à lingua dolosa. Hæc est illa quæ semper de die in
diem robustior, esuriem & sitim iustitiæ in thalamo sion
accendit: facitq; eam audire à domino: Beati qui esuriunt *Matth. 5.*
& sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Adorna
igitur thalamum tuum sion: fortitudine. ¶Quintus orna
tus thalami sion est consilium, quo homo infirmitates
suas requirit, suum posse & suum non posse inuestigat, &
ex sua infirmitate alios considerat, alijs parcit & misere
tur, sicut & uult deum sibi misereri: alijs dimittit debita,
sicut sibi uult dimitti à deo: mereturq; audire à domino:
Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam conse *Ibidem.*
quentur. Adorna igitur thalamum tuum sion consilio.
¶Sextus ornatus thalami sion est intellectus, qui men
tem hominis super hæc infima rapit, omnesq; corporeas

Universidad de Deusto Biblioteca

substãtias intellectuali intuitu trãsiens,nõ corporeis substantijs figi,uolensq; ultra progredi & propius accedere
Exod. 33. audit à dño:Ne appropinques huc:nõ eñ uidebit me homo & uiuet. Hic intellectus cõuenit his qui à deo purga-
Matth. 5. tum oculũ habent,de quibus dicitur: Beati mũdo corde, qñ ipsi deũ uidebunt. Adorna igitur thalamum tuũ sion: intellectu. ¶Septimus ornatus thalami sion est sapientia, quæ cõuenit his qui intellectualibus oculis æterna cõtemplantur,quorũ conuersatio in cælis est,qui cupiũt dissolui & esse cum Christo:in quoꝝ persona dicebat apostol9:
Phil. 1. Mihi uiuere Christus est,& mori lucrũ.Quasi diceret. Vt
Ibidem. Christũ magnificẽ, Christo uiuere uolo tñ, & Christ9 est præmiũ mortis meæ.Et post pauca:Coarctor autẽ è duobus,ait:desideriũ habẽs dissolui & esse cum Christo,multo melius autem manere in carne propter uos.Ecce qd facit uera sapiẽtia, quæ omnes rebelles motus corporis ita subiugat,ut nullam ultra pugnã in carne sentiat:pro infirmis fratrib9 (ut eis Christum nũciet) exiliũ libenter patí
Matth. 5. tur,probra non audit,damna non sentit,auferenti tunicã dimittit & pallium: percutienti ad unã maxillam præbet & alteram,auditq; à domino:Beati pacifici,qñ filij dei uocabuntur. Hi ornatus thalami sion: istis nos adornemus qui sumus sion, & regem Christum susципiamus,quẽ uirgo concepit,uirgo peperit,uirgo post partum quadragesima hoc est hodierna die in tẽplo dei præsentauit.¶In le-
Lucæ.2. ge nanq; scriptum erat:ut mulier quæ suscepto semine peperisset masculũ,quadragesimo die purgata, templũ cum filio intraret:deferens hostias secũ pro peccato agnũ anniculum immaculatũ.Si autem non haberet agnum: par turturũ siue duos pullos columbæ offerret. Hæc oĩa beata uirgo nõ ex necessitate sed ex humilitate impleuit. Abstinuit ab introitu templi quadragínta diebus nõ necesse habens purgarí,quæ sine omni delectatione,saluo uirginitatis sigillo,de spiritu sancto concepit. Obtulit hostiã nõ pro peccato,sicut aliæ mulieres,sed pro humilitate,ostendens etiam in hoc q; filius dei Iesus Christus non soluere uenerat legem sed adimplere.Et ecce Symeon grandeuus qui acceperat responsum non uisurum se mortem nisi uideret Christum domini,& eum susciperet quem expectabat:accepit eũ in ulnas suas,hoc est inter brachia sua amplexatus est illum: qui appendit tribus digitis molem terræ,qui omnia implet, omnia complectitur, inter brachia
Lucæ.2. portat dicens:Nunc dimittis domine seruum tuum,secũdum uerbum tuum in pace.Cupio dissolui,& eius aduentum cum patriarchis & prophetis in inferno expectare, qui inter te & humanum genus facturus est pacem. Quia uiderunt oculi mei salutare tuum,filium tuum,quem desiderauí,de quo responsum à spiritu sancto accepi. Lumen ad reuelationem gentium, & gloriã plebis tuæ Israel. De
Esaiæ.9. quo ait Esaias. Populus qui ambulabat in tenebris,uidit
Roma.11. lucem magnam:quia cum plenitudo gentium intrauerit, tunc omnis Israel saluus fiet. Audite fratres audite qd offert Maria,quid Symeõ susciрit.Vnigenitum dei deo patri cõsubstantialem & coæternũ,uerbum in principio. Et ut utilitatem & consolationem nostram audiamus, illum
Genñ.22. offert uirgo,quem deus Abrahæ promisit dicens:In semine tuo(hoc est in Christo)benedicẽtur omnes gentes.Et
Psal.131. quem Dauid promisit dicẽs : De fructu uẽtris tui ponam super sedem tuam.Hic est(quem uirgo offert)patriarcharum gaudium,desiderium prophetarum, gentium expectatio,Iudæorum qui cum receperunt saluatio,ruinæ angelorum reparatio. Talis est quem uirgo offert deo, imo multo maior quàm lingua aut hoĩm aut angelorũ possit dicere.Et cum sit tantus ac talis,qualem aut quãtum ipse se nouit,non sufficit uirgini ipsum solum offerre, sed hostiã quã lex præceperat,pro eo obtulit,ob humilitatis scilicet exemplum,ut nos doceret quomodo & nos eum debeamus offerre.Duos turtures aut duos pullos columbæ pro eo obtulit.Colũba fratres simplex est animal, felle caret,rostro nõ lædit, in cauernis petrarũ nidificat, alienos pullos nutrit:iuxta fluenta manet, ut uisa umbra accipitris fugiat,meliora grana eligit, gemitum pro cantu reddit,gregatim uolat, alis se defendit, uisum recuperat. Et nos fratres cũ ante altare steterimus ut dei filium deo offeramus,cum eo & pro eo par turturum, castitatẽ corporis & animæ offeramus, & duos pullos columbarũ pro cãtu gemẽtes,compunctionem gemínam pro desiderio patriæ cælestis,& de cõsideratione nostræ miseriæ habentes.Columba felle caret,& nos ira careamus,quæ peccare nos facit.Rostro non lædamus,sed percussi in unam maxillam, aliam præbeamus.In cauernis petrarũ nidificemus,in fide plagarũ Xpi refugium habeamus.Alienos pullos nutriamus,de filijs diaboli facientes uerbo prædicationis filios dei.Iuxta flumina maneamus,id est iuxta hunc mortalitatis fluxum sedẽtes,umbram accipitris,hoc est peccata quæ sunt umbra diaboli,malorum ruinas cõsiderãtes, ab eius ungulis fugiamus.Meliora grana eligamus,id est meliores sñias in scripturis sctis.Gregatim uolemus,unũ consensum in bono,in congregatione sub pastore habentes. Alis noui & ueteris testamenti contra inimicos dei nos defendamus,uel duobus præceptis charitatis, dei uidelicet amore & proximi. Visum recuperemus, de bono actionis ad bonum semper intendentes cõtemplationis. Fratres charissimi,tales oportet nos esse cũ corpus Christi consecramus,cum consecratum manducantes sacrificamus,cum uobis idem corpus in salutẽ corporis & animæ porrigimus. Tales etiam uos oportet esse cum sacrum sa-
1.Cor.11. cramentũ de manibus nostris accipitis,scitẽtes q; qui corpus Christi indigne accipit,& sanguinẽ eius indigne bibit,iudiciũ sibi manducat & bibit. Verum quia raro inuenitur talis qui in se hæc omnia habeat, diligat illum qui bonum habet quod in se nõ habet, & in illo habet quod in se non uidet. Neq; enim credere debemus q; soli sacerdoti supradictæ uirtutes sint necessariæ, quasi solus consecret & sacrificet corpus Christi.Non solus sacrificat, non solus cõsecrat,sed totus conuentus fideliũ qui astat, cum illo consecrat,cum illo sacrificat.Nec solus lignifaber facit domũ,sed alius uirgas,alius ligna, alius trabes & cætera comportat. Debent itaq; astantes habere de suo, sicut & sacerdos,fidem firmam,orationem puram,deuotionem piam.Sciendumq; q; sine firma fide nemo astantium esse debet.Cæteras uerò uirtutes quas supra dixim9, etsi omnes non habent, diligant illum qui habet quod in se non inueniunt: & in illo habent quod in se non uident. Sicut Petrus in Ioanne uirginitatis habet meritum,sic Ioannes in Petro martyrij habet præmium. ¶Sciendum quoq; q; corpori Christi quem Maria hodie præsentauit in templo,quem Symeon in ulnis suis susciрit,tria debemus, dignitatem,reuerentiam,& fructum. Dignitatem,ut eũ dei filium,deum de deo,omnipotentem,creatorem omnium, iudicem uiuorum & mortuorum credamus.Dignitatem, ut credamus nos statim postquam de corpore exierimus, ab eo sicut à iudice percepturos sicut gessimus, siue bonũ siue malum. Ille nanq; quem Maria in templo præsentauit,quem Symeon susciрit,quem in manibus consecrantes ante deum leuamus,benedicimus,mãducamus, uobis porrigimus mãducandũ: ille familiaris iudex erit noster. Cauеamus ergo ab eo separarí per iudicium post mortẽ, cui ita sumus familiares in uita.Dicamus ei itaq; in corde cum eum tractamus,dicamus cum eum cõsecramus : Domine ad te ueniemus post mortem,ante tuum tribunal iudicandi astabimus.Qui nobis ita familiaris esse dignaris in uita,q; à nobis tractaris, consecraris, manducaris, noli nobis alienus esse in morte, sed parce nobis in die mala. Confundantur dæmones qui nos tunc persequentur, destrue fortitudinem illorum in uirtute tua: quia non est qui pugnet pro nobis, nisi tu deus & familiaris noster. Hæc est dignitas quam ei debemus. Debemus ei & reuerentiam,inuestigare scilicet nosmetipsos : & si inuenimus cor pollutum fœdis cogitationibus aut mala uoluntate, ab eius contactu ut ab igne & nos & alios arceamus.
Deut.14. Ignis enim consumens est: ad quem indignus non debet accedere,

accedere,ne interius consumat,& in reprobũ sensum tradatur.Exeat ergo extra castra sicut Moyses præcepit, qui
Deut.23. nocturno pollutus est somno, hoc est qui per negligentiã istius obscuræ uitæ(quæ tota ut somnus pertransit)pervenit usq; ad pollutas cogitatiões.Exeat extra castra,hoc est dum in illo statu est,iudicet se indignum societate fidelium communicantiũ hoc sacro corpore:lauetq; uestimenta sua per sanctam confessionem:& post solis occasum,hoc est post tentationis calorem & ardorem iam mortuum,lætus redeat,& cum alijs fidelibus cõmunicet.Hæc est reuerentia quam debemus corpori Christi,quẽ uirgo Maria hodierna die in templo præsentauit,quem Symeon lætus inter brachia recepit.Debemus etiam fructum scientiæ,intelligere scilicet quem fructum accipimus si eum digne comedimus.Audite fratres,non me,sed apostolum dicẽtem:
1.Cor.10. Calix benedictionis cui benedicimus,nónne communicatio sanguinis Christi est? Calix id est communicatio calicis,facit nos habere quandam communionem cum Xpo.
Idem. Et panis quẽ frangimus,nónne participatio corporis est dñi? Ac si dicat,panis quẽ frãgimus,facit nos unũ corpus sub Xpo capite:qm̃ sicut unus panis ex multis granis conficitur,qui postea in corpus Christi & per fidẽ & per sancta uerba quæ Xps suos docuit conuertit,sic diuersi participates hoc corpore ĩ unitate fidei,spei,& charitatis,unũ corpus cum Xpo sunt,ad Christum statim post mortẽ uenturi,& cũ Christo sicut cũ capite suo sine fine regnaturi: quem uirgo concepit,uirgo peperit,uirgo in templo hodierna die præsentauit.Qui cũ patre& spiritusancto uiuit & regnat deus,per omnia secula seculorũ.Amen.

¶ *Sententia de eodem.*

NVnc dimittis in pace,conet esse Symeon,qui audiens tristitiam interpretatur:ut quàm horrendum quàm triste sit incidere in manus domini,intenta mẽte perscrutet.Sit ciuis Hierusalẽ, habens conuersationem in cælis.Sit iustus, ne male uiuẽdo pereat.Sit timorat9,ne de iustitia sua temere præsumat. Expectet Christum qui est consolatio fidelium:non quæratante uesperum denarium.Veniat in templum,imitetur exempla sanctorum puerorum.Accipiat in manibus uerbum dei,id est compleat operibus.Gestet puerũ in ulnis, amplectat eũ cum brachijs fidei,spei & charitatis. Gaudebitq; de Christo,adepto Christi consortio.Cupiat indesinenter mori seculo,& uiuere deo.Tũc tandem dimittit in pace,ut non uideat mortem,qui mortem perdidit,& uitã inuenit.

¶ *Sermo cuiusdam in cœna domini.*

1247. PAnem angelorũ manducauit homo.Nõ lateat uos uerendi sacerdotes,seriem hanc uobis recitatam,uerbis succinctam, sensuum spiritalium maiestate apprimè forefœcundam.Vobis autẽ potissimum incumbit præ cæteris audire quod proponimus,nec solum audire,sed fidelius reponere,& tanquã animalia munda propẽsius debetis ruminare.Beatus ille David prophetarum eximius,deo uiuenti charissimus,in spiritu ante sedẽtẽ in thonis raptus,legerat in quodã promptuario mysteriorũ quæ & quãta dñs naufraganti mũdo per uestrũ clementer erat exhibiturus mysteriũ,q cælestis consilij factus interpres,gratulando concinit.Panẽ angelorum manducauit homo.Vnde ad exprimendam rei tam fructuosæ certitudinẽ,dilucide signauit præteritum p futuro.Panẽ(inquiens)angelorũ manducauit hõ.O stupẽda dei miseratio,uerbum carnẽ,deus cinerẽ,figul9 lutum,
1248. uita morticinũ induit,ut iumenta mãducarẽt panẽ angelorũ.Homines iumenta erãt.Homo eñ cũ in honore esset,nõ intellexit,cõparat9 est iumentis insipiẽtib9, & similis fact9 est illis.Nõ est indignũ,imo festiuũ recolere in quãta sublimitate homo cõdit9 fuerit.Sed opæpretiũ est cõsequẽter attẽdere quàm grauiter corruit,minus pensando quid ex se,uel qd esset ex deo.Primus nanq; parens noster paradisi accola cõstitutus est,dñs terræ stabilitus est,ciuis supernæ Hierusalẽ designatus est,domesticus dñi fact9 est,cui9 amore & agnitione ditatus est,consors angelorũ,frater & cohæres cælestiũ uirtutũ:nihil prorsus indigentiæ,nihil sentiens molestiæ:cui erant in promptu quæ postulabat,non dico necessitas,sed etiã pia uolũtas,cum nihil esset in aĩa qđ offenderet,nihil in carne quod puderet:hic honor,& hæc erat dignitas hoĩs,pspari & florere in p̃missis.Et hæc ex deo.Sed positus in honore quid ex se foret non intellexit,limus uidelicet,puluis,folium aridũ,stipula sicca,lutea & fragilis testa,pellis morticina:sed intumuit & planè desipuit,honoris fastigio delectatus.Et continuo in se expertus est qđ tanto post tpe hõ de filijs captiuitatis & prudẽter aduertit,& ueraciter protulit,dicens:Qui se putat aliGal.6. qd esse cũ nihil sit,ipse se seducit.Væ misero q̃ nõ fuit qui iã tũc diceret ei,qd superbis terra & cinis:Repentina igit Eccle.10. cõuersatione seip̃m inuenit hõ ppter ifirmitatẽ iacẽtẽ i stabulo.Stabulũ qd est? Mũd9 est.Et ppter pecorinam similitudinem,indigẽs erat fœno.Eapropter cibus cælestis mutauit se in pabulũ pecoris,homine mutato in pec9.Panis enim angelorum factus est fœnũ:unicus patris,filius hoĩs. Verbũ quippe caro factũ est.Et iuxta pphetã:Omnis caIoan.1. ro fœnũ.Comedũt igitur angeli uerbũ de deo natum,coEsa.40. medũt hoĩes uerbũ fœnũ factũ.Pane suo uiuunt angeli in cælis,& beati sunt:fœno suo uiuunt hoĩes in terris,& sctĩ sunt.Fœnũ qppe istud de prato uirginalis uteri collectũ, factũ est refectio iumentorũ.Verbũ ut fœnum fieret,latuit in uirgine,sol in sydere,artifex ĩ ope.Hoc aũt liberalioris excellẽtiæ donũ contulit nobis primo.in loco sacrosancta uerbi patris incarnatio,& uos secundario de die in diẽ nobis exhibendo ministratis ex collatæ potestatis officio.O præclara,ô reuerenda potestas uestra.Certè non est potestas post deum sicut potestas uestra.Forsitã scire uultis,& audire delectat apertius,quænã sit ista tanta potestas,cui nihil in cælo uel in terra ualeat cõparari? Ad qđ ego.Consecrare uidelicet corpus & sanguinẽ dñi.Super potestate uestra,sup tã insigni spectaculo,sup tã solenni dignitatis uestræ priuilegio stupet cælũ,miraf terra,cõtremiscit hõ, reuereť plurimum angelica celsitudo.Sed unde hoc nobis pñissime Iesu,ut nos uermiculi reptãtes super faciẽ terræ, nos inquã q puluis & cinis sum9,te p̃tẽ hĩe moreamur p̃ manibus,p̃ oculis,q totus & integer sedes ad dexterã patris? Qui etiã unius horæ momento ab ortu solis usq; ad occasum,ab aquilone usq; ad austrũ p̃sto es oĩbus,un9 in multis,idẽ in diuersis locis.Vñ ĩ hoc iquã? Certe nõ ex debito uel ex merito nr̃o,sed ex uoluntate tua,& dulcedinis tuæ beneplacito.Paraſti eñ in dulcedine tua paupi deus. Psal.67. Pauper est gen9 hũanũ,cui bonum istud cælitus indultum est.Hæc est uerè indulgentia cælestis,hæc est uerè cumulata gratia,hæc est uerè supexcellens glia,sacerdotẽ deũ suũ tenere,& alijs dãdo porrigere.O nouam& diuinã ptãtem, cuius ministerio panis angelorũ & uitæ mortalib9 quotidie p̃parat.Panis iste per excellentiã dicit eucharistia, id est bona gra.In hoc eñ sacramento nõ solũ quælibet gratia,sed ille à quo est oĩs gra sumit.Christ9 eñ p salute mundi semel factus est hostia salutaris,rei reconciliatio gnalis, omnibus sacramentis tam præcedentib9 quàm subsequentibus uirtutem dedit & efficaciã,ut tanta & tali hostia sanctificarentur omnes liberandi per illam. Vnde legit.Quia agnus occisus est ab initio seculi,his uidelicet qui fuerunt Apoc.13. ab initio:ita ut per hoc quod dicit ab initio, determines non tempus occisionis,sed salutis.Prius enim mors ei9 p̃ fuit,quàm fuit.Prius promissio,ac deinde exhibitio. Ab initio ergo seculi occisus est.Benignissime Iesu,nobilissimæ sponsæ tuæ dotalitium indulsisti,ut uel sic teneret columba tua dulcissimum memoriale dilecti sui.Christus eñ pridie quàm pateret,discipulis suis hui9 sacramenti formã præscripsit,efficaciã exhibuit,id est fieri præcepit. Formæ præscriptio in pane & in uino.Notate ordinẽ.Cũ adhuc cœnaretur,à cœna surrexit, discipulorum pedes dñs uniuersorũ lauit,dehinc ad mensam regressus,ordinat sacrificium corporis & sanguinis sui,seorsum panem, seorsum tradens & uinum.De pane ita dicens:Accipite & comedi Matt.26.

te:hoc est corpus meum.De uino etiam sic:Bibite ex hoc omnes'.Hic est sanguis meus, qui pro multis effundetur in remissionem pctorū.Effundetur dictum est,quia passim & uiliter,quē utiq; punctura ueprium,fossio manuum & pedū cū clauis,lateris apertio cū lancea militari fortiꝰ ex primētes,ad modum torrētis fuderūt extrinsecus.Eratq; ille sanguis pciosior cariorq; balsamo, p quē sordiū nrarum facta est mūdatio.Nota.Christus in cœna illa muneRans & munus,cibās & cibus,cōuiua & conuiuiū,offerēs & oblatio.Audistis formā sacramēti,audite efficaciam & cōionē corpis & sanguinis dñi.Et nos Iesu Xpo & Iesus Xps nobis,ī untiate fœderat inenarrabili,sicut ipe dicit:

Ioan.6. Qui manducat carnē meā,& bibit meū sanguinem,in me manet & ego in eo.De bonis& digne sumētibꝰ hoc sentiē dum est,nō de flagitiosis & pessimis.Sanè in mensa una,in cœna domini,de uno pane cōsecrato Petrus & Iudas accepit,bonus in uitam,pessimus in pœnam.Bonus in beneficium,pessimus in testimonium.Bonus in salutem, pessimus in mortē.Quod totum usq; adhuc in ecclesia cōplet in sacramento altaris,bonis quidē in bonum sumētibus, canibꝰ uerò & immundis nō sic.Canes sunt q irreuerēter accedūt,& ideo iudicati abscedunt.Qui em̄ fm carnē uiuūt,& post carnalia euagant,catena uitiorū compediti, cū Iuda proditore uenenū accipiunt,spūalis suspendiū laqueū incurrūt,grauissime dānādi,tū p multiplici reatu, tū pro sacramēti cōtēptu,qd' reuera accipiūt,sed essentia, non salubri efficacia.An non discernet inter glebas, qui discernit & inter stellas:Examinabit certè argētū,q ipsum quoq; aurū pbauit & reprobauit.Ecce audistis fructū & utilitatem bonorū,audistis etiam & expauistis(ut credo) ad perditionē malorū:audite mō,& obstupescentes admiramini.Nulli angelorū,nullis spiritibꝰ supernis,sed hominibꝰ,nec tm̄ oibꝰ,sed ordini uestro tm̄ mādatā cē tāti sacramēti celebrationē ī altari,q̄ Xps fecit manibꝰ suis ī cœna paschali.Expositis igit forma & efficacia sacramenti,restat dicendum quibus in uerbis mādauerit Xps illud celebrā

Luce.22. dum.Hoc facite,ait,in meā cōmemorationē.O uerba nimis affectuosa.O uerba pungitiua & penetratiua usq; ad animā.Hoc facite inqt in meā cōmemorationē. Propheta

Psal.44. etiā dicit:Memoriā abundātiæ suauitatis tuæ eructabūt. O summe pia & uerè suauis memoria, annūciare mortem domini donec ueniat. Mors Christi opus sine exemplo, humilitas sine modo,donū sine precio,& gratia sine merito.Hāc ppter nos subire uoluit,q pnā nostra super lignū sustinuit in cruce sua,scilicet pœnā peccatorū,cuiꝰ liuore sanati sumꝰ.Quid facis hō idigne? Quid facis hō ingrate? Adora deotiꝰ,& recole frequētiꝰ in sacramēto altaris salutē mūdi,p te passam,uitā pro te mortuā,fortitudinē infirmatā.Si mēbrū Xpi es,cōpatere capiti tuo.Si frater Xpi es,cōmorere frī tuo.Plange,dole cū gemitu & lachrymis super mortē pciosam unigeniti dei patris.Alioqn si non doles,si non plangis,si nō cōpateris, delyras, degeneras, beluā sapis,lethargiā pateris:hominē diffiteris. Cæterum ut amplius mouearis imo ut magis incalescas in amorem tui redēptoris,uoluit Christꝰ ut iugiter coleretur per mysteriū,qd' semel offerebat in pciū,& illa perennis uictima uiueret in memoria,& pns esset semper in gratia.Quod & ita est.Licet enim recrudescat peccatum in multis, gnalitas tamē originalis culpæ ita prorsus ablata est,leuiathan uerme uenenato in uirtute fulgurantis hastæ mortis Iesu Christi transfixo,ut ad expiationē eorū qui quotidie admittuntur,Christum denuo nō oporteat crucifigi:imo sit omnium sufficiens medicina,si per fidem & imitationem præteritæ mortis habeat memoria. Christe Iesu,mortis tuæ memoria tanquā opus pigmētariū,quasi thus redolēs in diebus æstatis,quasi regio aromatū quā purgat æstus

Eccl.50. solis,& quasi flores rosarū in diebus uernis: & quasi lilia quæ sunt in trāsitu aquæ.Gratulare spōsa,gaude incōparabiliter,pfidētē habes & rectorē sponsum in pntis exilij militia.Pignꝰ habes,arrā tenes,quibꝰ feliciter spōso uniaris in patria.Gloriola & amabilis sponsa, in terra sponsum habes in sacramento,in cælis habitura es sine uelamento. Et hic & ibi ueritas:sed hic palliata:ibi manifesta.Hic utiq; sponsum habet ecclesia suo ordine:nondū puritatis manifestate,uel æternitatis securitate.Hic reuera quasi dulce pludium,& iucunda desponsatio:ibi nuptiale conuiuiū,& beata fiet coniunctio,cū de fide ad speciē,de mense ad mēsem,de sabbato ad sabbatū,de calore panum,ad æternalis cōuiuij caloré trāsibimus. Vnde suspirat spōsa,& dicit cū Moyse:Ondē mihi teipm. Nec imerito. Ipe em̄ Iesus q dul Exo.33. cis est in uoce,dulcis ī facie,dulcis in noie,dulcis ī opere, dulcior apparebit in deitatis uisione.Verè dulcis in uoce, de cuius ore lac & mel procedit.Diffusa est enim gratia in labijs suis.Verè dulcis in facie:speciosus enim est non solū præ filijs hominum,sed etiā præ milibus angelorum.Verè dulcis est in noie.Dulce em̄ nomē & suaue Iesus,consecratum ab æterno,nunciatum ab angelo,prophetatum Salomonis oraculo,qui ait:Oleum effusum nomen tuum.Non Cantic.1. autē aliud nomē est:in quo saluari oporteat.Ipse em̄ salus Matt.1. est:qui saluū faciet populū suū à pctis eorū.Dulcis in opere,in celebratis miraculis,in pctoribus couuersis,in sacro pretiosæ mortis,qd' hūanæ blandit infirmitati.In hoc em̄ charitas præfulsit,pietas magis emicuit,gratia plus radiauit.Cæterū longe dulcior erit in deitatis uisione,quando manifestabit seipsum residēs super soliū præ oibus excelsum.Tunc satiabitur desiderium nrm,qd' propheta desideRans aiebat:Tibi dixit cor meū,exquisiuit te facies mea,fa Psal.26. cie tuam dñe requiram.Quid enim mihi est in cælo,& à te Psal.72. quid uolui super terram: Et alibi. Adimplebis me lætitia Psal.15. cū uultu tuo.Vnde preciosior dicit faciei uisio,quàm speculi frequens imaginatio.Nō em̄ pari oino iucunditate sumit cortex sacramenti & medulla frumēti,fides & species, memoria & præsentia,æternitas & tps,speculū & uultus, imago dei & forma seruí.Hic autē ambulamꝰ p fidem:necdū per speciē.Interim deliciari & gaudere debemꝰ in sacramento altaris,in cuius confectiōe fidelis minister inuenit seipsum in medio patris & filij & spiritussancti, abstātibus etiā ex omni latere supernis ordinibus.Sacramentum prænobile,mysteriū superexcellentis gloriæ affectat & requirit plurimū festiuā celebritatem tam illustriū personarum. Quicqd de ascensu sacerdotis in illa hora seu pfectu cogitari potest uel dici,lōge infra dignitatem ueritatis est.Ibi delicíatus animus boni sacerdotis seipso altior effectꝰ,conatur,festinat,ascendit,crescit desiderium:& quanto magis sursum tollitur,tanto amplius extenuatur,ita ut omnē terrenæ concupiscentiæ nebulam euaporans,totus spiritualis hominē in hoie exurat,& in abscondito faciei dñi glorieť.Nec enim ab intuitu propitiatorij in sanctasctorū mens pia thurificās,& deuotio sacrificans phibeť:sed rari sunt quos ad profunditatis huius cardines puritas admittat,quos ad huiusmodi culmē sanctitatis integritas rapiedo sustollat.Videt itaq; minister sanctus & sentit deum spiritualiter,qui pater est omnium per creationem,suum specialius patrem esse per dignationē,quia ipse pater est oim pupillorū per gratiam,quibus uidelicet mortuꝰ est pater nequā,id est mūdus,& mortua est mater pessima,id est carnalis cōcupiscētia.Beatꝰ qui dicere audet,qui dicere po- Psal.26. test:pater meus & mater mea dereliquerunt me, dñs autē assumpsit me.Videt quoq; & sentit filiū dei fratrē suū amātissimum esse,qui paruulus pro nobis factus frater reuera Psal.21. est paruulorum,id est humilium. Narrabo,inquit,nomen tuum fratribus meis,in medio ecclesiæ laudabo te. Videt & sentit spiritū sanctū à patre & filio procedentem, domesticū sibi esse fautorē,& defensorē suū, quia ipse cōsolator est uerè pœnitentiū,aduocatus in se sperātiū.Videt iterū & sentit angelicos spūs profectibus suis applaudentes,& ut conciuis ipsorū ascribi mereatur,ardentius inhiantes. Ista ecclesia prōptuariū qdē est eorū qui in cælis cōscripti sunt.Huic ecclesiæ illa quæ suspensis organis ad deum suspirat adhuc super flumina Babylonis, origīali cognatione coniungit,& naturali affinitate,moribus & uotis unitur.Ab eo utiq; ministro qui huiusmodi est,uitulus sagi-

natus,integer

natus,integer ac perfectus,agnus anniculus,plenus,& im maculatus cum omni suauitate,dulcissimo sapore,gratissi ma iucūditate percipitur:& sumptus nō consumit.Cibus enim uitæ est,qui de cælo descēdit.Potésne æstimare qua le uel quātum est hoc sanctūsanctorū,& sacramentū sacra mentorū,amor amorū,dulcedo omnium dulcedinū:Hæc sunt ucrè festa paschalia,hæc sunt gaudia & fercula uitalia iustorū,hæc sunt spūales delitiæ iustorū & sanctorū. Hic bibuntur in loco uberi torrentes lactis,flumina mellis,li quores balsami cælestis.Hic efficitur una caro sponsa cum sponso,unus spiritus sancta anima cum Christo.Experien tia horum & similium,spiritus & uita est,nec animalis ho mo horum sensu fruitur uel accessu.Amici sponsi,id est bo ni epi,boni abbates,& cæteri timorati & religiosi uiri,gu stauerūt & plenissime sunt experti qđ nos dicim9.Ideoq; ad mensam altaris frequenti9 accedūt,omni tēpore candi da facietes uestimēta sua(id est corpora),put possunt me lius,utpote deū suū manu & ore cōtrectaturi,& colloquē tem sibnpsis audituri.Ibi em̄ celebrat familiare colloquiū inter deū & Moysen amicū suū,id est bonū & fidelem mi nistrū.Cæterū sermo ille nō est sonans,sed penetrans:non loquax,sed efficax:nō obstrepēs auribus,sed blandiēs affe ctibus.Sermo ille nō popularis,sed angularis & priuatus. Nō sonat in foro,nō audit in publico,secretū consiliū se cretū quærit amicū.Auditui ,peculdubio gaudiū dabit & lætitiā,si sobria cordis aure pcipit.Audi(inqt dns)Israel & tace.Respōdit fidelis amicus,& fidelis seruus piæ fami liaritatis ausu,non tamen uocali plausu,sed suaui planctu, dicens cū Samuele:Loquere dne:quia audit seruus tuus. Et cum propheta:Audiam quid loquatur in me dns deus. Certè ibi loquit Xps cum ministro suo.Pēsa,inquit,iugi ter,repone fideliter,amplectere suauiter quod uides,qp a gis,qđ tenes,amplectere inquā piæ recordationis affectu, & piæ imitationis effectu,sciens quoniam talia oportet te præparare. Apparatus mensæ istius,non hois est,sed fidei: non facinoris,sed mysterij:non tēporalis alimēti,sed æterni.Qui sum auctor muneris,ipse sum testis ueritatis.Altare cui assistis,quam pro te sustinui repræsentat crucem,& calix sepulchrum in quo mortuus quicui , patena lapidē suppositū,corporale sudariū:substractoria corporalis,lin theamina quib9 inuolutus fui.Hostia quam uides,iam nō est panis,sed caro mea quæ pependit in cruce pro mundi uita.Sanè mutatio ista benedictionis opus est,non origi nis.Virt9 hoc facit,non usus:effectus est potentiæ,nō usus naturæ:dignatio est,non ratio.Misericordia est,non mise ria.Non commune,sed solum:diuinum est,non humanū: pietatis sacramētum,non deitatis detrimentum . Hic per eat phisicale nutrimentum.Cibus iste non est uentris,sed mentis.Non est enim datus ad ruinas huius uitæ,quæ ua por est ad modicum parens,sed ad æternam uitam animæ conferendam.Iste est panis angelorum qui nescit putresce re,non uadit in secessum,sed tendit in excelsum.Illuc redu cit hominem,unde traxit imaginem.Caro autem mea ue rè est cibus . Similiter liquor iste quem uides,iam non est uinum:sed sanguis meus,quem pro te fudi in pretium,ti bi reseruans in altari poculum,in peregrinatiōe tua præ sidium,in exitu de Aegypto cōductum,in cælo uiaticum. Ego botrus carnis,pro salute tua portatus sum ad torcu lar crucis:inde eliquatū est mustū tuæ redēptiōis.Sāguis autē me9 uerè est potus.Mira sunt fratres quæ de sacramē to isto dicunt.Fides est necessaria,scientia ratiōis superua cua.Scientia ratione & intellectu colligit,fides sola aucto ritate inducitur.Augustinus contra Felicianū:Hoc fides credat,intelligētia nō requirat,ne aut nō inuētū putet in credibile,aut repertum nō credat singulare.Hæc sunt fra tres quæ fidē necessario exigunt,rationem oīno nō admit tunt.Expetūt simplicē creditorē,arguunt impiū discusso rem.Et ideo credi oportet simpliciter,qđ inuestigari non potest utiliter.Hic est ille torrēs quē trāsuadare nō potuit Helisæus.Nolite itaq; nolite quærere quomodo fiat,noli te dubitare utrū fiat.Nolite irreuerenter accedere,ne uo bis ad mortē fiat.De9 em̄ est,& quāquā panis mysteria ha beat,mutat tm̄ in carnē.Deus & hō est,qui testatur panem ueraciter fieri carnē suam.Vas electionis est,qui minat iu dicium nō dijudicanti tam sanctam carnē.Idipsum ō chri stiane de uino sentias,id honores i uino.Creator uini est, qui uinum prouehit in sanguinem Christi.Doctor gētiū est,cuius assertione mortem bibit,bibens indigne sangui nem Xpi.Et sciēdum qp aqua mixta cum uino notat unio nem membrorū cū capite suo.Aquæ em̄ multæ,ppli mul ti.Tres autē portiōes quæ in altari fiūt de corpe Xpi,my stica significationē hūt.Est em̄ corp9 xpi, uniuersa eccli a, caput scilicet cū mēbris:& iueniunt i corpe isto quasi tres ptes ex qb9 totū corp9 cōstat.Vna pars ipm caput.Caput enim & caput est,& pars corpis filiter.Itaq; caput ipsum pars corpis una est.Caput inquā qđ iā immortale & im passibile resurrexit,nō morituru neq; passuru ampli9.Al tera pars corporis est in mēbris illis quæ iā cū capite suo quasi in sabbato quiescūt in aia,immortalitatis unam sto lam possidētes quātū ad aias in cælo.De talib9 dicit:gau dēt in cælis animæ sctōrū.Sunt igit duæ partes istæ simul, caput scilicet,id est Xps,& altera pars corpis,id est boni defuncti,quorū corpa requescūt i sepulchris,& aiæ cū Xpo sunt.Propterea in altari duæ ptes reseruant extra calicem quasi extra passionē,qa bti iā nullū sentiūt dolorē,qm̄ hæc priora transierunt.Tertia portio quā in sanguinem poni mus,illā partē ecclesiæ significat,q̄ calicem dni bibit,id est Xpi passionē imitat.Cui in aplis à domino dictum est:In me pacē habeatis,in mūdo pressurā habebitis.Odor, spe cies,sapor,pondus remanēt ad mysteriū ritum,& ad gust9 suffragium,ut horror penitus tollat, & meritū sortiatur. Etenim ne humana infirmitas esum carnis & potū sangui nis in sumptiōe horreret,Xps uelari& palliari illa duo uo luit speciebus panis & uini,quæ inter humani generis us tualia quodammodo tenent principatū.Nā ad literā qui dem præ cibis oībus cor hois confirmat panis,& uinū læ tificat.Sic itaq; corpus& sanguinem suum sumēda propo suit,ut sensus in uno foueretur,in altero fides ædificaret. Fouet em̄ sensus in uno,dū solita tātū & cōsueta pspicit, ædificat fides in altero,dum oculo carnis uidente,aliud ex terius , oculus cordis,aliud sentit & reueretur interius. Aliud em̄ latet,aliud patet.Posuit enim tenebras latibulū suum.Quemadmodū enim species illic uidentur quorum res uel substantiæ ibi esse non creduntur,sic res ueraciter & substantialiter creditur,cuius species non cernit.Videt enim species panis & uini,& substantia panis & uini non creditur.Credit autem substantia corporis & sanguinis Christi,& tamen species nō cernitur.Proponitur igit spe cies panis & uini,ut doceat plena & perfecta esse refectio in sumptione corporis & sanguinis Christi,plena refectio cibi & potus.Cibi autē & pot9 substātiæ principales sunt panis & uinum.Cū autē unū sit sacramentū,tria ibi discre ta proponunt,scilicet species uisibilis,ueritas corporis,& uirtus gratiæ spiritualis.Aliud est species uisibilis quæ ui sibiliter cernit,aliud ueritas corporis quæ sub uisibili spe cie inuisibiliter credit,atq; aliud gratia spiritualis quæ cū corpore & sanguine uisibiliter & spūaliter pcipit à solis di gne cōicātibus.Tria quippe in sacramēto altaris attēdere debes,speciem panis,ueritatē carnis,uirtutem gratiæ spi ritualis.Vsq; ad speciem panis sensus pertingit exterior, ad ueritatem carnis fides interior,ad uirtutem gratiæ spi ritualis charitas superior.Speciem panis rodit aliquādo sorex paruissimus,christianus recipit etiam pessimus,uir tutē gratiæ spiritualis nō nisi prædestinatus recipit.Qđ itaq; uidemus,species est panis & uini.Quod autē sub spe cie illa credimus,uerū corpus est & uerus Christi sanguis quod pependit in cruce,& qui fluxit de latere . Comestio itaq; sacramentalis quātum ad uisibilem speciē,& quātum ad corpis Christi ueritatē,cōuenit bonis & malis cōiter. Sed est alia comestio sicut iam diximus bonorū solummo modo,quā p dei grām & per fidē ex dilectione operātē ui tæ meritum efficit,& affectus mentium in cordibus perci

Deut.3. Psal.84. Psal.6. Ibidem. 1.Cor.11. Ibidem. Psal.17. Nota. Ioā.16.

Universidad de Deusto Biblioteca

pſētiū uel miniſtrātiū, intercedēte ſpūali & ſubtiliori quadam unione capitis & mēbrorū. Vnde eſt illud: Vt nobis fiat corpus & ſanguis filij tui. Nobis, inquit, fiat. Fit enim peuldubio corp⁹ dñi in menſa altaris ſemp cū ſolēne illud celebratur myſteriū ritu debito, ſed non ſemper eis fit per quos fit. Vnde illud item in canone: Vt quotquot ex hac altaris participatione ſacrm filij tui ſumpſerim⁹, oi benedictione & gratia cæleſti repleamur. Nō em oēs qui corpus dñi ſumūt, ex participatione altaris ſpūaliter illa benedictione cæleſti & gratia replent. Vñ eſt illud: Vt qđ tpaliter gerimus, æternis gaudijs conſequamur. Itē: ut quæ uiſibilibus myſterijs ſumēda percipimus, inuiſibili cōſequamur effectu. Et multa in hūc modū. Hoc itaq; ſacramentum ab æterno repoſitū, diabolo celatū, prophetis reuelatum, ſoli citudini ueſtræ creditū, debita eſt gratiarū actione proſequendū. O ſacrū, ò cæleſte myſteriū ueſtrū. Laudabile deſideriū, inſigne ſpectaculū, ſolēne miraculū. De⁹ qui mirabilis eſt in omnib⁹, ſeipſo certè mirabilior quātum ad uos oſtenditur, dū mirabiliora per nos operatur. Quid plura? Sacerdotes dei benedicite domino, digna deo ſatagētes, ne uobis fiat in ruinam, qđ digne ſumentibus prouiſum eſt ad medelā. Sacerdotes dei non immerito uos dixerim, ſi uixeritis ſacerdotaliter in domo domini. Non enim pro uenit dignitas in hoc nomine quod eſt ſacerdos. Non inquā ex nomine, ſed ex uirtute: cōuerſatione, nō officio: merito, nō uocabulo: ſanctitate, non miniſterio. Vñ ſcriptura dicit: Sacerdotales uiros quærimus, qui plures habemus ſacerdotes. Plures inquā numero, non merito: ſimulatiōe, non fide: ſpecie, non uirtute: commixtione corporali, non uinculo ſpirituali: carnis adiunctione, non cordis unitate. Sunt enim lotis manibus: tū illotis operibus: cruenta conſcientia ad diuina accedūt ſacrificia, comedunt ſine timore & ſine reuerentia carnes agni qui præſidet in cælo, ſicut carnes quæ uenduntur in foro. Non ſicut ſacerdotes aſſiſtunt in altario, ſed ſicut carnifices in macello. Graue igit pondus, graue eſt periculum iſtius honoris. Gradus quippe iſte gradus caſualis eſt, gradus iudicialis eſt, niſi meritis illuſtretur dignitas unctionis, nobilitate morum, exercitatione uirtutum, & inſtantia bonorum operum. Fodite igitur chariſſimi domeſticos parietes, id eſt ponite corda ueſtra ſuper uias ueſtras. Satagite quātum poteſtis redimere
1. Theſſ. 5. cito in quibus offendiſtis. Dies em dñi ſicut fur ita ueniet. Sicut enim nihil certius morte, ita hora mortis nihil incertius: quod ut dignum eſt penſate, & ad penſandum circūſpecti⁹ inuigilate. Deo quidem erit ad gloriam, angelis ad lætitiam, ſubditis ueſtris odor ad uitam, uobis aute ad coronam. In quo Chriſtus & chriſtos ſuos exaudire dignet, miniſtrando auxilium gratiæ ſuæ, qui uiuit & regnat per omnia ſecula ſoculorum, Amen.

¶ *Sermo de priuilegijs beati Ioānis baptiſtæ.*

HOdie dilectiſſimi dies nobis illuxit inſignis, & tanto diebus cæteris ſanctior, quanto ſanctiorem hominem terris infudit. In hac ſiquidē die natus eſt ſanctorum ſplendor, iuſtorum gloria, lætitia angelorum, excellētiſſimus homo, conſanguineus Chriſti, amicus ſponſi, ſponſæ præparator unus eſt, & ſimilē non habet, qui choris inſertus angelicis, ſublimioris coronæ titulis uniuerſitatis hūanæ tranſcendit aſcenſum.
Matt. 11. Deniq; inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne baptiſta. Felix homo qui feliciter cælorum perambulans officinas, curſu uelociſſimo ſequitur redemptorem, nec alicuius præcluditur faſtigio dignitatis, quē ſummæ felicitatis immenſitas largius irroranit. Lætantur angeli, & utriuſq; naturæ numeroſitas admiratur hominē ſic ingreſſum abyſſum luminis, & inter interna diuinitatis abſorptum, ut ipſam reuerberet aciem angelicæ puritatis. Leuētur omnes uiri meritorū, & prærogatiuis ante cōſiſtorium maieſtatis exultent: non erit tñ qui ad beati Ioānis baptiſtæ priuilegiū audeat aſpirare. Age iam agrediamur ingredi uirtutum inſignia, quæ deus maieſtatis in ramico ſuo glorioſa glorificatione ſignauit. Sic em ab ortu uitæ ſuæ uſq; ad occaſum conuerſat⁹ eſt eū hoibus, ut forma uitæ, morū informatio habeat. Et licet huius ſermonis aurea non rutilet pulchritudo, tentabimus tamē rerū ueritatē qualicūq; ſtilo perſtringere, illud ſapientis attendētes. Prudētib⁹ qui Nota.
ris non placere falerata, ſed fortificata. ¶ Primus enim honor eſt, gloria in annūciatione. Nō eſt diſſimulāti ſilentio trāſeundū, quàm ſolēni glorificatione pueri huius in hūc mūdū nūciat⁹ ingreſſus. Adeſt angel⁹ Gabriel, & à ſuperiorum cælorū cardine dñi fortitudo deſcēdes, ſtat à dextris altaris incenſi. Nec quilibet angelus, ſed ille ſublimior qui beatæ uirgini nūciū attulit ſingulare, etiam electus eſt ut annūciaret militē, qui regē nunciare debebat. Aſtat ſacerdos ſacerdotalibus indutus, & multiplici ueſtimentorum uarietate, cæleſtium ſacramentorum præfigurās imaginē, purgationē pctōrū myſtici ſanguinis aſperſione deſignat. Conſiſtit coram arca fœderis, ante teſtamenti tabulas, & urnam auream habentem manna, uirgam Aarō, cherubim & propiciatorium, ſolenniter infulatus, uultui dei, gloriæ maieſtatis, rerū omniū domino uota percelebrat. Dies in ſtat ſolennis, & cæteris diebus multitudini Iudæorum celebrior, dñi præcipientis atteſtatione ſublimis, ſanè ſpectabilis & feſtiua, in qua ſola ſoli pontifici licebat introire in ſancta ſanctorū, & aſpergine multiformi ſummæ diuinitatis iram refrigerare. Conuenit undiq; in ſanctam ciuitatē, & populorum turba frequentior cumulat materiam gaudiorū, Inter quæ ſacra conſiſtens archangelus, ne timeas Luce. 1.
inqt Zacharia: quia naſcetur tibi filius, parētum gaudiū, nobilitas generis, orbis exēplum, finis legis, euāgelij principium, mortis expulſio, ianua uitæ, decus hominū, cōuerſationis ſplendor, omnis iuſtitiæ principatus. Et ne diffuſiori tractatu rerum excellentiam confundamus, naſcentis & conuerſantis integritas in libris euangelicis plenius aſſignatur. Conſidera nūciantis ſublimitatem, loci dignitatem, diei reuerentiam, & tunc intelligere poteris quàm ſuperexcellenti gloria Ioannis baptiſtæ genitura prædicet. Salua igit redemptoris reuerentia (quia non derogamus regi ſi regis militem honoramus) cum ille dominus, hic ſeruus: ille creator, hic creatura: digniori præmonſtratione Ioannes nunciatur quàm Chriſtus. Chriſtus fortaſſis in thalamo, Ioannes in templo, & nō ſolum in templo, ſed etiam ante ſancta ſanctorum, & inſigni die ſolemnitatis eorum. Ioannes ab eodem archangelo, in loco digniori, tempore ſanctiori, apertiori miraculo prædicat. Recole Iſaac Geñ. 17.
ab angelis nunciatum, Sampſon per angelū prædicatum, Iudic. 13.
& uniuerſam Nazaræorum ſectam conſpice, & ſolū baptiſtam tam in hoc quàm in alijs inuenies digniorem. ¶ Secūdus honor eſt ſanctificatio in utero matris. Quicunq; de maſſa præuaricante mundum ingredimur, longam reſtem originalis peccati nobiſcum trahimus, ſolus ille qui peccatum non fecit, excipitur: & quæ cum uirginali uteris ſui thalamo ignorans uirum & ignota uiro, terris effudit. Lōge quippe aliter quàm nos & diſſimili mō conceptus eſt, ſpiritu ſancto tota maieſtate uirginē inundante, ſuperans uſum carnis, naturæ ordinē, uiri commixtionem. Sic quippe decebat, ut pctīm neſciret qui pctīm tollebat: ut ſimilitudinē carnis pcti ſuſciperet, nō aūt carnem pcti. Cū igit oēs in iniquitatibus concepti ſint, neminē unquā mortalium intra materna uiſcera ſanctificatū legimus præter Hieremiam & Ioannem baptiſtam: quāquā & de ſingulari uirgine nulla ſit ambiguitas quin ipſa maternis circunſepta uiſceribus, ſublimiori ſanctificatiōis genere mundata ſit, utpote ſanctuarium illud in quo deus & dei filius carnem fuerat ſuſcepturus. Sed longe minor Hieremiæ ſanctificatio Hier. 1.
quàm Ioannis. Ille quidem in utero matris ſanctificatus, hic ſpiritu ſancto repletus fuiſſe cognoſcitur. Multo qppe excellētius eſt ſpūſancto repleri, quàm ſanctificari. Ibi enim ſanctificatio emūdationē, hic repletio inūdationē ſignat. Deniq; & apoſtoli qui manibus ſuis tractauerunt de uerbo uitæ, cū ſpiritū ſanctū accepiſſent de ſaluatoris aſſiatu uix quinquageſimo à reſurrectionis die ad illum gradum potuerūt peruenire ut diceretur de eis: Repleti ſunt Actū. 2.
omnes

omnes spíritusanctō. Et licet spíritussanctus largiorí tunc mūnere credentiū corda repleuerit, hoc tñ Ioānes legitur in utero assecutus, quod apostolica celsitudo tandem longiorí promissione meruit obtinere. Attende obsecro dílígenter quàm ordinata dispositione spíritus ille multíplex Hieremiā sanctificat, Ioānem replet, & superuenít in Marīā. Et Hieremiæ quidē admiranda sanctificatio: qa etsi in peccato cōceptus est, nascítur tñ sine peccato. Ante enim quàm exíret de uentre, sanctificatus est. Nec poterat nascí nō sanctus, qui in utero matrís erat sanctificat⁹. Mirā res, & à transactis seculís non audita, hoīem cōceptū in peccatis nascí sine peccato. Ioannem uerò longe glorioſior uírtus ímpleuit, qui & sanctificatus est à peccato, & ita dominante spíritu superfusus, ut & purgatus exeat, & repletus. Verè magnus coram domíno, quem angelus nuncíat, sanctificat deus, spíritus replet, uíta commendat. Ineffabiliorí enim modo superuenít in uírginē, quā tota díuínitatis plenitudo sine mensuræ discretiōe perfudit, ut totū caperet q fecit totū, ut non solū à peccatis abluta & repleta spíritu sancto, sed & de spíritusancto cōcepisse credar: quía quod in ea natū est, de spíritusancto est. Inde est q̄ singulari prærogatiua fides catholica filium dei natū de uírgine, conceptum de spíritusancto cōfitetur, ut díuínitatis & humanitatis índiuísibílis adunata connexio, uocabulorū índiffeRētia designet. Vides ergo quàm remotiorí príuílegio speciosus forma præ fílíjs hominum, à fílíjs hominum in cōcípiendo díscret⁹ sit. Illí etenim de pctis & in peccatis concepti sunt: hic in spíritu & de spíritusancto concípitur. Hæc sanè dicta sint de conceptione Ioannis. Sed sí in alíquo sanctorum auctoritatíbus uídentur obuiare, uolumus ut sine omní excusatíonum uel defensionum patrocínio subruantur. ¶ Tertíus honor est, excellentía in exultatione. A seculo non est auditum q̄ quís exultauerít in utero matrís, cum hic in gaudio exultasse legatur. Prorsus obstupēda dignatio, puerum uix cōceptū in motū exultatiōis erūpere, eíq; gratanter occurrere seruitío dulciorí, quem uírginalí substantiæ præsensit ínfusum. Beata anima quæ in uía peccatorum non stetit, sed secretiorí semita de cæléstíbus officínis egrediens, ínauditæ gratulationís est sortita dulcedínem. Felíx Elízabeth ad quam properat mater saluatorís: quam salutaríbus obsequíjs cælorum ímperatrix ímpertitur. Sed puer multo felicíor qui salutantís maiestatem agnoscens, íntra uíscerum tenebrosa uolumína gaudio gaudet, quía uím tam beatæ salutationis attendit. Et factum est, ínquit, ut audíuit salutationē Mariæ Elízabeth: exultauit in gaudío ínfans in utero eius. Ascendit cū festínatione uírgo in domum Zachariæ ad salutandam Elízabeth, portans in utero filium dei, regem gloriæ, domínum maiestatis. Occurrit Elízabeth, & antiquæ sterílitatis carēs opprobrijs, amícum sponsi, preconē uerbí, felicíssimo uentre deportat. Iunguntur amplexus, uenít ad oscula, & copulantur felíces uterí, regem & mílitem non níſi duo terrimí parietes abiūgūt. Quíd mírum sí míratur puer & exultat à tactu tā proximæ díuínitatis & afflatur? Poterátne uacare à quocūq; míraculo cuí præsens erat regis præsentía, regnantis mater, mundí redemptor? Quíd q̄ nō semel tam sanctorū amplexuū fuit celebrata cōiunctio? Māsit autē Maria cū illa quasi trib⁹ mēsib⁹, ait euāgelista. Tāto tpe manet cū Elízabeth uírginalis ītegritas, & nūc dulcíorí eloquio, nūc felicíorí amplexu Ioannē puerū conserat & ínsignit. Et fortassis usq; ad díē natiuitatis eius gloriosa uírgo cū cognata morata est, donec puerum natum sinu beatíssimo consoueret, & uno pariete remoto propínquiorem redderet præsentiæ creatoris. Facile autē hoc ex euangelij conjectura líquet, quía iam sex menses à conceptione Ioannis defluxerant, cum ad uírginē archangelus missus est: qui renouationē mūdí pudorí uírgíneo noua salutatione portauit. Exhinc uírgo festínauit ad Elízabeth, & tribus mensib⁹ cognatæ dignat uísitare hospitiū, donec noní mensis fine cōcluso, natiuitas immíneret patriarchæ. Alij qui líbrum iustorum diligētioríb⁹ oculis ínspexerūt, se uídisse testātur q̄ ipsa dei genítrix felicem puerum prímo de terra leuauít, & cognatæ partū omní prosecuta est seruítute. Quocūq; aūt modo reí huius ueritas decernat, illud p certo certū est quía nō parū contulit puero nascíturo tā felíx & morosum íntemeratæ uírginis consortium.

¶ Quartus honor Ioānis est, gaudiū in natiuitate. Erubesce lucífer, qui iam mane oriebaris, & conatuum tuorū frustratus ímpulsibus, tādem íntellige quía in nouíssimis díebus tanquā perdix stultíssimus remanebis. Machinatiónibus tuis factum est ut humani gñis uniuersitas in peccatis concíperetur, in tristítia nasceretur: sed ecce íste sanctificatus in utero, orif in gaudío, letítiāq; mundo sua natiuitate refundít. Ecce gen⁹ armaturæ qd̄ tíbí cōstítueras ad uictoriā, hoc Ioāní nascít ad coronā. Appētēde arma & scutū, & toto malignitatis tuæ spíritu debacchare, nec tamen poteris Ioannis irrūpere príuílegium, qd̄ benigna scribētis manus proprío charactere consignauit. Multum deceptus, multū delusus es. An ignoras q̄ tibí uír bellator ab adolescentia & etiam à matrís uentre consurgit? Nescis qa *Matt.11.* à díebus ístius regnum cœlorū uím patít, & uiolēti rapiūt illud? An oblítus es q̄ íste míttitur parare plebem perfectā *Luc.1.* domíno? Intuere ordinē rerum, & ab ipsis cōceptiōis suæ ínitijs ínuenies hunc ualidiorí conamíne tuam fortitudinem irrupisse. Tu fecísti quod fratrícida Cain qui primus natus est, pollutus & obuolutus exíret, & originalis peccatí respergeretur ínfamía. Hāc excepit orbis exterrit⁹, & humani generis subsecuta natiuitas, ad ínfimæ tristítiæ cumulū trāsmígrauit. Natiuitas autē Ioānis huí⁹ in gaudiū est & solēnitatem præclarā. Lætatur orbis, & per quatuor mundí clímata circūsonat glorioſæ festiuitatis ínstantía, ipsis etiā cælis celebris & famosa. Quíſputas puer íste erít? *Ibidem.* Amícus sponsi, ínimícus sibi, seipso potentior. Considerādum etiā quāta dignitate præpolleat natiuitatis huius celebrāda deuotío, quātamq; gratiā in oculis ecclesiæ potuerít ínuenire. Nullí⁹ hominis natiuitatē præter soli⁹ dei ín auctoritatis arcem recepit ecclesía, huius ístius exceptiōe seruata. Nouit eñ quía melior est dies mortis díe natiuíta- *Eccle.7.* tís, & q̄ ortus hominū tristítia comitet. Inde est q̄ díē mortis martyrū non natiuitatis, solemnízat ecclesia, mortē tamen eorum natalitiorū nomíne nomínās, quib⁹ factus est de morte natalis. Tunc eñ cœperūt de morte nasci ad uítam, cū uítā deposuerūt pro uíta. Huius uerò natiuitatem spōsa Xp̄i tāto securi⁹ benecuolentíssima dignatione suscepit, quāto singularis eā ueritatis euangelicæ írrefragabílis cōmendat auctoritas. ¶ Quíntus honor est singularitas in conuersione & cōuersatione. Infra tenerítudinem annorū beatus íste puer ad eremum spū ducēte deductus est: nec obstítit ætatis ínfirmítas, quā maiestas dñi fœcundabat. Spíritus eñ sctūs non attendit sexuum differentiā, fragilitatē corporū, temporū annositatē, sed quēcūq; & qñcūq; & quō uult dignantíssima replet benígnitate. Relínquit Ioannes mundū, hoīes fugit, patriā nescít, parentes aspernatur, & in solíus díuínitatis apicem defigit obtutus. Míra rerū conuersio, hominē uix mundum ingressum, mundí fugere gloriā, & seculí cupidítates non solū obliuíscí, sed nescíre, perpetuūq; cū díuínitate habere consortiū. Recessus montiū, siluarū anfractus, & uallíū subteriacens uastítas, puero patríarchæ qñ nox coegerat, domicília præbuerunt. Nō mihí opponatur Hieremías, nō prædicātis pueritiæ uírtus audeat obuiare, quía sí ille cōsecrat⁹ fuerat in prophetā, hic in plusquā prophetā. Et licet ille populo futura prædicet: nō tñ conuersationis hūanæ declínat aspectus. Ioannes autem ætatis supgressus ínfantiā, & nobilioris gñis gñositatem oblítus soli uacat díuínitatí, factus forma uitæ, monachorum propositum, anachoretarū princípiū, totius religiōis assertio. Ecce hæc quidē p cōuersiōe. Porrò quāta sublímitas in cōuersatiōe fuerit, nō est currētis línguæ uolubílitate differendū, sed euangelicæ dígnítis cōprobādū eloquío. Ioānes, ínquit, habebat uestímē- *Matt.3.* tū de pílis camelorū: & zonā pellícēa circa lūbos ei⁹, escaaūt ei⁹ erat locusta & mel siluestre. Ecce q mollib⁹ uestíunt *Mat.11.*

Universidad de Deusto Biblioteca

ín domíbus regum sunt. Rigída uestis,& duríssimis hispídítatíbus cõtexta,rígore squalífero corpus afficit patríarchæ,carnemq; tenerrímã ímmatura dístrictio dísciplinæ,serítate coarctat,teneros artus,& sacratíorí spũ superfusos cõtínue quassat longitudo martyríj. Cibus autẽ eí⁹ qualis erat: Nõ quærunt perdíces,fasíaní,seu alíæ aues,non per totã currít regionẽ ut patríarchalis stomach⁹ ímpleatur, sed erat esca eius locusta & mel sílueſtre. Cæli rore pascít,& animalís uilíssimí satíatur edulío,nihílq; coctum accepit ie íunantis austeritas. Castígato uentrí & díuturna macerátione dístẽto ígnota fuit uarietas ferculorũ,nec ıntroíuit ín os eí⁹ qd' gulã allíceret,fussarcíret uentrẽ,stomacho blã
3.Reg. 7. díret. Helías comedit carnes:& sí quíd alíud apponebat, cũ gratíarũ actíone percípit: nec alíquem legímus ex ílla uetերí officína ad legís huius aspírasse fastígiũ. Vestís aspera,cíbus tenuís,mens deuota,profectò perfectum cõsecrãt patríarcham. ¶ Sextus honor est nouitas ín prædícatíõe. Hic uolo ut ıntendat attentio uestra: quía paulò subtílíus ad audiendũ materíæ præcípit magnitudo. Post peccatũ Adæ,ac íllíus díluuíj uastatíonem solẽnem,electa est íustorum ínfinita prope pluralítas,cum quíbus deus facie ad faciem locutus fuísse dígnoscítur. Transfertur Enoch,elígítur Noe,uocatur Abraham,Isaac dílígít,Iacob deũ facie ad faciem cõtemplatur,Ioseph saluator mundí uocat,nec tamen ín sermone deí ad íllos,uel íllorũ ad homines,fit alí qua mentío de regní cælestis perpetua mansione. Moyses assumít ín ducẽ populo Iudæorũ,Pharaoní ín deũ constítuít,facit deus p ípsum ín Aegypto magnalía,mírabílía ín terra Cham,terríbílía ín marí rubro. Ascendit Moyses ín calígínẽ ín qua erat deus,& dat eí ín monte multíplex præceptorum auctorítas,loquítur cum deo quasí homo ad uícínium suum,non est occultatum à Moyse quod fecit de⁹ ín occulto,& glorıosum nomẽ adonaí (quod oĩbus fuerat obuelatũ) eí reuelatur,sed ín hís oĩb⁹ regní cælorum memoría nec nomínat nec audítur. Astat Aaron summus sacerdos potentís uírgæ gestatíus,unctus & delíbutus cælestíum sacratíorum unctiõe,succedit Iosue,& omnís ílla ıudícum multítudo,nec est uel ulla tenuís mentío regní cælestis. Inuenít dñs Dauíd uírum sanctũ ſm cor suũ,Salomonem filíum eius sapientía cumulat sıngularí,& omnẽ íllum prophetalẽ chorũ spũssanctus ordínat & ínfundít,& nihil de cælestís regní gloría prophetatur. Claudit Helías cælũ annís tríbus & mensíbus sex. Helíseus etíam mortu⁹ mortuũ uítæ restítuít,& ab hís nec uel ulla scíntílla beatæ mansionís elucet. Quíd plura? A príncípío mundí usq; ad Ioãnem unıuersítatís humanæ electionem recollíge,nec ín sermone uel opere íllíus sanctuarij poteris reperíre dulcedínem. Vení ergo ad Ioannem,& audí uocem exultatíonís, uocem nouítatís,uocem lætítíæ,uerbum mísericordíæ,sermonem gloríæ,largítatem gratíæ,qd' celerauerat deus,tacuerat angelus,latuerat patríarchís, prophetæ nescíerũt.
Matt.3. Pœnítentíam,ínquít,agíte, appropínquabít enim regnũ cælorũ. Verbũ pœnítentíæ dulce& glorıosum,uerbum regní cælorũ lætũ & adorandũ,íllí soli primo cõueníẽs qui primus nouí testamẽtí fundamenta posuít. Hæc est uox de qua maxímus ílle cõtẽplator cælestíũ uísionum ín hæc uerApoc.14. ba prosequít: Et uox prima quã audíuí sícut cytharedorũ cytharízantíũ ín cytharís suís. A díeb⁹ Adæ usq; ad Ioannẽ organũ nr̃m uersum est ín uocem flentíũ: quía peccatorum frequentía,nec pœnítentíæ locus,duplex erat deplorandí matería. Occídís? occídí ſuberís: sabbato lígna collígís? lapídarí ſuberís: & ílle cuí propríũ est mísererí semp
Ezec.20. & parcere,nísí ferire non nouít. Dederat quíppe eís præcepta non bona præceptorũ dator,& ıustificatíones ín quíbus núere non possẽt. Hoc est quod ıustus míratur, díPſal.88. cens: Vbí sunt míæ tuæ antíquæ dñe? Ioannes natus ostẽdít medícamentũ uulnerí,pctõ pœnítentíã,ínıquítatí ueníam. Hæc est prima uox quã uox clamantís ín deserto ,pCant.2. posuít,& uox turturís audíta est ín terra nostra. Extũc mísit ín os nostrum canticum nouum carmen deo nostro, & resonat ín ore nostro gratíarũ actío & uox laudís,superex altat mía ıudícíum,pctõríbus parcítur,regnat pietas,ıustítía dıssímulatur,& míserendi non ferıendi quærit occasiõnẽ mísericors & míserator dñs. Cytharízãt ergo ín cytharís suís,qui uoluptatís effluxionẽ pœnítentíæ restrictione reuerberant,& de profunda pctõrũ uorágine respírantes (Pharaone submerso) cantãt ín uíj dñí qm̃ magna est gloría domíní. ¶ Septímus honor est dígnítas ín baptísmate. Sıngularís prorsus humílítas,uerbum caro factũ est,& ín perfectũ uírũ egredíens,relícta hominũ uníuersítate Ioannem quærít,Ioannẽ desíderat,ad Ioannẽ uenít. Terríbílís Psal.46. ín consílíj deus super fílíos hominũ: portãsq; omnía uer- Heb.2. bo uírtutís suæ purgatíonem peccatorum faciens, uenit à Galílæa ín Iordanem ad Ioãnem ut baptízaret ab eo. Stu- Matt.3. pet Ioannes,& tímore cõcutítur,ac patríarcham ínfinit⁹ horror ínsíluit. Ego,ínquít,à te debeo baptízarí: & tu uenís ad me? Dícit eí saluator: Sine modo,sic enim decet nos ímplere omnẽ ıustítíã. Acquíescũt utríq; salutarib⁹ monítís, & accíngít se Ioannes ad baptízandũ, ad susçípiẽdũ dñm regẽ angelorum. Exuítur uestímentís suís rex gloríæ,splẽdor lumínís,& figura substantíæ deí. Ioannís manibus attrectat caro ílla sumpta de uírgíne, candídíorq; deríuata matería nudatur ín flumíne,felícís baptístæ manib⁹ ínfundenda. Descendunt angelí,& cælorum agmína tota reuerentía currunt ad creatorẽ. Baptízantẽ & baptízatum numína domínantía círcuncíngunt. Infundít aquam capití creatorís creatura nobílíor,& deí uertícẽ mortalís dextera cõtrectat & cõtíngít. Pauet cælũ,stupet terra, ıordanís arrídet: mírant angelí dñm sabaoth ínter manus baptízantís concludí. Quíd est Ioãnes? quẽ cherubím & seraphím uíx audent aspícere,tu nudum tenere præsumís? Hic est ínquem angelí desíderant prospícere,cuí sanctus sanctus sanctus sublímí melodíarum organo beatæ cíuítatís cõuent⁹ íngemínãt: q sol⁹ ínhabítat lucẽ ínaccessíbílẽ,dñs uírtutũ, de⁹ scíẽtíarũ,mísericordíarũ pater,& tu non metuís? Tibí datũ est qd' omnibus negatũ est,baptízare eũ q baptízat omnes ín spírítusancto & ígne,uírgínem uírgínísq; fílíum uírgíneís manibus írrígare. Totus obstupeo,baptízãtem hominemq; deum reuereor, magístrũ dígnantẽ admíror, uereor dígnatíonem,& hoíem uídeo uíolentíã ípsís cælis ínferre. Porrò íllud quale est q ín ísto baptísmate termínatur lex,fínem accípít prophetía,& omnís ílla sacrificíorum multítudo propulsatur & pellítur? Hic íncípít & stabílítur nouæ regeneratíonís purgatío perduranda,& ín unã baptísmatís formã legalíum transeunt díspendía figurarũ. Ad ablutíonem enim aquæ,& ínnouatíonem spũs,sepelít hírcorum& uítulorum sanguínolenta congeríes,& peccatoríbus íd Iudæís relínquímus,ílludq; dauídícum attendẽPſal.39. tes: Holocaustum & pro pctõ non postulastí. ¶ Octau⁹ honor est príma reuelatío de trínítate. A creatíõe cælí & terræ usq; ad hunc locum nunquã trínítas manífeste hoíbus apparuít,sed rerũ ac uocũ ínuolucrís ínuoluta fuít tantæ clarítatís æternítas. Deníq; creatíonẽ hominís creator re- Gen.2. rum summa dígnítate commendans,faciamus, ínquít,homínẽ ad ímagínẽ & símílítudínem nostram. Reuerendum reuera príuílegíũ,nec ullí traditũ creaturæ. Creat ílla sublímíor numerosítas angelorũ,& elementorum ommíũ ordínatur uarıata connexío: sed omnípotẽtís præscíentia tm̃ opus taciturnítate alta prospectat. Vt uerò uenítur ad hominẽ,& nobílís creatura creari dísponítur,accíngít se trínítas ad creandum,& consílíum accípít sapíentía,ut creaturæ dígnítas creatorís príuílegío clara esse monstretur. Nec íbí tamen satís aperte díuínæ maíestatís ílluxere uocabula,cum ad angelos obsequentes quídam referant dominící sermonís oraculum. Vel sí mínus hoc cautum est,sígna pluralítatís absq; nomínum differentía prædícantur. Gen.18. Abraham tres uídít,& unum adorauít: sed ibí scripturæ factæ reuerentía,nunc míxtím,nũc separatím claudít eloquíum,ut modo dominum,modo uíros placeat appellare. Iudæí tamen hic magnam texunt reprehensionís parabolam,tres angelos à domíno mıssos asserentes,unum adnatíuítatem Isaac prædicendam: duos ad subuertẽdũ Sodomã

dnam delegatos. Illum uerò cũ quo iustus loquitur, dícens: Dñe si inueni grã in oculis tuis, prophetali spiritu cognouisse somniant natiuitatis Isaac uenisse preconem. Illum adorat Abrahã sicut Bersabee Dauid regẽ, socijsq; eius propter ipsius reuerentiam indefessus assistit. Vnde & non nisi duo in subuersione ciuitatum infidelium numerantur, illo superiori iam reuerso qui natiuitatem Isaac fideli deuotione compleuerat. Tres enim uiri Saram uocari præcipiunt, sed unus est qui promissionis insperatæ manifestat arcanũ. Hoc Iudæi, & qui magis elegerunt iudaizare quàm credere. Sed ut breuiter cõcludam, oĩs illa patriarcharũ siue pphetarum societas, nullam uel in sermonibus uel in rebus de patre & filio & spiritusancto aperte legitur fecisse mentionem. Veni ergo & intuere filiũ Zachariæ deũ & hominẽ propriis manibus contingentẽ, & uide qa cæli aperiuntur ibi, & descendit spiritussanct9 corporali specie sicut colũba in Xp̃m, & uox patris audita est: Hic est fili9 meus dilectus. Vides qa ad sacratissimorũ nominũ nouitatẽ cælorũ palatia reserant. Pater audit in uoce, fili9 baptizat in flumine, spũssanctus demonstrat in colũbæ specie. Adest Ioãnes totus medius trinitatis, gloriosumq; baptistam signant induisse substantiæ aperta uocabula: nomenq; trinitatis prioribus seculis obuelatũ, absq; toti9 uelaminis obumbratione relucet. Dñe quis est iste, qa innotuisti ei? ¶Nonus honor est testimonium ueritatis. Audi qd de isto ueritas testetur. Cum audisset Ioannes in uinculis opera Christi, misit ad eum discipulos suos, & respõsum est eis: cæci uident &c. quæ euangelicæ ueritatis copiosa prosequitur narratio. Recedentibus autẽ nuncijs (ne forte in eorum præsentia adulationem redolere uideret) cœpit Iesus dicere de Ioanne. Quid existis in desertum uidere? Arundinem uẽto agitatam? O mira testificatio redemptoris. Quis ingressus est mundũ, & mundũ uel in aliquo nõ cognouit? Quis est quem uentosa felicitas, uel aduersitas turbida, uel cuiuslibet peccati aura tenuior non inflexit? Ad extremum subinfert q; terrã excedat, transeat cælum, ipsum uerticẽ angelicæ dignitatis attingat. Inter natos mulierum (dicit dñs) non surrexit maior Ioãne baptista. Quid uis amplius? De nullo dici potuit (dicit Augustinus) qd dictũ est de Ioanne. Nõ opponas mihi euãgelistam cæteris discipulis magis dilectum, non apostolorum principem omnibus apostolis antelatum, non uas electionis ad cæli tertij secreta translatũ, nec apostolicus splẽdor audeat occurrere præcursori: quia iam omnes isti ad adolescentiæ metas excesserant, cum à ueritate prolatum est inter natos &c. Considera mansiones regni, & uniuersum ordinem humanæ generationis circunuola, solumq; Ioannem tam ueteris quàm noui testamenti patribus uidebis esse præpositum uel æquatũ, tamẽ super oĩa benedict9 de9. ¶Decimus honor est assertio matris ecclesiæ. Texitur oraclamydis, unguentũq; profusum in capite, extremã uestimenti fimbriam inundanter perfudit. Hinc enim mater & magistra omnium ecclesiarum ecclesia romana, cui dictũ est, ego pro te rogaui ut nõ deficiat fides tua, in honorem Ioannis baptistæ post saluatoris nomen consecrata est & signata. Dignum nanq; erat ut sententia spõsi spõsæ sequeretur auctoritas, & singularem amicum eius. Illuc prouoheret, ubi principatum ipsa consecendit. Electio proculdubio hæc singularis est, in illa ipsa urbe Ioannem uendicare primatum ecclesiæ, quam duo cæli luminaria morte clarissima consecrarunt. Crucifigitur Petrus, gladiatur Paulus, & dignitas remanet præcursori. Purpuratur Roma multitudine martyrũ, totaq; sublimitas beato refundit patriarchæ. Ioãnes ubiq; maior, in oĩb9 singularis, mirabilis supoẽs. Quis sic gloriose annunciatus est? quis ita specialiter in utero matris spiritusancto legitur fuisse repletus? Quẽ legistis intra matris uterũ exultasse? Cuius natiuitatem uidistis celebrari in ecclesia dei? Quis sic eremũ concupiuit? Quis ita sublimiter legitur conuersatus? Quis pœnitẽtiã & regnum cælorum primus ostendit? Quis baptizauit regem gloriæ? Cui se primũ trinitas reuelauit? Cui testimonium tale perhibuit ueritas? Quẽ sic honorauit ecclesia? Vide si nõ omnia hæc ita singulariter sint huic singularia, ut nullus mortalium prædictis audeat inhiare. Forsitã mihi disponis opponere q; sic iste habet propria, ut & cæterorum sanctorũ cõmunia nõ attingat. Audi ergo. Ioãnes patriarcha, imo patriarcharum finis & caput. Ioãnes propheta, imo plusquam propheta: quia quem uenientẽ nunciauit, digito demonstrauit. Ioannes angelus, sed inter angelos electus est, saluatore attestante, qui dicit: Ecce mitto angelũ meũ, qui præparabit uiam ante faciẽ meã. Ioannes apostolus, sed & apostolorũ primus & princeps, qui primus fuit homo missus à deo. Ioãnes euangelista, sed & euãgelij primus incisor, prædicans euangelium regni. Ioãnes uirgo, imo uirginitatis insigne speculum, pudicitiæ titulus, castitatis exemplũ. Ioãnes martyr, sed & martyrum lumen inter natiuitatẽ mortemq; Xp̃i constantissimi forma martyrij. Prætereo quia uox clamãtis in deserto: qa preco uerbi: qa iudicis p̃cursor. Illud quoq; relinquo qa usq; ad Ioãnẽ lex & pphetæ, q; Ioannes ipse est Helias, q; lucerna sit ardens & lucens, q; amicus sit sponsi, sponsæ præparator. Silentio trãseo q; sic nouem ordinibus angelorũ insertus est, ut etiã ad seraphim apicẽ trãsferat. Verũ hoc adeò laborioso opis est, ut sensus nri pauptas non sufficiat. Sufficiant hæc ad p̃s q̃ de Ioannis laude dicta sunt ad gloriam redemptoris, qui est benedictus in secula. Amen.

Isai.

Matt.

Luc.

¶In festo beatæ Mariæ magdalenæ.

IOdie misericordia & ueritas obuiauerunt sibi, & multitudo miserationum dñi in peccatricem fœminã refusa est. Filius eñ uirginis, peccatricis & menstruatæ manibus attrectatur, deumq; atq; dei filiũ mulier infrunita contingit. Tangit pedes mũdi atq; mundantis, immunda: & uestigijs creatoris, mulier criminosa procumbit. Transit in affectum cordis præuaricatrix, & redit ad cor: & magnitudinem scelerum, lachrymarum multitudo condemnat. Dissimulat pietas tangentis officiũ, & obsequiorum instantiam remuneratorius ille maiestatis oculus felici dedignatione non inspicit. Osculatur Maria pedes Christi frequentibus osculis, & oculis inundantibus uestigia redemptoris infundit, tergit crinibus, odoriferis illinit & irrorat unguentis. Videt & inuidet singularitatis amator, & utrũq; redarguit pharisæi iactantia, illum ignorãtiæ, præsumptiõis istã. Sed deliberãs prouidentia suspẽdit iudiciũ, dum affectat obsequium: & inuectiuã retinet præparatã, donec Mariæ sacrificiũ ĩ holocaustũ pertrãseat. Gaudent angeli super peccatrice pœnitentiã agente, & odoris fragrãtia cælestis ille cõuentus aspergitur, saluantẽq; & saluandã tota misericordiæ dulcedo pertingit. Vbi abundauit delictũ, superabundauit & gratia, & numerositatẽ criminũ præponderans pietas intercludit. Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ dñe in peccatricis confessione, quàm iusta reprehensio in pharisæi superbia & abusione. Enumerat obsequẽtis obsequiũ, & per obliquũ tangit indignãtis iniquitas, tota literali cohærentia Simonis inuidiã impugnãte. Et quia ubi spirit9 domini, ibi libertas: dimittunt illi peccata multa quæ multum diligit, immittuntur illi qui multum negligit. Non erat satiat9 ab uberibus sponsæ, nec induerat cõpassionis affectũ, legẽ relegens quæ misericordiã nescit, nouit iustitiam. Lex dura duris & lapideis promulgata, parata percutere, nesciens misereri. Lex excludes pœnitẽtiæ locũ, ueniam negans, emendationis ignara. Lex uinum durum & acidum de botris amarissimis eliquatum, cõsecratum seritati, deriuatũ Israeli, saluatori propinatum. Vinũ de quo dentes bibentiũ obstupescunt: non de genimine uitis illi9 quod saluator bibit nouum in regno patris sui. Verè melliora sunt ubera sponsæ uino isto. Quænam ais sunt ista? Procedat in mediũ Paulus apostolus, & ubera felici lacte manantia nobis assignet. Gaudere, inquit, cum gaudentibus, flere cum flentibus. O quàm breui sermociunculo totius religionis depinxit insigne, quàm eleganti clausula proposuit pietatem, æquitatẽ statuit, submouit inuidiam?

2. Cori. 3.

Cant. 1.

Rom. 12.

Universidad de Deusto
puer.2.
Biblioteca

His uberibus mater ecclesia lactat proficientes, nutrit perfectos. Gaudere, inquit, cū gaudentib⁹. Faceſſat hinc ſeculares plauſus inſania, & lætitia mūdialis abſcedat: qa non eſt gaudere impijs, dicit dñs. Nunquid illorum os gaudio repleri æſtimas, qui lætantur cum malefecerint, & exultāt in rebus peſſimis? Sed illi qui laudibus adulatorijs rapiūtur, diuinæ iubilationis agnouere lætitiam. Nunquid qui ueſtiuntur purpura & byſſo, & epulantur quotidie ſplēdide, gaudiū & lætitiā obtinebūt? Abſit ut in terra ſuauiter uiuentium gaudiorum inueniaſ materia, cū tantis alternationibus tota mūdi facies immutet, ut eleuans allidatur, & reſpiret alliſus. Sed eſt gaudium continua ſibi iucunditate firmiſſimū, qđ perfect⁹ aius de ſecura ſibi conſcia pollicet. Mens eñ ab hui⁹ mūdi aſpergine pure, preſſeq; deterſa, & in diuinæ contēplationis acumen totū deſiderij ſui figens affectū, gaudēs gaudet in dño, & exultat aia ſua in deo ſalutari ſuo. Talis anima minas aſpernatur, neſcit timorem, ſpem falſam eludit, & omniū ſcandalorū immunis, in pace in idipſum dormiēs requieſcit. Pax multa diligentibus legē tuam (ait iuſtus) & non eſt illis ſcandalū. Nouerat eñ quia lictores non perſequunt martyres, ſed coronant. Cū huiuſmodi gaudētibus gaudet apl's, & ut abundāti⁹ gaudeāt, tota ſecuritate promittit. Hoc gaudiū certū & plenū eſt, tantoq; certius idē, quanto uicinius circa idētitatē imprimitur. Hæc eſt māmilla cōgratulationis, de qua lac exhortationis effunditur quo nutriunt perfecti, ut cū auulſi fuerint à lacte iſto, epulent ab introitu gloriæ dei. Secūda eſt flere cū flentibus. Nunquid apoſtol⁹ præcipit flere rerum amiſſionē, intermiſſionē uoluptatū, filiorum mortes, morborum inſtantiam, grauitatem inopiæ, potentiam fortiorū? Abſit. Plorandi eñ ſunt qui taliter plorant. Religioſa eñ triſtitia aut alienum luget pctū, aut proprium. Beati quorum luctus in hac intentione uerſatur: quia conſolatoriam poſſunt in hac expectare dulcedinē. O quàm leni & dulciſſimo ſpiritu imbutus eſt ſpūs illi⁹ qui nouit in ſpiritu lenitatis peccantem inſtruere, ſuſpendere uindictā, & affectuoſis uiſceribus iniſcerare ſibi peccatorē donec uitæ reddaſ. De hac compaſſionis mammilla lac conſolationis effundit, & hoc lacte paſcit apl's illos qui ſolido cibo ueſci non poſſunt. Amator innocentiæ, pacis amicus, patientiæ cibus, patientibus cōpatiens, & congaudens gaudētibus, perfectionis metā curſu conſummato contingit. Hæc ſunt ubera lacteis irrorata liquoribus, meliora uino, lacte dulciora, miſericordiā ſonantia, redolētia pietatē. Fragrātia, inqt, unguentis optimis. Digna prorſus ubera, de quibus eliquaſ unguentorum infinitas odorata diffluxione ciuitatē dei uiuentis circūquaq; reſpergens. Hæc ſunt unguenta quæ regina Saba attulit in Hieruſalē, de quib⁹ dicit ſcriptura: Nō ſunt allata ultra aromata tā multa, quàm ea quæ dedit regina Saba Salomoni. Quàm excellēter apoſuit optima, ſpūs ille ſubtilis qui totā ſibi libri huius rapit poſitionē? Eſt eñ unguentū bonū quod Maria pedibus ſaluatoris infudit, eſt & melius qđ eadē (ſi tñ eadem) ſuper caput recumbentis effudit: eſt & optimū qđ & ipſa præparauit toti corpori Chriſti. Primū unguētū cōtritionis eſt, de recordatione pctōrū, de ſpiritu contrito & contribulato deſcendens. Hoc infundunt pedes illius qui ambulat ſuper pennas uentorū: hic adorat Maria in loco ubi ſteterūt pedes eius. Steterunt inquā, quia ualidiſſima amoris manu pedem utrūq; retinuit, donec utrunq; perungeret, & audiret criminum remiſſionem, & dimiſſionē in pace. Remittunt, inquit, tibi peccata, & uade in pace. Magnā prorſus miſeriam, magna miſericordia diluit & abſtergit, & hoc quidem feſtinanter, quia ſine ullo interuallo cōiunguit & lachrymæ peccatricis, & miſericordia ſaluatoris. Remittunt pctā, & in pace dimittit, ut & de præterito ſit ſolicita, & ſecura de futuro. Pedes iſti ſunt mia & iudicij: quorū alterum ſine altero oſculari uel temeraria ſecuritas eſt, uel deſperatio fugiēda. Quis enim dei miam indefinenter attēdens, non ſtatim tepidioris uitæ quietem exoptet? Cum eñ recogitat uniuerſitatis dñm formā ſerui pro ſeruis ſuſcipere, trigínta & tribus annis operari ſalutem noſtram in medio terræ huius, capi, ligari, lanceari, crucifigi, & hoc totum pati pro filijs hominū: ſtatim deceptoria ſpe ſibi blanditur & alludit, gaudet obſeruari in mia & miſerationibus, iudiciū neſcit, ignorat iuſtitiā, & punienda æſtimat nō puniri. Fallitur qui ſic oſculaſ miſericordiæ pedē, ut pedē iudicij non attendat: qui totū de miſericordiæ pede præſumit, hoc ſolum ad ſalutē ſufficere credens, qđ credit. Rurſus cū abducit os, & iudicij pedē crebriori⁹ oſculis intertangit, ſubcutitur carnis aiæq; ſubſtantia, & utriuſq; hominis ſtatū uehementior aura percellit. Horrendū enim eſt incidere in manus dei uiuentis, offendere creatorem, neſcire dñm, recalcitrare dominantis imperio, qui habet poteſtatē corpus & aiam ponere in gehennā. Terribilis certè (ſicut ait apoſtol⁹) quædā expectatio iudicij, quādo ignis in conſpectu eius exardeſcet, & uirtutes cælorū mouebuntur, & uacillantibus conſcientijs latitudinē mūdi ualidiſſim⁹ ignis aduret. Nihil prorſus terribili⁹ quàm uidere latronis officinam plenam ſanguine, cumulata opprobrijs, tormentis undantem. Quis hæc diutius cogitans non ſtatim contremiſcat, & in deſperationis rotetur abyſſum? Non eſt igitur huic pedi moroſius incumbendum, ne pietatis intuitum ferocia iudicantis excludat. Vtrunq; igitur inūgat pedem animæ pœnitentis affectus, & nunc miſericordiam amplectens, nunc iudicium deoſculans, cōtribulati ſpiritus offerat holocauſtum. Vide Mariam iudicij pedem fortiter attendentem, dum nobilis & laſciua mulier conuiuantium faciem non attendit, ſed extenſo corpore prouoluitur pedibus maieſtatis, doloris plena, timoris impatiens, cōpunctiōis iaculo uulnerata. Sed & miſericordiæ pedem labijs impreſſiorib⁹ oſculatur, in cuius ſpe firmiter inhæret ueſtigijs redemptoris, donec audiat: Remittuntur tibi peccata tua. Sanè precioſum unguentū, quo nō ſolum terrena domus, ſed etiā cæleſtis aſpergitur. Viliſſimæ autē ſunt ſpecies de quibus conficitur, & magna earū copia intra noſtros ortulos poterit inueniri. Peccata igit noſtra plantata in conſcientijs noſtris, quorum numeroſitas præ multitudine numerari non poteſt, ſpecies eius ſunt. Ipſa igitur in mortariolo pœnitentiæ, maceratiōis piſtillo contuſa, & reſperſa diſcretiōis oleo, doloris igne ſuppoſito, & in aheno diſciplinæ cocta, unguentum exhibent precioſum & acceptum pedibus ſaluatoris. Compendioſe autem iſtud confecimus, ſapienti rerum occaſionem penitus relinquentes. Et licet materia uideatur indignior: interim tamen bonum eſt unguentum iſtud, quod domum repleat, penetrat cælos, angelos lætificat, & beatæ ciuitati lætitiam refundit & gaudium. Hoc eſt ſacrificium iuſtitiæ: quia ſacrificium deo ſpiritus contribulatus. Secundū unguentum eſt deuotionis, de recordatione beneficiorū dei. Prorſus digniſſima huius unguenti compoſitio: & in ili⁹ comparatione prioris eſt conſperſio uilipendenda. Eius enim ſpecies de cæleſti paradiſo allatæ ſunt, & in terra filiorum hominum nequeunt inueniri. Virtutes enim diuinit⁹ collatæ, & in mortariolo pectoris piſtillo diligentiſſimæ meditationis contritæ, & exultationis oleo ſuperfuſæ, ſubfuſo igne iuſtitiæ & humilitatis aheno decoctæ, faciūt unguentum & odore & uirtute mirabile: quod ſolum ſuper caput domini recumbētis poſſit effundi, & exhiberi reuerentiæ maieſtatis. Sed & hoc recolligimus breuiter: illis qui multa de paucis excipere cognouerunt, uerborū multitudinem reſeruantes. Notanda tamen utriuſq; differentia, & ſecundi ſublimitas attendenda, quoniam illud eſt ſacrificium deo ſpiritus contribulatus, & iſtud ſacrificiū laudis quod honorificat deum. Pedes igitur ungimus ſaluatoris, cū de peccatis compungimur: ungimus caput, cum de collatis uirtutibus, uirtutum largitori gratias cumulamus. Interſtitij tamen moroſitas inter pedes eſſe debet & caput: quia profectò difficillimus & præſumptuoſus ſaltus eſt, à ueſtigijs ad uerticem domini tranſuolare. Neq; enim eadem quæ unxit pedes, unxit & caput: cum illa meretrix nihil horum feciſſe legatur, ſm illud: Verte impios

& non

Pſal.118.

Canti.1.

3.Reg.10.

Luce.7.

Hebr.10.

Ibidem.

Pſal.50.

puer.12.

& nō erunt. Vnxit ergo Maria sanctum dominī uerticem, profectò iam electa, iam familiaris effecta, longecp̄ à peccatricis illius obuoluta uestigijs, quam infelix ille septenarij confundebat. Porrò si duo præmissa ungenta tantæ dignitatis sunt ut alterum pedibus, alterum complaceat capiti dominātis: illud tertiū quod optimū est & superexcellens, ubinam inuenire poterimus? Sed absit ut sponsa ueritatis à ueritate dissentiat: & tale aliquid habere se factitet quod habere non possit. Est ergo tertium unguentum pietatis: quod est super omnia aromata morbis omnib⁹ & periculis salutare, quodcp̄ nulli unquā pesti inueniatur inefficax.

Marci.16. De ipso nanq̄ sic legit: Maria magdalenæ, & Maria iacobi, & Salome, emerunt aromata: ut uenientes ungerent Iesum. Vidésne in prima fronte capituli propositum cp non una uel duæ, sed tres uix sufficiunt ad emendū tantæ compositionis ungentū? Intelligis quia non pedes aut caput, sed totū crucifixi corpus sibi uendicat ista cōfectio? Confectio sine dubio preciosa, quæ toti sufficiat corpori creatoris. Et attēde qa unguētū pedibus infusum, adeò dignātissima lenitate suscepit: ut pharisæum murmurantē paraboli ca prolixitate cōuinceret, & retorto sugillaret exemplo. Sed & de refuso super caput eius unguento discipulos indignantes coarguit, bonum mulieris opus esse protestās: & tumidā eorū animositatē uerbis cōpescuit moderatis. Hoc uerò tam salubre, tamcp̄ mirificū, in mortuo suo corpore noluit expendi: quod uiuo utiq̄ reseruabat. Duo enī corpora habet Xp̄s: unū quod suscepit ex uirgine, alterū ecclesiæ, quod chari⁹ habet benignitas redimētis. Denicp̄ illud pro isto morti exposuit & tormentis, addictus cruci, iunctus sceleratis, morte turpissima condemnatus. Poterimusne tam salubrē conficere confectionē? Vniuersæ miseri miseriæ, tam aiarum quàm corporū, oculo pietatis inspectæ, species eius sunt. Istæ igitur in mortariolo largitatis, dulcedinis pistillo confractæ, & delinitæ charitatis oleo, succenso cōpassionis igne, & in aheno perseuerātiæ despumatæ, unguētū faciunt ipsis etiam angelis admirādū. Sunt uiri diuitiarū in domo dñi uirtutū, inuestigemus an apud eos hmōi habeātur unguenta. Primus occurrit mihi Paulus (sicut ubicp̄ solet) totus præsenti delibutus unguento.

2.Cori.11. Quis infirmat, inquit, & ego non infirmor? Felix aia facta sibi tanquā uas perditū, ut oīm miserias in sua cōtinentia colligaret. Totū se toti corpori Xp̄i donauerat, oībus oīa factus, ut oēs lucrifaceret. Sed & ille simplex & rectus & timens deum, uide quomodo nō hoiem, imo uerò hoiem, &

Iob.29. quod uerius est super hoiem ambulabat. Oculus, inquit, fui cæco, & pes claudo, pater eram pauperū &c. Qui sic eū hoc unguēto perunxerat, ut de mīæ thalamo largius irroratus exiret. Samuelē recolo, qui nō semel, sed oībus diebus

1.Reg.15. uitæ suæ lugebat super Saul, cum sciret illum longius ab oculis diuinitatis elongatū. Non cessabat tamē cōpassio, quæ condolentis animū irrepserat, fundēs lachrymas etiā

1.Reg.13. nō profuturas, puras tñ. Dauid parricidā filium continua deploratione plorabat, plorās in eo non carnis necessitudinē, sed fidei destructionem. Cerne quō Ioseph tot⁹ hoc

Gen.45. melle illius erat. Veniunt fratres non iam ante fratrem, sed ante dñm assistentes, cōscij proditionis, homicidij rei, fratricidij successores. Videt eos Ioseph, & oīm iniuriarum immemor, dulcissimis fletibus inūdatur, & pietatis adeps qui intus latitat, foras per oculos emanat. Fugit odiū, nescit iram, tp̄s iracūdiæ non reseruat, reddēs bonū pro malo, pro crudelitate dulcedinē. Penè qn oblit⁹ sim Moysen adeò sacri liquoris huius rore perfusum, ut totus ex eo su-

Exo.32. perfundat & profluat. Peccat Israel, & Moyses peccantem reconciliare nititur creatori, sed dissimulat dñs exaudire rogantē. Promittit plurima Moysi creator oīm: & feriēdi licētiā quærit à Moyse, q Moysen fecit. Dimitte me, inqt, ut irascat furor meus contra eos, & faciā te in gentē magnā. Respōdit Moyses. Si dimittis, dimitte. Alioqn dele me de libro quem scripsisti. Obstupescenda profectò dulcedo. Et principatū respuit gentis alienæ, & de libro uitētiū deleri desiderat, nisi peccantib⁹ dimittat offensa. Hæc sunt unguē ta propitiationis & misericordiæ: quæ à sponsæ uberibus eliquant, infirmitates oēs fugantia, profligantia passiones. Felix Maria unxit pedes Iesu: felicior eadem unxit caput auctoris: felissima quæ rorē unguentarium toti corpi Xp̄i præparauit. Considera quàm uehementissimo dilectionis affectu beata hæc mulier diligebat Xp̄m regē: Dñe, inqt, Ioā.20. si sustulisti eū, dicito mihi: & ego eū tollam. Quem eū Maria? Cum de nullo feceris mentionē: ad quē relationem facis? Putásne cp in oībus cordibus uerset ita memoria dilecti tui, sicut & in consistorio cordis tui? Et ego, inquit, eū tollā. Mira res. Hominem perfectæ ætatis, uirum cui⁹ cor pori uix centū libræ sufficiunt unguentorum: tenerrima mulier portabis & tolles? Ardēs & affecta locutio, quæ de purītatis amore refusa, promittit quod implere nō potest. Nihil enim amanti difficile esse uidet. Quis desperare de- Nota. beat: tanta peccatrice non solū uenia, sed & gloriam cōsequente? Ipsa hodie intercedat pro peccatis nostris, & placatum nobis reddat iudicem nostrū amicū suū, qui est super omnia benedictus deus in secula. Amen.

¶ *Epistola cuiusdam Bernardi (sed profectò non nostri) ad Matthæum Albanensem episcopum de homilia uillici iniquitatis.*

SEuerēdissimo dño suo Matthæo uenerabili dei gratia. Albanensi epō, frater Bernardus: utiq̄ suus quicquid seruus dño, & filio patrī. ¶ Quod à Roma per dñm Seruulum charissimū nostrū Beluacensem abbatē, supereminētia magnitudinis uestræ paruitati meæ mādauerat, uidelicet cp ea quæ super euangelium de uillico iniquitatis deus mihi dixisse donauerat, uobis transcriberem: & si sero, nunc tandē (non minimum pauidus ne quid ibi infusum uos offendat) transmitto. Super hoc igitur quæso uos in me pietatis & charitatis abūdare uisceribus, quatenus & ignoscatis mihi qđ distuli, & emendetis uobis incorrectum quod obtuli. Auctoritati nanq̄ prudentiæ uestræ reseruaui id corrigendum, & supplíciter offero. Et cultellū qui uulgò químinens nūcupat, habens manubriū de ebore, cum chartula mitto, quatenus impostura quā auulsione dignā adiudicaueritis, meo gladio succidatis. Decætero precor uestræ pietatis abundantiā, ne in oratiōib⁹ uestris obliuiscamini mei, qui sine obliuione uestri quotidie memoror ubi propensius posco misericordiam dei. Valete.

¶ *Dominica decima post pentecosten homilia euangelij secundum Lucam, de uillico iniquitatis, utilis ualde.*

IN illo tempore dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidam erat diues, qui habebat uillicum: & hic diffamatus est apud eum, quasi dissipasset bona illius. Et reliqua. Luc.16.

¶ *Homilia lectionis eiusdem.*

IVius sancti euangelij lectio quantæ sit utilitatis & in historia simpliciter ad literā dicta, & moraliter expedita, prudens auditor aduertet, si aurem cordis apposuerit, & ex deo est. Sic enim ueritas ait: Qui ex deo est, uerba dei audit. Qui subiungit re- Ioā.8. probis, dicens: Propterea uos non auditis: quia ex deo nō estis. Dicamus ergo. Homo quidā erat diues. Quantū ad literā nos id enarrare non conuenit: litera enim per se patet. Cuius tamen utilis est narratio minus doctis minuscp̄ capacibus, cæteris sit exponenda. Homo quidā erat diues &c. Homo ille iste est de quo apostolus ait: In similitudine Phil.2. hominum factus, & habitu inuentus ut homo. Qui quidē merito dicitur, quasi singularis. Vnde ꝓpheta: Homo est, & quis cognouit eum? Ac si dicat. Superexcellentiā eius quis enarrabit? Sequitur: Erat diues. Verè diues, sicut scriptū est: Cū esset diues in omnibus, factus est pauper ꝓ nobis, ut nos sua paupertate ditaret. Et itē de odē domino dicit: In dextera eius ignea lex, in sinistra uerò illius diuitiæ & gloria. Cui bene cōuenit erat: qa de eo dicit: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. Qui habebat uillicum. Reuera habuit uillicum & uillam: quia domini est terra, & plenitudo eius. Et ipse ait: 2.Cori.8. Deute.33. Ioan.1. Psal.23.

Luc.9. Data est mihi ois potestas in cælo & in terra: & tamen in terra nihil uoluit possidere, sicut ide de semetipso ait: No habet filius hois ubi caput reclinet: paupertatis nobis relinques exemplu. Et tm illicu eum habuisse uideamus & illa, hoc modo. Villa est ppie terrena possessio pluribus uestita colonis: per qd significat terrena hæc corporu nostrorum copaginatio, primo multis ornata uirtutibus, quasi multis inhabitata uiris. In hac sua uilla dns ad custodie da bona sua quæ plura habuit, uillicum posuit interiorem hominem, quem tantæ ualetudinis fecit, tanti decoris, ut ad imaginem & similitudinem suam formaret: tatæq; potentiæ p sibi datum liberu arbitriu, ut in qualibet parte boni malique flecteret. Villam etia tantis muniuit præsidiis, ut nulli ope præter solius eius scilicet dni egeret contra quoslibet cuiuscuq; impugnationis incursus. Posuit nanq; in ea murorum custodem prudentia, defensore fortitudine, dapiferu teperantia, iustitiariu ad tueda iura, iustitia. Isti quatæ fuerint solicitudinis quatæq; strenuitatis in suis peragendis officiis, ex eorude propriis diffinitionibus uidet, quæ sunt hmoi. Prudentia est cognitio rerum appetendarum & fugiendarum. Fortitudo est firmitas animi aduersus ea quæ teporaliter sunt molesta. Teperantia est refrenatio cupiditatis aduersus ea quæ carnaliter delectat. Iustitia est reddere unicuiq; quod suu est. Quomodo uero hæ uirtutes quasi solertes uiri, in uilla sibi comissa officia sua copleant, audiamus. Prudetia custos familiæ suæ sic facit officium, dicens:
Mar.13. Vigilate, quia nescitis qua hora dns uester uenturus sit: se
1.Pet.1. ro, an media nocte, an gallicantu, an mane &c. Scitis quia no corruptibilibus auro uel argeto redepti estis de uana uestra couersatione paternæ traditionis, sed sanguine quasi agni immaculati & incontaminati Iesu Xpi dni nostri.
1.Cor.10. No sim9 cocupiscetes malorum: neq; idololatræ efficiamur.
Col.3. Auaritia quippe ipsa est idolorum seruit9. Neq; formicemur
1.Cor.10. sicut illi q ceciderut uno die uingintitria milia: neq; tentemus deu, sicut qui a serpetib9 perierut: neq; murmuraueri mus, sicut qui perierut ab exterminatore: quæ oia scripta sunt ad correptione nostra, in quos fines seculoru deuenerunt. Fortitudo quoq; sic suos hortat in acie dices: Estote fortes in bello, & pugnate cu antiquo serpente, & accipie-
Luc.12. tis regnu æternu. Et item. Ne terreamini ab his qui occi-
Psal.23. dunt corpus, postea uero no habet qd faciat. Dns fortis & potens, dominus potens in prælio. attollite portas principes uestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex
1.Petri 5. gloriæ. Leo qppe rugies circuit quæres que deuoret, cui
Luc.11. resistite fortes in fide. Cu fortis armat9 custodit atriu suu,
1.Cor.16. in pace sunt oia quæ possidet. Itaq; uiriliter agite & cofor-
1.Cori.6. tamini, & oia uestra in charitate fiat. Empti em estis pretio magno. Glorificate & portare deum in corpore uestro: si-
Roma.8. cut portauit apls dicens: Quis nos separabit a charitate Xpi: tribulatio an angustia, an persecutio, an periculum, an gladius? Cert9 sum q neq; mors, neq; uita, neq; præsentia, neq; futura poterut nos separare a charitate dei quæ est in Xpo Iesu. Temperantia uero sic solicitat dicens: Vide-
Luc.21. te ne grauentur corda uestra in crapula & ebrietate: & cu-
Esaie.5. ris hui9 mudi. Scriptu est em: Væ qui potentes estis ad bibendu uinu, & uiri fortes ad miscenda ebrietatem. Sicut æger ad medicina: sic ad sumedas dapes quisq; debet accedere. Inter cætera enim sua mala, Sodoma panis abundan-
Ezech.16. tia perijt, ad Hierusalem dno per prophetam dicete: Hæc est iniquitas sororis tuæ Sodomæ, saturitas panis, & abudantia. Hinc apostolus ait: Multi ambulat post cocupiscetias
Phil.3. suas quos sæpe dicebam uobis, nuc aute & flens dico inimicos crucis Xpi, quoru finis interit9, quoru deus uenter est,
1.Cori.6. & gloria in cofusione eoru qui terrena sapiut. Esca uentri & uenter escis. Deus aute & hunc & has destruet. Nequaqua igitur in illis uoluptatem appetas, sed necessitati succurre,
Thob.4. Iustitia aute sic uillæ iura tuetur dicens: Quod tibi no uis
puer.20. fieri alij ne feceris. Quia hinc Salomon ait: Pondus & pondus, mesura & mensura, utruq; abominabile est apud deu.
Matt.7. Et quæcuq; multis ut faciat uobis hoi es, & uos facite illis
Leuit.19. similiter. Et sic implebitis quod Moyses ait: Iustus modi9 sit uobis, æquusq; sextari9. Itaq; cum debeat tibi quippia frater tuus, & abstuleris pignus ab eo, ante solis occasum pignus restitue. Nisi abundauerit iustitia uestra plusqua Mat.5.
scribaru & pharisæoru, non intrabitis in regnum cælorum.
Quorum legalis erat iustitia, oculum pro oculo, dentem Exo.21.
pro dente, ultionem pro ultione. Nobis autem dicitur: Di Matt.5.
ligite inimicos uestros, benefacite his q uos oderunt, neq; malum pro malo reddentes, nec maledictum pro maledicto, sed econtrario benedicentes. Hinc Paulus ait: Nemini Roma.13.
quicquam debeatis nisi ut inuicem diligatis. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi: & hæc faciens carbones ignis cogeres super caput ei9. Sic utiq; aio ego iustitia, & uolo fieri. In hac etiam uilla diues dominus quasi ruricolas habuit, qui redderent ei fructus usurarios temporib9 suis, qui sunt huiusmodi: Bonitas, benignitas, modestia, mansuetudo, concordia, pax, patientia, misericordia, charitas. Super hos etiam posuit ad custodiendum si deliquissent, qui accusaret, qui testificarent, qui iudicaret, qui punirent. Coscientia quippe ipsa est accusatrix, memoria testis, ratio iudex, timor carnifex. Quod enim conscientia accusat, memoria testificatur: & quod ratio iudicat, timor excruciat, dices: Dominus regnauit irascant populi. Qui Psal.98.
sedes super cherubim, moueat terra. Ignis in circuitu eius Psal.96.
exardescet: & in circuitu eius tempestas ualida. Et impijs dicet: Ite maledicti in ignem æternu, qui paratus est diabo- Matt.25.
lo & angelis eius: ubi ignis est qui no tepescit: uermes qui non moriuntur, tortores qui no lacescut, ubi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Villam suam his alijsq; tutoribus fortem, tradidit dns uillico, pluribus plena bonis, quibusda corporis, multis propriis ipsi9 hois interioris. Septem quippe sunt hæc bona corporis, pulchritudo, fortitudo, uelocitas, libertas, sanitas, uoluptas, diuturnitas uitæ. Seprem quoq; sunt bona animæ, sapientia, amicitia, concordia, honor, pietas, potestas, iucunditas. Præter hæc, ppria, communia sunt multa data ruricolis, alia his, & alia his. Bona enim sunt diuitum diuitiæ suæ, ne eos paupertatis molestia fragat. Bona sunt pauperu penuriæ suæ, quibus castigatur ne per incotinentia defluat. Fortiu fortitudo, ut ad bona opera coualescant. Debiliu imbecillitas, qua refrenantur ne quod uelint malu perficiat. Sapietum sua scietia, qua illuminant ut proficiant. Insipientium sua simplicitas, qua humiliantur ne superbiat. Oino quicquid in hac uita nostra fragilitas possidet, pius conditor (quantu in sua bonitate est) ad bonu nostru nobis quotidie cofert, scilicet uel ad correptionem prauitatis, uel ad profectu uirtutis. Sed (ut uerbis beati Gregorij utar) quæ ad usum accepimus uitæ, ad usum conuertimus culpæ. Valetudine corporu in usum cosumimus uitiorum, bona mentis in usum expedimus uanitatis. Et hoc est quod dicitur: qui diffamatus est apud eum, quasi dissipasset bona ipsius. Operæpretiu est scire quis diffamauerit uillicu, uel unde prodierit diffamatio. Petulantia ipsa est quæ dissemināt infamiam: quæ tunc dicitur infamare, cum non erubescit negligentia sua declamare, sicut ibi: Nullu pratu sit quod Sapien.2.
no pertrāseat luxuria nostra, coronem9 nos rosis antequa marcescāt, ubiq; relinquamus signa lætitiæ nostræ. Quippe hæc talis locutio planè infamatio est. Fit autem triplici uoce: scilicet cogitationis, locutionis, & operis. Habet em cogitatio uoce sua. Vnde dns cogitanti Moysi ait: Quid Exo.4.
clamas ad me? Et Dauid ad dnm: Cogitatio hois confite- Psal.75.
bitur tibi. Habet & opus uocem suam. Vnde dns ad Cain: Sanguis fratris tui clamat ad me de terra. Prodit autem in Gene.4.
famia nostra ex his quæ fiunt, aut contra naturam: aut contra legem: aut contra consuetudine. His tribus modis quic agimus uertitur in peccatu. Et quia uillicus bona domini sui in hæc dissipauerit, dictum est ei: Quid hoc audio de te? Redde ratione uillicationis tuæ: iam em amplius no poteris uillicare. Illud no semel aut iterum, sed tertio iam cominatur dns uillico suo, uidelicet ante legem, sub lege, sub gratia, & per tres nuncios per quos oia sua nobis confilia dicit, id est per hominem, per spiritum, per familiare mandatum.

mandatū. His dñs ſecreta ſua ſolet notificare, atq; per hos
aliis quibuſq; iubet: cū quib⁹ ire ſolet timor, & modo iun-
gitur illis ferēs iſta tria quæ ſemper habere ſolet, clauā cō-
minationis, radiū cognitionis, uirgā doloris, ad incutien-
dum terrorē, ad uidendū errorē, ad habēdū mœrorem, in-
cipientiū, proficientiū, perficiētiū. Nota q; in hoc facto co
gnoſcitur mirabilis pietas huius dñi, qui non circūuenit
ſeruū ſuū, ſed ad reddendā rationem prius ſubmonet eum
quàm iudicet. Sic quoq; uiſus eſt Abrahā dixiſſe, cum lo-
Gen.18. quereť ad eū de Sodomis: Deſcendā & uidebo per memet
ipſum ſi ſic ut rumor eſt opere cōpleuerint. Et hic inſtrui-
mur non ſtatim debere dare fidē quibuslibet uerbis, ſed ſi
ſic eſt ut dicit prius adhibere cautelā. Sequit: Quid faciā?
Hæc querimonia de præmiſſa cōminatione procedit. Sic
utiq; quidā cū mortē ſibi uenire de prope uident: ſed male
uiuiſſe ſciētes timore perterriti, qd fecerint, uel qualiter id
emendare debeāt, ſecū ſatis amariſſime exquirūt, dicētes:
Quid faciam? Fodere nō ualeo, mēdicare erubeſco. Hæc
duo uerba in perſona illorū loquit qui hæc duo timent, in
pœnitētia ſcilicet afflictionē corporis, & pauptatē: quorū
alterū intelligit per fodere, alterū per mēdicare. Vt em̄ ſic
moraliter dicā, fodere eſt ſarculo compunctionis, & aratro
confeſſionis, in fructus bonæ operationis cordis noſtri iu-
gera diſſulcare: qd facere propheta nos admonet dicens:
Ieremi.4. Scindite corda ueſtra, & non ueſtimēta neſtra. Et hinc eſt
illud qd ait cuſtos uineæ de ſterili ficulnea ad dñm ſuum:
Luc.13. Dimitte eā & hoc anno, ut ego ueniēs ſodiā circa illam, &
apponā ſtercora. Sed hoc iſte de quo hic agit, primo face-
re pertimeſcēs, ait: Fodere nō ualeo. Cōtra quem recte per
Prou.20. Salomonē dicit: Piger, ppter frigus arare noluit, mendica-
bit ergo æſtate, & nō dabit ei. Qui em̄ nunc ppter pauorē
mētis aut torporē macerare ſe per pœnitentiā & affligere
negligit, cū ſol iuſtitiæ in iudicio uelut in æſtate claruerit,
quæret requiem, ſed nō accipiet, quia propter illā operari
bona contempſit. Sequit. Mendicare erubeſco. Hoc igit ad
literā tm̄. Sunt em̄ quidā q erogādo bona ſua pauperibus
culpas ſuas redimere uellēt, & hoc cogitādo pertractant:
ſed poſtmodū timētes ne egeāt, erga egentes tenaces fiūt:
& ab eo quod mente cōceperāt, ſe ſuſpendūt: præcipue qa
uidēt aliquos qui ſua ſe ſic dediſſe fatentur & pœnitent, de
Luc.11. quibus bene per Salomonē dicit: Qui obſeruat uentū, nō
ſeminat: & qui cōſiderat nubes, nunquā metit. Venti noīe
malign⁹ ſpūs qui mētē tentationib⁹ impellit, & nubis ap-
pellatione peccator exprimit. Qui ergo attendit uētū, nō
ſeminat: & qui cōſiderat nubes, nūquā metit: quia qui ten
tatiōes maligni ſpūs metuit, & iniquorū lapſus conſpicit,
in bono opere nec exercet, nec in iudicio quo conſolet in-
ueniet, ſed & nūc quoq; uileſcit. Propterea quāuis uillic⁹
paulò ante dixerat: fodere non ualeo, mendicare erubeſco,
Iacob.5. pœnitēs tm̄ ſubiūgit quod ſequit: Scio quid faciā. Videte
quid facit timor, quippe perutilis dño ſuo. Ipſe eſt qui qd
dñs iubet, hoies facere cogit. Certe iſte uillicus hodie nō
dixiſſet ſcio quid faciā, ſi non timuiſſet. Sed timuit, qm̄ illi
ſubito timor aduenies claua cōminationis tales ei ictus
impreſſit dicens: Audi miſerabilis audi, euigila tandē, qa
hora eſt iam te de pigritia ſurgere. Si nō amore, ſaltem ti-
more euigila. Crux enim tibi duplex dura paratur, altera
iam corporis, altera poſtmodū corporis & aīæ gehenna-
lis. Cogita ergo cruciat⁹ tuos quos præſentialiter medul-
litus ſenties iam in morte. Mors inquā ipſa eſt crux horri-
bilis, ad quā quotidie feſtinas, & non attendis. Vide quō
mors te crucifigit. Crura diſtenduntur, manus & brachia
decidūt, pectus anhelat, ceruix langueſcit, labia ſpumant,
oculi ſtupeſcūt, uultus horreſcunt, facies exudat, & morte
tacta palleſcit. Et hæc utiq; quæ uidemus deforis, & quæ
ſentimus, leuia ſunt ad ea quæ intus anima miſerabilis iam
præguſtat. Nam ſenſus à corpore cito recedit, animam ſua
mors comitatur euntē. Quī autem cruciatus te maneant,
Pſal.48. audi quid ppheta de perditis dicat: Sicut oues, inquit, in
Iob.24. inferno poſiti ſunt, mors depaſcet eos. Et Iob: Tranſeūt
(inquit) à frigore nimio, ad caloré nimiū. De quo & alibi
dicit: Quis poterit ex uobis habitare cū igne deuorante? Eſaiæ.33.
Aut quis habitabit ex uobis cum ardoribus ſempiternis?
Hæc audiēs uillicus planè ſi timuerit, ne mireris. Et notan
dum q; timor iſte quadriformis eſt, ſcilicet mundanus, ſer-
uilis, initialis, & filialis ſiue caſtus. Mundanus qui facit re-
cedere à malo pro euitatiōe pœnæ. Seruilis qui facit à ma-
lo abſtinere pro euitatione pœnæ, mali retinens uolunta-
tem. Initialis timor gehennæ: de quo dicit per prophetā:
Initiū ſapiētiæ timor dñi. Filialis, de quo per eundē dicit. Pſal.110.
Timor dñi ſanctus permanet in ſeculū ſeculi. In duab⁹ his Pſal.18.
formis utilis eſt hominibus ſemp, in aliis miniме. In initia
li formaliter frendens, ut modo dictum eſt, ad uillicum ue-
nit, ppter qd ait: Scio qd faciam, ut cū amotus fuero &c.
Hæc amotio nihil eſt aliud quàm hois interioris, id eſt ani
mæ & corporis ſeparatio. Et notandū q; ſcire nos expone
re non oportet, quia ipſemet ſuū ſcire, ſcilicet quid facere
uelit immotuit, per hoc qd ſequit dicēs: Vt cū amot⁹ fuero
à uillicatione, recipiāt me in domos ſuas. In hoc q; ſuū ſci-
re expoſuit, meminit poetæ dicentis: Scire tuum nihil eſt,
niſi hoc ſcire te ſciat alter. Viſus ſiquidem eſt minus hoc di
xiſſe, ſcilicet qui ſunt qui recipere eum debeant: qd tamen
cū dixerat in domos ſuas, ſuccincte deprehendit annotaſſe.
Sunt nanq; qui hoies recipiūt, quorū ſunt domus cæli, &
æterna tabernacula, & hi qui ſint, dñs ad diſcipulos ſuos
loquēs patenter oſtēdit in illis uerbis ſuis cū dicit: Sinite Matt.19.
paruulos uenire ad me: talium eſt enim regnum cælorū. Et
alibi: Beati pauperes ſpū, qm̄ ipſorū eſt regnū cælorū. Ab Matt.5.
his ergo neceſſe eſt emere regnū cælorum, quorū eſt. Verè
neceſſe eſt, qa non habemus hic (ut ait apoſtolus) manētē Heb.13.
ciuitatē, ſed futurā inquirimus. Et itē de ſe ſuis cōfidēs ait:
Scimus q; ſi terreſtris domus noſtra hui⁹ habitationis diſ 2.Corī.5.
ſoluat, q; habemus ex deo domū nō manufactā æternam in
cælis. Hanc utiq; nos emere docet dñs in ſubſequentibus
dicēs: Facite uobis amicos de māmona iniquitatis, ut cū
defeceritis recipiant uos in æterna tabernacula. Et hoc in
loco ſuo exponet, ſed non modo. Sed uideamus qd ſequit.
Cōuocatis ſingulis debitoribus &c. Memini me ſuperius
dixiſſe miſericordiā & ueritatē & charitatē cū aliis multis
quaſi ruricolas eſſe, & debere eas huic diuiti dño reddere
ſuos effectus, quaſi fructus operū ſuorū, per manus uillici.
Nihil ergo eſt aliud quod dicim⁹ uillicum debitores dñi
ſui cōuocaſſe, niſi unūquēq; in corde ſuo quid fecerit uel
quid feciſſe debuerit, iuxta poſſe uirtū ſuarū pertractaſſe.
Quod quoties agimus, ferè per omnia reos nō eſſe cogno
ſcimus, præcipue tamen in eo q; per charitatem largi⁹ ero
gaſſe debuimus, & in eo q; per pœnitentiā illis qui nos in
iuriauerunt, cōdonaſſe perfectius debebamus. Et hoc dat
intelligi cū huic quæſtioni ſcilicet quātū debes dño meo,
reſpondet, centum cados olei. Per centū enim ſignificatur
perfectio, per oleum miſericordia. Eſt ergo ſenſus. Debeo
centū cados olei, id eſt quod mihi iniuriātib⁹ perfectè di-
miſiſſe debueram, nō dimiſi. Cui ſubſequēter adiungitur:
Sede cito, ſcribe quinquaginta. Nouimus q; ſedere humi-
liationē, cito feſtinationē, ſcribere firmitatē, quinquagin-
ta pœnitentiā deſignat. Et ſuper his cōueniētia habemus
exēpla: ſed quia ſatis eſt notum, non cōuenit adducere, ſed
qd ſibi uerba uelint dicemus. Cū ergo dicimus ſede cito &
ſcribe quinquaginta, idem eſt ac ſi quis dicat ſibimetipſi
aut proximo ſuo. Qui fateris te peccaſſe in mia, humiliare
cito, firmus permane in pnia. Deinde alio dixit. Tu uerò
quantū debes? Centum choros tritici. Ferè eadem eſt hæc
quæſtio & rñſio cū prima, excepto q; illa eſt de indulgen-
tia, hæc de charitate. Hic em̄ frumentū charitatē deſignat,
quēadmodū ſuperius per oleū miam diximus deſignari.
Hoc itaq; huius quæſtionis reſponſio nobis innuit, q; qui
ſeculi huius ſubſtantiā poſſidemus, perfecte egentib⁹ ero-
gaſſe debuimus: quod ſi non fecerimus cū poſſemus, apud
ſummum patremfamiliàs debiti uinculo obligamur, ſicut
ſcriptū eſt: Qui habet ſubſtātiam huius mundi, & uiderit 1.Ioan.3.
fratrem ſuū neceſſitatem habere, ſi clauſerit uiſcera ſua ab
eo: uerè charitas patris non eſt in eo. Huius tamen obliga

tionis nodus celeriter rumpitur, si bene perficiatur quod sequitur, scilicet sede cito & scribe octoginta, id est, humiliare (sicut exposuimus) in obseruatione mandatorū dei, & certa spe hæreditatis æternæ. De cado & choro dicant alij pro abūdantia sensus sui quid senserint, ego super his nihil aliud dico nisi q̄ unūquodq̄ uas est ad mensurandū in suo genere, & hic significare possunt mēsurate: id est discrete debere agere pœnitentes, quasi sic occidant hostem ne perimant ciuem, qm̄ scriptū est: Si recte offeras, & non
Gene. 4. recte diuidas, peccasti. Recte offerimus, cum bono studio bonū opus agimus: sed nō recte diuidimus, si discretionē habere in bono opere postponamus: quā qui dissimulat, etiā recte offerens (sicut beatus ait Gregorius) peccat. Sequitur. Et laudauit dns uillicū iniquitatis, eò q̄ prudēter egisset. Sunt qui mirātur unde hæc laus processerit, cū nō dicatur ad literā persoluisse debitum, sed curtasse: quod si quis egerit, attēdat q̄ potius imitari debet uillicū, quàm admirari. Seculariter em̄ prudenter egit, qui quæ reddere nō potuit, ne super his argueret furto, caute celauit, & fm (cuiusdā uerba dicētis: Si non caste, saltem caute: est nāq̄ minoris culpæ quēlibet se solum dare morti, quàm si cæteros secum tollat contagione peccati) & quod sibi perutile summaq̄ prudentia fuit, quia apud quos recipere erat effecit, si amoueretur à uillicatione. Sed & altius loquar. Planè fm moralem intelligentiā multa laude est dignus, qui relicto errore pristinæ cōuersationis, diuiti deo satisfaciens, redit ad gratiā. Et ppter hoc eū dns laudauit, quia siue hoc modo, uel hoc modo dicatur fecisse, prudenter egit. Nec moueat quēquā qd̄ dicit iniquitatis. Non em̄ ponitur hic eò q̄ operet ad laudē, sed ad eorū qui audierūt tollēdā desperationē, sicut dns testatur ad pphetā dicēs: Multiplicatæ
Psal. 15. sunt infirmitates eorū, postea accelerauerūt. Non congregabo cōuenticula eorū de sanguinib⁹, nec memor ero nominū eorū per labia mea. Ad hoc em̄ Matthæus suum cognomen retinuit publicanus. Hoc quod sequit, quia filij huius seculi prudentiores sunt in generatione sua filijs lucis: dictū est nobis, ut secularium iutilē imitemur prudētiā,
Deut. 21. sicut Moyses ibi nos mystice docet dicens: Cum egressus fueris ad pugnā, si uideris mulierē pulchrā, & adamaueris eam, rades ei cæsariem &c. & erit tibi uxor. Et dictum est similiter ad magnā nostram erubescentiā, ac si dixisset nobis
Esaie. 23. illud prophetæ: Erubesce Sydō, ait, mare. Grandis em̄ nobis debet esse uerecundia, q̄ filij perditionis promptiores sunt in appetendis malis, quàm nos sumus in cælestibus
Gregor. gaudijs, de quibus beatus Gregorius ait. Qui cælestis uitæ dulcedinē inquātū possibilitas admittit perfecte cognouerit, ea quæ in terris amauerat, libenter cuncta derelinquit. Et ad hæc incitamur cū dicit: Facite uobis amicos de māmona iniquitatis, ut cū defeceritis, recipiāt uos in æterna tabernacula. Bonus sermo & omni acceptione dignus, do cēs nos illis amicitiam iungere, qui nos possunt in æterna secū tabernacula collocare. Qui uidelicet sunt illi, nisi q̄s superius breuiter annotauit, paruuli & pauperes Christi.
Ioan. 15. Quos qa dns amat, ipso teste qui ait: Vos amici mei estis: ab his nos faciamus amari de eo q̄ idē dns nos docuit dicens, de mammona iniquitatis. Vile est pretiū: sed emptio multa. Māmona nanq̄ diuitiæ nuncupant, quæ dicuntur iniquæ, nō ppter se, sed ppter iniquitatis effectū q euenit ex se, sicut arbor illa quæ appellata est scientia boni & mali, nō q̄ ullā haberet scientiā, sed q̄ tangentes eā cōtra præceptū, boni pariter & mali cōtingeret esse scientes. Hic satis ostendit q̄ ex facili possunt amici superni ciues haberi: ex quorum amicitijs quis fructus nobis ꝓueniat, ueritas subsequēter ostēdit cū dixit: Vt recipiāt uos in æterna tabernacula. Videt hic oriri quæstio in eo q̄ pauperibus attribuit susceptio & retributio benefacientiū sibi, cū donū solius dei sit, ueniens ex eius multa miseratione & gratia. Quæ multū facile soluitur, si attendat q̄ dei filius nostram carnē susc̄ipiens factus est pauper pro nobis, & id qd̄ pauperib⁹ erogat, sibi factū fuisse dicat, & se retribuere benefaciētibus: quod ibi testatur ubi de paruulis loquens ait:

Quæcūq̄ fecistis uni ex minimis meis, & mihi fecistis. Esu- Matt. 25.
rui, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere &c. Venite ergo & percipite regnum quod uobis paratum est ab origine mundi. Solicitemur ergo fratres mei, solicitemur pauperib⁹ erogare cōsilio dñi. Sed quia interest pauperis & pauperis, quod dominus ibi uisus est annotasse cū diceret: beati pauperes spiritu, de paupertate talis facienda est distinctio, quæ designet quib⁹ præcipue debeamus largiri. Paupertas igitur alia naturalis, alia locuples, alia spiritualis. Et huius diuisionis unūquodq̄ membrum bifarie suppartitur, quod his pertractādū relinquimus, qui magna de minimis sciūt extrahere, præter quod hoc solū dicimus, quia naturalibus egenis & spiritualib⁹ præcipue manum misericordiæ porrigere monemur uerbis apostoli Pauli dicētis: Qui suis non prouidet, & maxi- 1. Tim. 5.
me domesticis, fidē abnegat, & est infideli deterior. Sed qa nescimus hodie quis ante dei oculos dignus sit odio uel amore, demus his & demus illis iuxta eiusdem apostoli uocem dicentis: Bonū, inquit, operemur ad oēs, maxime aūt Gal. 6.
ad domesticos fidei. Et quia sunt qui petūt, sunt & qui uerecundātur: cum superest unde possit dari, demus utriq̄. De petentibus em̄ dns ait: Omni petēti te tribue. De uere Luc. 6.
cundis beatus Augustin⁹ sup hūc uersum, qui ꝓducit fœ- Psal. 103.
nū iumentis, & herbā seruituti hoim: dicit hoc modo: Beatus, inquit, qui præoccupat uocē petituri. De oībus indifferenter dns ait: Date & dabitur uobis. Et etiā illud: Date Luc. 6.
eleemosynā, & ecce oīa munda sunt uobis. Et iterū illud: Luc. 11.
Ignē ardentē extinguit aqua, & eleemosyna resistit pctis. Eccli. 3.
Et hinc est illud. Cōclude eleemosynam in sinu pauperis, Eccli. 29.
& hæc orabit pro te. Et bonus pater filio ait. Si multū tibi Tho. 4.
fuerit, abunder tribue: si exiguū, & illud libenter impartire. Quod tam solerter oēs agere studeamus: quatenꝰ in æterna tabernacula recipi mereamur. Per dominum Iesum Xpm saluatorē nostrū, qui cum patre & spūsancto uiuit & regnat deus, per omnia secula seculorū, Amen.

¶ *Sermo in assumptione Marie.*

INtrauit Iesus in quoddā castellum. Quod dns Luc. 10.
ac saluator noster semel & in uno loco uisibiliter tunc temporis dignatus est operari, hoc etiam nunc ubiq̄ terrarum in cordibus electorū operatur quotidie inuisibiliter. Ecce enim euangelio loquente audiuimus q̄ in quoddam castellū intrauit Iesus, & mulier quædā Martha nomine excepit illū, & reliqua. Quod est autem hoc castellum, nisi cor humanū, qd̄ priusquā dominus ad illud ueniat, cupiditatis fossa uallat, muroq̄ obstinationis clauditur, atq̄ interiori latitudine sua babylonica turre erigitur? Tria certe in omni oppido sunt maxime necessaria, uictualia quibus sustentēntur, munitio qua protegantur, arma quibus hostibus resistant. Sic ergo & huius castelli incolæ uictum habēt uoluptatem corporis, & seculi uanitatē: quibus pascuntur. Habēt & qua teguntꝰ propriꝰ cordis duritiā: ut uerbi dei sagittis potētibus uix aut nūquā penetrari ualeant. Accincti sunt armis, carnalis scilicet sapientiæ argumentis, quibus contra hostes repugnant. Vnde scriptum est: Filij huius seculi prudentiores Luc. 16.
filijs lucis in generatione sua sunt. At uerò Xpo uisitante & intrante castellū hoc euertitur, & pro eo nouum aliud pulchrū ac spūale cōstruitur: impleturq̄ quod dicitur: Si 2. Cor. 5.
qua in Christo noua creatura, uetera transierūt: & ecce facta sunt omnia noua. Sublata quippe cupiditate expanditur ingens sinus desiderij, ut ad eius aduentū multomagis anhelet mēs ad cælestia, quàm prius terrenis incubuerat. Iam ponitur murus cōtinentiæ, antemurale patiētiæ. Surgit autem hoc opus à fundamento fidei, & crescit per dilectionem ꝓximi usq̄ ad charitatem dei, quæ est in superiori tabulatu, & in propugnaculis eiusdem muri: quia nimirum tunc perfecta est uirtus continētiæ, quādo in unitate fidei cū ꝓximis cōmuniter uiuētes, nō supplicij metu, uel humanæ laudis appetitu, sed solo diuini amoris obtentu à peccatis nos cōtinemus. Vel certè ideo charitas dei (qua scilicet nos diligit) super murum esse uidetur, ut pro

continenti

continenti suo pugnare significetur, & quia continentia crebris ualidisq; tentatoris ictib⁹ resistere non possit, nisi ei⁹ gratia protegamur. Idcirco enim antemulare patientiæ ponitur, ne ad impugnandam continentiam facilis diabolo pateat accessus. Qui ergo protegente patientia continenter uiuunt: ipsi bene cum apostolo protestantur & dicunt:
Rom.8. Quis nos separabit à charitate Xp̃i? Tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculū, an gladius? Vides quàm solidus sit continentium murus, quos neq; mors, neq; uita, neq; angeli, neq; principatus, neq; potestates, neq; uirtutes, neq; instantia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundum, neq; creatura aliqua potest separare à charitate dei quæ est i Christo Iesu? Sed iam pulsemus ad eius portas (portas scilicet iustitiæ) ut aperiantur nobis, ingressiq; per eas uideamus intus magna
Psal.110. opera domini exquisita in omnes uoluntates eius. Ibi enī operante ipso construitur tanquā in monte sion euangelica illa turris, per quā humiliato corde ascēdūt in cælum sancti de conualle plorationis. Ascendūt inquā non uirtute sua, sed auxilio & gra dei: sicut ait spiritussanctus per prophetam Dauid: Beatus uir cuius est auxilium abs te: ascensiones in corde suo disposuit. Quæris ubi? In cōualle plorationis, hoc est in humilitate uitæ præsentis. Et eandem
Idem. ipsam gratiā replicat dicens: Etenim benedictionem dabit legislator. Quo autē pertingat ascensus, uel ad quem fructum perducat ascendentes ipsa gratia, protinus subiūgit: Ibunt inquit de uirtute in uirtutem: uidebitur deus deorū in sion. Hæc est merces & hic est finis & fructus nostri laboris, uisio scilicet dei. Quis non hunc tñ fructū rebus oībus uisibilibus & inuisibilib⁹ incomparabiliter præferat? Quis est cuius uel gelidū pectus hoc desideriū non accendat? Hæc est enī illa gratia quam nobis cōmendat beatus Ioannes euangelista dicens: Et de plenitudine eius nos omnes accepimus: gratiā pro gra. Ex quibus scilicet uerbis
Ioan.1. Luc.4. innuitur q; triplicē gratiā diuinitus accepimus: unā qua cōuertimur, aliā qua in tentationibus adiuuamur, tertiam qua probati remuneramur. Prima nos iniciat, per quā uocamur: secunda prouehit, qua iustificamur: tertia consummat, qua glorificamur. Et prima quidem beneplacitū est:
Origen. secunda meritum: tertia præmium. De prima dictum est: & de plenitudine eius omnes accepimus. de duabus reliquis dictum est, & gratiā pro gratia: id est munera gloriæ æternæ pro merito tēporalis militiæ. Sit ergo prima gra in muro cōtinētiæ ad quā uocamur: sit secunda in ascensu turris quā ascendimus: sit tertia in ei⁹ culmine quo peruenimus.
Psal.121. Hic itaq;: id est in hoc culmine cum ad illud peruenīunt q bene proficiūt, fiunt iam & sedes dño, de qualibus scriptū est: illuc enim ascenderunt tribus tribus dñi: ad confitēdū nomini dñi. Quia illic sederunt sedes in iudicio. Et quidē
Psal.75. dū adhuc erant in muro continentiæ & in acie stabant, impugnari poterant, & primo tanquā adiutor notus erat in Iudæa deus, cū uerò in ista statione cōsistūt ubi dñm speculant, in Israel magnū nomen eius, & factus est in pace locus eius, & habitatio eius in sion. Ibi confregit potentias,
Psal.75. arcū, scutū, & gladium, & bellum: quia ibi nullus motus carnis resistit, sed omnimodis subiecta est spiritui. Huc locū ardenter desiderabat propheta cum diceret: Si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitatiōem Et
Psal.54. requiem temporibus meis donec inueniam locū domino. Huc etiā uolare cupiens, quis, inquit, dabit mihi pennas sicut colūbæ, & uolabo & requiescā? Iam uerò si quæratur de castelli huius habitatoribus quis cibus ad sustentādū, quod munimē ad protegendum, quæ uc arma suppetāt ad repugnandum, possumus satis rationabiliter respondere q; quemadmodum carnalibus carnis opera fuerunt uict⁹:
Luc.4. ita his multo melior cibus sit fructus spūs. Cibus etiā eorū ut faciant uoluntatē patris oīpotētis. Cibus eorū est uerbū dei, quo pascunt oēs sancti tam homines quàm angeli.
Matt.4. Vnde scriptū est: Nō in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo quod procedit de ore dei. Munimentū eorū est (sicut dictū est) murus cōtinentiæ, & antemurale patientiæ. Habent contra hostes arma quæ describit apostolus, loricam
Ephes.6. iustitiæ, scutū fidei, galeā salutis, & gladiū spūs quod est uerbū dei. Nec quēquā moueat q; idē uerbū dixerim esse & cibū & gladiū: quasi impossibile uel absurdū sit: In reb⁹ quippe materialibus aliud hoc, aliud est illud: & alibi quæritur hoc, alibi illud. In reb⁹ uerò spūalibus, nō aliud hoc est quàm illud: nec alibi quærit hoc, alibi illud: sed oīa sunt nobis in deo: & est deus omnia in omnibus. Ecce enim in
1.Cor.15. natura rerū: quid tam diuersum quàm panis & lapis? & tamen si ad intellectū mysticū referas, utrūq; idem significat.
Ioan.6. Nam idem Xp̃s est dictus & panis & lapis: panis scilicet uiuus: & lapis quē reprobauerūt ædificātes. Vtrūq; quidē
Psal.117. est per significationē, licet neutrū sit per ꝓprietatem. Sed iam reuertamur ad ꝓpositū. Intrāte Iesu in hoc castellum, duæ sorores Martha & Maria, id est operatio & intellect⁹, excipiunt illum. Excipiunt dixerim, an excipiuntur? Sed siue hoc siue illud dicatur, utrūq; prodest, illis, non Iesu. Et Iesus quidē cū ad illas uenit, duo cōfert eis cōgruētia singulis: uirtutē & sapiētiā. Virtutē operationi, sapiētiam intellectui. Vnde etiā & ab apostolo prædicat dei uirt⁹ & dei
2.Cor.1. sapiētia. Sed qd est q; intrantē eū Martha excipit, discurrit, ministrat. Maria uerò secus pedes sedēs ingressi, in ei⁹ uerbum cor suspēdit, nisi q; prius est actio, postea uerò cōtemplatio? Quisquis enim ad intelligētiā peruenire desiderat, profectò necesse est ut prius per oīa bona sese diligenter exerceat, sicut scriptū est: Fili cōcupiscens sapiētiā, con
Eccle.1. serua iustitiā: & deus præbebit illā tibi. Et alibi. A mandatis tuis intellexi: & fide purificans corda eorum. Qua fide?
Psal.118. actuū. 15. Fide per dilectionē operāte. Habet Martha (dū agit) formam bene operātis. Maria uerò speciē exprimit cōtēplationis, dum sedet, dū tacet, dū interpellata non respondet, sed tñ in dei uerbū toto mentis studio intēdit, ac solā quā diligit gratiā diuinæ cognitiōis cætera respuēs medullit⁹ haurit: foris q; uelut insensibilis reditur, dum intus ad cōtē planda dñi sui gaudia felicissime rapitur. Sine dubio talis
Canti.5. est illa quæ in canticis loquitur: Ego dormio, & cor meū uigilat. Duobus autē modis Martha excipit dominū, & duplex ei cōuiuiū parat, qa duobus modis excluserat eū. Duo quippe sunt in operatione quæ nobis deū auferunt, flagitia scilicet & facinora. Flagitia dicim⁹ scilicet quæ in nobis, facinora quæ in proximos peccando cōmittimus: Itē sunt duo quæ deū reddūt, cōtinētia & beneuolētia: ut scilicet ex cōtrariis cōtraria curent. Hinc enī scriptū est: Si
Roma.6. cut exhibuistis membra uestra seruire immūditiæ & iniqtati ad iniqtatē, ita & nūc exhibete seruire iustitiæ, in sanctificationem. Dū ergo parādis talibus epulis occupat Martha multū satagēs pro parte sua, uult etiā Mariā (id est intellectum & omnia interiora sua) actioni insistere, operiq; suo perficiēdo operā dare. Itaq; conquerit de sorore q; ab ea nō adiuuet, nō tñ ad ipsam sed potius ad dñm querelā dirigens. Dñe nō est tibi curæ q; soror mea reliqt me solā mini
Lucæ.10. strare? Dic ergo illi, ut me adiuuet. Vbi sanè aduertēda est delatio quædam, & honoris obsequiū erga dñm, q; scilicet ipso præsente nō sit ausa Martha euocare Mariam, quinimo & apud ipsum querelam deposuerit, ipsumq; dominū uocauerit, in cui⁹ ptāte sit imperare sorori quicqd necesse fuerit. ¶ Non ergo miremur si quempiā laborantē & bene operātē aduersum fratrē uacantē murmurare uideamus,
Nota. quia hoc in euāgelio legim⁹ Marthā fecisse aduersus Mariā. Q; aūt Maria qñq; murmurauerit aduersus Marthā, eò q; eius actionibus implicari uellet, nusquā oīno reperit. Neq; enī utrūq; simul agere cōpetenter sufficeret, & curis scilicet exteriorib⁹ deseruire, & internis sapiētiæ desideriis uacare. De ipsa quippe sapiētia scriptū est: Et qui minorat
Eccle.38. actu percipiet illam. Propterea Maria sedet, immotaq; manet, nec uult interrumpere silētij quietē, ne iucundā amittat contēplatiōis dulcedinē: pertim cū int⁹ ipsum audiat dñm dicentem: Vacate & uidete qm̃ ego sum deus. ¶ Hic
Psal.45. sanè cōsiderādū est tria esse quæ impediūt contēplationē.
Nota. Equidē aīæ nostræ oculus intelligētia est. Sicut enī oculo corpis lux corporea & cætera quæq; corporalia uidētur,

ita deus qui est lumen incircūscriptum,& eius inuisibilia utcūq; intellectu percipiūtur. Differūt autem in,hoc exterior & interior oculus,q; exteriori quidē corporea lux extrinsecꝰ ut uideat admouet:interiori uerò creatoris lumē intrinsecus ut discernat infundit. Vtrūq; uerò oculū tria sunt quæ ad uidendū impediūt. Primū ergo de exteriori atq; uisibili differat ratio nostra, ut de rebus uisibilibus (ordine disputādi) facilꝰ assurgat ad intelligibilia. Potest sanè fieri ut ille sanus sit & pateat:sed quoniā lux exterior ei desit,nil uideat. Econtrario sit aliqñ ut præsens quidē ei lux sit:sed fortè sanguine seu quolibet humore cōcreto turbatus,cernere minime possit. Iterum solet plerūq; contingere ut neutrum desit ei,nec lux nec salus,sed tamē aliqua puluerís iniectione lædatur,quo fit ut eius acies retūdat. Sunt ergo tria quæ hūc oculū impediūt,tenebræ, humor cōcretus,puluis iniectus. Hæc ipsa sunt etiam quibus interior oculus impedit,sed alia nomina sortiūtur. Nā quod hic tenebræ,ipsi peccata dicuntur. Ipsa uerò peccata confluunt in memoriā quasi in quandam sentinā:& hic est ille humor cōcretus. Quod autem hic puluis dicit,hoc ibi cura terrenorū actuū nūcupat. Hæc igitur tria sunt quæ oculum intelligentiæ confundūt,atq; à contēplatione ueri luminis excludūt:tenebræ scilicet peccatorum, recordatio eorūdē peccatorū,cura terrenorū actuum. Primo illo morbo turbatū se plāgebat propheta cum diceret: Dereliquit me uirtus mea:& lumen oculorum meorū,& ipsum nō est mecū. Cum enim luce iustitiæ destituimur, nil aliud quàm peccatorū nostrorū tenebras inuenimus. Itē secūdo grauari se sentiebat cum dicebat: Cōuersus sum in ærūna mea dum cōfigitur spina: peccatorū scilicet recordatio. Tertio occupari se cōquerit cum dicit: Quia cinerē tanquā panē manducabā. Cinerē scilicet actionis pro pane contemplationis. Quicūq; ergo mentis oculū diuinæ cōtemplationi uult intendere, profectò necesse est ut eum prius ab hoc triplici impedimēto studeat purgare. Quod si quis facere cōtendat,nouerit cōtra triplicem morbū triplex quoq; fore remediū. Nam primus quidē per confessionē:secūdus per orationē:tertiꝰ curatur per quietē. Hoc tertio,id est cura actiōis poterat ab intētione sua præpediri Maria. Ideoq; ministrante Martha sedet ipsa,manetq; quieta. Illa igitur cōquerēte,& ista tacente,audiamus quid dñs pro Maria respōderit. Martha,inquit,solicita es,& turbaris erga pluríma. Erga pluríma quidē turbaris,dum tibi continentiā, & proximis paras necessitatis impensam. Nam ut continē tiam habeas,solicita es uigilare,ieiunare,corpus tuum castigare. Vt cæteris pīstes,instas operi,ut habeas unde tribuas necessitatem patiēti. Porrò erga hæc pluríma turbaris,sed unum est necessarium. Nisi enim opus tuum in unitate feceris,deo,qui unus est,acceptum (teste ipso) professio nō erit. Scriptum quippe est: Non est qui faciat bonū, non est usq; ad unum. Hinc est q; in illa piscina mouebatur aqua,& sanabatur unus. Hinc est q; decem leprosis mūdatis,unus regressus est cum magna uoce magnificās deum. Cui etiam dominus cæteris reprobatis,testimonium laudis ascribit dicens: Nónne decem mūdati sunt,& nouem ubi sunt? Non est inuētus qui rediret & daret gloriā deo, nisi hic alienígena. Paulus quoq; ait: Oēs quidē currunt, sed unus accipit brauium. His itaq; & aliis quamplurimis scripturarū eloquiis perspicue docemur quàm unitas probabilis sit,maxime autē ex præsenti loco ubi dñs ait: Porrò unum est necessarium. Sed sciēdum q; alia est unitas sanctorum,quam ex scripturis iam commēdauimus. Alia est facinorosorū,quæ nihilominus ex eisdem scripturis ostenditur & improbatur. De hac enim scriptum est: Astiterūt reges terræ,& principes conuenerunt in unum aduersus dominū,& aduersus Xp̄m eius. De hac iterū euangelista: Abeūtes pharisæi consiliū inierunt ut caperent Iesum in sermone. Et iterum: Collegerunt pontifices & pharisæi cōcilium. Vt quid hoc? Sicut Ioānes testatur ut interficerēt Iesum. Quàm uerò pertinax sit ista reproborum unitas, docet ipse dominus qui de corpore diaboli ad beatū Iob loquitur dicēs: Corpus illius quasi scuta fusilia,& compacta sequamis se prementibus. Vna uni coniungit,& nec spiraculū quidem incedit per eas. Vna alteri adhærebit,& tenētes se nequaquā separabunt. Talis unitas imo uerò peruersitas solet esse aliquorum fratrum tepide ac remisse conuersantiū: quibus si quid necessitatis,aut insigne cuiusquā bonæ consuetudinis persuadere uelis, promptiores sunt maiori dispendio,ac difficultate grauiori resistere, quàm tam facili compendio assequi uelle quod rectū esse constiterit. Peruersa & execranda talis unitas. Hac ergo à cordibus & sermonibus nostris exclusa,illā quæ bona est & tm̄ bonorū est, psequamur. Et ipsa quidē gemina est. Alia est enim quæ iustificat,alia quæ glorificat. Illa meritū,ista p̄mium est. Deniq; de illa scriptū est: Multitudinis credentiū erat cor unū & aia una. De hac aūt: Qui adhæret dño,unꝰ spūs est. Et qm̄ in futuro magis speranda est: res est enim futuri temporis magis quàm præsentis,eam interim omittamus,& à deo speremus potius quàm tractemus. Illam uerò quæ iustificat,quæ etiā nunc potissimum necessaria est,in usum nostri operis assumamus. Ipsa est enī decus suauitatis,quam dulcedine sacra insonat psalmista: Ecce quàm bonum & quàm iucundum,habitare fratres in unum. Cuius unitatis cum descripsisset sermo prophetícus pulchritudinem,eius etiā nō tacuit utilitatē,qm̄ illic inquiens mādauit dñs benedictionē & uitā. Hic scilicet benedictionē,& in futuro seculo uitā æternam. Ipsa est enim inquā unitas, quam summa diligentiā obseruandā tradidit apl's dicens: Solicíti seruare unitatē spūs in uinculo pacis. Seruatur autem hoc unitatis bonum duobus modis ab his qui curam gerunt seruandi. Debet quisq; perfectus unitatē habere ad seipsum,debet & ad ꝓximū. Ad seipsum per integritatem, ad ꝓximū per cōformitatē. Ois quippe creatura & maxime rationabilis,debet suū principiū imitari. Si ergo deus noster unus est,dicente Moyse: Audi israel,dñs deus tuus unus est:sed & ille cum sit unus & idem,atq; in seipso perfectus nec ullo indigens,ineſt ei tamē benignitas erga nos, & amor ex beneuolentia in nos ueniens: debemus & nos quisq; sibi unus esse per integritatē uirtutis,& unum cum proximis per uinculū dilectionis. Hāc imitationē loquēs de charitate commendat nobis apl's Ioānes dicens: Quia sicut ille est,& nos sumus in hoc mundo. Sed hanc unitatē quam quēq; sibiꝑsi diximus habere debere,tria sunt quæ solent impedire,nimietas,pusillanimitas,leuitas. Et nimij quidē sunt qui putant se posse quod non possunt,& quod non acceperunt præsumunt. Quorū speciē tenebat Petrꝰ in passione dñi,cum diceret: Dñe,tecum paratus sum & in carcerē & in mortē ire. Pusillanimes contrarij sunt nimijs. Et horum quoq; tenuit imaginē Petrus cum diceret. Exi à me: quia hō peccator sum dñe. Leues sunt & inconstātes qui circūferūtur omni uento doctrinæ: quibꝰ quod paulò ante placuit,nunc displicet: & quod nunc eligūt,post paululū reprobant. Sed quid ꝓdest hæc uitia enumerasse, nisi etiā doceam quibꝰ remedijs ea possit quisq; in semetipso curare? Persequamur unitatis inimícos,nec conuertamur donec deficiāt. Igitur cōtra nimietatē opponenda est consideratio propriæ fragilitatis. Ipsa enim est quæ odiosam præsumptionē potissimū dejcit. Contra pusillanimitatem habenda est diuinæ fiducia potestatis,ut quod tuis uiribꝰ non posse putas,ex illius adiutorio possis,& cum apostolo dicas: Omnia possum in eo qui me cōfortat,scilicet dño Iesu Xp̄o. Contra leuitatem adhibenda est consultatio seniorís,scilicet ne doctrinis uarijs & peregrinis abducaris, sed facias quod lex diuina præceperit. Interroga patrem tuū,& annūciabit tibi: maiores tuos,& dicēt tibi. Dicimꝰ de illa unitate quā habet quisq; ad seipsum,dicamus & de illa quā habet ad proximum. Sed & illa duobus modis habetur,dum & nos per dilectionem tendimus in alterū: & alterius quoq; uicissim in nobis recipimus affectū. Et hæc etiā duobus modis impeditur, obstinatiōe,& suspicione. Obstinatio non permittit nos ad alterius cor ingredi,nec suspicio patitur credere nos ab aliis amari. Ita fit ut dum nec nos

Psal.37. Psal.31. Psal.101. Psal.2. Matt.2. Ioan.11. Luc.10. Psal.13. Ioan.5. Luc.17. 1.Cori.9. Luc.10. Iob.41. Actū.4. 1.Cori.6 Ephe.4. Psal.17. Ibidem. Ephe.4. Deut.32. Deut.6. Luc.5. Luc.22.

nec nos aliū obstinati diligim⁹, nec ab alijs diligi suspicio-
si putamus: unitas quæ cum proximis habēda est impedia
tur. Verū huic duplici morbo duplex charitas medetur: il
la scilicet quæ non sua quærit, & iterū illa quæ oia credit.
Habeat obstinatus charitatē non quærentē quæ sua sunt
& alios diligat. Habeat suspicios⁹ charitatē oia credentē,
& ab alijs se diligi sine dubio credat.

¶ *Sermo de beata Maria.*

Luc.1. AVe Maria gratia plena: dñs tecū. Miraculū fuit
q̄ uirgo peperit, mentis clamor, uirginis amor,
uirtutū zelus, uitiorū fuit occasus. Virgo sanctis-
sima, quæ saluatorem genuit: peperit & aluit,
quæ iugiter eius adhæsit lateri, quæ comes indiuidua, nul
lo ferè abfuit itinere, quæ intenta præ cæteris inuigilauit
uerbo & operi eius, sola saluatoris actuum insignia, operū
opera: melliflua prædicationis genera inaudita cōtra mū-
dum & peccatum, & tartareum zabulū, diuinæ seueritatis
acerrima eloquia quo eis diu interfuit, specialius uidit, se-
cretius audiuit, citi⁹ agnouit, propensius retinuit: & apo-
stolis alijsq̄ discipulis luculentius edidit, diligentius retu
lit, melius indidit, fideli⁹ tradidit. Hinc est q̄ de ea legitur
Luc.2. in euangelio: Maria autē cōseruabat omnia uerba hæc, cō
Prou.31. ferens in corde suo. Hinc in eius laudibus legit: Multæ fi-
liæ congregauerunt diuitias, tu sola supergressa es uniuer
sas. Licet enim in parabolis loqueretur ad turbas, licet o-
mnia apostolis nota faceret ut amicis, quædā tamen credē
dum est præ cæteris matrem suā quēadmodū dilexisse, ita
etiā propensius erudisse: quædā ei secretius intimasse, fre-
quenter eam ad montem myrrhæ, & ad colles thuris subli
masse, in cellā uinariā occultasse, sui prout nouit & uoluit
gloriā deificam, & supercæleste reuelasse notitiā. Vnde Io-
Apoc.4. annes in apocalypsi de throno ait scilicet de Maria: proce
debant fulgura & uoces & tonitrua: quia Maria mater fi-
lij Iesu Xpi, parabolas, ænigmata, legalia & mirifica gesta
dicta & opera auidius ebibit, fidelius credidit, syncerius
luculentiusq̄ alijs edidit. Hæc Maria à natura reuerenter
conseruata, & à lege diligenter uenerata, à gratia clemen-
ter est præelecta: quia sic præfatis sua iura singillatim red-
didit, reddendo sibi subdidit, ut honoris uicem omnibus
impenderet, & insuper mōti quiddā superadderet. Na-
tura siquidē illi summæ uirginitatis florē, lex soli uirgineæ
fœcūditatis honorē, gratia diuinæ maternitatis præ cæte
ris decorē, ac spiritualis matrimonij diuinissimū reserua-
uit odorē. Natura (quod suū est) illibatā uirginē seruādo,
lex reuerēter eam ab alijs distinguēdo, gratia uirginitatē
sine semine fœcūdādo. Natura reb⁹ loquendo nō uerbis,
dum in ea integritatē seruaret, & de ea deus naturæ into-
Gen.3. naret dicēs ad serpentē: Inimicitias ponā inter te & mulie
rē, & inter semen tuū & semen illius. Lex, dū eā ab alijs di-
Luc.1. stinguēdo clamaret, Mulier quæ suscepto semine pepere-
rit immūda erit septē dieb⁹. Gratia, in eo q̄ dictū est: Aue
gratia plena dñs tecū benedicta tu in mulieribus, & bene
dictus fruct⁹ uētris tui. Natura huic detulit, dū terra sine
germine pareret in principio. Lex, dū rubus arderet sine
incendio, Gratia, dū sine semine pareret uirgo. In hac em̄
habitauit pater & fili⁹, ut creator in mūdo, imperator in
regno, paterfamilias in domo, pontifex in templo, spōsus
in thalamo: prius enim altissimus sibi eā quasi mundū spe
cialissimū creauit, quàm in iustitia & sanctitate corā ipso
fundaret, & fluentis sapientiæ irrigaret, & cælestib⁹ deside
rijs instar scilicet æris sublimaret, & igne dilectionis accen
dendo illustraret. Hinc in eius mente tanquam in quodam
firmamēto solē posuit rationis, & lunā scientiæ, & uirtutes
tāquā stellas speciei oimodæ: solē qui lucē diuinæ cogni-
tionis faceret: lunā quæ cū stellis noctē actionis splendidā
redderet: & merito dñi est terra, qa sic super maria funda-
uit eā. Creato igit⁹ mūdo uolens uisitare regnū imperauit
angelo. Missus est igit⁹ angelus Gabriel à deo: Spūsanct⁹,
inqt, superueniet in te, & uirtus altissimi obūbrabit tibi.
Ita paterfamilias domū intrauit, in qua carnis habitum su
scepit, quā obtulit deo patri pro salute generis humani,
in ara crucis sacrificium, quasi pontifex in templo suum
peregit sacerdotiū: sed quia oportebat pati Christū & re-
surgere, & ita intrare in gloriā suā, oportebat ad gregem
pprijs reportari humeris ouem centesimā: oportebat po-
pulū qui ambulabat in tenebris, lucē magnā cōtemplari:
mundū prædicatiōis suæ & miraculorū nouitate irradia-
uit. Descēdēs itaq̄ de patre luminū speciosus forma præ fi
lijs hominum, indutus stola candida, in uestitu deaurato,
tanquā sponsus de thalamo processit ad publicum. Inerat
sol in sydere, oriēs in uespere, artifex latuit in opere, opus
dum regi præpararet, uesper dum in tanta sublimitate hu
miliaretur, sydus dū tanquā stella illustraret fines orbis.
Artifex igitur eam ornādo, oriēs de ea nascēdo, sol mūdū
aberrore cōuertēdo, & eam alijs in exemplum præbendo.
De genitrice dei cū talia & tāta referātur, pauca (rei pre-
cio) nobis tñ esse uidentur. Hæc est em̄ scala, rubus, arca,
sydus, uirga, uellus, thalam⁹, porta, ortus, aurora. ¶ Hæc
est enim scala Iacob, qui q̄n caput in lapide posuit, ange-
los ascēdētes & descēdētes uidere meruit. Scala ista duode
cim gradus habet inter duo latera, dextrū latus est contē-
ptus sui usq̄ ad amorem dei: sinistrū contemptus mundi
usq̄ ad amorē regni. Ascēsiones huius duodecim humilita
tis gradus. Primus est odiū peccati: secundus est fuga de-
licti: tertius metus odij: quartus in omnibus his subesse
creatori: quintus obedire meliori: sextus obtēperare com
pari: septimus obsequi inferiori: octauus subesse sibi: non⁹
finem suum iugiter meditari: decim⁹ opera sua semper ue
reri: undecimus cogitationes suas humiliter cōfiteri: duo
decimus per oia ad manū, ad nutū, ad libitū dñi moueri.
Per hos gradus ascendūt angeli, & sublimāt homines: sic
disponūtur in corde ascēsiones, sensim proficiendo, & pe-
detentim ascēdendo, sic in domo patris lucidas percipiūt
mansiones. Hi sunt duodecim apostoli qui sequuntur in
eremo uestigia Iesu Xpi. ¶ Rub⁹ q uisus est ardere sine sui *Exodi.3.*
incendio, uirginē significauit cōceptura de spiritusancto
absq̄ uirginitatis suæ detrimento. Rubus ad quē non est *Ibidem.*
Moyses ausus calceatus accedere, uirginē docuit sine ma-
ritali opere mirabiliter parere. Traditio hebræorū uisionē
in humili arbusculo asserit traditam, ne populus occasio-
ne aliqua laberetur ad idololatriā. In humili uirguncula
mirabilis nobis exhibita est uisio, in qua nullimodæ forni-
cationis uel minima fuit occasio. Fornicatio siquidem tri-
plex est. Alia est humana: quædā est mūdana: nōnulla est di
uina. Humana fit illicito actu. Mundana peruerso affectu.
Diuina scelerato cultu. Prima peccatur in proximum, se-
cunda in seipsum, tertia in deū. Prima facit carnis immun
ditiā, secūda mūdi cōcupiscētiā, tertia idololatriā. Maria
cōtra hæc tria singula adhibuit remedia. Cōtra carnis im
mūditiā, uirginitatē: cōtra mūdi cōcupiscentiā, perfectam
humilitatē: contra idololatriam, perfectā charitatē. Fuit
enim Maria mūdissima carne, humillima corde, deuotissi-
ma mente. ¶ Arcas duas fuisse legim⁹ in ueteri testamento *Gen.6.*
unam arcam diluuij, aliā testamenti. In nouo autem testa- *Exo.25.*
mento tres fuerunt aliæ. Prima arca est ecclesiæ, secunda
gratiæ, tertia sapiētiæ. Licet enim prima ueteristestamenti
in typo fieret primæ noui, & secunda in typo præcesserit
secūdæ noui, tertia uerò sicut excellēter oibus est dissimi-
lis, ita nulli penitus est cōparabilis. Siquidem arca Noe si-
gnificauit arcā ecclesiæ, arca fœderis arcā gratiæ, sanctita-
tem scilicet Mariæ. Per sapientiæ arcā intelligimus huma
nitatē Iesu Christi sctissimā. Hāc em̄ merito arcā sapientiæ
decet nūcupari, in qua oēs thesauri sapientiæ & sciæ sunt *Col.2.*
abscōditi: sapiētiæ inquā excellēter, in qua habitauit oīs
plenitudo diuinitatis corpaliter. Arca etiā Noe significa-
uit arcā gratiæ, excellētiā scilicet Mariæ. Sicut em̄ per illā
oēs euaserūt diluuiū, sic per istā peccati naufragium. Illam
Noe ut diluuiū euaderet, fabricauit: istā Xps (qui est pax
nostra & requies) ut humanū gen⁹ redimeret, sibi præpa-
rauit. Per illā octo aiæ tm̄ saluant̄, per istā oēs ad æternam
uitā (quæ per octonariū numerū significata est) uocātur.
Per illam paucorum facta est liberatio, per istam humani

generis saluatio. Illa centū annorū fabricata est spatio, in ista oīm uirtutū fuit perfectio. Illa facta est de lignis leuiga tis, ista de uirtutibus ædificata est consummatis. Illa super ferebat aquis diluuiū, ista nō sensit naufragia ulli⁹ uitij. Tri plex quidē diluuiū est. Primū fecit aquarum inundatio, se cundū uitiorū incursio, tertiū tribulationū oppressio. Pri mum igit est aquarū, secūdū culparū, tertiū oppressionū. In prīo periclitati sunt hoies, in secūdo uirtutes, in tertio uoluptates. Primū quis naufragiū patitur, deinde in pœ narū diluuiū peccator inducit, i tertiū deinceps pœnarū infernaliū retrudit. Sic infernus hic incipit, alibi perficit, cū aīa uitio, caro supplicio atterit. Per arcam uerò ecclesiæ euadimus à primo, per arcā gratiæ à secūdo, per arcam sa pientiæ à tertio. Siquidē per arcā ecclesiæ uitiorū fit extin ctio, per arcā grāe uirtutum reparatio, per arcam sapientiæ summi boni delectatio. Fit em̄ in ecclesia peccatorum con fessio, in cōfessiōe remissio, & uitiorum extinctio. Sic em̄ fa cta est inter deū & hoies recōciliatio. Deinde data uenia, subsecuta gratia, uirtutū fit insertio. Hanc sequit iustitiæ perfectio. Huic autē succedit arcanorū cælestiū contēpla tio. In hac autē inuenit quædā celestis suauitas, & intima etiā dulcedo, & perfecta boni & pseuerās dilectio. Triplex ergo est diluuiū: unū iniquitatū: aliud aduersitatū: tertiū
Naum.1. calamitatū. De primo p Naū dicit: In diluuio prætereūte cōsummationē faciet. Ac si diceret. Si diluuiū uitiorū sup hos cœperit abūdare, nolite de illis desperare: quia super quos inūdare pmitto iniustitiā, super illos facīa abundare
Hiere.31. gratiā. Hinc dicit per ꝓphetā: In charitate ppetua dilexi te, ideo attraxi te miserās. Diluuiū ergo pri⁹ ueniet, & dn̄s tunc cōsummationē faciet, qa dn̄s electos suos inumeris la psibus & uitiorū incursibus pmittit ad tp̄s affligi & humi liari, omnē remouēs p̄sumptiōis elationē: postea ab eo in cipiunt sublimari, sic in eis nutries perfectam dilectionem.
Mich.4. Hinc est illud ꝓphetic̄: Venies usq; Babylonē, & ibi libe raberis, ibi redimet te dn̄s de manib⁹ inimicorū tuorū. Et
Esa.54. illud Esaiæ. Ad punctū in modico dereliqui te, & in misera tionibus magnis congregabo te. Cōsummationem ergo deus faciet præeunte diluuio, qa de ꝓfundo uitiorū suos deus uiriliter erigit, quos ponit in uirtutū culmine, & illu strat contemplationis radio. De secūdo dicitur in cantico
Canti.8. cāticorū: Aquæ multæ nō poterūt extinguere charitatē, nec flumina obruēt illā. Hinc per psalmistā de his qui ad
Psal.31. uersitatib⁹ franguntur, & tēptationib⁹ succūbūt dicit: In dilu uio aq̄rū multarū ad eū nō approximabūt. De hoc quoq;
actuū.14. diluuio de⁹ suos eripit, iuxta illud apli: Per multas tribula
1.Cor.14. tiōes oportet nos introire in regnū dei. Itē: Fidelis deus q nō patiet uos tēptari sup id qd̄ potestis, sed faciet cū tenta
Osee.6. tione ꝓuētū, ut sustinere possitis. Et in Osee: In tribulatio
Psal.33. ne sua mane consurgent ad me. Et psalmographus: Multæ tribulationes iustorū, & de oīb⁹ his liberabit eos dn̄s. De
Iob.27. tertio dicitur in Iob. Apprehēdet eum quasi aqua inopia, nocte eū opprimet tempestas. Primū igit diluuiū est uitio rum, deinde diluuiū tribulationū, deinceps diluuiū misē riæ & tenebrarū. Primū est pcti, secūdū mūdi, tertiū inferni. Pisces primi fūt oblectamēta, secūdi iniqua tentamēta tertij perpetua tormēta. Hinc in euangelio de bonis piscan tibus uitia calcātib⁹, tēptamēta superātibus, æterna tormē
Matt.13. ta nitātib⁹ dicit: Elegerunt bonos in uasis suis, malos autē foras miserūt. Arcæ uerò grāe, gratias referimus: qa per eā scilicet Mariā & eius filiū utrūq; diluuium euasim⁹. Arca
Exo.36. quoq; testamēti, typū tenet sanctæ dei genitricis. Illā fecit Bezeleel, istā cōdidit emanuel. Bezeleel, Olyab in opere so cium habuit, & uirgo quoq; uirginū condita, prælecta, p̄seruata, præparata, & ornata per spm̄sctm̄ & ei⁹ oīpotētē filiū fuit. Bezeleel iterꝑtat umbra dei: Olyab ꝓtectio mea: prior ille spūsctī, iste uerò typū tenet filij. De illo dicit ad
Luce.1. Mariā in cōceptiōe filij btissimi: Virt⁹ altissimi obūbrabit
Matt.1. tibi. Itē ad Ioseph: Noli timere accipere Mariam cōiugē tuā: q; em̄ ex ea natū est, de spūsctō est. Iste uerò ad patrem
Psal.16. clamat in psalmo: Protege me à facie impiorū q me afflixe
Psal.70. runt. Itē de eodē: De uētre matris meæ tu es ꝓtector me⁹.

Triplex diluuium.

Item: Tanquā prodigium factus sum multis: & tu adiutor fortis. Bezeleel ergo cū socio arcam testamenti fabricauit, sancta quoq; trinitas uirginē sibi sanctificauit, ac templum sanctissimū cōsecrauit, hospitiūq; mundissimū sibi præpa rauit, thalamū quoq; de quo spōsus præ filijs hoīm specio sus ad publicum procederet, decenter præornauit. Neq; em̄ pater abesse potuit: ubi eius spm̄ & filiū cooperari no luit, Quæcūq; enim pater facit, hæc eadē filr & filius facit. Ioā.5.
Neq; em̄ filius pōt à se facere quicquā, nisi qd̄ uiderit pa trem faciētē. De spū quoq; legit in libro psalmorū: Verbo Psal.32.
dn̄i cæli firmati sunt, & spū oris eius oīs uirtus eorū. Apo stol⁹ quoq; de trib⁹ personis ita: Ex quo oīa, per quē oīa, Rom.11.
in quo oīa, ipsi gloria. Pater ergo in cōsecratione uirginis exhibuit claritatē, fili⁹ humilitatē, spūssanctus charitatem. Pater lumē exhibuit rationis, filius cinerē humiliationis, spūssanctus oleū dilectionis. Pater exhibuit potētiā, filius sapietiā, spūssanct⁹ oīm uirtutū gratiā. Pater auctoritatē cō tra peccatum, filius humilitatē cōtra mundū, spūssanctus charitatē erga deū & ꝓximū. Fili⁹ carnis mortificationē, spūssanctus cōpūctionē, pater cælestiū cōtēplationē. Fili⁹ docuit eā diuina operari, spūssanct⁹ amare & amari, pater cælestia cōtemplari. Filius eā erudit, spūs eā prouehit, pa ter eam perficit. Filius eā purificat, spūs eam pacificat, pa ter eam honorificat. Hæc dicēs, opera uel dona trinitatis non diuido, sed fideliter inseparabilia asserо. Sicut enim in essentia unitas, ita in operatione idētitas. Arca uerò testa mēti de lignis sethim facta est, & Maria de spinoso & hispi do Iudææ ppl'o & arido ꝓcreata est, qui utiq; spinosus detractione, hispidus superstitione, aridus fuit unctiōe di uinæ gratiæ. Vnde spinosus spineā coronam regi suo exhi buit, & in eū sicut ignis in spinis exarsit. Sethim enim iter pretat spinæ. Aliter Eua spina, rosa Maria. Reuera Eua spi na fuit, quæ & uirū suū ad mortem pupugit, & posteritati Rom.5.
suæ peccati aculeū infixit. Vnde apls: Per unū hominē pec catū intrauit in mūdū, & per pctm̄ mors: & sic in oēs per transiit. Ligna uerò sancti patres fuerūt, qui licet in radice aruissent arboris, spem tamen certissimam habentes in ad uentu saluatoris, tanquā peregrini & incolæ in hoc mūdo 2.Cor.6
habitabant, tanquā nihil habentes, & oīa possidentes. Ca Psal.125.
stigabāt cū uitijs & cōcupiscentijs corpora sua, eūtes ibāt Psal.31.
& flebāt mittētes semina sua. Vnde qdā ita: Cōuersus sum (inquit) in ærūna mea, dum cōfigit spina. Ad commenda tionē uerò gratiæ suæ, & ad destructionē humanæ sapientiæ, deus de fœmina, sed uirgine, descendente de spinosa patrū origine, dignatus est carnē assumere, ut similē simili reddo ret, cōtrariū contrario curaret, pestiferā spinam euelleret, peccati chirographū potentissime deleret. Humilitas per sexū fœmineū cōmendat, gloria uirginis & maiestas opi tulat, peccatum gratia eiicitur. Eua ergo spina fuit. Maria rosa extitit. Eua spina uulnerādo. Maria rosa oīm affectus mulcēdo. Eua spina infigēs oībus mortē. Maria rosa red dens salutiferā oīb⁹ sortē. De liquore spinei corticis fit in caustum unde scribit, de carnali mente tua fluxus nascitur concupiscētiæ, q in ipsa & in Adā pctm̄ actuale, in posteris origiale trāsfudit. De hac uerò apls ita clamat: Litera occi 2.Cor.3.
dit, spūs autē uiuificat. Ac si diceret: Per unū hoiem mors, 1.Cor.15.
& per unū hoiem resurrectio mortuorū. Sicut in Adā oēs moriunt, ita & in Xpo oēs uiuificabuntur. Maria aūt rosa fuit candida per uirginitatē, rubicūda per charitatē, can dida carne, rubicūda mente, candida uirtutē sectando, ru bicūda uitia calcando, candida affectum purificādo, rubi cunda actum carnalē mortificādo, candida deū diligendo, rubicūda ꝓximo cōpatiendo. De lignis uerò sethim cōdi ta est arca, in qua thuribulum, manna, & uirga sunt recon dita: qa licet Maria de patrū natura per pctm̄ uitiata, duce ret originē, præelecta tamē p spiritūsctm̄ & præseruata ad purū, deū nobis obtulit & hoiem. Thuribulum sacrosctm̄, carnē significat saluatoris: quæ aurea dicit, quia nulli⁹ pal 1.Petri.2.
sa est detrimentū pudoris, agnus scilicet sine macula, qui pctm̄ nō fecit, nec inuent⁹ est dolus in ore eius: de quo per ꝓphetic̄ dicit ele quiū: Ecce puer me⁹ electus, posui sup Esa.42.

eum spiritum

cū ſpū meū. Carbones thuríbuli, ſunt opa Ieſu Xp̄i. Carbones iſti aliq̄ mortui, q̄ñq; uerò ſunt ígnei, qa ín ſaluatore noſtro nūc ꝓpria tolerabat humanitas, nūc ꝓpria faciebat diuínitas. Ignis ín carbone, diuínitas eſt ínnocens ín opere. Ignis ín prunis, euidēs eſt índiciū diuínitatis. Carbo mortuus, in præſepe iacēs: ígneus, dæmonia expellēs: mortuꝰ, in Aegyptū fugiēs: ígneus, uendentes & emētes colūbas de tẽplo eíciēs: mortuus, dormiēs ín nauí: ígneꝰ, ímperans uentís & marí: mortuus, ſubditus parentíbus: ígneus, quatuor ſatians hoīm mília de ſeptē panibꝰ: mortuus, ad puteum Iacob rogans potum: ígneus, circa Hiericó illuminās cæcum & ſanās leproſum. Carbo erat mortuus, dum à diabolo tentaretur: ígneus, dum eí ab angelís miníſtrarē. Mortuus ín proditíoe diſcípuli, ígneus in filio reguli. Sopitus ante præſidē: ígneus circa Tyberiadē. Sopitus, dum eí Herodes illuderet: ígneus, dum mortuorum ſuſcitator magnificus fieret. Sopitus, dum eí acetum cū felle míxtū propínarē: ígneus, dum ab eo decē leproſi mūdarentur. Sopitꝰ, dum à Iudæís ſe abſcōderet: ſopitus, dum cum publicanís & pc̄ōríbus ederet: ígneus, dū ambularet ſuper undas: ígneus, dum ex aqua facto uíno lætificaret conuíuas. Sopitus, ſacens ín cunabulís: ígneus, fulgens ín míraculís. Sopitus, ante tribunal præſidís: ígneꝰ, in filia chananítidís: ſopitus, ín cruce: ígneus, ín mōte. Prunæ ergo mortuæ, erant humanitatis opera: ígnitæ, diuínitatis míracula.

¶ *Sermo de uerbis libri ſapientiæ, Sapientia uincit malitiam.*

Sapien.7. SApientía uíncit malitiam. Sicut ſapiētía ſapor boní, ita malítía ſapor malí dícitur. Clauus clauo expellitur, ita & praua bonís ſuperuenientibus elíminantur. Virtute ſiquídem & ſapientía patris mediatore dei & hoīm Xp̄o Ieſu, crucē pro nobís
Rom.6. ſubeunte, ſimul cum íllo fm aplm crucifixus eſt homo noſter, ut deſtruaī corpus peccati. Quíd ego díxerím corpꝰ
Dani.2. pc̄ís? Hoc meríto díxerím, ímaginē quā ímpegit & cōfregit lapís excíſus de mōte ſine manibꝰ: cuíus caput aureū, & cæterorꝫ mēbrorꝫ fuiſſe deſcríbunt q̄dā ex argēto, q̄dā ex ære, q̄dā ex ferro, q̄dam ex luto & ferro. Caput eſt malítia, quā ſuperí ſaporē díxímꝰ malí. Vnde & ꝓ aurū exprímit, quo nímirū ſapiētía ín ſcripturís deſignaī. Mediū uerò corporís, i. pectus & brachia, ex argento fuiſſe memorā tur. Argentum eſt lucidū, & ſonorum, cuíꝰ ſonorítas demulcet auditū, & clarítas uíſum oblectat. Vnde per ípſum curioſitas deſignatur, quæ ín his duobꝰ ſenſibꝰ, uíſu uídelícet & auditu, maxime uíget: qa per ípſos utpote príncipaliores corpís feneſtras, mors crebrius & leuíus ıntrare cōſueuit ad aías nr̄as. Per uentrē aūt & fœmora (ubí líbido dn̄atur) deſignaī uoluptas, q̄ ex ære fuiſſe deſcríbūtur, quod ſimíliter lucidū eſt & ſonorū. Qm̄ couſq; malítiæ rabies íncanduit, ut flagítioſi & coínquínati hoíes nō ſolū ín ſpurcítia delectarí, ſed etiā ín ínfamía cōſueuerínt gloríarí, utpote quí lætanī cū malefecerínt, & exultāt ín rebꝰ
Prou.2. peſſimis. Vnde prauo ſuo exēplo corrūpunt & eos q longe, & eos quí prope ſunt, ꝓxímos uídelícet mala cōuerſatione, remotos aūt mala cōuerſationís opinione. Illorum
Iob.41. oculís lucētes, íſtorū auríbꝰ ínſonātes. Tíbiæq; quæ molē ſuſtinēt corpís, ferreæ dícuntur. Squama ſquamæ coníūgiī, & totā ſuſtinet machinā pc̄ī praua & more ferrí índurata uolūtas. Quare eñ peccas? Quía neſcís quíd faciaſ? Abſit. Quía cogerís ut faciaſ? Abſit, ſed qa placet ut ſic facías. Imbutū ergo & ſuffocatū ueneno díaboli uolūtatis deſideríū, fomes ſceleris, & uírus flagítiī ſolū eſt quod obturat aures ut nō audíant uocē íncantantíum & ueneficí íncātantís ſapiēter. Per pedes quorū pars quædā erat ferrea, quædā fictílis, opera ſignātur tenebrarum: quíbus ad notitiā peruenīt hoīm. Lutū & ferrū: bene ſibí ínuicē non cohærent. Per lutū, operū ímmūdítia: per ferrū, mētis ptínacia deſignaī. Quæ licet ad horā cōíūganī, díu tn̄ cohærere nō pñt. Ducís ſiquídē ín bonís dies tuos, ſed ín pun-
Iob.21. cto deſcēdes ad ínferos. Lapís ergo prīꝰ pedes cōminuit,
Pſal.67. quía fortitudo & firmamētū nr̄m Ieſus Xp̄s. Dat denícꝫ uocí ſuæ uocē uírtutís. Vnde tonítruū uocís eíus factū ín uírtute, interíora cōcutít, & ꝓ timorē mētis pertínaciam frāgit. Deínde à uanítate ſeculí peccatore auulſo, opa deſtruit ꝓ cōfeſſionē. Bona cōſequēter deſidería ímmittēdo, & ea ín bonís adímplēdo, ſanat uolūtatē. Atq; ſub iugo diſciplínæ, obturādo aures ne audíāt ſanguínem, claudēdo oculos ne uídeāt malū, expellit curioſitatem. Et ſic ad ultímū ſapiens & placēs hō deo, caput aureū ſtatuæ confríngít, dum ſaporē malí (quē malitiā díxímus) à præcordíis anímæ penítus auellit. ¶ Sapiētía uíncit malitíam. Cuí eñ Xp̄s íncípit dulceſcere, pfectò neceſſe eſt amareſcere mūdum. Eſt ſiqdē panis q de cælo deſcēdít, habēs omne delectamētū & ſuauitatē ſaporís. ſapor eſt patrís ꝓ illā æternā & ineffabilē naturā, ſapor eſt angelorꝫ per gr̄am, ſapor eſt noſter ꝓ míam. Víncit ergo, ſed qualíter, uídeamꝰ. Attíngít eñ à fine uſq; ad finē fortiter: & diſponit oía ſuauíter. Sapien.8.
Sunt ergo ínueníēdí ad mínus duo fines altrínſecus poſíti, quíbꝰ ſapiētía mediās attíngat utrūq;. Quæramꝰ fines íſtos ín parabolís euāgelícís, íllís uídelícet ín qbus primū agítur de theſauro, quē quí ínuenít homo, uēdít oía que Matt.13.
habet: & emít agrū íllū. Subíungít poſtmodū de preciоſa Ibidem.
margaríta, quā negociator ínuētā cōparat, uenditís oībꝰ quæ poſſídet. Demū agít de ſagena, q̄ míſſa ín mare, con- Ibidem.
gregat bonos & malos píſces. Símílitudínes íſtas diligentíus perſcrutemur, ut ex ípſis elíciaī ꝓpoſita ueritas. Ager de quo ín príma agít ꝑabola, diſcíplína eſt ordínís. Ager eñ culta terra eſt, q amputatís fruticibꝰ, & arborꝫ radicibꝰ extírpatís, habílís eſt ad ſemē recípiēdū, & fructū afferendū. Talis eſt diſcíplína ordínís, q̄ auulſis pc̄ōrū tribulís, remotíſq; ſcādalorꝫ occaſionibꝰ, dígna eſt planē cuí deus emíttat eloquíū ſuū. In qua nímirū uerbū ſuū non eſt allígatū, ſed ablatís ípedímētorꝫ obſtaculís ꝓ humíles & mítes corde uelocíter currít fmo eíꝰ. Híc eſt ager ꝓlenꝰ, cuí
Gene.27. bn̄díxít dn̄s: habēs írríguū ſuperíꝰ, & írríguū ínferíꝰ. Fontes ꝓfectò Iſrael, de qbꝰ ín eccl̄ís dño bn̄dícīt. Hí ſunt fontes ſaluatorís, quorꝫ alter eſt díuínitas, írríguū uídelícet ſuperíꝰ: alter eſt hūanítas, írríguū. ſ. inferíꝰ. De fonte hūanítatís aquas potamꝰ cōfidētiæ: qa ꝓ ípm acceſſum habemus ad p̄rem: ꝓ cōfidētiā ī fide ípſíꝰ. De fonte diuínítatís, aquæ ꝓdeūt mīæ: cuíꝰ ímpetꝰ lætificat ciuitatē dei lætantē ín cælis ad plenū, peregrínantē ín terrís prout cuíq; dí
uíſit deꝰ menſurā fidei. De latíbulís ꝓphetarū exíl̄ıt Xp̄s Ieſus ad cāpos pauperū. Per merita ſuæ hūanítatís ípertít & diuínítatís partícipiū ín præmiū. Dabít ſiqdē pacē nobís trāſferēdo nos ín arcanū ſuæ diuínítatís, qa omnía opa nr̄a operatꝰ eſt nobís ín humílítate ſuæ hūanítatís. Sí ergo noſtrā ſalutē operata eſt hūanítas, qd operaī diuíní-
Pſal.15. tas? Noſtrā ꝓfectò delectationē, qa delectatíones ín dexte ra eíꝰ uſq; ín finē. Laborātes ígīt ín agro paupertatís duo habēt írrígua, qbꝰ cordíū írrígaī aríditas, & terræ noſtræ fructíficat ſterílítas. Abſq; harū aquarū refrígerío nulla ſanè adeſſet ꝓficiēdí poſſibílítas, ſed deficiēdí incūberet neceſſítas. Cum eñ ad te reuerſus cōſideras hinc exaſperatæ potētiā maieſtatís, índe exaſperātís pertínacíā ínícqtatís, nónne repente ſubíntraret deſperatio, níſi mediatorís dei & hoīm hoīs Ieſu Xp̄í íncarnatío ſuccurreret & paſſío? Supuenientíbꝰ autē ſeculí tribulationíbꝰ, & impugnatío
níbꝰ dæmonís, & eleuatís ín planitíe mētís tuæ tētationū procellís, nónne paſſionibꝰ huiꝰ tpís ſuccūberes, níſi futuræ gloríæ ſpes ſubleuaret? Sícut ergo apud humanítatem Xp̄í habes merita de qbꝰ cōfidēs deſperare nō poſſís, íta apud diuínítatē ſunt præmía de quorꝫ expectatíōe poſſís ín tribulationíbꝰ nō ſolū reſpírare, ſed & gloríarí, qa nímírum fecít nobíſcū mīam ſuam, nō ſolū remíttēs debíta, ſed
Pſal. etiā ꝓmíttēs præmía. Quíd retríbuā dño pro oībꝰ q̄ retríbuít míhí? Pro oībus qdem q̄ míhí ad cōuerſionē meā tríbuít míhí? Pro oībus qdem q̄ míhí ad cōuerſionē meā tríbuít. In ípſa cōuerſione mea corpus meū & anímā meam retríbuít, ímo reddídít, ímo me pígrítāte & renítente ípſe à me extorſit. Ecce aūt pro oībus quæ ab ínítío conuerſiónís meæ míhí tríbuít, cōpunctionem uídelícet lachrymarum, deuotionē meditationū, cōſolationem ín laboríbꝰ.

Universidad de Deusto Biblioteca

delectationem in meditationib⁹, pro his, inquā & innume
ris alijs bñficijs qd ei rursum retribuā? Qui totū dedit, qd
Ibidem. ulterius impẽdere habeo? Calicẽ salutaris accipiam, & no
mẽ dñi inuocabo. Quid est calicẽ accipiā? Anima mea de-
Esai.26. siderabit te in nocte: sed & spūs me⁹ in p̄cordijs meis. No-
Ibidem. men tuū & memoriale tuū in desiderio animæ. Nomẽ sal-
uatoris mei fratres mei, carnis meæ, sanguinis mei, nomen
à seculis abscōditū, sed in fine seculoꝝ reuelatū: nomẽ mi-
rabile, nomẽ ineffabile: nomẽ inæstimabile: imo eo mirabi
lius, quo inæstimabili⁹: eo magis gratū: q̄ gratuitū. Hoc
īquā nomẽ nō iā uiuẽte me labijs meis laudabo, sed iā nō
uiuẽte me, uiuẽte uerò i me Xp̄o, sicut adipe & pīguedine
repleat aīa mea, ut nō solū exterioríb⁹, sed & interioribus
Iohel.2. labijs inuocẽ nomẽ dñi. Quicūq; eñ nō uocauerit, sed in-
uocauerit nomẽ dñi, saluus erit. Non solū autẽ nomẽ, sed
& memoriale passiōis ei⁹ semp sit in desiderio aiæ meæ, ut
passiōis ei⁹ particeps efficiar: siquo mō agnoscere potero
sicut & agnit⁹ sum. Sic ergo calicẽ ei⁹ accipiā, qa monumẽ
ta passiōis suæ intra aiæ meæ sinū, intra memoriæ meæ cel
las semp reuoluā. Aspiciā regẽ Salomonẽ in diademate q̄
coronauit eū mater sua. Aspiciā eū ligatū, flagellatū, con-
Num.21. sputū, saturatū opprobrijs, clauisq; cōfixū. Aspiciā in hu-
ius deserto exiliꝝ serpentẽ æneū sup columnā crucis exal-
tatū, ut serpẽtes q me mordẽt moriant, qa null⁹ qui credit
in eū pibit, sed habebit uitā æternam. Hæc & alia patiẽtis
& moriẽtis dñi mei memorialia, memoriæ meæ arctius cō
mẽdabo, & ad os cogitatiōis reuocās, ruminābo diutius,
ut impinguer deuoti⁹. Hæc īquā crucis & passiōis ei⁹ in-
signia sint p̄ntia, ut leua ei⁹ dilectiōis (q̄ nemo unquā ma-
iorẽ habuit) sit sub capite meo, ne uidelicet mens mea ad
carnalia incuruet desideria, donec dextera diuinitatis ei⁹
amplexet me, ut absorbeat hoc quod mortale est à uita: &
1.Cor.5. mortale hoc īmortalitatẽ, & corruptibile hoc īduat īcor-
ruptionẽ. Leuā in hoc loco hūanitatẽ ei⁹ accipio, in q̄ no-
bis exhibuit charitatẽ ut dixim⁹, q̄ nemo maiorem habet,
ponẽs aīam suā etiā p̄ inimicis suis. Dextera est diuinitas,
Psal.16. qua desidero amplexari & circūdari. Tūc eñ satiabor, in-
Psal.15. quit, cū apparuerit gl'ia tua, & adiplebis me lætitia cū uul
tu tuo: qa delectatiōes in dextera tua usq; in finẽ. Cæterū
quātū dextera sinistræ p̄cellit, quātū uidelicet æterna ca-
ducis, īcorruptibilia corruptibilib⁹, īmortalia mortalib⁹,
tñ necesse est p̄cellere charitatẽ quā nobis exhibitur⁹ est
in gl'ia suæ diuinitatis, charitati quā nobis exhibuit in mi
seria suæ hūanitatis. Hāc eñ & oculus uidit, & auris audi-
uit, & in cor hoīs ascẽdit, nō quā p̄parauit diligẽtibus se.
Quæ tñ est illa charitas? Audi. Licet maiorẽ hac dilectio-
nẽ nemo habet ut aīam suā ponat qs p amicis suis, ipse tñ
Roma.5. suā posuit p inimicis. Cū eñ adhuc inimici essem⁹, recōci
liauit nos deo in sanguine suo. Si hoc fecit hō, quid faciet
deus? Si hoc fecit pauper, quid faciet diues? Si hoc fecit p
inimicis, qd faciet pro amicis? Si hoc fecit in uia, qd faciet
in p̄ria? Si hoc fecit in exilio, quid faciet in palatio? Si hoc
fecit in terra, ubi sui eum nō receperunt: qd faciet in cælo
ubi ei oēs obediūt? Si q̄nq; suggestionib⁹ diaboli, uel im-
portunis carnis nr̄æ clamoribus ad curā carnis in deside-
rijs peragẽdā reuocemur, anxietates Xp̄i, crucisq; suppli
ciū ponamus præ oculis, & cōfestim ipsa nos docebit ex-
1.Cor.1. perietia qd senserit apl's cū dixit: Verbū crucis his q saluí
Gala.6. fiunt uirtus dei est. Et mihi absit gloriari nisi in cruce dñi
nr̄i Iesu Xp̄i. Quare? Quia sicut fluit cera à facie ignis, sic
pereūt oēs immūditiæ à facie crucis. Dei siquidē infirmi-
tas, nr̄a est fortitudo, & in stultitia eius facti sumus sapien-
1.Cor.1. tes. Quia eñ mūdus nō cognouit in sapiētia deū, placuit
Ioan.1. deo per stultitiā p̄dicationis saluos facere credentes. Ver-
bū caro factū est, & habitauit in nobis. Caro factus est car-
nalib⁹, sicut spūs angelicis spiritib⁹. Agnoscat eū caro in
carne: hō in hoīe. Agnoscat inquā & imitet, ut eū uidere
mereat in maiestate, qa per humilitatẽ pertinget ad subli-
Roma.8. mitatẽ. Si eñ cōpatimur, & cōregnabim⁹?: si cōmorimur,
2.Tim.2. & cōuiuemus. Agnoscamus eum inquā fm carnẽ, donec
calcatis motib⁹ carnis, & oibus extinctis uel deuictis car-
nalibus desiderijs possimus dicere cū apl'o. Et si cognoui 2.Cor.5.
mus eū fm carnẽ, sed iam nō nouim⁹. Licet eñ gloriosum
sit uidere uel in memoria habere etiā fm carnẽ, speciosum
forma præ filijs hoīm, magis tñ proponit nobis caro eius
ad medelā quàm ad gloriā, ad necessitatem quàm ad beati
tudinẽ. Altera siqdem collata est beatitudo animæ: cui ni- Nota
hil creatū sufficere pōt, etiā si cum terra cælum possideret.
Nec satiari pōt eius cupiditas donec eū habeat cui⁹ ima-
go est, q solus pōt implere angulos cupiditatis suæ. Sicut
aūt mediator noster duas naturas, hūanitatẽ uidelicet &
diuinitatẽ cōiunxit in una psona, ita singula ei⁹ opera ad
hāc siue illā necesse est p̄tinere naturā. Ad hanc siquidem
miseria, sed ad illā pertinet potētia. Quicqd ergo miseriæ
passus est: ex hoīe cōtraxit. Quicqd potēter operat⁹ est, à
patre habuit. Humanitate igit & diuinitate altrinsec⁹ po-
sitis, duo habes media, passionẽ, & resurrectionem. Illa est
miæ & miseriæ, ista est potentiæ. Vis annunciari inter pō-
nas colūbæ. i. inter pfectos sanctæ eccl'iæ, quorū uidelicet
exēplo infirmi roborant, depssi subleuātur? Dormias ne-
cesse est inter medios cleros. i. inter passionẽ & resurrectio
nem, hinc stipat⁹ fructibus, hinc fulcitus floribus. Fructus
ad passionẽ, flores ad resurrectionẽ pertinent. Quæ semi- Gal.6.
uauerit hō, hæc & metet. Qui seminat in carne, de carne Ibidem.
metet corruptionẽ. Seminauit uetus hō in carne, messuit
postmodū corruptionẽ. Quā? Passionem Xp̄i. Nisi eñ ue
tus hō transgrederet, nouus nō pateret. O profundum &
inscrutabile redēptionis nostræ cōsiliū. Verè diligẽtibus Roma.8.
deū oīa cooperant in bonū. Dñe Iesu Xp̄e, si inobediētia
Adæ coopata est nobis in bonū, & tñ tam⁹ mirificū bo-
nū, ut tu fieres corruptibilis, tua obediētia in quod bonū
nobis cooperabitur? Profectò ut hō fiat īcorruptibilis. Si
seminātes in carne, tuā messuimus corruptionẽ: seminātes
in spiritu, nostrā metemus incorruptionẽ. Omniū ergo tẽ
porū quæ sub cōuersatione ueteris hoīs transegimus, fru
ctus noster est passio Xp̄i, cui debem⁹ cōfigurari, mortifi-
cationẽ eius circunferentes in carne nr̄a mortali. Vñ sicut
ab initio cōuersationis, ita ab initio p̄dicationis suæ ppo
suit nobis pniam. Agite, inqt, pniam, q̄ñ appropinquabit Matt.4.
regnū cælorū. Magnā refectionẽ senserat, q de fructu pœ
nitētiæ dicebat: Fuerūt mihi lachrymæ meæ panes die ac Psal.41.
nocte. Et alibi: Cibabis nos pane lachrymarū, & potū da- Psal.79.
bis nobis in lachrymis in mēsura. Et iterū: Potasti nos uí- Psal.59.
no cōpunctionis. Quare ergo nō dixerim pniam messem
uel fructū, q̄ panis uocatur & uinum? Fructus iste amarus
est, sed salubris: qa pnia amara est quidē ad tolerandum, sa
luberrima aūt ad cōualescēdū. Proinde fidelis aīa quæ re-
tro sunt obliuisci desiderans, & ad anteriora extendi, his
fructib⁹ stirpari & roborari desideret, quatenꝰ ipsis inter-
positis ad secularia desideria carnisq; illecebras nō possit
reflecti. Sicut aūt tpalitatem uetustatis nostræ recolentes,
finẽ eius & fructū habemus pniam: ita æternitatẽ nouita-
tis nostræ meditādo p̄currentes, quandā gaudiorū senti-
mus fragrantiā: quæ merito flor⁹ cōparat, qa huius flore
spes fructus concipit, sicut & p horū præguſtationẽ gau- Roma.8.
diorꝝ certius animamur ad expectationẽ futurorū. Quod
eñ nō uidemus speram⁹: unde & per patiētiā expectam⁹.
Tpis ergo p̄teriti fruct⁹ est cōpunctio: æui futuri flos est
deuotio. Dormias ergo necesse est inter medios cleros, id
est inter passionẽ & resurrectionẽ, inter fructū & florẽ, in-
ter cōpunctionẽ & deuotionem. Qui sunt qui dormiunt?
Qui flent tanquā non flentes, q gaudẽt tāquā nō gauden 1.Cor.7.
tes, qui utūtur hoc mūdo tanquā nō utātur: q ut seductо- 2.Cor.6.
res & ueraces: sicut qui ignoti & cogniti: per ignominiā
& bonā famā, tā p̄spera quàm aduersa huius uitæ trāseunt
acsi non sentiant. Beatus siqdē ppl's cui etiā in hoc mundo
relictus est sabbatismus. Qui dormit, expositus est, nullam
sui curā gerens, & tñ quiescit. Ita & nos oēm solicitudinē 1.Petri.5.
nr̄am in eū proiicientes, tā in aduersis quàm in p̄speris ex-
ponamur, tā p plana quàm per aspera ducatui illi⁹ cōgra-
tulātes, qui ideò īclinauit cælos & descendit, ut reduceret
nos in uiam rectam, ut de loco peregrinationis iremus in

ciuitatem

Universidad de Deusto

ciuitatē habitatiōis. Sī hæc uia ardua est & stricta, ne desicias, qa eo tutior & rectior est. Porrò præuius tuus fortis & pius est, paratus utiq; in defectu tuo te sacris in humeris collocare, & te portare ad gregē, qa qui dux & dñs tuꝰ
Eccl.49. est, ipse etiā & asinus tuus est. Isachar asinus fortis, & po-
Psal.67. steriora dorsi eius in pallore aurí. Ipse dorsum nostrū cui imponant onera cæteris mēbris iportabília, sicut & hœdus noster emissariꝰ ipe est, cui imposita sunt pcta nra, qa
Esaie.53. uerè lāguores nros ipse tulit, & dolores nros ipse portauit. Hinc ergo in memoriā reuoluentes passionē Xpi, oia blandimēta mundi ut stercora reputemus, ut passionibus Xpi cōformemur: inde spe tenētes firmiter gloriā resurrectionis, ne deficiamꝰ sed gliemur in tribulationibus, quia
Rom.8. passiones huius tpis cōdignæ nō sunt ad futurā gloriā q̄ reuelabit in nobis. Ager ergo paupertatis merito plenus dicit, quē simul & uer decorat floribus, & autūnus replet
Genes.27. fructibꝰ. Cui merito pr cōparat filiū suū dicēs: Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni. In quo nimirū ois perfectio
Rom.1. paupertatis, & uirtutū plenitudo supabūdauit, ita ut de
2.Cor.8. plenitudine eiꝰ oēs acciperemꝰ. Cum cm̄ diues esset, propter nos factus est egenus, ut illiꝰ ditaremur inopia. Ager iste aquis irriguus, floribus redolēs, & abūdās fructibus,
1.Thes.4. thesaurū habet in se absconditum, uidelicet continētiam carnis. Preciosus siqdē thesaurus est possidere uas suū in sanctificatiōe & honore, nō in passione desiderij, sicut gētes q̄ ignorāt deum. Noli q̄rere thesaurū hūc inter spinas & tribulos secularis illecebræ, nec in siluis ruditatis antiquæ. Non em̄ in silua, sed in agro absc̄ditus est. Quæras
Psal.103. in agro ubi saturant ligna cāpi, & ubi passeres nidificant, id est ubi incōtinentes respiscūt, dignos pniæ fructus faciētes, prolē gignūt, non sibi tm̄, sed & alijs pficiētes. Cōtinētiā tibi credas necessariā, ut spūssanctus fiat in te fons aq̄ salientis in uitā æternā. Aqua nō surſum salit, sed dēsur-
Eccles.1. sum necesse est ut ueniat. Oē datū optimū & oē donū perfectum dēsursum est, descēdēs à patre luminū. Ergo quod salit in uitā æternā, à uita æterna pfectò descēdit. Vñ licet aqua dēsursum ueniat, nisi cōtinētē & integrū habeat cōductū, surſum nō redit sed diffluit. Descēdit ī te spūssctūs,
Luc.23. uiuificauit aiam tuā, ut in te saliat in uitā æternā. Cōtinēs necesse est ut sit corpus tuū, quatenus obtures aures tuas ne audias sanguinē: & claudas oculos tuos ne uideas malū, ne gra de superis tibi collata, per minus circunspectos sensus tuos foris effluat, spū tuo diffuso in uanitates & insanias falsas. Nota aliud esse cōtinentē, aliud castū. Luxuriosus & castus sibi repugnāt. Luxuriosi est motus sentire, & motibus cōsentire. Casti est nec motus sentire, nec motibus consentire. Cōtinēs est in medio utrobiq; sumēs participiū, cum altero cōe habēs motus sentire, cū altero motibus nō cōsentire. Iste existēs in medio domus: deorsum luxuriosa, surſum uerò collatus pudico. Et si nō in mundi tia cordis perābulat, tm̄ in innocētia cordis decātat miam & iudiciū. Iudiciū, q̄ motus sentiat: miam, q̄ motibus nō
Cāt.2. consentiat. Iste nolēs dimittere angelum magni cōsilij incipiente aurora nouæ lucis, sed petens obnixe benedictionem perseuerantiæ, etsi non oīno priuarí, claudicare tamē meretur altero pede. Quí sunt duo pedes? Motus sentire, & motibus consentire. Illud est naturale, istud est crimínale. Licet ergo nondum ignorare possit prauos motus desideriorum, sed adhuc in ipso uigeat pes iste: per gratiam tamē supernæ benedictionis ita eneruatur in ipso pes cōsensus, quatenus etsi ipse trahat, ipsi tamen initi nō possit. Non est omnino sine eo, quia cum repentina cogitatione concurrit multoties quædam delectatio, quæ tamen cum sentitur, gemitum magis quàm cōsensum extorquet. ¶ Inuento huiusmodi thesauro in agro paupertatis, ut in tuā thesaurus redigatur possessionem, uade & uende omnia quæ habes, & eme agrū illum. Quid est uēde omnia quæ habes? Abrenuncia omnibus quæ possides, exiens ad Iesum extra castra, ut portes improperium crucis eius, quatenus tantæ humilitatis merito de nemore exiens in quo inuolutæ sunt semitæ impiorū (qui in circuitu ambulāt)
agrum quem prædixímus possídeas, in quo abiectis occupationibus curisq; secularibus, corpore cōposito, & corde dilatato, curras alacer uiam mandatorum dei: quæ quidem desiderabília sunt & dulciora super mel & fauū. Quare? Quia in custodiendis illis retributio multa. Planè mul-
Psal.18. ta, quia custodientibus ea debetur uita æterna. Vnde ue-
Ibidem. ritas: Si uis, inquit, uenire ad uitam, serua mādata. In hoc
Matt.19. gradu cōtinentiæ in quo refrenas quod delectat, & quod non delectat operaris, magna tibi incumbit tribulatio, qa dum uoluntati tuæ repugnat ratio, bellum geritur intestinum. Noli ergo torpere, sed leues oculos tuos ad eum qui habitat in cælis, à quo ueniet tibi auxilium ut non solum permaneas, sed etiam glorieris in tribulationibus. Quod tm̄ aliter non fit, nisi tibi sapiat deus. Quæras ergo necesse est sapientiam per quam tibi sapiat deus, & mundus desipiat: quæ per preciosam signatur margaritā, quam qui inuenit homo uadit & uendit uniuersa quæ habet, & emit eam. Vtinā gustares & sentires quàm dulcis est dominus.
Sapiē.16. Vtinā gustares panē qui de cælo descēdit, habentē omne delectamentū & suauitatē saporis. Profectò si qd haberes, uēderes, & cōparares eā. Quid tm̄ habes uendere, qui oia quæ possidebas uēdidisti propter agrū paupertatis cōparandum, in quo thesaurū inueneras continentiæ? ¶ Vide ne fortè duplex sit possessio tua, una interior, altera exte-
De uitio propriæ uoluntatis. rior. Exterior est secularis facultas, interior est ꝓpria uolūtas. Secularibus facultatibus abrenunciasti, exiens ad Iesum extra castra huius seculi, adhuc tm̄ rudis, & uetustatis tuæ tenebris obuolutus, propriæ uolūtatis tuæ uitiū nō intellexeras: quæ profectò non relinquitur quoties fit exterior abrenunciatio. Citius em̄ & leuius relinquit facultas, quàm cupiditas amittatur. Vnde dñs non quoscunq;
Matt.5. pauperes, sed pauperes spiritu dicit esse beatos. Qui sunt illi? Non omnes utiq; qui habent, sed qui amant paupertatem. Parum ergo omino, imo nihil ꝓdest exterior abrenunciatio sine interiori uel comitante, uel subsequente. Propria siquidem uoluntas deum impugnat, & aduersus eum extollitur. Ipsa est quæ paradisum spoliat, & ditat infernū: quæ sanguinem Xpi euacuat, & ditiōi diaboli subiugat mundū. Vide qualiter propria uolūtas aduersetur deo. Nemo pōt duobus dominis seruire. Nō poteris obe-
Matt.6. dire simul & diuinæ & propriæ uolūtati. Si em̄ uoluntas tua uolūtati diuinæ cōcordat, iā non propria uolūtas est, sed cōmunis: non tantum est hominis, sed hominis & dei. Cæterum uoluntati dei ex debito creationis tuæ necessario es obnoxius. Quare? Quia sola uoluntas dei certa est, quare creauerit & recreauerit te deus, sicut ait apostolus
Iacobi.1. Iacobus, Volūtarie genuit nos uerbo ueritatis. Facis qd debes, dum obedis ei. Debitum etiā uirtutis pensum fideliter persoluis, dum eius uoluntatē & habes in desiderio, & seruas in obsequio. Ecce aūt fallente diabolo & sensibꝰ tuis seculo lenocinante, ad ea q̄ foris sunt curiose egrederis, ad quoꝝ delectationē dū, ꝓpriæ uoluntatis attraheris cōcupiscētia, quodāmodo abrenūcias deo, acsi abnegans diceres: Hucusq; te colui, uoluntatē tuā feci, sed nullam in me deinceps habeas fiducia, quia alij dño seruire fidemq; seruare proposui. Ecce ꝓpriæ uoluntatis iniquitate abnegasti deū tuū: sed necdū sufficit tibi ipsa negatio: quinimo impudētissimꝰ pōdo subsequēter effectꝰ, in possessiōes eius uiolēter debaccharis, tā alimētis quàm indumētis quæ pparauit nō cōtēptoribus, sed seruitoribꝰ suis, ad tātæ maiestatis iniuriā impudēter abutēs. Si in monasterio es: nihil comedis, nihil bibis, nullo indueris quod prius nō auferas: dumq; de sacrario uictualia rapis, latrocinio sacrilegium iungis: accedis tm̄ ad altare: & dñicum corpꝰ & sanguinē tractans nihil in te criminale reperis: qui (si ueritas subtiliter indagat) deū negasse conuinceris, ac latro probaris ac sacrilegus. Sequitur tertiū quod grauissimū est, quē abnegasti, quē deprædatus es, ad ultimū moliris occidere. Permanēs em̄ in iniqtate tua, pctm̄ tuū uis esse impunitū, in quo deū uis esse iniustū. Exigit em̄ iustitia eius, ut
Rom.2. unicuiq; reddat sm̄ opera sua. Qui em̄ deū uult esse iniu-

stū, uult deū nō esse deū. Et q desiderat non esse deū, nónne quantū in eo est ipse deū occidit? Proinde q uendidisti exteriorē possessionē tuā, ut abscōditū in agro regularis disciplinæ thesaurū cōtinētiæ emeres, uade & uēde interiorē proprietatē, longe pfectò grauiorē ad relinquendū, & oīno pernicioſam ad retinēdū, ut p̄ciosam margaritam
Eccl.1. sapientiæ cōpares: quā q inuenit, beat⁹ si tenuerit eā. Vis eā habere? Serua mādata. Sic eīm scriptū est: Cōcupisti sapientiā? serua mandata, & dñs dabit illā tibi. Impēde igit obedientiā, & recipies sapientiā. Quomodo eīm possum⁹ deo placere, aut ipse nobis sapere, si eius mādatis cōtem-
Matt.19. pserimus obedire? Vnde interrogāti in euāgelio adolescēti, diuina cōtinuo mādata proponit seruāda, ostēdens in nobis faciendā esse ei⁹ uolūtatem à quo æternā speramus
Matth.7. retributionem. Propter q̄d dicit: Nō oīs q dicit mihi dñe
Lucæ.6. dñe, intrabit in regnum cælor̄. Et alibi: Quid uocatis me dñe dñe, & nō facitis quæ dico? ¶ Hoc ordine debes progredi. Cōtinere nō potes in seculo? fuge seculū, & apprehēde disciplinā, ubi pfecto inuenies cōtinentiā. Iugulatis post modū p cōfessionē carnalibus desideriis, de uitiis aīæ
Ephe.6. poteris liberius iudicare, de quorū radicibus flagitiorū pullulant furculi, & in perfectū turpitudinis corp⁹ excrescūt. Hæc aīæ uitia, spiritalia neqtiæ uocat apostol⁹, quæ parū discernere poteras dum carnalib⁹ occupabaris desideriis, & in eis quæ foris sunt delectabaris. Postquā ergo exteriorē delectationē amiseris, nisi senseris interiorē, diu stare non poteris. Quæ est illa? Visitatio sancti spūs. Hanc tibi auferri inuenies per propriā uoluntatē. Vēde eā, mandatis dei diligēter obedīedo, & pro ea inuenies uitā æter-
Matt.19. nā. Dicit eīm ueritas: Si uis ad uitā uenire, serua mandata. Ecce habes continentiā, qua corpus tuū possideas in sanctificationē: habes sapientiā qua deo placeas in deuotiōe. Habes aliquid tibi, habes aliquid deo, sed q̄d habes pro-
2.Cor.5. ximo? Quid est quod dicit apl's? Siue sobrij sumus uobis, siue excedimus deo? Quib⁹ loquitur? Proximo loquitur. Qui ergo excessum suū dat deo, sobrietatē suā pximo, q̄d
1.Cor.13. sibi retinet? Charitas non q̄rit quæ sua sunt. Quare? Quia non est egena, & habet, & superabundat. Ita & tu necesse
Roma.12. est habeas aliquid ad opus proximi, ut probes quæ sit uoluntas dei bona & beneplacens & pfecta. Probas in te uoluntatē dei bonā per cōtinentiā, bn̄placentē per sapiētiā, restat ut pbes perfectā per mīam, q̄ quidē significat per sa-
Matth.13. genā missam in mare, & ex omni genere pisciū cōgregantē. Sagena siq̄dē mīæ, per mare fraternæ charitatis trahit, & bonos & malos pisces. i. tā amaras quàm dulces affectiones cōtrahit, oībus se conformās, & oīm in se tam aduersa quàm pspera trañciēs. flens cum flentib⁹, gaudēs cū gaudentib⁹: q̄ tandē uenies ad littus, qn̄ uidelicet de seruitute corpis huius liberabit in libertatē gloriæ filior̄ dei, qcq̄d amar̄, qcq̄d triste, quicq̄d aduersum est, destruet & exuet: cui nimirū erit lætitia, & lux lucebit ppetua. Q. cōgregationē mare dixerim, non tibi uideat absurdū: quæ nimirū flante aura tētationis, procellis turbationū multoties elidit̄. In qua sunt quāplures q ascendūt usq̄ ad cælos p̄su-
Psal.106. mendo, & descēdūt usq̄ ad abyssos desperādo: quor̄ aīa in ipsis tabescēte turbant & mouētur sicut ebrij, & omnis
Psal.92. sapiētia (imo cōsciētia) cor̄ deuorat. Sed licet mirabiles elationes maris, mirabilis tn̄ in altis dñs: quia etsi qñq̄ in nauī dormire sustineat, nouit tn̄ surgere in tpe opportuno, & eo imperāte fluctib⁹ & marī, redit tranquillitas magna. ¶ Ad inueniēdos fines sapiētiæ (ut proposuim⁹) tres posuimus parabolas euangelicas, easq̄ prout dominus dedit exposuimus: primā de thesauro, secundā de margaritis, tertiam de sagena. Iam uerò deuicta tantæ caliginis densitate, patet quomodo sapientia attingat à fine usq̄ ad finem fortiter. Sanè sm q̄ processimus, sapiētia quasi medium locū tenet, habens hinc cōtinentiā, inde misericordiam. Attingit autem modo ad istam, modo ad illam, fortitudinem utrinq̄ ministrans. Luxuria siquidē impugnat cōtinentiā, auaritia misericordiā. Luxuria flagitiū est, auaritia spiritualis nequitia. Vnde illud uitiū corporis, istud
1.Cor.6. animæ. Vide quia nullū est pctm̄ quod ita inquinet corp⁹ sicut luxuria. Omne enim pctm̄ quod fecerit hō, extra corpus suū est: qui aūt fornicatur, in corpus suū peccat. Simi-
Coll.3. liter super omne pctm̄ auaritia inquinat aīam. Vñ & idolorū seruitus dicitur. Incuruat eīm ad infirma & egena elementa aīam, quæ soli creatori subiecta, cæteris rebus deberet præesse. Qui ergo perseuerāt in cōtinētia, assultus sentiunt luxuriæ, sed apud sapiētiā fortitudinē inueniunt resistendi. Per hoc eīm q̄ eis sapit de⁹, & gustare q̄nq̄ meretur quàm dulcis est dñs, illā infelicissimā & fœtētissimam dulcedinē luxuriæ respuunt, & apud eum inueniunt refrigerium, cuius apud se habent desiderium. Similiter auaritia subuertere nititur misericordiā, & quasi sub specie boni res monasterij prohibet uendere pro necessitatibus infirmorum, acsi corruere debeat monasterium si cura suscipiatur infirmorū. Sed quibus sapit deus, non adeò sapit terrena substantia, quin infirmis compatiantur. Auaritia aūt dum ingerit superfluitates, uult necessitates resecare: sed sagena misericordiæ quæ sit ex filis cōpassionis, & impendit charitatē in necessitatib⁹ inuenies, & habet discretionē in superfluitatibus rejciendis. Dat itaq̄ sapientia uirtutem & fortitudinem plebi suæ, uirtutē cōtra auaritiam, fortitudinē contra luxuriam, & tn̄ inter tot pertur-
Rom.8. batiōes & inter tot angustias disponit ut diligentib⁹ deū omnia cooperentur in bonum. Amen.

¶ *Lectio sancti euangelij secundum Matthæum.*

Matth.25. IN illo tpe dixit Iesus discipulis suis parabolā hāc. Sile est regnū cælor̄ decē uirginibus, q̄ accipientes lāpades suas exierunt obuiam sponso & sponsæ. Et reliqua.

¶ *Homilia.*

SPonsus Christus est, ad cui⁹ uocem q amic⁹ est stat, & audit, & gaudio gaudet, ppter uocē spōsi. Huic nos despondit apl's, q ait: Despōdi uos
2.Cor.11. uni uiro uirginē castam exhibere Xp̄o. Timeo autē q̄ nō possit hoc facere q̄d spospōdit. i. animā nostrā exhibere Xp̄o uirginē, & uirginē castam. Castā addit, qa sunt q̄dā uirgines corpore, q̄ cogitatiōe fornicaria deuirginantur, & suaueolentē uirginitatis florē, libidinosæ affectiōis putore cōtaminat. Et hæ q̄dē fatuis quinq̄ uirginibus designantur, quas nō rectæ intētionis affectus instituat. Virgo Xp̄s est, & uirginis filius, & uirginē cōiugem uult habere. Tu si habes angelicā (plus dico uobis) Xp̄i
Cant.1. matris q̄ suæ grām, hilarescē, tripudia, & in amplex⁹ Xp̄i festinabūda gestiēs illud amatorijū clama suspirans: Oscu-letur me osculo oris sui. Sponsa ergo es Iesu Xp̄i, sed hoc tuum nomē diligenter attende. Sponsæ uel sponsi nomen ab eo q̄d est spondere, grāmatici deriuāt. Dicunt aūt spōsus & sponsa, qa se sibi alterutrum spondēt, ut nec ille nec illa alteri nubat. Porrò inter diē despōsationis hui⁹ interponitur aliq̄n breue spatiū, aliq̄n & pductū, & tn̄ definita ac denoīata est dies qua debeāt cōuenire: q̄d q̄dē sapiēter atq̄ utiliter statutū est, ut interim mutuus amor augeatur & crescat, & impatiens desideriū cupitæ copulæ quo amplius differt, ignescat. Et quia iuxta Salustiū, cupiēti animæ nihil satis festinatur, diem dictarum nuptiarū properantius esse desiderēt. Sic Iacob pro Rachel septēniumà
Gene.29. die desponsationis labore desudat, cubat sub dio, gelu abget, solibus uritur, nec tanti ac tam diuturni laboris amator uehemens cedit iniuriæ. Quorsum aūt istæ: Vt & tu si iam spōsa Xp̄i es, ardeas amore, æstues desiderio, anheles suspirijs, dum tardat dies copulæ cōcupitæ. Ait quidam: Palleat omnis amās: ut pallor & macies sint amoris signa certissima. Quid tibi cum lautioribus epulis? Quid tibi cū uino? Non est hoc monachor̄. Epulent splēdide ciues Babylonis. Si te uiderit ob amorē suum sponsus marcescere, si pallescere, si calescere impatienti desiderio, accelerabit copulæ diem, offeret oscula, iunget amplex⁹. O lætam diem nuptiarum. O felicem sponsam tali cōiugio. Carpe oscula ô beata sponsa, iunge amplexus, canta: Ecce quod cōcupiui iam uideo: quod amaui iam teneo: ipsi sum iuncta in cælis, quem in terris posita tota deuotione dilexi.

Simile

Simile est regnū cælorū decem uirginibus, quas rex cælo
rum si sibi cum lāpadibus luminosis occurrerint, in illum
cælestem thalamū intra asylū cubiculi introducet. Sed qd
facim⁹, quia quinq; sunt fatuæ, & quinq; prudētes? Puto
aūt q; & plures, & prudētiū numerū longe superet multi-
plicitas fatuarū: cæterū oēs acceptis lampadibus exierūt
obuiam sponso & sponsæ. Exierunt. Vnde exierunt? Pla-
nè de substantia & seculari cōuersatione, iuxta illud: Re-
cedite, exite inde, & imūdū ne tetigeritis. Audit & Abra-
hā: Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo pa-
tris tui. Loth quoq; de Sodomis exire præcipit, & retro-
spicere phibetur, ne pariter cū Sodomitis ardētib⁹ inuol-
uatur incēdijs. Sed quid dixit ad angelum? Est ciuitas hic
iuxta, ad quam possum cōfugere, parua: & saluabor in ea.
Nunquid nō modicū est, & uiuet aīa mea? Ciuitas parua
& iuxta, id est non longe à seculo in qua Loth ardente So
doma saluatur, monasteriū est. Nunquid non modica est
respectu illius, mūdi latitudinem occupans, populosa ual-
de & malitiosa, cupiditatis & libidinis flagrat incendio?
Eximus inde, & ad paruā ciuitatē quæ iuxta est confugi-
mus, ardentē cū ciuib⁹ suis Sodomā relinquentes. Salua-
bor, inquit, in ea. Planè saluabimur in ciuitatula ista, si nō
respexerimus retro, si flāmātis Sodomæ (quæ iuxta iuste
ardet) non nos apprehēderint, non nos incēderint fauil-
læ caducæ. De hac Sodoma exierūt uirgines obuiā spōso
& sponsæ, longe eīn est à uirginibus flamma Sodomorū.
Exierūt aūt cū lāpadibus, lumbos habētes præcinctos, &
lucernas in manib⁹ ardētes, ut & castitatis singulū astrin-
gatur in corpore, & ad utilitatē proximi, & gloriā patris,
lux exēpli clareat in operatione. Sic Gedeon in lagūculis
lampades occultās, sed in hora certaminis fractis uasculis
demonstrans, repentina luce hostes terruit, & uertit in fu-
gā. Terrent eīn principes tenebrarū uisa luce bonoꝝ ope-
rū, qa stare ante lucē tenebræ non pñt. Prudētes eīn uirgi-
nes acceperūt oleū in uasis suis cū lampadibus. Vide pru-
dentiā uirginū istarum, sciebāt noctem fore productam, &
nescientes qua hora noctis sponsus ueniret, non contētæ
oleo lampadum, etiam in uasis oleum sumunt: ut si fortè il-
lud quod erat in lampadibus adnihilaretur & deficeret,
de eo quod in uasis reposuerant ad custodiā luminis, lam-
pades implerent. Oleum in lampade, est opus bonū in ma
nifestatione, sed dum uidetur à proximis claritas operis,
dum mirātur & laudant, extollitur plerūq; & assurgit cla-
tus animus operātis: & dum in se & nō in dño gloriatur,
lumen lampadis adnullatur, & carēs fomēto cōgruo lam-
pas quæ corā hoibus clare lucet, corā dño tenebrat. Pru-
dētes uerò uirgines præter oleū quod in lampadibus ha-
bent, oleum aliud in uasis reponunt, quia nimirum sanctæ
animæ dum sponsi sui præstolātur aduentū, dum toto de-
siderio ei clamāt quotidie: aduenīat regnū tuū, præter il-
la opa quæ proximis lucent ad dei gloriam & uident, ali-
qua in occulto (ubi solus pater uidet) opera faciunt, ut si
fortè illa quæ conspicua & clara sunt, flatus laudis huma-
næ extinxerit, oleum occultæ conscientiæ suffraget. Hæc
est gloria filiæ regis ab intus, dum plus de oleo quod in
uasis cōscientiæ diluescit, quàm de eo quod lucet dforis
gloriatur, perisse æstimat omne quod cernitur, nec id di-
gnum iudicat remuneratione, quod fauores hoim prose-
quuntur. Latēter igitur quæ præualet operat, petit secre-
tum, orationib⁹ pulsat cælū, fundit lachrymas testes amo
ris, & cū dilecto illo suo suspirio gemitu; fabulatur. Hæc
est gloria, sed ab intus, sed inuisa filiæ regis & amicæ. Hoc
oleū fatuæ uirgines nō habēt: qa nisi ad nitorē uanæ glo-
riæ & fauorē hoim bona non operant. Hoc oleum in quo
prudētes cōfidūt, in abditis cōsciētiaꝝ uasculis reponūt.
Morā aūt faciēte spōso dormitauerūt oēs & dormierunt.
Dormiūt uirgines bonæ in dño, & in Xpi pectore dulce
reclinatoriū habētes, mane illud ultimū pstolātes. Mane,
inqt, astabo tibi & uidebo. O quàm iucūdo interim sopo-
re sopiunt, quarū caro in spe requiescit, & in spe spūs hila
rescit. Libet inter hæc meminisse qd sctus German⁹ pōti-
fex Altissiodorēsis Romā petens cum Eduā deuenisset, ad
tumulū scti Cassiani diuertit, quē pprio uocans noīe, qd,
inquit, agis frater charissime? Et ille de tumulo dulciter,
inquit, in pace requiesco, & aduentū redēptoris expecto.
Ecce prudētiū uirginū somn⁹: qb⁹ cælit⁹ dicit spūs, ut re- Apo. 14.
quiescāt à laborib⁹ suis. Nō aūt hoc fatuis uirginib⁹ dicit,
nec talis interim sopor carū. Neq; eīn à laborib⁹ requiescūt
quarū caro uidet corruptionē, ut ingrediatur putredo in
ossibus carū, & subter eas scateat. Et hoc qdē caro. Aia ue
rò sepulta in inferno quō dormit cōturbata, quæ in tormē-
tis posita aret siti, nec sperat guttā refrigerij, & resurrectio
nis diē & aduentū iudicis male sibi conscia perhorrescit?
Dormitauerūt igit oēs & dormierūt. Media aūt nocte cla
mor fact⁹ est. Ecce spōsus uenit: exite obuiā ei. O clamorē
prudētib⁹ uirginib⁹ omni modulatiōe oīb⁹ modulis dul
ciorē. Ecce spōsus uenit. Putas uox ista est filij dei, quā cū Ioan. 5.
uenerit beata illa hora, oēs q in monumētis sunt audient,
& q audierint uiuent? Dñe Iesu Xpe fili dei uiui da in illa
hora audituī meo gaudiū & lætitiā, & exultabūt ossa hūi- Psal. 50.
liata. Non timeā tūc q̄so dñe ab auditione mala quā audi-
turi sunt qb⁹ dicturus es: ite maledicti in ignē æternū. Erit Matt. 25.
fortassis nox ista illius tubātis archāgeli, in cuius uoce &
in nouissima tuba dñs descendet de cælo. Canet eīn tuba,
ad cuius clangorem (ut Hieronymi uerbis utar) totus ti
mebit mūdus. Fragor igit tubæ illius dū tubabit angel⁹,
dū expergiscentur hoies, tartara etiā tenebrosa cōcutiet.
Audient miseri q ibi sunt, q illo tenent ergastulo, audient
tūc qui nūc audiūt & facere nolūt. Exite obuiā ei. Magn⁹
qdē clamor, qm̄ ut Sibylla dicit, q̄n tuba sonitū tristē di-
mittet ab alto orbe, q̄n & dñs cælū aduocabit désursum,
& terrā discernere uolēs, pplm suū ante se, & prudētes uir
gines ab insatuatis separare: aduocabit cælū désursum, ut
uirtutes illæ cælorꝝ de suis sedibus moueātur, & oēs ange
li cum eo ad iudicādū congregent. Psalmista. Aduocabit Psal. 49.
cælum désursum. i. spūs animasq; iustorū qbus ante dictū
fuerat ut requiescerēt tps adhuc modicū, donec impleret Apoc. 6.
numerus fratrū corū. Tunc cælesti illa habitatiōe relicta,
sanctæ illæ aiæ suis corpib⁹ redditæ, tāto tutius, quāto in-
corrupti⁹ gaudebūt. Tunc in momēto in ictu oculi iuxta
Ezechielem, in cāpo pleno ossibus mortuorū ossa ad ossa, Ezec. 37.
& neruí ad neruos, & iuncturæ ad iuncturas denuo colli-
gentur: qa surgit corpus spūale quod seminatū est aiale: 1. Cor. 15.
& resurgens à mortuis iam nō moritur, mors illi ultra nō
dñabit. Tunc in articulo in diluculo diei illi⁹ uenīēte spō-
so clamor magn⁹ oēs excitabit dormientes, & clamabit uir
tute magna & efficacissima. Exite obuiā ei. Exite dormien
tes, & in occursum iudicis festinate. Tunc plangent se oēs
trib⁹ terræ. Tunc dicēt mōtib⁹, cadite sup nos: & collib⁹, Lucæ. 23.
operite nos. Exite de tumulis q̄s cōsciētiæ memoria non
accusat, & uidete iudicē bñ sibi cōsci & boni meriti gau-
dētes. Reprobos aūt nō tam uolūtas quàm potestas iudi-
cis exhibebit, nec tam de monumētis exient quàm trahē-
tur. Merito dies illa, dies iræ, dies calamitatis & miseriæ, Sopho. 1.
dies tenebrarū & caliginis prædicat, in qua iudici signū,
tell⁹ sudore madescet, in qua decidet è cælis ignisq; & sul
phuris amnis. Tartareūq; chaos mōstrabit terra dehiscēs,
Ignis eīn ante dñm p̄cedet & inflāmabit in circuitu inimi Psal. 96.
cos eius, q̄s tūc instar Sodomitarū inuenit nudos & inte-
ctos. Sic eīn resurgētes ignis & sulphuris imber inundās
igniet & cōberet. Erit tūc oīno miserabile uisu q; incorru
ptibile & incremabile corpus ardebit, nec interibit: cōbu
retur, nec minuet. Capillus eīn de capite non peribit: quia Lucæ. 21.
nil corporis qd incorruptelā induerit, uel incidi poterit,
uel aduri. Aspice salemandrā sup ignitas & ardentes pru
nas illæso corpore gradiētē. Porrò asbestus lapis talis fer
tur esse naturæ ut semel accēsus inextinguibiliter ardeat,
igne lapidi inhærēte, nec tamen cōsumente. Tali uerò mo
do ut opinor ignis ille sulphereus inflammabit inimicos
dñi. Iustos uerò sicut babyloneos tres pueros non tanget Danie. 3.
oīno, nec contristabit, nec molestiæ quicquā inferet, cū re
formabit dñs corp⁹ humilitatis nostræ cōfiguratū corpi

claritatis suæ. Rogo qd inter hæc erit mētis peecatorib⁹, qui nunc lætant cū malefecerint, & exultant in reb⁹ pessimis? Quid inquā animi tūc habebūt, ardētib⁹ elementis, terra dehiscente, & hiatu terribili chaos demonstrāte tartareū, cōsurgētib⁹ mortuis, & iudice illo cui pater oē iudicīū dedit, cū oībus angelis cælitus aduenīēte? Miserū me, dū hæc cogito & scribo, cor timore palpitat, hument oculi, & tribularer nimiū si nescirē mias dñi. Verū ad propositum reuertamur: tūc surrexerūt oēs uirgines illæ, & ornauerūt lāpades suas. i. cōsciētias cogitatiōib⁹ accusantib⁹
Psal.49. aut etiā defendentibus. Arguam te, inqt, & statuam te cōtra faciē tuā. Posuimus nos pctā nra post dorsum nostrum dum hic uiueremus, & tāquā de actib⁹ nris nulla esset añ tribunal Xpi faciēda discussio, p negligentiā pctā multa obliuiōi tradidim⁹. Sed qd ait: Statuā te cōtra faciē tuā. i. totā uitā tuā, qcquid cogitātu actuq; peccasti, ante tuæ fa
Ibidem. ciē mentis adducā: q cū oīa simul uideris, dicā: Hæc feciſti & tacui. Sic fieri arbitror horā illā, tale iudiciū fieri, uerita te (quæ Xps est) in cordib⁹ singulorū iudicāte. Heu quāta tūc in mentē ueniēt, q nunc uel nulla putātes, incōfessa atq; impurgata relinquimus. Quod metuens pius ac pru
Esaiæ.38. dens rex Ezechias: Recogitabo tibi, inquit, omnes annos meos in amaritudine aiæ meæ. Recogitabo. i. iterū cogitabo, ne aliqd fortè oblitus sim: neq; aliquid iniudicatū & indiscussum remaneat. Ornāt ergo lāpades prudētes uirgines oleo qd' in uasis reposuerāt, sed fatuarū uirginū lāpades extinguuntur, & qa tenebrarū opera fecerāt, in tenebris remanserūt. Date nobis, inquiūt, de oleo uro. Stulta petitio. Vix iustus saluabit, & uix etiā sctis iustitiæ suæ oleū sufficit ad salutē: quanto minus & sibi & proximis?
Ezec.18. Noe, Daniel & Iob nec filium liberabūt, sed sicut aia quæ peccauerit ipsa morief, sic aia quæ iustitiā fecerit, sola saluabit. Rñderunt prudētes dicentes: ne fortè non sufficiat nobis & uobis, ite potiꝰ ad uēdentes, & emite uobis. Tardatū est: iam eñ nequaquā iustitiæ oleū uænūdatur. Iam pphetæ & aplī alinq; doctores q hoc distrahere & habere uenale solebant, à tali mercimonio quiescunt. Nec iā ulte-
Psal.80. rius dicūt: Sumite psalmū, & date tympanū. Quid plura? quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias. Virgines ad nuptias intrāt, quas introducet rex in cubiculum suū: quia car; speciem cōcupiuit. Ibi de cælesti cella uinaria promit & ppinat uinū nouū, qd' pariter bibet & monstrabit filiꝰ hois. Et clausa est ianua. Quæ ianua? Illa quæ nunc patet uenientibus ab oriente & occidēte ut recumbant cum Abraham. Isaac, & Iacob in regno cælor;. Illa
Ioan.6. quæ ait: eum qui uenerit ad me, nō eiiciā foras. Ecce quomodo patet nunc, quæ tunc in æternum claudet. Veniūt homicidæ & admittuntur, ueniunt publicani & meretrices & recipiuntur, ueniunt sodomitæ, molles, adulteri, fures, & quicunq; hmōi, & patens eis ianua nō negat. Mul-
Iobel.2. tus est eñ ad ignoscendum, præstabilis super malitia qualicunq; & quantacūq;. Tunc autem quid dicit? clausa est ianua. Ianua pietatis & misericordiæ Christi, Quæ nūc lachrymis, gemitibus, suspiriis & precib⁹ pœnitentiū facile patet, clausa est. Nullius pœnitētia, nullius oratio, nullius gemitus amplius admittetur. Clausa est illa ianua q Aaron post idololatriam recepit, quæ Dauid post adulterium, post homicidium admisit, quæ Petrum post trinam negationem non solum non repulit, sed claues suas ei obseruādas tradidit. Vigilate itaq;: quia nescitis diem neque horam: quia uigilantibus & orantibus, non dormientibus & pigritantibus regnum cælorum præstatur per dominum nostrum Iesum Christum, cui est honor & gloria in secula seculorum. Amen.

¶ *De septem gradibus confessionis.*

Psal.15. NOtas mihi feciſti uias uitæ, adimplebis me lætitia cum uultu tuo, delectationes in dextera tua usq; in finem. Ad te quidem libenter accedim⁹ domine Iesu, discipuli ad magistrū, infirmi ad medicum, serui ad dominum. Tu es enim magister & dñs, cui⁹ schola est in terris, & cathedra in cælis. Tu es ille exi-
mius medicus, q solo uerbo restauras uniuersa. Vias tuas Psal.24.
demonstra nobis, & semitas tuas edoce nos. Viæ eñ tuæ Prou.3.
uiæ pulchræ, & omnes semitæ tuæ pacificæ. Beati qui ambulant in uia tua domine uirtutū, beatiores qui currunt uiā mandatorū tuorū, qui currunt in odore unguentorū tuorū. Exultas enim ut gigas ad currendā uiam, & nō so- Psal.18.
lum currēs, sed & saliens in mōtibus & transiliens colles. Exultauerūt gigantes philosophi nō ad currēdam uiam tuam, sed ad quærendā uanā gloriā, euanescentes in cogitationib⁹ suis, nō in humilitate aut in uirtutibus tuis, sed suis. Viam eñ sapientiæ nescierunt, neq; memīnerūt semitarū eius. Non est audita in Chanaam, neq; uisa est in The Baruc.3.
man. Maledicti qui dixerūt dño Iesu, recede à nobis, scientiam uiarū tuarū nolum⁹. Nos q̄rim⁹ te de die in diem, & Iob.21.
scire uias tuas uolum⁹. Principales uiæ tuæ duæ sunt, confessio & obedientia. In cōfessione oīa lauant, in obedientia uirtutes solidant. Bonū aiæ ornamētū cōfessio, q̄ & peccatorē purgat, & iustū reddit purgatiorē. Si pctā sunt, in cōfessione lauant: si bona opa, cōfessione cōmendātur. Cum mala tua cōfiteris, sacrificiū deo spūs contribulatus: cum dei beneficia, immolas deo sacrificiū laudis. Absq; confessione iustus iudicat ingratus, & pctōr mortuꝰ reputatur. Confessio igit est pctōris uita, iusti glia. Video Dauid di- 2.Reg.12.
centē: peccaui: & audientē: transtulit dñs pctū tuū à te & non morieris. Cōsidero Mariā, si non uerbis, tm operibus publice sua crimina cōfitentē, & dñm pro ea respōdentē: Luc.7.
dimissa sunt ei pctā multa, qm dilexit multū. Respicio principem apl'oꝝ negantē timide, amarissime flentē, Xpm illū Luc.22.
respicientē. Felicē latronē intueor se accusantē, Xpm excusantē, & dñm promittētē: hodie mecū eris in paradiso. O Luc.23.
quàm sublimis ista confessio, p quā de patibulo ad regnū, de terra ad cælū, de cruce latro dānatus ac crucifixus ad paradisum ascēdit. Gloriosa cōfessio, q̄ Petrū apl'm trinæ negationis crimine liberauit, & ab apostolatus culmine cadere nō permisit. Fidelis institutio, quæ Mariæ multū diligenti multū dimisit, & amoris multi titulo insignitā discipulorū corpori sociauit. Præclara miseratio, quæ regē & pphetā multiplici criminū inundatione mundauit, & in antiquæ gloriā dignitatis pducendo reduxit. Hæc est uia q̄ uiatorē suū nūquā fefellit, q̄ nunquā deseruit nisi deserētē se. ¶ Huius uiæ multiplices sunt semitæ ad inueniendū, difficiles ad tenēdum, ad enumerandū inexplicabiles. Prima semita & prim⁹ gradus in uia ista est cognitio sui. De cælo cecidit ista sniā: nosce teipm hō. Vide si non & sponsus in amoris cātico spōsæ idē loquatur. Si ignoras te, in- Cant.1.
quit, ō pulchra inter mulieres, egredere, & abi & cætera. Cognitio sui stat in tribus, ut cognoscat hō quid fecit, qd meruit, qd amisit. Quid uilius ō nobilis creatura, imago dei, creatoris similitudo, quàm carnē tuā illecebris carnalib⁹ deturpare, & pro breui uoluptate torrentem perdere uoluptatis? Quid furiosius quàm rapi mētem ira, supbia extolli, uexari inuidia, & anxietate torqri? Quæ i croceis es nutrita, quare stercora amplexaris? Recordare etiā qd meruerīs. Subeat memoriā tuā gehēnalis olla, fornax ferrea magnæ Babylonis, domus mortis, anxietatis domicilium, flammarum globꝰ, acerbitas frigoris, tenebræ sempiternæ. Considera ordinē tormētorū, tortorū facies, mutationē pœnarū, miseriarū infirmitatē, & intellectualib⁹ oculis ista discurre, & poteris dicere: melius erat mihi si natus non fuissem. Reflecte oculos & qd amiseris aiaduerte. Reminiscere qualis sit ciuitas gloriosa cælestis habitatio, locus uitæ, suauitatis palatiū, splēdor gloriæ, gr̄æ magnitudo, claritas infinita. Attende ordinē gaudiorū, gaudētiū uultus, præmiorū uicissitudinē, multitudinē deliciarum: & potes exclamare: Qui te pdidit, totū perdidit, domine deus. Si hoc triplici funiculo ligaueris animā tuā, intelliges & aiaduertes qa initiū salutis notitia pcti est. ¶ Secundus grad⁹ est pœnitētia. Hæc duo ita sibi nnuicē cōiuncta sunt, ut cognoscere se non possit nisi pœniteat, pœnitere nō possit nisi se cognoscat. Pœniteat igit aia cōpūctionis iaculo uulnerata, pœnitētia triplici: qa innocentiā amisit,

amissam

amissam nō requisiuit, & neglexit patientiā dei. Scio dñe Iesu quia primā stolā innocētiæ nobis in baptismate reddidisti: & amictu niueo cādidatis, in iustitiæ solio reloca-
ti, cito recessimus à uia quā ostēdisti nobis, & portionem substantiæ quæ nobis cōtingebat, cū prodigo filio in dis-
similitudinis regione expēdimus. Venerūt ad nos uilissimi spūs & æternorū ignium reges, ad mūdatos immūdi, ad saluandos dānati, curui ad rectos, & dixerunt aīæ nostræ: incuruare ut trāseamus. Audiuimus illos, & incurua
ti sumus, trāsierūt per nos, & innocētiā amisim⁹. Si culpa est perdidisse, qd putas erit non reqsisse pdita? Perdit aliquis aliqd in hac mortalitate, q̄rit iudices, amicos conuocat, trahit in cām, nihil intentatū relingt donec uel amissa inueniat, uel ablata restituant, & custodiat restituta. Nos hæreditatē nostram incorruptibilē, immarcessibilē, incō
taminatam in cælis, uersutijs illius insatiabilis homicidæ pdidim⁹, & nō reqrim⁹? & incuruauit nos & nō resurgimus? Surgam⁹ & eam⁹ ad pīrem nr̄m dicētes ei: Pater pec
Luc.15. cauim⁹ in cælū & corā te. Et oēm euāgelicæ lectiōis textū pcurrētes, offeram⁹ pīi pniam mētis, cordis cōtritionē, si fortè cum adhuc lōge sum⁹ uideat nos pī, & mia moueatur, & currēs cadat sup collū nr̄m, & osculetur nos osculo oris sui. Forsitan iubebit pferri stolā primā innocētiæ, & in dui nos uestimētis uirtutū, & dari anulū secretor̄ ī manu nr̄a, & calciari pedes nr̄os in præparationē euangelij pacis.
Præcipiet fortassis adduci uitulū saginatū, & occidi in satisfactionē reuertētis, & epulari & exultare, & in sympho-
Ibidem. nia & choro reduci ad supernæ gaudia ciuitatis, ubi gaudiū est angelis sup uno pctore pniam agente. Scimus dñe
Psal.83. Iesu qa nō priuabis bōis eos q ambulāt in innocētia: sed
Psal.31. nec illos q ambulant in pnia. Quia cīm pctm̄ non fecit: nisi un⁹. Btus uir tm̄ cui nō īputauit dñs pctm̄. Omne qđ ipse mihi nō imputare decreuerit, sit q̄si nō fuerit. Cogita etiā
quāta supbia patietia dei usus, imo abusus sis. Videbat te
Ecclē.10. peccātē, & dissimulabat q̄si nō uidēs: uocabat, & nō audiebas: minabar, & nō timebas: pmittebat, & cōtēnebas, nec
Psal.6. pmissis illectus, nec terrore pcussus. Ignoras qa patientia dei ad pniam te adducit? Tunc timore magno ne thesauri zaueris tibi irā in die iræ & reuelatiōis iusti iudicij dei, &
Ecclē.10. memēto qa horrēdū est īcidere in manu dei uiuētis. Liga igit hoc triplici cataplasmate patientiæ uulnus aīæ tuæ,
Psal.6. & dic: Miserere mei dñe, qīa infirm⁹ sum, sana me dñe &c.
¶ Terti⁹ grad⁹ est dolor, sed & ipse trina ligatiōe cōnex⁹. Verè post cognitionē & pniam dolor me⁹ renouatus est, & in meditatiōe mea ignis incāduit: qa creatorē offendi,
Hiere.18. dñm nō timui, spreui bñfactorē. Nunqd non sicut lutū in manu figuli, etiā uos in manu mea dicit dñs? Insup fecit te uas in honorē, cur te in cōtumelia facere præsumpsisti?
Ioan.9. Nunqd dicit figmētū figulo, cur me fecisti? Creatura creatorē, figmētum factorē, opus opificem ausus es ꝓuocare? Memēto uilissima testa, quia si ceciderīs sup lapidē istum, cōfringeris: si uerò super te ceciderit, cōteret te cōtritiōe timēda, ita ut ne uestigiū minimū pareat. Tu autē sanguinem sanguini miscuisti, & creatorē offendēs, & dñm non timēs. Seruus eras illius dñi cuius iræ resistere nemo pōt, & in præceptis eius acceperas uoluntatē. Noluisti intelligere ut bene ageres, sed recalcitrās dñi imperio, ꝓpria le-
Luc.12. ge intra rempublicā uiuere decreuisti. Nā audisti quā sententiam excipiat seruus nequā, qui scīēs uoluntatē dñi & non faciēs, multitudini uerberū reseruat. Assistunt angeli ad audiendā uocē sermonū eius. Stellæ uocant, & dicunt: adsumus. Vēti & mare obediunt ei, & oīa legē præfixā inconcussa retinēt firmitate. Tu solus peregrin⁹ es, & imperatoriæ decreta maiestatis non curas? Audi qa pōt te mittere in tenebras exteriores, ubi fletus & stridor dētium ppe tua infelicitate crebrescūt. Q; si te nō mouet creatoris offensio, reuerentia ptātis: moueat saltē ingratitudo, q̄ tantum benefactorē in tātis bñficijs cōtempsisti. Vbinā similē benefactorē inueniēs, qui tibi ministrat syderum cursus, tēperiē aeris, fœcunditatē terræ, fructuū ubertatē? Ad extremū, ut oīm tibi beneficior̄ cumulū aggregaret, ꝓprio filio suo nō pepercit, sed pro nobis tradidit illum, tradēs
Rom.8. unigenitū pro adoptiuis, dñm ꝓ seruis, iustum ꝓ impijs. Quid tibi ultra debuit facere & non fecit? Si ergo isto dolore doluerīs, poteris dicere cū ꝓpheta: Vētrē meum do-
Hiere.5. leo, uentrem meum doleo, sensus cordis mei turbati sunt.
¶ Quart⁹ grad⁹ est cōfessio oris. Post cognitionē sui, post pœnitentiā mētis, post dolorē cordis, sequit cōfessio oris.
In his oībus corde creditur ad iustitiā, ore aūt fit cōfessio
Rom.10. ad salutē. Sed & ipsa triplex est, si uirtutē salutis assequit. Debet enim esse uera, nuda, & ꝓpria. Veritatē quærit altissimus: & ubi ualet falli qui fallere nō intēdit? Nouimus
plerosq; & experti sumus, qui ad confessionis gratiam ue-
nientes, magis onerati quàm liberati à pctis ad suam conscientiā redierunt. Dicunt eī, si clerici, ea quæ literario: si
milites, ea q̄ gladiatorio gessere conflictu: ut sub humilitatis pallio superbiā inducāt, in tāto se signaculo condēnantes, sub quo toti⁹ humanæ salutis summa cōsistit. Ad hoc
eī cōsitent, ut saltē specie uideant confessi. An tu uerā illā
putas esse confessionē quam aut timor extorsit, aut simula
Sapien.1. tio fecit: cum spūsctūs disciplinæ effugiat fictū: & gratuitā satisfactionē oīpotens q̄rat? Illa uerò confessio uera est, quæ de mētis cōtritione descēdēs nec timore cogit, nec fictione palliat, sed in spū cōtribulato profert ea quæ sentit. Nudā aūt eā esse oportet, & toti⁹ abscōsionis exutam uelamine. Quid eī prodest partē pctōrū dicere, & partē celare: ex parte mūdari, & ex parte immūditiæ deseruire? Nū
Hebr.4. quid de uno eodemq; uase dulce & amarū, sapidū & insipidū stillare pōt? Oīa nuda & apta sunt oculis dei, & tu illi aliqd abscōdis qui dei locum in tāto obtinet sacramētor? Ostende & denuda q̄cūq; cor tuum dilacerauerāt: detege
Sapien.1. uulnus, ut sentias operā medicantis. In simplicitate cordis oportet te q̄rere dñm, nō in duplicitate: qa uæ illis qui lo-
Psal.11. quūtur in corde & corde, & terrā duab⁹ uijs ingredient. Eccli.2.
Debet aūt esse ꝓpria. Sunt plerisq; q alior̄ pctā cū magna grauitate numerant, & socior̄ excessus multiformi declaProu.18. matiōe loquunt, nesciūt sua, aliena uerò perpetuæ memoriæ cōmēdauerūt. Infelices & miseri, qbus datū est aliena plāgere, relinq̄re sua. An nō legisti qa iust⁹ in principio ser-
monis accusator est suī? Sui dicit scriptura, nō alteri⁹. Nū
Iacob.5. quid oblit⁹ es aplm Iacobū dicētē: Cōfitemini alterutrū
Psal.50. pctā uestra? Vestra dixit, nō aliena. Iniqtatem meā ego cognosco, & pctm̄ meū cōtra me est semp. Meā dixit prophe
ta, non tuā. ¶ Quintus gradus est maceratio carnis, sed & ipsa ternario numero cōsecrata. Cōuenit eī ut fiat occulte, licētiose, discrete. Teneros artus tuos & exquisitis educatos delicijs, diuturno cōfringe martyrio, ut tanto te noueris à licitis abstinere, quanto memineris illicita perMatth.6. trasse. Hoc autem occulte faciendum est, ut nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Non enim est in ore hoim tanti boni reponēda custodia, sed in abscōso cordis tui, ut sit
2. Cor.6. gloria tua testimoniū cōsciētiæ tuæ. Nō hoc dicim⁹ ut nō luceat lux tua corā hominibus, ut glorificent patrē uestrū qui in cælis est: sed ne intentionem tuā in uilis gloriæ brevitate recōdas. Nihil eī infelicius quàm hic carnem macerare ieiunijs, uigilijs affligere, & hic accipe gloriā, illic gehennā. Licentiose uerò facienda est: quia qcquid fit pastoris licentia, gratiosius est in cōspectu dei: & illā hostiam singulariter accipit altissimus, quæ non est de ꝓpriæ sniæ uoluntatis, sed dē præcipiētis offertur imperio. Multum enim ualet ad refellendam superbiam, propriæ uolūtatis exclusio: quā extirpare non potest qui mundi huius dilīgit uanitatem. Discretio autem in hac districtione tenēda est, ne; dum nimis flagellare cupimus, salutem perdamus: & dum hostē subigere quærimus, ciuem occidamus. Confidera corpus tuum, & corporis tui possibilitatem, intuere carnis complexionem, impone modū tuæ districtioni. Custodi corpus tuū incolume ad obsequium creatoris. Multos uidimus ita in principijs carnē suā uerberasse, & discretiōis infregisse repagula, ut inhabiles laudum solennijs redderētur, & lautioribus diuturnis fouerētur tēporibus. ¶ Sextus gradus est correctio operis in apparatu, sed

& ipse numero trinitatis cõsecratus, ut tibi malum nõ facias, alteri non noceas nec cõsentias nocenti. Expertus es quàm fragilis sit uoluptatũ immersio, & tu iterum uadis illuc: Animaduertisti quia transijt uoluptas, & peccatum remansit. Reprime pedem ab infandis itineribus immundissimæ libidinis. Colla fusterne mandatis altissimi, ne sit iniquitas in manibus tuis. Desciuienti gulæ solẽnes epulas & uana rescinde colloquia. Auerte oculos ne uideant uanitatem, obtura aures tuas ne audiant sanguinẽ: & tũc

Psal.117. dicere poteris: Castigans castigauit me dominꝰ. Quid autem prodest intra rectitudinis lineam tui cursus opera co-

Psal.14. hibere, si alius nocere desideras? Qui non fecit, pximo suo malum, & opprobrium non accepit aduersus proximos

Psal.23. suos, requiescet in mõte sancto dei, accipiens benedictionem à domino, & misericordiam à deo salutari suo. Non autem te innocentem præsumas, nisi impios & contra uirtutem gradientes quanta poteris auctoritate redarguas, & opponas te murum pro domo israel, castigans te, non nocens alteri, nec nocenti consentiens. Vera est enim illa sententia: Qui cum emendare possit negligit, participem se proculdubio constituit. Cum enim causa dei uentilatur in medium: & falsitas præponitur ueritati: qui cum persona quam gerit non resistit, de suo damnabitur silentio.

¶ Septimus gradus est perseuerantia, sed & ipsa ternarij numeri sanctificatione dicata. Perseuerantiã nanq; facit imitatio sanctorum, breuitas temporum, fragilitas corporum. Quid nanq; pati nõ possis, cum uideas iuuenes pueros, uirgines, anus, senes, decrepitos, diuersa pro Xpõ nõ solum excepisse, sed & exquisisse tormẽta? Considera puerorum ætatem, iuuenum ignem, uirginum tenerit udinẽ, anuum fragilitatem, senum infirmitatem, impossibilitatẽ decrepitorum, & ubicunq; reflexeris oculos inuenies in his ætatibus multitudinem exemplorum ad palmam martyrij uiriliter cucurrisse. Nunquid de eodẽ luto formatus es tu, & eodem spiritu inspiratus? Et forsitan non ingruit persecutio ut martyrium patiaris, nec damnaris si Christo seruis, imo laudaris, & ab omnibus prædicaris. Q. & si persecutio imminet, contemnenda est propter breuitatem. Bene enim natura prouidit, quæ nullum dolorem uel longum uel magnum esse demõstrat. Si enim magnus est, longus esse non potest. Coniunctio enim corporis & animæ, exquisita diu tormenta non sustinet: sed ituporis magnitudine tremefacta, summa uelocitate dissoluit. Magni ergo animi est magna tormenta cõtemnere. quæ in breui tantam pariunt mutationem, ut de labore ad requiem, de miseria ad gloriam patientem faciant euolare. Considerãda est enim fragilitas corporis, quam sæpe aut aliquis leuissimus casus, aut incandentis febriculæ cumulata cõgeries, breui possunt suffocare momento. Tribue ergo uirtuti, si necessitas fuerit, quod quãdoq; debes necessitati, pro breui periculo sempiternum præmium adepturus. Vides ergo quàm difficilis sit uia confessiõis ad currendũ, quàm multiplices semitæ ad tenendum. Verum est quod ille tantus ecclesiæ magister ait: Facilius inueni eos qui innocentiam seruauerunt, quàm qui congruam egerunt pœnitentiam. Hæc de uia confessionis pro modulo nostro locuti sumus, sublimioribus sublimiores sententias reseruantes. Cæterum obedientiæ uiam sub alio sermonis principio aperire tentabimus, ne unquam in fastidium ueniant uerba domini saluatoris, qui est benedictus in secula.

¶ *De uirtute obedientiæ & eius gradibus.*

2.Cor.3. NOn possumus nos cogitare aliqd à nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est. Quid enim in hoc uase testeo, & fragilitate cõplexionis humanæ, cogitare sufficit spiritus carcere

Sapien.9. inclusus, pctõ corruptus, depressus terrenis? Corpus enim quod corrũpitur, aggrauat animam: & deprimit terrena

Sapien.1. inhabitatio sensum multa cogitantem. Benignus tn est spiritus sapiẽtiæ, qui & spm̃ inclusum illuminat, & corruptũ sanat, & alleuat depressum. Est enim spũs pietatis, compeditos soluens, cæcos illuminans, & erigẽs elisos. Est & spiritus ueritatis, qui docet nos oẽm ueritatẽ: nõ solũ autem docet, sed etiã suggerit. Suggerit uidelicet ut õramus. doceet ut intelligam? Ipse est quẽ dñs Iesus post pris obediẽ- Actũ.2.
tiam usq; ad mortem crucis, apl'is suis misit, obedientibus suis. An nõ tibi uident singularis obedietiæ consendisse fastigiũ, qui accepta licẽtia sedẽdi in ciuitate, intra unius domũculæ septa concluſi unanimiter in oõne perseuerabant? Intellexisti quia ibãt apl'i gaudẽtes à cõspectu cõci- Actũ.5.
lij, qm̃ digni habiti sunt pro noie Iesu cõtumeliã pati? O quãtis obedietiæ uirib9 immituni, q gaudẽt pro Xpõ ad cõsiliũ trahi. Dignitatẽ ducũt pro eo cedi, gloriã õrunt p eo mori. Beatæ aiæ, & abũdanti mafestati spũs influentes, qbus usitas sublimitas, cõtumelia gl'ia, patietia uictoria, mirabili mirabilitate uident. Multũ repleta est aia eorũ, Psal.122.
opprobriũ abundãtib9, & despectio supbis. Cernis quàm libera fronte põtificũ faciem, pharisæorũ supcilium, tumultum plebis irrũpant dicẽtes: Magis oportet deo obedire Actũ.5.
quàm hoibus. Intuere illa duo magna luminaria Petrũ & Paulũ, & uniuersum ordinẽ apl'ici senatus obãbula, & ibi uidebis obedientiæ firmitatẽ inter tormẽtorũ multitudinem uiriliter perstitisse. Nónne ipse filius regis, rex regionis illius quæ continuis gaudiis inclarescit, factus est patri obediens usq; ad mortẽ, mortẽ autem crucis: & didicit Phil.2.
obedientiã ex his quæ passus est? Audisti miseriã, audi & coronã: uidisti periculũ, unde præmiũ: attẽdisti infirmitatem, attẽde potestatẽ. Propter quod, inquit, & deus exalta Ibidem.
uit illũ: & dedit ei nomẽ quod est sup omne nomẽ. Sed taceam9 interim de illi9 obediẽtia, q̃ singulari prærogatiua claudit & significatur. Procedat in mediũ magnus ille patriarcha, fidei lumẽ, obedietiæ forma, iustitiæ principat9. Audit ab oipotẽte: egredere de terra tua, & de cognatiõe Gen.12.
tua, & de domo pris tui, & ueni in terrã quam monstraturo tibi: & ad uni9 iussionis uocẽ patriã fugit, relinquit parentes, deserit hæreditatem, & aliorũ fines hospes ingredi tur nouus. Magna res, & primitiuæ dignitatis priuilegio in patre multarũ gentiũ consecrata. Primus primũ suis facultatibus renũciat, & obediẽtiæ uiã indefessa uelocitate percurrit. Denicq; cum accepisset filium in senectute sua, in quo totius mundi benedictio fuerat cumulanda, dicit ei deus: Tolle filium tuũ unigenitum quem diligis Isaac: & Gen.22.
offer illum mihi in holocaustum. O quanta in uerbis istis amaritudo, quanta à corde patris separatio pietatis? Iubetur nanq; filium occidere, os ex ossibus suis, & carnem de carne sua, filium magnæ promissionis, extremæ senectutis, propriæ mulieris filiũ mirabiliter promissum, feliciter natum, educatũ innocenter. Et ne quid deesset, ut tenerrimum intra paterna uiscera doloris incẽdium exundaret, additur unigenitũ. Sunt nanq; multi filij, sed non unigeniti. Iste sic est filius, ut & unigenitus. Iste unicus patri, unigenitus matri, hæreditati reseruat9? Ne respicias ad Ismael, quia qui in seruitute & ex ancilla genitus fuerat ad libertatem & hæreditatem minime pertinebat. Quia uerò multi sunt filij & unigeniti, sed non dilecti: ad exaggerandam in corde patris tribulationẽ, & cõprobandam in mẽte iusti obedientiã dñs subiũgit: quẽ diligis. Vt uerò teneritudo patris ex memoria dilecti noꝭ recrudesceret, & interior pietas ad dilectæ uocis sonũ tota feruereꝭ, puer nominatur ex noie, quod uocatũ erat à dño, priusquã in utero cõciperet. Vides quãtis tribulationũ malleis Abrahæ pietas feriat, cui præcipit ut filiũ tollat, occidat unigenitum, quem diligit immolet, Isaac percutiat? Multum tentatus, multum probatus, adustus est multũ, dulcis relatio filij ad patrẽ, patris ad filiũ. Hanc dulcedinẽ & ois affectus uicissitudinẽ obliuiscit Abrahã, sternit asinum suũ, ligna cõponit, ignem accendit, eximit gladiũ. Non à dño quærit quare, non murmurat, non cõqueritur, non saltem ultum doloris ostendit, sed oĩm quæ præcipiunt gnarus, in mortem filij pia crudelitate festinat. Ideò summæ & admirabilis obedientiæ uirtus in Abraham, & singularis excellentiæ laudibus prædicanda. Fortissima res est obedietia uera, & quæ in animum descendere non pot nisi à mundi

huius

huius aspergine pure pressecq; detersum. ¶Vt autem uia
cius cuidetius elucescat, ostendamus quantum possumus
quæ sit obedientia specialis ad deum, propria ad hominē,
Secta. cōis inter deū & hoiem. Sunt quædam summe mala, quæ-
dam summe bona. Summe bona sunt diligere deum, ama-
re proximū, ueritatē loqui, non furtum facere, non falsum
testimoniū dicere, nō adulterari, & alia multa quæ sermo-
nis breuitas numerare prohibet. Summa mala sunt eorū
contraria, & similia illis. Bona præcipit deus ut faciamus,
à malis iubet ut abstineamus. Præcepti huius sancta & in-
commutabilis auctoritas non ualet quoquo modo refel-
Gala.3. li: qa illi⁹ est charactere cōsignita qui dicit: Ego dñs, & nō
mutor. Si ergo hō ille quē imposuit dñs super capita nra
aliter sentire uoluerit: ponens tenebras lucem, & lucem te
nebras, uel præcipiat prædicta bona relinquere, uel malis
præfatis adhærere, audacter refutandum est præcipientis
Actuū.5. imperium, & libera uoce dicendum: Obedire oportet ma
gis deo quàm hominibus. Hæc est specialis obedientia ad
deum, quæ nunquā est hominis arbitrio temperanda, sed
incōmutabili cōseruanda proposito. Certam igitur regu-
lam tene, ut nec imperio prælatorum prædicta bona relin
quas, uel facias mala. Inter summe uerò mala & summe bo
na, quædā media sunt ad alterutrū se habētia, & boni ma-
licq; nomen assumūt. Media sunt ambulare, sedere, loqui,
tacere, comedere, ieiunare, uigilare, dormire, & si qua sunt
similia: quæ si pastoris licētia fiant, summā expectant retri-
butionē. In his igitur mediis subditi esse & obedientes de-
1.Cor.10. bemus ad nutū præpositorū, nihil interrogātes, ppter cō
scīam: qa in his nullū præfixit opus de⁹, sed prælatorū de
reliquit imperio disponēda. Non aūt te moueat magister
Roma.13. imperitus, indiscreta ptās, sed memēto qa non est ptās nisi
à deo, & qui resistit ptāti, resistit dei ordinationi. Hæc est
ppria hois obedientia quam homini debemus, qui homini
subditi sumus. Cōis est etiā ista inter deum & hoiem: quia
quicquid obedientiæ prælatis exhibetur, ei exhibet qui di
Luc.10. cit: Qui uos audit, me audit. Cum magna igit cautela hoc
tramite dicimus incedendū: quia & multi gradus ibidem
delitescūt, quorū qui unū reliquerit, cæteros sine retribu
tione tenebit. ¶Primus gradus obedientiæ est obedire li-
Gene. 8. benter. Ois ætas ab adolescentia sua prona est ad malum:
& unusquisq; uoluntatē prauī cordis sui sectatur. Ab illa
enim primæ præuaricationis angustia, innatus est homi-
ni amor propriæ uoluntatis, quæ uoluntatē sui creatoris
relinquens, ibi subdita est seruitutī, ubi uoluit dñari. Dif-
ficile est ergo suā relinquere uoluntatem, & alterius uolū
tati deseruire. Quālibet aūt graue sit, nō pōt tñ primū obe
dientiæ ascendere gradū, qui uoluntatē præcipientis suā
non fecerit. In uoluntate sua iustus gloriatur sese dño con
Psal.53. fiteri. Vnde uoluntarie inquit, sacrificabo tibi. Sola ergo
uoluntas est quæ totius operis ornat effectū: sine qua etiā
nec bene aliquid agit, etiā si bonū esse uideat. Ex uolunta-
te igit suscipienda sunt imperia p̄latorū, & ip̄m cor à suis
uolūtarijs reflexionibus abducēdū, donec ppria uolūtas
mactata mandatū diligat imperātis. Hoc est ergo libenter
obedire, prælatorū uolūtatē uolūtarie adimplere. ¶Sed's
Prou.10. obedientiæ grad⁹ est obtēperare simpliciter. Qui ambulat
Sapien.1. simpliciter, ambulat cōsidēter. In simplicitate cordis quæ
rere dñm scriptura præmōstrat. Multos uidem⁹ post præ
cipientis imperiū multas facere q̄stiones, cur, quare, quā
obrem, sæpius interrogare, crebras ingeminare querelas,
q̄rere quare hoc p̄cipit, unde hoc uenit, quis hoc adinue
nit cōsiliū. Inde murmuratio, inde uerba murmurationē
& indignationē sonantia, & redolentia amaritudinem. In
de frequens excusatio, simulatio impossibilitatis, aduoca-
tio amicorū. Non sic Abraham. Audi quid dñs de simpli-
Psal.17. ci pplo protestet. In auditu, inquit, auris obediuit mihi, ut
uidelicet ostēderet uno eodemq; momēto p̄cessisse & im-
Colo.6. perātis iperiū, & obsequiū obsequētis. Nolite errare, de⁹
nō irridet. Murmuras cōtra p̄latū in tabernaculo corpo-
ris tui, eleuat manū suā ad prosternendum te dextera dei.
Incede igitur simpliciter in mādatis obedientiæ, addēs uo
luntati simplicitatē, intentioni illuminationē. Fortitudo
enim simplicis uia dñi quæ obedientia est. Fortitudinē igi
tur induūt qui obedientes sunt, & simpliciter īcedūt. ¶Ter
tius grad⁹ est hilariter obedire. Hilarē enim datorem dili 2. Cor.9.
git deus. Nō ex tristitia (inqt apls) aut ex necessitate. Se- Ibidem.
renitas in uultu, dulcedo in sermonib⁹, multum colorant
obedientiā obsequētis. Vnde & gentilis ille poeta ait sic.
Super oia uult⁹ accessere boni. Quis eñ locus obedientiæ,
ubi tristitiæ cernitur ægritudo? Ostēdunt plerunq; uolū
tatem animi signa exteriora, & difficile est ut uultum non
mutēt, qui mutāt uolūtatē. Nubilosa corporis cōpositio,
& facies tenebris obfuscata tristitiæ, deuotionē ab animo
receſſisse signat. Respice Dauid ante arcam dñi hilariter 2. Reg.6.
saltantē, & quàm sapiēter superbientis fœminæ reprimit in
dignationē. Ludā, inqt, & uilior ero in cōspectu dñi. Cer-
nis igitur quàm necessaria & cōueniēs sit hilaritas in obe
dientiæ executione. Quis imperat libenter tristitiā effau-
tir? Si uis ergo p̄fectus esse, hilariter & cum magna uultus
alacritate suscipe iubentis imperium, ut uoluntati cordis,
simplicitati operis, uultus hilaritatē adiungas. ¶Quart⁹
gradus est obsecundare uelociter. Velociter currit sermo Psal.147.
dei, & uelocem habere desiderat sequentem. Vides cum
quāta uelocitate currit ille qui dicit: Viā mandatorū tuo- Psal.118.
rum cucurri. Fidelis obediēs nescit moras, fugit crastinū,
ignorat tarditatem, præripit præcipientem. parat oculos
uisui, aures auditui, linguam uoci, manus operi, itineri pe
des, totum se colligit ut imperantis colligat uoluntatem.
Vide dñm festinanter præcipientem, & hoiem festinanter
obedientē. Zachæe, inquit, festinans descēde: quia hodie Lucæ.19.
in domo tua oportet me manere. Et festinanter descendit,
& excepit eum gaudēs. Aduertisti quia & festinanter de
scenderit, & gaudēter exceperit. Audisti obedientiā, audi
& obedientiæ remunerationē. Quia salus huic domui fa- Ibidem.
cta est. Intuere etiā ex occasione hui⁹ obedientiæ cōclusio-
nis grāde mysteriū, & obsignatā signaculo mīæ sententiā.
Venit eñ, inqt, fili⁹ hois q̄rere & saluū facere qđ perierat. Ibidem.
Nónne legisti & filijs Israel præcipitur ut agnū comedāt Exo.12.
festinanter? Festinanter qppe uerī agni comestio signatur
implenda: qa uerba illa q̄ per legē dedit, q̄ per semetipsum
p̄ns exhibuit, q̄ per eccl'iæ p̄positos tradēda reliquit, uelo
ci sunt obedientia cōsummāda. Et tu ergo cū uolūtatē cor-
di, simplicitatē opi, hilaritatē uultui cōiunxeris, adde ue- Luca.1.
locitatē: ut sis iuxta apl'm Iacobū uelox ad audiendum, &
ad implēdū uelocior. ¶Quint⁹ grad⁹ est: adimplere uirili
ter. Viriliter agite, & cōfortet cor uīm, oēs qui sperātis in Psal.30.
dño. Non est fortitudinis ire ad inobedientiā, sed ab obe-
dientia non abduci. Si tribulatio intonat, si persecutio re
sultat, si p̄tōres tibi laqueū ponunt, si malignī tuū iter im
pediunt, tu obedientiæ uiā nō deseras, sed dic: Paratus sum Psal.118.
& nō sum turbatus, ut custodiā mandata tua. Quid enim
superi⁹ enumerata pariūt utilitatis, si fortitudo desit, quæ
in arce cōstātiæ uirtutes collocat, & eo uallo munit, quo
furētis impet⁹ aspirare nō possit? Manū tuā misisti ad for
tia, agendū est instāter & cōstanter obediendū, nec inter
uerborū seu uerberū asperitatē tā regalis est semita relin-
quenda, sed tenaciori est retinenda seruore. Et ut breuites
dotes fortitudinis cōcludamus, uirtus est uirtutes seruās
ac muniens. Iunge igitur uelocitati fortitudinē, constan-
tiam instantiæ, & tūc decantabis securus: Manus p̄tōris Psal.35.
nō mouebit me. ¶Sext⁹ gradus est humiliter obedire. In Psal.135.
humilitate nostra memor fuit nrī q fecit nos. Magna uir-
tus humilitas, sine cuius obtētu uirt⁹ fortitudinis nō solū
uirtus non sit, sed etiā inde superbiæ uitiū erūpat. Quàm
fortiter currebat Saul cū esset paruul⁹ in oculis suis, quā
ta Philisteorū agmina prosternebat: quātis uiribus exer-
cebat gladiū? Postquā aūt tenuit eum superbia, & trāsiuit
in affectum cordis, debilis & impotens factus, incircūciso
rum armis facile prostratus occubuit. Aspice regē in quo
humilitas sublimis & humilis sublimitas felici cōpositio-
ne nitescunt. Domine, inquit, nō est exaltatum cor meū, Psal.130.
neq; elati sunt oculi mei & ad totum itinerarium eius

sedula intentione recurre,& quaquauersum oculos reflexeris,inuenies hūilitatis floribus esse respersum. Audi nā
Psal. 58. q̄ alibi qd dicat: Fortitudinē meā ad te custodiā. Quàm uerè loquit̄ iustus iustitiæ executor. Sūt nāq; plurimi qui fortitudinē suā nō ad deū,sed ad inanē gloriā custodiūt, q cōfidūt in uirtute sua,q de acceptis uirtutib⁹ quasi non
Iaco.1. acceperint gloriant̄,cōditori facientes iniuriā,à quo est oē datū optimū,& oē donū pfectū. Ne ergo fortitudo in sup biā trāseat,cōdienda est sale humilitatis,qa nihil proderit fortiter obedire,si cōtigerit infeliciter superbire. Illi ergo fortitudinē suam ad deū custodiunt,qui cum fecerint qđ
Luce.17. facere debent,dicere possunt: Serui inutiles sumus,qđ debuimus facere fecimus. ¶ Septimus gradus est,indesinenter obtēperare. Nō qui inceperit,sed qui pseuerauerit,salvus erit. Incipere multorū est,perseuerare paucorū. Perseuerantia singularis est filia summi regis,uirtutum fructus, earumq; cōsummatio,totius boni repositorix,uirtus sine qua nemo uidebit deū,nec à deo uidebit: finis est ad iustitiam omni credenti, in qua uirtutū cōuentus reuerendū sibi thalamū consecrauit. Quid enim currere,pdest,& an-
1. Cor.9. te metam cursus deficere? Sic currite ut comprehēdatis, dicit apostolus. O quàm perseuerantі pede cursum suum
2. Timo.4 perfecerat qui dicebat: Cursum cōsummaui. O quàm lon
Sapien.4. gum cursum felix ille latro cōpleuit q cōsummatus in bre
Ezec.18. ui expleuit tempora multa. Deniq; & dominus prophetarum loquit̄: Si conuersus fuerit iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem: omniū iustitiarū eius non recordabor. Vides ergo quàm pfunda obliuione uirtutes illæ sepeliātur,quas perseuerātia nō insigniuit? Sola est q̄ amatorem obedientiæ ad regis cubiculū introducit,ut eū uideat in
1. Petri 1. decore suo, in quē desiderāt angeli prospicere. In uia igit̄
Psal. 141. ista qua ambulamus,abscōderūt supbi laqueū mihi. Difficilis est uia ista, & grauis spinosis anfractibus, multiplicium uinculorum nexibus innodata. An tu ibi putas obedientiæ fructum,cum subditus audit obedientiam quam multis expetierat uotis,cum ei præcipitur quod redoleat dignitatem,gaudio & lætitia fluitet, potētiæ fulciat̄ imagine? Econtrario autem an tu illi obedientiæ meritū assignas,quæ cum aduersitate procedens animum terret audientis,grauis ad audiendū,granior ad implendū, ad tenendum grauissima? Non est ita. Faciendum est ut à prosperitate animo separemur,& aduersitatem aīo complectamur,si uolumus illum sequi qui regnum fugit,& ad passionem uoluntarius uenit. Animaduertis igitur quia uiæ istæ
Matt.5. uiæ uitæ sunt,ducentes ad uitam. Beati mites,quoniā mi-
Psal. 24. tes docebit dñs uias suas: continget enim eis quod sequi-
Psal.15. tur: Adimplebis me lætitia cum uultu tuo. Quia quandiu
2. Cor.5. sumus in corpore,peregrinamur à domino: longe sumus à facie dei,à uultu gloriæ,à contemplatione maiestatis, nisi qa plerūq; misericors & miserator dominꝰ illuminat uultum suum sup nos. Hoc aūt fit cum remota nube illa quæ opposita erat ne trāsiret oratio,accedimus ad illū & illuminamur,reuelata facie gloriā dei speculantes. Non autē ita ppie reuelata facie accipiamus,cū uideamus adhuc p speculum & in ænigmate,& carcerali corpore teneamur. Reuelata dicit,quantum ad caliginem corporū. Vnde spiritus iste creatus aliquando ad creatorem spirituum emergit,& adhærens ei unus cum eo spiritus efficitur. Nullius autem momenti est ista contemplatio: quia spūs claustris corporeis circumdatus,frequenti carnis contagione relidit̄ur,& supra creaturam constitutus, infra quæq; uilissima protinus reperitur. Sed & creator spūs cuius magna
Psal.110. sunt opera,exquisita in omnes uoluntates eius, mō acce-
Ioan.3. dit nescientibus nobis, modo ignorantibus nobis recedit: quia nescimus unde ueniat aut quo uadat. Et plerūq; quanto frequentius quæritur,tanto uelocius elongatur,
Canti.6. iuxta qđ & ipse loquit̄ sponsæ: Auerte oculos tuos à me: quia ipsi me auolare fecerunt. Contingit etiā ut cum non
Canti.3. quæritur ueniat,cum quæritur fugiat,sicut spōsa se in cāticis multipliciter ostendit quæsisse & non inuenisse. Non est aūt uultus iste uultū gloriæ dñi inuenisse, quæ est sup cherubim,quia uniuersitati angelorū purissimus & clarissimus exhibetur,nobis uerò speculatorijs & umbratilib⁹ adumbrat̄ imaginib⁹. Quia igit̄ hic uultū dei sicuti est uidere non possumus, adimpletionē lætitiæ non habemus donec trahat nos ad seipm, & accedat caput corpori, & sit deus oia in oibus. Illic erit adimpletio, hic est gustus. Gustamus enim hic & uidemus qm̄ suauis est dñs,sed gustus iste non transit in potum,quia licet uideamus, nō tm̄ penetramus. In gustu est suauis, in adimpletione mirabilis. ¶ Sanctorum aūt aiæ terrenis exutæ corporibus, quæ iam ad sedes æthereas aduolauerunt, licet bibant,non tm̄ adimplentur,non tm̄ inebriant̄. Quāuis enim multa beatitudine perfruant̄,expectant tm̄ resurrectionem mortuorū
Esaie.61. corporum: ut cum in terra sua duplicia possederint, sem-
Apoc.6. piterna perfundant̄ lætitia. Modo eīm illis singulis singulæ stolæ albæ datæ sunt,& iniunctū ut sustineāt tps adhuc modicū,donec impij cōterant̄ duplici contritione, & ipsi gemina beatitudine coronent̄. Cum ergo nondū habeant quod habere desiderant,inebriari non possunt, sed est eis illa uisio potus,ut sicut absq; labore bibitur, ita sine labore quiescatur,donec satient̄ cū apparuerit gl̄ia sua. Cum
Ephe.4. aūt resurgemus in uirum perfectum in mensurā ætatis plenitudinis Xpi, & gloriosa illa ciuitas margaritis suis ornabitur,& sicut lætantium oīm habitatio erit in ea: tūc ad
Psal.15. implebit nos lætitia cum uultu suo: quia uidebimus eum
1. Ioan.3. sicuti est. Tūc inebriabimur ab ubertate domꝰ suæ,& tor-
Psal.35. rente uoluptatis suæ potabit nos, dicetq; nobis: bibite &
Cant.5. inebriamini charissimi: quia & anima illuminationem, & corpus glorificationem iure ppetuo possidebūt. Sequit̄: Delectationes in dextera tua usq; in finē. Sinistra dei: uita
Psal.15. præsens est. Et qa pro sinistro ducimus quicqd non multū curamus, per sinistrā pīsens uita accipit̄. in qua dñs electos suos sic ab impijs permittit flagellari,ut etiā patiatur occidi. An nō tibi uident̄ obliuioni dati qui dicūt: Propter te
Psal.43. mortificamur tota die,æstimati sumus sicut oues occisionis: quare facie tuā auertis, obliuiscer̄is inopiæ nr̄æ? Per dexterā uerò illa beata uita signatur q̄ nescit nisi gaudia, de qua nihil aliud dicere possumus, nisi quia gloriosa di-
Psal.86. cta sunt de te ciuitas dei. Ibi sunt delectationes illæ quas
1. Cor.2. oculus nō uidit,nec auris audiuit,nec in cor hois ascenderunt,quæ præparauit deus diligentibus se. In sinistra tribulationes,in dextra delectationes. Vsq; quo aūt? Vsq; in finem. Quis est iste finis? Finis ad iustitiam Xps omni cre-
Roman.10. denti: finis ille de quo sapiens dicit: Attingit à fine usq; ad
Sapien.8. finem fortiter,& disponit oia suauiter. Te enim cernere finis est cōsummatus. Ipse est finis ad quē, cum uenerimus, nihil amplius sitiemus, Iesus Xps sponsus ecclesiæ: qui est benedictus in secula. Amen.

¶ *De quinq; negociationibus & quinq; regionibus.*

NEgociamini dum uenio. Verbū patris, unigeLuce.19. nitus dei,sol iustitiæ,summus ille negociator: de ultimis cælorum finibus nostræ redemptionis preciū apportauit. Fidelis ista negociatio & omni acceptione dignissima in qua rex filius regis efficitur negociatio,aurū pro plumbo tribuitur, pro peccatore donatus est iustus. O quàm indebita miseratio,quàm gratuita & sic ꝓbata dilectio, quàm inopinata dignatio, quàm stupēda dulcedo,quàm inuicta mansuetudo: quàm uilis negociatio,ubi filius dei pro seruo tradit̄,pro creatura creator occidit̄ur,pro mācipio dñs cōdēnat. Tua sunt hæc Xpe opera: qui de lumine cæli ad tenebras inferni,à dextra maiestatis ad miseriā humanitatis, à gloria patris ad mortem crucis descendisti, inferuum illustrando, hominem redimendo,superando mortem, & mortis authorem. Vnus es,& secundum non habes: quem ad nos redimendum propria benignitas inuitauit, misericordia traxit,ueritas qua te uenturum promiseras compulit, puritas uteri uirginalis suscepit, salua uirginitatis integritate potentia eduxit,obedientia in omnibus deduxit, patientia armauit, charitas uerbis & miraculis manifestauit.

Absint

Abſint ꝓcul negociatores terræ Theman, recedant filij Agar, qui exquiſierũt prudentiã, elongent à me gigãtes à ſeculo noiati, qui ab initio fuerũt ſtatura magna, ſcientes bellũ. Nõ hos elegit dñs, neq; uiam diſciplinæ meruerũt, ꝓpterea perierũt, ſed dedit eam Iacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo. Abſcõdiſti enim hæc dñe à ſapiẽtibus & prudẽtibus, gigãtibus & noiatis qui magni facti ſunt uidelicet in oculis ſuis, & reuelaſti ea paruulis & humilib⁹ tuis. Libenter amplector negociationem tuã, quia negociũ meũ eſt. Hæc mercimonia cum ſumma ſuauitate ruminat aia mea. Non ſolũ autem ruminat, ſed & reuocat ruminationem tuam: quia & intelligit quæ diligit, & commẽdat memoriæ quæ elegit. In his negociationib⁹ ꝓcipis eſſe aiam meã, ut fiat nauis inſtitoris dẽlonge portans panẽ ſuum. Negociabor donec uenias, uenienti lætus occurrã, & utinam audiã, euge ſerue bone. Tui ſunt cæli & tua eſt terra, in regionib⁹ tuis. Negociabor igit ſecurus, te ſolũ hñs in itinere ducẽ, in periculis protectorẽ, cõſortẽ in tribulatione. ¶ Regiones tuæ q̃q; ſunt quas perambulant ad negociandum inſtitores tui, ubi te q̃rũt dilecti tui, & inueniũt dilecti tui. Prima regio eſt regio diſſimilitudinis. Nobilis illa creatura in regione ſimilitudinis fabricata, qa ad imaginem dei facta, cum in honore eſſet non intellexit, & de ſimilitudine ad diſſimilitudinẽ deſcendit. Magna prorſus diſſimilitudo, de paradiſo ad infernũ, de angelo ad iumentum, de deo ad diabolum. Execranda conuerſio, gloriã in miſeriã, uitam in pugnam perpetua captiuitate conuertere. Maledicta deſcẽſio, de diuitijs ad paupertatẽ, de libertate ad ſeruitutem deſcendere, & de requie ad laborẽ. Miſeri nos, & miſerabiliter nati, quibus datũ eſt naſci in mœrore, uiuere in labore, in dolore mori, de peccatore peccatores, de debitore debitores, de corrupto corrupti, de ſub acto ſubacti, geniti & generãtes ſumus gens peccatrix, populus grauis iniquitate, ſemen peſſimũ, filij ſceleratí, addẽtes præuaricationẽ. Ecce quaſi nõ ſimus ſic ſumus coram eo, quaſi nihilum & inane reputati, putantes nos aliquid eſſe cum nihil ſimus. Vulnerati ſumus ingredientes mundum, conuerſando in mundo, exeundo, de mundo: à planta pedis uſq; ad uerticem non eſt ſanitas in nobis. Nouerat hæc ille ſublimis propheta, qui ſtatũ humanæ miſeriæ deplorans in hæc uerba prorupit. Grauc iugum eſt ſuper filios Adæ à die exitus de uentre matris eorũ uſq; in diem ſepulturæ in matrem omnium. In hac diſſimilitudinis regione quid negociabimur domine deus? Aſpicio genus humanum ab ortu ſolis uſq; ad occaſum huius mũdi nundinas perambulare, alios diuitias quærere, alios honoribus inhiare, alios fauoralis auræ ſuauitate raptari. Sed qd de diuitijs? Nonne cum labore acquiruntur, cum timore poſſidentur, cum dolore amittunt? Theſaurizas, & ignoras cui cõgregabis ea. Vide quãtũ laborẽ pro picturis diuitijs aſſumpſiſti. Tranſis maria, & aliũ tibi orbem aperis nauigando, ſecundum ſapientem tribus digitis diſtans à morte, patriam fugis, relinquis parẽtes, diuelleris ab uxore, filios neſcis, & omnium neceſſitudinũ oblitus, q̃ris ut acquiras, acquiris ut perdas, perdis ut doleas. Filij hoim uſq; quo graui corde: ut quid diligitis uanitatem, & quæritis mendacium? Quæ eſt iſta dementia filij Adam, circũire maria, perambulare terras, rapi extra mundum, in laboribus plurimis, in uigilijs multis, in ieiunijs crebris, in mortibus frequenter? Ecce quales diuitiæ. Sed quid de honoribus? In ſublimi loco poſitus es: ducem te cõſtituerunt, Vide ſi nõ à deo iudicandus es, ab hominibus ſpectãdus, ab omnibus lacerandus. Si miles es, excubas ante limina principis, ut principatum acquiras, & ferrato ueſtit⁹ amictu, propior es uulneri quàm honori, morti quàm uitæ, periculo quàm præmio. Si de ſorte dñi, nónne epiſcopus romanum pontificem, archidiaconus uel diaconus epiſcopum pertimeſcit? Vide etiam utrum excuſſeris manus tuas ab omni munere, ne cum Simone audias: Nõ eſt tibi pars neq; ſors in ſermone iſto: quia uoluiſti donum ſpiritus ſancti pecunia poſſidere. Nihil ad nos de rectoribus eccleſiæ iudicare, uideant ipſi amici ſponſi, cum de ſpõſa cœperit exigere rationẽ qui iudicat orbem terræ in æquitate. Nunquid in honore ſine dolore, in prælatione ſine tribulatione, in ſublimitate ſine uanitate eſſe quis poteſt? Ecce quales honores. Quid autem de gloria? Gloria tibi unde fœtidæ puluis, limus terræ, uas in contumeliam? Non tibi non tibi, ſed nomini domini da gloriam. Illi permitte gloriam ſuam, qui glorioſus eſt in ſanctis ſuis. Illum lauda, quem laudant angeli in cælis. Nunquid & ipſa inanis gloria, quæ nihil aliud eſt quàm auriũ inflatio uana, quæ haberi uix poteſt ſine inuidia? Reſpice quos antecedis, & cogita quia omnibus inuidiæ ſemina præbuiſti. Omnes ergo aduerſum te toruis luminibus inflammantur, tua felicitate torquentur, tua uruntur gloria. Ecce unde glorioſus, inde odioſus: unde ſublimis, inde humilis: inde ſolicitus, unde ſecurus. Vides ergo quàm uane conturbatur omnis homo. Hæc ſunt mercimonia quæ inueniuntur in regione diſſimilitudinis. Prudens ergo negociator qui uidet in diuitijs laborem, in honoribus pœnam, inuidiam in gloria, facit ſarcinã ſuã mundi contemptũ, & fugit. ¶ Secunda regio eſt paradiſus clauſtralis. Verè clauſtrũ eſt paradiſus, regio uallo diſciplinæ munita, in qua precioſarũ eſt mercimõiũ fœcũda fertilitas. Glorioſa res, homines unius moris habitare in domo, bonũ & iucundum habitare fratres in unum. Videas illum peccata ſua deflentem, aliũ in dei laudibus exultantem, hunc hoibus miniſtrantem, illũ alios erudientem, hunc orantem, illum legentem, hũc miſerentem, illum peccata punientem, hũc charitate flagrantem, illum humilitate pollentem, hunc in proſperis humilem, illum in aduerſitate ſublimem, hunc in actiua laborantem, illum in contemplatiua quieſcentem: & poteris dicere, caſtra dei ſunt hæc. Quàm terribilis eſt loc⁹ iſte: nõ eſt hic aliud niſi domus dei, & porta cæli. Quid tibi ergo fidelis aia, in his nundinis eſt conſecrandum? Perambula uirtutes cohabitantium in domo dñi uirtutũ, & fac inde ſarcinam tuam, formam uiuendi. Quæ prius habitabas in regione umbræ mortis, tranſi ad regionẽ uitæ & ueritatis. ¶ Tertia regio eſt regio expiationis. Tria ſunt loca quæ mortuorum aiæ pro diuerſis meritis ſortiuntur, infernus, purgatorium, cælum. In inferno impij, in purgatorio purgandi, in cælo ꝓfecti. Qui in inferno ſunt, redimi non poſſunt: quia in inferno nulla eſt redemptio. Qui in purgatorio ſunt, expectant redemptionẽ, prius cruciandi aut calore ignis, aut rigore frigoris, aut alicuius grauitate doloris. Qui in cælo ſunt, gaudio gaudẽt ad uiſionem dei, Xpi fratres in natura, cohæredes in gl'ia, ſimiles in æternitate iucunda. Quia igitur primi redimi non poſſunt, tertij redemptione non indigent, reſtat ut ad medios tranſeamus per compaſſionem, quibus iuncti fuimus per humanitatem. Vadam in iſtam regionem, & uidebo uiſionem hanc grandem, quõ pius pater glorificandos filios in manu tẽtatoris relinquat, non ad occiſionẽ, ſed ad purgationẽ: nõ ad iram, ſed ad miam: non ad deſtructionem, ſed ad inſtructionem: ut iam non ſint uaſa iræ apta in interitum, ſed uaſa miſericordiæ præparata ad regnum. Surgã ergo in adiutoriũ illis, interpellabo gemitibus, implorabo ſuſpirijs, orationibus intercedã, ſatisfaciam ſacrificio ſingulari, ſi forte uideat dominus & iudicet ut laborem conuertat in requiem, miſeriam in gloriam, uerbera in coronã. His enim & huiuſmodi officijs poteſt eorum pœnitentia reſecari, fimiri labor, deſtrui pœna. Percurre ergo quæcunq; es fidelis aia regionem expiationis, & uide quid in ea fiat, & in nundinis iſtis fac ſarcinam tuam affectum compatiendi. ¶ Quarta regio eſt regio gehennalis. O regio dura & grauis, regio extimeſcenda, regio fugienda, terra obliuionis, terra afflictionis, terra miſeriarum, in qua nullus ordo, ſed ſempitern⁹ horror inhabitat. Locus lætifer, in quo ignis ardens, ubi frigus rigens, uermis immortalis, fœtor intolerabilis, mallei percutientes, tenebræ palpabiles, confuſio peccatorum, inundatio uinculorum, horribiles dæmonum facies. Totus tremo atq; horreo, ad memoriã iſtius

Matt. 11.
Prou. 23.
Pſal. 38.
Pſal. 4.
Eccl. 40
Iſai. 40.
Act. 8.
Pſal. 38.
Pſal. 132.
Genc. 32.

Esaie.14. regionis,& cōcussa sunt oia ossa mea. Quō cecidisti lucifer, qui mane oriebaris? Ois lapis p̄ciosus operimentum
Ezec.28. Esaie.14. tuū: modo subter te sternet tinea, & operimentū tuū uermis. O deus quāta distantia inter operimentū preciosi lapidis,& operimentū uermis: inter delicias paradisi, & ti-
Matt.25. neā corrodēte infernī. Scio qa parat⁹ est ille ignis diabolo,& angelis ei⁹,& hoīb⁹ filibus ei⁹: ubi sine fine finient, sine morte morient, torquebunt sine cessatiōe. Viuens igit in infernū descēde, percurre mentalibus oculis tormentorum officinas, fuge scelera & uitia, pro qb⁹ scelerati hoies & uitiosi perierunt. Habe odio iniquitatē, & dilige legem dñi, & in tam formidolosis nundinis fac sarcinam tuam odiū peccati. ¶Quinta regio est paradisus supercælestis. O beata regio supernarum uirtutum, ubi beata trinitas à beatis facie ad faciem uidet, ubi illa sublimia agmina sub-
Apoc.4. limi pennarū applausu, sanctus, sanctus, sanctus dñs deus sabaoth, clamare nō cessant. Locus est uoluptatis, ubi torrente uoluptatis potantur iusti. Locus splendoris, ubi iusti fulgent sicut splēdor firmamenti. Locus lætitiæ, ubi lætitia sempiterna super capita eorum. Locus abundantiæ, ubi nihil deest uidentibus eam. Locus suauitatis, ubi apparet dominus suauis uniuersis. Locus pacis, ubi in pace factus est locus eius. Locus admirationis, ubi sunt mirabilia opera eius. Locus satietatis, ubi satiabimur cum apparuerit gloria eius. Locus uisionis, ubi uidebitur magna uisio. O regio sublimis, plena diuitiarum, de ualle lachymarum suspiramus ad te, ubi sapientia sine ignorātia, memoria sine obliuione, intellectus sine errore, ratio sine obscuritate splendebit. Regio in qua dominus transiens ministrabit electis suis, ideſt talem se qualis est ostendet. Illic erit deus omnia in omnibus, ubi rerum uniuersitas mirabiliter ordinata dabit creatori gloriam, lætitiam creaturæ. Curre igitur spiritualis anima oculis desideriorum per regionem istam, & uide regem gloriæ in decore suo gloriosum, stipatum legionibus angelorum, sanctorum ornatū agminibus, deponentem superbos, humiles exaltantem,
Psal.83. damnantem dæmones, homines redimentē, & dic: Beati qui habitāt in domo tua dñe, in secula seculorū laudabūt te. Cum ergo mente perceperis tam preciosas nundinas, mercimonia tam præclara, cōstrue sarcinā tuam amorem dei. Vidisti regiones, animaduertisti nundinas, sarcinam construxisti, & beatus es. Negociare ergo dum ueniat do-
Matt.25. minus deus tuus, ut ei dicere possis: Dñe quinq; talēta tradidisti mihi, ecce alia quinq; superlucratus sum, & audire merearis: Intra in gaudium domini tui spōsi ecclesiæ, qui est benedictus in secula. Amen.

¶*Parabola de fide spe & charitate.*

REx nobilis & potens tres habuit filias, fidem, spem, & charitatem: his delegauit ciuitatē exi-
miam, humanam animam. In qua cum tres sint arces, rōnabilitas, concupiscibilitas, irascibilitas: unicuiq; suā cōtradidit, fidei primā, spei secundā, charitati tertiam. Rationabilitati p̄ficitur fides, quia fides nō habet meritū ubi humana ratio præbet experimentū. Cōcupiscibilitati spes, qa cōcupiscere nos nō licet q̄uidem⁹, sed quæ speramus: & spes quæ uidetur non est spes. Irascibilitati charitas, seruor scilicet feruori, ut seruor uirtutis feruori naturæ dñetur, imo seruor naturalis attollat se in seruorem uirtutis. Ingressæ illæ, unaquæq; pro posse suo domū suā ornat & procurat. ¶Custodē ergo domus suæ in rōnabilitate fides ponit prudentiā, ut suū ius in ea sibi conseruet, & rōnem sub legibus fidei & intra terminos à fide positos cohibeat. Vt aut fiducialiter in domo ageret addidit & obediētiā. Vt obediētia pcessum opis & tolerātiā haberet laboris, subdidit & patientiam. Vt autē etiam inferiorem actuum uel sensuū familiam regere bene posset & dispensare, ipsam ei dispensationem subfecit. Vt secun-
1. Cor.14 dum apostolum honeste & secundū ordinē omnia fierēt: addidit & ordinem. Ne maledictio intraret domum (maledicta enim omnis domus indisciplinata) custodē in porta posuit disciplinam. ¶Spes autem in concupiscibilitate domui suæ sobrietatem præfecit, ut ius suum in ea sibi cōseruaret, & principale eius sibi semper seruire cōpelleret. Vt aūt inferiorē uoluntatū & uoluptatū familiam discrete regere sufficeret, ipsa ei subdidit discretionē. Cui etiam contra concupiscentiam carnis addidit cōtinentiā, contra cōcupiscentiā oculorū constantiā, contra ambitionē, Prou.1
seculi humilitatē. Et ne egestas intraret domum (ubi eñ multa uerba sunt sicut dicit Salomon ibi multa egestas) silentiū custodē posuit in limine. ¶At charitas suā domū ad austrū & meridiē positam, amicæ sibi pietati commisit, iusq; suū omne ei tradidit, subdens ei ad obsequiū primū munditiam corporis, deinde congruas exercitationes, ui delicet lectiones, meditationes, orationes, & spūales affectiones. Et ne ingressa domum miseria conturbaret beatitudinem, filiorum dei, qui in septimo gradu, id est in perfectione beatitudinis positi in domo charitatis ludunt & iucundantur beati pacifici, ipsam pacem custodem in porta cōstituit. Sic ordinatis domib⁹ suis: totius ciuitatis quasi præpositum quendam œconomum posuerunt liberum arbitrium. Quo peracto, redeunt in domū patris puellæ regiæ. Inimicus homo superueniens ordinē & gloriā ciuitatis uidens & inuidens machinatur insidias, & ingredi cupiens corruptis duobus de p̄cipuis ciuibus discretiōe & dispensatione, uniuersæ malitiæ suæ exercitum introduxit per portas rōnabilitatis & concupiscibilitatis. Præpositus ciuitatis liberū arbitriū, qui toti⁹ ciuitatis dimissus erat custos & arbiter (paterfamilias quippe peregrè proficiscens dedit seruis suis potestatē cuiuslibet operis) ligatur uinculis ferreis, & in carcerē mittitur. Præcipitatis de arce rōnabilitatis custodibus suis, mox contra fidē blasphemia inducitur. Cum qua irruentes cōtradictiones cōmotiones & confusiones, cæteraq; hmōi turba, cunctaq; sibi diripientes, sibiq; quicqd libeat uendicātes, in rōnabilitate nihil rōnis reliquerunt, & ianitore perempto. s. disciplina, omnibus intrandi & exeundi copiā præbuerūt. Porrò in domū spei (cōcupiscibilitatē scilicet) ingressa, & oia sibi uendicās dña luxuria, totā eam de superioribus deiectam ad ima deuoluit: & concupiscentiæ carnis continentiam, cōcupiscentiæ oculorū constantiā, ambitioni seculi humilitatē cōculcandam tradidit & illudendam. Et perempto silentio ianitore, omnibus & intrātibus & exeuntibus fecit portā patere. Sobrietatē uerò & socias sobrietatis uirtutes, aut occidit, aut icarcerauit, aut in exiliū destinauit. Exinde ad superiorē ciuitatis arcē cōscenditur, & pace ianitore & custode summæ beatitudinis perēpto, miseria ingreditur. Mox eñ dña superbia ascendens in arcē (superbia Psal.73.
eñ corū qui te oderūt ascendit semp) pietatē de ea impie deturbauit, totāq; illā pietatis & pacis familiā morte uel exilio dānauit. Iam quicunq; uult sctūarium dei ingredi, quæcūq; scta in eo, q̄cunq; hactenus filijs Leui tñ accessibilia erant & uisibilia, iam prophanata, iam direpta ab inimicis, in Babylonē trasferunt, & de uasis tēpli cōcubinis regis Babylonij propinatur. Sic capta est & confusa tota ciuitas. Secūdū gl̄iam eius facta est ignominia eius. Cōfusis oībus, ad dñas tristis, nuncius uenit perditæ ciuitatis. Cōturbatæ illæ, pedibus patris puoluunt auxiliū deprecantes. Causante illo, & custodis liberi arbitrij arguēte negligentiā, quid inquiūt ô pater liberū arbitriū pōt sine adiutrice gr̄a? Et ego, inqt, dabo gr̄am, sed p̄mittēdus est timor. Ipse eñ præibit ante illā parare uias eius. Egressus timor à facie dñi uenit ad ciuitatē, baculum habens disciplinæ in manu eius. Inuenitq; portā difficultatis obseratam & obfirmatā uectib⁹ malæ cōsuetudinis. Ianitor procax & improbus carnis lasciuia in portis aderat, q timori satis infest⁹, opprobrijs & cōuitijs eum fatigabat. At ille facto impetu fiduciæ, frāgens uectes malæ consuetudinis, portas diruens difficultatis, miserum illū corripit, & baculo eū disciplinæ quem tenebat, usq; ad mortem perurget. Statimq; signū aduenientis gr̄æ super portas cleuans, totam ciuitatē uertit in timorē. Post quē gr̄a ingredit ciuitatem, secum totū illū uirtutum cælestiū exercitū adducēs.

Mox

Mox pars ínímica díſparuít,uírtutes uerò ad nota præſi-
dia recurrũt.Procedẽtes íllico & ſeipas deceptas fuíſſe ac
cuſantes,díſcretío & díſpẽſatío,uenıã precantur: prodít
de uínculís,& ad occurſum dñæ gr̃æ feſtínat arbítríũ,ſub
regno gr̃æ nunc tandẽ ſe ſperãs fore líberũ. Fercula præ-
parantur fílíabus regís domus ſuæ,& mẽſæ ponuntur cõ-
gruæ.In mẽſa quíppe fídeí panís ponítur doloris,& aqua
anguſtíæ,& cætera pœnítẽtíæ fercula. In mẽſa ſpeí panís
confortãs,& oleũ exhílarãs facíem, & cætera conſolatío-
nís fercula.In menſa charítatís panís uítæ,uínumq; lætífi
cans,& oẽs delícíæ paradíſí.Iam íngrediuntur & epulan-
Pſal. 62. tur,& cuſtodíunt cíuítatem.Sed níſi dñs cuſtodíerít cíuí-
tatem,fruſtra uígílat qui cuſtodít eam.

¶*Parabolá de nuptíis fílíj regis, & de ornamentis ſponſæ ſuæ.*

Ilíus regís ſupercæleſtís Híerlm egreſſus eſt ut
cõtẽplaretur regna patrís ſuí ínferíora.Qui cír
cunſpectís oĩbus, regreſſus ad patrẽ aít: Pater
oĩa regna terrarũ círcuíuí,& quæ ín oĩbus age
Gene. 18. rentur dílígenter aſpexí.Clamorẽ etíã Sodomorũ qui ad
te aſcenderat,uerũ eſſe comperí, & ultíone dígna punírí.
Sed íam tps eſt ut ín futurum míhí proſpícíã,uxorẽ ducã,
fílíos procreem,famílíam íam per me regã. Sponſam quæ
míhí habenda complacuít,ín domo regís Babylonící uí-
dí.Quam rex ílle captíuam tenet: & ne quæ ſit ualeat co-
gnoſcí,uílíbus ac ſordídís ueſtíbus eã índuít. Ad hæc pa-
ter ad fílíum: Abſit,ínquít,à te ut rem íſtam facías coæter-
næ & conſubſtantíalís míhí unice fílí. Aethíopíſſa ílla de
qua dícís,non eſt condígna tuo generí uel tuæ ímmenſíta
tí.Ad quem fílíus:Fíxum,ínquít,habeo ín me & uxorem
uelle ducere, & nullam níſi hanc míhí coníungere. Sí íta
eſt,ínquít,pater, tu coæternus & conſubſtantíalís & co-
omnípotens míhí in manu habes & íllam de captíuítate
Babylonica líberare,& prout uís tíbí ſponſam aſſúmere.
Statím affuít ínnumerabílís multítudo angelorum & cæ-
leſtíum agmínum,ín hís nuptíjs fílío ſummí regís mínístra
reſeſe præparantíum.E quíbus unum,ſ.Grabríelẽ archã-
gelũ quí paranymphus eíus fieret elegít.Gabríel electus,
fílío ſummí regís aít:En fortítudo tua ego ſum : íllam tíbí
quã quærís de medío Babyloníæ uí rapere ſí ímperas &
ualeo,& paratus ſum.Non íta agendum eſt,ínquít, fílíus
regís æternί,uíolentía nulla Babylonico regí ínferenda
eſt:conſílíjs occultís & ſapíentía,quæ míhí íungenda eſt,
de captíuítate Babylonica eſt erípienda. Ad Marĩã uírgí
nem de ſtírpe Dauíd myſteríũ cõſílíj meí à te Gabríele eſt
deferendũ,occulte apud eã ín thalamo eíus cõuíuíum nu
ptíarũ mearũ eſt nũcíandũ & celebrandũ.Ad Marĩã Ga-
bríel archangelus deſcẽdít, qđ ſibí ínſunctũ fuerat pegít.
Sed quí eũ míſerat,antequã nunciaret,íam ad uírgínẽ ue-
nerat.Ibí nunciatũ,ibí celebratũ eſt ſanctíſſímũ nuptíarũ
conuíuíũ.Sed nunqd tantus ac talís íſte ſpõſus ad ſpõſam
ſuam uacua manu uenít? Nequaquã, ſed donatíua detu-
lít,delata errogauít.Et qa hyemís tpe uenít,hyemales ue-
ſtes prímum ſuæ ſponſæ dedít, aguínã uídelícet pellícẽã,
& cappã.Quod utrũq; fit de agno, ſed alterũ ſine dolore
agnί.í.lana de qua fit cappa ſumítur,alterum uídelícet pel
lis,unde pellícea,abſq; dolore grauí ab agno non accípí-
Iſaie. 53. tur.Sponſus íſte agnus eſt,ſícut ſcríptura teſtatur. Quaſí
ouís ad occíſíonem ducetur,& quaſí agnus coram tondẽ-
Ioan. 1. te ſe ſic nõ aperíet os ſuum. Et alíbí: Ecce agnus deí, ecce
quí tollít peccata mũdí.Agnus ígítur íſte de lana ſua ſpõ-
Matt. 11. ſæ cappam fecít,cum humílítatẽ uerbís docuít dícẽs: Dí-
ſcíte à me quía mítís ſum,& humílís corde.Pellícẽã dedít,
cum uígílíjs,cũ ieíunijs, & alíjs carnís ſuæ afflíctíonibus,
ad ultímũ paſſione crucís, mortíficatíonẽ carnís ſponſæ
oſtẽdít.Cappa ítaq; (qua quí índutus eſt abſcondítur) ſí
gnat humílítatẽ,quía quæ ſponſa eſt Xp̃í latítat,& à ſecu
lo cognoſcí refugít.Pellícea q̃ de mortuís aíalíbꝰ fit, mor-
tíficatíonem carnís ínſmuat.Hæc aũt hyemís tpe. Paſcha
lí uerò tempore arminíam pellícẽam dedít círca collum &
círca manum rubeís gulís præparatam.Hæc pellícea ſunt
prædícatores,albí propter reſurrectíonem quam ín Xp̃o
annuncíant,& ín ſponſam futurã prædícant: quí cum paſ
ſionem Xp̃í annuncíant,rubeam gulam círca collum por
tant.Sed quía quídam paſſionẽ Xp̃í ore prædícant,quã
corde non ſentíunt,de quíbus dícít Paulus, Quídam an- Philip. 1.
nuncíant Xp̃m non ſyncere exíſtímantes ſe ſuſcítare trí-
bulatíonem uínculís meís:oportet ut qđ ore dícunt,cor-
de ſentíant.Nã mínus de cæterís ornata eſſet, ſí tantũ cír-
ca collum,& non uſq; ad pectus deſcendentes gulas pellí-
ceas haberet.Círca manus prædícatores gulas habẽt, cũ
ín operíbus ſuís paſſionibus Xp̃í communícant. Igítur
pellícea ſponſo de arminío ſit,quod candídum eſt ín ſígní
fícatíonem lætítíæ ſpírítualís ob ſpem futuræ reſurrectío-
nís.Círca collũ & uſq; ſupra pectus & círca manus rubeís
gulís ornata eſt,quía paſſionem Xp̃í quam ore prædícat,
corde ſentít,& operíbus atteſtatur. Dedít etíã Chríſtus
paſchalí tpe ſponſæ ſuæ cordubanos ſuos, quí ſignãt duo
teſtamenta,quíbus affectus ſponſæ ne terram tangant mu
níuntur,uel ſignant continentíã & charítatem,quæ duos
affectus quorum alterum ad carnem ſuam, alterum ad uí-
tía olím ſponſa habuít calceant: è quíbus ílle quí ad car-
nem eſt, continentía ſiue díſtrictíone díſcíplínæ muní-
tur:ílle quí eſt ad uítía,charítate extínguítur. Sed hí cor-
dubaní níſi profeſſíone lígentur & obedíentía, è pedíbus
elabuntur.Multos ením uídemus quí continentíam car-
nís ex charítate habuerunt, uel ſm duo teſtamenta uíuere
díſpoſuerunt,ſed qm̃ ſub obedíentía & profeſſíone ſe nõ
líguauerunt,grauíter lapſí ſunt. Cordubaní ítaq; ſunt uel
duo teſtamenta,uel continentía & charítas,lígaturæ pro
feſſío,& obedíentía.Dedít etíã Xp̃s ſponſæ ſuæ duas chí-
rothecas.Manus ſpõſæ ſunt operatío & contemplatío.Et
quãuís per leuã alíbí actíua,per dexterã cõtemplatíua uí-
ta(ut eſt íllud,leua eíus ſub capíte meo &c.) híc tm̃ per ſíní Cant. 2.
ſtram cõtemplatío,per dexterã operatío deſignatur, hac
ſímílítudíne,qa ſíníſtrã frequenter tenemus ſub ueſtíbus
abſcondítam,dexteram uerò ſæpíus ad operandum expo
nímus.Símílíter manu dextera.í. operatío, habet chíro- Nota.
thecam ín quínq; folículos ad quínq; dígítos recípíẽdos
díuíſam:quía bonũ opus debet eſſe rectũ,uoluntaríũ, pu-
rum,díſcretũ,& firmũ.Rectum ín íntẽtíone: uolũtaríum,
ut nec tímore nec alíqua alía fíat coactíone:purum, ut dũ
ſit alíqua aura uanítatís non ínaneſcat:díſcretum,ut ultra
modum non íntendatur:firmũ,ut perſeueret. Sínístra au-
tem,ſíd eſt cõtẽplatío,habet chírothecã ſímílíter ín quínq;
díuíſam.Nã quínq; ín cõtemplatíone ſunt.ſ. conſíderatío
pc̃ãrum & gehennæ,contemptus præſentíũ & ſpes futu-
rorum,ſudícíũ & regnũ,ſtatus corporís poſt reſurrectío-
nem & glorífícatíonẽ, ſpírítus humanus & æternítas cũ
qua unjendus eſt.Qui ením cõtemplatur primũ,conſíde-
rat peccata ſua qualía & quanta perpetrauít: quæ cõſíde-
rare non multũ prodeſſet ſí non pro íllís ín gehenna puní
rí metueret:& ídeò cõſíderatíõí pc̃ãrũ recte adíũgít cõſí-
deratío gehẽnæ.Iterũ ſí cõſíderaret q̃ & quãta ſint tormẽ-
ta gehennæ,& nulla peccatorum memoría haberet, ſecu-
ra mens forſitan gehennã conſíderaret,cum nulla eam re-
cordatío pc̃ãrum perterreret.Hac de cauſa ín mente con
templatorís utrunq; & pc̃ã & gehenna cõíungítur,ut ex
utroq; terror íncutíatur.Sed ín mẽte ſic perterrita ſtatím
ſuborít cõtẽptus p̃ſentíũ, cuí adíuncta eſt ſpes futurorũ.
Sed ne ſpes mentem díſſolutam reddat, reſtríngít per ſu-
dícíũ,quía cõſíderat ad ea quæ ſperauít,tranſeundũ eſſe p
íllud horrẽdũ et díſtrictũ ſudícíũ.Sed terrorẽ de ſudícío,
conſolatur regnũ,et ídeò ſudícío ſubíunctũ eſt regnũ. In
quo regno conſíderatur quíd erímus,et primũ ſtatus cor
poríſ,q̃ erít ímmortale et ímpaſſíbíle: deíde glorífícatío,
q̃ erít ínefabílís pulchrítudínís et præfulgídũ, ſícut ſcrí-
ptum eſt:Fulgebunt ſuſtí ſícut ſol.Poſt hæc conſíderatur Matt. 13.
beatítudo aíæ,ſí ípſa anima conſíderaſ,et deus cuí unjen-
da eſt,quod eſt ultímũ,et conſummatío oĩm. Hæc autem
quínq; quæ ín contemplatíone conſíderamus, per quín-
q; feneſtras uídentur. Feneſtra ex aere & pariete conſtat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nam ubí eſt paries contínuus, nulla eſt feneſtra: ítem ubí eſt aer abſq; pariete, non eſt feneſtra, ſed paries admittens ſeipſum aerẽ, uocat feneſtra. Xps uerò eſt ex humanitate quaſi pariete, & diuinitate íntra humanitatem lucente. Itaq; Xps feneſtra eſt, ímo quínq; feneſtræ ín eo cõſiderantur. ſ. íncarnatio, cõuerſatio, doctrína eius, reſurrectio, & aſcenſio. Per illas qnq;, qnq; quæ de contẽplatione dícta ſunt uidenť. Nam per íncarnationẽ Xpí, multís manifeſtata ſunt peccata, & gehenna, quæ príus non attendebantur. Conuerſatio eius aperte docuít præſentía cõtemnere, & ad futura ſpẽ dírigere. In doctrína eiꝰ ſatís de iudício & regno. In reſurrectione eius oſtenſus eſt ſtatus corporís & glorificatio, qa qualís ípſe, tales & ſuí futurí ſunt pro modulo ſuo. In aſcenſione aũt quãtulũcũq; reuelatũ eſt quõ ſpũs noſter cum deo uniendus eſt. Hõ cũ ille quõ ſine omní uehículo, abſq; oĩs creaturæ adminículo aſcendít, ſic & ſpũs noſter poſt cũ tandẽ aſcẽdet. Itaq; chírothecæ ſponſæ ín manu dextera ſunt. í. ín actione, qꝑ ípm opus ſit rectũ, uolũtariũ, purũ, díſcretũ, & firmũ. In ſiníſtra manu. í. contẽplatione, qꝑ primũ cõſiderenť peccata & gehẽna, deínde ſequať contẽptus præſentiũ, & ſpes futurorũ, poſt ſudiciũ & regnũ ſubiungatur ſtatus corporís & glorificatio ad ultímũ unitio ſpũs nr̃í cũ deo. Xps aſcendens hæc oĩa ín ſponſa cõſummauít, & eam conſeruandã apl̃is cõmíſit, & ne ab Hieroſolymís díſcederẽt ꝓcepít, donec índuerenť uírtute ex alto. Poſt dies decẽ ipſo. ſ. die penteco-
Luce. 14, ſtes exercitũ maxímũ & fortẽ míſit è cælo. í. ſpm̃ ſctũ, quí
Actuũ. 2, contulít eís pacẽ & gaudíũ, & cæteros fructus ſpũs quos
Gala. 5. enumerat apl̃s. Quíbus factí conſtantes & fortes, hoſtiles
Actu. 4. cuneos aggrediuntť, & Petrꝰ una die qnq; mília & alía die
Actuũ. 2, tría mília de Iudeís ad xpm̃ cõuertit. Quíbus geſtís aiũt apl̃i: Abſit ut dña nr̃a Xpí ſponſa pedes amplíus gradiať, quæramus eí animal quo ſubuehẽte celerius & honeſtius quocunq; eundũ eſt deferať. Sed hoc non erít equus, quía animal ſuperbiæ & diſcordiæ eſt: necaſimus, quía fatuus & ímmundus: ſed mulus, quí firmíter & mature graditur. Mulus ítaq; ſponſæ dať, quía ppl̃s ex Iudæís & gentíbus ad fidem conuerſus eſt. Sícut eñ mulus ex díuerſís animalíum ſpeciebus naſcít, ſic primítiua eccleſia ex díuerſis populís collecta eſt, uídelícet ex Iudæís & gentibus, uel de præſumentíbus, & deſperantibus. Xps eñ díuerſis & contrarís ínfirmitatíbus laborantes míro modo ſanauít, & uno medicamíne. í. cruce ſua, eos qui nímis cõfidentes aut deſperantes fuerunt. Et adhuc ſunt, quí dícunt, re mea cõtentus ſum, & nulli unquam per uím rapui aliquíd, & ſimí
1. Petri. 2, lía, & quíd eſt quare de uita deſperẽ, & gehẽnã tímeã? Sed ſi iſtí attendunt qꝑ Chriſtus quí pctũ̃ non fecit nec dolus ínuentus eſt ín ore eius, morte tñ turpiſſima. í. cruce uitã finíuit, deficiunt à ſuperbía ſua, & timore cõterriti, ad humílitatem & ad cõícandũ paſſionibus Xpí cõuertũtur. Sunt íterũ quí tot & tantís facinoríbus ínquínati ſunt, ut ſibí índulgerí díffidant. Sed ſi ípſi attendant qꝑ Xps non pro ſe, ſed pro pctõríbus ſuſtínuit, ſpẽ ſumunt, & à deſperatione ſanantur. Itaq; Xps ſua cruce & præſumẽtes ſanat, quía ínnocens paſſus eſt, & deſperantes, quía pro pctõríbus ſuſtínuit. Et ex hís díuerſis pctõríbus eccleſia congregata mulus eſt, quem apl̃i ſponſæ præparant. Et eí ín talíbus quieſcenti, & ꝑ eos ad díuerſa progredienti, dant calcar unum. ſ. amorẽ ſponſi, quo ſuos proficíſcí compellat. Dant & flagellũ quo retro pcutíat, quía de ꝑpetratís ínıquitatíbus anxianť. Multíplícata & dílatata ſancta eccl̃ía, apl̃i peracto agone ſuí certamínís de uita decedentes, eam martyríbus regendã cõmíttunt. Illi aũt pro ea uírílíter decertantes, & ín defenſione eius ſanguínem ſuũ fundentes, dícunt. Apl̃i mulo uno dñam nr̃am donauerunt, æquũ eſt & nos ín ornatũ eius & decorem alíquíd cõferre. Et qa iã æſtas íncaluit, groſſioríbus índumentís non eſt onerãda, nouum aliquíd faciamus eí decoris & ſubtile, uarium ſcílícet mãtellũ, rubea purpura coopertũ. Varium iſtud mãtellũ ſunt ſctæ martyres ex parte uírgines, qđ ſignat albũ, ex parte uíduæ uel cõiugatí, quí ſignanť medío colore & uarío. Rubeũ ſuperponíť, qa pro Xpo trucídatí ſanguíne reſpergunť. Et hí ſuís tpíbus uíríliter rexerunt eccleſiam, prouexerunt & munierũt. Quíbus decedentíbꝰ ſucceſſerunt ſctí doctores & magnificí cõfeſſores, Ambroſius Hieronymus, Hilarius, Auguſtinus, & ſimíles. Vidẽs aũt dia bolus aperto bello qđ cõtra eccleſiã tpe apl̃orum & martyrũ geſſerat, ſe nihíl pfeciſſe, ſed eã tribulatíonibꝰ magís creuiſſe & profeciſſe, ad fraudulentas & occultas perſecutiones conuertítur. ſ. ut aliquos ex membrís eius ſeducat, per quos negocíũ ſuæ malitiæ tanto efficacius quãto occultíus peragat. Inſtruít ítaq; Arrĩũ ſuís artíbꝰ, Pelagium & Fotínum & hís ſímíles, q mínıſtros Xpí ſe ſímulantes, ſpõſam eius longe ín deuíũ ducant. Quod percípíẽtes ſctí doctores occurrũt, díſputatíonibꝰ cõfligũt, cõfutant hæreticos, & dñam ſuam ad uíam ueritatís reducunt. Cui reductæ, qa dum per deſerta Arrĩ & deuía Pelagĩ gradiť, ueſtes eius alíquantũ attrítæ erant, paludamentũ de ſamito faciunt, íd eſt uíta ſua pudíca & honeſtís ſuís moríbus eã adornant. Ecce iam uíctus hoſtis, & ín apertís pſecutiónibus, et occultís hæreticorũ ſeductíonibus. Iam ſpõſa nullo contra occurrente, cũ multo comítatu graditur, adhuc tñ coluber tortuoſus eam ſpoliare conatur, & cum iam ín uía non poſſit, ſuxta uíam laqueos parat, ibí tentoría ſua erigit. Et hic quidẽ trapezítas ſuos cum multo auro & argento expoſito ſedere facit, illíc autẽ uendítores ueſtium cum multo et uarío apparatu díuerſorũ ornamentorũ, alíbí uendentes cíbos oĩm generum collocat, alíbí uendentes uína et oĩm potionum genera tabernas díſponit, alíbí triumphales arcus gloriantíum ín pompa ſeculari erigit, chorcas puellarũ, & oĩm íncitamẽta líbídínũ oſtẽdit. Quí ſapiens eſt, cum ſponſa graditur, ſponſæ recta uía gradienti adhæret. Fatuí & uecordes uíã deſerũt, et ín tabernaculís diaboli eſſe iucũdantur. Nam quícũq; argentũ díligit, auri ſpecie capítur, & hæc Xpo præponit, ĩ tabernaculís diaboli demorať. Sílíter quí ueſte pcioſa, q cíbis lautioríbus, quí uíno mellíto et alĩs potionũ pcioſarũ generibꝰ, quí ín mulíeríbus, quí ín íocís, ín ſeculi cãtionibꝰ delectatur, et hæc Xpo ꝓponit, ín tẽtoríó diaboli eſt. Quíd etiã dícã de illís quí cũ eccleſiã dei regere debeant, íngredientes uíã, ea quæ ín tentoríís diaboli ſunt admirãtes circumſpicíũt et cõcupíſcunt, & nõ hñtes unde cõcupíta ſibí cõparent, ornamenta ſponſæ ſuæ dírípíunt, & ín explendis malís cõcupíſcentíĩs ſuís turpíter ínſumunt: Ita undíq; lacerata circa humeros, ut parum quíd de amíctu. í. paucos monachos et paucos regulares canonícos, & de alĩs generíbus hominum ferè nullum retíneat.

¶ *Sermo cuiuſdam ad clerum in concilio Remenſi congregatum.*

GRaue eſt qđ míhí ínĩũgítur, uídelícet ut docẽã doctores, ínſtruam patres. Præſertím cum ſcríptum ſit: Interroga patres tuos, et annũcíabũt tibí. Sed ꝑcípit mihi Moyſes íſte cuius manus graues ſunt, cuí obediendum eſt non ſolum à me, ſed etiã ab omníbus. Et plus quàm Moyſes híc. Moyſi commíſſa fuít una plebs Iſraelítica: iſtí aũt uniuerſa eccleſia. Et pluſquam angelus híc. Cuí enim angelorum díxít aliquando deus: Quæcũq; lígauerís ſuper terrã erũt lígata & ín cæ-
Mat. 16. lís? Secundũ officiũ díco, nõ ſm merítũ. Præter deum nõ eſt ſímílís eí, nec ín cælo nec ín terra. Hic eſt Petrꝰ, quí míſit ſe ín mare, cũ alĩ diſcípulí nauigarent ad Ieſum. Vnuſquíſq; ueſtrum contentus eſt nauícula ſua, hoc eſt archiepíſcopatu ſuo, abbatía ſua, præpoſitura ſua: íſte autem míſit ſe ín omnes archiepíſcopatus, abbatías, præpoſituras. Hoc mare magnum & ſpatioſum manibus, illíc repti-
Pſal. 103. lía quorũ non eſt numerus. Et uobís dico fratres mei ꝑ ĩ, multum exaltauit uos deus. Vos eſtís ſal terræ, ſicut dícit
Mat. 5. dñs ín euangelío: Vos eſtís lux mundí: Ego díxí dĩ eſtís, & filĩ excelſí oẽs. Veruntñ ſicut hoíes moriemíní, & ſicut
Ibidem. Pſal. 81. unus de príncípíbus cadetís. Vbí ſapiens, ubí ſcríba, ubí
1. Cor. 1. conquiſítor huíus ſeculí? Nónne ſicut hoíes morientur?

Et nónne

Et nõme sicut unus de principib⁹ cadẽt: Vnde cadẽt uel quot: De latere dñi, in pfundũ inferni. Fratres duo mala magna restant, mors uidelicet & iudiciũ. Dura est eñ cõditio mortis, & idcirco rarus est q uelit mori. Sed quæ cura mori, cum hæc sit uia uniuersæ carnis? Eya q̃ ibo à spũ tuo, & quo à facie tua fugiã, cũ dicat apls: Oẽs nos repræsentari oportet añ tribunal Xpi, ut referat unusqsq; rõnẽ de his q̃ gessit in corpore suo, siue bonũ siue malũ? Frẽs, aliã synodũ pnuncio uobis, ubi dñs deus sedebit in iudicio, & ibi oẽs nos oportet repñtari, & ibi de⁹ iuste iudicabit orbẽ terrarũ. Hic includit̃ iniustitia in marsupio. Sed iuste iudicabit de⁹ in illo iudicio, & ibi oẽs nos oportet repræsentari (nisi fortè q̃ dici nefas est mẽtiat̃ apls) siue sit papa, siue cardinalis, siue archiep̃s, siue ep̃s, siue diues, siue pauper, siue doctus, siue indoctus, ut referat unusquisq; rõnem de his quæ gessit in corpore, siue bonũ siue malũ. Et si reddenda est ratio de his quæ quisq; gessit in corpore suo, heu quid fiet de his q̃ qsq; gessit in corpore Xpi q̃ est ecclesia? Ecclesia dei uobis commissa est, & dicimini pastores, cum sitis raptores. Et paucos habemus heu pastores, multos autem excõmunicatores. Et utinam sufficeret uobis lana & lac, si titis enim sanguinẽ. ¶Quatuor tñ his qui p̃sunt in ecclesia dei necessaria esse præ omnib⁹ reor, uidelicet ut per ostiũ intrent, ut in humilitate se cõtineãt, auaritiã declinent, munditiã tam corde quàm corpore seruare studeant. Sed qd prodest si canonice eligant̃ (q̃ d̃ est postiũ intrare) & non canonice uiuãt? Dixit dñs ad duodecim: Nõme ego uos duodecim elegi: & unus ex uobis diabol⁹ est: Dñe Iesu cum esset electio illa in manu tua, & nõ haberes aliquẽ cõtradicentẽ & reclamantẽ tibi, quare elegisti diabolũ ep̃m? Cur bone Iesu non elegisti bonũ & iustũ & sctñ, sicut Petrus bonus iustus & sanct⁹ fuit? Vel si elegisti diabolũ, cur te iactas elegisse? Fratres, sic facit Iesus hodie, eligens sibi multos diabolos ep̃os. Vbi, phdolor reperiemus ep̃os qui post adeptã dignitatem in humilitate se cõtinent? Nẽpe superbia eis occasio est ut ad tãtam dignitatem aspirent, ut in ouile Xpi impudẽter irrũpant, cum tñ per psalmistã dñs dicat: Nõ habitabit in medio domus meæ qui facit superbiã. Iesus aũt in medio est, non in angulo. Vñ ip̃e in euãgelio: Vbi duo, inqt, uel tres congregati fuerint in noie meo, in medio eorũ sum. Et iterum: Iesus aũt trãsiens per mediũ illorũ ibat. Et in libro sapientiæ: In medio, inquit, ecclesiæ aperuit os eius. Et rursus in euangelio dicit̃: Stetit Iesus in medio discipulorum suorũ. Væ mihi dñe Iesu si tecũ ero in domo tua, & non in medio domus tuæ. At isti nõ sic. Sunt quidẽ cum Iesu, sed non in medio domus eius, quia amant & faciũt superbiã, parentes suos extollẽtes, pauperes aũt neglígentes & deprimentes. Male uiuunt, & subiectos male uiuere uolunt. Et idcirco cõparant̃ apostatæ angelo q dixit ĩ corde suo: Ponã sedẽ meã ad aglonẽ & cætera. Quid est diabolũ ad aquilonẽ sedẽ uelle ponere, nisi superbũ quẽpiã & impiũ super suos siles à charitatis calore uel sapiæ luce alienos principatũ appetere, uel adeptũ tenere? Talis erat Absalõ super filios Israel, patri suo rebellis, principatũ appetens. Talis erat Hieroboã q peccauit & peccare fecit filios Israel in uitulis aureis. Tales fuerunt scribæ & pharisæi, cõtra quos ait dñs: Væ uobis scribæ & pharisæi q claudítis regnũ cælorũ ante hoies, uos eñ nõ intratis, & introeuntes non sinitis introire. Porrò ep̃i hui⁹ tp̃is auaritiã quõ declinent? Q̃d eñ sine miserabili gemitu dicendũ non est, Xpi opprobria, sputa, flagella, clauos, lãceã, crucẽ & mortem, hæc oia in fornace auaritiæ cõflant & profligãt in acquisitionẽ turpis quæst⁹, & p̃cium uniuersitatis suis marsupijs includere festinant, hoc solo sanè à Iuda scharioti differentes, q̃ ille horũ omne emolumentũ denariorũ numero cõpẽsauit, isti uoraciori ingluuie lucrorũ infinitas exigũt pecunias. His insatiabili desiderio inhiant, pro his ne amittant timẽt, & cum amittunt dolent. Harũ in amore quiescunt, quãtũ dũtaxat liberũ est eis arbitriũ aceruãdi, uel augmentandi cura. Aiarum nec casus reputat̃ nec salus. Nõ sunt profectò matres, qui cũ sint de crucifixi patrimonio nimiũ incrassati, impinguati, dilatati, non compatiuntur sup cõtritione Ioseph. Archipresbyter circuit obedientiã sibi creditam: & ut impleat saccum suũ, tradit sanguinẽ iustũ. Vẽdit nẽpe homicidia, adulteria, incest⁹, fornicationes, sacrilegia, periuria, & usq; ad summũ implet manticã suã. Fama igitur uolãte innotescit ep̃o talis quæstus, & accersito archipresbytero, da mihi, inquit, partem meam. At ille: Nihil dabo tibi. Ecõtra ep̃s, si non dederis mihi, inqt, partẽ meã, auferã tibi oĩa. Fitq; altercatio maxima, & propter auaritiam fit discordia. Postea uerò archipresbyter reuoluens secũ q̃ auctoritate ep̃i fungat̃ potestate ista, & q̃ sine gr̃a ipsius nihil possit peruerse conuersus pœnitet, inquit, me, accipe partẽ tuam, & insuper de mea quod beneplacitũ fuerit, & recõciliantur. Heu sicut Herodes & Pylatus reconciliati sunt, & Xp̃s crucifix⁹ est, sic nihilominus isti recõciliant̃, & pauperes Xpi spoliati sunt. En tpa ista planè fœda à negocio perãbulãte in tenebris: quapropter uæ generationi huic à fermento pharisæorũ, quod est hypocrisis, si tñ hypocrisis dici debet quæ iam latere præ abundantia nõ ualet, & præ impudentia nõ quærit. Et sic serpit hodie putrida tabes per omne corpus ecclesiæ, quò latius, eò desperatius, eoq; periculosius quò intestinius. Nam si insurgeret apertus hæreticus, mitteretur foras & aresceret: si uiolentus inimicus, absconderet se q̃s forsitan ab eo. Nũc quõ eĩciet, aut quõ abscõdet se? Oẽs amici & inimici, omnes necessarij, omnes domestici, & nulli pacifici, & quæ sua sunt quærũt oẽs. Ministri Xpi sunt, & seruiunt antixp̃o: honorati incedunt de bonis dñi, cui honorẽ non deferũt. Vñ hinc est eis quẽ quotidie uidem⁹ meretricius nitor, hystrionicus habit⁹, regius apparatus. Inde aurum in frenis, aurũ in sellis & in calcaribus. Plus nitent calcaria quàm altaria. Inde mensæ splendidæ, & cibis & cyphis. Inde comessationes & ebrietates. Inde cythara & lyra & tybia, redundãtia torcularia & prõptuaria plena, eructantia ex hoc in illud. Inde dolia pigmentaria, inde referta marsupia. Huiusmodi, sunt & uolunt esse ecclesiarum præpositi, decani, episcopi, & archiepiscopi. Nec ei hæc merito cedũt, sed negocio illi q̃ perãbulat in tenebris. Olim prædictũ est, & nunc tp̃s impletionis aduenit, ecce in pace amaritudo mea amarissima. Amara prius in nece martyrũ, amarior post in conflictu hæreticorum, amarissima nunc in moribus domesticorum. Non fugari, non exterminari p̃nt, ita inualuerunt, ita multiplicati sunt super numerũ. Intestina & insanabilis est plaga ecclesiæ, & ideò in pace amaritudo mea amarissima. Sed in qua pace? Pax est, & nõ est pax. Pax à paganis, pax ab hæreticis, sed nõ profectò à filijs. Vox plãgentis in tpe Israel: Filios enutriui & exaltaui, ipsi aũt spreuerũt me. Spreuerũt & inualuerunt à turpi uita, à turpi quæstu, à turpi cõmercio, à negocio perambulãte in tenebris: supereſt ut iã de medio fiat dæmoniũ meridianũ ad seducẽdos si quí in Xp̃o resident adhuc persistẽtes in simplicitate sua: siquidem absorbuit fluuios sapiẽtiũ & torrẽtes potentũ, & habet fiduciã q̃ influat iordanis in os eius. i. hũiles & simplices qui sunt in ecclesia: ipse eñ est antixp̃s q̃ non solũ se diẽ sed & meridiẽ mentit̃, & extollit̃ supra id q̃ colit̃ ut deus, quem dñs Iesus interficiet spũ oris sui, & destruet illũ illustratio ne aduentus sui. Ecce dixímus quales habemus pastores in uia hac q̃ ambulam⁹, nõ q̃les hr̃e oportet. Non sunt oẽs amici sponsi, q hodie sponsi sunt eccl'iæ. Hinc inde assistere cernunt̃, & ut uulgo aiunt, eã q̃si addextrare uident̃. Pauci admodũ sunt q quæ sua sunt nõ quærãt, ex oĩb⁹ charis ei⁹. Diligunt munera, nec p̃nt pariter diligere Xp̃m. qa man⁹ dederũt mãmonæ. Intuere quõ incedunt nitidi & ornati, circũamicti uarietate, tãquã sponsa procedẽs de thalamo suo. Nõnne si quẽpiã taliũ repẽte eminus pcedentẽ aspexeris, sponsam potius putabis quàm sponsæ custodẽ? Vñ uerò hanc illis exuberare æstimes rerũ affluentiã, uestium splendorẽ, mensarũ luxuriã, congeriẽ uasorum argenteorum & aureorum, nisi de bonis sponsæ? Inter hæc est q̃

Luce. 23.

Psal. 143.

Esaiæ. 21.

Psal. 39.

Esaiæ. 1.

Iob. 40.

2. Thes. 2.

Ibidem.

illa pauper & inops & nuda relinquit: facie miserāda īculta, hispida & exanguis: ppter hoc non est hoc tpe ornare spōsam sed spoliare, nō est custodire sed pdere, non est defendere sed exponere, nō est īstruere sed pstituere nō est pascere gregē dñi sed mactare & deuorare, dicēte dño de illis: Qui deuorāt plebē meā ut cibū panis, & iterū: Quia comederūt Iacob & locū ei⁹ desolauerūt: & in alio ppheta: Pctā ppli comedēt: q̄si dicat, pctōrū p̄cia exigūt & peccātibus solicitudinē nō impēdūt. Quē dabis mihi de numero eporū q nō pl⁹ inuigilet subditorū euacuādis marsupijs, quā uitijs extirpādis: Vbi est q fiectat irā: Vbi est q p̄dicet annū placabilē dño: Propterea, relinquam⁹ istos, qa nō sunt pastores sed traditores, & imitemur illos q uiuentes in carne plātauerunt ecclesiā sanguine suo. Et quidē isti sortiti sunt ministerij locū, sed nō zelū. Successores oēs cupiūt esse, imitatores pauci. Vtinā tam uigiles reperirent ad curā quàm alacres currunt ad cathedram, uigilarent utiq; solicite seruātes sibi creditā ecclesiā, imo uerò uigilarēt pro semetipsis, nec sinerent de se dici: Amici mei & pximi mei aduersū me appropinquauerūt & steterūt. Iusta oīno q̄rimonia, nec ad ullā iusti⁹ quàm ad nr̄am referenda ætatē. Parū est nr̄is pastoribus q̄ nō seruant nos, nisi & perdant. Grauiter quippe demersi obliuionis somno, ad nullū dñicæ cōminationis tonitruum expergiscūtur, ut uel suum ipsorū periculū expauescāt: inde est q̄ nō parcūt suis, qui nō parcūt sibi, perimētes pariter & pereūtes. Nūc uerò dicēdū. Epi uerò & sacerdotes hui⁹ tpis castitatis sanctimoniā (sine qua nemo uidebit deū) tā in corde quàm in corpe quō studēt obseruare? Certè dñs dicit in cuāgelio ad ep̄os, haud dubiū in primitiua ecclesia: Sint lūbi urī p̄cincti: castitatē approbās non tantū, sed etiā imperans. Attestat etiā hāc spūssctūs in lege: qui nemini nisi mūdis (& p̄cipue à mulieribus) panes ppositionis edere sinebat. Vñ & Achimelech Dauid regi de his panib⁹ cum militib⁹ sumere cupienti nō pri⁹ cōcessit, quàm eos mundos esse à mulierib⁹ cognouisset, dicēte rege Dauid: Si de mulierib⁹ agit, mūdi sunt ab heri & nudiusterti⁹: iā tūc significāte spūssctō neminē ad mēsam Xp̄i ad illumq; panē angelorū debere accedere, nisi purificatū mente & corpe: ne qd' gra diuina fidelibus p̄parauit ad salutē, indigne sumētibus ad iudiciū fiat & ad cōdēnationē. Isti aūt castitatis insigne qualiter custodiunt, qui traditi in reprobū sensum faciūt quæ nō cōueniunt: Quæ enim in occulto fiūt ab ep̄is turpe est dicere. Melius itaq; arbitror sup hoc dissimulare & supsedere, quàm aliqd unde scādalizent innocentes & inexperti, dicere. Sed ego cur uerecūdor dicere, qd' ipsi non uerecūdantur facere, imo quod apl's nō uerecundatur scribere & prædicare? Dicit aūt egregius prædicator: Sic masculi in masculos turpitudinē operantes, & mercedē suī erroris recipientes. Fratres, factus sum inū piens, uos me coegistis.

Psal. 52. Psal. 78. Ose. 4.

Psal. 37.

Luce. 12.

1. Reg. 21.

Roma 1.

¶ *Sermo ad pastores in synodo congregatos.*

Psal. 110.

REuerendissimi p̄res & dñi, ecce lecta sunt uerba scti euāgelij in auribus uestris, & utinā diligenter intellecta ab uniuersitate uestra. Intellectus bonus oībus facientibus ea. Seculares in speculis suis usu cognoscere solent pulchritudinē aut turpitudinem suam. Alterius gñis est speculū urm, in quo magis auditu quàm usu potestis attendere qd deceat & qd non deceat, quid impediat, qd expediat, qd ex debito urī officij uobis incūbat. Speculū urm, scīm est euangeliū. Considerate obsecro nō uultū uræ natiuitatis, sed statū quotidianæ cōuersatiōis, cōsiderate & nolite abire negligēdo, sed stetis diligētius iuestigando, & pscrutatis medullitus cōscientijs urīs, in testimonijs earū aut gloriemini, aut terreamini. Nā sicut multis gloria, ita multis est ignominia testimoniū cōscīæ suæ. Ecce sacrū euangeliū sub numero triū psonarū includit multitudinē uniuersam p̄latorum. Proposuit em̄ nobis bonū pastorē, mercenariū, & furē. Si boni pastores estis, gaudete, qa merces urа copiosa est in cælis. Si mercenarij estis, timete, qa periculū urm grande est in terris. Si fures estis, ingemiscite, qa locus uester magnus est in pœnis, nisi properaueritis ad pœnitentiā, & q̄ uouistis dño deo urō digne reddideritis. Vos maxime q in circuitu dñi estis, & in cōspectu eius affertis numera & offertis, non corruptibiliū auri & argēti, sed pciosi sanguinis & corporis agni imaculati. Quantā dignitatē contulit uobis de⁹? Quāta est prærogatiua ordinis urīs? Prætulit uos de⁹ regib⁹, & imperatorib⁹, p̄tulit ordinē uestrū oībus ordinib⁹, imo (ut altius loquar) p̄tulit uos angelis & archāgelis, thronis & dñationibus. Sicut em̄ non angelos, sed semen Abrahæ apprehendit ad faciendā redēptionem: sic nō angelis, sed hoibus, solisq; sacerdotibus dñici corporis & sanguinis cōmisit cōsecrationē. Oēs enim sicut, ait apl's, sunt administratorij spūs in ministerium missi, ppter eos q hæreditatē capiunt salutis. Sed lōge excellētius est officiū urm qd' admirabile est, & nō solū in oculis urīs: sed etiā angelorū. Hæc sunt īfelicissima tpa quæ prædixit apl's Paulus: in qbus hoies sanā doctrinā non sustinent, sed coaceruant sibi magros ad desideria sua, in quibus à ueritate se auertunt, & ad fabulas & uanitates huius seculi cōuertuntur. Hæc sunt inquā nouissima tempora, in quibus refrigescit charitas, & abundat iniquitas multorum. Quare hoc dico? Quia (ut audistis) tres personas, imo ut plani⁹ dicā, tria genera doctorū sctī describit euāgeliū. Primū genus aliquā quidē partē, sed unūqd'q; duorum sequētiū copiosam & pernicios am includit multitudinē p̄latorū, sed illos defendit numer⁹. In primo solo genere abūdat charitas, in alijs duobus oīno refriguit, ubi nimirū abūdat iniqtas. Audistis ppriet ates singulorum. Bonus pastor est qui ponit aīam suā pro ouib⁹ suis. Mercenarius est, qui uidet lupū uenientē & fugit. Fur est, qui mactat & occidit. Bonus pastor non suā uoluntatem facere, sed dñi sui q̄rit utilitatē. Ipsi soli seruat fidē, ipsi laborat, ipsi honorat. Ipsi querit gloriam, nō sibi. Regi em̄ seculorū īmortali iuisibili soli deo honor & gloria in secula seculorū amen. Non nobis dñe non nobis, sed noī tuo da gloriam. Nobis miseris da ueniā, da gratiā, tibi serua gloriā, utpote à quo est uenia pctōrū, & gra meritorū. Bonus pastor in omni labore uillicationis suæ q̄rit non q̄ sua sunt, sed q̄ Iesu Xp̄i, qd' ppriū habet charitas. Vñ si q̄nq; excesserit charitas operit multitudinē pctōrū: sed & ipse aduocatū habet in cælis, Iesum Xp̄m dñm nr̄m: & ipse est ppiciatio pro pctis nr̄is. Mercenarius est (ut diximus) qui uidens lupū uenientem fugit. Quærit ergo quæ sua sunt: nō q̄ Iesu Xp̄i. Alioquin utiq; non fugeret, sed sua imo & se ipsum superimpēderet potius quā gregē suū raptorib⁹ exponeret. Multi sunt mercenarij, qui in prosperitate leuiter discerni non possunt à bonis pastoribus. Habēt enim multa cum ipsis cōia: habuerunt nanq; sanā electionem in ingressu, habēt nihilomin⁹ mundā conuersationē in progressu, pacē ecclesiæ amāt & q̄runt, utiliter ac uiriliter ecclesiasticis implicant negocijs, non recusant grauedines onerīs, sed hoc ideo qa ambiunt gloriā honoris. Amāt em̄ primos recubitus in cœnis, salutationes in foro, & uocari ab hoīb⁹ rabbi. Multoties etiā cibantur pane lachrymarū, & uino cōpunctiōis potant ex recordatione pctōrū: sicut testat iunior filius qui in regiōe longinqua consumpsit oēm substantiā suā uiuendo luxuriosē. Vñ & dixit: Quanti mercenarij in domo p̄ris mei abūdāt panibus? Si panibus abundant mercenarij, nunqd fame peribunt oparij? Operarios dico, q quāto rariores in terris, tanto cariores in cælis habent. De paucitate eor cōquerit ueritas dicēs: Messis quidē multa, operarij autē pauci. Messis utiq; multa, & sacerdotes multi: & mercenarij multi, sed operarij pauci. Pauci planè operarij, & admodum rari incōfussibiles, q aspicientes in authorē fidei & cōsummatorē Iesum, quos instruūt uerbo sanctæ p̄dicatiōis, nō destruunt exemplo prauæ opationis, efficaci⁹ ope quàm uerbo p̄dicātes. Notandū uerò q̄ filius nō dicit: Fac me unū de mercenarijs tuis, sed fac me sicut unū de mercenarijs tuis, ut uidelicet ea sibi offerat beneficia quibus illi cōicant in præsenti.

Inquit

Matt. 9.

Luce. 7.

Luce. 10.

Iohan. 10.

Iohan. 10.

1. Tim. 1.

Psal. 113.

Psal. 80. Iuquit psalmista: Cibauit eos ex adipe frumenti. Quos eos? Audi quod præmittit: Inimici dñi mẽtiti sunt ei. Hi sunt quos cibat ex adipe frumẽti, & melle satiat. Qui sunt isti? Mercenarij, qui licet ad horã credãt, in tpe tñ tẽtationis recedunt. Vñ patet q̃ amici sunt mũdi. Amicus autem huius mũdi, inimicus dei cõstituit. Iterũ quærũt quæ sua sunt, non quæ Iesu Xpi: & si nõ quærũt q̃ illi⁹ sunt, cũ eo nõ sunt. Et q cũ eo nõ sunt, cõtra eũ sunt, qa ipse ait: Qui Luce.11. nõ est mecũ, cõtra me est. Et q contra eũ sunt, inimici eius sunt. Hi per exteriora mentiunt deo de interioribus. Gũ eñ sanè p̃dicẽt, & mũde uiuãt, sanitatẽ loquunt intentionis: ut uidelicet deũ habeãt in causa, & oia interiora corũ bñdicãt nomini sancto eius: cũ tũc tñ nõ deũ sed mũdum, nõ dñm sed seipsos habeãt in causa. Mentiunt potius deo quàm hoibus, ad cuius contumeliã spectat tanta collatio gratiarũ: quib⁹ nõ honorem dei sed honorem hois cõstat acquiri, nec charitati sed cupiditati deseruiri. Vnde opa- Luce.4. rius incõfusibilis postulat nõ duo tñ, sed tria, quia funiculus triplex difficile rũpitur. Nõ eñ postulat disciplinã & Psal.118. sciam, quas pñt habere & mercenarij, sed dicit: Bonitatẽ & disciplinã & scientiã doce me, q̃ tria in solis filijs requirũtur. Quid enim prodesset disciplinam habere in cõuersatione, scientiã in p̃dicatione, nisi assit bonitas in intentione? Nusquã scriptũ est aut carnis obsequium, aut ratiõis scientiã sufficere, sed bona uoluntas sufficit. Sanata ergo uoluntate, utilis erit & p̃miosa tam castigatio carnis per disciplinã, quàm illuminatio rõnis p scientiã. Propter supradictas ergo rõnes & alias hmõi diximus qa in prosperitate mercenarius leuiter discerni nõ põt à bono pastore, quia dũ pacis arridet securitas, intentionis eius pallias Matt.10. infirmitas. Nihil occultũ qđ nõ reueletur. Vasa figuli probat fornax. Flãte uẽto aduersitatis, statim quod infirmũ Luce.17. est intentionis, ostendit effectus operationis. Videt eñ lupũ uenientẽ, & fugit. Qui sunt isti lupi? Tyrãni & raptores seculi, q propria tentati cõcupiscentia, uel ingenita cõpulsi maleuolẽtia incẽdũt ecclias, uastãt ouilia Xpi, spoliant pupillos & uiduas, proscriptionẽ inducũt pauperibus, deũ blasphemãt in suis opibus. Hi factis rapinis, fractisq̃ ecclesijs, cũ gladius ultionis in eis exerit, ueniũt uel blandiendo, uel comminando. Fugitq̃ mercenarius uel amore blandientis, uel timore persequentis. Vnde fugit? A rectitudine iustitiæ, à defensione ecclíæ, à liberatione patriæ, ab ultione pupillorũ & uiduarũ. Quor? Ad custodienda quæ possidet, imo à quibus possidetur, uidelicet marsupia, horrea, cellaria, nõ utiq̃ pauperib⁹ reseruanda, sed euacuanda furibus, aut ignibus consumenda. Habet eñ aliq̃s intra prouinciã tyrãnorũ positos parentes suos, & blãditur proinde multoties raptoribus, ut parentibus cõsulat: q ut pacẽ habeãt, & inter tyrãnos floreant, afflígi sancta pmittit ecclesia, & iustitia cõculcat. Et quid dicam de furibus? Fures sunt hæretici. Hi sunt fures & latrones Matt.7. q̃ ueniunt in uestimentis ouiũ, intrinsecus autẽ sunt lupi rapaces. Quotquot aũt uenerũt, fures sunt & latrones. Fures latẽter nocendo, latrones apte sæuiẽdo. Hæretici praua dogmata dissemínabant in populo, & peruersitate doctrinæ suæ fidem catholicam obnubilabãt, & inducebant simplices in errorem. Neminẽ uestrum credo esse hæreticũ, oẽs creditis in deũ trinũ & unũ, qa passus sit & sepultus, qa descẽdit & ascendit. Facit tñ hæc fides catholicũ? Iac.2. Hac fide utiq̃ dæmones essent catholici, qa (ut dicit Iacobus) credũt & contremiscũt. Verũ utiq̃ catholicum facit non fides cõmunis dæmonibus, & hoibus, sed ea tantum q̃ cõis est hoib⁹ & angelicis spiritibus. Quæ est illa? Quæ Gala.5. p dilectionem opat. De qua apls dicit: neq̃ circũcisio aliquid ualet, neq̃ præputiũ, sed fides quæ p dilectionẽ operatur. Hac fide ipse p̃ditus erat, cũ diceret: Dũ tempus habemus operemur bonũ ad oẽs, maxie aũt ad domesticos Gala.6. fidei, nõ seculi. Habetis hãc fidẽ? Vtinã. Sed hæc est fides Ioan.3. quæ uincit mundũ, qa hæc est uictoria quæ uincit mũdũ fides nr̃a. Dixerim uos uincere mundum, an uinci à mundo? Video ecclesias uestras male tractatas, uideo quasdam semirutas, quasdam omnino obrutas, uideo in uillis solitudinem, in agris silentium, & ubiq̃ exterminiũ: uideo in militibus insolẽtiã, in hoibus inobedientiã, & in oibus insipientiã. Libenter tñ suffertis hmõi insipientes cum sitis 2. Cor.11. ipsi sorsitã sapiẽtes. Sustinetis enim q̃ uos in seruitutẽ redigant, q̃ deuorent, q̃ accipiant, q̃ sup uos extollant, q̃ etiam in faciem qñq̃ uos cedant, aut etiã reclusos in carcere emũgant argento. An hæc patimini ut in patientia uestra possideatis aias uras? Patientia eñ nobis necessaria est, ut uolũtatẽ dei faciẽtes, fructũ cũ gaudio reportemus. Toleratis hæc ut uoluntatẽ dei faciatis? Non utiq̃, sed ut uestrã uoluntatẽ propriam impleatis, ut carnis uestræ licentius curã geratis, ut pueris uestris & parẽtibus cõmodius prouideatis, & uillas tyrannorũ in pace eorum inhabitetis, utentes nemoribus, & agros colẽtes. Propter hoc palpatis prícipes, & ptates tenebrarũ harũ, tã hoies quã dæmones. Hoies, qa ad uelle eorũ loquimini, ad uelle eorum ligatis & soluitis. Ipsi sunt semiepi, semiarchidiaconi, imo ut uerũ fatear (salua pace omnium) ipsi sunt supra epos, supra archidiaconos, supra presbyteros, & uerè qui ptatẽ habent, hodie beneficí uocant. Palpatis dæmones, qa facitis cos in uobis silẽs altissimo. Ponã, inqt, sedẽ meã Luce.22. ad aqlonẽ, & silẽs ero altissimo. Et ipse q est rex glíæ super Esaiæ.14. oẽs filios supbiæ, frigore iniqtatis suæ cõgelauit interiora uestra, & ut fortis armatus custodiens atriũ suũ in pace obtinet cathedrã uolũtatis uræ, in qua deberet, altissim⁹ residere. In terra, inquit, pax hoibus. Quib⁹? Magnæ scíẽ Luce.2. tiæ? Magnæ nobilitatis? Non, sed bonæ uolũtatis, & ubi pax, ibi deus: quia in pace factus est locus eius. Vnde pa- Psal.75. tet q̃ sedes eius bona uoluntas est. Qui ergo non deum, sed diabolũ habet inhabitantẽ interius, & tyrãnis atq̃ raptoribus deseruit exterius, uincit ne mundũ? Imo uictus est à mundo, uictus est à diabolo, uictus est à carne sua. Infixus est in limo p̃fundi, & non est ei substantia, uel potentia resurgendi. Domine deus uirtutum excita potentiam tuam & ueni, ut educas nos de lacu miseriæ, & de luto fæ- Psal.68. cis, operi manuũ tuarum porrige dexteram. Educ de carcere aias nostras, ut iam nõ obediãt mũdo, sed confiteant noi tuo. Placabilis esto sup officialibus tuis q tibi rõnem reddituri sunt de ouib⁹ tuis. Veni dñe, & noli tardare. Insanit diabol⁹ insanit hostis hũani gñis, scíẽs q̃ modicum tp̃s habet. Fidẽ habem⁹, sed sine opib⁹ mortua est, & nos mortui cum ipsa. Auge nobis fidẽ, ut in uicarijs tuis p dilectionẽ operẽ, quatenꝰ ad imperiũ eorũ mõtes trãsferant, & de obsessis aiabus dæmones efferant, ut de ipsis prius eíciant quàm cũ ipsis p̃íciant i ignẽ æternũ. Auge inquã nobis fidẽ, qa hæc est uictoria quæ uincit mũdũ, fides nostra. Hac fide scti uicerũt regna, opati sunt iustitiã, extixe- Hebræ.11. runt impetũ ignis, effugarũt aciẽ gladij, conualuerunt de infirmitatibus suis. In partib⁹ nostris ubiq̃ ignis, undiq̃ gladi⁹. Quare nõ operamini iustitiã? Quare nõ extinguitis ignes? Quare nõ effugatis aciẽ gladij? Quare? Ratio in prõptu est, qa nõ deo sed hoibus quæritis placere. Vnde Paul⁹? Si adhuc hoib⁹ placerẽ, Xpi seruus nõ essem. Vos Gala.1. nõ cõualetis de infirmitatib⁹ uestris, sed torpetis de ignauia uestra, nec de malefactoribus potestis facere iustitiam. Quare? Quia nulla est uirtus fortitudinis uestræ, qm̃ dissi- Psal.52. pat dñs ossa eorum qui hoibus placent. Caro infirma, sed ossa sunt fortia. Dissipauit ergo ossa id est fortitudinẽ eorum qui hoibus quærũt placere. Confusi sunt quoniam Ibidem. deus spreuit eos: & uos confusi estis in actibus uestris, nõ honorati, sed onerati dignitatibus uestris, quoniam deus Psal.118. spreuit uos. Spreuit enim de⁹ omnes discedẽtes à iudicijs suis. Fidem habetis, sed ad opera uos inuito, uos maxime qui estis uicarij Xpi, qui estis pastores animarũ: qui alios debetis instruere, nõ destruere. Vos inquã maxime, quia soli nõ potestis perire, qui præire debetis dicẽdo & operãdo. Multi sunt catholici prædicãdo, q hæretici sunt operãdo. Quod hæretici faciebãt per prauа dogmata, hoc faciunt plures hodie per mala exẽpla, seducũt scilicet ppl'm & inducũt in errorem: & tanto grauiores sunt hæreticis,

quanto præualent opera uerbís. Vnígenítus quí eſt ín ſi-
nu patrís, nónne de ſecreto ſuo ꝓdíit ad publícū ueſtrū?
Nónne de cælo deſcendit ad terras, ut prædicatiõe & cõ-
uerſatione ſua perſuaderet homínibus cõtemptum mun-
dí? Nónne uos eſtís uícaríj eí9? Nónne quod prædícauít,
& uos debetís ꝓdícare: qđ díſſuaſit, díſſuadere: qđ perſua
ſit, ꝑſuaderer? A Xp̃o dícti eſtis xp̃íaní. Nónne ea uía qua
Xp̃s ambulauit, & uos debetís ambulare? Nónne ſicut cõ
uerſatus eſt, & uos uícarij eí9 debetís cõuerſarí? Ita planè
níſi fortè doctíores eo fuerítís uel ſanctíores. Dícite ergo
archídíaconí dícite preſbyterí, dícãt etiã põtífices, ín fre-
nís, ín ſellís qđ facit aurũ? In ueſtímentís tantus ornatus?
1.Cor. 6. In cíbís tam ſuperfluus apparatus? Eſca uentrí, & uenter
Lucæ. 16. eſcís, deus autem & hunc & has deſtruet. Multus erat nú-
tor ueſtíum, & delícatus cíborum apparatus apud illum
díuítem euangelícum, quí índuebatur purpura & byſſo,
& epulabatur quotídie ſplẽdide. Mortuus tñ eſt, & ſepul
tus ín ínferno. O dírum, ô execrabile & horrendum ſepul
chrum, ubí eſt fletus & ſtrídor dentíum, ubí ſunt aquæ ní-
uíum, ubí uermís q nõ morít, ubí ígnis quí nõ extínguít.
Hoc ſepulchrum díuítem, ſed ſinus Abrahæ paupere La-
Pſal 106. zarũ excepit. Quís ſapiens & cuſtodíet hæc? Vir ínſipiẽs
Pſal. 91. non cognoſcet, & ſtultus nõ íntelliget hæc. Quís obſecro
laícorũ auídius clerícís quærit tpalía, & ineptíus utítur
acquíſitís? Cũ tñ faſtũ uídeant laící in ſupellectíli clerícó
rum, nónne per eos potíus ínuítant ad mundum díligen-
Lucæ. 14. dum quàm negligendũ? Medíce cura teípſum. Sí mundũ
prædícas cõtemnẽdũ, cõtẽne tu prius, & ad ípſum effica-
cíus alíos ínuítabís. Da uocí tuæ uocẽ uírtutís, conſonet
uíta uerbís: & ſtatím erít in ore tuo uíuus & efficax ſermo
dei, & penetrabílior oĩ gladío ancípiti. Non ſic ꝓfectò eſt,
Oſee. 4. ſed ſicut ppl's, ſic & ſacerdos: ſicut laícus, ſic & clerícus. Vter-
q; cupit, uterq; dílígit mundũ, & ea q̃ in mundo ſunt. Laí-
cus tñ cum labore, ſed clerící ſine labore uolunt poſſídere
totum mundũ. Cõcare uolũt cupidítatí & ſupfluitatí ho
mínũ ſed nõ laborí. Peccare uolunt, ſed nõ flagellarí cum
hoĩbus. Vñ tímẽdũ eſt q; flagellentur cũ dæmonibus. Quõ ſe
culares nõ expẽderẽt ſubſtãtiã ſuã uíuẽdo luxurióſe etiã
ín pñtia ſacerdotũ, quõ nõ íntenderẽt uanitatibus & leno-
cínijs huí9 ſeculí, quõ nõ eſſent ínſolẽtes & elatí, cũ tantũ
faſtũ, tantã ínſolẽtiã uídeant clericorum? Nónne ín pſen-
tía corũ irreuerẽter abutímíní eleemoſynís pauperũ? De
patrímonío crucís Xpí nõ facítís codíces ín eccleſijs, ſed
paſcítís pellíces ín thalamís ueſtrís, ímpínguatís canes,
adornatís equos, falerantes pectora, & capíta deaurando.
Treñ. 4. Et uerè ín capítíbus oĩm platẽarũ díſperſí ſunt lapides ſan
ctuarij. Platẽæ latæ ſunt, & lata eſt uía quæ ducit ad mor-
tem. Lapídes ſanctuarij, íd eſt ſacerdotes, ſunt ín capítíbus,
íd eſt ín íntroítu latarũ uíarũ: docẽt eñ pplos ꝓ praua exẽ
pla íngredí uías latas q̃ ducũt ad mortẽ, & demergunt ín
ꝓfundũ ínferní. Dolor capítís ín mẽbra redundat. Capíta
Eſaiæ. 1. ppli ſunt ſacerdotes. Oẽ caput lãguidũ, & oẽ cor mœrẽs.
Languẽt p̃lati eccleſiæ ín cupídítatíbus ſuís. Quía ergo lan
guor eſt ĩ capítíbus, mœror oborít in cordíbus. Corda ſunt
eccleſiæ uíri religíoſí, q honorẽ ſuũ ĩtelligẽtes, nõ reſpícíũt
ín uanítates & ínſanías falſas, nec cõparant iumentís ínſi-
pientíbus, nec ſíles fiunt illís, q plorãtes plorãt in nocte hu-
íus aduerſitatís, ubí apud platos eccleſiæ ínualeſcit cupídí-
tas, & charítas refrígeſcit. Et merito clamat eccleſia ſancta
Eſaiæ. 38. hodíe. Ecce ín pace amarítudo mea amarıſſíma. Multa eſt
hodíe & longe grauíor quàm credí poſſit perſecutío ſan-
ctæ eccleſiæ, & talís íncũbit, qualís à príncípío nõ fuit. Mul
tís modís pſecutus eſt eã díabol9, ſed nũquã grauíus quã
hodíe, qa nũquã fuit maíor ꝓditío xp̃ianorũ, nec líberíor
aut ſecurior tranſgreſſío díuínorũ præceptorũ. Eccleſiam
íncípientẽ pſecut9 eſt per tyrãnos, pficientẽ pſecutus eſt
ꝓ hæreticos, iã lætã & florẽtẽ perſequit ꝓ motus illícitos.
Tría ſunt ín aía rõ, uolũtas, ſenſualítas. Rõnís eſt ſudícíũ,
uolũtatis deſideríũ, caro debet obſequíũ. Carnẽ ergo cru
cíauít in martyríb9, rõnẽ pturbauit in ſimplícíb9, ſed uo-
lũtatẽ hodíe deprauat gñaliter ín oĩbus. Fuit ergo amarí-
tudo eccleſiæ amara qdẽ ín pſecutione tyrannorũ, ſed amaríor ín uerſutía hæreticorũ, ſed amariſſíma hodíe ꝓ praui-
tatẽ deſideríorũ. Væ q dícũt pax & nõ eſt pax. Pacẽ habet Hiere. 6.
eccleſia apud extraneos, ſed filíj nequã, filíj ſceleratí ſæuíunt
ín ea, q ꝓpríã matrẽ euíſcerãt ut ſe pariant ín honorẽ. Pa-
cem ubíq; habet exteríorẽ, ſed ínteríorẽ ín pancís habet,
qa ubíq; aut ferè ubíq; ſudícío rõnís nõ cõſentít uolũtas,
ſed captíuã eã ducít ín lege pcti: qa etſi ratío ſana ſit ín ſudí
cío, uolũtas tñ praua eſt ín deſiderío, ín qua nímírum reſi-
det díabol9 fílís altíſſímo, ut ſupra díxímus. Euígílate iu-
ſtí, abĩcíte díabolũ, & ſedem dei expurgate, qa ſuſtítia et
ſudícíũ correctío ſedís eíus. Exígentíb9 ínícuítatíbus ue-
ſtrís egreſſus eſt de templo ſuo. Reducíte eũ ad tẽplũ ſan-
ctũ ſuũ. Tẽplũ eñ dei ſanctũ eſt, qđ eſtís uos. Anima ſuſti
ſedes & templũ dei eſt. Dñs ín templo ſuo facít mírabílía, 1.Cor.3.
& ꝑbet oracula. Veníat ad templũ ſuũ dñator quem quæ
rítís, quo poſſítís dñarí deſiderijs carnalíbus, & díabolícis
reſiſtere tentatiõnibus. Veníat & angelus teſtamentí quẽ
uos nultís, quí annuncíet uobís ſuam uoluntatem, & con-
firmet promíſſam hæredítatem. Inducant eum ín templũ
ſuũ parentes eíus, pater uídelícet & mater & fratres eíus.
Quí ſunt illí? Reſpõdeat ípſe. Quícũq; fecerít uoluntatẽ Matt. 12.
patrís meí quí ín cælís eſt, ípſe meus pater, & mater, & fra-
ter & ſoror eſt. Pater generando per uerbum prædicatió-
nís, ut dícit apoſtolus: Ego per euangelíũ in Chriſto uos
genuí. Mater pariendo per exemplum ſanctæ cõuerſatió- 1.Cor.4.
nís. Frater & ſoror caſte dílígendo ín amore fraterní-
tatís. Hí parentes eſtís uos, aut eſſe debetís. Statuit uos
populus mediatores ínter ſe & deum, ut uobís loquatur
deus, & uos ad illum. Ideò dant uobís eleemoſynas & pri
mítías ſuas, ut ueſtrís precíbus & meritís propítíetur eís
deus, & íntroducantur ad illum. Sed eum quem uobís
redditís offenſum, qualíter alíjs reddetís placatum? Non
eſt munda coram deo oratío ueſtra. Quærite ergo uos pa
rentes Jeſu Chriſtí, quí adducant eum ad uos, & íducant
ín templum ſuum. Quæríte eos quí uoluntatem dei ex
corde faciunt, quí contempſerunt uítam mundí, quí ca-
ſtígant corpus ſuum & ín ſeruítutem redígunt, non ut ho
mínibus, ſed ut deo placeant. Non ſolum recípere, ſed dí-
uídere ſcíatís eleemoſynam. Facíte & uos uobís amícos Luc. 16.
de mammona íníquítatís. Non ſolum loquímíní, ſed &
operemíní bonum ad omnes, & ut dícit apoſtolus: Bene- Hebr. 13.
ficentiæ & communionís nolíte oblíuíſcí, quía talíbus
hoſtijs promeretur deus. Inducant proínde Jeſum in tem
plũ ſuũ ꝓ ſuſtítíã, & ꝓducant ꝓ ſudícíũ. Aperíte eí portas Sapien. 1.
ſuſtítíæ, alíoqn nõ íngredíetur ad uos. Dílígíte ſuſtítíã q
ſudícatís terrã. Veſtrum eſt facere ſudícíum, quía ſenato-
res eſtís orbís terrarũ. Dílígíte ergo ſuſtítíã, & recte ſudí- Pſal. 57.
cate fílíj homínũ. Quíd dubítatís? Apprehendíte díſcípli-
nam, & cõtínentís uos à prauís operíbus ueſtrís, ſuſtítíam
habendo ac faciendo, qa quí cõtínẽs eſt ſuſtítíæ, apprehẽ- Eccle. 15.
det illã, & obuíabít illí quaſi mater honorífícata. Sine ſu-
ſtítía non ſolum reſpublica, ſed nec parua domus ſubſi-
ſtere põt. Quare tímetís príncipes & poteſtates tenebra
rum harum? Quare uos illís ſubjícítís? Vultís exaltarí in
terra, uultís exaltarí ín gentíbus? Apprehendíte & facite
ſuſtítíã. Apprehẽdíte, cõtínẽdo uoſmetípſos: facíte, humí
les & paupes ſuſtíficando, & profectò ín ſuſtítía exaltabí-
míní. Dícit eñ pſalmiſta: Et ĩ ſuſtítía tua exaltabunt. Quí- Pſal. 88.
Beatus ſcílícet populus q ſcít ſubílatiõnẽ. In ſubílo díuer Ibidem.
ſæ uoces cõſonant. Sciunt ergo ſubílatiõnẽ, quí ſciunt pa
cẽ gentíb9 dare, & líberare pplm dei, & unitatẽ pplorum
ſeruare ín uínculo pacís. Hí tales dñe non ín tenebrís hu-
íus mũdí aberrabũt, ſed ín lumine uultus tuí ambulabũt: Ibidem.
nõ ín ſua facíe, ſed ín tuo noíe exultabũt: non ín tyranno-
rum amícítía, ſed ín tua ſuſtítía exaltabuntur. Tímetís cõ-
culcarí à leonibus, ſí ſuſtítíã tenuerítís? Daníel ín lacu leo- Dan. 6.
num clamat, & nõ nocuerunt mihí. Quare? Quía ſuſtítía
corã deo ínuenta eſt ín me. Iuſtítía plena eſt dextera tua. Pſal. 47.
Per dexterã ſpíritualía, ꝓ ſiníſtrã accípíunt tpalía. Longí- Prou. 3.
tudo díerũ ín dextera eí9, ín ſiníſtra aũt díuítíæ & glía. In
ſudício

Matt.25. iudicio ad sinistrā eius erunt hœdi, quibus dat in hoc seculo gloriā & diuitias: ad dexteram aūt agni, quibus præparata est lōgitudo dierū. Nolite sitire munera in sinistra eius, qa qui desiderāt eius sinistram in hoc seculo, collocabūtur ad sinistrā eius in iudicio. Adhærete dexteræ eius, ut in iudicio ad dexterā eius sedeatis sup sedes iudicātiū, & in præsenti nō propria uirtute, sed uirtute dexteræ eiꝰ

Psal. 117. superborū & sublimiū colla prematis, quia dextera dei fecit uirtutem. Vultis tñ de manu eius accipere duplicia, id

Matt.6. est spiritualia & tēporalia: Primū quæríte regnum dei, & iustitiā eius, qd' est dexteræ: & hæc oīa adiicientur uobis, quæ sunt sinistræ. Primū quæríte regnū dei, ut in interioribus uestris habitet & regnet deus. Deinde iustitiā eius, ut legem ex ore uestro requirat & assumat populus: & ex tanta gratia meritorū retribuetur uobis gloria præmiorum quam nec oculus uidit &c. Et p̄ter hæc adiiciētur uo

Psal.111. bis hæc tpalia, quia gloria & diuitiæ in domo eius. Cuius eius: Haud dubiū quin iuste generationis, de qua p̄missum est: Generatio rectorū benedicetur. Benedicta in præ

Ibidem. destinatione, benedicitur in iustificatione, benedicetur in

Ecclus.10 glorificatione. Benedictio dñi super caput iusti: quia mise

Psal.102. ricordia dñi ab æterno, per prædestinationem: & in æternum, p glorificationē. Facite ergo iustitiā non tñ pro uestro arbitrio, sed dictāte iudicio: qa iustitia & iudiciū cor-

Psal.96. rectio sedis eius. Si tñ faceretis iudiciū, nec aliqd' haberetis dominium, iudices tñ essetis, nō iustificatores, & ideo iustitiam facere nō possetis. Propter hoc qui dedit uobis iudicium, dedit & dñium, ut p̄dixit propheta: Iudicabūt

Sapiens.3. nationes, & dñabuntur pplis. Duplex est dñium prælatorum. Habent enim claues ecclesiæ, quibus claudunt & nemo aperit, aperiunt & nemo claudit. Habent & regalia, quia dñi sunt urbium & oppidorum. Nec solum ep̄atus,

Esaie.3. sed & cōsulatus habent, ut merito eis dicatur: Quid ultra debui facere, & non feci: Sed qd' datum est illis in adiutorium, factum est illis in scandalum.

¶FINIS.

¶*Super Salue regina Sermo.*

SAlue regina misericordiæ, uita, dulcedo, & spes nostra salue. Domine labia mea aperies. Dominus tecum, & tu mecum. Dignare me laudare te. Sub tuā protectionem confugio, ubi uirtutē acceperūt infirmi. Esto mihi turris fortitudinis à facie inimici. Te nostra uox primum sonet, & ora soluamus tibi. Dulce canticū ac nobilissimū melos, quod in honorē sanctæ Mariæ quater in anno ordo noster deuotissime cōcinit, ad ædificationē nostrā discutiendam fratres assumpsimus, quia speciali dulcedine multa refertum mastication̄e continua reperimus. Nam à summis labiis canticū istud effusum uenit. Habet enim fundamentum. Fundamentū eius in montibus sanctis. Fundamentum eius internæ dulcedinis suauitas est. Et ubi hæc nisi in montibus sanctis: Hoc est in mentibus nostris. A sanctis compositum, à sanctis institutum, digne frequentabit etiam à sanctis. Et uerè nisi à religiosis & affectione sancta feruentibus, nec subtiliter intelligi, nec efficaciter poterit decantari. Est enim tam suaue ad gratiam, tam fœcundum ad sensum, tam etiā profundum ad mysteria. Tale enim est qd' à nobis considerari & discuti prout dignum est non ualeat. Ex eo autem q̄ sua uiter sonat, mulcet affectū, & de sensuum ubertate mētem impinguat, & in sanctam sanctorum aduocatā scilicet nostram, dum eam quasi præsentem salutat, omnia interiora nostra medullitus inflammat. Oportet em̄ ut uobis præsentem esse dicamus, quam præsentem salutamus, & totā animæ nostræ trinitatē in eā dirigamus, quā tā deuotissimis precibus exoramus. Agnoscit certē & diligit diligentes se, & prope est in ueritate inuocantibus se, præsertim his quos uidet sibi cōformes factos in castitate & hūilitate, si tñ charitatē adiecerint, & totā spem suā (post filium suum) in ea posuerint, & toto corde quæsierint, orātes & frequenter dicentes: subueni domina clamātibus ad te iugiter. Nō aspernatur affectum prædulcem, ingens desideriū, inundationē lachrymarū, assiduitatē precū quorūlibet quāuis peccatorum, si tamē lauerint à malitia cor, dissoluerint colligationes impietatis, soluerint fasciculos de primētes, dimiserint qui fracti sunt liberos, & oē onus diri puerint. Data est ei potestas in cælo & in terra, quæ posse potestas est, & in manibus eius uita & spūs nostri, & oculi oīm xp̄ianorū in eā sperant, & ipsa dat eis escam gratiæ (qua plena est) in tpe opportuno. Leuem⁹ ergo fratres cor nostrū cū manib⁹ ad eā, & appropinquemus ei passibus amoris, immolantes ei hostiā laudis, reddētes ei uota nostra de die in diē, de hora in horā, dicentes assidue: Salue regina misericordiæ. Quis mihi digne huius carminis reserabit sacramētū: Quis mihi digne explicet tam insolitæ salutatiōis exordiū: Origo fontiū & fluminū mare, uirtutū auctrix & sciarū scia sanctarū Maria, quia sicut sol uniuersa cæli lumina p̄cellit p̄rogatiua claritatis eximiæ, sic ipa tota rōnalē creaturā (post filiū) p̄cellit splēdore uirtutis ac sciæ. Ad eā nō incōgrue ptinere dicim⁹ qd' scriptū est: Quā bona dña Israel his q recto sunt corde. Qui recto corde & recte in oib⁹ cōsentiunt, hi recto sunt corde, his aduocata nra sola bonitate sua agēte p̄sentiæ suæ tantam plerūq; copiā exhibet, & quàm sit orabilis, exhitione impartitæ gr̄æ docet, ut innouati spū, pclamēt p consolationem experictiæ: Salue regina miæ. In his intelligentia nō capit, nisi quātū experientia sapit. Sola unctio spūs docet hæc. Plus ualet hic iubilus cordis quā strepit⁹ oris: mot⁹ gaudiorū, quā sonus labiorū: cōsonātia uolūtatū magis quàm uocū. Pro hmōi dicere cautū duxi, quis mihi carminis hui⁹ reserabit sacrm: Quis p raro dici solet: Rara siqdē auis in terra, tātā p̄mereri familiaritatē in oculis maiestatis, quaten⁹ experientia indultæ gr̄æ, p̄tiam illius agnoscēs, qs ualeat exultans dicere: Salue regina miæ. Iuste regina mūdi, & regina cæli dr̄, p quā utriusq; creator & rector gñat. Verū quo pacto dr̄ regina miæ, cū mia non substantia sit, sed pietas supnæ clemētiæ, uel affectio benigna rōnalis creaturæ: Metonomice ergo poterit itelligi, hoc est p efficiētē id qd' efficit, ut op⁹ miæ p mia itelligat. Op⁹ miæ: repatio naturæ. Mia dñi plena est terra uiuentiū & morietium, q̄ angeli creati q̄ cōfirmati, hoies plasmati & repati, miæ est, q̄ ab æterno & usq; in æternum primordialis ipa cā oīm, & causalissima causarū. Effect⁹ huius est op⁹ saluādorū, salus hæc, est adoptio filiorū dei, quorū regina sctā sanctorū, cui⁹ uirginalis part⁹ eorū esse oīm. Regina, gl'iæ nomē est honoris, magnificentiæ & decoris, dulcedinis ac pietatis, amoris & honorificētiæ, sublimitatis & potētiæ, gubernationis & iustitiæ, defensionis & gr̄æ. Sctā sctōrū hæc oīa nobis & p oīb⁹ nobis, cui decātamus assidue: Salue regina miæ. Possumus etiā sic intelligere q̄ regina miæ dr̄, ut soli tribuam⁹ diuinæ miæ & non meritis, q̄ sup oēm creaturā ipsa sctitate ac dignitate p̄cellens, regīnæ uocabulo & honore sublimat ampli⁹, & iā in hoc cō uenienter uocatur regina miæ, q̄ diuinæ pietatis abyssum cui uult et q̄n uult ac quō uult credit aperire, ut quis enormis pctōr nō peat, cui sctā sctōrum patrocinij sui suffragia p̄stat. Eapropter dicamus oēs, dicam⁹ singuli, dicam⁹ assidue: salue regina miæ. Sequit. Vita dulcedo et spes nra salue. Ordo pulcherrim⁹, dulcedinē uita p̄cedit, spes sequit. Non em̄ sapis nisi uiuas, nec spabis nisi uiuas et sapias. Et sapor sedes est dulcedini, gust⁹ sapori. Brevitati studendū statuimus, et iō de uario uitæ statu dicere supsedemus. De illa uita hoc in loco dictum esse credimus, de qua Ioannis euāgeliū loq̄t: q māducat me et ipe uiuit ppter me. Quid ni uiuat, q uitā māducat: Ego sum, inqt, uita. Et btūs qui māducat panē hunc in regno dei qd' intus est. Regnū dei charitas, gaudiū, pax. Et uita, et panis, et charitas unum sunt. Magnæ delicīæ charitas, q̄ foras mittit timorē. Qui manet in hac: et māducat eā, et māducatur ab ipsa. Ipsa est q̄ pascit inter lilia, pascit et pascit et nos et à nobis. Quō inquis: Si diligit deus nos, in se traiicit nos, et econuerso. Cibus iste charitas dei, et deus uirtutū, et scientiarū fons, uitā p̄stat aiæ quæ nunc est et futurā. Et hæc nobis sancta

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſanctorum metonomice, ſcilicet quæ & uitam hanc nobis peperit, & p̄cib⁹ infundit. Hæc eſt de qua dicit apl's: Mihi uiuere Xp̄s eſt, & uiuit in me Xp̄s. De hac in deuteronomio circūciſiõe carnali. Et erit uita tua pẽdẽs ante oculos tuos, & non credes uitæ tuæ. Vita hæc dat dulcedinẽ, ſed ſeipſam de ſeipſa. Si inueni gratiã in oculis tuis (ait Moyses) ad plenitudinẽ gratiæ oſtende mihi teipſum. Et econtra. Ego omne bonũ oſtendam tibi. Vnũ petit, & repromiſſa eſt oĩmoda plenitudo. Quid tã diuerſum quàm unũ & oĩa: Sono diuerſum, re unũ: diuerſum p̄nũciatiõe, unũ idẽtitate. Deus ergo omne bonũ & ſummũ bonũ etiã dulcedo & dulcedinis genus gñaliſſimum. Qui edunt me, adhuc eſuriet, inqt, & q bibũt me, adhuc ſitiẽt. Quare: Quia bonus & dulcis. Bonus deus Iſrael rectis corde, ſed & dulcis & rect⁹. Nec bonitas nec iuſtitia ſine rectitudine. Qui bibit de illa, ſitiet iterum: de iſta qui biberit, fiet in eo fons aquæ ſalientis in uitam æternam. Siquidem apud ipſum fons uitæ, & ipſe fons uitæ, & iam fluminis impet⁹ qui lætificat ciuitatem dei. Eſto ciuitas dei, & lætificabit te impetus hic. Parat em̃ in dulcedine ſua pauperi deus. Fructus enim dulcis gutturi, & guttur eius ſuauiſſimum, ineſtabilia omnia. Hic calculus eſt quem nemo ſcit niſi qui accipit. Sũt enim in illa internæ feſtiuitatis gaudia, quæ quotidie mẽtibus noſtris p̄ inſpiratiõnẽ ſui amoris imprimit interna & æterna dulcedo. Nota, inqt, feci uobis oĩa quæcunq; audiui à patre. Et ad Moyſen. Bonum oſtendã tibi. Omnia quæ audiui à patre, & quæ p̄mittit Moyſi, unus denarius eſt qui promittit laborantibus in uineis, & una illa quam petit Dauid, & unum illud quod neceſſarium eſt. Mel eſt quod ſugit Iſrael de petra, & oleum de ſaxo durriſſimo. Gaudium eſt qd̃ nemo tollit: oſculum eſt de quo ſcriptum eſt: Oſculet̃ me oſculo oris ſui. Internæ ſuauitatis guſtus ac dulcedo eſt, & manna abſconditũ, & theſaurus abſcõditus in agro, cui cõparatũ omne dulce, amarũ, oẽ decorũ fœdũ, oẽ iucundum triſte, oẽ p̄ciоſum uile, ſordidũ oẽ qd̃ deſiderabile eſt in oculis amatorũ mũdi fluentis. Nam precioſam margaritã datis omnibus terrenarũ rerum delectamẽtis ſancta ſanctarum cõparauit, & nobis in filio ſuo p̄parauit, & p̄parat ſemp interuentu ſuo nobis orãtib⁹ oleũ effuſum dulcedĩs hui⁹. Nõ erit ab re ſed ualde optimũ ſi ip̄am reginã miæ uitã & dulcedinẽ nr̃am dicamus, q min⁹ expti adhuc uitæ hui⁹ ac dulcedinis ſum⁹, ſed p ip̄am ſperamus nos poſſe cõſeq qcquid totius boni tatis factor dignat⁹ fuerit gr̃æ nobis ip̄artiri. Sequit̃: Spes nr̃a ſalue. Spes eſt in uirtute quaſi ſcintillatio in fomite. Sine fomite durare non põt ſcintillatio. Subtrahe fomitẽ, interit, emoritur. Subminiſtra, uiuet. Haud ſecus ſpes ruit ſine fundamẽto, ſine pabulo moritur, inædia deficit, extinguitur ſine nutrimẽto, areſcit ſuccisa radice. Spes, enim ſine uita uirtutũ & deuotiõis dulcedine nõ eſt ſpes, ſed præſumptio. Inter timorem & ſecuritatẽ ſpes media eſt, & eſt ſpes incerti nomen boni. Vita & dulcedo exterminant faciem timoris, ſecuritati dant fortitudinem, dant decorẽ. Eapropter dicit deo. Singulariter in ſpe cõſtituiſti me. Et in pace in idipſum dormiam & requieſcam. Eſt enim fulcita floríb⁹, & ſtipata malis charitas illius quæ foras mittit timorem, & dicet: Leua eius ſub capite meo & dextera ei⁹ amplexabit̃ me. Leua comminatio ſupplicij, dextera promiſſio regni. Inter has ſpes cubat in molli ſtrato charitatis, uita & dulcedo ſternunt hoc, & hoc eſt medium illud in ferculo Salomonis de quo ſcriptura ait: Media autem charitate conſtrauit. Vides nunc ſublimitatem carminis huius. Primo ponit uitam quæ eſt in integritate uirtutũ, ſecũdo dulcedinẽ ſpũalium gaudiorũ, deinde ſpem infert æternorum. Oĩa hæc regina miſericordiæ, dña mũdi, regina cælorum cõtulit mundo, uirgo uirginũ, ſancta ſanctorum, lumẽ cæcorũ, iuſtorum gl'ia, pctõrum uenia, deſperatorum reparatio, deficientium fortitudo, ſalus orbis, ſpeculum totius integritatis. Ipſa intercedat pro peccatis noſtris præſtãte dño filio eius & unico, cuius regnũ & imperium ſine fine permanet in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Sermo unde ſupra.

SI linguæ centũ reſonarent oracq̃ centum, ferrea uox mihi Maria, nil dignũ tibi dicere poſſum ſtella maris, quæ uirgo beata uocaris. O quàm te memorẽ uirgo, quibus laudibus efferam: Infandiſſima lingua mea: quæ coinquinata eſt cũ mortuis, incircumciſa labijs, nec purgata igne altaris, inquierũ malum, habens in naribus ſpiritum, rimis effluens undiq;, qd dignum laudis laudibus tuis poterit immolare? Eleuata eſt magnificentia tua ſuper cælos, & ſuper oẽm terrã gloria tua: ita ut nec in cælo inueniatur creatura quæ tuã digne laudare queat manificentiã, nec in terra ſit q̃ gloriam tuã exprimere ualeat. Nemo enim nec in cælo nec in terra inuẽtus eſt dignus aperire librũ prærogatiuarũ tuarũ, & digne ſoluere ſeptẽ ſigilacula eius. Plenitudinem gr̃æ, aduentũ ſpũſſancti in te, uirtutis altiſſimi obumbrationem, uerbi cõceptionẽ, q̃ ſine grauamine grauida, ſine dolore puerpera, uirgo pariter & fœcũda, quis enarrabit? Viri diuitiarũ multi, de ciuitate dñi uirtutũ miſerunt manus ſuas ad hæc fortia, & tñ altitudinẽ diuitiarũ harũ ad liqdũ cõprehendere nõ potuerũt, qa inueſtigabiles uiæ iſtæ, & inſcrutabilia uniuerſa. Conati ſunt, & non datũ eſt ultra: dũ adhuc ordirent̃, ſuccidi ſunt. Quis enim loquetur potẽtias has dñi, auditas faciet oẽs laudes eius? Et ſi digne nullus, quiſq; tñ pro uiribus. Pro ſe quiſq; uiri ſumma certabat opum ui, ut ait quis. Deniq; currebãt omnes in odore unguentorũ tuorũ. Trahe & nos poſt te ô ſancta ſanctorũ, & oſtende lumen miſerationũ tuarũ. Sub umbra alarũ tuarũ nos protege, ad te em̃ clamamus exules filij Euæ. Secundacarminis huius quod explanãdũ aſſumpſimus, inciſio hæc eſt, q̃ in modũ dragmatis nobis uidet̃ eſſe cõpoſitũ. Varius em̃ diuerſarũ perſonarũ affectus hic loquitur: hic perfectorũ & adhuc in melius proficiẽtium ſtatus inuenitur. Vita ſiquidẽ q̃ aĩatur integritate uirtutis, ſuauitas interne dulcedinis, ſanctæq; ſpei tanta præſumptio, quid ni ſi fructus ſpũs ſunt, & attentiones uirtutis? Emeritorũ militum donatiua ſunt hæc, & diuturni certaminis mercs accumulata. At deploratio exilij, patriæ deſiderium, originalis pcti pœnalis punctio, incipientium ſeu proficientiũ indicia ſunt. Puta uitæ hui⁹ exilũ, fucũ uanitatis: patriã, ſolidũ ueritatis. Fucus uanitatis, nitor gl'iæ tẽporalis, ſolidũ ueritatis, immobilis cognitio æternitatis. Fucus uanitatis, ſplẽdor arridens creaturæ uiſibilis: ſolidũ ueritatis, inextinguibile lumen internæ dulcedinis. De hac patria quidã ſapiens ait: O ueritas exulum patria, exilij finis, uideo te, ſed intrare nõ ſinor, indign⁹ admitti, peccati ſordens. Quouſq; odoramur & nõ guſtamus, p̄ficiſcẽtes ad patriã & non apprehẽdentes, ſuſpirantes, et délonge ſalutantes: Prim⁹ itaq; homo ad hoc cõditus fuerat, ut ſi nõ peccaſſet, per contemplationis præſentiã uultui creatoris ſemp aſſiſteret, & ſolidum ueritatis agnoſceret, agnitum amaret, amatũ teneret, tenẽdo frueret̃: ſemp̃q; ei adhærendo q immortalis eſt. etiã uitã ipſe ſine termino poſſideret, Verũ em̃ & ſummũ bonũ hoĩs, plena uidelicet & perfecta agnitio creatoris. Sed circũſcript⁹ aſtutia ſerpẽtis, & deceptus fuco uanitatis, ſpecie uidelicet creaturæ uiſibilis, ab Hierl'm in Hiericho deſcendit, fontẽ ueritatis deſeruit, affectũ pulchritudini rerũ iclinauit: & ſtatim ignorãtiæ cæcitate p̄cuſſus foras uenit, & ab intima luce cõtẽplatiõis factus eſt uagus & p̄fug⁹ ſup terrã. Vag⁹ ſcilicet p inordinatã cõcupiſcẽtiã, p̄fugus p peccatricem cõſciam: quia mentem quã diuinũ auxiliũ deſerit: quæcũq; tentatio impetierit ſubuertit. Cor ergo hoĩs qd̃ prius diuino amori affixũ ſtabile p̄ſtit, & unũ amãdo, unũ permãſit: poſtquã p deſideria terrena deflere cœperit, quaſi tot ſibi in exilio mãſiones ſtatuit, quot ſibi in eo delectationes inuenit. Sicq; fit ut mẽs q̃ pulchritudinẽ, dulcedinẽ, pacẽ, ſecuritatẽ, ac ppetuitatẽ primæ lucis amare neſcit, nunquã ualeat eſſe ſtabilis, qa gaudiũ p̄manẽs in his q̃ in fuco uanitatis amplectit nõ inueniẽs, dũ ſe ſemp deſiderio extẽdit ſequẽs qd̃ aſſeq nõ ualet, fluctuãs in exilio nũquã reqeſcit. Mõ ualuis oculorum elapſa,

lorum elapſa, curioſos intuitus paſcit, & rerum immenſitatem in maſſa & mole conſiderat: modo rerum pulchritudinem in ſitu & motu ſpecie & qualitate inueſtigat: modo rerum utilitatem per neceſſaria, commoda, apta & grata ptentat. Nūc quoq; naríb⁹ erūpit, & p olfactū odoris uaſ in ſuauia oblectamenta requirit. His paſta, auriū p organa pcedit, & dulce melos, harmonicæ, organicæ, arithmeticæ diſciplinæ capta p auditū ītrorſus trahit. Tactu quoq; ſubtilia leuia & lenia palpando diſcutit, & in aula memoríe palpando deſiderata reponit. Nec minus guſtu faciū plibat uarietatē ſapoꝝ. Hos hœdos ſuos mēs quæ ſe ignorat & deū, paſcit iuxta tabernaculum paſtorum p res temporum & tpaliū uanitatū, mēdicās ex ea quæ præterit figura huius mundi, unde ſuā famelicā curioſitatē aliquatenus cōſoleſ. Cōparata eſt em̄ ſumētis inſipientibus, & ſimilis facta eſt illis: ga cū in honore eſſet, non intellexit q̄ limus eſſet: honoris faſtigio delectata. Hinc naſcit in exilio uanitatis motus ſine ſtabilitate, labor ſine requie, curſus ſine peruentione, ita ut ſemper inquietum ſit cor donec ad patriam ueritatis redire cœperit, egens, & de ſiliquis porcorum ſatiari deſiderans, quouſq; ad patris domum ſuſpirauerit, ubi mercenarius abundat panibus, & oēs domeſtici ueſtiti ſunt duplicibus. De hoc exilio ō ſancta ſanctorum ad te clamamus exules filij Euæ, ut interuētu tuo, ducatu tuo, adiutorio tuo poſſimus ad cubiculū ueritatis repatriare. Scimus proculdubio quia nil amplius habet hō de uniuerſo labore ſuo quo laborat ſub ſole, niſi uanitatē: & tm̄ praua cōſuetudinis nexibus irretiti p nos redire nō poſſumus in ueritatis libertatē. Non dicimus autē in hoc loco ueritatē cognitionē eſſe dei, & eius quæ ꝑm pietatē eſt ſcientiæ, ſed medium illud purum & nudū ac ſolidum quod eſt in uirtutis amore. Quāuis em̄ diffiniāt authores reparationem hoīs eſſe cognitionem ueritatis, & amorem uirtutis, perfecta tamē uirtus nō eſt ſine cognitiōe ueritatis, nec ueritas ſine amore uirtutis. Vanus eſt, quia in uanitate eſt, aut in uanitate curioſitatis, aut erroris. Vanitas curioſitatis procedit à uanitate mutabilitatis, & generat uanitatem mortalitatis. Prima cauſa peccati, ſecunda peccatū, tertia pœna pcti. Prima eſt in his quæ propter hoīes facta ſunt, ſecūda in his quæ ab hoībus facta ſunt, tertia in his quæ in hominibus ſunt. Alia eſt in cōditis rebus, alia in mētibus, alia in corporibus. Vanitas erroris eſt in omnibus qui fidei catholicæ & ſanæ doctrinæ cōtraria ſunt, & religiōis diſciplinā in illo ſolido ueritatis quod uelle & nolle hominis inter anguſtias parū & minus coarctat, nō contingunt. Vanitas hæc omnia ſunt, quia ſe amplectentes decipiunt, & ad ueritatem æternitatis nō perducunt. In hoc exilio oē penè genus hominū ab initio uſq; ad aduentum reginæ cælorum peregrinari delectabatur, & ueritatis patriæ ſuſpiriis nullis ſeu deſiderio recordabatur. Ipſa prima uiam aperit ad patriam, & ueritatem quæ uera patria eſt mundo generans dedit omnibus manifeſtā. Eapter & nos ō regina miſericordiæ ad te clamamus exules filij Euæ. Clamor eſt ali⁹ oris, alius cordis. Clamor oris alta uociferatio, clamor cordis ualida & ſupplex ad deum intentionis directio. Deus intus, homo foris. Ad eos qui foris ſunt clamor oris, ad deum & qui cum eo intus ſunt clamor cordis. Intus ubi? In ſpū. Qualiter inquis? Duobus modis. Quibus? Cognitione & amore, reuelatione ac deuotione, acuto & calido. Modis his deus cor inhabitat, nō ſolus tm̄. Vbi em̄ fuerit corpus, illic congregabunt & aquilæ. Ad quid? Vt renouetur ſicut aquilæ iuuentus cordis. Ibi & illa aquila grandis magnarum alarum ſancta ſanctorum innocentia & æquitas exaudit inuocata, ſi clamoribus occultis aſſiduc fuerit excitata. Et nos adhuc filij Euæ tranſgreſſores, filij inobedientiæ, filij matris antiquæ, ad te clamamus regina miſericordiæ, Reuertere uiſitans in nobis naturam tuam, reuertere oſtendendo eam quā in chriſticolas habes charitatē tuam, reuertere per ſingularem in nos à deo datam poteſtatem tuam, reuertere per eam quæ tibi ſpecialiter infuſa eſt in plenitudine gratiæ prærogatiuā tuam, ut intueamur te, non talem qualē deſiderant angeli ꝑſpicere dicentes: Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te: ſed intueamur te largiētem beneficia, conferentem remedia, medentem contritis corde, ponentem fortitudinem lugentibus ſion, dantem coronam pro cinere, oleū pro luctu, pallium laudis pro ſpiritu mœroris. Nec mediocris uiſio iſta, piam te & deprecabilē experiri, mœrentiūq; ſuſpiria munere gratiæ conſolari. Sonet hæc uox tua in aurib⁹ nr̄is Vox hæc tua dulcis, & hæc facies tua decora. Nam in illo decore te uidere quo induit te dominus fortitudinem, & præcinxit te, non eſt huius temporis, nec tēporis uitæ noſtræ uitiorum fœtore ſordentis. Stola immortalitis te indutam uidere, domina indigni ſumus: oſtende nobis faciem miſerationū tuarum, & ſalui erimus. Quod ipſe nobis præſtare dignetur, cuius regnum & imperium ſine fine permanet in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ *Sermo unde ſupra.*

INfreta dum fluuij current dū montib⁹ umbræ
Luſtrabūt, cōuexa polus dū ſydera paſcit, Semper honor nomenq; tuum laudesq; manebunt
Spes mea uirgo pia, uirgo ſacra, uirgoq; Maria. Et non amplius? Amplius multum, & per omnem modum. Nam in æternum & ultra non deficiet laus tua de ore hominum, etiam & angelorum. Cæli enarrant gloriā dei. Et quæ maior in omni gloria dei quàm ineffabilis plenitudo cæli? Et nos cum ipſa, id eſt cum angelis & archangelis, cum thronis & dominationibus, cumq; omni militia cæleſtis exercitus, hymnum gloriæ ſanctæ ſanctorum canimus. Illi gloriam, nos hymnum gloriæ. Illi gloriā quā pītes uident, in iubilo cordis inuicē enarrant: nos hymnum tm̄modo glīæ. i. memoriā eructam⁹ abūdantiæ ſuauitatis tuæ. Et opera manuū eius annūciat firmamētū. Fiat, inqt, firmamentū, & diuidat aquas ab aquis. Omnib⁹ firmamētis firmius firmamentū tu dña, q̄ cū quē cæli cælorū capere nō poterāt, cœpiſti & cōcepiſti, portaſti & non deſeciſti, genuiſti, aluiſti, pauiſti, mammaſti, & educaſti. Tu in medio aquarū diuiſiſti aquas ab aquis, affectus uidelicet æternorū ab affectib⁹ tpaliū. Tuā em̄ aiam pertrāſiuit gladius, ut reuelent ex multis cordibus cogitationes. Poſuit in hoc firmamēto de⁹ ſolē & lunā, Xp̄m & eccl̄iam, & ſtellas p̄rogatiuas gr̄arū multas. Laudam⁹ dn̄m in ſctis eius. Firmitas, robur & cōſtātia & fortitudo mētis ei⁹, qa mundi cōtempſit gloriam, carnis calcauit illecebras. Virtus eſt altiſſimi, de qua ſcriptum eſt: Et uirtus altiſſimi obrūbrabit tibi. Nō ſolū aūt cælū & firmamētū dña rerū itellígíf, ſed alīs noīb⁹ cōueniēter appellaſ, & rerum uocabulis deſignaſ. Ipſa tabernaculū dei, ipſa templū, ipſa domus, ipſa atriū, ipſa cubiculū, ip̄a thalam⁹, ipſa ſp̄ōſa, ip̄a filia, ipſa arca diluuij, arca teſtamenti, urna aurea, ipſa manna, uirga Aarō, uell⁹ Gedeonis, porta Ezechielis, ciuitas dei, ip̄a cælum, ipſa terra, ipſa ſol, ipſa luna & ſtella matutina, aurora ipſa & lucerna, tuba & mons, fons quoq; ortorū, & lilium cōuallīū. Deſertū ipſa, & terra repromiſſionis lacte & melle manans, ſtella maris, nauis quoq; uia in mari, ſagena, uinea, ager, area, horreū, ſtabulū, præſepe, ſubiugale, apotheca, aula, turris, caſtra, acies, ppls, regnū, ſacerdotium. Ouis eſt, paſcua eſt, paradiſus eſt, palma eſt, roſa eſt, fluuius eſt, potus eſt, columba eſt, columna eſt, ueſtis eſt, margarita eſt, candelabrum eſt, menſa eſt, corona eſt, ſceptrum eſt, panis eſt, oleum eſt, uinum eſt, arbor eſt, uirga eſt, cedrus eſt, cypreſſus eſt, platanus eſt, cynamomum eſt, balſamum eſt, myrrha eſt, thus eſt, oliua eſt, nardus eſt, crocus eſt, fiſtula, calamus & ſtorax eſt, ſoror & mater eſt. Et ut breuiter concludam, de hac & ob hanc & propter hanc omnis ſcriptura facta eſt, ꝑpter hāc tot⁹ mūdus factus eſt, & hæc gr̄a dei plena eſt, & per hanc homo redemptus eſt, uerbum dei caro factum eſt, deus humilis, & homo ſublimis. Ad te ergo tantā ac talem, dn̄a rerum, ſancta ſanctorū, regina cælorū ſuſpiramus gemētes & flētes in hac lachrymarū ualle. Tertia hæc poſitura carmis hui⁹ eſt q̄d explanandū aſſumpſi-

mus,ſuſpiria,gemitus & fletus cõpunctionis,ſunt ſpecies ſeminũ iuſtitiæ.Seminate uobis,inqt,ad iuſtitiam,metite ſpem uitæ,& illuminate uobis lumẽ ſcientiæ.Eũtes,inqt, ibant & flebant mittentes ſemina ſua.Suſpiriũ,uox inarticulata,gementiũ gemitus,dolentiũ fletus,has ſedes habent.Tria ſunt hæc quæ bene gradiunt in irriguo inferiori,& quartũ qd' feliciter incedit,uallis ſcilicet lachrymarũ:ſedes irrigui ſuperioris hæc eſt.Ver⁹ Caleph dat utrũ q; filiæ ſuæ aſello reſidẽti.Et tu,ſi aſpiras ad hæc, cõprime motus irrationabiles ſenſualitatis.& corpis,motu rõnis. Abſcinde à te concupiſcẽtiã carnis,oculorũ,poteſtatis& honoris.Abĩce mundi põpã & ſarcinã,edoma carnẽ diſciplina ſpũs,in arctũ tua deſideria cõſtringe,non abeas in cõſilio impiorũ,in uia pctõrũ nõ ſtes,in cathedra peſtilentiæ non ſedeas.Apprehende humilitatẽ,ut ſis pauper ſpũ,ferales corrige mores,& eſto mitis.Tunc tranſito iordane ingrederis terrã repromiſſionis,q̃ eſt cõpũctionis. Sic in tertio loco octo beatitudinũ dr̃.Beati lugẽtes,qm̃ ipſi cõſolabunt.Quarto die reſuſcitat⁹ eſt Lazarus,quarta nigilia uenit ad diſcipulos Ieſus.Et tu fac tibi uigilias quatuor,ut reſuſciteris & ueniat ad te Ieſus: duas timoris,pudoris duas.Cogita deum creatorem tuum,cogita benefactorem,cogita patrẽ,cogita dn̄m.Ad ſingula reuſes,plange ad ſingula,ad ſingula euigila,& ſingulorum horum ſinguli intellectus quaſi ſinguli in mente dies ſint, in quibus quaſi Lazarus mortuus eras,quaſi fœtebas.Dũ p ſingulos lachrymaris,quaſi in quarto reſuſcitaris.Primũ & ultimum extinguunt timorẽ,media duo pudorem.Pater ſanè nõ metuitur,cum pater ſit: patris eſt ſemper miſereri & parcere.Paterna uox eſt: Percutiã, & ego ſanabo. Nõ eſt profunde qd' à patre formides.Siqñ ferit,emendat, nõ uindicat.Ad cogitãtẽ q̃ patrẽ offenderis,eſt certè qd' pudeat,etſi nõ qd' terreat.Voluntarie te genuit uerbo ueritatis,deinde nõ pepercit unigenito,ut ,pſit genito. Ipſe quidẽ patrẽ ita exhibuit ſe tibi,ſed nõ tu illi æque filium. Qua fronte attollis iã oculos ad ultũ pr̃is tã boni, tam malus filius? Pudeat indigne geſſiſſe gn̄i tuo,pudeat tanto pr̃i uixiſſe degenerẽ.Exitus aquarũ deducãt oculi tui, opiat cõfuſio faciẽ tuã.Vultũ tuũ pudor ſuffundat,occupetq; caligo,deficiat in dolore uita tua, & anni tui in gemitibus.Prohdolor quẽ fructũ habuiſti in illis in qb⁹ nũc erubeſcis? Si in carne ſeminaſti,de carne meſſuiſti corruptionẽ.Si mundus ipſe trãſit,& concupiſcentia eius confundere ad illam uocẽ quæ dicit: Si ego pater, ubi honor meus? Hoc de honore pr̃is.Nunc ad beneficia ueniendũ. Vt alia innumera taceã,huius corpis uictũ, & uſum tpis huius.& ſup oĩa ſanguinẽ dilecti filij ſui clamantẽ de terra:pudet ingratitudinis.Quid retribuiſti dn̄o pro oĩbus quæ retribuit tibi? Ad timorẽ quoq; ueniamus.Si pudor minus partes ſuas exequitur,excitetur ut excitet.Sepone pia uocabula bn̄factoris & pr̃is:ad auſteriora cõuertere. Nã qui legit pater miarum,& deus totius conſolationis, legit nihilomin⁹ deus ultionũ dn̄s,& legit terribilis in cõſilijs ſup filios hoim.Q; pater eſt,q̃ beneficus eſt, tibi eſt: q̃ dn̄s ac creator,ſibi eſt. Etem̃ ,ppter ſemetip̃m fecit oĩa. Quia ergo qd' tuũ eſt,tibi defendit & ſeruat,putas principatus ſui nõ requet honorẽ? Requiret uſq; ad nouiſſimũ quadrantẽ,requet & retribuet abundãter faciẽtibus ſuperbiã.Requet à redempto ſeruitũ,honorẽ & gloriam ab eo quẽ plaſmauit.Eſto q̃ diſſimulet & pater ignoſcat beneficus,ſed non dn̄s & creator.Penſa cuius ſit fortitudinis & honoris tuũ atq; oĩm cõtẽpſiſſe factorẽ, cõtempſiſſe dn̄m maieſtatis.Tangit mõtes & fumigabunt, & tã tremẽdam maieſtatẽ audet irritare uilis puluis,uno leui flatu diſperdendus,& miníme colligẽdus? Time gehennam, time iudicis uultũ.Cõtremiſce ab ira potẽtis,à facie furoris ei⁹, à fragore ruẽtis mũdi,à cõflagratione elemẽtorũ, à tẽpeſtate ualida,à uoce archãgeli,& à uerbo aſpo.Cõtremiſce à dentib⁹ beſtiæ infernalis,à uẽtre inferi,à rugiẽtib⁹ p̃paratis ad eſcã.Time uermẽ rodentem,ignẽ torrẽtẽ,fumum & uaporẽ,& ſulphur & ſpm̃ procellarũ: time tenebras exteriores,& dicito:Quis dabit capiti meo aquã, & oculis meis fontẽ lachrymarũ,ut præueniã fletib⁹ flet⁹ & ſtridores dẽtiũ,& manuũ pedũq; dura uincula, & põdus caternarũ p̃mentiũ,ſtringentiũ,urentiũ nec cõſumentiũ? Heu mater mea,cur me genuiſti filiũ doloris & amaritudinis, indignationis & ploration is? Qui ſic afficit duplici metu iſto & duplici pudore,quatuor uigilias facit in mẽte, ſeu quatuor diеb⁹ intus illuſtrat,in quorũ quarto quaſi Lazarus quatriduan⁹ reſuſcitatur. Et ſicut de uno fonte paradiſi oriunt quatuor flumina quæ irrigãt terrã,ſic quatuor affectiones iſtæ ortæ de uno fonte cõpunctionis plenitudinẽ cõſumũt irrigui inferioris.Pariũt em̃ ſuſpiria,gemitus & fletus,q̃ dũ p defectu uirtutum agunt,dicunt irriguum inferius.Super⁹ aũt irriguũ eſt uallis lachrymarũ.Pinguis infuſio hæc cælit⁹ irrorata,nec extorta nec coactitia, pluuia uoluntaria eſt,quã ſegregauit de⁹ hr̃ditati ſuæ. Aquæ iſtæ ſunt quæ egrediuntur de templo à latere dextro,& fluunt impetu de libano,fluũt etiã de fonte paradiſi,diuiſi in quatuor capita.Paradiſus conſcientia iuſti eſt,quam nõ urit cura pungens,nec culpa remordens,quam nõ attenuat ſenſus egẽs,quã nõ grãdinant corporearũ rerum irruẽtia fantaſmata,fide florida,uirtutib⁹ fructifera, opinione odorifera.Huius de medio fons orit⁹,dũ uirt⁹ integritate ſolidat.Hæc deinde diuidit in quatuor capita,iuſtitiam,prudentiam,fortitudinem,temperantiam.Iuſtitia fodit in altũ,& quærit aquas irrigui ſuperioris,prudẽtia inuenit,fortitudo uẽdicat ſibi,tẽperantia poſſidet. Iuſtitiam dico eſſe genus ad oĩa p̃cepta dei,prudẽtiã diuinarũ hũanarũq; rerũ ſciam,fortitudinẽ uigorẽ mentis inter aduerſa & proſpera erectum,temperantiã inter uelle & nolle,noſſe parũ & nimis,citra & ultra diſcretionem. Legitime hæc cuſtodita perfectũ faciunt uirũ,cupientem diſſolui & eſſe cũ Xp̃o, qui dicat:heu mihi ga incolatus meus prolõgatus eſt:& ſitiuit aĩa mea ad deũ fontẽ uiuũ. Fons iſte fons patẽs eſt domui Dauid in ablutionem pctõris & mẽſtruatæ.Hic eſt fons quẽ foderũt principes multitudinis q̃ſcõmemorauim⁹,iuſtitia ſcilicet,prudẽtia fortitudo & tempantia in datore legis,id eſt cõpũctione, & in baculis ſuis,ideſt in uigore ſolido perfectæ integritatis.Mens itaq; à uitijs purgata,deũ ſitiẽs iugiter,& ipſius aduentũ in ſe ſuſcipiẽs,frequẽter delectata tãtæ ſuauitatis inenarrabili dulcedine,qa pro uelle ſuo ſemp eam habere minime ualet,miro dolore afficit,& hæc ei cõſolatio,ut præ ei⁹ deſiderio iugi lachrymarũ pane paſcatur.Fit itaq; uallis lachrymarũ,dum de ſe humiliter ſentiens affatim abundat ubertate fletuũ.Et habet hoc irriguũ ſuperius quo mortua mũdo ſuauiter & dulciter paſcit,qa p irriguũ inferius emũdata iam cæleſtiũ cõtẽplatione ineffabiliter delectat. Hæc duo irrigua,duæ oliuæ ſunt,& duo cãdelabra lucentia ante deum.Sunt hæc duo luminaria,duo altaria,duo exploratores,duo cherubim,duo oſtiola,duo ubera,teſta mẽta duo,hirci duo,leones duo,minuta duo,tabulæ duæ, colũnæ duæ,ſorores duæ,manus duæ, & ſiqua ſint binaria q̃ his cõſonãtia opinionaliter queant inueniri. In talibus ſuſpirijs gemitu ac fletu ac cõualle lachrymarũ ad te clamamus exules filij Euæ:dn̄a rerũ,ſancta ſanctorum,uirtus noſtra & refugiũ,decus mundi, gloria cæli,præelecta ut ſol,pulchra ut luna,lunaris fulgor, agnoſce oẽs te diligentes.Audi nos,nã te filius nihil negans honorat. Et tu ſalua nos dn̄e Ieſu,p qb⁹ uirgo mater te orat, cui⁹ regnũ & imperiũ ſine fine permanet in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ *Sermo unde ſupra.*

ANte pererratis amborũ finibus exul, aut arabrim parthus bibet,aut germania tygrim, quã tuus è noſtro labat pectore ult⁹, uirgo dei genitrix,quẽ totus nõ capit orbis.Omnino neceſſarie uultum quidẽ tuũ deprecabunt omnes diuites plebis,quãto magis pauperes plebis? Et ſi pauperes plebis, multomagis egenus & paup,opprobrium hoim,& abiectio plebis.Tibi dixit cor meũ,quæſiui uultum tuũ. Vultũ tuũ dn̄a requirã,ne auertas faciẽ tuã à me,ne declines

in ira

dia non latebat, quando in cœna ablutionis etiam coram ipso genuflexus procumbens, maledictos pedes eius uelocius ad effundendum sanguinem tuum, sanctissimis manibus tuis attrectare, lauare & extergere dignatus es. Cur autem adhuc extento collo ambulas ô terra & cinis? Adhuc te superbia eleuat? Adhuc te impatientia exagitat? Intuere humilitatis & mansuetudinis dominū Iesum, uniuersæ creaturæ factorem, tremendum iudicem uiuorum & mortuorum ante pedes hominis & traditoris sui genua incuruantem. Disce quia mitis est, & humilis corde, & confundere in superbia tua, & erubesce in patientia tua. Hoc quoq; erat mansuetudinis tuæ domine, perfidum illum in cœtu fratrum detegere & palàm confundere noluisti, leniter admodum accelerare iussisti quod parabat. In omnibus his non est auersus furor eius à te, sed egressus foras satagebat circa frequens maleficium. Quomodo cecidisti de cælo lucifer, qui mane oriebaris? In delicijs paradisi gloriosus apparuisti, ciuium cæli socius, & uerbi diuini conuiua, quomodo reputatus es inter filios tenebrarum? Qui nutriebaris in croceis, cur amplexatus es stercora? Tunc clarificata est familia tua Christe, exeunte immundo de cœtu societatis angelicæ. Tunc demum diuini eloquij uberrima inundatione felix ille conuentus potatus est, eiecto quem huiusmodi lympidi liquoris infusione sciebas indignum. Dato autem charitatis & patientiæ salutari mandato, & dispositio fratribus regno patris tui, ad locum proditori tuo notum cum illis diuertisti, sciens omnia quæ uentura erant super te. Ibi animæ tuæ tristitiam quam ex imminente passione tua sponte assumpsisti, sicut & cætera quæ passus es, in auribus fratrum non erubuisti profiteri, dicens tunc: Tristis est anima mea usq; ad mortem. Positis quoq; in terra genibus procidisti in faciem, orans in agonia & dicens: Mi pater, si possibile est, transeat à me calix iste. Et angustias quidem cordis tui certissime indicabat sudor ille sanguineus qui orationis tempore de carne tua sanctissima guttatim decurrebat in terram. Dominator domine Iesu, unde tua hæc tā anxia supplicatio? Nonne uolūtarie omino patri sacrificiū obtulisti? Vtiq; domine. Arbitramur autem q̄ hoc ad consolationem infirmorum membrorum tuorum assumpsisti, ne fortè desperet quis si caro infirma remurmurat ubi ad passionem promptus est spiritus. Nimirum & ut maioris erga te amoris & gratitudinis stimulos habeamus, naturalem carnis infirmitatem his indicijs in te expressisti, quibus doceremur quia uerè languores nostros portasti, & nō absq; sensu doloris passionū sentes pcurristi. Vox cm̄ illa uox esse carnis uidet? non spiritū, ex eo q̄ subiūxisti. Spūs quidē promptus est, caro autē infirma. Q. promptus enim ad passionem fuerit spiritus, cuident er ostendisti quādo uenientibus unà cum proditore tuo uiris sanguinū & quærentibus animā tuam cum lanceis & facibus & armis per noctem, ultrò occurristi, & ne quid acciperent à duce flagitij, teipsum manifestasti. Nam accedētem ad osculum sanctissimi oris tui trucem bestiam auersatus non es, sed os in quo dolus inuentus nō est, osculo quod abundauit malitia, dulciter applicuisti. Innocens agne dei, quid tibi & lupo illi? Quæ conuentio tui ad belial? Sed & hoc benignitatis tuæ domine fuit, ut omnia illa exhiberes quæ prauī cordis ptinacia emollire possent. Nā & ueteris amicitiæ non immemor illū cōmonuisti dicēs: Amice ad qd uenisti? Atq; horrore sceleris sui cor impij ferire uoluisti cū dixisti: Iuda, osculo filiū hominis tradis? Et ecce philistæi sup te Sampson. Nō illos à te abstertuit q̄ in hora apprehensionis tuæ omnipotenti brachio tuo terræ eos allisisti, non quidem defensionis causa, sed ut cognosceret humana præsumptio nihil se posse aduersus te, nisi quantum permitteretur à te. Et quis audiat sine gemitu qualiter homicidas manus in illa hora in te iniecerunt, & innocentes manus tuas Iesu bone uinculis astringentes te agnum mansuetissimū nihil loquētem ad instar latronis contumelioſe traxerunt ad uictimam? Et nec tūc misericordiam effundere super inimicos tuos, & distillare suauum dulcedinis tuæ Christe cessasti, ac defensoris tui zelum à læsione trahentium te compescuisti. Maledict? furor eorū quia pertinax, quē nec maiestas miraculi, nec pietas beneficij potuit confringere. Consilio malignantium aduersum te pōtificū præsentat? es, & ueritatē put oportuit confessus, quasi de blasphemia adiudicatus es morti. Amantissime dñe, quanta illic indigna à propria gēte pertulisti? Vultum tuū desiderabilem in quem desiderant angeli prospicere, qui omnes cælos adimpleuit lætitia, quē deprecabūtur omnes diuites plebis, polluti labijs suo sputo coinquinauerunt, sacrilegis manibus suis cecidērūt, uelo in derisum operuerunt, & te dominum uniuersæ creaturæ tanquam seruum contemptibilem colaphizauerūt. Adhuc autem animam tuam incircuncisæ carni deglutiendā tradiderunt. Vinctum siquidem ante faciem Pilati perduxerunt, postulantes crucis supplicio te interimi qui peccatum non noueras, & uirum homicidā dari sibi, agnū lupo, aurū luto postponētes. O indignū & infelix comerciū. Et quidē nec ignorabat impius ille per inuidiā hæc in te fieri, nec tamen abstinuit à te temerarias manus, sed repleuit animam tuam amaritudine sine causa. Illusum recepit, in conspectu illusorum astare te iussit, nec pepercit amarissimis uerberibus uirgineam carnem tuam diuellere, plagis plagas, liuores liuoribus crudeliter infligere. Electe puer dei mei, quid tanta amaritudine, quid tanta confusione dignum commiseras? Prorsus nihil. Ego ego homo perdit? totius perditionis tuæ causa extiti. Ego domine uuā acerbam comedi, & dentes tui obstupuerunt: quia quæ nō rapuisti, tunc exsoluebas. In omnibus his non est satiata perfidorum Iudæorum impietas. Nouissime autem incircuncisorum militum manibus deuolutus es morte turpissima cōsumendus. Parum erat sacrilegis illis crucifigere te, nisi prius & ipsi illusionibus repleuissent animam tuam. Quid enim ait de illis scriptura? Et congregauerunt ad eum uniuersam cohortem. Et exuētes eum uestimentis suis induerunt tunicam purpuream, & chlamydem coccineam circūdederunt ei. Et plectentes coronam de spinis imposuerūt capiti eius, & arundinem in dextera eius. Et genu flexo illudebant ei dicentes. Aue rex Iudæorum. Et dabant ei alapas, et expuentes in eum accipiebant arundinem, & percutiebant caput eius. Et postquam illuserunt ei induerūt uestimentis suis ut crucifigerent baiulantem sibi crucem. Et perducunt eum in Golgotha, et uinum myrrhatū dabant ei bibere cum felle mixtum, et cum gustasset, noluit bibere. Tunc crucifixerunt eum, et cum eo duos latrones hinc & hinc, medium autem Iesum. Iesus autem dicebat: Pater dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt. Postea sciēs Iesus quia consummata erant omnia: ut scriptura impleretur dixit: Sitio. Et currens unus ex eis acceptam spongiam impleuit aceto, et imposuit arūdini, et dabat ei bibere. Cum accepisset acetum, dixit, consummatum est, et clamans uoce magna dixit: Pater in manus tuas cōmēdo spiritū meū. Et inclinato capite emisit spiritū. Tūc unus militū lancea lat? eius aperuit, & cōtinuo exiuit sanguis & aqua in redēptionem nostræ salutis. Expergiscere nunc anima, excutere de puluere, & contemplare uirum hunc memorabilem, quem in speculo euangelici sermonis quasi præsentē intueris. Attende anima mea quis est iste qui ingreditur habēs imaginem quasi regis, & nihilominus serui despectissimi confusione repletus: coronatus incedit, sed ipsa etiam eius corona cruciatus est illi, & mille puncturis speciosum caput eius diuulnerat. Regali purpura induitur, sed potius in ea despicitur quàm honoretur. Sceptrum in manu gestat, sed eoipso caput eius reuerendum feritur. Adorāt coram ipso positis in terra genibus, & regem clamant, & cōtinuo sputis amabiles eius genas sublimiunt, maxillam palmis & honorabile collum exhonorant. Vide anima mea qualiter uir iste per omnia cōturbatur & spernit, sub crucis onere dorsum incuruare uidet, & tuā ipse portare ignominiā. Ad locū deductus supplicij myrrha potatur & felle, in cruce subleuat, et dicit: Pater ignosce illis, quia nesciunt

quid faciũt. Qualis est hic qui in oĩbus pressuris suis nec semel aperuit os suũ ut aut querelæ, aut excusationis, aut comminationis, aut maledictionis uerbum aduersus maledictos canes illos proferret? Sed nouissime uerbum benedictionis super inimicos suos quale à seculo nõ est auditũ effudit. Quid hoc uiro mansuetius, quid benigni⁹ anima mea uidisti? Ad hunc autem attentius intuere quàm grandi admiratione, & tenerrima compassione dignus appareat. Vide nudum, & uerberibus laceratum, in medio latronum crucĩ ignominiosæ ferreis clauis affixũ, aceto in cruce potatũ, & post mortem lancea in latere uulneratum, & copiosos sanguinis riuos ex quoq; uulneri⁹ manuũ pedũ & lateris effundẽtẽ. Flet⁹ deducite oculi mei, & liquescę aia mea igne cõpassiõis sup cõtritiõe amabilis uiri hui⁹, quẽ in tãta amaritudie tot uides affectũ dolorib⁹. Et iã qdẽ ĩfirmaci⁹ aia mea uidisti, & miserta es: nũc maiestatẽ ei⁹ attende, & miraberis. Quid eñ ait scriptura? A sexta autẽ hora tenebræ factæ sunt sup uniuersam terrã usq; ad horã nonã. Et obscurat⁹ est sol, & uelũ tẽpli scissum est à summo usq; deorsum, & terra mota est, & petræ scissæ sunt, & monumẽta aperta sunt, & multa corpora sanctorũ qui dormiebant surrexerũt. Qualis est hic quia & cælũ & terra cõpatiunt ei, cui⁹ & mors mortuos uiuificat? ¶ Cognosce anima mea cognosce, hic est dominus deus noster. Iesus Xps saluator tuus, unigenitus dei filius, uerus de⁹, uerus homo, qui solus sub sole sine macula inuentus est. Et ecce cum sceleratis quomodo reputatus est? & quasi leprosus, nouissimus uirorum æstimatus est: & tanquã abortiuũ qd' proiect' à uulua, sic pectus est ab utero matris suæ infelicis synagógæ. Iste formosus præ filijs hoĩm, quàm deformis fact⁹ est. Hic uulneratus propter iniquitates nostras, attritus est ppter scelera nostra, & factus in holocaustum suauissimi odoris in cõspectu tuo pater æternæ gloriæ, ut auerteres indignationem tuam à nobis, ut consedere nos sibi faceret in cælestibus. Respice dñe sancte pater de sanctuario tuo, et de excelso cælorũ habitaculo, & intuere hãc sacrosanctã hostiã quã tibi offert magnus põtifex noster sanct⁹ puer tu⁹ dñs Iesus p peccatis fratrũ suorũ, & esto placabilis sup multitudine malitiæ nostræ. Ecce uox sanguinis nostri Iesu clamat ad te de cruce. Quid enim domine quid pendet in cac Pendet, quia præterita tanquã præsentia corã te sunt. Cognosce pater tunicam ueri filij tui Ioseph. Heu fera pessima deuorauit eũ, & conculcauit in furore suo uestimẽtum eius, omnem decorẽ eius reliquijs cruoris inquinauit. Ecce quinq; scissuras lamentabiles in ea reliquit. Hoc est domine uestimẽtum quod in manu Aegyptiæ meretricis innocẽs puer tuus dereliquit, meliorem æstimans iacturam pallij quàm pudicitiæ, magisq; eligẽs spoliatus carnis pallio in carcerẽ mortis descendere, quàm pro mundi gloria adulterinæ uoci acquiescere. Illi inquam uoci qua dictum est: Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me. Quod utiq; esset cum dormiret cum adultera. Et nunc dñe pater scimus quia ipse filius tuus uiuit, & dominat' in tota terra Aegypti, & in oĩ loco dñationis tuæ. Eductus eñ ad imperium tuum de carcere mortis & infernorũ, & attonsus immortalitatis coronam, mutata ueste carnis, immortalitatis decore refloruit, & cum gloria suscepisti eũ. Subiugauit enim sibi Pharaonis imperium, & cum triumpho nobili uirtute propria cælos penetrauit. Et ecce gloria & honore coronat⁹, ĩ dextera maiestatis tuæ assistit uultui tuo pro nobis. Caro enim & frater noster est. Respice dñe in faciem Christi tui, qui tibi usq; ad mortem obedies fact⁹ est: nec recedant ab oculis tuis cicatrices eius in perpetuum, ut memineris quantã ab eo pro peccatis nostris satisfactionem receperis. Vtinã domine appendas in statera peccata quibus iram meruimus, & calamitatem quam pro nobis passus est innocens filius tuus. Certe grauior apparebit & magis digna ut ppter ipsam effundas sup nos miam tuã, quàm fuit illa ut pro pctis nostris contineas in ira misericordias tuas. Gratias tibi pater referat oĩs lingua pro superabundãtia bonitatis tuæ, qui unico filio cordis tui nõ pepercisti, sed pro nobis oĩbus illũ tradidisti in mortẽ, ut eũ tanquã fidelem aduocatũ haberemus corã te in cælis. Et tibi dñe Iesu fortissime zelotes, qd gr̃arũ retribuã ut digne retribuã ego hõ puluis & uile figmentum? Quid eñ pro mea salute facere debuisti, & nõ fecisti? Ab imo pedis usq; ad summum uertĩcis te totum in aquas passionum demersisti, ut me totum extraheres de illis, & intrauerũt usq; ad animam tuam. Nam & animam tuam in mortem perdidisti, ut meam perditam mihi redderes. Et ecce me duplici debito obligasti. Nam & pro eo quod dedisti tuam, debitor tibi sum: & pro mea quidem anima bis à te mihi data, semel in creatione, & semel in redemptione, quid magis iuste tibi reddam quàm ipsam, non habeo. Pro tua autẽ pretiosa anima ita contribulata, quid ab homine digne repẽdi possit, non inuenio. Nam etsi cælum & terram & omnẽ ornatum eorum pro ea possem repẽdere, certe nec sic usq; ad mẽsurã debiti ullatenus attingere possem. Vt autẽ ipm qd' et debeo, & possibile mihi est retribuã, tui domine muneris est. Diligẽdus es mi dñe toto corde, tota anima, tota uirtute, & tua mihi sequenda uestigia, qui pro me mori dignatus es. Et quomodo fiet istud in me nisi per te? Adhæreat anima mea post te: quia tota uirtus eius pendet ex te. Et nunc dñe redemptor me⁹ te ut uerũ deũ adoro, in te cõfido, in te spero, & quibus possum desiderijs ad te suspiro, aduua imperfectum meum. Ad tuæ passionis gloriosa insignia in quibus salutem meam operatus es, totum me inclino. Tuæ uictoriosæ crucis regale uexillũ in nomine tuo Christe adoro. Tuum spineum diadema, tuos rubẽtes sanguineos clauos, tuo sacro lateri immersam lanceã, tua uulnera, tuum sanguinem, tuam mortem, tuam sepulturã, tuã gloriosam & uictoriosam resurrectionem & glorificatiõe Christe supplex adoro & glorifico. Odor enim uitæ spirat mihi in omnib⁹ his. Horum uiuifico odore spiritum meũ domine à peccati morte resuscita. Horum uirtute ab astutijs sathanæ me custodi, ac me conforta ut iugum mandatorum tuorum suaue mihi fiat, & onus crucis quod post te baiulare me iubes, humeris animæ meæ sit leue. Quæ est eñ fortitudo mea ut iuxta præceptũ tuum mundi pressuras tam multiplices inuicto animo sustineam? Nũquid pedes mei tãquã ceruorum, ut uelocem cursorem per spinas & confragra passionum consequi ualeam? Sed audi uocẽ meam, & inclina super seruum tuum suauem crucem, illam quæ lignum uitæ est ijs qui apprehendunt eã. ut spero curram alacriter, portabo infatigabiliter eã quæ ab inimicis est crucem post te. Illam inquam diuinissimam crucem humeris meis impone, cuius latitudo est charitas, cuius lõgitudo est æternitas, cuius sublimitas est omnipotẽtia, cui⁹ profundum est inscrutabilis sapientia. Cõfige illi manus meas & pedes meos, & totũ passioni tuæ conforma seruũ tuum dñe. Da obsecro mihi continere ab operibus carnis quæ odisti, & facere iustitiam quam dilexisti, & in utroq; tuam quærere gloriam: & sinistram quidem meam clauo temperantiæ, dexteram uerò clauo iustitiæ in illa sublimi cruce fixas arbitror. Da menti meæ iugiter meditari in lege tua, & omnem cogitatum meum iactare in te, et dextrũ pedem meũ eidem ligno uitæ clauo prudentiæ affige. Da ut sinistram spiritus mei sensualitatem non eneruet labentis uitæ infelix felicitas, non conturbet præsentis uitæ infelicitas, felix & sinister quoq; me⁹ fortitudinis clauo in cruce tenebitur. Vt autem aliqua similitudo spinarum capitis tui in me appareat, detur obsecro menti meæ et salutaris pœnitẽtiæ cõpũctio, et alienæ miseriæ compassio, et stimulus zeli æmulantis quod rectum est coram te, & ad te conuertar in ærumna mea dum triplex configetur spina. Libet ut spongiam per arundinem ori meo porrigas, et aceti amaritudinẽ gustui meo adhibeas. Libet ut per scripturas tuas rationi meæ conferas gustare & uidere quoniam florens hic mundus tanquam spongia inanis est, & omnis concupiscentia eius aceto amarior. Ita pater in me fiat calix iste Babylonis amarus in omnẽ terram, non inani flore seducat, non falsa dulcedine inebriet, quemadmodum cos qui

eos qui tenebras lucem, lucem tenebras, amarum dulce & dulce amarum arbitrantur. Vinum myrrhatum cum felle mixtum suspectum mihi est, pro eo q̄ tu ex eo bibere noluisti, quia nimiā acerbitatem inuidiæ & nequitiæ crucifixorū tuorū indicabat. Tuæ uiuificæ morti tuum seruum dñe cōfigura, facies quidē in me ut moriar secūdū carnē, uiuā autē secūdum spiritum iustitiæ. Vt autē integram crucifixi imaginem me portare glorier, illud quoq; q̄d post mortem tuam insatiabilis malitia impiorum in te exercuit, hāc in me similitudinem exprime. Vulneret cor meum uiu⁹ & efficax sermo tuus penetrabilior omni lancea acutissima, pertingens usq; ad diuisionem animæ meæ, & producens ex ea tanquā de dextro latere meo uice sanguinis & aquæ amorem tuum domine & fratrum tuorū. Postremò & munda sindone primæ stolæ spiritū meū inuolue, in qua requiescam egrediens & ingrediens in locū tabernaculi admirabilis, & abscondas me donec pertrāseat furor tuus. Die autē tertio post diē laboris, post diem supplicij, mane prima sabbati perpetuæ inter filios tuos me indignū resuscita, ut in carne mea uideā claritatē tuā, & adimplear lætitia uultus tui. O saluator me⁹ & deus meus, ueniat ueniat oro tempus ut q̄d nunc credo, oculis tādem reuelatis aspiciā: q̄d spero nunc & alonge, salute apprehendam. Q̄d pro uirib⁹ meis desidero, ulnis animæ meæ amplectar & deosculer, & in maris tui abyssum totus absorbear. O saluator meus, & deus meus. Sed benedic anima mea deum saluatorem mem, & magnifica nomen eius. Sanctū est enim, & sanctissimis delicijs plenum. O quàm bon⁹ quàm suauis es domine Iesu animæ quærenti te. Iesu redemptor perditorū, saluator redemptorū, spes exulum, fortitudo laborātium, anxiati spūs latitudo, animæ lacrymosæ & post te currētis in sudore dulce solatiū & suaue refrigerium, corona triū phātiū, unica merces & lætitia oīm supernorū ciuiū, uberrim⁹ fons oīm gr̄arū, inclyta ples summi dei, & de⁹ summ⁹, būdicāt te oīa q̄ in cælo sunt sursum, & q̄ in terra deorsū. Magnus tu, & magnū nomē tuū. O immarcescibilis decor dei excelsi, & purissima claritas lucis æternæ, uita omnē uitā uiuificās, lumē illūinās, lux oē lumē illūinās & cōseruās in æterno splēdore. Mille millena lūina fulgurātia añ thronū diuinitatis tuæ à primo diluculo. O æternū substātiale & inaccessibile clarū & dulce profluuiū fontis absconditi ab oculis omniū mortaliū, cuius unda sine ortu, cuius pfundū sine profundo, cuius altum sine termino, cuius amplitudo incircūscrutabilis, cui⁹ puritas impturbabilis. Eructauit te cor dei altissimi de suo impenetrabili abysso, uita uitam, lux lucem, æternus æternū, immensus immensum, & per omnia sibi coæqualem, & de plenitudine tua nos oēs accepimus. Tu enim largissime fons omnis boni, septēplicis gratiæ preciosum flumen de thesauris tuis emissis, cui⁹ suaui dulcore huius nostri maris, id est nostræ infirmitatis salsuginem mitigare dignaris. Flumen olei lætitiæ, flumen uini meracissimi, torrēs igneī uigoris. Spirit⁹ paracletus à te & à patre, par utriq; in orbem terræ perfunditur oīa replens, omnia continēs, spūs à te, spūs à patre, unus ex ambobus, uniens ambos, utpote amborum indiuidua connexio, unificū gluten, cōplexus indissolubilis, & pax omnē sensum exuperās. Hic est torrens uoluptatis tuæ domine, qua delicatā illā & gloriosam ciuitatē Hierusalem quæ sursum est iugiter potas, & lætabūda ebrietate facis æstuare, ut tibi iubilent hymnū incessabilem lucida illa & flammea organa in uoce exultationis, & sono epulantis, cuiusq; de siderabilibus guttis resocillari sitibundæ fauces exulis populi tui iugiter à te expectant domine. Sinito pater ut catelli bibāt de stillis que cadunt de mensa dñorū suorū. Rorate cæli désup, & nubes pluāt iustū, illū dñe quē æstuare fecisti āclytas primitias pplī tui, insigne solēnitatis nostræ illo q̄sumus igneo stillicidio purga, innoua, illumina, inflāma, exhilara, & confirma, & uni cor credentiū tibi, ut unū sint, unū sapiāt, unū unanimiter requirāt & apprehendāt & uideāt & benedicāt te deū deorū in Sió. Sit indiuiduæ trinitati gl̄ia, gr̄arū actio, honor & ipiū i scla scl̄orū, Amē.

INCIPIT TRACTATVS BEATI
Bernardi abbatis de lamentatione uirginis Mariæ.

QVIS DABIT CAPITI meo aquā, & oculis meis fontē lachrymarū ut possim flere per diē & noctem, donec seruo suo dñs Iesus appareat uisu uel somno cōsolans animā meam? O uos filiæ Hierusalem spōsæ dilectæ dei unà mecum lachrymas fundite, donec nobis uester spōsus in sua speciositate benignus appareat uel occurrat. Recolite, recolite, & sedula mente pensate quàm sit amarum ab ipso separari cui uos promisistis ac nupsistis, cui uos in omni sanctitate uouistis. Vouistis uota, reddite ea, uos ipas Xp̄o uouistis: uosipsas Christo reddite. Curríte filiæ, currite uirgines sacræ, currite matres Christo castitatē uouētes, oēs ad uirginē currite quæ peperit Christū. Ipa enī portauit regē gloriæ, illū omnipotēti datura. Ipsa genuit eū, lactauit eū, die octaua circūcidit, & quadragesima præsentauit in tēplo, duos turtures uel duos pullos colūbarū p eo offerēs in holocaustū. Fugies ab Herode ipsum portauit i Aegyptū, lactās eū & nutriēs, curam illi⁹ habēs, sequēs eum ferè quocūq; pergebat. Credo etiam firmiter q̄ ipa mater Iesu erat inter illas fœminas quæ ipsum sequebantur ministrantes ei. Nullus debet inde admirari si sequebat eū, cū ipse esset totus eius dulcor, solatium, desiderium, & solamen. Hanc etiā arbitror fuisse inter illas dolentes atq; gementes quæ lamentabātur flentes dñm. Poterat etiā & hæc esse inter illas fœminas filias Hierusalem ad quas Iesus tunc nō clarus imperio sed plenus opprobrio, spinis coronatus, sputis illitus, flagellis affl̄ictus, sibi in angariam mortis crucem baiulans, cōuersus dixit: Filiæ Hierusalem nolite flere super me, sed super uos ipsas flete, & super filios uestros. Putásne domina mundi, domina mea, mater dilecta eiusdem Christi, est ne uerū q̄d dico: En obsecro ut dicas seruulo tuo decus paradisi, gaudium cæli, ueritatem huius rei. Obliuiscere tamen causam doloris rogo, quem tunc passam te fuisse non dubito. Vtinam dolor ille sic quotidie inhæreret uiscerib⁹ meis, sicut inhæsit tunc tuis. Vtinam die qua assumpta fuisti in cælū ut in æternum gauderes cum filio tuo, mihi indicasses lachrymas tuas ut per illas cognoscerem quantū tibi amari tudinis fuit cū Iesum dilectū tibi, heu heu & parū dilectū mihi, clauis in ligno confixū, capite inclinato suū sanctissimū exhalare uideres spīm. Sed peto dña mea, ne te moueāt uerba mea quæ dico, cum tamen saxa deberent scindi ad illa. Quis unquā regnans in cælo sursum, aut peregrinans in terra deorsum, audiens uel mente pertractās quomodo factus est opprobiū hoim ipse dñs angelorum, poterit lachrymas continere etiam in cælo ubi est impossibile flere? Quare ego miser non ploro, cum abiectio plebis factus est filius dei patris? Verūtamen tu domina gaude gaudio magno ualde, ab ipso nunc glorificata in cælis, quæ in mente tantis clauis amarissimis fuisti cōfixa suæ pissimæ mortis. Mihi tamen obsecro lachrymas illas infunde quas ipa habuisti in sua passione: & ut his affluar largius, de passione filij tui dei mei & dñi mei uerba adinuicem conferamus. Teneris promissione, redde, quia hoc nobis superius promisisti. Memini te mihi in primo exordio nostri sermonis fuisse locutā de doloris⁹ quos ipsa portasti pro morte unigeniti tui. Quod ut audiui, non modicū perturbat⁹ cœpi quærere dolēs qui essent illi tui sermones. Cui ipsa dixisti. Qui sunt isti mei sermones, interim recogita in amaritudine animæ tuæ, donec de his adinuicem conferamus. En narra mihi te flagito seriem ueritatis, quæ mater es & uirgo, & templum totius trinitatis. Ad quem illa. Illud quod quæris, compunctiuum est magni doloris. Sed quia glorificata sum, ultra iam flere non possum, tu cum lachrymis scribe ea quæ cum magnis doloribus ergo persensi. Cui inquā. Flere peropto, ga & nihil aliud mihi libet, sed ego miser cor lapideum habens flere non possum. Regina cæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

li, mater crucifixi, da quod iubes, & præbe qđ cupio. Io-
quere, quia audiuit seruꝰ tuus. Dic dña mea, dic mater an
gelorū, mater misericordiæ, si in Hierusalem eras qñ filius
tuus captus fuit & uinctus, & in Annæ atrium tractus &
ductꝰ. Cui illa respōdit. Fui ítaq; in Hierusalē quādo hæc
audiui, & gressu qualicūq; potui, & uix potui, ad dominū
meū ueni plorans. Cūcq; ipm fuissem intuita pugnis percu
ti, alapis cecidi, in faciem, conspui, spinis coronari, & oppro
bria hominum fieri, commota sunt omnia uiscera mea, &
deficit spiritus meus, & nō erat mihi ferè sensus, neq; uox,
neq; sonus. Erant etiam mecum sorores meæ, & aliæ mulie
res multæ, plangentes eum quasi unigenitum. Inter quas
erat Maria magdalenæ, quæ sup' omnes excepta me quæ
tecū loquor dolebat & plorabat. Cumq; Xps deus preco
ne clamante Pilato imperante sibi, baiulans crucē ad sup-
plicium traheretur, factus est concursus populorum post
eum euntium, alij super eum plangentes, alij illudentes, &
proficientes lutū fimum & immundítias super caput eius.
Sequabar ego eū prout poterā eius mœstissima mater cū
mulieribus quæ eū secutæ fuerant à Galilæa ministrantes
ei, à quibꝰ uelut emortua tenebar & sustentabar, quousq;
peruētū est ad locū passionis ubi crucifixerunt eum ante
me. Et ipse me uidēs, fuit in cruce leuatus, & ligno duríssi-
mis clauis affixus. Stabā & ego uidens eum, & ipse uidēs
me, plus dolebat de me quàm de se. Ipse uerò tanquā agnꝰ
coram tondente se uocem nō dabat: nec aperiebat os suū.
Aspiciebam ego infelix & misera deum meum & filiū meū
in cruce pendentem, & morte turpissima morientem. Tan-
toq; dolore & tristitia uexabar in mente, qꝫ non possit ex-
plicari sermone. Nec mirum. Erat enim aspectu dulcis, col-
loquio suauis, & omni conuersatione benignissimus. Ma-
nabat nanq; sanguis eius ex quatuor partibꝰ rigantibus
undis, ligno manibus pedibusq; confixis. De uultu illius
pulchritudo efluxerat omnis, et qui erat præ filijs hoim
speciosus forma, uidebat' oim indecorus. Videbā qꝫ cōple-
batur illud propheticū in eo. Vidimus eū, & nō erat ei spe
cies neq; decor. Vultū enim illius iniquorū Iudæorū fœ-
dauerat liuor. Iste erat dolor meus maximus, quia uidebā
me deseri ab eo quem genueram, nec supererat alius, quia
mihi erat unicus. Vox mea ferè perierat omnis, sed dabam
gemitus suspiriaq; doloris. Volebam loqui, sed dolor uer-
ba rumpebat: quia uerbum iam mente conceptum, dū ad
formationem procederet oris, ad se imperfectum reuoca-
bat dolor intimus cordis. Vox triste sonabat foris, uulnus
denuncians mentis. Verba donabat amor, sed rauce sona-
bant, quia lingua magistra uocis usum perdiderat loquen
di. Videbā morientem quem diligebat anima mea, & tota
liquefiebam præ doloris angustia. Aspiciebat & ipse beni
gnissimo uultu me matrem plorātem, & uerbis paucis uo-
luit me cōsolari, sed ego nullo modo cōsolari potui. Flebā
dicēdo, & dicebā flendo. Fili mi: fili mi. Væ mihi, uæ mihi.
Quis dabit mihi ut ego moriar pro te fili mi: O misera qđ
faciam: Moritur filius meus. Cur secum non moritur hæc
mœstissima mater eius: Mi fili. Fili mi. Amor unice, fili dul
cissime, noli me derelinquere post te, trahe me ad teipsum,
ut & ego moriar tecum. Male solus moreris, Moriat' tecū
ista tua genitrix. O mors misera noli mihi parcere, tu mihi
sola præ cūctis places, exaggera uires, trucida matrē, ma-
trē cū filio perime simul. Fili dulcor unice, singulare gau-
diū, uita animæ meæ, & omne solatiū, fac ut egoipsa nūc te
cū moriar quæ te ad mortem genui, sine matre noli mori.
O fili recognosce miseram, & exaudi precem meam. Decet
enim filium exaudire matrem desolatam. Exaudi me obse-
cro, in tuo suscipe patibulo, ut q una carne uiuunt, & uno
amore se diligunt, una morte pereant. O Iudæi impij, ō Iu
dæi miseri, nolite mihi parcere. Ex quo natū meum crucí-
fixistis, & me crucifigite, aut alia quacunq; morte sæua me
perimite, dummodo cum meo filio simul moriar. Male so-
lus moritur. Orbas orbem radice, me iudæa filio, gaudio &
dulcore. Vita mea moritur & salus perimitur, atq; de terra
tollitur tota spes mea. Cur ergo uiuit mater post filium in
dolore? Tollite suspendite matrem cum pignore. Nō par-
citis proli, non parcatis et mihi. Tu mihi soli mors esto sæ-
ua, nunc summe gauderem si mori cum filio simul possem.
Dulce est mihi miseræ mori, sed mors optata recedit. Væ
mihi & tibi fili, mors ipsa pcipitata uenit. Morte mori me
lius est mihi quàm uitam ducere mortis. Sed fugit à me mi
sera, & infelicem me relinquit, cui ipsa mors multum opta-
ta nunc esset. O fili charissime, ô benignissime nate, misere-
re matri tuæ, & suscipe preces eius. Desine nunc mihi esse
durus qui cūctis semper fuisti benignus. Suscipe matrem
tuam in crucem tuam tecum post mortem semp. Nihil
mihi dulcius est quàm te amplexato in cruce tecum mori:
& nil certè amarius quàm uiuere post tuam mortem. O ue
re dei nate, tu mihi pater, tu mihi mater, tu mihi filius, tu
mihi sponsus, tu mihi anima eras. Nunc orbor patre, ui-
duor sponso, desolor filio, omnia perdo. O fili mi ultra qđ
faciam: Væ mihi, uæ mihi. Quo uadam charissime ubi me
uertam dulcissime: quis mihi decætero consilium & subsi-
dium præstabit: Fili dulcissime omnia tibi possibilia sunt,
sed etsi non uis ut moriar tecum, mihi saltem relinque ali-
quod benignum consilium. Tunc iam dominus anxius
in cruce annuens oculis & uultu de Ioanne ait: Mulier ec
ce filius tuus. Erat enim Ioannes præsens, nultu tristis, &
corde mœstissimus, lachrymis semper plorans. Ac si dice-
ret. O mater dulcissima, mollis ad flendum, mollis ad dole-
dum, tu scis quia ad hoc ueni, & ad hoc de te carnē assum-
psi, ut per crucis patibulum saluarem genus humanum.
Quō ergo implebunt scripturæ: Sic eñ oportet me pati p
salute generis humani. Die nanq; tertia resurgam, tibi &
discipulis meis patenter apparens: desine flere, & dolorem
depone, quia ad patrem uado, & ad gloriam paternæ ma-
iestatis percipiendam ascendo. Congratulare mihi qa nūc
inueni ouem errantem quam tam longo tempore perdide
deram. Moritur unus, ut totus inde reuiuiscat mundus.
Vnius ob meritū cuncti periere minores, & nūc saluantur
unius ob meritum. Quod placet deo patri, quomodo dis-
plicet tibi: Mater dulcissima, calicē quē dedit mihi pater,
non uis ut bibam illum: Noli flere mulier, noli flere mater
speciosissima, non te desero, non te relinquo. Tecum sum,
& tecum ero omni tempore seculi. Secundū carnem subia
ceo impio mortis, fm diuinitatē sum & ero semp immorta
lis & impassibilis. Bene scis unde, pcessi, & unde ueni. Qua
re ergo tristatis si illuc ascendo unde descēdi: Tempus est
ut reuertar ad eum qui me misit. Et quo ego uado, tu non
potes uenire modo, uenies autem postea. Interim Ioānes
qui est n epos tuus, reputabitur tibi filius, curam habebit
tui, & erit solatium fidelissimum tibi. Inde dominus intui
tus Ioannem ait: Ecce mater tua. Ei seruies, curam illiꝰ ha-
bebis, eam tibi commendo, suscipe matrem tuam, imo ma-
gis suscipe matrem meā. Dum hæc pauca diceret, illi duo
dilecti lachrymas fundere non cessabant. Tacebant ambo
illi martyres, & præ nimio dolore loqui non poterant. Isti
duo uirgines audiebant Christum noce rauca & semiuiua
loquentem, ipsum uidebant paulatim morientē, nec ei po-
terant respondere uerbum, quia illum uidebant quasi iam
mortuum. Erant enim illi duo quasi iam mortui, unde spi-
ritus illorum uoces exhalare nequibant. Defecerāt spūs il
lorum, & uirtutē loquendi amiserant. Audiebant & tace-
bant: quia præ angustia loqui non poterant. Solus illis do
lor luctusq; remansit amicus. Amabant flere, & flebant a-
mare. Amare flebant, quia amare dolebāt. Nā gladiꝰ mor-
tis Christi aias utrorūq; transibat. Transibat sæuus, sæuus
perimebat utrūq;. Quo magis amabat, sæuior fiebat in ma
tre. Vulnera Christi morientis erant uulnera matris dolē-
tis. Dolores sæui fuerunt tortores in anima matris. Mater
erat laniata morte chari pignoris. Mente mater erat per-
cussa cuspide teli, quo membra Xpi serui foderūt iniqui.
Ipsa eñ erat quam dolor tenebat. In mēte eius creuerant
immēsi dolores, nec poterant extra refundi. Intus atrociꝰ
sæuiētes dolores nati, matris animam gladiabāt. In carne
Xps soluebat debitū mortis qđ grauius erat quàm mori
in anima

Universidad de Deusto

ín suíma matrís. Interím Xp̃s matre comendata Ioannί, dixit: Sitio. Et dederũt illί quί crucifixerunt eum, acetum cũ felle mixtũ. Qđ cũ gustassет, noluit bibere. Dixitq; : Cõ summatũ est. Et exclamauit uoce magna dícens. Helί helί lamazabathanί: Hoc est deus meus, deꝰ meus, ut quíd me dereliquístί? Et hæc dícès, expirauit. Tũc terra tremuit, & sol sua luminarία clausit. Mœrebantq; polί, mœrebant sidera cuncta. Omne suum íubar amísit luna dolendo. Recessitq; omnís ab alto æthere fulgor. Fíndũtur durί lapídes, scinduńt fastígία templί. Petræ duríssimæ scíssæ sunt, & monumenta aperta. Surrexerunt multί apertís tumulís, fatentes uoce magna Chrístum esse deum. Cogitare nunc líbet quãtus dolor tunc ínfuit matrί cũ sic dolebant quæ ín sensibílía erant. Nec língua poterit loquί, nec mens cogitare ualebit quanto dolore afficiebantur pía uíscera Mariæ. Nunc soluís uírgo cum usura quod ín partu non habuístί à natura. Dolorem pariendo fílium non sensístί, quem mílies replícatum fílio moriẽte passa fuístί. Iuxta crucẽ Chrístί stabat emortua mater quæ ípsum ex spíritu sancto concepit. Vox illί non erat, quía dolore attrita facẽs pallebat. Quasί mortua uíuens uíuebat morίens, moríebat uíuens, nec morί poterat quæ uíuens mortua erat. In íllíus anίma dolor sæue sæuiebat. Optabat morί magis quàm uíuere post mortem Chrístί, q̃ male uíuẽs mortua erat. Ibί stabat dolens, sæuo dolore confecta. O uerum eloquíum íustί Symeonís: quem promísit gladíum sentiebat doloris. Expectans corpus Chrístί deponί, plorabat dícẽs: Heu me, heu me. Reddíte uel saltem nunc mœstíssimæ matrί extínctũ fílium. Vel certè sί magis líbet me morte illί coníungite, ut cum doloribus suís pareant & dolores meί. Deponíte íllum quæso deponíte mihί, ut mecum habeã corpus exanίme, sitq; meus unícus mihί in solatíum uel defunctus. Stabat íuxta crucẽ Maria íntuens uultu benígno Xp̃m pendentem ín patíbulo, pedũq; summítatibus ímítens manꝰ leuabat ín altum, amplectens rubrícatam crucẽ, ac ín oscula eíus ruens ea parte qua unda precíosíssimí sanguínís defluebat. Surſum manus uísu quo poterat extendebat unícum suum amplectί desíderans, nec ualebat. Sperat ením amor multa quæ nunquã uel raro fierί possunt. Impatiens síquidem amor credit quòd sibί debeant cedere uníuersa. Volebat amplectί Chrístum ín alto pendẽtem, sed manus frustra protensæ ín se complosæ complexæ redibant. Leuabatur à terra surſum ut dílectum suũ contingeret, Ipsumq; tangere nequíens, duríssimè recollídebatur ad terram. Ibί doloris ímmensítate oppressa prostrata facebat: sed maxíma uís amoris qua íncensa mens eíus ardebat, eam erígere compellebat: & amoris ímpetu surgens, reextensís manibus suum attrectare fílium affectabat: & rursum magno cruciata dolore, terram repetere cogebatur. O quã male tunc illί erat. Grauius illί erat uíta uíuere talί, quã diro gladío sæue necarί ab ímpíís. Tanquã mortís pallor eíus ultum perfuderat, genís & ore tantũ cruore Chrístί rubentί bus candentes guttas sanguínís ore sacro tangebat, terrã deosculans sæpíssime quam cruorís unda rígabat. O graue martyrίum. O frequens suspírίũ. O languens pectꝰ uírgíneum. Anίma eíus tota líquefacta est, facies pallet rosea. sed precíoso fílίj sanguíne rubet respersa. Interím uír quídam nobílis nomíne Ioseph, quí erat dίscípulus eiꝰ, occulte tamen, ad Pílatum accessίt, postulãs sibί donarί corpus domíní Iesu Xp̃ί. Quo sibί concesso, accersiuit quendam uírum sapientem & legísperítum nomíne Nícodemum dίscípulum Xp̃ί occultum símíliter, & uenerunt ad locũ ubί erat dñs crucífixus, secum ínstrumenta ferentes quibꝰ clauos extraherent, & ut eum de cruce deponerent. Quos cũ benígnissima & mœstíssima, mater aspíceret, & scíret eos unícum suum uelle deponere de cruce, quasί de morte consurgens paululũ renixit anίma eíus, & de terra sestína exíliens ubί iacebat dolẽs uíolentia prostrata, quod poterat adiutorium debílíssima íllís mínístrabat. Vnus duros íllos ac díros clauos trahebat è manibus, alíus ne corpus exanίme caderet sustentabat. Stabat & María brachía leuans ín altũ, uulnera cõtẽplans, manꝰ pforatas sacrocq; sanguíne respersas íntuẽs, uíx sustínere se potuít. Iãcq; manus, brachía sctã & caput supra tríste pectus suscepít, ut hoc ultímo & míserãdo solatío posset cõsolarί. Quẽ ut attíngere ualuít, amore materno ruens ín dulcíssímos amplexus & oscula, de suo sic male tractato fílio nõ poterat satiarί. Sed cũ de cruce corpus eiꝰ fuíssет totalíter depositũ, præ doloris uehemẽtía & amoris ímmensítate quasί exanímís facta fuít. Stabat ad caput extínctί filίj mœstíssíma mr̃, & eíus regalẽ facíẽ mortís obfuscatã palloríbus, magna rígabat afluẽtía lachrymarũ. Aspícíebat íllud reuerendíssímũ caput coronæ spíneæ dírís aculeís perforatũ, manꝰ íllas & pedes sacros clauís ferreís crudelíssíme perforatos, latusq; suffosum lãcea, cũ cæteris mẽbrís laceratís, & amaríssíme suspírans ac flens dicebat. O fílί mί dulcíssíme qd feciſtί? Quare crudelíssímί Iudæί te crucífixerunt? Quæ cã mortís tuæ? Cõmíssístί ne scelus ut talί morte dãnareris. Non fílί non fílί, sed sic tuos redímere dígnatus es, ut posterís exẽpla relínquas. In gremío meo nũc te mortuum teneo. Quid ego tua mater fílί mί dilectíssíme faciam? Væ mihί fílί mί dulce do meа, consolatío mea, uíta mea. Vbί est íllud gaudíũ índícíbíle quod ín tua admírabílί natiuítate habuí? Væ míhί fílί mί, ín quantum dolorem & trístítíam uersum est íllud tam magnífícum gaudíum? Succurre mihί fílί mί, & spíritum sanctum mihί ínterím ínfunde, quía íam gaudíj íllíus quod ín obumbratíone & angelíca salutatione concepí, ferè præ dolore ímmemor defício. Interím autem frontem & genas, nasum, oculos, oscq; símul frequentíus osculabatur, tanta perfluens afluentía lachrymarũ, ut carnem cũ spũ resolui putares ín lachrymas. Rígabat fœlícíbus lachrymís corpus exanίme filίj, & monumentum ín quo posuerunt eũ, modo admírabílί madídabat, ubί & eiꝰ lachrymæ adhuc apparere dícunt, índícatiuæ doloris íntímí quí aíam eiꝰ tanquã gladíꝰ acutus pertrãsíuit. Cogitabat mírabílía facta unící suí: & durίssíma opprobría & tormẽta quæ uíderat oculís suís, & auríbus audíerat, reuoluebat ín mente, quís uídelícet, qualís & quantꝰ fuerat quẽ ípsa uírgo concepít íllæso pudore, & peperít sine dolore, quem etíam cum summa dílígentía lactauerat, custodíerat & educauerat, quí erat eí uíta, dulcedo, gaudíum & solatíum, consílíum, refugíũ & auxílíum uítæ suæ. Vídebat ínquã dominum & deum suum unícũ suũ fílíum sic uílíter & crudelíter pertractatum. Vnde dícebat. Díc fílί dílectíssíme. Díc amor unice, uítæ meæ síngulare gaudíum, unícũ solatíũ, quare sic me dolore perímí permíttís? Cur tam longe factus à me? Deus meus cõsolare aíam meam, míserere meί, & respice ín me. Dícat quí potest, cogitet quãtũ põt, meditetur sί potest quæ doloris ímmensítas tunc maternã anímã cruciabat. Non credo plenè enarrarί uel meditarί posse dolorem uírgínís, nísí tantũ fuísse credamus, quantũ unquã dolore potuít de talí fílío talis mater. Verumtamen rectum erat amoris & mœroris continens modum. Nõ desperabat, sed pίe & íuste dolebat, sperans tamen firmíter fortíterq; tenẽs ípsum ſm ꝓmíssum suum tertía díe resurgere. In ípsa ením sola ín tríduo íllo fides ecclesiæ stabat: & dum unusquísq; hæsitabat, hæc quæ fide concepít, fidem quã à deo semel suscepit, nunquã perdídit, specq; certíssíma dñí resurgentís gloríã expectauit. Aderant secum quædã sanctæ & paucæ mulíeres, paruusq; uírorum numerꝰ, quí Xp̃m dñm cum matre flente amaríssíme flebant. Erant símíliter & angelí dolentíbus condolentes. Dolebãt quídẽ pío iustoq; dolore, mortí compatientes deí & dñí suí, sί tamen dolere quomodolíbet poterant. Sed credo qđ gaudentes erant eo ꝙ genus humanum míserum & captíuum míserícorditer redímebatur. Flebant & ípsί (ut arbítror) amaríssíme mente turbatί, uídentes dñam suã matrẽ utiq; deí suí tam uehementί dolore repletã, tot ríuulís affluentíũ lacrymarum perfusam. O quís tunc angelorũ archangelorũq; etíam contra naturã suam non fieret, ubί auctor naturæ deus ímmortalís, homo mortuus iacebat? Vídebant Xp̃ί corpus sic male tractatum ab ímpíís, sic lacera-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum à pessimis iacere exanime, suo sanguine cruentatū. Vi-
debant etiam illam piissimam illam sanctissimam ac beatissi-
mam uirginem matrem eius tantis cruciari singultibus, tā
amaris repleri doloribus, tam abundātibus lachrymis ma-
didari, sic amarissime flere, quòd nullo modo poterat suas
lachrymas refrenare. Et quis poterat tunc à lachrymis se
abstinere? Fiebat proinde moeror & luctus ab angelis ibi-
dem præsentibus, qualis decebat spiritus almos: imo mira-
rer si omnes angeli in illa beatitudine ubi fiere est impossi-
bile, non fleuissent. Credo propter quod & loquor, quia
dolebant si dolere ualebant. Sicut enim fuit possibile deū
per assumptum hominem mori, ita forte possibile angelos
bonos dolere de morte domini dei sui. Ioseph autem ab a-
rimathia uir sanctus & iustus, qui corpus Christi cū Nico
demo deposuerat de cruce (sicut euangelistæ testantur)
mercatus sindonem inuoluit illud, preciosis conditū aro-
matibus: & in monumento nouo quod sibi exciderat sepe
liuit. Tunc angelorum milia milium qui ad Christi sepul-
chrum conuenerant, dulces ei ac deuotas exequias & uic-
toriam decantabant. Illi domino laudes canebāt, sed Ma
ria gemit? & suspiria emittebat. Dum igitur Ioseph & Ni-
codemus dominum ponerent in sepulchro, uolebat simul
cum illo mater moestissima sepeliri. Erat enim innixa super
dilectum suum: quem amplectens suauiterq; deosculans sic
dicebat: Miseremini mei miseremini mei, saltem uos amici
mei. Illum adhuc paululum mihi relinquite, ut facie ipsius
sublato uelamine ualeam contemplari, & præ amore ipsi?
aliquantulum uidendo consolari. Nolite quæso eum tam
cito tradere sepulturæ, sed ipm reddite mihi miseræ matri
suæ, ut illum mecum habeam saltem uel defunctum: aut si il
lum in sepulchro reconditis, ibidem me miseram matrem
cum ipso sepelite, quia male post ipsum superero. Vt quid
post ipsum uiuam: Illi ponebant dominum in sepulchro,
& illa nisi quo poterat illum ad se trahere conabatur. Illa
uolebat eum sibi cum totis uiribus retinere, & ipsi uolebāt
eum tradere sepulturæ. Sicq; pia lis erat & contentio mise
randa inter ipsos. Omnes tamen uirgineo cōpatientes do
lori, pio desiderio coacti sic amarissime flebant, ut null? co-
rum posset ad plenum uerba formare. Videbāt etenim piā
matrem omni quidem solatio destitutā, & super ipsam po-
tius quàm super dominū suum extinctum plangebāt. Ma-
ior illis inerat dolor de dolore matris, quàm de morte
domini sui: flebant igitur omnes miserabili dolore gemen
tes cum Christum Iesum uitæ dominum & mortis trade-
ret sepulturæ. Sepulto itaq; domino mater eius sepulchrū
amplectitur, & uoce qua poterat suum benedicebat filium
iam sepultum, ingemiscēsq; uocabat. O singularis uirgo &
mater, iam dicere poteras. Anima mea liquefacta est ut di-
lectus locutus est in cruce quando dixit: Mulier ecce fili?
tuus. Nunc dicere potes. Quæsiui & non inueni illū. Vo-
caui & non respondit mihi scilicet ad sepulchrū. Ibi sedēs
innixo capite manus extendebat, désuper illud osculans,
amarissimisq; singultibus suum filium deplorabat. Acces-
sit autem nouus filius eius Ioannes, cui de cruce Christus
eam commendauerat diligenter, lugens & ipse inconsola-
biliter, ipsam lugentem ac gementem leuauit. Nam crucia
ta gemitibus, fatigata doloribus, afflicta ploratibus, pedi-
bus se sustinere nequibat: tamen sicut potuit à mulieribus
honestis ac sanctis adiuta cunctis simul plorantibus Hie-
rusalem ingreditur. Multæ autem fœminæ uidentes eam,
commotæ pietate super illius doloribus, amarum conuer
tebantur ad luctum. Quædam uerò post ipsam euntes la-
mentabantur & ipsæ. Dolor etenim eius cunctos intuētes
dolere compellebat, uixq; lachrymas continere ualebant
qui eam plorantem conspicerent. Tam pie plorabat, tam
amare dolebat, quòd sui ploratus pietate multos etiā inui
tos ad lachrymas prouocabat. Fiebat planctus quacunq;
Maria trāsibat. Omnesq; plorabāt qui obuiabāt ei. Sic igi
tur perducit à plorantibus & dolentibus ipsa plorans &
gemens, quousq; peruenerūt ad domū Ioānis. Ibi resedit,
ibi permansit, ibi in sua domo Ioannes retinuit, & sup pro
priam matrem in omni charitate dilexit. Erat enim sibi da
tus in filium, sed ipse se fecerat seruulum eius, in omnibus
& per omnia sibi familiariter seruiendo. Deniq; resurgēte
filio, præ nimia debilitate membrorum deficiens, pia ma-
ter adsepulchrum ire nequibat. Tunc currentibus aliis, &
unicum filium cernentibus dicere potuit uirgo Maria: Fi
liæ Hierusalem nūciate dilecto quia amore langueo. O fe-
lix & beate Ioānes, cui talem thesaurū dns dignat? est cō-
mendare. O Christi dilecte præ omnibus, & prudēs, quem
cōstituit dominus priuatum camerarium aulæ suæ specio
sissimæ. Retribuet tibi dominus uicissitudinē amoris, mer
cedemq; dilectionis quam in eius ac tua matre taliter deso
lata usq; ad finē uitæ suæ exhibere curasti. Benedictus qui-
dem tu es à domino. Benedictus à matre domini, quam di-
lexisti, & cui seruisti puro corde, & mundo corpore. Bene-
dicti sint omnes qui diligunt illam matrē, & super omnia
sit benedictus fructus uentris sui Iesus Christus dominus
noster, qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat deus
in æternum & in secula seculorum, Amen.

Sepulto itaq; domino, à Iudæis signatum est mo
numentum, & traditum est custodibus ut custo
dirent illud. Interim uirgo Maria in domo Io-
annis manebat. Ibiq; iacebat, quia nimio dolo-
re confecta non poterat nisi cum difficultate magna ambu
lare. Ibi enim die noctuq; plorans gemebat, nec erat qui
consolari eam posset ex omnibus charis suis, nec suæ soro
res, nec etiam ipse Ioannes. Ibi amaro corde opprobrio-
sam passionem dilecti filij sui reuoluebat, modo sputa, mo-
do ludibria, modo colaphos, alapas, & flagella, modo cru-
cis angariam, modo dira clauorum uulnera, modo lanceā,
modo coronam spineam, modo aceti & fellis pocula, mor-
tem, uerbera & impropería, modo mortem, mortem autē
crucis. Hæc autem cogitādo plorabat, atq; plorādo & ciu-
lando clamabat. Fili mi Iesu, Iesu fili mi, bone ac benigne,
ac creator omnium deus, qui factus homo, morte turpissi-
ma es peremptus: quem terra, pontus, æthera, capere no-
queunt, modo arcto clausus es sepulchro. Iacet filius me?
extinctus, & sub lapidibus clausa est uita mea. Sumens cū
corpus fragilitatis humanæ, dignatus est ad terram descē-
dere: & sui eum non receperunt, sed malum semper machi-
nati sunt contra eum. In illum sæuiebat Herodes ille tyrā-
nus iniquus cum turba crudelissima Iudæorum, quando
scilicet ad magorum uerba turbatus est, & omnis Hiero-
solyma cum illo, parululumq; & tenellum ad ubera mater-
na pendentem morte crudelissima perdere nitebatur. De-
hinc proficiens ætate & sapientia coram deo & homin?,
factus est uir discurrens per ciuitates & castella, prædicās
& annuncians regnum dei, elementis & dæmonibus impe
rabat, infirmos sanabat, et mortuos suscitabat. Et cum ta-
lia faceret, sustinebat insidias, sustinebat calūnias, sustine-
bat blasphemias, quas principes sacerdotū, scribæ & pha-
risæi, & omnis populus contra eius innocentiam inuche-
bant: sed cum eorum perfida & peruersa nequitia unici fi-
lij mei bonitatem superexcellentem sustinere non posset,
ipsum auferre de terra nefarie cogitantes, ligauerunt, fla-
gellauerunt, deturpauerunt, crucifixerunt, dilaniauerunt,
& morte turpissima occiderūt: sicut præsens dies liquido
manifestat. Ergo uos omnes fideles Christi, recolite de
morte & passione domini nostri Iesu Christi, & per totum
istum uenerabilem diem lachrymas fundere non cessetis,
ut in die resurrectionis domini ad laudem & honorē illius
resurgere ualeatis. Qui cum patre & spiritu sancto uiuit &
regnat deus per infinita secula seculorum, Amen.

¶ Finis lamentationum beatæ uirginis Mariæ.

BEATI BERNARDI HOMILIA

de duobus discipulis euntibus in Emaus secundum Lucam.

IN illo tempore. Duo ex discípulis Iesu ibant in castellum qđ erat in spatío stadiorũ sexagínta ab Hierusalẽ, nomine Emaus. Et ipsi loquebantur adinuícem de hís oĩb9 quæ acciderãt. Et relíqua. Homília lectionís eíusdem beatí Bernardí abbatís. Conuertere anima mea ín requiem tuam: quía Christus resurrexit à mortuís prímitiæ dormientíum. Recordatione tantæ dulcedínis, tuorum mítiga dolores fletuũ, ut offéras resurgenti cum assato písce mellis fauum, & paschalis agni suauitas temperet amaritudínem agrestium luctucarum. Elíge an uídere Iesum desideres cum Maria Magdalenæ sub specie ortolaní, an cum duobus discípulís in habítu peregrini. Nam utraq; uísio & collocutío, fidelís conscientiæ sunt iubílus & dulcedo. De duobus condiscípulís uídetur dulcius sapere. Hæc enim lectio mel ín ore, & iubílus est ín corde, ex talis mentís deuotæ. Dulcor eíus omnem excedit eloquẽtiam, & totam absorbet conscientiam, & transformat ín supernæ iubilationís imagínem, & deliciarum cælestium nouitatem. Considerata huius lectionís mira suauitas totas ínebríat medullas animæ. Ex singulís etenim clausulís sentítur quídam ígnis erumpere, qui si in sinu abscondítur clausus, in ossibus totos depascit angulos amãtis cõscientiæ. Si scintílet exterius, uídetur solis iubare splendídius radíare. Ibant duo. Quæ fuerit causa huius ítineris, non declarat textus históriæ, sed hoc fuísse díuinæ prouidentiæ arbítror, ut qui pro morte domíni tantum erant desolatí, ín uía qua ambulabant consolationem recíperent de ipsíus dulcíssima uísione. Et forte propter hoc duo pariter ambulabant, ut dolores suos confabulatione mutua mítigarent, & corda desperantía ad spei refrígerium reuocarent. Vnde dicũtur ín Emaus proficíscí, quòd ínterpretatur desíderium consilij. Desiderabant enim amaritudínẽ títubationís suæ salutarí consílio releuare. Sed ut de fauo mel exprímamus, & ín auro rutílante flammíuomas gẽmas ínseramus, si quíd ín tam dulcí hístoría dulcius lateat, ínquírere studeam9. Vt arbítror, ísti duo díci possunt oratío & meditatío, quæ coníunctione necessaría sibi adínuícem copulantur. Et per orationem illumínatur meditatío, & ín meditatione exardescít oratío. Quoties ígitur ín cõtemplatione domínicæ passionís suspendímur, ex recordatione tantæ admírationís ín oratione compungímur. Meditatio ruminat líuores uulnerum, fixuras clauorum, lanceam & acetum, persecutorum sæuítiam, apostolorum fugam, & mortem turpíssimam, corporis sepulturam. Oratío fundit suspíria, píæ deuotionís stíllat aromata, tota resoluítur ín lamenta. Et factum est dum fabularentur & secũ quærerent, ipse Iesus appropínquans íbat cum illís. Oculí autem íllorum tenebantur ne illum agnoscerent. Talib9 confabulantíbus appropínquat Iesus. Quíd est Iesus nísi uíta & salus: Etenim ín talíbus sermocinatiomib9 est uíta & salus animæ: & eis dícitur Iesus appropínquasse: quía iuxta est dóminus íjs qui tribulato sunt corde. Oculí autẽ eorum tenebãtur ne possent cum agnoscere: quía etsi sunt iusti & sapientes, atq; opera eorum ín manu dei, nescít tamen homo utrũ sit dignus odío uel amore. Si díxero (inquít Iob) consolabitur me lectulus meus, & releuabor loquens mecum ín stratu meo, terrebít me per somnía, & per uisionem horrore concutiet. In lectulo notatur quíeta meditatío, & per stratum ín quo releuatus colloquítur, uírtus orationís exprímitur: quía ín hís duobus tribulatís corde, uerae consolationís requies ínuenítur. Sed cũ sub pennís earum deargentatís refrígerium ínterne quærímus, & occurrunt imaginatiomibus nostrís quã dístrictiæ ín extremo iudício sunt sententiæ iudicantís: ibí tristítiã ínuenímus, ubí solatium quærebamus. In hoc autem qđ appropínquãs dícitur cum illís íre Iesus, aliud potest designarí iucundíus. In appropínquatione enim ílla signatur ille fibílus auræ tenuis quã Eliphaz gloríatur se audísse dormientíbus cæteris, per quã etiam Heliæ consistenti ín ostío sepelũcæ legímus dóminum aduenísse: quía nõ in commotione, nõ in ígne, non ín spíritu, sed in fibílo auræ tenuis uísus est pertrãsísse. Hic est ille radi9 suauissim9 cõtẽplatiõis, quo aia per cíncínnũ capítis eleuat, cũ meditatione exardescente, & oratione scintíllante. Nascít ín corde iubílus quídã, scílicet mellífluus cordis rísus, quẽ nemo scít nísi qui sentit, nec etiã ipse q sentit: qa cito pertransit. Felix hora, sed breuis mora, qa factũ est silentium in cælo quasi media hora. Norũt expti quæ díco, q hæc experientía suauitatis íntimæ didícerunt: quía cũ ín feruore orationís admíscetur ardor meditationís, erumpit ílle cõtemplationís radíus de medio earum, quasi species electri, hoc est de medío ígnis. Et scíntíllæ quasi æris candentis, suspíria scílicet conscientiæ iubílantis. Oculí autẽ íllorũ tenebãtur ne illũ agnoscerent. Infirmitatis autem suæ conscía humana conscientia, præ ineffabíli tantæ suauitatis gloría contremíscit. Vnde Helías uultum operuit, & Eliphaz totus ínhorruit: nec Moyses ausus est aspícere cõtra dominũ. Et si uenerít ad me, ait Iob, non uídebo eum. Oculí íllorum tenebãtur. O si dominũ cognoscerent, quãtũ gauderent: Quãtũ ipsi gauderemus si eum in propria specie propríus uíderem9? Quís nõ accederet ímo curreret & teneret pedes eí9? Sed adhuc loquítur Ioseph per ínterpretem fratrib9 suis. Adhuc dissímulat suam nobís exhíbere dulcíssimam uísionẽ. Quíd enim: Mortales sumus, ín exílio degímus, nec illam perfectæ uísionís lætabundam beatitudínem præ multitudíne gloríæ capere ualemus. Quís enim posset ínter ílla superefluentís iubilationís gaudía spírare quæ dabuntur ín patría, cũ illa etiam stílla dulcedínis quam nobis ín uía exhíbet ín patría peregrina, totam mentem ínebríet, & totam cordis latitudínem nouís delícijs coangustet: Ideò tenebant oculi eorum: quía dñs erat ín habítu peregrini. Et cũ eũ quotídie perspícimus in altarí sub specie panís & uíní, nobíscum habitabat ín habítu peregrini. Nónne p, oculos ínteliígere possumus amorẽ & desíderium: Díligimus enim deum & pximũ, desideramus regem & regnum. Sed qa (ut ait beatus Gregorius) incognitũ est nobís dum ín hoc corpore sumus, quantũ díligamus deum & proximũ, & qñ ex hoc exílio transmígrantes adípíscamur regnum, & uídeamus deum, cæcitatem patímur oculorum. Vnde ín Ezechíele dícitur quía porta & thalamus habet tectum. Nec prætermíttendum est q9 confabulãdo gradiuntur ín castellum Ema9, quòd erat in spatío stadíorum sexagínta ab Hierusalem. Dulce colloquíũ & felix cõfabulatío, cum meditationẽ tractat oratío. Habent enim mel & lac ín língua. Labía eorũ sicut uítta coccínea, dũ hæc ínuitat ad cõtemptum mundí, & illa ínuitat ad amorẽ dei. Vnde dícitur ín Emaus proficíscí, qđ ínterpretatur desíderium consilij. Nũquíd ambulabunt duo pariter nísi ís cõuenerít: O beata conuentio quã adínuícem susurrãt oratío & meditatío. Profectò íre desíderant ín Emaus castellum, qđ ab Hierusalem est ín spatío stadíorũ sexagínta. Sexagenarius ńumerus ex denarío constat & senarío, q̃ sexíes decẽ, uel decíes sex faciunt sexaginta. Stadíum locus est ín quo currít. Denarius significat decalogum, ín quo decem mandatorum series continet. In senarío uerò figuratur seculí abrenunciatío, & morũ cõuersio, abiectío ppriæ uoluntatis, & abiectio sine fuco simulationís: custodía cordis, & circunspectio sermonís. In his stadíjs currendũ est, ut cum dñs dílatauerít cor nostrũ, curramus ín uíam mandatorum suorũ, & post deuoluamus per uía. Et ín hís uíjs appropínquans dñs ueníet nobís, sicut scríptum est de sapientía qa præoccupat qui se concupíscunt, ín uíjs ostendit se íllís hílariter, & in omní prouidentía ostendit se illís. Et ait ad íllos: Quí sunt hí sermones quos confertís adínuícem ambulantes, & estis tristes: Interrogatío ísta amoris subminístrat incẽdía, & quasi oleum proícitur ín flãma. Dum enim peregrinus ínterrogat quíd tristes adínuícem colloquuntur, & íl

Luc. 7.

le quem tam dilexerant & adhuc diligunt, ad memoriam reducitur, dulcis dolor augmẽtatur, & amor semimortuꝰ in caminum prorumpẽs de igniculo, in cordibus eorũ uehemẽtibus debacchaꝛ. Qui sunt hi sermones quos &c. Putas in allocutione peregrini aliquam non persentirẽt dulcedinem amoris diuini? Imo totus in medullis eorum reuixit & refloruit amor Christi. Qui sunt hi sermones quos &c. Deus deus, quantas iubilationes istæ tristitiæ genuerunt, & quã suaues suauitates ruminatæ, & quã dulcia suspiria percurrunt in corde? Bone Iesu quã iucundo consolaris susurrio, quos de tua uides absentia contristatos Qꝫ libenter astas orantibus, & assistis suspirantibꝰ, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos? Qꝫ iucũdus latitas post parietem nostrum, ut audias uoces orantium, & dulcescant tibi dolores diligentium, de pœnis rideas innocentium. Et respondens unus cui nomen Cleophas, dixit ei. Tu solus peregrinus es in Hierusalem, & nõ cognouisti quæ facta sunt in illa his diebus? Cleophas qui interpretatur increpans ore, formam orationis uidetur exprimere, quæ ponit coram deo iudicium, & replet increpationibus os suum, nunc accusans cordis duritiam, nũc inconstantiam, nunc corporis frigore constrictum, nunc inepta lætitia dissolutum. Tu solus peregrinus es? Corda solet amantium familiarius mœror compunctionis afficere cum tot uident inde specialiter fastidire studia, & à desiderio cælestis patriæ tepescentis speciem pietatis in solo exteriori habitu retinere. Respondet ergo Cleophas quoties talium perditioni ex intimis codolentes tales, tales in orationes profundunt querimonias. Domine, tu solus fuisti tempore passionis, abnegante Petro, fugiente discipulo quem amabas, oblito tui amoris priuilegio, fugientibus etiam cæteris. Sed heu heu tempore compassionis quæ nunc est, religiosos uidemus non solum non participare per compassionẽ passionibus tuis, nec fugere nec negare turbatione alicuius tentationis subitæ, sed iniquitas eorum procedit quasi ex adipe, transierunt in affectum cordis. Apponendo enim iniquitatem non uerẽtur super dolorem uulnerum tuorum addere, qui cum sanctis mulieribus debuerant piæ deuotionis aromatibus delinire. Tu solus peregrinus es in Hierusalem. Dereliquerunt te omnes amici tui, longe facti sunt à te noti tui, posuerunt te abominationem sibi. Omnes quæ sua sunt quærunt, se ipsos diligunt, de exilo fecerunt patriam, operibus diffidentur se peregrinos super terram & hospites. Tu solus peregrinus es in Hierusalem. Nos etiam excellentiori professionis priuilegio æstimamus expressius fieri cõformes humilitatis tuæ peregrinationis, collocati sumus in obscuris sicut mortui seculi. Sed & prudentiores sumus in possessionibus ampliandis, & gloriosiores in ædificijs erigendis, callidiores in pecunijs congregandis. Inueniri possunt etiam pauci qui fideliter incedant semitas ueritatis. Tu solus peregrinus es. Iam non miratur uehemoth si absorptus est fluuius: quia pars maxima iordanis influit in os eius, & deiecit de fortitudine, de stellis, stravit sibi aurum quasi lutum, & sub ipso sunt radij solis. Tu solus peregrinus es in Hierusalem, in ecclesia scilicet militante deo, quæ uidelicet non possidet adhuc pacem: & non cognouisti quæ facta sunt in illa diebus istis? His diebus sanguinem tuum fudisti pro salute generis humani, & tot dolores & opprobria ad ultimum crucis supplicium pertulisti. Et cum tanta pro mundo passus sis his diebus, & te omnia trahere ad te ipsum promiseris si à terra esses exaltatus, ecce exaltatus es super cælos. Imo cur non eruis eos qui ducuntur ad mortem, cur ex Basan non conuertis, cur omnes non trahis, cur tam paucos de multis eligis, quasi tuæ immemor passionis? Non cognouisti quæ facta sunt in Hierusalem diebus istis? In Hierusalem diebus istis tu ille excelsus admirabilis occisus fuisti, cui Moyses & Helias in transfigurationis tuæ uisione pulcherrima sunt locuti. Verè domine nimis excessisti: quia cum sis splendor paternæ gloriæ, & figura substantiæ eius, & cum sis dominus maiestatis, & trementibus elementis, cæli luminaribus obscuratis, & stupentibus angelis, pati dignatus es tormentum abiectissimæ passionis. Verè fuit excessus cum dedisti uellentibus genas tuas, cum faciem tuam non auertisti ab increpantibus & conspuentibus, quando cum iniquis es deputatus. Tu solus peregrinus es in Hierusalem. Cur non trahis nos post te, ut curramus in odorem unguentorum tuorum? Cur das alienis honorem tuum, cum pro nobis consumpseris carnem & corpus tuum? Cur solium gloriæ tuæ in quo iudicasti principem huius mundi, non recordaris? Cur spiritum gratiæ & precum super nos non effundis? ut nõ solum lingua, sed & opere & ueritate confitentes non aduenas & peregrinos super terram, abstineamus à carnalibus desiderijs, & trahamur ad te in funiculis Adæ, in uinculis charitatis. Dum hæc Cleophas loquitur in tribulatione spiritus, & amaritudine mentis, uerba ista quanto putas repleant conscientiam scisitantis? Quibꝰ ille dixit. Quæ? Non est interrogatio nescientis, sed adiocantis, & quædã reciprocatio doloris. Et dixerunt. De Iesu Nazareno qui fuit uir propheta, potens in opere & sermone coram deo & omni populo, & quomodo tradiderunt eum summi sacerdotes & principes nostri in damnationem mortis: & crucifixerunt eum. Primo solus Cleophas respondisse legitur. Nunc respondet tam ipse quàm ille cuius nomen in historia nõ habetur. Vnde quia est sine nomine, uidet formam meditationis exprimere, quam quandoqꝫ cogitationem quandoqꝫ contemplationem solemus quasi proprio nomine nuncupare. Secũdum uerò beatum Gregorium, istum fuisse Lucam aliqui æstimauerunt. Lucas qui medicus fuisse ab apostolo dicitur, qui consurgens uel eleuans interpretatur, interpretatione sui nominis imaginẽ repræsentat meditationis, quæ medicamentum est contribulati spiritus, & conscientiæ ægrotantis. Quæ sicut stellio manibus nititur, ut moretur in ædibꝰ regis, & cõsurgens ab infimis eligendo suspendium, deserit transitoria, & se eleuat ad superna. Adiũgitur itaqꝫ meditatio orationi, ut ex amborum responsione dulcioris balsamus melodiæ, diffusiores spiret delicias in auribus perigrini. De Iesu, inquiunt, Nazareno. Oleum effusum est nomen eius. Oleum inquã effusum, unguentum aromatum, iubilus cordium Iesus Nazarenus rex Iudæorum. Sed frangatur alabastrum, perflet auster ortum aromatum, myrrha det odorem suũ, diffluãt riuuli balsamorum, crucifixus sit in memoria, crucifixi replicetur iniuria, crucifixi ruminentur opprobria, & charitas indefessa. Omnia interiora nostra loquantur de Iesu Nazareno, qui lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, ut simus potentes opere & sermone. Nonnulli potentes sunt in opere, sed nõ in sermone. Alij in sermone sed non in opere. Quidam potentes sunt in utroque. Qui strenuus est in exercitatione corporali, bona quæ præuelet non negligit operari. Patiens in tribulatiõe, & gaudes ad laborem obedientiæ, potest dici potens in opere. Sed si minus hunc delectat assiduitas orationis, si non est solicitudine pia deuotus in uigilijs, uel forte nõ habeat gratiam prædicationis, potens est in opere, sed non in sermone. Videas aliquem frequenter in oratione deuotum, cuius oculi sunt sicut piscinæ in Esebon præ multitudine lachrymarum, sed recusat ferre iugum obedientiæ, uotũ suum offerre se æstimat offerendo hostiam amputata aure, suam plangit in oratione superbiam, sed hora compunctionis transacta, ita superbus est sicut ante. Vel si leuis in moribus, post orationis suæ deuotionem in eandem recidit leuitatem, ossa eius replentur uitijs adolescentiæ eius, ut nunquã in cõuersatione sua sit maturus. Licet ad modicũ orationis tempore sit deuotus, uox quidem uox Iacob est, sed manus manus sunt Esau. Tales potentes uidentur in sermone, sed non in opere. In opere & sermone sunt potentes, qui habent in moribus honestatem, in operibꝰ uirtutem, in sermone scientiam, deuotionem in orationis assiduitate, grauitatem in conuersatione, perseuerantiam

in amore

in amore. Pia siquidem operationis oratio deuota, est reclinatorium, & deuotæ orationis exercitatio præbet bonorum operum fuicimentum. Hæc est enim plenarie cõpunctio salutaris, quam cõmendat conscientiæ latitudo. Vnde cum sapientiam & diuitias dedisset dominus Salomoni, dedit ei & latitudinem cordis: quia nihil est sapientia, nihil diuitiæ, si in corde non redundauerit qui transuadari non potest fluuius charitatis. Nec parcit dominus uerbis potentibus, & ad deprecandum compositis, si sic potens es in opere & sermone, esto coram deo & omni populo. Coram deo te commendat puritas intentionis, coram populo utilitas operis, ut sint lumbi mentis tuæ succincti, & lucerna ardẽs in manibus tuis. Et bene coram omni populo: quia charitas nescit angulum, nõ amat proprium, deseruire desiderat utilitatibus singulorum. Hinc est quòd apostolus se commendat ad omnem conscientiam hominum, prouidens bona non tantum coram deo, sed etiam coram omnibus hominibus, ut tam deo quàm omni populo sit acceptus. Sed beatissimo apostolo nemo se audeat comparare. Quantũ enim distat ortus ab occidente, tantum à uijs nostris fuerunt uiæ eius: & semitæ eius à nostris semitis exaltatæ: quia (sicut dicit Esaias) facti sumus immundi omnes nos, quasi pannus mẽstruatæ uniuersæ iustitiæ nostræ. Potentes nos sumus in operibus, & quid oremus sicut oportet nescimꝰ. Ille solus speciosus forma præ filijs hominum, singulari priuilegio fuit propheta potens opere & sermone, qui potenter operatꝰ est salutem nostram in medio terræ. Potestate plenus fuit in sermone quando omnia creauit, quando dixit & facta sunt, ipse mãdauit & creata sunt. Fortis fuit in opere cum hominem reparauit, & iuxta uaticinium Esaiæ opus suum ut faceret, opus suum alienum opus fecit. Verè fuit opus alienum, si consideres quomodo tradiderunt eum summi sacerdotes & crucifixerũt eũ. Domine audiui auditionem tuam, & timui: consideraui opera tua, uias tuas, & expaui. Subsannauerunt te subsannatione, dentibus suis super te frenduerunt, aduersum te lætati sunt & conuenerunt, te summi sacerdotes & principes tradiderunt. Illi qui regere gregẽ debuerunt per uiam salutis, facti sunt laqueus & ruina in præcipitium damnationis. Ex ipsis flamma inuidiæ erupit: quia sicut in Iob legitur, ignis dei de cælo cæcidit, & tactas oues pueroscꝫ cõsumpsit. Nos igitur qui quærimus crucifixum, crucis atẽdamus mysterium. Ipsa est statera corporis Christi, quã desiderabat qui dicebat. Vtinam appenderentur peccata mea quibus iram merui, & calamitas quam patior, in statera. Crux facta est statera corporis Christi, quod est ecclesia. Cum enim ipse crucifigeretur, appensa sunt cum ipso peccata quæ commisimus, calamitas quam incurrimus. Ipse erat innocens, impollutus, segregatus à peccatoribꝰ, & excelsior cælis conuersatio eius: non enim peccatum fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Et quoniam talis ac tantus, tam indigna dignatus est in cruce pati, præponderare cœpit calamitas, & crimina leuigari. Cum adhuc tamen in cruce erectus staret, uacillare uidebatur statera, nec plene cognoscebatur qua cadere deberet, cum inclinato capite emisit spiritum, ut calamitas præponderando caderet: & quasi arena maris grauior appareret. Gentes quasi momentum stateræ reputatæ sunt. Nam in statera cecíderunt: quia partes aduersæ damnationis nostræ chirographum amiserunt. Trituratus est Moab sub domino, expandit manus super eum sicut natans ad natandum, ne demergeretur in profundum: & ut ipse subleuaret nos in excelsum, expandit alas suas, nos assumpsit & portauit in humeris suis, sicut aquila prouocans ad uolandum pullos suos. Sic ascendens super omnes cælos, de excelso misit ignem in ossibus nostris, ut quæ sursum sunt sapiamꝰ, & nostra conuersatio sit in cælis. Potens fuit coram deo & omni populo: quia factus est angelus loquens pro nobis, & intercessor existens patri reconciliauit humanum genus, utrunqꝫ solus potuit arguere, & ponere manum in ambobus. Et quomodo summi sacerdotes & principes crucifixerunt eum. Per sacerdotum quippe persuasionem populus dimitti Barrabbam, Christum crucifigi acclamauit, & Pilatus fieri adiudicauit, linguis non manibus ipsum crucifixerunt. Vnde dicit Dauid quia linguas suas ut gladium acuerunt. In hoc fortè minus reprehensibiles quàm noui crucifixores qui manibus & uerbis mortẽ illi accersiunt, immortalem mortificant, incrucifigibilem crucifigunt. Quæ ab ipsis in occulto uel etiam in aperto fiunt, turpe est dicere. Ponere uereor os meum in cælum, ut non dicam in cœnum, & Saul ad purgationem uentris inclinatum occidere: sufficit si oram chlamydis abscindam gladio Hieremiæ: cum dominus dicat per Malachiã: Vos me configitis: gens scilicet tota. Ostendit Hieremias quomodo summi sacerdotes & principes eum crudelius crucifigunt. Ibo, inquit, ad optimates & loquar eis, ipsi enim cognouerũt uiam domini, & iudicium dei sui. Et ecce hi magis simul fregerunt iugum, ruperunt uincula, & à propheta uscꝫ ad sacerdotem omnes faciunt dolum. Ecce quomodo summi sacerdotes & principes crucifixerũt eum. Nos autem sperabamus quòd ipse esset redemptur⁹ Israel, qd̃ interpretatur uir uidens deum. Per quod literati & religiosi qui specialius præ cæteris debent uidere deum per intelligentiam & affectum, signantur. Hinc est non minima causa tristitiæ nobis quia etiam literati & qui uidentur religiosi, comparantur fumentis, & inmundiores facti sunt illis. Ipsi enim non solum spinis peccatorum suorum crucifigunt deum, sed alijs facti sunt in prouerbium & exẽplum. Nos autem sperabamus quòd ipse esset redemptu⁹ rus Israel. Non esset doloris materia nec res tam stupẽda, si plebs quæ non nouit legem, sola caderet in errorẽ: quia releuari posset per literatorum & religiosorum prudẽtiã, si ipsi non fuissent primi ad ruinam. Nos autem sperabamꝰ quòd ipse esset redempturus Israel. Nam si dicit regi apostata, & uocat duces impios, si supplantet optimates, & dicit sacerdotes inglorios, & ipsi forsitan non sunt literati & ignorant legem domini filij sunt diffidentiæ, nec de ipsis sumꝰ in admirationẽ, sed de literatis stupemus, & qui prætendunt habitum religionis, qui bonum uerbum dei gustauerunt, & donum cæleste, uirtutesqꝫ seculi uenturi, & ecce uaccæ pingues Samariæ facti sunt arbores autumnales eradicatæ, bis mortuæ, facti hostes in capite, qui docere debuerant uiam uitæ. Nos autem sperabamꝰ quòd ipse esset redempturus Israel. Et nunc super hæc omnia tertia dies est quo hæc facta sunt. Primꝰ dies quo crucifixus est Christus, persecutorum & hæreticorum significat tempus, qui primitiuam ecclesiam tormentorum asperitatibus uexauerunt, quæ corpus est eius. Secunda dies qua sepultus fuit, tempus figurat hypocritarum, qui Christum quasi sepultum in terra reputant, terrenis commodis & honoribꝰ inhiantes, qui nullam nisi terrenæ felicitatis gloriã pro suis laboribus expectãt. Sup hæc omnia tertia dies est, in quo debemus aliud grauius periculum considerare, scilicet in falsis fratribus. Et in hac tertia die Christus debuerat resurrexisse: quia putabamus his diebus ubiqꝫ diffundi uirtutem ueræ fidei, & p loca religiosa charitatis radios dilatari, ut post Orionas & Hyades apparerent interiora austri. Sed quia penè omnes declinauerunt, & adhuc in iniquitatibus suis Christum crucifigunt, super hæc omnia dolemꝰ quia tertia dies est ex quo hæc omnia facta sunt. Sed & mulieres quædam ex nostris terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum, & non inuento corpore eiꝰ uenerunt dicentes se etiam uisionem angelorum uidisse qui dicunt eum uiuere. Mulieres piæ sunt cogitationes. Per monumentum claustrum religiosorum potest intelligi, in quo sumus Christo per temporalium delectationũ mortificationem & sanctæ professionis uinculum consepulti. Tũc mulieres uadant ad monumentum quærere dominum, quando cogitamus si saltem uel in claustris religiosius sit requirens ac diligens deum. Ante lucem uenerunt, & corpus eius non inuenerunt. O quàm dulce est ante lucẽ surgere ad quærendum dilectum. Dulcis est quærenti illũ. In

Universidad de Deusto
Biblioteca

lectulo meo quæsiui per noctes quem dilígit anima mea: quæsiui & non inueni illū, restat ergo ut uadam ad monumentū, id est ad religioſorum clauſtrū, ad uigílias clauſtralium, quia ibi dilectum inueniam, etſi nō ſecūdū corp⁹. Et enim ſi cognouimus ſcd'm carnem Chriſtum, ſed iam nūc non nouimus. Ciuitatē cuſtodiunt iſti uigiles, angeli ſunt quorum uiſionem ſe uidiſſe aſſerunt mulieres, quæ dicunt eum uiuere, & per feruorē ueræ dilectionis oſtendūt Chriſtum in ſuis cordibus habitare. Iſti uigiles obſeruantes omni tempore cuſtodías domíni. Ipſi excubant ad oſtium tabernaculi, ipſi ſunt Oriones & Hyades, & interiora auſtri. Quàm delectabile eſt eis intereſſe uigilijs, conſurgunt de nocte in principio uigiliarum ſuarum, ut effundant cor ſuum coram domino, & oratio eorum apud altiſſimum, ibi in medio iuuēcularum tympaniſtriarum príncipes cōiunguntur pſallentibus. Ibi in exceſſu mentís Beniamín adoleſcentulus, ibi reſonat cælestís ſimul concentus. Ibi ſunt ſeraphím, Sanctus, Sanctus, Sanctus clamātia, et cherubím ſeſe uerſis uultibus in propitiatorium reſpícientia. Ibi iubilant omnes filij dei, laudant dominum ſidera matutina. Ipſi ſunt uerè ſimiles angelís, per ſtudium angelicæ conuerſationis. Ipſis commiſſa eſt cuſtodía monumentí, ſcilicet obſeruantiæ regulares clauſtri. Monumentū iſtud Chriſtus non deſerit, qui nobiſcum ſe promiſit eſſe uſq; ad conſummationem ſeculi: & tunc nos erimus ſecum cū nos acceperit ad ſeipſum. Mulieres ſe dicunt illum non inueniſſe, ſed uiſionem angelorum uidiſſe, qui dicunt eum uiuere, quoties uerſamus in cogitationibus noſtris: quia etſi ſunt uerè ſimiles angelís qui de die in diē et in nocte laudem domíni decantant in terrís, ſicut illi in cælís, nō tamē poſſident gloríam æternæ beatitudinís ſumma ſanctitate conſummata. Paululum, inquit, cum pertranſiſſem eos inueni quem dilígit anima mea. Sed quid eſt quod dicitur, terruerunt nos: Non eſt terror qui incutiat horrorē, ſed qui nouam cordís parturiat exultationem uel admiratiōnem. Dum enim cogitamus quàm felices delicíæ abundāt in clauſtro, ſuper hoc expaueſcit cor noſtrum, & quadam dulci reuerentía mouetur de loco ſuo. Et abierunt quidā ex noſtrís ad monumentum, & ita inuenerunt ſicut mulieres dixerunt, ipſum autem non inuenerunt. Abierunt quídam ex noſtrís. Iſti ſunt affectus religioſæ mentis, qui omnía ſicut mulieres inueniunt, non tamen reuertuntur ſicut de mulieribus legitur. Quando enim ſolis cogitationibus de amore religionis tractamus in cordib⁹ noſtrís, mulieres ad monumentum uadunt & redeunt. Sed cum affectus mentís ad conuerſionís deſideria conuertuntur, non iam tantum mulieres, ſed quídam ex noſtrís ad monumentum uadunt, qui non reuertunt̄, ſed nec ipſum inueniunt. Hoc autem experimento cognoſcimus, quía cum feruore nouitij ad conuerſionem uenerímus, hic Ieſum inuenire nos æſtimamus, quía perfectæ tranquillitatís & ſanctitatís gaudía apprehendere nos ſperamus. Sed cū proceſſu temporis experímur miſerías humanæ fragilitatis, tunc recognoſcímus qm̄ nō inuenímus dñm, uiſionem tamē angelorum aſpicímus, exempla ſcilicet feruētium monachorum. Et ipſe dixit ad eos: O ſtulti & tardi corde ad credendum in oībus quæ locuti ſunt prophetæ. Nónne hæc oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriā ſuam: Scaturíre uídentur hæc uerba teneritudínem amorís, et quaſi muſtum quod dirumpit nouas lagunculas, de medullis procedere diligentís. Dedit dñs uocí ſuæ uocē uirtutis, ut eſſent hæc uerba eius ſicut malleus conterens petram, & ſicut ignis, teſtímonio Hieremíæ: Verba eius ſicut ignís & malleus ut de igne aſcēdat uirgula fumi ex aromatibus et puluere pigmentarij, & conterat malleus. Líbet paululum ad ſuauitatem hiſtoriæ mentís oculos inclinare. Dum interpretatur ſcripturas, dum exponit Moyſen & prophetas, procedens ex ipſius ore mira ſuauitas mentes refrigerat mœrore et tædio conſternatas, inæſtimabilis redundabat in labijs Ieſu ſermonis elegantía ſuper mel et fauum, dulceſcebat eius eloquium ſuper omnía aromata. Profectò ordinē cæli nouerat, & ponebat rationem eius in terra. Impleta gaudent uiſcera luctu in lætitiam mutato. Iam refulget in conſcientijs domini reſurrectio. Reſurgenti magis gaudere incipiūt, quàm condoluerāt crucifixo. Hinc eſt quòd appropinquauerunt caſtello quo ibant quía impleri coperat deſiderium conſilij quod quærebant. Et ipſe ſe finxit longius ire, ut dum uellet eos deſerere, dilectiōis igne quo ſuauiter ardere cœperant, mirabilius æſtuarent. Quid eos putas tūc animi habuiſſe, cum ſe fingeret lōgius ire: Aeſtimo forſitan talibus eum quærímonijs interpellaſſe. Ne decedas dulciſſime, ne deceſſeris à nobís, ſed adhuc de Ieſu nazareno ſonet uox tua in auribus noſtrís. Loquere quæſumus de gaudío reſurrectiōis, mane nobiſcum quoniam adueſperaſcit: et inclinata eſt iam dies, ſed agemus uigilias noctis. Non enim ſufficit dies ut ſaturetur auris auditu de dulciſſimo Ieſu. Et coegerunt eum, quía cohibere ſe non poterat uis amorís. Nunc ad delicías reuertamur moralitatis. O ſtulti & tardi corde ad credendum in omnib⁹ quæ locuti ſunt prophetæ. Nónne hæc oportuit Chriſtum pati, & ita intrare in gloriam ſuam: Impletum eſt tempus q̄ dixit dominus in euangelio. Vbi duo uel tres congregati ſunt in nomine meo, ibi ſum in medio eorum. Congregati ſunt in nomine eius duo, ſcilicet oratio & meditatio, ut turtur & columba quærímonias dulces ſubmurmurēt in foramine petræ, in cauerna maceriæ, condolētes de dñi paſſione. Sed contra hæc ſuſurría, hæc deuota ſuſpiría, tā gratioſa ſunt in oculís eius qui ſcrutatur renes & corda, quòd non poſſit diu abſcondere multitudínem dulcedinis ſuæ quam abſcondit timentibus & diligentibus ſe, ſed ſæpius per occultam inſpirationem, ſæpius per ſcripturæ ſacræ lectionem, talem triſtitiam in iubilum ſolet commutare. O ſtulti & tardi corde ad credendum. Cogitanti mihi dulcedinem huius increpatiōis, flere magis libet quàm aliquid dícere, quía quídam mirifici odoris balſamus perflat aceolam mentís meæ. Diſputare cum deo cupio, non quidē ex æqualitate, ſed exponendo fragilitatem humanæ conſcientiæ. Domine quoties paſſionis tuæ amaritudinem in cordibus noſtrís ruminamus, toties de nobis expaueſcimus, quía dediſti metuentibus te ſignificationem, ut fugiant à facie eius. Si enim ex hoc mundo tranſiſti ad patrem cum tantis cruciatibus, quid fiet de nobis peccatoribus: Si in uiridi ligno hæc fiūt, in arido quid fiet: Dum tales in oratione fundímus querímonias, conſolatur nos dulciter increpando illa uera & ſumma charitas per ſcripturarū auctoritatem, ſeu per occultam inſpirationem: Quid de mea paſſione tam triſtes eſtis: Nolite timere puſillus grex, paſſus ſum ut uos gaudeatis. Theſaurizaui uobis theſauros exultationis, quía theſaurizare debent parentes filijs. Omnía enim opera ueſtra operatus ſum uobis, reſurrexi ut iubileris. Dico uobis, cur non creditis: Incipiens à Moyſe & prophetis, interpretabatur illis in omnibus ſcripturis quæ de ipſo erant. Beati qui nouerunt guſtu felicis experientiæ quàm dulciter quàm mirabiliter in oratione & meditatiōe ſcripturas dignatur dominus reuelare. Et quidem ſcientiarum dominus eſt: poteſt eas ſi uoluerit diſpenſare. Incipiens à Moyſe & prophetis interpretabatur illis in omnibus ſcripturis quæ de ipſo erant. Hæc facit quando corda noſtra illuminat radijs charitatis. Ille tenet & quæ latent & quæ patent in diuinis ſermonibus, qui charitatem ſeruat in moribus. De ſola dilectione perdent Moyſes & prophetæ. Tunc appropinquamus caſtello quo tendimus, quía per infuſionem charitatis deſideratum uitæ conſilium obtinemus. Ipſe autem finxit ſe longius ire. Dixi ſapiens efficiar, & ipſa ſapientia receſſit longius à me. Incipienti difficiles uiæ domini uidētur, ſed curritur per eas dum cor cœperit dilatarí. Vnde & coegerunt eum. Nō enim leuiter ad perfectionis culmen attingitur: ſed paulatim uirtutum gradibus ad apicē charitatis per uiolentiam peruenitur. Coegerunt eum. Nemireris ſi uim patitur regnum cælorum, quando & ipſe dominus eorū. Si igitur quadam naturali durítia cor tuum ſenſeris indeotum, inſta

tum,iusta orationibus,intende meditationibus,curre ubi est impetus spiritus,ne assensum carni dederis.Ingerē te uigilijs,per lachrymarum uiolentiam uince dominū maiestatis,& dic ei:Mane nobiscum domine quoniā aduesperascit,& inclinata est iam dies.Hanc clausulam multipliciter possumus intelligere,& in ea multas delicias inuenire. Mane nobiscum,quoniam aduesperascit.Cum prosperamus in uirtutū successibus in die sumus.Cum nos obnubilant tribulationum angustiæ, incipit nobis aduesperascere.Cum tristitia nos confundit, nobis aduesperascit.Et quia ad te confugimus qui solus laborē & dolorē cōsideras mane nobiscum quoniam aduesperascit.Iam ueniunt aquæ usq; ad animam.Iam deuotionis delicix uertuntur in miseriam,iam omnes angulos mentis nostræ nē tus tentationis concutit:mane nobiscum,quoniam aduesperascit.Tu tribulatis cordibus es refrigerium,tu refugium,tu solatium,tua est potestas,tuum est imperium.Intenti sunt ad te oculi omnium,te solum sitiens anima concupiscit:mane nobiscum,quoniam aduesperascit. Sine te nihil possumus facere.Tu solus carmina das in nocte, tu turris es fortitudinis à facie tribulantis.Tuæ pietatis oculus circa ea quæ sub cælo sunt respicit:mane nobiscū,quoniam aduesperascit.Per te cōsurgit nobis ad uesperum fulgor meridianus,& orimur ut lucifer cum nos cōsumptos putamus.Non confunditur omnis qui in te confidit:mane nobiscum quoniam aduesperascit.Inclinata est iā dies, facti sunt uespri longiores,quia appropinquante mundi termino,superexcrescit iniqtas,& charitas refrigescit. Ne extinguatur in nocte lucerna nostra:mane nobiscum quoniam aduesperascit.Vergente mundi uespere,sole iustitiæ,frigus iniquitatis genus humanum opprimit.Oēs occupat nox perfidiæ,lux ueritatis deficit.Ne deficiamus cum deficientibus,mane nobiscum, quoniam aduesperascit.Vitæ meæ iam instat uespera,corpus consumit ægritudo perualida.Iam mors minatur aspera.Timor & tremor totam conscientiam concutit:terribilem sententiam iudicij pertimescit.Sed tu domine cui pater omne iudiciū dedit:mane nobiscum quoniam aduesperascit.In manꝰ tuas commendo spiritum meum.Ne tradas animam confitentem tibi potestatibus tenebrarum.In te solo est salus nostra,ad te sunt oculi nostri,ne pereamus. De multitudine miserationis tuæ mens fiduciam cōcipit: mane nobiscum queniam aduesperacit.Vel per uesperam possumus intelligere uexatæ mentis refrigerium,ut omni feruore tribulationis recedente:oratio & meditatio tranquillū in ea deo parent hospitium,ut eum cogant ad manendum, & inuitent ad cœnandum,iuxta quod scriptum est:Si quis aperuerit mihi ianuā,intrabo ad eum,& cœnabo cum eo,& ipse mecum.Factus est sicut uiator declinans ad manendū. Vnde & intrauit cum illis.Factum est autem cum recumberet cum illis,accepit panem & benedixit,fregit & porrexit illis,& aperti sunt oculi eorum,& cognouerūt eum. Panis iste,panis est gratiæ.Hūc panem ipse per se accipit: quia nō quasi inferior,sed patri æqualis,dona gratiæ prout uoluit non ad mensuram accepit.Benedicit panē,quando benedictionem suam nobis dat legislator,ut eamus de uirtute in uirtutem.Frangit & porrigit illis,quia non uolentis neq; currentis:sed miserātis est dei.Nec panem porrigit integrum sed fractum:quia diuisiones gratiarū sunt, sed idem dominus qui sicut buccellas mittit crystallum suam.Et quid est quod dicitur:aperti sunt oculi eorum,& cognouerunt eum in fractione panis:In fractione panis fit diminutio quædam & exinanitio.In fractiōe uirtutem humilitatis intellige,per quam seipsum fregit diminuit & exinaniuit ipē etiam qui panis est uitæ.Et quoniam se exinaniuit,cognitionem suam nobis dedit.Ipse est panis desiderabilis,quem per dies multos Daniel non comedit,quia multi iusti & prophetæ uoluerunt uidere & non uiderunt incarnatam sapientiam dei patris.Multis æstuarunt suspiriis præ desiderio uidendi filium hominis,sed abscōditus erat in sinu patris.Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis.Sapientia abscondita patris, & thesaurus integer & occultus,quæ utilitas in utriusq;:Frāge domine esurienti panem tuum,panem te ipsum,ut aperiātur oculi hominis,nec reputetur homini ad peccatum si noluerite esse sicut tu,sciens bonum & malum. Te cognoscat in panis fractione,qui ab initio uoluit integrum attentare uel attrectare Frange te,ut sese discat frangere, quia nō cognoscēris nisi in fractione panis.Audiuit Balaam sermones dei,& uisiones omnipotentis intuitus est,sed cadebat apertis oculis,quia non cognoscebat dominum in fractione panis.Sic multos uidetis hodie studētes in scripturis, docentes in cathedris,prædicantes in ecclesijs,sed opera eorum non concordant cum uerbis.Confitētur uerbis,se nosse deum sed negant factis,quia non cognoscitur nisi in fractiōe panis.Et quidem nobis dominus factus est panis, & nos sumus panis eius.In sudore uultus sui dignatus uesci pane suo,ut nostro uesceremur in gaudio.Si uis ipsum cognoscere,sicut se fregit,ita te frange,quia qui dicit se in Christo manere,debet sicut ille ambulauit,& ipse ambulare.Non est in sermone regnum dei,sed in uirtute.Frange igitur te ad laborem obedientiæ,ad humilitatem pœnitētiæ.Porta in corpore tuo stigmata Iesu Christi,formā serui accipiens,non prælati.Et cum te exinaniueris & fregeris,cognosces dominum in fractione panis.Sed quoniam cœpimus loqui de pane gratiæ.dum frangitur,oculi aperiuntur,&dominus cognoscitur,quia cum cæteris gratiarum donis infunditur uirtus humilitatis.Tūc eum cognoscimus,quia ex acceptis donis nos ei humiliter subdimus cum quicquid boni accepimus,ad ipsum referimus,& sapiens attestatur quod ab humilibus honoratur deus.Vide quomodo dictis nostris concordet beatus Gregorius. Qui,inquit,uirtutes cæteras sine humilitate congregat, quasi puluerem in uētum portat.Et unde ferre aliquid debuit,inde deterius sequatur. Vera ergo humilitas aperit oculos,dum uirtutes cæteras per quas uēto superbiæ poterat excæcari,frāgit& diminuit,& homo se ex se nihil esse cognoscit.Et quanto quis decrescit in despectione sui,tanto amplius proficit in cognitionem dei. Vt ergo cognoscatur dominus in fractione panis, frangat homo si quas habet in se uirtutes,frangat propias uoluntates,imitās illum qui pro nobis factus est obediens usq; ad mortem crucis.Et ipse euanuit ab oculis eorū.Mira res.Cum incipit magister cordi dulcescere,tunc fugit,ut de absentia sua faciat nos dulciter dolere.Tales sunt amoris delicix, oculi amoris ipsum faciunt auolare.Fuge dilecte mi,& assimilare capreæ hinnuloq; ceruorum,super montes aromatum. Ascende super cherubim,&ambula super pennas uētorū. Esto tamē similis capreæ hinnuloq; ceruorū,ut oculos dilectiōis tuæ nō auertas ánobis,etsi à nostris te subtrahis,q hūilia respicis,& alta álonge cognoscis.Et dixerunt adinuicem.Nónne cor nostrum ardēs erat in nobis de Iesu dū loquereť nobis in uia,& aperiret nobis scripturas:Clausula ista non est exponenda,sed ruminanda.Quoties in nobismetipsis marcescit anima nostra,& possident nos dies afflictionis,quoties tædijs uel tentationum uulneramur sagittis,ad memoriam reuocemus quid aliquādo in oratione sensimus,quid in meditatione gustauerimus, qualiter locutus sit nobis dñs cū scilicet transmigraremus in delicias contemplatiōis.Nónne cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu:O dulcis ardor,dulcis splendor,dulcis amor.Ardor cōfortās,splendor illuminans,amor inebriās. Quàm dulciter ardes,quàm mirabiliter splēdes,quàm sufficienter totū cor hominis implesꝛ Quis poterit habitare de nobis cum igne deuorante,cū ardoribus sempiternis, cum iam nō erit ignis in Sion,sed caminus in Hierusalem in splēdoribꝰ æternitatis:Tūc etiā recordabimur de hoc puo igniculo quē sentimꝰ in cōualle ploratiōis,cātabimꝰ & psallemꝰ,& dicemꝰ adinuicē:Nōne cor nr̄m ardēs erat ī nobis de Iesu:Cū sub pauptate degeremꝰ militiæ regularis,& staremꝰ ad psallēdū i nocturnis uigilijs,& post uigilias abscōditi icūberemꝰ oronibꝰ illis btissimis iterullis,

quàm magna tunc erat in cordibus noſtris multitudo dulcedinis. Nónne cor noſtrũ ardens erat in nobis de Ieſu? Nónne nox erat illuminatio in delicijs? Nónne cor noſtrũ tunc ardens erat in nobis, cum in clauſtro reſidentes meditaremur in ſilentio, quando ſecreto deus erat in tabernaculo noſtro, cum ſuper Hieruſalem cor aſcenderet, & cogitaremus patriæ gaudia, cum concentus cæli reſonaret in conſcientia? Nónne cor noſtrum ardens erat in nobis de Ieſu, cum diuinarum ſcripturarum dulcedine noſtras refi-ceremus animas, inuenientes in illis mirabiles delectationes ſuper omnes diuitias? Nónne nos tunc docebat unctio Chriſti de omnibus, medullatas infundendo nobis delicias? Nónne cor noſtrum ardẽs erat in nobis de Ieſu dũ loqueretur nobis in uia? Et ſurgentes eadem hora reuerſi ſunt in Hieruſalem, & inuenerũt congregatos undecim, & eos qui cum ipſis erant, dicentes: Quia ſurrexit dominus uerè, & apparuit Simoni. Non incongrue eadem hora dicũtur ſurgere, quia non niſi ad horam nec ad horam quidem eſſe poſſunt in anima tales delicię, cito tranſeunt, abeunt, euaneſcunt. Ideò fugiunt, ut earum plenitudinem quæ debetur in patria, feruentius appetamus, ideò animum allíciunt & inflammãt, ut ſurgamus, non ut in Hierico deſcendamus. Ibi inſidiantur ut ſpolient uel neceat deſcendentes. Sed nobili quadã ſuperbia deſpicere debet hæc temporalia quæ mutabilia ſunt ſicut luna, anima cæleſtib⁹ delicijs aſſueta. Surgentes igitur oratio & meditatio reuertuntur in Hieruſalem, cum poſt ſpiritualiũ delicíarum refectionem pacis intimæ poſſidẽt quietem. Vndecim iſti qui in Hieruſalem ſunt congregati, dona ſeptiformis ſpíritus, & quatuor príncipales uirtutes poſſunt intelligí. Illi qui cum eis ſunt, fides, ſpes, charitas, & ſiqua ibi ſunt alia gratiarum dona, dici poſſunt. Cõgregatos iſtos oratio & meditatio inueniunt, non congregauerunt: quia etſi pro poſſe noſtro intendamus uirtutibus congregandis, nihil ſine patre luminũ poſſumus, qui & uelle & perficere in nobis operatur. Iſtis dum oratio & meditatio coniungũtur, dícunt quia ſurrexit dominus uerè, quando amanti conſcíẽtiæ inſibilat gaudium reſurrectionis dominicæ. Sed quid uult ſibi quod ſubditur, apparuit Simoni? Videte ne fortè propter nos dictum ſit, qui ſpecialiter filij ſumus obedientiæ, qui ſapientibus & inſipientibus debitores ſumus ſine cõtradictione uocis, ſine rãcore murmuratíonis obedire. Fidelis ſermo, & omni acceptione dignus, magnum lætitiæ cumulum parturiens obedíẽtibus, quia dominus apparuit Simoni, & ipſi ſoli ſpeciali prærogatiua præ omnibus. O ſi deuotæ mentis memoria reuoluamus quàm dulcis ſit eius apparitio obedíẽtiæ filijs in illo agone terribili, & in illa hora miſerabili, ubi cogitur anima à corpore ſeparari. Non præſumimus quæ neſcim⁹ aſſerere, poſſum⁹ tamen pijs imaginationibus tale aliquid cogitare'. Fortè aliquibus tũc apparet Chriſtus cum uexillo obedientiæ, & ineffabili exultatione exhilarat obedientis animam in illa tribulatione: & his poteſt ſermocinationibus conſolarí. Ne timeas fili obedientiæ, ne timeas intuerí manus propter obedientiam crucí affixas, conſidera pedes expoſitos fixuris clauorum, & latus lancea perforatum, attende q⁹ propter obedientiam mortuus ſum: & ſi propter fragilitatem humanæ conditionis obedíẽtia tua ſit minus aliquid perfectum habens, uolo ut plenitudo meæ obedientiæ ſit tuæ minus ſufficientis obedientiæ ſupplemẽtum. Quid in illa hora poteſt eſſe ſuauius tali conſolatione, quid imprimí poteſt humano cordí dulciusꝰ Ponite hæc ſuper corda ueſtra filij obedíẽtiæ, gaudete & exultate, quia ſurrexit dominus uerè, & apparuit Simoni. Et ipſi narrabant quæ geſta erant in uía, & quomodo cognouerunt eum in fractiõe panis. Extremam hanc clauſulam referre poſſumus ad illa beatæ quietis gaudia, cũ ſedebit unuſquiſq; ſub uite ſua, & ſub ficulnea in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, in requie opulenta, cum platẽæ Hieruſalem ſternẽtur auro, & per omnes uicos eius alleluia cãtabitur, & implebitur infantibus & puellis ſequentibus agnum quocunq; ierit in ueſtibus albis. Tunc narrabimus quæ geſta ſunt in uía, quomodo cognouimus dominum in fractione panis, quàm dulciter nos humiliat hic in loco afflictionis, ut delicíetur in cordibus noſtris, qui ſecreta ſua abſcõdit à ſapientibus & prudentibus, & reuelat ea paruulis. Tunc recordabimur periculorum in quibus uerſamur, tribulationum quibus affligimur, miſeriarum quibus inuoluimur: & mirabiliter lætabiť quia hæc omnia uelut umbra tranſierunt, & de ſplendoribus in quibus erimus oſſa noſtra iubilum germinabunt. Tunc plantabimus uineas in monte Samariæ, & audiemus uocem gaudij, & uocem lætitiæ, uocem ſponſi, & uocem ſponſæ: & uidebimus gloriã regis, & decorem reginæ. Tunc lætabitur uirgo in choro, diadema regni portans in capite ſuo, & oſtẽdet nobis fructum ſanctiſſimi uentris ſui. In humanitate noſtra uidebitur dominus maieſtatis. Tunc uidebit & affluet & mirabitur & dilatabitur cor noſtrũ, ſimul laudabimus: quia oculo ad oculum, aſpectu contra aſpectum uidebimus, facie ad faciem cognoſcemus, ore ad os colloquemur dicentes: Tibi domine poteſtas & imperiũ, tibi honor & gloria, te laudet omnis ſpíritus in ſecula ſeculorum. Amen.

¶Finis.

Universidad de Deusto

TABVLA.

IN NOMINE DOMINI IESV.

Sequitur repertorium præcipuarum sententiarum præsentis uoluminis, quoto uidelicet folio quotaq; columna, & sub qua literarū A, B, C, uel D, situantur. Quia tamen ipso iam uoluminе magna pro parte exarato: quædam in Claraualle reperta est uetustissima tabella: eam eiusdem loci nōnulli monachi, alteri tabulæ per germanos impressores dudum compositæ utile duxerunt coniugari: quomodo doctiq; accommodatius potuere: cisdem quatuor consignatis literis adaptarunt. Verumtamen, quia præ rarítate earumdem quatuor literarum non semper fieri potuit hæc adaptatio: ideo in eiusdem deficiētiæ subsidium, colūnas quæ cōmuniter. lxxj. sunt lineārum: uisum est tripartiri in principium, medium, & finem: eo moderamine q; quælibet pars. xxiiij. lineas contineat. Et ut promptius quod quæritur ad oculū se offerat: additum est primum sententiæ quæsitæ uocabulū. Vbi notandum q; fo. folium significat. co. columnam. prin. principium. me. medium. fi. finem. Exemplū primi. Abijcere à nobis oculū uel pedem quid est: & qualiter intelligere debemus. Fo. 55. co. j. A. Exemplum secundi. Abrenunciantes nouiter seculo sustineant dominū in patientia. fo. 22. col. j. me. Sane.

AB ADAM ET EVA PRImis parentib⁹, peccatū & miseriam, habemus. fo. 215. co. j. me Quid à uobis.

Abbatum negligentia ad comprimendum luxum uestium & alimentoꝝ reprehenditur. fo. 284 col. j fi. Miror autem.

Abbatis cura plerunq; augetur cum minui putaretur. fo. 204. co. iiij. me. Sed ecce.

Abiectione non gaudere minus est à perfecto. folio 239. col. j. fi. Non planè.

Abiiciamus opera tenebrarum. fo. 12 co. iiij. me. Nox.

Abijcere à nobis oculum uel pedē quid sit: qualiterq; intelligere debeamus. fo. 55. col. j. A.

Abrenunciātes nouiter seculo sustinеāt dominum in patientia. fo. 22. co. j. me. Sanè.

Abscondere bona nostra utile magis quàm ostendere. fo. iij. col. j. me. Insipiens.

Abstinentia tractatur. fo. 20. colum. ij. prin. Ego quidem. Et fo. 171. col. iij. D. & fo. 146. col. iij. D. & folio. 36. co. ij. fi. Et uobis.

Abstinentiæ singularitas multis scandalo fuit. fo. 169. col. iiij. fi. Quid illud.

Abstinere à carnalibus desideriis debemus. fo. 26. colū. ij. prin. Obsecro.

Abusio magna & magna nimis, ut diues esse uelit uermiculus utilis. fo. 35. co. ij. B.

ACcedendum ad deum est, non irruendum. fol. 146. col. iiij. C.

Accedere pōt ad deum per gratiā, quí peccādo ab eo recedere potuit & econtra fo. 184. col. iiij. D.

Acceptio personarum pessima. fol. 257 columna. ij. fi. De auaritia.

Accessum ad deum habemus per Mariam. fo. 2. colū. iiij. me. Per te.

Accidia fortassis interueniente, tædio uel torpore non diffidas, nec etiam abundantia extollaris. fo 136. columna. ij. B. & D.

Actione, quandoq; præponimus inferiora, affectu superiora præferentes. fo. 159. col. iiij. C.

Actiua uita uia est ad contemplationem. folio. 157. columna. ij. B.

ADam nobis duo reliquit, laborem & dolorem. folio. 32. col. j. C.

Adam pro morsu pomi uetiti fugiebat à facie dei, quo igitur fugiemus in die iudicij pro tātis peccatis nostris? fo. 94. col. iiij. prin. Fugiebat.

Adam à qua gloria & honore ceciderit. fo. 150. col. ij. A.

Adæ delectionis planctus miserabilis. fo. 150. col. iiij. D.

Ad deum uolunt omnes ire, post eum pauci. fo. 136. col. j. fi. Quàm pauci.

Adesse uel abesse percipitur uerbum, quod tamen aduenire uel recedere non sentitur. fo. 178. col. iij. D.

Adesse dominū qualiter deprehendere possimus. fo. 164. col. iiij. prin. Si igitur.

Adhærens deo unus spiritus est, sed non unum cum eo. fo. 184. col. ij. B.

Adhærere Christo est actiones nostras ad iustitiam dirigere, & passiones propter iustitiam sustinere. fol. 32. columna. iij. A.

Adiuro, uos filiæ Hierusalem. Filias Hierusalem adolescētulas dicit, quibus prohibet excitare sponsam dormientem. fo. 161. col. j. B. C. & D.

Adiutorium diuinum quàm nobis sit necessarium. fol. 13. col. j. me. Crede. & fo. 186. col. j. B.

Adiutorij diuini inhabitator, p non inhabitantes cognoscitur. fo. 70. col. iij. C.

Adiutorio sunt electis peregrinantibus angeli & spiritus beati. fo. 180. col. iiij. A. & fo. 181. col. j. B.

Adolescens uerbosus: iustitiæ hostis. folio. 260. col. j. me. Verbosulum.

Adolescentior dicitur homo carnalibus concupiscentijs deditus. fo. 155. col. j. D.

Adolescentiori filio comparantur gentiles, seniori iudæi. fo. 131 col. j. A.

Adorna thalamum tuum humilitate & paupertate. fo 10. col. j. me. Adorna.

Aduentis personæ considerandа maiestas, dignatiōis magnitudo, charitatis latitudo, humanæ naturæ exaltatio. fo. 2. col. iiij. fi. In aduentu.

Aduentus saluatoris necessarius. fo. 4. col. ij. C.

Aduentus Christi occultus, cui uenienti assurgere debemus. fo. 1. co. iiij. prin. Habetis.

Aduentus dñi corporalis. fol. 2. col. iiij. C. & fol. 10. col. iiij. fi. Vos qui. & fo. 1. col. iij. prin. Sed uideamus.

Aduentu domini Iesu, sua nobis manifestata est benignitas. fo. 18. col. iij. prin. Apparuit inquit.

Aduentus domini ratio quæ sit, & quis, unde, quo, quis, ad quid, quando, & qua uenit fo. 1. col. j. C. & cōsequenter per totum sermonem.

Aduētus domini triplex. fo. 2. col. iij. B. & fo. 3. col. iij. prin. Diximus nuper. Et fo. 77. col. ij. me. Sed considera.

Aduētus spiritualis seu uisitatio domini quomodo præsentiri potest. fo. 164. col. ij. C.

Aduentus dñi triplex utilitas. fo. 4. col. ij. prin. Si deuote.

me,& facta sum conturbata. Propterea queror & causor & clamito,non inueni illum. Felix cōditio qñ dicere datum fuerit: Dilectus meꝰ mihi,& ego illi.Nūc uerò ego dilecto meo,sed nō dū ad me cōuersio eius. Amara quidem amanti commutatio.Idcirco pro uoce uocem commuto, Eccle.3. non inueni illum.Oia tps habent, & suis spatijs uniuersa sub sole transcurrunt.Quādo erit ut cum sole permaneāt, & ante mutabilitatem lunæ,ut in æternitate stent, & non transcurrant cū tpe? Nunc uerò oia tps habent,& habet forsitan suum tps æternitas ipsa. Dicuntur enim & tempora æterna:æterna ergo in se æterna sunt, sed nobis parata sunt tpe suo.Oia tps habent,tempus amplectendi,& tēpus ab amplexu longe fieri.Quod ergo erit aptum magis quàm nox amplectendi tps? Imo quis erit aptior ad amplectendum uel lectulo locus,uel nocte tps? In pace locus tuus,& ideo quietis tps, & pacis tibi parauí in corde meo lectulū. Veniat dilectus meus,ueniat delectatio mea, & requiescat in cubili suo. Tu forsan dispēsatorie differs, sed non capit amor impatiens de dispensatione solatium. Scio mihi repositum tempore suo,sed de fugacis tarditate tēporis amor causatur. Tu differs,ego quidem diutius non fero:sed surgam & circuibo ciuitatem. Contēno lectulum,& initium sermonis derelinquo,ut ad perfectiora ferar. Nam & si sponsa sum & pfecta pro regulæ modulo humanæ,initiū tñ accepisse me reputo,ad qd restat respi Cant.3. ciens. Surgā & circuibo ciuitatē,quæram p uicos & plateas. Iesu bone,quid est q alicubi nō inueniris, qui ubiq̄ crederis? D Multæ quidē mansiones in domo patris tui sunt,sed numquid alias deseris ad alias transiens, qui infinitus ipse & immēsus es? ubiq̄ creaturarum totus es, creans & continens, sed infinitatem tuam creatura nulla potest exprimere,quāuis uirtutem nulla nō possit ex parte inuuere. Vbiq̄ totus per existentiam,sed nō æqualiter in singulis per efficientiā. Nam etsi ex toto te ubiq̄ operaris,nō tñ totum quod potentiæ tuæ est ubiq̄,imo potius nusquam operaris. Indifferenti enim uirtute efficis in minimis minima,& in magnis maiora. Cum ergo uirtus tua ubiq̄ & tota operetur,nusquam tñ tota expēdit, quia cū uolueris suppetit tibi efficere maiora nec tota exprimit, quia ueritatem non possunt ad integrum æmulari simulacra. Omnia ergo te mihi monstrant ad cognitionē,sed nō oia me mouere possunt int? ad deuotionē. Vbiq̄ in te impingo,sed non ubiq̄ compungor. Vbiq̄ te mihi ingerit rerum species & usus & ordo,sed uerbum sapientiam, nō uerbū salutem. Verbū aūt sapia & salus id est Christus Iesus tñ in ciuitate dei nostri,in mōte sancto eius: ꝓpterea Ephe.5. surgā & circuibo ciuitatem. Surge(inquit Paulus)q dormis,& exurge à mortuis,& illuminabit te Xps. Surgam ego nō de mortuis operibus,non de prauis moribus,sed de bonis ad meliora,de moribus ad mysteria, de mysticis ad manifesta,de serenis ad suauia. Surgam & circuibo ci Psal.16 uitatem illā de qua dicitur: Magnus dñs & laudabilis nimis,in ciuitate dei nostri in mōte sancto eius. Ergo surgēdum est ei qui in montana uult cum Maria conscendere, Luce.15. & pdigus ille filius in se reuersus,surgā,inquit, & uadam ad patrē meū. Prudenter ait surgā,iturus ad eū qui in cælis est patrem. Sed nimis exilē & macilentā spem reposuerat in sinu suo mercenariā conditionē patrem rogaturus, Modeste quidē pro meritis,sed de paternæ miserationis copia humiliter nimis & iniuriose sentiens, uerè famelici dans in hoc animi indiciū & inedia confecti,dicā, inquit, ei:Pater fac me sicut unum de mercenarijs tuis. Non enim poterat icsunā & macram spem ad maiora porrigere. Surgam, inquit, & uadā ad patrē meū. Iste de quærendo nil mouet patrē tñ de flectēdo solicitus. Quæ sponsa est, certa de gratia postulat præsentiā tñ. Surgā,inquit,& circuibo ciuitatē,quærā quem diligit aīa mea,inuentionem sufficere reputās. E Vide si non in pñti hæc possit obseruari distinctio,qñ patris exposita est & parata cūctis indulgentia. Deliciæ uerò fugaces & recōditæ,& latibulis gaudentes. Ideo ille dicit: Surgā & uadam. Illa uerò: Surgam & quæram. Deniq̄ & pater occurrit pœnitenti, sponsus se subducit diligenti. Misericordia sui profusior est, delectatio partior. Id aūt non incongrue ab utroq̄ positū intelligit quod dicitur surgam. Non pmittit te Paulus quæ Col.3. sursum sunt quærere,nisi prius resurrexeris. Non potes q̄ sursum sunt sapere,nisi prius illa quæsieris. Quid enim est illa bona quæ sursum sunt inuenire,nisi quodam dulcedinis & experientiæ gustu persentire illa? Ideo cūcta perlustrat & scrutat,ut quod amat,alicubi deguſtet. Surgā, inquit,& circuibo ciuitatē,quærā per uicos & platēas quē diligit aīa mea. Multū sibi fiducię sanctus amor assumit. Quantū em̄ putas diligebat quæ tñ præsumebat? Surgā, inquit,et circuibo ciuitatē. Non ueniet in conspectū tuū domine omnis hypocrita. Abscondit se Adam ex quo bonæ conscientiæ ausum amisit,et inuentū se doluit qui magis quærere debuerat. Qui ficte diligit, fugit conspectum tuū: quæ uerò sponsa est et charitatis dotata munere, etiā fugientem insectatur. Quo ibis bone Iesu à facie uehementis desideriꝰ? Si ascenderis in cælum,illic est,si descenderis in infernū,adest. Vbiq̄ te sequit curiosa scrutatrix, et per singulos operū tuorū gradus discurrēs,qd fide tenet, conatur transfundere in affectū,& admirandæ maiestati deuotione respondere. Ad dilectionis incentiuū oia euāgelij documenta deducit,ut in quibus ueritatē susciꝑit, uirtutē psentiat teipsum sponsum suum Christe Iesu. Qui uiuis & regnas per omnia secula seculorum. Amen.

¶ *Sermo.IIII.* A

CIrcuitus iste non est peruagationis, sed inuestigationis. At si uagatur quæ circuit,non euagatur tamen,non excedit terminos ciuitatis, non loca quæ dilectus perambulare solet. In circuitu ambulat,sed intus ambulat per uicos & platēas ciuitatis. Sapientia enim in his uijs se ostēdit hilariter,& in platēis dat uocem suam. Ideo in istis circuit, quia nouit ubi Cant.3. soleat illi uberior occursus esse dilecti. Circuibo, inquit, quærens p uicos & platēas. Frequēs tibi est ō felix anima talis circuitus & accessus familiaris, & nota sunt tibi oia ciuitatis huius,circuitus & recessus intimi,angusta locorū,& lata platearū. Introduxit te rex in cellā uinariā. Nūquid nō & in oēs alios secretiores recessus? Oia tibi sunt aperta & peruia,& usu quodam ad beatū hunc expeditā te sentis circuitū. Ideo nō cunctanti sed confidenti similis dicit. Circuibo ciuitatē. Et quantū putatis fratres, quantum solatij cōfert inuisere interim & crebro cōterere gressu loca in qb? stare solebāt pedes eius quē diligit? Nescio quo pacto loca in qbus aliqd boni experti sumus, expressius idipsum imprimunt memoriæ,& ex ordine ante mentis depingūt oculos,& qd iā experti sum? in ipis, iterato speram?. Ergo loca ista non corpalia sed spūalia credidérim,opportuna ad aiæ exercitationē spirituale: ꝓpterea in his accipiamus circuitum. Circuitus iste an recordationis est,an inuestigationis? Circuit enim qui uel nota recolit,uel ex ipsis notis colligit quæ nōdū sunt nota. Circuit quodāmodo qui nota recordatur,uel perscrutatur noua. Circuitus quidam est cū ea quæ iam fide uel intelligentia tenemus,ordine retractamus. Circuitus qdam est cum ex his quæ iam tenemus,ad occultiora tendimus et penetramus. Circuitus ille oblationis est,iste rationis. Ille amicabilior,iste acutior. Et quāuis ille circuitus magis accōmodatus sponsæ uideatur,neutrum tamen illi negabimus. Siue enim nota & comperta reuiserit, siue inuestiget noua, in omnibus amoris tantum fomitem quærit. B Bonus quidem rationis circuitus,sed quando ratio ipsa intra fidei regulas se continet,& eius terminos non excedit, de fide ad fidem,uel de fide ad intelligentiam pertingens. Intelligentia quidem etsi fidem excedit,non tamen aliud cōtuetur quàm quod fide continetur. In intelligentia quàm in fide non certitudo maior inest sed serenitas: neutra uel errat uel hæsitat. Vbi uel error uel hæsitatio est, intelligentia non est: ubi hæsitatio est,fides non est. Et si fides admittere posse uidetur errorem,non est uera nec catholica fi-

des,sed erronea credulitas. Fides(ut sic dicam)ueritatē rectam tenet & possidet, intelligentia reuelatam & nudā contuetur,ratio conatur reuelare. Ratio inter fidem intelligentiamq́ discurrens,ad illam se erigit,sed ista regit. Ratio plus aliquid quàm credere uult. Quid aliud(Conspicere. Aliud est credere,aliud est cernere:non tamen aliud cere. Aliud est credere,aliud est cernere:non tamen aliud quàm quod fide concipit,conspicere conatur. Et si nō dū syncere uidere potest,quibusdam tamen acommodatis experimentis conīcere tentat quæ iam solida fide concepit. Ratio supra fidem conatur,fide tamen nititur,fide cohibetur. In primo deuota est,in secundo prudens,in tertio sobria:&(ut sic dicam)fides tenet,tuetur ratio, intelligētia intuetur. Bonus iste circuitus,in quo mens ratiōis ductu peruestigando procedit,sed à fide non recedit, instructa à fide,& restricta ad fidem. Erronea planè si non cuncta ad eius referat examen, & citum rationis incessum ad fidei
Philip.3. maturitatem castiget. Bonus circuitus ubi iustitia dei reuelatur ex fide in fidem. Bonus circuitus ubi quis transformatur à claritate in claritatem tanquam à domini spiritu. Bonus circuitus ubi qs posteriorū oblitus,ad anteriora extendit semetipsum,si quo modo comprehendat. Bonus certè circuitus,non modo cum noua semper & occultiora comprehenduntur, sed cum iam apprehensa nouo & recenti semper affectu reuoluuntur,cum non modo qđ restat penetratur, sed quod iam penetratū est frequenter iteratur. C Iucundus circuitus,& sponsæ nō ignotus. Ideo cōfidenter dicit: Surgam & circuibo ciuitatē. Quæ
Psal.86. aptius esse poterit ciuitas quàm illa de qua dictū est: Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei? Et quidē uniuersitas creaturæ dici potest non inconuenienter ciuitas dei, ab eo cōdita,& ab eo disposita. Glorioſa planè & pro specie & pro ordine. Nā pro actibus minus iustis quos deprauatæ mentis producit libertas,quātum in ipsis est,minus in gloria, nec ex ipsis,q́ ordinem diuinæ dispositionis non effugiūt quem non intendunt. Soli autem uerè gloriosi sunt qui diuinæ dispositioni supponūt studium,solliciti primæ cōditionis integram seruare gratiam,uel reuelare & restaurare corruptam. Isti gemino quidem modo gloriosi efficiuntur,naturali cum cæteris conditione,& uoluntaria præ cæteris coaptatione ad ordinantis & dirigentis dei nutum. Dicit ergo ciuitas dei uniuersitas creaturæ,quippe legibus administrata dispensationis ipsius. Ipse uniuersæ creaturæ speciem existētiæ præstat in proprio genere, in usu efficaciam,consequentiam in ordine,ut & in seipsa pulchra sit,& in uniuersitate superuacua non sit,& cū reliquis inconsequens & repugnans nō sit. Siue enim res naturæ agatur motu,siue libero arbitrij nutu,siue diuinæ instinctu gratiæ,siue singulis his rōmbus,siue cōiunctis res agatur,quælibet à diuina intus inuisibiliter operante efficacia & modum accipit & motum. Modum & quasi legē quandam ordinis,& motum actionis. Nō modo enim ab eo cuiuslibet motionis natiua facultas, sed cuiuslibet facultatis ministratur motio,ut simul ab ipso sit & uirtus & motus uirtutis. Motus uerò intentionis prauæ & ab ipo habet q́ motus est,& ab ipso non habet q́ prauus est. Ne q́ enī ab ipo est q́ in,minus ordinatū finem dirigitur, sed ab ipso est q́ inordinatio ipsa mira prorsus ratione in ordinem redigitur. D Vide uēditionē Ioseph, descēsum in Aegyptū,egressum & infectationē Pharaonis,submersionē exercitus,& ereptionem Israel, quomodo incarnationis & passionis Xp̄i & ereptionis nostræ seruant mysterijs: & multis quidem in locis similia diligens reperies. Nō ergo possent antiqua delicta nouis deseruire sacramētis, nisi occulta ratione diuina intus operante prouidentia. Nec enim illa antiqua casu quodā & indifferenter ita prouenere: quibus noua postmodū à prudenti dispensatore & obseruatore diligenti adaptarentur mysteria: magis aūt illa ad horū sunt significationē(non homine illud intendente,sed deo disponēte)præparata, quàm hæc illis aptata. Quid deniq́ q́ dīs eo potissimū tpe ad passionem addictus,q́ hac hora,hoc die,hoc mortis affectu generer? Quis ista aut neget mystica,aut credat fortuita? Quo die est homo conditus,eo reparatus: qua hora sententiā pertulit,indulgentiam meruit: per lignum sentētia mortis inducta,per lignum uita restituta. Et nescio quis ista non diuinitus dispensata,sed humanitus administrata contendit. Habes agni paschalis tēpus,habes immaculatam hostiam,habes ereptionis israelitice de Aegypto horam,habes ereptionis tuæ gratiam de seculi errore, de uanitate, de natiuitate corrupta: & hoc simpliciter contigisse credis,deo non dispensante,sed iudæo operante,quāuis non obseruante. Hæc inquā quæ tā apte cōcurrūt de crucis ligno,de tempore,de hora,de die,& reliquas quæ obseruari prudenter possunt circumstantias,iudaicæ deputas dementiæ,non diuinæ sapientiæ? Prorsus in tam salubri remedio & cū antiquis in unam formam concurrente sacramētis,& fortuitus casus excluditur & humanus intuitus, sed nō diuinus nutus. Et in Esaiæ prophetia inuenies ad Ezechiā dictum. Data sunt oīa hæc in manus chaldæorū. Vbi data esse dicit,ostendit non tm̄ prophetice prædicta, sed etiā iudiciaria quadam æquitate dictata. E Ex his & hmōi passim p oēm scripturarū textū cui dubium resedebit diuinam pariter uirtutem & sapiam iustis legibus prauas rationalis creaturæ nō inspirare quidē sed dispensare uoluntates? Quod si ita est, multo minus ambigi potest motus cæterorum animantium,quæ naturali ducuntur affectu,& sensuum uel imaginationis tantum aguntur iudicio,nō arbitrio rationis,à diuina dispositiōe minime exēptos. Et ut semel concludā uniuersarū uel essentiā qua in hoc aut in hoc rerum genere sunt, uel existentiam qua sunt,uel usum quo aliquid efficiunt,iustissimus,potentissimus,prudentissimus moderator æternis & immutabilibus mouet & mutat & continet decretorum regulis,& cunctam creaturam nusquā exorbitāte regit iustitia,quasi ordinatissimam & dispositissimā ciuitatē. Hæccine ergo ciuitas est uniuersitas creaturæ quam sponsa circuituram se proponit? Circuierunt sapientes huius seculi rerum naturam,& in artificio suo operantem aduerterunt sapiam dei,operantē dico,sed non opus de quo legit: Deus autē Psal.73.
rex noster ante secula operatus est salutē in medio terræ. Cognouerunt in opere artificem,sed nō glorificauerunt, aut gratias egerūt. Fidelis aīa oīa replicat & recēset in laudem dei,& oēm creaturā puocat ad glorificandum, ut se ipsam excitet in gratiā, & uniuersitatis cōtuitu diuinum stimuletur in amorem. Circuiuit Salomon,& de cedro libani disputauit usq́ ad hyssopū. Circuiuit in Ecclesiaste, & de elemētorū posq́ differuit circuitu ad hūanos actus disputationē deriuauit, ut de transeunte rerum uanitate ad permanentem transiret ueritatem. Circuiuit Iob imo circunductus est magis à domino per terræ fundamenta, per mensuram,per lineam & bases,& lapidem angularem, & astra matutina,& filiorum dei iubilum,per maris ostia, & uuluam & uestimētum,& caliginosos infantiæ pānos, per terminos,uectes,& ostia,per ortum diluculi,& auroræ locum, & certas quasdam cæterarum rerum naturas. Omnes enim numerare longum erat,quæ omnia prudenter intuenti admirationē conditoris facerent, & pie considerāti amorem. Et hæc communiter omnibus proposita sunt ratione utentibus,& conditoris sui maiestatem manifesta pulchritudinis suæ specie commendant. Sub tam pulchro tamē uelamine pulchriora sunt quæ latent salutionis nostræ sacra & multiplicia spūaliū dona grarū. F
Deniq́ & Dauid in fine psalmorū cū oēm creaturā in laudē dei cōcitasset. Cantate,inqt,deo cāticum nouum,laus eius in ecclesia sanctorū. Verè nouū, cuius nescit antiquitatem materia. Fastidiū gratia,quæ semp est amore recens, usu recentior. Verè eī nouum,qđ hoīm animos ad æternam innouat beatitudinem. Deniq́ legitur: Ne memineritis priorum,& antiqua ne intueamini: noua quoq́ ego facio. Iure noua,quæ ab antiquo currentis naturæ nequaquam cōclusa sunt legibus. Laus eius in ecclesia sanctorū. Quodam utiq́ excellentiæ priuilegio,non tantum æquitatis

tatis dispensatione sed gratuito sanctitatis dono & mune
Psal.49. re. Laus eius in ecclesia sanctorū: qm̄ ita laudem eius sanctorum ostendit actus, ut illā attendat affectus. Sancti em̄ excellenter gratiarū dona suscipiunt, deuotionem persentiunt, gratulatione persoluunt. Ideo quodā laudatur privilegio in ecclesia sanctorū, extra ecclesiam laudatur ministerio insensibili & muto rerū, uano hoīm. In rebus insensatis conditio, in hoibus non renatis aliquanta cognitio, in neutris tm̄ dilectio. Nā dilectio conditoris sui in primis nulla, in secūdis non sancta. Laus eius in ecclesia, sanctorum. Sanctus enim & q̄ cōdita sunt, ut naturaliter sint: & quæ dispensata sunt, ut inconuenienter & inordinatæ non sint: & quæ prædestinata sunt ut beatæ sint, uniuersa perserutatur & æstimat quātū datur, ut per hæc auctoris iuxta uires colligat notionē, migret ad æmulationem, rapiatur in affectiōem. Hæc ergo ciuitas spiritualis est, hæc ecclesia sanctorū, quam circuituram sese sponsa præsumit. Deus bone, quāta hic utilium copia speculationū? Quis em̄ satis existimare potest quàm pulchra & quamplurima sint ubiq; spectacula in sacramentis, exemplis, miraculis? Prima saluationis, secunda conuersationis, attestationis sunt tertia. ¶ Quid uerò cum de mysteriis, cum de moribus ad remunerationes æternas temporalium meritorum admiratura mens assurgit? Quantum ibi profusis uotis refundit gaudij? Filij hominum, ut quid diligitis uana
Psal.4. & quæritis mēdacium? Vt quid animū ad aliena oblectamenta conuertitis? Laboriose quæritis labentes delicias. Quasi ad manū materiā fidei nr̄æ tenetis mysteria, ad memoriam prompta, ad meditandū profusa, ad subsistendū perpetua, ad sufficiendum plena. Filij, inquam, hominum, imo filij excelsi, alumni religiōis, qui regularis disciplinæ limina teritis, ut quid arida fauce aquas cœnulentas sitis, cælestes fastiditis? Vt qd cogitatiões admittitis in animum, ad quarum actiones non mittitis manum? Quod agere penitus detractatis, ut quid studiosa mēte retractatis? Experti frequenter estis q̄ omnē hanc inanē pōpam recogitatæ turpitudinis citus excipere solet exitus pœnitudinis. Denicq; & pudor est, pdere, & pœna reticere. Meditationis ergo mutate materiam, sed seruate instantiam.
Psal.47. Quàm fœdum est tunc studia uestra minui, cum mutātur in melius? Hoc aūt dico: sicut exhibuistis animū ad cogitatus affectuosos fœdæ turpitudinis, ita exhibete nunc ad fœcundos circuitus pulchræ ueritatis. Circundate Sion (inquit psalmista) & cōplectimini eam. Circundate meditando, complectimini amando. Complectimini eam, ut eius sit & cōprehensio integra, & collocatio intima. Plus aliquid immuere uidetur complexus quàm circuitus. Cōplexus simul continet totum, circuitus de alio in aliud facit transitum. In hoc tamen circuitus præstare uidetur, q̄ ea quæ complectimur, indifferenter & inuolute cōstringimus: ubi uerò circuitus est, singula seriatim discutimus. Ille contentus est summa, iste discurrit per singula. Esuriens enim & quærens animus dum illum non satiant aliqua, semp rapitur ad reliqua. Et quodā uoluitur circuitu, currentis desiderij protractus rotatu, donec repleatur in bonis esuries amoris, & occupet in illo cursus sui statum in quo terminū non inuenit. Nulla enim quæ creata sunt, in conditionis suæ statu infinita sunt: & ideo mens quæ circuit, uniuersa pertrāsit, nusquā requiem capiens ubi finem reperit. Solus ille requies est amāti & refectio, qui finis est
Cant.3. omnium, & cuius nullus est finis. Propterea sponsa in circuitu suo cuncta pertransit, ut pertingat ad ipm̄. ¶ Surgam, inquit, & circuibo ciuitatem. Circuibo in cūctis eū
Roma.1. quem diligo quærens, sed nusquam reperiens. Inuisibilia ipsius per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, sed tamen nullius creaturæ quamlibet excellētis, & ad ipsius accedentis imitationē plenè uel instruor indicio, uel incēdor officio. Tantum enim & pigrū & tardū & inefficax ad cōditoris cōmendationem, eorum quæ condita sunt redditur mysterium, quantum noscitur à ueritate distare simulacrum. Ergo circuibo ciuitatem, uniuersa pertinges, uniuersa pertransiens, pertingēs qua ex parte ipsius imaginē differēter pferunt, pertrāsiens ubi citra perfectū subsistunt. Circuibo ciuitatē, ubiq; capiens refrigeriū, & fastidium patiens. Quonā enim mō nō me refrigerat, qd̄ amoris mei pignus aliquod portat, præfert indicium, indicit memoriam, notitiam inducit? Sed iterū quonā pacto non tolero tædiū dum quadam me recogito pludi imagine, & umbra detineri, nudā & simplicem nō tenere ueritatem? Circuibo ciuitatē, quoniā in toto eius tam pulchro ambitu ubiq; resoueor, sed nusquam reficior. Nec me fatigabit iste circuitus, donec pateat plenior aditus, ut intrē in sanctuariū dei, & intelligam in nouissimis eius. Habebit ibi circuitus terminum cū repleti fuerimus in bonis domus tuæ dñe, cū intellexero in nouissimis eius illū q primus est & nouissimus, initium & finis. O qualis ibi circuitus erit pergere ab ipso in ipsum, ire & redire, desiderio ire, delectatione redire, dum semp eius qd̄ experientia desiderat, pūtia satiat, ut mēs possidētis & cōtuētis & illi sit p appetentiā intenta, & illo sit sufficienter contenta. Sic em̄ pennata illa & oculata animalia in medio & in circuitu sedis dei leguntur. In medio quia uoti sui perducuntur ad intima. In circuitu quia rediuiuo semper uoto feruntur in eadem ipsa. In medio quia eorū iam completum est uotum. In circuitu quia nō sufficiunt cōprehēdere totum. In medio sunt admissa per gratiam, & in circuitu sunt exclusa per differentem naturā. In medio sunt quia unita per contemplationē: & in circuitu, quia diuuncta per cōparationem. Quæ est enim sedes ista, nisi ea de qua loquitur apostolus, lux inaccessibilis quā inhabitat deus? Denicq; quā 1.Tim.6.
tumlibet oculata sint beata illa animalia, & illuminat illa ut quantum possunt capiant, & excedit ne ad totum sufficiant. O quàm ampla ibi speculatoria, quàm latæ platēæ in illa luminis infinitate patēt, quàm coarctati & cuniti & ptēsi in illa simplicitate, charitate, æternitate uici. Viæ illæ uiæ pulchræ, & semitæ pacificæ. Non est in illis uel errare uel laborare semitis. Vndicq; occurrit ibi sponsus, & lætoc (ut sic dicā) uultu se offert & influit cordi dilectæ, ut decætero non indigeat quæri Iesus Christus qui uiuit & regnat in secula seculorum. Amen.

¶ *Sermo.V.*

IOngū hesternus sermo in exequēdo spōsæ circuitu traxit limitē. A Grāe tibi dñe Iesu Xp̄e q̄ fecisti tam dulcia faucibus meis eloquia tua sup mel ori meo. Ideo uix ab ore quæ semel gustata sunt discedunt, ut alia succedant: cū mora ruminantur, & si deglutita fuerint, suaui quodam ructu denuo redeūt ad ruminādū. Poterāt hæc oia breuiter & cursim dici, sed materiæ quæ tractatur gratia, comedentis blanditur palato, & quādam sui appetentiam facit, non facile cedens cum semel adducta fuerit in discussionem. Nam & quem mandendū infantulo nutrix comminuit panē, iam satis studioso dente subactum aliquoties eum in ore detinet gustus illecta sapore. Et nos cantici huius solidos alijs si qui fortè indigent comminuentes cibos, gustatæ suauitatis iacturam facere nequimus, sed ita alieno inseruimus usui, ut & nostro satisfaciamus in parte desiderio. Denicq; cum terminatum reor sermonem, & competenti fine conclusum, impatienti exalatiōe epulæ uerbi redeunt ad labia, & dum abundantiæ suauitatis eructatur memoria, ad discussionem reuocatur materia. Quid enim? Cur non ficus frequenter concutitur, cuius fructus plenè nūquam excutitur? Quid mirum si conuellitur sæpius quæ ppria expoliatione fœcundior effecta, cum uellicantis uidetur certare manu, & decerpentis auiditatem ubertate conuincere? Non talis illa cui maledixit dominus Iesus nihil in ea fructus inueniens, pro sterilitate, ariditate æterna condemnans illam. B Vide quomodo aridas fecit fides Christi iudæorum traditiones & dogmata philosophorum. Quomodo arefecit flumina Aegypti, non est in eorum doctrinis & interpretationibus fructum inuenire de quo legitur in psalmo, Terra nostra dabit fructum suum, Psal.84.

Non potest in eorum uicis & platéis Xp̄s inueniri. Iam & Iudæi emigrauit à uínculis uestris. Iam dímísit domum suam, dereliquit hæreditatem suam. Deniq; facti estis qua si tugurium in cucumerario, quasi ciuitas quæ uastatur. Sed & de platéis nihilominus legitur, quia corruit in platéa ueritas. Siquidem de gentium philosophis dictum est q̄ ueritatē dei detinuerūt in mendacio. An non tibi uídetur congrue accipi in uicis Israel ſm carnem, quoniam de uno erant semine Abrahæ, & in unum compacti & coarctati ritum, una lege constrictis? Sapientes autem gentium iure adumbrantur in platéis, quoniam effrenata libertate & licentia, extra ueritatis euagati sunt tramitem, de manifestate diuina sentientes & asserentes non minus absona dignitati, quàm reluctantia ueritati. Iudæi paupertate intelligentiæ circa diuinæ singularitatem constricti substantiæ, usq; ad filij & spiritussancti personas, non potuerunt fidei incrementa dilatare. Gentium philosophi per planum diffusi, & nullo diuinæ eruditiōis obice tardati, deorum induxerunt numerositatem in naturis, infinitatem in personis, sentientes inter se singuli uaria, uniuersi uana. Sed quæ iam anima in istis uel uicis uel platéis inquirit sponsum? Concubina est si qua est aut adultera, quarum altera contubernium cum sponso non habet perpetuum, altera male fidum. Quid enim ibi quærat ubi casta non occurrit sapientia, sed peregrina & meretricia? Talis tibi depingitur in prouerbijs, occurrens uecordi iuueni ubi transit in platéa prope angulum aduesperascente die, in noctis tenebris & caligine, mulier ornatu meretricio, præparata ad capiendas animas, garrula & uaga, nunc foris, nunc in platéis, nūc iuxta angulos insidians. C Suspecta est mihi talis platéa, in qua mulier tā uaria & uersipellis blanditiarum suarum insidias uecordi machinatur iuueni. Nescio enim quid obscurū & distortum & fuscatum mihi significat nox & angelus & ornatus meretricius. Suspecta est mihi omnis doctrina, & certè despecta quæ nullā inducit de Christo mentionē, quæ eius me nec sacramentis renouat, nec præceptis informat, nec promissis inflammat. Nam iudæi quidem habent in pagina illum, sed interpretatione non habent. Adhuc enim uelamen est magis in eorum mente quàm lege. Nec enim auferri potest, nisi cū conuersi fuerint ad dominum. Suspecta est mihi tam in diuinis sensibus quàm in humanis usibus unius licentia, alterius restrictio, obstinatio utriusq;. Vnius in diuina natura numerositas, alterius singularitas, utriusq; cæcitas. Iō sponsæ nō dederim in istis uicis & platéis quærere dilectū. Alios illi assignem? uicos, alias platéas, quā sibi Xp̄s despōsauit in fide & ueritate. Et quidē gemina q̄dā est cōuersatio fideliū. Alij latam sectant uiā. Alij arctissimæ se tradunt disciplinæ. Nā etsi scribit. Arcta uia quæ ducit ad uitam: est tamen quæpiam in in hoc genere distinctio, & arctioris respectu alia reputatur latior. An non tibi uidetur latitudo mandati ubi nemo cōpellitur ad perfectionē, sed infirmæ non modo ualitudini, sed etiam uoluntati inferioris gradus permittitur licentia? Gratias tibi domine Iesu Christe q̄ nobis salutis occasiones paras, & ita uegetis & alacribus proponis consilium, ut etiam ægrotis dispōnas remedium, & pigris dispenses ascensum. Non modo uicos districte uiuētium habet ciuitas tua sancta Hierlm, sed etiā platéas humiliora & planiora diligentium. Sic in omni professione & ordine quæ spōsa est, eius quē caste diligit uestigia quærit, quatenus habeat undecūq; operationis exemplum, & amoris incendium. Non dedignatur ab his etiā qui foris sunt, qui nulla arctioris disciplinæ regula cōstringuntur, mutuari uirtutis insignia, reputās seruentiorem ibi frequenter affectum, ubi inferior fuerit ordinis gradus. D Quid dicemus de his qui nusquā salutis occasiones quærūt, ubiq; causantes remissionē in platéis, & in uicis indiscretionem? Deniq; tales multi sunt q oēs persecutantur professiones & ordines, sed in eis nulla inuenimnt quæ illos trahant, sed cuncta quibus ipsi detrahant, calūniantes q̄ districtio in alijs sit nimia, in alijs nulla. Istorū dicere est, & quidē quàm misere tā uere. Non inueni illum. Prauus certè sensus ut dicas, ecce Xp̄s hic, imo ecce illic. Pessimus uerò si dicas, nec hic nec illic. Vtrobiq; quærit spōsa, & hic & illic. Quæram per uicos & platéas quem diligit anima mea. Per uicos districtionem accipe, per platéas dispensationem. Neutram in ministris ecclesiæ sinistre interpreteris. Vtranq; ecclesia recipit, in utroq; spōsa quærit Christū. Noli in altero tm̄, in utroq; Xp̄m quære. Vicis platéas in teipso coniunge. Quæris quomodo? Si te coarctat afflictio aut uolūtarie suscepta, aut uiolenter impacta, intus in corde gaudio dilatare spirituali, & iam uicis platéas copulasti. Nónne tibi uidetur utrūq; tenere qui in tribulatiōe dilatatum sibi lætatur? Apostolus in arcto tribulationis quandam latitudinem optabat illis quibus ait: Spe gaudentes, in tribulatione patientes. Deniq; ad spē latitudo refert: habentes, inqt, tātas promissiones charissimi dilatamini & uos. Angusta est nobis in præsenti res, spes uerò lata. Arcta possessio, expectatio quidē profusior. Ergo ad latitudinem spei platéas istas referto. Zach. 8. Spe gaudentes apls dicit. Propheta uerò. Adhuc replebuntur platéæ tuæ choris ludentium. Vides quomodo sibi de spe & platéis sentiunt consona apostolus & prophetat? E Vterq; enim gaudium assignat. Simul etiam hoc aduertendum iuxta aliā distinctionē, q̄ etiā in uicis mansio est ad domesticas utilitates. In platéis feriatio quædā ad iucundítatem. In platéis enim chorus est & conuentus ludentium. Ergo uacationis & lætitiæ usus in platéis est. Bonæ quidem platéæ in quibus alacri satis agilitate in leues contemplationis saltus animus se spūalis exagitat. In platéis ergo q̄rit spōsa quem dilígit, dum domesticis euoluta curis, dum extra corporis effecta mansionem, & domum terrestrē quantū datur deserēs, quàm libere tā læte cōtemplari studet. In uicis est mansio diuturnior. In platéis quidem breuis, sed dulcior. In uicis uirtutum usus est & exercitium, quæ necessaria nobis sunt dum in corporis huius habitaculo moramur. In platéis uerò feriata quædam felicitatis futuræ præludia. Et uide nunc uerborum seriem. Primo ponit uicos, consequenter platéas. Habes & in psalmo simile. Quàm dilecta tabernacula tua domine uirtutum, concupiscit & deficit anima mea in atria domini. Miraris sponsæ sedulitatē? ordinē sequere. Nolite prudentiorē uel promptiorē spōsa præsumere, primo exercete in opere uirtuali, ut deinceps ad ueritatis speculatorium cōscendas. Quid illac ingressum paras qua exitus est? Cū spōsa per uicos ad platéas ueni, & cum psalmista post tabernacula uirtutum ad ampla ueritatis atria: alioquin ordinem si cōuertis, puertis. Quātomagis coangustati sunt uici, tanto uberiora & liberiora sunt intus ocia mentis. Quid ocia dico? deuotionē dicerē iustius. Arcta exterius disciplina, aiam interius dilatat. Siue libertatē siue lætitiā in platéis intelligas, ubi ampliores quàm in hoc ordine nostro platéas reperies? Sed nec facile dixeris ubi sint arctiores uici, ubi maior libertas & ad usum & ad exercitiū uirtutis quàm in hoc ordine & cōuentu sctō. Et iō maior ad bonum libertas, eò q̄ sit minor licētia in malum. Quo maior districtio, eo maior directio. Arctiores uici, ampliores platéas efficiunt. Quid ergo est p uicos & platéas Iesum quærere, nisi hoc se mō q̄ restringere & extendere ad capiendā de ipsi? illustratiōe lætitiā? F Vis ut utraq; intus in mēte assignē, platéas & uicos? Nónne tibi uidetur in uico quodā & uelut in arcto positus is cuius uexat patiētia, castitas arcet, coangustat charitas? Qui in nullo uirtutis studio libere & sine labore uersatur, sine labore & anxio conatu animi, nū tibi quasi in uicis locatus uidet? Et quāuis nō sine labore non sine conatu q̄rūt, tñ etiā q tales sunt, qetē in illo quē diligit aia sua, quasi per uicos q̄runt. De qb? ppheta: Dñe in angustia q̄sierūt te, & in semita iudiciorū tuorū dñe sustinuim? te. Rudib? & nouitijs istud sæpius euenit, q̄ solēt uel uarijs tentamētis, uel quodā tædio laborare quando eos aut carnis desideria coarctant, aut uirtutum non exhilarat oblectatio. Et beatus qui non

est scandalizatus

est scandalizatus in istis, qui non offenditur, qui non perdit Iesum, sed magis quærit per uicos tales qui in angu-
Esaie.26. stia quærunt. Non sic de quibusdam dicitur. In angustia quæsierũt te in tribulatione murmuris doctrina tua eis. imo & exercitia uirtutis, & doctrinam patris intelligit in angustijs illis, & protendit à fine usq; ad finem fortiter, donec de uicis ad platéas euadat: & qui perfectiores sunt, & platéis assueti, aliquoties ad angustias uicorum subito si-nuntur relabi. Et quis perfectior illa quæ sponsa dicitur? Ecce & ipsa per uicos & arctos quosdã meatus quærit dilectum. Non est ociosa difficultas ista quærendi. Per hanc enim & exercetur eius humilitas, & desideriũ excitatur. Quoties inextricabilibus me sensi quasi uicis errantem, & angustijs animi conclusum, cum subito uicinas in platéas euasi, & eduxit me in latitudinẽ bonus dominus, in uicis expirauí ferè, sed in platéis respirauí statim. Latitudo quædam & libertas inoccupatæ & expeditæ mentis in platéis tibi commendatur. G Sed considera ne libertatẽ istam des in occasionẽ carnis, ne coacerues lutum in platéa tua: lutum illicitæ cogitationis. Alioquin sicut lutum platéa-
Prou.4. rum delebit te dominus. Lubricauerunt (ait propheta) in platéis uestigia nostra: lutosas uolẽs intelligi eas in quibus sit lubricus incessus. Non luto sed auro sternãtur platéæ tuæ. Non ibi sit lutum, nec tamen siccitas & aridítas quædam sit ibi, sed fluant flumina ibi aquæ uiuæ, spiritualis quædam fluenta meditationis. In platéis aquas istas diuide in latitudine liberæ mentis. Sapientia, quasi platanus, inquit, exaltata sum iuxta aquas in platéis. Non in platéis solum, nec solum iuxta aquas, sed iuxta aquas & in platéis exaltata sum, inquit. Vt læta prodeant germina sapientiæ, quantum putas cooperatur & ocium liberum, & irrigatio crebra sanctæ meditationis? Iure quasi platanus exaltatur quæ sic plantatur. O beatas uerè platéas in quibus sapientia sic crescit, sic exaltatur & supereminet perspicuam se ostendens, & nõ indigens quæri. Et uide quomodo seculari prudentiæ aliqui totam sui cordis latitudinem exponant, quantum distendant animum & dilatent in platéam ut plantent ibi plantationem infidelem, hoc est germen alienum, quomodo & continuis exercitijs & meditatione frequenti & doctrina illam irrigent. Ideo cernas in illis lætam & uberem & exaltatam seculi sapiẽtiam, & fructificantem huius mundi sensum, sapientiam uerò quæ ex deo est humilem, & obscuram, & inueniri non possepenes illos. Exi in platéas & uicos ciuitatis, ocia discute, scrutare negocia eorum qui iudicijs uacant, qui tenent cathedram, qui sedent in tribunalibus, cõtemplare quid agant in publico, quid in cubiculo. Nunquid apud illos pura & uera & cælestis eminet sapientia? Nunqd expressa est in moribus quæ in sermone uersatur? Nunquid in prospectu inueníes illam? Nunqd exaltatã sicut cædrũ in libano, & sicut cypressum in monte Sion? Nã in his montibus exaltatã se gloriat. H Nomina ipsa mysteriũ continent, nec ociosus est etiam ordo uerborũ. Præcedit libanus in laude sapiẽtiæ, Sion subnectitur, post cordis mũdi candorem ad cõtemplandæ ueritatis fulgorem ascendis. Mundítia meretur notitiam, non hãc literatoriã tantum, sed quandam dulcẽ & intimam, & ipsius animæ medullis infusam. Deniq; puritas ueritatis socia est, & comes est, & præuia est. Idcirco montes istos libanum & Sion in laude sua sapientia copulat. Montes istos apud quos illorũ assignare poteris qui litibus aut exercendis aut dirimendis uacant? Non potest apud illos inueniri sapientia, in qbus non inuenitur locus sapiẽtiæ. Amat libanum, amat Sion, amat platéas, libertate gaudet & sublimitate. Quãta peruersitas, si sapientia quæ litibus uacat, quæ lucra sectatur, supereminet, & diuina latet? Supereminet litigiosa, & ea quæ pudica est, quæ pacifica, quæ bonis consentiens, contenta delitescit uelut in obscuro. Illa excolitur, ista negligitur, ac si sterilis & parum lucrosa. Neglecta plantatio in altum non crescit. Raro in platéis quasi platanum exaltatam inueníes. Non est obuia, non est frequens: ideo dicit. Quæsiui & nõ inueni illum. Vbiq; teritur, ubiq; uertitur in quæstione, ubiq; uenerabile est nomen Iesu. Et utinam quod uox sonat, uita depromat, exprimat imitatio, emineat & eluceat in moribus. Qui penes te sapiẽtiã quærit, assidentem inueniat illã in ipsis foribus tuis, in ipsis sensibus, in modestia & cõpositione hominis exterioris. Nam quasi fores sunt per quas interioris prodeunt habitatoris indicia. I A fructibus cognoscitur si apud te Iesus moratur. Accedit ad te sponsa, folia uertit ficulneæ tuæ, quærit in te fructum, quærit dilectũ. Hic est enim fructꝰ dulcis gutturi eius. Felix es cũ hoc abundaueris fructu, cum dñi tui sponsam isto satiaueris cibo. Esca eius, esca electa. Deliciæ eius sunt tecum esse dilectum suum. Non inuidet, non zelatur. Dilectũ suũ oim uult esse dilectum. Ideo apud oẽs quærit, ut illum apud oẽs aut inueniat aut inuitet. Quærit enim apud illos Iesum, quorũ quærit profectũ in ipso. Quærit per uicos & platéas, sed non in omnibus inuenire potest. Quæsiui, inquit, & non inueni illũ. Paulus oim sitiebat salutem, in uisceribus omniũ Christũ inuenire cupiebat, omnes cupiẽs in uisceribꝰ Christi. Sed enim audi quid dicit, quomodo quosdã deplorat. Neminẽ, inquit, unanimẽ habeo. Omnes quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi. Putas q; apud eos inueniri Christus queat, qui ipsum ut inueniant nõ quærunt? Et multos quidẽ sic quærentes reperies aliud præter ipsum, sed tm̃ per ipsum. Tractatur in consilijs, disceptatur in iudicijs, in scholis disputatur, cantatur in ecclesijs. Religiosa sunt hæc negocia, sed uade ad exitus aquarum, & pensa quis generalior istorum finis est operum. Vide si nõ per hæc omnia quædam exercentur mercimonia de Christo. Quæstuosa res nomen est Christi. Nisl pensius, nisl optatius. Felix tamen qui nominis huius uirtutem sectatur. Apud illos tractet, disceptetur, disputetur super hoc nomine. Nobis satis est si nostris in claustris saltem adametur, nusquam cõmoditas maior, ideoq; maior confusio nusquã si penes nos non inuenit Christus. Non inuenitur forma iustitiæ, si piorũ operum non est intentio pura. Nam ipsa lætitia est mentis quædam diuina alacritas, quæ de ipsius præsentia cõcipi solet, & quàm uere possumus præsentiã ipsius interpretari, hæc inquam cælestis & excedens affectio: non est res facilis & passim obuia. Hanc præcipue sponsã ut puto designat dicens: Quæsiui & non inueni illum quem diligit anima mea, Christum Iesum qui uiuit & regnat in secula seculorum. Amen.

¶ *Sermo.* VI. A

SPonsa moram in quærendo patitur, & quandã illi difficultatis umbram sponsus obtendit, copiam sui non statim indulgens. Illa tamen calente studio sedulitatem continuat, querelam ingeminat. Non inueni illum. Fratres, si sedulitas submouetur, desidia quando admittetur? Si non inuenit amor, quãdo inueniet tepor, quando raritas orandi, quando remissio? Quid ergo nunc cõtra raritatẽ orãdi & remissionem inter uos disputo? Non est opus medelam adhibere morbo quo nõ laboratis. Peregrina sunt à uobis hæc uitia. Quis enim uestrum qui nõ sit & frequens & feruẽs in oratione? Et si torpor abest, uidete ne uos dilatiõis tædia defatigent, & infringant desideria uestra. Vtrobiq; reatus est, si sit anima uestra uel in postulatione remissa, uel in expectatione deficies. Spõsæ desideria audis dilata, & tu ad primum orationis tuæ pulsum inspirationis diuinæ delícias tibi non affluere querulus causaris? Nunc cœpisti, & tam cito à directione sua tuus infringitur spiritus? Quid si tibi illud de euangelio improperetur: Sic non potuisti una hora uigilare mecũ? Vigilate ergo & orate, quia nescitis qua hora dilectus uester aduenìat. Pertinax oratio pertingit ad finẽ. Et si tibi in initijs ficca & uelut saxea uideatur, oleum tamen gratiarũ elicies de hoc saxo durissimo, tantum si perseueres, si te longior mora non dissoluat, si non dilatione tua uota lentescant. Molesta planè amanti dilatio, sed solent protracta desideria amplius crescere.

Quíd uobís nota íngeroꝛ Vexatio crebra ípſa uobís huíus rei dabit intellectum, ímo ſam dedit, idq; frequenter. Crebro uos exercitatos inueni in huiuſmodi ſtudijs. Nō poſſum gloriari hos me genuiſſe affectꝰ in uobis, gaudeo tamen inueniſſe uos in iſtis. Et ſi non hæc in uobis ſtudia formaui, utinam in illis fouere uos poſſim. Et ipſe cuſtos ſum: ideo illam mihi ſponſæ uocem ſæpe replicatis. Num quem diligit anima mea, uidiſtiſꝛ O beata anima quam tam ſancta deſideria exercent. B Deſideria dilectæ, dilectæ quæ neſcit niſi de Chriſto rogare, quæ talem inuenta
Canti.5. erumpit in uocem. Num quē diligit anima mea, uidiſtiſꝛ Deniq; ſponſa eſt quæ talibus inuenitur occupata ſcrutinijs. Inuenerūt me, inquit, cuſtodes ciuitatis. Qui ficti & fallaces ſunt, nihil tam refugiunt quàm ab his inueniri cuſtodibus: & ſi deprehenduntur non facile conuincuntur.
Gene.4. Cain factus eſt uagus & profugus ſuper terram, inueniri formidans. Omnis, inquit, qui inuenerit me, occidet me. Non uult peccatū occidi, nō uult pati ſalutarem in cōfeſſione uerecūdiā, medicinalē caſtigationem magiſtri. Non uult inueniri, quia non uult mori. Nam ubi non ueretur interfici, ſed magis ſe foueri confidit, impudenter ſe iactat indiſciplinatus affectus. Sed ſponſa ultro ſe offert, læta ſponſi occurrit ſodalibus. Quidni læta? Non inuenitur quaſi fugiens ultorem, ſed quærens amatorē. Inuenerunt me cuſtodes, non ſunt inuenti, ſed inuenerunt. Diligentia ipſorum in hoc cōmendatur. Pigri cuſtodes & male fideles nullam in hoc adhibēt diligentiā, non eunt, non quærunt ſi quem inueniant cauteriatā habentem conſcientiā, ſigno amoris caſti & ſtudio quærendi prodentē dilectionis incendium. Non conueniunt ſubditos, & fortè moleſtum ducunt ſi compellantur ab ipſis. Non niſi interrogati proferunt uerbum ſolatij quidam, nec tunc quidem. Litera quod habet, in pagina tantum proponit, nil ſuperadijciens uel induſtriæ uel diligētiæ. Alia eſt planè cuſtodis ratio: præuenire debet, non tantū exponere, excitare magis quàm expectare quæſituros, quaſi de ſpecula ſuper filios proſpicere qui ſit intelligens & requirēs deum. Cuſtos tuus ſum, da mihi domine linguam eruditā ut ſciam eum qui lapſus eſt ſuſtentare de uerbo, & ad uerbum dirigere. Et quid aliud optat ſponſa, cum dicit? Num quem diligit anima mea, uidiſtis? Vides illam non tam fatigatam quàm excitatam ſtudijs ſpiritalibus. Intellexiſti pertinaciam eius in quærendo dilectum, uide nunc humilem prudentiā. Neſcit cuſtodes contēnere. Nec enim tutum arbitratur inconſultos præterire, quos ſcit dñici & conſcios ſecreti, & nuncios mandati. Num quē diligit anima mea, uidiſtis? C Quid tamen ſibi uult hæc interrogatio ſub ambiguo poſita? An in hoc admonere te uoluit ut non credas omni ſpiritui, ſed probes ſi ex deo ſit ſpiritus? Deniq; non omniū eſt certum ſponſi præſtare indicium, qui cuſtodis officiū uel ſuſceperūt uel arripuerūt. Multi enim ſunt quoꝝ eſt oculus in uniuerſa terra, & iuxta alterius loci prouerbiū, in finib⁹ terræ. Non eſt lumē eoꝝ cū ipſis, nec poſſunt illud ultra terræ porrigere limitem, leuare ad cælum. Satis quidē fideles ſunt & ſeduli, ſed hucuſq; ut terrena coaceruent, & terrena ſeruent. Oculus, inquit, eorum in uniuerſa terra. Inexplebilis auiditas in uniuerſa terra ſe extendit, propterea terrenis incraſſata mens curis, & illius meniæ ſeruiens qui perit cibi, cæleſtis epulæ neſcit diſpenſare uiaticum, & de ſupernis theorijs aliquid ſerenū temperare ſubiectis. Nam & ſi fortè qui tales ſunt, de ſpiritalibus rogentur ſecretis, planam fidei & morum reſpōdent ſufficere uiam. In hoc ſterilitatem ſolātes ſuam, uel ex tepore proprio auiditatem alienā metientes. Languidus enim & remiſſus amor, culpabili quadā patientia non tam optat quàm expectat futura bona. Qui uerò ferueutior eſt, ardenti fertur deſiderio, repoſitam plenitudinem furtim & ex parte deflorare tentans. Quia tales plurimos nouit ſpōſa cuſtodes, quodā ſub ambiguo interrogationem librat. Num quem diligit anima mea, uidiſtis? Sit prudens, ſit fidelis, ſit cuſtos ſedulus, & diſciplinæ diligētia hoſtium coerceat irruptionē ab ouili. Non tamen ſtatim ſciet amatoria canere, & ſponſi internuncius eius mōſtrare præſentiā, & in receſſus ſecretos raptim admiſſus ſtillare de intima aliquid dulcedine. Valde enim eſt imparis gratiæ, furtiua & fucata adulteri deprehendere lenocinia, & legitimos ſponſi aduentus conciliare. Malorum quia frequens eſt experientia, facilis eſt notitia. Spiritualium uerò ſenſuum, quia rarus uſus eſt, & exile iudicium, tenue ſatis eſt indicium de ipſis, nec poſſunt ſpiritualia niſi à ſpiritualibus dijudicari. Et ideo non poſſunt niſi à ſpiritualibus demonſtrari, quales ſunt de quibus legitur: quàm pulchri ſuper montes pedes annunciantium *Eſaie.52.* pacem, annunciantiū bona. D Num quē diligit anima mea, uidiſtis? Nō eſt una nec ſimplex nec uniformis uiſio ſponſi. Exultauit Abraham ut uideret diem eius: uidit, & gauiſus eſt. Vidit Iacob dominū facie ad faciem, & ſalua facta eſt anima eius. Vidit Moyſes, ſed poſteriora uidit. Vidit Eſaias dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum. Vidit Ezechiel. Vidit Daniel in hominis ſimilitudine cū nondum hominem ſuſcepiſſet. Sed omnis ante incarnationem huiuſmodi uiſio in corporali mōſtrata eſt ſpecie, nō in corporis humani ueritate. Viderūt apoſtoli in ipſa carnis ueritate, & palpauerunt & attrectauerunt. Vtriq; tamen intus fide deum uiderūt. Dictum eſt Philippo: Qui *Ioan.14.* uidet me, uidet & patrem meū. Quæ uiſio, quia referatur ad fidem, quod adiunctum eſt declarat. Non credis quia ego in patre & pater in me eſt? Alioquin propter opera credite. Quæ enim cōſequentia ut ad probandū q̄ patrē uiderit, inducat quia ſe uiderit, niſi q̄ in utroq; eam uoluit uiſionem intelligi quæ per fidem fit? Propterea & de credulitate conſequēter adiungit. Non creditis quia ego in patre, & pater in me eſt? Alioquin propter opera ipſa credite. Si enim habitat Chriſtus per fidem in cordib⁹ noſtris, & ſi ipſa corda noſtra mundantur per fidem, cur nō & in cordibus noſtris uidetur per fidem? Superioꝝ uerò uiſionum, quarum altera facta eſt in imagine, altera in carne, utraq; plena eſt uel iucunditatis uel utilitatis, ſed cum tertiæ quæ eſt per fidem ſeruatur integritas. Nā ut de uerbi apparitione quæ in carne erat loquar, præter uitæ uerba quæ de ore eius procedebant quantum putas uirtutis inſigne in ipſo exteriori remitebat habitu, quā manifeſta eius quæ intus erat dabant indicia oculus, uox, uultus? Deniq; geſtus omnis quomodo diuinā ſpirabat gratiā? Iucunda planè uiſio illa, ſed deum in homine credenti. Et quidem illa quæ prophetis & patrib⁹ ante Chriſti incarnationem facta eſt, diuinū quiddam ſpirabat in apparēte imagine, quantum mea ſe habet fides, inæſtimabilem delectationem & menti & ſenſui infundebat cernētis, nec niſi quorum mundus erat animus, apparebat obtutibus. E Nam & poſt reſurrectionē in ipſa carnis ſuæ ueritate non niſi teſtibus præordinatis à deo apparuiſſe legitur. Felices illi cuſtodes, ſi quibus tamen apparet frequenter & ſimiliariter talis uiſio, præſertim illa quæ eſt in carnis iam glorificatæ aſpectu, qualem eum Petrus & Ioannes uiderunt in monte transfiguratum, ſed tamen & illa prior nō uera, & iſta non plena. Nam illa Moyſes delectabiliter detentus, nō tamen cōtentus, oſtende mihi, inquit, teipſum. *Exod.33.* De altera uerò ipſe dominus: Expedit uobis ut ego uadā, *Ioan.16.* alioquin paracletus non ueniet. Bona ergo uiſio quam paracletus aduenies inducit: ſpiritalis eſt, quia facta intus per ſpiritum. Deniq; & ſpiritus ante faciem noſtram Chriſtus dominus. Viſio hæc uel in reuelata ſpiritualiter ueritate per intelligētiam, uel in ſuauitate infuſa per gratiam. Nam & hoc ipſum experiri uidere eſt. Guſtate, inquit, & *Pſal.33.* uidete quoniā ſuauis eſt dominus. Suauiſſima certè hæc uiſio, & quāuis futurū iuxta modū nondum plena, uicina tamen, uicina qualitate, non æqualitate. Viſio hæc humano non eſt ſuppoſita ingenio, uel propoſita ſtudio, etſi aliquando deſiderio gratis indulta. Deniq; non eſt talis quæ intelligētiæ concepta uiribus, cōtinuo tenore morā in animi memoria protelare queat. Subitanea eſt & ſui iuris hæc

ſuris hæc uiſio, in ſpiritu uehementi uadens & ueniens. Subitanea eſt & momẽtanea, repente ueniens, & repente uadens: & ſi momẽtanea eſt, manent tamen reliquiæ cogitationis tam ſuccenſæ, tam ſerenæ, & diem feſtum agunt in animo recordantis. Manet quidẽ memoria deguſtatæ & deglutitæ uiſionis. Cui⁹ ſuauitatẽ qui guſtare poſſunt eructare norunt, & hora hac maxime. Eructat enim bonum uerbum cor recenti adhuc incalescens gratia, & feruida meditatio ſimiles effundit ſermones. Multum enim intimæ dulcedinis ſapit in uerbis, & gratiſſimi ſunt ſermones qui de gratiarum ubertate prorumpunt. F Si cuſtos es, ſcito quoniã talia te oportet præparare in occurſum ſponſæ. Vt quid occurris, ſi nihil dulce, nihil nouum nunciaturus uenis? Si noua non potes, uetera proſer. Ingere nota, ſi noua non habes. Non tamen ingeritur quod exigitur. Non quærit qualem uideris, ſed ſi uideris. Sufficit nunciare qualem ipſa nouit. Augmentum tamẽ affert gratiarum ſi noua annuncias. Deniq; quod non eſt uel ignotum uel inſolitũ meditationi, ſponſæ noua quadam gratia dulceſcere ſolet. Non faſtidit auditus, quando feruet auiditas, tantum de ſponſa diſputa, & noua protuliſti in auribus ſponſæ. Non ſuppetit tibi de illo excellenti & excedenti uiſionis modo ſemper reſpõdere. Sublimis illa & ſubtilis eſt, & ſubito præoccupare ſolet animum quem mundũ & exoccupatũ inuenerit. Subito præoccupat, ſed non occupat diu. Subtilia iſta non adſunt ad uotum, dulcia deducit in medium. Simplicis fidei capitula ſingula quodam dulci diſputationis temperamento ſuauiſſimos gignunt in audiente mẽtis affectus & exceſſus. Delicata eſt ſponſa, dulcia uult magis quàm fortia, niſi q̃ omnia poteſt in eo qui eam confortat ſponſus. Narrent alĩ fabulationes, controuerſias meditentur. Os tuum meditetur ſapientiam, & lingua loquatur delicias, qui ſponſæ loqueris. Nam & illa tales uult qui de dilecto narrẽt & nunciẽt. Labia ſacerdotum cuſtodire debent ſcientiam, ideo legem requirit ex ore eorum, legem uidendi & inueniendi dilectum. Num quem diligit anima mea, uidiſtis? De uiſione Canti.3. illorum ſe uiſuram præſumit, ideo diligenter inueſtigat cuſtodum uiſionem, eorum ſperans alloquio uel in ſecretiora deduci, uel dulcioribus affici. Id eſt enim uidere quẽ diligit, dei ſapientiã & uirtutem propenſo affectu & pura concipere mente. Bene illum cõſpicit, qui hoc utroq; concipit modo, pure cernens, & pie ſentiens. Dulce puto ſuſurrium quod inter ſponſam cuſtodesq; uertitur: & grata collatio, ſi tamen collatio. Nulla enim illorũ hic reſponſio memoratur. Secreta ualde eſt ſiqua eſt, quam alto tegendam putat ſilentio. Secretum ſuum ſibi. Secretũ ſuum ſibi. Nec audemus hic aliquid inde conijcere quod ſponſa curauit reticere: cum eorum ſilentio claudamus nunc ſermonem, prorogantes in craſtinum ſponſæ tranſitum, quo ſe uigiles paululũ pertranſire dicit & inueniſſe quem diligit anima ſua.

¶ *Sermo.* VII. A

IMprobi exactores eſtis, & nimis inſtãter repetitis debitorem ueſtrum: dignum tamen uenia eſt, dũmodo iuſta poſtuletis. Sed uos exigitis ut ſoluam ad quod non me obligaui. Tractaturus eram de tranſitu ſponæ. Ad hoc enim & ordinis & ſponſionis noſtræ ratione teneor: & uos adhuc mihi Canti.3. ingeritis illud cum ſpõſa. Num quem diligit anima mea, uidiſtis? Sed illa modeſtius interrogationem temperat ambigenti ſimilis, quærens magis quàm urgens. Nouit enim nec omnibus nec omni tẽpore de hac uiſione adeſſe ſermonem. Ex quo enim abſcondit uultum ſuum, quis eſt qui contempletur eum? Vos autem urgetis me ut legem uobis ponam cõtemplandi dilectum, & diſciplinã inuentionis huius & uiſionis tradam. Quid ergo? Vultis ut muneris diuini largitatem, cõcludam ſub regula? Viſio hæc non eſt induſtriæ ſed gratiæ, reuelationis eſt, non inueſtigationis. Si quid tamen ad hæc poteſt induſtria cooperari, illud primũ obſeruate quod ſcribitur: Lauamini, mũdi Eſaie.1. eſtote. Secundo ut ſcribatis ſapientiam tempore ocii. Qui enim minoratur actu, recipiet eam. Tertio ut uiolẽti ſitis, & gaudiũ regni quod uobis diutius furripit præripiatis, id eſt ut habeatis cor purgatũ, paratum, improbũ. In primo efficiẽris dignus, in ſecundo deuotus, in tertio uehemens, hoc eſt idoneus, obuius, urgens. Idoneus gratiæ percipiendæ, obuius ueniẽti, urgens morãtem. In primo præpararis, in ſecundo aſſimilaris ſponſæ expectanti dilectum quando reuertatur à nuptijs. In tertio properas, & ſponſa non expectat, ſed properat, & ipſos præterit cuſtodes. Dixiſſem melius ſi dixiſſem pertranſit. Quod enim præterimus, non reſpicimus, non attingimus, ſed cõtemnimus. Quod uerò pertranſimus, intelligimus illud diſcutere, & quaſi diſquirere & penetrare, nec inutilis hæc pertranſitio. Paululum enim cum pertranſiſſet inuenit dilectum. Videtis fratres quid proficiat conſultatio cuſtodũ: Deuotã ſed uagam animã ad inuentionẽ dilecti perducit. Vtilis quidẽ cõſultatio: & frequẽter quod nõ cõfert eorũ qui conſuluntur eruditio, cõſulentis meretur humilitas. Bonum eſt ut ſis ad quærendũ ſedulus, nõ tamẽ aſſiduus. Nam & ſponſa non tam ex ſtudio quàm occaſione cuſtodes interrogat, & id in trãſitu. Trahebat enim illã ulteri⁹ amor dilecti, nec uacuum eſſe ſinebat ex ocio cõferre cum illis. Currebat in cordis ſiti hauſto forſitan de ſponſi uicinia ſpiritu, & ideo minus intẽdebat in his qui benedicebant ore, tendens ad illum qui benedicit in ſpiritu, qui eſt ſuper oĩa benedictus in ſecula deus. B Aduertite iſtud uos qui in trãſitu oratis, & cũ mora legitis, qui ad legendum feruetis, in orando tepetis, debet lectio orationi ſeruire, præparare affectũ, nõ horas præripere, nec succidere moras. Cũ legis, eruditis de Chriſto: orans uerò familiare cum ipſo ſeris colloquiũ. Et quãto ſuauioris eſt gratiæ cũ illo quàm de illo loqui? Si quædã ſpiritualium detrimẽta ſuſtinent uiſitationũ propter orandi raritatẽ qui lectioni uehementius uacant, qd dicemus de his quos aut indiſciplinatæ collocutiones diſſoluunt, uel anxiæ quæſtiones ſcindũt? Deniq; monachorũ eſt nõ colloquiũ ſed ſilẽtiũ, non quæſtiones, ſed quietem ſectari. Aut ſi admittenda eſt inquietudo, dilectionis eſſe debet, nõ contẽtionis. Habet enim amor ſanctus inquietudinẽ ſuã, ſed qualẽ legis apud prophetã: Nõ tacebo & nõ quieſcã, donec egrediatur ut Eſaie.62. ſplendor iuſtus, & ſaluator ut lampas accendatur. An nõ ſimilẽ animi ſui paſſionẽ intimat iſta cum dicit: Cum pertrãſiſſem illos? Ferebatur impetu feruẽtis amoris, ideoq; Canti.3. pertranſiſſe ſe perhibet, quaſi auiditate & deſiderio ſupergrediens quicquid dici poterat. Cum pertranſiſſem illos, inueni quem diligit aĩa mea. Pertranſiit illos uel euentilando doctrinã, uel æſtimãdo naturã. Pertrãſiuit & quod potuit ab illis dici, & quod potuit in illis conſpici. Quilibet eñ ſint cuſtodes iſti, licet cherubim iterpreteris, licet ſeraphim, nõ poſſunt totum quod de Chriſto eſt nec eloquendo depromere, nec æmulãdo exprimere. Cunctæ res Eccle.1. difficiles, nec ualet homo eas explicare ſermone. Si tanta difficultas eſt in reb⁹ cõditis, rerũ auctorẽ quis iudicabit uel digne uel plenè? Ideo dicit. Cũ pertrãſiſſem illos. C Vtinã nos tales ſimus auditores uerbi dei qui non ſuccũbamus his quæ dicũtur, uel tardante ingenio, uel tepente uoto, ne nos illa pertrãſeant, ne noſtrã excedant tam auiditatẽ quàm capacitatẽ, ſed magis docentis quàm cõmonentis pertrãſeamus conatũ, maiora etſi nondũ capiẽtes, conijciẽtes tamen, aut certè cõcupiſcẽtes. Quadã enim ratione pertrãſit qd̃ ſibi ꝓponitur q̃ ampliora ſectat, quãuis non cõſequatur ſtatim. Sponſa uerò cõſecuta eſt, propter quod electa decantat: Cum pertranſiſſem illos, inueni quẽ diligit aĩa mea. Quidni pertrãſeat illos quorũ & ſcientiæ eſt numerus, & naturæ modus? Ille uerò qui quæritꝰ, magnus & immẽſus: & nõ æſtimabit alius ad illũ. Non ergo poteſt alieno documẽto aut exẽplo ex æquo perpẽdi. Reliqui oẽs pertrãſibiles ſunt, ſolus ipſe pertrãſiri nõ poteſt. Deniq; dicit: Tranſite ad me omnes qui cõcupiſcitis me, Eccli.24. & à generationibus meis adimpleminí. Tranſite, inquit,

ad me, non pertrãsite. Quonã enim modo pertransiri po-
Luc.6. test, quod immensum est? Mensura bona & coagitata & cõferta & supereffluens dabitur, inquit, in sinum uestrũ. Vobis immẽsitas dispensat in mẽsura. Nam in se immensa est. Non, ait, replẽs sed supereffluens. Si ergo mẽsura capi non potest, immensitas ipsa quando capietur? Quo pacto pertrãsiri poterit, quod nec capi plenè potest? Deniq; nec
Cant.3. sponsa pertrãsire uult, sed dicit: Tenui, nec dimittam illũ. Paululũ cum pertrãsissem illos, inueni quẽ dilegit anima mea. Fortè propinqui erãt spõso uigiles hi quos cũ paululũ pertrãsisset inuenit dilectũ. Quod si iuxta diuinã eius accipimus dici naturã, qs creatoꝝ spirituũ ad immẽsitatẽ & maiestatem illam proxime accedit? Nam etsi similitudo ineſſe intelligit, lõge tamen inferior & dissimilis dignosci tur. Non est enim dñe quis similis tui. Proximitatem fortè ergo hanc quam excludit cõditio: cognitio admittit. Sed quis audeat abyssum illam diuinæ sapiẽtiæ cuius non est numerus ingenio, creati spiritus perceptibilem diffinire?
1. Tim 6. Lucem (inquit apostolus) habitat inaccessibilẽ. Lux ista nobis inaccessibilis est, sed nos non sumus inaccessibiles illi. Propter quod dicit: Prope feci iustitiã meam, & salus mea non elongabit. Prope facta est, quia incarnata: proximior, quia reuelata: magis autem proxime facta, quia donata. Prope facta est iustitia dei patris Christus Iesus carnis nostræ susceptione, sed gemino hominũ genus omne excessit priuilegio, quantum spectat ad humanæ naturæ statũ, æquitate, & integritate: quia præter illũ nemo mundus à sorde, nemo immunis à corruptiõe. Dotat? est ergo duplici hoc munere, præcessitq; particípes suos. Itaq; & reliquos omnes fides tua pertranseat, ut in illo solo perpendas æquitatẽ iustitiæ, & integritatẽ cõsimilis naturæ. Sed tamen paululũ pertransi: qm̃ sicut nos longe excedit iustitia & incorruptiõe, sic prope factus est naturæ indiffẽrentis cõditione. Nescierunt iudæi in illius existimatione pertrãsire Moysen, pertrãsire Abrahã, pertrãsire reliquos uel patriarchas uel prophetas: qui illum sicut unum de reliquis æstimabãt, nec aliquid habere gratiæ præcellentis.
Ioan.8. Deniq; dicebant: Abrahã & prophetæ mortui sunt, & tu dicis: Qui manducat meã carnẽ non morietur in æternũ? Quem teipsum facis? Noluerunt Ioannem pertrãsire, sed
Euisdẽ.1. dicebant: quia Ioannes ipse est Christus. Non passus est tamen eos in se remanere Ioannes, sed opinionem infideli ter præsumptam à se auertit. Non sum ego, inquit, Christus, mediꝰ autem uestrũ stat, quem uos nescitis. Nescit synagóga pertransire, sed ad cæterorũ mensuram æstimauit illũ, & quasi blasphemiã oppouebat ei, quia cũ homo esset se faceret deũ. Sed ecclesiæ pertransiuit fides, & inue-
Psal.44. nit illũ unctum oleo lætitiæ præ cõsortibus suis. Et quàm uberi unctus erat oleo, de cui? plenitudine omniũ nostrũ infudit uulneribus. D Nos enim sumus saucius ille qui descẽdit in Hiericho, qui incidit in latrones, qui expoliatus est, & uulneratus est, & semiuiuus relictus. Pertransierunt plurimi, & nullus erat qui saluaret. Pertransiit magnus ille patriarcha Abraham: non enim erat ille iustificans, sed tantũ iustificatus in fide futuri. Pertransiit Moyses: non enim erat gratiæ dator, sed legislator, & eius legis quæ neminem ducit ad perfectum. Nec enim ex lege iustitia. Pertransiit Aaron. Pertransiit sacerdos & eisdem hostijs, quas indesinenter offerebat, nec poterat mundare cõscientiã ab operibus mortuis ad seruiendũ deo uiuẽti. Pertransiit patriarcha, pontifex, & propheta aridꝰ tam animo quàm opere, imo & illi in hoc saucio saucij erant.
Luc.10. Solus ille samaritanus uerus uiso illo misericordia motus est, sicut misericordia totus est, & infudit oleum uulneribus, seipsum cordibus, mundans per fidem corda omniũ. Ideo ecclesiæ fides omnes pertransit, pertingens ad illum qui solus illã pertransire nõ poterat, imponens in iumentum suum, & factus est ipse iumẽtũ. Et paululũ pertransit ut inueniat illum, quem sic credit exortem corruptionis, ut consortẽ prædicet cõditiõis. Sic illũ habet principem gratiæ, ut cõfiteatur participem naturæ. Q; si & cælestes illos angelicos spiritus contuitu sanctissimæ quam sortitus est animæ, ipsum supereminere dicamus, non erit à fide alienũ, sed omnino congruum dignitati eius personæ. Etenim si minoratus est paulominus ab angelis propter partem qua indutus est carnalẽ, par tamen est illis ſm̃ substãtiam spiritualẽ, & superior ſm̃ prærogatiuã uirtualẽ.
E Et hos ergo sponsa pertransi anima. Nam & illi custo-
Hiere.51. des tui & curatores tui sunt qui dicũt in propheta: Curauimus Babylonẽ, & nõ est sanata. Hos, inquã, pertransi, & in dilecto tuo priuilegij singularis dotes cõtemplare. Illi administratorij spũs, nõ operarij salutis. Ipse uerò magni consilij angelus, qui operatus est salutem in medio terræ. Propter quod & deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod est super omne nomen. Iucunda contemplatio in cælesti familia contueri essentiæ simplicitatem, serenitatem mentis, & mutui suauitatem amoris. Iucunda cõtemplatio contueri perpetuitatẽ existentiæ, puritatem intelligentiæ, scientiæ profunditatẽ: tum etiam humilitatem in obedientia, tranquillitatẽ in diligentia, facultatem in efficacia. Omnes tamen pertransi, & intuere quantus sit iste qui ingreditur ad saluandas gentes. Quem ingredientem in orbem terræ angelicæ laudes inducunt, & triumphaliter regredientem cum admirationis cantico dicũt: Quis est iste qui uenit de Edom, tinctis uestibus de bosra? Iste formosus in stola, utiq; carnis suæ. Iure quidem formosus in stola sua, quæ sine commixtione concepta est, & de uirgine nata est, & ab omni non modo corruptione, sed etiã corruptionis fomite immunis conseruata est, & in sepulchro dissoluta non est, & die tertia resuscitata, quadragesima in cælum assumpta, omni die, quod super omnia mirãdum & amandũ, in salutis cibum credentibus proposita. Quis non ad singula ista miretur amanter & dicat: Quis est iste tam formosus in sua stola? Cucurristi per hæc omnia admirationis genera, imo stupidus per singula subsististi, & ecce denuo noua tibi admirationis materia inde exurgit. Satis in illis exercitatus fueris, hic iterum ad stu-
Esai.63. pendũ excitaris, quasi illud tibi dicat prophetæ: Ne memineris priorũ, noua ego facio. F Quid magis nouum quàm q; in mysterio dñici corporis mutatur materies, & species seruatur? Pristina manet forma, sed noua gratia quia noua substantia. Noua quidẽ non in se, sed in hmõi specie. Nouum planè q; carnis dñicæ substantia in aliena specie sumpta sanctificationis uirtutem animæ confert, & spiritualẽ emundat substantiam in mysterio altaris immaculata caro. Nouum quidem, & supra reliquorũ usum sacramentorũ, q; nõ modo sanctificationis noua gratia datur, sed substantia naturalis mutatur. Nam per sacramẽti benedictionẽ accipit oblatus panis hanc ineffabilẽ mutationem, & ex mystica cõsecratione & uerbi uiuẽtis copulatione hæc uiuificatrix gratia in carne Christi redũdat.
2.Cor.3. Caro enim nõ prodest quicquã, sed spiritus est qui uiuificat, sacrosanctæ carni cõferens in solẽni sacramento spiritualem efficaciã ad uiuificandos tanti participes mysterij. Formosus ergo in stola, hoc est in carne sua, sed multo formosior in assumpto spiritu: qui utique carne præstantior, quia uerbo uicinior. Et in hoc spiritu unctum eum intelli ge præ cõsortibus suis, id est nõ modo præ filijs hoim, sed etiam præ angelorum agminibus. Quidni unctus sit præ illis oleo gratiæ, qui nõ sicut alij participatione, sed personali unione uberrime illi cõsertus est oliuæ, ex qua unctio omnis emanat? An nõ tibi uelut oliua uidetur ueritas & uerbũ dei, cuius unctio docet nos de omnibus, cuius mol liti sunt sermones super oleum, cuius unguentum effusum nomen est? Huic oliuæ personali unione consertus, conditionis non corruptionis nostræ oleaster (ut sic dicam) & pinguedinis illi? factus particeps. G Quid luminis, quid dulcedinis, quid suauitatis, quid omnimodæ uirtutis acceperit, operum eius indicia loquũtur, nisi q; longe excellebat quod sensit in spiritu, quàm quod expressit in actu. Denique ad omnia uirtutis indicia dicere potes: oleũ effusum nomen tuũ, absq; eo quod intrinsecus latet.

Nec enim

Nec enim cõsentaneum est: ut quãlibet mirificũ foris animæ opus illius uirtutes exæquet. Nõ possum dñe quæ in prospectu sunt omnia opera tua comprehendere. Consortata enim sunt, & nequeo æstimare illa: & eam quæ intrinsecus latet, quonam modo experiar gratiã? Oculus nõ uidit beatissima anima Christi præter te munera quæ diuinitus collata sunt in te. Ideo angelici spiritus deficiẽtes in comprehensione, non desinunt ab admiratione: & quasi nescientes sed stupentes in laudẽ supra posita erumpunt.
Esaie.63. Quis est iste sic formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis suæ? Hanc considerans prærogatiuam uirtutũ in dilecto, iure sponsa custodes sẽ pertransisse dicit, & paululũ pertransisse: quia sic in eo singularem miratur gratiã, ut tamẽ cõmunẽ cõstituat naturã, beatamq; illam Christi animã esse cum reliquis eiusdẽ quidẽ generis, sed differẽtis excellẽtisq; uirtutis. Parabam adhuc alium uobis explicare trãsitũ, sed quod materia opportune suggerit uel magis exigit, sermo refugit iam urgens ad exitum. Nos interim ad quod uenimus, in eo permaneamus, quatenus ex hoc gradu, cum otium dabitur, ad altiora trãseamus mysteria sponsi ecclesiæ Iesu Xpi: qui uiuit & regnat in secula seculorum. Amen.

¶ *Sermo.* VIII. A

DErtransisti ô sponsa dñi custodes tuos, consortes & participes suos, consortes naturæ, participes gratiæ. Pertransisti illos, & peruenisti ad dilectum. Quidni illos pertranseas, qui & ipsi pertransirent quasi fumus nisi in dilecto suo starent? Inuenisti dilectum, & inuenisti illum unctum oleo spiritus præ consortibus suis. Perpendisti in illo uirtutum priuilegia quædam in cõsimili natura. Inuenisti sanctam eius animã quædam habere dona singulariter, quædam excellenter. Ideo pertransisti illos, quia illum prætulisti: & paululum pertrãsisse te dicis, quia cõsideratio tua in hac prælatione nõdum recessit à generis eiusdẽ cõmunione. Sed nũquid hic subsistes? In ulteriora & altiora ex hoc gradu urgẽda
Sapien. 8. est profectio, pertingendũ in finem. Sapientia enim attingit à fine in finem. Deniq; & hæreticus ut superiorẽ dilecto tuo gradũ conferat, hunc tollit. Tantũ carnem uerbo copulat in Christo, animam negat, aut si hanc non audet
Ioan.10. (propter euidẽs ipsius Christi testimoniũ dicẽtis: Nemo tollit à me animã meã, sed ego pono eam, & iterum sumo eam) animã significantẽ donat, sed ratiocinantẽ tollit spiritum. Correxit in parte errorẽ, sed non potuit longiꝰ ab Aegyptijs recedere tenebris. Non potuit tridui iter cõsicere. Ecclesiæ fides humanitatẽ nec solã cõstituit in Christo, nec dimidiã. Vtrãq; naturã collocat in Xpo. Et quia diuina simplex est & distinctione carens, in hoc triplicem illã quam ponit, apostolus distinctionẽ fatetur, id est integrũ corpus & animam & spiritum. Alioquin nõ hominẽ quem reformaturus in se fuerat suscepit. Deniq; & rationalis animæ pars humanæ, indiguit mediatoris remedio, quia ignorãtiæ fuscata nubilo, & cõcupiscentiæ succensa igniculo, utrãq; naturã, id est humanã & diuinã integram fatetur in Christo ecclesia eius, & sicut euangelica mulier
Luce.3. in satis tribus humanæ farinæ diuinæ sapientiæ fermentũ recõdit. B Sed quidꝰ Indigebat rationali spiritu Xps, uerbũ ipse patris & sapietia & ueritas? Nec quod lateret
Ioan.1. ipsum aliquid esse poterat, sed ipse illuminat omnẽ hominem uenientẽ in hunc mundum. Qua ergo consequentia creato & illuminato indigeret lumen creãs & illuminãs? Nulla planẽ. Ille non indiget, sed mea est hæc indigentia. Ratio hæc est meæ cæcitatis, non claritatis illius: nõ assumẽtis uerbi, sed assumpti spiritꝰ. Ego indigebã ut & hæc naturæ meæ pars uerbo uniretur, & sic clarificatæ in deo portionis merita in uniuersos per fidẽ refluerent. Omnes nos mediante cõsubstantiali nostro reformamur in Christo accedentes per fidem ad ipsum. Et ideo totum oportebat assumi, ut gratia refunderetur in totũ, quia corruptio fermẽtauerat totum. Manẽt ergo in una persona naturæ geminæ sicut integræ, sic & impermixtæ. Diuina enim inconuertibilis & incõmutabilis est, nec potest conuerti in aliam, nec in se sinit aliam conuerti. Non ualet in aliam ex se deficere. Defectus siquidẽ illi foret omnis mutatio: nec magis in illam alia proficere potest. Non commutare sed cõmunicare illam possumus, utendo certè, non existẽdo. Manet itaq; naturis istis sua cuiq; tam integritas quàm proprietas. Cõsequẽter etiam competẽtes his comprehẽsiones & affectus & contemplationes & beatitudines impermixtæ sunt, & distinctæ & differentes, & numerabiles sine numero personæ. Nam quis assereret beatissimã Christi animam aut nihil sentire penitus dulcedinis & gaudij, aut iterum gustum intimum illi permittere suauitatis & saporis, & beatitudinis illius qua beatissima perfruitur trinitas? Maioris siquidem est excellentiæ esse illud uitale bonum quàm participare, longeq; expressior est experientia & domestica magis in essentia quàm in usu ipsius. Esse utiq; idipsum uti est, non tamẽ usus essentiam cõsert. Quomodo ergo essentia perfruitione sola nõ potior quia proximior? Deinde licet anima hæc in uerbo omnia uidet, & ipsum uerbum in uerbo uidet, tamen quia admissa nõ est in societatẽ essentiæ, nec admitti potest in æqualitatem notitiæ. Nam hoc ipsum essentialiter deum esse, & sapientiã esse, & summam bonitatẽ esse, & uirtutẽ summam & solã & sempiternã, quid habeat delectationis & gaudij, cui dabimus nosse, nisi cui datũ est & esse? Verbum ergo patris tãto magis intime & syncere & simpliciter seipsum nouit, & uniuersa per seipsum, quãto meliore utitur priuilegio essentialis unitas quàm unio personalis. C Hæc ad hoc replicam?, ad discernẽdas scilicet unius Iesu Christi uirtutes, pro gemina in Xpo natura, id est uerbi essentialiter ex parte nati, & spiritus ex parte creati: maxime propter illos qui de unitate personæ æqualitatem uel magis unitatẽ inducũt, & uirtutis & scietiæ. Qui tamen cum omnia dicant aiam habere per gratiã, quæ habet uerbũ per naturã: ipsi uidentur quasdã distantias & gradus (ut sic dicam) inducere per distinctionẽ nominũ istoꝝ, id est naturã & gratiã. Quantum illi denegãt, cui hoc ipsum nõ dant per naturam habere uel nosse? Nam etsi anima Iesu uerbo unita excellẽter & per gratiã illuminata sit, nunqd & illud habere dicetur ex gratia, ut naturaliter & essentialiter & simpliciter lumẽ sit, & illuminãs sit? Aut quonam modo erit naturæ quàm gratiæ notitia præstãtior, si non expressior? At illud adducũt quod legit & uerissime legitur: quia omnis sapietia à dño deo est, & cũ illo fuit semp, Eccli.1.
& est ante æuum. Si omnis sapietia à deo, & cum illo est, & ante æuum: ergo quomodo multæ sapietiæ sunt cum illa quæ à deo est, & illi coæterna est, quia cum illo ante æuum est? Nõ multæ nec uariæ & diuersæ sapientiæ, sed una sola & inuariabilis est. Quæstio hæc nõ iã circa unam dñi Iesu solã restringitur animam, sed se dilatat ad oẽs quæ alicui? sunt participes sapientiæ, ut similiter quæri possit an oẽs unam habeant cum uerbo dei sapientiam, imo an omnes aliã nõ habeãt quàm ipsum dei uerbũ sapientiã. Quod si ita est, una iam & indiuisa erit omnium sapientia. Et qua ratione dicitur omnis, si nõ nisi una est? Quid si ideo numerose dicitur, non quia in se numerabilis sit, sed propter numerositatem habẽtium eam. Nam & una dicitur fides, propter unam rem creditã, cum tamẽ cuiq; sit sua. Quare ergo una res nõ dicatur numerosæ, cũ multæ singulariter dicãtur? D Deniq; & multæ scietiæ & multæ uolũtates eiusdẽ personæ dicuntur & eodem tempore propter multitudinem rerum quas uel scit uel uult etiam simul. Ad res ergo scitas respicientes, non ad ipsius mentis uim qua qsq; scit omne quod scit, & unius multas, & multorũ dicimus unam scientiam. Cum itaq; dicitur, omnis sapientia à dño deo est, nihil officit ad astruendã unitatem sapientiæ, quia hoc non ad ipsam sed ad illa quæ sciuntur per ipsam, refertur: quod dicitur omnis. Neq; enim quia multa sunt quæ illuminantur ut uideri possint, aut multi uideri possint: ideo multiplex lumen est quod & uisa illuminat, & uidentibus lucet. Quid ergoꝰ Dicemus unã & eandẽ esse scien-

Universidad de Deusto Biblioteca

tiam animæ Iesu cum uerbo, imo omnium rationaliū spirituum & inter se & cum dei uerbo unam esse sapiētiam, quia dei uerbum. Iam ergo de sola anima Iesu non erit hæc disceptatio. Et nullus iam erit nobis exitus ad tuendam superius positam diuersitatem scientiæ inter uerbum & animam Iesu: & quomodo patebit exitus, cum hoc modo omnium una cōuincatur sapientia, quia unum lumen quod illuminat omnes. An fortè quia diuerso modo illuminatio fit, etiam diuersæ inter se illuminationes sunt, & ab eo per quod fiunt lumine differunt: ita etiam in animis rationalibus & diuinitus illuminatis, & lumen quo illuminantur, & ipsa illuminatio quæ per lumen fit, ab inuicem discernentur. Nam illuminatio quidē fit in illuminato, & ex tempore fit: lumen autem ipsum non fit, sed est, & ex æterno est. Hoc modo in una mente quis neget multas scientias esse, in qua intelligit multas cōprehēsiones esse, quāuis una sit mentis uis quæ comprehendit & uidet: & unū lumen illuminās, ut comprehēdere & uidere queat. Hæc ergo distinguēda sunt diligēter, lumen, & illuminatio quæ per lumen fit in animo intelligētis. E Nam hoc ipsum intelligere, & illuminari & scire est. Quis itaq; non uideat quāuis nisi subtilissime nō discernat propter nonnullā similitudinē. Quis, inquā, non uideat differre inter se lumen per quod illuminatio fit, & illuminationem quæ per lumen fit in quouis illuminato. Alterū eñ creatū est, alterū creans: alterū illuminatū, alterū illuminās. Nec potest essentialiter esse cadē sapientia quæ fit per gratiā, cum illa quæ per naturā existit: illa quæ fit in tēpore, cum illa quæ nata est ab æternitate. Si hoc distinxisti in dilecto ô spōsa, & ab his quæ iuxta statū humanæ substantiæ in illo sunt uirtutes, ad uerbi pertrāsisti diuitias, tunc iure & excellenter dicere potes: Paululū cum pertrāsissem illos inueni quē diligit aīa mea. Sed quomodo aptabimus illud quod ponitur scilicet paululū. Inæstimabiliter prærogat omni creaturæ diuina maiestas, & quasi uicina & familiaris sit, dicis cum pertransissem illos paululū, inueni quem diligit aīa mea. Deniq; chaos magnū firmatum est inter nostrā & ipsius naturā. Quale quæris chaos. Vtiq; inanitatis nostræ. Omnes gentes (ait propheta) quasi nō sint: sic sunt coram eo, & quasi nihil & inanæ reputatæ sunt ei. Iure inanis reputatur nostra substātia, in cuius assumptione exinaniisse se dicitur illa plenitudo. Quæ ergo poterit assignari conuenientia & uicinitas inanis cum solido, nihil cum immenso. Qua ergo ratione dicit: paululum cum pertransissem illos, inueni quem diligit anima mea. An fortè pennigera est charitas, & præpeti uolatu ardentis desiderij interiacens hoc de quo loquimur præteruolat uacuum. Vtiq; sic assentior. Nā amare iam tenere est, & iam assimilari & uniri est. Quidni, cum deus charitas sit. F Sed aliam hic ego paro rationem. Post rationalis cōtemplationē naturæ sursum ascendēti, primo se statim gradu diuina offert & occurrit natura, nulliusq; alterius præstātioris naturæ interponitur distinctio. Non eñ inter imaginem & ueritatē medium assignari quid potest superius uno, inferius altero. Quod enim ueritas nō est, quomodo proxim⁹ accedit ad eam quàm ut ipsi⁹ simulachrū & character sit. In quo ergo attenditur in rationali spiritu ea quæ ad diuinā est naturā imago. Primo quidē loco, quia est ueritatis & iustitiæ capax. Secūdo si capiat illas, & fiat uerus & iustus per gratiā, quod deus est per naturā. Tria hic mihi distincta sunt, id est capacem esse boni summi, ipsum habere, & esse ipsum. Imago attenditur in primo, similitudo in secundo, ueritas in tertio. Primū cōmune est omniū intellectualiū spirituū. Secundum electorū tantū. Tertiū solius increati spiritus. In primo prope accedim⁹. In secūdo proxime. Tertium ipse est. Prope accedim⁹ per aptitudinē, proxime per coaptationē. Prope per naturæ primeua, proxime per uirtutis priuilegia. Prope, quia capaces: proxime, quia capientes. Quonā enim modo non de uicino accedit immortalitas ad immutabilitatē, incorporalitas ad simplicitatē, illocalitas ad immēsitatem, ratio ad ueritatem, uirtus ad bonitatē. Et ut expressius loquar, quid esse uicinius & similius potest quàm sapiētia sapientiæ: iustitia iustitiæ quàm illuminata illuminanti: iustificanti iustificata. Quid similius alij quàm causatiuū causæ, formatum formæ. Nam in formato ferè nihil aliud attenditur quàm forma. G Deniq; & quod dulce est, super omnia simile uidetur dulcedini: & quod lucidum est, luci. Itaq; proximum non iniuste uidetur quod illi tanta æmulatione componitur: proximū, quia nihil interponitur. Nam & si finitum nostrum incomparabiliter excedit dies immensitatis, infinitas imaginis, tamen ad ueritatem nonnulla dignoscitur esse affinitas. Iure ergo dicit. Paulum cum pertransissem illos, inueni quem diligit anima mea. O quàm felix, quàm lætus prouentus, tam longi circumitus. Beati gradus illi per quos in talem euaditur terminum. Quæsiuit in lectulo, circūiuit ciuitatem, interrogauit custodes. Primo loco quærit per se & penes se. Secūdo extra se, sed per se. Tertio uerò nec per se nec penes se. Et hoc loco quāto humilius quærit, tanto quidē efficacius, quantoq; à sui confidentia longius recessit, tanto reperit citius. Inueni, inquit, inueni illū, qui me prior quasi ouem errantem & quasi dragmam perditam quæsiuit & inuenit, & misericordia ei⁹ præuenit me. Me, inquā, prior inuenit perditam, præuenit nihil meritā. Inuenit errantē, præuenit desperantem: inuenit differentem, præuenit diffidentem: inuenit qualis essem mihi indicās, præuenit ad sua me reuocās: uagam inuenit in erroribus, uacuam gratiæ præuenit muneribꝰ. Inuenit ut nō ego ipsum sed ipse me eligeret, præuenit ut prior diligeret. Sic ergo electa & dilecta, quæsita & acquisita, inuenta & præuenta, quomodo non fm uires conatu & supra uires affectu illum & diligam & quæram. Quæram quærā donec uoti compos uocem lætitiæ proferā: Inueni quem diligit anima mea. Ego *Canti.3.* inuentionē hic ad ueritatis & gratiæ non refero initium, sed augmentum. Pergens enim & proficiens anima de uirtute in uirtutem, de ueritate in ueritatē dum ubiq; nouis informatur mysterijs & infunditur gaudijs per singulos profectuum gradus, dicere potest: Inueni quē diligit anima mea. Verbum patris Christum Iesum, qui est super oīa benedictus in secula seculorum. Amen.

Canti.3. cellenter dicere potes: Paululū cum pertrāsissem illos inueni quē diligit aīa mea.

Esai. 40. tatis nostræ. Omnes gentes (ait propheta) quasi nō sint: sic sunt coram eo, & quasi nihil & inanæ reputatæ sunt ei.

¶ *Sermo.* IX. A

Canti.3. Inueni illum nec dimittam. Ego huius capituli sensum ad futuram uolui tantum felicitatem referre, quando sponsus dilectæ manifestam præsentiæ suæ exhibebit plenitudinem, ut nihil sit quod interrumpat perpetuitatē. Nam & quod præmittitur: Cum pertransissem illos, non incōgrue ad id refertur, *1.Cor.15.* cum euacuauerit omnem principatū & potestatem, ut sit deus omnia in omnibus. Ante illud enim tempus quis exsentētia dicere potest, non dimittā illum. Sed hunc arctat & euertit intellectū, & ad præsens facit referri, illud quod sequitur: Donec introducam illum in domū matris meæ. *Canti.3.* Sed iam uigilanter singula considerem⁹. Primo considera quàm sint lætitiæ plena hæc uerba: Inueni, inquit, teneui nec dimittam. Magnus ille patriarcha Abraham legi- *Gene.18.* tur uidisse dominum, non inuenisse. Apparuit enim ei ultro stanti in ostio tabernaculi ad meridiem. Deniq; egressus de tabernaculo, obuius, sedulus sub ilice exhibuit officium, in tabernaculū uerò introducere nō meruit, nedum in cubiculum. Vidit & Moyses apparentem sibi in Oreb *Exo.33.* dominū, sed tenere non meruit, qui nec permissus est propius accedere. Vidit Iacob dominū, sed uidit in somnis, *Gene.28.* & délonge scalæ immixum. Nam & si apprehendit angelum, non tamen retinuit, sed quadam luctæ uiolentia benedictionis extorsit gratiam, amisit præsentiam, & idcirco dicere nō potuit, non dimittam illum. Inuenit illū Maria *Ioan.20.* magdalenæ, sed prohibita est, non dico tenere, sed etiam tangere, quia penes monumentum uitam quæsiuit. Suscepit diu expectatū, & insperato inuentū senex ille Symeon *Lucæ.2.* in ulnas suas, & gratulationis lætus erupit in canticum, sed uocis huius usum sibi non præsumpsit. Non dimittam illum.

illum. Deniq; sic ait. B Nunc dimittis seruum tuum domine fm uerbum tuum in pace. Vtiq; in pace dimittitur solutus & sequestratus à carne: ut nō amplius cōcupiscat aduersus spiritum, & illi repugnet. Ille ad noui amplexū pueri, senescentis deposuit hominis uetustatem, & in tranquilliorem statum à corporis corruptibilis pœna, & carnis pugna dimitti se uel postulat uel exultat. Sponsa uerò dilectum à se non dimittendum præsumit. Et quāto præcellentis est gratiæ non dimittere quod ames, quàm euadere quod horreas? Omnes hi etsi in carne uel carnis specie uiderint, quosdam uel uisionis uel apprehensionis gradus distinguunt humanis in mentibus. Quod nulli eorū indultum legimus, ista usurpat, cuius tentauimus euentilare sermones. Inueni, tenui, nec dimittam. Inueni per aspirationem, tenui memoriæ retractatione, non dimittam cōtinuatione fugi. Tenui illum, & tu cum inueneris Christum, cum inueneris sapientiam, cum inueneris iustitiam, sanctitatem, redemptionem: hæc omnia enim nobis factus est Christus. Cum ista inueneris, tene affectu, tene studio. Quod intelligentia inueneris, diligētia tene, & retine (ut sic dicam) renitentes uirtutes, & lubricas species arctiori tibi astringe amplexu, donec uice uersa ultro tibi inhæreant, & amplexentur te gratis, & sine studij tui labore te teneant, nec sinant uel longius abscedere, uel diutius abesse. Et si quando declinas ad officia humanæ necessitatis, ibi te insectentur & reuocent, & arripiant ad se, ut ubi nō possint assidue studium, semper habeant obligatum affectum. C Nā nonnulla mihi uidet distinctio, an tu teneas
Prou.4. Christū dei uirtutē & sapientiā, an tenearis ab ipso. Ama,
Psal.72. inquit, sapientiā & amplexabit te. Deniq; & de quibusdā dicitur, qm tenuit eos superbia. Quid est tenuit, nisi irretiuit & implicauit, & inolitæ cōsuetudinis indissolubili obligauit uinculo? Hoc enim est quod sequitur: Operti sunt iniqtate & impietate sua, ut nō facile euoluere & explicare ab illa se possint. Et ut amplius dicam, quasi cute quadā, sic aliqui praua operti & inuoluti sunt cōsuetudine uitiorū, ut illā dediscere & desuescere, nō tam expoliari sit, quàm exLeuit.1. coriari. In cuius rei indiciū, forte institutio legis continet
Exod.28. hostiæ pellem abstrahi. Nam è regione qm stricta sacerdos induī iubetur linea, ueritatis te uult illius quæ de terra orta est habitu arctius astringi, ut per se castimoniæ & puritatis & immocētiæ tibi uirtus inhæreat, & agglutinetur tibi: sed & omnia sacerdotis indumenta uel catenulis uel baltheis uel uittis astricta & collīgata sibi uult esse lex: &
Rom.13. cum indueris dominū nostrum Iesum Christū, cum te in-
Col.3. dueris uiscera misericordiæ, benignitatem, charitatem, & reliquas quas apud apostolum legis uirtutes, cum Christi te fide memoriter uestieris, & contemplandæ ueritatis inuisceraueris affectum, omnia tibi coaptentur & cohæreant, constricta sint, nihilq; circa te uagari & fluctuare possit, & tentationis uel dissolutionis uento follicare, qui se tali uirtutis uestierit habitu, ut ei in naturam uersa uideantur, non ego hūc tam tenere quàm teneri dixerim.
Psal.72. Tenuisti, inquit, manum dexteram meam, & in uoluntate tua deduxisti me. Tenuisti ne pergerem in defectum, deduxisti in multiplicem profectum. In uoluntate tua deduxisti me, id est in uolūtate quæ à te est, & quæ fm te est. In uoluntate quæ magis trahens quàm tracta est. Nam & bonā uoluntatē cum multo labore nonnunquā attrahere nitimur, & magis prosequimur quasi fugientē, quàm seqmur
Psal.118. ducentē. Sic enim legitur. Concupiui desiderare. Bona talis uoluntas, sed nondū placēs. Iusta, sed nondū iucunda. In uoluntate tua deduxisti me. In illa quæ blando constat boni ipsius gustu. Nec tantū (ut sic dicam) pigra nititur
Cant.3. ratione, quàm pia boni ipsius oblectatione. D Tenui nec dimittā illum, donec introducam illū in domū matris meæ, & in cubiculū genitricis meæ. Multo planior uideretur sensus, si ita dixisset. Non dimittā illū cū introduxero in domū matris meæ, illius scilicet quæ sursum est Hierusalē cælestis, quæ est mater omniū nostrum. Nam ante illud tēpus omnia hic inserta sunt, & inter spem & metum fluctuant, & pendulo nituntur gradu. Et quæ erit certitudo de gratia, dum mutabilis est natura? Deniq; & ille ait: Ego dixi in abūdantia mea, nō mouebor in æternū. Auer Psal.29.
tisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. An non tibi similia dixisse uidet psalmista & sponsa? Quid enim aliud est nō mouebor in æternū, quàm quod hic ponitur: Non dimittā illum? Sed ibi quidē manifesta præsumptio, quia uicina ultio. Auertisti, inquit, faciē tuā à me, & factus sum cōturbat9. Cū sit in hac carne facilis casus, & frequēs impulsus, citus lapsus & certus labor, quomodo nō uidebuntur præsumptionis & nimis promptulæ deuotionis esse hæc spōsæ uerba, nō dimittā illum? Quis enim hic in codē statu permanere poterit, præsertim illo subtilissimæ contēplationis qui uix attingi potest tenuissimo mentis ictu? Fortè ergo uerba hæc non securitatē sed solicitudinem sonant. Nec eīm securitas esse potest donec introduxerit dilectū in domū matris suæ, & in cubiculum genitricis suæ. Non erit tūc retinendi solicitudo, quia erit certitudo manendi in illo felicitatis statu absq; studij nostri usu, & disciplinæ custodia, ultro nobis affluent imo intrinsecus de quodam inexhausto animæ uētre flumina fluent aquæ uiuæ & indefessæ delectationis. Nulla tunc erit necessitas in altū fodere, nullus labor uel purgare puteos quos Phi- Gen.26.
listei repleuerūt, uel propugnare ne repleāt. Hic ille labor exigitur, non inde excluditur. Quod ergo dicit, nō dimittam illum, studium pollicerī uidetur & diligentiā, ut semper solicita sit quoadusq; plenè possit esse secura, ne sibi elabatur de reliquo dilectus suus dñs Iesus, qui uiuit & regnat in secula seculorum. Amen.

¶ *Sermo X.* A

OVæ infirmitatis exēpla sunt aptauimus sponsæ præteriti sermone, hodierno quæ sunt uirtutis aptem9 de scripturis sacris. De Anna legit: cum intēte profuso exoraret affectu, qm nō sunt 1.Regū.1.
uultus eius amplius in diuersa mutati. Vultus, animi interpres est, & ab intimo affectu habitū trahit. Ideo ab ei9 constantia interioris quæ in anima est: perseuerantiæ dicitur argumētū. Non sunt uultus eius in diuersa mutati, quia nihil imminutū est desiderij semel concepti. Et quid aliud sonat quod dicit: Non dimittam illum, nisi non mutabo in diuersa uultum, & intuitum mētis alio non diuertam ab ipso? Sed & apostolus simile quid hortatur? Sine
intermissione orate. Et item: Gratias agētes semper, illud 1.Thes.5.
quoq; : Gaudete in domino semper. Continua & non in- Ephes.5.
terrupta hæc uult esse apostolus, orationem, gratiarum Phil.3.
actionem, & gaudiū in domino. Sed quis ista ipso mentis habitu & affectu animi indefesso explere sufficiat, nisi cui dicere permissum est: Quis nos separabit à contemplatione Christi? Apostolus dicit. Quis nos separabit à charita- Rom.8.
te Christi? A cōtemplatiōe enim dicere nō poterat. Nam aliquando à contemplatione segregari Christi illum compellebat charitas. Siue, inquit, mente excedimus deo, siue 2.Cor.5.
sobrij sumus uobis: charitas enim Christi urget nos. Charitas ergo quadam dispēsatione cōtemplationi se subducit, cuius tū propriùs est & familiaris in ipsa usus. Omnia quæ agit charitas, quandam habent indefessæ orationis & gratulationis uicem & efficaciam. Sed tunc ista profusius & excellentius exequitur, cum singulariter in istis exercetur. Absconde eleemosynam in sinu pauperis, & ipsa Eccli.29.
orabit pro te ad dominū. Eleemosynæ uocabulo nō incōgrue censentur uniuersa quæ indigentibus misericorditer impenduntur, non modo iste corporeus cibus & indumentum, sed etiam doctrina, exhortatio, correctio, consolatio, & uniuersa quæ ad animæ commoda spectare uidentur. Opera sunt hæc charitatis, & orationis uim obtinent, cum solius dei fiunt intuitu, sed non sunt hæc specialia & propria ipsius. B Quid enim tam proprium quàm dilecto soli intēdere, & libere in amoris se exercere negocio? Ab hoc spiritualis iucūditatis excessu & ebrietate sobriū fieri, & propter fraternas necessitates ab alienatione mentis temperare, quid nisi uultū in diuersa mutare est?

Universidad de Deusto Biblioteca

Luc.10. níq; & Martha ſolícita erat,& turbata círca pluríma. Illa círca multa turbatio,uídetur quædam uultus ín díuerſa
Ibidem. mutatio. María optímam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Optima pars contemplatiónis & dilectiónis eſt uſus. Nam & ſi illa ſunt opera charitatis quæ exhibebat Martha,ibí tamen ſeruít charitas neceſſitatí, non charitas ſibí. In ſubleuandís alienís neceſſitatibus bonũ opus, ſed moleſta cauſa. Bona enim miſericordía, ſed moleſta miſería. Bona curatio, ſed círca quem uerſatur nõ bonus languor. Bonus etiam huiuſmodi compaſſionís affectus, ſed non bona cõpaſſionís occaſionem mínístrans alterius paſſio. Fraternís ín neceſſitatibus charitas ínteuetur cuí paſſio. Fraternís ín neceſſitatibus charitas ínteuetur cuí condoleat,quo moueatur ad miſeratiõnẽ, quíd amouere patitur. At cum dilecti contemplantur uirtutes,totũ placet,totum delectat,totum allicit,nihil ibí uídet quod horreat,ſed cuí dulciter adhæreat. Híc proprius amoris uſus eſt,hoc eius officium,ut totus ſit in amando. Sic eſt planè cum una & índiuídua iucundítas omnía conuoluit & cõplectítur,officium,finem,& cauſam. Officiũ amor eſt,cauſa uiſio,finis utrunq;. Neq; ullus eſſe poteſt beatior finis quàm ípſa uiſio & dilectio dei. Omnía ad hunc finem ſanctorum uota ſuſpírant. Finis iſte ípſe ſibí finis eſt,ſeípſo cõtentus,ín melius alíquíd expectationem porrigere nõ ualens. Hoc eſt illud unum quod neceſſarium dícitur,quod
Pſal.72. à María non tollítur. In quo pſalmiſta gratulatur. Mihí (ínquit) adhærere deo bonum eſt. Hic eſt ille mentis exceſſus quí uſq; ad tertium cælum Paulum rapuerat. Hæc
2.Cor.12. ebrietas temulento ſimilẽ Annæ uultum expreſſerat. Hoc
1.Reg.1. muſto madebant apoſtoli cum illos uehemens replerat
Actuũ.2. ſpíritus,& illius quod nouum pollícitus eſt Ieſus uíní uírtutem primo ſenſere. C Hoc uíno ínfuſus Noe ſpíritua
Geñ.9. lís paſſus eſt ſoporís exceſſum,& carnís curã poſthabuit, totus factus ín ſpíritu, poſteriora contẽnens, quem anteriora tenebãt ex íntegro. Felix ſi ínſtar Annæ huius uíní nunquam dígeſſiſſet uírtutem. Illa enim foris caſtígato corpore,mẽtís eſt paſſa temulentiã, & ſanctam quã poſtea non euacuaret ebrietatẽ. Nam hoc ſibí uult q; nõ ulteríus uultus eius ſint ín díuerſa mutatí. Talem ſibí apprehenſæ ſugitatem præſentíæ ſponſa polliceri uídetur cum dícit:
Cant.3. Non dímittam illum. Quíd enim præclarum, quíd ſpíritale,quíd ſponſa dignum diceretur, ſi ad fidem, ſi ad iuſtitíam, ſi ad humilitatem, ad continentiam, ad beneficentíam,& ad relíquas quæ Chriſtus eſſe dícitur uírtutes, íd referret quod ait,nõ dímittam illum? Nam nec hís uacua credenda eſt etiam cum dilectum quæſiuit. Deníq; & cõmunes huiuſmodi uírtutes,& ita habentibus cõmode,ut caruiſſe nefas credat. Eximiũ ergo & ſingulare quíppiam hæc índicat ínuentio, per quam dilectũ & comprehẽſum applaudit,& non dímittendũ præſumit. Fortè primítiæ alíquæ ſunt futuræ contemplationis & gloriæ, propter
Cant.3. quod adiungit: Donec índucam illum in domum matrís meæ,& in cubículum genítrícis meæ,in illam cæleſtẽ Hieruſalẽ quæ mater eſt omniũ noſtrum, cuius muros ſalus occupat,& portas laudatio, cuius in pacẽ poſití ſunt fines. In illum locũ lucis & lætítiæ, laborioſæ uitæ huius índuci non poſſunt uírtutes, quæ ſi ingrediuntur per meritum,tamen excluduntur per uſum. Cæleſtem ergo alíquam affectionem & ſupermundanum ſaporem in dilecto experta, non iactando, ſed gratulando dicit. Non dímittam illum,donec índucam ín domũ matrís meæ. D Sed nũquíd non iam aſcendit ad patrem? Nunquíd iam prærcurſor introíuit pro nobis? Et quomodo tu índuces quo ípſe prior aſcendit? Tu magís índiges ut ípſe te
Pſal.118. ducat cuí dícitur: Deduc me in uía mãdatorum tuorum.
Ioan.14. Vado,ínquit,parare uobís locum,& cum parauero,iterũ uenío, & aſſumam uos ad meípſum. Quomodo ergo introduces illum quo iam ípſe aſcendit? Aſcendit quídem per ſe,ſed adhuc in te foris exiſtit. In te introducitur, quo per ſe prior aſcendit. Quídni? In te naſcitur,ín te formatur,& in te non introducitur? Filioli quos iterũ parturío
Gal.4. donec formetur Chriſtus in uobís. In nobís ergo Chriſtꝰ & parturítur & perficitur,nec ſemel ſed ſæpíus, & iterata crebro parturitione. Neq; poſſumus omnes Chriſti ſimul uírtutes adaptare nobís, equídem ne unam quãlibet ad plenum. Idcirco ſemper inſiſtendum eſt: quia non níſi ſenſim fit in nobis ſpíritualis parturítio Chriſti. Quí ergo ín membrís ſuis ín ſpõſa ſua naſcitur,cur non introducitur? Non enim uel parturítio hæc uel ínductio ad Chriſti poteſt referrí perſonam, ſed ad uírtutes & gratiam. Ideo frequens eſt ſicut parturítio ſic ínductio. Nam & con- Epbe.2.
ſedere dícimur ín cæleſtib9 cum Chriſto. Sed ſicut una eſt uera & æterna ſeſſio ín cælís,ſic & ínductio. Perambu- Gene.12.
lauit Abraham terram promiſſiõis antequam poſſideret, & 17.
Felix omníno cuí datur beatas illas perambulare regiones,& uiſentis ínſtar uolucrí calcare ueſtígio locũ omnẽ quem accepturus eſt ín poſſeſſionem. Cuí licet ſtare non permittitur, aſcendere tamen datur in montem domíní: & quamuis per umbram adhuc curſim,tamen perluſtrare cuncta,& ſe talí uíſu refouere. Quæ autem uera eſt & plena ínductio, hic ínnuí uídetur cum dícitur, donec índucam illum ín domũ matrís meæ. Felix omníno quæ adeò alligare potuít uerbum dei,& amplius adglutinare ſibí,& ín exílio collaterare,quouſque copulari ín cubículo detur. E Non dímittam illum,donec índucam ín domum matrís meæ,& in cubículum genítrícis meæ. Quod tunc fiet quando corpore & mente plenè portabít imagínem cæleſtís, ut domus ínteligentiam ad corpus, cubículí uerò ad mentem reducas. Aut ſi magís placet in domo poſſeſſionẽ accipe ſecuram, ín cubículo ſecretam, ín domo ſempiternã,ín cubículo ínternam. In domo (ut Eccle.12.
dícit eccleſiaſtes) æternitatís, & in cubículo charitatís. In cubículo ubí clauſo oſtío non iam ores patrem, ſed de cætero adores in ſpíritu & ueritate. In domum non dícit patrís,ſed matrís, & ín cubículum genítrícis. Nouít illa menſuram ſuam,& ídeo ſpem ſuam extendít ad illam æternitatem,ueritatem,charitatem, quam aſſecuta eſt eccleſia primítiuorum ín cælis. Nam quantum ad ea quæ dei ſunt 1.Tim.6.
ſpectat, ſolus habet ímmortalitatem, & ípſe lucem habitat ínacceſſibílem,& ſuperemínet ſcientiæ plenítudo charítatís Chriſti: quí nos ímpleat ín omnem plenitudinẽ in ſeípſo, quí eſt benedictus deus & regnat ín omnía ſecula ſeculorum. Amen.

¶Sermo. XI. A

DElícata eſt ſpecies amoris affectio, & tenuí occaſione lædítur lætítia ſpíritualis. Amor occupationum externarum impatiens eſt, ſuís ſatis habens ínſeruíre negocíjs, ocío gaudet, quíete fouetur, ad ínternam delectationem libera habere tempora uolens. An non hoc ípſum tibí uídetur ſponſa ínnuere, dilectum ſuum ad cubículi ſecretum trahens? Nouít illa dilectum ſuum non poſſe foris ſecure poſſideri, nec íntegre quídem. Et quàm durum eſt amantí animum dímidiare cum Chriſto & mũdo? Quàm durum eſt, inquã, ín dílectionís iura peregrínas admittere curas, & cæleſte ſecretũ ſecularibus ínſeſtare turbellís. Memor fui,ínquit, Pſal.76.
deí: & delectatus ſum,& exercitatus ſum, & defecit ſpíritus meus. Si delectatio memoriæ dei negocio ſe exercet & exhaurit ſpíritum prophetiæ, quomodo plura poterit & peregrína cum iſto complecti negocia? Iure ergo ſponſa cum dilecto cubículum petit, ut líbero illí ínteudat ſtudío, & ex animí ſui arbítrio perfruatur, & quíeto pectore penítus amplexetur. Apparet illam ſpíritu charitatís duci,& ex ſponſæ affectu locutam, opportunitatem exercendí quæ ſic quærit amoris. Et quomodo nos ſi quíd uel tenuíter attingímus de Chriſto,de ſapiẽtia, de ſuauitate, de contemplationis guſtu, non contentí gratía, nec menſuram contemplantes noſtram, ſtatím erumpere conamur, & cubículo faſtídito feſtínamus egredí à requíe, & ab illa requíe? In pace, ínquit, in ídípſum dormiam & re- Pſal.4.
quieſcam. María ad domíní pedes ſedens ídípſum te- Luc.10.
nebat: turbatur Martha círca pluríma. In multis turbatio: porrò unum eſt neceſſarium, ímo & iucundum.

Deníq;

Denique quàm bonum & quàm iucundum habitare amantes in unum. Alioquin non est habitatio in unum nisi in amore qui inhabitare facit unius moris in domo. Quid est unius moris nisi fœdere conformes amoris? Amor humanum animum deo conciliat & unit. Similes, inquit, ei erimus cum apparuerit. Quidni similes? Cõmendat seipsam mundis reiectatam mentibus maiestatis diuinæ inæstimabilis pulchritudo, & intuentis in se affectũ rapit, & quadã ratione sibi facit similẽ, dum aliud cogitare non sinit. Odore trahimur, transformamur autẽ uisione. Bonus ergo cõtemplationis usus qui unius moris efficit & cõformat humanam mentem & summam maiestatem. Bona hæc mansio ultra quam nec uota nos trahunt, nec citra tenere nos debent. Quis det mihi ut hæc sit requies mea in seculũ seculi? B Felix qui ex corde potest dicere, hic habitabo quoniam elegi eam. Maria optimã partem elegit quæ non auferetur ab ea. Scientiæ destruentur, euacuabuntur prophetiæ, linguæ cessabunt, sola contemplatio non excidet in futuro. Ideò hãc tibi partem elige in præsenti, quæ non auferetur unquã, ut dicat anima tua: Pars mea dominus, propterea contẽplabor eũ. Propheta dicit, propterea expectabo eum. Rectè quidem. Expectat enim boni plenitudinem, cuius portionem iam tenet. Qui contemplationis bono hic fruitur, amplius quidem expectare potest in hoc genere, sed aliud quid non debet. Bona hæc, bona sunt reposita in annos multos, imo in annos cunctos. Ideò Felix anima quæ bono hoc frueris, epulare, comede, quia pars hæc nõ repetetur à te, sed refundetur & reformabitur uberius. Hæc requies tua in seculum seculi, hic habitabo quoniã elegi eam, hic inhabita ut cum illo inhabites, qui sedet super cherubim, super scientiæ plenitudinem, qui lucem habitat inaccessibilẽ. Et ideò in speculationis luce sit locus tuus. Hic matris tuæ ecclesiæ proprius & domestic⁹ locus, hæc eius domus: cætera quæ exercet temporalis necessitatis officia, istũm ad finem respiciunt. Actionis officia transeunt, permanent contemplationis. Bonum est hic tibi esse: hic tibi tabernaculum fac. Non tibi unum et dilecto tuo unũ, sed tibi & ipsi unũ, In hoc cubiculũ dilectũ tuum introduc, ingredere in requiem tuã, ut requiescas à laboribus tuis, sicut & à suis deus. Septima requieuit ab opere institutionis. Septima requieuit à labore restitutionis. In illa postquam mundum condidit, in ista quando se in monumento recondidit. In illa postquam fundauit mũdana, in ista postquam reformauit humana. Si quæsisti, si inueneris, si tenueris dilectum tuum, tene quem tenes, tene, inhære, imprimere illi, ut eius in te uelut expressa reformetur imago, huic fias conformis sigillo. Eris autem si adhæreris. Qui enim adhæret deo, unus est spiritus. Fortè sicut duræ materiæ difficulter in te primo fit eius impressio, & si laboriosa impressio, sed dulcis adhæsio. C Laboriosa est reformationis tuæ sexta, sed dulcia sabbata quietis sequuntur. Consepelire ergo cum Christo per hunc sabbatismum in mortem. Beati enim mortui qui in domino moriuntur, amodo iam dicit spiritus ut requiescant à laboribus suis. Spiritus hoc dicit. Collatæ utiq; quietis exhibitione, & effectu gratiæ, quomodo & ipse testimonium reddit spiritui nostro. Spiritus hoc dicit: quia spirit⁹ hoc efficit. Ipse se dicit, quia ipse se donat. Amodo iam dicit spiritus, ut requiescant à laboribus suis. A laboribus, inquit, non ab operibus. Opera enim illorum sequuntur illos. Opera sequuntur spiritum sicut calor ignem, umbra corpus, lux solem, effectus causam. Qui sabbatizat in spiritu, non habet opus sectari opera, opera enim sequũtur illum. Opera illorum. Quæ sunt opera illorũ? Quæ sunt opera quiescentiũ, opera mortuorum in Christo, consepultorũ cum Christo, opera sabbatizantium? Festiua sunt, feriata sunt, ocium, ualent opera ista festiua ingredi in hanc requiem, in hunc sabbatismum. Sed uide q̃ non relinquitur sabbatismus nisi consepultis cum Christo, nõ relinquitur nisi post sextam diem. Post sextam diem in qua aut uetus homo crucifigitur, aut nouus perficitur. Nam ꝓpter illũ dicit: ut qui mortui sunt in Christo, requiescant à laboribus suis, & propter istum quod nouo cõdito homine die sexta, septima requieuit ab operib⁹ suis deus. Et tu quoq; sabbatum tibi compara, redime tempus, & liberas ab exteriori occupatione horas uẽdica tibi. Sed uide ne hostes derideant sabbata tua, ne illis seruiant ocia tua, ne illis uaces qui uacare deo debueras. Vacate, inquit, & uidete quoniam ego sum deus. Bonum est ocium, sed sapientiam scribe in tempore ocij tui. Scribe illam super latitudinem cordis tui. Latum enim cor, quod curæ non arctant. Imprime in intimo cordis tui literas quæ non deleantur, & exara in tabulis spiritualibus signa sapientiæ, ut dicere possis. Signatum est super nos lumen uultus tui domine, dedisti lætitiam in corde meo. D Lætare & diem festum age cum dilecto, & epulare (sicut scriptum est) in introitu gloriæ huiusmodi. Sabbatũ, iuxta quod dicit Esaias delicatum est & sanctum domini gloriosum. Delicatũ, inquit, & sanctum. In desideriis est omnis ociosus, sed non sunt omnia sancta desideria, qualia eorum qui uolunt diuites fieri, & per hoc incidunt in desideria multa inutilia & nociua. Vides quomodo apostolus multitudinem desideriorum in uitio ponit. Quid si & immunda fuerint? Nam & multi qui agere non possunt, in occulto cogitant quæ turpe est & dicere, tenui se in hoc solantes remedio. Ad horum distinctionem nõ contentus dicere sabbatum delicatum, adiecit & sanctum, & domini gloriosum, ut non sint in confusione gloriæ tuæ. Si uacas, sabbatum habes: si uacas & uides, & contemplaris delectationes domini, iam sabbatum tuum delicatum est & sanctum, & sabbatum domini gloriosum, sabbatum ex sabbato, id est uacatio de uacatione. Prima uacatio est & bona si mũdo non uacas. Secunda quidem est melior, si tibiipsi & uaces, & cogites quomodo placeas deo. Tertia est & optima si etiam tui oblitus soli deo uaces, & cogites quæ domini sunt, quomodo tibi placeat ipse. Non sit desidiosum sabbatum tuum, operare in sabbato tuo opera dei. Opus enim dei est ut credas in eum. Fide uidens, uidemus enim nunc per speculum: deo uaca ut uideas. Delicatum planè opus est uisio & uisio dei. Non est tibi necessitas de reliquo dimicare pro fide, sed tantum delectari in ea. Erepta est iam de contradictionibus persequentis populi, & peruertentis hæretici. Constitue eam in caput cogitationum tuarum ut cogites cogitationes fideles antiquas. Amen.

1.Ioã.3. Pſal.131. Luce.10. Treñ.3. Ibidem. 1.Cori. 6. Apo.14. Ibidem. Geñ.2. Pſal.45. Eccle. 38. Pſal.4. Eſaiæ.58. puer.21. 1.Tim.6. puer.24. Matt.24.

¶ Sermo. XII.

Sciunt cogitationes antiquas habere qui nouitates uerborum exquirunt, qui noua excludunt dogmata, qui iuuenilia desideria non declinant, qui nihil habent grauitatis, nihil auctoritatis, nihil antiquitatis plenum: non est ibi amen, ubi est aut disceptatio aut deceptio cogitationum, ubi aut infidelitas est, aut fluctuat fides ipsa. Ingredere in tuos recessus fidei, introduc dilectum in cubiculum matris tuæ, ut quicquid de Christo sapis, quicquid sentis intra ecclesiæ constringas regulas, ad eius castiges censuram: huiusmodi opera operare in sabbato tuo. Alioquin si uacas, & talibus non uacas studijs, facile in uacuo animo cogitationes uanæ & uenenata erumpent consilia. Denique sicut habes, agrum hominis pigri urticæ & spinæ obsident: & euangelia tibi dicunt, quia duo erunt in lecto, unus assumetur & alter relinqueretur. Quasi lectus quidã est ociosa uita & quieta in ecclesiæ gremio degentium eorum qui nullo sunt ecclesiastici mnueris onere occupati, nec prouidentiæ & dispensationis solicitudine distenti, sed libero utuntur ocio sub alieno regimine. Non tamen hoc ocio omnes rite & iure debito fruuntur, sed libertatem quam obtinent temporis, dant in occasionem torporis. Bonus enim lectus si quis eo legitime utatur, & opportunitatem exterioris quietis in uoluptatem conuertat uisionis internæ. Hi sunt qui assument ab hoc ecclesiæ cubiculo ad illud cæleste, ut ubi Christus est, & ibi sint cũ

Universidad de Deusto Biblioteca

Ibidem. ipso. Denique ubi fuerit corpus, illic congrebuntur & aquilæ. Esto tu quasi aquila, & acutis utere luminibus, spirituali assuesce cōtemplationi, cōmane in petris, & in præruptis commorare silicibus, imo in singularis illius petræ Esaiæ.26. quæ Christus est cauernas ingredere. Intra iuxta Esaiæ uerbum in cubicula tua, claude ostia tua, & absconde re modicum ad momentum donec pertranseat indignatio. Magis uerò abscondere in æternum ut delectatio maneat. Intra in cubiculum pacis, in potentias domini: quia pax in uirtute eius. Memorare iustitiæ eius solius, ut in te sibi obuient pax & iustitia. Memorare iustitiæ 1.Cori.4. eius solius, quia quid habes quod non accepisti? Iustitiæ eius solius. B Bona iustitia quam aduersus titillantia uitia tibi pugna quadam defendis. Felicior ubi non dimicas pro iustitia, sed magis delectaris in ea: ubi non conflictationi studes, sed delectationi: non seris cum uitijs iurgium, sed commercium cum uirtute contrahis. Istam possidens non impugnas illa: ubi posteriorum oblitus, non cogitas quæ hominis, sed quæ domini, & memoraris institiæ eius solius, cum iustitia & pax in te osculatæ se fuerint. Regnum enim dei iustitia & pax & gaudium. Psal.75. Si regnum, quare non & domus & cubiculum? In pace enim factus est locus eius, & habitatio eius in Sion. Ingredere in cubiculum pacis huius quidem exterioris, sed magis illius interioris, in habitationem speculationis: quia Psal.4. Sion speculatio interpretatur. In pace, inquit, in idipsum dormiam & requiescam. Idipsum ad speculationem refert, Canti.3. quia hæc est pars optima quæ non auferetur. Denique & sponsa obdormiuit cum dilecto in cubiculo matris suæ, & quendam passa est soporatæ mentis excessum in amplexu sponsi, ideo sequitur: Adiuro uos &c. Et tu ergo si sponsum apprehēdisti, tene: nec dimittas donec introducas in domum & in cubiculum matris tuæ. Quid ego nunc tibi persuadeo ad quod te ipsa experientia perceptæ dulcedinis multo magis inuitat & allicit? Si quis enim feriato animo furtim & quasi in raptu prælibare potuit liberæ meditationis festiua gaudia, nescio si quid unquam libentius agat quàm ut huic totum & ex integro se studio tradat & expediat. Denique trahebant sponsam prima pulchræ contemplationis blandimenta, & ad quietis prouocabant cubiculum, quo dilectum introducturam se læta Ibidem. gratulatur. Non dimittam illum donec introducam. An non tibi uidetur quasi dicere his uerbis illud de psalmo: Psal.131. Si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, donec inueniam locum domino. Omnia dimitto, ne dimittam illum. Omnia detrimentum facio, ut Christum lucrifaciam, propter superemimentem lætitiam præEccle.4. sentiæ eius. Si dormierint duo, fouebuntur mutuo: unus quomodo calefiet? Ecclesiastices hoc dicit. C Bonum foueri & inflammari in amplexu uerbi. Ignitum enim eloquium domini uehementer, & spiritualibus æstuare desideriis: ideo non dabo somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, donec introducam illum in cubiculum matris meæ. Tunc quiescam, & suauis erit somnus meus. Quasi dormiuit Ioannes recumbens in pectore Iesu, ubi reconditi sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ dei. Ibi ueræ quietis locus, intelligentiæ serenum, sanctuarium pietatis, delectationis cubiculum. Hic dormi, ut uideas quod ipse uidit, uerbum in principio, uerbum apud deum, & uerbum deum, & intelligas in Christo cum patre existendi coæternitatem, personalem diuersitatem, & unitatem consubstantialem. Quid tibi uidetur similius somno? Huc se nō possunt humani iactare intuitus, irrumpere ratio. Denique non uidebit hæc homo & uiuet. Bonum est ergo te obdormire & humanorum sensuum & affectuum oblitione sopiri, ut huiusmodi somnia somniare possis. Hoc apostolorum cubiculum est, qui nos genue Gal 4. runt in christo. Quasi mater est Paulus, cum dicit: Filioli mei quos iterum parturio donec formetur Christus in uo Phil.3. bis. Matrem habes, uis habere cubiculū? Nostra, inquit, 2.Cori.5. conuersatio in cælis est. Vis somnum? Mente, inquit excedimus deo. Huc ergo transi cum dilecto, hic mane, hæc meditare, in his esto: aut si istò pertingere non potes, temperantius age: si nō potes recumbere in pectore Iesu, ubi indefessæ puteus sapientiæ, requiescе inter scapulas, ubi patientiæ eius exempla & mysteria contemplaris. Inter hu Esaiæ.9. meros eius: quia principatus factus est super humerum eius. Et de Beniamin dictum est quòd amantissimus do Deut.33. mini inter humeros requiesceret. Requieuit quidem & obdormiuit Iesus in cruce, & tu cum ipso in passionis eius fide & memoria dormias, uel potius inter istas sortes discurre inter pectus & humeros, inter fidei mysteria, & manifestationem ueritatis. In altero fac tibi domum, in altero cubiculum. Amantissimus domini Beniamin quasi in thalamo morabit tota die, & inter humeros requiescet. Vides quomodo inter humeros thalamum collocat? Quid ergo erit in pectore? Vtrobique planè contemplationis pulchræ locus, & inter humeros, & inter ubera. Sed uberior gratia in pectore, ubi amoris locus, cogitationū sedes, amplexus occasio, & cernendi copia uultus. Bene ergo in pectore Iesu Thalamus, imo & thesaurus. Ibi enim & delicia sponsi, & diuitiæ uerbi. Quia in illo abscondити sunt omnes thesauri sapiētiæ & scientiæ dei. In hos ingredere thesauros, absconde te in abscondito faciei eius à conturbatione hominum, & nemo te exsuscitet neque euigilare faciat donec ipsa uelis. Denique & hoc habet ea quæ subsequitur adiuratio iponsi Christi Iesu, qui uiuit & regnat in secula seculorum. Amen.

¶Sermo.XIII.

ADhuc capituli huius nos discussio tenet. Tenui Canti.3. nec dimittam illum. Itáne adhibenda est diligētia & studium, ut dilectus tuus apprehensus retineatur? Si Sponsus est, & amanti respondet ex æquo, quomodo non ultro cohæret tibi, & astringitur gratis? Denique hoc habet impatiens zelus amantium, ut etiam expulsus importune se ingerat, & pudorem dediscat æmulatio dura. Nunc autem dicis. Non dimittam illum, quasi declinare uolentem si non instantius retineatur. Quomodo si amat aut declinare uoluit, aut auelli se sinet? An fortè suspicionibus amatorijs moueris, & superuacuo quodam metu amittendi, pro multo affectu retinendi? Non est tamen superuacuus timor, ubi exitus in ancipiti pendet. Non est superuacuus inter pericula metus. Sed domestica tibi magis metuenda est leuitas. Nam deus ille, & non mutatur. Innata tibi leuitas uicina est lapsui, & instabili quodam uagæ mentis motu facillime arriperis si non firme adhæseris. Sed nos iam ad primitiuam uerba hæc referamus ecclesiam. Eius enim esse uidentur: fidei & charitatis iura aduersus persecutionum iniurias prophetica quadam præsumptione sibi defendentis. Vide etenim quàm multi conati sunt spirituale hoc Christi & ecclesiæ uel diuellere uel adulterare connubium. Contemplare adhuc initia latentis ecclesiæ, quando uelut noua nupta in primos Christi properabat amplexus. Quid furoris, quid fraudis illis Iesu bone sustinuit diebus? Oportebat quidem hæreses esse, oportebat & persecutiones esse, ut tanto adhæreret dilecto tenacius, quanto ab eius uel fide uel confessione uehementius se abrumpi uidebat. Quis nos (inquit unus pro uni Rom.8. uersa ecclesia) separabit à charitate Christi? Denique non est in illis uel fidei corrupta ueritas, uel confessionis obturata libertas. Propter Sion, inquit, non tacebo, & Esaiæ.62. propter Hierusalem non quiescam. Cæsis in synagoga discipulis denunciatum est ut tacerent. Sed illi propter Sion non tacent, & propter Hierusalem illam carnalem non quiescunt. E Verè carnalis synagoga quæ uiuificantem in se extinxit spiritum, & ecclesiæ extorquere conatur. Non probauit Christum habere in notitiam: ideò tradita est in reprobum sensum. Reprobauit enim lapidem probatum, lapidem electum: tenuit legem, sed Christum nescivit: tulit clauē scientiæ, nec ipsa introiuit, nec alios intrare permisit. Quis nobis claudit, quibus

Christus

Christus aperuit? Super humerum eius clauis domus Dauid, quæ aperit & nemo claudit, claudit & nemo aperit. Aperuit gentibus, & clausit iudæis. Cæcitas enim in Israel contigit ex parte, ut gentium plenitudo intraret. Cæca est iudæa: & in literæ uelamine ostium inuenire nescit. Synagóga prædicat, uelamen reprobat, ueritatem non recte uel offerens uel diuidens. Recte enim diuideret, si literæ obseruationem ab eius interpretatione distingueret, si aliud tempus illius antiquitati, aliud huius nouitati daret. Tempus enim suendi, & tempus scindendi. Similiter enim & illa præcepta sunt, & ista prædicta sunt. Sed in illis figura, ista sub figuris. Ecclesia iam ista diuidit & scindit quæ fuerant consuta, etsi nouit literā aliquādo secundum carnem, sed iam non nouit synagóga: quem inuolutum quasi tenuit, reuelatum dimittit. Ecclesia dicit. Tenui nec dimittam. Synagóga reprobat imo & exprobrat, sed ecclesia non ueretur à uoce exprobrantis & obloquentis, à facie inimici & persequētis. Deniq; seruus ille nequā dicit in corde suo, moram facit dominus meus uenire, & ideò percutit pueros domini, quia iam eius nouerunt & nunciant aduentum: sed illi propter Sion non tacent, & propter Hierusalem non quiescunt. Corpus possunt percutere, non possunt ab animo Christum excutere. Flagellis firmius ligata est in corde eorum affectio Christi. In Synagógis flagellati sunt, in custodias traditi, ad cathedras tracti, sed gaudent in his omnibus quia digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Tenui nec dimittam illum. B Tenuit quia non timuit dum turbaretur omnis terra, & maiores mundi huius potestates transferrentur aduersus illam in cor amaritudinis. Agglutinata est sponso funiculo qui rumpi nō poterat, funiculo charitatis: qui nescit excidi: quia illa nunquam excidit: fiducialiter egit, quia charitate adhæsit. Qui enim adhæret deo, unus est spiritus: ubi autem spiritus domini, ibi libertas. Ideo libere egit, & spei suæ confessionem tenuit indeclinabilem. Et tunc quidem fatuitatis res fides uidebatur, & confusione digna confessio. Quid confusionem nomino? Extremi res erat periculi. Non tamen timere poterant eos qui occidunt corpus. Spiritus enim uitæ ante faciem illorum, Christus dominus. Ideò & à carne auelli se facilius passi sunt: qui ab eius charitate nihil sibi de se retinuit, ut illum teneret. Ideò dicit. Tenui nec dimittam illum. Planè inter tot peruertentes & persequentes tenuit strenue, & dum adhuc tenera erat nostræ fidei ætas. Donec introducam illum in domū matris meæ. Iam introducta est fides nostra in tutum. Non est qui palàm impugnet illam, sed qui fuerant persequentes, facti sunt obsequentes: & qui peruertentes, facti sunt dirigentes. Iam introducta est de campo in domum, de pelago in portum. Iam in fauorem uersus est persequentium furor principum, & uersutæ hæreticorum cauillationes, catholicæ fidei syncera ueritate redargutæ siluerunt. Iam crepta est fides nostra, ereptus est Christus de contradictionibus populi. Iam constitutus est in caput gentium, nec positus est nunc in signum cui contradicatur. Post tot desudata martyrum pro fide Christi certamina, postquam tot fregit persecutorum uiolentias, & hæreticorum refellit uersutias, postquam non est amplius in cruce Christi scandalum, sed gaudium, & facti sumus mundo huic non theatrum contumeliæ, sed triumphus gratiæ, post tot enauigata pericula nónne tibi uidetur quasi de campo quodam pugnæ & laboris in pacis & quietis introduxisse cubiculum dilectum suum ecclesia Christi? C Vides ergo in initijs ecclesiæ nascentis necessariam diligentiam, ne dilectus tandiu desideratus & tandem apprehensus posset extorqueri. Quid ergo nunc decætero fiet quando in tutum introductus est & quasi in thalamum per fidem? Dabitur de reliquo desidiæ locus, & diligentiæ ualedicemus? Periclitabitur in tranquillo, qui in tempestate non potuit? An non periclitatur qui moritur? Sine operibus mortua est fides. Commendat apostolus fidem, sed illam quæ per dilectionem operatur. Vbi dilectionis opus est, uel dilectio operis, ibi uita est fidei. Quid si est in crudelitate ueritas, in confusione libertas, & non ibi per dilectionem uita? Funiculus iste triplex non est, & facile rumpitur. Deniq; imaginaria libertas est quæ de radice non oritur charitatis, nec tam nititur confessio talis libertate sua, quàm aliena licentia utitur. Præcaria est, non propria, ex principum fauore pendet, non procedit de calore fidei. Fides feruore charitatis animatur ad uitam. Pigra planè ubi discrimen impendet si non confessionis sibi uendicet libertatem beneficio dilectionis. Alioquin à mortuo quasi qui non sit perit confessio. Est ergo sine charitate & fides mortua, & confessio uana. Apostolus dicit Christum habitare per fidem in cordibus nostris. Nunquid per mortuam? Si intus est ueritas, & foris uita, diuisus est Christus: nōdum ex integro intro duxisti dilectum tuum, ubi dimidius est foris. Quid si nec dilectum? Quomodo enim dilectus si fidei non fuerit sociata charitas? Christus resurgens ex mortuis, iam nō moritur, sed sibi non moritur. Vide ne tibi, aut magis tu ne illi moriaris, alioquin quæ poterit esse mortui uel cum mortuo delectatio? Quanam ergo ratione dilectus esse dicetur, ubi dilectio non est? Si habitat Christus in corde tuo per fidem, sed foris est per dilectionem, uereor, imo uerum est quia uel dimidius in te est, uel mortuus. Viuo (inquit Paulus) iam non ego, uiuit uerò in me Christus. D Potes & tu tibi uocis huius usum assumere, si tamen cum eodem dicerere potes: Charitas dei diffusa est in cordib⁹ nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Sed est in aliis hæc uita laboriosa, in aliis libera, & in spiritualib⁹ quibusdam delicijs agens. Quòd si in carnis iura totus transisti, & principibus tenebrarum in cordis tui recessus facilis & familiaris aditus patet, & immundis amatoribus animam tuam prostituisti, quæ erit tibi conuentio Christi ad belial? quæ societas luci ad tenebras? Si uerò uitijs & incentori uitiorum indixisti pro Christi charitate conflictum, iam quidem dilectum tenes, sed nondum tibi res est in tuto. Turbaris adhuc, & thalami tranquilitate nō frueris. Fides in portu est, sed prauæ consuetudinis impetus, & tentationum uel emergentium uel frequentium cumulus adhuc tibi frangendus, aut certè fugiendus est. Tene constanter inter discrimina ne te effugiat donec introducas dilectum in domum matris tuæ, & in cubiculum genitricis tuæ. Tene cum labore, ne minus cauto ut parum curioso citius elabatur. Fide tenes, professione tenes: tene moribus, tene conuersatione, nec dimittas. Non est decætero nunc pro fidei ueritate conflictus, sed spiritualis huius certaminis æstus aduersijs mores bonos & uitam honestam totus incanduit. Instant his diebus nouissimis tempora periculosa, quando sunt homines seipsos amantes, cupidi, elati, inuentores imo & incentores malorum. In exortu fidei christianæ persecutio nominis huius grandis irrupit. Hodie pestilentia morum fœda satis & lenta nimis exalat. Corrumpunt enim mores bonos exempla mala. Trahe nos bonæ Iesu in odorem unguentorum tuorum, ne pestilens aura de uicino crumpens, salem sapientiæ in nobis infatuet. Sermo uester (Paulus inquit) semper in gratia sale conditus sit. Nunquid solus sermo & non potius uisus, auditus, incessus, omnis denique exterior gestus sale condiri debet? Placete, inquit, omnibus per omnia, sicut & ego. Quòd si infatuati sunt ecclesiæ principes, plebes in quo salientur? E Et nos fratres qui religionis professores sumus, sal esse terræ debemus. Si ergo & in nobis sal euanuerit, in quo salietur? Factus est sacerdos sicut populus, ut licetius populus sicut sacerdos fiat. Mundo se monachi studio conformant, & qui in mundo sunt errorem suum nostrorum satis uersutè & nimis uerè tuentur exemplo. Mutuis ad uitia sese aut informant aut fouent exemplis, pastores, populi, seculares & religiosi, promptuaria plena sunt huiusmodi, eructantia ex hoc in illud aut turpis aut tepidæ conuersationis spiritum pesti

Ecclē.3. Cant.3. Matt.24. 1.Cor.6. Cant.3. Ibidem. Iacob.2. Gal.5. Ephe.3. Roma.6. Roma.5. Gal.2. 1.Cor.10. Col.4. 2.Tim.3.

tentem. Heu quàm auido cordis ore prauum hunc attra-
himus spiritum, & corrumpentem haurimus auram. Pe-
stilentia hæc passim influit per fenestras nostras. Iesu bo-
ne quando erit, si tamen aliquando erit, sicut fides inte-
gra, sic & incorrupti mores? Quando continget ut si-
cut cum ueritate pax, sic non sit pugna pro uirtute.
Quando integrum te & ex arbitrio in contemplationis
& quietis cubiculo complectemur? Pauci sunt in ecclesia
qui in hunc statum peruenerunt, sed tamen pro parte pro
fitentur. Tenui nec dimittam illum, donec introducam
in domum matris meæ & in cubiculum genitricis meæ.
Non est tota talis ecclesiæ facies, sed tamen multa talis,
ut dicere possit: Tenui nec dimittam illum donec intro-
ducam in domum matris meæ, & in cubiculum genitri-
cis meæ. Fides profusior est, contracta negocia charita-
tis. Nunquid in uniuersitate credentium hanc aduerte-
re est distinctionem, & non etiam in singulis nobis?
Quis enim erit cui sicut ueræ & indubitatæ fidei, sic
etiam affectuum piorum integritas constet? Magnus
planè est si quis est, qui sicut nunquam titubat in fide,
ita passionibus animi nullis turbetur. Planè talem ego
dixerim cubiculi secreta ingressum. Bonum cubiculum
cordis tranquillitas. Cum alijs laborat sapientia, sed
cum humili et tranquillo quieuit spiritus domini, &
in pace locus eius. Sed hic quiescat interim sermo no-
ster, magis uerò sensus noster, in hoc utinam requie-
scat secreto cubiculi ut quod experientia docuerit, ex-
pressius refundat sermone sequenti, præstante domi-
no nostro Iesu Christo, qui cum patre & spiritusan-
cto uiuit & regnat deus per omnia secula seculorum.
Amen.

¶ *Sermo.* XIIII.

Cant.3. ADiuro uos &c. Patet illam obdormisse, pro
qua talis est facta adiuratio. Quidni dormiat
cum dilecto ingressa matris cubiculum, deli-
ciarum recessus? Dormit cum patitur mentis
excessum de accessu dilecti. Adiuro, inquit, uos ne su-
scitetis dilectam. Beata planè, quæ dilectum hunc & tene-
re permittitur, & dimittere non compellitur. Tene quod
tenes, tene & attrecta morose & diligenter uerbum uitæ,
reuolue uolumen uitæ, uolumen quod reuoluit Iesus,
imo quod est Iesus. Inuolue te illi, inuolue te illa qua
inuolutus est ipse sindone, quia amictus est lumine sicut
uestimento. Induere dilectum tuum dominum nostrum
Iesum Christum. Excide tibi memoriale diligenter in pe-
tra, monumentum nouum in quo nondum quisquam po-
situs fuerat. Christus enim petra. Semper noua reperiri
possunt in Christo. Ad noua potest penetrari. Multi sunt
in illo recessus, thesauri sapientiæ innumerabiles. Non est
uno contentus uellere: sæpius tonderi potest, bona uelle-
ra sunt sensus mystici, sacrati affectus. Talibus abundat Ie-
Psal.118. sus. Nudari, expoliari non potest. Lætabor, inquit, super
eloquia tua, sicut qui inuenit spolia multa. His te uesti spo
lijs, inuolue uelleribus, ut calefiant (sicut scriptum est) la-
tera tua. Eloquium enim eius ignitum: in his quiesce, ut
suauis sit somnus tuus, sicut Salomon ait. Denique & spon
sus istum dilectæ suæ somnum tuetur & fouet, illam exu-
Cant.3. scitari uetans. Adiuro uos, inquit, per capreas ceruosq;
camporum. Noua planè adiuratio, nec plus habens ad-
mirationis in specie, quàm in uirtute mysterij. Quærens
quid in se sacramenti inuolutum contineant hæc anima
lia, quandam liberæ mentis alacritatem & agilitatem spi-
ritus, cursim se & saltuatim (ut sic dicam) ad superiora fe
rentis, intelligo adumbrari in illis. An non & tibi uelut ca
preæ & cerui uidentur, qui licet in corpore commoran-
tes, corporis tamen cuaserunt incommoda, & spirituali
leuitate pondera carnis penè non sentiunt, & terrenæ
molis materiam nesciunt mentis beneficio? Hi sunt qui
spiritu ambulantes, ultra non sentiunt desideria carnis:
aut si sentiunt, languida certè & quasi palpitantia, ad ex-
tremum ducentia halitum. Vos (inquit apostolus his qui
huiusmodi sunt) non estis in carne, sed in spiritu. Denique *Rom.8.*
etsi cognouimus Christum secundum carnem, sed iam nō *2.Cori.5.*
nouimus: iam totus spiritualis factus est, iam se ad solitudi
nes cælestes contulit, iam conscendit ad superiora. Ideò
dicit ecclesia: Similis est dilectus meus capreæ hinnuloq; *Canti.2.*
ceruorum super montes Bethel. Ad hos te montes inui-
tat qui dicit: Si consurrexistis cum Christo &c. Quasi ca- *Col.3.*
pream te spiritualem fieri uult Paulus, qui ad illos te cæle
stes montes prouocat, qui singularis illius hinnuli te ue-
stit imaginem. Sicut, inquit, portauimus imaginem terre- *1.Cori.15.*
ni, portemus & imaginem eius qui de cælo est. Bonus cer
uus & ipse Paulus, qui ait: Nostra conuersatio in cælis est. *Phil.3.*
Bonus planè ceruus quē spiritus domini uegetat & agit.
Spiritus enim domini subtilis & mobilis. Boni cerui, quos
uox domini præparat: quibus reuelat condensa myste-
riorum, condensa in quibus benedictus ille latitat hinnu
lus. Bona certè caprea, quæ ad omnia quæ uel sibi propo-
sita sunt uel imposita, impigra & indefessa deuotione spi-
ritus dicere potest. Paratum cor meum deus, paratum cor *Psal.56.*
meum. Quæ ea quæ retro sunt obliuiscens, ad anteriora
extenditur. B Audisti communia, audi singularia, ut
aliquid distinctionis inter hæc assignemus animalia, nec
confusa & indifferens sit de utrisq; disputatio: in ceruis
antiquitatem attende uiuendi, & uidendi acumen in ca-
preis. Cerui quadam arte naturali à senio se tueri perhibē-
tur, & uergentem in defectum uitam rediuiua nouitate
ab interitu reuocare. Christus singulariter non tam ce-
ruus quàm hinnulus dicitur: qui nititur æterna nouitate,
nec habet aliquid uetustatis admixtum quod subinde re
nouatione indigeat. Ille singulariter caprea uidendi pri-
uilegio. Denique nemo nouit patrem nisi filius, & cui ipse *Luc.10.*
uoluit reuelare. Omnia autem nuda & aperta sunt ocu-
lis eius. Ergo & hi quoq; quasi capreæ quædam spiritua
les intelliguntur, qui reuelatos habent mentis oculos in
agnitione dei, qui spirituales effecti diiudicant omnia, &
perscrutantur, qui reuelata facie gloriam domini contem
plantur. Cerui uerò sunt in eo quòd in eandem imaginem
trāsformantur à claritate in claritatem tanquā à domini
spiritu, qui ueterem deponentes hominem, nouum indu-
unt eū qui creatus est in iustitia & sanctitate ueritatis, qui
se nescentem deuotionem, & quodam languentem tædio,
in nouum denuo feruorem reducunt, & perseuerantiæ fa-
stidia nesciunt reparatione frequenti. Qui (inquit Esaias) *Esa.40.*
confidunt in domino, mutabunt fortitudinem, non qui-
dem ut ueterem perdant, sed ut nouam adiiciant. Muta-
bunt fortitudinem instauratis frequenter incrementis.
Mutabunt, inquit, fortitudinem: current & non labora- *Ibidem.*
bunt: ambulabunt & non deficient. Mutatio hæc profe-
ctuum uidet innouatio iugis sine defectu, sine fatigatione.
Bona quidem fortitudo, quæ currens licet cum labore,
tamen ad defectum declinare non nouit. Melior planè
quæ nec laboris sentit molestias, sed appositarum diffi-
cultatum transilit scandala, & uelut in campestri plani-
cie explicitis gressibus utens, iuxta quod scribitur: Cur- *Hiere.2.*
sor leuis explicat uias suas. Hoc est quod in præsenti ce-
uos camporum dicit, quod illis quælibet aspera & ardua
quælibet, plana sunt & peruia, & inoffensis exposita cur-
sibus quasi planioris æquora campi. Vox domini, uox
intimæ inspirationis mentis auribus suauiter illapsa. Il-
le est utiq; quæ ceruos huiuscemodi præparat, quæ re-
uelat condensa. Nam siqua condensa sunt, & crebris
scandalorum quasi spinarum aculeis obsita, illis con-
densa non sunt, quorum dominus perficit pedes quasi
ceruorum, qui nullo iniuriarum obice tardari possunt,
magis autem complacent sibi in tribulationibus, & ac-
ceptas habere non norunt iniurias, aut nec respicere pe
nitus ex uehementia desiderij ad superiora properantis,
& intendentis in anteriora. C O misera hæc tempora
nostra, quomodo ab hac regula in contrarium omnes
penè resilimus, etiam quæ pietatis plena sunt specie, ad
iniurias interpretamur. Vbiq; ferè obicem patimur, &

impingimus

impingimus in planis, & lubrica facta sunt in platéis ue-
Treñ.4. stigia nostra, sicut dicit Hieremias. Omnia nobis obtrusa querimur, siquidem inter pigrorum quasi sepes spinarum. Ad querelarum occasiones gratulamur, ad suspiciones parati, ut (quemadmodum scriptum est) terrere nos uideatur sonitus uolantis folij, & animi molestias manibus & uerbis accersire nitamur. Inde est quòd spiritualium uirorum minus crebro inquiramus quietem, interrumpimus ocia, & mentis ad superiora intentæ perturbamus soporem, & à gratissimo sponsi auellimus amplexu. Huiusce modi ergo molestias quas uel peruersitas quærit, uel infirmitas parit, à dilecta sua sponsus auertit, filia Hierusalē ad spiritualem quandam alacritatem muitans. Hoc enim sibi uult quòd per capreas & ceruos adiurat, ut spiritualium ad æmulationem prouocentur uirorum, & ab infestatio-
Canti.3. ne importuna dilectæ quiescant. Adiuro uos ne excitetis dilectam donec ipsa uelit. Vtile uobis est, ut dilecta uigilet, sed expectate donec ipsa uelit. Eius expectetur arbitrium, ad cuius curam uestri spectat officium. Tunc uolet, cum spiritus illam uelle docuerit. Vnctio spiritus docebit illam. Adhærens enim dilecto, unus cum illo effecta est spi-
Esaiæ.61. ritus. Ideò dicere potest, spiritus domini super me, eo q̃ unxerit me, euangelizare misit me. Ergo euangelizabit uobis, cum acceperit tempus à spiritu. Interim bibula hauriat quod refundat uberius. Contemplationis gratia compassionem non euacuat sed informat, & mentis excessus temperantem reddit infirmis. D Denique cum dormit Adam, uirilis costa in infirmiorem mollescit sexum, & propter socialem copulam de latere uiri formata est mulier, imo in sociam mulierem Adam ipse conuertitur, & conformatione quadam transit in coniugem, ideò dum euigilat charitatis uocem primam emittit, in compari sua se-
Geñ.2. ipsum agnoscens. Hoc nunc os, inquit, de ossibus meis, & caro de carne mea. An non tibi Paulus uidetur uirilem dignitatem in humiliorem sexum deflectere, cum dicit se factum infirmis infirmum? Quasi spiritualis Adã Eua efficitur, dum subiectis compatitur apostolica firmitas, & sublimitas uirtutis & scientiæ sobrietate quadam capacitati temperatur infirmorum. Et si mente excedit deo, sobrius tamen fit alijs. Mentis excessus bonus est sopor, non superbiam inducens, sed sobrietatem docens. Adiuro uos ne excitetis dilectam donec ipsa uelit: & si mente interim excedit deo, iterum tamen sobria fiet. Si modo dormit, euigilabit rursum, & uina quæ reperit cum temperamento quodam uobis refundat. Ipsa nouit quando diuidat prædam domesticis, & cibaria ancillis. Quomodo nō miserebitur filiarum uteri sui, quæ nec ancillas præterit? Bonæ tamen filiæ ancillas se reputant, & naturalem nesciunt libertatem, dum ueritatis spiritu liberatas se esse recensent. Verè enim liberæ sunt quas liberat ueritas: & ideò aliam libertatem ignorant, quæ per adoptionem liberatas se gaudent. Denique quanto magis est gratuita adoptio, tanto est abiectio deuotior. Eædem ergo ancillæ sunt & filiæ: quia ubi maior est in adoptione dignatio, ibi iustior in subiectione deuotio. Ne suscitetis eam donec ipsa uelit. Ipsa nouit quando diuidat prædam domesticis, & cibaria ancillis. Non est de ista metuendum quod legitur. Filia populi mei crudelis quasi struthio in deserto. Struthio pennæ speciem habet, caret tamē affectu uolandi. Nescit per mentis excessum uolare: propterea speciem non uisitat suam, sed derelinquit in terra ouа sua. Obliuiscitur quòd pes conculcet ea, bestia conterat. Non nouit in contemplationis soporem assurgere struthio, ideò se compassionis affectu non induit. Ad commodum enim spectat filiarum in mentis excessu dormitio matris, & totum de compendio est quòd spiritualis eius somnus protrahitur.
Canti.3. Ideò dicit: E Adiuro uos ne excitetis dilectam donec ipsa uelit. Bona adiuratio per quam & matri parcitur, & profectus quæritur filiarum. Quanto enim liberius uacat & uidet, tanto uberius adolescentulas reuisit. Quanto sublimius suspenditur, tanto condescendit humilius, condescendit utilius. Quid uultis tempora dispensare, quæ sponsus posuit in uoluntate dilectæ? Ne excitetis, inquit, illam donec ipsa uelit. Tunc uolet, cum ab oculis eius euolauerit uisio dilecti. Lubrica est eius præsentia, & elabitur subito. Ego, inquit, dilecto, & ad me conuersio eius. Quid tam sanctum tentatis commercium ante tempus diuellere? Beata collatio, sed breuis hora. Sufficiat illi breuitas sua, quid illam decurtare uultis? Nihil tam exiguo imminuendum est momento. Fruatur interim libere hora fugaci. Excitare eam uultis & auellere ad uos quam Christus excitat, & in se euigilare facit. Denique & si dormit ipsa, sed cor eius uigilat in Christo. Petrus, & qui cum ipso erant in monte, grauati sunt somno, & euigilantes uiderunt maiestatem Iesu. Bene grauati somno, in quibus humanus reprimebatur sensus. Grauabatur & reprimebatur in ipsis quod erat ex ipsis, ut ad ea quæ mundi sunt cæci & hæbetes, tantum ad cognoscenda quæ dei sunt spiritu euigilarent excitati diuino. Euigilantes, inquit, uiderunt maiestatem. Luc.9.
Bene ergo uigilat qui talia uidet, qui uidet gloriam unigeniti à patre, qui audit arcana uerba quæ non licet homini loqui. Non licet ei dici in quo filius dei nondum resurrexit. Videte, inquit, nemini uisionem dixeritis, donec Matt.17.
filius hominis à mortuis resurgat. Non potest ei dici uisio in quo nondum Christus resurrexit. Denique simile dictum est Mariæ, Noli me tangere, nondum enim ascendi ad pa- Ioan.20.
trem. Non licet ei dici qui non est raptus in paradisum in locum delitiarum, in locum de quo Petrus dixit: Bonum est nos hic esse. Bene exscitatur qui in hunc cum Paulo rapitur paradisum, qui ascendit cum Petro in montem, qui uel una cum Christo potest hora uigilare, quem non homo tangit, sed excitet & euigilare faciat Christus. Et Petrum ipse retigit, ideò euigilauit & uidit maiestatem eius. Denique & hæc ipsa dilecta uide qualis exurgat de spō si amplexu. Quæ est ista, inquit, quæ ascendit quasi uir- Canti.3.
gula fumi. F Sed nos iam hic ascendentem reuocemus sermonem, & capitulum hoc alteri seruemus principio, imo illi qui de seipso dicit: Ego principium qui & loquor Ioan.8.
uobis. Qui utinam nobis sit & sermonis principium, & cordis uerbum, ut quæ locuturi sumus de ipso, prior ipse loquatur in nobis. Loquere domine, loquere mihi, & loquere pro me. Increpa pro me filias, non Hierusalem, sed Babylonis, dic ut sedeat & taceat filia Chaldæorum. Dei bone quantæ sunt hodie filiæ Babylonis, quæ nesciunt cantica Sion, propter quas organa nostra suspendimus? Quanti sunt filij Edom, qui nos exinaniunt & exhauriunt lætitia spirituali? Compescis filias Hierusalem ab infestatione dilectæ. Vtinam mihi domine à filiabus parcas Babylonis. Dispar enim est & satis molestior uexatio malignantium quàm amantium. Sed tamen nescio qua nostri temporis huius miseria ipsi amantes facti sunt malignantes. Quanta malignatur hodie amicus in sanctos? Dixisse debui inimicus, sed dixi quod magis dolet. Ipsi amici facti sunt inimici. Amici professione, inimici affectione. Specie amici, sed amicitiæ uirtutem diffitentes. Amicus Absalon, quia filius: sed quanta malignatus est sceleratus in sancto, filius in patre? Absalon in Dauid, Absalon pax patris dicitur. Bonum planè nomen sed ipse nominis huius uirtutem abnegabat. Affectauit regnum, incestauit cubile. Felix tamen Dauid, cui inter tot filios non nisi unus persecutor erupit. Quem mihi dabis hodie inter magistros: cui non nisi unus Absalon insidietur. An non quasi Absalones sunt quidam qui (sicut scriptum est) pacem prædicant, & mordent dentibus? Affectant locum patris, fœdant cubile, dum prauis susurrijs socios corrumpunt, & subuertunt corda innocentum, in quibus patris spiritus suauiter quiescebat. Imitatione Absalon est, qui magistri & locum sibi arrogat, & uitæ derogat: pacem prædicat, & mordet dentibus. Malus est morsus derogatio,

malus cibus de quo dicitur: Dulce est enim in ore eius malum, & abscondit illud sub lingua sua. Abscondit donec euomat in tempore uirus collectum. ¶ Quanta malignatur amicus in sancto? Denique quæ non uidet, suspicatur. Posuerunt, inquit, signa sua signa, & non cognouerunt. Ponunt quæ non inueniunt. Ponunt quæ praue postea exponunt. Signa, inquit, sua: seipsos enim in signum ponunt, cum ex suæ prauitatis regula alios metiuntur. Signa, inquit, quasi dicat, tantum signa, & non ueritatem. Signa non certitudinis, sed suspicionis. Et non cognouerunt. Non enim cognitione, sed coniectura nituntur. Malignatur inimicus in sancto. In quo sancto? In sancto sanctorum. In sancto qui dicit: Qui uos spernit, me spernit. Temerarium est (ut dicit apostolus) alienum seruum iudicare. Tu ergo quis es qui dominum tuū iudices? Qui enim potestatem diiudicat ordinationem dei diiudicat. Denique conqueritur & dicit: Tulerunt à me homines iudicium meum. Filij hominum ut quid diligitis uanitatem, & quæritis mendacium? Vanitatem utique diligitis prælationis, & ideò quæritis in prælatis uestris mendacium prauæ suspicionis. Vani enim filij hominum, mendaces in stateris, mendaces in iudicijs. Et utinam pro minimo mihi sit ab humano die iudicari: dum æterni dici expecto iudicium. Cum, inquit, accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Ipse iustus iudex tempus expectare se dicit ut iustitias iudicet: & tu tibi ante tempus assumis iudicium? Pater omne iudicium dedit filio: & tu tibi quòd non accepisti iudicium assumis, & hoc in patrem? Vide ne fortè in eum patrem à quo omnis paternitas in cælis & in terris nominatur. Viperea generatio matrem suam comedit, & dente uenenato doctoris uitam corrodit. Nō sunt istæ filiæ Hierusalem: & filiæ pacis, sed Babylonis, quando increpabis illas & dices, filiæ Babylonis nolite flere super me, sed super uosipsas flete. Siquidem improperia eorum qui uices tuas gerunt, in te redundant, nec est murmur eorū cōtra nos, sed contra dominum. Parcite ergo à murmuratione quæ non prodest uobis, & alijs nocet. Tu domine, tu potius obstrue os loquentiū iniqua, & ne claudas ora te canentium. Sed quid iam nunc querelis his ulterius immoror? Non id nunc gero ppositi, ut nostra deflcam, sed ut aliena cantem. Sufficiat paucis nostra deplorasse. Iam à lamentis reuertor ad cantica. Illo nobis animū præstante & os & otium, qui cohibet inquietos à sponsæ somno Christus Iesus unà cum patre & spiritusancto regnans per omnia secula. Amen.

Psal.73.
Ibidem.
Rom.14.
Psal.4.
Psal.61.
Psal.74.
Apoc.11.
Psal.118.

¶ Sermo. XV.

QVæ est ista quæ ascendit per desertum quasi uirgula fumi ex aromatibus? Videte fratres (sicut & uidetis) quàm sit efficax ad incrementa gratiarum tranquillitas mentis, quales metat fructus de interna quiete Christi dilecta. Videte inquam qualis procedat de sponsi amplexu. Qualis ergo progreditur à me ne quæsieritis, sponsi potius super hoc sodales consulite. Quid & ipsis quasi noua & insolita de secreto dilecti sinu procedit? Noua planè, nam ipsa nouitas admirationem inducit. Quæ est ista quæ ascendit? Attende profectum. In superioribus custodes interpellat & de uisione rogat dilecti. Hic ipsis custodibus admiranda prorumpit & noua sub specie. Quidni in noua ꝓcedat de cōplexu dilectic ipse est enim qui de se dicit. Ecce ego omnia noua facio, etiam quæ noua sunt, ipse renouat. Puta caminus est: aurum admouet. Si purum est purgatius reddit, & rutilans metallum recentem de fornace fulgorem educit. An non caminus Christus? Ignitum (inquit psalmista) eloquium tuum uehementer. Hoc camino decocta nō potest nisi noua & uelut altera prodire creatura in Christo. Denique & ipsius dum oraret species facta est altera: sed tibi altera cum oras eius sit species: nam in se manens unus, innouat omnia. Altera facta est corporalis domini species cum oraret, & uoluit per hoc in mente tua orationis commendare uirtutem, quòd illa sit quæ te in intimis alterum faciat, & nouum commutet in hominem, & meditatio innouet. Nos (inquit apostolus) reuelata facie gloriam domini speculantes, in eandem imaginem transformamur, hoc est in eandem quam intuemur, transformamur. ¶ Fortè & sponsa de speculationis arcano eam quam intuebatur spōsi imaginem uestita prodit. Nouа planè: nam sodalium circa ipsam admiratio nouitatem protestatur. Quæ est ista quæ ascendit? ac si dicat, non est cum illa sicut heri & nudiustertius. Non iam amplius circuit ciuitatem, non discurrit per uicos, per platēas, per uigiles. Non errabunda uagatur: sed itinere directo ascendit. Quæ est in hacipsa hæc tam subita nouitas? Quæ est ista quæ ascendit, & ascendit per desertum? Desertum uerè & aridum & sterile reputat seculum omne hoc per quòd ascendit, & quanam ratione nobis factus desertī huius odor sicut odor agri pleni, & quasi ei benedixerit dominus? Quantos trahit ad se desertī huius odor & tenet ne possint auelli, odor iste, odor mortis ad mortem? Inanitas est quam putatis ubertatem. Denique terra sitis est, & imago mortis, sicut dicit Hieremias propheta. Terra, inquit, sitis. Cupiditates enim mundanas magis irritat quàm satiat. Infructuosa est ista quam putas plenitudo, & si quid est fructus, id fluxum est, & mutabilitate sua mortis præfert imaginem. Quomodo ubi mortis uides imaginem, odorem uitæ sentire te reputas? Odorem uitæ Christi spirat ubertas. Ipse enim est ager uerè plenus, ager fertilis, ager cui benedixit deus pater. Alium præter istum agrum sponsa nescit, sed desertum reputat, & terram salsuginis. Quæ est ista quæ ascendit per desertum? Bonū erit certè desertum, si non fuerit cor tuum insulcatum inimici uomere, si non fuerit eius irriguum stillicidijs, impinguatum rore, si non quæ superseminat zizania in te læta luxurient, imo renascantur quidem quasi fœcundo in solo. Sterile sit cor tuum ne tale uel germen proferat, uel semen suscipiat. Anima, inquit, mea sicut terra sine aqua tibi. Bonum desertum talis anima, bonum etiam desertum caro integra, caro intacta, caro immundis non exarata concupiscentijs, caro carnalis uoluptatis nescіens semina. Qui enim seminat in carne, de carne metet corruptionem. ¶ Bonum denique desertum aluus uirginalis. Talis erat beatæ illius & specialis uirginitatis uterus, quē nullus impudici motus affectionis immundæ temerauit læsio. Caro ipsius sicut terra deserta & inuia & inaquosa, in qua Christus apparuit. Non tamen deserta penitus, quæ Christum parturiuit: irrigua est, sed fluentis uirtutū. Ideò quasi puteus dicitur aquarum uiuentium, quæ fluūt impetu de libano, quòd uirginalis munditiæ candor spirituales refundat gratias. Hortus conclusus uenter eius, castimoniæ uirginalis disciplina, eò quòd integritatis sepem carnalis desideriī non dissipauerit ardor: propterea in talibus irriguus aquis fructum dedit in tempore suo. Vis audire qualem hæc terra deserta dedit fructum? Osee te docet qui dicit: Adducet dominus uentum de deserto urentem, & desiccabit uenas mortis. Quis alius mortis desiccauit uenas nisi Christus Iesus, quem nobis intemerati uentris desertum refudit? Et bene uentus: quia spiritus ante faciem nostram Christus dominus. Denique dictus est secundus Adam in spiritum uiuificantem. Huius flatu apostolicæ nubes uolant, quas Esaias miratur. Quid mirum si uentus dicitur quem & nubem legis? Ascendet, inquit, deus super nubem leuem. Nec hic leuem quasi uagam & instabilem accipias, sed leuitatis intelligentiam ad spiritualem aptitudinem trahe, quòd corpus incorruptibile nullam animæ grauitatē attulerit, nec depressit terrena commoratio sensum multa imo cuncta cogitantem. An non quasi uenti facti sunt omnes qui spirituali leuitate à terrenis elapsi, conuersationem sibi in cælo collocant? Sed ipse speciali ratione uentus, qui reliquorum ambulat super pennas uentorum, & spirituum omniū uirtutes

2.Cori.3.
Cant.3.
Hiere.2.
Esaiæ.19.
Psal.142.
Gal.6.
Osee.13.

Universidad de Deusto Biblioteca

uirtutes excedit. Iure ergo uentum eum uocat: nominat & uentum urentem, quòd eius flatu peccati sint in nobis frigora resoluta: & captiuitas nostra conuersa tanquã torrens in austro. Huius se æstu exutos discipuli senserunt cũ
Luce.24 dicerent: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur: Et nescio si uspiam libentius spirat quàm in calicæ & illesæ integritatis deserto & inuio. Hæc loca libenter perflat, & casti corporis animam charitatis feruore decoquit, & spiritualibus liquefactam desideriis tenues resoluit in uapores, & ueluti fumi uirgulam exurgere fa-
Canti.3. cit. D Quæ est, inquit, ista quæ ascendit per desertũ quasi urgula fumi: Et bonũ desertum caro castitatis exhausta & desiccata uirtute, quæ nullam delectationis immundæ nebulam exhalat, nec ignem extinguat, sed nutriat, quem domini flatus succendit. Ignis hic aromaticam si inuenerit animam, succendit, & alterã commutat in speciem, & quasi uirgula fumi exhalat in superiora. Quasi uirgula, inquit, quòd per cogitationum disciplinam ab exteriori sit ad interiora constricta, & ab inferiori ad superiora directa quasi uirgula, quòd sese ad seipsam colligat, et supra se porrigat. Sed quid sibi uult quòd illam fumi uirgulæ cõparat: An fortè per hoc innuere uoluit quòd non sit perpetua ac solida spiritualis huius suauitatis gratia, & mentis ascensus, sed facile sicut fumus liquescat: Suauis est planè & omnino spiritualis uapor fumi, in quem se aromata concremata relaxant. Sed ego uirgulæ isti tenere & delicatæ turbines metuo, ne illam uentorum flabra diuerberent, ne circunferat procella curarum, & tentationis aura illam dissoluat, & cedat omni uento. Exempla nobis metum suadent. Multos enim uidemus & dolemus tam insperato cessisse, quàm subito erupisse. Meditatione subtiles sunt, oratiõis impensi studio, pingues gratia, deuotione quadam dulci uberes, effusi in lachrymas, cum subito leuis impatientiæ occasio quælibet spirituales has contristat delicias & exhaurit. An non ergo quasi fumus tam facilè euanescens gloria. Iure quasi uirgula fumi talis ascensio, quæ uel propria mutabilitate deficit, uel accidenti molestiæ cedit. Ego tamen non audeo super sponsæ persona fumum pro defe-
Psal.118.2 ctu interpretari. At si tu cõtentiose resistis eũ tibi do defectum accipere, quem tibi psalmus commendat. Defecerũt oculi me in eloquium tuum. Defecit in salutare tuum anima mea. E Vtinam hoc domine defectu attenuẽtur oculi mei & deficiant. Vtinã hoc defectu deficiat anima mea, deficiat & liquefiat, & eloquio tuo calefacta, eloquio uehementer ignito, ab omni crasso intellectu, & in tenuiorem spiritualis habitudinis auram laxetur. Vtinam si quid fuerit in me torpulentæ intelligentiæ & hæbetis desideriũ, in subtilioris gratiæ usum deficiat & attenuatione quadam, & acumine spirituali à crassitudine sua uertatur in uirgulam fumi. In talem utinam deficiat fumum animæ meæ uirtus. Et non deficiat sicut fumus: ne dicat: Defecerunt sicut
Psal.101. fumus dies mei. Aliud est omnino ita deficere sicut fumus, ut omnino non sis. Aliud ita deficere, ut sicut fumus attenuatus animo & spiritualis sis. Bene defecerat psalmista,
Psal.83. cum diceret: Concupiscit & deficit anima mea in atria domini. Quonam enim modo nõ deficit quem Christus in-
Hebr.12. flammat: Ignis ipse est sicut scribitur & ignis consumens. Qui inquit approximat ad me, approximat ad ignem. Quis mihi dabit ut hũc possim ignem ligare in sinu meo, ut inflammet cor meum, renes commutet, & ad nihilum me redigat. Iure quasi uirgula fumi ascendit, quæ de calore processit cubiculi, de uerbi igniti complexu. Suaues tua flamma Christe uapores euomere solet, & odoris aromatici fumum producit. Quasi uirgula, inquit, fumi ex aromatibus. Et fumum lego qui de Leuiathan ore procedit. Et item fumum de puteo abyssi prodeuntem, sed non ibi uirgulam, non aromata lego. Nihil ibi directum, nihil dulce, sed horror summus, & ordo nullus. Fumus horroris est qui de puteo procedit abyssi. De hoc fumo impij dixisse leguntur: Fumus afflatus est in naribus nostris, & sermo scintillæ ad commouendum cor nostrum. Meis utinam Iesu bone naribus fumus affletur quem tuus ignis agit, & de camino tuo sermo scintillæ ad commouendum imo ad commutandum cor meum. Ignis tuus ignis consumẽs est, uitia si inuenit consumit, & confessionis fumum emittit. Sed non est iste fumus ex aromatibus. Qui tangit, in- Psal.103.
quit, montes, & fumigant. Bonus ignis qui tumores extenuat animorum, & attactu suo elationes terrenas per emissos pœnitentiæ fumos euanescere facit. Sed alterius odoris & gratiæ fumus est quem aromata uirtutũ cremata refundunt. Ignis iste ignis quem dominus misit in terram, Luce.12.
& uoluit uehementer accendi, non tantum uitia consumit, sed uirtutes ipsas in suauioris gratiæ affectum commutat. Aromata cum integra sunt, olent suauiter, sed hoc igne liquefacta alium longè spirant odorem F Huius odoris fragrantiam sentientes in sponsa sponsi sodales mirantur & dicunt: Quæ est ista quæ ascendit per desertum Canti.3.
quasi uirgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris, & uniuersi puluerís pigmentarij: Habes in myrrha continentiæ uirtutem, in thure orationis studium, in puluere pigmentario inter uirtutum copias cordis contriti humilitatem. Et bona myrrha quæ carnalem petulantiam reprimit, & fluxos motus lasciuire non sinit, & carnem non esse carnalem compellere nititur. Sed cõtinentiæ nostræ myrrha corpulenta uidetur & minus castigata, & quasi uicina carni, nisi fuerit hoc igne cælesti, hocamoris diuini feruore liquefacta. Bona quidem continẽtiæ myrrha quæ pergentem ad illicita cohibet appetitum, sed alterius est suauitatis & gratiæ, quando charitatis ardore liquescens crassum omnem & carnalem nescit affectum. Quid uerò thus: Nonne ipsum est odoris exigui dum integritas illi & corpulentia sua manet: Cum uerò flammis subactum effluere cœperit, in odoriferos totum fumos expirat. Simili ratione nonne tibi uidetur crassa & pigra oratio & corporea quadam tarditate segnis, igniti & intimi eloquij si nõ fuerit uirtute succensa. Vtique in thure ego accipio orationis materiam, & in fumo gratiam. Dirigatur, inquit, ora- ps.140.
tio mea sicut incensum in conspectu tuo. Nescit itinere directo ad deum ire oratio quæ succensa non fuerit. Oratio quæ frigido fuerit de corde expressa, subito relabitur, nec potest esse perpetua quæ non est prompta. Vim patitur, & non est sui iuris. Sed nec sui iuris est planè succensa oratio. Illa contra conatum reprimitur, ista supra conatum arripitur. Illa conatur & recidit, ista præter conatum ascendit. Illa uiolenter dirigitur, ista uoluntate fertur. Illa uix exhibetur, ista nec cohibetur. Illa laboriosa, ista libera. Illa tristis, ista læta. Illa bona, sed ista optima. Denique est oratio temperate media inter frigidam & feruidam, illam excedens, sed non accedens ad istam. Et (ut sic dicam) prima coacta est, secunda directa, tertia abrepta. Prima (ut sic dicam) sitiens, secunda sobria, tertia ebria est. Ista enim est quæ mente excedit deo, ideò ascen- Canti.3.
dit quasi uirgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris & uniuersi, inquit, puluerís pigmentarij. G Myrrhæ in puluere pigmẽtario humilitatis expressit uirtutem, quòd ea de magnis meritis nil magnum sentire nouerit, non altum sapere, sed humili æstimatione reliquarum attenuet merita uirtutum, & earum soliditatem quasi ad quandam puluerís exiguitatem deducat. Et bene post orationis cõmendationem sub figura puluerís pigmentarij de humilitate subiunxit. Oratio enim humiliantis se nubes pene- Eccle.35.
trat, imo sine humilitatis gratia oratio quantumlibet acuta hæbes tamen est, & tristem refundit odorem elatæ myrrha castitatis, neq; fluxos carnalium bene restringit motus cogitationum. Continentiæ myrrha quæ animum in superbiæ fumum lasciuire permittit. Contritione multa pigmenta rediguntur in puluerem. Et bona contritio, quoniã cor cõtritũ & humilitatũ deus non despicit. Bona Psal.50.
planè contritio quæ nihil relinquit indiscussum, nihil tumidũ, nihil non humiliatũ nec in uirtutib? ipsis, iustitias

ipſas dijudícat,& arguit non modo de peccato,ſed de iuſtitia & de iudício. An non quaſi comminuit qđ redargui tur? An non quaſi humiliatur iuſtitia quæ dijudicatur? In
Pſal.118. ueritate,inquit,tua humiliaſti me. Nō omnium eſt hoc dicere, Infirmiores in uanitate ſua humiliātur, perfectiores in ueritate dei. Non poteſt uanitas ueritatem dijudicare, ſed ueritas uanitatem,& ueritas ueritatem. Spiritus enim dijudicat omnia. Quod humano ſolidum & integrum uidebatur iudício,cum inuenerit ſpiritus ueritatis,euacuat & comminuit illud. In ſpiritu enim uehementi conterunt uirtutum pigmenta in puluerem,& iuſtitia iudicatur. In
Iob.9. turbine (inquit Iob) conteret me. In turbine ſpiritus ſui, ſpiritus uehementis,in turbine ſpiritum meum arripientis. In hoc turbine conteret me, & multiplicabit,inquit,
Ibidem. uulnera mea. Integra mihi uidebatur antequā ueniret ſpiritus uehemens,iuſtitia mea,ſed ipſe dijudicat, ipſe conterit,ipſe uulnerat,& multipliciter confringit bonorū præſumptionem meritorum,ſauciam& languidam humanam docet eſſe uirtutem. H Vtinam mihi hoc modo conteri obueniat,redigi in puluerem omnium bonorum affectuū piarum meditationum. Vtinam Ieſu bone turbo ſpiritus tui talē animæ meæ puluerē afflet de platēis cæleſtis Hieruſalē,ut in hoc puluere calefiā,in puluere ſedeā,in puluere dormiā,ſed puluere pigmētario. Beat⁹ qui in hoc puluere morat,cui ſuaues,& ſpiritualiter puluereæ cogitatiōes
Eſaiæ.26. undiq; labūtur. Expergiſciminī,inquit,& laudate qui habitatis in puluere. Deniq; & ſponſa de felici expergefacta ſomno,quaſi uirgula fumi exurgit ex aromatibus uniuerſi puluerís pigmentarij. Vniuerſi inquit. Et ueritas ipſa bonorum uniuerſitatem operum,ad quendam te docet pul-
Lucæ.17. uerem & uelut ſterilitatē deducere. Cum omnia feceritis, inquit,dicite,ſerui inutiles ſumus: quæ debuimus facere fecimus. Felix qui tantum & talem ſibi colligit puluerem, & quæ iubentur faciat omnia,& reputet quaſi nulla, qui uniuerſa bona quæ colligit,per humilitatem illa conterit. Paulus ad Corinthios operum ſuorū aromata multa enu-
1.Cori.11. merat. In itineribus,inquit,ſæpe,periculis fluminum,periculis latronū,periculis ex genere,periculis ex gentibus, periculis in mari,periculis in ciuitate,periculis in ſolitudine,periculis,in falſis fratribus. Quid deinceps? Quotidiana eius ſolicitudo omnium eccleſiarum. Quis,inquit,infir-
Ibidem. matur & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur & ego nō uror? An non quendam bonorum operum puluerem tibi collegiſſe uidetur apoſtolus hæc & huiuſmodi plura percurrens? Vis adhuc ſublimiores aliquas uirtutū eius ſpecies audire? Veni cū illo ad uiſiones& reuelationes dei,ad
2.Cor.12. raptum in paradiſum,in tertium cælum,ad beatam illam ignorātiam neſcientis utrum in corpore an extra corpus extaſis illa facta fuerit,non iam puluis ſed fumus. Sed ne tamen fumo huic ſpiritualis contemplationis,ſe iactantiæ fu-
Ibidem. mus immiſceat,audi quid ſequitur. Ne magnitudo reuelationum extollat me,datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ. Paulus ſtimulatur ne extollatur. Et quomodo qui hæc audis refugis ſtimulari? Quomodo teipſum inter ubertatem donorum,aut conterere deſinis,aut conteri non ſinis? I Moleſtus ſtimulus,ſed tamen uexatio præſtat humilitatē profectui. Moleſtus ſtimulus carnis,ſed non charitatis. Et paſſio amara,& diſcuſſio ſeuera: utraq; uirtutes humiliat. Sed omnia dulcius & efficacius prodeunt,de camino quodam ſuccenſi amoris. Flamma hæc non modo uirtutes humiliat,ſed etiam immutat,& in nouam conuertit ſpeciē,& de ſpiritualibus ſpiritualiores facit. Cōtinentiæ myrrha, orationis thus,& in puluere pigmētario olim humilis conſcientia uirtutū. Omnia magis ſerenū producūt uultum, & gratam ſpeciē cū de hac prodeūt officina. Bona eñ contritio,ſed concrematio melior. Suauis puluis pigmētari⁹, ſed fumus excellit. Neſcio enim quid magis ſuaue & ſpūale magis in fumo quàm in puluere ſignificatur. Ideo quodam ignīti uerbi beneficio inter ſponſi flagrās amplexus, de puluere pigmentario in fumi tenuitatem liqueſcit: de humiliatarū puluere uirtutū,in fumū gloriæ. Qualis eſt putas peruentio cū tam delicatus ſit aſcenſus? Quo tendit quæ talis aſcendit? Quantus deliciarū eſt loc⁹ in quē aſcēſiones iſtas diſponit? Lectulus fortè dilecti eſt. Nam ad illū præcipue ſponſa debet aſpirare. Ita planè eſt. Ideo ſequit. En lectulum Salomonis ſexaginta ambiunt ex fortiſſimis *Canti.3.* Iſrael. Et pulcher ordo,ut de lectulo ad lectulum ueniat: de lectulo ſuo,de cubiculo matris ſuæ ad ſui lectulum Salomonis. Nec minus congrua uarietas q̄ delicijs iſtis immiſcet fortia,& lectulū ſuum Salomon tam munita cuſtodia uallat. Sed uerbi proruentis iam reducamus habenas,nouo capitulo nouum dedicaturi ſermonem,præſtante domino noſtro Ieſu Chriſto: qui uiuit & regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ *Sermo.XVI.* A

QVàm delicata ſponſa aſcendit,quàm penè ſine mole corporis,& quàm penitus ſine corruptione carnis. Quænam erit corpulentia ubi fumo conferetur? Quæ corruptela cum illam non caro fluxa,ſed aromata cremata exalent? Delicate aſcendit,& digna lectulo Salomonis. Iudith & Iotam & unctam lego, *Iudith.10.* ut regios unguenti ſuauitate mulceret amplexus. Hæc uerò iam unguentis non utitur in ſponſi gratiam,ſed liquefacta effecta eſt odore ipſo unguenti: ſed non omnes uerbū hoc capiunt,nō omnes his poſſunt delicijs perfrui. Si oēs fruerentur,omnes fraudarētur: & in hoc eſt & pulchra uarietas,& pia charitas,quia alius eſt qui fruit,alius qui tuetur. In hoc aliorum & tuta & læta ſunt ocia,q̄ aliorū ſunt munita cuſtodia. Ideo lectulum Salomonis ſexaginta ambiunt ex fortiſſimis Iſrael. Non uult Salomon noſter lectuli ſui turbari delicias,dulces attenuari affectus,ne attentari quidē pacata diligit,qui pacificus dicitur. Quis noſter Salomon niſi Ieſus Chriſtus? Ipſe eſt pax noſtra,ipſe qui *Ephe.2.* fecit utraq; unum. Ipſe pacificauit ſanguine ſuo,nō modo *Col.1.* quæ in terris,ſed quæ in cælis ſunt. Diſciplina pacis no- *Eſaiæ.53.* ſtræ ſuper eum. Diſciplinā debitæ nobis pœnæ ſuſtinuit, ut nobis iuſtitiæ pacem refunderet. Ipſe punitus,tu repropiciatus: & tu punitus,ſed pœna tua pacem tibi parturire non potuit. Hoſtia immunda,contaminatos mundare nō poterat,non modo alios,ſed ne ſeipſam quidem. Diſciplina ergo ſuper nos: ſed non erat illa nobis ad pacē diſciplina. Erat in nos mortalitatis & afflictionis illata ſententia, ſed non erat iniuſtitia reuocata. Tu quidē iudiciaria ſentētia ligatus,ſed tuus non erat ſolutus reatus: & pœna erat, & pax non erat. O miſeria & grauis diſciplina ſuper filios Adam,conteris & non protegis,punis & non purgas,cōſumis & non concilias,conſumis,ſed carnis ſubſtantiā nō culpam. Quid tibi & pacis? Quando pacem cōferes,cui eſt cum peccato commercium? Quando conferes gratiam, quæ non aufers culpā? Iuſtitia enim & pax oſculatæ ſunt. *Pſal.84.* Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum: qui nobis attulit fructus pacatos iuſtitiæ. B Dictus eſt ille ſolus Salomon noſter uerus pacificus,q̄ in diebus eius orta nobis ſit iuſtitia,& abundantia pacis. Abundans uerè pax,quæ nō modo præterita ſuffecerit repropiciare delicta,ſed omne etiā abundet in ſeculum. Abundat enim donec auferatur luna,donec auferatur labor mutabilitatis noſtræ,labor mortalitatis noſtræ,alternantium labor defectuū. Verè abundans pax,quæ non eſt data ad mēſuram meriti. Non enim meritum inuenit,ſed contulit. Quomodo non abundans pax,quæ & remiſit offenſam,& priorem cumulauit gratiā? Erat homini primo in paradiſo pax,ut non poſſet inuitus abduci: ſed non erat uirtus per quam uellet reduci. Erat gratia ut poſſet non exire,ſed non erat ut poſſet cum uelet redire. Modo pax uberior in gratia Chriſti,quæ poſt iteratos exceſſus ultro offertur,& pœnitentes non repudiat,ſed reuocat. Bene pax abūdans,quæ nulla poteſt exhauriri iniuria,paratior ad ueniā quàm ad uindictam. Pax hæc à remiſſione peccatorū incipiens,uſq; ad diuinæ participiū abūdauit naturæ. Qui enim adhæret deo,unus ſpi- *1.Cori.6.* ritus eſt.

ritus est. Vides quanta repropiciationis abundantia, ut non iam pax cum deo, sed magis unitas cum eo dici possit. O beatum confinium, ubi sublatus est inimicitiarum paries medius. Beatum quidem confinium, sed nondum tutum. Adhuc hostis noster hos tentat peruadere terminos, fines conuellere. Est nobis in Christo pax cum deo patre, sed nondum pax ab hoste communi. Abundabit autem pax hæc, donec destruatur nouissimus inimicus, mors. Interim etsi non est pax ab ipso, profectò tamen est contra ipsum. Erit ipse pax nostra, cum assyrius uenerit in terram nostram, & calcauerit in finibus nostris. Proximos sibi potest assyrius fines infestare spirituales, interiores non potest, calcare potest, sed stare non potest in finibus nostris. Erit enim Christus pax cum calcauerit in finibus nostris assyrius. Habemus confinium, & confinium: confinium cum deo, & confinium cum mundo: confinium cum spiritu, & cõfinium cum carne. Et si quibusdam dictum est, uos non estis in carne, sed in spiritu: confines tamen sunt carni, uel propter substantiæ naturam, uel propter carnis curam. ℂ Hostis ergo carne nostra quasi castro utens, regiones spiritus de uicino infestat, & de contermino præsidio insidias machinatur. Sed erit iste, id est Christus, pax cum Assyrius calcauerit fines nostros. Ille Salomon noster, pacificus noster, qui præstat nobis pacem super pacem, pacem cum patre, pacem ab hoste, ipse ponet fines nostros pacem. O confinium & confinium, quantum discrepatis ab inuicem, quantis tu abundas gaudijs: & quantis uicinus es obnoxius scandalis. O finis & finis, tu quàm læte teneris, & tu quàm laboriose regeris. Vtrobiq; Christus limes est medius, istinc separans, illinc fœderans: istinc inchoans, illinc consummans. Sapientia enim attingit ab hoc fine fortiter usq; ad finem illum, disponens in illo fine cuncta suauiter. Finis ille lectulus est, ideo de muliere forti dicitur: Procul & de ultimis finibus pretium eius est: propter quod ipse se impendit: quo se æstimat, quo eius expletur auiditas. Quid id aliud est nisi sponsi amplexus, & lectulus? Vltimus finis est, ultra quem se non potest auiditas extendere: nec facultas comprehendere sufficit. Finis est ubi ipse à te desicis: ubi exhauriris: ubi alius esse incipis: totus in Christo, & solus in te Christus. O uera pax, & plena pax, quando de regno dei tollentur scandala, quando non erit timor in finibus nostris, quando non erit finis & finis, sed unus tantum finis, & supradictus finis. Finis deo fœderans & conformans tantum. Finis lectuli gaudijs fruens: non gladijs agens. Nunc uerò ut quieta sint quantulacũq; lectuli gaudia: necessaria quidem est custodia fortis. Ideo lectulum Salomonis sexaginta ambiunt ex fortissimis Israel. Et in euangelio habes. Cum fortis armatus custodit atriũ suum, in pace sunt quæ possidet. Vberior hic commemoratur custodia, quia uberior est gratia lectuli quàm atrij, & sponsæ solicitudo maior quàm possessionis, & ad portam paradisi angelicam custodiam cum gladio flammeo positam lego. ℂ An non quidem paradisus, lectulus Salomonis? Lectulus, inquit, noster floridus. Denicq; ipse flos campi, ipse lignum uitæ. Bene paradisus deliciarum lectulus talis. Vides quomodo amplæ delicíæ arcta cinguntur custodiæ? Lectulũ enim Salomonis ambiunt sexaginta fortes ex fortissimis Israel. Non multum nunc de numeri huius disputo ratione, illos tamen uidetur signare, qui prærogant & iustitia operis, & notitia legis. De fortibus Israel sunt, qui fide fortes sunt, qui stant in fide, & uiriliter agunt, qui omnia possunt, sed in eo qui omnia confortat Christus. Male fortis est qui aduersus scientiam dei se extollit, qui aduersus illam inflexibilis & rigidus est, cui fortitudo lapidũ fortitudo eius: & cor eius æneũ: ut nec uexatio det intellectũ auditui eius. Quales denicq; sunt quibus Paulus ait: An æmulamur dominũ? nunquid fortiores illo sumus? Non est de fortibus Israel, qui cum uulneratur nõ dolet, cum uerberatur non sentit, stupidus manẽs ad omnes stimulos ancipitis gladij uerbi penetrabilis, & gloriatur si cõtra sapientiæ stimulos calcitret. Nõ talis Maria, cuius animam ac si mollem materiam gladius pertransiuit. Me utinam facile obtineat uerbum ualidum. in me operetur eius efficacia, & animã meam hic penetret gladius, ut & ipsa quasi in gladiũ conuertatur cõtra spirituales pugnatura nequitias. Quid mittis manũ ad fortia qui ex fortissimis non es? Custodiam ut quid suscipis qui desidiã non excutis? Quid lectulũ ambis qui gladiũ non habes? aut si gladiũ habes uerbi, habes illũ in uagina, non habes in lingua. Nõ tenes manibus linguæ uerbi dei uersatilem gladium. Volubilis est sermo, spiritꝰ flammeus est, sed nescio quomodo cõtra naturam suam pigrescit in manu tua, restringitur & hæbetatur, qui acutior est & penetrabilior omni gladio ancipiti. Non est uelox uerbum in ore tuo, non currrit uelociter, nõ est uersatile in manu tua pro uarietate negotij, quod tamẽ ad omnes spiritualis certaminis usus abundat. Quid tibi usurpas officium, cuius usum nõ habes? Omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi. Sine causa gladium portas tu qui bellandi sufficiẽter non habes peritiam: aut si doctus es belligerare, magis te exerces ad negocia seculi quàm ad negocia Christi, forensi iure plus uteris quàm ecclesiastico, plꝰ seculari quàm spirituali certamine cales. ℇ Paratum uultuirum ecclesiasticum princeps ecclesiæ, paratum eum uult ad reddendam rationem de ea quæ est in nobis fide & spe. Et quonã pacto piger & imperitꝰ ad ista gloriaris, si prompte respõdeas de iure publico? Decẽtius multo in ore clerici, in ore monachi, sacra quàm secularis litera sonat. Quid in Hierusalem uis loqui lingua Aegyptia? Nõ sic Esaias. Erunt (inquit) quinq; ciuitates in terra Aegypti, loquentes lingua Chanaan: scilicet quia penitus hebrææ non poterant, ea loquerentur quæ est uicina hebræa: quia lingua sancta nõ poterant: uel ea loquerentur quæ sanctæ affinis est. Quid uis media ex parte loqui Ezotice qui iudaice debes? Sic enim habes in Esdra: Loquere linguis non hominum, sed angelorũ. Angelus enim dei es, qui sacri profiteris uerbi mysterium. Labia enim sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirũt ex ore eius, quia angelus dñi exercituum est. Euãgelice ex toto loquere q uir euãgelicus es. Sermo ergo tuus legem redoleat, prophetas, apostolos, corũ uerbis linguã tuam exacue, mutua ex eis arma potentia deo ad debellandas munitiones, ad redigendũ in captiuitatẽ omnẽ intellectũ extollentem se aduersus scientiã dei. Versatilis sit in manu tua gladius spiritus, ut ad omne qđ tibi emergit negocium famuletur, nec te destituat sermonis sacri facultas, quem temporalis & subita deposcit occasio. In labijs tibi sit non in folijs uerbum ualidum & efficicax. Labia enim (non folia) sacerdotis custodiũt scientiã. Sacculum pecuniæ tolle tecum, gladius uerbi tibi sit à latere, non in latebris, proximus tibi sit. Accingere eo super femur tuum ut potens sis & promptus, & exhortari in doctrina sana, & contradicentes redarguere. ℉ Non tibi sit ensis sub femore, & uerbi sacri studium carnis prudentiæ non supponas. Vniuscuiusq; ensis super femur suum. Alij datur sermo scientiæ, alij sermo sapientiæ, & iunicuiq; doctori suadetur à spiritu gratia. Vniuscuiusq; ensis super femur suum, ut ubi est tentationis occasio, ibi maior uerbi præoccupatio fiat, commonitio crebrior. Vniuscuiusq; ensis super femur suum, ut seipsum primo corripiat, seipsum custodiat, seipsum dijudicet. Docet te Paulus quasi super femur tuum ensem habere. Considera, inquit, seipsum, ne & tu tenteris. Ensis cuiuscunq; super femur suum, propter timores nocturnos, propter lapsus subitos, præoccupatos casus. Quasi timorem nocturnum apostolus innuit dicens. Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto. Nocturnum est enim quod improuisum est, quod subitum est nocturnum etiam quod insidiosum est. Ideo dicit: Vt non circũueniamur à sathana. Nõ enim ignoramus insidias eius. Idem Paulus alibi timebat à

2.Cori.11. timore nocturno. Tímeo, ínquit, ne ſicut ſerpens ſeduxit
Etiam, ita & corrumpantur ſenſus uestrí à ſimplícitate
1.Cori.6. quæ eſt in Chriſto. Bona ſimplícitas ubi Chriſto adhærēs
unus eſt cum illo ſpíritus: ſimplícitas eſt ubi unitas eſt:
ſimplícitas eſt ſi iam nō ipſe uíuis, ſed uíuit in te Chriſtus,
ſi te deuorat ſapientía dei, ſi te ſpíritualis abſorbeat lætí-
tia, & íntimis recondat uíſceríbus. Et ubi eſt tanta ſim-
plícitas, níſi in lectulo? Vniuſcuiuſq; enſis ſuper femur
ſuum, Super femur, non propter femur, ſed propter timo
Ephe.6. res nocturnos: forte quia non eſt illís colluctatío aduer-
ſus carnem & ſanguinem, qui ſignantur in fermore, ſed
aduerſus mundi rectores tenebrarum harum. Ideo pro-
pter timores nocturnos contra ſpírituales nequítias,
quanto felíciorem ſortíta es luctam, quæ Salomonis con
tíneris in lectulo, non contra carnales nequítias: nec con-
tra ſpírituales quidem, ſed cum ſpírituali lætítia, cum Sa-
lomone, qui pacifící nomine prærogat. Ideo pacífica col-
luctatio cum ipſo. Et pacifící nomen, & ſapientiæ perſo-
puer.4. nam Salomon gerit. Ama, ínquit, ſapientiam, & amplexa-
bitur te. Amplexus, colluctationis quandam ſpeciem præ
fert. Amplexare, ut amplexetur te. Glorificaberís ab ea
Ibidem. cum illam fueris amplexatus: ſicut dícit in prouerbíjs.
Amplectere uerbum, utere eo ſicut in lectulo, non ſicut
in bello. In lectulo locus eſt non enſibus, ſed amplexí-
bus ſtrictis. Noli fortis, eſſe ne tibi foris eſſe cōtíngat. Int?
utere uerbo non quaſi gladío, ſed quaſi ſponſo, ut uerbo
ipſo oblecteris, oblecteris ueritate ipſa, non contra erro-
res oblucteris & uítia, alij hoc munus & officium relín-
que. Quid tibi cum conflictu, cui totum de affectu con-
ſtare debet? Quæ ſponſa eſt, non diſputantis & conflí-
gentis ſectatur negocium: ſed ocium amplexantis. Alij
lectulum ambiāt, tu cupítis amplexíbus fruere. G Quid
tamen eſt quòd de ipſo lectuli nobis apparatu nil dícit: q?
non eius uel in modico depromit delícias? Forte uerbum
hoc, uerbum ineffabile eſt, quod non licet homini loqui.
Qui experitur intelligit, & tantiſper dum experitur, ne me
moria quidem præteritas íntegre recenſet delícias. Quòd
potuit ſcíptura expreſſit. Lectulum dixit, & lectulum Sa-
lomonis. Satis dictum eſt, ſed ſapienti. Et thronum lego Sa
lomonis, & ferculum, ſed utrunq; ambitioſo extructum
apparatu, & ſicut regias decet delícias. Nunquid ergo
lectulum intelligemus neglectum? Abſit, ſed ſufficiebat
ſcribenti ut lectum diceret, qui ſponſæ loquebatur. Illa
enim níhil in lectulo dílígit níſi quòd lectulus eſt, & q?
in eo copia ſit ſuum amplectendi Salomonem. Magnum
& multíplex myſterium reperíes in lectulís per omnem
ſcripturarum textum, ſed non eſt comparatio ad lectu-
Iob.17. lum Salomonis. Eſt lectulus quem ſibi Iob ſternit in tene-
Pſal.6. bris, & eſt lectulus quem Dauid rígat in lachrymís, & eſt
Marci.5. lectulus in quem languens decumbit, & eſt lectulus in
Lucæ.8. quo defunctus reſurgit. Talis Helíæi, talis lectulus He-
4.Reg.4 líæ, uterq; defunctum hoſpitæ mulíeris filium in lectulo
3.Reg.17. ſuſcitauit. Ille expandit ſe ſuper mortuum, iſte incuruauit.
Vnus in utroq; Chriſtus. Ille exinaniuit ſe ut formam ſer-
ui ſuſciperet, & æternitatis ſuæ longitudínem intra bre-
uitatem temporalis naturæ contraxit. Ipſe expandit ſe,
cum ſpíritumſanctum abunde in nobis infudit. Sinus
ille matris defunctum premere poterat, non uíuificare.
2.Cori.3. Litera enim occídit, ſpíritus autem uíuificat. Sed uerus
Helías illum in cœnaculum tulit, ad ſpíritualem prouexit
intellectum. Frígidus erat literæ ſinus, nec poterat eius in-
telligentia uitalem ſpírare calorem. Bonus Helíæ lectu-
Hebr.10. lus, qui defuncto uitæ calorem infudit. Iuſtus ex fide ui-
uit. Ideo tribus meritur uicibus, ut trinitatis cognitionē
conferat, & diuidat menſuram fidei. Plangit lex literæ
ſenſum extinctum, ſenſum carnalem: ſed Chriſtus hunc
ſenſum tulit, ſpíritualem reſtituit nouum, & uitalem in-
tellectum reddit literæ, quem ſuum uerè cognoſcit ípſe
Helías, qui reſtituit omnia & noua facit. & Paulus, legi
Gal.2. ſe mortuum dícit ut uíuat in Chriſto. Bonum eſt ut & tu
moriaris non modo ueteri legi, ſed & ueteri homíni, ut ſuo
1.Petri.2. te uíuificet in lecto, qui peccata noſtra tulit in corpore
ſuo, ut peccatis mortui, iuſtitiæ uíuamus. Tu enim quod
ſeminas non uíuificatur níſi priùs moriatur. H In hoc
reſuſcitato intelligímur omnes, & ideo communis reſurre
ctio hæc. Sed priuata quædam in lectulo Salomonis gra-
tia, & ſolius ſponſæ prærogatiue ſeruata. Etiam nunc ſi
quis matris noſtræ (conuentus huius ſancti) uiduæ apud
quam utcunq; ſuſtentaris Ieſu bone, ſi quis filius eius mo-
ritur, tu reſuſcita. Mortuus eſt qui uel tædij uel deſpera-
tionis mole obruitur, in quo níhil eſt uíuidæ deuotionis,
ſeruidi ſpíritus, qui & ſi legis præcepta non deſerat, &
intra regulæ gremium ſe concludat, frígido tamen & mo
ríbundo languet affectu, in opere ſancto ſuaue níl ſentíes:
totius illum ordinis triſtis exanímat facies, molli & fœmí
neo matris eſt ſinu fouendus, ut non exaſperatus abun-
dantíore triſtítia abſorbeatur. Non expedit ei extra ma-
terni ſinus ambitum reperíri, ne forte non tollat illum
uerus Helías in cubículum ſuum. Quos reſuſcitat Chri-
ſtus, mulíerum ubíq; fletibus donat. Sic uíduæ filiū, ſic ſan Lucæ.7.
ctarum fratrem mulierum: ſic parentum precíbus ſuſcita- Ioā.11.
uit puellam. Tolle bone Ieſu & hunc mortuum noſtrum Lucæ.8.
de matris gremío. Regularis hæc & exterior obſeruantía
neminem ad perfectum adducit. Introduc illum ad mol-
liorem lectum melioris ſpei, per quem approxímet deo.
Experiatur quod expectat, quoníam bonus dominus ex-
pectantibus ſe, anímæ quærenti illum. Vníus horæ expe- Treñ.3.
rientia, multorum temporum labores exhílarat. Tunc red
ditur matrí quem illa priùs amiſerat, dum teneret eius affe
ctum, ſed mortuam deuotionem defleret. Nouus redit ad
nos, poſtquam tu illum teipſo ueſtiſti. Ideo te ſuper ipſum
expandis, ut quod eſt in eo fœdum operías, quod nudum
ueſtias. Bonus huius lectuli uſus, qui breui hora in tem-
pora ſequentia uitalem alacritatem transfundit. I Ma-
ior in Salomonis lectulo gratia, in quo ſponſa matrem
carnalem derelinquens, perpetuo iure dilecto adhæret,
& unus cum illo efficitur ſpíritus. Bonus ergo lectulus in
quo nullus languor eſt, níſi forte languor amoris, qui non
uerſatur in infirmitate, ſed in iucunditate. Bonus lectu-
lus qui non rigatur lachrymís, qui non in tenebrís ſter-
nitur, qui níhil habet in ſe triſte, níhil tenebroſum, ſed to-
tum lux & lætitia, qui non índiget ſterni tapetibus de puer.7.
Aegypto, quibus in prouerbíjs mulier hæretica lectulum
ſternit. Níhil enim in ſe habet lectulus Salomonis alieni
ornatus, níhil pícti, níhil mundani, ſed totum ſancta uolu-
ptas & ſolida ueritas. Magnum & uarium ſacramentum
in ſanctorum lectulís, ſed ſupergreſſus eſt uniuerſos lectu-
lus Salomonis. Nec ſponſæ lectulus huic ualet compara-
ri. In lectulo ſuo quem quærit dilectum non inuenit, ideo
ſurgit & circuit donec ad iſtum pertingat. Feſtína filia, ſa-
cra uirgo, feſtína iſtam ingredí requiem. Noli ſtrictos in
circuitu enſes uereri. Enſes iſti, enſes uerbi ſuper femur, &
propter timores nocturnos, uel carnis configunt laſciuiā,
uel timidi cordis abſcíndunt ignauiam. Hoc quidem in
alijs, te uerò ſuauius uulnerant, ut charitate tranſfixa no-
cturnum ignores timorem, nec quícquam habeas frígidi
timoris admixtum, ſed tota tranſeas in affectū igniti amo-
ris, quæ in ſolum amoris es uſum dicata, & in charita-
tis locum aſcenſura ſtratum dilecti, lectulum Salomonis
ueri Ieſu Chriſti, qui uíuit & regnat per omnia ſecula ſecu
lorum. Amen.

¶ Sermo. XVII. A

AVdiuiſtis ſacræ uírgines ſponſæ Chriſti, Audí-
tis heſterno ſermone de lectulo ueſtri Salomo-
nis: ulteríus hodierno pergitis quærere de fer-
culi ſacramēto. Omnes uultis huius cantici ſer-
mones ad amoris uſum deflectere, & ad ueſtras interpre-
tari delícias. Vobis ſolis hæc putatis eſſe conſcripta car-
mina? Nullus ſapit uobis ſermo qui nō amatoríjs uernet
affectibus, & dulcem charitatis odorem aſpíret. Habetis
ergo & hic

ergo & hic aliquid quod amatorium sonat blandimentũ: de ferculo uobis alludit sermo diuinus. Nullam uobis residere patitur dilectus excusandi materiam. Grata quidem sunt promissa lecturi gaudia, sed poterat aliqua in uobis adhuc suspicio de perueniendi difficultate submurmurare. Ideo uobis sermo sacri uehiculi quo estis ad lectulum portandæ, pulchra uarietate describit ornatum. Etiam in itinere sponsus uobis procurat ipse delicias. Ferculũ hoc quidem gratum est in materia, sed ab authore est gratius.

Cant.3. Ipse enim Salomon ferculi huius est auctor & artifex. Ferculum enim sibi fecit rex Salomon de lignis libani, columnas fecit argenteas, reclinatorium aureũ. Audi filia quàm glorioso apparatu portaris ad lectum, non sinit te sponsus sine reclinatorio, & illo aureo, fortasse ex illo auro

Cant.5. de quo legis. Caput eius aurum optimum. Multus reclinatorij usus est, sed inferior quàm lectuli. In reclinatorio habet spes fessa iucundum sustentamentum, oblectamentum in lectulo. Hic sponsæ uotum uouetur, ibi uotis fruitur. Quantus te putas expectat apparatus quæ tali deuceris ornatu? Quid ergo nunc sermone frequenti cuncta exaggerem, ligna cedrina, ligna libani, columnas argenteas? Ipso auditu se nobis ista commendant, & corporalis pulchritudo in figuram adducta spiritualem, quẽdam & intelligibilem conatur indicare decorem: & sanctæ animæ designare uehiculum. Hæc enim corporalia intelligi, lectionis circunstantia non sinit. Quid enim aurum materiale charitate consternaretur? Sed omnia spiritualia sunt, quia spiritualis est amor, cui tam ambitiosus ferculi blanditur apparatus. B Possem hæc & similia de ferculo hoc ad nostrum deriuare sensum. Sufficiant ista breuiter disputasse, ad uestram uel satiandam, uel prouocandam auiditatem. Quid? Vobis solis uultis cantica seruire? Sinite adolescentulæ pascant: sinite ad suam commoditatem ut uel pauca inflectant capitula. Sapientibus & insipientibus debitor est Christus. Nihil uobis immiuitur: si alijs pro suo sensu abundet. Estote contentæ lectulo, inferioribus uel ferculi permittite usum inseruire. Illius gratia partior, huius popularior. In illo includitur, in isto ingreditur Christus. Vobis se uberius & quadam specialitate indulget, sed tamen aliàs non obliuiscitur quæ uestram nondum ualeant ad mensuram pertingere. Potestis & uos ferculi participare sacramento, & uice perfungi, si sponsum quem inclusum tenetis ad nos quasi reportetis, si deferatis pacem, si annuncietis bona, si gaudia foris prædicetis quæ intus uidetis. Quidni ferculum erant de quibus in ecclesia canitur, portantes pacem, & illuminantes patriam? Sed nemo uel prædicationis offi-

Hebræ.5. cium assumat, nemo sibi sumat honorem nisi uocatus à deo. Quid teipsum super cãdelabrum ponis, qui teipsum non accendis? Ille te ponat in sublime qui lucernam te fecit. Per illum ascende qui te accendit. Denique nemo se-

Cant.3. ipsum ferculum facit, sed ipse Salomon fecit sibi ferculum de lignis libani. Est & ferculum si quis non solum in ore,

1.Cor.6. sed & in corpore suo Christum portat. Glorificate & portate Christũ in corpore uestro, dicit Paulus. Portari uult à uobis Christum, sed gloriose, non cum tædio, nec cum murmure, non cum indignatione & fluctuante proposito. Denique portari, non trahi: trahenti enim onerosus est Christus, onerosa castitas, onerosa humiliatio, obedientia grauis, pauperies sordet, deformiter portas qui sic conuersaris. Fascis quidam grandis tibi uidetur, fides

Cant.1. & pietas ponderosa. Nõ potest dicere, fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi. C Quid? Fœnum tibi uidetur fides tua, sub cuius onere sic stridens, sic gemis, sic murmuras: quomodo plaustrum stridet onustum fœno. Non est fœnum Christus, sed flos est, sed fructus est, sed lignum uitæ, lignum quod dat fructum in tempore suo: & tu non uis tempus expectare. Beati qui uescuntur tempore suo. Denique patientia necessaria est ut, reportetis promissiones. Portate ergo patienter onera, imo opera pietatis. Pietas enim & ipsa partem iam habet repromissionis, si-

1.Cor.15. cut scriptum est: Ergo portate imaginem eius qui de cælis est, & gloriose portate. Onus enim eius leue. Estote nõ ignominiosum offendiculum, sed gloriosum uehiculum, quale fecit sibi rex Salomon. Miro autem modo ita uirtutum distinguit uarietatem, ut in primo loco elationis uanitatem excludat. Quid enim habes quod non accepisti?

1.Cor.4. Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Si ferculum es, non tu te, sed ipse te fecit. Ferculum enim sibi fecit rex Salomon de lignis libani. Et ligna ipsa quis fecit? Nonne ipse? Ipse plantauit cedros libani. Q; si cedrus es alta libani, noli tamen altum sapere, sed time ne fortè inde euellaris propter elationem, ubi plantatus es per electionem. Non enim tu te, sed ipse elegit te in opus ministerij, ipse ministerij officium quasi ministrandi confert gratiam, id est facultatem & dignitatem. Agnosce à quo plantatus es, & non tibi ueniat radix superbiæ, ut non moueat te manus tentatoris. Non ascendat ut succidat te securis inimici, cuius ne nouacula quidem super caput sanctorum ascendit. Ferculum dei ille sibi præripere gestit, & in usus suos de libano ligna succidere. Denique

Ezec.28. apud Ezechielem gloriatur & dicit: In cathedra dei sedi. Vide ergo ne per elationem de cathedra iustitiæ efficiaris cathedra pestilentiæ, & ferculum scandali, & per te uel exempla uel sermo malus ad multorum perniciem ut cancer serpat. D Esto ferculum dei, ut eius in te imaginem portes, & odorem notitiæ suæ per te manifester. Tale Paulus ferculum erat, de quo dominus ipse profitetur.

Actũ.9. Vas electionis est mihi iste, ut portet nomen meum. Ipse qui elegit, ipse ferculum fecit. Ferculum sibi fecit rex Salomon de lignis libani. Ligna hæc ligna cedrina sunt, & natura sui & nomine loci nescio quid magnum commendant. Libanus candorem sonat, cuius ligna nulli obnoxia sunt corruptioni: & sicut substantiæ suæ non admittunt putredinem, ita suauissimum spirant odorem. Bene libanus Paulus, qui seruiebat domino (ut ipse dicit) in con-

2.Tim.1. scientia pura. Quid enim pura candidius conscientia? Quid imputribilius illo quem nulla potuit aduersitas separare à charitate dei? Momentaneæ uirtutes, & quæ ad horam subsistunt, mihi non uidentur tam ligna quàm olera quæ cito decidunt. At in Paulo quædam erat indefessæ charitatis imputribilitas. Ideo bonum certamen cer-

2.Tim.4. tauit, cursum consummauit, decætero expectans coronam iustitiæ, coronam de manipulis, cuius iam quasi de uicino attraxit odorem. Denique & ipse bonum exhalauit odorem, odorem uitæ ad uitam, odorem notitiæ dei. Bonus odor fama bona, bonus odor conscientia bona.

2.Cor.11. Illa alijs bene olet, ista sibi. Hæc enim gloria sanctorum, testimonium conscientiæ. Futuræ enim beatitudinis fructus iam nobis in bonitate uitæ cœperunt olere. Et bene imputribilitati bonus odor adiungitur. Nam e contrario putredo fœtorem emittit. Qui enim seminat in carne, de carne metet corruptionem, de corruptione tristem odorem: sicut de integritate suauem. Et bene de integritate inducta est mentio, quòd uirginalis candor expressus uidetur libani lignis. Nam & bonum uirginalis cõtinentia uporat odorem, & eius est perpetuus usus. Siue enim consugij seruitus euacuabitur, siue desolatio uiduarum cessabit. Virginalis uerò integritatis libertas & gratia non

Matt.22. excidet unquam: quia qui non nubunt nec nubuntur, iam sunt quasi angeli in cælo. E Denique & libano in

Eccl.24. scripturis legitur comparata uirginitas. Ego, inquit, quasi libanus non incisus euaporaui, & sicut balsamum non mixtum odor meus. Merito libanus uenter immaculatus, uenter impollutus, uenter intactus, uenter non incisus. Non incisus est, cuius manet integritas: cuius nõ sunt resignata claustra pudoris. Propter munditiam libanus, propter integritatem non incisus. Merito enim non

1.Cor.7. incisa quæ non est diuisa. Vis audire incisam? Mulier nupta cogitat quæ mundi sunt, quomodo placeat uiro, &

Universidad de Deusto Biblioteca

diuisa est, utique in deum & uirum diuisa: & fortè non æqua-
Ibidem. liter diuisa, sed in uirum propensior. Mulier autem immu-
pta & uirgo non cogitat nisi quæ domini sunt, quomo-
do placeat deo. Quasi libanus non incisus euaporauí ha-
bitationem meam. Matris domini specialiter hæc uerba
uidentur. Illa uerè libanus, & libanus non incisus. Illa
uobis euaporauit sacræ uirgines habitationem suam, ha-
bitationem cælestem, habitationem angelicam, quando
uirginalis conuersationis exempla in uos transfudit, &
perpetui pudoris inspirauit amorem, & satis expressit ha
bitationis suæ gratiam, quam euaporare se dicit. Quid
enim habitatione uirginea uapori similius? Nihil habet
hæc conuersatio carneum, nihil mundanum, sed totum
cæleste. Supermũdanum totum, spirituale totum. Et ideo
Eccl. 24. simile uapori: sed quali uapori? Et tanquam balsamum
(inquit) non mixtum odor meus. Tanquam balsamum
non mixtum, non corruptum: tanquam balsamum non
adulteratum. Est mixtura quæ balsamum similat & men-
titur: & est mixtura quæ si non habet balsami similitu-
dinem, bonum tamen contristat odorem. Est ergo (ut
sic dicam) balsamum uerum & solum: & est balsamum
& si uerum, non solum: & est balsamum nec uerum nec
solum. Primum in perfectis est, hoc ultimum in deceptis:
medium in illis qui etsi nulla illuduntur fallacia, aliqua
tamen uirtutis gratia destituuntur. Merito itaq; illa quæ
sola gratia plena erat, quasi balsamum non mixtum odo-
rem suum dicit. F Q. si tu uirginitatem oles, si orationũ
instantiam, si ieiuniorum abstinentiam: bene oles, & bal-
samum oles. Si uerò impatientiæ adhuc morbo laboras,
si uaniloquium, si leuitas consiliorum, si ardor explendæ
propriæ uoluntatis, si tristitia, si tædium, si horum aliquod
unum in te nominatur, mixtus est iam odor tuus, & non
purum balsamum spiras. Modica enim stilla admixtio-
nis peregrinæ totam balsami massam contristat. Bene
quidem cum illo agitur qui si quid triste fortuito & uelut
Iacobi. 3. subito redolet, statim abolet. Nam in multis offendimus
omnes, dixit apostolus. Ex subito quidem lapsu, sed statim
correcto nullus est odor æstimandus, magis uerò in eo in
quo quis est sedulus uitio. Periculosa & pessima mixtu-
ra cuiuslibet est, quando uitium quodlibet uirtutis men-
2. Cori. 11. titur speciem. Et angelus sathanæ in angelum lucis se trãs-
figurat, & quasi uenenum facit balsamum spirare. Vnguen
tarius est sathanas, nolite ab illo oleum emere. Non enim
Iob. 41. tam confector est quàm corruptor unguenti. Denique (si-
cut scriptum est) feruescere facit quasi ollam mare, & po
nit sicut cum unguẽta ebulliunt. Mors in hac olla. Ollam
Hiere. 1. hanc succensam uidit Hieremias, & faciem eius à facie a-
quilonis. Qualis unguentorum artifex, qui de mortis
olla uitæ uapores exire simulat? Qualis artifex qui ollæ
succensæ faciem quasi ab austro feruere facit, per quam
potius ab aquilone mala exardescunt in terram? Aut filius
prophetæ est, aut certè propheta, qui mortem in olla de-
prehendit, & uapores eius ab aquilone uenire. Sulphurei
sunt uapores quos olla carnis tuæ succensa euomit, & tu
in his balsami tibi uideris odorem sentire? G Si per te
nescis balsamum uerum à mixto discernere, ueni ad pro-
phetas, ueni ad filios prophetarũ apostolos, qui te mixtu-
rarum differentias doceant, qua in olla mors sit. Talis Pau
2. Cori. 2. lus, qui dicere ausus est: Non ignoramus astutias eius. Si
non sufficit manus tua ut purum habeas balsamum, san-
Ioan. 19. cti te doceant quomodo misceas. Attulit Nicodemus
Mar. 16. mixturam myrrhæ & aloes quasi libras centum, & ma-
riæ emerunt unguenta. Sed Maria domini mater unguen
ta non tantum comparat quàm spirat, quæ unctum oleo
Eccl. 24. lætitiæ ipsum parturiuit Christum. Tanquam balsamum
(inquit) non mixtum odor meus. Si mixturæ rationem
ignoras: ueni ad doctores ecclesiæ, ad eos q colũnæ quæ-
dam sunt, & firmamentum ueritatis, & columnæ argenteæ
in domini ferculo, & sacri dispensatores eloquij: ab his di-
sce quomodo cogites quæ domini sunt, & quomodo soli-
cita sis pro Christo ut sibi placeas. Tunc & tu colum-
nas habebis in te argenteas, si utriusq; testamenti fueris
suffulta scientia. Ideo & hic post libani ligna, columnas
subtexit argenteas sermo diuinus, ut habeas mysterium
fidei in conscientia pura. Mysterium fidei quàm sacrum
tibi præscribit eloquium, eloquium argenteum est, ut euã
gelicis & apostolicis subnixa præceptis illa mediteris, il-
la conserues & conseras in corde tuo, nec patiaris inerti
situ cohærere & obliterari, & oblectationis erugine deni-
grari diuini uerbi argentum. Sed non possumus nunc in
sermonem hodiernum has inserere columnas. Hunc enim
tractatum libani præoccupauerunt ligna, & in eorum
odore longius quàm putabam noster sermo excurrit sua-
uitate illectus materiæ. Tibi domine hunc commendo
libanum, libanum egregium, hunc chorum uirgineum
sacrum cœtum fœminarum. Tu custodi ut non succida-
tur, ut non incidatur, sed sua illi seruetur integritas, ser
uetur castitatis candor, quia libanus candorem sonat:
seruetur puritas mentis, ut sanctæ sint & corpore & spi-
ritu. Custodi libanum hunc, cuius ligna in ferculi tui de-
dicatu materiam. Procul ab illo sit prophetica commina-
tio. Aperi libane portas tuas: comedet ignis cedros tuas. Zach. 11.
Portæ tuæ claudantur alijs, soli aperiantur tibi. Tu illi cla
uis sis & claustrum, tu signa & resigna, ut nec signaculum,
nec clauem præter te recipiat Christe Iesu qui deus es be-
nedictus in secula seculorum. Amen.

¶ Sermo. XVIII. A

IGnis libani incorruptio carnis, & munditiæ uobis est candor expressus. Bona quidem est castitas: sed quod non fit ex fide: peccatum est. Rom. 14.
Fide (dicit scriptura) purificans corda eorum. Actuũ. 15
Non enim sola carnis continentia castitas censetur, cor-
dis multo magis est æstimanda puritas. Iam uos (inquit Ioan. 15.
Iesus) mundi estis propter sermonem quem locutus sum
uobis. Bonus fidei sermo qui mundat, & ideo in hoc fer-
culi cultu post ligna libani columnas producit argen-
teas, & uirginalis mentem munditiæ ad sacri prouocat
meditationem eloquij, eloquij casti, eloquij quod argen- Psal. 11.
to examinato confertur. Bonæ sunt in pectore uirginum
erectæ columnæ, si sacræ fuerint scripturæ suffultæ, & co-
gnitione fidei, & recogitatione frequenti. Bonus liba-
nus es si mundum cor habes, mundum à cogitatione fœ
da, & à cogitatione infideli. Magna fœditas spiritus fi-
dei corruptela. Q. si sana fuerit in te firma forma fidei:
iam unam habes columnam. Noli tamen esse hac conten
ta, adiunge & alteram, meditare in lege domini die ac
nocte. Infidelitatem & fornicationem puta si mens tua
uel modicum à fidei recogitatione declinet. Bonæ colũnæ
sunt, diuinæ notitia & memoria legis, recta credulitas, &
recordatio fidei. Columna es si fueris in fide firma. Ar-
gentea, si diuini fueris usu instructa sermonis. Rectum est Psal. 32.
(inquit) uerbum domini, & omnia opera eius in fide.
Bonæ columnæ fides & uerbum fidei: uerbum hoc pro-
pe sit in corde tuo: nam in ore prope est: prope sit, & perpe
tuum ibi sit. Ex abundãtia cordis sermo erumpit. Septies Psal. 118.
in die (inquit propheta) laudem dixi tibi. Vos sacræ uir-
gines dicite semper. Septies quidẽ dicite laudem porpter
horas solemnes: semper autem cantantes & psallentes in Ephes. 5.
cordibus uestris. Argenteæ sint linguæ uestræ. Argenteæ
sunt, si de sacra Christum pagina sonant. Non mittatur
massa plumbea in os uestrum. Plumbeum os est quod nil
subtile loquitur, nil acutum, nil de supernis, sed totum re
missum est, totum habes, totum de imis fortasse & de imi- Zach. 5.
quis. Nam iniquitas sedet in talento plumbi. Homo ille Matt. 22.
euangelicus peregrè proficiscens non talia seruis suis ta-
lenta distribuit. Nolite de talibus negociari talẽtis, in the
sauris uestris huiusmodi non inueniantur. Paulo dicenti
intendite. Omnis sermo malus ex ore uestro non proce- Ephe. 4.
dat, sed qui bonus est ad ædificationem fidei. Ad ædifi-
cationem, inquit, non ad euersionem fidei. Ferreum os est
quod fidem

quod fidem euertit, quod sanctam subruit conuersatio-
nem: instrumentum est belli, seminarium litis quod mur-
Dani.17. mur & amaritudinem sonat. Bestia talis in Daniele descri-
bitur, dentes & ungues ferreos habens, comedens & com
minuens omnia. Nulla inter oviculas imo inter amicas
domini bestia talis reperiatur. In hoc grege virgineo
nulla virulenta, nulla violenta sit, nullus in hoc paradiso
serpentis sibilus sonet, virgineum os virulenta uerba nō
decent. Quid? Prauis polluta uerbis in osculum sponsi
labia porrigis? Candor ipse lucis æternæ, & nihil inqui
natum attingit illum. Memento os tuum cælestibus oscu
lis & oraculis consecratum, Sacrilegium puta si quid non
Psal.80. dulce, non diuinum, non de sancta pagina sonet. Buccis
nate, inquit, in neomenia tuba: in insigni die solennita-
tis uestræ. Omnis dies uobis solennis debet esse, semper
neomenia, semper sabbatum. Ideo os uestrum quasi tu-
ba sit ductilis. Tuba argentea, tuba quæ non lites sed læ-
titiam sonet, sed solennitatem, sed cantica spiritualia. B
Nescio quomodo de columnis argenteis ad tubas no-
stra deflexit oratio, nisi quòd optima columna est in do
mo domini qui tale os portat. Bona columna est, in quo
Esaie.50. fessi sustentantur. Habes in Esaia. Dominus dedit mihi
linguam eruditam, ut sciam eum qui lapsus est sustentare
uerbo. Erudita planè lingua Christi Iesu, annunciantis
puer.15. pacem, prædicantis bonum. Lingua placabilis lignum
uitæ, columna & firmamentum ueritatis. Et tu virgo in
hoc sponsi imaginem porta, ut habeas linguam eruditam,
linguam placabilem, non erroneam, non uagam, non la-
bilem ad ociosa, sed quæ loquatur iudicium, quæ uerbum
solatij proferat, quæ columna quædam sit & firmamen-
Roma.10. tum ad ædificationem fidei tuæ uel alienæ. Prope sit uer-
bum fidei in ore tuo & in corde tuo. Vis columnam au-
Psal.36. dire argenteam: Lex, inquit, dei eius in corde ipsius. Ec-
ce argentum: & non supplantabuntur gressus eius. Ecce
Psal.32. columna. Iure columna: quæ subuerti non potest. Verbo
domini cæli firmati sunt (inquit psalmista) Hoc uerbo cō
firmetur cor virginis, ut cælum sit, ut sedes dei, ut recli-
natorium possit aureum fieri. In argento fidei rationem
& scientiam accipite. In auro intelligentiæ & ueritatis
fulgorem. Reclinatorium hoc aureum super huiusmodi
columnas imponitur. Nisi enim crediderítis, non intelli-
getis. Fidei eruditio ad intelligentiæ puritatem gradum
præstat. Fundamento huic contemplationi innittitur
gratia: dum in sermone dei meditaris fideliter, & per patiē
tiam & consolationem scripturæ ad spem te supernam
erigis, columnam te exhibes. Reclinatorium aureum tunc
exurgis cum nuda tibi sine sermonis inuolucro raptim
incipit coruscare ueritas. Sed iam perfectius ordinem in-
tuere, & prouectum quendam de libani lignis ad colum
nas argenteas, & aureum reclinatorium. In libano cor-
dis munditia, in argento diuinæ legis notitia. In auro
siue sermonis ministerio, mysteria sacra manifeste resplen-
dent. In primo mentis oculum purgas. In secundo prospi
cis, perspicis autem in tertio. Vel si mauis ita dici, mun-
Psal.95. daris, specularis, contemplaris. Confessio, inquit, & pul
chritudo, in conspectu eius. In libano pulchritudo, in ar
gento confessio, in auro diuinæ conspectus præsentiæ ti-
bi commendatur. C Quàm magna est confessionis &
pulchritudinis huius gratia, quæ in conspectu tantæ ma-
iestatis admittitur, uis alibi in psalmo audire? audi hanc
Psal.50. distinctionem. Cor, inquit, mundum crea in me deus, &
spiritum rectum innoua in uisceribus meis. Ne proijcias
Psal.41. me à facie tua. Vides quomodo abyssus abyssum inuo-
cat, quomodo diuersa scripturæ capitula sibi concinnūt?
Mat.5. Primum ad libani candorem refert. Beati enim mundo
corde, quoniam ipsi deum uidebunt. Secundum ad ar-
Psal.32.6. genti columnas: Rectum est enim uerbum domini. Ter-
tium ad aureum reclinatorium: ubi domini facies sine ue-
lamento syncere uidetur, & in auro rutilat maiestas regia,
hoc est, purgatum, instructum (& ut sic dicam) præscri
ptum spiritum sibi postulat dari. In libano purgatur, in
argento instruitur, in auro perstringitur. Perstringitur
enim uerè in contemplando quælibet purgatæ mentis
acies, & coruscationes intimæ lucis ad modicum susti-
net. Hos profectuum gradus relege tu quæ speculatio-
nis aspiras ad gratiam. Nihil in te fœdum, nihil infide-
le resideat, ut nuda tibi possit fulgurare ueritas. Primo e-
mundare, secundo exercitare, tertio intuere. Emundare à
lege carnali, exercitare in lege fidei, intuere & perspice in
lege perfectæ libertatis, in lege spirituali. Vbi enim spiri- 2.Cori.3.
tus domini, ibi libertas. In lege quæ literæ uelamine ca
ret, in qua nec errori, nec ignorantiæ, nec ænigmati locus
est Error ubi est, seducit. Ignorantia ubi est, non ducit: æni
gma ubi est, etsi ducit, non tamen perducit. Quis ibi er-
ret? Reclinatorium enim est, & quies, & uotorum finis.
Quis ignoret? Aurum enim est, & rutilat ad lucem. Quod
ibi ænigma? Votorum finis, & serena ueritas, ænigmatum
figuras non recipit. Ibi nihil falsum, nihil occultatum, ni-
hil figuratum: aurum est, & fulget: reclinatorium est, & fo-
uet: dulcis fomes, sed hora fugax. Et fulgor iste fulguri cō-
paratur. D In momento fit, in ictu oculi, in nouissima tu- 1.Cori.15.
ba. Nouissima tuba est quando non iam in pagina, sed in
ipsa præsentia innotescit, quando quis efficitur docibilis
dei, quando post apostolorum & prophetarum sermones
nouissime in seipso dei filius patris uerbum loquitur. Tu
ba hæc nescit incertum sonum dare, non sonat nisi ad so-
lennitatem, nisi in neomenia, & nouæ lucis exordio. Buc
cina nobis tu bone Iesu: in neomenia tuba, in insigni die Psal.80.
solennitatis nostræ. Verè insignis dies ubi diuina ma-
iestas se manifestat: nihil insignius, sed nil succinctius.
Diem dixi? hora est. Hora uerè insignis & uerè solennis.
Eructa tu nobis Iesu bone æterni illius dici horas ali-
quas, diem illum statim efficies, ubi tuæ lucis uerbum eru
ctas, qui dies es æternus. Fulgura nobis coruscationes
tales. Fulgur efficitur, cui tu fulguras. Similem tibi red
dis si quem irradias. Similes, inquit, ei erimus cum ap- 1.Ioā.3.
paruerit. Montes quos tali radio tangis, non fumigant,
sed fulgurant. Aurei fiunt, tuum quibus aurum refulget.
Caput tuum aurum optimum reclinatorium aureum non
inuenit: sed reddit ubi se reclinat: iam non est illud de
euangelio dicere: Filius hominis non habet ubi caput Luc.9.
suum reclinet. Vidésne domine Iesu quot hic habes re-
clinatoria? Nunquam se maiestatis suæ caput libentius
reclinat, quàm in virginitatis aureo sinu. Respice virgi-
nea pectora hæc, pectora uacantia tibi: in his frequen-
ter reclinas & recumbis, & cubas in meridie, & aureo quo
dam sereno. Non hic uulpes foueas habent, nec nidifi-
cant uolucres cæli. Solidius est reclinatorium hoc quàm
ut hic subdola ualeat uulpes infodere. Nullus dolosita-
ti relinquitur hæreticæ locus, ubi serena fulgurat ueritas.
Sublimius est quàm ut huc aut subdola uulpes, uel su-
perba uolucris accedere queat. Abscondita sunt hæc à sa- Matt.11.
pientibus & prudentibus, & reuelata sunt paruulis, qui
humilem sectantur ascensum purpureū, & passionis Chri-
sti uestigijs insistūt. Verè purpureus ascensus, quem Chri
sti signauit cruor, & passiōis eius colorauit fides. E Sed
illud attendendum, quomodo imo quàm congruo mo-
do sibi concidunt columnæ argenteæ, & ascensus pur-
pureus. In illis sapis fideliter, in isto sentis humiliter. In
illis meditatio, in isto imitatio. Non enim in sermone tan- 1.Cori.4.
tum est regnum dei, sed in uirtute. Quid tu illic dices, qui
humiliationem seruitutem putas? Seruilis non est, quam
regalis nobilitat purpura. Ornamentum est etenim pur-
pura regum. Hos si tu uel dedignaris uel horres gradus,
respice q̄ purpurei sunt. Humilitas susceptа pro Christo,
regiam præfert dignitatē. Tu uerò spōsa Christi candido
preme pede gradus purpureos. Nobilis est semita quam
dilectus tuus prior incessit, quàm pulchri sunt etenim gra
dus purpurei, quos pede sacro Christus prior signauit, pe
dibus illis quibus nullus puluis adhæsit, pedibus niueis
quos cruoris sui signauit uestigio. Et tu ardenter uestī-
gia relege. Aufer calceamētum carneum de pedibus tuis, Exo.3.

Sanctus enim ascēsus est, quem tibi disponis. Nudo & expedito insiste uestigio gradibus istis. Purpuram hanc non conculij, sed Christi sanguis intinxit: hic tu pedem libēter pone, ut pes tuus intingatur in sanguine Christi. Non ueniat tibi pes superbiæ, si humilē secteris ascensum, qui spōsituí cruore sacro signatur. Huíc tu non modo pedem sed
2.Tim.2. etiam manum & caput intinge, & tota purpurea, tota regalis, & passione Christi tota nobilitata ascendas. Nam & si compateris, conregnas. Noli te seculi nobilitate charam reputare. Vilior eris si respexeris ad illam, si natales tuos sponso imputas, si te pro seculi fastu præferas alijs, aut aliquid habere priuilegij putas. Cōtra humilitatē propositi de prosapia carnis euacuaris à gloria Christi, si alia te nobilitari præsumas. Hæc tibi purpura sufficiat ad fastum, sufficiat ad ascensum, sufficiat ad gloriam, ut non glorieris nisi in cruce domini tui Iesu Christi. Ascēsus te purpure⁹, reclinatorium perducet ad aureum. Quoniā humilibus & quietis contemplationis debetur gratia, à sapiētibus autē & prudentibus absconditur, reuelāda paruulis. Purpura hæc magnū quoddā est pignus amoris, quē tibi dilectus
Ioan.15. exhibuit. Verè magnū pignus amoris mortis passio. Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animā suam ponat quis pro amicis suis. Tale præstitit, tale pignus repostulat passio tua, humiliatio tua. Quid pro te pertulit, in memoriam tibi reducat, & quantum adamauit, pro qua se tantū humiliauit. Ama ergo tu illum qui prius & plus dilexit. Non exigunt hæc tempora ut sanguinem effundas. Effun
1.Cori.13. de animam tuam, effunde sicut aquam cor tuum Nam & si tradideris corpus tuum ita ut ardeat, charitatem non habeas, quid tibi proderit? Deniq; & ultimo loco quasi finalis omnium clausula gratiarum ponitur charitas, & media uelut ornamento quodam charitate constrata dicuntur propter filias Hierusalem.

¶ *Sermo.* XIX. A

NOuum aliquid ultis audire, sed ego nouum quid non habeo, nisi ut uos innouet amor. Mādatum hoc nouum do uobis, nihil uobis noti⁹, & nihil est nouius. Non estis in isto rudes & inexercitatæ negocio. Vestrum hoc proprium officiū est. In amoris enim præcipue munus estis dedicatæ. Deniq; & propter uos fercula Salomonis media charitate cōstrata dicuntur. Media, inquit, charitate constrauit propter fi
Canti.3. lias Hierusalem. Quodā quasi priuilegio hic sermo uobis delegauit usum amoris. Aemulamini filiæ Hierusalem charismata meliora, magis autē ut ametis. Amor omni supereminet gratiæ: & in huiusmodi descriptione ferculi, charitas reliquarum quasi ornamentum & clausula superponitur gratiarum. Plures in hoc ferculo enumerātur gratiæ, sed charitate cumulantur omnes. Charitas cumulus est,
Ephes.3. charitas fundamentum. In charitate, inquit, radicati & fundati. Illa in primis, illa in ultimis, illa in intimis, illa inchoat, illa cōsummat, illa communicat charismatibus cæteris, ideo in medio collocatur quasi ornamentum quoddā cōmune, & totius clausula ferculi. Et color purpureus & auri fulgor obscurior esset si non charitate uestiretur. Quanta eius est gratia quæ ipsum contemplationis aurum exornat? Ipsa media est & reliquarum quasi medulla gratiarū. Nulla tam est intima uirtus, nulla sic animos penetrat & perfundit, & arcanos cordis implet recessus. Ipsis animi medullis amor imbibitur, & secretis influit uenis. Media,
Canti.3. inquit, charitate. Bene media, quæ sic intima est. Plenitudo legis est charitas: ideo lex uacuatur si fuerit destituta charitate. Vitalis quædam uena legis est & reliquarum charitas uirtutum. Cæteræ quasi in partem se cōtrahunt, illa omni communis est gradui, siue mente excedas, siue sobrius fias: ubiq; charitatis & necessarius & iucundus est usus. Reliquarum officia uariantur gratiarum: & uicibus alternantur charitatis: continuantur iura quodam iugi tenore: siue mente excedamus deo, siue sobrij simus, urget nos charitas Christi. Vos uerè sicut arbitror urget charitas Christi. In quid uos urget? In seipsam. Aliorum alia sunt officia, uestrum speciale munus est amor. Improbus sui prouocator est amor, & dulcem agit in patientes tyrannidem. Amor seipsum in prouectus semper urget uberiores. B Aemulamini filiæ Hierusalem charismata meliora, magis autem ut ametis. Aemulatio uos hoc semper amplius urgeat. Mandatum hoc uobis semper sit nouum. Et nouum est nisi in uestro dulcis Iesus uet« rauerit affectu. Vtinam semper in uobis ille recens sit, nec mora temporis aliquid imminuat gratiæ. Vtiq; recēs in uobis uester Iesus est. Ipse semper recens, sed non deus alienus. Verè recens, in quem semper anxio inhiatis amore. Deniq; id solum habetis in uotis, ut uobis semper amplius placeat. Quantum placet qui satis placere non poteſt? Nulla magis uos ratione placere potestis, quàm si uobis placeat ipse. Animum uult, aliud non quærit. Solus sufficit, si tamen totus impenditur. Satis est pro uiribus tuis, sed parum est pro eius meritis. Si te tibi confe« ras, & tua metiaris ex regula, sufficit. Sed si de te, nil tibi relinquitur. Si autem ex ipsius te regula metiaris, & uelut in libra colloces, quid tu momenti aduersus illum tenebis? Si infra uires tuas amor se cohibet & contrahit, iniquus est: & si iuxta uires tuas, exiguus. Quid ergo? supra uires cassо te extendes conatu? Quidni? amor non capit de impossibilitate remedium. Nulla satis magna sunt amoris officia, ubi tamen ipse non intepuit amor. Quomodo erit in suo parcus, qui in alieno fidelis existit? Quomodo erit in officijs propensus, in seipso parcus? Amor seipso nihil impendit libentius, nihil uberius potest. Quæ maior ubertas quàm ubi nihil decerpitur? Amor exæstuat, seipsum non capit, superfluit sibi, immensitatem æmulatur dum metam nescit affectui ponere. Oleum est quod stare nescit, nisi cum uasculum desit, nisi quod nec tunc nouit compesci. Musti præfert amor insigne, quod natiuitatis suæ feruore quodam & uelut ætatis lasciuia excrescit & superfluit: capi nesciens, & nouo semper exferuescit & fermentatur affectu. Amor infirmitatem non causat, sed magis accusat. C Amori nihil satis est, nihil minus seipso. Amor seipso satiari non potest, & tamen nisi seipso pasci non potest, ipse sibi dulce satis est pabulum. Amor nil magis uult quàm amare. Quā dabit homo commutationem pro amore? quam dabit, uel quam accipiet? Nihil gratius amore impenditur: nihil dulcius sentitur. Amor & dulciter optat, & dulciter utitur, dulciter deliciatur, & dulciter dolet. Verè dulcis amor, & solus dulcis amor, & omnis dulcis amor, sed non est amor ad amorem Christi. Super omnem pulchritudinem pulchritudo est. Super omnem pulchritudi« nem, inquit, dilexi sapientiam. Quomodo non decorus, *Sapiē.7.*
qui candor est lucis æternæ? Frater mi Ionatha quàm *2.Regū.1.*
amabilis es & decorus ualde? Volebam Iesum dicere, sed de consuetudine Ionathæ produxi uocabulum: & tamen gratus error, qui gratiam expressit. Error in nomine, sed in re nominis huius est seruata proprietas. Ionathas columbæ est donum, illum significans qui spiritualis gratiæ est plenus, puerum qui datus est nobis, siue Ionathan siue Iesum dicam. Iesum intelligo. Quàm amabilis es frater mi Ionatha & decorus ualde? Præsumptionem putatis quòd fratrem eum dico: uerba hæc non meam temeritatem, sed eius charitatem sonant. Præsumptio fuerit: si non ipse Iesus mihi indulserit ausum. Deniq; & ipse cognationis huius & assumpsit habitum, & exhibuit affectum, & iuxta apostolum: Non confun- *Hebr.2.*
ditur nos fratres uocare. Si non confunditur, cur non & tu confidenter dicas: Frater mi Ionatha? Aut si domestico magis uis uti uocabulo: frater mi Iesu amabilis es & decorus ualde. Amabilis es super amorem mulierum? Anxio & uehementi affectu uestra sanctæ mulieres in Christum inardescunt uota, sed ipse multo magis est amabilis quàm amatur à uobis. Aemulamini ergo charismata meliora, magis autem ut ametis. D Enumerat ligna libani, columnas argenteas, reclinatorium aureum, ascensum

ascensum purpureum, ad ultimum charitate cumulans o-
1.Cori.12. mnia. Quidnic Adhuc (inquit Paulus) excellentiorem uo
bis uiam demonstro. Bonæ sunt etenim columnæ, & sacri
1.Cori.13. magna quidem est eloquij gratia. Sed si linguis hominũ
loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, fa-
ctus sum ut cymbalum tinniens, uocis inanem dans soni-
tum sine sensu charitatis. Reclinatorij aurei ingens est glo
Ibidem. ria, per quod tibi mysteriorum arcana signantur. Sed
quidc Si nouerim mysteria omnia & omnem scientiam,
charitatem autem non habuero, nihil sum. Per gradus a-
Ibidem. scendis purpureos, & passionis Christi te gaudes habere
insignia. Sed si tradidero corpus meum ita ut ardeam, cha
Ibidem. ritatem autem non habuero, nihil mihi prodest (inquit a-
postolus) Charitas non inflatur, non est ambitiosa, non
quærit quæ sua sunt, medio gaudet, & quasi in communi
sua bona prostituit. Media enim charitate constrauit. Nõ
inflatur, inquit, nõ est ambitiosa. Nõ enim charitas bonũ
singulare, aut si habet, amat, aut si non habet, optat: non
uult alijs præcellere, sed nec ipsum magis habere bonum.
Multi meritorum suorum infirma cognoscunt. Ideoq; de
se magnum nihil sentientes, non inflantur isti, sed fortè
ambiunt. Vnde inflentur, non habent, sed inflate satis
optant ut habeant. Priuatam & hi amant excellentiã, dum
aut concupiscunt ut sit, aut cõtabescunt q; esse non possit.
Charitas uerò cum inuidia contabescente iter non habet,
non quærit quod suum est, & quomodo poterit quod suũ
non est decerpere? Quid tu inuidia alienum uis corrũpe-
re bonum? Numquid adijcies quod ab alieno decerpis?
ita forsitan, sed si corporalis aliquid pecuniæ subtrahas.
E Non ergo in claustralibus rapacitatis huius uitium
uereor. Est subtilius quoddam rapacitatis inuidæ genus.
Quid enim? Rapacitatẽ non putas si pecuniæ parcis, famã
decerpis? Non concupiscis possessionẽ, & laceras opinio-
nem. Quid tibi emolumẽti aliena diminutio cõfert, aliena
si corrodis bona? Et quid tibi inde accrescit? Euidẽti forsi
tan ueritate, alienæ uirtutis conterũtur in ore tuo dentes,
quos ad derogandum paraueras. Nõ audes corrodere,
non tamen potes collaudare. Iam alienum bonum uerbo
non carpis. Nunquid ideo non rapis? Quomodo nõ ra-
pacitas ubi euidens bonum debito defraudas testimonio,
& ueram alterius gloriam etsi mendacio non corrumpis,
silentio tamen supprimis? Vis audire in sola etiam æstima
Phil.2. tione rapacitatem esse? Non rapinam (inquit apostolus)
arbitratus est esse se æqualem deo. In inuidam animam
non potest intrare æstimatio bona de bonis alienis. Non
uult enim intelligere quòd alius bene agat, & si palàm nõ
audet, penes se tamen uel dissimulat, uel attenuat alterius
merita. Vt quid istud, nisi quòd liuor non priuatam sem-
1.Cori.13. per excellẽtiam cogitat: alienã obscurat? Charitas autem
non cogitat malum, non gaudet super iniquitate: & (ut sic
dicam) super inæqualitate, congaudet autem ueritati. Pri
uatum autem non cogitat: medio quodam & communi læ
Ibidem. tatur: quæ sua sunt non quærit, sed quæ Christi Iesu. Eius
in omnibus gloriã uel amat uel optat. Cõmunis est Chri-
1.Tim.2. stus, mediator enim est, & ideo eius non sunt quæ media
non sunt, sed in partem se restringũt. Quid tu liuore Chri
stum uis in partem contrahere? Auaram uis esse gratiam
spiritus, cuius circa te solum optas beneficia restringi? Si
ne ut excrescat & exuberet, & effundat se super omnẽ car-
nem spiritus domini, & repleat orbem terrarum. Noli cõ-
munem omnibus beneficentiã intra cordis tui angustias
Rom.10. incarcerare. Diues est enim in omnes, & tu minuere tẽtas
affluentiam gratiæ, & immẽsitatem redigere ad minutias?
Aemuli cordis auaras dedignatur Christus angustias. Ne
scit æmulatione tua eius bonitas detineri. Proflua est, non
tibi soli, sed uicinis etiam se uasis eius oleum infundit. F
Fac ut illa mutuo tua sint. Erunt autem, si communi fueris
bono lætatus, alioquin & animæ tuæ oleum euacuas, & il
lis nihilominus tamen infunditur mediator Christus, &
Ioan.13. ideo quæ sua sunt media uult esse. In hoc, inquit, cogno-
scent omnes quia mei estis discipuli, si dilectionem habue-
ritis ad inuicem. Vides quomodo charitas speciale quod-
dam est insigne discipulatus Christi, & doctrinæ eius sin-
gulare indicium? Ideo hic in ultimo loco quasi ornat? qui
dem aliarum inducitur gratiarũ. Media, inquit, charitate Canti.3.
constrauit. O quàm molle est stratum charitatis. Proximi
charitas liuore, charitas Christi timore caret. Nihil habet
pœnale hæc charitas, timor pœnam habet, ideo non est in
charitate timor, sed perfecta charitas foras mittit timorẽ. 1.Ioã.4.
Quid enim timebit charitas ueteres offensas? sed charitas 1.Petri.4.
operit multitudinẽ peccatorum. Infirmitas propriæ con-
scientiæ timebit ne decidat? sed fortis est ut mors dilectio. Canti.8.
Vtrunq; metũ charitas foras mittit, sed nec perfecta chari
tas temporales pro Christo timebit molestias. Sed ne qui-
dem æternæ si fuerint, defatigari & euanescere poterit con
summata dilectio. Non potest semel hausta cognitione tã-
tæ non delectari dulcedinis. Nõ ideo amat charitas ne per
eat, sed mauult foris pœnaliter in æternum perire, quàm
usu amoris æterni priuari. Si enim dederit homo omnem Canti.8.
substantiam pro charitate, quasi nihil despiciet eam. Verè
hoc molle stratum, in quo etiam inter iniurias tam suaui-
ter quàm sancte quiescitur. Da mihi Iesu bone ut sup stra-
tum hoc memor sim tui, & mediter in te in matutinis. Dul
cis planè memoria, quam amor inducit: grata meditatio,
quã suggerit charitas. Nihil enim est quod non iam dulci
ter & grate de Christo cogitetur. Amor proximi compas-
sionem habet, & quendam nimis suauem gustum, dum ge-
mentibus nouit condolere. Christus (in quo condoleas)
& si crucifix? est ex infirmitate, sed uiuit ex uirtute dei, nõ
condolendi, sed cõgaudendi in se uobis undiq; meritum
præstat. Totus desiderabilis, & concupiscentia totus, &
quasi charitate cõstrat?. G Quid enim uidebis in Chri-
sto quod non eius nobis & charitatẽ exhibeat & nostram
exigat? Totus nobis est charitatis illecebra, incitamẽtum
amoris. Nullum in se meticuloso relinquit locum affectui,
totus amari uult, qui totus meretur amari. Noli uirgo ad
tormenta respicere, cui tanta proposita sunt oblectamẽta
in sponso. Ociosus debet esse timor, ubi tot insignia relu-
cent amoris. Dedignatur charitas timoris commercium,
cogi nesciens quæ nequit compesci. Ideo charitas perfe- 1.Ioã.4.
cta foras mittit timorem, uelut inutilẽ & superuacuum, sed
non timorẽ illũ qui castus permanet in seculum seculi. Est
enim timor quem foras mittit charitas, & est timor quem
mittit ueritas: & est timor quem intromittit & charitas &
ueritas. Primus cautus, secundus castus, sed nõ permanẽs
in seculũ seculi, tertius & castus & permanens. Primus ue-
retur pœnã, secũdus offensam, tertius totus libera quædã
& secura reuerẽtia est. Et primus quidem timet offensam,
sed propter pœnã: secundus offensam, sed propter ipsam.
Et quidem iniuria quædã iustitiæ est, si metu pœnarum in
gratiã ueniat. Satis ipsa per se meriti obtinet, ut hominũ
in se studia prouocet, & cõciliet affectus. Hũc ergo timorẽ
charitas perfecta excludit. Quomodo enim perfecta chari
tas, quæ timoris stimulo indiget ad cultum iustitiæ? Perfe
cta dilectio mentem in solido possidet, oĩa soli sibi iustitiæ
munera deputari uolens. Frigidus timor est, & pigre ince
dit, satis habens tantum impune euadere. Amor fastidium
nescit, feruidus est, & in anteriora extentus: metus contra-
ctior, necessitate tãtũ iustitiæ subit officia. Amor perfect?
soli quod agit debet iustitiæ, nihil in ea iuris relinquens
timori. Quidnic An nõ satis in se obtinet meriti ad omne
bonũ opus iustitiæ? Christus eĩ nobis factus est iustitia.
H Quid ergo Christus non satis in se habet dotis ad pla-
cendũ? Alieno ergo & ipse ut placeat indiget adiumento?
Si non eius obtẽtu solius obtemperat ipsi: quomodo erit
eius perfecta dilectio? Diligã te bone Iesu, diligã te uirtus
mea, quẽ nõ possium gratis diligere, nec possum tamẽ satis
diligere. Dirigant in te ex integro studia mea, nec alieno
deducantur & distrahantur affectu. At quàm exigua sunt:
etiam cum integra sunt in te studia nostra? Quõ ergo di-
minuam quod cum integrũ est, tam exile est? Totus in te
deus bone ex desiderio ferar. Trahe me tu in teipsum, ut

nullo indigeã timoris impulsu, sed perfecta charitas usum eius excludat. Quid igitur, nõ sunt metuenda æterna supplicia? Metuenda planè sunt & cauenda. Nemo enim unquã carnẽ suam odio habuit: sed uehemẽtior Christi dilectio, motu timoris non eget in affectũ iustitiæ. Amor iste nihil tam ueretur quantum offensam, sed propter offensam, nõ propter pœnam. Ad istud quidem, quãdiu in incerto humanæ res fluctuant, & non est tuta laus hominis in uita ipsius. At cum ad ueritatẽ post uitam fuerit introducta, huiusmodi de reliquo metus cessabit, timori tertio faciens locum, qui prioribus quidem succedat, sed nulli cedat: permanet enim in seculũ seculi. Primus ergo timor metuit, ne temeritatis offensam luat. Secũdo ne infirmitate offendat. Tertius quod metuat non habet. Quid enim metuat completa felicitas, & cõsummata charitas? Timor hic de plantario oritur charitatis. Non audeo dicere q̃ charitas est, nec tamen audeo negare. Quid enim nisi amor esse conatur, qui iam nescit affectum timoris? Quomodo nõ amor, qui iam penè timor esse desijt? Quanam enim ratione timor nisi metuẽs, timorem illum tam tutum nomine impartiretur amoris, nisi quòd deus ipse ibi quidem amat nos, non tamen timori in tanta maiestate permittitur locus? Sed in omnibus quomodo à charitate timor ille separabitur? Et quid aliud est ibi timere, nisi non tumere aduersus dominum maiestatis? Quid est timor ille nisi uotiua subiectio, obedientia non coacta, ultro impensa reuerẽtia? Quomodo timor qui offendere non timet? Non enim uaulet. Sed iterum quomodo non timor qui offendere non audet? Et timor ergo non uidetur, quia nihil uel peccati uel periculi metuit: & timor manet, quia nihil audacter uel temere præsumit. Quid est timor ille nisi reuerentia humilis ex debiti necessitate impensa, necessitate nil passa? Est enim obsequendi necessitas iure conditionis, sed necessitatem ignoret libertas dilectionis. Quid est timor ille nisi temeritatis & negligentiæ magis priuatio quàm necessitatis coactio? I Vides quantum timor iste approximat ad charitatem. Penè illa est, sed penè non est. Causa distat, par est affectu. Quæris qua causa? Inferioris conditionis respectu obsequendi ad omnem nutum tantæ maiestati. Incumbit tibi iusta necessitas, sed ad causam istam charitas non respectat: diuinæ maiestatis admiratiõe rapitur, non contuitu infimæ conditionis. Ergo rationem quam timor respicit, charitas nescit causis præuenta potioribus. Causis ergo distant timor & amor, obsequio & affectu libero cognati. Primus ergo timor metuit puniri. Secundus priuari. Tertius neutrum. Primum illum perfecta charitas exterminat. Secundum ad tempus tolerat. Tertium sibi indiuise collaterat. Hunc uos filiæ Hierusalem timorem captate. Primum cauete illum quem charitas foris mittit. Media (inquit) charitate constrauit. Vbi media dicit, totum dat intelligi. Et uestri cordis mediũ charitas consternat, charitas uestiat. Vestis hæc est & ornamentum nuptiale. Quæ si à nuptiali exigitur conuiua, quanto magis à nupta? Sola præoccupare & possidere uult omnes mentis uestræ recessus. Nolite illos degenerí & alieno communicare affectui. Molle quidem & delicatum est stratum charitatis, molesto ne ad modicum quidem uult metu contristari (propter filias inquit Hierusalem) Iure quidem. Pax enim multa diligentibus legem tuam. Si quis de indulta dominatur gratia, quanto magis & uos? Nam & si contristat spiritualium bonorum magnas eẽ diuitias, sed charitas supergressa est uniuersas. Non modo supergressa, sed etiam complexa. Et dulcis & diues est charitas. Deniq; sicut habet psalmus. Inter medios uirtutum cleros, & in spiritualium communione gratiarum super stratũ dormitur charitatis. Charitas quasi media omnibus communicat, & quasi melior omnes cumulat uirtutes. Aemulamini ergo filiæ Hierusalem charismata meliora. Magis autem ut charitatem habeatis, & abundantius habeatis, totæ in affectum amoris transite. Totus enim amabilis est dilectus noster Iesus Christus.

Ephe. 5.

Cant. 3.

Psal. 118.

Psal. 67.

Qui uiuit & regnat in secula seculorum Amen.

¶ Sermo. XX.

AVdistis quo inuitatæ sunt filiæ Sion, sed unde iubentur egredi, nondum audistis. Id enim est quod non exprimit litera. Vnde ergo? Nunquid de Sion? Sed uidetur deus deorũ in Sion. Psal. 83. Non ergo de Sion eas uocat, quas ad uidendum deum uocat. At fortè non ad uisionem dei, sed ad uidendum Salomonem in diademate quo coronauit eum mater sua. Idcoq; nil obstat si filias Sion egredi iubeat de Sion. Sed nunquid non homo ille natus est in Sion? Ergo si de Sion euocantur, non tamen uocantur nisi ad Sion, de Sion superiori ad inferiorem Sion. Nec enim dignum aut consentaneum uidetur, ut filiæ Sion egrediãtur de ea, præsertim ad uidendum ipsum cuius habitatio in Sion, ut qui natus est in ea. Memini disertum & eruditum quendam uirum cum super hoc disputaret loco, dixisse. Male locatæ uidentur quæ iubentur egredi. Satis commode pro tempore dixit ad audientium quod proposuerat utilitatem deflectẽs. Mihi tamen nimis bene locatæ uidentur, ad quas præsentis uerbi hortatus intenditur. Vbi quæris? In reclinatorio aureo, de quo p̃cessit sermo hesternus. Delectabilis ille locus est, & uberior ad lætitiam, quàm humana queat affectio capere. Delectatiõis nimietas seipsam exhaurit, & ebibit animum uoluptas exundans. Vicibus alternatur hoc gaudium, nec potest esse continuum, quod est nimium. Bonæ tamen uices ubi non disceditur à sponso. Non datur in carne commoranti hæreditate possidere reclinatorium aureum. Ideo iubẽtur egredi filiæ Sion. Sed quomodo dicat, ne longius abeatis. Egredimini, inquit, & uidete regem Salomonem in diademate quo coronauit eũ mater sua. Non uult eas à Christo discedere, siue mente excedant, siue sobriæ fiant. Bona sobrietas simplicitas fidei, quam intuentium possit aspectus ferre, & qua possit foueri. Felix qui hoc gradu cum descendit excipitur, & cum ascendit incipit. Ascendentibus enim hic speculationis locus primus occurrit. Bona enim speculationis æmulatio, sed scientia necessaria est. Reclinatorium ad illud aureum succenderis & succingeris, locum uerè speculatorium. Studium probo, sed expecta ut componã tibi gressum, & gradum ponam. Specula est, & specula uerè sublimis, specula omnis terrenæ exaltationis supergressa nebulas. Inassuetus quid illuc saltum paras? Manibus (sicut scriptum est) mitere, ut assuescas morari in æde regis Salomonis. Interim repe: donec rapiaris. Non enim saltus, sed ascensiones (inquit psalmista) disposuit in corde suo. Erit autem quãdo ascensio in saltum, magis uerò in assumptionem conuertetur. Quæ sunt autem istæ ascensiones, nisi quædam mentis purgationes? Ideo in ualle lachrymarum, quoniam delicta quæ plorantur purgantur. Felix qui satis lauit lectulum cordis, qui sufficienter plorauit, cuius completa est tristitia, cuius ad cor consolationes inspiratio loquitur diuina, & de conualle plorationis euocat, cuius à furore iudicis non turbatur oculus ut uidere ualeat regem Salomonem tranquillo aspectu in die lætitiæ cordis eius. Egredimini filiæ Sion, & uidete regem Salomonem. Illi enim habentur digni hac læta uisione, qui se quadam pœnitentiæ lege concluserint, & disciplinæ coarctauerint custodia, quorum renuit anima cõsolari. B Vis nosse quàm bona sit conclusio? Hortus conclusus, fons signatus. Surge propera amica mea & ueni. Vides iam quomodo illam inuitat, & amicam uocat, quæ seipsam concludere nouit. Qd̃ si conclusæ estis, nolite egredi donec Christ9 uos inuitet. Egressa est Dina, nõ educta: & egressa est, nõ ut regem Salomonem, sed ut mulieres uideret regiõis illius. Quid inuenerit, uos nostis. Vos egredi nolite, nisi quando uos aut sponsus aut sponsi inuitant sodales. Egressus est Lazarus cum illum domin9 euocaret ad uitam. Egressus est Noe de ea quæ ipsum inter huius mundi fluctus illæsum arca conclusit: sed ingressus est cum ei reclusit hostia dominus. Egressus est Abraham de terra sua, ut

Psal. 83.

Cant. 3.

Cant. 4.

Cant. 2.

Geñ. 34.

Ioan. 11.

Geñ. 7.

Geñ. 12.

sua,ut repromissionis terram uideret,sed uocatus egredi-
tur. Et nos egredimini filiæ Sion, inuitatæ ad felicioris
gratiã uisionis.Conclusus est & cõclusus misere, qui bea-
tam ad hãc uisionem egredi nec nititur nec meretur. Sed
2.Cor.3. uilis conclusio,egressio libera.Denicꝫ cum fueris, inquit,
conuersus ad dñm,auferetur uelamen (uelamen ignoran-
Ibidem. tiæ & ignobilitatis) dñs enim spiritus est.Vbi spiritꝰ do-
mini,ibi libertas. Vbi maior abũdantia spiritus, ubertas
uberior: Quod concluditur & inuoluitur,tenuem habet
Ibidem. respirãdi libertatẽ.Egredimini ergo filiæ Sion,ut cũ Pau
lo dicere possitis.Nos aũt reuelata facie gloriã dei specu-
lantes, in eandem imaginem transformamur. Visio dei,
quodam est cum affectu semper accipienda. Et uerè effi-
cax est,& uiolenta uisio tua bone Iesu,quæ intuentium in
se rapit affectus.Nónne dulcem quãdã desiderij sui passus
est uiolentiã Moyses,ut transiret & uideret uisionem illam
Ioan.12. magnam? Vis accipere quàm sit efficax? Cum exaltatus
fuero à terra,oia traham ad meipsum.Quid uerò cum hu-
miliatus fueris ad terram,nónne omnium ad te trahis ani
mos? Ego bone Iesu resurrectionis tuæ non expecto glo-
riam,nec admirationẽ meam ascendentis in cælũ reseruo
potentiæ,sed statim in initio annunciationis uel natiui-
tatis tuæ uoces angelicæ aures meas percellunt,& rumor
nouꝰ stupefacit me,& ad se rapit insueta lux exorta in te-
nebris. Nuda uisio, & quæ se in affectus condignos non
transfert,ignorantiæ & cæcitati non connumeratur.Vul
Esai.41. tis uisionem fructuosam accipere? C Viderunt insulæ
& timuerũt,& extrema terræ obstupuerunt & accesserũt,
ait Esaias. Videtis quos uirtutũ fructus dei uisio pariat?
timorem,stuporem,amorem. Viderunt,inquit, & timue-
runt,obstupuerunt & accesserunt. Viderunt te ad intelli-
gentiam,timuerunt ad reuerentiam, obstupuerunt ad no
uitatem,accesserunt per conformitatem. Visio comprehẽ
dit, timor comprimit, suspendit stupor,rapit & unit ac-
cessio. Illi enim accedunt qui æmulatione accenduntur.
Videtis animum timor humiliat, stupor quasi infatuat,
amor conglutinat.Cassa uisio est, nec cõtemplationis di-
gna uocabulo,quæ talibus non est uestita affectibus. An
illum uidere diffinies,qui de mysterij cognitione non ti-
met nec stupet nec ardet? Timore sobrius fit animus, stu-
pore absorptus,accessu consertus & consociatus. Huius-
modi uirtutibus contemplationis gratia constat, sed stu-
pore magis & amore.Nam stupore & admiratione mens
excedit,amore accedit. Nec æstimãda est uirtus cõtẽpla-
tionis tam ex materia,quàm ex modo. Vtraqꝫ attendenda
sunt & genera rerum contemplandarum, & gradus affe-
ctuum.Sed satius inferiori genere amplius affici,quàm in
Matt.11. superiore minus. Visio hæc abscondita est à sapientibus
& prudentibus,& reuelata est paruulis.Ideò dicit: extre-
ma terræ obstupuerunt & accesserunt.Quod humiles ca-
pere sufficiunt id magis solet afficere, & quandam sui ad-
Ioan.12. mirationẽ & amorem importare. Cum exaltatus, inquit,
fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Omnia quæ in-
de sunt bone Iesu,quandam habent allicisendi efficaciam,
& cogitantes solicitant in affectum, sed ad omnia nõ pos-
sumus omnes attingere. Sublimia solis sublimibus sunt,
humilia omnibus. Quæ maior humilitas quàm exaltari
in cruce? Etiam de hoc ait: Cum exaltatus fuero à terra
omnia traham ad meipsum. Efficax ad trahendum humi-
litas ista.Quid ni? Quis non ad simplicem cogitatum hu
ius rei stupore & extasi repleatur? Cuius nõ affectũ fides
hæc exhauriat & infatuet,& reddat insufficientem? Faci-
lis ad contemplandum locus, sed fœcundus ad gratiam.
Simplicitas fidei huius minus habet intelligentiæ, satis
magnum & admirationis & amoris incitamentũ habens.
Accessibilis locus,sed excessus dulcissimos pariens. Noli-
te hunc contemplationis locum dedignari. Non est diffi-
cilis ad recogitandum,& est dies ad gloriam. Mihi (in-
Gala.6. quit Paulus) absit gloriari nisi in cruce domini nostri Ie-
su Christi.Et quid uultis audire? D Crux ipsa corona
est gloriæ, diadema regni. Denicꝫ in cruce triumphauit,
expolians principatus & potestates,& mundi principem
ejecit foras.Gloriosa uisio triumphi ipsius.Egredimini fi-
liæ Sion,& uidete regem Salomonem in diademate quo Canti.3.
coronauit eum mater sua.Videte carnem quam humano
sumpsit ex genere triũphantem in ligno.Et felix caro quã
sibi Xps non quasi carcerem, sed quasi coronã assumpsit:
quæ fuit ornamento,nõ oneri.Nos omnes in carne quasi
in domibus carcerum absconditi sumus, compediti & ser
uientes legi peccati. Infelix ego homo quis me liberabit Rom.7.
de corpe mortis huius? Gratia,inquit,dei p Iesum Xpm.
Ibidem. Deus enim mittẽs filiũ suum in similitudinẽ carnis pecca- E.iusd.8.
ti,de peccato dãnauit peccatũ in carne. Veritas carnis in
Xpo,pcti pondus non sentiẽs,nobis oibus de pctõ uictri
cem palmam aduexit. Bene quasi diadema accipitur cor-
pus immaculatũ,corpus triumphi,corpꝰ honoris & glo-
riæ,corpus cuius cruore peccati delet chirographũ,iusti
tiæ & salutis signaꝫ cõscriptio,nuptialia sunt instrumenta
confecta.Denicꝫ hic dies desponsationis,qñ ueteres repu
dians ritus noua ecclesiæ sacramenta instituit, qñ in per-
petuũ matrimonij signũ & copulæ nuptialis,de latere eius
sanguinis & aquæ mixtura pfluxit. Hodie synagógæ de-
dit libellum repudij,& à priore odiosa ad posteriorẽ dile-
ctam transiuit. A ueteri transiuit ad nouam,quam sibi ipse Ephe.5.
exhibuit gloriosam non habentẽ maculã aut rugã,aut ali-
quid hmõi.Nouitatis signum est qꝺ ruga caret. Explicuit
Xps literæ rugas, & quod inerat nouitatis elicuit. Quid
uultis uos Sion & synagógæ filiæ rugas contrahere,quas
Xps explicuit? Nouis superuenientibus,qd ueteribꝰ ad-
huc gloriamini? E Egredimini filiæ Sion de cauernis
literæ,de angusta & ignobili intelligentia. Egredimini &
uidete regem Salomonem in diademate quo coronauit
eum mater sua.Corona nobis est incarnatio, quã uos pu-
tatis contumeliam. Et uidete iam qũo benedixit coronæ Psal.64.
anni benignitatis suæ, qũo campi eius repleti sunt uber-
tate.Videte coronam,uidete & copiam. Coronam uicto-
riæ,uirtutum copiam. Vnde hoc nisi quia granũ frumẽti
cadens in terram mortuum fuit? Denicꝫ hæc est uictoria 1.Ioan.5.
quæ uincit mundum,fides nostra.Et ipsa credẽtium mul-
titudo corona est & ornamẽtum Xpo. Eris,inquit,coro-
na gloriæ in manu domini,& diadema regni in manu dei
tui.Nunquid hoc dictum uobis usurpatis,an nõ per uos
nomẽ dei blasphematur? Egredimini filiæ Sion, & uidete
quàm gloriosus sit deꝰ in sanctis suis,si fortè uisio hæc ad
æmulationẽ uos deducat,& de solitudine uestra ad eccle-
siæ frequẽtiam transire faciat.Et si deserta fuisti,sed nõ uo-
caberis,inquit,ultra derelicta:& terra tua nõ uocabit am- Ibidem.
plius desolata.Sed iam desistamus ad eos qui foris sunt ser
monem proferre. Ipsi potius uidere delectemur qũo iam
pinguescunt speciosa deserti, quomodo credẽtium coro-
na Christus in ecclesia cingitur.Quæ est spes nostra,& co
rona gloriæ:nónne uos ante deum? Si Paulus hoc dicit, 1.Thes.2.
quomodo nõ magis Christus? Viuo ego dicit dñs, quia Ezec.33.
his oibus uelut ornamẽto uestieris. F Aduertisti quo-
modo credẽtium agmina ornamẽtum esse Christi in eccle
sia diffiniat. Quare nõ & corona sunt? Sed corona habet
quãdam insignem & illustrem præ cæteris ornamẽtis di-
gnitatem,quia cætera cum sint corporis, ista est capitis.
Et temporis ratio ad eius aliquid cõmendationem affert.
Solẽnibus tantum usus eius est accõmodatus feriis. Iam
rectam uideo alacritatem uestram, iam ad uos huius uer-
bi interpretationẽ deflectitis. Iam uestrũ in coronæ præ-
rogatiua intelligitis priuilegiũ,qui puriores estis uitæ &
professiõe astricti,& exercitio instructi, & indefessi studio
& ocio festiui. Iure diadematis censentur nomine, quos
iam nõ tam pugna solicitat,quàm triũphus lætificat, qui-
bus non est colluctatio aduersus carnem & sanguinẽ, qui
serpẽtis iam caput nõ obseruant,sed Xpi exornant. Vos
estis corona Xpi & gaudiũ,& ideò sicut cœpistis,sic state
charissimi, sic state in domino: imo sic capite dominum.
Sublimis locꝰ est,nihil illuc usilioris afferte materiæ. Vide- 1.Cor.1.
te uocationẽ uestrã, uidete quem estis in usum assumpti.

Universidad de Deusto Biblioteca

Nihil scœni, nihil ligni, nihil stipularū in dñi uelitis diademate texere. Nihil deniq; quod ignē mereatur uel uerea-
Psal.36. tur. Spinæ cōplexæ igne comburent. Noli æmulari in malignātibus, neq; zelaueris eos qui spineā capiti regis nostri imposuere coronā. Tale diadema nō honorē sed horrorē adduxit. Horret Xps magis asperitatē mox, linguæ stimulos, quàm aculeos spinarū, in his præsertim q in filē-
tij uocati sunt simplicitatē, in charitatis negocium, & ocij quietē, in humilitatis scholā, in subiectionis uotū, & uinculum unitatis. Sed nō est bonum uinculū qñ sibi mutuo
Sapien.2. consœderant, & in alios obtrectationē dexteras cōserūt, iudæorum more dicētes: Tollamus iustū quia inutilis est nobis, & cōtrarius operib⁹ nostris. Vos autē æmulamini pacis bonū in bono semp. Deniq; species coronæ quoddam unitatis præfert indicium. Non sola coronæ est æstimanda materies, sed & forma pulchræ intelligētiæ rōnes eius administrat. Ea enim est coronæ species, q; & in orbē
Actu.4. cohæret, & in altum se erigit. Vis habere cohærentiā quā dam cōem & idipsum? Credentium, inquit, erat cor unū, & aīa una. Quis huius unitatis finis? Propter spem utiq; quæ proposita est in cælestib⁹. Iam ergo habes cohærētiā
Ephe.6. in unitate, erectionē in spe. Et apls. Galeam, inquit, salutis assumite. Et bene de galea introducta est mentio, eo q; habeat quandā cum corona uicinia. Nam utraq; capitis est, sed altera munimētū, altera ornamentū. Ideò nihil impe-
Roma.8. dit spem ad utranque referri, spe enim salui facti sumus.
G ¶Ista nūc de forma pstricta sufficiāt. De materia qd q̄ritis? Ipli enim scitis q; fragilē & obscuram materiam dedignatur locus sublimis. Aurū uult & lapides pciosos.
Psal.20. Posuisti enim in capite eius coronam de lapide pcioso.
Apoc.4. Aureas in apocalypsi coronas legis. Preciosa materies, siue solum sit aurum, siue quædā auri gemmarumq; mixtura. Sed nescio quid maioris gratiæ significare uidetur q;
Psal.20. auri mentione sublata de lapide, inquit, precioso posuisti in capite eius coronam. Et adhuc excellentiorē uobis de-
Apoc.12. monstro materiam. Apparuit signum magnū in cælo, mulier amicta sole, & in capite eius corona stellarum duodecim. Apostolorum tibi & numero & specie chorus mon-
Daniel.2. stratur. Qui enim ad sapientiā erudiunt multos, quasi stellæ splēdent ad perpetuas æternitates. Hæc corona fratrū
Apo.19. stetit in circuitu Iesu, sicut scriptum est. Et in apocalypsi, diademata multa in capite sponsi ꝑm diuersitatem gratiarum & graduū: sed illud præcipuū quo coronatus est in die despōsationis suæ, in die quo sibi in discipulis despon sauit ecclesiam. Desponsauit eam in fide: desponsauit eam dando in cordib⁹ eor arrā & pign⁹ & primitias spūs. Et
1.Cor.6. despōsatio dicit participatio spūs, qñ adhærēs deo iā nō
Ephe.5. duo, sed un⁹ spūs est. Deniq; & ipse est hō qui reliqt patrē & matrem, & adhæsit uxori suæ, & facti sunt duo in carne una. O beatū cōmerciū facta est cum sponso in carne una, & ipsa cum sponso in uno spū. Quo oportuerat de tali te
Esaiæ.52. gaudere cōfugio fidelis aīa, & quo lætari & diem festū agere? Induere induere uestimētis gl̄iæ tuæ ciuitas sctā, spōsa
Eiusd.62. agni, gaude & lætare Sion adiūcta Xpo. Quo tu nō gaudebis, cum gaudeat ipse? Gaudebit sponsus, inquit, super sponsam, & gaudebit super te deus tuus, sed quanto gau-
Canti.3. dio? In die, inquit, despōsationis eius, & in die lætitiæ cordis eius. Non leue dedit intelligi lætitiæ motū, quem esse
Prouer.8. cordis expressit. lætitiā dico, delicię sunt. Delicię, inquit, meæ esse cum filijs hoim. Quàm caræ tibi Iesu bone cōstāt illæ lætitiæ. Non gratis eas possides, quas carnis passione cōparasti. Ideò cordis tantū hanc dicit lætitiā. Iniuria est sponsi si ipse lætatur, & tu non ex corde applaudis, nō gratularis, non gaudes. Vel fastidij uel despectionis instar est cum gaudente non gaudere, & hoc in desponsationis die. Affectum tuum cuius allicíat species, si non eius qui speciosus est forma præ filijs hoim? Gaudens gaude in domino, & exultet anima tua in spōso tuo, in deo tuo, qui si deꝰ non esset, & homo purus esset, quātas tamen haberet in se amoris illecebras homo talis, tot gratiarum abūdans muneribus? Nam si à radice cōceptionis eius recēsere cœperis, tot⁹ tibi stellat⁹ uidebit iuxta cōditionē humanā tam singularitate quàm excellētia uirtutū, hō innocēs, impolutus, segregatus à peccatorib⁹: ut interim sileā q; excellentior cælis factus est, infirmitatibus nīs potēs cōpati, tentat⁹ per oīa pro similitudine absq; pctō. Diffusa est gratia in labijs eius, mia in uisceribus, uirtus in manib⁹, cōuersatiōe singularis, sermone cōis, prudētia in rīsis, uita in uerbis. Quid ergo q; cōceptus est ex fide nat⁹ ex uirgine, nō cōsumptus est in morte, & assumpt⁹ in gl̄iam? H Reticeo nunc credentiū numerū, & merita ppl'orū quos missio spū sibi in fide & charitate sociauit. O uerè magnū pietatis sacramētū Xps, incitamētū amoris, qui manifestat⁹ & infe-
1.Tim.3. status est in carne, iustificatus est in spū, apparuit angelis, prædicatus est gētibus, credit⁹ est mūdo, assumptus est in gl̄ia. Quis det mihi istas discurrere & recurrere frequēter per lineas & per singulos uirtutū & operū grad⁹ dicere,
Psal.34. dñe quis similis tui? Quis mihi det ut scribantur sermōes isti in corde meo, ut exarent stilo, & quasi in silice scribantur, ut nō deleātur? Bonus stilus digitus tuus dñe, digit⁹ quo scribebas in terra arcana uerba, quorū uirtutē calūniātes ferre non poterāt. Inclina teipm de⁹ meus, & incide ī corde meo legis tuæ tabulas. Lapideū est cor meū, sed durū lapidis naturæ obliuiscitur, ad digiti tui impressionem facile cedens, ubi tu incidis. Sed iam multa diximus pro eo quòd oportebat spōsam lætari & gaudere ī die despōsationis suæ, & in die lætitiæ cordis sui dilecti. Magna in hac die lætitiæ rō, & q̄ cordis & affectus hūani fines excedat. Nec est huc peregrina inducēda lætitia, sed diei isti sufficit lætitia sua. Dulcis es dñe, & direct⁹ est ad nos spūs tuus, spūs suauis. Humanas tibi aīas per fidem & amorem quodam sponsi associas affectu, & de conuersione lætaris. Durum cor quod sibi lætitiæ huius materiam subducit, occasionē attenuat, imminuit rōnes. O me impudentē & ingratū si non ego talē diligā, tam absolutū à corruptione, & tanta circa me astrictum cōpassione, necessitate non obnoxiū, & pietate obnixū. Diligā te dulcis dñe, & si non pro me, pro te tm, ut tuo satisfaciā desiderio, deliciarum tibi causas subministrem, argumēta lætitiæ, in die despōsationis, & in die lætitiæ cordis tui.

¶*Sermo.* XXI. A

ET uos audeo cōfidēter ad uisionis hui⁹ inuitare lætitiam, filiæ cælestis Sion, Hierusalem q̄ in cælis est. Vos uerè & plenè filiæ Sion, q; semper intuemini faciem patris. Vos inquam multorū milium angelorum frequentia, uos inuito & uoco. Egredimini & uidete, egredimini de recōdito illo sinu intimæ uisionis, de secreto lucis inaccessibilis. Nouum uobis terra nostra præstat spectaculū. Nouū eā facit dñs super ter-
Hiere.31. ram. Ab æternis ad terrena uos prouoco. Mira hæc inuitatio, sed nescio quo pacto æterna illa quæ in seipsis semper & noua & miranda sunt, in eo quòd factum est in terra nouū, noua magis & mirabiliora refulgent. O btā hæc in terris nouitas tpalis, quæ antiquā illā & æternā nouitatē angelicis in aspectib⁹ amplius innouauit. Nouū faciet dñs super terrā fœmina circūdabit uirū. Quē uirū? Ecce,
Zach.6. inquit, uir, oriens nomē illi. Oriens splēdor lucis æternæ, fœmineo, sed uirgineo circundat utero, & carne uestitur. Hoc est illud nouū quod ipsa sui nouitate nimia credulitatem obstrueret, si nō esset in auditis pri⁹ signis fides elicita. Deniq; inter tot & prophetarū & prodigiorū manifesta testimonia, ad nouitatē istam adeò quorundam sensus obstupuit, ut dum nouitati fidem abrogant, signis cui dentissimis non accōmodent credulitatem. Sed quid uos ad egrediendum inuito: qui ipsos etiam ubique præuenitis & instruitis apostolos? Vbiq; sedulí estis & admiratores & annūciatores nouitatis istius. Angelus concipiendū nunciat Mariæ, natū pastorib⁹ angelus nunciat, imo
Lucæ.1. Eiusdē. 2. & ipsis angelis, non tantum pastoribus angelus nunciasse uidetur. Vnus prædicat, alij applaudunt. Facta est enim,
Ibidem. inqt, cū angelo multitudo cælestis exercit⁹ laudātiū & dicentiū gloria in altissimis deo. Vnus annunciat quod alij

æque

æque nouerãt,& tñ quasi nouũ & recẽs audiũt,quod illis ignotũ esse nõ poterat.O beata hæc nouitas,quæ angelico gaudiũ præstat anditui,& (ut sic dicã) delectat illos ab alio audire,& quasi discere, quod eos ab initio ipsa ueritas edocuit.O humilis & indefessa deuotio,& ad deum, & ad inuicem. B Est hic aliqd quod nos utinã obseruemus,imo & seruemus. Quid illud? Vt angelico exemplo humilem & attentũ præbeamus auditum alieno sermoni, etiam in illis quæ non ignoramus.Non tñ alienus est qui de cælo est,nisi nos à deo alienos reputauerim9. Et si alienus est,auctoritatẽ illi tribuit diuina materia. Nota fastidire,aut curiositatis est,aut cõtumaciæ signum. Angelici spũs quib9 à principio innotuit sacramentũ incarnationis,non abstinent ab admiratione, nouitatis huius exhibitione:& antiqua cognitio non modo uisione noua, sed nouo gaudet & lætatur auditu. In temporũ fine egressus
Mich.5. est Xps,ideò egrediũtur & ipsi.Et egressus eius à diebus æternitatis.Sed in temporũ fine de utero eius egressus est quæ circundedit eum fœminæ.Ideò egrediuntur cælestis
Luce.1. filiæ Sion admiraturæ in completione quod semper admi
Euãde.2. ratæ sunt in expectatione.Angelus in annunciatione, an
Euãde.3. gelus in natiuitate, angelus in baptismate, angelus appa
Euãd.22. ruit orãti,testis est resurgenti, astat ascendẽti quàm uehe
Euãd.23. mẽtes putas amatores sunt,tã sedulí annunciatores,& in
Actuũ.1. defessi admiratores? Per oẽs hui9 sacramenti gradus circumeunt & immolant hostiã admirationis, hostiã uocifera tionis cantant,& psalmũ dicunt dño.Et oĩs hæc uenera tio extrinsecus exhibita est, absq; ea quæ intrinsec9 latet. Et si nouũ fecit dñs super terram, cælos tñ nouitatis hui9 odore repleuit. Fœmina circũdabit uirũ, qũo circundat
Ephe.5. corona caput.Caput enim ecclesiæ Xps.Gloriosus planè in illo splẽdore gloriæ,& paternæ figura substãtiæ, sed superaddito nostræ quodã uelut fucco naturæ,& colore inducto dum sublucet,plus placet.Nec illis tñ q secus ferre non poterãt,sed in his etiã quibus pure se splendor ille refundit.Hæc autẽ dico q dignatio hæc ipsa qua uoluit incarnari,quendam uidetur attulisse decorẽ dignitati manifestatis. C Quomodo enim nõ plus placebit humiliata sublimitas,exinanita immensitas, & diuinitas incarnata? Ista uarietate quid pulchrius? Varietatẽ dico? cõtrarietas uidetur,eo q ad contemplandũ pulchrior,quòd hæc sese cõtraria non impugnant,sed congruũt sibi. Mirabilis in se diuina simplicitas,sed (ut sic dicã) multo hæc compositio mirabilior,quia nouior.Nõ possum mixturæ hui9 artem satis mirari,& puto nec angeli.Et quidẽ illis mirandi ratio maior,quibus diuinæ naturæ mera simplicitas syncerius innotescit. Illa incomparabiliter mera est,& ideò mixturã hanc mirabiliorẽ reddit.Quænam hæc mixtura, cũ sua cuiq; naturæ cõstet integritas? Nam nec alterutra in alteram transit,nec ex utriusq; quasi tertia & noua quædam cõsistit.Nouum tñ est q in una persona conueniunt. Contẽplatio utraq; quædã uelut cella uinaria. In illã introducti sunt angelici spiritus cellam nectareã maiestatis æternæ,imo à conditionis suæ initio positi. Iam nunc in
Psal.143. temporũ fine hæc nostra in terris cella mustũ nouum eructat.O promptuaria plena,prõptuaria exundãtia & eructantia ex hoc in illud.Egredimini filiæ de cella uini meri,
Psal.22. ad hoc mustũ quod miscuit sapiẽtia in cratere nouo. O calix inebriãs quàm p̃clarus es,& ideò claritate inebriãs.Liquor æternus nouo huic infusus calici, maiore cũ charitate hauritur,quãuis cũ claritate tẽperata: idcirco & amor esse debet intẽperat9. Quis eñ se ab amãdo temperet, qñ nostræ se capacitati contẽperauit immẽsa maiestas? ô calix non hoĩm tñ,sed & angelorũ mentes inebriãs,& in se à contẽplatione meræ diuinitatis mixtura hac noua conuertens.Egredimini filiæ Sion de copia illa uini meri ad hunc calicẽ tẽperatũ. Egredimini & gustate quàm suauis est dñs.Ibi suauitatis diuinæ simplex natura prospicitur, hic suauitatis eius usus & indicia proponunt. Ibi in se uidetur,hic in effectu suo,hoc ultimo in genere,utrunq; mirabile est,& nescio quid magis mirer,in pson naturarum cõpositionẽ an cõpositionis cãm.Quid iam in unitate diuinæ essentiæ tres esse miramur personas? Plures iã ex integro in una pson naturas mirare.Quid nõ hic ad contẽplãdum suaues? quod quem non afficiat? D Deniq; ad admirationis cumulũ causa accedit.Causa,nec cõsequentia rõnis,nec saluationis efficacia caret:nec gra cõpassionis.Vis audire consequẽtiã? Sicut in Adã oẽs moriũtur, 1.Cor.15.
ita & in Xpo oẽs uiuificabũtur.Et idem: Sicut per unius Roma.5.
inobedientiã pctores constituti sunt multi,ita & per unius obedientiã iusti constituũtur multi.Quid cõsequentius? Magna cõsequentia,sed ex parte iustitiæ efficacia maior. Deniq; & si abundauit delictũ,superabũdauit & gra.Vbi delictũ,ibi seductio & fallacia intercessit,& ideò nõ omni ex parte uoluntariũ uidetur. In gratia uerò nihil non ex proposito,nihil non ad libitũ. Qũo ergo non efficaciora sunt uoluntaria bona quàm uelut aliqua ex parte coacta mala? Et uerè efficax gratia & artificiosa. Nescio quid magis mirer,artificium coactionis,an efficaciam saluationis. Vtrũq; in beneficio gratũ est,& uolũtas & euẽtus. Adde & tertiũ,modũ ipsum & rõnem. Nihil uoluntate hac affectuosius. Quæ dilectio maior quàm ut ponat quis animã suam pro amicis suis? At hoc fecit pro inimicis,& inimici erãt in seipsis & amici:qa ante mũdi constitutionẽ dilecti. Quid opis hui9 euẽtu uberi9? Larga effusio spũs sup oẽm carnẽ,satis manifestet.Effusio sanguinis Xpi,spũalem nobis effusionẽ ipetrauit. Quos lauit sanguine suo,qũo nõ perfunderet spũsctõ suo? Ideò pri9 mũdauit,ut essent sup quos alti9 postea spũs inundaret. Ad ordinẽ qd cõsequẽtius? Coactor in hui9 materiæ cõsideratiõe,& qd potissimum ad cõtẽplãdum è trib9 eligã ignoro,pietatẽ,an prudentiã,an puentũ.Certãt hæc inter se in cõtẽplatione nostra,& cũ in alterã partẽ intẽditur,& in alterã trahit. Blandiunt hæc mihi,& affectiõe diuersa permulcẽt.Inardesco, stupeo,gaudeo.Gaudeo pro utilitate,ad prudentiam stupeo,inardesco ꝓpter impẽsum mihi pietatis amorẽ. E Quid ista dispertior? Confundunt hæc inter se,& in uno quoq; genere pmiscentur frequẽter.Nã & mod9 & cõmoditas & affectio,siue malis sic dicere,prudẽtia, puentus & pietas,hæc, inquã, tria siue simul,siue figillatim cõsiderata,animũ ad se meũ & trahũt citi9,& tenẽt diuti9, & quandam in admirationẽ & exultationẽ cõuertunt.Matris ecclesiæ fides taliũ uarietate uirtutũ eius diadema cõtexuit. Hunc ibi numerũ,hoc põdus,hãc mẽsurã assignãt. In ordinis rõne & cõsequẽtia numerus deprehendit, & cõcordiæ modus.In põdere pietatis affectus uehemẽtior. Et uerè uehemẽs põdus gr̃æ,de cælis ad terrã maiestatẽ immẽsam deducẽs.Immensitas hæc oẽm incõparabiliter excedens creaturã,ad mensurã se cõtraxit, mensurã perringendi usq; ad nos.Non eñ quasi non cõdescẽdẽs ad nos supextẽdit seipsam,sed in mensura nobis distillat dona spũs. Mensurã interpretor in effectu uirtutũ munera.Ad mensuram enim dat nobis deus spm̃.In mensura cõtra mensuram.In mẽsura gratiæ,contra mensurã iniustitiæ. Nam sicut abundauit delictum,abundauit & gratia. An nõ hæc mensura cõtra mensurã? Certè & supra. Superabundauit enim & gr̃a.Nũquid tñ sup mensurã delictũ? Nõ utiq; tãtum sup mensurã delicti,sed etiam sup mensurã gratiæ.Et ecõtrario & supra mẽsurã iniustitiæ abũdat gr̃a,& supra mensuram gratiæ,sed non cõtra abũdat gr̃a. Vbi eñ una abũdat,necesse est & altera superabũdet,& detur abũdantius abundãter habenti.Mensura hæc mẽsura bona & cõferta & coagitata & supefluens.Superfluitas uidet,quando non tñ necessaria suppetũt,sed & exuberãt uoluptuosa.In donis spũs quædã expediũt,quædã decẽt, q̃dã delectãt,sanãt,exornãt,exhilarãt. Qũo nõ supefluunt quæ sic excrescũt? Sed hæc sufficiũt de nũero & mẽsura & de põdere diadematis quod Salomoni regi mater ei9 cõposuit. Quoddã enim quasi sertũ gloriæ cõsert,dũ coaptat quod à nobis assumpsit,& quod nobis exhibuit. Videtis qbus hoc diadema dotibus gr̃arũ constet,sed qd de gratijs ad diadema? Dabit (ingt in prouerbijs) capiti tuo augmẽta Proue.4.

gratiarū. Pater dat,& mater coronat. Ipſa coronat, quía credit,qa ipſa circūdat,ipſa coronat. Mater eccleſia ſeipſa te Ieſu bone exornat,ſeipſa te ueſtit,ſeipſa te calceat & coronat. In perfectione calceamentum eſt,in perfectione corona. Mira mutatio,ubi excuſſo puluere ſi quis adhæſerat,de calceamento corona efficitur. F In die deſponſationis & lætitiæ. Vide ordinem. Vnus dicitur deſponſationis & coronationis dies. Si iſtud ſcis, beatus es ſi ſequaris. Conuertis ordinem ſi uis prius deſponſari quàm coronari,ſi prius uis ad iucunditatem & quietem deuinciri Chriſto quàm cum Chriſto uincere. Anticipatio quídem beata,ſed non ordinata, ſi ante triumphum thalamū tibi optas collocari, ſi ante laborem præſumis lætitiam. Vnus eſt his tribus conſtitutus dies, diadematí, deſponſationí, & lætitiæ cordís. Et quíd eſt cor Salomonis noſtri? Vos,inquit,eſtis corpus Chriſti, & membra de membro. Felix planè quodcunq; membrum capitis huius:ſed quí cor eſt eius, de præcipuis eſt. Et uide ſi non cor eius quí quodam in uentre ſecretorum dei foueatur, in uitali affectionum calore,in medio meditationū. De corde eīm cogitationes,non operationes exunt. Iure ergo cor eſt, quí in medio ſpiritualium locatus eſt cogitationū,in pinguedine gratiarum,in quodam uentre ueritatis, in utero ſapíctiæ,cuius in typo Salomon ponitur. Et quídem una eademq; uel eccleſia uel anima,& corona eſt & cor,& ſpōſa. Corona in capite,ſponſa de latere,cor in uentre. Corona in ſummo,ſponſa in proximo,cor in íntimo. Quíd hic non optime collocatur? Quíd non feſtiue? Egredimíni hinc noſtræ filiæ Sion & uidete, ut & uos tranſeatis in affectum cordis huius,in ſponſæ gratiam,in díadematís ſpeciem. Nolite nomine caſſo gloriarí. Eſtote quod eſſe dicímini ſpeculationis filiæ. Vius ipſe atteſtetur nomíni. Feſtus enim eſt deſponſationis iſte dies,& dei ſuſceptione dignus,& ab hoc ad feſtiuiorem quí nuptiarū eſt dies pertingitur:in quo non datur libellus repudij, nō intercedit diuortium,non abit uíruia lōgiſſima, nec breuiſſima quídem, ſed eſt ſemper in domo ſua ſponſus Chriſtus Ieſus: qui uiuit & regnat cū deo patre & ſpirituſancto per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Chriſ.

¶ *Sermo.* XXII. A

EVA On uereatur ne ſuis intumeſcat laudibus,& humilitatis iacturam faciat, cuius ipſe ſibi pulchritudinem cum expreſſione tanta ſponſus commendat. Frequenter ex multo placendi deſiderio ſubeit metus diſplicendi,& propenſior deuotio conſcientiæ ſecuritatem imminuit & furatur. Quíd ergo mirum ſi ſponſus applaudit illi de pulchritudine,affectumq; blanda allocutione demulcet quē metus inuexerat? Quanam enim ratione deformitatem non uereatur ſuam homínis anima quælibet quæ noſtri Salomonis in matrimonium aſciſcitur? Adiuit illum in diademate ſuo, in die deſponſationis & lætitiæ cordís, in illa abyſſo gloriæ ſolito feſtiuiorem,poteratq; iure uereri repulſam ſi deformitatis & abiectionis ſuæ reſpectaret ad cauſam. Oportuit itaq; ut ſecurior reddita reſumeret animum,& infuſa alacritas mentís faciem uiuido quodam colore perfunderet. Nam totius uitæ & operum pulchro uultui plurímum adiicit mentís hílaritas:propterea in hunc modum amicam ſpōſus alloquitur, Quàm pulchra es amica mea. Símilia ferè dicta ſunt ſupra in præcedentibus,ubi ſic legítur: Ecce tu pulchra es amica mea,ecce tu pulchra. Idē penè uidetur, ecce tu pulchra es,& quàm pulchra es. Vtrobiq; pulchritudo prædicatur ipſius,& iterata cōmendatio confirmationem declarat. Sed quantum ipſe aduertere poſſum,aliquāta hic inuitur diſtinctio. Nam ubi dicit: Ecce tu pulchra,agit tīm de pulchritudine,hic uerò de nimietate pulchritudinis. Quàm pulchra es amica mea, quàm pulchra. Ibi ſimplex atteſtatio quaſi ſubito deprehenſæ pulchritudinis,hic autē admiratio nimietatis. Ibi atteſtatur quàm pulchra,hic oblectat q; tam pulchra. Hic eīm maiore pronunciatur cum pondere affectuq; mirantis,& prolationis modus motum oblectatæ mentis declarat, quàm pulchra es amica mea,quàm pulchra. Et quídem in proceſſu cantici profectiora ad ſponſam dici oportuit. B Hæc à nobis deſimilium diſtinctione uerborum. Nam quæ ſuper pulchritudine ſponſæ interpretanda fuerant,copioſe & accurate ſuis explicata ſunt locis. Et quæ uir utrum eruditior an eloquentior neſcio ſuis diſputauit in homiliis, nec mínimo (ut ſic dícam) dígito decuit à nobis ad diſcutiendū attingí. Hoc uerò non negligenter attendendum q; poſt generalem commendationem pulchritudinis particulatim amicam depicturus,loco primo ab oculis ordit, prudenter quídem,qīn ſi ſimplex oculus fuerit,totum corpus lucidū erit. Et ideò columbarū comparat oculis, ut iuxta euangelīj doctrinam ſuam amicam ſimplicem doceat ſicut columbā. Deniq; uniuerſum corpus operationis, ſimplex illuſtrat oculus intētionis, & facit ut coram deo luceant, opera,quæ per ſe coram homínibus poterāt lucere. Nam qīn foris bonū lucet opus,ſed operis bonitatem nō intendit animus,quaſi corpe claro oculus cæcatur. Opera quídem ipſa aliquoties in genere ſuo bona ſunt & alijs cōmoda,ſed operū bonitas in actorē non refunditur,quí ſimplicem oculū in ipſis nō habet. Ideò tenebroſa ſunt,q; intentionis ſyncerę lumine carēt. Bonus itaq; ſimplex oculus, nō habens ullam partē tenebrarū,conuerſationis corpus totū ſerenans. Aut totus eīm tenebroſus eſt oculus, aut totus lucidus,aut habens aliquam partem tenebrarum admixtam. Totus tenebroſus eſt,cū operí malo propter malum intēdit. Totus lucidus,cum operí bono non niſi propter bonū intendit. Cum uerò in opere bono nō tantum in ipſum bonū,ſed etiam in alium aliquem finem intentio dirigitur,uel cum in opere non bono, quod ineſſe credebatur bonū,errando diligitur: aliqua ex parte oculus caligat,& nō eſt mera ſimplicitate purus. Quíd cū opus bonum prætenditur & non ipſum bonum,ſed aliud totū intenditur? Oculúsne iſte tenebroſus dicetur ex toto,an ex parte caligans? Mihi quídē magis tenebroſus ex toto uidetur. Nam etſi lux deputetur in opere, nulla tīm agnoſcit in intētione. Quomodo autē intētio bona,quæ bonū nō optat,aut qūo ſimplex quæ ſub boni uelamine ſeipſam occultat: In oculis uerò ſponſæ utraq; cōmendantur:& ſimplicitas,& ſpūalitas: ideò columbarum dicuntur. Et bene in amica ſua primo lucem commendat, ut ſibi demonſtret ſimilē,qui & ipſe dicitur lux mūdi,& in quo tenebræ non ſunt ullæ. In ſex dierū conditione lux omniū prima creata dicítur,& in deſcribenda pulchritudine ſpōſæ lucis in primis inducta decenter eſt mentio. C Oculi tui columbarum. Quíd te amicam eſſe præſumis,quæ neſcis oculos habere columbæ? Opera quantumcunq; fuerint, bona ſi impurus eſt animus,de pulchritudine fruſtra tibi applaudis. Quomodo amica es,quæ pulchra nō es? Sed qūo nō es inimica,quæ malignarís in ſancto? Malignatur in ſancto,qui malignatur in bono, ſiue in ſuo, ſiue in alieno. In tuo malignaris bono,cum bonum ipſum non cōſpicaris. In alieno,cum de bono male ſuſpicaris. Et praua intētio, & peruerſa interpretatio,utraq; malignatio eſt,utraq; fellea,utraq; falſa,níhil habēs cum columbarū natura cōmune. Oculi columbarū ſunt qui nec falli uolunt, nec fallere norūt. Neſcis q; ſpōſus tuus ueritas eſt? Quomodo dicet tibi,colūba mea,amica mea,quæ ſimplicitate nō gaudes? Amica eſt ueritatí ſimplicitas, ideò cum ſimplicib⁹ ſermocinatio eius. Deniq; ſimplicitatí amicæ applaudit dicens: Oculi tui columbarū. Bona eīm eſt oculata ſimplicitas ita ſimulatiōnē excludēs,ut non caliget in ueritate. Rara hæc hodíe in terris auis:& ſiqua eſt eius uſquam frequētia,occulta ſatís & latēs in foramínibus petræ,in cauerna maceriæ,& deſuper riuos aquarum. Qūo autē obſcuratus eſt, aut occultatus eſt oculus colūbínus? Quís eſt qui ſeculi callidítates nō ſectetur,quí illís ſe uti nō gaudeat, qui nō amet habere,aut ſaltē noíari in ſe non uelit? Quís eſt quí non uerecundetur oculos colūbínos, glorietur ſe habere miluínos? Si Chriſtí amicā dící te uelís,qd tibi cū prudē-

tía carnis,

Matth. 6.

Ioan. 1.

Cant. 4.

Eiuſd. 1.

Rom.8. tia carnis, quæ inimica est deo? An istas inimicitias euacuare conaris, ut utrasq; carnis & spiritus prudẽtias condas in teipsa? Modicum fermentũ totam massam corrumpit. Quid ergo fiet ubi multum est fermẽtum, massa modi cæ? Quæ societas legi cupiditatis, & legi charitatis? Non debet illa huic esse coniuncta: quia nequit esse subiecta. Prudentia enim carnis legi dei aut repugnat & inimica est, aut omnino perit & nulla est, aut resistit, aut ex toto desistit. Potest perimi ut penitus non sit, non potest premi ut ei contemperata sit. Tuum ergo & os & cor huiusmodi exercitatum optas habere prudentia, quæ legi dei nõ po
Rom.8. test uel associari uel subiici. Prudentia spiritus uita est & pax. Vitalis est enim prudentia spiritus, usum habens uitæ quæ nunc est & futuræ. Prudentia uerò carnis in præsenti tm̃ exercetur uita, nullum in ea quæ sequitur habitura locum. Cupiditatis eiñ apud inferos nec opus nec usus est, sed excruciatio. Ista pax est, illa litigium. Et bene pax, cui hoc est euacuari quod pací non uacare. Talem prudẽtiam ad sponsæ pulchritudinem Xps cõmemorat. Talis in oculis columbarũ depingitur, quæ simplicitatẽ & spiritualitatẽ redoleat, eo q; in columbæ figura spiritussanctus
Cant.4. intelligi soleat. Non solet esse uacua talis simplicitas, multum enim subest latentis gratiæ. D Oculi tui columbarum, absq; eo quod intrinsecus latet. Magnum nescio qd illud est, & uerè magnũ, quod manifestum uel dici nõ debuit, uel dici nõ potuit, nec aliquo ut gratiæ cæteræ similí figurari, sed in suspicione & coniectura sola relinquitur his qui similia fortè patiuntur. Absq; eo, inquit, quod intrinsecus latet, quasi nõ sint intrinsec9 aliæ gratiæ & dona spiritus. Et qũo omnis gloria filiæ regis abintus? Denicq; & intrinsecus ipsi oculi columbarum, ubi simplicitas fidei corda purificat, & illuminatos reddit oculos cordis: ubi nõ modo oculus, sed totus abscõditus homo cordis dicí tur. Sed licet abintus omnis sit gloria, est tamẽ gloria gloriæ respectu interior: & sicut in ipso hoie exteriori, sic & in illo interiori alia aliis magis sunt intima, & latẽtia penitus, soli tm̃ nota dilecto: fortasse & aliqua etiã ipsi sunt spõsæ ignota, nec collatorum diuinitus ad plenũ habet notitiam munerum. Quid eiñ si occultatur sublimitas dum seruatur humilitas? Secretum tuum tibi Iesu bone, secretum tuũ tibi, & in abscõditis sponsæ solus deliciaris. Cur non uel ad modicũ illud nescio quid latẽs nobis cõicas, & occultã qua delectaris figuras pulchritudinem? Plus nos ad quærendũ allicis dum illud latere intrinsecus dicis: & curiositatem nostram amplius irritas, tm̃ silentio mysterium premens. Plus nos dum taces trahis. Quàm magna multitudo dulcedinis huius, quàm abscõdendam indicas, dum non explicas. Quicquid illud est, latet intrinsecus, sed de latebris istis suauissimus odor aspirat. Nescio enim quo pacto dum illud admirabiliter dulce esse coniicio, admirabiliter dulce esse iam sentio. Iam illud pensat affectus, ad quod nõ penetrat intelligentia. Conditum est hoc penes sponsam, & signatum in thesauris ipsius: soli phas est dilecto istos ingredi, & gloriæ latentis arcana reuoluere. Hoc autem dico q; non facile est uirtutẽ cuiusquam ex indicijs diffinire. Frequẽter eiñ exiguis extantibus signis, eximia sunt quæ latent intus secreta. Ideoq; manifestas debemus sic uirtutes laudare, ut hac in singulis adiectione utamur, absq; eo quod intrinsecus latet. E Denique ipsam hanc (de qua nobis est sermo) cõmendatam in sponsa colũbinam inspicite simplicitatem, quàm gratificata, quàm est in seipsa suauis & placens: maiores tamen in se reconditos habet thesauros, & dulci est (ut sic dicam) medullata secreto. Quæritis quid sit illud? Dixi iam, & si adhuc uultis audire, ignorare me fateor. Possem piam hanc uobis cõmendare simplicitatẽ, & ad eius uos æmulationẽ hortari, quæ tam inexplicabile & dulce mysterium continet, fortasse & cõfert. Id autem ipsum si fuero conatus euoluere, forsitan ad aliquid occultum & latens pertingam uel experientia uel coniectura. Sed nunquid illud erit cuius tam inuolute meminit spõsus in laude dilectæ? Quamlibet potuero occultum eruere, aliquid adhuc latebit intrinsecus. Altis illud latet in tenebris, nec nostro subiacet uel stilo uel studio. Venerabor ipsum silentium tanti mysterij. Nam quãuis non est datum diffinite nosse quid sit eo q; siletur: relictum est credere q; aliquid singulariter dulce & spõso gratũ sit: non põt inuestigari quale sit, sed põt æstimari quàm magnũ sit, uel eoipso q; uerbũ tam arcanũ dici non licuit. Vt tm̃ aliquid dixisse uidear, & nõ ex toto siluisse (ad hoc enim instatis) accipite quod mihi uidetur in hac parte uerè dici posse, utrum accõmodate ad præsens capitulũ, uos uideritis. Virtutes ipsæ suapte natura intus in animo locatæ sunt, sed usus quarũdam in exteriorib9 uiget, quædam uerò suam in interioribus exercent potẽtiam. Et illa quidem carnales declinat illecebras, ista uerò spiritualitũ delitiarum latebras amplexatur. Illa uel solicitates occasiones refugit, uel insolẽtes affectiones cõpescit: & quamuis interim necessariò, molesto tm̃ exercitio laborat. Ista tali delectatur materia, quæ nõ iucunditate magis quàm honestate præcellat: Illa simplici intuitu & oculo colũbino exteriores dum percurrit species, uel odit uel despicit: ista curiosiore, pspectu cælestes perlustrat species, & prospectis amplius inardescit. F Possumus talem quandam distinctionem formare, ut dicamus alias exteriores esse, alias interiores, alias intimas. Aliæ enim se à carnalib9 retrahunt, aliæ spiritualibus intendunt, aliæ quasdam iam tenent primitias. Primæ se à mundi illecebra quam contemnunt cõpescunt, mediæ se ad id quod spiritualiter cõcupiscunt adhuc componunt, ultimæ imo intime optatis auide iam utuntur. Deus bone, quantum lucis & delitiarum in illis est latebris, quantus excessus in recessib9 illis? Vtinam tales me concludant latebræ, ut illud de psalmo dicere possim: Nox hæc illuminatio mea in delicijs meis. Psal.138.
Ecce nunc aliqd latens attigi in hoc ultimo gradu, & fortè uel hoc est uel aliquid simile quod sponsus signauit. Volo decætero deferre mysterijs nec enim fas est audaci sermone orationum arcana nudare, & minus sanctis manib9 linguæ conuolutas delicate sancti sanctorũ reuoluere species, & reconditum manna contrectare quod aurea urna continet & arca recludit. Et ipsum mannæ nomẽ aliquid ostendit arcanum, & de quo magis possit quæri quid est hoc: quàm dici quid sit hoc. Et cui melius quàm mannæ latens illud comparauerim? Dulcis quidem & cælestis est manna cibus, sed uidetis quàm secrete recõditus in urna, in arca, in sanctissanctorum: ut curiosus & minus idoneus ab huiusmodi aspectu arceatur, oculus ille qui columbinus esse non nouit, quem non dirigit pia credulitas, & intentio pura. Rogamus autẽ uos fratres amplectimini sanctam simplicitatem, quietem mentis, meditationes puras, liberas orationes, quoniam in talibus uasis, & (ut ita dicam) in arca sanctæ meditatiõis, & interiori foronis urna, diuina nobis est locata refectio, & portio gloriæ de qua legitur: Satiabor cũ apparuerit gloria tua. Cuius plenitu- Psal.16.
do uitã nobis æternã cõferat per Iesum Xpm, cui est honor & gloria per omnia secula seculorum. Amen.

¶ *Sermo.* XXIII. A

ECclesiæ (ut bene nostis) hæc blandimenta, & spiritualibus eius oculis, præcedenti disputatum est sermone. Sed quia tales sunt, nunquid rari sunt? Vide totum corpus eius quomodo Ezech.1.
plenum sit oculis ante & retro. Oculi eius prophetæ, oculi eius apostoli, qui uel futura prædicũt, uel iam facta prædicant. Oculi eius sunt utrorunq; interpretes & doctores populorum, quorum officio spiritualia animæ uel cõmoda uel scandala & cernimus & discernimus. Sed nescio si omnes qui oculi habent officium, teneant & usum. Duces cæci, nec tantum cæçorum, sed quod indignius est & uidentium. Nonne uidentur oculi habere & locum & speciem, sed uirtute carere? Vtinam uel id sufficeret, & uirtute prouidendi bona carerent, essentq; ad communes utilitates cæci, dum non ad priuatas arguti commoditates. Nunc autem & cæci sunt & callidi, hebetes ad ecclesiæ

Universidad de Deusto Biblioteca

lucra, ad propria acuti. Sed qūo oculus est columbæ, qui colūbæ non inseruit, colūbæ non uidet, colūbæ nō prouidet, qui columbā nō ducit, sed magis abducit ecclesiā, & quantum in ipso est prauis præcipitat exemplis. ℣ De talibus apls loquitur. Oēs quæ sua sunt quærunt, non q̄ Iesu Xpi. Tales occupāt locū, & peruertūt usum, cum ediuersō sint alij qui oculi non habēt officiū ex promotione, sed usurpant ex præsumptione. Et quidē frequēs hæc turba. Quem dabis nunc ex numero discipulorū qui prælatorū opera penes se uelut quodā locatus in tribunali non carpat, nō corrigat, nō castiget? Isti nō iam sunt oculi membroꝝ, sed quidā oculi oculorum, qūo si pēnæ & plumæ in corpore colūbæ, cū ipsa uelint oculorū dirigere lumina. Nolo locū hunc nimis urgere, ne uos fratres exagitare uidear. Estote uestra contenti mensura, nihil oīno in corpore colūbæ officio uacat, nihil caret honore: & ea quæ abscōdita sunt, abundantiorē habent honorē. Deniq; & capillis sponsæ, suus est honos. Si enim in oculis prælati, in capillis qui sunt intelligendi nisi discipuli? ℣ Et boni discipuli, qui se capillorum more tractabiles & flexibiles exhibent, ad omnem nutum magistri, sicut ad motū uenti: qui graciles, & spiritualibus extenuati disciplinis, penè sine corpore sunt, & penitus sine carne ad oēm insensibiles iniuriam, ut nec tondentis instrumenti sentiant læsionē, in hoc tantū passionis sustinētes molestias, si à capite cui inhæserunt contingat euelli. Reliquo cū emortuo corpore uitalem ibi tantū sensum retentāt, ubi capiti de quo oriūtur iunguntur. Qui ipsi uicini cerebro ubi sapietiæ dicit recessus, quasi ad intima ipsius arcana nituntur intrare: quibus hoc eradicari & quasi inde euelli uidetur, ad exteriores qualibet occasione curas uocari. Nam qui inde sine sensu doloris effluunt, qūo ibi aut nati aut radicati credentur? B Deniq; ꝙ non decidant capilli sponsæ, sed assurgant, audi quid sequitur: Capilli tui sicut grex capra- *Canti. 4.*
rum quæ ascendunt de monte Galaad. Quasi grex caprarū, eo ꝙ in sublimibus pasti & positi, & tēdentes semp ad alta ut capræ, altum tñ nil sapiunt, sed carnalis cōscij sunt infirmitatis. Elatio namq; ipsa descendit, ascendit humilitas. Ideò quasi capræ, ꝙ semper & alta petāt, & ad infirma sua respectent. Et bene de monte Galaad ascendūt, sed tamen nō nisi in mōte Galaad, qui testimonij aceruus interpretatur. Et quis ille nisi Xps, super quē oīa prophetarū coaceruata sunt testimonia, cui prophetæ, cui Ioānes, cui pater, cui opera ipsa testimonium reddunt? Hic mons ecclesiæ caput est, noli de hoc monte defluere si capillus es. Quid nobis separationē minaris, & uelut auulsum iri à reliquorū grege capillorū? Numqd casus tu⁹ ecclesiæ caluationē adducet? Nescit illa decaluari. Nam & capilli ei⁹ oēs numerati sunt. Ad synagogā illa interminatio facta est in *Esaiæ. 3.*
propheta. Erit ꝓ crispāti crine caluiciū. Crispi sunt ecclīæ crines, ad suū recurrentes caput, circa illud ambitu amico reuoluti, in ipsa capitis secreta conātes intrare. Ideò capilli eius non decidunt, sed ascēdunt de monte Galaad, operum Xpi maiora sibi semp ad imitandū exēpla cumulantes. Vtinā fidei quam habeo in Xpo, oīa opera mea attestentur, & iugi profectu cōgesta aceruū mihi ascensionis constituant. Quàm paucos ego mihi testimonij huius cō tuli lapides. Vereor equidē ne in contrarium multos congesserim. Quid enim? Nónne tibi uidentur non pro fide, sed magis contra fidem testimonia congessisse, qui sic uiuunt ut alterius uideantur fidei quàm christianæ? Deniq; tales quàm multos uidemus, de quibus iure dici possit. Isti non sic conuersantur, ut qui Christi redemptos se sanguine credant, qui aliam sperant uitam, qui futurum uereantur iudicium, qui tandem euangelica præcepta diuinitus data fateantur. Talia utinam penes me testimonia pauca reperiantur, mallem nulla, ne modicum fermentum aceruum fidelium operum totum denigret. C Et fratres mei (ut modicum de communi glorier, qui de priuato non possum) si totius uitæ uestræ respexeritis ordinē, & regularis obseruantiæ cursum, non erit exiguus quem boni testimonij coædificatis aceruus. Nam si à nocturnis uigilijs quas impigro uelut primitias quasdam prælibatis affectu, & effunditis à principio uigiliarum sicut aquam cor uestrum ante conspectum dei, si inquam à capite singulos per gradus conuersationis diurnæ seriatim uelitis incedere, quid ibi reperietur quod disciplinam nō sonet, quod non concinat fidei uestræ, quod non uel corpus atterat, uel mentem erigat, uel dirigat erectam? Interpsallendum quanta est disciplina in corpore, & quàm maior quorundam in mente, dum ne ad modicum uel certè tantum ad modicum à sensu uerborum illam sinunt abire. Nam ibi, id est in ipsis quæ cantantur uerbis, aut ligatam tenēt, aut ad cognata relaxant, ad peregrina nequaquam. Quod si contingat (fugax est enim mens humana) quanta statim castigant censura, & more huius usuras à se reposcunt? Sed ne ipsa cōmunium horarum interualla nocturna uacant. Deus bone hora illa noctis quàm sine nocte est, quàm nox illa illuminatio in delicijs? Orationes *Psal. 138.*
illæ priuatim fiunt, sed priuata non petunt. Summissior quidem uox, sed mens intensior, & preces tacitæ multum habent acuminis. Deniq; frequenter uocem erípit oratio uehemens, & uerbis nec eget nec utitur, quæ puro & pleno fertur affectu. Amor in auribus domini solus obstrepans, corporalium strepitus dedignatur uerborum, quæ sicut inchoanti excitamenta sunt, sic impedimenta solent esse perfecte oranti. Quid deinde? ipsis horis matutinis, quasi de recenti orationes instaurant, frequentant confessiones, & uerecunda sed manifesta reuelatiōe exiguos purgant excessus. Non tamen exiguum deputant si à Xpo uel tenui memoria titubant. Hostis callidi si quid fuerit improbitate suggestum, sibi imputant, iniqui in hac parte æstimatores, dum proprium arbitrantur casum ꝙ alienæ sunt fraudis casso conatu tantū prouocati. Quid quotidianus manuum labor, quo corpus & satis atteritur, & tenuiter pascitur? Labores manuum suarum non soli mäducant, sed de insufficienti partiuntur egenis, ut & illis sit tribulatio, dummodo alijs abundet. Interuallis quibusdam leuant labores, sed sesso corpore feruet affectus. Illic tacitæ lachrymæ ubertim uoluuntur, prodeunt gemitus, erumpunt suspiria, ut qui iuxta sedent, si fortè ex se frigidi sunt, uicinis possint scintillis accendi. Qui deniq; non de crastino cogitant, nec de hodiernis quidem, omnem curam proijcientes in ipsum qui eis præest: non præmium, sed quærentes regnum dei. D Quid (quod penè præterieram) in capitulo singulis diebus examinandi abbatis astant iudicio, quasi ad Christi præsentati tribunal? Ibi quisq; in primis accusator est sui, accusandi se locum alijs prærípere festinans. Quid ipsum continuum silentium, & quædam compassionis grauitas? Nónne totam conuersationem uenustat, & quadam sanctitatis pulchra uestit facie? Ipse somnus quoq; sanctitatis testimonium reddit, nec in aceruo testimoniorum est tantorum sine cōfessione. Nam reliquiæ cogitationum confitentur Christo, ubi somno corpus obruitur. Quomodo enim dormiē tis poterunt non uersari ante oculos totius diurnæ conuersationis imagines depictæ & in animo uigilare. Nónne tibi magnus hic uidetur testimonij aceruus erigi, nisi quòd non aceruatim & sine ordine fiunt ista, sed serie certa & suis singula sunt distincta temporibus? Nónne hæc testimonia credibilia facta sunt nimis, eo quòd domum *Psal. 92.*
tuam talis decet sanctitudo domine. Vtinam cordis mei radices super istum densentur aceruum. Nescit sterilis esse tantus bonæ conuersationis cumulus. Locus est altus & uber, qualem propheta commemorat. Vinea facta est dilecto in cornu in loco uberi. Et magnum planè fertilis so- *Esaiæ 5.*
li testimonium fructuum prouentus uberior: sicut econtrario loci ubertas, arboris qualitatem redarguit de infructuositate sua. An non arbor mala quæ terram bonam occupans, fructus condignos non parit, sed nec ullos bonæ spei parturit flores? Forsitan & ficulneam illam sterilem quam dominus iussit succidi, fertiles de uicino uineæ condemnabant. *Lucæ. 13.*

condemnabant. Periníquum eſt ín ſancta conuerſatione plantatum, nil ſanctum molírí, & excuſationes prætendentem cognatís exemplis cõuincí, & índe deſcẽſiones díſponere ín corde ſuo, unde alíꝰ aſcendunt. Sufficiat tibí qui talis es, deſcenſus tuus. Quíd bonorum aceruum operum quem alíꝰ alacritate aſcendunt, detrahere molíris, & regulares obſeruantías ímmutare quarum numerum & rígorem cauſaris? Noli prohíbere eos quí bene facíunt, ſi potes & ípſe aſcende. Audí de quanto & quali aceruo ſanctí aſcenderunt. Sanctí ludíbría & uerbera experti, ínſuper & uíncula & carceres, lapídatí ſunt, ſecti ſunt, tentatí ſunt, ín occíſione gladíꝰ mortui ſunt. Circumíerunt ín melotís, ín pellíbus caprínís, egentes, anguſtíatí, afflícti, ín ſolitudínibus errantes, ín montíbus & ín ſpeluncís, & in cauernis terræ, quí omnes teſtimonío fidei ꝓbatí ſunt. Vídes quanto ſit eorum fides probata ſcrutínío, quíbus teſtimoníis examínata? Quíd à nobís tale uel expetítur uel expectatur? Et noſtra hæc ínferiorí genere teſtimonía credibília ſatís, eo quídem credibíliora, quòd non ea neceſſítas ímpoſuít, ſed ſuppoſuít ſe uoluntas. Voluntas ergo uoluntas ſit, & primæ líbertatís íure nítatur, líberam ſe ad perſíſtendum exhíbeat, non æſtímet ad recedendum. Agnoſcat neceſſítatís debítum, ſed non ſentíat íugum. In bono líbera ſit, & ad bonum níhílomínus líbera. In íllo quod íam tenet, & ad íllud quo tendere debet, ſed ad ea quæ retro ſunt nullam ſíbí licentíam permíſſam exíſtímans. E

De quanto aceruo teſtimoníꝰ Paulus aſcenderít, tandem audíte. Ipſe quídem ſpírítus teſtimoníum reddít ſpírítuí noſtro quòd ſumus filíꝰ deí. Quantus uno ín hoc teſtimonío aceruus? Sed foris nunquíd non perhíbuít teſtimoníum? Deo, ínquit, atteſtante ſignís & prodígíjs & uarijs uírtutíbus & ſpírituſſanctí díſtributíonibus. Et tamẽ tanto conſtítutus ín aceruo uírtutum & atteſtantíum gratíarum, nondum, ínquit, me arbítror comprehendíſſe: unum quídem quæ retro ſunt oblítus, ad anteríora extendor. Et nos ergo tantam habentes ímpoſítam nubem teſtímoníorum, deponentes omne pondus, & circumſtans nos peccatum, per patíentíam curramus ad propoſítum certamen, aſpícientes ín auctorem fidei & conſummatorem Ieſum, quí propoſito ſíbí gaudío ſuſtínuít crucem, confuſione contempta, atq; ín dextera deí ſedet. Recogitate ením eum quí talem ſuſtínuít à peccatoríbus aduerſus ſemetípſum contradíctionem, ut non fatígemíní anímís ueſtrís deficientes. Nondum ením uſq; ad ſanguínem reſtitíſtís. Illorum ením teſtímonía, prærogatíua quadam dícuntur teſtímonía, íd eſt martyría, quí pro fide Chriſtí ſanguínẽ fuderunt. Vídete prímum ípſum martyrem Stephanum de quanto lapídum aceruo aſcẽderít ad Chriſtum: quem & omnes ſequuntur anímæ íuſtæ. Quaſi grex, ínquit, caprarum quæ aſcenderunt de monte Galaad. Geſtabant theſaurum fidei ín uaſis fictílibus, ſed ſublímítas erat uírtutís deí. Ideò quaſi aſcendentes dícuntur, quòd eos ímmanía tormenta non tam fregerunt quàm firmauerunt ad reddẽdum teſtímoníum uírtute magna. Quíd híc eís anímí eſt, quí nec unam & eam leuem & amícam præpoſítorum íncrepatíonem ſuſtínent, ſed ad unum auſterius uerbum totus líqueſcít boní propoſítí quem ſíbí firmauerat rígor? Iſtorum tot ſuffulta admínículís teſtímonía uíx ſtare poſſunt, íllorum tot repreſſa tormentís uberíus erupérunt. An non quantus numerus ſupplícíorum, tantus & aceruus teſtímoníorum? Etſi morte affectí tota díe, & æſtímatí ſícut oues occíſionís, ín ommíbus tamen ſuperauerunt, & uelut ſuperaſcenderunt de Galaad, de aceruo martyríꝰ. Non ením de conſeruanda corporalí uíta certamen ínierunt ſanctí, ſed de uíta fidei, ex qua íuſtus uíuít. Ideoq; ín ommíbus ſuperauerunt, quíbus ſalua cauſa conſíſtít. Quomodo ením non ſuperant, cum aut perſíſtendo ín cõfeſſione reddítí ſunt æternítatí, aut perſuadendo perſecutores ínformauerunt ueritatí. Deníq; & ſi æſtímatí ſunt ſícut oues occíſionís, quíbuſdam tamen ínnocuís dẽtibus ab ínfidelítatís radíce hoſtes preciderunt ſuos, ut ínter eccleſiæ uítalía reconderent uíſcera. F

An non hoc ſíbí uult quod ſubnectítur: Dentes, ínquít, tuí quaſi grex detonſarum? Aduertís quales oues íſtæ ſint quæ poſſunt quídem detonderí, ſed dentes earũ non poſſunt conterí? Occídí poſſunt, & flectí nequeunt. Imo ípſí perſecutores ínfregerunt ſuos, & ín uíncults doctrínæ ſermoníbꝰ emollítos quaſi dentibus manſos, ínfidelíum traiecerunt unítatem. Petro dictum eſt. Macta & mãduca. Et Moyſi dentes nõ ſunt motí. Dentes ením eorum arma & ſagíttæ. Arma ſpũalía potentía domíní ad debellandas munítíones. An non quidẽ eccleſiæ dentes, de quíbus dícit apoſtolus: Intret ínfidelís aut ídíota, díjudícatur ab omnibus, conuíncítur ab omnibus, occulta cordís eíus manífeſta fíunt, & ſic cadẽs ín facíem adorabít deum, pronũcíans quía uerè ín uobís ſit deus. Nolíte fratres íſtorũ uererí morſus dentíum, non ſunt caníní, ſed ouíní. Detonſarũ eñ grege conferuntur. In canibus non dílaceratío, ſed latratus cõmendatur. Canes mutí (dícit Eſaías) nõ ualẽtes latrare, canes ímpudẽtíſſímí, neſcíentes ſaturítatem. Ac ſí quíbuſdã exprobret, q; ín altero ſe canũ officío exuant, ín altero ſe canes exhíbeant, latrare non ualentes, & non deſínẽtes lacerare. Tales ſunt quí ínuícem mordent & comedũt, & conſumũtur abínuícem. Vtínam hucuſq; ſufficíat ut ínuícem mordeant & comedant, nec tentent ípſos detonſarum lacerare dentes. Ipſí doctores eccleſiæ & præpoſítí nónne tíbí uídentur dentes quídam, quí redargutíonís beneuolæ uelut morſibus ſubiectos conuíncunt, díjudícant, manífeſtant, & ad meliorem emollíũt ſtatum? Q. ſí tu prædurus es, & emollírí non potes, quíd remordere paras? An non remordes, quí uel ín occulto detrahís, uel palàm contradícís? Quíd dentẽ contra dentẽ paras, dentem ímprobum contra dentẽ píum? Mordere potes, ſed cõſumere nõ potes. Dentes eñ ſunt, & durí ſunt & firmí, & detrahẽtes nõ metuunt: memores ſe cum propheta ínter ſcorpíones & ínCredulos cõmorarí, & ſícut oues míſſos ínter lupos, ut ípſos lupos ín oues rationabílí tolerantía & exhortatíone cõmutent. Et bene detonſarũ dícũtur, q; íllorũ nõ ſint morſus fugiendí, quí bonorũ operũ exempla ſícut uellera quædam ſubíectís míníſtrant. Non tamen uſus dentíum ín alíenís tantũ remordẽdís & cõuincẽdís erroríbus æſtímatur. Eſt & potíor quídam eoꝝ uſus. Sí quí ídonei ſunt ſolídũ cælectís edulíꝰ mandere panẽ, & ſublímíoris doctrínæ ſecretos díjudícare & díſſerere íntellectus, quíbꝰ non ſam lacte opus eſt, ſed ſolído cíbo, ípſumq; quodammodo attenuare & ínfirmare poſſunt, & quodam tẽperamẽto díſpenſatíonís uel ſobríũ reddere: quí ad ſolídũ per ſe ínſuſficíentes erant, ſed tantũmodo lactís partícípes. Quodam ením ſolídíoris ínſtrumentí ad mandendũ utuntur mínísterío quí exercítatos habent ſenſus ad díſcretíonẽ boní & malí, ímo etíam boní & boní, non tantũ íudícantes ínter noctem & díem, ſed oẽm íudícantes díem. Et íure de lauacro aſcendere dícít, ut mundando cordí ſtudíoſos probet, eo q; mũdís corde díuína ſit repromíſſa cognítío. Vídes quomodo lotos & írreprehenſibíles eſſe oportet eos quí alíoꝝ exceſſus debent remordere & corrípere? Quomodo lotos & mundos corde quí díuíní ſermonís díſpenſare debent alímoníam, & arcanos ſecretíoris uerbí díſcutere ſenſus, ſapientíæ íntíma rímarí, & ruminare ín ſanctas? Dentes tuí quaſi grex detonſarũ. G

Quare ergo quaſi grex? Vtíq; q; ſeſe non ímpugnent, & aduerſentur ſibí, ſed ín ſímplícítate & unítate ſenſus ſuí concínunt & concordant eccleſiæ dentes. Quaſi grex detonſarũ quæ aſcenderunt de lauacro. Veterem ením deponentes hominẽ, & onere ſuperuacuo leuatí ac lotí, alacríus ad ſuperíora cõſcendunt. Síquidem ípſí pílí ueteres onerí íam eſſe íncípiunt cum prímo, noua uellera germínant, cum hyems tranſíit, cum ímber abíit & receſſit. Ideoq; ſi ueterí & ſuperuacuo leuíum & ínanium rerum uellere te ínuolui adhuc neceſſarium ducís, nõdum tíbí hyemalía congelatæ mentís frígora tranſierunt. Bene ením detonſí & de lauacro aſcendunt, quaſi níhíl ueteris uel ſarcínæ uel ſordís haben

Prouer.3.
Hebr.11.
Roma.8.
Hebre.2.
Philip.3.
Hebr.12.
Canti.4.
Pſal.43.
Canti.4.
Actu.10.
Pſal.56.
1.Cor.14.
Eſaiæ.56.
Ezec.2.
Matt.10.
Canti. 4.

tes. Attendis quòd non tibi sufficit detonderi, non sufficit exonerari, nō sufficit lotum & nouum fieri, nisi statim
Gala.6. ascendas, & spiritu incedas, qui renouaris in spū. Si spiritu, inquit, uiuimus, spiritu & ambulemus. Tu igit si ascendere disponis, ascende semper de lauacro, semper nouus
Psal.6. & mundus. Laua per singulas noctes lectum tuum lachrymis. Aut si te peccatum non quasi nox inuoluit, sed sicut nubes præteruolat, tu tamen lauare per singulas noctes, etiam leuium uestigia delictorum lachrymis dele. Hic em in cōualle lachrymarum locus est lauacri. Quid est quòd sordes congestas, & peccati purgamēta, futuri reseruas lauacro seculi? Quid scis si non erit illic cōflatorium magis quàm lauacrum? Nam quæ hic facile poterant abluí, ibi non tam misericorditer quàm in spiritu iudicij & ardoris purgantur. Et felix qui de seculo non quasi de scœno, sed quasi de lauacro ascendit, non habens necesse ut aliquid in se lauet, sed est mundus totus. Iste planè dignus habetur dealbatis dentibus id est animæ sensibus panem angelorum manducare, non iam panem doloris, sed panem qui lætificat cor hominis. Illum utiq; panem quem signi-
Psal.16. ficauit propheta dicens. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Sic enim illa nos gloria dum apparet pascit, reficit dum reuelatur, huius siquidem gloriæ reuelatio plena qd est nisi sapiētia uera? Quæ nos ad seipsam edendū inuitās, non aliàs à nobis manditur, nisi cum illam meditamur, uelut uitales puræ mentis delicias, & indeficientem refectionē. Hic ergo purgatos & exercitatos animi sensus habeamus, non iam ad discretionem boni & mali, sed tantum ad perceptionem tanti boni. Actitemus hic crebro quod ibi cōtinue agemus, præoccupemus frequenter in quo inde sinenter occupandi erimus. Summum nobis hic negociū sit, quod solum ibi erit. Contemplatio nanq; sapientiæ, æterna refectio est. Nihil omnino spiritualib⁹ animæ dentibus dulcius ruminatur, quàm ille panis uiuus qui patrí
Ioan.17. ait: Hæc est uita æterna, ut cognoscant te uerum deum, & quem misisti Iesum Christum: qui uiuit & regnat de⁹ per omnia secula seculorum. Amen.

¶Sermo. XXIIII. A

AVdistis p̄cedenti commendatos sermone sponsæ dentes. Iure quidē, q̄ nō exigua sit pulchritudinis ratio in dentib⁹ posita, si candidi sunt, si æqualiter cōserti. Nec tantum aptitudo, sed & utilitas in dentibus placet. Quid enim? Ioannes in apocalypsi inuolutum quod sibi ab angelo porrectū est quo modo comederet uolumen, sine idoneis ad talem cibum dentibus? Durus uidebatur cibus liber integer, & ideò dentib⁹ opus erat qui illū cominuerēt integrum, & emolirent durum, ut leuius deglutiri posset. Et bonus planè dens intelligentia exercitata, intelligētia spiritualis, quæ omnia dijudicat, omnia discutit, omnia rumínat & scrutatur, etiam profunda dei: quæ etiam ipsam inuoluti libri medullam mandit, & intima sapientiæ comedit, uiscera.
Eccle.4. Stultus (sicut scriptum est) complicat manus suas, & comedit uiscera sua. Cibus iste cruentus, cibus carnalis est, cibus qui perit, imo qui perimit. Quàm dulcius & utilius uiscera sapientiæ comeduntur, & sacri uerbi arcana? Non potest cruentis attingi dentib⁹, sed lotis & candidis, quia candor est ipsa lucis æternæ: & ipsius sponsi dentes lacte candidiores dicuntur: propterea tales in sponsa commendat qui suis sint similes. Dentes tui sicut grex detonsarū quæ ascendeunt de lauacro. Non modo lotos, sed liberos oportet mentis, sensus habere si quis illos ad diuini
Canti.4. uerbi scrutinium parat. B Omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est in eis. Sterilitas reputatur si uel uno fueris fœtu contentus. Si potuisti ad sacratū aliquem in scripturis intellectum pertingere, unum iam peperisti fœtū. Bonus profectus & ingens, sed insufficiens sacrato sensui si affectus non respondeat. Sterilis est intelligentia quam non coeua & germana comitatur deuotio. Vbique tibi in scripturis spargitur quasi semen quoddam, unde gemellum hunc possis fœtum concipere. Non tātum subtilia, sed & suauia ibi sunt omnia. Et præceptum dñi lucidum est, & ignitum eloquium. Sterile est in te uerbū dei,
Psal.18. ex qua parte horum alterutrū non operatur. Si per intelligentiam uides, sed gelido adhuc riges affectu, nónne sterilis & inefficax reputatur in te uerbi dei uirtus ignea? Denique etsi ad ignem spectat ut illuminet, multo amplius ut succendat. Verbum (inquit dñs) quod egreditur de ore
Esaie.55 meo, non reuertetur ad me uacuum, sed faciet & prospera bitur in his ad quæ misi illud. Ad quæ? Habes in euangelio. Ignem ueni mittere in terrā, & quid uolo nisi ut succē-
Luce.12. datur? Semen est uerbum dei, & in eo (sicut apud Iob le-
Iob.38. gis) & lux & æstus spargitur super terrā. Sed nescio quo pacto lux amplius germinauit, & dilexerunt hoīes magis lucem quàm feruorem, nisi quòd ipsi magis sibi de luce placent, qui idipsum quod lucet nō amplectuntur. An non tibi uidetur perdidisse aut dedicisse naturā ignis, nō succēdens. Cum audis aliquem quasi gloriantē & dicentē, non me illæ scripturæ sacræ sermo ædificat, quid aliud uidetur tibi dicere, quàm perdidit in me efficaciā uerbū ignitum, non me succendit, non inflammat, non exercet in me uim genitalē? Sterilitatē suā impurat uerbo, quod quātum in se est crescit & fructificat. Quàm gloriosa frater iactātia q̄ non te sermo diuinus ædificat, qui ista loqueris? Forsitan euersa & euulsa nondum sunt uetera, ideò noua superædificari non ualent, non germinare, non gigni. Felix in quo amoris mūdani deficcatus est humor, & uigor deficit: in eo facile igniti uerbi uis operatur. Verbū dei, & lucet, & ardet. Neutra in te uirtute priuetur, sed geminum de isto semine cōcipe fœtū. Sterilis reputatur uterus qui istis fœtibus nō grauidatur. In Christo Iesu neq; circuncisio ali-
Gala.5. quid ualet neq; præpuciū, sed fides quæ per dilectionem operat. Bonus planè fœtus dilectio, quia charitas in fructibus spiritus cōnumeratur. Deniq; uelut gemelli fœtus gemina charitas. Diliges dñm deum tuū ex toto corde tuo,
Matt.22. & ex tota anima tua, & ex tota mēte tua. Hoc est maximū & primum mandatum. Secundum simile est huic, diliges proximum tuum sicut teipsum. Illud primum, istud secundum: utrunq; maximum, quia istud simile illi. Boni & sufficientes isti fœtus gemelli, quia in his tota lex pendet &
1.Tim.1. prophetæ. Deniq; & finis præcepti charitas, quæ etiā alibi uinculū perfectionis dicitur. C Et congrue de cocci-
Col.3. neo uinculo sequit de quo in laude labiorū spōsæ assumpta est similitudo. Sicut uitta coccinea labia tua. Ea em̄ la-
Canti.4. bia ligant & rutilāt, quæ de tali uentris fructu loquūtur. Concepta in corde charitas, quasi ignis flammigerās coccineo colore labia inficit per quæ erumpit. Calor de excelso missus in corde germanum labijs præstat colorē. Quid enim aliud sibi uult quòd coccinea dicūtur, nisi q̄ in hoc flammea demonstrantur, eo q̄ coccus igneo rubet colore? Labia hæc non iam altaris carbonibus purgari indigent, & exteriori igne aduri. Ipsa enim de interiori flamma iam flammea sunt, & conceptum uisceribus ignem de excelso alijs seminant. Salutarem utiq; dissemínant scientiam, legem igneam, quam dominus uenit in terram mittere. Bene coccinea labia quæ hunc ignem non solum in terram, sed & in cælum mittunt. Deniq; & ipsum dominum cæli succendunt. Ideò coccinea commendat labia, q̄ illi coccinea sunt, q̄ illi calentia uidentur, quòd illa flammea sentit, & in mutuam amplius succendunt charitatem. Mira res, ignis ipse est, & nostris tamen inardescit
Ephe.6. scintillis. Quidnī? Et gladius est uerbum dei, & tamē uul-
Canti.4. neratur. Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, uulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum. Ita & ignis est, & tamen inflammatur. Vulneratur oculo, labio inflammatur: etiam & ligatur, ideò uittæ comparatur. Sed charitas uulnus est, charitas uitta est, charitas coccus est. Vides quàm acuta, quàm tenax, quàm ignea est charitas? Talibus in orando utere labijs, tanaci uelut uitta uinculo memoriæ cordi tuo dilectum astringe, agglutina, succende illum: succenso affectu quàm dulce sit dicat & alludat tibi: Ignitum eloquium tuum uehementer, & sponsus

tuus

tuus diligit illud. Osculare me osculo oris tui, quia pulchra sunt labia tua sicut uitta coccinea. Osculandi siquidē desiderium labiorum innuit commēdatio. Labia tua suis desiderat imprimi, ut fiat os unum, & labium unum: & post impressionem dicat tibi: Hoc nunc os ex ore meo, & labiū de labio meo. Diffusa est gratia in labijs eius: in tua se refundit, & de cocco suo tua sunt effecta coccinea. Bona impressio, quæ tantam exprimit gratiam in labijs sponsæ. D Memineris tamen non me nunc labia significare carnalia, sed spiritualia, sed interiora, sed illa de quibus apo-
Ephe. 5. stolus loquitur: Cantantes & psallentes in cordibus uestris domino. Si sponsa es, in hoc unū debent esse constricta, debent esse succensa labia tua, ut dilecto tuo supplicēt, ut confabulentur cum illo, ut illi canant, & dicas cum pro-
Psal. 70. pheta: Exultabunt labia mea cum cantauero tibi. In tam sancta confabulatione nil sit in labijs tuis fluidum, & quasi uitta sunt, nil frigidum, & habes illa coccinea. Quis mihi det Iesu bone talia habere labia in conferendis tecum sermonibus, tam prompta, tam exerta, tam succensa, succensa & exultantia ut tantum tibi cantent, & de te cātent? Talia sint utinam labia mea, quæ subtili quodā ductu & succenso affectu indiruptæ meditationis, funiculi coccinei specimen exprimant. Huiusmodi labium in sponsa Christus commendat, non tantum in oratione, sed etiam in exhortatione, ut potens sit exhortari in doctrina sana. Quæ enim se labia in eius alloquio astringunt, iure quidem salutarem diffundunt & disseminant scientiam. Si dulci & feruida utantur oratione, ut audientium corda excitent: coccinea sunt, quia inflammatiua. Si uerò simul exhortentur & doceant, & ea doceant quæ sanam deceant doctrinam, quæ regulis concinant fidei: iam quasi uitta sunt, & non solum salutarem, sed etiam indissolubilem disseminat scientiam. Quid enim tam sibi cohærens, tam tenax, tam insolubili contextum nodo, quàm ratio fidei? Talia Pau-
1. Tim. 4. lus discipulum informabat dicens: Attende exhortationi & doctrinæ. Sed & in sermone communi, ubi fidei non tractantur mysteria, etiam sic uittæ coccineæ labia tua cōferuntur, si fuerit sermo tuus subtili mensura districtus & discretus & parcus, & grato uerecundiæ rubore coloratus, si crucis Christi eo frequenter, quo libenter mentionem usurpet. E O beata hæc labia, Christi & osculo & alloquio uerè digna, labia tam syncera & tam succensa. In fide syncera, & in amore succensa. Succēsio ista de intimis & de summis est, nil habens de infimis. Nam est succensio
Iacob. 3. quædam de inferius erumpens. Iacobus ait: Lingua modicum membrum inflammant rotam natiuitatis nostræ, inflammata & ipsa à gehenna. Quomodo potest bene inflammare lingua tam pessime inflammata? Vitiatæ natiuitatis mobilis corruptela per se nimis rotatur ad malum, & uolubilitate propria fertur in præceps. Et quid necesse est inflammare rotam hanc quæ firmari nō potest, sed per
Gene. 8. se fertur in malum? Denique diligenter appositum est cor hominis in malum ab adolescentia sua. A prima natiuitate impulsa nescit cursum inflectere, & tu illam lingua praua impellis amplius & inflammas? Lingua praua iracundiæ & indignationis occasiones requirit, iniurias uel falsas simulat uel ueras exaggerat, quas debuerat dissimulare ad offensam officia etiam interpretatur, & uenenati sermonis scintillas adhibet ad commouendum cor suum. Quid lingua nequam cordi tuo talem adhibes flammam? Sufficiat illi flamma sua, sufficiat illi cōcupiscentiæ ardor carnalis, & leuitatis calor innatæ, quibus cor tuū aci uolubilis rota impellitur. Hanc tibi flammam natiuitas prima ingenuit, sed renascendi gratia restringit. Noli ignem igni adhibere, & concupiscentiæ addere malitiam. Ignem
Luc. 3. hunc quem euomis, hauris de gehenna. Inde incipit, & illò rapit. Lingua, inquit, inflammata à gehenna. Lingua hæc mala coccinea est, sed uitta non est. Non enim ligat, sed dissipat. Male succendit quia succidit unita, quia discidijs uerba scintillat: & flamma talis de inferis est. Nam flamma quæ désursum est, pudica est, pacifica est, bonis cōsentiens, & bonos faciens. Verbum enim dulce & multiplicat amicos, & mitigat inimicos. Quasi flammam flamma consumit, inferiorem superior, infernalem cælestis, dum sapiens & suaue uerbum uincit malignum, & dulce durū emollit: & ideò dicit: Sicut uitta coccinea labia tua, & elo- Cant. 4.
quium tuum dulce. Non enim decent sponsam nisi uerba dulcia, uerba amoris, uerba quæ delicati funiculi uice fungantur, uerba quæ sponsum irretiant & trahant uinculis charitatis. Felix anima, quæ huius nouit dulcium uerborum nectere rhetia: quibus Iesum illaqueet, alliget uerbū patris, animi affectibus uel affatibus Christum includat, amatorio detineat sermone & delectet, ut eius eloquium dulce sit ei qui habet uerba uitæ æternæ, & est uerbū æternum, quod cū patre & spiritusancto uiuit & regnat deus per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Sermo. XXV. A

QVàm suaues sunt putas sponsæ genæ, quæ mandi possunt, quæ salubris fructus obtinent gratiam. Et reuera etiā corporales genas alicuius ita grata uideas uenustate refertas, ut ipsa exterior facies intuētium animos reficere possit, & de interiori quam innuit cibare gratia. Venustas uultus mentem interpretatur, & internos affectus facies loquitur. Videa quàm consequenter post candidos dentes & coccinea labia, genarum inducitur mētio. Genæ satis germanæ sunt labijs, & ipsis tacentibus quodam uisibili uerbo mentis arcana demonstrant. Genæ ipsæ uocis usum habent, & oris aut supplent officium, aut amplius exornant. Quantumuis fuerit dulcis & feruidus sermo, omnem eius gratiam procax uultus exasperat, & leuitate sua eloquij grauitatem imminuit. Ideò de genis sequitur, quòd earum modesta maturitas coccinei labij accumulet gratiam. Denique quandam earum maturitatē tacite uidetur innuere, quæ fructui cōparauit. In fructibus enim semper grata maturitas. Et in præcedentibus genas eius descripsit ut turtu-
ris, eo quòd nihil lasciuum, nihil leue, nihil petulans in eius appareat uultu, sed desideriorum æstus gens dulci grauitate deijciat. Affectus anxij uultum lasciuire non sinunt, & amatoriæ meditationes omnem à genis leuitatem ablegāt. Turtur siquidem auis solitaria est, auis gemebunda. Talem uult Paulus uirginem esse, ut solicita sit quomodo placeat deo, quæ dicere soleat: Sitiuit anima ad deum 1. Cor. 7.
fontem uiuum, quando ueniam & apparebo ante faciem Psal. 41.
dñi? An non tibi uidetur uox hic esse gemētis? Gemitus tuus dulcis, quem genuit amor. Quomodo non graues & maturæ genæ quas gemebundus informat affectus? Gemitus isti non tantum gemitus sed refectionis gratiam tenent. Cibabis, inquit, nos pane lachrymarum. Et in præ- Psal. 79.
senti malopunico sponsi genas assimilat, eo quòd solicitus & amatorius affectus cognata quadam maturitate & uultum uestiat, & cibet intuentes. Relucēs enim in facie mentis gratia, uidentes quasi reficit, & suam in alios transfundit passionem. Non possum non dulciter moueri, dum talem penes me uultum depingo: & amatoriæ genæ in me similem gignunt affectum, dum cogitant, quanto magis dū uident? Nā expressior uisio quàm cogitat? Pulchræ oīno genæ in quibus tāta uenustas eminet, quas grata cōmendat humilitas nil in se altū habentes, nil rigidum, sed quæ sunt ad modestæ humilitatis cōpositionē quodā disciplinæ exercitio infractæ. B Sicut fragmē, inquit, malipu- Cant. 4.
nici, sic genæ tuæ. An nō tibi quasi fractas habuisse genas uidetur ille qui eas dedit percutientibus, dedit uellenti- Esaiæ. 50.
bus, & non auertit à cōspuentibus? Bona quidem hæc fractio per quam interior cœpit uirtus eminere, & quæ intra carnis corticem concludebatur erumpere gratia. Quasi cōfracta uidetur tanta dignitas ad passionis immanis se ipsam iniurias: sed per hæc fragmēta salutis se nobis uberas effudit. Et tu si adimpleas ea q̄ desunt passionum Xp̄i

in carne tua, si portes stigmata Xpi Iesu in corpore tuo: iam tibi dicit Xps: Quia sicut fragmen malipunici, sic genæ tuæ sic confractæ sunt & quasi crucifixæ genæ tuæ, si quadam edomitæ & excultæ disciplina, nónne tibi uidentur uelut fragmina cuiusdam boni fructus? Et in cõsequẽtibus ad spõsum dicitur: Quia genæ eius sicut areolæ aromatum, eo q exaratæ sunt & cultæ & compositæ aromatibus consuendis. Sic & hic sponsæ genas sicut fragmen malipunici esse dicit. Et bona confractio per quam non mors ingreditur, sed spiritualis fructus specimen elucet. Bonæ ergo genæ quæ per humilitatem ita cõfractæ sunt, ut fructus interni non perdant, sed magis prodant gratiã. Deniq; & ipsa malapunica gratã modesti uultus uerecundiam, corticis rubei colore designant. Optimum planè in Christi sponsa decoramentum uerecundia. Verecundia quasi aurora quædam, omnium actuũ colorat principia, & uirgineo uirtutes reliquas uenustat pudore. Verecundia bona sua non petulanter iactat, sed parce eloquii contenta tenuiter innuisse, & cum urget necessitas. Iesu bone quanta ubiq; uerecundia in sermonibus tuis, quàm proprijs parcus in laudibus, quas poteras sufficienter loqui tam sine humilitatis iactura, quàm sine dãno ueritatis. Et cum propria exprimeretur, tamen nomen suppressit. Poterat plenius loqui, sed ipse ad sponsæ exemplum modesti pudoris colorem assumpsit. Non hanc modo prædico uerecundiam quæ corporali rubore solet ora suffundere, sed eam quæ totius conuersationis uenustat faciem. Nam sicut corporis, ita & conuersationis genæ sunt quædam, in quibus nihil est eo colore gratius, si operum omniũ habitus humilitatem redoleat, si plus occultet in corde, quàm ostendat in facie. Deniq; & hic dicit. Sicut fragmen malipunici, sic genæ tuæ, absq; occultis tuis. Bonæ genæ, quæ sicut nihil habent simulatũ, ita multum habẽt occultatũ: quæ sicut nihil fingunt, sic nec totum effundunt: quæ minus prætendũt in specie, quàm tenẽt in uirtute. ¶ Pos sunt hæc ad interiores animæ genas referri, quæ in conscientiæ facie sunt, ubi nõ homo sed deus uidet. Habet cuiusq; conscientia quandam propriam faciem. Eius genæ uerecũdo humilitatis rubent colore, si penes se opera non iactet, non magnificet merita, non illa eximia putet, sed tã exigua pudeat. Quis enim gloriabitur castum se habere cor? Si accepit, quomodo gloriabitur quasi non acceperit? Et tamen ipsa quæ accepit dona, quis intelligit? Nam si delicta non intelligit, quanto minus donа? Dona désursum sunt, descendunt à patre luminũ. Quæ uerò dei sunt, nemo nouit nisi spiritus dei. Ideò si cui deus per spiritum suum reuelat, nõ tam ipse nouit quàm spiritus dei in illo.

2.Cor.2. Nos (inquit Paulus) accepimus spiritum qui ex deo est, ut sciamus quæ à deo donata sunt nobis. Nunquid omnia? Aut si omnia scire potuit, nunquid oĩno? Ne unum quidem (ut arbitror) ex integro: & si in flagello non potuit intelligere donum. Vtiliter ipsa sibi conscientia absconditur in parte, & ipse proficiendi amor nimius, incrementa sui profectus ignorat. Deniq; non ipsa uirtutũ uelut pomorum integritas, sed tñ fragmina in genis sponsæ eminere dicuntur: quia quod in genis est, in euidenti est.

Psal.138. Et si nouit quis ueram in se uirtutis alicuius gratiam, nunquid constantiam, nunquid perseuerantiam? Non est, inquit, occultatum os meum à te quod feci sti in occulto. Et si mihi occultũ est, non tamen tibi. Spiritus enim tuus omnia scrutatur, etiam occulta mea. Vtinã talia in me occulta multa habeam cognita tibi Iesu bone, & condita in thesauris tuis. Periculosa repositio istorum mea scientia: ideò tuæ magis tuto illa committo. Sed non ego tam illa committo tibi, quàm tu non committis mihi. Penes te adhuc tutius foues quod feci sti in occulto. Nec sponsæ perfectio

Canti.6. tanta sinitur ipsi patere, & prodire in genas. Sic, inquit, genæ tuæ absq; occultis tuis. Sunt quædam occulta tempore congruo producenda in lucem, & in facie collocanda. Interim latent in semine, tempore suo plenam acceptura speciem. Nunc igitur sponsa es, sed nondum apparet quid eris. Quis putas similis mei cum apparuero? Et nunc similitudinem tenes in parte, quia ex parte cognoscis. Reuela 2.Cor.3.
ta facie iam gloriam meã specularis, sed tamen adhuc trãsformaris à claritate in claritatẽ. Dum transformaris, nondum integre tenes. Transformari proficere est, non esse perfectum. Perfectum autem tuum nondũ tui sed iam oculi mei uident: penes me iam es, qualis futura es. Iam in libro descripta es uitæ, & in manibus depinxi te. Facies tua coram me semper, coram me fulget quæ in te nunc est obfuscata. Iam dragmam imaginis meæ in te inueni, sed adhuc quadam squalet rubigine, & occultatur species eius. Iam fides tuis rubet in genis, & uitæ colorẽ infundit, sed adhuc fidei res est in occulto. Ideò sicut fragmen malipunici, sic genæ tuæ absq; occultis tuis. Grata satis fidei facies, sed de occultis tuis mihi commendabilior appares. Patientiæ uirtus in euidenti & quasi in genis tuis satis iam placet, sed ego de posteriore te magis æstimo gloria.
Et reuera fratres, non sunt condignæ non dico passiones, Roma.8.
sed & ipsa patientia huius temporis, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Cuius iam quædam in nobis iacta sunt semina, quæ occulta operatione seipsa ad maturitatem perducunt, & ad perfecti fructus substantiã. Substantia hæc per quandam seminalem gratiam nunc occultatur in nobis. Substantia mea, inquit, in inferioribus terræ. D Vides ubi occultatam eam dicit. In inferioribus Psal.138.
terræ. Feliciter cum eo agitur q non in infimis. Ego quædam terræ superiora accipio, quædam inferiora, quædam infima. Superiora sunt ipsa corporis humani natura. Inferiora ipsius naturæ corruptela. Infima quædam iniquitas & culpa de corruptela procedens, & ipsam magis corrumpens. Ideò non dicit substantiam suam in infimis, quòd nullum habeat spiritualis gratia (quæ summa prophetæ substantia) cum iniquitate commercium. Sed in inferioribus terræ substãtia mea, eo q medicinaliter gratia spiritus in infirmitate carnis sit occultata, & quasi fermentum abscondita sanans & operãs donec absorbeatur mortalitas à uita. Nam non debet massa fermentum corrumpere, sed magis à fermento in similem conuerti saporem. Sed
& alibi idem dicit, substantia mea apud te est. Ergo & in Psal.38.
inferioribus terræ eius substantia est, & apud dominum. Distantibus est in locis abscondita, in superioribus cæli, & in inferioribus terræ: in æternitate, & in infirmitate. Ibi per prudentiam, hic per inoperantem gratiam. Et bona gratia quæ sic uirtutum profectus operatur, ut quendam perfectionis saporem nobis uicissim aspiret, & eructet abscondita ab origine mundi, abscondita mundo, abscondita in deo, ubi uita nostra abscondita est cum Christo.
Et uerè magna multitudo dulcedinis tuæ dominæ quam Psal.30.
abscondisti, sed timentibus te, non amantibus. Ideò nec sponsæ fortè hæc furtiua dulcedo. Illa ipsa occulta sunt sponsæ de quibus dicit: Ita genæ tuæ absq; occultis tuis. Ideò non propter illam tantum hæc uox facta est, sed propter circumstantes, magis uerò propter longe stantes, & propter resistentes, propter illos qui se timide retrahunt à sancta conuersatione, & propter illos qui inuidè detrahunt. Quorum alij uitam secretam, uitam sanctorum, uacuam putant & sine honore. Alij quidem etsi nõ uacuam, tamen totum eius excursum cum summo horrore. Nam exitum sine honore suspicari non audent. Alij uanam, alij amaram regionem putant. Illi non uenerantur, & isti uerentur accedere: ideò de occultis sponsæ curauit tenuiter innuere, quasi ex obliquo illos tangens, & istos trahens,
dum sic latenter de intimis eius admonuit delicijs. Sic, in- Canti.6.
quit, genæ tuæ absq; occultis tuis. Ac si dicat. Si cognouissent & alij quibus absconditis adimpletus est uenter ô sponsa quàm facile omnia detrimentum facerent ut illa lucrarentur, quàm libenter & bona perderent & mala perferrent, ut absconditæ dulcedinis participes efficerentur. Nunc autem abscondita est ab oculis eorum: quæ sanctis animabus in occulto per uices alludit. Grata tamen uicissitudo, quæ multorũ molestias mitigat temporum.

Nec exiles

Nec exsles delicíæ, quæ ín futura tēpora abundāt. Quíd egestatē ín illa ueremíni? Delicíæ in occultis eius, & abū-
Canti. 4. dantes delicíæ. Abundantía enim ín turribus tuis ô ſponſa. Denicꝫ ſicut turris Dauid collum tuum: etſi latent delicíæ, ſed uirtus eminet. Quomodo non eminens turris collata? Sed differamus hunc ín craſtínum ſermonem. Dicturi de hac turre quod ipſi Dauid dederit actor eius & tutor Ieſus Chriſtus, qui uiuit & regnat per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

¶ *Sermo.* XXVI. A

Am fortia ad ſponſam & de ſpōſa loquitur (nā delicata ín ſuperioribus) ubí ſic ait: Collū tuū
Canti. 1. ſicut monilía & ſimíle quíd habes ín pſalmo,
Pſal. 29. Dñs decorem índuit, índuit fortitudínē. Bona hæc índumenta, quorum unum ornat, alterum armat. Primum illud poſuit quod magís proprium ſponſæ uídetur. Nunc ſe ad eius quandam fortitudínem cōuertit. Virtus fortitudínis tanto ín ſponſa precioſior, quanto rarior. Ra-
Proue. 13. ra planè: Mulierem enim fortem quis ínueníet? Et ſi poteſt, tu tñ Ieſu bone, non tam ínuenís quæ talis ſit. quàm præuenís ut ſit. Non ſeipſam hæc turris ædificat, ſed ipſe ſine quo ín uanum laborāt ædificantes. Et uide quàm fortem uelit íntelligi, quam turri Dauíd aſſímilat. Sicut turris, inquít, Dauíd collum tuum. Noli ín hoc collo ínflexibilitatem & duritíam accípere. Hæc enim non poſſunt ad laudem reflecti, ſed ad maledictionis ſentētiam prouocāt.
Geñ. 49. Maledictus, ínquít, furor eorum, quia pertínax: & obſti-
Eſaie. 48 natio, quía dura. Neruus, inquít, ferreus ceruix tua. Ad condemnationem íntorta ſunt iſta, non ad commendationem prolata. Rígida peruícacitas ſolet libertatem mentíri, quam ín his uerbís accípio. Sicut turris Dauíd collum tuum. Libera planè ceruix, & ſeruílis conditionis ígnara, tam erecta, tam munita ut turris Dauíd. Non puto ꝙ alíquo abiectæ ſeruitutis íugo collum iſtud atteratur. Grauе íugum ſuper filíos Adā à díe natiuitatis eorum. Sed
Eccl. 40. hæc íam non uídetur de filíabus Adam. Iam ueterem natiuitatem regenerationis nouitate mutauit, carnalem neſciens Adam ex quo tranſiuit ad Chriſtum, ex quo ſecundo adhæſit, unus ſpíritus effectus cū illo. Ideò líbera, quoníam ubí ſpíritus dominí, ibí líbertas, qua nos Chriſtus líberauit, líbertas data, non ínnata. Nam à natiuitate eorum graue íugum ſuper filíos Adā. Verè graue, quòd mulíerem illam euangelícam annís decem & octo íncuruauerat, ne ſíneret ſurſum reſpícere. Multū diſſímilem ab iſta, quæ ceruícem ín turris modum ſuſtulit ín cælum. Graue planè íugum quod totum humanum genus ín hac íncliнata muliere excutere non poterat nec deponere, & nō deſinebat ab onere, & íníquitatem addere ſuper íníquitatē, & ínfirmitatem ſuper ínfirmitatem, & utranꝫ ſuper alteram, fœcunda ſatís, ſed ínfelící nímis fructificatione. B Vís audíre apponentem íugum ſuper íugum? Audí qualí ſe excuſatione unus de ínuitatis ab euangelica ſubduxe
Luce. 14. rít cœna. Iuga boum emí quínꝫ. O ſtolída anima, anima tam ínualída ceruíce, & attríto collo, unum illud portas, quod tibí corrupta ímpoſuit natiuitas, & plura cōparas. Non índiges emere quod gratís ínnaſcitur. Alía adíícis emere, & ad hoc quo opprímeris, collum eximere nō potes. Iuga, ínquís, boum emí quínꝫ: & unum hoc tam graue, tam generale gratis excutere non potes? Nec tibí tamen precium ſuppetít unde te redímas. Neſcís quàm grauí íugo teneris? Niſi ſanguíne Chriſtí auferrí non ualet. Abundas ut plura emas, non abundas ut ab iſto te redímas? O míſere díuitiæ tuæ, ſatís es locuples non ut mitíges, ſed ut multíplices uíncula collí tuí, & cōpedes aggraues. Sufficiat illud íugum graue quo opprímeris. Iugum hoc, ſi neſcis, quædam eſt delínquendí neceſſitas, & impoſſibílitas reſurgendi. Iugum hoc difficultas eſt ad bonum, & auídítas ad malum. Iugū hoc & íníquítas eſt qua reus teneris ad ſupplícium, & ínfirmitas, qua pronus ín uitíū traheris. Orígínalía tibí ſunt iſta, & de propagínis uítío, & tu adhuc uolūtaría accumulas onera? Curioſitate quín ꝙ ſenſuum dum exteríores íntendís ín ſpecíes, ínteríoris concupíſcentíæ flammam prouocas, quæ níſi ſanguíne Chriſtí extínguí non poteſt. Concupíſcentía cum ſola eſt, ſatís ínardeſcit: exterior uerò matería ſi accedít, ínſanit. Geminum íncommodum, naturæ corruptío & curioſitas quædam exterius eius írritamenta explorans. Duplicatū íncommodū, propríus ímpetus, & hoſtílís ímpulſus. Duplicatum íncommodum, flamma concupíſcentíæ, & flatus íncentoris. Iuga boum, ínquít, emí quínꝫ. Bene utíꝫ *Luce. 14.*
boum, ꝙ brutas mentes curioſitatís atterat labor. Iugum ſi optas, non habes neceſſe comparare. Tolle ſuper te íugum Chriſtí, íugum gratuítum, íugum gratum, gratū nō
graue. Iugum enim, ínquít, meum ſuaue eſt: & onus meū *Matt. 11.*
leue. Iugum hoc non eſt íugum boum, quía íugum rationale eſt, íugum non quod laborem ínfligat, ſed requíe cōparet. C Et uíde quomodo íugum hoc leue dícat. Nā illud ſuperíus graue, quod eſt ſuper filíos Adam à díe natiuitatís uſꝫ ad díem mortís eorum. Cuius putas mortis? Vtíꝫ eíus de qua habes. Mortuí eſtis, & uíta ueſtra ab- *Coll. 3.*
ſcondíta eſt cum Chriſto ín deo. Bona hæc mors, quæ uterem ſepellit natiuitatem, nouam índucit. Mors bona, quæ ſeruítutem abſorbet, generat líbertatem. Nam huíus natiuitatís líberí ſunt filíí. Bonus híc exítus uítæ, ut uetérem exuentes Adam, ſimul graue íugum abííciamus. Híc uítæ carnalís exítus, captíuitatís noſtræ íugum dirūpit, ultra grauare non poteſt, ſed computreſcit à facie oleí, ex quo cœpímus nomíne alío uocarí, & ínuocatum eſt ſuper nos nomen ſecundí Adam: cuíus ut oleum effuſum nomē *Canti. 1.*
eíus. Vís audíre utrunꝫ íugum hoc graue & dírumpí & putreſcere? Qui ꝓpíciatur omnibus íníquitatíbus tuís, *Pſal. 102.*
qui ſanat omnes ínfirmítates tuas. Iníquítas tota & ſemel dimíttitur, díruptum eſt íugū, ínfirmitas adhuc ſanatur, íugum computreſcit. Denicꝫ quod computreſcit, lēte deficit, non deſínit ſemel. Propoſitum uoluntatís præcídí quídem poteſt & quaſi dírumpí, ſed ínueterata paſſio nō tam decídítur quàm dediſcitur. Et quando operandæ ſalutís ímpoſſíbílitas aufertur per gratíam, tunc quaſi dírumpítur captíuitatís íugum. Sed quæ reſídet adhuc boní difficultas, dum paulatím ſanatur, eíus uídetur íugum computreſcere. Computreſcet, ínquít, ut quamuís non ſemel totum, tamen quandoꝫ putredíne conficiendum donet íntellígí. Quod computreſcit, utíꝫ corrumpítur. Quomodo non líber cuíus íugum uel ſemel dírumpítur, uel ſenſím corrumpítur? Et íugum & uínculum corruptum, utrunꝫ uſu ſuo príuatum uídetur. Nam nec grauíter premít, nec tenaciter ſtríngít. Felíx planè cuíus computruerunt uíncula ut nullí ſint uſuí, cuíus cōputruerunt & corruptæ ſunt catenæ à facie díeí. D Sed díces de collo ſponſæ ſermonem ínſtítueras: quíd nunc círca íugum ímorarís? Quíd de íugo ad collum? Vtínam níhíl. Nunc autem contrítío magna. Iugum enim ad quíd níſi ad collum? Sed non ad collum ſponſæ, quía íam ſoluta uíncula
collí eíus, íam neſcít ſeruítutís íugo contíneri. Sícut tur- *Canti. 3.*
rís, ínquít, Dauíd, ſic collum tuum. Exuberantíſſima per hoc monſtratur líbertas, & depreſſione ab omní líbera, non tamen nuda, ſed quæ habeat alíquíd fortítudínís admíxtum. In turre non ſolum erectío, ſed munímēti fortítudo attenditur à facie ínímící. Reſtítuta eſt quídem líbertas, ſed ſecurítas tibí nondum permíttítur. Captíuitatís contrítus eſt laqueus, hoſtís alíunde quærít ínnectere, íus perdídit, non depoſuít recuperandí ſpem, non peruícacíā ínfeſtandí. Líber effectus es, líbertatís tuende decætero tíbí íncumbit negocium. Collum amplexíbus ſponſæ dedítum, noli ne ín modíco quídem degeneí exponere íugo. Denicꝫ reuertentí filio pater obuíus procídít ſuper col- *Luce. 15.*
lum eíus. Pía ſarcína, & íugum dulce, quod tamen ſuſtínere nec ſentíre meruít, donec prímo ín ſe reuerſus ſeruílem conditionem dírupít, ſic regreſſus ad patrē. Erecta eſt ceruix tua, eſto fortis ſicut turris Dauíd: ut dícere poſſis: For- *Pſal. 58.*
títudínem meam ad te cuſtodíam. Ipſe enim Dauíd, ípſe Salomō Chriſtus ſcílícet deí uírtus, & deí ſapientía. Eíus

turris es, si non infime, non infirme sentias circa ipm. Sed si sublimitas uirtutis dei non ex teipsa quasi turris est, nō turris Dauid, sed magis aduersus Dauid, qui inflatus sensu carnis suæ extollit se aduersus scientiam dei. Sublime hoc collum: sed superborum & sublimium colla sapientia calcat, humilium exaltat Humilitas ipsa sumptus necessarios subministrat ad ædificationē euangelicæ turris. Nec
Matt. 11. uerendum est ne sponsæ sumptus desint, quos abundanter de spō si potest arca mutuari. Discite, inquit, à me, quia
Lucæ. 14. mitis sum & humilis corde. Nondum intelligis qua ratione sumptus humilitas præest in ædificationē turris. Qui se, inquit, humiliat, exaltabitur. Et bene de humilitate in præcedenti latenter est suggestum capitulo, ubi spōse occulta commemorat, eo q̄ humilitatis pulchra sit species, meritorum laudes occultare. Si ibi de humilitate, conuenienter de sublimitate istic annectit. Non potest abscōdi
Canti. 4. diu turris in humilitate fundata. Sicut turris Dauid collum tuum. E Vide priuilegium sponsæ. Apostolus Pe-
1. Petr. 2. trus hortat̄ nos coædificari in domos spirituales: hic uerō nō tm̄ in domū, sed etiam in turrim ædificatur. Paulus
Ephe. 2. in habitaculum dei coædificari nos optat: sed sponsa hoc nō cōtenta, etiam propugnacula adiungit, ut sublimis & securior sit habitatio. Fortē, & hæc una de illis turribus
Psal. 121. est de quibus dicitur: Fiat pax in uirtute tua, & abundantia in turribus tuis. Omnino conuenit ut in turre non desit libertas. Dura, quia duplicata necessitas, ubi foris obsidio, fames intrinsecus. Quid proficit clausos & munitos esse aditus omnes si intus sæuus hostis fames cuncta contristat? Mala fames fastidium. Clausæ sunt ianuæ exteriores, muniti aditus, sed per sensuum tuorū fenestras mors ingreditur, nec experientia indisciplinatorum sensuum
Esaiæ. 33. de exteriori materia mali incentiua admittit. Si proiscis auaritiam ex calumnia, si obturas aurem ne audias sanguinem, si claudis oculos ne uideas malum, iā clausus es, iam habitas in excelsis, & munimēta saxorum sublimitas tua. Nunquid satis est? Quid prodest tam munita sublimitas, si quæ intus sunt, famis & fastidiū uastat crudelis egestas? Quid prodest dura saxorum & inaccessa sublimitas, si nō ibi panis est, si non aquæ fideles sunt? Bona quidem protectio, si tamen non desit refectio. Bona sunt munimenta saxorum, si tamen talia sint de quorum possit duritia & mel & oleum elici. Et quidem ipsa obseruantiarum duritia, & petra disciplinæ, frequenter largos effundit riuos olei, & mentis faucibus dulcedinem deuotionis ministrat. ordi-
Psal. 121. nis quidam lapideus rigor. Deniq; sic habes: Fiat pax in uirtute tua, & abundantia in turribus tuis ô Hierusalem, sed abundantia diligentibus te. Alioquin qui non amat, etsi intus sit, esurit tamē. Quomodo autem egestas erit in hac spirituali turre, in turre Dauid, in collo spōsæ, in quo iugi commercio spiritus uitalis trahitur & refunditur, in quo uerbi sacri commeatus assiduus est, & uocalis spiritus discurrit? Quomodo fames in collo per quod abūdantia suauitatis eructatur, & uerbum bonum de cordis ubertate? Collum quoddam uidetur, commercium & quoddā glutinum & cordis cum ore, & corporis cum capite, utriusq; ad alterum. In collo uinculum est & uia. Quod aliud erit uinculum nisi charitas per quam capiti corpus cohæret Christo ecclesia? Quæ alia uia spiritus, nisi charitas? Hæc excellentior est uia, imo hæc est spiritus uadens & rediens, & ad suam recurrens originem, unde nascitur illò
Matt. 22. reuertens. Ab hac lex pendet & prophetæ. Ideò mille cly-
Prou. 30. pei pendent ex ea. Omnis enim sermo domini ignitus clypeus est, & propugnacula ipsa ad sermonem referuntur.
Canti. 8. F In sequentibus dicit. Si murus est, ædificemus super eum propugnacula argentea. Propugnacula de ipsa solent esse turris materia, & quasi de eodem cum ipsa corpore. Et uide quomodo charitas cōsubstantialia & sibi concorporalia propugnacula gestat. Vide quomodo innata sit charitati solicitudo quædā, prudentia quædam, & peruigil cautio ad declinandas uel depellendas infestatiōes & machinas hostiles. Habent propugnacula aliquid clausum, habent & apertum aliquid. Per istud insidias explorat, per illud assultus declinat. Illic prouidens, istic se protegens. Talibus est charitas cum propugnaculis ædificata: quia talis est ei tam fortis, tam prudens solicitudo inmata. Ipsa magnum est sibi firmamentum quoddam. Deniq; fortis est ut turris dilectio. Ipsa nouit tentamenti occasiones, & cum opus est fugere, & ubi fugiendi non est copia fortiter ferre: & cum ipsa in se aliquid firmamenti habere uideatur, aliena tamen adiumenta non refugit propugnaculis munita. Assumit & clypeos conuersationis. Bonus clypeus conuersationis ordo, & lex ab hominibus tradita. Hæc etsi non est charitati necessaria, non tamen reputatur superuacua, nec onerosa quidem. Spiritualis est charitas, nec indiget lege: nec tamen legem dedignatur, sed legitime utitur ea protecta, non oppressa. Bonus etiam clypeus sacri meditatio uerbi. Omnis enim sermo domini Prou. 30.
ignitus clypeus est. Non est contenta charitas spiritualibus quas ipsa gignit meditationibus: & cum ipsa domini lex sit, in ipsis tamē legis sermonibus meditatur: inde sibi testimonia assumit, inde se tuetur, & multiplici protegit clypeo. Et cum magnum habeat intus testimonium spiritus, ab ipsis tamen literis sacris patrocinia sibi decerpit. Et bona protectio, quam charitatis experientia suggerit, uel sermonis sacri peritia tradit. Paul⁹ in epistola sua quædam charitatis tibi propugnacula depingit. G Charitas, inquit, patiens est, benigna est, percurre totum illum 1. Cor. 13.
de charitate locum, nónne tibi tot propugnacula uidentur exurgere, quot gratias distinctas enumerat? Nō æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non gaudet super iniquitate, cō gaudet aūt ueritati &c. usq; non excidit. Vides quot propugnaculis turrita consistat? Nunquid non ista concorporalia charitati uidentur, & uelut de fundamento eius exurgere? Et tamen istos affectus quos charitas quasi naturaliter gignit, doctrina dirigit, disciplina regit, erigit excercitatio, & bonū originale quantum ad charitatem. Ordo hic ab expertis præscriptus, uel fouet ne deficiat, uel promouet ut crescat, ideò charitas interna inspiratione non contenta, sermonis sacri undiq; sibi uelut clypeos institutiones memoriter appendit. Ipsum inspice sponsum, qui mediator & sequester quidam est inter homines & deum, quasi collum medium inter corpus & caput, turris fortitudinis à facie inimici. Ipsum, inquam, inspice qui proprijs abundabat, quomodo assumpsit scripturæ clypeos, & uelut ad auctoritatem se contulit, scuto unitatis fraudulentas interpretis maligni propulsans insidias. Tu quoq; si fueris mediator quidam & sequester inter homines & deum, & uelut collum, corpus & caput coniunges, mille clypei in te pendeant, omnimodi clypei diuini sermonis. Sacra tibi præsto sit auctoritas, & ad omne patrocinetur negocium, non tantum ut tibi sufficiat, sed ut reliquis abundet. Esto paratus ad reddendam rationem omni poscenti de ea & quæ in te est fide & spe. Quasi poscere uidetur fidei tuæ rationem, qui fidei contraria persuadere conatur, & ipsam infringere. Bonum ergo à collo tuo scutum pendet, si fueris scuto fidei munitus, scuto ueritatis, scuto bonæ uoluntatis, sacri scuto sermonis. Omnes hos in scripturis clypeos legis. Sed & si fueris in sublime per charitatem erectus uelut turris, si per cōtemplationis gratiam quasi collum reliquum corpus excedens, accedas ad caput domini, & abscondaris in abscondito faciei domini, in secretatio sponsi, in thalamo ueritatis: nónne tibi uideris delicato protectus clypeo? & nescio si quod scutū ad protegendum efficacius sit quàm talis amplexus dilecti. Igneus est, & ideò omnia tela nequissimi ignea extinguit: & ignis ignē cōsumit. Si fidei scutum illa extinguit, quomodo non magis ueritatis bono protegitur clypeo, qui absconditur in calore eius? H Est enim ueritatis feruida meditatio, & suggestiones inimici male ignitas ante extinguit quàm ad mentem pertingant. Inter spōsæ amplexus & charitatis interna negocia, nō uacat sponsæ
1. Petri. 3.

peregrina

Universidad de Deusto

peregrina tela susc̃ipere. Bene talis clypeus à collo spōsæ dependet, eo q̃ tam succensi amplexus gratiam experitur sola dilectio, sola tales nouit excessus, & mētem faciens ad hærere deo, unum ad horam cum illo spiritum efficit. Beatum planè collum, in quo sermo dominí igneus moratur, à quo uelut scutum gratis dependet amplexibus patris uerbum, ueritas, & uirtus. An non tibi delicate protectus uidetur, qui talibus coronatur & circundatur undiq̃ scutis ante & retro? Fidelis paxillus in quo tot diuersa uasorum genera pendent. Bene hæc à collo charitatis pendēt, q̃ ipsa sit unctio quæ nos docet de omnibus, & omnia suggerit, q̃ in ipsa omnes gratiæ conferuntur, & referunt ad ipsam, ut ex ipsius pensantur & penduntur mensura. Mille clypei pendent ex ea, armatura omnis fortium. Armatura planè quam Paulus ad Ephesios narrat. Omnis armatura fortium id est amantium. Fortis est enim ut mors dilectio. Quid ergo? Tamen ibi sunt arma fortium, non infantium ubera. Si excedit quasi turris quædam, charitas non cōdescendit. Siue mente excedimus deo, siue sobrij simus nobis, charitas Christi urget nos. Audistis excedentem: uultis sobriam & condescendentē accipere spōsam? Vbera, inquit, tua sicut duo hinnuli capreæ gemelli. Bona turris sponsa, quæ se per conuersationis disciplinam undiq̃ claudit, & per scripturarum doctrinā sibi clypeos copiose appendit, & per contemplationis excessum in sublime assurgit. Ipsius etiam continentia fortis, & doctrina fidelis, & excessus cælestis, cum & eius sublimitas condescendere didicit, & doctrinæ copia ad sobrietatem deduci, & rigor liquescere in quandam rationabilis lactis dulcedinem, & arma fortium in infirmorum ubera conuerti. Vbi q̃ illam urget charitas X̄pi, sursum ad illum rapiens, deorsum propter illum trahens, sed non tenens diutius, dū ad suas subinde delicias in excessum recurrit. Ideò dicit, ubera tua sicut hinnulli gemelli, q̃ semper circunspicit mōtes pascuæ suæ, q̃ ad pascuæ locum illam conuertat & rapiat nota refectio, q̃ ad sponsi lilia leui saltu subito relabatur, unde delicate refecta cælestium succis herbarum, distenta ubera ad paruulos iterato reportet. Sed quæ de uberibus istis dicenda sunt, non possunt aures fatigare, forsitan & hora fugiens portare modo, & potum lactis ab uberibus istis exprimere. Vberius ocium & horam liberiorem oranti bus uobis cum dominus dederit, oris nostri officiū non denegabo, ipso in eius præconia præstante copiam qui præstat affectum, Christo Iesu, qui cum deo patre & spiritu sancto uiuit & regnat per oia secula seculorum. Amen.

Cant. 4.
Ephe. 6.
Cant. 8.
2. Cor. 5.
Cant. 4.
1. Thes. 2.
1. Cor. 9.

¶ *Sermo.* XXVII. A

VIdetis fratres quomodo nec ubera sponsæ laude priuantur. Et quidem uberum usurpatio frequens tum in alijs locis tum in istis præcipue cantícis. Vino ubera præfert botro confert, assimilat turri. Et quod nūc in præsenti est, duo, inquit, ubera tua sicut duo hinnuli capreæ gemelli qui pascuntur in liliis. Videtis quàm multiplex uberum commendatio. Si mater est, maternū pectus uberibus carere nō decet. Vbera nouerat Paulus habere eū dicere: Facti sumus paruuli in medio uestrum, quomodo si nutrix foueat filios suos. An non tibi uidetur factus quasi hinnulus, qui factus est quasi paruulus? Vnde fouebat filios quasi nutrix, si nō habebat ubera? Quasi duo hinnuli capreæ duo filij ecclesiæ, alter de circumcisione, alter de gentibus. Vide quomodo Paulus utriusq̃ ubera coaptat: Factus sum, inquit, iudæis quasi iudæus, his autem qui sine lege erant, quasi sine lege essem. Omnibus omnia factus sum, ut omnes lucrifaciam. An nō ubera hinnulis istis coaptauerat, omnia factus omnibus? Omnibus omnia factus est non simulantis astu, sed compatientis affectu, & habitu coaptantis. Deniq̃ utriusq̃ se conformabat, nunc se cum illis à licitis cohibens, nūc ad licita condescendens, utrorumq̃ ubiq̃ declinans scandalum, ubi fidei non obsistebat iniuria. Omnibus omnia factus est, nec iudæis ritum in initijs licitum tollēs, nec ad eorum irritationem gentiles compellens. Omnibus omnia factus est, pro audientiū capacitate & præcipiens moralia, & differēs mystica. In hac duplici materia uelut duo ubera porrigit doctrinæ planioris, lactea ubera paruulis temperans. Interna compassio ubera quidem habet, sed coaptatio foris ubera exhibet. Illa misereatur, sed ista medetur. Quid enim mihi prodest si tantum compateris, & infirmitati & quasi infantiæ meæ contemperare te commode nescis? Quid mihi prodest si compatientis affectu causam in te meam transfers, si curam quam debes nō affers? Vtraq̃ necessaria est, & compassio & quædam disciplinæ & doctrinæ compositio. Compassio affectum conformat, cōpositio te ad lactandū paruulos utiliter incuruat. Neutro in genere sancti doctores auditorib⁹ desunt, facti sicut illi, & pietatis affectu, & cōformationis usu. B Vtinam istud attendant qui facturi sunt in cōuentu fratrum sermonem. Student magis alta quàm apta dicere, facientes apud infirmas intelligentias miraculum sui, non ipsorum salutē operātes. Erubescūt humilia & plana docere, ne sola hæc scisse uideantur. Erubescunt ubera habere, nudare mammam, lactare paruulos. Quid istud est? Ideóne consedisti in medio cathedram tenens ut scientiam iactes, an ut teneram subditorum lactes infantiam? Subtilia texis, artē qui audiunt mirantur, eloquentiam laudant. Bene quidem, tamen si gratiam sentiunt, si te disputante audientium mouetur affectus, intellectus instruitur. Alioquin quid ad præsens negocium peregrina quædam adducere quæ auseulantes nō capiant? Magna eloquentiæ laus est, causam quam susceperis apte exequi, ad eius commodum cuncta referre, suscepto inseruire negocio. Nusquam euidentius eloquentiæ tuæ signum dabis, quàm si humilem materiā exequaris ornate, & sermonis temperamēto attollas quæ per se iacere uidebantur, & uelut contemptibiles sententias commendabiliores efficias. Nec tam debes attendere quæ te dicere deceant hominem literatum, quàm quæ deceant audire quos instruis. Quid enim inde consequuntur si ambulas in magnis & in mirabilibus, non dico super te, sed super eos qui assident? Noli altum alte sapere, sed condescende humilibus. Sublimia loquens, sed non in tempore, quid aliud affectare uideris nisi ut tibi soli taceant homines, & dicatur de te quod dictum est de saluatore, quia nunquam sic locutus est homo sicut hic loquitur. Ascendisti cathedram ut alios ædifices non teipsum infles, ut impleas non exinanias teipsum, nisi fortè eo modo quo se saluator exinaniuit formam serui accipies, ut nos carnis suæ lacte nutriret in salutem. Bonus imitator magistri Paulus ubera non occultat, sed habere se iactat. Tanquā paruulis, inquit, in Christo lac uobis potum dedi, non escā. Et itē: Nihil me arbitror scire inter uos nisi Iesum Christum crucifixum. Ipse nouit cui mēsam parat, & quibus ubera porrigat. Ideò ubera eius sicut hinnuli, quia doctrinæ suæ ubera emollita sunt, qualia paruuli in Christo capere possunt. C Audisti iam quid sunt isti hinnuli, & quare duo. Vis nosse quare gemelli? Quia in fide non est distinctio iudæi & græci. Vacant ibi priuilegia meritorum, & regeneratio nullos distinguit, quæ cunctos æqualiter absoluit. Omnes enim egent gloria dei, iustificati gratis per gratiā ipsius. Fides utroscp populos æque nobilitat, sed iudæus aliter reputat. In communi clementia iura sibi priuata deposcit. Quid mirum si uult esse primus quādo uoluit esse solus? Vnigenitus esse non potest, affectat uel primogenitus. Vide quāta obiecta sint Petro in actibus apostolorum q̃ ad homines præpucium habentes introisset, quòd illos suscepisset ad fidei mysteria. Vide quantum in epistola ad Romanos Paulus desudet aduersum iudeos q̃ in gratia sibi fidei priuilegia uendicarent quædam, & quos una fides coniunxit, distinguerent gradibus. Ibi affectabant esse in gratia soli, hic summi, nolentes habere cōpares, quos non poterant non habere partícipes.

Ioan. 7.
Philip. 2.
1. Cor. 3.
1. Cor. 2.
Roma. 10.
Roma. 3.
Actuū.
Gala. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gentes autem fecit deus cum Israel concorporales, & cõparticipes testamentorum, & in nullo discreuit, fide mundans corda earum. Ideò dicuntur gemelli, quia fides nullis gradibus separat, quos æque regenerat. Alioquin qui nesciunt esse gemelli, effecti sunt nulli: & in conuiuio locũ occupantes primum, iam nec habent nouissimum. Quæ ratio non inter illos tantum uertitur, sed se dilatat ad oẽs, ut nemo alij in gratia, quocunq; in gradu fuerit, aut participium, aut paritatem inuideat. Quis enim merita prætendat, ubi in munere sola est gratia? Non debent uetera præiudicare, ubi noua facta sunt omnia. Et in himulis regenerationis nouitas intimatur, sicut in gemellis, in regeneratione paritas. Qui bene capreæ dicuntur, id est ecclesiæ filij, propterea q̃ sicut caprea acute cernant. Acuta sunt enim ecclesiæ lumina, contemplantis non quæ uidentur, sed quæ non uidentur.

Canti. 4. D Vbera tua sicut duo himnuli capreæ gemelli, qui pascuntur in liliis, si tamen liliorum sentiant gratiam, si ipsis lilia redoleant ut lilia, & non insuauem odorem refundant. Bonus & gratus est odor lilij, sed tamen ipsum lilium alijs redolet lilium, alijs absinthium. Lilium conuallium, lilium singulare Christus, lilia erant ipsi imitatores eius. Audi quid liliorum unũ loquitur.

2. Cor. 2. Christi bonus odor sumus. Alijs odor mortis in mortem, alijs uitæ ad uitam. Vides quomodo singulare lilium illud, in quo bonorum omnium plenitudo olebat, tristem tamen uidebatur quibusdam odorem spirare. Isti sunt qui ponunt dulce in amarum, & lucem in tenebras. Sed ille uerè lilia pascitur, qui liliorum odore potitur. Lilia exempla castitatis, quæ non solum moderna & præsentia, sed præterita & longe posita optime redolent. Lilia sunt etiam sacri sermones, in quibus æternæ uitæ olfacimus gaudia, & odorum attrahimus spiritum. Quàm multis fratres estis huiusmodi uallati liliis. Et si omnes ecclesiæ filij, uos copiosius, quorum naribus singulis ferè momentis nunc pphetarum, nunc apostolorum, nunc euangelistarum spirant casta eloquia tanquam lilia, & uerba & uita eorum grato fragrãt odore. Quæ enim lilia suauius redoleant, quæ poterant illorum æquare fragrãtiam? Qualem tibi refundit odorem Maria, qualem Ioannes, qualem Petrus, qualem alij euangelici uiri, qualem denique ipse Iesus qui singulariter & in se redolet, & in reliquis omnibus solus ipse sentitur? Quicqd suaue fragrat in ipsis, eius uerba nouũ mundo spargunt odorem cum mysteria reuelant trinitatis, cũ redemptionis gratiam, cum copiam uirtutum, cum gloriam resurrectionis, cum æternæ uitæ statum exponunt.

Ioan. 6. Verba uitæ æternæ habes. Petrus ait, & ad quem ibimus? Et nos idem dicamus dulci eius odore perfusi. In te Iesu bone patris deitas olet, qui est in te. In te gratia spiritus, qui unxit te. In te matris uirginitas, in te propriæ carnis integritas, in te nostri medela languoris. Omnia hæc nobis olent in te, & ad quem alium uel amore uel memoria ibimus? Iniuria est planè talium liliorum, si aliquis peregrinus odor se illis immisceat, qui suauitatem illorum cõtristet, animiq; afflatus naribus ipsum corrumpat & conuertat ad seculum, & post cœni fœtorem currere faciat. Iniuria est si tibi suauius fragrant uitia, quàm uirtutum lilia.

E Fastidiosus est uerè qui lacte & in liliis pasci non delectatur. Nõ est enim omne lac paruulorũ. Nonne tibi quasi lac uidetur omnis doctrina, omnis affectus pius, animo illapsus dulciter? Quicquid facile & dulciter sugitur, lac uidetur. Tali lacte abundabant ubera sponsæ, & ideò dicuntur sicut hinnuli q̃ sit in illis recens, & quasi semper noua & renascens consolatio uerbi, & doctrinæ alacris copia. Vbera hæc uetustatis nil habent, ideò meliora sunt uino, sed similia musto. Vbera, inquit, tua botri, non habentia

Canti. 7. scilicet austeritatem uini, sed musti nouam dulcedinem. Vbera alia pascunt, ista inebriant. Bene ergo ubera sicut hinnuli, quia nulla uetustate infracta. Magnum sponsæ pectoris ornamentum si ubera integra habeat, non laxa, non fractas mammas in huius ægypto seculi. Ideo dicit: ubera mea turris. Inexpugnabilia ubera hæc, & lactis ubertate tumentia, excreuerunt modum. Bona ergo ubera tam distenta, ubera pietatis, ubera gemina: eo quòd pietas con- *1. Tim. 4.*
solationem habeat uitæ quæ nunc est & futuræ. Gaudete, *Esaiæ. 66.*
inquit, gaudio magno, ut potemini à lacte & satiemini ab uberibus consolationis eius. Et cum auulsi fueritis à lacte, epulemini ab introitu gloriæ ei9. Videtis quo lactis usus adducat, ut epulemini, inquit, ab introitu gloriæ. An non tibi uidentur ubera spõsi epulari ab introitu gloriæ, quæ sicut himuli pascuntur in liliis donec aspiret dies & inclinent umbræ? Quàm dulciter sugantur ubera quæ sic pascuntur, ubera de cælo plena, quia cælestibus refecta in liliis? Ipsa liliorum fragrantia pascit. Odor eorum sibi gratiam tenet. Odor enim quidã fructus est. Ego, inquit, qua *Eccle. 24*
si uitis fructificaui suauitatem odoris. Vide quomodo sapientia odorem suum in fructibus reputat. Spiritualis iste cibus est, nil habens corpulentiæ, nec dente tactus, nec labore mansus, sed haustus spiritu, ipsis statim uberibus influens, & ubera distendens. Vnde etenim fragrãtia dicuntur unguentis optimis, nisi q̃ in ipsis de uicinis haustus liliis spiritus redolet, donec aspiret dies, & inclinentur umbræ? F Dulce quidem inter lilia expectare aurorã surgentem: & fortè uicinus est dies istis liliis, & inter lilia eius frequenter aura quædam & uapor hauritur, & ipse sponsus in liliis pascitur, qui ipse & lilium est conuallium, & lumen diei. Dulce est ergo compascendo cum ipso, postulari ipsum, præstolari inter lilia, donec diei lumen aspiret. Tempus illud declarat de quo dicitur: Satiabor cum apparuerit gloria tua. Tunc uerus & æternus aspirabit dies, *Psal. 16.*
cum ænigmatum in quibus adhuc uidemus umbræ inclinabuntur. Plures hic umbræ sunt, umbra fallaciæ, umbra refrigerij, umbra figuræ. In prima serpens dormit, in secũda sponsus quiescit, in tertia sponsus delitescit. De prima *Iob. 40.*
dicitur: In umbra dormit, de secunda: In umbra eius quẽ *Cañ. 2.*
desideraueram sedi. De tertia: quia sapientia in mysterio *1. Cor. 2.*
absconditur. Omnes istæ reclinabuntur umbræ cum aspirauerit dies, umbra fraudis, umbra fidei, umbra mysterij. Tunc erit umbra nulla, quia ueritas nuda. Tunc ergo reclinabuntur quæ modo sunt exaltatæ. Vultis nosse quàm alter? Operuit montes umbra eius. Magnus mons Paulus, *Psal. 79.*
opertum tamen hac umbra se dicit, tantum in speculo & *1. Cor. 13.*
ænigmate uidens. Magnus mons, & tamẽ facile raptus in tertiũ cælũ. Felix raptus, & multo felicior illo quo mons ille euangelicus ad apostolorũ imperium in mare mittit. Raptus est, qa sapientia dei immutauit sensum illius. Ideò raptus in tertiũ cælum, in cælum intelligẽtiæ puræ, unde umbræ ænigmata procul abiecta sunt. Inferiores sunt umbræ & reclinatæ quodãmodo eius respectu qui in cælum rapitur. Raptus in cælũ est, raptus & in paradisum. Serenitatis locus est cælũ, paradisus uoluptatũ. Pulchræ in utrũq; rapitur, eo q̃ semiplena sit cõtemplatio quæ alterutro caret. Denique in quodã paradiso deliciarum & uoluptatũ locata uidetur, quæ pascitur inter lilia donec aspiret dies. Antequam aspiret dies, nox est. Sed nox ista nescio quid uidetur habere diei. Nox, inquit, illuminatio mea in deli- *Psal. 138.*
cijs meis. Illuminationis etenim uicẽ tenent ex parte deliciæ. Pulcherrimus cõtẽplationis locus est, ubi simplex cõsideratio fidei cælestes & suaueolentes aspergit affectus, & æterni luminis gratiam spirat. G Nõ sunt istæ deliciæ, quas beatus Iob cõmemorãs de sapientia dicit: Quia nõ *Iob. 28.*
inuenitur in terra suauiter uiuentiũ. Quædã sapiẽtiæ portio est in istis delicijs. Quomõ nõ sapientiæ portio est ubi est ipsa ueritas nõdũ intellecta, sed iam credita dulciter sapit? Ipse spirituales delicíæ experientia sui satis edocent, & quantũ expetendũ sit quod de ipsis restat, q̃ quantũ respuendũ quicquid illis obstat. Tria hic obseruanda occurrunt: tempus, opus, & locus. Tempus, idest nox, tempus quietis & uacationis est: opus refectionis est, quia pascuntur: locus delectationis est, eo quòd inter lilia. Iure distẽta ad paruulos reportat ubera qui sic pascit, qui in meditationibus

tionibus pascitur fidei, liberrime, uberrime, uoluptuose. Putas q Salomon in omni gloria sua uestitus est sicut spō sa quæ inter lilia pascitur? Quomodo non gloriose uestita uallata liliis? Nam etsi umbra obscurat speciem, sentit tamen odorem, sentit uestimentorum fragrantiam, & in his sapientiæ quasi famam odoratur donec aspiret dies, & inclinentur umbræ, id est donec aspiret dies, & sempiternus dies. Quandiu dies & nox uices alternant, non uidentur umbræ reclinatæ ex toto, donec statum habent. Vbi uerò reclinatæ sunt? Apud patrem utiq; luminis, apud quē nō est uicissitudinis obumbratio. Omnis uicissitudo obumbrationis instar habet, & dum alij aliud succedit, quodam modo abscōdit & obumbrat quod præcedit. Hoc ergo est quod dicit, donec aspiret dies, & inclinentur umbræ, id est donec aspiret dies, & plenus sempiternus meridies, qui umbras omnes annihilet. Qui pascuntur, inquit, in li
Canti. 4. liis donec aspiret dies, & inclinentur umbræ, hoc est qui sapientiæ oblectantur & pascuntur odore, donec ipse lucis æternæ candor illucescat. Vtrunq; commendatur in liis, cādor, & odor. Et odor quidem quid aliud nisi gratia fidei, & candor nisi gloria speciei? In nocte odor sentitur, sed candor non cernitur donec aspiret dies, quia candor ipse est dies, non habens ullam partem umbrarum. Ille cū aspirauerit dies, iam non erunt ubera necessaria. Omnes enim erunt docibiles ipsius dei. Interim ergo spōsæ ubera sunt sicut duo hinnuli qui pascūtur in liliis donec aspiret dies de die, Christus Iesus.

¶ Sermo. XXVIII. A

Canti. 4. VBera, inquit, tua sicut hinnuli capreæ gemelli. Videtis quanta gratia sponsæ, paruula est & quasi iuuencula, & ubera habet. Quid enim nisi iuuenculam notat dum hinnulis comparat? Ergo & mater est & paruula, & alios pascens, & pasci non indigens. Et si quis sit Paulo similis, nondum tamen euacuauit quæ sunt paruuli, in carne commorans. Et si aliis abundat, nondum tamen se arbitratur comprehēdisse. In speculo uidet, in ænigmate uidet: ideò sicut paruulus, si cut hinnulus in umbra pascitur, donec aspiret dies. In umbra sed inter lilia pascitur. Infelix planè qui quidem inter lilia positus, inter lilia sanctæ congregationis, ubi uariæ undiq; uirtutes redolent, nihil tamen suaue, nihil liliorū simile nouit odorare. Bonus planè & sponsæ priuilegio gaudens, cui ipa intrinsecus uirtutum nascuntur lilia, qui inter lilia pascitur, inter lilia reficitur, illa esurit. Beati em̄ qui esuriunt & sitiunt lilia iustitiæ, lilia castitatis, omniū lilia gratiarum. Si esurire beatum, multo magis inter lilia pasci, & ipsa uirtutum esuries pascit, & delectat auiditas. Odor cibat, sed nondum satiat. Satiabor cum apparuerit
Psal. 16. gloria tua. Deniq; ipsarum uirtutum (ut sic dicam) gloria latet adhuc. Totum quod inde audis, in odore est. Occultatur forma, sed famam audimus. Tenuis quidem fama in fumo, subtilis in odore cibatus, dulcis, sed tenuis. Et nos iam saturati sumus, iam diuites facti, solo uirtutum odore contenti. Nescio tamen si uel odorem haurimus, quos perfectionis nō trahit auiditas. Suauis quidem liliorū odor, sed æmulata in specie gratia. Suauis quidem liliorum odor, sed suauitas tenuis, si odor tantum. Deniq; qui pascuntur, inquit, in liliis, id est inter lilia, non ipsis liliis: sentientes uicinitam, non fluentes substantia. Exiguus uirtutum usus exprimitur in odore, non copiosa, non solida & quasi corpulenta refectio. Non enim omnimodis reficitur qui pascitur, ideò nō dicit qui reficiuntur, sed qui pascuntur in liliis donec aspiret dies. Delicioſa tamen expectatio lucis inter lilia, & uide qualibus sponsa pascatur in liliis. In liliis non caducis, in liliis non marcescentibus, in liliis deniq; quadam incorruptibilitate myrrhatis. Nam myrrha incorruptionem demonstrat. Iure post lilia de myrrha subtexitur, ut spōsæ lilia quadam incorruptionis per-
Canti. 4. petuitate commendet. B Vadam, inquit, mihi ad montem myrrhæ. Quid est bone Iesu quòd sponsa tua dilecta tua alibi expectat, tu aliò uadis? Illa pascitur & expectat in liliis, & tu uadis ad montem myrrhæ. Quare nō magis ad lilia uadis, ubi sponsa moratur donec aspiret dies? An fortè lilia hæc non sunt aliena, nec longe posita à monte myrrhæ, sed magis oriūtur in illo? Ita quidem est, nusquā lætius nascuntur lilia, quàm in monte myrrhæ, nusquam magis illæsa seruantur. In monte myrrhæ nec corruptioni nec corruptibilitati locus ullus relinquitur. Ibi in monte myrrhæ ubi carnis uniuersi mortificantur affectus, ibi lilia castimoniæ, lilia gratiarum & pure nascuntur & perpetuo florent. Ergo in liliis & in monte myrrhæ sponsam satis delicate locatam aduertis. Nam alterum tibi sermo præsens expressit, alterum tu ipse potes per interpretatio nem exprimere. Quonam enim modo aliò iturum se diceret, & quàm ubi dilectā esse cognouit? Sicut enim illa auide expectat, sic ille ardenter properat. Vadam, inquit, mihi. Quid ergo sponsæ non uadit? An ideò sibi ipsi uadit, q ad illam uadit? Vadam ergo, inquit, mihi. Mihi uadam, non solum illi uadam. Non illa sola de meo capit aduentu lætitiam, sed & mihi nihilominus alacritatem refundit. Mihi dulce, mihi iucundum est q ad illam uado. Iam uadam mihi. Mihi sic ire proficit, non delectabiliter afficit, ideò uadam mihi. Iam mihi de monte myrrhæ suauis aspirat fragrantia, ideò uadam odore illectus. Vadam mihi, quia deliciæ meæ cum sponsa morari. Itane Iesu bone de sponsæ colloquio oblectamenta tibi captas. Ideò tibi uadis, nec uelut fastidioſus amator declinas cum excluderis, sed stas ad ostium? Stas & pulsas, & quandam repulsæ passus iniuriam stas tamen & pulsas, tamen ut aperiat, Aſperge spōsa aſperge cubile tuum myrrha & aloe. Chri
Colſ. 3. stus in odore currit unguentorum tuorum. Aſperge cubile tuum myrrha, quam Paulus commemorat. Mortui, inquit, estis & uita uestra abscōsa est cum Christo. Tali myrrha aſperge & irriga profunde cubile tuū, uel potius esto mons myrrhæ. Vberior enim gratia ubi myrrha nascitur, quàm ubi aſpergitur. In hoc monte colloca cubile tibi, imo dilecto in quadā myrrhæ copia, ubi hæc species aromatica magis oritur quàm aduehitur. In multis scriptu-
Matt. 2. Ioan. 19. ræ locis usus myrrhæ ad mysteria sumitur. Cum myrrha magi ad Christum ueniūt. C Venit & Nicodemus ferens mixturam myrrhæ quasi libras centum. Magna hæc copia. Sed quid ad collationem montis? Ferēs, inquit, id est secum ferens non ex se proferens: portans, nō pariens. Bona utraq;, & quæ offert, & quæ oritur: sed ista potior. Deniq; illa ad Xp̄m aduehit, ad hāc ipse uadit. Vadit em̄ sibi ad montē myrrhæ. Bene mons myrrhæ, qui mortē circūfert seipō, non in parte: nec quasi respersam, sed uberem & continuam & eminentem: nec ad horam & quasi uetera scentem, sed magis renascentem. Bene mons myrrhæ, qui Christi in se mortificationē & incorruptibilitatem: quandam & resurrectionis futuræ imaginem non tam gestat quàm germinat. Numquid tibi mons myrrhæ uideri potest, in quo futuræ incorruptibilitatis nil magnificū, nil eminens, nil nisi ad horam apparet? Beatus plane mons, qui huius myrrhæ germine undiq; uestitur, non respergitur per partes, nil in se nudum, nil habens sterile, sed totū ac felici fœcundū specie. Quomodo non beatus qui Christum ad se trahit in sui odore aromatis? Bonus odor non tam leprosi domum replens, sed etiam cæli palatium, thalamum sponsi. Bonus odor planè sponso Christo, inter ipsas deitatis gratus delicias. Deniq; super tātas delicias, delicia tamen eius esse in monte myrrhæ, ideo dicit: Va-
Canti. 4. dam, inquit, mihi ad montem myrrhæ. O beatum mōtem ad quem uadis Iesu bone, ad quem uenis, quem perambulas, quem inhabitas, & inhabitas in finem, quem solus inhabitas, & hoc usq; ad terminum loci. Veni Iesu incipe hunc montem possidere. Nullus tibi quæstionē moueat, nullus dicat: Nunquid habitabis in hoc mōte tu solus? Mons uber, mōs pinguis, mōs abūdans, mons affluēs unguentis; hæc unguēta exinaniri nō possunt. Magna enim

unguentí moles ín monte myrrhæ. Nō, deficient unguenta ſcle hoc monte, ideò quí uadit ad montem myrrhæ, unguentís non indígebit, nec odoramentis quídem quí uadít ad colles líbani. Non enim deficient thura de líbano. Nam & líbanum dícunt thus intelligí. Veni Iesu bone ad colles ut fluant thura à facie tua. O quātus íncenſi fumus aſcēdit de colliſbus iſtis cum tuo ímo cum te fuerint ígne ſuccenſi. Magnam habet ín collíbus thuris ígnis tuus materíam pabulí, & magnum íncenſi fomítem. Non cito conſumuntur hæc thura. Incenſi huius fumus non facile euaneſcit. Tanta thuris moles, tanta copía collis thuris non poteſt pugillo concludí, non comprehendí thuribulo, uaſculo non capítur, menſuram neſcit, quía neſcit íntermitti. Bene ergo collís thuris, quí ſine íntermiſſione orat, & quod ſatius eſt, ſine remiſſione. Qui ín oratione níl habet remiſſum, níl exile, ſed uelut cuiuſdam fornacis magnæ fumus pingueſcit, ſic pingueſcentíum uotorum & deſiderij exuberantís agit uolumína. Veni ergo Iesu bone ad colles thuris, copioſum oratiónis íncenſum fumígant montes quos tangis. Quíd ſimile fratres habent oratiónes noſtræ: quamcito thura noſtra ínaneſcūt, & quodammodo uix ſucceduntur, & ſtatím extínguuntur. Vt quíd iſtud? Vtíq; quoníam exíguam nobís íncenſi congeſſimus materíam. D Ego ſpíritus angelícos, & ſiquí ínter homínes illorum æmulí ſunt, quoſdam uelut colles thuris ínterpretor, quorum oratío quaſi íncenſum dírígitur ſemper ín conſpectu deí: quí deuotionís ſuauiſſimos uapores gígnunt: cæleſtium glomerant nubes affectum. Beatus utíq; ſacerdos quí thura tanta offert, quem tam ſuauís nebulæ
Apoc. 5. uapor opperít & ínuoluit. In apocalypſi legís phíalas plenas odoramentorum, oratiónes ſanctorum. Et quæ conuētío collíbus thuris ad phíalas? quæ enim phíala capíat collem thuris? Bona phíala plena odoramentorum. Sed
Apoc. 8. ecce plus quàm phíala hic. Aſcendít, ínquít, fumus aromatum ín cōſpectu domíní de manu angelí. Sed quæ manus íntegro colli ſufficiat? Quæ ínquam manus níſi tua Iesu bone manus, quí montes ponderas, & terram palmo concludís, quí líbras montes ín pondere, & colles ín ſtatera ín manu tua dñe omnes fines iſtorum collium, & ſi fas eſt dícere, ín ſinu tuo. Deníq; ín ſinu tuo ſanctorum oratío conuertítur, ín conſpectu tuo íntrat, íbí conuerſatur: íbí conuertítur: illí ín te, & tu ín illís. Propterea uadam míhí, ínquís, ad colles thuris. Veni ergo dñe, ueni & noli tardare, ueni & ne trāſilías colles iſtos. Quíd & ſi ad te trāſilíūt colles thuris, mobiles ſunt montes myrrhæ & colles thuris, ubí ípſe aduenerís. Quomodo non mobiles, quí líque ſcunt, quí fluunt, quí fumígant, quí aſcendunt ſicut fumus aromatum ín conſpectu domíní de manu tua? Vade ergo tibí ad colles thuris, ubí íncenſa multa ſunt, ubí íncēſa cūcta ſunt: nam ín colle thuris níl ſine íncenſo. Incenſa hæc data tibí ſunt, ídeò ueni ut adoleas ea ín conſpectu tuo. Vadam míhí ad montem myrrhæ, & ad collem thuris. Veni de líbano, ueni. Iam excluſum eſt cur uadat: ut qd enim níſi ut uocet, ut íntret, ut dícat ueni? Ecce quàm bonum & quam íucundum habítare ín collíbus iſtís, ad quos uerbum deí uadit, quos reuiſit. De quíbus ſpōſa uocat, & uo
Canti. 4. cat ad coronā. E Veni, ínquít, de líbano, ueni coronaberís. Líbanus candorem ſonat. Quídní candidus de níue
Hiere. 18. cæleſtí? Non enim deficiet (ſicut ſcríbitur) nix de líbano. Nix illa quæ deſcendit de cælo, quæ ínfundit terram & ínebríat, & germínare facit. Beatí montes ſuper quos níx iſta cadit, & colles quos operít. Sic (ínquít dominus) erít uerbum quod egredíetur de ore meo, non reuertetur ad me uacuum. Vidétúrne tibí uacuum reuertí uerbū quod uadit ad montes myrrhæ, & colles thuris, quod cadit ſuper hos montes, & colles operít? Neſcit uacuum reuertí, ídeò uocat & dícit: Veni de líbano, ueni. An myſterío uacare putas q; poſt montes myrrhæ & colles thuris commemorat líbanum? Quæ res animum ſic reddit mundum & candídum, quomodo oratiónis uſus? Primo quidem myrrha mortificat, deínde thus purificat. Nec enim pura poterít emanare oratío, ſi non omnís prauus prímo fuerít odor repreſſus, & exalatío †carnis. In myrrhæ un- † Als ex
guento mens ſtringítur, ut ad quandam ímo ommímo altatio.
dam unitatē ſe coarctet: per thus íncenſum dírígítur & dilatatur & ſe diffundit, & cæleſtes replet regiones ex odore unguēti íncenſi. Illíc ſe líbere ueritatís aure immíſcet & cōfundit: & quæ prímo ad ſe anima ípſa contracta eſt, íbí rareſcit & attenuatur, & deficit, ſuſpenſa & ſuſpíciens ín excelſo. Oratío utriuſq; & myrrhæ & thuris myſteríū explet. Orantís affectum ín prímis colligít & ſtringit ín ſeípſum, deínceps diffundit & transfundit ín deum. Quíd myrrhæ ſimílius, ubí tanta ín díuínam unionem transfusio? Quíd íncenſo ſimílius, ubí tanta díuíní cuiuſdam ſenſus diffuſio? Iure tota pulchra uocatur, & ſine macula, quam oratiónis ardor íncanduít, quam colorauít & candídam reddídit cādor lucís æternæ. Tota pulchra es amí- Canti. 4.
ca mea, & macula non eſt ín te. Tota pulchra es, quía tota pulchra es hac hora maxíme, hora oratiónis, hora íncenſi. Tota pulchra es amica mea, tota pulchra es: quía tota amica es, & ſolo amoris candens affectu. Tota pulchra es, & ſine macula: peregríní níl habens coloris admixtū. Veni de líbano, quía plene lota, ueni de líbano, ex toto illuſtrata. Veni de líbano, carens culpa. Veni de líbano, & candens, gratía: ueni coronaberís. Felíx omníno quí de líbano candentís affectus, de collo thuris, de oratiónis íntentæ copía uocatur ad coronam. Felíx ínquam anima quæ hora íncenſi aſcendit ad patrem, quæ ſine ínteruallo de líbano ad coronam uocatur, coronam gloríæ quam reddet illí ín hora tranſitus iudex iuſtus & dulcís ſponſus Iesus Chriſtus cum deo patre per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

¶ *Sermo.* XXIX.

IOta pulchra es amica mea, & macula nō eſt ín te: ueni de líbano, ueni de líbano, ueni coronaberís. Quís míhí dabit iſtud trium (ut ſic dicā) díerum íter cōficere? Quís ínquam dabit míhí hanc uíam índefeſſo íncceſſu percurrere? Víæ iſtæ, uíæ pulchræ, & ſemítæ pacíficæ ſunt, uenire de líbano ad líbanū, de líbano ad regnum. Nam ſponſa ad coronā uocata, ínuítata uídetur ad regnandí conſortiū. Dulcís eſt hic uíæ terminus, ſed níhílomínus dulcís eſt trāſitus. Quídní dulcís, quí neſcit à líbano deflectere? Nō hæc eſt uía lata, nō hæc eſt uía laica, nec pōt per eam tranſire pollutus. Nō eſt cur- Roma. 9.
rentís nec uolentís, ſed míſerentís deí. Míſerentís cur dico? díxíſſem melius deſiderantís. An non æſtuantís deſiderij uota deſignat uocatío trína? Vehemētís affectus argumentum eſt quòd tertío uocat. Percurre animo præcedentía cantící huius: nuſquam reperíes uel tam crebro uocatam, uel tam expreſſe commendatam pulchritudínē ſponſæ. Ter uocat, & totam pulchram dícit. Deníq; ín præce-
dentíbus ſic habes. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu Canti. 1.
pulchra. Et íterum alíbí: O quàm pulchra es amica mea, Canti. 4.
quā pulchra es. Hoc aūt tertío ín loco totā pulchrā díffinít. Illís ín locís uel demonſtrat q; pulchra eſt, uel míratur q; tam pulchra eſt, non tamen diffíníte determínat q; ípſa ſit ex íntegro pulchra, ſicut ín præſentí. Tota pulchra es amica mea. Quomodo non tota pulchra pulchritudíní & totí pulchritudíní collaterata ex toto? Quomodo non tota pulchra ín quam lucís æternæ candor ímmenſus emanat? Bene tota pulchra & ſuper pulchra, ín quam uberí illapſu ſeſe tranſfudit oīs pulchritudo dñí. Exaltata eſt quídem ſuper ſídera, ſpecies tñ pulchritudínís eius ín ſponſa. Species, ínquít, eius ín nubibus cælí. Quandíu ſponſa nubes cælí eſt, nubes lucída & leuís, & quaſi ad ſolem accedens, & ípſum ſuſcípiens, tandíu ín ea ſolis ſplendor reluceat, & pulchritudínís eius ſpecies manet. Planè tūc nubes eſt ſponſa qñ ſpūalís obtínet affectionís leuitatē, & lucem intelligentíæ. Quandíu ſpíritualis anima per oratiónis & cōtemplationís uſum ín ſupernís ſuſpēdít ſicut lucída nubes & leuís, tota interím pulchra eſt, qa tota amica eſt

& macula

& macula carens, quia in feruidæ charitatis uersa est colorem, hora ista gloriosam sibi sponsam exhibet, non habentem maculam uel rugam, mundans illam non tam in sanguine, quàm in lumine suo. B Quomodo non tota pulchra, in qua tam expressa diuinæ pulchritudinis species apparet? Quam mihi dabis animam quam audeas ex toto pulchram diffinire, nisi in hac ora tantum, quando per amoris æstum plus imbuitur quàm induitur specie sponsi? Alijs quidem horis sine macula deputatur, dum culpa non imputatur. Hoc autem momento q̃ sine macula dicitur, non est indulgentiæ sed dilectionis, sed desiderij, sed deuotionis. Quis enim dabitur ueniæ locus, ubi tota charitatis tantum exæstuant? Amor indulgentia nō eget: totum enim gratiosum est, ubi solus est. Deniq; uide nunc quomodo & offensa excluditur, & gratia commendatur,
Cant. 4. & sola gratia. Tota, inquit, pulchra es amica mea, & macula non est in te. Blandimenta huiusmodi non uidentur indulgentis, sed diligentis, sed amantis, sed admirantis. Ob lectatus pulchritudine, optat præsentiam. Veni de libano, ueni de libano, ueni coronaberis. Inuitatio crebra, prodit affectū, uota manifestat. Alij trinæ uocationis seruentur sacramenta, & gradus assignent: mihi quidem sufficit diuinæ maiestatis humanam aduersus animam affectum mirari. Istud sufficit, sed ipse succumbo. Vtinam mihi nihil incumbat negocij nisi suspenso semper stupore mirari impensam gratiam, ita tamen ut admirationi huic uota iungantur, & germana sit charitas. Affectus enim affectum
Psal. 41. meret, & abyssus abyssum similem prouocat in uoce perfluentium catharactarum. Bonæ quidem catharactæ sunt quæ tuum bone Iesu distillant affectum, infundunt amorē. Amor mutuus non est, usum habet uocis. Quod enim cōtinet omnia, scientiam habet uocis. De spiritu scriptum est hoc, & bene nostis quanta sit affinitas (si non potius identitas) charitatis ad spiritum. Illa cōtinet omnia, quia plenitudo legis est charitas. Spiritus loquitur mysteria,
Rom. 13. & amatoria planè loquitur. Ipse spiritus reddit testimonium spiritui nostro, utiq; & blandimentum loqui potest. Sonus eius sensus amoris est, & desiderij uota instar habent uocis. Experimentum gratiæ ipsum est utiq; q̃ loquitur, q̃ inuitat, q̃ dicit ueni de libano. C Ter uocat, fortasse idcirco q̃ funiculus triplex difficile rumpitur. Tenax enim funiculus amor. Amor affectuose trahit, cui est idipsum alloqui quod est allicere. Nihil amoris tenacius uinculo, nil trahentius. Audi quomodo lex diuina triplicem huius ostendit nexum funiculi. Diliges dominū deū
Matt. 22. tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omni mente tua: ac si dicat. Diliges dominum deum tuum cordis proposito, animæ affectu uitali, integro & rationabili quodam mentis arbitrio: ut amoris in te & propositum sit, & ipsum propēsum sit, & perspicax sit. Bona siquidem cordis in deum intentio pia. Sed quid si pigra sit, si emor tua, si nihil habens in se uitale, nil animatum? Bona ergo intentio pura, quam uiuidam reddit & uelut animatam feruida & dulcis affectio. Affectum hinc qui est ac si quædam anima boni propositi infestat, informat meditatio. Si discreta est & renouet, si crebra est funiculo, si tripliciter nexo, ad meritum repositæ coronæ. Quid uberius? Ad experimentum quid expressius? An non tibi uidetur inuita re, & quasi tripliciter dicere: Veni: hæc trina dilectio? Deniq; quasi inuitat dum confert & audaciam pro merito,
Cant. 4. auiditatem pro experimento. Veni, inquit, de libano, ueni coronaberis. In apocalypsi quasi de libano uenientes
Apoc. 7. sic legis: Hi qui amicti sunt stolis albis, qui sunt & unde uenerunt? Hi sunt qui uenerunt de magna tribulatione, & lauerunt stolas suas & candidas eas fecerunt in sanguine agni. Vtiq; & credendi fide, & conuersandi forma, qui in tribulatione sua sequuntur hunc agnum non aperien-
Esaie. 53. tem os suum, cum ad occisionem duceretur, & coram tondente se obmutescentem. Qui non sunt tristes neq; turbulenti donec eijciant ad uictoriam iudicij, & certamen ad
2. Timo. 2. coronam. Non enim coronabitur nisi qui legitime certauerit. D Et quia de certamine corona: ideò forsitan dilectam sic inuitat ad coronam ut exprimat causam. Ait
Cant. 4. enim: Coronaberis de capite sarmana & seir de uertice hermon, de montibus pardorum, de cubilibus leonum. Nescio enim quid asperum, quid ferum, quid fraudulentum in his nominibus uel naturis dari intelligi. Ideoq; de his coronari dicitur, dum hæc triumphata coronæ ministrāt materiā. Ille quidē per tribulationis tolerantiā coronat, qui mitis, qui mansuetus, qui uelut agnus de tribulatiōe magna uenit, qui in charitate uenit candidatus non consumptus, quē nulla impatientiæ & murmuris macula denigrat. Hi sunt qui de libano ueniunt, & coronantur de capite sarmana & seir, de cubilibus leonum, de montibus pardorum. Per hæc enim coronantur qui per hæc tentamentorum genera probant. Nunquid non colligunt isti de spinis uuas, & de tribulis ficus? Quod in præsenti est (Matt. 7.
inquit apostolus) momentaneum & leue tribulatiōis no- 2. Cor. 4.
stræ, supra modum in sublimitate, æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Passiones ergo huius temporis cooperantur quidem etsi non comparantur ad futuram gloriæ coronam quæ reseruatur nobis. Cumulata planè materies præmiorum inter totius puritatis merita passionibus uarijs atteritur. Pulcherrimus coronæ nexus, quādo purita uitæ, & humilis pressurarum tolerantia sibi cohærent. Magnum quidem est pressurarum pondus, ideò forsitan montium est expressum nominibus. Ingens moles, sed fides superfertur, nescius opprimi. Capita & montiū istorū conculcat, & percutit ipsum caput de domo impij. Iure ergo caput ipsum triumphans coronatur de capite, quia & tentationum initium conterit, & tribulationum uehementiæ non cedit. In omni re quasi caput est quod uel primum est uel maximum. E Sic ergo caput hic accipe, quasi rerum quæ his montibus figurantur, uel principium uel cumulum donet intelligi. De capite sarmana coronatur, de uertice hermon & sanir (alias seir) quæ iniuriarum cumulum quendam exuperant, & tribulationum molem extollentem se aduersus humilem scientiam Christi. Sed moles ista tanto uidetur minus ponderis habere, quanto totum est momentaneum quod tumet. Deniq; &
Iob. 14. si mons est, tamen scriptū legis quia mons cadens defluit, & saxum transfertur de loco suo. Et uide quomodo defluxerunt, quomodo trasłati sunt montes isti? Transłati sunt, quia transmutati sunt quasi transłatos & triumphatos iu-
1. Cor. 6. dicat illos apostolus, quibus loquitur: Et hæc aliquando quidē, inquit, fuistis, sed ablati estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis hac ablutione & emundatione quæ fit per uerbum fidei. Pardus deposuit uarietates suas, totus immaculatus effectus, totus unus coloris id est unius fidei & moris. Velut pardus quidam uidetur homo hæretici dogmatis uarietate respersus, sed nihilominus pardo similis est homo dissimilis sibi, homo uarius & inconstans, & subinde mutans cōsilia. Quasi enim (ut ita dicam) uult & non uult pardus. Trahe ista ad conuersionem gentium, & mox intelliges quomodo per unitatē fidei & spei, unū induisse colorem uidentur qui conuersi sunt ad dominū, nec modo uarietatem sed & feritatem exuisse leonū. Non in cubilibus inquam & impudicitijs, sed in cubilibus & in ortis aromatum commorari, in lectulis non ferinis, in lectulis non fœdis sed floridis. Floridus enim lectulus sponsi & sponsæ. Non uidetur sponsa de libano libens egredi, & de iudæa transire ad gentes. Abscedit enim inuita quæ toties uocatur, non uult deserere libanum, ut transeat ad mōtem sarmana, ad uerticem sanir (alias seir) & hermon, Sed transitu suo montes hos steriles, montes barbaros conuertit ipsa in libanum. F Sed iam montium istorū nomina intuere. Sarmana populus uanus intelligitur uel coangustās. Seir uel sanir hispidꝰ, hermon anathema. Quid uanius illo populo quorum ipsi doctores euanuerunt in cogitationibus suis, & dicentes se sapientes esse, stulti facti sunt? Quid anguitius illis qui desperantes semetipsos
Roma. 1. tradiderunt immunditiæ? Angustū enim cor, quod finem

notorum intra temporalis iucunditatis metas contrahit, nescíens spē ad æterna dilatare. Quid magis hispidium & magis incompositum illis de quibus apostolus dicit: Sine affectu, sine fœdere, in malitia & in inuidia agētes? Nónne isti, uelut seir reputandi sunt? Nam hermon accipiuntur qui sunt alienati à sensu Christi, promissionis spem nō habentes, non ciues sanctorum, non domestici dei, sed omni no sine deo in hoc mundo. Et hæc quidem gentes fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine domini nostri Iesu: ideò de uobis sponsa coronatur, quæ de uestra immutatione gloriatur. Bona enim mutatio, ubi seir conuertitur in libanum. Et libanus quidem ille prior libanus iudaicus conuersus iam in seir uidetur & hermon. Ideò ueni de libano, & ueni & uide pro libano illo exiguo & breui quanti tibi exurgant libani. Leua in circuitu oculos, & uide, omnes mundi istius montes tibi sunt in libanum conuertendi. Molestum planè gentis tuæ detrimenta & desolationem uidere, sed molestiā hanc tam lucrosa commutatio compensat, ut unius damna redimat prouentus uberior. Noli ergo moram nectere, sed ueni, ut de gentium fide & conuersatione coroneris. Vis omnes hos montes non in iudæa & gentibus, sed in ecclesia tantum intelligere? Non erit dissonus intellectus si interpretationem in hanc partem uelis deflectere, inuenies hic libanum, & sarmana, & seir, & hermon. Inuenies hic & montes pardorum, & leonum cubilia. Vtinam in hoc libano nostro in hoc sacro monachorum conuentu, quem & professio & conuersio uenustat & candidat. In hoc inquā libano utinam detur cernere caput sarmana, non uertice seir & hermon. Cum uideris in cœtu & in congerie sanctorum quenquam efferentem seipsum, inflatum sensu carnali, iactantia uanum, intus & foris tumidum & turbidum, ociositatis anxium uanitate (ocium enim accidiam parit talem) cum talem uideris, quid aliud quàm caput sarmana cū libano cernis? Nil ocio uanius) nil anxius accidia, nil tumore turbatius. Nam & sarmana populum uanum uel turbidum sonat, ideò de sarmana uenitur ad seir, ad hispidum & pilosum. Vbi enim accidia, ibi tumor: ubi turbatio, ibi nil lene, nihil compositum, nihil ordinatum, sed totum horridum: & qui talis est, sine fœdere est, sine affectione, minuti sensus & alienati, imo anathematizati, (qđ hermon significat. Non hic domesticus dei, non ciuis, nō aduena quidem & hospes, propter quod nulla ad deum gratia deuotio, nulla declinat. Non diuertit ad illum sponsus ut uel in transitu uisitet, & sicut hospes ad commorandum. Commorantur autem in eo pardi, dæmones quidem uarij & uersipelles & leones cubant ibi. Non circumeunt ut transuolent, sed securi possident, & cubilia collocant. Sed qui tales sunt, desperandi non sunt. Etenī multi istius modi in sponsi prædestinantur ornatum, ideò dicit: Veni coronaberis de capite sarmana, & de uertice seir. Veni, inquit, de libano, ueni. G Vide si non morose egredit de libano, quæ toties uocatur, mora tamen hæc non est cōtumaciæ, sed cautelæ. Quis enim à contemplationis cādore, à quietis internæ & puritatis sereno libens discedit? Cui non erit molestum uel ad momentum de loco delicia rum secedere? Forsitā inspirata in discipulis lucra blandiuntur. Optanda quidem lucra, sed metuē dus est lapsus. Suspecta mihi sunt lucra quorum incertus est prouentus, uicinum propriæ periculum salutis, certum internæ suauitatis damnum. Quid mirum si moretur uenire, cum & molestum sit de libano discedere, & metuendum sit ad mōtes illos barbaros & bestiales accedere? Et forsitan spōse mora festinationem nostrā fugillat & arguit, qui nimis prompti, & parum prouidi, uires nostras minus pensantes, festinamus ingredi in labores prælationis, in solicitudinum molestias, & materiam lapsus, nec expectātes uel semel uocari, ultro nobis ipsi honorem sumimus, uocationem uel præuenientes, uel arte procurantes. Non debet esse tanti muneris improuida præsumptio, sed nec pertinax metus. Denicp præsumendum est ubi Christus iubet, ubi spōsus uocat, & prouentus uberes pollicetur, sicut in hoc loco: Veni, inquit, coronaberis, de capite sarmana, de uertice seir & hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum. Cum in subiectis mutatur morum barbaries, cum de cubilibus & impudicitijs ad florida & honesta transferuntur cubilia, & in ortos aromatū ad cubilia quibus non est fremitus sed fletus ad cubilia in quibus cōpunctio est cordis non pugna cogitationum. Sed cum aufertur maculosæ ueritatis uelamē, & nuda succedit simplicitas, moribus ministerio suo in melius commutatis, coronari sponsa satis apte accipitur. Bene quidem de talibus coronatur, cū iam uertuntur in ornatum, quorū antea mores horrebat. Cum ordine quodam charitatis sibi hærent in unum, qui ferinis prius affectibus diffidebant. Grata planè spōso est hæc unitatis cohærentia: ideò forsitan sequitur, & uulneratum se dicit in uno oculorum, in uno crine colli eius id est sponsæ. Capituli huius ratio in aliud differēda est tempus. Hoc autem in fine admonuisse sufficiat, si quem alieni cura profectus ad gradum altiorē solicitat, nō diffuadeo, nec suadeo planè. Vnum autē hortor, quisquis es. Aemulare & cunctationem & candorem sponsæ, quæ non est cō tenta semel uocari nec digna penitus nisi de quodam puræ & dealbatæ conscientiæ libano. Non enim nisi de libano dilectam uocat ad coronam sponsus eius, qui est deus benedictus in secula seculorum. Amen.

Canti. 4.

Canti. 4.

Canti. 4.

Canti. 4.

Canti. 4.

Canti. 4.

Matt. 11.

Canti. 4.

¶ *Sermo.* XXX. A

COr durum & male durum, in quo uerba ista uulnera non generant. Stupidum planè est cor quod uerborum istorum uirtutem non persentit, quod non stupet ad dignationem tantam. Quid dignationem dico: etiam plus est: & quantum esset, si uel dignatio esset? Magna enim res, & omni admiratione digna, si uel dignatur tanta maiestas humanam infirmitatem sororis & sponsæ impartiri uocabulo. Nunc autem non tam dignatio est quàm deuotio. Vultis autem deuoti & propensi affectus argumentum audire? Vulnerasti, inquit, cor meum soror mea sponsa, uulnerasti cor meū. Cor uulnus uehementiam designat amoris. O uerè dulce cor, quod nostris mouetur affectibus ad rependendam ui cissitudinem dilectionis. Et necessitudo hæc, & uicissitudo: necessitudo in sororis & sponsæ nomine, uicissitudo designatur in uulnere. Magna necessitudo sororis, sponsæ maior: illa cognationis, ista dilectionis. Ibi significatur quia de uno sunt, hic quia unum. Soror est, quia diuinæ cōsors naturæ. Sponsa uerò, quia in singularitatem assumpta personæ. Expressa planè necessitudinis hæc uocabula sunt, quæ uel uerum uel gratiam sonant. Quātum amare optet quæ tantis affinitatibus fœderatam Christo se nouit, quantumcunq; amat, non amat sed redamat. Ipse enim prior dilexit nos. Amor ad illum noster quantūcūq; propensus fuerit, non impenditur sed rependitur, debitus est non gratuitus, æquari ei qui iam impensus est amori non potest. Et quonam modo mereri potest, quomodo obligare potest, qui ne plenè quidem soluere sufficit? Nō potes sponsa amatori tuo uicissitudinem plenam rependere. Ipse tamen non desinit superimpendere. Quod impendit tibi, nondum plenè solutum est, & tamen obligatū se putat. Quicquid illi rependis amoris, nō accipit quasi debitum, sed quasi gratuitum. Quasi prouocatū ad dilectionem se persentit, dum cor suum uulneratum fatetur. Quid est hoc miraculi fratres? Nónne beatā hanc reputatis animam quæ ipsum cor domini nostri Iesu Christi pijs affectibus transfigit & penetrat? Acutus & efficax & uerè uiolentus affectus ille est qui tuum Iesu bone meretur & mouet affectum. Magna & uiolenta est uis charitatis, ipsum affectum dei attingens & penetrans, & uelut sagitta iecur eius transfigens. B Quid mirum si regnum cælorum uim patitur? Ipse dominus uiolenti amoris uulnus sustinet. Sed uide quibus iaculis uulneret. Vulnerasti, inquit, cor meum in uno oculorum tuorum, & in uno crine colli tui. Ne parcas sponsa talibus spōsum telis appetere. Aspectibus

Universidad de Deusto

ctibus pijs quasi spiculis utere. Noli in hoc negocio remissius agere, noli contenta esse dilectum uulnerare semel, sed concide ipsum uulnere super uulnus. Felix es si sagittæ tuæ infixæ sunt illi, & amores tui militent in Christo, si oculus tuus defixus indefesse sit in illo. Bonum uulnus, de quo uirtus egreditur. Tetigit mulier fimbriam, & uirtutẽ Luc. 8. de se sensit Christus exire. Quanto magis cũ cor eius non leuiter tangitur sed uulneratur, gratiam de se emanare sentit? Vulnus istud non est sine sensu: ideò puri aspectus in illum spicula uibra, reputa illum quasi signum positum ad tales sagittas. Tales fauorabiliter excipit, quia tales facit. Respexit Petrum, & cor eius percussit, & compunxit ad pœnitentiam. Vulnerati cordis lachrymæ dant signa. Denicq; clementi respectu cor illud uulnerat, quod ad aliquẽ uirtutis mouet affectum. Talia in me utinam multiplicet uulnera à planta pedis usq; ad uerticem, ut non sit in me sanitas. Mala enim sanitas ubi uulnera uacant quæ Christi pius infligit aspectus. Aspectus aspectũ prouocat, ideò tuo illum tenta uulnerare prospectu. Oculi tui semper ad dominum, ut amoris tui nutibus capiatur, illaqueetur criniculis. Nõ tamẽ dicit in oculis & criniculis, quasi in pluribus, sed quasi in uno. Vulnerasti, inquit, cor meum so- Cant. 4. ror mea sponsa, uulnerasti cor meum in uno oculorũ tuorum, & in uno crine colli tui. Si plures habes oculos. omnes alios claude, ut hoc uno utaris, quo solo dilectum intueri soles, & quo solo uales. Qui directius intueri uolũt, alterum oculum claudunt, alterum intendunt, & eũ ipsum quo cernunt stringuunt, ut stricto efficacius contemplentur acumine. Oculus tuus unus est si purus est, unus est si ad plura non est, unus est si quodammodo simplificatus & strictus & directus in unum est, non fixus, non diffusus, nõ sparsus in multa. Oculus tuus unus est si intendis & intueris semper in unum, & in illum unũ. Denicq; si amoris ocu- Psal. 26. lus est, unus est. Vnam, inquit, petij à domino, hanc requiram ut inhabitem in domo domini in longitudinem dierum, ut uideam uoluntatem domini. Oculus iste unus est, unum petens, & unum prospiciens. Et in uno crine colli tui. Nõ oportet ut crines fluitent, ut sine lege euagentur, & sparsi & errantes oculorum effundant luminibus. Non decet ut strictus sit oculus, & crinis laxus. Oculus enim offenditur cum crinis effunditur. Si intentio in oculo intelligitur, quid in crine ubi cogitatus designat? C Vis unum habere utrumq; & crinem & lumen, & intẽtionem & meditationem? Cuius est in lege domini uoluntas eius, & in ea meditabitur die ac nocte, iste etiam in uoluntate uniformi unum possidet oculum, & crinem unum in meditatione. Alioquin si uniformis & simplex intẽtio in deum tibi non fuerit. si cogitationes tuæ sine disciplina tua fluitent, intentum retundunt oculum, & simplicem intentionis diuerberant aciem, & cor dissipant peregrinæ & indisciplinatæ mentis uolutiones. Intentioni puræ cogitatus respõdeat, unus sit, sicut & illa uniformis est. Bonus enim crinis qui fusus non est, nõ incultus, sed collectus in unũ, & collo inhærens. Collo utiq; illi de quo dicitur: Collum Cant. 4. tuum sicut turris, de qua mille clypei dependent. Collum hoc sacram scripturam intellige, per quam ad nos diuinæ nuncia uoluntatis uerba profluunt. Bene ergo crinis colli, cogitatus assiduus in lege dei, ideò colli dicit, quia omnis cogitatus tuus, omnis sensus tuus & intellectus tuus sacro non debet præiudicare sermoni, sed ex eius præscripto pendere, & prodire ab ipso. Quàm diuisi & quasi lacerati sunt crines tui, & nihil in se compositionis habentes, collo licet inhæreant, non tamen placent sponso, nec eius cor uulnerant, non mouent affectum, nec gratiam merentur. Vtrumq; exigit ut coniuncti sint, & collo inhæreãt, & obtineant in se tam ordinem quàm auctoritatem. Quid enim proficis si meditationes tuæ in lege dei sint, & ipse in seipsis sine lege sint? Sine lege sunt, quæ sine ordine sunt, & passim feruntur. In uno, inquit, crine colli tui. In collo, sacri sermonis auctoritas intelligitur, quæ cogitatiões informet. Ordo autem in unitate. Bonus enim ordo ubi colliguntur in idipsum, & feruntur in unũ, & in unum illud quod nõ aufertur. Vel ideò dicit in uno crine colli tui, ut liberam & reuelatam significet spõsæ faciem. Crines enim pro uelamine habentur. Vult ergo in sponsa exutam & reuelatam faciem ad speculandam gloriam dei, ad intendendum sine offensione oculum contemplationis: ideò cõmendat crines compositos, & reductos à uultu ad collum. D Quid hoc in una singulariter intelligimus animæ? Deriuemus hunc sensum ad ecclesiæ statum. Gratus est enim q; ecclesiæ commune est. Denicq; nihil sponso gratius communitate, imo unitate credentium, & compage ecclesiæ. Multa bona in sponsæ cumulauit præconium, quibus se delectatum ostendit, sed nunquam sic expressit cõgaudentis gaudentis affectũ sicut hic, ubi & luminis & crinis cõmemorata est unitas. Quomodo non maximum erit eius gaudium, ubi maximum conseruatur mandatum? Man- Ioan. 13. datum, inquit, nouum do uobis, ut diligatis inuicem sicut dilexi uos. Oculi ecclesiæ, doctores sunt: quos qui tangit, tangit pupillam oculi domini. Crines uerò plebs credentium. In utrisq; est sponso grata unitas. In hoc, inquit, Ioan. 13. cognoscent omnes quia mei estis discipuli, si dilectionem Matt. 18. habueritis adinuicem. Consensus duorum uel trium preces impetrabiles facit, quanto magis totius ecclesiæ in Christo sensus? Quomodo nõ impetrat unitas, quæ ipm cor domini penetrat? Vulnerasti, inquit, cor meum soror Cant. 4. mea spõsa, uulnerasti cor meũ in uno oculorum tuorũ, & in uno crine colli tui. Quid em̃ in toto muliebri ornatu plus allicit & afficit amantis affectum quàm crines cõpositi? E Sed quid conamur laudibus cumulare crines spõsæ ambitioso cõptos & collectos ornatu? Magis subest plangendi copia quàm applaudendi. His diebus cerni mus diuulsos misere & laceros sponsæ crines, & inter se pugnare ecclesiæ plebes pro ecclesia. Cernis hoc & tu Iesu bone, & nihil te mouet ista diuulsio, non te sponsæ tuæ uulnus tam graue uulnerat? Si unitas ad gratulationem cor tuum uulnerat, dissidium ad compassionem uulnerare te debet. Mouet te unitatis & uniformitatis dispositio, moueat te eorum quæ unita fuerint dissipatio. Diuisi sunt crines tui, & disparati abinuicem, imo & contra inuicem. Vtriq; à sponsæ collo pendere se iactant, & de proprietate gloriantes, à se diuellere tentant. Nouit dominus qui sunt 2. Tim. 2. eius, & discedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen domini. Geminum hoc habens signaculum ut Paulus loquitur. Immobilis manet spõsa ipsius inter impias manus undiq; conuellentium illam & lacerantium. Reges terræ Psal. 2. & principes cõuenerunt in unum aduersus Christum domini & aduersus sponsam eius. Sed sponsa spõsum nouit, ut non sequatur alienum, sed ipsum. Nõ ignorat seipsam, non ignorat cuius sponsa sit, ideò non uult egredi, nec abire post greges sodalium. Et si sodales fuerunt, iam quidẽ non sunt. Exierunt à nobis, sed nõ sunt ex nobis. Quomo- 1. Ioan. 2. do sodales sunt qui amici non sunt? Amicus enim sponsi stat & audit, & gaudio gaudet propter uocem eius. Isti uerò non audiunt nec gaudent ad uocem sponsi, sed magis ad uocẽ imperatoris romani. Nisi (quod uerius fatemur) non tam gaudent quàm timent ad rugitum eius. Sed nouit dominus qui sunt eius, nõ qui sunt imperatoris. Ideò moueri nõ possunt ad fremitum leonis, quia immobili diuinæ notitiæ continentur signaculo. Bonum enim signaculum notitia dei. Notitia quæ secũdum propositum est, secundum quod uocati sunt sancti. Firmum est signaculũ hoc notitiæ eius, quia nihil ei deperit. Non tantum nõ deperit ei nihil: sed ipsa saluandos parit, ipsa predestinat, ipsa signat quos suos esse uelit. Geminum signaculum, diuinũ propositum, & humanum studium: diuina prouidentia, & humana diligentia. Nam de diligentia subdit apostolus: Et discedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen 2. Timo. 2. domini. Vide duas huius signaculi partes, unam diuinæ tantũ gratiæ, alteram & libertatis & gratiæ nostræ. Illam propositi, hanc adiutorij. Secunda hæc pars libertatis nostræ infirmum arbitrium dirigit. Nam prima prædestinã-

dę disponit. In prima quí sunt eius dominus præuidędo nouit. In secūda nobis innotescit. Illa causa, hæc est illius effectus. Illud signaculum immobile est, hoc probabile. Illud signaculum est, istud signaculi signum. Illa radix est, hic fructus: & à fructibus istis cognoscetis eos qui nominant nomen domini. Nam ipse in beneplacito suo nouit qui sunt eius, & ponit eos ut fructum hūc plurimum afferant: ideò dicit. ¶ Discedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen domini: qui eius esse se dicit, nō discedat ab unitate. Nec discedere potest quisquam illorum, quos diuina formauit & firmauit notitia. Deniq; & capillus de capite ecclesiæ non peribit. Capilli enim eius omnes numerati sunt, omnes signati signaculo præcedētis notitiæ, sine pœnitentia est ista notitia. Ideò firmū stat fundamentum, domini habens signaculum, & diuini propositi adiutorium, & arbitrij nostri conatum. Isto qui ligātur crines signaculo, nō poterit eos quisquam rapere de capite sponsæ. In manu tua domine omnes crines sponsæ, & non rapiet eos quisquam de manu tua. Tene Iesu bone quos tenes, & recollige quos nosti, & qui tuū se nouit, qui dicit: domini ego sum, qui nominat nomen domini discedat ab iniquitate, accedat ad unitatem ecclesiæ, ad unitatem capitis & corporis, id est sit crinis colli, & crinis unus. Nihil sic sponsi cor uulnerat, nihil promouet affectum, & animū penetrat: quomodo unitas spōsæ, & ea ipsa inter diripientium seruata & quasi solidata conatus. Episcopi religiosi proprias deserunt sedes, de ciuitate in ciuitatem fugiunt à facie persequentis. Deo deuoti & clerici & monachi tribulationibus & contumelijs affecti, rapinam bonorū suorum cum gaudio sustinent, cognoscentes se meliorem habere & manentem substantiam in unitate supernæ & eccle
Cant. 8. siasticæ charitatis. Si enim omnem substantiam suam dederit homo pro charitate, quasi nihil despiciet eam. Quidam equidem libertatem ecclesiasticæ communionis muneribus redimunt. Bona redemptio, sed uenditio turpis. Quid uendis quod ipse cōdemnas? Si schismaticos reputas qui à te separati sunt, non debueras precio inductus erroris sui illis permisisse licentiam. Si schisma reputas, cur libertatem eius muneribus uenditas? Si autem ecclesiasticæ unitatis apud nos ueritas est, quid illam diuellere tentas? Si Petri sedem successionis iure tenes, cur non Pe
Actuū. 8. tri sententias uendicas in eos quos schismaticos arbitraris? Pecunia, inquit, tua tecum sit in perditionem. Nunc uerò dicis, pecunia tua salua mihi sit, anima uerò eat in perditionem. Quomodo enim non perditio hæc ubi ab
3. Reg. 3. unitate corporis separatio est? ¶ Nec mihi, inquit, nec tibi sit, sed diuidatur. Ita & tu pecunias tollis, cum animas non potes. Tolle quod tollis, munera tolle tibi, animas ecclesiæ relinque. Nam & ipsa nisi animas nō quærit. Corporalia autem apud te bona spargāt, ne bona animæ dispergant tecum. Qui enim non colligit cum ecclesia, dispergit. Signanter satis ait. Qui non colligit mecū, dispergit. Collectio nanq; unitatis rationē continet, sicut dispersio innuit separationem. Ecclesia cum spōso dicere nouit: qui non est mecum, contra me est. Nil medium relinquēs,
Matt. 12. aut colligis cum illa, aut certè dispergis: aut cū illa es, aut contra illam. Tu autem dicere (ut aiunt) soles. Si non uis dispergere mecum, saltem non colligas cum illis. Si nō es mecum, saltem non sis contra me. Sufficit si nec noster sis,
Hiere. 8. nec aduersariorum. Sed nō ita noster Iesus qui ait, noster
Isaiæ. 1. es, an aduersariorum? medium nil relinquens. Nunquid Iesu bone non est resina in galaad? Quare ergo non est sanata domine contritio sponsæ tuæ? Vulnus & liuor & plaga tumens, non est circumligata, nec curata medicamine, neq; fota oleo. Potasti domine satis dilectam tuam uino compunctionis, quando oleo fouebis, oleo sancto tuo? Oleum autem peccatoris non impinguauit eam. Nam & qui ex aduerso sunt, oleum habere factant. Quid enim nisi oleum uenditant dum blanditiuntur, dum pollicentur honores, dum munera proponunt? Oleum istud non sanat, sed magis scindit. Ideò sicut uinum eorum, ita & oleum eorum. Æqua lance pēsanda sunt uerba & uerbera eorū. Renuit consolari anima mea ab uberibus consolationis eorum. Ipsi enim sicut lamia nudauerunt mammas, lactant- Tren. 4.
runt enim catulos suos, non ecclesiæ filios. Ecclesia enim mammas suas habet: idcirco in laudibus suis sequitur statim. Quàm pulchræ sunt mammæ tuæ soror mea sponsa. Re Canti. 4.
uoca domine Iesu filios tuos qui aberrant ad lactis huius dulcedinem, ut ex ore lactentium perficias laudem, cū destruxeris inimicum & ultorem: ideò festina & ejice ad ui- Psal. 8.
ctoriam iudicium, ut habitent in unum qui inuocant nomen tuum, quoniam in hac unitate mandas benedictionē & uitam per omnia secula seculorum. Amen.

¶ *Sermo.* XXXI. A

TEniter sunt à nobis perstringenda nunc ubera sponsæ quæ superius non uno in loco studiosius pressa sunt, & nescio an ex toto expressa. Fortasse modo tacta, nouum aliquid nobis effundat. Quis non auide & cum spe bona ad ubera currat, quæ sic spōsus laudare curauit? Hæc ubera sunt quorum nos Petrus quasi modo genitos infantes lac concupiscere 1. Pet. 2.
hortatur. Et commendatio præsens nónne uim quandam imitationis uidet obtinere? Quàm pulchræ sunt, inquit, Canti. 4.
mammæ tuæ soror mea sponsa. Non est simpliciter & sine expressione laus tanta profusa, sed ipse pronunciationis modus admirationem & oblectatione proferentis demonstrat. Quæ tamen est huius ordinis ratio? Cur post oculū & crinem statim ad mammas sermonem deflectit? aut cur in illis unitas commendatur, in his commendatur pluralitas. Mihi quidem in capitulo superiori mentis quidam & cogitationum excessus ad deum uidetur innui, sobrietas uerò & temperantia ad paruulos in isto: ibi unum necessarium est, hic solicitudo & sermo doctrinæ partiendus in plura. Ibi intemperantia feruidi amoris collecta in unum & constricta, & penetrās ipsum dilecti pectus saucíat. Hic temperata doctrina, & sermo sobrius, lacteo quodam potu paruulos satiat. Vides quomodo nihil medium relinquit in laude sponsæ, sed cū Paulo aut mente excedit deo, 2. Cor. 5.
aut cōdescendit nobis. Charitas enim, inquit, urget nos. Ibidem.
Ad quid urget nos? Nūquid ad excessum? Non utiq; ad excessum, sed utiq; ad condescensum. Res illa est uoti, hæc obsequij. Illic intemperantis affectus sumus, hic contemperantis. Bonus ordo planè haurire ibi, & hic exhaurirí. Primo hic infundi, postea hic infundere: inebriari ibi, & hic inebriare. Bona uicissitudo talis, si tamen modo talis. Ordinatione tua domine hæc uicissitudo perseuerat, uicissitudo contemplationis & consolationis. An non beatus cui omnia uitæ momēta in hoc decurrūt, ut uel Christo uulnera charitatis infigat, uel pietatis ubera porrígat subditis? Ego siquando (si tamen aliquando) inebriatus ab ubertate domus tuæ domine distēta ubera inde reportare uideor, tot uarijs & tam molestis exsiccātur negocijs incurrentibus. ut mox arentia reddantur, quæ prius eruditionis & gratiarū ubertim lactæ rorabant. Felix quidē qui sancti interpellatiōe aliqua talia in se cōtinuat studia, ut uel ipsum (ac si ita dicam) sapientiæ cor & secretariū penetret, aut ubera inde referat uoluptatis illius ubertate referta. Sponsa planè est quæ nouit huiusmodi uariare uices. Ideò in laude ipsius post contemplationis excessum, de consolationis & doctrinæ uberibus sermo statim contexi- Canti. 4.
tur. Quàm pulchræ sunt mammæ tuæ purus oculus, & pulchræ mammæ. Ille sponso & filijs sponsi. Ille ideò unus dicitur, hic plures: quia uarias debet esse uberum temperatura, pro sugentiū qualitate diuersa. Vide quomodo Paulus iudæis factus est iudæus, & his qui sine lege erāt quasi 1. Cor. 9.
& ipse sine lege esset, infirmus infirmis. Nónne uelut tot applicat discipulis ubera, qui in se tot transformat generas? Quid aliud molitus est temperatura tam multiplici, nisi ut leniter & lactis more teneris auditorum eius doctrina influeret animis? Tot uidetur abundare mammis, quot modis arte ingeniosa capacitati se infirmorū coaptabat.

1.Thes.2. B Factus sum, inquit, in medio uestri tanquam paruulus in medio paruulorũ, quomodo si nutrix foueat filios. Et si uultis duas uobis mammas maternæ pietatis assigna bo, imo idem ipse Paulus assignat cum dicit: quia pietas ad omnia utilis est, consolationem habens uitæ quæ nunc est, & futuræ. His uberibus geminis erga subditos abundare debet, qui doctoris & patris in ecclesia locum occu-
Esaie.66. pat, his muniri mammis à dextris & à sinistris, ut qui ei cõmissi sunt potentur à lacte, & satientur ab uberibus consolationis eius. Harum alteram reputa sinistram, alterã dexteram. Sinistram in temporalibus subsidijs, dexterã in spi-
Rom.12. rituali consolatione. Qui miseretur in hilaritate, qui tri-
1.Petri.3. buit in simplicitate, qui iuxta apostolorũ principem gregi commisso prouidet non coacte sed spontanee, mammã hic sinistram exhibet, & ecclesiæ promittitur in pphetia
Esaie.60 Esaiæ, quòd regum mammilla lactabitur. Mammilla, inquit, & non mammillis, eo quòd regum est temporalibus
Prouer.3. præcipue bonis ecclesiam fouere, hæc enim sinistra eius est, in qua sunt diuitiæ & gloria. De dextera quidem mam-
1.Thes.5. milla sic nos Paulus informat: Consolamini, inquit, pusillanimes, & consolamini eum qui huiusmodi est, ne abun-
Gala.6. datiore tristitia absorbeatur. Itẽ uos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis. Et (ut ita dicam) sunt qui sinistram tantum mammam ex officio habent, sicut hi quos supra diximus reges & principes. Et sunt qui bus ex officij sui iure pendet dexteram maxime præbere
Mala.2. mammillam, sicut sacerdotes domini & doctores, quorũ labia custodiunt scientiam, & lex domini requirenda est ab eis. Hi enim magis à subditis plebibus carnalia metũt, quibus spiritualia seminant. Qui uerò possessionibus cunctis renunciant, qui rebus tẽporalibus ualedicunt, se suaq; omnia monasterio tradentes, & ex toto in ius abbatis transeunt, nullam sui sibi curam relinquentes decætero, tales utiq; gemino consolationis lactandi sunt ubere. Ideò neutro hoc carere debent qui talibus præsunt, ne mutilũ & uelut detruncatum uideantur pectus gestare, una desormiter mammilla cõtẽtum. Qui uerò utroq; destituuntur, locum hunc in ecclesia & sibi damnose tenent, & quantũ ad alios periculose, ne fortè lingua lactentis adhæreat palato, dũ arentia sunt ubera matris. Peregrina est planè hæc
Canti.2. laus ab illis, in præsenti facta ad sponsam. Quàm pulchræ sunt mammæ tuæ soror mea spõsa. Simulq; aduerte quòd
Eccle.15. non omnes pulchræ sunt mammæ. Non est enim speciosa
Prouer.1. laus in ore peccatoris. Filij, inquit, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. Vide quomodo quorundam ubera non modo non uult speciosa haberi, sed uult suspecta. Idcirco ista commendat, ut bene noris ad quæ te debeas
Canti.4. tuto conferre. C Quàm pulchræ sunt mammæ tuæ: me-
Canti.1. liora sunt ubera tua uino. Duo sunt, quæ ponit in laude uberum istorum, pulchritudinem & uirtutem. Alterũ cõuenit amanti, alterum lactenti. Quid enim lactentis refert si pulchra sunt ubera, dummodo sint ubera, & redundantia lactæ salubris? Pulchritudinem ergo pro se commemorat, & lactis gratiam pro suis. Et si non ipse melius sapis, pulchritudinem ad conuersationis uenustatem refert, ad doctrinam & eruditionem, quod restat in commendatione mammarum. Dulcius sugitur, ubi uita uenustat sermonis uirtutem. Et si spirituale aliquid uis & expressum de pulchritudine earũ audire, ad mulierum te studia mitto, quæ corporei decoris & cultus & operam gerunt, & assecutæ sunt artem. Quid enim magis affectant in ornatum pectoris, quàm ne mammæ superexcrescant, & deformiter fluitent, & pectoris ipsius occupent spatia. Ideò excrescentes & fluitantes, fascijs pectoralibus stringunt, naturæ uitio arte medẽtes. Pulchra sunt enim ubera quæ paululum supereminent & tument modico, nec elata nimis, nec tamen æquata carni reliquæ quasi repressa, sed nõ depressa: leuiter restricta, non fluitantia licẽter. Hoc quidem exemplo qui uerba bona uerba spiritualia debet proferre, mulierum imitetur & studia & industriam. Castigato utatur sermone uerborum, non fluitent ubera, nõ sine lege ferantur, non pectus & quoddam secretarium mẽtis magis occupent quàm ornent, nõ habeant plus materiæ quàm gratiæ, non plus carnis quàm lactis. Purus & prudens sit sermo pro tempore. Accedat huc pietas, & pulchritudinis numeros teneat. Non habeat plus oris quàm pectoris, nec lactis fluxum patiatur. Ex pectore debent ubera prodire, & inhærere illi, non ipsum conuerti in illa. Ex abundantia cordis os loquatur, ex illa non totum effundat. Restringenda sunt ubera, ne nimis exuberent. Videas aliquos dũ uerba consolatoria plus æquo sectantur, in uana deuoluí: & dum auditores longo pertæsos silentio, & quasi quadã subtristes accidia exhilarare uolunt, petulantis lasciuia linguæ post utilia profluunt ad scurrilia, & modico frumento multum zizaniorum aut præseminant aut superseminant, loquuntur placentia, & doctrinæ panem in risum faciunt (sicut scriptum est) sed paulò post risum sine pane, Eccle.10.
sine pane uerbi salutaris. Non est adulterandum uerbum 2.Cor.4.
dei, nec admixtione corrumpendum peregrina. Suis sit contentum uberibus, uberibus utriusq; testamenti. Hæc tibi memoriter in pectore hæreant, hæc tibi consolatorijũ & quasi lacteum sermonem ministrent, ita suggerãt quod alij sugant. De pectore tuo erumpant radicitus, ut nõ sint affectata quæ dicis, sed de puro & præcordiali prolata affectu, iuxta illud: Si uis me flere, plorandum est primo tibi ipsi. Compassionis & gratulationis affectus intus nascatur tibi, sed per scripturæ sacræ uerba, ac si ubera quædam ad educationem audientium profluat. Pudice quidem, ut in re seria, & petulantia absit, & serenitas adsit. Ad pulchritudinem enim mammarũ accedit si se paululum attollant, & tumeant modice, tantum ut habeant auctoritatis quantum sat est, austeritatis nihil. Ideò & uino meliora dicuntur ubera. Sic enim in laude eorum statim sequitur. D
Meliora sunt ubera tua uino. Vbera gratiæ, ubera consolationis, austeritatis & duritiæ, uino meliora sunt ac efficaciora, & accomodata magis ad commutandum tristes & exasperatos affectus, ad consolendum imbecilles & teneros. Facilius mouẽt, & fouent suauius. Verbum enim dulce, & mitigat inimicos, & amicos multiplicat. Dulce euangelij uerbum, durum legis. Et uide quomodo uerbũ dulce effera gentium corda conuertit, & quasi marinos & falsos fluctus in lactis saporem. Inundationem, inquit, maris Deute.33.
quasi lac sugent. De apostolis hoc dictum est sub typo Zabulon & Isachar. Hodie si quis amarus & turbidus fluit, non desperes. Adhibe ubera, instilla lac, fortè & ipse cras lacteus fluet. Quis scit si non modica stilla totam massam conuertat? Dabit enim dominus uerbum euangelizanti- Psal.67.
bus uirtute multa. Sterilis & infirma est seueritas legis, & sine gratia præcipit, & sine uenia punit, utroq; ubere caret, inde uel præsignatione uel præfiguratione hæc continet, sed in actu non exhibet. Memento non legis sed euangelij ministrum te esse, ministrum Iesu, qui in passione acetum, & in cœna uini ueteris reprobauit acorem. Nouatianus non habet mammam ueniæ, nec Pelagius gratiæ. Ille naturæ inueteratæ & corruptæ bona prædicat, & ad iustitiam sufficere dicit: hic diuinæ naturæ bonitatem tollit, dum pœnitentiam negat. Ille (ut sic dicam) reuocat petentes, hic non suscipit pœnitẽtes. Vetustatem ille propinat, hic austeritatem. Non habet eius doctrina gratiæ lacteam nouitatem, nec huiusmodi dulcedinẽ. Parasti (inquit psal- Psal.67.
mista) in dulcedine tua pauperi deus. Pelagius diues est, non eget hac dulcedine: innascitur ei, non paratur. Pelagius dicit, non indigeo: & Nouatianus non indulgeo. Alter prædurus est, alter prædiues. Para domine para in dulcedine tua pauperi tuo deus. Tu para, tu repara, & nõ nisi in dulcedine tua. Magna multitudo dulcedinis quæ de Psal.67.
uberibus tuis domine sugitur. Quoties post opus graues excessus ad ista accessi, pressi instantius: & quantam lactis

Universidad de Deusto Biblioteca

Roma. 5. expressi copiam, tu domine nosti. Vbi abundabit delictū, abundauit & gratia. Sufficiebat mihi ut diuitiæ computarentur si uel mererer ueniam: & ecce abundauit & gratia. Mammarum pressi unam, & utraq; influxit ubertim. Idcò spōsa tua gratiæ lacte potata, & satiata ab uberibus consolationis, didicit & ipsa ubera magis præbere quàm uinum. Meliora enim sunt ubera eius uino. Vinum uetustate accescit, ubera totum nouum, dulce totum effundūt.

1. Cor. 13. Denicq; & timor foras mittitur, & charitas nunquam excidit. Hoc est mandatum nouum eius, semper recens dulcedo. Non pōt amor esse, & dulcis non esse. Meliora ergo sunt ubera tua uino. Vinum non malum, sed ubera melio ra. Meliora quidem sunt, mixturam tamen non refugiunt uini. E Nam in sequentibus aliquāto post dicet: Bibi

Canti. 5. uinum cum lacte meo. Melius tamen si bibat lac solum, & sine uino: quia in uino terror est, in uberib⁹ cōpassionis & gratiæ lene blandimentum. Nam uinum licet in bonum ualeat & soleat accipi: hic tamen ex collatione uberū aliquid durū & fortè significare uidetur. Meliora sunt ubera eius uino: quia melior est dulcis & fraterna compassio, quàm indignantis animi durus & immittis affectus. Qua

Roma. 1. si non habentes ubera Paulus notat, quos sine affectione uocat. Nō potest in humano pectore uberibus carere pietatis sponsa sponso suo adhærens. Ipsi enim mons uber, mons incascatus, mons coagulatus, mons pinguis. Quomodo de tanta lactis copia nil sponsa capiat, cui beneplacitum est in hoc monte habitare? Etsi in hoc monte sine intermissione habitare nondū possumus, recurramus fre-

Prou. 5. quenter, ascendamus, inebriemur uberibus. Sic enim scriptura habet: Vbera eius inebrient te omni tempore, & in amore eius delectare iugiter. Videte ad quem sensum uberum interpretationem deflectat, ad ebrietatem & oblectationem amoris. Quid necesse est diutius in quærenda uberum ratione morari? magis uerò quæramus ipsis

Psal. 62. inebriari. Meliora enim sunt ubera uino, quia melior est misericordia super uitas. melior est amoris affectio quàm afflictio carnis, & lacteus potus spiritualis nouitatis, compunctionis uino. Ibi enim ostēduntur & gustantur dura, dum uetus homo repellitur & destruitur: hic in nouitate uitæ, diuini fauoris lactea capimus blandimēta, nec fugæ

Canti. 4. sed refugij significationem. Bonum quidem uinū, sed ubera dulciora. Bona compunctio, sed melior unctio. Odor enim unguentorum tuorum super omnia aromata. Iam studia uestra ad audiendum reintegrata uideo. Auiditatem uestram excitauit odor unguentorum sponsæ. Indiscreta quadam esurie illa nullis hodie uberibus supperadi. Date inducias usq; mane, hodie sufficiant ubera, crasti no accedamus ad unguenta, eo uetis nostris præstāte affectum, qui uberum & unguentorum sponsæ suæ & cōmendator est & dator, Iesu Christo, qui uiuit & regnat in secula seculorum. Amen.

¶ *Sermo.* XXXII. A

EXiguum est mihi olei & unguenti fratres, & uos hodie uasa affertis tāta, tam uacua. Nec ducatis ad iniuriam quòd uacua uasa uestra dico. Ego non inania per hoc, sed magis capacia uolo intelligi, eo quòd & auida & idonea sint uobis ad capiendum ingenia. Quis ista implere sufficiat? Attenditis ad unguenta sponsæ quanta sit illi aromatum copia, quasi non & instrumenti habenda sit ratio, per quod ad uos manare debent? Copiosa quidem materia, sed nihilominus attendite quid minister queat. Fiat quod uultis, non cauſabor inopiam, ne uos me non obseruatæ sponsionis incusetis. Instillabo modicum quod habeo olei uasis ingentibus, atq; utinam aliquis Helisæus iubeat, cuius uirtus nostro prouentum bonū conatui tribuat. Quid ergo? Nónne hic multi assident Helisæi, multi prophætæ, aut certè filij prophetarum? & hi omnes iubēt, & si merita inferius essent, numerus ipse magni unius alicuius poterat uicem supplere. Instillabo ergo aliquid de reliquijs unguentorum. Nam ipsa in capite libri copiose & sufficienter effusa meministis, & fortè fex illorū nondum est exinanita. Num quid & ego modo sum exhausturus illam? Ne speretis id à me: nec enim præsumo. Fertilis apud sponsam est unguentorum apotheca. Non est quod dicatis exhaurite, exinanite usq; ad fundamentum in ea. Vtinam contingat mihi in hac fece intingi in oleo, sicut scriptum est de Aser. Deute. 33. Fratres, si non meremur in olei dolium, in unguentorum copiam, cum euangelista Ioanne immergi, si nō meremur tam uberem unctionem, nunquid desperabimus uel intinctionem, nunquid saltem odorem? Nam & odor hic tantum commendatus est, & odor, inquit, unguentorum tuo Canti. 4. rum super omnia aromata. Vbera prosunt ut crescas, unguenta ne deficias. Meliora sunt ubera tua uino, & odor unguentorum tuorum super omnia aromata. Et ut hodiernum capitulum cum hesterno copulemus, dicamus ubera tenerorum esse, unguenta fortium. Vbera prosunt ut crescas, unguenta ne deficias. Meliora sunt, inquit, ubera tua uino, Conferamus inter se ista tria, uina, ubera, unguenta. In uino ueteris hominis defectio, in ubere noui refectio, in unguentis quædam delectatio. Vino carnalis sensus inebriatur & sopitur & obruitur, ubere nouus nutritur, unguentis adultus delectatur. In primo homo uetus conficitur, in secūdo nouus reficitur, in tertio iam appropinquans ad perfectionem ineffabili lætitia afficitur. B An non ordo bonus, ut de refectiōe ad delectationem accedas, post lactis primitias ad unguentorum delicias? Et à principio cantici huius utraq; ista unguenta & ubera, & commemorata & copulata sunt in præconijs sponsæ. Nec exigua horum gratia, quæ toties replicat in laudem dilectæ, non contentus commorasse semel. Nónne delectatum putas laudibus istis quas tanto affectu tam frequenter recenset? Est & quod ad te trahas de tāta sedulitate iteratæ laudationis: imitationem tuam puta hanc iteratiónem: curre & tu in odorem unguentorum istorū, imo cura magis ut hæc in te unguenta redoleant, ut & tu audire

Canti. 4. dignus sis quia odor unguentorum tuorum super omnia aromata. Nec tantum semel hoc audias, sed iterato has tibi laudationes os dilecti loquatur. Recentia in te sint, & quasi noua semper unguenta, non arescant, non exsiccentur, non exinaniantur. Oleum exinanitum nomen dilecti. Sed uide ut exinaniatur usq; in te, non exinaniatur à te. Bonum est si cum sponsa inchoes ab unguentis, sed nō bonum ut consumaris in unguentis. Alioquin tibi dicit Pau Gala. 3. lus: Cum spiritu cœperis, nunc carne consummaris. Bene ungeris, si spiritu ungeris. Ideò sic ungere, ut caro in te im Psal. 108. mutetur propter oleum. Oleum non immutetur aut minuatur propter carnem. Oleum imo & unguentum non de capite tuo discedat, sed exuberet & descendat usq; ad pedes: quia utraq; in Christo Iesu non tam uncta quàm perfusa sunt unguēto. Intret oleum interiora tua, ipsis imbibatur affectibus, ut carnalitas omnis in te mutetur propter oleum. Erit enim quando & caro immutabitur propter oleum. Vnctus est & perfusus oleo lætitiæ præ cōsor- Psal. 44. tibus suis. Ideò solus ante resurrectionis tēpus dicere potuit: Caro mea immutata est propter oleum. Iure antici- Psal. 108. pauit communis horā immutationis caro immunis à carnalitate. O hora optabilis, ô dulce unguentum, quando & per quod caro dissoluta ascendet in incorruptionem. Nā ante illum statum quid nisi descendat in corruptionem? C Vidistis hesterno die fratres, aspexistis lachrymabilibus oculis carnem miseram commutatam, carnem descendentem de corruptibilitate in corruptionem. Et quidem satis lente & cum mora descendentem, nec posse penitus corrūpi. Videbatur uelle corpus quod occupauerat hæreditate

reditate possidere ipsa corruptio,& ne desineret putresce re,non sinebat perputruisse.Cohibebat ires quasi nollet substantiam celeriter consumere, ut diutius inficere pos set.Nam cum fuerit caro redacta in puluerem,quid habet
1.Petri.1. ultra corruptela quod faciat? Omnis caro fœnum, & om nis gloria eius quasi flos fœni. Exsiccatum est fœnum, & cecidit flos.His uerbis propheta uelocitatem defectionis expressit,qua facile caro florida & uitali pubescens calo re,& roseo colore pulchra,sed de terra succisa uiuentium, exsiccatur quidem subito,sed non computrescit tam cito. Ergo fœni collatione celeritatem subitæ commutationis ostendit,nō lentæ & putridæ corruptionis expressit hor rorem. Videres in illo cadauere ossa quæ tecta fuerant, quædam denudata, quædam quidem adhuc non tam te cta quàm polluta & inuoluta putredine. Grassabatur in carne misera longa corruptio, & attingens à fine usq; ad finem fortiter,miserabiliter dissipabat omnia.Poteram & ego dicere dissipabat omnia carnis eius,eo quòd dissipa tio uirtuti diuinæ dispositionis seruiebat.Misera commu tatio,sed pulchra ratio qua deo placuit ut carnis gloria non nisi per putredinem deducatur in puluerem. Sæuiat mors,sæuiat & grassetur ipsa corruptio in carnem huma nam,depopuletur eam quantum potest,deducat eam pri mo in saniem,deinde in cinerem. Nam hucusq; potest & non amplius quàm in puluerem deducere: scilicet carnis gloriam.Non ad nihilum consumere ualet carnis substan
Iob.14. tiam,nec penitus consumere,nec perpetuo possidere.Do nec atteratur cælum,non surget: sed tamen tunc con
Iobel.2. surget.Tunc enim effundet dominus de spiritu suo super omnem carnem,tunc caro sanctorum erit immutata pro
1.Cor.15. pter oleū,eo quòd spiritus domini unxerit eam. Omnes enim resurgemus,sed non omnes immutabimur. D O quanta uirtus unguenti illius,à cuius facie corruptionis tam uetustæ fugum computrescit, & caro quæ consum pta fuit à supplicijs, reuertetur ad dies adolescentiæ suæ, adolescentiæ quæ non discedat alia ætate succedente.Effi cax omnino unguentum,per quod tam inueterata sanabi tur contritio,& tam annosa sanies in sanitatem incorru ptibilem conuertetur.Ecclesiæ proprium est hoc unguen tum,ideò christiani dicuntur filij eius à spōso suo Christo, id est uncto.Et iam accipimus hoc unguentum in baptis mate.Sed sicut ibi operatum est ad sanctificationem,ita & in fine temporum operabitur ad gloriosam illam immu tationem, quando caro immutata erit propter oleum. Quis scit si nō interim morbus sinatur desuire,ut ex uio lentia morbi uirtus declaret remedij? Bene ergo unguen ti huius odor commendatur, eo quòd gratiam eius ac si délonge adhuc odoramus.Quod aliud dabis antidotum tam efficax ad mitigandum ommem mentis quæ potest ac cidere desolationem,quàm quòd fidissima spes est resurre ctionis futuræ,& felicis illius commutationis? Nō habet doctrina gentilium resurrectionis credulitatem,& iudæo rum traditio non tenet qualitatem. Illi non credunt, isti minus plenè,sed parum pure de spirituali resurrectionis gloria,& angelica similitudine sentiunt. Gentiles unguen ti huius odorem non trahunt. Iudæi quidem non ipsum & proprium,sed nescio quem alium & adulterinum pro eo.Apud solam ecclesiam unguenti illius odor & integer & propriùs existit. Ideò odor unguentorum eius super omnia aromata.Bona unguenta impassibilitas & patien tia.Per illam caro resuscitata lædi non poterit, per istam mens pia inter prouocationes & iniurias illæsa consistit. Per illam quieto & inconcusso iure carnis nostræ terram hæreditate possidemus,per hanc uerò ipsam animam. In
Luc.21. patientia,inquit,uestra possidebitis animas uestras. Ipsa patientia quid aliud est nisi uelut quidam futuræ impassi bilitatis odor? Illic mala nulla inferuntur,hic uerò patien tiæ beneficio,ac si unguento quodam mitigatorio, etiam quæ illata sunt non sentiuntur. Efficax & utile omnino unguentum quod inter carnis uexationes animum ab iniuria tuetur,& continet ne fatiscat,ne deficiat,ne laboret.

E Ego utilitatem unguenti huius prædico, tu fortè uoluptatem quæris.Ne in hoc quidē deero, & adhuc uobis excellentiorem unctionem demonstro. Omne gaudium, Iaco.1. inquit,existimate fratres,cum in tentationes uarias inciderítis.An non tibi uidetur excellentiori unguento perfusus qui nouit in aduersis gaudere, quàm qui didicit in ipsis non contristari? Minus enim est quo dolor excludi tur,quàm quo lætitia suadetur.Denicq; & inimicos nō modo tolerare sed amare iubetur sponsa Christi.Diligite,inquit,inimicos uestros.Bona ergo.eius unguenta, quæ in Lucæ.6. tristibus lætitiā redolent,& hostibus dilectionē præstant. Dilectio enim maior est omnibus sacrificijs & holocaustomatibus.Ideò odor unguentorum tuorum præcellit omnibus aromatibus.Bonum planè orationis aroma, bonū incensum.Sed audi quid euāgelium præferat. Si offers,in Matt.5. quit,munus tuū ante altare,& ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te, dimitte ibi munus tuum ante altare,& uade prius reconciliari fratri tuo. Aduertis satis quomodo unguentum reconciliationis aromati præfert orationis.Quid est reconciliatio, nisi iterata animorum dissidentium conciliatio? Et de conciliatione & charitate fraterna dicit tibi psalmus. Ecce quàm bonū Psal.132. & quàm iucundum habitare fratres in unum. Hæc est ex 1.Cor.12. cellentior uia iuxta Paulum,& alijs maior charismatibus quàm odor unguentorum cunctis aromatibus. Vnguen Psal.21. tum hoc descendit de capite in barbam & oram uestimenti.Christus enim caput nostrum prius dilexit nos, ut nos diligamus eum.Ideò & spōsa se currere dicit in odore unctionis,id est in æmulatione dilectionis.Nō dicit unguenti, sed unguentorum: eo quòd gemina sit dilectio. Vna qua diligimus ipsum quoniam ipse prior dilexit nos.Alia qua diligimus inuicem,sicut & ipse dilexit nos. Vtriusq; dilectionis habemus ab ipso & exemplum & donum.Ipse enim dilectionis & uiam monstrat,& ministrat uirtutem. Ideò scriptum est:In odore unguetorum eius curremus. Ipsa connexio & suauitas,& amor patris & filij, & mutua Cant.1. complexio per spiritum amborum nómne grato nos odore perfundit,& ad similem nos inuitat æmulationem,ut & nos unum simus,sicut & ipsi unum sunt? F Felix quidem qui sequitur & currit in odore charitatis illius,suauitatis illius,dilectionis illius,unctionis illius.Ipse enim spiritus utroq; quasi perungit,quos tanta amoris dulcedine coniungit. Imitemur unctionem istam. Curramus in eius odore.Diuinæ illius & essentialis unitatis æmula est & quasi imago fraterna charitas,& quædam uelut umbra unguenti illius & dulcedinis & amoris mutui. Ecce enim quàm bonū & quàm iucundum habitare fratres in unū. Psal.132. Sicut unguentum in capite quod descendit &c. Atq; utinam de capite nostro quod sursum est, quædam unguenti istius in nos umbra descendat, ut & ipsi audire mereamur,quoniam odor unguentorum tuorum super omnia aromata.Percurre animo uirtutes reliquas,usum & opera Cant. 4. singularum recense,nihil in illis tam suauiter redolet, quā tum pura de corde charitas. Quem odorem tibi spirent ieiunia,quem odorem eleemosynæ,si in illis charitas non polleat? Castitas ipsa & tolerātia passionum,si non fuerint charitate condita,quid tibi suauis odoris refundent? Si tradidero(inquit Paulus)corpus meum ita ut ardeam,& 1.Cor.13. quasi aroma incensum liquescam totus in igne, charitatem autem non habeam,nihil mihi prodest. Non potest gratis suscipi,quod non cum gratia offertur.Charitas radix est,quasi rami uirtutes cæteræ de illa pullulāt, & ideò pinguedinis illius participes esse debent. Quid prodest ramus in bona oliua,si non in eo sentitur radicis pinguedo & gratia? Ita quidem nec uirtutes, nec opera uirtutum,si non in eis charitatis & dilectionis uirtus redoleat.

G Maria cuius etiam modo tibi nomen de euangelio

Universidad de Deusto Biblioteca

Luc. 7. sonuit, quid in ea aliud quàm dilectio redolebat? Dimissa sunt ei, inquit, peccata multa, quoniam dilexit multum. Bonus huius unguenti odor, cuius gratia ueteris corruptelæ fœtorem delenit omnino, & totam ecclesiæ domum suauitate grata perfudit. Dum esset rex in accubitu suo, nardi pistici alabastrum confregit & effudit super caput recumbentis. Et nardus illa dedit & adhuc dat & in finem seculi dabit odorē suum. Bonum in ara pectoris sui Christo domino incendit aroma, ac si unguentum exinanitum cor eius liquefactum flamma charitatis. Sepulto domino, uide quàm officiosa, quàm sedula monumentum frequentat. It & redit. Videt angelos, apostolos imitat, abeuntibus illis non abijt illa. Ardens est, inquit, cor meum, desidero uidere deum meum, quæro & nō inuenio eum. Nónne tibi anxietas ista quærentis eximiæ quoq; dilectionis uidetur odorem spirare? Hæc uerba dum in eius memoria cantantur, nónne qui cantāt & ipsi quoq; inflammantur? Denique & ipse Iesus qui desideratur, unguenti illius fragrantiam odorat, & quasi currit ad illam in odore uehementis amoris. Quidni ad cognata libenter recurrat unMarc. 16. guenta. Quasi in matutino festinat ad illam, & surgens mane prima sabbati primo apparet Mariæ, & ungit eā oleo lætitiæ præ consortibus suis, dum se iam resurrexisse manifestat in gloria. Iam aromata illius in unguenta conuertit, & desideria eius in dilectionem cōmutat. Aroma mihi uidetur offerre, qui orat & optat. Tunc autem unguento perfunditur, cum eius quem amat potitur copia, cum præsentia delectatur. Bonum quidem orare & desiderare dominum, sed amare & habere & frui melius. Et (ut ita dicā) cum non habes, bonum est mendicare, sed melius manducare. Si potes absentem amare, quanto magis cum adest, cum copiam sui indulget, cum experientia dulcis alimenta ministrat amoris? Tunc enim & spiritualius & profusius ungitur anima, cum illi qui unctus est spiritu & uirtute, arctius iungit. Tunc præcipue dilectio placet, tunc suauius redolet, cum tota fuerit in ipsum transfusa, cum adhærens illi uni, oris fragrat unguento, unguento illo quod de spōso redundat in sponsam. Iucunde omnino & suauiter redolet cohabitatio ista in unum: sicut unguentum in capite quod descendit &c. Ideò odor unguentorum eius super omnia aromata. Et si unguenta etiam ipsi sponsæ alia sint, nulla talia sunt quale illud quod descendit in ipsam, hora hac maxime qua dilecto cohæret, quando inter eius Cant. 1. ubera moratur, quādo cubat in secretario cordis. Denique quando rex est in accubitu suo, tunc nardus sponsæ spargit odorem suum, odorem bonum super omnia aromata, odorem sponsi, magis uerò odorem spōsum. Ipse est enim dilectæ suæ unguentum, ipse est odor: nam ipse in dilecta sua complacet sibi, ipse redolet. Atq; utinam unguentum hoc de capite nostro non discedat, & odoris eius fumus ascendat de cordibus nostris in secula seculorum. Amen.

¶Sermo. XXXIII. A

Lucæ. 24 Ioan. 19. Dies ista dominicæ resurrectiōis annua celebritate solennis, de unguentis repetito tractatu me compellit instaurare sermonem. Veniunt hodie mulieres cum aromatibus, uenit & Nicodemus ferens mixturam myrrhæ & aloes quasi libras centū. Maria magdalenæ ipsa præuenit ungere corpus Iesu in sepultura. Videtis quanta mysteria celebrantur in unguētis. Magna mysteria, & quis ad ista idoneus? Quis digne unguentorum assignabit distinctionem proprietatem expo-

net? Disputatio hæc experientis est, nō coniicientis. Non est enim facile cuiquam de unguentis tractare, nisi quem ipsa docuerit unctio. Hodie unctus est dominus oleo lætitiæ præ consortibus suis, non tamen sine consortibus suis. Quomodo enim consors est qui non congratulatur, non congaudet, qui de surgente non consurgit in nouam lætitiam? Opportuna quidem occasio de unguentis uobiscū differere: sed multo magis opportuna unguentis redolere. Vos exigitis à me sermonem, & ego à uobis unguentorum odorem deposco. Qua ratione cum sanctis mulieribus domini Iesu frequentatis monumentum, si nullum spirituale defertis ad illud unguentum? Caro domini hodie gloriose est immutata propter oleum. Nónne cōdignum uidetur ut corda nostra immutentur & conuertantur in oleum spirituale, in oleum exultationis & lætitiæ? Institueram de unguentis sermonem, & ecce disputatio nostra hæsit in oleo. Et quid oleo cum unguentis? Multum quidem, & si non per omnem modum idem est, accedit tamen ex parte aliqua & assimilatur eis. Oleum enim quamuis non fragat, mitigat tamen: non bene olet, sed bene ungeris ex eo. Hic autem non tam unctionem quàm odorem commendat in unguentis spōsæ. Et odor, inquit, unguen- Cant. 4. torum tuorum super omnia aromata. Non omnis anima odoriferis abundat unguentis, sicut & mulier illa in re- 4. Reg. 4 gum libro loquitur ad prophetam. Non est in domo mea nisi paululum olei quo ungar. Non habet hæc mulier unguenta odoriferis speciebus composita, sed oleum ad unctionem simplex & exiguum. B Maria magdalenæ non Marc. 14 legis sed euangelica mulier unguentum defert nardi spicati pretiosi, nec exiguum, sed libram integrā. Et ipse Simon Lucæ. 7. redarguitur à domino quòd nec oleo quidem caput eius perunxerit, cum illa caput eius perfudit unguento. Vides quomodo unguenta oleo præferuntur, & odorifera unguēta? Nam præter hoc quòd unctionis habent effectum, quodam odoris spiritualis beneficio prærogant. Vnctio quidem parcior est, sed fragrantia se diffundit in plures. Etiam qui solus ungitur, non solus odorat. Virtus est communis, in omnes se spargit. Ergo unctio tibi, odor & alijs & tibi. Bene ungitur & bene redolet qui diligit bona coram deo, & prouidet bona coram hominibus. Gaudete (inquit Paulus) in domino semper, & iterum dico gau- Philip. 4. dete modestia uestra nota sit omnibus hominibus. Gaudete ad unguenta modestiæ, notitiam refero ad odorem. Audi quomodo ipse Paulus odorem ad notitiam trahit. Et odorem, inquit, notitiæ suæ per nos manifestat in om- 2. Cor. 2. ni loco. Bonum ergo unguentum, & bonus odor spiritualis in domino exultatio, & modesta exhibitio, lætitia & notitia. Bene ungitur, cui dominus in conscientiæ interioris gaudio placet, qui delectatur in ipso: & bene olet qui cum Paulo omnibus per omnia placet. Et non placet nisi 1. Cor. 10. in domino, in cui⁹ modesto habitu, discreto opere, sermone docto, interioris alacritatis & gratiæ fragrant unguenta. Bene ungitur qui gloriatur in domino: & bene olet, per quem dominus glorificatur coram hominibus. Et ipsi redolet, odor suus suauiter fragrat, si non gloriatur seipsum commendari, sed per se dominum. Odor unguen- Cant. 4. torum tuorum super omnia aromata. C Vultis ut inter unguenta & aromata differentiam uobis assignem? Ipse ergo sermo cantici distinguere uidetur, non reprobans aromata, sed unguenta præponens. Quantum ergo in consimilibus & coniunctis rebus inuenire distantiæ possum, unguenta uideri possunt dona gratiarum quæ in spiritu sancto conferuntur, aromata uerò ipsa officia quæ deuote referuntur. In operibus & in officijs honestatis quædam naturalis species grata est, in unguentis gratia spiritus. Dominum Iesum unctum spiritu & uirtute, ita & sponsam eius in hoc decuit assimilari, ut & ipsa spiritu & uirtute ungatur. Bona quidem sunt aromata uirtutum, & per se redolere uidentur, sed

cumulatiore

cumulatione gratia fragrant, cum de unctione spiritus suauitatis aspergitur odore. Opera ipsa & uirtutes cum his quæ foris sunt communia nobis esse possunt unguenta non possunt. Denique etsi per se pulchra sunt, plus placent cum procedunt de spiritu. Quomodo uidentes opera bona glorificant deum, nisi quia intelligunt quòd ipsum opus bonum & à deo uenit, & ad ipsum uadit? Siqua sane in me bona sunt, gratiora mihi quidem inde sunt cum deputantur gratiæ Christi, cum eius in me unctio commendatur, cum spiritus redolet, magis quàm cum naturalis arbitrij prædicatur facultas, aut fructus industriæ. Denique sine unctione spiritus, & natura libertate destituitur, & uirtus ueritate, & opus merito. Nam sine gratia spiritus & fide Christi, & uoluntatis conatus effectu caret, & uirtus quæ uidetur fucata est, & opus æternæ mercedis non assequitur fructum. Ideò odor unguentorum tuorum super omnia aromata. Etenim qualiacunque aromata fuerint, non meræ suauitatis spargunt odorem, nisi cum in eis spiritualis gratiæ redolent & redundant unguenta. D Vultis ut aliquod uobis unguentum proponam cuius odor super omnia ecclesiastici donorum excelliat aromata? Quis odor in ecclesia suauius fragrat odore misericordiæ & remissionis? Quanti cucurrerunt in odore unguenti istius, & per hoc Christo cõparati & agglutinati sunt? Bene redolet quod ueteris corruptelæ & peccati ab antiquo inolitì sub mo-
Luc.7. mento delet fœtorem. Mulier illa quæ erat in ciuitate Maria nomine, quàm fœtida erat quando accessit ad pedes Iesu in domo Simonis leprosi? Quantum ipsi fœtebat Simoni qui præsentiæ eius non sustinuit horrorem portare, quàm fœtida inquam accessit ad Iesum & ecce iam in toto mundo & pœnitentiæ & dilectionis & gratiæ quam reportauit spargitur odor. Non est sera gratia Christi: in ipso conuiuio quo mulier hæc domini pedes rigauit, tersit & perunxit: & lota & extersa & peruncta est, & ipsius domini testimonio pharisæo præfertur. Non est enim parca clementia Christi, nec pigra quidem: plus rependit, &
Ioan.8. sub hora rependit. Quid mirum si pœnitenti occurrit indulgentia, ubi ad patientiam pœnitentia adducit? Mulier illa deprehensa in adulterio & relicta in medio, uide quomodo clementiam Iesu redolebat, quæ mechiæ culpa prius fœtebat. Reuolue euangelium ubiq; Iesum inuenies & citum & copiosum ad ueniam. Denique etsi quatriduanus mortuus est, & publicati criminis fama iam fœtet: ubi Iesus euocat & educit de tumulo prauæ consuetudinis, ubi Iesus soluit & remissiõis infundit unguentum, statim à facie eius fugit omnis fœtor antiquæ putredinis. Quis enim retractabit quod nõ imputat dominus? Quis tenebit errata quæ ipse remittit? Non potest male olere
Ioan.11. quod ipse abolet. Domine (inquit Martha) quatriduanus est, & iam fœtet. Erras Martha. Iesus non tam fugit fœtida, quàm solet ipsum fœtorem fugare. Exemplum dedit ecclesiæ suæ, ut quemadmodum ipse fecit nobis, ita & nos inuicem faciamus: hæc illi reliquit unguenta. E Quanti desperantes semetipsos tradidissent immunditiæ & auaritiæ, omniumq; uitiorum præcipites se dedissent in gurgitem, si non medicaminis huius retraherẽtur odore? Tribularer, inquit, si nescirem misericordias domini, misericordias in capite, & misericordias in corpore eius quod est ecclesia. Nam & ipsa accepit à domino, quod & filijs tradidit. Ipsa inquam accepit misericordiam in munere, ipsa etiam in mandato, ut sit ministra miserationum. Bonum quidem misericordiam ministrare, sed melius misereri. Misericordiam quã debes ex loco, ex animo solue. Exprime in te Christi affectum, cuius officium & uicem suscepisti. Minister es eius qui diues est in misericordia. Noli in alieno prædurus inueniri. Eroga conseruis tuis unguenti huius mensuram in tempore. Si in alieno infideles estis, quod uestrum est quis dabit uobis? Affectus tuus sit misericordiæ: nam domini est effectus ueniæ. Qui læsam conscientiam gestat, tectum uulnus sub pectore tuto se tibi committet si penes te unguenti huius odorem præsenserit. Si sciretis quid est misericordiam uolo & non sacrificium, nunquam condemnassetis innocentes. Non sic tu domine, non sic, non modo non innocentes sed ne nocentes quidem condemnas, sed emendas eos. Emendabit, inquit, me iustus in misericordia, oleum au- Psal.140
tem peccatoris non impinguet caput meum. Distinguit hic psalmista inter oleum & oleum, inter oleum adulationis, & oleum miserationis. Illud demulcet & sauciat, istud demulcet & sanat. An non tibi super omnia aromata bene redolet unguentum per quod uniuersa delicta tam facile delentur? Filius ille iunior in se reuersus, unguenti huius uberam copiam odoratus est in patre de regione longinqua: & inter greges porcorum patris eius cœpit fragrare clementia: ideò attractus est, & currere cœpit ad patrem in odore unguentorum eius. F Vide facilem uide profluam domini Iesu gratiam, cum pœnitente filio gaudere eũ oportet & epulari. Manet in domo Zachæi, publicanum in discipulatum ascisci, & cum Lazaro post tumulum instaurat conuiuium. Quibus propiciatur, improperare nescit: dimidia uti non nouit clementia: familiaritatis in gratiam suscipit quibus indulget. Bonum ergo misericordiæ unguentum, quod peccata remittit, præuenit merita, comitatur, accumulat, super omnia fragrat aromata, eo quòd omnis ecclesia sanctorum plus misericordia quàm meritis nititur. Denicq; remissionis unguentum ultimum sacramentum. Vnguentum hoc & peccatoribus & iustis commune, & commodum est: nam sunt alia quædam specialia sanctorum, & solis ipsis accommodata. Sunt enim unguenta quæ sanant, sunt unguenta quæ fouent, sunt unguenta quæ sanctificant, sunt quæ delectant. Et prima quidem ægritudinem depellunt, secunda iam sanis conferunt alacritatem, tertia sanctificant in opus ministerij, sicut regium & sacerdotale unguentum, quarta non iam in opus sunt sed in ocium, non in administrationem, sed in amorem, sed in gloriam, sed in delicias, sed in usum sponsi & sponsæ. G Bonum est commorari in unguentis: sed quoniam alibi satis disputatum est super unguentorum distinctione, ungendi modos nunc breuiter distinguamus. Alij tanguntur, alij asperguntur, alij inunguntur, alij perfunduntur. Relege penthateucum, euangelium reuolue, & diuersitates istas ungendi quas corporaliter & exterius factas aduertis, ad amores defluxe. Non ego nunc de natura unguentorum, sed de mensura ago ungendi: & alij quidem semel, alij sæpius, alij semper unguenta frequentant. Bona quidem copia, si assit & gratia. Neutra deesse uidetur in unguentis sponsæ, nec suauitas, nec ubertas, quorum odor omnia aromata superat. Ad ecclesiam generaliter hanc laudem deriuauimus, ad specialem aliquam in ecclesia personam declinemus sermonem: quæ singulari quodammodo amoris & familiaritatis beneficio sponsæ debeat nomine censeri, in qua non modo necessitatis sed dignitatis & uoluptatis ubertim unguenta aspirant. Non hanc crediderim ego sacro unguine uel tactam in parte, uel respersam per partes, sed perfusam & perunctam abundantius in sponsi delicias. Copiose penes hunc sponsum aromatum cellæ eructantes ex hac in illam, sicut regales oportet habere diuitias. H Sed credibile est excellentioribus reginam unguentis redolere. Nihil tamen nobis de uirtute unguẽtorum exprimitur, præterquàm quòd solus odor commendatur in ipsis. Nõ eloquitur quid efficiat unctio, delicias solas memorasse cõtentus, & eas delicias quæ spiritualem magis charitatem accendunt. Vnctio solo tactu sentitur, cum fuerit carni superfusa. Odor uerò tactum diffugiens, tantum spiritu sentiri se patitur. Et unguenti quidem liquor sensim in interiora liquatur: odor uerò cum omni

facilitate superiora petit, cerebro illabitur, sensuũ sedem dum occupat recreat. Multo ergo subtilior & sublimior, multo magis unguentorum est odor quàm liquor. Et in blandimento sponsæ magis delicata & magis accommoda spiritualibus oblectamentis, & feculentiæ minus habentia oportuit commemorari. Aliæ unguentis & oleo indigent, ut motus carnis aut mitigent aut immutent. Hæc autem iam non in carne, sed in spiritu (ut domini sponsam decet) spiritualibus abundat delicijs. Odor unguentorum tuorũ super omnia aromata. Et si solus odor commemoratur, fortè non solus operatur: operatur & *Gala.5.* unctio. Qui sunt Christi (ait apostolus) carnem suam crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs. Vbi unctio est, non uidetur crucifixio necessaria. Illa mortificat, & hæc immutat. Et quidem crucifixio doloris sensum habet, unctio lenitatem. Suauis unctio est & efficax, tamen quæ sine læsione oleo exultationis & lætitiæ à corruptione carnem illæsam conseruat, corruptionem aufert & cruciatum non importat. Domini Iesu passionem unguenta præueniunt, unguenta subsequuntur, ut discas & tu carnis tuæ (si quis est) cruciatum, unguentorum exuberantium perfusione lenire. Bis unctus est, ut & crucis non sentiret iniuriam, & resurrectionis suæ nouitatem consequeretur, & ut quasi per hoc sacramentum spiritualis unctionis gratiam commendaret. Bonum ergo unguentum cuius (ut sic dicam) liquor carnem immutat, & odor spiritum recreat. ¶ Et ut summatim hæc recapitulemus, unctio est mentis exhilaratio & exultatio, odor est ipsa oratio. Vnctio spiritualis lætitia, odor quædam eorum quæ animo gestantur, exterior per famam notitia: unctio interna delectatio, odor quoddam de gaudiorum experien*Cant. 4.* tia desiderium suauiter profluens. Ideò odor unguentorum tuorum super omnia aromata. Omne enim orationis incensum, & desiderij uehementiam excedit desiderium illud quod de cælestium blandimento gaudiorum gignitur, & concupiscẽtia quæ de spiritus unctione quasi suauissimus quidam odor ubertim exalatur. Bonum hoc desiderium quod uim habet orationis, & non habet afflictionis molestiam. Sponsa hæc cui priuilegium hoc unguenti & odoris defertur. Quid mirum si præcellentius redolet quæ specialius ungitur? quid mirum si auidius optat, quæ gestat suauius? Aequum enim est ut amplius oret, quæ arctius hæret. Adhærens sponso, unus cum illo effectus est spiritus. Idcirco non nisi spiritus redolet in ea, qui unxit eam, & orat pro ea affectibus inenarrabilibus. Propterea odor unguentorum eius super om*Apoc. 5.* nia aromata. Et in Apocalypsi legis phialas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum. Aromata (sicut Exodus docet) geminos in usus distribuuntur, id est crisinatis & thymiamatis. Nónne tibi uidentur etiam nunc in laudibus sponsæ, hæc utraq; coniungi? Vnguenta eius, & unguenta sunt, & odorifera ualde. Odor enim eorum super omnia aromata. Vnguentum (ut dictum est) donorum perceptio, odor de perceptione actio gratiarum, desiderium æternorum, & quidam inter sublimia *Eccli. 35.* bona sensus humilis. Oratio enim humiliantis se, ipsa nubes penetrat. ¶ Vides quomodo ascendit odoramen*Luce, 18.* tum humilis orationis? Ascendit pharisæus ille in templum ut oraret, sed orationis eius odor nescíuit ascendere. Bona gratiarum sibi diuinitus collata secum reputat, & quasi unguenta recenset. Non sum, inquit, sicut cæteri homines, raptores, iniusti, adulteri. Audi præ quibus unctum se gloriatur, gloria eius in confusione aliorum uidetur. Non magna gloria, magna tamen ipsi uidetur. Ipsi redolet, non tamen super aromata, sed super sulphura cæterorum. Audisti quibus præferatur, audi nũc quid in se gratiæ præferant unguenta in quibus pharisæus glo*Vt supra,* riatur. Ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium quæ possideo, & si quem defraudaui, reddo quadruplum. Bona hæc legis elementa redolent, non euangelicam doctrinam. Non ieiunat per omne tempus, non renunciat omnibus quæ possidet, ut non habeat unde possit uel primitias uel decimas dare. Defraudata reddit in quadruplum, non se patitur defraudari, non quod reliquum est exponit partem auferenti, nõ acceptas se habere dicit iniurias. Pharisæe inter infirma opera supra modum tumes. Pharisæe non rogas, sed prope astanti publicano iniurias irrogas. Tu de teipso perhibes testimonium, exiguum est testimonium tuum. Duo quædã in oratione tua non tam redolent quàm fœtent, tumor & tepor. Tumor est in eo quòd publicano improperas. Tepor quidem quia omnino nihil rogas. Quomodo enim non tepebit oratio, elationis uento & inanitate satiata? Pharisæe non oras, sed effers teipsum. Tu de teipso perhibes testimonium, & testimonium tuum non est uerum. De operatione tua exiguum est, de prælatione non uerum. Audi enim testimonium ueritatis. Amen amen, inquit, dico uobis, descendit hic iustificatus ab illo in domum suam. Non enim qui se *2.Cor.10* ipsum commendat, ille probatus est, sed quem deus commẽdat. Ideò felix anima ad quam ab ipsa ueritate tam excellens commendatio profertur: Odor unguentorũ tuorum super omnia aromata. Magnum exhibitum est publicano testimonium, huic autem cui laudes istæ canuntur, multo maius. Descẽdit ille iustificatus à pharisæo, hoc est ab homine elato, ab homine iniusto, in domum suam. Huius autem sponsæ unguentorum odor omnia excedit aromata. Ingens præconium, sed ipsa non ab homine testimonium accepit, sed ab illo qui corda scrutatur, qui per fidẽ & dilectionem in corde ipsius & inhabitat & operatur. Non se commendat, non improbat alios. Fauus enim di*Cant. 4.* stillans labia eius. Capitulum hoc ordine sequitur, sed hodie tractari nõ potest. Crastina disputatio auditui uestro & auiditati dabit gaudium & lætitiam: in domino Iesu. Quod ipse præstare dignetur qui uiuit & regnat per omnia secula seculorum. Amen.

¶Fauus distillans labia tua sponsa, mel & lac sub *Cant.4.* lingua tua, & odor uestimentorum tuorũ sicut odor thuris. Vehementer dulcia sunt quæ nũc dicta sunt ad sponsam. Sed quæritis quomodo superioribus ista conueniant? Semel uos commonuisse sufficiat, necessitate continuationis liberam esse legem cõmendationis. Non tenet seriem, sed utitur uaga licentia. Vbi laudum ratio uertitur, non potest ordo quidem exigi, sed nec debet respui si assignari queat. Post unguentorum laudes statim labiorum gratia profertur in medium. Quid enim si non de unguenti uirtute hæc in labijs diffusa est gratia? Euangelium reuolue, & aliquid tale de spõso ipso dici inuenies. Spiritus, inquit, domini super me, eo *Luce. 4.* quòd unxerit me, euãgelizare pauperibus misit me. Oportuit ergo & sponsam in hoc assimilari sponso, ut & ipsa in opus euãgelij unctione spiritus ungeretur: Spiritus enim ad officium ungit, & ad efficaciam. Vtrunq; ab illo est, & ministerij gradus, & gratia ministrandi. Sine gratia gradus inutilis, & sine gradu, præsumptuosus usus est gratiæ. Quomodo prædicabũt nisi mittantur, aut quomodo *Rom.10.* mittentur nisi ungantur? sicut scriptum est: Spiritus do- *Luce.4.* mini unxit me, euãgelizare pauperibus misit me. Spiritus ordinat in officiũ, spiritus & os aperit, & format in usum. Idcirco in laudibus sponsæ prius agit de unguẽtis sponsæ, deinde de dulcedine labiorum eius, quia etsi dulcia loquitur, nõ ipsa est quæ loquitur, sed spiritus sponsi qui loquitur in ea. Deniq; audi qd ipse sponsus Iesus primitiuæ pollicetur sponsæ, id est apostolis, quia primitias spiritus acceperunt.

Universidad de Deusto

Luc.21. acceperunt. Ego, inquit, dabo uobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere omnes aduersarij uestri. Magna quidem uirtus sermonis diuini, & aduersantes reuincere potest, & non aduersantes allicere. Et hoc ipsum est de præconijs eius: quod nunc in disputatione fertur, ad blandimentum plus spectat, quàm ad redargutionis effectum. Fauus distillans labia tua. Familiare quidem est illi & quasi innatum dulcia loqui. Siquando autem increpat dure, peregrinum illud ab ea, & délonge ascitum, & non insitum, nec sic est affecta, sed magis coacta. Cum dulcia loquitur, de proprijs loquitur: cum uerò dura, non habet hæc oris eius qualitas, sed prauitas audientium. Ergo de proprio & de familiari laudat sponsam, cum dicit: Fauus distillans labia tua. B Sed quia de continuatione aliquanta iam audistis, uultis & de continentia commendationis eius differam? Tria quædam laus ista complectitur, dulcedinem, plenitudinem, parcitatem. Dulcedo consideratur in genere, plenitudo in copia, parcitas in effusione. Quid effusionem dico? Distillatio magis est quàm effusio. Fauus distillans labia tua. Quid necesse est in assignandis singulis immorari? Ipsi enim scitis quia fauus non nisi dulcedinem effundit, nec nisi de pleno effundit. Et de plenitudine quidem ipsa, non totam ipsam. Ideò fauus non effundens, sed distillans labia tua. Est ergo in labijs sponsæ & dulcedo sola, & dulcedo plena, & dulcedo sobria. Plenè quidem possidetur, sed non plenè effunditur, sed prout auditorum capacitas exigit. Vultis etiam ipsius sponsæ de labijs suis habere testimonium? Quàm dulcia, inquit, faucibus meis eloquia tua, super mel & fauum ori meo. Dulcia quidem sunt labia sponsæ: eloquia enim domini distillant ab eis. Eloquiorum domini est ista dulcedo. Non enim de suo loquitur: sed quasi sermones domini. Idcirco diffusa est gratia in labijs eius. Accipite iam ex parte qualia mella sacri fauus distillat eloquij, & unicuique sicut deus diuisit uasi cui instilletur mensuram. Remittit, permittit, promittit, præmittit. Delicta remittit, infirma permittit, æterna promittit, & ipsorum primitias quasdam præmittit. Sapientiam loquitur inter perfectos, sapientiam quidem non huius mundi, sed dei, sapientiam in mysterio absconditam, & inter minus spiritualiter sapientes nisi arbitratur se scire, nisi Christum Iesum & hunc crucifixum. Cohortatur ad perfectionem, non cogit, sed magis consolatur pusillanimes, suscipit infirmos: & si inquietos corripit, correctio iam dulcedinem sapit maternam: peccanti compatitur, conuerso indulget, nec indulgentiarum numerum & quasi terminum quem non transgrediatur præfigit, cui præcipitur septuagiessepties in die delicta toties confitenti donare. Vide quàm magna multitudo dulcedinis in labijs sponsæ quæ quoties ipse peressluis in malum, toties si conuertaris ipsa tibi distillat in bonum, & præbendæ ueniæ uicibus non exhauriatur. Denique instar angelorum dei non insultat sed exultat super peccatore pœnitentiam agente. Bonum ergo est labijs eius auditum præbere. Nam & dominus precibus eius aurem accommodat, sicq; tuum prouocat & inuitat affectum, ut prodat & suum. Loquere sponsa quod loqueris, quia audit cum desiderio dilectus tuus, siue disputantem de se, siue colloquētem sibi. Sed cum ipsi sponso sponsa loquitur, tunc loquitur in loquela dulcioris labij & lingua altera. Tunc cordis labia uere melle delectationis stillant diuinæ, imo non tam distillant quàm fluunt, quoniam hora illa in melleas affectiones anima tota conuertitur. Beata uicissitudo, quando de corde sponsæ quædam fluenta mellis emanant in dilectum, & ab ipso redundant in sponsam. Ad locum enim unde exeunt hæc mellis flumina reuertuntur ut iterum fluant. Boni faui in labijs sponsi & sponsæ eructantes ex hoc in illud, & inuicem rorantes amoris dulcedinem. Ille désuper irrorat gratiam, illa deorsum actionem gratiarum. Ipse Ieſus in anima dilecta roris huius mellis & stillas genuit. Dulces omnino stillæ roris, affectiones illæ diuini amoris, quando sponsa liquefacta tota distillat à facie eius quem diligit, à facie dei sui. Ideò quasi fauus distillans labia eius, eo quòd uehementer dulcis est sic affectæ mentis succensio, sed uelox succisio, propter illum dulcem excessum mentis raptum, & propter citam interruptionem. C Fauus distillans labia tua. Purgata omnino hæc ego crediderim labia, de quibus ipse Iesus dulcedinem melleam haurire se reputat. Esaiæ labia forpice & carbone de altari tacta purgantur. Misit (inquit alius) manum suam domi nus, & tetigit os meum. Quæ sponsa est, non carbonem, non digitum optat, sed oris contactum. Osculetur me, inquit, osculo oris sui: labia labijs debētur. Nec enim desponsæ labijs exprimerentur dulcedines, si non labijs imprimerentur dilecti. Quid autem nisi osculi suauitate quod de labijs sponsæ rapit, se delectatum gaudet cum dicit: Fauus distillans labia tua? Propter utrumque, & propter osculum charitatis, & propter oraculum ueritatis. Fauus, inquit, distillans labia tua, mel & lac sub lingua tua. Istud iam propriè ad eloquij gratiam respicit. Nam labiorum usus etiam ad osculum est, linguæ uerò ad eloquium tantum. Non tantum dulcedo in lingua sonat, sed mel & lac sub lingua tua. Simulata dulcedo est quæ tantum sonat in lingua, & non sentitur sub ipsa. Exigua est quæ tota est in labijs & in lingua, & non pars eius maior sub lingua. Non est dulcedo tantum in eius lingua, nec tota est lingua: sed sicut ipse qui nouit testatur, mel & lac sub lingua tua. Ideò eructat uerbum bonum, uerbum tam melleum quàm lacteum, propter deitatis manifestatem, & propter incarnationis mysterium. Lingua & labia acsi quidam argenteus canalis sunt per quem de cordis fonte riuuli lactis & mellis erumpunt. Vtrunque dulce, sed distincta dulcedo. Lac paruulorum est ut Paulus loquitur. Et idem inter perfectos dulcem & diuinam & quasi melleam sapientiam docet. Alij mel tantum habent sub lingua, alij tantum lac, & non mel. Mel autem & lac utrunq; pariter sub lingua sunt sponsæ. Nec mel fluit, sed magis distillat. Nec enim passim & intemperāter profundit sublimes illos & reconditos sensus secretorum cælestium, deitatis arcana, nec lactis potum sine delectu propinat. Mel, inquit, & lac sub lingua tua. Non enim sermo est uel interna dulcedine uacuus, uel internæ dulcedini coæquatus. In promptu est illi dulcia loqui sub cuius lingua mel & lac. Beata lingua quæ uelut fauus distillat, & uelut ubera quædam paruulorum lacte distenditur, quæ mel distillat, & lac fluit. Omnis clamor & amaritudo & blasphemia longe ab istis proscribitur labijs, sicut apostolus suader, hortatus hæc iuxta psalmum: Sub lingua eius labor & dolor. Sed mel & lac, inquit, sub lingua tua. Fauus distillās labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius, non tamen mel & lac sub lingua eius, non in intimis eius, non in ultimis eius, sed nouissima eius amara sicut absinthium, & acuta ut gladius biceps. De muliere uerò forti hoc idem in prouerbijs inquit. Fortitudo & decor indumentum eius, & ridebit in die nouissimo. Spiritualem illum & uerè beatum risum iam nunc parturit os eius, & quasi dulcedo eius sub lingua latitat. Ebullient autē quæ nunc subsunt, mel & lac in plenam lætitiam, in die nouissimo. Tunc nulla ex parte quasi sub lingua premetur silentio, sed pressum diu prorumpet gaudiū, & implebitur os eius risu. Os inquam mulieris cuius fortitudo & decor indumentum eius. Vide quomodo non oportet nudam inueniri quæ promissa sibi expectat gaudia reddi. D Quis scit si non hæc ipsa sunt indumēta de quibus in hoc eodem cantici loco subsequitur: quia odor unguētorum tuorum sicut odor thuris. Operui (inquit psalmista) in ieiunio animā meam. Item: Humiliabo in ieiunio animam meam, & oratio mea in sinu meo conuertetur. Bona uestis ieiunium, in cuius sinu quodam secreto oratio cōmo-

Cant. 4.

Esaiæ. 6.

Hiere. 1.

Cant. 4.

Cant. 4.

Cant. 4.

Prou. 5.

Prou. 31.

1. Cor. 3.

1. Cor. 2.

Cant. 4.

Ephe. 4.

Psal. 9.

Psal. 68.

Psal. 34.

Luc. 15.

Eccli. 1.

tatur. Vestis est quæ sinum habet. Oratio mea in sinu meo conuertetur. Habes hic utrunq; si aduertas, & in ieiunio indumentum fortitudinis, & in oratione odorem thuris.

Psal.34. Oratio, inquit, mea in sinu meo conuertetur. Cur uerò ait in sinum? An fortè defectum orationis tepidæ & infrigidæ dedit intelligi, in ipso primo euanescentis processu, ideoq; dicitur in sinu suo conuerti, ibidem scilicet occidens ubi exhauritur? Sed quomodo conuertitur & redit quæ perit? Magis quidem in sinu conuerti uidetur, quæ celerem precis reportat effectum, & si nondum plene, ex parte tamen humilis & deuotæ petitionis fructu potitur. Habet enim dulcedinem multam uehemens & deuota oratio, & dum dirigitur in conspectu domini quasi incensum, suauem ipsa odoris sui sensum haurit. An non bonum indumentum cum uapor huius nebulæ ipsam offerentis operit & uestit animam? Bonum planè. Sed nos sicut cœpimus uestimentorum interpretationes secundum exteriores actus exequamur. Opera enim bona & priorem deformitatem operiunt ne ad noxam imputetur: & decorem quendam & uenustatem conferunt ut ad gratiam reputetur. Bona enim uestimenta, bona sunt opera: & simul ornant & orant. Et quod ornent manifestum quidem est: sed non omnium ornatus redolet thura, non orationis specimen tenet. Denique cuiusque opera & potentia, & publica ostentationem & inanem iactantiam redolent, non supplicationis instantiam, non solicitudinem placendi domino, non impetrandæ uota gratiæ. Quomodo enim aptabitur odor uestimentorum tuorum sicut odor thuris? Qui uerò omnia agit ut ei placeat cui se probauit deo, ut eius mereatur fauorem, utique odor uestimentorum eius sicut odor thuris. Et quidem thura nisi deo soli nec offerri solent nec debent, ideò odor uestimentorum eius sicut odor thuris, cum quicquid siue palàm siue clàm agit, ad impetrationem placationis refert diuinæ. Idem uidetur esse oleum in uasis, & in uestimentis odorem, sed odorem thuris. E Quid aliud quàm gaudia illa spiritalia & æternam delectationem deum exorat, qui omnem aliam abiurat & horret? Sitiuit (inquit

Psal.62. psalmus) in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea. Vides in uerbis quomodo & ipsum carnis uestimentum quasi orationis habet uicem, dum deo sitire dicitur. Caro uoluntarijs afflicta disciplinis, nóme deum ad propiciationem flectere nititur? Ipsa eius propter deum supplicia, quædam ad eum supplicationes sunt. Eleemosyna pauperi misericorditer impensa exorat. Carnis propriæ delectatio discretæ repressa cur non & ipsa orationis habet effectum? Voluptatis repressio quædam est uotorum expressio, & desiderij delectationem aliam suspirantis. Orationis feruidæ effectus in sinu cordis uertitur & conuertitur. Thura in exterioris abstinentiæ uestimento suauiter fragrant. Et bonum omnino uestimentum, quando anima non tam carne uestitur quàm carnalium iciunio quodam & temperantia uoluptatum. Bonum omnino uestimentum continentia uirginalis, suauem redolet & uelut thuris odorem, uel illi quem diligit, uel sibi quæ diligit. Quicquid cum dilectione offertur, non potest eius delectatione nō perfrui ipsa quæ offert. Omnis enim hæc dulcedo quæ prædicatur in ea, sentitur & ab ipsa. Ab ipsa manat, & in ipsa manet. In labijs fauus, sub lingua mel, & in uestimẽtis eius redolentia thuris. Proxima sunt ipsi uniuersa hæc quorum tam gratus est sensus, & per-

Psal.18. fruitio dulcis. Erunt (inquit Dauid) ut complaceant eloquia oris mei, & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. Habetis hic utraq; hæc: & ne quid desit ad cumulum gratiæ, sub uestimentorum uocabulo operum qualitas tertio loco profertur in medium. In labijs stillant eloquia, sub lingua meditationes melleæ fluunt, uestimentorum ornatus thuris spirat odorem. F Quid illi censes deesse ad gloriam, in qua hæc tria complacent, os, animus, opus? Hoc numero omnia comprehensa sunt, sed ordine conuersa sunt. Ab operibus enim inchoandum est non ab eloquio. Cornelij centurionis primo opera & orationes exauditæ sunt, fide corda mundata sunt: deinde super ipsum & super suos spiritus cecidit. Et erant Actuũ.1. loquentes linguis ipsi apostoli post ascensionem domini unanimes perstiterunt in oratione: completis promissionis diebus repleti sunt spiritu: postea profecti prædicauerunt ubique. Primo in oratione profusi sunt, deinde spiritu infusi sunt, & sic quam susceperant, alijs gratiam ipsi profundunt. Primo expectatione & desiderio conuersi sunt ad deum. Secundo ad ipsos facta est dei conuersio. Tertio ipsi conuersi confirmantur & confirmant fratres suos. Sed siue sanctitatem uitæ, siue uisitationem diuinam, siue uerbi ministerium in apostolis attendas, omnia hæc uestimentorum uicem tenent, his omnibus operti sunt & ornati sunt. Quid in illis relictum est nudum, aut uetustate pristina sordens, quin tam festiuo & uerbi & uirtutis cultu resplendeat? Eximius itaque cultus in illis, sed nec copia minor. Quidnam hæc uestimenta redolent? qualis est odor eorum, nunquid non sicut thuris? Cum domini pecuniam conseruis erogant, non inde penes se quicquam uel furtim residere passi sunt, nihil inde fraudulenter sibi decerpentes, etiam à laudis munere manum excutiunt, omnia referendo ad gloriam dei. Quasi cæli decoro uestiti sunt lumine, sed cæli enarrant gloriam, non suam, sed gloriam dei. Ipse tibi Paulus subtilia & indissolubilia quædam uestimenta uerbis suis contexit, & pro capacitate tua luminis & intelligentiæ coaptat amictum, non tamen in persuasibilibus humanæ sapientiæ uerbis, sed in doctrina spiritus. Ideò uestimenta quibus uel ipse tegitur, uel quæ tibi contexit, non nisi thuris habent odorem. Nam affectata uerborum lasciuia & cultus, inanis & leuis gloriæ redolere uidetur affectum. Et qui non leporem eloquij, sed lubricas & fallaces disputationes subtilioris sectantur materiæ, dum se nimis propter inanem fauorem extenuant, aliquoties intexunt blasphemias. Non ergo odor uestimentorum eiusmodi sicut odor thuris. Nullum in uestimentis sponsæ excipere uidetur dum indefinite pronunciat. Odor uestimen- Canti. 4.
torum tuorum sicut odor thuris. O me felicem si uel unũ uel alterum in me uestimentum, integrum reddat thuris odorem, nec aliqua admixtione peregrina corruptũ. Nam ad hanc mensuram ut omnia eius indumenta uelut thura redoleant, neminem accessisse puto, qui necdum in sponsarum sortem meruit asciscí à domino Iesu sponsarum sponso.

¶Sermo. XXXV. A

ORtus conclusus es soror mea sponsa, ortus conclusus, fons signatus. Primo ex uerbis suis laudatoris huius affectum pensare oblectatus uidetur qui non est contentus laudasse semel. Et quantum esset si uel simpliciter & sine repetitione eius quam alloquitur, eloqueretur præconia, nunc autem & exquisitis ad illam utitur blandimentis, & congratulando ipsa congeminat. Quidni quam in matrimonij delegit gratiam, non eius dotibus eximijs aggaudebit? Non poterat in tam dulcis necessitudinis iura nisi digna eligi, nec iam electa tepide diligi. Nunquid non equum est ut & ipsa in talibus ei placere studeat, qui sic ipsam probauit? Ipse probat, ipse talem parat, ipse plantat sibi paradisum uoluptatis, ipse qui talem eam parat, ipse comparat paradisum delicíarum. Ecce (inquit Isaac) Gen.27.
odor filij mei sicut odor agri pleni cui benedixit dominus. Hæc autem non agro confertur sed orto, ubi spiritualis uidetur plantatio florum, & aromatum cultus uberior. In hunc ortum Iesu bone libenter descendis ad areolas, aromatum cum cubes in eo ut colas & custodias illũ. Ortus, inquit, cõclusus soror mea sponsa, ortus cõclusus. Canti. 4.

Per ortum

Per ortum internas fratres intellígite delícias, per conclusionem díscíplinam custodíx. Quem dabítis orto símilem, nísi cuius anima spíritualibus sic affectibus redolet, sicut aromatícis floríbus ortus? quàm iucundum penetral, quàm suauís recessus in pectore sponsæ: in pectore tam floriger? ut orto comparetur. Nulla in eo radix amaritudínis sursum germínans, per quam orti huius impediantur delícíæ. Omnis plantatío quam non plantauit pater meus cælestís, non inuenietur in eo. Denícp ípse plantauit hunc ortum uoluptatís, ut solus operetur & custodiat illum. Gemíno quídem operatur modo, plantans & purgans. Plantat ut sit omne ei semen uerum, purgat uerò ut fructum plus afferat. Et plantatur ut semen uerum sit, & purgatur ut semíplenum non sit. Quíd proderit plãtatío facta ad ueritatem, sí purgatío desit ad ubertatem? Nihil confert cultura díligens díscíplinæ, sí custodía desit. Neutro destituitur quí assímilatur orto & orto conCanti.4. cluso. B Ortus conclusus soror mea sponsa. Male ortum in quo posítus erat custodíuit Adam, contra lubrícum fraudulenti serpentis ingressium. Iucundus quídem ille corporalium paradísus lignorum, sed ego multo melíorem in eius animum plantatum intellígo. Nihil obfuísset in illum corporalem irrupísse, sí non irrupísset in ístum.
Eccle.10. Admíssus est coluber, & statím eius persensit uenena. Qui enim dissípat sepem, mordebit eum coluber. Bona custodía sepes, quæ culta ab incultís separat, & seruat illæsa. Circunda ergo hanc orto tuo sepem, ne sí fuerít ablata sepes, destructa macería, in direptionem & cõculcatíonem fias. Non erat ille reclusus hosti: eiecto & exulí inde quàm grauiter est intercluso? Cum difficultate egreditur, unde incauta facílítate prolapsus est. In sudore uultus pane uescítur suo, quí in paradíso de uitæ ligno ad líbitum poma carpebat. Hic uescítur pane suo, ibi uitæ fructíbus. In paradíso produxit dominus omne lignum pulchrum uísu, & ad uescendum suaue. Laborat in terra eiectus Adam, non dominus: sed ipsa terra spínas & tríbulos germínat operantí. Paradísus gratís dat fructus suos, terra laboranPsal.72. tí nec suos. Commutatío mísera, sed tu domíne perdís (& iuste) omnes quí fornicantur abs te. Iure perdítur quí tam charas necessítudínes perdit fornicando, nec ultra meretur hæc blandímenta audíre ut uocetur soror, ut sponsa, ut ortus, & ortus conclusus, quí neminem nísi dílectum admíttit. Porta paradísi tui semper clausa sit, soli príncípí pateat. Non deíciatur in securí & ascía ianua eius. Vnus sit aditus, & his commíssus cherubím. Nihil admíttatur non examínatum prius gladio flammeo, nihil quod uerbum deí reprobet, quod non approbet charítas, quod non ad perfectionem & plenitudínem legís accedat. Plenítudo ergo scientíæ cherubím, & plenítudo legís charítas: in qua omnía concludumtur mandata. Hæc sit tibi custodía flammea, ut quícquíd irrumpere índígnum tentauerit, sub momento & non lente consumat. Numquíd non commode dílectíoní est assígnata conclusío, quæ sponsæ semper constríngit affectus, & concludit in ídípsum, ad interíora semper conuertens, ubí delícíæ eius sint esse cum filio deí? Bonus dílectío murus, sed habet híc murus antemurale. Dílectío quasi murus est, antemurale regularis dístrictío. Illa cogitatíones sanctas, & affectus dulces íncludit. Hæc occasiones delinquendí repellit & excludit: hæc opportunitatem uacatíóis ad amorís præstat officía, illa perfruítur. Ille murus gratus est, hic necessaríus. Ille te cælestes inter delícias claudit, iste proscríbit mundanas. Sí tibi uotíuum est cor tuum uelut ortum delíciarum præstare Christo, non ægre feras hoc antemuralí si concludaris. Delícias perdere uult quas habet (si tamen habet) quí de munítione submurmurat. Ortus
Canti. 4. nescit esse, quí non uult esse conclusus. C Ortus cõclusus, fons signatus. Emíssíones tuæ paradísus malorum punícorum cum pomorum fructíbus. In tríbus huius ortí laudes absoluit, conclusus, & irríguus, & aromatícus. Prímum securítatem confert, secundum fertílitatem, tertíum & ad germína quæ producit respícit, ad gratíam. Nónne nobís gratus ortus íste uídetur tam integer, tam uber, tam utílis? Nec tantum utilis est, sed aromatícus & abundans delícijs. Quís nostrum has ad se laudes audeat attrahere? Quís hæc sibí dící blandímenta præsumat? Atque utinam sicut irrigatíonem & germinatíonem optamus aromatum, sic concludí signarícp non detrectemus. Non enim ímmíssíones illas aromatum producit nísi ortus cõclusus, & fontís signatí, fluentí irríguus. Signetur ergo fons tuus ut non effusíone prodíga totus exsiccetur, signetur ut ad irrígandum tibí sufficíat. In platéis tuis aquas tuas díuíde, habeto eas solus, ut non sint alíení partícipes tui. In platéis ínquam sed in tuis aquas díuíde, ut uírtutum aromata tibí accrescant ac sí iuxta aquam in platéis. Quomodo non erít fons signatus quí de fonte illo uitæ profluit quem signauit deus pater? Quí, ínquit, bíIoan.4. berít de aqua hac quam ego do, fiet in eo fons aquæ salientís in uítam æternam. In fonte hoc quem signatum uocat, signatam quandam & spíritualem & propríam & à secularí seiunctam doctrínam íntellige, aut doctrínam aut certè deuotíonem príuílegío dulcedínis signatam, & quasi singularem copiosè fluentem & iugiter. Hæc est quæ omnía uírtutum læta reddit genímina. Hæc est fortíum operum exhílaratío, ac sí quædam írrígatío ossíum. Gaudium enim cordis exhílarat hæc singularis & ínsignis deuotío in deum, quasi fons signatus & propríus, segregatusc̃p in hoc mínísterium, ut cor sponsæ ac sí ortum quendam irríget in sponsi delícias. Signetur ergo ut non fiat iuxta quod scríptum est: Fons tuus turbatus pede, & ueProu.25. na corrupta, alioquín nescit tuus dílectus de puro fonte potare. Signatum est, ínquit, super nos lumen uultus tuí Psal.4. domine, dedísti lætítíam in corde meo. Lætítíam ad irrígatíonem deflecte. Denique in stíllícídijs fontis ortus læPsal.64. tabitur germínans. Nónne recolís de Genesi quòd fons ascendebat & irrígabat totam faciem terræ? Adhuc terra dedit fructus suos, nondum nouit spínas & tríbulos. Quís dabit ortulo meo hanc aquam, & areolís meís hunc fontem signatum? D Quís dabit ut tota ortulí mei facies irrígua sit lætítíæ & lucis ríuulís, nihil in eo aut sterile sit, aut quadam in deuotíone tríste? Vícina sterílitatí uídetur operatío tristís, & spíritualís gaudíj carens írrígatíone. Denique & sí quíd nascítur, quasi radix ascendit de terra sitientí. Quasi radix, non quasi flores, non quasi fructus. Quasi radix, hoc est, aut parum aut nihil plus habens in radíce. Ideò fontis inducta est mentío, ut germína læta credas erumpere in orto irríguo. Et est equídem ortus cuius aquæ fortuitæ sunt, & quasi déforís ascíte, non perennes, non propríæ. Bonus autem ortus, cuius fons in ípso nascítur. Fons signatus & propríus. Fons, ínquit, & fons signatus, íd est iugiter íntus erumpens, & non ualens corrumpi. Fons, quía ubertím fluit. Signatus, quía nequaquam perefluit. Aut ideò dícitur fons signatus, quía & sí alijs alíj fontes sunt, sororí & sponsæ specíalís est fons & propríus, & quadam prærogatíua signatus. Bonus omníno fons sapientiæ, sed adhuc sub signaculo nobís emanat, dulciter sapit, sed nondum dílucíde scítur. Sígnatus est & clausus sub figurís. In apocalypsi líber Apoc.5. ostenditur in manu sedentís super thronum, signaculis septem signatus. Vtríusque ratío & fontís & líbrí ad sapientíæ spectat íntellectum, sed uterque signatus est figurís, & ænígmatibus ínuolutus. Sígnatus est: quibusdam enim nobís íntímatur índícijs, & occultatur in ípsis: & sicut in apocalypsi líbrí signatí legís apertíones, ita & hic signatí fontís emíssíones. Emíssíones, ínquit, tuæ paradísus maloCanti.4. rum punícorum cum pomorum fructíbus. Fons íste signatus quidem est, sed exsiccatus non est, cuius tam gratíosæ sunt emíssíones. Sígnatus est fons sapientiæ, sed ab emíssíonibus eius cognoscetís eam. Erit, ínquit, fons patens Zach.3. domus Dauíd in ablutionẽ peccatorís & menstruatæ. Ille

paret, hic signatur. Ille abluit, hic alit. Ille lauat, hic rigat. Ille purgat delicta, hic producit delicias. Ille communis multorum, hic specialis est sponsæ. Ibi remissiones fiunt, hic emissiones. In psalmo pro octaua uide quomodo primo lectum lauat, deinde rigat. Non enim est satis a fœdita te lauari, nisi & fœcunditas sectetur. E Emissiones tuæ paradisus malorum punicorũ. Ita Iesu bone, ita est. Emissiones istæ, immissiones sunt tuæ immissiones per angelos bonos. Non posset tales emittere delicias, nisi tu intrinsecus delectationes aquæ uiuæ immisisses. Signatum est super nos lumen uultus tui domine, dedisti lætitiam in corde meo. Signatum est super nos, quod désuper nobis impressum est. Cui diuini luminis imago désuper imprimitur, intus in corde lætitiæ spiritualis ubertas exprimitur. Ideò gloriosæ emissiones filiæ regis abintus sunt. Emissiones tuæ paradisus. Non sunt exiguæ delicíarum intrinsecus copiæ, de quib⁹ integer paradisus emittitur. Vtrunq; habes, & paradisum cõclusum, & paradisum emissum. Ille est in puritatis affectibus, hic in actibus pietatis. Ille intus est, hic de illo procedit, & probat illum. Vtraq; delectabilis est, & conscientia & conuersatio sponsæ. Omnia enim proponit utiliter, & disponit suauiter. Ideo quasi paradisum quendã cernas in ei⁹ habitu & opere exteriori, dum honestas placet in singulis, & series in collatis, & suauitas in dispositis. Modeste & in tranquillitate omnia agit, ut uirginalis in ea uerecundiæ nõ uioletur serenitas. Denicq; & paradisi dotes enumeraturus incipit à uerecundia in eius designationem propter colorem similem punica mala proponens. F Emissiones tuæ paradisus malorũ punicorũ. Potest & in malis punicis, martyrum intelligi patientia, eo quòd proprio sint sanguine rubricati. Et bona pudicitiæ comes, patientia, quæ in laude sapientiæ sibi cõnectuntur, sicut scribitur: Sapientia quæ désursum est primo quidem pudica est, deinde pacifica. Pudicitia modeste se & pro dignitate temperat, patientia alienam immodestiam æquanimiter portat. Illa proprios motus informat, hæc alienos impetus infringit. Illa decor est, hæc fortitudo, ideò dicitur: Fortitudo & decor indumentũ eius. Primo, inquit, pudica est, deinde pacifica: & post aliquanta subiungit, plena operibus bonis. Bonum est enim persecutionem pati, sed propter iustitiæ fructus. Ideò emissiones eius malorum punicorum sunt, sed cum pomorũ fructibus. Bona quidem pudicitia, sed si ociosa non est, non affectata, non ficta, sed fructum afferens in patiẽtia. Illa disponit suauiter, ista protegit fortiter. Illa modesta, hæc longanimis. Ideoq; his duabus nunc annectuntur quasi consummatio & finis operum fructus pomorum. G Transeundum iam erat ad arborum aromaticarum disputationem, ad delicatiores species, ad emissiones cypri cum nardo: nisi mala punica odore nos adhuc traherent, & festinantem ad alia retinerent sermonem. Nos malorum punicorum parabola respicit, qui regulares celebramus conuentus, qui sub uno continemur ordine, quasi grana sub cortice. Atq; utinam hæc grana imitemur, similiter in cohærentia cordis unanimes, sicut in conclusione quadam ordinis. Penè indiscreta facie huius sibi mali grana cohærent, numeri singularitate magis distant, quàm specie: discamus & nos abinuicem numero differre, nõ animo. Nõ rixantur inuicem, non contra corticem murmurant non tentant illum perrumpere, patienter se sinunt eius quasi aluo concludi, ut quodammodo dicere illud uideantur: Ecce quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in unum. An nõ fratres in hoc ordine nostro ac si in cortice punico passionis Christi per imitationem color rutilat? Denicq; uelut quædam huius mali grana sunt, qui sibi natiuum dicunt sub disciplinæ corio contineri, qui non tam premi se censent quàm protegi. Absit amor proprietatis, absit amor priuatæ potestatis, & huius te mali granũ exhibes. Discant alij nostro inuitati exemplo quàm bonum sit & quàm iucundum habitare in quodam orto communionis, & sub munimine corticis. Charitas uniat, & cortex muniat. Quot uidetis ordinata collegia, tot intelligite uelut quædam mala punica quæ de fonte fluxere baptismatis. Denique credentium (ut legimus) erat cor unum, & anima una. Ex illis quasi granis tantarum congregationũ ordinate & unanimiter uiuentium, malapunica prodierunt. Illos primos credentium conuentus non astringebat adhuc institutio ordinis, sed instinctus amoris. Non modo ducebant utile, non modo bonum, sed etiam iucundum habitare in unum: sicut unguentum quod descendit in barbam, barbam Aaron, in oram uestimenti ab ipso capite Christo Iesu: qui uiuit & regnat per omnia secula seculorum. Amen.

Prou. 31.
Iacob. 3.
Psal. 4.
Psal. 132.
Act. 4.

¶ Sermo. XXXVI. A

EMissiones tuæ paradisus malorũ punicorum cum pomorum fructibus, Cypri cũ nardo, nardus & crocus, fistula & cynamomum cum uniuersis lignis libani, myrrha & aloe cum omnibus primis unguentis. A cypro incipiendum est: nam ibi terminauimus. Septem hic annumerãtur arbores aromaticæ quæ dicuntur emitti de fonte signato. Et quidem uerba hæc uidentur uerba libri signati. Ita est, signata sunt & obserata. Quid nobis Iesu bone sponsæ tuæ laudes proponis, si non quid uirtutis intus cõtinent, ipse depromis? Tu tenes clauem huius orti cõclusi, tu signasti, tu resigna, tu solue, tu inquam solue septem ista signacula. Nemo nouit quæ sunt illa intima sponsæ, illa abscondita tua quibus adimpletus est uenter tuus. Nemo nouit illa nisi tu, & cui uolueris ipse reuelare. Vtinam & nos simus qui facie reuelata gloriam sponsæ quæ ab intus est speculari possimus. Magna gloria eius in mysterio tam numeri quàm nominum istorum. Et quidem hic quantum donante domino quimus inspicere, septenarij sacramentum, aut spiritualitatem, aut uniuersalitatem indicat gratiarum. Id enim frequens & usitatum est in sacris literis, ut septenarius numerus interpretetur dona illa quæ perfecta sunt, & quæ désursum sunt. Diuisiones gratiarum sunt, & diuisiones ministrationum sunt, & diuisiones operationum sunt, idem autem spiritus diuidens singulis prout uult. Aliàs alijs diuidit, sed in sponsa quasi colligit & confert uniuersa. Non particulatim diuiduntur illi, quasi diuisa sint in illa. Alijs etiam diuidit & donat, illi non tam diuidit quàm totum donat, nisi in hoc eum diuidere illi intelligas quòd selectim & prærogatiue confert illi uel in eodem genere gratiarum amplius, uel specialiter in alio. Posset alias arbores aromaticas enumerasse, sed sufficit septem, propter eam quam diximus uel spiritualitatis uel uniuersalitatis significantiam. B Nunc arborum istarum nomina & naturas in discussiones adducamus. Et sub umbra istarum immorari iucundum uidetur, & fructus earum dulcis erit gutturi nostro. Vmbram figuram ipsam intelligo, fructum ueritatem earum. Quomodo non dulcis sensuum fructus, quando ipsa uerborum grata sunt folia? Et scitis quantam auditui nostro dat affectionem tam dulcium frequentia uocabulorum. Poterant ad permouendum affectum ista sufficere. Sufficit quidem affectui simplicitas ista: nam intellectui sufficere nequit. Mos gerendus est & ipsi qui pasci uult sensuum ueritate. Dulciter auditur hæc dulcium inculcatio uerborum. Cypri cum nardo, nardus & crocus, fistula & cynamomum, myrrha & aloe. Absit autem ut non multo dulcius intelligantur. Magnæ sunt corporales in arboribus enumeratis delicíæ, sed quanto maiores spirituales sunt quæ figurantur in istis? Emissiones, inquit, tuæ paradisus malorum punicorum sunt, sunt etiam cypri cum nardo. Bonus enim ordo post labores patientiæ, post uerecundiam pudoris ad unguenta proficiscí, & unguẽta regalia. Nam & de cypri femine regale confici solet unguentum: & quia

Cant. 4.
Cant. 4.
Cant. 4.
Cant. 4.
1. Cor. 12.

& quía ín malís punícís regularē ínterpretatí ſumus unanímitatem. Conſequenter hís herbís & unguentís regíjs:
Luc.14. excellentem quandam ſublímítatem íntellíge. Quí ſe, ínquit, humílíat, exaltabítur. In patientía & ín unanímítate quíd níſi humílítas? Humílítas nec contra íníuríantes tumet, nec ſupra conſortes ſe tendít. In malís uerò punícís hūílítas, ín cypro ſublímítas. In íllís labor, ín hís delícíæ. Cyprí (ut aíunt) ſemen decoquí oleo ſolet, ut unguētum exprímatur ex eo. Alíj ſemínant ín lachrymís, ſed ſponſa ín oleo. Semína noſtra, opera noſtra ſunt. Hæc ſi habent hílarítatem, quaſi ín oleo decoquuntur. Non ſatís eſt oleo íntíngí, níſi ſint cocta & confecta ín oleo, & quaſi ín ípſum oleum conuerſa. Quod ín oleo calente decoquítur, olei ípſíus ímbuítur natura. Coquuntur & cōfícíuntur ſemen cyprí & oleum ín unam unguentí qualítatem. Míra quídem confectío laborís & lætítíæ, eo mírabílíor quòd ín labore non labor ſed lætítía ſola ſentítur. Opus ením exultatíonís ín oleo decoctum, ín eíus tranſít naturam. Opus ípſum (ut ſíc dícam) oblíuíſcítur opus ſe eſſe, dum amoris pínguedíne totum ínfícítur. Sed ípſa ínterior exultatío de opere capít augmentum: ſic ením & oleo ſemen confert, & oleum ſemíní, quando cum exultatione operatur ſponſa, & de ípſo opere magís exultat. C Vnguentum
2.Cor.9. hoc regíum eſt. Ieſus ípſe líbenter ex hoc ínungítur. Hílarem ením datorem dílígít deus. Et ſí unxít eum pater deus ſpírítu & uírtute, & ſí unctus eſt oleo lætítíæ præ cōſortíbus ſuís, uult tamen à conſortíbus ſuís ungí, & deuotíonís noſtræ optat unguentum. Quís dabít míhí tantam olei copíam ín qua omnes operum meorum fructus decoquí poſſínt, & cor meum totum confrīngí? Euangeliſta Ioannes ſub typo uítæ contemplatíuæ, ſub ſponſæ figura, ín plenum oleo ferueníe dolíum deſcendít. Quís dabít míhí tantam abundantíam olei, & olei ferueníís, ut totus ímmergar & confícíar? Quís dabít míhí tantam abūdantíam olei & ſemínís cypríní, ut unguentaríæ confectíoní ſufficíat? Non omne ſemen hæc olei decoctío recípít, non omnem uult fructum. Denique non omne opus contemplatíonís ímmíſcerí lætítíæ poteſt. Opera exteríoris ſolícítudínís & uſus contēplatíonís, confící ſímul non poſſunt, nec ín unam coagulari qualítatē. Quos ergo fructus hæc confectío recípít? Illos planè quos apoſtolus enumerat.
Gala.5. Fructus autem ſpírítus gaudíum, pax, patíentía, longanímítas, fides, manſuetudo, modeſtía, contínentía, caſtítas. Hí fructus cum oleo contēplatíonís conueníunt, & quaſi ín unam coeunt naturam. Sed & íllud ſemen huíc confectíoní maxíme conuenít, de quo legítur: Semen eſt uerbū
Luc.8. deí. Denique & ſemen cyprí cum manna ſímílítudínem quandam habet, ín quo uerbum deí figuratū accípímus. Vtrunq; ením & manna & cyprí ſemen album eſt, & ſímí-
Pſal.18. le ſemíní coriādrí. Lex ením dómíní ímmaculata eſt. Hæc non uult aqua ſecularís díſcuti ſapíentíæ, non eíus aſſertíonibus firmarí, ſed oleo ſpírítus, ut ſpírítualís ſenſus, ut unctío ſpírítus exprímatur ex ea. Huíus meditatío & contemplatíonís lætítíæ facíllíme commíſcetur, cum ſíbí conīungítur uerbí ſtudíum, & gratíæ oleum ín contemplatíone: & dum íllud per íſtam decoquítur, facíllíme ex hac cōfectíone ſpírítualís exprímítur íntellígētía, & unctío quæ docet de omnibus. Et uíde quía non aít ſímplícíter cyprí, ſed cyprí cum nardo. D Nardo ſe dominus fatetur præunctum ín ſepulturam. Quíd ergo ín nardo níſi mentís quíetem íntellígís? Ideò cum cypro íūgítur, eo quòd omnís contemplatíonís uſus quíetæ mentís índígeat. Cyprí, ínquit, cum nardo, nardus & crocus. Bona connexío. Crocus ením flos quaſi aurei coloris ad ſapiētíæ rutílum refertur colorem. Ergo ín cypro íntellígítur ueſtígatío, ín nardo uacatío, ín croco uíſío ſapíentíæ. Iure nardus ponítur ín medío, utríque neceſſaría, íd eſt ueſtígatíoní & uíſíoní. Nam nec ínueſtígarí ſine uacatíone mentís ueritas poteſt, nec uíderí cum ínuenta fuerít. Accípe ergo ín cypro ſtudíum, ín nardo ocíum, ín croco utríuſq; fructum.

Noli decætero ſponſa noli dícere quía fuſca ſim, noli amplíus te decoloratam uocare. Iam ením ſponſi ípſíus teſtímonío croceo colore reſplendes, quæ crocum ímmíttis. Bene croceo nítet colore, quem non ínfuſcat fatuítas, quē non tædíj & deficientís anímí morībundus pallor ínfícít, ſed ſapientíæ fulgídus, & rutílus charítatís color exhílarat. Sí uelímus hæc ad Chriſtí perſonā reflectere, cōgrua planè ínterpretatío ſequítur. Quís magís oleo decoctus eſt gratíæ? Ipſe ín manna íntellígítur, ípſe ſemínís cyprí ſpecíem tenet, ípſe paſſíonís cruce preſſus ſacramenta ſalutís & unguenta gratíæ profudít, ípſe ín cypro patítur, & ín nardo ſepelítur, & de corde terræ reſurgít ín croco. Quaſi nouus flos & rutílus quādo per reſurrectíonē eíus caro refloruít. Et fortaſſe ín fiſtula aſcēdít ad cælum. Hæc ením arbor ín altum excreſcít, & ſponſa eíus quaſi compatítur ín cypro, cōſepelítur ín nardo, & ín croco conreſurgít. Quíd ergo conſequens eſt níſi, ut coaſcendat ín fiſtulā? Sí ením cum reſurrexerít ſpōſo, quæ ſurſum ſunt quæ- Col.3.
rere debet, quæ ſurſum ſunt ſapere, ubí ſponſus eíus eſt ín dextera deí ſedens. E Fiſtula & cynamomum. Fiſtula Canti.4.
exurgít ín altum, cynamomum parum quídem exurgít à terra. In fiſtula altum cernít, ſed ín cynamomo altum non ſapít. Illa aſcendít, illud condeſcendít. Fiſtula eſt quando ſponſa excedít deo, cynamomum quando contemperans eſt nobís. Etſí ſe contemperat, totum tamen eſt ſpírítuale quod profert: cynamomum ením cum frangítur, uíſíbile ſpíramentum emíttít. Quando frangítur níſi cum aperítur, cum exponítur? Sic ením Ieſus cum accepít panem, Marc.14
fregít & dedít. Tunc ergo doctor contemperans ſeípſum quaſi frangít, cum ſe cœperít aperíre, uel audírí, cum eíuícerare íllа quæ íntus de ſupernís latent ſecreta, cum memoríam abundantíæ ſuauítatís eructat. Hoc eſt quod cynamomum fractum uíſíbile dícítur ſpíramentum emíttere. Quare ſpíramentum & quare uíſíbile? Spíramentum quía ſpírítualíum ſunt quæ dícít, uíſíbile quía manifeſte docet. Qui ením ín ſublímíbus ad ludícra & uanas fabulatíones prolabítur, non condeſcēdít, ſed cadít. Fracte quídem loquítur, ſed ſpíramentum ſuaue non emíttít. Quaſi fiſtula quæ creſcít ín aquís, ita ínter oratíonum lachrymas exurgít ín altum. Pulchra aſcenſío. Sed uíde ut deſcenſus cynamomo ſit ſímílís. Cum te ab aſcenſu íllo & exceſſu alíqua rationabílís cauſa reuocat & reſtrīngít, eſto uelut cynamomum. Colloquía tua, conuerſatío communís gratíam ſpírent. Et ſí de uoluntate tua & propoſíto alíquotíes reflecteris, ad ſenioris arbítrium reflexa & quaſi fracta ſit uoluntas, non murmur reſonet, non querímonía: eſto cynamomum confractum, uíſíbile ſpíramentum emítte, eo quòd uírtus humílítatís ín ínfírmítate uexatíonís, & uelut fractíonís proficít & probatur. Et ſpíramentum & uíſíbile dícítur. Spíramentum, quía tranquíllítas ſeruatur ín corde: uíſíbile, quía relucet ín facíe.
F Hís annectít & omnía ligna líbaní. Et uíde quòd nulla níſi líbaní ligna ponít, nec alíqua quæ ſunt líbaní prætermíttít. Cum omnibus, ínquít, lígnís líbaní. Ligna líbaní & ímputríbílítatem habent, quía cedrina ſunt: & Canti.4.
purítatem, eo quòd ſunt líbaní. Sola eccleſiæ ligna ſunt, quæ habent myſterium fidei ín conſcíentía pura, & quandam quaſi ímputríbílítatem contínentíæ, ſola eíus ligna & purítatem & perpetuítatem habent. Bonum planè lígnum uír eccleſiaſticus, ín quo concurrunt & obuíant ſibí fortítudo díſcíplínæ, & decor fidei. Fortítudo & de- Prou.31.
cor índumentum eíus. Erumpunt hís díebus ligna quædam quæ non plantauít pater cæleſtís, ligna quæ non ſunt plantata ín líbano noſtro. Fortítudínem prætendunt operís, ínſuríarum inſenſibílítatem, parſímoníæ tolerantíam. Cedrina uídentur, ſed líbaní non ſunt, quía ímmunda eſt eorum mens & conſcíentía. Infidelíbus Titum.1.
ením níhíl eſt mundum. Fortítudo quídem quæ oſtentatur & uíreſcít ín conuerſatíone, ín confeſſíone putreſcít. Quod íbí quaſi fulget, híc fœtet. In opere quídē uídetur

Universidad de Deusto
Biblioteca

pictas, in interrogatione infidelitas putret. Fortitudo lapidis, fortitudo eorum, & caro ænea est: scilicet non degenerant à patre suo, de quo in Iob scribitur. Induratum est Iob. 41. cor eius quasi lapis, stringitur tāquam malleatoris incus. Male fortes sunt non pro fide, sed cōtra fidem. Non enim emollíuit omnipotens cor eorum, non emollíuit, nō emūdauit, nec fide candidum fecit: ideò non sunt libani ligna. Rom. 14. Omne quod non est ex fide, peccatum est: quomodo non magis quod est contra fidem? Non sunt ligna libani quæ fidei non irrigat puritas. Steriles sunt uirtutes quæ non fœcundantur per fidem, sed ipsa fides sine uirtutibus mortua est. Candorem eius nulla incontinentiæ fœdat putredo. In ecclesiasticis lignis utraque obuiant sibi, forma fidei, & operis fortitudo. Talis cedrus nostro plantatur in líbano. Hic est & alibi non est puritas fidei, & perpetua & quasi incorrupta perseuerantia uirtutis. Hic enim emittitur myrrha & aloe cum omnibus primis unguentis. Hæ species ea etiam quæ per se corruptibilia sunt, à corruptione illæsa seruare noscuntur. Quid enim hæc post ligna libani unguenta produceret, si nihil in eis esset distantiæ? Nam etsi uidētur similia, distinctionem tamen recipiunt. Illa enim, id est libani ligna incorruptibilitatem in se habent: ista, id est myrrha & Aloe, non habentibus exhibēt. Illa imputribilia sunt, ista imputribilitatem conferūt. Bonum ergo lignum, & uerè plantatum in paradiso domini, in monte illo egregio, in monte libano, quod & ipsum se continet ne per illicita defluat, & sermones sui myrrha à tali fluxu alios reddit immunes: cuius corpus quasi cedri num est, & à labijs myrrha distillat. Myrrha inquam & Canti. 4. aloe cum omnibus primis unguentis. G Possumus quidem & hæc ad quatuor cardinales uirtutes interpretando deflectere, si intelligamus a cedro fortitudinem, in libano fidem, quæ ipsam prudētiam informat: in myrrha temperantiam, continentiam & iustitiam: in aloe puritatem. Nam huius arboris gummi dicitur stomachum purgare. Per myrrham ergo exteriora constricta sunt, per aloe interiora in hypocrisi ficta non sunt. Habes iam in his hæc quatuor expressa. Primo constantiam, ne ad tempus credas, & in tempore tentationis recedas. Denique prudentiam, ut sit rationabile obsequium tuum. Sic myrrha mortificandæ carnis sequetur, cum habueris zelum secundum scientiam. Quarto loco aloe, cū ipsum cor offertur & adoletur, ut simul sit & in myrrha mortificatio carnis, & in aloe emundatio conscientiæ ab operibus mortuis, ad seruiendum deo uiuenti: ne simus seruientes ad oculum, nec quasi hominibus placentes, sed magis deo. Nónne beata uerè sponsa, cui tot blandimenta dicuntur? Multum immissum est ei, qui tot emittit munera grata dilecto. Nam in his omnibus ipse gloriatur, & spōsæ suæ applaudit muneribus Iesus Christus: qui uiuit & regnat per omnia secula seculorum. Amen.

¶Sermo. XXXVII. A

Canti. 4. FOns ortorum, puteus aquarum uiuētium quæ fluunt impetu de libano. In capituli principio istius fons dicta est sponsa, & nunc in fine fontis eam impartit uocabulo dilectus suus. Ab ubertate inchoat, & in senecta uberi multiplicatur, origini finis respondet. Multæ sunt emissiones eius, sed ipsa emissionibus non exhauritur. Non arescit mora, non exsiccatur emanatione. In initio huius capituli dicitur fons signatus, hic immutur non exsiccatus. Ibi quales sint emissiones eius, hic quàm sint indefessæ docetur. Copiosi ex hoc fonte riuuli gratiarum emanant, & semper tamē fons manet. Ab eo in quo inchoat non se cohíbet: ideò hic & ibi fons dicitur. Sed & iam uide quo in loco eius aquæ fluunt, ubi nisi in ortis? Fons enim est ortorum & delicate fluit, qui non ab ortis egreditur, qui non lauat, sed rigat. Cuius in hoc omnis usus est, non ut auferat fœditatem, sed ut fœcunditatem afferat. Bonus quidem fontis usus mundare, sed melior fœcundare. Ille abluit inquinamenta, iste quasi ablutione quadam, gratiarum comportat augmenta. Ille germina lota reddit, hic læta. Ille patēs est in ablutionem peccatoris & menstruatæ, hic signatus delicijs sponsæ. Tota pulchra es amica mea, & macula non Canti. 4. est in te. Ideò non nisi fons ortorum dicitur fons delicíarum. Deniq; quàm uarius & multiplex est cælestium deliciarum modus, tantus uidetur & numerus ortorum. In alio rubent rosæ, in alio cādent lilia, coloremq; flores uiolæ purpureum reddunt. Tot orti sunt quot uirtutum plātationes simul collectæ, ubi tantum flos unus est, quis ibi ortum esse diffiniat? Sic nec una castitatis plantatio, nec una iustitiæ, orti potest integritatem explere. Salomon Eccli. 2. qui delicatus & tenellus dictus est, ipse sibi fecit ortos & pomeria, consecuit ea cuncti generis arboribus. Non arbore consecui, inquit, sed arboribus: nec unius generis, sed cuncti generis. Extruxi, inquit, mihi piscinas aquarum ut irrigarem siluam lignorum germinātium. Díues quidem in delicijs, qui non rara ligna, & quæ præ paucitate numerari & scribi possent, sed integram possedit siluam lignorum germinantium. In orto quippe sapientiæ nihil sterile, nil non germinans. B Sic & sponsa plures habet ortos, & cuncti generis uirtutum copiose uirgultis est consita. Et in sequentibus sponsæ sponsus applaudit dicens: Quæ habitas in ortis, amici auscultant te. Fac me au Canti. 8. dire uocem tuam. Iure omnino. Quid enim nisi dulce auscultare illi quæ in ortis morat, & de ortis loquitur? Non auditur foris uox eius, nec extra ortum: ideò amicus est qui in ortis cōmoratur cum ea. Nec tam in ortis est quàm ortus ipse. Ipsa ortus, & ipse fons: huius ortos doctrinæ suæ fluentis irrigans. Felix sponsa quæ non habet nisi ortos irrigare. An non in hoc frequenti conuentu tot orti quot animi? propter unanimitatem ortus unus, propter differentes gratias orti plures. Vtinam in his ortis nulla radix amaritudinis sursum germinet, nullum sit lignum inutile, nullum quod ortum sponsæ dedeceat, nullus sit hic ortus olerum, quia olera herbarum cito decidēt. Qui Psal. 36. enim, inquit, infirmus est, olus manducet. Vos autem ole- Rom. 14. ribus non indigetis quasi infirmi. Quod enim infirmum est in uobis, fortius est secularibus. Illorū infirmitas quiescit in licitis, ad perfecta, uestra laborat. Illorum infirmitas est uti concessis, uestra quidem citra perfectum subsiste re. Quid est in uobis esse infirmum nisi nō esse perfectum? Quid est in uobis esse infirmum: nisi summum non apprehenderes? Et quid fortè, nisi ut apprehendatis contenderes? Ideò infirmum nostrum fortius est secularibus, & (ut dicam) melior est infirmitas monachi, quàm secularis benefaciens. Opera quæ penes nos putantur infirma, quanti crederentur si ab ipsis fieri uiderentur? Perfectorum solidus cibus est: quot tamen in nobis imperfecti sunt, esum olerum dedignantur. Quæ secularibus licent, infirmis nostris nec exhibentur, nec ipsi exigunt. Apud nos perfecta professio, quamuis infirma expletio. Perfectæ plantationes, sed incrementa infirma. Irrigandæ sunt ut crescant, sed spiritualibus aquis. C Paulus benenouit quibus aquis quemlibet ortum irriget. Coniugatis co- 1. Cor. 7. pulæ maritalis usum dispensat, consolatur pusillanimes, 1. Thes. 5. suscipit infirmos, carnalibus potum lac præbet, sapien- 1. Cor. 3. tiam loquitur spiritualibus qui dijudicant omnia, sapien- 1. Cor. 2. tiam autem non huius seculi, sed quæ ex deo est, sapientiā absconditam in mysterio. Et si quis alius loquitur decorem domus domini, locum habitationis gloriæ eius, thalami delicias, gaudium quo gaudet sponsus super sponsam, & quo uicissim ipsa gaudens gaudet in domino: planè hic ortum olerum irrigare talibus debet aquis. Ani- 1. Cor. 1. malis enim homo non percipit ea quæ sunt spiritus dei. Et omnino quisquis spiritualia uel agenda præcipit, uel intelligenda proponit, nónne tibi uidetur aromaticis in ortis quasi fons purus manare? Et bene purus, cui non est

necesse

neceſſe inter auditorum perfectionem qui in ortis auſcultant, niſi de ſpūali uitæ puritate diſputare, & quaſi paradiſi incolis de paradiſi propinare fluentis. Iuxta hunc ſenſum, ortū auditores intellige, fontē doctores. Sed ſi fons ſunt, quomodo putei? Noſtis enim quantū inter ſe diſtēt hi noti fontes & putei. Puteus infodit, fons gratis fluit. In illo aquæ reconditæ ſunt, in iſto quaſi ꝓpoſitæ, & ſeipſas offerentes ultro. Magna eſt in iſtis differentia, nec poſſunt utraq; in alterutris inueniri. Nō poteſt uel fons putei uel puteus fontis propria & domeſtica uendicare ſibi, uteraq; naturæ ſuæ continetur limitibus. Corporalia & terrena anguſta ſunt, ſpiritualia abundant diuitiæ. Ad ſpiritualia ſi referamus iſta, in eodem erit inuenire fontem & puteū: & alterutra abinuicem propria communicari. D Communicemus ergo hæc ſi uultis inuicem propria, & in eodem aſſignemus utraq;. Accipiamus in fonte ſufficiētiam doctrinæ in puteo ſecretum. In illo abūdantiam, in iſto alta myſteria. Et quidem bonus doctor qui quaſi de quodā alto puteo, ita de abdito ſapientiæ theſauro copioſe pro- 1.Cori.3. ſert noua & uetera. Puteus eſt, quia quæ dei ſunt nemo nouit niſi ſpiritus dei. Spiritus enim omnia ſcrutatur etiā profunda dei, & quaſi fons quidam producit in medium, & uirtutum ortos irriguos reddit. Habetis ergo in puteo occultationem, in fonte copiam. Profuſionem in fonte, & ſenſuum profunditatem in puteo. Puteus altus eſt, ſed nō indiget hauritorio. Fōs eſt, & gratis fluit. Qui ſitit ueniat & bibat de aquis ſponſæ, de aquis Berſabee, ut nouus ex ea Salomon naſcatur. Et Berſabee puteus ſeptimus interpretatur, id eſt puteus quietis, puteus ſapientiæ. Nam ſapientia in ſpiritualium catalogo munerum aſcendenti ſur- Eccle.1. ſum ſeptima occurrit. Sicut & puteus ſapientiæ, ita & fons ſapientiæ legitur. Et fortè in his duob⁹ geminus eius modus exprimitur. Vnus qui fit per inueſtigationē, alter qui fit per inſpirationem. Fontis aquæ ultro prorumpunt. In puteo uerò terræ perrumpitur moles, & ſoliditas penetratur, ut ad aquam uiuam pertingas. Vtraq; alteri neceſſaria eſt & induſtria gratiæ, & gratia induſtriæ, & uicariam opē ſibi communicant. Inuanum enim laborat qui puteum fodit, ſi non ipſe fons uitæ gratis affluat. Sed & tibi gratis foderis puteum, & receptaculum aquarum præparaueris, ſi fuerit neglectus puteus tuus. Et ſi tu ſqualeas, non deſcendent in illum aquæ uiuæ, non fluent impetu de libano. Aquæ quæ deſcendunt de libano, neſciunt colligi niſi in puteum candidum. Et aquæ quæ cum impetu fluunt, uolunt puteum habere capacem. E Altum & capacem effīcies cordis tui puteū, ſi curas terrenas egeras, ſi locum effīcias in animo tuo lætitiæ ſpirituali, ſi os tuum aperias ut attrahas ſpiritum, & fluant in uentrem tuū flumina aquæ uiuæ. Ad hoc opus præparata ſunt foramina tua in die natiuitatis tuæ, ſicut ſcriptum eſt de principe Tyri. Capacitas intelligentiæ naturalis, qua in die creationis præ cæteris animantibus priuilegiatus es, ingentis receptaculi uicem Geñ.16. tenet ad comprehendendas continendasq; aquas uiuōis & uitæ. Legimus enim uiuentis & uidentis puteum. Qui ſi poſt peccatum uitijs uel innatis uel ſuperadditis obſtruſus uidetur, aperiat illum fides, ſpes in altum inſtanter diffodiat, dilatet amor. Ocium & exoccupatio cohærere ſitu turpi non ſinat. Siquidem feriatas mentes ab anxijs curis uolunt habere feſtiua gaudia, & uacationem ſibi uendicat uiſio dei. An non tibi quidam puteus altus uidetur ille in quo reconditi ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Luc.2. dei? An Mariam quaſi puteum aquæ puriſſimæ inficiaberis, quæ cōſeruabat omnia uerba de Chriſto, conferens in Geñ.26. corde ſuo? Eſto & tu talis puteus pro modulo tuo puteus altus, & amplus. Iſaac poſt calumniæ puteum, poſt puteū inimicitiarū, poſt hos (inquā) duos puteos relictos, duos puteos effodit, puteum latitudinis, & puteum ſatietatis. In illo cœpit non rixari cum uitijs, in iſto cœpit fructu deliciari uirtutis. Noluit cum Philiſteis puteum habere communem, qui interpretantur potione cadentes. Puteos inimicitiarum & calumniæ reliquit Philiſteis. Corruunt pla-

nè qui bibunt de erroris & ſchiſmaticis puteo. Tales puteos fodiunt auctores, bibunt auditores. Sic confodit Artius, ſic Donatus. Alter fidei calumniam induxit, alter fraternitatis copulam in partes deduxit. Ille trinitatis æqualitatem hæretica diffinitione diſtinxit gradibus, ille eccleſiæ unitatem ſua præſumptiōe diſtraxit partibus. Dathan Num.16. & Abyron puteos calumniæ foderunt aduerſus Moyſen & Aaron: & inciderunt in foueam ipſi quā fecerunt, quos terra uiuos abſorbuit, potione quam ipſi foderunt præcipitati ſunt, nomen Philiſteorum interpretantes euētu. F Bonus autem puteus de cuius aquis qui biberit exaltabit caput non potione cadet. Quaſi foueam fodit qui terreni ſenſus acumine ſcripturæ ſoliditatem penetrat, & uiolenter ſcindit ortulum eccleſiæ quoddā incognitum dogma producēs & obſcura myſteria: ſed & qui ſubtili ſcrutinio & doloſa machinatione fraternæ charitatis ſolida perforat, & diſcordiæ uenam aperit: qui ſe conſpirationum claudit & ſignat in puteo, non acquieſcēs egredi, ſed magis ac magis ingrediens interiora ſchiſmatis, & eius effodiens abyſſum. Philiſteorum eſt hic puteus, nihil tibi ſit commune cum illo. Senſim primo & ſecreto creſcunt, & de terrenæ & brutæ mentis erumpūt uiſceribus, donec poſtea cū impetu fluant, ſed non fluūt de libano. Non hæ aquæ fideles ſunt, non aquæ uiuæ. Nō poteſt ſibi cōſtare diſcordia, non poteſt inter parientes ſchiſma perpetua pax ſeruari. Ipſum ſchiſma infidū eſt ſibi, nequit ſibi cohærere diuti⁹, qđ charitatis pertentat diſſoluere glutinum. Si quis te ad hos puteos inuitauerit, dirumpe (ſi potes) puteos Philiſtinorū, & aquas peſtilētes exſicca, relinque Philiſteis puteos ſuos, puteos inimicitiarum. Sectare puteos cæleſtiū delicíarum, puteos aquarum fidelium, & aquarum uiuentium, quæ fluunt impetū de libano. Eſto flos orti, & orti concluſi, ut nō diripiaris, et uidebis quomodo tibi dirumpet dominus fontes & torrentes. Conuerſare in orto ſi forte & ipſe cōuertaris in puteū, & de uētre tuo flumina fluāt aquæ uiuæ. G Quænam ſunt aquæ uiuæ, niſi aquæ nō deficientes? Et quidem bene hauſtus aquarum æſtum deſiderij ſine defectu refrigerant, ſeculi oblectamenta uniuerſaliter falſam præferunt refrigerij ſpeciem, & ſecularem cōcupiſcentiam ſedant ad horam, ſed quaſi ſub ipſo ortu ſtatim areſcunt, nec fluunt uena perenni, quaſi torrens raptim tranſeunt, & non eſt inuenire in hoc torrente aquas uiuas. Alio quodam Iſaac fodit in torrēte, & aquas uiuas Geñ.26. inuenit. Eſt enim torrēs, qui ſuauis uidet, ſed ſalutaris non eſt, nec ſempiternus quidē, ſicut ſecularis ille quem prædixímus fluxus uoluptatis. Et eſt torrens ſalutaris quidem, ſed ſempiternus, ſi tamē effoderis in eo, aquas uiuas reperíes. Habemus (inquit Petrus) firmiorē ꝓpheticū ſermo- 2.Petri.1. nem, cui benefacitis attendētes, tanquā lucernæ lucenti in caliginoſo loco, donec illuceſcat dies & lucifer oriat in cordibus ueſtris. Nō extinguet in nocte iſta lucerna, interim enim uſus eius neceſſarius eſt. Sed cū dies æternus eluxerit, prophetica lucerna ceſſabit doctrinæ, & literarij ſermonis exſiccabitur torrens. Siue enim prophetiæ euacuabū- 1.Cori.13. tur, ſiue linguæ ceſſabunt, ſiue ſcientia deſtruetur, futuræ manifeſtationis reſpectu turbidus (ut ſic dicam) in modū torrentis fluit ſacræ ſermo ſcripturæ, inſtruēs nos per ſpeculū & in ænigmate. Illius autē quæ eſt facie ad faciē uiſionis, uerè puræ ſunt & perennes aquæ. Non deerunt illæ tibi, non tu illis. Cum mortalitatis trāſierit torrens, trāſibūt cum mortalitate myſteria nubila, & ſine uelamine ſerena ueritas propter quā hic torrētem effoderas, hilariter erūpet. Iſtic locus eſt ſpeculo, illic directæ ſpeculationi. Solet tamē aliquo modo hæc ſpeculatio locū alienū peruadere, & in loco peregrinationis ſe uiātibus hilariter oſtendēs, inuitat ad patriam. Verè quidem feſtiuus, ſed furtiuus adhuc iſtius æterni & luminis radius, & fluminis riuus. Non emicat, non emergit niſi in ortis, & in ortis aromaticis. O altitudo diuitiarū ſapientiæ & ſcientiæ dei quàm ſimilis es puteo? Non potes exhauriri. Aquas uiuas effundis, et aquas ſalubres & uberes. H Quis dabit ortulo meo

Universidad de Deusto Biblioteca

has aquas,& cordi meo hunc puteū delicíarū: Ab occul-
Psal.18. tis meis munda me domine,& ab alienis parce seruo tuo.
Psal.50. Fac me libanū,asperge me & mundabor,laua me & super-
niuem dealbabor. Emunda me à delicto maximo,&
Psal.28. ut complaceant eloquia oris mei,& meditatio cordis mei
in conspectu tuo semper. Fac me libanū ut has tibi semper
aquas effundam. Erunt(inquit)ut cōplacēāt. Quid est cō
placeant,nisi ut utraq; placeāt,& utriq; placeāt: Cui utri
q;,nisi mihi & tibi: Quæ utraq;,nisi eloquia laudis,& me-
ditatio cordis: Aquæ istæ uiuentes sunt,quia semper com
placent. semper fluunt,sed non fluunt nisi de libano. nec lē-
te quidem,sed cum impetu. Magnus impetus uiolenti sen
sus amoris,& dulces tamen non difficiles aditus impetus
habet. Magnus impetus eius,quia usq; ad affectum per-
tingit efficaciter,& exhaurit suauiter. Magnus impetus
eius,cuius uehementiæ resistere nil potest. Cū impetu(in-
quit)de libano. Expressit causam redundantiæ,nomine li-
bani. Mūditia locus est redūdātis lætitiæ,& aquas sapiē-
tiæ salutaris effundit,de cādido prorūpit,& candidi9 red-
dit. Cōgere in unum,& quasi in aceruū accumula delicias
istas. Vide & considera puteum,libanum,impetum,aquas
uiuas. Deprehēdes in his(si animo aduertas)aquas istas
& serenas esse,& secretas,& uehementes,& non deficiētes.
Puteus secretum designat,serenitatem libanus. In impetu
omnis alius exhaurit affectus,aquæ uiuæ nesciunt exhau-
riri. Bonus etiam libanus fides,eo quòd fide corda mun-
Actu.15. dentur. Ab hoc libano serenæ intelligentiæ aquæ uiuæ
Ioā.17. fluunt: quia nisi credideritis,non intelligetis. Intellect9 au-
tem bonus,cuius contemplatio manet in seculum seculi.
Hic est uerè uiuens. Nam uita æterna hæc est ut cognosca
mus unum uerum deum, & quem ipse misit Iesum Chri-
stum. I Et ipse Christus noster est libanus,delectationes
uiuas fundēs cū impetu in sinū dilectæ. Ipse liban9,& ipe ri
uus. siquidē ipse est candor lucis æternæ,& emanatio syn-
ceriſsima. Delectabilis planè puteus affectus est sponsæ,in
quem æterni candoris radij,acsi quidam de libano riuuli
& colliguntur & effunduntur,ut flores & ortos irrigent
sponsi. Bonus ergo libanus,in quem nihil inquinatum in-
currit: & magnus impetus,qui nullo compesci obice pōt.
Deniq; illi aquæ cum impetu fluunt,quem nec persecutio
nec nuditas nec gladius separare potest à charitate dei.
Tot credentibus populis obiecti sunt obices scandalorū,
tot oppositæ moles tormentorū, & tamen semper fluunt
aquæ de libano. Aquæ enim populi sunt. Magni obices,
sed maior impetus. Si coneris compescere, plus increscit,
& perrumpit obstantia. Repulsus exurgit in cumulum,&
impedimento lucra conquirens,se diffundit uberius. Pu-
to amori etiam ipsi obices cooperantur in bonum, & in-
crementa capit uexata uirtus in iniurijs. Nónne me silen-
te ista possunt percutere conscientias corū quorum amor
in certis locis & horis fluit,qui quidē ad tempus diligūt,
& in tēpore tribulationis recedūt: Quid dico tribulatio-
nis: Etiā exiguæ & dubiæ tētatiōis nūquā molē sed obicē
Naū.2. passi, facile cōpescuntur,& reflexo proposito impetu irre-
uocabili ad secularia ruūt. Si inclamaueris iuxta prophe-
tam. State,state non est qui reuertatur. Nulla illos persua-
sio reuocat,nec persecutio pia magistri,non infelicitas, q̄
frequēter & ferè semper est in uijs corū. Fluunt & ruunt &
corruunt,ut bibant in uia de torrēte uoluptatis,quæ non
exaltabit, sed cōquassabit in terra capita corū. Beati qui-
dem immaculati in uia,qui ambulāt in lege charitatis,qui
ambulant in impetu ubicūq; fuerit impetus spiritus,& nō
reuertunt,nec aliquo separantur obstaculo à charitate dei
quæ est in Christo Iesu domino nostro,qui uiuit & regnat
per omnia secula seculorum. Amen.

¶ *Sermo.* XXXVIII. A

AFfectiones dulces & sanctæ,sunt sponsæ aroma-
ta. Nam ipsa est ortus. Austro flante ista fluunt
in delicias sponsi,sed aquilonis hæc iterū incle-
mentia sistit. Frigidus est enim uentus aquilo,
& ad flatū eius aromata congelantur. Quādiu dñe aduer-
sitatis aquilo regiones nostras premet: quādiu incumbet
ortulis nostris: quādiu Iesu bone constringet aromata no
stra rigor aquilonis: Parce domine,parce ab aqlone spon
sæ tuæ. Diu est q̄ urget,q̄ premit,q̄ incubat spirit9 hic du
rus & uehemens. Cumulata nos undiq; premit aduersitas.
Dic ei domine ut surgat,ut cedat,ut sinat locum esse respi-
randi infortunij. Paupertas sterilis est, & graues undiq;
parturit casus. Res infirmæ facile læduntur,& infelicitatis Psal.41.
abyssus aliam inuocat in uoce catharactarum tuarum. Oc
culte aduersum nos uocas aduersa,& quomodo si dicas a-
quiloni,insurge, preme, possidet: Fumus(inquit Esaias) Esai.14.
ab aquilone ueniet. Nobis autem non tam fumus quàm
flamma iam imminet ollæ succensæ à facie aquilonis. Ab
aquilone frigus,& ab aquilone flamma. Ita est domine. In
duritia manus tuæ aduersitatis mihi,misericordiæ tuæ ne
nas restringis,ideò exæstuat animus meus, & in medita-
tione mea exardescet ignis. Grauis iste anxiæ solicitudinis
ignis est,& calore eius aromata non fluunt,sed magis si
qua sinis fluere,siccantur fluenta,præsertim ubi magis ma
gisq; aduersitatum aperire se uidetur occasio. Domine,do Psal.37.
lor meus in conspectu tuo est,& gemitus meus à te non est
absconditus. Solicitudinis meæ ratio nota est tibi,sed mœ-
roris magis dicere debueram. solicitudo enim in mœrorē
iam cœpit tota transire. Vbi consilij nō fulget occasio,ubi
bonæ spei se uel umbra non offert, ibi non solicitudinis
sed mœroris sunt partes. B Multi gemitus mei, & cor Treñ.1.
meum mœrens. Paruuli petunt panem,& non est qui fran Treñ.4.
gat eis. Deest enim qui frangat. Non dico de uerbi pane,
sed hoc quotidiano corporis alimento. Non potest tamē
cælestis illius panis pinguedine repleri anima mea, dum
quotidiani huius panis inopia maciem quandam mœro-
ris inducit. A uoce gemitus istius oblitus sum comedere
panem illum cælestem. Durus aquilo exterior aduersitas,
sed multo durior mētis anxietas. Altera fratres uos urget,
me premit utraq;. Ego communi attritione laboro in uo-
bis,& domestica quadā præ uobis,quia pro uobis. Hinc
infortunij casus. Hinc forenses insurgunt calumniæ. Alij
submurmurant,& alij insultant: & quòd non est humanæ
industriæ prouidere ne contingat,improperāt cū acciderit.
Quidam irritant, quidam irrident, aduersam fortunā
ad fatuitatem trahentes. Successus bonos quibus exube-
rant,sibi imputant,quasi aut prouidentiæ aut meriti cre-
duntur,non muneris esse diuini. Abundant(inquit Iob) Iob.12.
tabernacula prædonum,& audacter prouocāt deum,cum
ipse omnia dederit in manus ipsorum. Quidam & prædo-
nes & prouocatores sunt: qui quod dei est ipsi tollunt,dū
sibi tribuunt,& diuinæ donum gratiæ ad propriæ infle-
ctunt affectum industriæ. Quid impēsa dēsuper uobis be-
neficia improperatis nobis: An quia clemētiæ diuinæ cir
ca nos oculus bon9 est,ideò uidetur erga nos nequā esse:
Cur uos diuina beneficia paratiores reddunt ad derogan
dum,quàm ad erogandū: Vides domine quot ex partib9
aquilonis nos flabra molestant,undiq; perflant incommo
da,murmura,probra. Inter huius dolores distractus & cō
strictus animus,austri leuia nescit flabra recipere. Exurge
domine,non prænualeat aquilo,satis est q̄ iam diu insurre-
xit,q̄ incubuit,dic,ut surgat,ut discedat,ut cedat austro.
Succensa iam pridem est olla à facie aquilonis,sed tu domi Hiere.1.
ne austrum emitte,qui faciat medium fornacis huius qua-
si uentū roris flantem. Non audeo continuos austri flatus
rogare,sufficit si modo interpolatione eius aquilonis ma-
lignitas temperetur. Extendis(sicut in Iob legimus)aqui- Iob.26.
lonem super uacuum,non super ortum. Non est uacuus
ortulus sponsæ,in quo superius annumeratæ plantantur
tot aromaticæ species. Et quomodo quibunt meditatio-
nis aromata læta profluere, ubi à mœrore libera non sunt
studia,ubi contristat aduersitas,aquilo stringit: Esto do-
mine zelotes,æmulare sponsam,dic aquiloni ut surgat, &
cum austro dimidiet tempora sua. Sic quidem fiet secun-
dum multitudinem dolorum meorum in corde meo,si cō
solationes tuæ lætificent animam meam. C Videtis

fratres

fratres qualiter aquilo ad mensurā sui austrū parturiat: & forte ubi abundauit aquilo, superabūdauit & auster. Auster enim & prospere flabit, & quas intulit aquilo cōpensabit iniurias. Ergo surgat aquilo, sæuiat, quantūlibet fremat, dūmodo occasionē & quasi uim præstet flatibus austri. Nónne tibi uidentur graues pertulisse aquilonis flatus, quos in epistola ad hebræos Paulus alloquitur: Magnum (inquit) certamen sustinuistis passionū, & in altero quidem opprobrijs & tribulationibus spectaculū facti, in altero socij taliter conuersantium effecti. nam & uinctis (inquit) cōpassi estis. Sed inter tāta aquilonis flabra, nullas sibi uices uendicauit auster? Imo planè. Deniq; audi quod sequitur: Et rapinam (inquit) bonorum uestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes uos habere melio-
rem & manentē substantiā. Quid cum apostoli irent gaudentes à conspectu concilij quoniā digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliā pati, nónne tibi uidetur contra aquilonis graues impetus leniter ipsis auster spirasse? Cōsidera tristia illa sabbata, sepulturæ dominicæ. Nónne uelut ad aquilonis flatum, apostolorum corda infidelitate & timiditate quadā diriguerūt? Resurgente domino cœpit auster lenis ortum eius perflare. Totis his deniq; quadraginta diebus in multis argumentis dīnicæ resurrectionis, & ueritatis fides, & ueritatis fiducia sensim incrementa sumpserunt. Ipso die pentecostes, quando factus est spūs uehemens in cœnaculo ubi erant apostoli sedētes, soluta est ois congelatæ mētis frigiditas, sicut torrens in austro, & deinceps uerbi uirtutumq; profluxerunt aromata. D Sed nunquid idcirco aquilo durus quieuit? Nónne multo uehementius persecutorum insurrexit procella, & impetus hæreticæ tēpestatis? Nūquid non æmulatione quadā tētationis aqlo, austro se opposuit gratiæ? Quasi solus ortum perflare conatur, quodā rigore duri spiritus, aromata restringere uolens ne fluerēt, sed tanto latius fluxerunt, aduersitatis & prosperitatis alternis motibus nunc prouocata, nunc pacata sponsa Christi. Ecclesia eius aromata uirtutum proferre nō destitit uel non desinit. In persecutiōe uirtus enituit, in pace auctus est numerus. In illa fortes probantur, in ista fouentur infirmi. Quid ergo primitiuam ecclesiam nunc memoro, cum adhuc & si nō tam uehementes, frequentes tamen aquilonis impetus sustinet ortulus sponsi? Alternant circa illum uices auster, & aquilo. Grauis impetus hoc tempore ecclesiam impulit, & quidem ab aquilone. Nam inde est origo schismatis, inde oritur, & ibi moratur, solus illic aquilo premit. Dic ei
domine ut surgat & discedat, uoca & dic austro, ueni perfla ortum meū, & fluent aromata illius. Non dico austrū felicitatis & securitatis terrenæ, nam hic auster frequēter aromata stringit & exsiccat, sed austrum uoca gratiæ tuæ. Et si ita necesse est, & aquilonē in illum sterilem ortū mitte, non obstinatiōis sed uexationis aquilonē, ut ipsa uexatio det intellectum auditui ad obediendum. Aquilonis rigore flagella ortū tuum, hoc quasi uerbere excita torporem eius, ut auidius ad austri se lenia spiramina conferat. Tam partibus quàm tēporibus auster & aquilo circa ortum nostrum uices alternant. Sicut enim nunc flat auster, nunc aquilo: ita hic auster, & illic aquilo. Aliquoties autē & simul flant, sed alter foris, & alter intus. Foris aquilo, & intus auster. Ille furens & iste fouens. Fremat aquilo & tumultuetur foris, tantummodo ortos intus non perflet, intro non penetret, intimam quæ est in Christo non cōstringat cordis lætitiam. Quando domine ex integro gelidus ille spiritus quiescet, quando erit ut iam non timeatur à facie frigoris eius? Fundata est ciuitas tua, ortus plantatus in lateribus aquilonis. Hic uentus in scripturis dexter uocatur. Ideò Iob talem super eo deponit querelam. Ad dextram (inquit) orientis calamitates meæ illico surrexerūt. Iure uentum illum dextrum uocauit, qui nihil ei quiuit sinistrum inferre quin etiam coronæ gloriæ uiro iusto cōportauit augmentum, quando uirtus probata enituit, & quando prouocata excreuit. De uicino in ortum tuū impingit. situs est eñ in lateribus aquilonis. Effice illum nobis dñe dextrum, tempera illum flatibus austri. Cooperatur enim nobis etiā aquilo in bonū tuæ dilectionis, etiam austro afflante. Siue iussus, siue permissus surgere aquilo tribulationis, non nos terreat. Modicū enim & cōsolationis auster succedet, & si non interim intercidat. Vbi enim abundauit afflictio, abundabit & gratia. E Sed quid uobis fratres de exteriori disputo tribulatione? Alius solet uos aquilo perurgere. Ab hoc uobis deus aquilōe parcit, alios interponens qui secularis tumultus & tribulationis impulsus frequentes excipiant. Exterior uos cura grauis nulla perstringit, qa de iure nulla cōtingit, nec tamen immunes uos sinit. Quos exterior cura nō ualet, interior afflicit tædio. Bene cum illis agitur in hac parte q̄ exterioribus nō patent, sed nihilominus aquilonē nō effugiunt, dum sibi in interioribus nō placent. Festiua prius gaudia uertuntur in fastidiū, & hilarē mentis faciem tristitia cōmutat. Felix cui non est hæc commutatio. Sed quis tamē est? quis enim est quem non aliquoties & tædium confiçiat, & exultet tristitia? Deniq; ubi pspero ferebamur nauigio, ibi paulo post uadosa incurrimus, & secunda fluentibus auta, turbo aduersus erupit. Etiā ubi non erat rō, instat turbatio. Causa non eminet, & ira imminet. Irascitur homo iræ quā irrationabiliter patitur, & cuius detestatur motū, nescit exortum. Spiritus hic durus ubi uult spirat, & nescis unde ueniat, & forte quo uadat. An magis quo cuadat? Nā sæpe ad malum talis affectio uadit, sed frequenter cuadit ad bonum. Non pertingit quo pergit, sed facit deus etiam de tentatione prouentū. Quādo uult ipe inducit aquilonē, quando uult dicit aquilo surge. Et si interim de eius molestia quereris scito te tali magisterio & commemorari, & cōmoueri. Commemoraris ut aquilonis uicinia attēdas, cōmoneris ut rigorē eius effugias. Non subest tibi dum in lateribus aquilonis situs es eius uicinia fugere, sed tamē uiolentiā cuadere potes. Dum hic sumus, semper uicinus est, non est semper uiolentus. sed postquā girauimus per aquilonem, sæpe reflectimus per meridiem. Etiā cum impulsum non sentis, habe suspectam uicinia eius. F Qñ tamē ei⁹ turbines cuades nisi lenis auster uocatus aduenīat, & sic expandas ad austrum alas tuas, ut in cælestē plumescas uolatū, si tñ se intermiscere nititur aquilo, & nascentes in nouitate pennas, gelido restringere spiritu. Pennas à uolatu, & aromata restringit à fluxu. Stringit inquā, non tollit. Vehemens enim tædium & amaritudo cordis, uirtutes ipsas exercet, non euertit. Hic turbo, p positū sanctū impellit quidē, non tollit. Stringit lætitiam, non tollit constantiā. Tædio afficitur animus, sed non cōficitur. Tristatur, sed obluctatur tristitiæ suæ. Non est minus fortis sic affecta uirtus, sed minus felix, qui illi commotio cum quo rixatur bellum indicit. Quasi suum non est fastidium cum quo fœdus non cōtrahit. Molestum patitur, non propiciatur illi. Deniq; non ipse animus hoc operatur, sed magis aquilo in cuius lateribus habitat. Ideò detestatur illud, eo quòd aduersus uirtutem eius molimina sentit. Qui sentit, ipse scit quanto cum tædio illud bonæ conuersationis tædium tolerat, quomodo fastidat fastidium illud, quanta cum amaritudine obluctatur amaritudini illi, amaritudini uiolentæ quæ de iugitate exercitij disciplinaris inuito se ingerit. Ad austrum animus ex uoto se uergit, & ecce aquilo aduersanti & inuito se importune immergit. Durum est sustinere à facie frigoris huius, & fugere non subest ad uotum. Laborat animus & disciplinæ tædio, & huius tædij odio. Molesta est utraq; affectio, & non dulcescere quod elegeris, & sentire quod oderis. Molestum utrunq;, & propugnare disciplinam, & propulsare desidiā. Quomodo Iesu bone tantam tandiu toleras uexationem dilectæ sponsæ tuæ? Desidiam inuita patitur, & quasi uoluntariam, in se sic puniendo persequitur. Egerrime tolerat, q̄ non ad uotū in te qui bonum eius es, solum deliciari ualet. Sibi imputat, qd̄ suffert inuita. Stimulator ab aquilone uenit illi, sed stimulus iste ad preces

Cant. 4

Heb. 10.

Vbi supra

Actuū. 5.

Ioan. 3.

Iob. 30.

Universidad de Deusto Biblioteca

ſpōſam inſtigat. Hoc ſtimulo caſtigata, ad ſupplicationes ſe cōfert, quæ ſe prius in amplexus parauerat. Mitiga ſpō ſe tuæ Ieſu bone à diebus his malis. Niſi em̄ adiuues eam, habitabit in aglone aīa eius. Quis em̄ conſurget aduerſus aquilonē, niſi tu de⁹ q uenis ab auſtro? Bonū aroma, ppoſitum ſanctū & cōſciētia pura, ſed nō fluit illi qui boni iſti⁹ delicijs nō fruit. Veni Ieſu bone, ueni perfla ortum tuum, ut fluant aromata eius ſicut torrēs in auſtro. Ipa eſt ortus, eſto tu auſter. Te irrigante, erit anima eius ſicut ortus irriguus, & te flante, non deficiēt eius aromata, qui uiuis & reguas in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ *Sermo.* XXXIX. A

EXple Ieſu bone qđ iubes, trāſfer auſtrū de cælo, & induc illū in ortū tuū, in aīam ſponſæ tuæ. hoc flatu leni ſolue tædiū, ſolue triſtitiā ab eius affectu. Nam utrunq; in uitio eſt, & propter ſpeciem aquiloniſ utrunq; mentem ligat, percutit, & pellit à puro profluuio quodā lætitiæ. Quid timor, nónne & ipſe rigore gelido conſtringit affectus? Ab alienis parce domine ſponſæ tuæ. Quid magis alienū ab ea quàm timor qui non eſt in charitate, cū ipſa tota ſit in charitate? Ille ſeruilis eſt, illa in libertatē uocata. Vidiſtis fratres heſterno uirum meticuloſe incedere, ut inſtitutiōis prima ſubiret elementa, quàm morāte & quàm nutante ppoſito, diſciplinæ rudimentis ſe paſſus eſt inſigniri. Et bene noſtis dum adhuc ſecularis erat, quàm largos eleemoſynarū riuulos manus eius fundebāt. Quid erat cauſæ, niſi q mētē in hac parte timoris perſtrinxerat aquilo? Auſter, ſi illam ex parte afflauit, ſed nō perflauit, ideò eleemoſynarū prompte perfudit aromata. Sed abrenunciationis pretioſiſſimus ille aromaticuſq; liquor, poſt multos conatus uix tandē ab eius animo tenuiter exprimi potuit. Planè ſimilis erat euange-
Matt.19. lico iuueni qui apud dominū de legis obſeruatiōe gloriatus, euangelicæ perfectionis coarctatione propoſita triſtis abſceſſit. Niſi q ille triſtis abſceſſit, hic quāuis triſtis, acceſſit tamen. Videte timoris aquilonē flantem ſub lege, ideò de præcipuis electiſq; aromatib⁹ rara fluxerunt in ea. Ideò die pentecoſtes quando ſpiritus uehemens flauit ab au-
Actuū.2. ſtro, tot hominum milia, ueritate, uerbo uita ſpiritualiter produxerunt, non eos rei familiaris cura conſtrinxerat de reliquo. Libera quidem ab hoc aquilone ſatis duro corda largius profluunt in contemplatione & charitate dei. Nō
Roma.8. accepiſtis (inquit) ſpiritū ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus abba pater. Ille aquiloniſ ingratus, ideò illi tanquā graui & ponderoſo præmentiq; ſe dicitur. Surge. hic tanquā lætus gratuſq; inuitatur ut ueniat & perfiet ortulum ſponſi. Ille pœnā habet, hic profluа gaudia. Ille minax eſt, hic blā-
Ioā.14. dimentis deliciſq; manās. Rogabo (inquit) patrem meū, & aliū paracletum dabit uobis. hoc eſt auſtrum inuitare, & dicere ut ueniat & perfiet ortum ſuum. Perfla ortum
Canti.4. meum & fluent aromata eius. B Quidā fructus niſi preſſi coactiq; liquorem non fundunt. Fructus autem qui ſunt in orto tam delicate depicto preſſionem non expectāt, cogi neſciunt, ſed auſtro perflante fluūt ultro. Intueminī mū di ſapientiam, nónne uiolenter expreſſa uidetur, & longo elaborata tam exercitio quàm ſtudio? At in noſtræ auctoribus prophetiæ, & uelox & uehemens ſapiētiæ prorupit
Lucæ.21. abyſſus. Vultis uelocitatē audire? Cum ſteteritis ante reges & præſides, nolite præmeditari, dabitur uobis in illa
Ibidem. hora quid loquaminī. Vultis uehementiā? Ego (inquit) dabo uobis os & ſapientiā cui non poterūt reſiſtere aduerſarij ueſtri. Quādo hæc tā ſubitā & tā ſerena pfluerent, niſi hoc auſtro affiante? Audiuiſtis iam unde uenerunt aromata ueritatis tam profluа & parata tēpore ſuo. Charitas nónne & ipſa diffuſa eſt in cordibus nr̄is per ſpm̄ ſcm̄ qui datus eſt nobis? Multa ſunt aromata quæ profluunt per
Gala.5. ſpm̄, nec niſi per ſpiritū, gaudiū, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, fides, manſuetudo, modeſtia, continentia, caſtitas. Hæc non modo prouenerunt, ſed etiam profluxerunt. Q; profluunt, copia deſignat. q ad flatū au-

ſtri, coactio tollit. Charitas nō poteſt cogi, gratis fluit, nō neceſſitate ſed arbitrio fertur, auſtro tm̄ flāte. Arbitrij em̄ quid conferret libertas, ſi non aſpiraret auſter gratiæ? Nā etſi arbitrium ubi eſt ſemper liberū eſt, nō tamē liberū ad oīa id eſſe damus, nec electionē nec executionē oīm liberā habet. In eligendo ſemper eſt libertas, ſed nō eſt ſemper ad eligendū. Eligere nanq; niſi libere non poteſt, ſed eſt aliqd quod non eligere per ſe poteſt. Sui iuris uoluntas eſt: libera eſt cum adeſt, ſed non eſt animus ad omnē quā oportet adeſſe uoluntatem liber cum abeſt. Nec magis ſui iuris eſt quàm intenſam habeat uolūtatē quā habet, nec quàm habeat uolūtatē bonam. Sed quātū poſt lapſum in libertate cōſiſtit arbitrij, q; uult animus, ſemp libere uult, ſed nō eſt liberū ei qđ libet etiam qđ oportet uelle. C Eſt em̄ libertas quæ ſine uoluntate non eſt, & ſine qua non eſt uolūtas: & eſt libertas quædā quā non ſemper comitatur uolūtas. Illa eſt in uolūtate, hæc eſt in quadā uolendi facultate. Illa eſt in ipſa, hæc quaſi ad ipſam. Iſta poſſumus, & illam cogimus. Et uiſus quædā eſt uidēdi uirtus in oculo, & uiſus nihilominus quædā paſſio in uidendo. Sic & in animo dicitur intellectus & potentia naturalis ad intelligendum, & uſus potētiæ in arbitrio. Similiter hæc occurrit diſtinctio, ut uno ſub noīe & aptitudo intelligat, & actus. Vtrobiq; arbitrij libertas eſt, & ad arbitrandū, & in arbitrādo, & cū in malo eſt, ſemper ſerua eſt. Illa quidem eoipſo quo infirma, tam ad bonū, quàm contra malum. Libera eſt uolūtas, mala, q; uolūtas, ſed ſeruilis eoipſo q; mala. Oīs enim qui *Ioan.8.* facit pctm̄, ſeruus eſt pcti. Pctm̄ enim cū occupat, ſtringit, & ligat, captiuat dum cogit. Sed tu domine cōuerte capti *Pſal.125.* uitatem noſtrā ſicut torrēs in auſtro. Emitte ſpiritū tuum, *Pſal.103.* & renouabitur antiqua libertas. renouabitur (inquā) non recreabitur. Nam ſi obliterata eſt, ablata tamē nō eſt. Manet quæ creata eſt, ſed mouere ſe nequit ad quod eſt data, uiuit tamē & uiget. Nā & in frenetiçis non minuitur innata rationalitas, ſed in ſic affectis, nullus eius motus exiſtere ualet. Cum fuerit curata grauis paſſio, non redditur ſed reſuſcitatur cōſopita ratio. Sic & concreata homini libertas arbitrij, non eſt penitus uel ex parte ablata, ſed peccato ligata eadē eſt quæ facta eſt, ſed eſt aliter affecta. D Et (ut ſic dicam) eſt libertas conditiōis, eſt libertas diſpoſitiōis, eſt libertas affectionis. Prima naturæ eſt, & ideò ſemp bona eſt. ſed niſi ſanata fuerit, non ſecunda erit ad bonū, nec tertia in bono. Prima in naturali aptitudine conſiſtit, ſecūda in habitu bene uel male conſtitutæ mentis. Tertia in uſu. Ideò niſi fuerit aptitudo naturalis adiuta per gratiā, nec habitus nec actus uoluntatis ad uirtutem ſpectabit. In ualida eſt arbitrij libertas. propterea ubi arbitrium ſuccūbit, efflet auſter, & ſtatim aromata fluent. Non habet genero ſam hanc libertatem & uerè liberam quæ eſt ad bonum & in bono, niſi ſpiritus liberauerit. Idcirco domine emitte ſpiritum tuum, ut conferat & uelle & poſſe per gratiā, qui primo poſſibilitatem ad utrunq; contulit, dum naturā hominis condidit. Tres ſupra enumerauimus libertates. In tertia uelle quidē abeſt, in ſecūda ſubeſt. In prima conſideratur ad duas reliquas potentia naturalis. Ergo prima uocetur potentia, Secūda poteſtas, Tertia uolūtas. Nō uidetur idem naturalē potentiā ad aliquid habere, & illud poſſe. Multa ſiquidē ad quæ naturaliter potentes ſumus, non ſtatim illa poſſumus, ubi conata facultas, aut infirmitate præpeditur, aut arte uſuq; deſtituitur. Frequenter ad horam oculꝰ uidere nō pōt, cū tamē naturali nō deſtituit potentia uiſus, adeſt habitꝰ, & abeſt uſus. Naturaliter potens eſt uidere, ſed actualiter nō poteſt. Sic & naturalis libertas arbitrij manet quidē, ſed impedita peccato ideoq; non ualet habere tertiā illā libertatē quæ eſt in bono, nec ſecūdā quæ eſt ad bonū. Prima manet mutata quidem, non immiнuta, reliquæ nec manere dicēdæ ſunt. Nō em̄ poſt peccatum, liberū nobis relinquit bonum uelle. ideò nec reſidua libertas eſt quæ cōſiſtit in bona uolūtate, ſed per gratiam hæc ultima inſpiratur, & ſecūda reparatur, & prima naturaliter creat. Dicta hæc eſt de libertate qua bonū uolumꝰ,

quoniam

quoniã est ex gratia. Sed est alia libertas nihilominus per gratiã, qua nõ mõdo bene uolum⁹, sed bonũ ipm affectuose. Illa libertas semper in uoluntate est, ista non sic. Semper eñ libere uolumus, affectuose nõ semper. Affectus ad libertatem non spectant arbitrij. Nec tamen planè libera est bonæ uolũtatis libertas, si affectuosa non fuerit: sed cũ auster afflauerit flatim affectiones aromaticæ fluent. Nõ premuntur ut exprimãtur, libere fluunt. Voluntatem sanctã frequẽter tædium quoddã & tristitia comitatur, sed affectiones dulces cum illis iter non habent. Aromaticæ sunt odoratu, & tactu pariter gratæ: dulciter sentiuntur, & dulciter recoluntur, dulciter fluunt, & dulciter profluũt. Sibi fluunt, & alijs profluunt. Aromatici utriq; sunt intus affectus, & foris affat⁹. Ad ista põt aspirare libertas arbitrij, sed de arbitrij libertate non pẽdent. Sicut affectiones malæ contra bonã uoluntatẽ sæpe sunt, sic bonæ affectiones etsi cũ ipsa sunt, ex ea tamen non sunt. Libera est sine istis, & quasi liberalis reddit ex istis. Voluntatẽ ipsam liberiorem efficiunt, sed eius libertate nõ fluunt. Fluunt autem cum auster perflauerit. E O dulcis auster & uerè optabilis cuius spiritu hyemalis rigoris horrida soluitur facies, & iucundæ nouitatis uerna temperies arridet in ortis, & noua tẽperies, & autumnalis ubertas. Nam in fluxu aromatum, fructuum signatur maturitas. Ecce quàm bonum & quàm iucundũ in cubilibus, & in ortis aromatum auram hanc expectare tam dulcem, renouantem & recreantem fructus spiritus, profundentem aromata, spargentem odores. Mitte domine hunc spiritũ nobis qui post aquilonis horrorẽ ortulũ nostrũ noua facie uestiat, luctũ nostrũ uertat in gaudium. Aut si quid boni significat aquilo, illum cum austro simul inuita. Iungãt officia, & partes suas assequaf uterq;. Aquilo stringat, auster resoluat. Stringat ille lasciuiã, hic animũ in gaudia profiua laxet. Ille continentiã præstet, ille con-
Psal.118. scientiã exhilaret. Iste contineat, & ille repleat. Factus sum, (inquit) sicut uter in pruina, iustificationes tuas non sum oblitus. Bonus uter sic congelatus & infusus. Foris contínẽtiæ pruina, intus repletio iustitiæ. Boni utres fiunt quãdo exteriora gelido quodam cõtinẽtiæ spiritu stringunt, & interiora rigant profluis gaudijs. Et ut austri flatum ad interiora reflectas, perfla inquit. Qui perflat, & impenetrabile nihil est illi, spiritus iste subtilis est, acutus, & mobilis, perflans, non inflans. Scientia inflat, charitas perflat. Charitas interior est quàm scientia, & ad secretiora pertingit.
1.Cori. 8. Omnia interiora perflat spũs, qui scrutatur etiã profunda dei. Vbi perflauerit & quasi perflauerit ista, ibi scientiarũ aromata utiliter fluunt, meditationes, orationes, suspiria, singultus, lachrymæ, ipsa colloquia. Omnia uelut aromata fluunt, quæ de charitate ducunt originem. Omnia quæ procedunt de ea, quasi aromatica sunt, gratia plena. Cara sunt, & copiosa sunt. Aromatica sunt, & fluentia sunt. Plena sunt quæ de charitatis plenitudine procedunt. Plena sunt, & expressa non sunt, nec torcularis uiolentiam patiũtur eius aromata. Torcular in hoc orto nõ legis extructũ. nam uicem torcularis obtinet auster. Affiata, quàm calcata melius fluunt. Gratuita enim (ut diximus) sunt, nõ extorta metu, sed spiritu fusa sunt. Quidã aquilonẽ & austrũ ad huius seculi aduersa & prospera trahunt. Et quidẽ gemina hac tentatione uexata ecclesia dei, bonæ semper affectionis & opinionis abundat aromatibus. Ideò his tentationibus perflandũ dimittit, eo q; abundare nouit & inopiam pati. Locus iste extorsionem latiorẽ exoptat. Sed torcular hoc tantũ quasi leniter tetigisse sufficiat. Sequẽs sermo ad mutuas inuitationes sponsi, & sponsæ trãsibit, si gratiam nobis præstare dignetur Iesus Christus qui uiuit & regnat deus &c.

¶ *Sermo.* XL. A

QVàm lõge fratres à cõuersatione mea sunt uerba uotorũ istorum. Auiditatem dñs nouit, sed ausu destituor. Quid ni? Nõ est ortus mihi qualẽ supra Christus depinxit, non poma quib⁹ auide uescitur, nõ fructus aromatici, nõ fons irrigans, non altus puteus aquarum uiuentium, magis autem in ortum meum ascẽdit horror spinarum, & ueprium. Nõ audeo te bone Iesu in talem ortum uocare, nisi fortè ut euellas, & disperdas, & dissipes primo, & plantes postea, & sic tempore congruo de plantatiõe comedes dextræ tuæ. Felix anima quæ te inuitare digna est ad fructus iam maturos, ad fructus paratos, & acerbitatis nihil habentes. Atq; utinam acerbitas sola nostris accusetur in fructibus. Vtinam immaturi sint, dummodo mali non sint. Frequenter poma quæ genere bona sunt, tempore nõdũ grata sunt, sed immaturitate sola displicent. Felix ortus cuius omnes fruct⁹ & natura boni sunt, & tempore congrui. Neutrũ deesse nouit pomis suis sponsa, ad quorum comestionem dilectum prouocat. Veniat dilectus meus in ortum suum, ut comedat fru- *Canti. 5.*
ctum pomorum suorum. Vide quàm morose & modeste & post multa præconia facta sit hæc inuitatio. Nõ enim præsumit hæc dilectum inuitare, non sitit delicias donec satis se nouit descriptã. Quid enim? putatis ne Iesum delectabilem illum aduẽtum præsentiæ suæ illis indulgere qui prædictis nõ sunt præditi dotibus, nec laudibus digniq; Temerariæ præsumptionis puta, si prius quàm aptus sis ad contemplationis usum, Iesum inuitas. Tu illũ ad delicias ducendum tecum solicitas, qui fortè sordes adhuc delictis? Ortus tu⁹ sentibus horret, & sterilescit, & illic Iesum inuitas? Inuita illum non ut iam delectetur, sed ut deleat quod non plantauit dextera sua. Inuita illum ut purget primo, postea plãtet. In utroq; labor est, sed cum delectatione decerpere ueniet fructus maturos. B Veniat (inquit) dilectus me⁹. Non tantum blanditur & applaudit præsenti, sed etiam in absentem inardescunt uota ipsius. Falsus amor & simulatorius absentem obliuiscitur, præsenti blanditur. Non sic sponsa, nõ sic, sed absentem desiderat, præsente lætatur. Veniat (inquit) dilectus me⁹ in ortum suum. Ad me quid austrum inuitat? Ipse ueniat, & sufficit mihi. Ipse auster est meus, ipse aroma est meũ. Ipse auster meus, ipse amor me⁹. Deus ab austro uenit, & auster uenit cum eo. Deniq; ipse plenus est gratiæ, & ueritatis. Bene auster meus qui seren⁹ illustrat, & suauis illabitur. Auster meus est Christus me⁹, ipse ortum perflat, ipse comedit poma. Veniat dilectus meus in ortum suum, ut comedat fructum pomorum suorum. Putationis tempus iam transijt, flores pepererunt fructus quos paturierunt. Hyems abijt, recessit uer, æstatem iam inclinatam maturior autumnus impellit. Veniat iam dilectus meus in ortum suum, ut comedat fructus pomorum suorum. Ecce iam uenit plenitudo temporis, ideò ueniat dilectus meus in ortum suum. Poma præmatura sunt, ideò comedat fructum pomorum suorum. Ficulneæ prima poma desiderat. Cum nondũ tem- *Mar.11.*
tempus esset ficorum, accessit ad ficum secus uiam, uertit folia, & nihil fructus inuenit. Ante tempus comedendi, & ante tempus fructuum, accessit ad eam mane esuries. Noui ego ficulneam matutinos à prima pueritia fructus ferentem, fructus primitiarum, fructus gratiæ uirginalis. Nec erat hæc ficus plantata secus uiam, sed in orto, & in orto concluso, in orto quem circundat disciplinæ macería, & arctæ custodiæ sepes. Fœcunda planè ficus & pulcherrima inter alias species. frequenter declinauit ad eam dominus Iesus, illud fortè dicens: Sub umbra ei⁹ quẽ *Canti.2.*
desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Sed utinam fructus quos protulit seruasset. C Vtinã improba furis manus non deprædata esset eam. Nũc autem optimos fructus tulit, & eos qui renasci nõ possunt. Alij succreuerunt in locum eorum, id est pro uirginali continẽtia amara pœnitentia. Quàm dulcius illo natiuo fructu quàm hoc subsecutiuo, & te & dilectũ cibabas? Væ miseræ tibi quãdo ueniet dilectus tuus, quæ tibi mẽs, quæ facies, quis uult⁹ erit? quo te uertes præ pudore, quæ pudicitiæ fructus perdidisti? quo te uertes? Cum accedet, cum uertet folia tua, & solitos fructus non inueniet, pudebit illum præ confusione. Tua recole uerba uoti uirginalis, consecrationis tuæ uerba recense. Sub his soliis attende quia

Universidad de Deusto Biblioteca

iam non est propriꝰ fructus,fructus integritatis,fructus
uirginitatis.Tales cõsecrati sunt,sed iam ablati sunt.Non
bene conueniunt consecratio,& corruptio.Læsa uirgini-
Psal.86. tas condonari solet,sed redonari non ualet.Gloriosa dicta
sunt de te ciuitas dei,sed ignominiosa facta sunt in te.Cum
confusione duplici& rubore decætero in planctu agnosce
partem tuã.Quis dabit capiti meo aquam,& oculis meis
fontem lachrymarum,& plorabo lapsam non uilem de ple
be,sed quasi primam in uirginali greger Quis (inquã) da-
bit mihi fontem lachrymarum? Nam ipsa quæ lapsa est la-
chrymis tota pereffluit,per ora irrigua lachrymarum riui
defluunt.Alta suspiria & anxij gemitus produnt quod cõ
tigua semper culpæ confusio supprimit.Vidi miserandam
in misera facie,deiectum uultum,fractas genas,singulꝰ ser
mones intercidebat,à lapsu continere uoluit,à lachrymis
continere non ualet.Age quod agis,fructus dignos pœni
tentiæ.Inmouet te dolor,mœrore cõsumere,cum prophe-
Fsai.22. ta dic:Nolite incumbere ut consoleminí me,amare flebo.
Flebo & ego tecum.Fortè dilectus tuus,& ipse collachry
Ioã.11. mabitur tibi,qui Lazarum fleuit.Fortè plus ille flet.Plus
dolet qui plus diligit.Miserationes eius multæ sunt,ideò
Trẽn.3. (inquit propheta) non sumus consumpti. Deniq; nec tu
consumeris,quia consiliarius est tibi & consolator,cõuer
tens animam tuam. Quomodo(ut dicam quod intelligi
uix potest) non permouebit(impassibiliter tamen) eiꝰ af-
fectum,luctus tui miserabilis facies,dum ipse qui retracto
mœroris tui seriem,dolore cordis tangor intrinsecus? D
Si feceris dignos pœnitentiæ fructus,reuertetur iterũ di-
lectus tuus in ortum suum.Nam pœnitentiæ poma liben-
ter comedit.Beatius tamẽ,si primeuæ puritatis fructus in-
tactos quis seruet.Bonum est in maturitate præuenire, et
perseuerare in ea.Ideò sponsa præuenit in maturitate,& di
Canti.5. cit.Veniat dilectus meus in ortum suum, ut comedat fru-
ctum pomorum suorum.Veni in ortum meum soror mea
sponsa.Vehemens amator est dominus Iesus,ad unam in-
uitationis uocem,aduolat libens in ortulum sponsæ.Qua
si præuolat & præuenit in maturitate.Veni inquiens acci
piatur hoc uerbũ imperatiui sensus,& apte cohærebit qd
dicit,ueni.Non est piger,non parcus retributor,sed incõ-
tinenti sponsam reinuitat.Veni in ortum meũ Soror mea
Canti.5. sponsa.Messui myrrhã meã cum aromatibus meis.Durus
est affectus qui non permouetur per inuitationes & remu
nerationes istas tã dulces.Quid hac uicissitudine gratius,
quid mirabilius est hoc commercio? O admirabile cõmer
cium.Dilectus dei patris,gloria cæli, angelorum deliciæ,
ad ortulos nostros inuitari se permittit,& ad suos reinui-
tare non prætermittit.Et qui noster est ortus,uerius dici-
tur ipsius.Nõ enim ait ueniat dilectus meus in ortũ meũ,
sed in ortum suum.Iure quidem in suum, quoniã ab ipso
datum,& ipsi debitum,& certè deditum. Veniat dilectus.
Veni soror mea spõsa.Magna dulcedo,&apta distinctio.
Illa desiderat,& ille imperat.Hæc dicit ueniat,hic dicit ue
Apoc.3. ni.Ego(inquit) sto ad ostiũ & pulso si qs aperuerit mihi,
introibo & cœnabo cum illo,& ipse mecũ.Non habes ne-
cesse ô bone Iesu morari ad ostiũ sponsæ.Ipsa enim te uo-
tis ultro interpellat.Redde uicẽ,reinuita illam. Sedisti ad
mensam eius,uide quanta sint apposita tibi,scies qa & tan
ta oportet te præparare.Taata inquã,& sufficit ei.Hoc au
tem dico,totã se impẽdit,tu te totũ repẽde.Quõ totũ erit,
si illa se totã dat,tu te dimidias? Exiguũ tuũ,plus est toto il
lius.Totum eius,portio est quædã gratiæ tuæ:ideò& suus
tuus est,& tuus suus est ortus. E Veni in ortum meum.
Ego fratres in orto sponsi copiosum illum & delicatum &
glorioſe consitum paradisum uirtutum Christi libenter ac
cipio,quas secundũ geminã naturã,uel ab æterno habuit,
uel accepit in tẽpore.Ergo ꝑm hunc modum ortũ sponsæ
statũ animæ uel ecclesiæ interpretare,& uirtutũ affectuũq;
dotes quibus dotat à sponso.In isto considerant bona cor
poris,in illo capitis.Pulchra utrobiq; cõtẽplationis ciba-
tio.Sed quid illa ad istã? Quãto gloria Xꝑi,uel aiæ uel ec-
clesiæ præcellit uirtutes,tãto delectabilior in hunc ortum
ingressus.Ad illũ operatio plus spectat,ad istũ contempla
tio sola.Sponsa,& si lætatur de illo,laborat cum illo,& in
sudore uultus uescitur pomis suis.In istum cũ introducta
fuerit,nihil reliquũ est nisi deliciæ tantũ.Suum tuetur,&
istũ intuetur.Nec intromittitur in istũ nisi de illo,hoc est
de actione ad usum speculationis.Aut si cõremplationem
in illũ sponsæ ortum admittimus,similis est actioni.Vtiq;
de illis ortis,ordine commodo uenitur ad hãc myrrham.
Non enim nisi in abundãtia uirtutũ ingreditur in ortum
dilecti.Ingredieris (inquit Iob) in abundantia sepulchrũ. Iob.5.
Meli9 tamẽ hic sonat in ortum.In sepulchro immuit quies
& quædã à curis occultatio,in orto exprimitur intuitus
& epulatio.In sepulchro feriamur,in orto fruimur. Sicut
ergo in sepulchrum non nisi in abundantia ingredimur
(sicut scriptũ est) multo minus in ortũ. Ideò sponsam de
orto in ortum inuitat.Veni in ortum meũ soror mea spõ-
sa.Ingredere,ingredere spõsa in contẽplationẽ uirtutũ di
lecti tui,ingredere in delectatiões eius,memorare iustitiæ
eius solius.Ibi deus deus tuus docebit te in iucunditate,
& deducet te mirabiliter dextra sua.Cibabit te pomis ui-
tæ,& intellect9.Myrrhã & aromata messuit tibi. F Mes Canti.5.
sui (inquit) myrrham meã,cum aromatibus meis.Immor-
talitatẽ enim & incorruptibilitatem messuit post mortem.
Myrrhæ siquidẽ beneficio corpora mortuorũ perdurant
illæsa.Myrrhã (inquit) meã.Bene suã,quam & primus ac-
cepit,& solus impartit.Primitiæ enim Christ9,deinde qui
sunt Christi.Per illũ resurrectio mortuorũ,qui primus re-
surgens iam non moritur. Bona talis myrrha, & melior
quàm hæc usitata quæ carnẽ mortuã non sinit putrescere.
Nam ista rediuiuã non sinit deficere. Erat & myrrha eius
præcellens,& singularis illa castitas uirginalis,quæ nullũ
titillationis motũ surgentem sensit,nec fomitem habuit:in
quo nec motus est talis repressus,nec fomes remissus.præ-
uentus est eñ in unctionib9 myrrhæ,& myrrhæ suæ. Alio
rum eatenus est efficax myrrha,& cõtinentia pertingit ut
seruet à corruptione:hæc à corruptibilitate carnem domi
nicã custodit intactã. Aliorũ myrrha corruptionem carna
lis incentiui subsequit,hæc incentiuũ prævenit omne.Illo
rum excludit,& hui9 præcludit.In Iesu nec causa nec cor-
ruptio,in eius matre etsi causa,non tñ corruptio. In alijs
oĩbus & causa & corruptio.Myrrha nostra mot9 exurgẽ
tes carnalis cõcupiscentiæ reprimit.Myrrha Mariæ tales
motus nesciuit:myrrha Iesu taliter mouendi nec causam
nec originem habuit.De plenitudine eius omnes accepi- Ioan.1.
mus,& myrrhã de myrrha.Myrrha nostræ castitatis,mu-
nere & inuitatiõis ipsi9 est:ideò cũ in nobis myrrhã metit,
utinã ipse multã myrrhã inueniat quã metat. Myrrhã cũ
aromatib9,id est abstinentiã mali cum affectib9 boni,distri
ctionem carnis,& deuotionem cordis,siue temperantiã à
licitis,ac tolerantiã in iuriis accipiam9.In myrrha bene
utrisq; uirtutũ aromata sociãtur.Hæc est enim gratia si be
nefacientes flagellamur,si ipsi nometipsos foris affligẽtes,
eo spiritu suauiter intus afficimur. G Multam de mar-
tyris Laurentij (cuius festa nunc agimus) agro myrrham
demessuit, aromata multa,confectionis myrrhã,confectio-
nis aromata. Ad ignẽ enim applicatus Christum cõfessus
est,corpus suum tradidit ita ut arderet,facultates dispersit
pauperibus,caro eius cremata est propter Christum, sed
cor magis in Christo:ideò de craticula uocatur ad ortum.
Et dum in craticula erat,ab orto non aberat.Nũc tãtũ in
orto,non tamẽ totus in eo.Caro eius adhuc in corruptio-
ne tenetur,nõdum refloruit.Reflorebit autẽ cũ fuerit cor
pus humilitatis nostræ conforme corpori claritatis Iesu.
Tunc metet immortalitatis myrrhã, quã ipse ꝑmessuit, &
aromata multimodæ gloriæ.Tunc uere inuitabit,& dicet,
Veni in ortum meũ soror mea sponsa.Tũc gloriabit ple- Canti.5.
nè cum aromatib9 suis se myrrhã messuisse.Tũc eñ & pas-
sionis suæ,& precũ (quæ in aromatibus signant) potietur
effectu.Cum clamore siquidẽ ualido, & lachrymis preces
offerens exauditus est pro sua reuerentia, factus omnibus
obtẽperãtibus sibi causa salutis æternæ. Volo (inquit) ut Ioã.12.

ubi ego

nbí ego ſum, illíc ſit & míníſter meus. Vbí níſi ín ortor Erit hoc ín generalís reſurrectionís cõpletione, níhilomínus tñ & modo fit per cõtẽplatiõnẽ. Quaſi enim ín ortum eíus íngredímur, cum affectuoſe, cõdígnecꝫ & deſideráter ſpeculamur quales futurí ſumus per ípſum, & qualís ía reſurgẽs factus eſt ípe pro nobís, & í exẽplũ nobís. Quíd díco reſurgẽs? & ante reſurrectionem oís cõuerſatío eíus orti pulcherrímí gratiã præfert: ſed quod ante plantauit, poſtea meſſuit. In reſurrectione maturítatís, & meſſionís eſt tẽpus, qñ unuſquíſqꝫ laborũ ſuorũ fructus ꝓcípiet. Q ergo nos ín ortum ſuũ uocat, ꝙ myrrhã & aromata ſua ſe meſſuíſſe ſubnectít, ad contemplandã reſurrectionís gloríam hortaꝰ, quæ futura eſt per ípſum ín nobís, uel quæ ín ípſo ꝓceſſit pro nobís. Nónne ſucũdus & uerẽ delectabílís progreſſus íntroíre ín ortũ Xꝑí, íntroíre ín plãtatiões dñí quodã proſpectu de uírtute ín uírtutẽ eiꝰ? Proſpectu ínquã, nõ audeo prouectũ dícere. Nam ad uírtutũ ípſius ueritatẽ & plenítudínẽ quís ſibí prouectũ pollícetur? Iucundus dígreſſus planẽ, & cõmodus quídẽ. Nuſquã magís humanæ mentís faſtus reprímitur humílíatíone, nec fames contẽplatíone ſatíaꝰ, nec faſtídíum excítatur æmulatíone. Cõparatío humílíat, ímítatío exercet, cõſíderatío delectat. Príma premít. Secunda prouocat. Tertía paſcít. Premít ímmenſítas, prouocat honeſtas, paſcít ueritas.

H Denícꝫ paulò poſt ípſe dílectus, ípſe ſponſus amícos, & chariſſímos ſibí ínuítat ut comedant, & bíbant & ínebrientur, quo quæ maíor íllís ínnaſcatur auídítas, de ſuo
Cant.5. príus blãdítur, & proponít cõuíuío. Comedí fauũ cũ mel le meo. Tuum Ieſu bone utrũqꝫ eſt, & íllud mel quod das, & íllud quod es. Sed hoc ín loco mel íllud qđ es ípſe, nr̃æ íntelligentíæ ſe promptíus offert. Cur non dícís fauũ tuũ ſicut & mel tuũ? Cur hac diſtínctiõe nũc uteríſ? Et fauus tuus eſt ſicut & mel tuũ quãuís manífeſte íllud exprímas, cum íſtud ſileas. Tua eſt utraqꝫ natura, ſed díuína tua, & quaſi naturaliter tua, humana non eſt quaſi naturaliter tua, ſed magís aſſumpta, & dígnatione tíbí effecta eſt naturalís. Comedí fauũ cũ melle meo. Ante ſacræ conceptum uírgínís quaſi mel ſolũ erat, & ſine fauo nondum íncarnata díuínítas. Poſtea mel ín fauo, deus ín hoĩe, nunc autẽ fauus ĩ melle, homo deítate ueſtítus. Etſi cognouím9 Xꝑm
2 Cor.5. ſm carnem, ſed íam non cognouímus, aít apl's. Sícut erat deus reconditus ín carne, ſic nunc uíce uerſa ípſa caro eſt occultata ín deo. Et ſi glorificata eſt caro ílla, ut íam ſpírítualís ſit, & ínfirmítatís níl habens, tñ eſt occulta quodãmodo, dum magís eum ín eo ꝙ ípſe eſt deus attẽdímus, & adoramus. Quodammodo carnís fauus deítatís ín melle reconditur, dum admiratiõnẽ noſtrã, & fidẽ ad ſe traxít, & íntegro manifeſtatæ reuerentía maieſtatís. Iã ergo poſt reſurrectionís gloriã Xꝑs comedít fauũ cum melle ſuo, & ſine carnalís ínfirmítatís íníuría ín aſſumptæ carnís ſubCant.5. ſtãtía, delectatione díuína & ſibí ſolí natíua perfruítur. Comedí fauum cum melle meo. Bibí uínum meum cum lacte meo. Iã dícís tuũ eſſe utrũqꝫ tam lac quàm uínũ. Tua ſunt enim utríuſqꝫ íura naturæ, utríuſqꝫ propría nõ alteríus uíría. Et ſicut bíbít uínũ nouum, íta & lac nouũ. Cum lacte, (ínquít) meo, íd eſt cũ lacte nouítatís tuæ, nõ ínfirmítatís noſtræ. I Curre ſponſa, ꝓpera ad tam dulce conuíuíũ, ubí uínũ eſt ſponſi, ubí lac, ubí fauus non ínanís, non uacuus, ſed melle plenus. Mel ínueníſtí, comede qđ ſufficít. Nam tu ad totũ non ſufficís. Ipſe aũt Ieſus nõ comedít ad menſurã, ſed totũ comedit, quí ſufficít ad totũ. Tíbí dícít,
Prou.25. Ne ſis ſcrutator maieſtatís, ut nõ opprímarís à gloría. Iꝑe
Matt.11. ſcrutatur oía etíam profunda deí. Nemo nouít patrẽ níſí filíus, & cuí uoluerít filiꝰ reuelare. Ipſe totũ comedít, ípſe cuí uult & quantum uult ímpertít, quaſi partícípíum tíbí pollícetur huíus cíbí ſe refectum gloriãdo. Sí datũ fuerít ín eſcam tuam fel, & aceto ín ſití fuerís potatus, memento qa talía paſſus eſt Ieſus. Guſtauít íllа ín cruce, non bíbít, uelocẽ amarítudínís tranſítũ ſignans. Bíbít autẽ uínũ cũ lacte ſuo. Non turbaꝰ amplíus ad monumentũ cũ Lazaro, non triſtatur uſqꝫ ad mortẽ, non ſub ípſa morte aceto & felle potatur. Vetera tranſierũt, noua ſucceſſerũt. Turbatío illa, triſtítía, tædium, díſpenſatoríe ad horã ſuſcepta de hoíe ueterí, ín lactís dulcedínẽ nouã demígrarũt. Bonum uínum quo hauſto obliuíoní tradũtur priores anguſtíæ, & non aſcendũt ſuper cor, ſed nouís, & puris, & lacteís ín carne íam reſuſcitata potatur affectíbus, qñ nulla íam de relíquo íníuría, moleſtía nulla, aut ín anima, aut ín carne ſi cut príus uel aſſumítur, uel ſuſtínetur. Vel acetũ cum felle míxtum quod deguſtauít, prælíbans non bíbens, ín uíní & lactís tranſíuít ſaporem. Hanc & tu fidelís aía quæ ſponſe dígnítate perfungerís, bãc ínquã, & tu tíbí cõmutatiõnem futurã confide. Ideò hæc ín ſe futura prædícat, ut tíbí tu ſímílía díſcas ſperare. tecũ enim cõuíuarí uult, tecum bíbere. Non bíbã (ínquít) de hoc genímíne uítís, donec Matt.26.
bíbam íllud nouum ín regno meo. Hoc tíbí regnũ ſignífícat, cum ad ortũ te uocat, ad ortum delíciarum, ad paradí ſum uoluptatís, ad fructus maturos, ad fructus íam perceptos à ſe, & à te percípiẽdos. Tunc bíbes uínum cum lacte, ut obliuíſcarís príorís anguſtíæ, & nouæ reſurrectionís deguſtes dulcedínem. Præſtãte domíno noſtro, q uíuit & regnat ín ſecula ſeculorum. Amen.

¶Sermo. XLI. A

MEſſuí myrrhã meã cum aromatíbꝰ meís, comedí fauum cum melle meo, bíbí uínũ meum cũ lacte meo. Cant.5. Ibidem.
Putate fratres uocatiõnẽ hãc ad ſeculí fínem referrí, qñ cõpletís oĩbus ſacramẽtís eccleſiæ, ípſa ínuitatur ad regnũ, qñ mittet dñs meſſores angelos, eo qđ regiones albæ tũc erũt ad meſſem. O felícía tẽpora primítiuæ eccleſiæ, quàm uber tũc erat ager ílliꝰ, quàm copioſos producebat fructus, quãta ín martyríbus erat fœcũdítas myrrhæ, quot apes perfectioris et myſticæ doctrínæ fauos operantes. Putares ínter ípſa ínítía fidei, cum uerbí ſemína mitterentur, meſſionís íam eſſe tẽpus, & quaſi maturas ad falcẽ regiones albere. Quíd morarís Ieſu bone, cur ſponſam nõ ínuítas ín ortũ? Nónne íam dícere potes: quía meſſuí myrrham meã cum aromatíbus meís: Comedí fauũ cum melle meo: bíbí uínũ meum cum lacte meo? Vbí nunc martyres ín myrrha, ubí doctores ín fauo, ubí feruentes ín ſpíritu, quí ſignantur ín uíno, & ſímplíces ín malo, quos lactís dulcedo figurat? An nõ ager eccleſiæ tuæ íam tanta gloría nudatus uídet? Multíplícaſtí gentẽ, ſed non magníficaſtí lætítíã. Multí credentíũ fructus, ſed aromata pauca. Præceſſit autũnalís ubertas prímís íllís naſcẽtís eccleſiæ díebus, nũc hyemalís horror perurget. Præceſſerũt ubertatís anní, nunc ſterílítatís íncumbunt. Poſt ſpícas florentes & læEſaiæ.9.
tas, ſteríles & uredíne confectæ exurgunt. Cur non dícís íam bone Ieſu. Vení ín ortũ meũ ſoror meã ſponſa? Quíd expectas? cur moras nectís? An ut poſt hanc hyemẽ autũnus redeat? Lætabuntur adhuc coram te, ſicut lætãtur ín Eſaiæ.9.
meſſe. Tunc benedíces coronæ annι benígnítatís tuæ, & Pſal.64.
cãpí tuí ubertate replebuntur. Pínguеſcẽt ſpecioſa huíus noſtrí (qđ nunc uídetur) deſertí, & perſecutionís feruor nouiſſímæ maturítatís canam albedínem meſſibus noſtrís índucet. Multíplícabuntur ín ſenecta ſufficiente, non con- Pſal.91.
fecta, non ſterílí, ſed ín ſenecta uberí: & bene patiẽtes erunt ut annuncíent. Patiẽtes propter martyríũ, annunciantes propter uerbũ. In patiẽtibus myrrhã metes, ín annunciãtibus comedes fauum. Tunc electos tuos compunctionís uíno potabís, conſolationís lacte míxto. Sí eĩ non abbreuíaſſet dñs díes íllos, ſalua eſſe non poſſet oís caro. Metít etíam nunc dñs, etſi non quantã tunc myrrhã, tamẽ multã myrrhã afflictionís ſpõtaneæ. Fauum comedít cum melle, & expreſſa ſpíritualíum dulcedíne ſenſuũ, cõtínentibus figuris nos facit oblectarí. Vínũ cum lacte bíbít, quía ſublímes ſenſus & excedẽtes contemplationes fidei, & morum ſímplícítatẽ temperat & índulcat. Zelí feruorem dílígít, ſi tamen affert lactea quædam fomenta paruulorum. B
Cum fuerínt expreſſa hæc omnía, cum pertranſierínt tẽpora martyrũ, cum doctores quaſi quídã fauí ſapientíã contínentes ín myſterío abſconditam míníſteríũ compleuerint

Universidad de Deusto Biblioteca

fluum,& disputationibus hæreticorum pressi,melleam doctrinam profunderint,cum numeros suos & dies cõpleuerint:uel paruuli qui lacte fouentur,uel feruẽtes spiritu qui inebriati uino gratiæ obliuiscuntur quæ retro sunt cum
Matt.5. consummata hæc omnia fuerint(nõ enim transibit unus apex aut unum iota de lege donec oia fiant)tunc exulta-
Canti.5. bit ois ecclesia sanctorũ à tam dulci auditu.Veni in ortum meum soror mea sponsa,messui myrrham meam cũ aromatibus meis,comedi sauũ cũ melle meo,bibi uinum meum cũ lacte meo.Messui,comedi,bibi,præteriti sunt tẽporis hæc uerba,& consummationẽ completam significant, acsi dicat:Consummatum est.Veni in ortum meũ soror mea sponsa.Messui myrrhã meã cũ aromatibus meis.In ortũ illum ubi prope erumpens nulla urtica liliorum gratiam cõtristet, ubi uernantẽ rosam asperitas spinarũ nõ uiolet, ubi arbor nulla est cui9 sit interdictus accessus.Veni in ortum meum soror mea sponsa,messui myrrham meam cum aromatibus meis.Audite quia non metit nisi quod suum est,nisi quod ipse præseminauit.Verè seruus ille malus & piger,qui pigritiæ suæ causam in dominũ interpretatiõe
Matt.25. maligna transfudit.Scio quia homo austerus es,tollẽs qd̃ non posuisti,& metẽs ubi nõ seminasti.Bene piger,in quo dominus non inuenit quod meteret.Et uerè malus qui diligentiam metẽtis dñi,in duritiã peruerso sensu cõuertit, infructuose quod acceperat seruans,& iniuriose de bono domino sentiens.Non metit dñs Iesus nisi qd̃ seminauit,
Matt.13. nõ metit nisi suũ.qd̃ inimicus homo superseminat tritico suo,nõ metit illud,sed mittet angelos qui colligãt zizania & faciant fasciculos ad cõburendũ,qui colligãt de regno eius oia scãdala.Ergo prius regnũ suũ purgat à scandalis, agrũ suũ à zizanijs,& ortum suũ ab inutili germine:ut nõ nisi suum metat & colligat. C Si modo ueniat Iesus,so-
Psal.49. net uox angeli,terribiliter intonet nouissima tuba,producatur iudiciũ,ignis in conspectu eius exardescat,aduocetur cælum desursum,& terra discernere populũ suũ,si iam hæc omnia subito uos præoccupent, de meritis uestris quam tenueritis sententiam:Vbi uestro essetis collocandi iudicio:Inter sanctos eius qui congregabuntur illic,an inter eos qui congrebuntur in congregatione unius fascis in lacum:Inter zizania,an inter aromata:An fortè etiam uestrum de uobis arbitrium hæsitat:Quis gloriabitur in agro suo se nihil habere zizaniorum:Felix in quo parum quid est,& idipsum non exultum,non fotum,sed furtiuũ & latitans in quadam aromatum ubertate,& quod statim cũ aduertit,auellit homo ab orto suo.Væ mihi dñe ab imperfectione mea,si homo durus es,si exactor austerus,si tollens quod non posuisti,&metens quod non seminasti.Væ mihi si totum metis quod non seminasti,sine remissione & pietatis respectu.Nam totum quod in me seminasti excreuit.Vtinam myrrhæ meæ acceptum digneris habere fasciculum,ut in medio uberum tuorum commoretur.Vtinã aromatũ meorum uapor exiguus & ad modicum parens ad te ascendat.Nam quãdo tibi offeram integrũ sauũ mellis,quando tibi offeram meditationẽ assiduam in lege tua, quando puram & plenã intelligentiã spiritualiũ sacramen-
1 Cori.2. torum,qñ sapientiã melleam,quam Paulus loquitur inter perfectos:Nam sicut cellulis fauus mellis,ita purissimis figurarum sacramentis cælestis sapientia cõtinetur,ut mutua collatione sacramenti,ueritas figurata commendetur, & non parũ gratiæ trahat ipsa ueritas talibus quasi cellis expressa.Quando tibi in quodã cordis mei cratere,uini& lactis iam potero temperaturam miscere:Rara est mixtura hæc,quæ mẽte excedit deo.Sobri9 esse discat,ut alta scies consentiat humilibus.Paruulus fiat, qui puriori inebriat intellectu. D Quantus fauus,quam ingẽs,quam uber ad cæleste his diebus est translatus conuiuium(dominũ Rieuallensem dico abbatem)cuius nobis dum locũ istum tractamus,nunciatus est transitus.Videtur mihi in illo dñ sublatus cit,ortus noster esse nudatus,& grandem agricolæ deo resignasse fasciculum myrrhæ.Nullus talis in aluearibus nostris relictus est fauus.Vtrũq; in illo cernere erat, & mellis fauum,& myrrhæ fasciculum cum aromatibus bonis.Quis illo uel uita purior,uel doctrina prudentior: Quis magis illo uel ægrot9 in carne,uel alacer in spiritu: Sermo eius quasi cereus,melleam effundebat scientiã.Carne languidus,magis tamen intus in spiritu cælestium amore languebat.Myrrhata carne,mẽte aromatica, crematiõe continua, indefessi amoris odoriferum incensum offere-
Psal.62. bat.Corpore desiccato & arido,anima eius sicut adipe & pinguedine replebatur:ideo labijs exultationis laudauit dominum,semper os eius fauus distillans ipsius. Nam totus conuersus in labia,modesto uultu,& totius corporis habitu tranquillo,serenos animi prodebat affectus.Sensu perspicuus erat,sermone non præceps.Modeste rogabat, reddebat modestius. Molestos sustinens, molestus nulli. Acute intelligens, morose referens, æquanimiter ferens. Memini frequenter illum cum acceptum de assidentibus aliquis interrupisset sermonem importune, uerba suspendisse,donec alter totum effudisset spiritum suum:& cũ importuni sermonis impetuosus defluxisset gurges, eadem qua sustinuerat tranquilitate, suspensum uerbum resumplit,opportune loquens, & opportune silens. Velox ad
Iaco.1. audiendum,ad loquendum tardus,& tardus ad irã.Quomodo ad iram dicendus est tardus,ad quã magis inuentus est(ut sic dicã)nullus: E Bene fauus:quia synceris undiq; compositus & consitus cellis,in omni actu,sermone & gestu internæ putabatur dulcedinis mella sudare. Felix in quo Iesus integrum fauum quem comedat inuenit, crassum nõ exsiccatum.Vide naturam faui,quasi galea in capite est,propter formam nasculi cui innascitur.Deinde
1.Thes.5. de superioribus pendet,& de superioribus prodit.Bona (secundum Paulum)galea spei salutis æternæ.A spe qui dem supernorum,omnium actuũ caput & totius intentio uitæ inchoare debet,& illi cohærere,ad hanc tendere,& hac se contra omnia tentamenta tueri.Si uideris hominẽ propter spem supernorum in omni actu etiam aduerso casu repleri gaudio spiritu9, qui super mel dulcis est,qd̃ hunc nisi fauum crediderís in cunctis cellulis melle redundantẽ? Quid cum hominem cernis capacem sensu,conuersatione compositum,actuum & uitæ æquabili commensuratione cohærentem sibi,talibus undiq; uasculis consertũ,uacuis tamen,& spei quæ est reposita in cælis melleo exhaustis liquore,numquid aliud tibi quàm faui arentis siccitatem depingit? Duplicatum quidem incommodum,si simul fuerit & dissipatus,& dissolutione quadam desiccatus. Aliud tamen est si seruat speciem,ut mentiatur uirtutem,aliud si integritatis formam,& infundendæ fauorẽ spe bona gratiæ refert,ut dono spiritualis dulcedinis receptacula apta nõ desint& idoneæ cellulæ melli superno.Noster autem hic fauus de quo loquimur,integer erat,& in æterno liquore exuberans.Plenus erat cellularum, hac illacq; distillabat dulcedinẽ,sermonis diuini assiduus operator fauos componebat.Boni faui,quibus adhuc integris multorũ quotidie indulcantur fauces.Molestam non sectabatur subtilitatem, quæ plus contentionis quàm instructionis ministrat materiam.Circa moralem operosus scientiam,cultissimis illam uerborum cellis committebat.Prudẽs erat eloquij mystici,quod inter perfectos dispensabat.Lactea in salutẽ & cõsolationẽ paruulorũ exuberabat doctrina,cui tñ lætificãtis & inebriãtis sermonis uinũ sæpe latenter immiscuit,Ita est.Lac ipsi9 uini obtinebat uirtutẽ.Simplex eius institutio,& sermo lacte9, aim auditoris in quẽdã inebriãtem alienatæ mentis excessum furtim arripere consueuit.
Canti.5. Vnde qui potabat iure dicere poterat:quia bibi uinũ cũ lacte.Imo in lacte nouerat ista temperate miscere,& in altero utrunq; largiri.Facili ad ædificandum utebat materia, sed uehementiam inebriantis gratiæ sentires in uerbis. Facilis inerat ei intellectus,sed affectio uehemens. F Dolendum quidẽ q; tanti uiri subtracta est nobis copia,sed nihilominus gloriandũ q; talẽ de ortulis nostris fasciculum myrrhæ ad cælestem illum ortum præmisimus.Illic ornamentũ est,qui nobis hic fuerat adiumẽtũ.Et si uacuata uidentur

dentur aluearia nostra,& ortus nudatus,multos tamen reliquit manipulos,de quibus potens est deus per uirtutũ incrementa creare fasciculos.Quod & in tota operatur ecclesia,donec per successiones cõtinuas omniũ graduũ dispensatione completa sponsæ suæ iam perfecte & consummate dicat:Veni in ortum meum soror mea sponsa,messui myrrham meam cũ aromatibus meis,comedi fauum cum melle meo,bibi uinum meũ cũ lacte meo.Comedite amici & bibite,& inebriamini chariſſimi.Quod quidẽ etsi in generali illa ecclesiæ introductione in domini gaudium,quæ post resurrectionẽ fiet,perfectissime speratur, quotidie tamen angelicos ciues ad congratulationis cõuiuium in uitari credimus,cum sancta quælibet anima(siue qualem supra meminimus,siue inferioris perfectionis & gratiæ)in paradisi amœnitatem transfertur,in ortos semper uirẽtes, in locũ tabernaculi admirabilis usq; ad domum dei.Hæc recolite fratres,hæc recordamini,& effundite in uobis animas uestra.Ignita est hæc recordatio,& liquescere faciet animam tuam,& in delectationes & desideria effundi,cum tu subis in locum tabernaculi admirabilis,in uoce exultationis & cõfessionis sonus epulantis,& domini inuitãtis. Inuitantis est enim uox:Comedite amici et bibite,inebriamini chariſſimi.Amici(inquit)& chariſſimi.Blanditiarũ hæc sunt nomina,sed hæ blanditiæ adulationem non sapiunt,officij & dilectionis sunt plenæ.Ipsa non ad blandimenta prolata;inebriandi non carẽt effectu.Efficacia sunt ad emulcendos eorum quibus fiunt affectus. Habent tamen inter se distinctionem,& aliquid amplius gratiæ profert chariſſimi quàm amici uocabulum. Vos(inquit apostolis domin9)amici estis,si feceritis quæ præcipio uobis, Iam nõ(inquit)dicam uos seruos,sed amicos,qa oia quæ cunq; audiui à patre meo nota feci uobis. G Videte & hic quandã distantiã.Illic dicuntur amici & hic,sed differẽter.Ibi quia facitũt:hic quia sciunt.Ibi nõ propter ministrationẽ,sed propter mysterium.Ibi comedunt,& hic bibunt. Vtrinq; amici,nondũ tamẽ chariſſimi. Chariſſimis in potationẽ cedit ebrietas.ipsa nominis sui forma superabundantiam quandam latenter insinuat,& significat plenitudinem charitatis.Chariſſimus est,qui charitate plenissimus est. Chariſſimus est,qui charitate infusus & imbut9 est,cuius medullæ & ossa & oia interiora charitatis liquore riganť.Nec quia chariſſimus est inebriať,etsi inde chariſsimus est qa inebriať.Deniq; qd aliud est inebriari,nisi charitatis pfectissimæ delectatiõe repleri? Aut forte si distingue re uolumus,ut sint chariſſimi plenissime diligẽtes,inebriati perfectissime delectati.Comedite amici & bibite,& inebriamini chariſſimi.Amici sunt qui uel agunt uel audiũt, chariſſimi qui adhærent.Amici agunt pro eo,& audiunt ab eo,chariſſimi inebriantur eo.Amici sunt,quibus nota fecit quæ audiuit à patre.Chariſſimi, quibus plenã ipsius patris infudit notitiam.Ibi multa docentur,hic diligitur unum.In chariſſimis non est operũ uel doctrinæ distensio, sed diffusio sola & summa amoris diuini uoluptas. Comedite amici.Iam non dicitur.Edent pauperes & saturabuntur,sed comedite amici & inebriamini. Quomodo pauperes,qui inebriať ab ubertate domus dñi? Quomodo paupertas ubi ubertas? Comedite amici & bibite, & inebriamini chariſſimi.Amici uos chariſſimi mihi,amici propter delectationẽ spiritualẽ,chariſſimi ꝓpter sponsalẽ.Inebriamini chariſſimi.Introduxi uos in cellam uinariã ut ordinarem in uobis charitatem.Nec est charitas ordinata nisi cum mens uestra fuerit uehementia charitatis inebriata. Non est ordinata,nisi cum omnibus aliis fuerit affectibus superordinata.Bonus ordo,supereminẽtia amoris,supereminens amor chariſſimos efficit.Chariſſimi sunt in quibus nihil est uel charitate uacuum,uel alij negocio uacãs. Ordo plenus est cum de charis in chariſſimorum gradus trãsitur. Ordo plenus est cum charitatis cumulo nihil adiici potest.Comedite amici & bibite,& inebriamini chariſsimi.Omnes ibi amici,& omnes chariſſimi.Omnes potantur,& omnes inebriantur.Non sic autem in hac conualle lachrymarũ,non sic,sed multi amici,pauci chariſſimi:multi potantur,non inebriantur omnes.Et qui inebriank iterum temperantes fiunt.Ad horã mente excedunt,& ad sobrietatẽ solidã denuo redeunt.Soporantur & excitantur, somnolẽti fiunt,& post paululum iterum uigilant.Ideo sequitur:Ego dormio,& cor meum uigilat.Hæ tamẽ uigiliæ non uident dormitioni succedere,sed ipsam comitari.Præstet nobis dominus Iesus quæ super hæc sunt dicenda uigilanter intelligere & uobis audire:qui uiuit & regnat.

¶Sermo. XLII. A

EGo dormio & cor meum uigilat.Post hesternũ capitulum quarationis consequentia talis responsionis sermo infertur:Tunc erat generalis inuitatio,hæc est responsio quasi singularis.Ibi plures inuitantur:hic unus respondet.Ibi dicitur,inebriamini chariſſimi:hic quæ chariſſima est,quæ sponsa est dormire se refert.Ego dormio.Quid mirum si ad communem inuitationem responsum redditur singulare? Multi chariſsimi,sed omnium est cor unũ,& anima una.Vna est inquit columba mea.Amor unit,& amor inebriat.Vides quàm iuste fit omnium unica responsio,quos in ecclesia charitatis uehemens liquor infundit? Verè uehemẽs uirtus amoris,inebrians & alienans.Vultis audire quomodo charitas abalienet animum quem inebriat? Ego(inquit)dormio.ac si dicat dilecto.Tu me ad ebrietatem uocas,& ego tota huic muneri uaco.Ego dormio,& cor meum uigilat. Ab aliis dormio & quiesco negocijs:ideo cor meum liberius uigilat ad sectandam hanc ebrietatem,& unum potãdum.Ordo mirabilis.De ebrietate dormitio,& de dormitione uigiliæ.Ille dicit,Inebriamini.& illa dicit.Ego dormio.Bonus sopor mentis excessus,& alienatio ab effectib9 carnis,&(si id etiam dicitur)à sensibus corporis.Tũc magis uiget & inuigilat amor spiritualis,cum consopitur penitus omnis passio & affectus animalis.Et dormitio & inebriatio utraq; alienationis uicem præfert.Et quiddam in hocipso adinuicem tenẽt cõmune,ꝙ mentẽ tã hæc quàm illa sibi arripit,& penes se manere non finit.Vtraq; statum pristinum ipsi animæ(ut sic dicam)furatur,& nouos informat affectus.Ego dormio,& cor meum uigilat.Dormiunt alij somnum suum,& delectatio eorum in propria uoluntate quiescit.A talibus ego dormio,& uigilat cor meum tibi.Ab increpatiõe tua domine dormiunt alij,ego ab increpulatione.Dura hæc increpatio satis,qñ dissimulando sic hominem permittis desidiæ,sicut est magna increpatio dessertionis signũ.Ab hac increpatione dormit qui ex dissimulatione diuina,somnolẽtæ securitati se tradens,dissimulantis patientiam non attendit parturire impœnitentis repulsam.Patientis longanimitas,& interim non percutiẽs in uerecundis mentibus uim habet,& eadem dñi tolerantia quæ mentes honestas facit solicitas,duras ipsa reddit securas.Ego(inquit)dormio & cor meũ uigilat.Dormio non increpata,sed increpulata à uino ad quod uocas chariſſimos tibi.Crapula ebrietatis tuæ mundo me tollit,& tibi tradit,soporat & excitat,secularium obliuiſci me facit, & tui non sinit.Ego dormio,dormi mecum iuxta illud qd ipse in Salomone diffinis.Si dormierint duo simul, fouebuntur mutuo.sic fiet ut ex dilecti præsentia ob uehementiam amoris cor meum uigilet amplius. Cor meum uigilat, cum tuus amor in eo amplius uiget. Ego dormio. Dormio propter amici requiem, propter raptum inuigilo.In somno dulci quietis meæ,solicitudo uigilantis te uigilantius somniat.Dulcis somnus,& dulce somnium ne scire alia,solum te scire.Vacare tibi & te uidere sicut hic datur per somnium(ut sic dicam)& umbram & ænigma.Bona crapula copia uacationis & uisionis istius.Visio ista habet aliquid somnio simile,eo quòd nõ humano arbitrio& industria fiat,non ex inuestigatione nostra, sed ex uisitatione orientis ex alto. Paulus quasi dormit cum mundo moritur,quasi uigilat cum uiuit Christo.Dormiat utinã fratres anima mea dormitatione ista,& fiant uigiliæ meæ talium similes.Vtinã iuges sint,nõ interpolent.Nũc autẽ

Cant.5.

Cant.5.

Cant.5.

Psal.21.

Ioã.15. Ibidem.

Cant.5.

Cant.5.

Psal.75.

Eccle.4.

uersa uice ego uigilo,cor meũ dormit,dormit spiritus,ca-
ro uigilat. etsi caro dormit,non tñ statim spiritus uigilat.
Indulget animo requies,nondũ tñ ab illa gloriosa ebrieta
te sorbetur & rapitur. Dormit tẽtamentis,nondũ tamẽ ex
citatur illis inebriantibus blãdimentis:& quãuis frequen
ter gustentur,rediuiua tñ nouitate animã quam inebriant
excitant. B Iure uigiles dicti sunt qui nunquã unum il-
lud inebriãs digerũt,qui semp madẽt æternæ delectatio-
nis ubertate. Tales in Danielis libro uigiles legis. Bene ui
giles,in quibus nihil est qꝫ soporatione indigeat,sed totũ
inuigilat deo. Bene uigiles,quorũ nõ interpollantur uigi
liæ. Nullus in eis animalis effectus sentitur quẽ deceat cõ-
sopiri,ut expeditiores sint cordis uigiliæ. Sunt quædã ui-
1.Petri.5. giliæ solicitudinũ repletæ molestia,de quibus Petrus. So-
brij estote & uigilate:quia aduersarius uester diabolus tã-
quã leõ rugiens circuit quærens quẽ deuoret. Et Paulus
1.Cori.16. inquit. Vigilate & state in fide. Sed illæ uigiliæ nihilomi-
nus solicitudine non carent,quibus ecclesiæ uexantur do
Luc.2. ctores,sicut euangelici illi pastores uigilantes & custodiẽ-
tes uigilias noctis super gregem suum. Vigiliæ istæ quadã
torquentur molestia ob imminentis mali cautelam. Vigi-
liæ sponsæ dormentis non cõtinent mali cautionẽ,sed co-
piam boni. Præoccupatæ emꝫ mẽti uehemẽs amor auidita-
tis inexpletæ uigilias inducit. Vigiliæ quædã sunt,uel de-
sideriũ optatæ præsentiæ,uel delectatio indeptæ. Vigiliæ
bonæ,uigens & non somnoleta deuotio,siue in copia dile
cti præsentis,siue in concupiscentia absentis. Hæc nec ui-
gilat nec uiget nisi in quieta & quãtum ad seculi uel studia
uel desideria consopita mente. Ideò dicit. Ego dormio &
Iob.33. cor meum uigilat. Et in Iob legitur,qꝫ in uisione noctur-
na cum sopor irruit super homines,& dormiunt in lecto,
tunc aperit deus aures,tunc loquitur,tunc pulsat,ideò hic
Canti.5. sequitur. C Vox dilecti pulsantis. Aperi mihi. Iure
uigilat nescíens qua hora uenit dilectus eius. Quasi conti-
nuæ sunt uigiliæ sponsæ & uox dilecti. Cor(inquit)meũ
uigilat,& statim adiecit. Vox dilecti pulsantis. Aperi mihi.
Cor meum uigilat,& dilectus meus non dormit. Vox eius
pulsat,& dicit. Aperi mihi. Cor meũ uigilat,& ipse statim
aduolat,& auditur uox eius. Vox(inquit)dilecti. Hæc mi
hi uox nota est,hæc mihi grata,ad alias obsurdesco uo-
ces,ad hanc expergefacta sum,statim cum insonuit in auri
bus meis,exultaui præ gaudio,multæ uoces obstrepere so
lent,& falsas insusurrare blanditias,sed non sicut uox dile
cti. Magna fratres prudentia sponsæ,& discretione spiri-
tuum pollẽs,quæ sic distinguere nouit inter uersutias dæ-
monum,& blanditias ueras dilecti. Vox(inquit)dilecti
pulsantis. Quæ talis uox qualis Iesu? Nunquid philoso-
phorum? Nũquid hæreticorũ? Nũ legis? Num propheta-
rum? Valida uox eius est,stultam fecit huius mundi sapien
1.Cori.1. tiam. Lex & prophetæ neminẽ ad perfectũ adduxerũt,uox
Iesu consumationis summã complectitur,uox eius cõsum-
mationis præcepta cõtinet,uox eius mouet affectus. Vox
(inquit)pulsantis! Pulsat emꝫ & penetrat efficax instar an-
cipitis gladij,leniter illabitur,& blande persuadet,qd nul
la potuit alia doctrina obtinere. Non altus sermo,sed alta
mysteria. Humilitatem conscientiæ,morum contemperã-
tiam,obtemperantiã obedientiæ,carnis munditiã,cõtem
ptum mundi,cõcupiscentiã æternorũ,diuinitatis notitiã
quæ unquã disputatio,quæ districtio tantam aut sermone
tradidit,aut inspirãdo persuasit? Resurgẽdi gratiã,impas-
sibilitatẽ resurgẽtium,æternitatẽ uitæ,maiestatis reuelatio-
Psal.75. nem hac docente spirare didicimus & suspirare. Notus in
iudæa deus,in Israel magnũ nomen eius. Nunquid tantũ?
Nunquid tam expressum? Nunquid tam impressum? Nũ-
quid tam sparsum? In Israel magnũ nomen eius,sed nõ ea-
tenus magnum uel euidenti doctrina,uel uehementi deuo
Hebræ.1. tione,uel numerosa populositate credẽtium. Olim loquẽs
deus patribus in prophetis,nouissime diebus istis locut?
est nobis in filio. Ideò uox ualida,uox uirtutis,uox dile-
cti. D Sed Iudæorum conualescere nequiuit in auri
bus:audiuit gentilitas,& confessa est,& non negauit,di-
cens. Vox dilecti pulsantis. Vtrunꝫ agnosco esse dilecti,
uocem & pulsum,uerbum & uirtutem. Vtroꝫ mihi gra-
tus dilectus meus,utroꝫ me demulcet & mouet,uoce &
pulsu,& (ut sic dicã) cantico & psalmo. Bene pulsat & qua
si tympanizat,qui uerbi & operis concordem mouet sym-
phoniam. Tympanum puta Iesum,accede,tange,discute,
pulsa,mores,opera,uerba,uitam. Omnes meæ chordæ ex-
tẽtæ & sonoræ sunt,tactæ melodiã dulcẽ resultãt. Iesus ipe
pulsat seipm. Nemo(inquit)tollit aiam meã,sed ego pono Ioan.10.
eam,& iterũ sumo eam. Potestatẽ habeo ponendi eã,& po
testatem habeo iterum sumendi eam. Vide quid tibi sonet
ista positio,sumptio,& utriusꝫ potestas,quid ipsa pulsan-
di causa. Nónne & ipsa maxime ad cor nostrum pulsat &
excitat,ut nos uelut cythara quædam effecti,sic sonanti cõ
sonare nitamur. Vox dilecti pulsantis. Bene dilecti(iquit)
quasi ex dilectione sola & gratia loquentis & pulsantis.
Aperi mihi quia caput meum plenum est rore,& cincinni Canti.5.
mei guttis noctium. Refrigescet in iudæa charitas,iam trãs
migratio fit iuxta scripturam ad gentes. Illi missum est uer
bum salutis,sed repulit illud,indignam se iudicans æter-
næ uitæ. Exclusus sum ab ea,tu api mihi:qa caput meũ ple
nũ est rore,& cincinni mei guttis noctiũ. Caput Xpi deꝰ.
De deo patre gloriantur iudæi,eius se iactant habere noti
tiam,filiũ reprobant & blasphemãt,tu aperi mihi. Caput
meum plenm est rore. Non tales desiderat,non sitit,sed ma
gis fastidit,ideò plenum est. Plenum est rore eo qꝫ sensu le-
ues sint,rationis carentes pondere,non habentes aliquod
in assertione momentum. Ratione leues,obstinatione gra
ues. Quasi ros & guttæ inefficaces & pertinaces. Et cincin
ni mei guttis noctiũ,quæ gelidæ sunt & tenebrosæ. Nam
est quidã ros qui noctis non est. Ros tuus(ait Esaias deo) Esai.26.
ros lucis. Et cincinni mei guttis noctiũ. Figuris adhæse-
runt,scientes literaturã,nescientes sensum spũalem. De unius
scientia dei,de figurali legis obseruatione iudæi gloriam-
tur,mysteriũ inficiantes trinitatis,& præfigurationis ueri
tatem,de superfluis & emortuis signis se iactant. Molesti
sunt mihi,discipulos meos premunt,qui sunt uelut quod
dam capitis mei ornamentum & decus,ideò fugio,aperi
mihi. E Quidam hæretici Christi diuinitatem ad quã
nec fide uolunt,nec ratione possunt attingere,conant ex-
tinguere. Subtilia,consona literarum testimonia,& quæ
diuina nituntur auctoritate,quasi quosdam cincinnos ca-
pitis(nõ cohærẽtibus disputationum suarum argutijs,&
uelut quibusdam roris instar minutijs)inficiunt,corrum-
punt,opprimũt. Hi quoqꝫ notitiã dei præsumentes & spi-
ritualiũ subtilitatem sensuũ,quasi in ipso dei capite & ca-
pillis superbe locatis,rori conferuntur,& guttis noctium
ut intellígas eos minutos,gelidos,fluidos,& non cohærẽ
tes sibi. Sed & siquidem uideris eos sanã quasi caput ipsum
tenere fidem,superficietenus communicare,subtili uigere
sensu,gelida tamen est propter malã conscientiam,& pro-
pter hypocrisim obscura,& propter uelocẽ transitum flui
da. Gaudiũ enim hypocritæ instar pũcti. Hunc talẽ Iesus
foris esse iudicat opprimentẽ,& quasi grauem sibi refugit. Iob.20.
Huiusmodi non tam ambulant quàm uolitant in magnis
& mirabilibus super se,superba elatione pendulo uagi in
aere. Ambitiosa quidẽ negociatione perambulant in tene
bris de religiõe lucrũ uenãtes,spiritualẽ se simulantes ha-
bere doctrinam,studium,instar roris eloquium,incerta &
occulta & ꝙsi nocturna nosse mysteria sapiẽtiæ dei,sancti-
tatis tenere caput & culmen,& in ipso Christi hærere uer
tice,eminẽdi magis quàm intrãdi studiũ gerũt. Istos mole
ste ferẽs & fugitans Iesus,dicit. Aperi mihi soror mea quæ
intus es,quæ non uagaris foris,quæ non in sublimibus uo
litas,quæ non uis tam eminere foris quàm intus te tenere,
aperi mihi. Aperi mihi. non quæris nisi me. tota es mea. To
ta mea,& multiplici iure mea. Quare multiplici? Audi
quàm multiplici. Soror mea,proxima mea,columba mea, Canti.5.
immaculata mea. Soror mea in assumpta carne cognata.
Proxima mea,quia de latere cũ in cruce dormiret,de scd'o
Adã,Eua noua est creata,ut nõ iam sint duo,sed una caro.

Ibi est

Ibi est cognatio naturalis, hic & cõiunctio personalis. Ibi soror, hic sponsa. Columba mea, sed spiritus per gratiam. Immaculata mea, per remissionem & disciplinam. In carne soror, in sacramentis sponsa. In spiritu simplex, immaculata in sanctitate. In his omnibus mea, aperi mihi. Age qd agis, aperi mihi. Tibi int⁹ sum, sed aperi mihi in illis in quibus adhuc foris commoror. Aperi illis, inuita, introduc in locũ tabernaculi admirabilis. Pulsa ut aperiatur tibi ostiũ magnum & euidens (sicut Paulus dicit) ut pateat introit⁹ persuasionibus tuis ad effectus eorum. Penetra ad illos, ut ad te post introducas. Exi ad illos: ut intrent ad te qui foris congelato frigescunt affectu. Exitus tui damna, aliorũ introductione redime. Quid dicis? F Exui me tunica mea, quomodo induar illa? Quid dicis? Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Exuisti te tunica tua, tunica carnalis curæ, tunica certè molesta, & fortè polluta. Tunica tua te exuisti, mea induere. Zelus domus meæ comedit te, ideò iuxta Esaiam induere pallio zeli. Insta, argue, prædica, obsecra, opportune importune. Nõ est pedes polluere hac incedere uia. Si quis adhæsit puluis, excuties illum de pedibus tuis. Non pollutos sed pulchros commendat Esaias pedes cum dicit. Quàm pulchri super montes pedes annunciantium pacem, annunciantium bona. Ne cunctaris, operum meorũ exempla te moueant, tangat manus, si pigritaris ad uerbum. Zelotes ego sum, tu quoq; pro me zelare. Ocium sepone paululum, meis implicare negocijs. Omnis militans deo, istis cum iubetur, se implicet oportet negocijs. Cum diues essem, pro omnibus pauper fact⁹ sum. Aequalis deo existimaui meipsum, ministrãdi formam accipiens. Pro omnibus mortuus sum, ut qui uiuũt, iam sibi non uiuant sed mihi. Attentis talibus in dilecto sponsa, & his mota exemplis ad æmulandum, sic ait: Dilectus meus misit manum suã per foramen, & ad tactum eius intremuit uẽter meus. Per arctum paupertatis, persecutionis, & mortis foramen, operum suorum ad me intromisit exempla. Hæc me tangunt, hæc me mouent. Nota tremorem uentris, audi deniq; motionis effectum. Sequitur cñ. Surrexi ut aperirem dilecto meo. Audite & intelligite qui præpropere satis & propterue nimis, ad ecclesiæ properatis honores. Sponsa enim ad quam cantici huius blandimenta cantantur, morose & cunctanter accedit, etiam post quã se sororem, proximam, columbam, immaculatam audiuit uocari. Contemplare si hæc in te sint. Et si sint, uerere ne perdas. Si non sunt: magis uerere ne non accipias. Attende post quot & inuitationes & commendationes, sic dicit. Surrexi ut aperirem dilecto meo, & tibi uanum sit surgere antequam uoceris, qui delectationis illius sanctæ panem manducas, & bibis uinum, de quo supra dicitur. Comedite amici mei & bibite & inebriamini chariſſimi. Vanum imo uerendum sit tibi nisi cum inuitata sis surgere, cum dormis somnum dulcem donec dilectus aperiat. Aperi mihi, non ambitionis non auaritiæ, non inquietudinis. nõ elationis uox moueat animũ, nõ demulceat blãdimẽto fallaci. Istæ tibi ignotæ sint uoces, non tibi istæ op⁹ bonũ suadeant, si tamen ante dilecti tui uocem assurgere: qui uiuit & regnat &c.

Exi ad illos: ut intrent ad te qui foris congelato frigescunt affectu. — Cant. 5.

Esai. 59. 2. Tim. 4.

Esai. 52.

2. Cor. 8.

Cant. 5.

Ibidem.

Ibidem.

¶ *Sermo.* XLIII. A

SVperiore sermone hũc locũ ita discussim⁹, ut diceremus Iesum spõsæ suæ imploraſſe solacia aduersus molestias corũ qui fidei nostræ syncerita tem humanæ & perfidæ doctrinæ corruptela tẽtant inficere, & subtiliũ persuasionũ immadidare rore nocturno, quẽ princeps tenebrarũ, princeps aeris huius latẽter & leniter instillat. Nam & alio scripturæ loco quæritur aquæ inundauerũt super caput suũ. Heri ergo inductus est à nobis dñs Iesus molestias fugiẽs, hodie inducet gaudia ferens. Heri inductus est solacia implorans, hodie secũ solacia portans. Heri plenus iniurijs, hodie gratijs. Illa interpretatio raras respicit: ista refert ad plures. Non omnes ad prædicatiõis op⁹ uel idoneæ sunt, uel delegatæ, nõ eñ corruptelas fidei repellere uel sufficiunt, uel huic muneri præficiuntur. Nõ possunt omnes esse matres & spõsæ, omnes possunt sorores & sponsæ. Non oẽs possunt partus sustinere iniuriã, omnes debẽt amplexus gratiã. Fuerat sm hesternã interpretationẽ roris illius nocturni liquor molestus, hodiernus iste sit gratus, ibi loquitur Iesus querelas deponens, hic loquitur blandicias suggerẽs. Ibi fugit infestos, hic solum ad spõsam festinat. Aperi mihi soror mea, proxima mea. Disciplinam hic attẽde custodiæ ubi sanua passim non patet. Quis illuc intrabit ad arbitrium, ubi Iesus sine interpellatione non intrat, nec nisi cum fuerit audita & nota uox eius? O me felicẽ si de mea dici anima queat, porta hæc clausa est, & per eam nec furtim nec fortuito indisciplinatus affectus immittitur, soli principi patet: si ponam ori meo custodiam, ut soli principi pateat, cum assistit ad illud. Aperi mihi portam iustitiæ & ingressus in eã conuiuabor tecum, comedam in ea & bibã & inebriabor. Deniq; & ego inebriabo te guttis meis. Non accedo sterilis, sed madens suauiter illabẽte rore gratiarum. Aperi mihi. Intus iam tibi sum nunc, sed aperi mihi ut amplius intrem. Aperi mihi. Iam quasi nouus accedo: & recẽti rorãs affectu. Vt ros tibi fluet eloquium meum, cũ deitatis meæ tibi instillabo arcana. Caput meum rore abundat, & contemplatio diuinæ in me naturæ, subtiles & fœcundos parturit sensus. Quid circa humanitatis mysteria solum moraris? Quid tandiu solos ad pedes resides? Surge ascende ad caput, illi aperi. Aperi mihi in hoc, quia caput meum plenum est rore. Humanitas gratiam comparat, diuinitas cõfert, humanitas impetrat, diuinitas infundit amorem. Caput meum plenum est. Ipsum est ros, ipse illabitur animæ, & eius medullas irrigat. Vsq; ad aliquod ingressum aperi mihi, ut pertingã ad intima, ut diuinitatis meæ dulcis notitia influat, & inficiat totum quod est in interioribꝰ tuis. Aperi mihi ut diuinitatis meæ subtilis ros cordis tui terram infundat, & inebriet eam. Et reuera sic est fratres. Vbi in materia maior est gloria, ibi in meditatiõe maior est gratia. Quod plus habet excellentiæ, plus sibi exigit reuerentiæ, plus refundit & gratiæ. Quod quodam naturæ suæ merito prærogat, perceptio eius oblectationis plus erogat. Plus omnibus placet, quod omnibus præstat. Singulari materiæ peculiaris debetur cernendi modus. Non est humani iuris, non est enim moris humani. Quietæ & peruigili donatur menti: non tamen ad notum, sed cum ipse uult & dicit, aperi mihi. Quid est dicere aperi mihi, nisi quodam blandimento affectum illicere, mouere concupiscẽtiam, ut mens ex parte tacta tãtæ lucis choruſco, ad pleniorem perceptionem se præstet purgatam? Sic lux quasi oculo dicit aperi mihi, quæ ex modica perceptione ad maius participium sui, quãdam auiditatem prægenerat. Aperi mihi soror mea. Quid est Iesu bone quòd rogas aperiri? Tuipse habes clauem Dauid. Aperis & nemo claudit. Apparitio tua, apertio est. Appare, & nemo tibi claudit. Cui ex minima parte maiestatis tuæ cœpit gloria scintillare, animum ad se subito conuertit & rapit. Non sinit sibi claudi dũ ipsa choruscat. Cor quod penetras aperis tibi. Apertum tenes, dum te subtrahis. Et fortè utraq; necessaria est, & cognatæ sunt sibi apertio sponsi, & apertio sponsæ. Apertio sponsi apparitio eius. Apertio sponsæ, apparatus eius & coaptatio ad tam dulces usus. Caput meũ plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium. Caput plenum est: & eo madent qui adhærent illi. Delectabilis est deus in se, & delectabilis in sanctis suis, qui de ipso per gratiam oriuntur, & ordinatione sua quasi quidam distincti cincinni perseuerant in eo. Pulchra utraq; contemplatio, uel essentiæ eius, uel gratiarum quæ procedunt de ea. Diuisiones enim gratiarum sunt, ac si quædam distinctio cincinnorum. Inuisibilia enim ipsius quandam præferre distinctionem uidentur, ad nostræ tamẽ capacitatis mensuram. Nam distinctis signis & sermonibus aliud & aliud significare conantibus, quæ in ipso sunt unum, quasi plura & uaria innotescunt nobis. Quædam ad solam ei⁹ magnitudinem respiciunt, unum hoc cincinnum puta.

Apoc. 3.

Cant. 5.

1. Cor. 12.

Universidad de Deusto
Roma.1.
Biblioteca

Quædam ad ſolam potentiã,ſic & quæ ad ſapientiã, quæ ad bonitatẽ,quæ ad prædeſtinationẽ,ad prouidẽtiam, ad gratiã,ad indulgentiã,cõſilium,cogitationes dei,generaliter quæ una ſignificationis cõplectitur ratio,& quaſi ad unã ptinẽt,pro uno cincinno interptare,quæ ad aliã,pro alio crede.Inuiſibilia ipſius(ait apls)per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur,ſempiterna quoq; eius diuinitas, illa plurali protulit,hãc ſingulari intellectu.Hanc ergo ue lut caput accipe,illa uelut cincinnos.Nam diuinitas in ſe una ſimplex eſt,ſm effectum autẽ in ſubiectis,& effigiẽ particulariter impreſſam ſubiectis,uariæ ſignificationis recipit numerũ,ideò eſſentialia noia mutuo de ſe dici pñt,non ſic autem denominata.Eſſentia dei ſcientia eius eſt cũ conuerſionis ueritate & ſubſtãtiæ identitate,non tamen cum uerum eſt deũ noſſe aliquid,& frequenter uerũ erit illũ id eſſe.Sic & potentia cum uoluntate in deo unũ idemq; eſſentialiter eſt,denominata uerò ab his non ſe mutuo conſequuntur.Denominatiões eiñ iſtæ cum aliquẽ circa creaturas effectũ cõtinent,cognatã ab illis multitudinẽ trahunt, in ſe nequeunt commutari.Mira identitas & mira diuerſitas,utraq; inexplicabilis,utraq; admirationis eſt plena,deuotionis & reuerentiæ occultiſſimas & efficaciſſimas cauſas continens.Accede ſponſa ad hoc caput dilecti, & cincinnos eius,ſtringe rorantes crines:multum inde dulciſſimi liquoris elicies.Pleni ſunt guttis noctis, guttis occultis,guttis non ignota dulcedine refrigerantibus.Erit qñ guttæ tales expreſſæ frequentius,integri fluminis efficiẽt impetum.Bonus quidem qui deſiderium æſtuantis amoris refrigerat,ſiue ſupradictis modis caput cincinnosq; in intelligas,ſiue in capite illam deitatis nudam notitiã quæ eſt facie ad faciem,cincinnos autem illam quæ per ſpeculum fit,& in uelamento ænigmatis,in utroq; refrigerñ uberem rorem reperies,ideò fortè capiti ros ſimpliciter aſſignatur, guttæ uerò cum adiectione noctis cincinnis attribuuntur:q; & uiſio quæ per ſpeculum fit & ænigma nocturnæ quiddam habet qualitatis,minus fulgens & minꝰ ferues.Aemulare ſancta anima ſponſum,caput& capilli deuotionis rore madeſcant.Caput intentionis, cincinni cogitationis.Ad modum madẽtium capillorum ſtrictæ ſint, extentæ ſint,pingues ſint,continentiæ extenuatæ diſciplina, continuationis perſeuerantia protentæ exultationis ſpecie pingues,ne ad modicum tenebroſo & gelido malitiæ & nequitiæ rore inficiantur,quem principes aeris huius leuiter & latenter aſpergit. B Caue fallaces infectiones eiꝰ,ſponſi tui illũ cæleſtẽ ſe mẽtitur habere rorẽ.Claude illi,& ſi dicat aperi mihi ſoror mea,nullã tibi cũ eo cognationẽ eſſe reſponde.Quæ illi cognata eſt, immaculata non eſt.Praua cognatio,quã contagio ſequitur. Chriſtus cum iam ſororẽ dicit,immaculatã ſubiungit. Auſculta qñ
Canti.5. dicere poſſis.Vox dilecti pulſantis.Hoſtis primo aggreſſu timide agit.Tentãtis modo deprehẽdi timẽs,palpat,non pulſat.Dilectus tuus immoteſcere uolens pulſat audenter.
Ibidem. Aperi mihi quia caput meum, inquit, plenum eſt rore,& cincinni mei guttis noctium.Acſi dicat.Aperi mihi quia rore gratiæ refertus illabor.Aperi mihi, aptã te præpara
Ibidem. tantæ præſentiæ.Tunc illa.Exui me tunica, quomodo induar illa?Laui pedes meos,quomodo inquinabo eos?Tu dicis aperi mihi.Ecce aperui.Parata ſum,& domeſticis turbari denuo curis refugio.Nolo quã ſemel exui reinduí tunica.Quomodo induar ea?Quomodo?Nullo modo.Nõ aquieſco,nõ poſſum nõ ægre reinduitionis uerbũ audire. Laneam exui,ueſtita ſubtilibus.Noui quàm laborioſæ ſint partes Marthæ,quàm onerosa operta ſit tunica, quomodo circa frequẽs diſcurrẽdo miniſteriũ inquinatos oportet illã affectuũ pedes habere & operum greſſus.Non poſſum de Maria in Martham degenerare.Optimam partem elegi,apertum & paratum efficere cor meum ad aduentum dilecti.Nõ uidetur in partibus Marthæ paſſus moleſtias, qui ſemel ad illas iterũ reuerti feſtinat.Nuda ab omni materia mundi,& ſine impedimẽto uelaminis, libera & quaſi reuelata facie gloriam contemplaturi dilecti, ſurgam ut aperiam ei.Via hæc uia pulchra eſt,nõ poteſt per eam pes pollutus incedere,nec polluí in ea.Breuis uia,nam dilectꝰ ſtat ad oſtium uociferans & pulſans,quaſi more impatiẽs. Pulſat ad oſtiũ,explorat aditus,& ardentius diligens properantem præuenit me. C Manum ſuã miſit per foramẽ, *Canti.5.* & ad tactũ eius uenter meus intremuit.Quid ſibi uult hoc loco q̃ ſponſa q̃ clauſerat oſtiũ cubilis ſui,non hoc quoq; obturarit foramẽ,ne ad illã quid ingrederetur incauter:In cæteris cautius agens,cur hic locũ negligentiæ reliquit? An fortè hoc in ſe minus ipſa nouit foramẽ?Quis enim in ſe omnia poteſt noſſe foramina, omnes aditus,omnes aptitudines,niſi ille qui ſicut in Ezechiele legitur in lapide pretioſo foramina præparauit?Ipſe foramina ubi uult parat, quia ubi uult ſpirat.Ipſe manum mittit per foramen, per aptum aditum,inſpirationis occultæ uirtutem. Per foramen(inquit)id eſt per aptum,per abditum,per arctum ingreſſum.Arctus enim ingreſſus ſatis,ubi manũ tantum immittit Ieſus:eius reſpectu quem per oſtij apertionẽ ſibi fieri petit.Non moueretur ille uenter ſponſæ,non ſurgeret, nõ aperiret dilecto,niſi ipſe prior inſpirationis ſuæ manũ immiſiſſet occultã.Occulta ratio uocationis primæ, latẽs cauſa,& nondum latus ingreſſus.Dilatatur autem,cũ præoperãti ſpõſo anima cooperaꝫ,conatur,aſſurgit & aperit. Prima ſolius dei manus agnoſcit.Secũda dei ſimul & hominis.Et cũ magis dei ſit ꝓpter munus, ſoli tamẽ homini deputaꝫ ad meritũ.Arcta eſt etiã & quaſi per foramẽ concepta cognitio dei,ea quæ per operũ eius cõtẽplationẽ percipiꝫ,& quaſi tactus manus,nõ uiſio uultus eius. D Aduerte trinũ cõtẽplãdi modũ,in capite,in cincinnis,in manu.In capite naturã,in cincinnis figurã,in manu facturã. De hoc ultimo ſic ait: Delectaſti me domine in factura *Pſal.91.* tua,& in operibus manuũ tuarũ exultabo. Poſſumus etiã ſic illa uocare.Eſſentiã,ſigna,opera. Diuinæ illius naturæ notitiã,ſigna per quandã in ſuo genere ſimilitudinẽ depromunt,opera probãt.Signa(ut ſic dicã)exprimunt,& opera aſtruunt.Vltimus hic contẽplationis modus,ſimpliciũ eſt,Secũdus eruditorũ,Primus puriſſimorũ.Veruntamen ſicut iam diximus,immiſſio manus per foramen, immiſſionem illã latentem & occultã ſignificat inſpirationis,quem diuinæ uirtutis tactus operatur. E Hic etiã eſt aduertere tria quædã in ſpõſa.Quæ tria?Primo q̃ tremit, Secũdo q̃ ſurgit,Tertio q̃ aperit.Primũ fit quidẽ in ipſa, ſed non ab ipſa.Duo ſequẽtia ſic fiunt in ipſa,q̃ etiã ab ipſa.In primo præoccupaꝫ:in ſecũdo conaꝫ:in tertio captat.Cũ tremit nil in ipſa agit,ſed magis patiꝫ.Cũ ſurgit & aperit, ppriæ aliquid induſtriæ adhibet. Tremit,cum motũ occultũ inſpirationis ſanctæ dulciter ſentit. Aſſurgit,cũ conſentit & ſequiꝫ quo illa ducit.Aperit cũ huic totã ſe operi mens indulget & reddit capacẽ. Veruntamẽ quãtomagis ſe huic uiſui aperit,tanto ex nimia affectione,& uehementia in ſe deperit.Memor fui,inquit,dei & delectatus ſum,& exer- *Pſal.76.*
citatus ſum,& defecit ſpiritus meus.Memoriã uentri,tremori delectationẽ,exercitationẽ ſurrectiõi cõfert,& aptat. Nam qđ dicit defecit ſpiritꝰ meus ad illud ſpectat qđ hoc ſequitur in loco.Peſſullũ oſtij mei,aperui dilecto,& ipſe de- *Canti.5.*
clinauit.Tunc declinat,cum tu deficis ferre non ualẽs.Cũ tu afficeris uehementius,tunc ipſe citius auolat. Quanto affectuoſius captas dilecti amplexus,& quaſi aperto corde totum abſorbere & deglutire conaris,tanto uelocius declinat labilis præſentia dilecti tui. F Sed iam redeamus ad ſeriem literæ.Surrexi ut aperirem dilecto. Manus *Canti.5.*
meæ diſtillauerunt myrrham. Digiti mei pleni myrrha probatiſſima.Quid eſt q̃ de apertione locutura præmittit de manibus?An fortè ſuggerere uoluit quibus te manibus oporteat aperire dilecto tuo, quibus operum meritis cõtemplandæ ueritati aditũ præpararet?Bene quidem myrrhatæ manꝰ quæ carnis mortificationẽ operanꝫ, quæ fluxum eius compeſcunt, ſtringunt ut latius inſtuat obtectatio uerbi.An non uelut quaſdam myrrhæ ſtillas,cenſes opera regularis conuerſationis, quæ uiciſſim ſibi ſuccedentia mentem ungunt & carnem ſtringunt?

Vigiliæ,

Vigiliæ, ieiunia, castigatus & parcus victus, asper pann⁹, & panis ater, plagæ uirgarū uolūtariæ susceptæ, in matutinis psalmodiæ uociferatio, & silens oratio, utraq; in spiritu cordis uehementi, sed hæc tanto uehementior, quanto corporalis spūs mmus est continens. Quidni distillant nobis dum uicissim succedūt sibi? Iure cōferunt myrrhæ, qa carnis amaritudinē uexationis inferunt, & deuotiōis uelut unguento mitigant animū. Et ut discretionē adesse intelligas & obsequiū rationale, digiti (inqt) mei pleni myrrha probatissima. Man⁹ opera sunt, discretio digiti. Myrrha, tam actio carnis, quàm unguentaria exhilaratio cordis. Hæc myrrha pbata est, nā est q̄dā myrrha quæ reprobata est. Cum uideris quorundā puerilīū hoīm digitos prohibita passim signa distillare, agilem manum undiq; petulantis uel peruersi affectus indicia spargere: ut arbitror indisciplinatæ cōuersationis amaritudinē: quasi reprobā myrrhā istū fundere non negabis. Probatissima uerò myrrha est quæ in multis argumentis exercitū regularis est reperta laudabilis. Et regularis exercitatio, & hostilis uexatio, utraq; probabilis est, cum patiētiæ uirtus seruata integritate sua amaritudine nimia nō corrūpit ac degenerat. Recole tpa quibus iuuēcula adhuc ecclesia ad aures pulsauit gētiliū ut dilecto suo Xpo ad corda ipsorū ostiū aperiret, pateret aditus: quàm innumeros desudauit agones, quanta cōfecit martyria, quàm continuis est uexata supplicijs? Verè digiti eius pleni myrrha pbatissima, eo q̄ omnimodarum passionū argumētis honestata est uirtus eius in laborib⁹ suis. ¶ Cum huiusmodi manib⁹ satagite fratres aperire uerbo, speculationis dulcedini aditū præparare. Bonorū actuū meritis, mētis uestræ recessus Xpo uberius reserabitis. Videte si laboris & fatigatiōis uestræ myrrha multis est experimētis reperta laudabilis, sicut aurum qd̄ per ignē probat. Digiti mei (inqt) pleni myrrha pbatissima. Discretionis significat subtilitas, & unctionis libertas. Et digitos eā dicit, & plenos. Distillant, & pleni sunt. Vicissitudinē habent, non euacuationē. Interpollantur ieunia refectione, labores requie, uigiliæ somno. Vicissitudo refectionē affert non defectū. Digiti (inqt) mei pleni myrrha probatissima. Cōtēplationis optas delicias, spōsi amplexibus ex ocio perfrui, illū solum cordis tui continere secreto; noli ad aperiendū uacuis, noli aridis occurrere manibus. Actio contēplationē præcurrit. Quātomagis myrrha cōtinentiæ & afflictionis mortificaueris affect⁹ anima les, tanto uberiorē aditum dilecto praueneris. Deniq; sequi
Cant. 5. tur. Pessulū ostij mei aperui dilecto. Non possumus in angustia terminandi sermonis huius ostiū operire capitulū. In alīū differamus tractatū, gratiā ab eo expetentes & expectantes, qui habet clauem Dauid sine qua nemo aperit. Iesus Christus qui uiuit & regnat per omnia secula seculorum. Amen.

¶ *Sermo.* XLIIII.

HOdie uobis fratres de apertione ostij disserturi sum⁹. Nam hestern⁹ sermo de operatione (quæ uelut quædā ad apertionē est uia) ultimū tractatus nostri digessit articulum. Bona planè operatio, quæ immortalitatis & incorruptionis spem & speciem semper præfert, quæ non seminat in carne ut corruptionē inde metat. Vtinā in ueritate ego dicere possim quia myrrha in manibus meis semper. Si quis (inquit Iesus) fecerit uoluntatem patris mei, cognoscet de doctrina mea. Ecce qualiter pietatis actus aditum reserat ueritatis. Boni certè actus qui & quadam contemperantia & moderatione discreti sunt, & unctionis deuotione repleti. Iure manib⁹ unguentarijs aperitur Christo, qui de unctione nomen accepit. Et forsitan nisi per unctum ostium ingredi nescit. Ideò in templo de lignis obliuarum ostiola facta sunt, per quæ in sancta sanctorum aditus pateret. Huiusmodi enim & ligni materia unguentarij est ministra liquoris. Ostiola dicta sunt & oliuarum arctus introitus, sed pinguedine gratiæ sine difficultate illaberis, ubi subtilis est intelligentia, & secretum mysterium. Non laboriosus patebit ingressus, si deuotionis & charitatis oleo quasi ostio uolueris uti. Et puto quòd conueniens est de templo testimonium prolatum. Templum enim dei sanctum est, quod estis uos. Habe 1. Cor. 3. ergo in templo tuo ostia per quæ summus pontifex solus ingrediatur in intimum cordis sui recessum. Claude ostiū, obde pessulum, nisi quando dilectus tuus ingredi uolet. Si ostium non est, passim patebit ingressus omni transeunti. Si ostium clausum est, pessulum non obseratum: facili cedet & patebit impulsui, clausuram non habens firmiorem. Habe utrunq; ostium circumstantiæ, & pessulum constantiæ. Prospice circumstanter, resiste constanter. Obliuio & ignorantia non surripiat, improbitas non irrumpat. B Etsi ita mauis distinguere, solicitam præmeditationem reputa ostium, orationem quasi pessulum. Tali firmatum repagulo, hostili non patebit impulsui ostium tuum. Confortauit (inquit psalmus) seras portarum tuarum. Nón Psal. 147. ne in seris & portis uelut ostium & pessulum tibi uideris audire? Vtrunq; necessarium est. Sed contra insidias inimici. Vbi uocem & pulsum audis dilecti, ubi manus eius subtilem & per foramen sentis attractum: aufer pessulum, ostium aperi, cuncta cedent obstacula: si fieri potest, medium parietem totum aufer, ut libere se tibi dilectus tuus infundat. Solicitudo aduersus tentamēta dæmonum in securitatem uertatur de præsentia sponsi. cautelam hostem repellendi, in perfruendi dilecti copiam uerte. Ostium aperuisse se nouit qui dixit. Paratum cor Psal. 107. meum deus, paratum cor meum. Quomodo ostio eget Iesus, qui in euangelico ait: Ego sum ostium? Mirāda ratio. Ostium est, & pulsat ad ostium. Intrare uult per quem quisquis introierit saluabitur, & pascua inueniet. Magna est ostiorum distantia. Est enim ostium quoddam in argumentis naturæ, est ostium in sacramentis ecclesiæ, est ostium in experimentis gratiæ. In primo illo ostio naturalis rationis ductu innotescit nobis per opera operans sapientia, & ad aliquid ueritatis intromittimur, diuinitatis colligimus notitiam, non tamen personalem in deitate distantiam. In hoc ostio non distinguitur persona, nec confertur gratia. Ideò non debet esse assiduus, non nimius ad hoc ostium pulsator. Per secundum in eo q̄ salutari bus initiamur sacramentis, ad ecclesiæ unitatem intramus ad communionem sanctorum. In hoc secundo ostio sic quidam intus sunt, ut tamen quasi foris sint donec ad tertium accedant, quod familiarem interpretamur accessum per charitatis affectum, in copiosam quandam contēplationem dilecti. Ostium hoc tam secretum tam intimū, non oībus patet, sed soli sponsæ præbet accessum. C In Ezechiele multorum ostiorum distātias legis quas modo longum esset prosequi. Veruntamen parum quidem interesse reputo tu ne ad illum ingrediaris, an ad te ipse: nisi q̄d tunc uideris ingredi ad ipsum, cum tu quasi præuenis, & prior rogas. Ipse uerò ad te, cum ipse te præuenit, pulsat affectum, improuisus illabitur, & nil tale meditantem insperatæ dulcedinis mouet attactu. Quando pulsat hoc modo ad ostium tuum, noli morari, surge, festina, ne fortè declinet. Nam & in hoc loco sic habes. Pessulum ostij mei aperui dilecto, At ille declinauerat atq; transierat. Cur abis, Iesu bone? cur declinas? cur defraudas dilectam à desiderio suo? Tu desiderium inducis, tu delectationem subducis. An fortè hoc modo in maiorem auditatem & ardentius desiderium concupiscentiam protrahis, dū copiam subtrahis? Ita est. Planè ista est. Iste amoris fallacíæ ipsum amorem magis inflammant, ad eius cumulum proficiunt dum sic decipiunt. Illæ dominicæ resurrectiōis apparitiones quàm breues erant, quàm subitæ, quàm sucæ cisæ. Quibusdam uix iam agnitus est, & statim elapsus est. Non se patitur ab aliquibus tangi. Alijs clausis illabitur ianuis, ostij apertione non indigens. Illud enim ostium maxime illi aperitur, quod alijs omnibus negocijs claudi tur. Cum putatur teneri, quasi furatur præsentiam gratam: furtim accedens, & furtim recedens. Gaudium enim contemplationis instar est puncti. Velociter recedit, &

excellenter transcendit omnem humanæ capacitatis uirtutē. Quo ipsa uadit non possumus æquis eam in hac car-
Eccle.7. ne passibus sequi. Dixi (inquit Salomon) sapiens efficiar, & ipsa longiꝰ receſſit à me, multo magis quàm antea erat. Perceptio eius melius quàm priuatio docet quàm sit transcēdens eiꝰ maiestas. eo ipso quo uehemētior est, uelocius
Canti.5. transit. Ipse (inquit) declinauerat atq; transierat. Ideò ne Iesu bone declinasti ad sponsam, ut tam cito declinares ab ea? Ipse (inquit) declinauerat atq; transierat. Quid est transierat? Trāsierat me, trāsierat uires meas, pertrāsijt me. Ideò quasi ferre & subsistere non ualentem transijt me. Gladius
Ephe.6. est uerbum deꝰ, gladius est Iesus, animam sine mora & difficultate pertransit, non subsistens, dum eius uehementiam liquefacta mens sustinere non ualet. Flammeus hic gladiꝰ est: ideò sicut cera fluit à facie ignis, sic anima succensa à facie eius. Anima (inquit) mea liquefacta est ut dilectus locutus est. Videtis qualiter ad ignitum eloquium liquefecit animam. D Pessulum ostij mei aperui dilecto meo, at ipse declinauerat atq; transierat. Ita in manifestatione dominicæ resurrectionis quæ facta est duobus illis euntibus in Emaus, & aperti sunt oculi eorum ad cognoscendū Iesum, sub ipsa apertionis hora euanuit ab oculis eorum: &
Luc.24. quasi pertransijt cor illorum, ut ipsi fatentur: Nōne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur &c. Ardēs erat in ipsis in collocutione, liquefactum est in illa uisione uehementi, soliditatem & constantiā non obtinens. Quid enim est Iesum euanuisse, nisi illos in gloriosa apparitione subsistere non ualuisse? Declinat dilectam ut flumen pacis, sed ut gloriæ torrens pertransit, sicut torrens igneus liquescere faciens animam quā mundat, quā reficit, quā transit. Quàm dulcis hora quando anima huic igneo torrenti liquefacta miscetur: quàm subtilis est in illo momēto, quàm extenuata, quàm mobilis. Nihil tunc temporis habet, nihil duritiæ reliquum, nihil rigoris tantummodo calens & liquens. Cognata sunt sibi inuicem liquidum & calidū. In his duobus cōtemplationis usus consistit. Quod liquidum est, calorem promptius concipit & conceptus calor uicissim uersa quod liquidum reperit, liquidius reddit. Quod dico calidum & liquidum, hoc est (si aliꝰ dicatur nominibus) succensum & syncerum. Calidum eo quòd amat, syncerum & liquidum est quia quandam amati in se speciem repræsentat. Calidum quia ardet, liquidum quia uidet. Calidum quia inflammatur, liquidum quia dilecti imagine informatur. Quod liquidum est, nil habet impurum, nil pigrum, facile cernens & facile sequens. Sed tanta gratia liquidi non est cum calor non est. Bene liquidum quod ex puritate dilecti claritatem percipit, & quasi percitum & promptum extra se effusum post dilectum festinat, qui iam pertransijt. Ipse (inquit) iam pertransijt à me, qui totā pertransijt me. Velox transitus: sed uiolentiæ non parum habens in tactu, liquefactam post se reliquit animam meā, effusam uberius, & conantem transire usq; ad dilecti trāsitum,
Canti.5. nihil præsumens in eius præsentia. E In uoce exultationis liquefacta sum statim ut locutus est ipe, Anima mea liquefacta est, inquit. Quid est liquefacta est? id est crescens facta est, currens, clarescens. Crescens super se, currens ad ipsum, ex ipso clarescens. Virtute crescens, currens uotis, ueritate clarescens. hoc est lata, labilis, lucens. Ex hac fortè liquefactione præstitum illi est quòd manus suæ myrrhā distillant, mens liquefacta est. Cur tertium præterimus qđ canticum illud apponit? Habet enim sic connexum ex ordine, ueuter tremit, distillant manus, anima liquefacta est. Potest istic etiam leuiter hanc lectionem transcurrens, ordinatum quoddam agnitum aduertere: non tamen facile est & planum gradatæ distinctionis rationem assignare. In omnibus quidam modus signatur, sed maior in secundo quàm in primo, & maior in tertio quàm in secundo. Plus est enim distillare quàm tremere, sicut liquescere quàm distillare. Totum præstat præsentia sponsi sponsæ suæ, quòd eius uēter tremit, distillant manus, anima liquefacta est. Totum ex tactu eius & uotis auditu, totum est (ut sic dicam) ex pertransitu eius. Quia tangit, tremit: distillat, quia perstringit & pertransit illam in spiritu uehementi, cuius uocem audis, sed nescis unde ueniat aut quo uadat. Ideò liquefacta est anima eius ut locutus est ipse. Vox subtilior manu est, uehementius mouet, & uelocius transit. Sermo Iesu subtilioris & sublimioris doctrinæ plꝰ cōtinet, quàm aliqua operum prodere queant exempla. Omne transit exemplum de maiestate deitatis sermo quem inter discipulos fudit: omnem experientiam pollicitatio gloriæ futuræ quæ reuelabitur in nobis. Huic intelligentiæ & perceptioni aperi ostium ut comprehendas. statim declinat & pertransit. ideò & tu transi in affectum liquefacti cordis.
Psal.138. Ad hanc uocem dilecti dic. Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, & non potero ad eā: & anima mea liquefacta deficiens à comprehensione, & non sufficiens ex uehementi & uiolenta dulcedine persistere, & morari in admiratione. F Propter hæc & huiusmodi (inquit)
Canti.5. Anima mea liquefacta est ut dilectus locutus est. Quid putatis ut aliquid præter seriem & quasi ex abundanti ad cohortationem præsumam? Quid inquam? putatis quòd non hic sermo quorundam suggillat duritiam, quorū uiscera gelido austeritatis rigescunt affectu, quorum uiscera nullum misericordiæ distillant liquorem, nec exiguo tremunt & mouentur affectu erga pœnitentes, misericordis manus tactum non sentiunt, pijssimi Iesu non ignōtur alloquio, pulsantem in pœnitente Iesum foris nō audiūt. Vereor ne declinet ab eis & pertranseat, ne non inueniant cum quæsierint, & cum clamauerint non exaudiat eos. Cur durantur uiscera tua ad filios: quasi non sint tui? Poteras forsitā tuos inclementi oculo respicere, & resupino fastu præterire, si tamen tui tantum essent, & non domini tui. Quàm durus fores si de tuo largiri deberes qui domini substantiam tam auaro, & imminuto etiam filij affectu dispartiris? Dispersit (inquit) dedit pauperibus. Sed
Psal.111. tu forsitā pauperes nescis. Quid si dicat tibi deus, Imperfectum meum non uiderunt oculi tui? in libro tuo non nisi perfecti sunt scripti, de perficiendis nulla te cura tenere cōsueuit. Malus medicus qui non est opus ægrotis, sed bene habentes fortasse exulcerans. Si non uis errantem quærere, saltem occurre reuertēti. Aperi ianuam misericordiæ, & si non pœnitentem propter Christum, suscipe uel Christum in pœnitēte. Liquescat anima tua misericordiæ rore, acclamantis & pulsantis Iesu succendat eloquio. Vox pœnitentis, uox pauperis, uox est Iesu. Ideò cum audis hanc uocem, clementi affectu liquescat anima tua, ut & tu cum
Canti.5. sponsa dicere queas. Anima mea liquefacta est, ut dilectus locutus est. Auscultа & recole quid locutꝰ Mariæ Magdalenæ, quid mulieri in adulterio deprehensæ, quid Samaritanæ, Chananeæ, Zachæo, Petro, Centurioni. Ad tot pietatis sermones & clementiæ, cuius non mollescat affectus, uiscera liquescant? Ad tam uehementes flatus austrinos, etiam de durissimo pectore quantumlibet annosa poterat glacies soluiꝰ. G Sentio me affluentis olei liquore psum di, & simili affectu liq̄scere, quoties misericordiæ tuæ opera & uerba perfecte recēseo. Ignitum eloquium tuum hoc
Psal.118. uehementer, & seruus tuus diligit illud. Diligit quia indiget: ideò anima mea & præ gaudio liquescit ubi tu loqueris. Istam liquefactionem oportet ut sentiat omnis sanctꝰ. Nam illa superius disputata liquefactio non nisi perfectorum est, & eorum nō semper. In tēpore opportuno & fructuoso, ne subducam silentio quod mihi suggeritur, breuiter uobis absoluam quod adhuc de hac liquefactiōe intellectum concepi. Non cernitis q̄ liquescit, qualiter de quodam rigore & immobilitate moueri incipit, seipsum egredi & deserere nititur, de tumore & mole pristina defluit & descendit & euanescit, seipsum ducentem & ad humiliora loca facile sequitur, uel eadem per seipsum sectatur, præcurrens frequenter ducentis conatum. Magna in liquefactis ad sequendum mobilitas, & prompta uoluntas. Intelligitis iam (ut arbitror) in liquefactis ad obediendum aptitudinem grandem, humilis animæ affectum tractabilem.

Hanc

Hanc humilitatem non metus infringit, sed calor amoris informat. Metus mentem uiolenter infringit, amor emollit, & teneram ac liquidam reddens infringit ad libitū. Humilitas de charitate profluens, nil molestiæ patitur, ultro ad imum tendit, quiescens cum apprehenderit inferiora. Habetis iam in liquefactione, humilitatis illius generosæ, haberis & obedientiæ expressam sub breuitate naturam. Vultis & testimonia? Dominus aperuit mihi aurem ut audiam eum quasi magistrum. Audistis loquentem dominum, audite liquefactum affectum discipuli. Ego (inquit) non contradico, retrorsum nō abij. Audistis quomodo sequitur, audite iam ad quàm infima. Corpus meū dedi percutientibus, & genas meas uellentibus: faciem meam non auerti ab increpantibus & conspuentibus in me. H An non iste quasi ad aspera & abiecta descendit, non rigide resistens, sed liquefactus, effectus tractabilis ad auditum calē lentis eloquij? Ergo qui huius humilitatis & obedientiæ liquescit affectu, non frigida tumentiq; mole immobilis & rigescens, pro suo iure eius sibi uerbi usum gloriose præsumit. Anima mea liquefacta est ut dilectus locutus est. O mira uis uerbi, & ignita uehementer. Inflammat cor, commutat renes, in nihilum in conspectu suo respectu dei sui animum redigit, à seipso liquescere & deficere facit, ut iam anima non sit secum, sed sicut sequentia continent huius uersiculi, Ego semper tecum. Ideò non in se, non secum, sed cum deo suo est, semper obsequens & quātum datur sequens, sed non assequens semper pro uoto, nec illo excellenti modo qui sponsæ cum sponso competit. Nam & hic sequitur: Quæsiui & non inueni illum, uocaui & non respondit mihi. Sed capitulum hoc alterius temporis eget tractatu, ex otio discuti uolens. Sufficiant ista non pro magnificentia sui, sed pro nostris disputata uiribus, qualiter anima sponsæ liquescit ad loquelā dilecti sui Iesu Christi, qui uiuit & regnat per omnia secula seculorum. Amen.

Esai.50.

Cant.5.

¶ *Sermo.* XLV. A

CVm tibi fuerit dilectus tuus elapsus, non tibi redit ad libitum. Vexatio hæc dat intellectū amori, & augmenta affectuum. Nunc uisitat, nunc euanescente uisitatione uexat amicam. Varietas hæc amantis cor & desiderij rapit, & reparat ad usum. Vt dilectus locutus est, liquescit anima tua. Anima tua liquefacta defecit, ferre non ualens, & dilectus tuus declinat. Defectio tua, fuga ipsius est. Præsente & loquente dilecto liquescis & deficis & expiras, absente eo respirare permitteris. Absens uires reparat, quas præsens exhaurit. Delectationum uehementiam interualla temperant, cuius continuationem ferre non potes. Quid continuationem dico, nónne ipsa te inchoatio reddit exhaustā? Statim enim ut loquitur dilectus, liquescit anima tua. Deniq; & in sequentibus dicit, Oculi tui auolare me fecerunt. Quomodo dilectum auolare fecerunt, nisi dum nimio affectu in eo defecerūt? Modum nescis, ideò dilectus tuus moderatur, & præsentiæ suæ mensuram tibi distribuit in tēpore. Ideò quæris & non inuenis, uocas & non respondet. Attendite fratres uehementiam & uim amoris. Nec abesse dilectum sustinet, nec sufficit præsenti. Ibi uota anhelata laborant, hic exhausta relinqui patiuntur. O felix amor qui continua quadam uicissitudine aut liquescit in ipso, aut quærens anhelat ad ipsum. Quæsiui & non inueni illum, inquit) uocaui, & non respondit mihi. Alibi scriptū est hoc, hoc modo, Quærent me mali & non inuenient, uocabunt & non exaudiam. Quid iam est quòd hoc ipsum tam commune est bonis & malis? Cur indifferenter utrisq; te Iesu bone subducis? Verum quidem non indifferēter, sed multum differenter. De malis dicitur, quærent & non inuenient. Sponsa uerò non se inuenturam diffidit, sed non inueniſſe causatur. Quæsiui & non inueni illum, uocaui & non respondit mihi. B O quoties quæsiui dominum Iesum meditando, inuocaui orando, sed nec meditatio effecta est dulcis, nec pinguis oratio? Ideò non inueni illum, nec respondit mihi. Nec inueni illum ipsum nec sua, sed supra modum dulcia sunt quæ respondit mihi. At utinam mihi frequenter respondeat cum uel lego, uel oro. Ita Iesu bone responde mihi quantas habeo iniquitates & peccata, scelera mea & delicta mea ostende mihi. Absconde paulisper faciem tuam, ut mea mihi fœditas salubriter innotescat, uel in meditatione mea, uel in lectione sacrarum scripturarum. Tunc enim me inueniunt custodes ciuitatis, doctores sancti, cum meos in eorum scriptis mores inuenio. Tunc me inueniunt, cum meos mores & uitia depingunt, cum discutiunt, cum uulnerant, cum increpant. Sacri scriptores ac si quidam custodes ciuitatis sanctæ Hierusalem (quæ est ecclesia) uarios animorum inuestigāt affectus, & inueniunt singulorum passiones, bonos mores, & morbū quo quisq; laborat, nullius uel cogitatio non inuenitur ab illis. Quoties illa lego, quasi inuentum me et deprehēsum puto. Illa me exhortationum iaculis feriunt, illa uulnerāt, dum quod integrum arbitrabar, saucium esse conuincunt. Illa simulationis tollunt uelamen, ignorantiæ uel obliuionis, inuolutum falsæ pallium gloriæ. Illa ac si pallio quodā & dissimulationis spoliant operimento, & elationis ornamento. Illa me quodam præsumptæ fallaciter gloriæ pallio spoliant, dum conscientiæ denudāt infirma. Vtiliter ergo à custodibus in hunc modum inuenior, quāuis dilectū admodum inuenire non queam. Deniq; iam minus in me in quo glorier, minus in quo quiescam inueniens, amoris in dilectum facibus inardesco. C Filiæ Hierusalem nū- Cant.5.
ciate dilecto quia amore langueo. Per me non audeo accedere, non hanc familiaritatem mihi præsumo, non sui copiam mihi adhuc Iesus indulget: ideò filiæ Hierusalem ad uos accedo, uos ambio, uobis causam commēdo, committo negocium, nunciate dilecto. Quasi ignorat, dum dissimulat. Custodes spolient, filiæ nuncient, doctores exhortentur, exorent filiæ. Filiæ Hierusalē nunciate dilecto quia amore langueo. Nunciate, ingerite, frequens suggestio dilectum inflectet. Iam exuta sum, iam spoliata sum meipsa, iam idonea dilecto uestiri. Spoliata & exoccupata mēs languet amore, nunciate dilecto quia amore langueo. Fratres si uos increpatorius doctoris sermo tangere specialiter uidetur, uestros expresse ferire mores, mentis uestræ nudare uulnera, uel occultatæ uel excæcatæ conscientiæ tollere pallium: ad incentiuum amoris, non ad odij illud inuertite fomitem. Cur priuatam trahis ad iniuriam, quod in commune profertur ad omnes? Forsitan ad te quod dicitur respicit, te tamen nominatim nō exprimit. Amoris tibi languorem generalis tibi ministret correctio, non murmuris passionem. Et si non dulcis illius amoris desiderio lāgues, bonum est, si interim langues pudore delicti, si langues pœnitentia, si timore iudicij configuntur carnes tuæ. Conuertere in ærumna tua dum configitur spina, delictum confitere, & operimēti pallium quo iniustitias dissimulanter abscōdis, sine ut tibi tollat: noli pertinacius, noli strictius hypocrisis te pallio operire, inuoluere tegumento. Non cōuertetur ad te Iesus, nisi simulationis & fallaciæ a te fuerit ablatum uelamen, quòd tibi confusio quædam & displicēdi metus prætexuit. Operuit confusio faciem conscientiæ tuæ. Aufer uelamen confusionis, confessionis induere. Nā & dominus confessionem induit, confessionem non suam, sed tuam. Hoc se ornatum pallio reputat, hoc à te mutuatur, hoc illi pallium trade, quod affectuose tollit quasi pignus amoris, & reconciliationis signum. Tunc incipies amore languere, cum prius pœnitentiæ fueris affectibus languida. Tunc te incipient filiæ Hierusalem commendare dilecto. Tunc cælestes spiritus & animæ spiritales congratulantes languorem nunciabunt amoris. D Sed nos ex abundanti super pœnitentiæ statu uersamus hunc locum, cuius tota facies perfectiora quædam uidetur spirare, & eius consona gratiæ quæ sponsæ meretur conditione censeri. Quæsiui (inquit) & non inueni illum, Cant 5.
uocaui & non respondit mihi. Inuenerunt me custodes ciuitatis. Meditando quærit, uocat orando, audiendo doctores inuenitur, percutitur, uulneratur, exuitur.

Cant.6.

Cant.5.

prouer.1.

Cant.5.

Universidad de Deusto Biblioteca

Et ne quid desit ad cumulũ, filiarũ Hierusalem (fidelium. s. animarũ) cõmẽdatiõe adiuuatur. Quatuor hic quædam aduerte uel in illa uel circa illam, inuestigatiões, uota, præcepta, & preces. Inuestigationes meditatiõis, desideri uota, præcepta doctorum, & sociorũ orationes. An non doctorum præcepta, & exhortationes frequẽter cõmode sentiuntur ab his quos & anxia inuestigatio, & syncera oratio poterat lassare? Nónne pigra uota uerborũ sæpius stimulis excitantur? Denique quæ feruida sunt, his fomitib⁹

Canti.5. efficiuntur feruentiora. Inuenerunt me custodes ciuitatis. Boni & prudẽtes magistri, uago quodã & quasi uenatico genere diditi utuntur, & uarios ad mentium status uertũt sermonẽ, si fortè inueniant quem tangant, quẽ stimulent, quẽ permoueãt, si quis audientiũ glorietur & dicat: Inuenerunt me custodes ciuitatis, percusserunt me & uulnerauerunt me. Quo quis perfectior est, uulneratur facilius, & tener affectus, uerborũ citius sentit aculeos. O felicem animum ad quem tam sublimia exhortationis iacula uenirũt, quem inueniunt suis aptũ uulneribus, quãdo non abeunt retrorsum, auditorum uel duritia, uel stoliditate repulsa. Non sunt passim huiusmodi iacula fundenda, nec in omni multitudine, sed tantum ubi idoneæ mentes credũtur inueniri, quas tam excellens doctrina nõ effugiat. Quasi fulgura sunt hæc, summa feriunt, submissa effugiunt, summa inueniunt, si summa fuerint. C Ideò dicit: Inuenerunt me custodes ciuitatis, percusserunt me uulnerauerũt me, tulerunt pallium meum. Tulerunt pallium quo inuolutus erat pœnaliter Adam prioris simplicitatis splẽdore nudatus, tulerunt imaginationum operimẽta, quibus impediebatur intrinsecus pallium figurarum, uelamẽ tulerũt, ueritatẽ intulerũt. Reuelata, nudata, simplex ueritas gignit fervorem amoris. Ideò filiæ Hierusalem nunciate dilecto qa amore langueo. Quandiu non placet, non rapit affectum, non succendit perfecta ueritas, quantũlibet syncere se frui quis putet aspectu intelligentiæ, uelamẽ patitur, operimẽtum lippitudinis, obductionis pallium. Cum autem ablatum hoc uelamen fuerit, tunc rutilat ueritas, tunc scintillat & succendit amorem, tunc alios ad cõgratulandũ qui

Canti.5. hoc patitur poterit inuitare dicẽs: Nunciate dilecto quia amore langueo. Videte iudæam, quandiu sub legis operimento latebat ueritas, quãdiu cæcitatis ipsa tolerabat uelamen, metu torpebat, affectu rigido nil poterat dulce sentire, nec uulnerari iaculo charitatis. Cum autem conuersa ad dominum uelamen deposuit, cum ablatum hoc illi pallium erat, tunc cœpit gloriosæ huius confessionis uerbum usurpare. Filiæ Hierusalem nũciate dilecto quia amore lãgueo. Tũc gloriata de nouæ & insolitæ dulcedinis gustu, filias Hierusalem ad gratias agendum inuitat, & suæ gẽtis consortes exemplo solicitat. Audí deniq; quid tali solicita

Canti.5. tione prouocatæ respondeant. Qualis est dilectus tuus? & quæremus eum tecum. Vides quomodo participes fidei huius & doctrinæ fieri quærant in nobis. Doce qualis est dilectus tuus, & quæremus eum tecum. Fac nos tantæ cõsortes gratiæ, ut quærendi studio amoris incipiamus affectu languere. F Sufficiat interpretatione mystica hæc perstrinxisse breuiter. Iam ad id redeamus cuius ex occasione in hunc sumus locum delapsi dum ablati pallij utilitatem exposuimus. Nam inde est sumpta occasio qđ ait. Tulerũt pallium meum. Hæreamus adhuc paululum hoc in loco, explicemus hoc pallium. Nõ est enim simplex pallium, quo etiam sanctæ mentes inuoluuntur. Est enim diplois: id est duplex pallíũ, fortasse triplex, & quadruplex, quot uobis palliorum genera proposuimus. An non adhuc graue & onerosum satis est pallium animarum cura, & administrandæ necessitatis solicitudo? Propria incommoda exp̃ssius loquar. Noui quid sit hoc pallio premi, quàm

Nota. arentem sortitus sum terram & siculneam sterilem. Iã multi elapsi sunt anni quòd usuo in monasterio, quærens fructum in eo, & non inuenio. Quoties spes nostra elusit, fefellit operam, expectationem nostram frustrauit? Iure onerosum hoc pallium dico & eo magis onerosum quo minus utile. Nam onera solicitudinis leuiora sunt quæ prouentuũ leuat ubertas. Væ mihi quòd inuenerunt me custodes ciuitatis, & aliquid in me dei dignum honore se inuenisse putauerunt, percusserunt me, uulnerauerũt me, tulerunt pallium meum, & plagis impositis abierunt semiuiuo me relicto. Tulerũt palliũ meum, pallium simplicitatis, pallium lucis, amictum lætitiæ, ardentis uestimentum affectus. Quoties solebam huiusmodi pallijs totus inuolui, foueri in croce? Nunc autem tota die mente amplector & uerso quæ Paulus arbitratur & sunt communia. Hæc dulcia, hæc glorioſa mihi pallia tulerunt, onerosa induerunt. Quando hæc tollentur à me? Quando proficiam hæc, si tamen proficere licet? Felix dies quo hoc exut⁹ & expedit⁹ pallio, liberiore uos ad congratulandum mihi imitabo affectu filiæ Hierusalem, cum uos (quæ nihil estis ex parte huius qualem nunc deploro) pro renouato in uobis amoris languore gratias referetis. Miser quidem est qui huiusmodi pallio spoliatus, mœrore & molestia tabescit, nõ lãguet amore. Quæ sponsa est, sic spoliata uel officio solicitudinis uel usu, non fastidio languet, sed amoris studio. Ideò ipsa alias ad congaudendum sibi & gratias agendum dilecto exorat. Ecclesia primitiua cum quæreret Christum in Iudæa, repulsa est. Pulsa non inuento ei loco in eis, non inuẽto ibi Iesu transiuit ad gentes, quæsiuit in eis, uocauit, & in multis non inuenit, non accepit responsum, nisi mortis responsum. G Deniq; à principibus huius mundi quasi custodibus ciuitatis, quomodo uulnerati, spoliati bonis, laniati corpore, carnis suæ exuti pallio cum uitijs martyres nostri? Inter tanta & tot flumina & gurgites tormentorum non est in eis extincta charitas, sed magis augmentatus quo languebant amor. Iucundum planè mihi uidetur ex præsentis occasione uerbi, martyrum inter tot uexationum & mortis genera charitatem indefessam recolere, quomodo passiones corporis passione intrinseca temperabant amoris. Nam si ad illos hunc locum referas, non est querelæ sed gloriæ uox ista qua dicũt: Per-

Canti.5. cusserunt me uulnerauerunt me, tulerunt pallium meũ custodes murorum. Eo modo nos oportet non ægre ferre, si quãdo nos spoliant uel molestæ solicitudinis uel nõ bonæ aut periculosæ coactionis quo stricte inuoluimur pallio custodes murorum. Iecit Helias pallium dum ra-

4.reg.2. peretur, fugit Ioseph dum teneretur, sponsa tulit dum

Genes.39. tolleretur. Speculi & imaginis uelamen proiecit Helias raptus ad faciem. Mundi ornamenta uelut magna onera fugit Ioseph sentiens fomitem. Solicitudine exuta: dilecti liberius captat sponsa fauorem. Imaginatione quasi uelamine tenetur intellectus, ne syncera contempletur ueritatem. Honorum & dignitatum affectu obuoluitur pallio, ne libere pergat in ea quæ dei sunt. Solicitudo omnem in anima lætitiam obnubilat, imaginatio obscurat, honor tentat. In primo tenebræ, in secundo illecebræ, in tertio labor. In primo caligo, in secundo cupiditas, in tertio cura. H Tulerunt pallium meum custodes murorum. Boni custodes bene norunt cui curarum impedimẽta tollant, quã exonerent animam & ad delicias ducant dilecti sui, reddant expeditam ad delectandum & ad quærendum. Nam frequenter elabitur, nec quiescere potest nisi expedito affectu. Norunt ergo boni custodes cui parcant ab oneribus & actionum angustijs molestijsq; ut expeditius in occursum amplexumq; properẽt uerbi, cui pallium persuasionibus auferant suis. Exui me (inquit) tunica mea. Hoc quidem in anterioribus dicit. Tulerunt pal-

Canti.5. lium meum nudæ & puræ simplicitatis. innotescit & libero affectu in amoris negocijs: tulerunt pallium meum. Quodammodo dicentes. Quid compedita curis quæris dilectum? Quid istas tecum uoluis molestias? Si nõ penitus deponis officium, cur non solicitudines ad horam saltem seponis? Non detractamus studijs, sed instantiæ uolumus detrahas. Noli nimietatem quæstus, necessitatis uerbo retexere. Quid bonum in te finis ingenium terrenis obruis? Quid illos æmularis? In oneribus positi

iumentis

iumentis cōparantur. terrenis inhiant, terrena mandunt, studio ruminant, uorant affectu, ponuntur in sublimi, sed uolutantur in limo. Noli æmulari in istis uehementibus, nec zelaueris hanc facientes iniquitatem. An non iniquitas & inæqualitas multa ad transitoria intensum impendere animum, ad æterna remissum? Quid q̄ non semper intendunt negocijs? Quid q̄ quidā sub obtentu prouidentiæ necessitatis, & ab opere manuum, & à meditatione ac studio scrutandæ ueritatis excusant se, plus dant negociationi quàm quieti, plus scurrilitati uerborum quàm scripturæ sacræ collationi, plus ocio quàm operi, fratrum officinas circueunt & cellas, ociose, curiose, uerbose. Noli æmulari in sic negociantibus, nec in sic ociantibus. Ocia uel oblata uel parata, in usum amoris, in sapientiæ meditationem, in dilecti uel quærendi studiū, uel inueniēdi complexum tota conuerte. Huiusmodi & his hortamentis, tu
Esaie.62. lerunt pallium meum custodes murorum. Custodes isti sunt de quibus ait Esaias. Super muros Hierusalem custodes constituí, tota die & tota nocte non tacebūt. Sed nos iam hic taceamus à sermone hoc, orationum & laudū debita soluentes, ore aliquando taciturí, animo semper reddentes solennia laudum domino Iesu regi & sponso cæleSti per infinita secula seculorum. Amen.

¶ *Sermo.* XLVI. A

RDo conueniens. Post exhortationem doctorum, orationum à sodalibus suffragia uidetur orare, non simpliciter rogare, sed cum obtestaCanti.5. tionis obsecratione. Adiuro uos filiæ Hierusalem, si inueneritis dilectum, ut annuncietis ei, quia amore langueo. Adiuratio uehementiam precandi manifestat. Anxia uota suis nesciunt esse contenta meritis, ideo alienæ precis mendicant suffragia. Perfecta humilitas de meritis semper alienis præsumit. Adiuro uos (inquit) filiæ Hierusalem, si inueneritis dilectum. Conditio ista non dubitantis est, sed cum temperamento rogantis, ac si dicat, si inueneritis, hoc est cum inueneritis, conditionaliter suspendo, non ambigens de inuentione uestra, sed magis consulens uerecundiæ. Nam sub cōditione ancipiti hæc uobis dici temperantius auditis, quàm si dicatur precise, cum inueneritis. Non ueretur ne suspēsiuam rogationem ad iniuriam trahant, nouit uerecundiam filiarum Hierusalem, nouit humilem spiritum, & quòd tenerent pudorem. Plus læderet precisa diffinitio quàm suspensa conditio. Si (inquit) inueneritis. Dico, si inueneritis, non dico cum inueneritis. Illud dico, sed istud intelligo. De meo affectu dubitatio ista non prodit, sed affectui uestro & humillimæ existimationi de uobisipsis morem gero. Si inueneritis, hoc est cum inueneritis mementote mei. cum bene uobis fuerit, tunc mementote mei, ut suggeratis, ut annuncietis dilecto. Non oportet in huius loci disputatione morari, ad mores uestros fratres uos mitto. Recolite qualiter ab inuicem, quàm humili affectu, quanta uotorū instantia, & cum adiuratione orationum mendicatis solatia, non quòd omnes auderetis petere nunciari de uobis quòd sitis amore languentes. Alium soletis inuicem languorem deplorare, non gloriari de isto. Et si potest qs ad horam gloriari, nō expedit quidem, ne fortè immissione inanis gloriæ gloria uestra nihil sit. B Sunt tamen nonnulli qui conuersationis iudicio & oris officio diuini in se languorem amoris occultare non possunt. Concepta nō potest non aliquando amantis os parturire. Nam ad aliorum consolationem uerbum latenter elicit spiritus interiora replens, infusæ gratiæ copiam eructat. Denique & in hoc loco sponsa non loquitur, sed spiritus est qui loquitur in illa. In collatiōib⁹ sanctis suspiria, singultus, demis prodeuntes præcordijs crebri gemitus, nonne sunt quædam eructationes spiritus & conceptæ gratiæ? Talibus indicijs nónne se prodit languor amoris? Non est occultatus languor quādo gemitus non est absconditus. Ipse se prodit languor, cum hæc producit indicia. Quid ergo percepta signa, nónne quandam admirationis uim habent, ut eos qui hæc deprehendunt, ad congratulationis promoueant affectum? Etiam si sermo sileat, conuersationis piæ sanctitas rogat. Commendari uult, dum se quibusdam prodit indicijs. Quid enim? Cum aliquando cælestem hunc deprehēdero amorem, nónne habeo quasi adiuratum puteum, ut propensas pro eo gratias agam? Num commendabo precibus pijs cōceptum languorem, quem gemitus altus prodit? Durus ego si non tam sanctam & diuinam in fratribus passionem, qua possum orationis instantia foueam, supplicatione commendem, replicem & annunciem dilecto si copia detur. Quid tu q fratrū mauis uitia numerare quàm uirtutes, damna quàm dona, condemnare quàm commendare? Si te ad commendationem adiuratum non sentias, non es iam Hierusalem filia, sed filia Babylonis. Filia Babylonis misera, quis retribuet tibi retributionem? retribuetur enim tibi. Dedisce Babylonis filia esse, barbaros depone mores. Desine in sanctis numerare magis detrimenta quàm lucra. Sufficiat tibi insuriandi malitia. Noli saltem foris nunciare, noli prædicare sodalibus tuis. Nam sodales sponsi, aurem non accommodant si deroges sponsæ. Ipse sponsus ægre audit iniurias dilectæ. Cuicunque dicis, illi dicis. Auris enim zeli audit omnia. Temerarium est dilectam condemnare dilecto. Bona sibi mauult nunciari de sponsa, & commendationi promptius aurem præbet. Nouit hoc sponsa, ideo dicit: Adiuro uos filie Hierusalem, si in- *Canti.5.*
ueneritis dilectum ut annūcietis ei quia amore langueo. Vt annuncietis, inquit. C Annunciatio precationis tenet effectum. Humanum recogitate morem in rogādo. Nam apud miseratorem alicuius commemorare miseriā, ipsum rogare est. Efficax precatio est modesta suggestio, oppressi infirma exponere, fortunæ infelicitatem, insolentiam hostium. Hæc inquam exponere in aure potentis, quid aliud est quàm ipsum uerecunda quadam prece ad auxiliandum inflectere? Quot in locis apud psalmistam hunc precis modum inuenies? In euangelio inquit Maria ad Iesum: Vinum non habent. Non precatur domi- *Ioan.2.*
num, nec imperat filio, defectum uini tantum nunciasse contenta. Cum beneficis & ad liberalitatem propēsis ita agendum est. non est enim gratia uiolenter exprimenda, sed proponenda occasio. Commēda sponsam spōso, dotes eius enumera. Nónne hoc est eius inflammare concupiscētiam, stimulos adhibere? Nunciate dilecto. Hoc nunciare, ipsum prouocare est ad rependendam uicem, ad refocillādum amore lāguentē. Ipse cōsolationes disponit in corde suo, sed nostris expectat precibus compelli. Quod facit, faciet citius nobis pulsantibus, fortasse & uberius. Dilatio hæc cruciatū mihi parit, sed cōsolationis parturit cumulum. Multiplicatis precibus, expectata solatia uberius refundet. Nunciate dilecto quia amore langueo. Vos nunciate quibus patet ad dilectū familiaris accessus. Vos nunciate quæ nostis ex parte quāta sit amatorij uirtus languoris, quàm sit fortis ut mors dilectio, quàm sit ut infernus æmulatio dura. Adiuro uos ut annūcietis quia amore langueo. Narrate & annunciate, & exaudiet uocem uestram ut refoueat uota mea. Annunciate quia amore langueo. Non languet amor, sed languet amans. Vbi uiget amor: ibi uiget languor, si absit quod amatur. Quid est languor nisi affectio quædā de absente dilecto amantem cōficiens? Amor uehemens patientis simul afficit & carnem & mentem. Illius extinguit lasciuiam, huius & lætitiam perstringit. Carnis extinguit motus, mētis hilaritatē perstringit quodā tristi affectu & desiderio absentis dilecti. Languet caro, dū eius languidior & remissior motus efficitur. Languet animus dum æstuantis uoti nimietate cōficitur. Carnis lāguor est motus eius uel nullus uel perexiguus. Animæ lāguor est motus eius nimius. Nónne eo ipso caro cōficitur quo mens abstracta ab eius amore in alia quædam auertitur? Carnis motus nō sentitur, dum anim⁹ sentitur uehemētior factus. Vix sustinetur, aliquoties quidē nec sustineri potest qn̄ nimius exæstuans amor patientis animi

uires exhaurit. Quæ est enim humanæ mētis fortitudo ut
sustineat cum eā ille cælestis amor sponsi impatienter exa-
gitatr Liquefactus in hac exercitatiōe se fugit anim⁹, amo
ris uiolentiā ferre non ualens. Sic enim in cōsumpta mate
ria & iam deficiente, languidiora reddunt ignis incendia.
Deute.13. Et deus noster ignis cōsumens est. Sentit oīno uim sermo
nis huius qui uehementiori languet affectu, in meditatio-
ne dei sui delectatus & exercitatus & deficiens. D O
potens & præpotens passio charitatis, si non tēperat, non
toleratur. Iure potens, quæ animum quem possederit, sui
ipsius efficit impotē: Cū semel fuerit accensa in mente, at-
tingit à fine usq; ad finem fortiter, facit ad quod uenit, &
prosperatur & crescit, nec deficit donec deficiente reddi-
derit animā. Sicut eīm hic corporalis languor non est sem
per æqualis uehementiæ, sed est aliquoties eius intensior
passio: sic & amoris affectio, & si iugi desiderio se tendit in
dilectum, aliquando quidem intēsioribus uotis exæstuat,
hora orationis maxime. Tunc quidē languet amans, quia
spiritus uehemens pertransit in illo, & non subsistit. In exi
tu horæ illius dicere potest. Filiæ Hierusalem nūciate di-
lecto quia amore liquesco. Ante hanc horam languor est,
sed in exitu eius in liquefactionem uertitur languor. Ideò
cum tu horas non sinas animū fluctuare, nō declinare ad
alia, ut cum fœlici fuerit hac passione tactus, ad illā se strin-
gat donec plen⁹ inficiatur & percurratur & cōsumatur.
Non enim desinet quousq; totū percurrat & ebibat hois
Dani.10. spiritū. Sic uir desideriorū elanguit Daniel ex uisione cæ-
lesti, ut nihil uirium remaneret in ipso. Cum pertransierit
illa uehemens passio, ad tolerabiliorē quendam & huma-
num magis languorem sponsa redit, qui ei continuus est,
qui tam concitatus non est. Hic plane & si non deficit, ta-
bescit tamen absentis amore dilecti. Bonus hic languor,
per quem carnalis affectus se languide mouet. Aliud est
si impetus carnis fortiter surgens, fortiore superueniente
reprimitur: aliud si languens & quasi expirans moribun-
do pulsu molliter tentat. E Sentio adhuc alios quos-
Psal.38. dam languores, molestos omnes, utiles tamē, languorem
timoris, languorē tædij, languorem tristitiæ. Quidni cō-
sumar timore & mœrore præ conscientia nequiter trans-
actæ uitæ, timore pro facilitate uitæ inter, laqueos agēdæ,
uitæ tædio in imagine transeuntis uitæ. Vniuersa eīm ua-
nitas omnis homo uiuens. Vtinam tibi dñe aliquæ filiæ
Hierusalem nūcient languores meos si qui sunt in me qui
commendari tibi digni sunt. Nam multi sunt in me indi-
gentes curari. O me felicem si aliquis centurio cælestis di-
Matth.8. cat tibi. Domine, puer me⁹ iacet paralyticus in domo, &
male torquetur. Vtinā domine statim respōdeas. Ego ue-
niam, & curabo eum. Dic domine uerbo, & sanabor. Ver
bum ades, quia uerbum es. Magna curationis uirtus in
uerbo, & quod tu es dñe, & quod à te per tuos est. Sensit
Ibidem. hoc centurio qui dixit. Domine dic tantum uerbo, & sa-
nabitur puer meus. Sed uacuus est tamē omnis sermo do-
centis, si tu domine intus non loqueris. Dic uerbo, & sa-
nabitur languor meus, fortè & generabitur in me lāguor
te loquente, ut ego dicere audeā. filiæ Hierusalem nuncia-
te dilecto quia amore langueo. Bonus uterq; lāguor, siue
uehemens & cōcitatus, siue hic cōtinuus & temperatus,
nisi q⁹ in eo iste cōtinuus non est, q⁹ frequēter non reuerti-
tur ad ipsum, propter incontinentiam ardentis desiderij
excrescens, & non se compescens. Non conuertitur do-
nec deficiat iterū. Si ad horam diligis, & post horam desi-
stis, non est amor. Si diligis & ex amore absentis dilecti nō
tabescis, nō est languor. Vt ergo amor languor sit, habeat
utrunq;, & continuationem, & confectionem. Nunciate
(inquit) dilecto, quia amore langueo. Qui in infirmitati-
bus sunt, languores nūciari uolunt medico, quæ dilectio-
nis sunt amico. Illi quidē ut curentur, isti autē ut recreen-
tur. Æmulamini fratres meliorem habere lgāuorē, quem
sicut absentantis se dilecti desiderium creat, sic se præsentā
tis delectatio recreat domini Iesu sponsi ecclesiæ & animæ
sanctæ: qui uiuit & regnat per oīa secula seculorū. Amen.

¶ Sermo. XLVII. A

QValis est dilectus tuus ex dilecto ô pulcherri- Canti.5.
ma mulierū: qualis est dilectus tuus, qm̄ sic ad-
iurasti nos: Magno pfuse uident affectu inter-
rogationes istæ tam uehemētes. Arbitror in fi-
liabus Hierusalem, ex confabulatione sponsæ languētis,
similem languorem aut creatum ut sit, aut excitatū ut au-
ctior sit. Et in sequētibus dicunt. Quo abijt dilectus tuus: Canti. 5.
& quæremus cum tecū, quasi dicāt. Quæremus tecū, sed
& nobis quæremus, illo tecum frui uolentes. Deniq; non
dicūt, quæremus tibi, sed quæremus tecum, participium
inuentionis optantes & sibi. Magna utrinq; humilitas, &
in sponsa, & in filiabus Hierusalem. Illa se rogat commen-
dari sponso, istæ se instrui rogant de spōso, nec simpliciter,
sed illa cū adiuratione, hæc cum ingeminatione. Non est
enim leniter rogantis uel q⁹ illa adiurat, uel q⁹ istæ ingemi
nant. Qualis est (inquīt) dilectus tuus ex dilecto, ô pul-
cherrima mulierū: Qualis est dilectus tuus ex dilecto, qm̄
sic adiurasti nos: Vtiliter adiuratæ sunt quæ sic animatæ
sunt. Non est exigua sanctæ collationis utilitas. Verbū est
& quo charitatis languor generatur, & quo infirmitatis
curatur. Nouit Centurio uim medendi efficacē in uerbo:
Ideò dicit. Dic tātum uerbo. Bonū est si dicantur uerba, Matt.8.
sed nihilominus bonū est si scribant uerba. Volat enim ir-
reuocabile uerbū, nisi scripto mandetur. Scriptura uerbū
& stabile facit & uisibile, mandatū paginæ reposcetur cū
uoles. Bonus repositarius est liber, integre quod accepe-
rit resignās, cum uoles sumes, ubi uoles leges, quādiu uo-
les moraberis. Scriptura memoriæ reparatrix est, qa uer-
bi repræsentatrix est. Tuto uerbi medicamēta illic cōdis.
Seruantur enim illæsa. Si uerbum medendi uim habet cū
dicitur, cur non habet cū legitur: Si bona curatio cū di-
cis, cur non bona cum legis: Non curetur hoc modo lan-
guor meus, hoc est dicere, qui primo audit, uerbi utilita-
tem capiat, ad posteros & longe positos nō pertingat. ubi
primo sonat, ibi suffocetur, exhauriatur omnis eius com-
moditas auditu primo, æterno premat silentio. Non iterū
cadat in terrā bonam ut fructum faciat. Hoc medicamen-
tum qui primus acceperit cōualescat æger, uirtutem eius
post illū persentiat nullus. B In piscina illa post aquæ
motum sanabatur unus, sed in uno illo signata est chari-
tas, non singularitas. Post primum curatum non est dic-
tum de piscina illa: Exinanite exinanite usq; ad funda-
mentum in ea, aquæ salutaris nec uestigium maneat. Bo-
nus aquæ motus disputatio & exagitatio sacræ paginæ.
Bene enim mouetur, cum prudenti uentilatione ad spiri-
tualem promouetur intellectum. Bene mouetur, cum eius
discutione auditor promouet. Sicut medicamentū sic &
cibus est uerbum. Et quomō dicitis, cibus quē uos opera
mini pereat, non permaneat: Sed tamen nō est passim om
nibus hæc permittenda licentia, nec aquæ motus sanabat
nisi cum angelus descendens tpe suo mouisset eam. Ille
utiq; angelus cuius labia custodiunt scientiam, ex cuius
ore est exquirenda legis scientia. Ergo (quod quidē faten
dum est) magna texendi uerbi salutaris utilitas, sed cum
alicui hoc opus permittit, uel magis cū exigit ab eo. Ideò
non uidetur nostrorum redarguenda cautela maiorum
(quæ superabūdans nō nocet) quæ generaliter imponit
silentiū, ne aliquibus utiliter indulta licētia, aliis præsum-
ptionis temeratiæ scandalum fiat, simul ne quis dum in
onere sibi non impositio occupatur, ocietur ab impositio.
Et ut reuertamur ad propositum. Multum excitatæ & ani
matæ sunt ex collocutione & adiuratione sponsæ filiæ
Hierusalem. Quomodo non animent ad rogandū de pul-
chritudine ipsius, pro cuius amore sponsam languentē &
ferè exanimatā uidēt: Deprehēsus in spōsa lāguor amo-
ris, in hanc illas q̄rendi curiositatē ptraxit. Videtes eīm in
spōsa amorē esse uehementē causas & irritamenta tāti af-
fect⁹ arbitrant in spōso. Affectuose q̄runt qualis sit in spō-
so pulchritudo, de quo non p̄nt non præsumere quin ad-
mirabiliter pulcher sit: & spōsæ pulchritudinem in argu-
mentum

Cant.5. mentum assumunt pulcherrimi sponsi. C Qualis est dilectus tuus ex dilecto ô pulcherrima mulierum? Pulcherrima mulierum ecclesia est, quæ singularum animarũ pulchritudo est. Pulcherrima est in qua omnis pulchritudo est, & deformitas non inest. Demiq; & qua ex parte de ecclesia sunt, deformes non sunt. Si quibus uidetur, inesse deformitas, & si aliquib⁹ de membris eius ad horã respergitur deformis macula, non tamen imputatur dum non immoratur. Fortasse plus accipit pulchritudinis post maculam detersa, quàm deformitatis contraxit subite respersa. Bene itaq; pulcherrima & omnem pulchritudinem habens, & omni fœditate carens. Sed & multæ fideles & spirituales animæ in eo pulcherrimæ sunt, q̃ aut per sanctam conuersationem maculam non admittunt, aut per solicitam & synceram cõfessionem subinde diluunt. Pulcherrima est quodammodo, non omnes alias excellens, sed non excedẽs. Quasi excessus nõ est, ubi situs regressus est. Pulcherrima ergo est, decorem & confessionem induens, amicta lumine sicut uestimento. Pulcherrima est quæ p̃ ipsum lumen est amicta lumine per confessionem, per conuersationem existẽdo lumen ipsum. Qualis est dilectus tuus ex dilecto ô pulcherrima mulierum, qualis est dilectus tuus? Non uacat multo effectu hæc ingeminatio, nec mysterio uacat. Quòd si ita dixisset: Qualis est dilectus tuus ex dilecta, sicut dicit: Qualis est dilectus tuus ex dilecto: nemo ambigeret quin alterum referendum esset ad eam generationem quæ est ex patre, alterum ad eam quæ est ex matre. In utraq; enim mirabilis est & concupiscibilis nimis, sed ex coniunctione mirabilior multo. Naturarum duarum alterutram aut cum patre habet aut cum matre communem. Coniunctio ista propria est. Ibi personalis eius proprietas communiter consideratur in istis, quia integraliter cõficitur ex istis. Constat enim ex duabus naturis, sed nihilominus constat in duabus illis. ex coniunctis cõstat, & in singulis constat. Ex coniunctis & non in singulis constat proprietatis eius integritas, per quam simul distat & à patre & à matre. Non enim ab alterutro sed in copulatis distat ab utroq; & quolibet qui non est ipse. In singulis & in copulatis consistit naturalis eius essentialitas ſm quid: & simpliciter & per se deus est sicut & pater: & simpliciter & per se homo sicut & mater. Non est ex parte & ſm quid deus, ex parte & ſm qd homo. Ideo totus dictus est deus, & totus dictus est homo. Non totum quod ipsum est, sed quod ipse totus, nec quasi in omni parte sit deus, & in omni parte homo, sed quia non est pro parte deus, & pro parte homo. D Quod ergo dicitur totus deus, & totus homo, magis partes excludit quàm colligit, essentialem simplicitatem in utraq; natura inducens, non q̃ utraque

Philip.2. essentia simplex sit, sed q̃ ipse simpliciter est utraque. Propter quod & habitu inuentus dictus est ut homo, quia cũ non sit connaturalis diuinitati humanitas, per susceptionem tamen in persona Iesu quasi habitu quodam est uestiens & cooperiẽs eam. Non est diuinæ naturæ humana natura connaturalis, sed tantum personæ ipsius Iesu quæ humanæ naturæ propria sunt naturaliter insunt. Sic est in natura hominis q̃ naturaliter est homo, uerus homo, & uerè homo. Verus homo propter ueritatem animæ & humanæ carnis. Verè homo, quia uerè constans ex anima humana & carne, ex ueris constans & uerè constans, non tantum uera habens, & uerè habens partes humanitatis, sed uerè etiam existens ex ipsis. Naturales habens, & naturaliter habens sicut naturaliter deus, ergo & generaliter, & non tantum habitu homo. Iure ergo sicut in ueritate diuinæ dicit extare naturæ Iesus, sed & in ueritate humanæ naturæ creditur, utrasq; naturas habens, & naturaliter. Ideo filiæ Hierusalem distincte quærũt qualis sit ſm utranq; partem, de generatione ipsius optantes & naturam doceri. Qualis est dilectus tuus? In natiuitate diuina est dilectus ex dilecto, in natiuitate hũana factus est dilectus ex dilecta: nisi q̃ non tam est ipse dilectus ex matre, quàm ipsa est effecta dilecta per ipsum. Totum habet quod habet dilectus ex dilecto, sed non totum à dilecta, magis autem totum habet quod habet ipsa ab ipso. Ideo cum primum rogant filiæ Hierusalẽ, Qualis est dilectus tuus ex dilecto, nõ similiter adiungunt qualis est dilectus tuus ex dilecta, sed simpliciter qualis est dilectus tuus. q̃ ibi supra capacitatis suæ uires uota porrigunt, corrigunt incõtinenti ad humaniorem quandam & magis modestam se conuertentes. E Possumus autem utroq; sensu hoc intelligere, ut aut interrogatio propter geminam in Iesu naturam accipiatur congeminata, aut illa prior quasi incapabilis hac sequenti sit reuocata, ac si dicant: Qualis est dilectus tuus ex dilecto, ô pulcherrima mulierum? Huius te fidei ueritas quam tenes de generatiõe dilecti de dilecto, inter omnes omnium professores sectarum te pulcherrimam facit. Ista fides te mundat, ista uenustat, qua dilectum tuum dilecto ex quo est æqualẽ defendis. Talis est qualis ipse à quo est. Mira æqualitas, & mira qualitas. Equalitas illa identitatem ualet, qualitas substantialitatem. Si essent duæ naturæ, utraque summa, una in patre, in filio alia: esset quidem æqualitas, non esset identitas, sed æqualem sibi aliam diuina natura non admittit. Vna numero in utroq; est qualitas, & substantialis qualitas, imo substãtiæ qualitas. ideo filium qualis est pater talem esse, est & ipsum quod pater est esse. qualis pater est, talis & filius: & ipsa qualitas est uterq;. consubstantialis est illi, & eadem est cum illo substãtia. Substantia non tantum subsistere cõferens, sed & ipsa subsistens, uiuens, potens, intelligens. Talem prædicas dilectum tuum ex dilecto, talem diffinis. F Si fieri potest huius fidei nobis ratiõe edissere, & sufficit nobis. Ostende nobis patrẽ, & sufficit nobis. Quomodo scimus qualis est dilectus tuus ex dilecto, si non edoces qualis est dilectus ex quo est? Sed non est hoc aut huius temporis, aut huius capacitatis nostræ: sed sufficit credere quia talis est qualis est pater. Quamuis non sufficimus comprehendere quæ illa qualitas est, doce qualis ſm humanitatem est ſm quam dilectus est ex dilecta. Doce & dic qualis est dilectus tuus. Delectat nos de ipso iam audita reaudire. Replica nobis quæ de dilecto tuo uel credi debent, uel capi ualent. Vtraq; audita nos uehementer delectant: & quæ incapabilia nobis sunt, nos tamen capiunt illa. eo ipso admirationis & amoris æstu capti sumus, qui te sic captam, sic arreptam, sic æstuantẽ uidemus. O qualis est ô quàm amabilis est dilectus tuus, cuius in te semp amor capit augmenta, qui tibi fit semper de dilecto dilectus, imo de dilectissimo semper dilectior, cuius te facit amor pulchram, expectãtia auidam, auiditas anxiam. Anxiũ est enim & affectus uotiui q̃ sic adiuras nos. Qualis est dilectus tuus ex dilecto, quoniam sic adiurasti nos? Quàm pulcher est qui in te fœdum nihil esse sustinet, ideoq; pulcherrimam efficit mulierum. Quàm amabilis & gratiosus sine quo nec ad horã esse sustines, propter quem sic adiurasti nos. Rogo uos filiæ Hierusalem (huius terrestris Hierusalem) cur nõ has ad ecclesiã interrogationes ingeminatis? Cur hãc utrãq; natiuitatem in Christo quam detrectatis cõmendare, dissimulatis addiscere? Cur uos non sentitis adiuratas ab ecclesia, prolatis contra uos scripturæ uestræ cum fide testimoniis, collatis in fide spirituum gratiis, perlatis pro fide passionum martyriis? Cur non uos quasi adiuratas sentitis ab ecclesia aptioribus quas frequẽtat ceremoniis, actioribus quas tractat sententiis, altioribus quæ expectat præmiis, arctioribus quibus se instituit uotis? Disciplina restrictior, doctrina instructior, expeditior ritus, eminentior uirtus tibi poterat zelum generare, prouocare affectum, & ad mouendam æmulationem adiurationis habere uim. Sed ueniet tempus (nondum est enim) cum cõuersis uobis ad dominum, auferetur ignorantiæ & dissimulationis uelamen. tũc quasi sensibiles effectæ, accepto domini spiritu, adiurationum istarum sentietis uirtutem. tunc in sanctam expergefactæ curiositatem, auidas interrogationes frequentabitis, dicendo. Qualis est dilectus tuus ex dilecto, ô pulcherrima mulierum? qualis est dilectus

tuus,quoniam sic adiurasti nos? Iudæorum(fratres mei) nondum tempus aduenit,nostrum autem semper paratū est. G Ideo omissis friuolis & fraudulentis sermonib⁹, huiusmodi admirationum uel interrogationum cōmercia celebremus in conuentibus nostris. Vtinam uos tales sitis filiæ quæ talia dogmata desideretis audire,utinam & ego talis sim sponsa à qua ualeatis parate talia petere. O beata uerè mater quæ sibi dici audire meretur. O pulcherrima mulierum. Beata planè si pulchritudinem tantam integram seruet. Candidiores(inquit)nazarei eius niue,nitidiores lacte,rubicundiores ebore antiquo,saphiro pulchriores. Denigrata est super carbones facies corū. Magna certè collaudatio,sed maior uituperatio. Candor niuis,lactis nitor,rubor eboris,puritas & pulchritudo Saphiri,carbonis obducuntur nigredine. Denigrata est super carbones facies eorum, & nō sunt cogniti in platéis, Non sunt utiq; pro nazareis cogniti iam in platéis. Silebo de alijs:ordinis nostri cernite uiros, quàm admirabile erat nomen eorum in uniuersa terra. In uicis quando uix erant uisi in platéis,statim cogniti p sanctitatis signo erāt in eis. Nunc autem nullo religionis discrimine,nullo priuilegio conuersationis,aut nullo aut prætenui dictincti & signati sunt à cæteris. Ideo non sunt cogniti quasi nazarei in platéis. Frequentia platéarum dedecorat nazareos,& peregrinam speciem inducit. Mutatus est color optimus,dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omniū platéarum:ideo non sunt agniti in platéis. Non agnoscitur in eis natiuus candor,non nitor,non rubor,non pulchritudo. Quid enim ista significent? pulchritudinem magnam depingunt:ideo non sunt cogniti in platéis. Hi nazareorū colores sunt,hi etiam sponsæ & sponsi sunt. Nam & sponsa hoc in loco loquitur & dicit. Dilectus meus candidus & rubicundus. Talis est nazareus noster: & cui assimilatur nazareorum color,assimilatur & sponsæ color. Illa enim nazarea est,domino se Iesu nazareo deuouens & desponsans. quam cum talem inuenerimus, collaudemus pulchritudinem eius,consulamus peritiam. Qualis est dilectus tuus ex dilecto ô pulcherrima mulierum? qualis est dilectus tuus,quoniam sic adiurasti nos? Sed iam dilecti sui laudes retexat domini Iesu: qui uiuit & regnat per omnia secula seculorum. Amen.

Treñ.4.

Ibidem.

¶*Sermo.* XLVIII. A

Canti.5.

DIlectus meus candidus & rubicundus, electus ex milibus. Studium dilectum intermittit ad tēpus,sed ad tempus modicum ut filias instruat: delectabilia necessarijs interrumpit: nec tamen sine dilectione est q̄ sponsi memoriter recenset præconia. Dulces enim faucibus sponsæ laudes sunt sponsi. Pia mater & sponsa prudens filias informat,cōmendat dilectum. Iure prudens,tam parata & tam profusa habens quæ cloquatur de sponso. Diligenter illi singula ipsius & notata sunt & recogitata sunt quæ tam in promptu sunt. Trahūt singula affectum eius quæ memoriæ tenaciter hærent. Color,caput,comæ,oculi,genæ, labia,manus, uenter,crura, pes,guttur,omnia hæc figurate describūtur in laude spōsi. Et quasi in clausula & breui capitulo totum concludēs. Totus (inquit) desiderabilis:ut quæ in his amoris sui parata alimēta esse doceat. Talis est ait dilectus meus, & ipse est amicus meus. Videte in his omnibus doctrinam sponsæ,uidete deuotionem, uidete diligentiam uel quærendo dilectum,uel instruēdo filias,uel recolendo laudes ipsius. Obnixe adiurat,parate respondet, figurat ornate, distincte partitur,succincte pertransit, summatim stringit & nescio an sufficienter exprimit. Scio quidem q̄ affectuose cōcludit. Talis est dilectus me⁹,& ipse est amicus meus. Laudum istarū magnus ambitus, & magnus planè amor laudantis. Iam singulos laudis huius articulos reuoluamus. Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex milibus. Singularis mixtura est colorum qui in sola persona domini operatione diuina conuenerunt in unum, nec ut sint unus sed ut sint in uno. B O gratiosus sponsus & amabilis ualde,in quo generatio diuina candet, & rubet humana. Ipse est enim candor lucis æternæ. Ipse etsi non ex sanguinibus,neq; ex uoluntate carnis, neq; ex uoluntate uiri:de sanguine tamen matris natus est, & nihil in eo ruboris illius,de quo ait Esaias: Si fuerint peccata uestra rubra sicut uermiculus,uelut lana alba erunt. Non sibi cō ueniunt,nō se patiuntur lanæ albedo,& rubor uermiculi. Alius est quidā rubor qui inuenitur simul cum candore in uestimento Iesu. Quare (inquit Esaias) rubrum est uestimentum tuum? Vestimētum domini Iesu natura uirgineæ generationis, candens munditia & innocentia sanctitatis,multo decentius colore passionis uoluntariæ in credentium rubet affectibus. Qualis rubor qui dealbādi nō caret effectu? Lauerunt (inquit) stolas suas & candidas fecerunt in sanguine agni. Rubor hic in Iesu meo candorem inuenit,non fecit:in nobis facit, non inuenit. Rubor hic cruentæ natiuitatis & propriæ iniquitatis super inductus colore,ruborem eius in candorem conuertit,fide corda mundans. Iustificati enim sumus per fidem in sanguine Iesu. Bene tibi rubet pro te cruor effusus, si in animo tuo uicissitudinis accendit affectum. Bene tibi rubet si tibi rutilat in effuso sanguine pro te nimia charitas dei. Sic enim dilexit spōsam suam Iesus, ut lauaret eam in sanguine suo. Flammea est charitas,hæc mihi dominum Iesum rubicundum facit. In eo mihi & ueritas candet: & rubet charitas. Dilectus (inquit) meus candidus & rubicundus. Quidni candidus? Ipse lux est, & in eo tenebræ non sunt ullæ. Quidni rubicundus? Deus enim ignis est, & ipse ignem uenit mittere in terram. Si tibi ministrat intelligentiæ lucem,candidus est. sed si non animum accēdit ad amorem, non eum sentis rubicundum. In seipso utrunq; est,sed tibi non est nisi cum eorum in te sentis effectum. Si sponsa es æmulare mixturam gemini coloris huius à sponso tuo, ut similiter candida & rubicunda sis,id est syncera & succensa. Nam ipse sicut serenandi ita & succendendi uim habet. Qui approximat igni.

Canti.5.

¶Explicīunt sermones Gilleberti
super cantica canticorum.

ANno uerbi incarnati Millesimo centesimo.xiij. ad honorem & decus totius ecclesiæ sanctæ dei beatissimus pater noster Bernardus, annos natus circiter uigintiduos ingressus est Cistercium cum sociis amplius quàm triginta sub abbate stephano, A cōstitutiōe eiusdē ordinis anno.xv. Anno aūt domini. M.cxv. fuit ordinatus abbas clareuallis. Erat autē Clareuallis loc⁹ in territorio Lingonēsi, antiqua spelunca latronū. & antiquitus dicebatur uallis absinthialis, ubi abbas baptizauit triginta octo annis. Obijt autem anno domini Millesimo cētesimo quinquagesimotertio. xiij. kal. septēbris expletis uitæ suæ annis sexaginta trib⁹. Fecit qdē in uita sua centum sexaginta monasteria, & dimisit in Clareualle septingentos fratres domino famulantes.

Esaiæ.1.

Esaiæ.63.

Apoc.7.

¶Origo quorundam ordinum.

¶Ordo sancti Bñdicti incepit circa annos dñi.ccccccxxxj.
¶Cluniacen. Dcccxñ.
¶Cartusien. Mlxxxiiij.
¶Cistercien. Mxcviij.
¶Templariorum. Mxcviij. Qui postmodum fuerunt destructi uel deleti. Mcccx.
¶Præmonstraten. M.cxx.
¶Ioannitarum,id est Hierosolymitarum. Mcxl.
¶Ordo trinitatis. Mcxcvj.
¶Prædicatorum. Mcc.
¶Minorum. Mccx.
¶Carmelitarum. Mccxx.
¶Augustinorum. Mccl.

¶Deo gratias.

TABVLA SVPER SER. monem Gilleberti super Cantica canticorum.

¶De litera. A.

ABsconde eleemosynam in sinu pauperis: & ipsa orabit pro te ad dominum, exponitur sermone.x.A.
Adiuro uos &c.exponitur.xiij.A.xlvj.A.
Adducet dominus uentū de deserto urentem, & deficcabit uenas mortis, exponitur.xv.C.
Amor ipse de quiete inquietior redditur.ij.E.
Amor humanum animum deo conciliat & unit.xj.A.
Amor commendatur.xix.per totum.
Amor proximi compassionem habet, & quendam nimis suauem gustum.xix.F.
Amor in auribus dñi solus obstrepens, corporalium strepitus dedignatur uerborum.xxiij.C.
Amor uehemens patientis simul afficit & carnem & mentem.xlvj.C.
Amanti quàm durum est animum dimidiare cum Xpo & mundo.xj.A.
Amantium zelus impatiens quid habeat.xlij.A.
Amici quare aliqui dicantur, & quare charissimi.xlj.G.
Angeli custodes & curatores nostri sunt.vij.E.
Angelico exemplo humilem & attentum præbeamus auditum alieno sermoni.xxj.B.
Angelus in annūciatione, angelo in natiuitate &c.xxj.B.
Annunciatio precationis tenet effectum.xlvj.C.
Animus quanto fuerit expeditior, tanto quidem impensior erit in illud quod amat.j.C.
Antidotum efficax ad mitigandum omnem mentis desolationem est spes resurrectionis futuræ.xxxij.D.
Aperi sibi p cōtēplationē diuinitas petit à nobis.xliij.A.
Apertio sponsi est apparitio eius.xliij.A.
Apertio sponsæ est apparatus eius.xliij.A.
Aperire non posset sponsa nisi prius dilectus inspirationis manum occultam apponeret.xliij.C.
Apostolorum commendatio.xxxiiij.F.
Aquæ uiuæ sunt aquæ non deficientes.xxxvij.G.
Aquilo significat aduersitates & aduersam fortunā.xxxviij.& xxxix.quasi per totum.
Arbitrium ubi est, semp liberum est, non tamen liberum ad omnia.xxxix.B.
Argentum quid significet.xvij.B.
Aroma mihi uidetur offerre qui orat & optat.xxxij.G.
Aroma bonū, ppositū sctū, & cōscientia pura.xxxvij.F.
Ascendet deus super nubem leuem &c.exponitur.xv.C.
Ascensiones disposuit in corde suo, exponitur.xx.A.
Aurum quid significet.xvij.B.
Auster significat felicitatē & securitatē terrenam. xxxvij. & xxxix.quasi per totum.

¶De litera.B.

BAlsamum olere quis dicatur.xvij.F.
Bene ungitur & bene redolet qui diligit bona coram deo &c.xxxiij.B.
Bonum opus uel quærere Iesum uel tenere, sed opportunitas & loci & tpis huic adhibēda est opi.j.B.
Bona iustitia quæ dicatur, & quæ melior.xij.B.
Bonus odor fama bona, bonus odor cōscia bona.xvij.D.
Bona intentio pura, quam uiuidam reddit & uelut animatam feruida & dulcis affectio.xxix.C.
Bona unguenta impassibilitas & patientia.xxxij.D.
Bonū unguētū & bonus odor spiritualis in dño exultatio, & modesta exhibitio lætitia & notitia.xxxij.B.
Bona uestimenta bona sunt opera.xxxiiij.D.
Bonus sopor mentis excessus & alienatio ab affectib⁹ carnis & à sensibus corporis.xiiij.D.xlij.A.

¶De litera. C.

CAmmus Christus dicitur.xv.A.
Chaos magnum firmatum est inter animam, & dei naturam.viij.E.
Cantate deo canticū nouū &c.exponit.iiij.F.
Capacē esse summi boni, ipsum habere, & esse ipsum, hæc tria distincta sunt.viij.F.
Capilli tui sicut grex caprarum &c.exponitur.xxiij.quasi per totum.
Capreæ & cerui qui dicantur.xiij.A.B.
Charitas commendatur.xix.per totum.
Charitas speciale quoddam est insigne discipulatus Christi & doctrinæ eius singulare indicium.xix.F.
Charitati innata est solicitudo quædam, prudentia quædam &c.xxvj.F.
Charitas ipsa nouit tentamenti occasiones, & cū opus est fugere, & ubi fugiēdi nō est copia, fortiter ferre.xxvj.F.
Charitas radix est, & quasi rami uirtutes cæteræ de illa pullulant.xxxij.F.
Charitas sit tibi custodia flammea.xxxv.B.
Charitas ordinata quando dicatur.xlj.G.
Charissimus quis dicatur.xlj.G.
Carnis nomen in bono alicubi accipitur.j.G.
Caro uoluntarijs afflicta disciplinis nonne deum ad propiciationē flectere nititur.xxxiiij.E.
Castitas commendatur.xvij.A.
Castitatis Christi, Mariæ, & aliorum differentia.xl.F.
Cedrus, libanus, myrrha, aloe, quatuor uirtutes cardinales interpretantur.xxxvj.G.
Circuitus quidam spirituales declarantur.iij.A.
Ciuitas dei dici potest non inconuenienter uniuersitas creaturæ.iij.C.
Cogitationes antiquas qui nesciunt habere.xij.A.
Cognatio praua quam contagio sequitur.xliij.B.
Collis thuris quis dicatur.xxvij.C.D.
Colli nomine quid accipiatur.xxvj.A.xxx.C.
Colloquia tua, conuersatio cōis, gratiam spirēt.xxxvj.E.
Comedite amici & bibite, & inebriamini charissimi, exponitur.xlj.F.
Cōmēdatio cuiusdā abbatis mortui Riuallis.xlj.D.E.F.
Compassio interna & compositio quædam disciplinæ & doctrinæ necessariæ sunt doctoribus.xxvij.A.
Concupiscentia cum sola est, satis inardescit, exterior uero materia si accedit insanit.xxvj.B.
Conscientia bona nil tutius.j.F.
Conscientia cuiusq; habet quandā ppriā facem.xxv.C.
Consultatio quidē utilis, & frequenter quod non confert eorum qui cōsuluntur eruditio, cōsulentis meretur humilitas.vij.A.
Contemplatio iucunda in cælesti familia.vij.E.
Contemplatio sola non excidet in futuro, ideo hanc partem tibi elige in præsenti.xj.B.
Contemplationis gratia compassionem non euacuat sed informat mentis excessus.xiiij.C.
Contemplatio passionis Christi.xx.C.D.xxj.per totum.
Contemplatio sapientiæ æterna refectio est.xxiij.G.
Contemplationis locus pulcherrimus ubi sit.xxvij.F.
Contemplandi de deo triplex modus.xlij.D.
Contritio bona quæ dicatur.xv.G.
Cor impij est turbulentum & tabidum, lutosum, & secum semper colluctans.ij.B.
Cor Christi quis dicatur.xxj.F.
Corda libera & à rei familiaris cura magis profluunt in contemplatione & charitate dei.xxxix.A.
Cornelij centurionis commendatio.xxxiiij.F.
Corona nobis est incarnatio.xx.E.
Coronatur ille per tribulationis tolerantiam, qui mitis qui mansuetus &c.xxix.D.
De corpore Christi uide.vij.F.
Cum pertransissem illos &c.exponitur.vij.B.C.

Universidad de Deusto Biblioteca

Cumulata plane materies præmiorum inter totius puri-
tatis merita, passionibus uarijs atteritur.xxix.D.
Cura frequēs mūdi, insensibilē penè reddit affectum.j.C.
Cura animarum & administrandæ necessitatis solicitudo
graue & onerosum satis est pallium.xlv.F.
Custodes pigri & male fideles quid faciant.vj.B.
Custos qualis esse debeat.vj.C.
Custodes ciuitatis doctores sancti quando dicantur ho-
minem inuenire.xlv.B.

¶De litera.D.

DElicta antiqua non possent nouis deseruire sa-
cramētis nisi occulta ratiōe diuina intus ope
rante prouidentia.iiij.D.
Dētes tui quasi grex detōsarū, exponit.xxiij.F.
Dentes ecclesiæ qui dicantur.xxiij.F.xxiiij.A.
Desertum quid significet.xv.B.C.
Dispensatio ecclesiæ dicitur participatio spiritus.xx.G.
Detrahentes professionibus & ordinibus reprehendun-
tur.v.D.xxv.D.xlvj.B.
Detractio rapacitatis genus est.xix.E.
Deus est ubiq; per essentiam, sed non æqualiter in singulis
per efficientiam.iij.D.
Diadema quid significet.xx.D.E.
Diem hominis non concupiui, exponitur.j.
Dignatio hæc ipsa qua deus uoluit incarnari, quendam
uidetur attulisse decorē dignitati maiestatis.xxj.B.C.
Diligam te bone Iesu diligam te uirtus mea &c.xix.H.
Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo &c. ex-
ponitur.xxix.C.
Dilectio maior est omnibus sacrificijs & holocaustomati-
bus.xxij.E.
Dilectioni commodæ assignatur conclusio, & bonus est
dilectio murus.xxxv.B.
Dilectus me⁹ candid⁹ & rubicūdus &c. exponit.xlviij.A.
Discipuli carpentes opa prælatorū reprehēdunt.xxiij.A.
Diuina natura incōuertibilis & incōmutabilis est.viij.B.
Doctores sacri uarios animor⁹ inuestigāt affectus.xlv.B.
Dormire quis dicatur spiritualiter.xlij.A.
Dulce satis est te bone Iesu quærere, dulcius tenere.j.B.
Dulcedo simulata & dulcedo exigua linguæ quæ sit.xxx-
iij.C.
Duo ubera tua sicut duo hinuli &c. expōit.xxvj.&.xxvij.

¶De litera.E.

ECclesia utrāq; naturam, id est humanam & diui
nam integram fatetur in Christo.viij.A.
Ecclesiæ primitiuæ persecutio & cōstātia.xij.
A.B.xlj.A.
Ecclesia desponsata est Xpo in fide.xx.G.
Ecclesiæ corpus plenum est oculis ante & retro.xxij.A.
Ecclesia sponsa Christi remittit, permittit, promittit, præ-
mittit.xxxiiij.B.
Ecclesia dicitur pulcherrima mulierū, quare hoc.xlvij.E.
Ego dormio & cor meum uigilat, exponitur.xlij.A.
Elecmosynæ uocabulo non incongrue cēsentur uniuersa
quæ indigentibus misericorditer impenduntur.x.A.
Eloquentiæ tuæ signum nunquā euidentius dabis quàm
si humilem materiam exequeris ornate.xxvij.B.
Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum, exposi-
tur.xxxv.E.F.G.
Euangelice ex toto loquere qui ut euāgelicus es.xvj.E.
Exclamatio temporum nostrorum. O misera hæc tempo-
ra nostra &c.xiij.C.
Exclamatio montis spūalis. O beatū mōtē &c.xxviij.C.
Exclamatio uerbi dei. O mira uis uerbi &c.xliij.H.
Exclamatio charitatis. O potēs & præpotens passio cha-
ritatis &c.xlvj.D.
Exhortatio fratrum.xxij.F.
Exhortatio pœnitentium.xlv.C.
Exhortatio curam animarū habentum & administrandæ
necessitatis solicitudinem ex officio.xlv.H.

¶De litera.F.

FAma bona odor bonus.xvij.D.
Fau⁹ distillās labia tua &c. exponit.xxxiiij.A.
Felix anima quæ bono contemplationis frue-
ris.xj.B.
Felix qui satis lectulum cordis &c.xx.A.
Ferculū sibi fecit rex Salomon &c. exponit.xvij.p totum.
Fides Christi iudæorum traditiones & dogmata philoso
phorum arida fecit.v.B.
Fides utroscp populos æque nobilitat, uidelicet iudæos
& gentes, sed iudæus aliter reputat.xxvij.C.
Fidelis aia omnia replicat & recenset in laudem dei.iiij.E.
Fidelium conuersatio gemina est.v.C.
De filio prodigo.iij.D.xxxiij.E.F.
Fons signatus quid sit.xxxv.C.D.
Fons sapientiæ bonus omnino, sed adhuc sub signaculo
nobis emanat.xxxv.D.
Fons signatus & fons patens differunt.xxxv.D.
Fons ortorum, & puteus aquarum uiuentium &c. expo-
nitur.xxxvij.per totum.
Fontis & putei differentia.xxxvij.C.
Formosus in stola sua cur Christus dicatur.vij.E.
Fortitudo bona quæ dicatur.xiiij.B.
Fortes Israel qui dicantur, & qui male fortes.xvj.D.
Foueam quasi fodit qui terreni sensus acumine scripturæ
soliditatem penetrat &c.xxxvij.F.
In fræneticis non minuitur innata rationalitas, sed in sic
affectis nullus eius motus existere ualet.xxxix.C.
Frigidæ & feruidæ orationis differentia.xv.F.
Fugitiui religiosi notantur.xxxvij.I.

¶De litera.G.

GEmitus tuus dulcis quem genuit amor.xxv.A.
Gemelli duo hinnuli capreæ dicūtur iudæi &
græci siue gentes.xxvij.C.
Genæ ipsæ uocis usum habent, & otis aut sup-
plent officium aut amplius exornant.xxv.A.
Gladium spiritus (quod est uerbum dei) habentes & nō
sm illud operantes reprehenduntur.xvj.D.
Gloriosi qui uere dicantur.iiij.C.
Gloriari nemo debet nemo debet castū se habere cor aut
alias uirtutes.xxv.C.
Gillebertus orat pro religioso qui censetur mortuus quā
do est uel tædij uel desperationis mole obrutus.xvj.H.
Gillebertus plangit & lamentatur uirginē quandam cor-
ruptam.xl.B.C.D.
Gillebertus plangit & lamentatur abbatem quendā mor
tuum clareuallis.xlj.D.E.F.
Gillebertus plangit & lamētatur cp cura animarū ex offi-
cio ipsi incumbebat, & administrandæ necessitatis soli-
citudo.xlv.F.
Gratias tibi domine Iesu Christe cp nobis salutis occasio
nes paras.v.C.

¶De litera.H.

HAereticj notantur.xxxvj.F.xlij.E.
Horret Xps magis asperitatē morum, linguæ
stimulos quàm aculeos spinarum.xx.F.
Homo spiritualis sit quasi aquila.xij.A.
Hostis carne nostra quasi castro utens regiones spiritus
de uicino infestat.xvj.C.
Humiliabam in ieiunio animam meam, & oratio mea in
sinu meo conuertetur, exponitur.xxxiiij.D.
Humilitas nec contra iniuriantes tumet, nec supra con-
sortes se

Universidad de Deusto Biblioteca

sortes se tendit.xxxvj.B.
Humilitas perfecta de meritis semper alienis præsumit. xlvj.A.

¶De litera.I.

IAcula sublimia exhortationis non sunt passim fundēda,nec in omni multitudine&c.xlv.D.
Iesu bone quid est q alicubi non inueniris qui ubiq; crederis &c.iij. C.D.
Iesus quando ad te ingrediatur,& quando tu ad illum ingrediaris.xliij.C.
Ignis Iesu ignis bonus est.xv.E.
Ignorantiæ tuæ nox serenam tibi uisionem adimit secretorum cælestium.j.C.
Impassibilitatis & patientiæ differentia.xxxij.D.
Impetus multiplex notatur.xxxvij.H.
Incarnatio nobis corona est. xx.E.
Increpatorius doctoris sermo si quosdā specialiter tāgere uidetur,non ad odij fomitem illud inuertat. xlj.C.
Iniquitas & inæqualitas multa est,ad trāsitoria intensum impendere animum,ad æterna remissum. xlv.H.
Inuenire illa quæ sursum sunt bona,est quodā dulcedinis & experientiæ gustu persentire illa.iij.E.
Inuidia quid faciat de alienis bonis.xix.D.E.
In inuidam animam nō potest intrare æstimatio bona de bonis alienis.xix.E.
Inuitationes mutuæ sponsi & spōsæ habent.xl.per totū.
Ionathas columbæ est donū,illum significās qui spiritualis gratiæ est plenus.xix.C.
Iudæi & philosophi carpuntur.v.B.C.xlij.C.D.xlvij.F.
Iudæus in cōi clemētia sura sibi priuata deposcit.xxvij.E.
Iuga boum emi quinq;,exponitur.xxvj.B.
Iustissimus, potentissimus, prudentissimus moderator quid operetur.iij.C.

¶De litera.L.

LAbia spūalia & interiora quæ dicant.xxiij.D.
Lac quasi uidet oīs doctrina, oīs affectus pius animo illapsus dulciter.xxvij.E.
Lamentatio aiæ deum quærentis & non inuenientis.ij.A.B.
Lamētatio Gilleberti cōtra fratres malignātes.xiiij.F.G.
Lamētatio Gilleberti ,ppter aduersitates & aduersam fortunam.xxxvij.quasi per totum.
Lamētatio gilleberti ,p uirgie quadā corrupta.xl.B.C.D.
Lamētatio Gilleberti pro abbate quodā mortuo clarcualis.xlj.D.E.F.
Languor amantis est affectio quædam de absente dilecto amantem conficiens.xlvj.C.
Languores tres enumerantur.xlvj.E.
Latitudinem sui cordis aliqui exponunt seculari prudentiæ,& isti reprehenduntur.v.G.
Laudes orti cōclusi in tribus absoluit scriptura. xxxv.C.
Laurentij martyris commendatio.xl.G.
Lectio debet orationi seruire,præparare affectū,nō horas præripere,nec succidere moras.vij.B.
In lectulo meo quæsiui per noctes quem diligit aia mea, exponitur sermone primo & secundo.
Lectulus bonus dicitur conscientiæ quies & munditia.ij. B.xij.A.xvj.I.
In lectulis magnū & multiplex mysteriū reperies. xvj.G.
Leuitas innata tibi,uicina est lapsui.xiij.A.
Libano in scripturis legitur comparata uirginitas. xvij. E.xviij.A.
Libertas duplex describitur.xxxix.C.
Libertas triplex describitur.xxxix.D.
Lilium & lilia qui,& quæ dicantur.xxvij.D.
Lingua praua quid requirat.xxiiij.E.
Lingua & labia ac si quidam argenteus canalis sunt &c. xxxiiij.C.
Liuor dum priuatam semper excellentiam cogitat, alienam obscurat.xix.E.
Locus proprius & domesticus matris ecclesiæ est contemplatio.xj.B.

¶De litera.M.

MAgna uis amoris alieno non nititur suffragio propriis contenta meritis.j.F.
Magna uis amoris quem nec infirmitas necad uersitas cōpescit,nec illa innata, nec ista illata.ij.D.
Magna & uiolenta est uis charitatis.xxx.A.
Magnus plane est(si quis est)qui sicut nūquā titubat in fide,ita passionibus animi nullis turbetur. xij.E.
Magna eloquentiæ laus est,causam quam susceperis apte exequi &c.xxvij.B.
Magnus mons Paulus dicitur.xxvij.F.
Mala punica significant uerecūdiā. Potest & in malis punicis martyrum intelligi patientia,& regulares conuentus.xxxv.E.F.G.
Malignatur in sancto qui malignat in bono, siue in suo, siue in alieno.xxij.C.
Mammæ duæ sunt maternæ pietatis spūales.xxxj.B.
Mariæ uirginis uterus dicitur desertum propter incorruptionem.xv.C.
Mariæ magdalenæ commendatio. xxxij.G.xxxiij.D.
Martyrum commendatio.xxij. D.E.xlv.G.
Mediator quidam inter deum & homines qualiter se habere debet.xxvj.G.
Mens secura & libera iure lectulus dicitur.ij.B.
Mentis excessus bonus est sopor.xiiij. D.xlij.A.
Myrrha quid significet .xv.F.xl.F.
Misericordiā quā debes ex loco,ex animo solue.xxxij.E.
Molesta amanti dilatio,sed solēt protracta desideria amplius crescere.vj.A.
Molestus stimulus,sed tamen uexatio præstat humilitatē profectui. xv.I.
Molesta est utraq; affectio & nō dulcescere quod elegeris, & sentire quod oderis,molestum utrūq; &c. xxxvij.F.
Monachorum est nō colloquium,sed silentium &c.vij.B.
Monachi reprehēduntur q mūdo se studiose conformāt. xij.E.
Mons myrrhæ quis dicatur. xxvij.C.
Mortuus est qui uel tædij uel desperationis mole obruitur &c. xvj.H.
Mors bona quæ dicatur. xxvj.C.
Motus intentionis prauæ & à deo habet q motus est, & ab ipso non habet q prauus est.iij.C.
Multos uidemus & dolemus tam insperato cessisse quàm subito erupisse.xv. D.
Mūditia meret notitiam,nō hanc literatoriā tantum, sed quādā dulcē & intimā,& ipsi? aiæ medullis infusam.v.H.

¶De litera.N.

NArdus uel in nardo intelligitur mentis quies. xxxvj.D.
De natura diuina & hūana Christi. xl.H.xlvij. C.xlviij.B.
Nemo alij in gratia quocūq; in gradu fuerit, aut participium,aut paritatem inuideat.xxvij.C.
Nil bona tutius conscientia.j.F.
Nobilitate seculi nō debem? chari deo reputari.xviij.E.
Nomen Iesu ubiq; uenerabile est,& utinam quod uox sonat,uita depromat.v.H.
Non facile est uirtutē cuiusq; ex indicijs diffinire. xxij.D.
Nouatianus hæreticus reprehenditur.xxxj.D.
Nouissima tuba quid sit.xviij.D.
Nouum canticum quare dicatur.iiij.F.

Universidad de Deusto Biblioteca

Nox quædam bona dícitur.j.D.F.
Nubes cæli dícitur ſponſa.xxix.A.

¶De lítera.O.

OBſeruantíarũ duritía & petra díſcíplínæ frequẽter largos effundít ríuos olei &c.xxvj.E.
Ocium líberum & írrígatío crebra ſanctæ meditatíonís multũ cooperanť ut læta prodeãt germína ſapientíæ.v.G.
Ocío líbero non omnes ríte & íure debíto fruuntur.xij.A.xlv.H.
Oculus turbatus uel íra uel cura quomodo lucem íllam ínacceſſam íntuebítur.j.B.
Oculus íntentíonís ſímplex íllustrat unıuerſum corpus operatíonís.xxij.B.
Oculus quando tenebroſus, quando lucídus, quãdo calígans dícatur.xxij.B.
Oculí tuí columbarum.exponítur.xxij.per totum.
Oculí eccleſíæ quí ſínt.xxiij.A.xxx.D.
Odor míſerícordíæ & remíſſíonís ſuauíus fragrat ín eccleſía.xxxíj.D.
Odor quíd ſít.xxxíj.I.
Omnía deum míhí monſtrant ad cognítíonem, ſed non omnía me mouere poſſunt íntus ad deuotíonem.íij.D.
Omnes gemellís fœtíbus, & ſterílís non eſt ín eís, exponítur.xxiíj.B.
Opera ſequuntur ſpírítũ ſícut calor ígnẽ, umbra corpus, lux ſolem, effectus cauſam.xj.C.
Opera patíentía & publíca, oſtentatíonem & ínanem ſactantíam redolent.xxíij.D.
Operatío tríſtís & ſpírítualís gaudíj carens írrígatíone, uícína ſterílítatí uídetur.xxxv.D.
Opus ípſum obliuíſcíť opus ſe eſſe dum amorís pínguedíne totum ínſícítur.xxxvj.B.
Opera exteríoris ſolícítudínís & uſus contemplatíonís confící ſímul non poſſunt.xxxvj.C.
Optíma pars cõtemplatíonís & dílectíonís eſt uſus.x.B.
Oratío pertínax pertíngít ad fínem.vj.A.
Orantís Xpí ſpecíes facta eſt altera, exponítur.xv.A.
Oratío quæ ſuccenſa non fuerít, neſcít ítínere directo ad deum íre.xv.F.
Oratíonís uſus anímum reddít mundum & candídum.xxvíj.E.
Oratío ín ſínu conuertítur quæ celerem precíbus reportat effectum.xxííj.D.
Oratíonís uícem quæ opera habere dícantur.xxxííj.E.
Orans non ſínat anímum fluctuare, non declínare ad alía.xlvj.D.
Ordínes regulares unde prodíerunt.xxxv.G.
Ortus concluſus es ſoror mea ſponſa, exponítur.xxxv.A.
Ortus ſponſí quís dícatur.xl.E.
Oſtíorũ magna eſt díſtãtía, & tríplex eſt oſtíum.xlííj.B.

¶De lítera.P.

PAlmorũ genera ſpírítualía multa ſunt.xlv.quaſi per totum.
Paradíſus cõcluſus & paradíſus emíſſus dífferunt.xxxv.E.
Pharíſæus reprehendítur.xxxíj.K.
Pardo comparatur hæretícus, & homo uaríus & ínconſtans.xxix.E.
Paulí apoſtolí uírtutes.xv.H.xvíj.D.
Paulus apoſtolus dícítur magnus mons.xxvíj.F.
Pax abundans quæ dícatur.xvj.B.
Pelagíus hæretícus reprehendítur.xxxj.D.
Peſtílentía morum hodíe fœda ſatís & lenta nímís exalat.xíj.D.
Petrus & quí cum ípſo erant ín monte, grauatí ſunt ſomno, exponítur.xííj.E.
Prædícantes ín conuentu fratrum redarguuntur & ínſtruuntur.xxvíj.B.
Prædícatíonís officium non omnibus íncumbít.xlíj.ín príncípío.
Prælatíonís labores íngredí feſtínantes arguuntur.xxíx.G.xlíj.F.
Præterire & pertranſire dífferunt.víj.A.
Prope feci iuſtítíam meam, & ſalus mea non elongabítur, exponítur.víj.C.
Propugnacula charítatís, exprímuntur.xxvj.G.
Prudentíæ carnís & prudẽtíæ ſpírítus dífferẽtía.xxxíj.C.
Prudícítía & patíẽtía comítes dícunť, & dífferũt.xxxv.F.

¶De lítera.Q.

QUalís eſt dílectus tuus ex dílecto, ô pulcherríma mulíerum &c.exponítur.xlvíj.A.
Quàm pulchræ ſunt mammæ tuæ, exponítur.xxxj.A.
Quatuor aduerte uel ín ſpõſa uel círca ſpõſam eccleſíam, ínueſtígatíones, uota, præcepta, & preces.xlv.D.
Quæ eſt íſta quæ aſcẽdít per deſertum &c.exponíť.xv.A.
Querela aíæ deum quærentís & nõ ínuenientís.íij.A.B.
Quæſíuí & non ínuení íllũ, uocáuí & nõ reſpondít míhí, exponítur.xlv.B.
Quæſtuoſa res nomen eſt Chríſtí.v.I.
Quí confídunt ín domíno mutabunt fortítudínem, exponítur.xííj.B.
Quíd tíbí cum conflíctu cuí totum de affectu conſtare debet.xvj.F.
Quícquíd de Chríſto ſapís, quícquíd ſentís, ĩtra eccleſíæ conſtríngas regulas.xij.A.
Quíes & líbertas ín hoc corpore breuís & exígua eſt, exponítur.íj.B.
Quod íntellígẽtía ínuenerís, dílígẽtía tene & retíne.ix.B.

¶De lítera.R.

RApacítatís genus eſt ſí famã decerpís.xíx.E.
Reconcílíatío eſt íterata anímorum díſſidentíum concílíatío.xxxíj.E.
Regulares conuentus íntellíguntur ín malís pumícís.xxxv.G.
Regularís conuerſatíonís opera per myrrham probatíſſímam, & índíſcíplínatæ per reprobã deſignantur.xlíj.F.
Regularís exercítatío & hoſtílís uexatío utracꝫ probabílís, ſeruata patíentía.xlíj.F.
Relígioſorum commendatío.íj.D.xxíj.C.D.xlvj.A.B.
Relígioſorũ exhortatío & cõmonítío de uítãdís cogítatíoníbus turpíbus.ííj.G.
Relígíonís profeſſores ſal eſſe terræ debemus.xíj.E.
Relígioſí redargutío dícentís, nõ me ílle ſcripturæ ſacræ ſermo ædíficat.xxííj.B.
Relígioſí detractantes ſunt ín duplící dífferentía.xxv.E.
Relígioſorum & ſecularíum dífferentía quo ad uítam.xxxvíj.B.
Relígioſís detrahentes reprehenduntur.xlvj.B.
Relígioſorum magna collaudatío, ſed maíor uítuperatío ínuenítur ín íllo dícto prophetæ: Candidíores nazarei eíus níue &c.xlvíj.G.

¶De lítera.S.

SAbbatum delícatum eſt & ſanctum & gloríoſum, exponítur.xj.D.
Sapientía ín anímũ quíetũ & purum ultro íncurrere ſolet, & gratís ínfluere.j.B.
Sapientía huíus mundí & ſapientía quæ de deo eſt, dífferunt.v.G.H.
Sapientes huíus ſeculí círcumíerunt rerũ naturã, & ín artífícío ſuo operantem aduerterunt ſapientíã deí.ííj.E.

Schíſma

Schisma eorum qui nihil proprij habere nolunt, & corũ qui de proprietate gloriantur tangitur.xxx.E.
Schismatici tanguntur.xxxvij.F.
Scriptura,uerbum & stabile facit & uisibile &c.xlvij.A.
Septenarius aut spiritualitatẽ aut uniuersitatem indicat gratiarum,xxxvj.A.
Seruus malus & piger reprehenditur.xlj.B.
Simplicitas bona quæ dicatur.xvj.F.
Synagóga reprehenditur.xiij.E. primo.
Synagóga repudiata est,ecclesia accepta.xx.D.
Sicut uitta coccinea labia tua, exponitur.xxiij.C.
Sicut fragmẽ mali punici,ita genæ tuæ,exponit.xxv.B.
Sicut turris Dauid collum tuum,exponitur .xxvj.D.
A spe supernorũ omnium actuum caput & totius intẽtio uitæ inchoare debet,& illi cohærere.xlj.E.
Sponsa cum spõso loquitur,tunc loquitur in loquela dulcioris labij,& lingua altera.xxxiij.B.
Sponsa primo tremit,secũdo surgit:tertio aperit. xlij.E.
Sterilis est intelligentia quam nõ coæua & germana comitatur deuotio. xxiij.B.
Stimulatur Paulus ne extollat,& quomodo qui hæc audis,refugis stimulari.xv.H.I.
Suauissimum mihi ceruical bone Iesu spinea illa capitis tui corona &c .ij.F.
Succẽsio duplex innuitur,una de summis,alia de inferius erumpens.xxiij.E.
Summissior quidem uox sed mens intensior & preces tacitæ multum habent acuminis.xxij.C.
Surgam & circuibo ciuitatem, quæram per uicos & plateas,exponitur. ij.C.D.
Suspecta est mihi omnis doctrina & certè despecta quæ nullam inducit de Christo mentionem.v.C.

¶De litera.T.

Taediũ uehemẽs & amaritudo cordis uirtutes ipsas exercet non euertit.xxxvij.F.
Tenui illum nec dimittam.exponitur.ix.cũ tribus sequen. sermonibus.
Tenuit eos superbia.exponitur.ix.C.
Tenere qualiter dilectum debeamus.xij.D.
Terræ quædam sunt superiora,quædam inferiora,quædã infima.xxv.D.
Thus quid significet.xv.F.
Timores tres innuuntur.xix.G.H.
Timor rigore gelido constringit affectus.xxxix.A.
Torrens duplex spiritualis describitur.xxxvij.G.
Tota pulchra es amica mea &c.exponitur.xxix.A.
Tranquillitas mentis efficax est ad incrementa gratiarũ, xv.A.
Tribulatio & aduersitas exterior plangitur.xxxvij.A.B. C.D.
Tribulatio interior ab.E.usq; in finem sermonis.

¶De litera.V.

Vadam mihi ad montem myrrhæ. exponitur, xxviij.B.
Vberibus geminis erga subditos abundare debet qui doctoris & patris in ecclesia locum occupat.xxxj.B.
Veniat dilectus meus in ortũ suum &c.exponitur. xl.A.
Venustas uultus mentem interpretatur, & internos affectus facies loquitur.xxv.A.
Verba consolatoria dum aliqui plus æquo sectantur, in uana deuoluuntur.xxxj.C.
Vicissitudo refectionem affert,defectũ prohibet.xlij.G.
Verecundia commendatur.xxv.B.
Vigiles qui dicantur.xlij.B.
Vigiliæ quædam sunt solicitudinum repletæ molestia, quædam bonæ.xlij.B.
Virgines sacræ instruuntur.xvij.per totum.
Virgo quædam corrupta plangit uel lamẽtat.xl.B.C.D.
Virgula fumi quare sponsa dicatur.xv.D.
Virtutes ipsæ suapte natura intus in animo locatæ sunt. xxij.E.
Visio sponsi nõ est una nec simplex nec uniformis.vj.D.
Visio dei quodã est cum affectu semper accipienda .xx.B.
Viderunt insulæ & timuerunt,& extrema terræ obstupuerunt,exponitur.xx.C.
Vmbra quæ dicatur.j.D.
Vmbræ tres sunt.xxvij.F.
Vnguentarius est Sathanas, nolite ab illo oleum emere, xvij.F.
Vnguentorum & aromatum differentia .xxxiij.C.
Vnguentorũ proponitur cuius odor super omnia ecclesiasticorum donorum excellat aromata.xxxij.D.
Vnguenta quadruplicia sunt.xxxij.F.
Vnctio quid sit.xxxij.I.
Vtinam nos tales simus auditores uerbi dei qui non succumbamus his quæ dicuntur.vij.C.
Vtinam fidei quam habeo in Christo, omnia opera mea attestentur.xxij.B.
Vtinam mihi nihil incumbat negotij nisi suspenso semper stupore mirari impensam gratiam.xxix.B.
Vocem frequenter eripit oratio uehemens.xxij.C.
Vox dilecti pulsantis,exponitur.xlij.C.
Vulnerasti cor meũ soror mea sponsa &c.exponit.xxx.A.
Vultus animi interpres est, & ab intimo affectu habitum trahit.x.A.

¶De litera.X.

Xps singulariter non tam seruus quàm hinnulus dicitur,xiij.B.
Xps caminus dicitur.xv.A.
Xps dicitur ignis consumens.xv.E.
Xps solus dict9 est Salomõ noster uerus pacificus.xvj.B.
Xps totus nobis est charitatis illecebra, incitamentum amoris.xix.G.
Xps hodie synagógæ dedit libellum repudij.xx.D.
Xps horret magis asperitatem morum,linguæ stimulos, quàm aculeos spinarum.xx.F.
Xpi laudes ponuntur,xx.G.H.
Xps Iesus non meruit nisi quod suũ est,nisi quod ipse præseminauit.xlj.B.
Xpi humanitas gratiã cõparat,diuinitas cõfert.xlij.A.
Xpiani mali reprehenduntur .xxij.B.

¶Finit tabula.

RICHARDVS MONAchus de Grandísilua dioceſis Tholoſanen. ordínis Cíſtercienſis, carmen de laude Clareuallís & de religíoſa ibídem diſcíplína.

GAudía quí mundí uís ſpernere uana rotundí,
Et contemplarí Chriſtí ſuabʳ, & meditarí
Tūc locꝰ aptíor, ad bona prōptíor eſt adeūdꝰ.
Quē dítat bonítas, píetas, bona p̄día, fundus.
Ad quem ſí properas, cíctus uírtutís amore.
Sedes æthereas ſcandes uíuens ín honore.
Híc locus eſt magnus, ubí paſcít cælícus agnus.
Cuíus & híc nomen, pariter pandetur & omen.
¶Quí requíem cælí quærís cum mente fidelí.
Ad claramuallem properando dírige callem.
Eſt uía recta polí ſimílis ſuper omnía ſolí.
Vrens & lucens, ad regní præmía ducens.
Vrit peccata, dat lucís munera grata.
Et mítes ungít, prauorum crímina pungít.
Blandírí neſcít, nec díſcíplína tepeſcít:
Percutít ígnauos, arcens à crímíne prauos.
Inſtruít ígnaros, míttens ad gaudía gnaros.
Et peccatores ſumentís ſordidíores
Abluít & mundat, ut perdíta dona refundat.
Sic depuratos ac totos mundificatos
Ad cælum multos míttít pueros & adultos.
Quí domíno gratí uíuunt ſine fine beatí.
¶Grex clareuallís, quí cuncta decentía pſallís.
Angelíco more laudes fers ſemper ín ore.
Quí díſcíplínæ peccatorum medícínæ
Iugíter íntendís, & ſic ad gaudía tendís
Quí uígílas multum, quí níl dímíttís ínultum.
Quí corpus punís, quí te cæleſtíbus unís.
Dum talí cura, uíta uís uíuere pura.
Efficerís ciuís cælí, ſic uíuere quí uís.
Dum clauſtro reſídes, tua Chriſto tempora ſi des:
Regna tíbí lata tríbuentur ín arce beata.
Angelícíſq́ chorís ſocíaberís omnibus horís
Cum quíbus ín ſuperís, dabítur tíbí quod modo quærís.
¶O felix uallís, quæ nullum de grege fallís
Sed cunctos ducís ad uere præmía lucís.
O uallís plena morum probítate ſerena.
Vallís deuota, uallís pía, congrua tota.
Ordíne nobílís atq́ probabílís ac populoſa.
Spírítualíbus aptaq́ fratríbus ac ſpecíoſa.
Vallís dílecta, uíuendí regula recta.
Per celerem curſum, tua dírígís agmína ſurſum.
Vallís clauſtralís, & manſio ſpírítualís.
In qua clauſtrales, homínes quoq́ ſpírítuales
Degunt abſq́ malís, domínícq́ teguntur ab alís
A quíbus ímmanís tentator uadít ínanís.
¶O uallís clara, díuíní numínís ara
Valde deo chara, uallís talís quía rara
Non eſt ín mundo, ſic credo corde profundo
Huíc uallí ſímílís, ad bona ſic habílís.
¶O uallís læta, uallís bonítate repleta
Vallís ıucunda, uallís bona, lucída, munda.
Vallís habens ora díuína uoce ſonora.
Vallis regalís, Chriſtí domus eſt ſpecialís
In qua cum patre Ieſus eſt & uírgíne matre.
¶O uallís ſancta, redolens dulcedíne tanta
Vallís non fícta, uallís ſemper benedícta.
Felix quí tecum degens ſcít uíuere ſecum
In ſe collectus, crucífixí ſub cruce tectus
Paupertas Chriſtí tunc eſt, ıucundíor iſtí,
Quàm culmen regum, uel quàm ſapientía legum
Hac ín ualle ſacra, caro marcída, pallída, macra
Impínguat mentem cæleſtía regna petentem
Cæleſtí uíta fruítur caro uerbere tríta,
Et patíens anima paradíſí carpít opíma.
Sic homo deuotus ſaluatur denícq́ totus.
Vallís ſacrata, geníturæ germíne ſata
Semen ſparſiſtí ſanctum, ſanctos genuiſtí
Et generans creſcís, nec adhuc generare quieſcís
Incorrupta parís quos ſacrís dedícat arís
Præſul ſublímís, quí cælíca patrat ín ímís.
Currit ad hanc uallem ſapíens, ubí uíuere mallem
Pauper pannoſus, quàm díues delícioſus.
Vallíbus & uallís hæc eſt círcundata uallís
Nullíus íncurſum tímet hæc uallís: quía ſurſum
Cor gerít ín cælís, hoſtís non peruía telís.
Vallís ſecura, Chriſtí ſub perpete cura
Te conſecrauít, te religíone beauít
Sanctus Bernardus, bona ſectans, ad mala tardus.
¶Claraualle uallís, plus clarís clara metallís.
Tu níſí me fallís, es rectus ad æthera callís.
¶Sí recto calle penetrare uoles paradíſum
In clara ualle tíbí conſulo dírige uíſum.
En tíbí Bernardus uítæ monímenta beatæ
Edocet, ut nardus míra redolens probítate.
En íbí ueraces fama librante ſequaces
Eíuſdem, caſſes furíentís & arma fugaces
Coſmíca ſpernentes, quæ Chriſtí corde gerentes
Sunt ínter gentes, ut flos per prata, uírentes
Eloquar an ſileam: flos ut non præſtat odorí
Omnía ne taceam, bonítas nec cedít honorí
Vírtutum dotes ſcrutandoq́ culmína uerí
Quos ímítan do potes cælum poſt fata mererí.

¶Deo gratías.

REGESTVM

aa bb cc dd a b c d e f g h í k l m n o p q r s t v x y z A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V AA BB CC DD Aa Bb Cc Dd Ee Ff. Omnes ſunt quaterníones, præter dd quí eſt quínternío, cc uerò V DD & Ff ſunt terníones.

¶Deuotí mellífluíq́ doctorís díuí Bernardí Clareuallís abbatís, ſeraphica ſcripta dílígentíſſime cum archetypís bíblíothecæ Clareuallís à quíbuſdam eíuſdem domus monachís emendata, atq́ íta recognita, ut quæ uera ípſíus auctorís, quæq́ aſcríptítía fuerint lector quàm facíllíme agnoſcat (quāquam ea & phraſis & ſpírítus ac uís dicendí facíle ſecernat) nunc demum ín optímā unius codícís (ueluti palàm cernít) formā redacta, ſedulaq́ ac dílígentí cura & induſtría Nícolaí Petít artís ímpreſſoríæ perítíſſímí, & bíblíopolæ Lugduní ímpreſſa. Anno noſtræ ſalutís. M.D.XXXVIII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

60